BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
23
NAPOLI

Digitized by Google

XLVIII
H
23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ,
Et Inſularum adjacentium, rebuſque ab iis præclare geſtis, deducta ſerie ad noſtram uſque ætatem.

OPUS SINGULARE
PROVINCIIS XX. DISTINCTUM,

In quo Eccleſiarum origines, Urbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur.

TOMUS PRIMUS,
Complectens Eccleſias Sanctæ Romanæ Sedi immediate ſubjectas.

AUCTORE

D. FERDINANDO UGHELLO FLORENTINO

Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis.

Editio ſecunda, aucta & emendata,

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXVII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Collegii ... Catalogo inscriptus pro Bibliotheca

Digitized by Google

Digitized by Google

AUCTORIS PRÆFATIO
Ad Lectorem.

OPUS aggreſſi ſumus (Amice Lector) ut infinitæ propemodum lectionis, ſic trepidum, ac ſalebroſum, & cui recti ordinis Cynoſuræ proſpectus fuerit opus, ne latentes in tænias, cum minus oportuit, impingeret, frangereturque curſus ſcriptoris, antequam vel a longe portum videre potuiſſet. In quo quidem cum mihi ipſi decennali ferè mora, ac diligeotia caverim, tùm etiam Lectori meo aperiendæ cauſæ fuerunt, cur tanto operi admoverim calamum, haud veritus ſcopulos dubiæ, ancipitiſque aotiquitatis, qui incertum exitum ſcribenti videbantur poſſe minari.

Ac in primis me præclari auſus impulit gloria, hactenus intentata pleriſque. Tametſi enim nulla unquam natio fuerit, ex iis præſertim, quas Italica virtus formavit ad gloriam, adeò ſui oblita, ut monumenta ſuorum contempſerit literis demandare, haud tamen hactenus ullus repertus eſt, qui domeſticorum Annalium fines tranſgreſſus, omnium Italicorum Præſulum, quaſi publico io Theatro, facta factis conatus ſit comparare, ac veluti unius corporis pulcherrima membra dirigere. Hoc verò ipſum eſt, quod modo audemus, uberrimos inde fructus in publicam Chriſtianam rem exemplorum ipſa varietate derivaturi. Quamquam enim qualiſcumque generis Hiſtoriæ multæ utilitates ſunt ad vitæ uſum & fructum, quod inde limatius exacuatur prudentia, conſultius progrediantur conſilia, certius evitentur pericula, jucundius, cautiuſque commodis perfruamur: Sacra tamen prophanam tanto intervallo præit Hiſtoriam, quanto propius hæc animi dotes cootigit, illa bona fortunæ, hoc eſt, quæ ad corpus ſpectant promovere, tuerique videtur. Quid enim aliud ſacra narratio habet, quam, vel lætabiles progreſſus in fide, vel ad defæcatiores mores Chriſtianæ diſciplinæ vigorem, vel ſanctioris vitæ exempla, ſapientumque virorum dicta, factaque, quæ ſi in capite, hoc eſt in Eccleſiarum Præſulibus emineant, mirum quantum adjumenti, præſidiique conferant ad pietatem excolendam. Siquidem digniorum exempla ejus ſunt energiæ, ac efficaciæ, ut io utramque partem etiam aliud agentibus ducem ſe præbeant ad virtutem. At quis dignior, quam Epiſcoporum locus eſt, qui ideò Epiſcopi dicti videntur, quaſi ii, qui alienæ proveheodæ ſaluti invigilent, ac ſuper intendant? Horum nos, modo in hoc noſtro opere res præclariſſimè geſtas cum eorumdem familiarum, Civitatumque, quibus præfuere, claritudine proferemus; intra tamen Italicos fines, quod ipſum etiam potiori præſidio pietatis, qui ſapient, computabunt. Tametſi enim haud neſcius ſum, ubique geotium, ſemperque præcipuæ ſanctimoniæ laude Epiſcopos floruiſſe; in Italia tamen hujuſmodi Illuſtres Proceres uberius redundarunt, ſive ex nobiliſſimæ Proviociæ exemplorum auctoritate (quippe quæ ſemper extiterit domicilium Religionis, Fidei Chriſtianæ Aſylum, Ars pietatis, Catholicorum Dogmatum promptuarium, Sedes Pontificum, Imperatorum parens, Altrix artium, totius ſanctitatis, integritatiſque feraciſſimus campus, gravida, fœtaque ſemper egregiis, ac fortibus viris) ſive ex vicinitate ſacri Throni Romanorum Pontificum, unde minorum gentium Præſules ſanctorum exemplorum traxere calorem, non ſecus ac ea membra, quæ propiori acceſſu cordis attingunt confinia.

Nec minus ad id operis me movit invidioſa vetuſtas. Quantorum enim virorum præclara nomina illa evertit, exedit, funeravit, ſempiternæque oblivioni mandavit? Quæ tamen unos ſcriptorum calamos magis illa veretur, quàm ſi ab inferis excitatus fabuloſus ille Briareus centum armatis brachiis ſecum decerneret. Dabo itaque operam, ut qui poſteritati exciderant, in memoriam mortalium, quaſi poſt liminio revocentur: quoſque emeritis laudibus vel invidia, vel ſcriptorum incuria defraudaverat, haud ſuis præconiis diutius defraudentur: Quibus denique literæ ignobiliores inferiorem recordationis feceraot gradum, ii altioris dictionis cothurno in noſtro hoc qualicunque opere ad perennitatem eniteant.

Addidit deinde mibi ſcribenti animos de innumeris propemodum Italicis familiis beoemerendi nobilis cupido, quæ aliquando ex Epiſcopatus verendo muoere ſuam nobilitatem ſunt auſpicatæ. Siquidem quamplures claræ opes evexerunt ad decus; multis arma proſperè, feliciterque tractata claritudinem decrevere; nonnullis pax, togaque gloriæ fuit: ceteros lingua, ac literæ adeò commeodaruot poſteritati, ut oblivioni ſuperiores, lividæ jam vetuſtatis injurias non pertimeſcant. Sed oil ſic æquè, ac Eccleſiaſtica munera, prætertim ea, quæ ſublimiori Throno elata alienam curant ſalutem, mortales hactenus illuſtrarunt. Etenim ſi Lector meus advertat, & in illis ipſis claræ opes plerumque abundant; & illam Epiſcoporum Sedem, vitiis expugnandis armatam eſſe oportet, quæ rurſus togata optima pace floreſcit, ac literis, linguaque fulta, Chriſtianæ pietatis proferre fines laborat. Quæ ſingula ſi in prophanis ſuſpicienda cenſemus, in ſacris conjuncta quid non obſcuritati ſplendoris attulerint? Profecto cumulus nobilitatis erunt, quo qui pertingent, verè nobiles exiſtimandi erunt, ac proinde, unde claritas novarum familiarum merito poſſit oriri, atque laudari. Hanc igitur è faucibus voracis temporis expiſcari conabimur, ſive ſcriptorum illa fefellerit induſtriam, ſive exeſis marmoribus exciderit, ſive illam ingratæ literæ ſilentio ſuneraverint; amplum inde operæ pretium ſanè facturi; ac ſi nil aliud, certè ut ii, qui deinceps ſancto alicujus Eccleſiæ munere inclareſcent, propioribus exemplorum ſtimulis inflammentur ad paria, egregiaque præſtanda, cum viderint in commentariis eſſe iis præmia pereonitatis, qui aliquando ſerio virtutem excoluiſſent. Ac ne puteot lecturi nos ſubitò, juvenilique calore ad tantum operis acceſſiſſe, ſciant hunc noſtrum qua-

lemcumque laborem decem, & eo amplius annos tenuiſſe, ut quidquid illud erat elaboratum, omnibus, quoad fieri poſſet, ſuis numeris abſolutum lucem aſpiceret. In qua quidem mora nulli labori pepercimus, publicas Eccleſiarum Tabulas ſcrutati ſumus, privatorum diaria adivimus, Ephemeridas factorum inſpeximus, conſuluimus marmora, legimus inſcriptiones, Sepulchralia Elogia non deſpeximus, rerum ſcriptores habuimus in conſilio, Imperatorum, Regum, Pontificumque diplomata, ubi commodè occurrerunt, quaſi duces narrationis ſecuti ſumus, ut incerta certius eliminare, jugulare abſurda, vera cum laude, atque ab omni affectu liberi enarrare poſſemus; omniaque alia in numerato habere, unde nomina, cognomina, gentilitia ſtemmata, ubi res tulit, & obtulit, res ſive præclarè, ſive perperam geſtæ eruerentur. In ſumma adeò litavimus veritati, ut macilentum, jejunumque opus videri maluerimus, quam ægri capitis ſomniis, incertiſque eventibus illud implere.

In recenſendis autem inſtrumentis, privilegiis, donationibus, aliiſque ſimilibus antiquis monumentis, ipſiſſima verba, tametſi plerumque barbara, ac prope ridicula bona fide placuit referre, ne antiquitatis ſimpliciſſimum candorem elengantioribus verbis viderentur corrumpere. Priſcæ ætati, Lector, eam barbariem condonabis, quando fidem huic ſæculo fortaſſe incognitam ſub ea attulit illibatam; ſi unam vecordiam, negligentiamque in annis, indictionibuſque commemorandis tamen excipias. Adeò enim diſſolutè tempora invertit, diſcinctèque luxat indictiones, ut citra noſtram correctionem quilibet neglectum advertere poſſit, neque magno labore ad rectiores calculos revocare.

Quam variam hiſtoricam ſupellectilem ut uberius hauriremus eò, quò potuimus, nos ipſos contulimus: ubi non licuit, ſcriptis literis, alienam diligentiam, opemque enixiùs imploravimus, ne à noſtris Commentariis ſuos Eccleſiaſticos Præſules diutiùs paterentur exulare. Et alicunde quidem ubere ſcribendi materia ditati ſumus; ab aliis verò, quos rerum ſuarum incuria tranſverſos egerat, non modo nil dignum illuſtri memoria allatum eſt, ſed ne reſponſo quidem illorum, in eorumdem laudes gratis intenti, dignati ſumus. Quo minus jam mirentur, qui legent, ſi alicubi hæc noſtra ſterileſcet narratio, nudaque nomina Epiſcoporum alicujus Civitatis ſeriem jejunè complebunt.

Cæterùm, ne variam hanc, multiplicemque ſcriptionem aliqua rerum perturbaret confuſio, ordine quam maximè cavimus. Siquidem approbatorum Geographorum ſecuti exemplum, Italiam totam cum adjacentibus Inſulis in viginti Provincias omninò partiti ſumus, quarum numero Tomi ſex noſtræ narrationis correſpondebunt; facto exordio à Provinciarum omnium, tùm antiquitate, tùm dignitate nobiliſſima Romana; in qua, fugaci, ut ita dicam ſtylo, poſt commemoratos Romanos Pontifices, Epiſcopos Sanctæ Sedi immediatè ſubjectos, & in aliis Metropolitanos, ac ſecundum hos ſuffraganeos continuata, pulchraque ſerie digeremus; inter quos deinde alphabeticus ordo omnem, quæ poſſet oriri, dignationis dirimet, ſedabitque contentionem, ne quaſi Cretico labyrintho errorum ambagibus involvamus legentes. Atque ut ordo ipſe, venuſtatis conciliator, ſua venuſtate non careat, ita Eccleſiarum origines, Epiſcoporumque clarè geſta narrabimus, ut, quæ eruditam mentem cum jucunditate capere ſolent, interim non omittamus, ut gentem, ut patriam, ut mores, ut claritudinem, eruditionem, doctrinam, ut deniq; gerendarum rerum uſum, diligenter referamus. Equidem nec juſti Hiſtorici nobis placuit ſuſtinere perſonam, (ne cum laudatione vituperationem cogeremur miſcere) nec Rhetorici Elegiaſtæ puras partes implere, (ne in adulationis vitium ſenſim degeneraret oratio.). Quamobrem ſtylus purus erit, nullus Rhetorum adulteratus pigmentis, quique nec materiem ſuperet, nec ab ea enormiter vincatur. Quam porrò latinè, non invidi judicabunt. Qui verò cauſabuntur interruptum, minuſque interdum ſuave dicendi genus, ii ſecum reputare debebunt, haud mihi cum T. Livio veteri, & eloquentiſſimo homine, inſtitutam fuiſſe de eloquentia contentionem, ſed conciſam narrationem de Epiſcopalium Sedium erectione, deque Præſulibus in iis ſibi invicem ſuccedentibus, quorum obitus, renuntiationeſque cum frequenter occurrant, cum nauſea fortaſſe auditorum, tranſitiones illæ hiulcam, minuſque ſuavem reddiderunt narrationem meam. Jam quod plures præclaros, ac generoſos viros, poſt narrationem rerum geſtarum brevi exceperim elogio, ex lege Hiſtoriæ mihi feciſſe videor, non ut vaniſſimo obſequio, ſive ſuperſtitibus affinibus, ſive defunctorum memoriæ adularer. Demum nuda nomina, quæ in ſerie frequenter occurrent, abundè teſtabuntur candorem meum, qui contempſerim effingere, quæ vera non erant, quæque dicenda erant, reticere. Hæc, inquam, ſi à minus benevolis mihi vitio vertantur, haud ægrius feram, dummodo tibi amico, candidoque lectori probetur opus.

Illud unum, antequam finiam, Lectores meos admonitos velim, decennale hoc opus ex præceptione Horatiana nonum etiam fuiſſe me preſſurum in annum, niſi amici, in eo parum amici, ut illud properanter emitterem, me compuliſſent. Præ quibus eruditus ille mihi ſanè acres ſtimulos admoviſſe viſus eſt, qui compendiario totius Europæ, ac proinde Italos ipſos Epiſcopos in Commentarios cogere, vaſtum opus, eſt nuper aggreſſus: cujus ſtudium cunctationem noſtram exacuit. Alioquin nullus omninò futurus erat, qui noſtram illam cunctationem expugnaret, extorqueretque nobis hos noſtros labores, qui adhuc eſſemus memores cujuſdam amici, illius, inquam, cujus hortatu Ciaconius noſtris, aliorumque additionibus nuper adauctus exivit; qui ut ex alieno ſudore propriam properè voluptatem oppleret, vix dum formatas nobis propemodum invitis rapiebat ad prælum. Sed nihilominus periclitanda iterum fortuna eſt, quando ſic volunt amici, an ſemper decalvatum occiput, pro capillata fronte illa fortibus vertat? emittendum, inquam, opus eſt, vel noſtro judicio adhuc in multos annos premendum.

Tu interim, Amice Lector, cum benigna excuſatione leviora feceris errata, utere hoc noſtro conatu, lege, & lætare, hauſturus inde ſive mores ad uſum, ſive pietatem ad cultum, ſive demum variam rerum cognitionem, quæ innoxiam animi jucunditatem certiſſimè tibi adducet. Vale.

N O V A

NICOLAI COLETI

In hanc editionem

P R Æ F A T I O.

PRæclarum de Epiſcopis Italiæ opus, quod triginta circiter annorum ſtudio clariſſimus vir Ferdinandus Ughellus ſummo concinnavit labore, adeò ipſum ſe orbi litterario commendavit, ut de ejus excellentia, atque utilitate aliqua in præſentiarum præfari omninò ſupervacaneum videatur. Cumque nonnulla, quæ ad pleniorem celeberrimi Auctoris agnitionem non parum conducant, ex Julii Ambroſii Lucentii epiſtola, quam in ejuſdem obitum ad ſereniſſimum Etruriæ Principem Franciſcum Mariam Mediceum dedit, decerpta poſt hoc præloquium retulerim, illud unum mihi reliquum eſt, ut hujus editionis conſilium, quidque in ea præſtitum ſit, paucis aperiam. Vix equidem ſuadentibus eruditis opus hoc reimprimendi provinciam ſuſcepit bibliopola germanus frater meus, cum è veſtigio illi auctor fui & procul amovendi eam illiberalem parcimoniam, qua ſolent typographi ſibi potius, quam libro cudendo conſulere, & in meliorem, elegantioremque multò formam illud redigendi. Quod cum ille quoad chartæ, characterumque nitorem peregregiè curaret, ipſe operi manum admovi: & licet probè norim, quam eſſet mihi curta ſupellex, Herculeoque deſudandum labore, ut ab innumeris, quæ Romani Typographi inſcitia invexerat, mendis, & à multiformi errore, in quem identidem devium egerat Auctorem vel incogitantia, vel aberrantium non explorata ſequela, omninò expurgaretur, animum tamen haudquaquam deſpondi, futurum ratus, ut ſi non undique collimatum opus exhibuerim, facilè deprehenderet æquus lector me tumultuario labore feſtinanti quotidie prælo inſervientem, quod plurium annorum vigilias, longioriſque otii ſtudium requireret, perficere nequiviſſe, & aliquid certe emolumenti, atque decoris eſſet operi allaturum, quidquid opella mea ad illud adornandum, atque perpoliendum contuliſſet.

Et primò quidem nihil antiquius habui, quam ut ſedulò inſpectis ſingulis appendicibus, quas ſingulis tomis addidit Auctor, omnia ſuo loco accurate reponerem, præmiſſo ſemper aſteriſco *, qui ad mentem Auctoris locum innovatum innueret, atque è regione in margine adnotata appendice, è qua locus ille vel inſerendo, vel demendo, vel aliquid denique immutando eſſet reſtitutus.

Tum ad ſupplementum, atque emendationem operis acceſſi. Et quod ad ſupplementum attinet, in unaquaque Epiſcoporum ſerie hanc mihi rationem ineundam duxi, ut primò iis, quæ Auctor de urbis origine, atque progreſſu, ejuſque Eccleſiæ antiquo, recentiorique ſtatu diſſereret, additamentum breve ſubjungerem, quo plenior, atque accuratior præfatæ Eccleſiæ haberetur notitia, nunquam prætermiſſo menſæ Epiſcopalis annuo redditu, ejuſque taxa: quæ in hoc primo tomo referre penè ſemper neglexerat Ughellus noſter. Inde quotquot ſollicitam Auctoris indaginem effugerant, quoſque vel aliorum, vel mea reperire potuit perquiſitio, ſeriei Ughellianæ Epiſcopos annexui, ea tamen lege, ut quorum certa mihi, atque probata ex veteribus documentis conſtaret exiſtentia, invita quoque, ſi forte id evenerit, Ughelliana ſerie, ſuum illos tenere locum ſemper curaverim; quorum verò alicujus ſolummodò ſcriptoris aliàs ſpectatæ inniteretur fidei, ubi commodè pateretur hiulca ſeries, eos nemine reclamante vacuam occupare ſedem haud injurium duxerim; at ubi nulla patente lacuna redundarent, cum cæteris notis in imam paginam rejecerim, relinquens pinguiori alterius

otio de illorum Præſulatus veritate ulterius inquirendum. Iis porrò, quæ de ſingulis, quos refert, Epiſcopis enarrat Auctor, nonnulla identidem adjeci; &, ſicubi uſus venit, eorum familiam, patriam, ſacraque munia libenter indicavi: in Conciliis verò præſentiam, diplomatum ſubſcriptiones, donationes, collationes, alioſque actus publicis commendatos inſtrumentis, atque certa annorum obſignatos nota, unde eorum præſulatus tempora ſive præcipi, ſive produci poſſent, quotquot perſpectos habui, nunquam prætermiſi. Cumque nihil longius à meo abeſſet propoſito, quam omnia, quæ de unoquoque Antiſtite memorari poterant, recenſere; (Quis enim non videat, quot annorum curas, quot voluminum prægrandes moles exquireret immenſus labor?) lectoris expectationi, & aliquando neceſſitati de aliquo Antiſtite noſcendi plura occurrit non eruditione minus, quam humanitate apprimè commendandus, nobiliſſimus vir, Eques Proſper Mandoſius Romanus Patritius, qui frequentes notulas ſcriptorum loca indicantes, unde pleniorem Epiſcopi, de quo ſermo, notitiam haurire poterit lector, cum aliis ad Ughellianos caſtigandos errores doctis animadverſionibus, commodè mihi Roma tranſmiſit, quas in margine ſingulas è regione ſingulorum Epiſcoporum, de quibus in eis mentio, imprimendas curavi. Equidem in his plurimus fuit clariſſimus vir in enunciandis præcipue Auctorum bibliothecis, atque ſcriptoribus, qui de nobilitate præſtantibus familiis elucubrationes edidere, eo ſane, optimoque conſilio, ut, cum per Germaniam, Belgium, Galliaſque iter conficiens noſtræ Italiæ Præſules, veluti humillimæ ſortis, & rudis inſcitiæ homines ab illis gentibus nullo in pretio haberi comperiſſet, tam iniquè opinantium levis credulitas redargueretur vanitatis, & facili negotio oſtenderetur, ex illis ferè omnes nobili natos loco, pleroſque verò editis voluminibus litteris inclaruiſſe.

Nonnulla quoque vetera documenta, quæ hujus editionis adornandæ ſtudioſi viri mihi perhumaniter communicarunt, quæque aliunde eruere licuit, libenter huic operi inſerui, plura quoque additurus, ſi majorem illorum copiam nanciſci mihi contigiſſet. Ughellianam denique Epiſcoporum ſeriem ad hæc noſtra tempora produxi, addita illorum Præſulum enarratione, qui poſt primam *hujus* operis editionem floruere, atque in præſenti Eccleſiarum ſibi ereditarum regimen piè ſancteque gubernant. Omnia verò hæc additamenta, quæ ſuis ubique locis inſerta cum Auctoris materie facile confundi poterant, characteris, quem curſivum vulgus appellat, diverſitate diſtingui placuit, addito præterea ſingularum linearum initio duplici commate, quo acceſſiones meæ ab iis, quæ eodem charactere impreſſa retulit Ughellus, primo quoque internoſcerentur intuitu.

Neque minus ad egregii operis emendationem fuit mihi laborandum. Et ut taceam infinita propemodum menda, quibus ad nauſeam uſque Romana fœdabatur editio, ex hac omninò eliminata, ad corrigendos Auctoris lapſus, in quos frequenter à veritate diverſus incidit, intentiori cura totum animum ſeriò applicui. Quoniam verò firmum ſemper, conſtanſque menti meæ inhæſit conſilium ne hilum quidem, exceptis Typographicis mendis, in ipſo opere immutandi, ut ſua ubique Ughello conſtaret integritas, ad notas confugi, quibus loca, ubi hallucinatus eſt Auctor, nulla textus innovatione, notarentur, & caſtigarentur. Atque has quidem vel ad paginæ marginem rejeci, cum fuerint breviſſimæ, vel ad calcem, ſi longiori verborum ambitu perſcribi neceſſe fuerit, lectoris commodo conſulturus, qui levi oculorum inclinatione ſine moleſtia, vel temporis diſpendio poſſet, quidquid adnotaſſem, conſulere.

Hinc profectò factum eſt, ut, cum nonnulli ab Auctore relati Epiſcopi identidem notis meis improbarentur, atque aliis, ut jam prædixì, ſuperadditis, ſeriei Ughellianæ calculus additionum, vel emendationum mearum calculo vix unquam reſponderet, aliam eos enumerandi rationem inire opus fuerit, quam in margine numero, prout vocant, imperiali ſubdùcendam curavi.

Singulis porrò tum additionibus, tum adnotatis Auctorum ſuorum, quorum mox catalogum referam, nomina ſubjeci, paucis exceptis, meis videlicet, quæ utpote levioris momenti, anonyma ut abirent, juſſi.

Poſtremò & circa indices meus labor verſatus eſt: nam & ſingulorum Epiſcopatuum Chronicum indicem, qui in hoc primo tomo deſiderabatur, penitus confeci; tum reliquos emendavi, auxi, atque alphabeticum ordinem tenere ſtrictiori lege coegi. Chronicon verò Foſſæ Novæ, atque Atinenſe, quæ ad calcem hujus voluminis ediderat Auctor, in commodiorem locum rejeci, cum omnia antiqua documenta, quæ ſingulis tomis addidit Auctor, in unum conferre volumen eruditorum virorum ſtudio perutilius duxerim.

Atque hactenus in expolienda hac ſecunda Italiæ ſacræ editione induſtriam meam, atque operam locavi.

At

At non omnia ſuppleta, non omnes Ughelliani errores notati, non omnes emendati. Non intercedo: dummodo indiligentiæ non accuſer, cujus profectò nemo bono jure me debet arguere, ſi plura, quæ in eam rem conducere potuiſſent, per temporis anguſtias haudquaquam licuit conquirere. Sciat tamen optimus lector, me in hoc primo adornando volumine quinque omninò Clar. virorum opera adjutum fuiſſe: quorum nomina & gratitudinis ergo, & ut legentibus eorum animadverſiones innoteſcant, huc referre æquiſſimum duxi. Nam

Cl. Vir PROSPER MANDOSIUS Eques, & Romanus Patritius præter uberes notas, quas paulo ante commemoravi, alias itidem, quæ per totum ſparſa volumen identidem offendes, in operis ſupplementum, vel emendationem mihi liberaliter communicavit.

Cl. Vir SALVINUS SALVINUS Abbas, & Nobilis Florentinus complura, quæ ad Etruſcos præcipuè Epiſcopos ſpectant;

Cl. Vir FRANCISCUS GASPAROLUS Nobilis Fanenſis, ea, quæ ad Patriæ ſuæ Præſules;

Cl. Vir PETRUS ANTONIUS CORSIGNANUS Abbas, & Nobilis Cliterninus, quæ ad Marſorum Antiſtites;

Cl. Vir PETRUS POLLIDORUS, quæ ad Pontifices Neritonenſes pertinent, mihi perhumaniter tranſmiſere. Atque hic quidem de Neritonenſibus Epiſcopis adeò præclaram, numeriſque omnibus completam elaboravit diſſertationem, ut ſi unaquæque Pontificalis ſedes ejuſdem diligentiæ nacta eſſet ſcriptorem, nihil hac editione perfectius, nihil abſolutius potuiſſe fieri videretur.

Auctores verò, eorumque jam publici juris factæ elucubrationes, unde uberiores hujus voluminis acceſſiones, & notas excerpſi, ſequentes ſunt.

JULII AMBROSII LUCENTII ITALIA SACRA, reſtricta, aucta, veritati magis commendata. fol. Romæ 1704. Hæc omnia penè additamenta, & luculenta adnotata totum illuſtrantia volumen largiter, ut videbis, ſuppeditavit.

BOLLANDI, atque ſociorum ACTA SANCTORUM fol. Antuerpiæ pluribus volum. comprehenſa. Horum item animadverſiones totum volumen perluſtrant.

BONAVENTURA THEULI THEATRUM HISTORICUM VELITERNENSE. 4. Italicè Velitris. 1644. In Veliternenſibus;

JOSEPHI MARIÆ SVARESII PRÆNESTE ANTIQUA. 4. Romæ 1656. In Prænestinis;

THOMÆ BALDASSINI NOTITIÆ HISTORICÆ ÆSINÆ. fol. Æſii Italicè 1703. in AEſinis;

JULIANI SARACINI ANCONÆ NOTITIAE HISTORICAE. fol. Romæ Italicè 1675. in Anconitanis;

SEB. ANDREAE ANTONELLI HISTORIA ASCULANA. 4. Patavii 1673. in Aſculanis.

JUSTI FONTANINI ANTIQUITATES HORTAE. 4. Romæ 1708. in Hortanis.

SCIPIONIS AGNELLI MAPHAEI ANNALES MANTUANI. fol. Dertonæ. Italicè. 1675. In Mantuanis.

BERNARDINI CAMPELLI SPOLETI HISTORIA. 4. Spoleti. Italicè 1672. in Spoletanis.

DOMINICI ANTONII CONTATORIS HISTORIA TARRACINENSIS. 4. Romæ 1706. in Terracinenſibus.

MICHAEL JUSTINIANUS DE TIBURTINIS EPISCOPIS. 4. Romæ. Italicè 1665. in Tiburtinis.

FRANCISCUS IGNATIUS LAZARI DE TIPHERNATIBUS EPISCOPIS. 12. Italicè. Fulginii 1693. in Tiphernatibus præſto fuere. Compluriurn verò aliorum ſcriptorum & nomina, & opera, unde ſemel, atque iterum aliquid fuerit adnotatum, ſparſim per volumen diſtinctè indicata reperies. Noviſſimam denique Conciliorum editionem, quam Pariſiis nuper edidit vir præſtantiſſimus è Societate JESU JOANNES HARDUINUS, è manibus nunquam excuſſi; è qua in Ughello noſtro non pauca reſtauravi, atque emendavi. Horum autem penè omnium librorum uſum Cl. viri APOSTOLI ZENI, qui in non paucis etiam adfuit conſilio, lectiſſimorum voluminum copia inſtructiſſima Bibliotheca mihi affatim ſuffecit.

Cæterum noverit Lector hanc qualemcumque hujus operis renovatam editionem deberi omninò Cl. Viro BENEDICTO JOANNELLO, Bibliothecæ Caſanatenſis eruditiſſimo Cuſtodi, qui pro ſuo de Republica litteraria optimè merendi ſtudio cum magnum quid aggredientibus ſemper ſuppetias ferat, me ad opus trepidè accedentem hortatus eſt, preſſit, impulit, atque adeò multipliciter juvit, ut ſine ejus auxiliari manu per me nunquam futurum erat, ut Ferdinandi Ughelli Italia Sacra denuò emitteretur in lucem.

De Italiæ Sacræ Auctore Reverendiſſimo Abbate D. Ferdinando Ughello decerpta ex Epiſtolari deſcriptione, quam ipſe Abbas D. Julius Lucenti dedit in ejuſdem obitu ad Sereniſſimum Principem ab Etruria Franciſcum Mariam deinde Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum S. R. E. Diaconum Cardinalem Mediceum.

PROFUNDIORIS *Abyſſi Divinæ mentis eſt, homines naſci, qui non ſibi, ſed aliorum bono creſcant. Is fuit* FERDINANDUS UGHELLUS*, qui Florentiæ honeſtiori genere ortus cum pietate majorum amænioribus literis informatus gradum fecit ad Ciſtercienſe clariſſimum jubar Benedictinæ temperationis, Bernardo Melliſluo Doctore præcipuè illuſtrante. Severioribus diſciplinis in Caſtris Ordinis animum adjecit, cumque adoleſcens aliquandiù deperditas, abjectaſque chartulas pervoleret, nobilis ſe ipſi objecit auri ſumma, quam illicò Abbati ſuo deferens, ad ejus pedes depoſuit; ex cujus valore in patrio Cœnobio initium ſumpſit celebris Bibliotheca, quam poſtea ipſe ſelectiſſimorum Voluminum mole, proprio ære complevit. Romam miſſus in eo literarum Emporio præceptores audivit ex Societate Jeſu Franciſcum Piccolomineum, qui poſtea ſupremo ſui Inſtituti fulſit imperio, & Joannem de Lugo, quem deinceps veneratus eſt Orbis unum inter magni nominis Purpuratos Eccleſiæ Senatores. Plura peragravit exinde Monaſteria mirabilis, & proficuus ubique, inque variis muniis egregiè adhibitus: nec licèt perdiùs, & pernox iis implicitus, tamen ſuis à ſtudiis evocari potuit. Varia ſcripſit, ediditque ex monumentis Ordinis excerpta. Dum anxiè perquirit eos eximios Viros, qui è Ciſtercii Clauſtris ad Eccleſiarum regimen aſſumpti fuerunt,* SACRÆ ITALIÆ OPUS *meditatus eſt. Romam rediit, ubi in latiſſimum Academiorum gyrum dum ſe diffundit, ab Urbano VIII. ad ſupremas Ordinis dignitates habilis enunciatur, & ab Ordinis Magiſtratu ſacra Inſula, & Abbatiali titulo, honoris ergo, inſignitur. Cum igitur Eccleſiaſticæ eruditionis magnam de ſe in Urbe opinionem excitaſſet, juſſus eſt una cum Andrea Victorello Ciaconianum opus de Vitis Pontificum, & Cardinalium notis illuſtrare, & uſque ad ea tempora perducere. Mox concinnando Italiæ Sacræ Operi animum omninò adjecit; licet variis diſtractus inter ſuos Aſcetas præfecturis, declaratus inſuper præexcelſi Principis Cardinalis Caroli Medicei familiaris Theologus, & juvante Cardinali Juſtiniano in Sacræ Apoſtolicæ Congregationis Indicis Conſultorum coronam invectus eſt. Rem perfecit, deduxitque ad novem prægrandia Volumina: quæ ut pretioſa haberent ſua coronamenta, congruis ſertis dedicando explicuit. Primum obtulit Urbano VIII. jam ſenio cadenti, qui dum Virtuti, meritiſque Ughelli proſpicere intendit, morte ſurripitur. Julius Cardinalis Mazarinus eo tunc accepto Volumine ad ſimile opus peragendum ſummos Viros Pariſiis excitavit, Ughello gratulatorias, gratiſſimaſque literas dedit, addiditque pretioſam horariam thecam auro, gemmiſque compoſitam. Mirum eſt, quòd millenis interceptus negotiis, infandis, diriſque vexatus inſanientium obtrectationibus, & jam ad pulverem depulſus, imperterritus ſemper animo, & mente ſerenus ab incboato labore nuſquam retro abjerit. Vicit tandem Sapientia malitiam, & clarior ſemper poſt eclypſes Sol effulſit, diſſipante caligines optima Cardinalium manu, & afflante Medicea Sereniſſima Domo. Quid iniquius? Et ipſum oculatiſſimum opus dum Typographico Prælo committeretur, ſeductis amanuenſibus, excæcare ſunt auſi, qui horribilia in tantum Virum moliebantur. Cæterùm, & in ipſa ſorte adverſa prævalente virtute, ſummis honoribus potitus eſt. In Ordinis Comitiis pluries Principem locum tenuit, & ad ſupremam Italicæ Congregationis Præfecturam non ſemel poſtulatus, & electus, renuit onus, honoremque ſubire, contentus Romana Trium Fontium Monaſteriali Abbatia cum munere, Procuratoris Provinciæ ſuæ, quod geſſit uſq; ad obitum Pontificiis ſemper literis confirmatus. Cenſorem egit Apoſtolica auctoritate Monachorum S. Baſilii, inque aliis arduis adhibitus eſt Regularium præcipuè negotiis. Alexander VII. eum apud ſe loco domeſtici Prælati habere voluit, à quo ſubinde, & à Clemente IX. Eccleſiaſticis penſionibus uſque ad ſummam quingentorum aureorum eſt auctus, ſed & ab his exquiſitus ad Epiſcopales Sedes ſcandendas, ſe fractum laboribus, & ſenecta ingraveſcentem, inhabilem dixit. Ad extremam igitur cum perveniſſet ætatem natus ann XCIV. expirantis XVI. Chriſtiani ſeculi XII. Kal. Aprilis, denatus eſt ann. MDCLXX. menſe Majo die ſacra ſine exemplo Summo Pontifici, Maximoque Anachoritæ Petro Cœleſtino, contracto morbo tuberculi enati in ſtomacho ex nimia ſtudendi, ſcribendique aſſiduitate. Sedens extra ſtratum Monaſtico Cucullo indutus pluries Eccleſiæ Sacramentis munitus, mente ſemper integra, & miſericordi Deo ſe commendans, ſtipatus Monachorum corona dum Sacerdos ex Joanne recitans Paſſionem Dominicam ea pronunciaret Verba:* Et inclina-

SANCTISSIMO PATRI
CLEMENTI XI
PONTIFICI MAXIMO.

FEliciſſimis olim ſanctæ memoriæ Urbani VIII. Prædeceſſoris Tui auſpiciis de Italiæ Epiſcopis, eorumque præclarè geſtis elaboratum opus edidit illuſtris Auctor, quod nova nunc pumice expolitum, quantum ingenii mei tenuitati licuit, ad Tua ſacratiſſima provolutus genua, Tibi defero, BEATISSIME PATER, offeroque. Neque ſanè aliter feciſſe vel clariſſimo Auctori, vel mihi integrum, & fas fuiſſe arbitror. Cùm enim nullus ritè ſedeat Sacrorum Antiſtes, niſi quem ſupremus Eccleſiæ moderator vel elegerit, vel probaverit, ideoque è principe Petri ſede veluti è perenni quodam fonte in totum Chriſtianum Orbem, non ſecus ac totidem amnes irrigui, derivent omnes Præſules, ad ſuum tandem, peracto curſu, eos redire principium naturæ ma-

maximè conſentaneum eſt, atque proclive. Hinc fit, ut ſemel in lucem editum ad Urbani tunc viventis pedes ſtatim convolarit opus: & nunc rurſum typis evulgatum ad Tuos, SANCTISSIME CLEMENS, ſeſe reverenter abjiciat, à Sedis Apoſtolicæ proxima divinæ auctoritate, ac dignitate ſemper ſibi præſidium, & decus exoraturum, ſi quando, Deo favente, felicius, & ornatius in lucem prodeat.

Quod ſi ad poſterorum maximè effingendos mores egregia anteceſſorum facinora literis conſignantur, ecquis profectò non videat, quam incompoſitum, quam mutilum foret hoc exemplar, ſi capite minutum prodiret? Quantumlibet enim tot præclariſſimorum Præſulum illuſtria facta in unum congeſta volumen, ad regendum gregem noviter accedentem Paſtorem ſatis abundè erudire poſſe videantur, tamen à prototypo, viſibili totius Eccleſiæ capite, à quo & illi præſtantiora ad optimum rerum agendarum uſum hauſerunt documenta, attentum, & immotum nunquam deflectant obtutum neceſſe eſt. Abierunt ſiquidem ferrea illa tempora, quibus, proh dolor! omnium Eccleſiarum matrix Eccleſia, tot ſchiſmatum agitata procellis, tot potentiorum oppreſſa tyrannide, ut nunquam defecit in veritate doctrinæ, ſic in rebus pertractandis humanis aliquid de ſeveriori Apoſtolica integritate remiſiſſe viſa eſt. Cum verò jamdudum Sanctitatis aurea ſecula redierint, ſuprema Petri Cathedra non tam ſaniorum eſt dogmatum magiſtra, quam vitæ mater ſit defæcatioris: ſummus Eccleſiæ vertex non tam eſt totius veritatis regula, quam totius norma ſanctitatis.

Quod quidem verum eſſe, ſicut de aliis, qui Te præceſſerunt, & quorum adhuc ſanctior viget memoria, ita maximè de Te, BEATISSIME CLEMENS, omninò fatendum eſt. Ea enim morum innocentia præſtas, ea fulges vitæ puritate, ut mirum nemini videri debeat, ſi Te haud diſcrepantibus ſuffragiis tot ſapientiſſimi Patres elegerint, quem in abſolutiſſimam optimi Paſtoris imaginem in eminenti Apoſtolico throno collocarent. Neque alio ſanè conſilio divinam arbitror indulſiſſe clementiam, ut tamdiu renuens, atque reluctans Sanctitas Tua ſublime faſtigium conſcendere recuſaverit, ſtupentibus ad rei novitatem, atque de ſua ſorte ſollicitis omnium Chriſtianorum animis. Illud enim deerat ad abſolvendum in Te omnibus numeris cumulatiſſimum perfecti Antiſtitis exemplar, ut ad dignitatem accederes non ambiens, non petens, neque feſtinus, ſed grande reputans miniſterium, maximis licet diffidens viribus, & quo divinus traxerit ſpiritus, humillimè, ac obſequenter proſecuturus.

Certè ſi quis divinæ conſilium Sapientiæ perſcrutetur attentè, atque retroacta jam ſecula diligenti meditatione volutans perſpiciat, eò majoribus excitatis viris, Eccleſiæ ſuæ cœleſte Numen ſemper conſuluiſſe, quò majoribus premeretur anguſtiis, de Te quid ſentiat, in promptu eſt. Ea enim ſunt hæc tempora, quibus ad moderandum totius Orbis Chriſtiani clavum Te ſuperna vocavit Providentia, ut iis ſimillima fortaſſe reperias, at non implicatiora. Fumat adhuc nu-

per

per extincti belli vaſtum illud incendium, quod nobiliorem Eccleſiæ Tuæ partem tam ſævo corripuit exitio: ingentes adhuc ſuperſunt ruinæ, quibus potior Italiæ pars diuturnis quaſſata concuſſibus tot hominum, atque ædificiorum miſerabili ſtrage fœdata eſt. Hinc atrox hominum lues, atque armentorum, inde omnium malorum genitrix dira fames latè per urbes, atque per agros graſſatæ ſunt. His noviſſimè acceſſit effera Turcarum rabies, nomen penitus deletura Chriſtianum, ſi per vim illi liceat: atque non ſpernendæ Catholicæ hæreditatis portionis pervicax contumacia, Apoſtolicis renuens obedire mandatis. Tot, aliiſque laboraturam malis Eccleſiam ſuam, cum Tibi, BEATISSIME CLEMENS, committendam ſupremus rerum Moderator reſervarit, ecquis divino edoctus judicio Sanctitatis Tuæ excellentiam, præſtantiam, magnitudinem non agnoſcat, & juremerito non admiretur? Et ſanè mirum eſt, qua ſollicitudine, quo zelo, quibus conſiliis, ſumma enixus ope totum Chriſtianum Orbem recreaſti, vel imminentes avertendo calamitates, vel ab acceptis illata damna celeri medela reparando. Modo enim inter Deum, & Homines medius, in preces, jugeſque lachrymas effuſus, noſtrorum vindex criminum cœleſte Numen exoraſti: modo pari complexus conſilio diſcordes liberos communis parens; iratas Principum dexteras hortando conjunxiſti: nunc dirutas, & fatiſcentes ſeu temporum, ſeu terræ motus injuria moles profuſis opibus magnificè refeciſti: nunc aliunde maximis advecta ſumptibus annona urbes, atque provincias providus aluiſti: è ſuprema Apoſtolicæ ſedis ſpecula irrequietas ſemper agens excubias, gregis tui commodis unicè conſulturus. Senſit jam, atque in dies magis ſentiet Sanctitatis Tuæ vigiles curas immanis Thrax, qui nuper exultabundus & Urbes, & Regna, & totum Chriſtianum Orbem captivum trahere minabatur. Tu enim, cum primum ejus innotuere conamina, claſſicum perſonuiſti, & excitatis ad ſacrum bellum finitimis Populis, coactaque non ſpernenda auxiliari claſſe, quà conſilio, quà opibus, quà viribus hoſtem undique aggreſſus, præcipitem audaciam contudiſti, in ejus viſcera vulnus illud illaturus, quod Chriſtiano ovili inferre moliebatur. Illud unum ad ultimam Apoſtolatus Tui felicitatem reliquum eſt, ut tot exhauſtis laboribus, tot evictis calamitatibus, ad meliorem pertrahas frugem contumaces, quod ſumma præſtare niteris & patientia, & lenitate.

Neque tamen, SANCTISSIME PATER, adeò Te tot Eccleſiæ Tuæ diſtinuerunt negotia, ut quos eximiis omnium virtutum exemplis informabas, non etiam Tuæ vivæ vocis oraculo identidem edoceres. Hinc inter Miſſarum ſolemnia frequentiſſimum adſtantium cœtum ſæpiſſimè alloquutus, aureas, graviſſimaſque homilias effudiſti; atque è ſacro illo ſuggeſtu, unde aliquando Magni Gregorii, Leoneſque detonuerant, Cœleſtem frangens panem, ingenti fidelium ſolatio, jejunos jamdiu animos refeciſti.

Oh ſi talia reliqui minorum gentium Antiſtites imitentur exem-

pla,

pla , quam pinguior , atque vegetior exultaret ubique Chriſtianus Grex ! Fateor equidem non ea eſſe tuarum lineamenta virtutum , quæ vel à præclariſſimo quoquàm adamuſſim exprimi queant. At illud evincit hujuſmodi propoſitum exemplar , ut quò longius ab ejus altitudine attingenda removeat , eò acrius exſtimulet ad propiorem ejus conſequendum acceſſum . Hauriant igitur ex Prototypo huic præfixo volumini ſanctiora paſcendi Gregis documenta viventes, futurique Paſtores: & dum præteritos, qui ad ſuum redeunt principium , benigno clementiæ Tuæ dignaris intuitu , offerentem , atque ſacratiſſima Pedum Tuorum veſtigia prono deoſculantem affectu, ut Tua paterna dones benedictione, humillimè precatur.

SANCTITATI TUÆ,

Datum Venetiis Kalendis Julii 1717.

Addictiſſimus Filius
Nicolaus Coletus.

A U-

to Capite tradidit Spiritum, *expiravit. Cadaver ſublatum juſſu, & expenſis piiſſimi Principis Cardinalis Franciſci Barberini funebria excepit, me ipſi ſolemniter apprecante Beatitudinis claritatem in majori ſacra Liturgia. Conditorium obtinuit, ut ipſe concupiverat, in Principe Templo ſui Cœnobii ſecus Aram majorem, ubi ſingularis beneficentiæ privilegio præcipuus bonos ſecutus eſt ad æternitatem, eomet Cardinalium Decano, & Epiſcoporum poſt Romanum primo mortalem Epigrapham ad ejus apodyterium ſcribente hujuſmodi.*

D. O. M.

Ferdinando Ughello
Hujus Monaſterii Abbati.
Mirare noſtri grande ſeculi Decus
Virtutibus, Laboribus. Modeſtia,
Cui debet Italia Sacros Antiſtites.
Qui traxit è mortis Sepulchro tot Viros
Perire Mortis in ſinu nunquam poteſt.
Obiit XIV. Kal. Jun. An. M. DCLXX. ætatis LXXV.
Franciſcus Epiſcopus Oſtienſis
De ſuo, cæteriſque Epiſcopatibus

B. M. P.

Evulgato ejus obitu Carolus Cardinalis Roſſettus Faventinus Epiſcopus juſſit in Cathedrali ſua Baſilica ſolemnes inferias celebrari à Clero, quod & alii plures præſtiterunt Eccleſiarum Principes Sacerdotes. Corpore fuit ſatis oblongo, optimè quadrato, magis obeſo quam tenui, & apprimè robuſto præpollebat; ſpectabilis erat aſpectu, & cum quodam ſuffuſo rubore candidiſſimo. Capite aliquantulum calvus, barba obraſus omninò, fronte ſpatioſa, naſu ad labia prono, oculis aquilinis: in Victu, Veſtitu, & inceſſu rigidioris Monaſtici cultus obſervantiſſimus. Valuit judicii, ingeniique rectitudine, & omnium, quæ ſcripſit, quæ legit, promptam ſemper retinuit memoriam. Ab omni ſemper cupiditate gloriæ alienus raro demiſſionis exemplo oblatos ſibi honores declinare ſtuduit. Mihi jam olim illud cujuſdam poetarum facetè dicere ſolebat.

Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis.

Et cuncta ad ſolam Dei gloriam eſſe peragenda ſeriò ſuadebat. Cum in proſperis, tum maximè in adverſis æqua modeſtia, & fortitudine claruit. Clementiæ, & Comitatis erga omnes ſingularis. Præclariſſimorum hominum conſuetudine uſus, imbecillioris notæ numquam contempſit: flagitia, quæ in ſe ipſo integerrimus Vir ſæviſſimè caſtigaſſet, in aliis amantiſſimè mederi ſtudebat, & miſericorditer compatiebatur. Tam vilem ſui exiſtimationem habebat, ut ſe viliſſimum homuncionem diceret, & eo ſe loco haberet. Apud ſummos, & doctos Viros maximo in pretio millenis Scriptorum celebratur encomiis. Eumque Sacra Rota Auctorem claſſicum nuncupat, ejuſque monimentis fidem adhibendam eſſe dicit.

Præ-

Præmonitum ad Lectorem.

Cum Typographi incuria factum fuerit, ut præter nonnulla menda, quibus mederi nullo negotio poterit benignus Lector, numeri ſeriei Epiſcoporum, quam juxta meas adnotationes in margine confeci, ter vel quater extra locum ſuum ponerentur, totidemque vel omitterentur, vel variarentur, inſpecto Chronico Indice, facile erit illos reſtituere, hoc modo.

Colum. 55 pro XVII. repone XVIII.
pro XVIII. XIX.
Colum. 80 pro LXXIV. LXXXIV.
Colum. 81 pro LXXVII. LXXXVII.
Colum. 82 pro LXXVIII. LXXXVIII.
LXXIX. LXXXIX.
CX. XC.
Column. 148. num. XCI. repone e regione Alexandri Farneſii, & ſic ſequentes ſequentibus Epiſcopis accomoda, itaut CXVII. reſpondeat Martio Ginetto.
Col. 239. pro XXX. XXXI. & ſic adde unitatem ſequentibus numeris uſque ad finem ſeriei Tuſculanæ.
Col. 246. E regione Petri Othoboni repone numerum XCIV. Jacobi Franzoni XCV.
Nicolai Acciajoli XCVI.
Vincentii Urſini XCVII. & Sebaſtiani Tanarii XCVIIJ.
Col. 308. numerum XII. & reliquos ejuſdem columnæ inſra ternas lineas repone.
Col. 422. num. LXI. è regione Theobaldi: num. LXII. Marcellini repone.
Col. 525. num. XLII. deme unitatem, & ſic duobus ſequentibus.
Col. 542. pro LXI. ſcribe XLI.
Col. 555. num. XV. pone juxta N.... & poſt binas lineas accomoda quatuor ſequentes.
Col. 675. pro XX. repone XXI. & ſic adde unitatem reliquis ejuſdem ſeriei numeris.
Col. 736. in fine pone num. XX. è regione Petri.
Col. 1115. pro X. dic IX. & ſic deme unitatem quatuor numeris ſequentibus.
Col. 1197. num. XX. transfer in col. 1198. è regione Teuzzonis, & ſic in eadem col. repone num. XXI. juxta Colum XXIIJ. & XXIII. juxta Gentilem, atque Dodonem.

Hos item alios errores corrige.

Col. 70. lin. 45. pro 1488. dic 1288. Col. 72. lin. 15. pro 839. ſcribe 879. Col. 82. lin. 27. pro 1063 dic 1603. Col. 183. in nota marginali pro 1411. lege 1511. Col. 292. lin. 2. pro 1579. dic 1479 Col. 352 lin. 52. pro 1407. lege 1047. Col. 394. lin. 41. pro 1581. ſcribe 1681. Col 494. lin. 46. pro 1454. lege 1554. Col. 497. lin. 74. pro 608. lege 680. Col. 700. lin. 5. pro Benardum lege Berardum. Col. 969. lin. 2. pro 1457. ſcribe 1357. Col. 1274. lin. 50. pro 977. lege 1017 Col. 1304. in nota marginali pro 549. dic 594.

Digitized by Google

NOI REFFORMATORI
Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro nel libro Stampato in Roma intitolato: ITALIA SACRA, ſive de EPISCOPIS ITALIÆ non eſſervi cos'alcuna contro Prencipi, e buoni coſtumi concedemo licenza à Sebaſtian Coleti, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle publiche librarie di Venetia, e di Padova.

Data li 7. Aprile 1717.

(Girolamo Venier Kav. Reformator.
(Franceſco Soranzo Procurator Reform.
(Lorenzo Tiepolo Kav. Proc. Ref.

Agoſtino Gadaldino Segret.

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUm Sanctiſs. D.N. Urbanus Papa viii. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anni 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, geſta, & miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junii 1631. ita explicavit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penè auctorem. Huic Decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantia, & reverentia, qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu, quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit.

INDEX

INDEX

ALPHABETICUS

EPISCOPATUUM ROMANÆ PROVINCIÆ,

Qui immediatè Sanctæ Sedi ſubjiciuntur.

OStienſes, &) Oſtia
Veliternenſes) Velletri 42
Portuenſes) Porto 87
Sylvæ Candidæ, &) Selva Candida,
S. Rufinæ) S. Rufina.
Sabinenſes) Sabina. 154
Præneſtini) Peleſtrina. 191
Tuſculani) Fraſcati. 225
Albanenſes) Albano, 247
AEſini) Jeſi. 279
Alatrini) Alatri. 288
Amerini) Amelia. 295
Anaguini) Anagni. 305
Anconitani) Ancona. 324
Aprutini) Teramo, 342
Aquæpendentis) Aquapendente. 383
Aquilani) Aquila. 373
Aquinates) Aquino. 394
Aretini) Arezzo. 402
Aſculani) Aſcoli. 436
Aſsiſienſes) Aſsiſi. 476
Averſani) Averſa. 485
Auximates) Oſimo. 496
BAlneo Regienſes) Bagnarea. 514
Biſinianenſes) Biſignano. 519
CAjetani) Gaeta. 526
Camerinenſes) Camerino. 546
Caſinenſes) Caſino. 572
Caſſanenſes) Caſſano. tomo.9
Caſtrenſes) Caſtro. 578
Civitatis Plebis) Città della Pieve. 585
Civitatis Caſtellanæ) Civita Caſtellana, 596
Civitatis Ducalis) Civita Ducale. 604
Cavenſes) Cava. 607
Cortonenſes) Cortona. 620
EUgubini) Gubbio. 632
FAnenſes) Fano. 656
Ferentini) Ferentino. 672
Fulginatenſes) Foligno. 680
Fundani) Fondi. 758
HOrtani) Orta. 733
Humanatenſes) Humana; nunc uniti cum Anconitanis. 743
INteramnenſes) Terni, 746

A B Ç

LAbacenſes) Lubiana. 766
Lauretani) Loreto. 766
Liparenſes) Lipari, 772
Lucenſes) Lucca, qui Pallio utuntur, 789
Lunenſes, &) Luni.
Sarzanenſes) Sarzana. 833
MAntuani) Mantova, 857
S. Marci) S. Marco. 876
Marſorum) Marſi. 882
Melphitenſes) Molfetta. 916
Melphienſes) Melphi, 920
Militenſes) Mileto. 942
Monopolitani) Monopoli. 961
Monteflaſconenſes &) Monteflaſcone
Cornetani) Corneto. 975
Montis Ilcinenſis) Monte Alcino. 991
Montis Peluſii) Monte Peluſio. 998
Montis Politiani) Monte Pulciano, 1002
NArnienſes) Narni, 1007
Nepeſini) Nepi. 1023
Neritonenſes) Nardò, 1035
Nucerini) Nocera. 1063
PApienſes, qui Pallio utuntur) Pavia. 1074
Pennenſes, & Hadrienſes) Atri, e Penna. 1122
Peruſini) Perugia. 1153
Pientini) Pienza. 1174
RAvellenſes) Ravello. 3181
Reatini) Rieti. 1194
Recanatenſes) Recanati, 1217
SAlutienſes) Saluzo. 1225
Signini) Segni. 1234
Sorani) Sora. 1243
Spoletani) Spoleto, 1250
Sutrini) Sutri. 1273
TErracinenſes, & Pipernenſes uniti) Terracina, e Piperno. 1278
Tiburtini) Tivoli. 1302
Tiphernates) Città di Caſtello. 1316
Triventini) Trivento. 1327
Trojani) Troja. 1334
Tudertini) Todi. 1349
VAlvenſes, &) Valva. 1358
Sulmonenſes) Sulmona,
Verulani) Veroli. 9386
Viterbienſes) Viterbo. 1401
Volaterrani) Volterra. 1425
Urbevetani) Orvieto, 1463

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA PRIMA,
DE LATIO, SIVE DE ROMANA PROVINCIA, ut vocant, ejuſdemque Epiſcopis ſanctæ Sedi immediatè ſubjectis.

SACRÆ hujus noſtræ Italiæ, quam modò, Deo benè juvante, molimur, à Latio, quod vulgus Romanam Campaniam vocat, initium ducemus. Ne, quando uniuſcujuſque Italicæ Eccleſiæ incunabula narranda ſuſcepimus, principem illam omnium Eccleſiarum ROMAM, ſaniorum dogmatum matrem, Apoſtolici culmen honoris, Summorum Pontificum nobiliſſimum thronum, ſcaturiginem, fontemque, unde revelata doctrina jus dicit mortalibus, vel ex ſupina injuſtitia, vel ex maligna prævaricatione præteriiſſe videamur.

Cæterum cum de Italicis Provinciis erit nobis inſtituta narratio, haud in ſingulis ita otioſè immorabimur, ut Geographis, aut iis, qui ad exemplum mortalium juſtas procudunt hiſtorias, ſuum peculiare munus eripiamus.

Semel enim profeſſos de eccleſiaſticis rebus, de Epiſcopis, eorumdemque præclarè geſtis, de fidei chriſtianæ per prædicationem prolatis finibus, de Eccleſiarum fundatione, originibuſque tractare, ſanè meliorum judicio dedeceret, ſi in earumdem nominibus, ſitu, prærogativis, incolis exquiſitè, immodicèque perquirendis tempus perabſumeremus; quæ fugaci, ut ita dicam, narratione conſtricta (quod ipſum paſſim, ſed modicè efficiemus) & lectoribus aliquam afferent jucunditatem, & nobis ipſis revolutæ hiſtoriæ haud modicam parient laudem. Niſi fortè eccleſiaſtico ſcriptori minima illa temporis videatur jactura, ſi cum de Latio, verbi gratia, agere incipiemus, ejuſdem Provinciæ nomina, Saturnia ſcilicet, Oenotria, Italia, Siciliaque, quibus pro tempore, ac incolentium placito aliquando inſignita eſt, exactiùs cum ejuſdem habitatoribus, Siculis, Aboriginibuſque, qui cum Pelaſgia poſtea opibus ſociatis è Regno Latini dicti fuerunt, exactiùs, inquam, legentibus velimus obtrudere. Hæc ſiquidem cum apud Dionyſium Halicarnaſſeum, Varronem, Plinium, Solinum, Macrobium, Sex. Aurelium Victorem, Feſtum Pompejum, Trogum, Strabonem, Livium, Tacitumque, & in neotericis Leandrum Albertum, Philippum Cluverium modernum antiquæ Italiæ deſcriptorem, jam pridem decantata ſint; ſi hæc eadem ipſa in noſtra hac ſcriptione iterum diligentiùs proſequamur, ad antiquam ſanè, non ſine lectorum fortaſſe nauſea, cantilenam videamur redire.

Nobis certè ad huic noſtro inſtituto aptiora properantibus ſatis viſum eſt, ſi breviter ex Ovidio, unde Latium dictum ſit, ejuſdem elegantiſſimis prolatis carminibus aperiamus, Faſt. lib. 1.

A *Hac ego Saturnum memini tellure receptum,*
Cœlitibus Regnis à Jove pulſus erat.
Inde diu genti manſit Saturnia nomen,
Dicta quoque eſt Latium terra latente Deo.

Nec abſimilia Maro cecinit in 8. Æneid.

Primus ab æthereo venit Saturnus olympo
Arma Jovis fugiens, & Regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit: Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Idem Ovidius:

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo;
Romanæ ſpatium Urbis & Orbis erit.

Et Ammianus Marcellinus de Romana felicitate ita inquit; *Tempore, quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura, dum erunt homines, Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis fœdere pacis æterna, virtus concurrit, atque fortuna, plerumque diſſidentes, quarum ſi alterutra defuiſſet, ad perfectam non venerat ſublimitatem.*

B Igitur hæc tanta Urbs condita eſt, ut Dionyſii ſententia tulit, Olympiade vij. ineunte anno poſt excidium Trojæ 432. poſt conditum verò orbem, circiter 3225. eidemque Auctor Romulus nomen fuit, ſublato interim Remo fratre, non tam quòd novos muros per ſaltum increpuiſſet, quàm quòd regni ſocium pati non poſſet. Romulus igitur in Capitolio, aperto Aſylo, magnum perſugarum numerum excepit; in centum adlegit Patres, ut cum robore, cumque viribus conveniret conſilium; atque ut à ſe noviter conditam urbem novis incolis frequentaret, à finitimis connubia expetiit, quibus non impetratis, in Conſularibus ludis, raptis Sabinis extorſit. Inde contra Romanos exortum à finitimis bellum, ubi Romulus, cum, Cæninis fugatis, Jovi Feretrio primus opima ſpolia tuliſſet, ob rem proſperè geſtam de Antemnatibus triumphavit. Sed cum deinde Sabini, belli pertinacia, reſurrexiſſent, Romanaque acie propemodum inclinata, victoriæ laus ſpectaret ad Latium, Statori Jovi Romulus templum magnificè vovit,
C ex eoque revocato in prælium milite, Sabinos urget, fugatque, donec mulierum, quæ raptæ fuerant, interventu utraque acies, icto fœdere pacis, unum coivit in regnum.

Novo itaque Sabinorum incremento civitate adaucta, populum in tres partes diſtribuit, quas Tribus vocavit, juſſitque tenuiores in clientelam eſſe potentiorum, quo mutuis officiis animi arctiùs colligarentur. Paulò poſt Fidenates perdomuit: Vejentes ex perfidia belli contumaces agri parte mulctavit. Denique ad Capreæ paludem extra pomœrium recenſens exercitum, ita inter deſipientis tempeſtatis procellas ſublatus eſt, ut nuſquam deinceps comparuerit.

Romulus Numam Pompilium excepit: Numa Tullum Hoſtilium; Tullus Hoſtilius Ancum Mar-

tium; Ancus Tarquinium Priſcum; Priſcus Servium Tullium; Tullius Superbum Tarquinium, qui ex factis nomen Superbi adeptus ob Sexti filii ſcelus, qui caſtiſſimæ fœminæ Lucretiæ ſtuprum intulerat, regnum ſuperba tyrannide adminiſtratum tandem amiſit.

Et Numa quidem Romam, ex Romuli diſciplina ferocientem in armis, religione manſuefecit: Tullus verò Hoſtilius, ſpreta religione, Romulo, quàm Numæ ſimilior, ad arma pronior fuit. Ancus iterum avitam Numæ religionem percoluit. Tarquinius Priſcus, Latino nomine domito, lapideo muro Romam cingere aggreſſus eſt. Servius autem Tullius non minùs ſapientia, prudentiaque, quàm armis valuit; donec Tarquiniorum ſcelere, ut ſupra retuli, Juniique Bruti virtute Romana adminiſtratio ad annuos Conſules tranſiit, poſtquam Romæ Reges regnaſſent 245. ann.

Sub Conſulibus porrò adeò multa Romanorum decora, ſive belli, ſive pacis artes velis ſpectare, prodiere, ut nil mirum ſit, Romanos ſubacta tota Italia per 200. circiter annos ad Imperium orbis terrarum ſibi gradum feciſſe. Sub tyrannide verò, dominatuque Imperatorum, vel protulere fines, vel ſemel prolatos conſtantiſſimè defenderunt. Quorum cùm hoſtium, tùm verò maximè Chriſtianorum ſanguine fere ſemper madure manus, tanquam qui Chriſti veri Dei cultu illorum ſuperſtitioſæ religioni adverſari viderentur. Inde factum eſt, ut dum ſcelere partum Regnum, Imperiumque tuentur, amiſſo regno, martyrum cæde, & ſanguine Eccleſiaſticum regnum Romanis in arcibus formarint, promoverintque. Siquidem cum ann. 15. ante exceſſum Auguſti, JESUS CHRISTUS ÆTERNUS DEI FILIUS EX MARIA VIRGINE PROGNATUS FUISSET, cæleſtis iræ utique futurus piaculum, humanique generis magiſter, & vindex, ac 33. natus annos innocenter à Judæis propudioſam crucem tuliſſet, ſuo ſanguine luit ſcelus, quod ex vecordi præteritione divini præcepti primorum parentum totum humanum genus infecerat: relictoque Petro in terris Vicario, expeditum ſuis ſectatoribus in cælum iter aperuit.

Itaque Petrus (Claudio Nerone imperante) Antiochenam primùm fundavit eccleſiam, poſtea Herodiana cuſtodia divinitùs elapſus, ubi aſſervabatur ad necem, altero Claudii Neronis anno Romam venit, ibidem Chriſti Vicario æternam ſedem collocaturus.

Hic ille Petrus eſt, qui ex magiſterio, Chriſtique vocatu, ex piſcatore Paſtor totius Dominici gregis effectus, tanto deinde ardore animi magiſtrum ſecutus eſt, ut ex revelatione divina primus illum filium Dei appellare, ideòque ab eodem Pontifex declarari meruerit: ille, cujus greſſibus ad Chriſtum properantis mare ſe ſolidum præbuit; qui in ea nocte, qua tradebatur Dominus, ex Chriſti amore exerto gladio, inhoneſto ad aurem vulnere Pontificis ſervum inſultantem mulctavit; qui negationis timidum lapſum jugi amaroque lachrymarum imbre lavit, abſterſit: qui demùm redivivum Chriſtum ab inferis, à Maria Magdalena ſecundus, obvium habuit. Hic, inquam, ille Petrus eſt, qui Romæ æternùm duraturam Apoſtolicam fixit ſedem anno Chriſti 45. die 18. Januarii, Conſule Lucio Vitellio, anno 2. Claudii Imperatoris, altero verò anno, ex quo adventaverat Romam. Memorabilis ſanè dies, ac toti orbi chriſtiano lætabilis, ac dignus profectò, cui futura ſæcula plaudant, eumdemque venerentur, & colant.

Cæterùm tametſi Petrus Romæ, aliique deinceps Apoſtoli alias alibi fundarint Eccleſias, unam tamen Catholicam, & Apoſtolicam pii venerâtur mortales, ut fert, tulitque ſemper priſcorum Patrum ſententia, acclamaveruntque magni Nicæni Concilii præſules. Quoniam verò per univerſum Orbem longè, lateque diffuſa eſt, atque diſperſa, optimo jure, divinoque in primis conſilio factum eſt, ut caput illud viſibile, hoc eſt, Romanus Pontifex inviſibili, certoque loco verendum illum ſuum figeret thronum, undè quæ de fide controverſa emergerent, ſanctiùs dirimeret, certiùſque promulgarentur jura mortalibus. Nec alius quiſpiam ab Apoſtolo Petro eligi potuit locus dignior, quàm una Roma, ut quæ perverſi divini cultus fuerat ſedes, profanique imperii Orbis terrarum, eadem veri Dei cultus, atque Pontificii imperii, ideòque ſalutaris, ineluctabilis cathedra ſuſpiceretur.

Quamobrem meritò alibi aliò à cæteris Apoſtolis fundatæ Eccleſiæ hujus Romanæ nomine nobilitantur, non ſecus, ac olim Romanorum nomine cenſebantur quicumque unas Romanas leges, arbitriumque jure belli cogebantur ſubire. Itaque jure optimo acceſſitur hæreticos, qui à Romana cathedra pervicax factus abjerit. Unde egregii Patrum Sanctorum plerique Romanæ Sedis extulere præconia; *Qui Eccleſiæ*, inquit Cyprianus de Unit. Eccl. *renititur, & reſiſtit; qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia; deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Idem Romanam Eccleſiam vocat Matrem, & radicem omnium Eccleſiarum totius Orbis. Irenæus lib. 3. cap. 3. epiſt. 45. *Ad hanc*, id eſt Romanam, *Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab iis, qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quæ ab Apoſtolis eſt tradita.* Ambroſius Oratione in Satyrum *Percunctatus Epiſcopum eſt, ſi cum Epiſcopis catholicis, hoc eſt, ſi cum Romana Eccleſia, conveniret.* Hieronymus epiſtol. 57. ad Damaſum Papam; *Quicumque extra hanc domum*, hoc eſt, Romanam Eccleſiam, *agnum comederit, profanus eſt, ſi quis in Arca Noe non fuerit, peribit, regnante diluvio.* Et ſanè meritò; in ea ſiquidem illa ſemper poteſtas viguit, vigebitque, quam eidem Chriſtus Dominus dilargitus eſt, ut ſcilicet in cœlis terriſque ſoluta, ligataque manerent quæcumque illa ſemel ligaſſet, atque ſolviſſet; utque de rebus fidei controverſis inappellabilem ſententiam ferret; ut abdita Scripturæ ſenſa infallibiliter explicaret; ut Conciliis ipſis, tamquàm caput præſideret, ne, quæ decernerentur eorum dogmata, detruncato quodammodo capite labarent. Hæc, inquam, ſublimis Sedes, quàmque ex hac ipſa, quam modò commemoravimus, poteſtate mirum in modum emineat: tum etiam à diffuſione doctrinæ, quæ omnes orbis partes ſua ſanctitate pervadit: item ab unitate fidei, quam tot locorum divortia non corrumpunt: præterea à nomine Catholicæ, quod ab invitis ipſis hæret eis extorquet, etiam aliud agentibus ſe ſe videtur ingerere cognoſcenda.

Conſtituta, fundataque Romæ Apoſtolica Sede Petrus, ut hierarchicum ordinem, quem ex traditione Chriſti acceperat, ſanctè ſervaret, ſectatores ſuos, quos in fide aluerat, ad diverſas orbis partes Epiſcopos deſtinavit: quorum qui toti regno ampliori cum poteſtate jubebantur præeſſe, illos Patriarchas voluit appellari; qui verò uni tantùm Provinciæ moderabantur, Archiepiſcopos; cæteros ſimplici Epiſcoporum nomine inſignivit, quos in gravioribus juſſit Metropolitanorum arbitrium expectare.

Ad Romanæ autem Sedis ſplendorem, majeſtatemque conciliandam ejus prærogativæ Epiſcopos conſecravit, qui ex nullius Metropolitani nutu penderent; ſed unius tantùm Romani Pontificis faſces proximè revererentur.

Hi antiquitùs ad exemplum ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti totidem numero Romanæ provinciæ Epiſcopi fuerunt, præter eccleſias ſex Cardinalibus attributas (1), qui apud ſummum Pontificem ſuffraganeorum munere fungerentur; quorum cum aliqui poſtea Archiepiſcopi cœpiſſent creari, aliorumque Epiſcopatuum jura eiſdem attribui, illorum hoc tem-

(1) Ex ſcripto antiquo Vaticano Codice ſacrorum rituum conſtat undecimo ſeculo 62. fuiſſe in Italia Epiſcopos Romano Pontifici immediatè ſubjectos. En verba dicti codicis relata à Baronio Annal. t. XI an. 1057. *Inſuper præter ſeptem collaterales Epiſcopos erant alii Epiſcopi, qui dicuntur ſuffraganei Romani Pontificis nulli alii Primati, vel Archiepiſcopo ſubditi, qui frequenter ad Synodos vocarentur. In Campania Tiburtinus, Anagninus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Soranus, Fundanus, Caietanus, Terracinus. In Marſis ſunt hi. Forconenſis, Marſicanus, Valvenſis, Tiburtinus, Pinnenſis, Aprutinus. In Thuſcia ſunt hi. Nepeſinus, Sutrinus, Civitenſis, Hortanus, Balneoregenſis, Urbevetanus, Viterbienſis, Ca-*

tempore Epiſcoporum numerus imminutus eſt, ut uberiùs hoc ipſum deinceps colliget lector ex iis, quæ de eadem re planiùs, pleniùſque narrabimus ex novo Provinciali Romano.

Cæterum conſule de iis Panvinium lib. de Epiſcopat. & Titul. Card. Baronium in Ann. Eccleſ. ubi fuſiùs. (,, *De urbe veteri*) Sext. Ruffum, Blondum Flavium, Raphael. Volaterranum, Poggium Florent. Franc. Albertinum, Franc. Oricellar. Bartholom. Marlianum, Luc. Faunum, Andr. Fulvium, Jo. Roſinum, Lipſium, & alios.

De nova Urbe ſub Romanis Pontificibus vide Blondum Flavium, Panvinium, Boſium, Stapletonum Anglum, præter innumeros alios. De Templis ſacris Laurent. Schodrerum Sax. lib. a. monum. Italiæ, Pomp. Ugo, ac Panvin. de Septem Urbis Eccleſiis. De Pietate Romana nuper Theodorus Amidenus Belga. De eccleſiis Urbis erudité, diligenterque ſcribit noſter Floravantes Martinellus, peritiſſimus antiquitatis. De Titulis Cardinalium ſcripſit, ſed non edidit, tomos 4. Abbas Paulus de Angelis Siculus vir doctus, ille idem, qui olim opus eruditiſſimum Liberianæ Baſilicæ in lucem emiſit Paulo V. ſedente.

Quibus præmiſſis ad Pontificum ſeriem nullo unquam tempore interruptam deſcendemus, ſed compendiariò; ſiquidem habuit illa multos, ac illuſtres ſcriptores, Damaſum ſcilicet & ipſum Pontificem, Anaſtaſium Bibliothecarium, Guillelmum, Paulum Diaconum Aquil. Vidonem Ravennatem, Sigebertum, Hugonem Floriacenſem, Luitprandum Epiſcopum Cremonenſem, Gothifredum Viterbienſem, Vincentium Bellovacenſem, Martinum Polonum Archiepiſcopum Cuſentinum monachum Ciſtercienſem, Ptolomæum Lucenſem, Sozomenum Piſtorienſem, Gervaſium Riccobaldum Ferrarien. D. Antoninum Archiep. Florent. Platinam, Panvinium, Baronium diffusè in Ann. Eccl. Papirium Maſſonum, & Ciaconium. (,, *Quibus adde Baronii* ,, *continuatores Raynaldum, atque Bzovum, Collectores* ,, *Actorum Sanctorum in Propylæo menſis Maji, Pa-* ,, *gium, atque Pearſonium.*)

PONTIFICES ROMANI.

1 S. PETRUS igitur, antea Simon Joannis à Bethſaida Galilææ, Petrus & Cephas vocatus à Chriſto, quod ſuper ipſum ædificanda Eccleſia erat, ex piſcatore diſcipulus Chriſti Princepſque Apoſtolorum effectus, cui ex prærogativa hierarchici ordinis cœlorum claves ſpeciatim ſunt attributæ (tametſi etiam Apoſtoli cæteri eadem fuerint inſigniti poteſtate, haud tamen illam tranſmiſſuri ad poſteros) primùm Antiochiam venit; unde poſt 7. annos quàm ibi ſederat, Romam, ibi perpetuò duraturam, Sedem Apoſtolicam deportavit. In qua cum 24. annos, menſes 5. 12. dies ſediſſet, extendiſſetque tum ipſe per ſe, tum per alumnos ſuos ſanctiſſimos viros fidei Chriſtianæ confinia, ipſe in Janiculo capite inverſo cruci affixus eſt ann. 69. die 29. Junii: cum Paulus prædicationis collega via Oſtienſi capitis obtruncatione vitam finiſſet ſub ſæviente impio Nerone, qui ad Apoſtolorum imperium excanduerat impium Simonem magum interiiſſe.

2. S. LINUS Petro ſucceſſit an. 69. natione Thuſcus, patria Volaterranus, è gente Maura, Herculano patre progenitus, quem jam inde antea Petrus cum clero in gravioribus ſibi coauditorem aſciverat. Felix proinde Hetruria; ſed Volaterræ feliciores, quando is, quem auſpicatiſſime protulere, ſecundus à Petro, S. Romano throno meruit nobilitari.

Tametſi autem ferant, Clementem Romanum ad tantum munus deſignatum fuiſſe à Petro; poſt ejuſdem tamen exceſſum Clemens Lino libens volenſque ceſſit, tum quòd illum cleri ſuffragia extulerant, tum ne in exemplum ſenſim tranſiret, ut Pontifex quiſ-

A que ante diſceſſum, comitiorum Cleri libertate contempta, ſibi diceret ſucceſſorem. Sedit ann. 11. Romæque 23. die Septembris nobili coronatus martyrio ſui pontif. ann. 8. in Vaticano tumulatus eſt.

3. S. CLETUS in Pontificatu Linum ſecutus eſt. Hic patria Romanus fuit, ex vico Patritii, filius Æmiliani, ab ipſo S. Petro ad fidem Chriſti perductus, atque cum S. Lino coepiſcopus ordinatus, Romaniſque ſuburbiis cuſtodiendis, tutandiſque præfectus, S. Lino defuncto, à populo, cleroque Pontifex Romanus acclamatur ann. 80. Præfuit autem ann. 12. menſ. 7. dieb. 21. Sub Domitiano Imperatore illuſtrem tulit palmam martyrii, ſepultuſque eſt apud S. Linum, ut haud mors illos divideret, quos idem pontificale munus, eademque martyrii gloria (quodque caput eſt) idem amor in vita conjunxerat.

4. S. CLEMENS Romanus ſecundæ regionis in monte Cœlio, parentibus nobiliſſimis Fauſtino, Ma-
B tidiaque genitus eſt, qui ſuam originem longa ſerie procerum referebant in Cæſares, philoſophia, revelataque doctrina percelebris, à S. Petro ſacro fonte eluitur; ab eodemque Diaconus, Presbyter, Epiſcopus inauguratur. Cùmque tanti Apoſtoli calculo Pontifex fuiſſet deſignatus, ea ratione haud ſuſtinuit tantum onus ſubire, ne libertati ſuffragiorum officeretur. Igitur à clero de more ſublectus ann. 93. poſt Cletum, ſedit ann. 9. menſ. 6. dieb. 4. Denique cum multa præclara geſſiſſet, ſcripſiſſet, in maris profundum anchoræ pondere detractum præfocantibus undis abſorptus eſt. Ejus ſacrum cadaver marmoreum templum, Angelicis manibus ſub altiſſimis fluctibus excitatum excepit; quod modò placida unda maris tegebat, modò abſcedens ad conſtitutam diem, & tempus alendæ in ſanctum fidelium pietati detegebatur. Celebre miraculum fuit, donec tempore Nicolai I. Pontificis Romam translatus eſt, ſepultuſque honorificè in monte Cœlio in templo ejus nomini conſecrato.

5. S. ANACLETUS Græcus, patria Athenien-
C ſis, Antiochi filius, Apoſtoli Petri alumnus, à quo primum Diaconus ordinatus, mox Presbyter, deinde etiam Epiſcopus, poſt D. Clementem, Romanam ſedem obtinuit anno 103. Imperitavit ann. 9. menſ. 2. dieb. 28. Pontificii regni coronam nobili corona martyrii condecoravit. Capite ſub Trajano Imperatore truncatus 3. idus Julii ann. 111. in Vaticano cum prædeceſſoribus ſuis ſepulchrum accepit. Dierum 13. interregnum poſt ejus deceſſum fuit. Cæterùm Anacletus ſanctiſſimè ſanxit, Epiſcopi inaugurationem fore conficiendam per tres Epiſcopos.

6. Ad ſedem deinde Rom. evectus eſt S. EVARISTUS, natione Græcus, Judæo patre natus, cui Iudæ Bethlehemitici nomen fecerunt, ann. 112. E ſancto throno jus dixit an. 9. menſ. 3. mulctatuſque capite ſub Hadriano glorioſè deceſſit die 26. Oct. ann. 121. conditúſque eſt in Vaticano: vacavit ſedes dies 18. Hic primùm parochialibus eccleſiis fines præſcripſit, tituloſque presbyterorum diſtinxit, quo quiſque ſuam & agnoſceret, & diligentiùs adminiſtraret.

D 7. Evariſto S. ALEXANDER Alexandri fil. Romanus è regione Capitis Tauri ſucceſſit ann. 121. Decem omninò annos ſedens explevit, menſ. v. dies 20. Hadriano ſæviente, per martyrium diem clauſit extremum ann. 132. die 3. menſis Maji, via Nomentana, 7. ab urbe lapide. Cujus ſacrum corpus poſt multa ſecula, cum Eventio, Theoduloque claris martyribus, Lucam tranſlatum eſt, conditumque in templo ejus nomini magnificè conſecrato, ut infra narrabimus. Hic ſanctiſſ. Pontifex ad ampliorem paſſionis Chriſti memoriam in Miſſa verba illa mandavit addenda, *Qui pridie quam pateretur*, uſque ad formulam conſecrationis, *Hoc eſt Corpus meum*. Conſecrandum vinum cum aqua debere miſceri ſanxit: voluitq; latinam Eccleſiam non fermentato, ſed azymo uti ad ſacrificia: luſtratamq; aquam inſtituit ad abigendos dæmones, morboſque pellendos. Itaque poſt ejuſdem palmam martyrii per 35. dies ſedes vacavit.

ſtrenſis, Suanenſis, Cluſinus, Peruſinus, Caſtellanus, Aretinus, Groſſetanus, Volaterranus, Senenſis, Lucanus, Piſtorienſis, Florentinus, Feſulanus, Lunenſis. In Umbria, & Marchia. Spoletum, Aſſiſium, Fulginas, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narnienſis, Interamnenſis, Eſculanus, Firmanus, Camerinenſis, Auximanus, Humanus, Anconitanus, Æſinus, Senogallienſis, Fanenſis, Piſaurenſis, Foroſempronienſis, Callienſis, Urbinas, Ariminenſis, Ferentanus.

8. S. SIXTUS Romanus, filius Paſtoris è Viæ latæ regione, cum eſſet presbyter, Pontifex ſubleɛ̃tus eſt ann. 132. feliciterque orbita martyrii decurſa, Romæ deceſſit 8. idus Aprilis, ann. Chriſti 141. inque Vaticano tumulatus eſt, cum per ann. 9. ſediſſet, menſ. 11. dies 22. Inter cætera ſanxit, ut *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, ſacrificaturi in miſſa cantarent, cavitque ne prius Epiſcopi, quos S. Romanus Pontifex ad limina Apoſtolorum vocaſſet, à ſibi creditis populis reciperentur, quàm apoſtolicas literas eoſdem populos ſalutantes attuliſſent. Poſt hujus Pontificis deceſſum diebus omninò duobus Romana Sedes vacua fuit.

9. S. TELESPHORO deinde è magna Græcia, quam hodie Calabriam vulgò vocamus, è Thurienſi civitate, Anacoritæ filio, jampridem presbyteratus ordine inſignito, pontificalia inſignia delata ſunt, ann. 142. Antonini temporibus. Sacrorum Antiſtes extitit ann. 11. menſ. 9. ſi tres dies tantùm ſubduxeris. Non ſine cæde, & ſanguine pro Chriſtiana fide decertans ſub eodem Antonino deceſſit non. Januarii an. 154. ac prope S. Petri Apoſtoli corpus tumulatus eſt in Vaticano. Solemne quadrageſimale jejunium, jam olim ab Apoſtolis inſtitutum, novis ſanctionibus renovavit: Natalis Domini *nocte miſſas* celebrari mandavit, atque in illis Angelorum canticum, hoc eſt, *Gloria in Excelſis Deo*, decantari præcepit.

10. S. HYGINO, poſt Teleſphorum, ex Græco philoſopho parente Athenienſe progenito, jampridem presbytero, Romana ſedes obvenit, die 13. Januarii, ann. 154. Antonino Pio Imperatore. Hic, ut aliquot ſcriptorum fert ſententia, martyr occubuit; tametſi contendant alii poſtremos dies exegiſſe in pace, die 8. Januarii ann. 158. tumulatumque fuiſſe apud S. Petrum in Vaticano. Romano Clero Hyginus ſanctiores edixit leges, ac cuique Eccleſiarum titulo presbyterum Cardinalem præfecit, ſive alios, qui ex Cardinalium arbitrio dependerent. Hinc Cardinalium, eminentiſſimæ poſt Pontificem dignitatis, extitit origo; de quorum ſub Hygino Pontifice ortu egregiè Alphonſus Ciaconius, & Paulus de Angelis.

11. S. PIUS Aquilejenſis Rufi filius, frater Paſtoris, cum romano presbyteratu fulgeret, in Pontificatum ſucceſſit an. 158. die 15. Jan. Præfuit ann. 9. menſ. 6. demptis tribus diebus. M. Aurelio, & L. Vero Imperatoribus palmam tulit martyrii, die 11. menſ. Julii ann. 167. defunctumque Vaticanum excepit. Quatuordecim omninò dies tenuit interregnum. Cæterum ſanctum Paſcha dominico die S. Pius celebrandum edixit, tum quòd ita olim ab Apoſtolis fuerat inſtitutum, tum ut unitati fidelium ea ratione conſuleret, quam nonnullorum nimis moroſa dierum obſervatio, an dicam inverſio, ſcindere videbatur.

12. S. ANICETUS, poſt hunc, filius Joannis, Syrus, univerſalis eccleſiæ adminiſtrationem capeſſit, cum prius Romanæ Eccleſiæ presbyteratus munere fungeretur ann. 167. M. Aurelio & Lucio Vero imperantibus. Ann. 8. citra menſes tres ſeptemque dies ſedit ad clavum; ſacrumque thronum, unde per id tempus ſanctiſſimè jura dixerat, ſuo ſanguine purpuravit, die 17. M. Aprilis. ann. 175. ſepultuſque eſt via Appia in cœmeterio, cui poſtea de nomine Calliſti nomen fecerunt. Dies 17. ſuo Paſtore ſedes romana caruit. Cæterùm Aniceti tempore, Polycarpus Joannis Evangeliſtæ nobilis alumnus Romam venit, ab eoque eſt Epiſcopus Smyrnenſis ordinatus.

13. S. SOTER Anicetum ſecutus eſt ad ſedem. Hic Fundi in Campania Concordio patre natus eſt; unde ab aliquibus Concordius Soterus dictus eſt: obvenit autem ei eccleſiaſticum Imperium anno 175. die 5. menſis Maji, imperante M. Aurelio Antonino Philoſopho. Præfuit ſacris rebus annos 4. haud ferè integros; cùmque pacificè deceſſiſſet, in cœmeterio è ſuo nomine dicto funeratus eſt via Appia, quod deinde cœmeterium Calliſti appellavere. Sedes haud pluſquam 2. dies vacua fuit, donec novo creando Pontifici Comitia agitarentur.

14. S. ELEUTHERIUS Græcus, parente Abundio, patria Nicopolitanus, olim Presbyter S. R. E. ejuſdem S. Eccleſiæ throno nobilitatus eſt, an. 179. imperante M. Aurelio. Quindecim ann. in ſacris ultra tres dies dominatus eſt, miraque temporum tranquillitate deceſſit 7. Kal. Junii ann. 194. cum Imperator Commodus publicam rem adminiſtraret, ſepultuſque eſt cum ſuis prædeceſſoribus in Vaticano. Cumque hujus Pontificis tempore maxima Chriſto ſe multitudo mortalium adjunxiſſet, ex diuturniori pace fides chriſtiana protulit fines; mirumque in modum viſa eſt florere, cum Imperatorum in Chriſtianos rabies tantiſper deſerbuiſſet.

15. S. VICTOR deinde Africanus filius Felicis, Commodo adhuc imperante ann. 194. romanam evaſit ad ſedem, in eaque ann. 10. menſ. 1. dies 8. ſanctiſſimè vivens explevit; fidemque, quam edocebat, profitebaturque, effuſo per martyrium ſanguine illuſtravit. Elatus in Vaticanum illatus eſt. Interregnum 2. dierum omnino fuit. Cæterùm Victoris auctoritate per Aſiam aliquot concilia in cauſa fidei ſaluberrimas protulere ſententias; ipſeque, tum ob cæteras res præclarè geſtas, tum decreto de Paſchate poſt 14. lunam celebrando, illuſtris evaſit.

16. S. ZEPHYRINUS Romanus Abundii filius eccleſiaſticum deinceps ſucceſſit in regnum, imperante Severo, ann. 203. Imperitavit ann. 18. dieb. item 18. vitam finivit ann. 221. tumulatuſque eſt in cœmeterio ſuo via Appia. Comitiis agitandis ſex dierum ſpatium fuit. Zephyrino ſedente, quinta in Chriſtianos perſecutio oborta eſt, quam impius Severus Imperator commovit, in qua quidem Zephyrini pietas in gregem, conſtantia autem in adverſis enituit. Cæterùm dum Severus nomen chriſtianum conatur extinguere, Pontifex Zephyrinus decreto de anniverſaria ſacroſanctæ Euchariſtiæ communione, circa ferias Paſchatis, chriſtianam pietatem accendit.

17. S. CALLISTUS Romanus Dionyſio parente ortus, poſt Zephyrinum Pontifex acclamatur, ann. 221. die dominico, hoc eſt 4. non. Septemb. Antonino Heliogabalo imperante. Annis 5. rexit eccleſiam, menſe 1. diebus 12. Poſt diutinam carceris macerationem in puteum demerſus eſt, prid. idus Octobr. ann. 226. ſepultuſque eſt in cœmeterio Calepodii via Aurelia; ſexque tantùm dies inter defunctum, novumque Pontificem intercceſſare. Hic S. Mariam trans-Tiberim ædificavit, confirmavitque jejunium, quod quater in anno Apoſtolorum traditione celebratur.

18. S. URBANUS ex Pontio parente Romanus Pontifex inde creatur ann. 226. principe Alexandro: cathedram Romanam tenuit, ann. 6. menſes 7. dies 4. Capite plexus eſt fidem propugnans die 25. menſ. Maji, ann. ab orbe redempto 233. Celebris ejus pontificatu evaſit non modò ex decreto de bonis eccleſiaſticis in pios uſus convertendis, ſed etiam ex illuſtri martyrio S. Cæciliæ virginis, Valeriani, ac Tiburtii, quos ad hujuſmodi agonem conſtantiſſimè animaverat. Hic in cœmeterio Calliſti via Appia tumulatus quieſcit. Sedes verò Romana poſt 30. dies novum paſtorem excepit.

19. S. PONTIANUS Romanus, filius Calphurnii, Alexandro imperante, Pontifex electus eſt ann. 233. 8. Kal. Julii, atque ab eodem Imperatore in Sardiniam relegatus, ubi poſt multos exantlatos labores, Maximino præcipiente, illuſtrem tulit palmam martyrii 19. die Novemb. ann. 237. in eademque inſula tamdiù jacuit tumulatus, donec Fabianus Papa ejus ſacras reliquias Romam transferendas, inque cœmeterio Calliſti recondendas honorificè curavit. Extraxere comitia vacuam ſedem dies omninò 13. cum demortuus Pontianus 5. annos ſediſſet ſupra 2. dies.

20. S. ANTHERO deinde, Romuli filio, Petilienſi è magna Græcia, imperante Maximino, pontificale onus delatum eſt ann. 237. Cæterum breviſſimus pontifex, quippe qui per unum vix menſem, ac 14. dies violenta martyrii morte ſublatus imperitaverit ann. 238. ſepultuſque eſt in cœmeterio Calliſti via Appia. De novo creando pontifice 13. dies conſultatio tenuit.

21. S. FABIANUM Romanum, Fabii filium S. R. E. presbyterum, per columbam divinitùs allatam, acclamante ad miraculum populo, ſuffragia evexerunt ad ſedem die 27. menſ. Januarii anno 238. ne ſub Deciana rabie martyrio conſumptus eſt, die 20. Januarii ann. 253. Quindecim annis publicam ſacram rem ultra 4. dies ſanctiſſimè cum adminiſtraverit, interregnum penè unius anni fuit. Hic Pontifex patrem, filiumque Philippos Imperatores ſacro fonte abluiſſe fertur, ſub quorum principatu Roma ſuæ fundationis milleſimum ſibi gratulata eſt, ann. ab incœpta ſalute 249.

22. S. CORNELIUM Romanum Caſtini filium, presbyterum antea S. Romanæ Eccleſiæ, Apoſtolicæ cathedræ clerus Romanus admovit, Aprili menſe, ann. 254. adhuc Decio in Chriſtianos deſæviente. Sedit circiter annos duos, ſubque Voluſiano, Galloque Imperatoribus ſanguinem pro fide profudit, ann. 255. die 14. menſ. Sept. Hic vix eccleſiaſticum inierat principatum, cum per factioſos mortales primum ſchiſma in Eccleſia Romana ebulliit, exque illo æſtu Novatus Romanus Antipapa emerſit, contra quem Cornelius Romæ Concilium opportunè coegit.

23. S. LUCIUS deinde Porphyrii filius Romanus, ac S. Cornelii prædeceſſoris olim collega, conſorſque exilii, in ſedem Petri ſucceſſit, Gallo, Voluſianoque imperatoribus, ann. 255. ſacris præfuit ann. 1. menſ. 4. dies 14. martyrioque coronatus eſt 4. non. Martii, inque cœmeterio Calliſti ſepultus: novamque Pontificis inaugurationem omninò 30. dies protraxere.

24. S. STEPHANUS Romanus Julii filius à Papa Cornelio S. R. E. Archidiaconus creatus, ſucceſſit Lucio ann. 257. die 7. Aprilis, Valeriano, Gallienoque imperantibus. Sedit annos tres, menſes ſex, dies quinque. Demùm, Imperatore jubente, capite plexus ann. 260. ſecunda Auguſti; ſepultus fuit in cœmeterio Calliſti. 22. dies Apoſtolica Sedes vacua manſit.

25. S. SIXTUS Græcus, patria Athenienſis, ejus nominis II. Stephano ſuffectus eſt an. 260. 26. Auguſti, Valeriano, ac Gallieno Imperatoribus. Vix annum integrum ſedit, capitiſque obtruncatione martyr effectus eſt 8. idus Aug. ann. 261. Quem vita functum in Calliſti cœmeterium intulere Chriſtiani; ac poſt triduum ad coronam martyrii illum ſecutus eſt Laurentius Archidiaconus illuſtriſſimus martyr, ut illi prædixerat ſenex, cum duceretur ad pœnam.

26. S. DIONYSIUS Græcus, profeſſione monachus, Apoſtolicam cathedram, diu presbyteratus munere functus, aſſecutus eſt 4. idus Septembris ann. 261. atque à Maximo Oſtienſi Epiſcopo conſecratus, ſub Gallieni Valerianique imperio. In pontificatu annos 11. menſes 3. dieſque 14. explevit. Citra martyrium diem clauſit extremum ann. 272. 7. Kal. Januarii, ſepultuſque eſt in cœmeterio Calliſti.

27. S. FELIX, filius Conſtantii, Romanus Pontifex acclamatus eſt, pridie Kal. Januarii ann. 272. dum Aurelianus imperaret. Duobus tantum annis regnavit, 5. ferè menſibus. Agonem martyrii feliciter præcucurrit 3. Kal. Junii ann. 275. inque ſuo cœmeterio ſepultus, ubi via Aurelia templum erexerat, duobus ab Urbe milliariis. Quinque dierum interregnum comitiis datum.

28. S. EUTYCHIANUS, ex Hetruria Lunenſis, filius Maximi, Pontifex adlectus eſt, prid. non. Junii ann. 275. Aureliano orbi præſcribente leges: dominatus in clero annos novem eſt, paſſuſque martyrium ſub Numeriano 6. idus Decembris ann. 283. tumulatuſque eſt in cœmeterio Calliſti. Novem tantùm dies ſedes vacavit. Dum Eutychianus Chriſti Eccleſiæ præſideret, Manichæorum peſtilentiſſima hæreſis ſubpullulare occepit.

29. S. CAJO deinde Dalmatæ, Maximi filio, Diocletiani, ut quidam volunt, affini, pontificius honor delatus eſt ann. 283. die 17. menſis Decembris: per annos 12. ſedem obtinuit, menſes 4. dies 5. nobilique martyrio coronatur 10. Kal. Maji ann. 296.

Hujus S. Pontificis vitam ex diverſis auctoribus eruutam eleganter perſcripſit Cœſar Becillus Urbinas presbyter Oratorii S. Philippi, amicus noſter, homo doctus, ac eloquens: ejuſdemque templum, quod jam vetuſtas deleverat, Urbanus VIII. propè S. Suſannam in hortis S. Bernardi reſtituit, ubi Ciſtercienſes ex congregatione Fulienſi, ad juventutem alendam, inſtituendamque tyrocinium erexerunt.

30. S. MARCELLINUS, Projecti filius, ad pontificiam thiaram venit temporibus Diocletiani, & Maximini Imperatorum, ann. 296. 3. Maji. Annos 7. menſes verò 11. dies 26. ad clavum ſedit: deinde ob pietatem chriſtianam ſæviſſimè tortus interiit 6. Kal. Maji ann. 304. ſepultuſque eſt in cœmeterio S. Priſcillæ. Sub Marcellini Pontificatu Zeno clariſſimæ militiæ Dux cum decem millibus ducentis tribus commilitonibus martyrio coronatus eſt: quorum reliquias apud S. Anaſtaſium ad Guttam jugiter manantem etiam hoc tempore venerantur fideles.

31. S. MARCELLUS Romanus, Benedicti filius, è regione Viæ Latæ, jamolim presbyter Cardinalis, S. Marcellino, eligente clero, ſucceſſit an. 304. Conſtantio, Galerioque imperantibus. Citra violentiam extinctus eſt, ann. 309. die 16. menſis Januarii, cum ſediſſet ann. 4. menſ. 7. dies 22. ſepultuſque eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, 20. dierum interregno ſecuto.

32. S. EUSEBIUS, genere Græcus, Pontificale onus ſubivit 5. die Februarii ann. 309. Conſtantino Imperatore. Publicam ſacram rem 2. annis, menſibus 7. 21. diebus ſanctiſſimè rexit. Morienti perſecutoris vis abfuit 26. die Septembris ann. 311. funeratuſque eſt in cœmeterio Calliſti, cum vacua ſedes 7. tantùm dies protraxiſſet.

33. MELCHIADES, genere Apher, ex presbytero Cardinali ad Pontificatum aſcendit, Conſtantino imperante, ann. 311. 5. non. Octob. Duobus annis, menſe item uno, ac 13. diebus è ſancto throno jura dixit mortalibus. Pacificè elatus eſt 4. Idus Decemb. ann. 313. tumulatuſque in cœmeterio Calliſti. Hujus temporibus concilium Romæ coactum contra Donatiſtas telum religionis exemit.

34. S. SYLVESTRO deinceps filio Rufini, Romano, à S. Marcellino presbytero Cardinale creato, Conſtantino magno Imperatore, Cleri Romani ſuffragia pontificium detulere honorem ann. 314. 1. Feb. ſub cujus pontificatu Conſtantini Pii Imperatoris ex munere per univerſum orbem Chriſtianis omninò tranquilla res fuit. Ipſeque Pont. Sylveſter, poſt baptizatum Conſtantinum, curatumque à lepra, poſt magno Concilio præſtitum favorem, poſt immenſa donaria dilargita eccleſiis, ſanctiſſimaſque ſanctiones, in ea temporum malacia in pace quievit, cum 21. an. menſes 11. regnaſſet, die 31. menſ. Decembris ann. 335. tumulatuſque eſt in cœmeterio Priſcillæ; per 15. ipſos dies ſede ceſſante.

35. S. MARCVS, filius Priſci, Romanus, cum eſſet Diaconus Cardinalis, S. Sylveſtro ſubrogatus eſt 17. Kal. Februarii ann. 336. Conſtantino Magno adhuc imperante. Sedit menſes 8. dies verò 24. eodemque anno exceſſit è vita 7. die Octobr. ſepultuſque eſt in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina, 20. dierum interregno ſecuto. Cæterum Marco felix contigit pontificatus, qui antequam vita fungeretur, impius Arrius crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.

36. S. JULIUS, filius Ruſtici, Romanus, ex Diacono Cardinali ad pontificatum evaſit, Conſtantino imperante die 27. Octobris 336. Quindecim annis ſacra jura dixit, m. 5. di. 16. mortuus eſt pridie idus Aprilis, ann. 352. ſepultuſque eſt in cœmeterio Calepodii, via Aurelia. 25. dies interregno, agitandiſque comitiis dati.

37. S. LIBERIUS Romanus, Auguſti filius, Diaconus antea Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis culmine dignatus eſt ſub Conſtantii imperio 8. idus Maji ann. 352. Hic à Conſtantio Arriana labe infecto in exilium pulſus eſt, in ejuſque locum, jubente Imperatore, Felix ſucceſſit, quem tametſi plures venerentur ut martyrem, è legitimorum tamen Ponti-

ficum albo illum disjunxit Eccleſia. Siquidem cum Liberius ſe exolviſſet exilio, rediiſſetque ad ſedem, tamquam germanus paſtor per 15. illam annos ſanctiſſimè texit, ac menſ. 4. dias t. inque ſenectute bona defunctus, ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ 9. Septemb. an. 367. ſexque tantùm dies tenuit interregnum.

38. S. DAMASUS deinde, Valentini, Valentiſque temporibus, Iberus, Antonii filius, Apoſtolicam ſedem adeptus eſt die 15. Septembris ann. 367. Hic teterrimo ſchiſmate æſtuante, Urſicinum habuit Antipapam; ſedit autem an. 17. menſes 2. dies 23. ſepultus in pace eſt 3. idus Decemb. ann. 384. in ſua baſilica via Ardeatina. Quem deinceps honoris ergo in baſilicam S. Laurentii in Damaſo, ut vocant, tranſtulere, 31. die ſede ceſſante.

39. S. SIRICIUS Romanus, Presb. Cardinalis tit. S. Paſtoris, Tiburtii filius, S. Damaſo ſuffectus eſt ann. 385. prid. Idus Januarii, Valentino, & Theodoſio Principibus. Sedit annos 13. menſ. unum, dies 14. Obiit 8. Kal. Martii ann. 398. tumulatuſque fuit in cœmeterio Priſcillæ, per 20. dies ſede ceſſante. Hic in baſilica S. Petri celebravit concilium adverſus Novatianos.

40. S. ANASTASIUS Romanus, Maximi filius, ex Presb. Cardinali ad ſummum Pontificatum aſſumptus eſt, ann. 398. pridie id. Martii, dum Arcadius, Honoriuſque Romano orbi ſcriberent leges. Præfuit ann. 4. menſ. uno, diebus 13. Mortuus eſt ann. 402. 5. Kal. Maji, ſepultuſque eſt in cœmeterio ſuo ad Urſum Pileatum: cum inter Anaſtaſii exceſſum, novumque Pontificem viginti ſupra unum dies interceſſiſſent.

41. S. INNOCENTIO deinde, ejus nominis I. Innocentii filio, Albanenſi, Arcadio, Honorioque imperantibus, Pontificium detulere principatum an. 402. 15. Kal. Junii. An. 15. obtinuit ſedem ſupra menſem unum, ac dies 10. hac luce functus eſt, an. 417. 5. Kal. Auguſti; tumulatuſque fuit in cœmeterio Priſcillæ, cum interceſſiſſent deinde 20. omnino dies.

42. S. ZOSIMUS, è Magna Græcia, Abrahami filius, ex Cardinali presbytero Pontifex renunciatus eſt, 19. die Auguſti, ann. 417. Honorio, Theodoſioque imperantibus. Unius anni, & menſ. 4. ſeptemque dierum pontifex fuit; fatoque functus eſt ann. 418. 7. Kal. Januarii: prope S. Laurentii corpus ſepulchrum accepit via Tiburtina, cum vix uno die expleto nova pontificis creatio interregnum finiſſet.

43. S. BONIFACIUM, Jucundi filium, Romanum presbyterum electorum ſuffragia evexerunt ad ſedem, ann. 418. Honorio, Theodoſioque imperantibus; contra quem factioſorum quorundam ſtudia Eulalium pſeudopontificem crearunt, qui brevi cum inſolenti prævaricatione Auguſtorum contempſiſſet præceptum, omni honore ſpoliatus delituit, delatuſque Bonifacio vero Pontifici ab omnibus apoſtolici culminis honor. Annis 5. Catholicam Eccleſiam rexit, citra fere duos menſes. Exceſſit è vivis ann. 423. 8. Kal. Novembris, ſepultuſque eſt via Salaria in cœmeterio S. Feliciani martyris, 9. tantùm dies ſede ceſſante.

44. S. COELESTINUS deinde ex patre Priſco Romanus Bonifacio ſuffectus eſt, ann. 423. non. Novembris, Honorio, ac Theodoſio imperantibus. Pontificatus ſui annos 8. menſes 5. dieſque 3. omnino explevit, abiitque ad ſuperos 8. idus Aprilis ann. 432. tumulatuſque eſt in cœmeterio Priſcillæ, per 20. dies ſede ceſſante. Cæterum ſub Cœleſtini pontificatu Epheſinum concilium contra Neſtorium hæreſiarcham religionis telum intorſit.

45. S. SIXTUS deinceps ex patre Sixto Romanus, ſancto eccleſiæ throno nobilitatus eſt, anno 432. 6. Kal. Maij, Theodoſio, ac Valentiniano imperantibus: ſeditq; ejus nominis III. citra 30. dies, ann. 8. vitaque functus eſt, ann. 440. 5. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt via Tiburtina in crypta prope S. Laurentium martyrem, 40. dierum interregno ſecuto.

46. S. LEO deinde Magnus, ex patre Quintiano, genere Thuſcus, Diaconus antea Cardinalis, bono omine chriſtianæ pietatis in pontificatum ſucceſſit, anno 440. 6. idus Maji, imperantibus Theodoſio, ac Valentiniano; ſedit autem ſupra unum viginti ann. citra dies 32. cùmque Eccleſia ſatis tranquillè ageret, abiit ad ſuperos, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Petri, cum 7. menſes in comitiis agitandis intercurriſſent. Cæterum Leoni cum eſſet cum ſanctitate vitæ conjuncta dicendi cothurnata majeſtas, ſcriptis doctiſſimis, ac eloquentiſſimis literis, principes ſui temporis impulit, ut pietatem vellent excolere; Epiſcopos longè, latèque ſui muneris ſancti admonuit; ſanctum Chalcedonenſe Concilium contra Eutychetem, Neſtorium, Dioſcorumque armavit in fide; poſtque Wandalicam cladem omnia eccleſiaſtica ornamenta, ad divinum cultum ſpectantia, munificentiſſimè reſtituit: Qui demùm, ne nomen Romanum penitùs deleretur, cum Attilæ Regi Hunnorum legatione functus ſe oppoſuiſſet, & Romanis ſaluti fuit, & à trepidante Italia Hunnorum furorem avertit, non ſecus ac poſtea in pace ſcribendo leges, adhortando, declamandoque pietatem defenſavit, adauxit; itaut ex vero, exque conſenſu mortalium omnium, Magni, tulerit cognomen, quod & in adverſis infractus, & cum opima pace floreret, uni provehendæ pietati ſuas omnes vires contendiſſet feliciùs.

47. Leo Magnus S. HILARIUM, genere Sardum, patria Calaritanum, Criſpini filium, ſucceſſorem excepit ann. 461. pridie idus Novembris, Leone, ac Severo imperantibus. Ann. 5. Apoſtolicæ ſedi præfuit, citra 2. dies, menſes 10. ex humanis exemptus eſt ann. 467. 4. idus Septemb. honeſtatuſque ſepulchro in templo D. Laurentii martyris propè S. Sixti reliquias, cum per dies 10. ſedes vacaſſet. Vir utique memorabilis, qui & S. Romanæ ſedi firmiorem aſſeruit principatum, & tres S. Synodos, Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem ſua auctoritate firmavit: Eutychetem, Neſtorium, Dioſcorumque religionis telo transfixit: denique qui ad divinum cultum, ſplendoremque eccleſiarum, ac SS. martyrum gloriam tanta geſſit, eaſque divitias prodegit, ut alioquin ſui prædeceſſoris exemplum formidabile minus reformidaſſe poſſit videri.

48. SIMPLICIUS, genere Tiburtinus, ex patre Caſtino, Pontificale onus ſubivit ann. 467. 20. die Septembris, Imp. Leone, & Fl. Anthemio. Quindecim annis thronum obtinuit, menſ. 5. ac 12. diebus: abiit ad ſuperos ann. 483. 6. non. Martii, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Petri, ſex dierum interregno ſecuto. Hic cum accepiſſet, Petrum Alexandrinæ urbis in Eutychetis hæreſim fuiſſe prolapſum, ita illum anathemate feriit, ut ſimul dejecto expeditum pœnitendi iter oſtenderet.

49. S. FELIX ejus nominis modo II. appellatus, ex Felice patre Romanus, presbyter Cardinalis ad titulum SS. Nerei, & Achillei, catholicæ Sedi tegendæ admotus eſt ann. 483. 8. idus Martii, Imperante Zenone. Ann. 9. univerſalem adminiſtravit Eccleſiam minus 12. dies; obiitque anno 492. 5. Kal. Martii, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Pauli, vacavitque ſedes dies quinque. Hic cum eſſet ex nobiliſſima familia Aniciorum alumnus, adeò in pontificatu incorruptè ſe geſſit, ut cum, ex delatione Zenonis Imperatoris, Petrus Alexandrinus, Acaciuſque Eutychianæ hæreſeos apud Apoſtolicam ſedem arceſſerentur, Miſſenum, Vitalemque Epiſcopos, ad cognoſcendam cauſam Heracleam uſque legarit. Cæterum cum legatos reſciſſet, pecunia corruptos proſtituiſſe judicium, coacta Synodo à communione fidelium illos anathemate indignabundus excluſit.

50. S. GELASIUS deinde ex patre Valerio, genere Afer, ad Pontificium thronum evectus eſt die 2. Martii, ann. 492. Imp. Anaſtaſio, & Odoacre Rege Omni diſciplinarum genere ferunt illum fuiſſe excultum. Per ann. 4. menſes 8. dies verò 9. è ſacra ſede jura dixit orbi chriſtiano: mortuus deinde ann. 496. 11. Kal. Decembris ſepultus eſt in Baſilica S. Petri, per 7. dies ſede ceſſante. Gelaſius verò, dum in vivis ageret, cum comperiſſet clanculum Manichæos Ro-

mæ

næ veriati, veritus ne peſtilentiſſimæ luis contagium deſæviret in gregem, comprehenſos in exilium deportari præcepit, illorumque codices publico igne cremari. Cæterùm Miſſenum Epiſcopum, quem avariſſimi facti pœnituiſſe conſtabat, iterum ad fidelium communionem admiſit; pauperum indigentiæ conſuluit: urbem Romam periculis, fameque laborantem, utroque incommodo ſapientiſſimè exolvit. Itaque plenus meritis plane oſtendit haud ſe degenerem eſſe, qui in cathedra Petri ſederit.

51. ANASTASIUS deinde Romanus, Petri filius, ad Petri cathedram venit die 28. menſis Novembris ann. 496. Anaſtaſio, ac Theodorico imperantibus. Annos omnioo duos io Principatu, ſi 8. dies ſubtraxeris, explevit: vita defunctus eſt anno 498. ſepultuſque eſt in baſilica S. Petri, dierum 4. interregno ſecuto. Hic aliquando apud Romanum clerum parum ſinceræ fidei ſuſpicionem fecit, quod cum Photino hæreſeos contaminato, Cleti inconſulto ſenatu, communicaverit, Acatiumque conatus ſit hominem adhuc à Catholicis alienatæ voluntatis, ac ſanguinarium iterum ad communionem admittere.

52. COELIUS SYMMACHUS ex patre Fortunato, genere Sardus Simagenſis, Diaconus antea Cardinalis, Imperantibus Anaſtaſio, ac Theodorico Italiæ Rege, in maxima perturbatione rerum Pontifex eſt renunciatus ann. 498. 10. Kal. Decembris. Siquidem factioſi ita ſciderant clerum, ut hinc ſaniores Symmachum pro vero Pontifice adorarent; inde Presbyterum Cardinalem Laurentium vecordes venerarentur. Tandem apud Theodoricum Regem Symmacho Pootificatus adjudicatus eſt; Laurentius verò deturbatus eſt ſede, quem tameo verus Pontifex Nucerinæ præfecit eccleſiæ, ut tranquillitati litaret. Sed cum deinde adornatis in Symmachum falſis criminibus, quaſi è ſopito cinere ſchiſma reſurrexiſſet, ita crudeliter in Symmachi ſectatores animadverſum eſt, ut in publico, ſi fuiſſent reperti, ſica jugularentur; Virgines autem Deo votæ violenter nudatæ extraherentur è clauſtris ad flagra; ubique fœda facies rerum; certantibus inter ſe Coofulibus, prout quiſque partium ſtudiis affectus erat. Demum cum Symmachus 115. Epiſcoporum adornaſſet ſenatum, à calumniis ſe vindicavit, ac Petrum Altinum, Laurentiumque presbyterum Nucerinum Epiſcopum exauctoratos tanquam Apoſtolici throni improbos invaſores damnavit. Quo inteſtino feliciter defunctus periculo in Manichæos communes hoſtes deinde eccleſiaſticum telum erexit. Siquidem iterum Romæ repertos & mulctavit exilio, & illorum codices propudioſè ante Conſtantinianas fores exuſſit. Cæterùm Symmachus 15. annos, menſes 8. citra 4. dies cathedram Petri obtinuit, clauſitque diem extremum ann. 514. 15. Kal. Aug. ſepultuſque eſt in baſilica S. Petri; cum 7. dies comitiis agitandis interceſſiſſent. Hoc etiam felicior Pontifex, quòd ſuo etiam tempore, Clotildis Reginæ admonitu, Clodoveus maritus Francorum Rex ſacra Chriſti ſuſcepit.

53. S. COELIO HORMISDÆ, natione Campano, Juſti filio, de Fruſinone, Pontificius honor delatus deinde eſt, cum diaconatus munere diù antea fuiſſet perfunctus 7. Kal. Aug. ann. 514. imperantibus Anaſtaſio, ac Theodorico Italiæ Rege: ſedit ann. 9. dies 10. fatoque ceſſit 8. id Aug. ann. 523. Sedeſque tantùm 7. dies vacavit. Hic adeò veri paſtoris induerat ſpiritus, ut graviſſimis, ac ſpiritu Dei plenis in Græciam viris legatis, pleroſque Græcorum Eutychiana labe infectos cum Aoaſtaſio principe ad ſaniorem mentem reducere conatus ſit. Quod cum apud vecordem Regem haud proſperè cecidiſſet, Legatique in invidiam catholicæ pietatis in carioſa vitiataque navi impoſiti ad exitium per mare ferrentur; ut ad regia munera ſe infractos præbuerant, ſic in adverſis poſtea oon minùs conſtantes, veritatem catholicam in epiſtolis exaratam per ſedulos monachos circumquaque ſparſere, quam ne palpitare quidem, nedum mutire Conſtantinopoli ſiverant Eutychiani. Verùm non multò poſt Anaſtaſius è cœlo tactus, ſenſit numinis iram, redditamque per Juſtinum ſucceſſorem Eccleſiæ pace de hoſte, deque hæreſi triumphavit Hormiſda, in eo utique throno collocatus, in quem nequicquam hactenus incurrerunt, ac deinceps incurrent hæreticorum conatus.

54. S. JOANNES ejus nominis I. filius Conſtantini, genere Thuſcus, ad tit. SS. Joannis, & Pauli presbyter Cardinalis, S. Hormiſdæ deinde ſufficitur anno 523. prid. idus Aug. imperantibus Juſtino, ac Theodorico Italiæ Rege: annos duos in Romana cathedra dominatus eſt, menſes 9. 14. dies: deinde carceris maceratione ſub Theodorico Rege Arriano vitam finivit ann. 526. 27. Maji, quòd Arrianam luem peſſimè odiſſet; quòd Conſtantinopolim profectus Juſtini piiſſimi Imperatoris, quem diademate imperiali ſolemni ritu donaverat, auctoritate fretus prohibuiſſet, ne Arrianis eccleſiæ, templaque per Orientem redderentur. Denique cum Theodoricus, alioquin haud in malis principibus oumerandus, ex Arriana lue vecors, ac demens, verecundæ probitatis viros Symmachum, Boethiumque necaſſet, expertus eſt, divinam juſtitiam improbos mortales, vel alternis, ootantibuſque greſſibus conſequi ſolere, cum minus id viderentur timere: ſi quidem repente infortunato exitu exceptus, miſerè diſperiit, illuſtre iratì ouminis documentum futurum.

55. FELIX deinde ejus nominis variè à pleriſque III. IV. appellatus, ex patre Caſtorio, genere Samnita, patria Beneventanus, ex presbytero Cardinali tit. S. Sylveſtri in Exquiliis eccleſiaſticum emerſit ad imperium, Juſtino, Athalaricoque Italiæ Rege imperantibus, die 24. menſ. Julii ann. 526. ſedit annos 4. menſes 2. dies 18. fatoque ceſſit ann. 530. 4. idus Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Petrum, fuitque 3. dierum interregnum. Sub hujus pontificatu è Sublaco S. Benedictus in montem Caſinum proceſſit, ibique Caſinenſe cœnobium ad occideotem Solem caput Monaſtici Ordinis auſpicatiſſimè fundavit.

56. BONIFACIUS, ejus nominis II. filius Segebuldi, Romanus, genere Gothus, ex prebytero Cardinali tit. S. Cæciliæ ad pontificatum aſſumptus eſt aoo. 530. 17. Kalendas Novemb. Imp. Juſtiniano, atque Athalarico Rege, contra quem Dioſcorus Antipapa nefarium rebellionis bellum indixit, qui à Deo percuſſus brevi univerſam Eccleſiam teterrimo illo ſchiſmate liberavit: feditque per anoom unum pacificè Bonifacius, ac dies duos exceſſitque è vivis 17. Octob. ann. 531. tumulatuſque fuit apud D. Petrum, menſibus 2. diebus 15. interregno durante.

57. JOANNEM, ejus nominis II. nomine antea Mercurium, filium Projecti, Romanum, ex presbytero Cardinali tit. S. Clementis ſuſtulere ad thronum ann. 531. Imp. Juſtiniano, & Athalarico Rege: ſedit annos 4. per ſex taotùm dies ſede vacante mortuus eſt ann. 535. ſepultuſque eſt apud S. Petrum.

58. S. AGAPITUS Romanus, Gordiani filius, presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis, & Pauli ex legitimo matrimonio ſuſceptus, ex Archidiano Cardinali in Pontificatum ſucceſſit ann. 535. Imp. Juſtiniano, & Theodato Rege: unjus tantùm anni Pontifex fuit; exceſſitque è vivis Conſtantinopoli ann. 536. quo ut Juſtinianum Imperatorem placaret à Theodato rege, cujus impiæ manus Amalaſunthæ Reginæ ſanguine ouper maduerant, fuerat miſſus. Ibi ergo Agapitus antequam è vita decederet, Imperatorem objurgavit, alterum illum Diocletianum libera voce appellans: Anthimum Patriarcham convicit hæreſeos, Mennaque conſecrato, illum deturbavit è ſede. Denique cum Juſtinianum Imperatorem ſanaſſet, fideque catholica imbuiſſet, levi deinceps febri extinctus eſt, deportatuſque Romam, ubi apud S. Petrum tumulatus quieſcit.

59. S. SILVERIUS, quem Hormiſda Papa ante pontificatum è juſta legitimaque uxore ſuſtulerat, Campanus, in civitate Troja educatus, S. Agapito in pontificatum ſucceſſit menſe Junio an. 536. Sedit an. 4. io Palmaria iuſula à Beliſario exilio mulctatus: exceſſit 12. Kal. Julii ann. 540. ibique ſepultus fuit, quem S. univerſalis Eccleſia ut martyrem veneratur,

& co-

Digitized by Google

& colit. Sex tantùm dierum deinde interregnum ſecutum eſt.

60. VIGILIUS deinde, filius Joannis, nobiliſſimus, quippe qui è conſulari familia eſſet, S. R. E. Archidiaconus, ne ſchiſma, quod ſub Silverio Papa ipſe Antipapa excitaverat ſoveratque, iterum ebulliret, in demortui locum Pontificis canonicè ſuffectus eſt ann. 540. Imp. Juſtiniano, ac rege Witige. Sedit ann. 16. Vita functus eſt, poſt multos exantlatos labores, ac inſectationes à Theodora Auguſta, ex calculo tenum in Sicilia apud Syracuſas, relatumque ejus corpus Romam eſt, ut in S. Marcelli templo honorificè reconderetur anno 555. In quo quidem Pontifice mirè enituiſſe viſa eſt divina juſtitia, ut qui multas turbas in Romana Eccleſia excitaverat, ipſe quoque turbulentiſſimis uteretur temporibus; quique in cauſa fuerat, ut prædeceſſor ſuus in inſulam Palmariam relegaretur, ipſe quoque carceres, ærumnaſque Conſtantinopoli prius paſſus, exul deinde, Romaque extorris Syracuſis decoderet. Interregnum trium dierum poſt ejus obitum fuit.

61. Vigilius PELAGIUM Joannis Vicariani filium, Romanum, S. R. E. Archidiaconum Card. excepit ann. 555. Juſtiniano adhuc imperante. Præfuit ann. 4. menſ. 10. d. 18. Mortuus eſt ann. 559. die altera ineuntis menſ. Martii, tumulatuſque fuit apud S Petrum, vacavitque Sedes menſes 3. dies verò 25.

62. S. JOANNES ejus nominis III. ex Anaſtaſio patre, vir illuſtris in pontificatum ſucceſſit die 27. menſ. Julii ann. 559 Juſtiniano imperante: ſedit ann. 13 citra 14. dies: fato ceſſit 3. id. Julii ann. 572. ſepultuſque eſt in baſilica S. Petri; res ad interregnum rediit menſ. 10. ac dies 3.

63. S. BENEDICTUS ejus nominis I. Romanus, cognomento Bonoſus, Boniſacii filius, ſublectus Pontifex eſt 16. die Maji ann. 573. Juſtiniano juniore Imperante: ſedit annos 4. menſes 2. dies 15. Exceſſit ann. 577. prid. Kal. Aug. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, trium menſium, decemque dierum interregno ſecuto. Hujus pontificatum clades à Longobardis Italiæ illata mirum in modum funeſtavit.

64. S. PELAGIUS ejus nominis II. Romanus, genere Gothus, Benedicti ſucceſſor pronuntiatus eſt 21. die Novemb. ann. 577. Juſtiniano minore regnante. Sedit annos 12. menſes 2. dies 27. Cùmque vita fuiſſet perfunctus ann. 590. 8. Feb. in baſilica D. Petri tumulatus eſt. Hic primus Pontiſex fuit, quem, nulla poteſtate à principe facta, inauguraverunt, quòd per id tempus Longobardi premerent Romam; eaque in Italia confuſio rerum conſecuta erat, quæ omnem ejus rei conſultationem excluderet. Cæterum Pelagius ut in magnis magno conſilio fuit, ſic in minimis adeò exactum ſe præbuit, ut nullæ illum acerbiſſimæ tempeſtatis procellæ à pietatis, miſerationiſque conſiliis avertere potuerint: adeo quippè miſerorum infimæ ſortis, dum inundarent miſeriæ, oblitus non eſt, ut paternam domum in Xenodochium præceperit efformari, cujus ope vel temporum, vel calamitatis injuriæ poſſent arceri.

65. S. Pelagium Magnus ille GREGORIUS ſecutus eſt ad ſedem è nobiliſſima Aniciorum familia, ſanctiſſimæ Sylviæ filius, ex temperatione D. Benedicti ſpectatiſſimæ virtutis monachus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, ejuſdemque præcipuus ſplendor, ac lumen, cui ad thronum ſublato præſentes fauſtiſſimis vocibus acclamarunt, acclamabitque deinceps grata poſteritas, donec vigebit pietas, literæ perennabunt. Ejus autem electio in ann. 590. incidit; ejuſdem verò inauguratio in Dominicum diem 3. non. Septembris Mauritio Imperatore. Annos 13. menſes 6. dies omnino 8. in Romana cathedra fulſit, cujus res præclariſſimè geſtæ, pietas, ac ſapientia, quæ mortale faſtigium ſuperaret, cognomen illi Magni pepererunt. Pacificè vita functum 12. die Martii ann. 604. Vaticanum apud S. Petrum excepit: cujus interregnum 5. menſ. dies verò 18. dicitur tenuiſſe, donec incomparabili ſubſtitueretur ſucceſſor.

66. SABINIANO deinde Thuſco, patria Volaterrano, Boni filio, diacono antea Cardinali, Pontificius honor delatus eſt, ann. 604. Kal. Septembris, Phoca Imperatore. Sedit menſ. 5. dies 19. Nono Kal. Martii exceſſit è vivis ann. 605. inque Baſilicam S. Petri ejus corpus delatum eſt flexuoſa funeris ſolemnitate. Quippe qui moriens ſui deſiderium Populo Romano fecilſet; apertis enim horreis poſt conſtitutam cum Longobardis pacem, & populum recreavit, & diræ famis peſtilentiſſimam luem deterſit.

67. BONIFACIUS ejus nominis III. Romanus in Pontificum numerum cooptatus eſt, cum prius diaconatus munere fungeretur, 15. Kal. Martii an. 606. Phoca orbi ſcribente leges. Octo tantùm menſium, ac 23. dierum pontificatum obtinuit. finem vitæ fecit 12. die Novemb. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 10. menſibus Interregno tributis. Hujus tempore Romanæ ſedi, quæ à Domino obtinuit principatum, etiam ex Phocæ Imperatoris ſententia eidem adjudicatus eſt.

68. Sedit deinde BONIFACIUS IV. filius Joannis medendi arte periti, ex Civitate Valeria Marſorum, presbyter antea Cardinalis, die 18. menſ. Septemb. ann. 607. Imperatore Phoca. Eccleſiam rexit annos 6. menſ. 8. dies 12. Obiit 8. id. Martii anni 614. atque apud S. Petrum tumulatus, per 5. menſes ſedes vacua manſit, dieſque 12. Hic ille Boniſacius eſt, qui templo Pantheon expurgato, in honorem Deiparæ virginis, ac martyrum Sanctorum, illud idem per ſummam pietatem dicavit.

69. S. DEUSDEDIT, Romanus, filius Stephani ſubdiaconi, cum eſſet presbyter Card. tit. SS. Joannis, & Pauli, Pontiſex electus eſt 13. die Novemb. ann. 614. Heraclio imperante. Sedit ann. 3. citra 5. dies. Vitæ finem accepit 6. id. Novemb. ann. 617. tumulatuſque eſt apud S. Petrum. res ad unius menſis, ac 6. dierum interregnum rediit, quanquam multi illud haudquaquam ultra 6. dies extendant.

70. BONIFACIUS ejus nominis V. Neapolitanus, filius Joannis Fummini, eccleſiaſtico throno ſublimatus eſt die 14. menſ. Decemb. vel 15. ejuſdem menſ. ut alii volunt. ann. 617. Imperatore Heraclio. Imperitavit autem ann. 7. menſ. 10. uno die adjuncto: è vita exceſſit ann. 625. die 25. menſis Octob. Tumulatuſque eſt in baſilica S. Petri. 6. menſium conſecutum interregnum eſt, ac 18. dierum.

71. HONORIUS ejus nominis I. genere Campanus, filiuſque Petronii hominis Conſularis, thiara pontificia inſignitus eſt 15. die Maji ann. 626. Imperante Heraclio. literis cultiſſimus fuit. ſedit annos 12. menſes 5. ſi tres dies ſubtraxeris. Deſunctus hac luce eſt an. 638. 4. id. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, unius anni, 7. menſium, ac 17. dierum interregno ſecuto.

72. SEVERINUM deinde, Romanum, filium Labieni, extulerunt ad ſedem ann. 639. imperante Heraclio. Vix amplius uno anno è ſacra cathedra jura dixit: extinctus eſt ann. 639. 2. Aug. inque Vaticano tumulatus. Conſultatio de novo creando Pontifice 4. menſ. dies 27. abſumpſit, ut Bibliothecarius Anaſtaſius ſcribit.

73. JOANNES deinde IV. Dalmata, ex patre Venantio Scholaſtico, ad pontificatum vocatus eſt dies 31. menſis Decemb. ann. 639. Imperante Heraclio. Unius anni, 9. menſium, ſexque dierum Pontifex fuit, morte illum abripiente 6. id. Octob. ann. 641. tumulatuſque fuit apud S. Petrum; per 1. menſem, dies 13. æſtuante Comitio. Hic ingenti erogata pecunia, Chriſtianos, qui barbaris præda ceſſerant, munificentiſſimè redemit, reſque præclariores geſſiſſet, ſi amplius vixiſſet.

74. THEODORUM inde Joannes excepit, Theodori Epiſcopi filium, patria Hieroſolymitanum, 25. die menſ. Novemb. ann. 641. Conſtante imperante. An. 7. ad pontificale clavum ſedit menſ. 5. dies 20. morbo abſumptus eſt pridie idus Maji ann. 649. atque apud S. Petrum ſepulchrum accepit: comitiis agitandis dies 17. dati ſupra menſem. Hujus auctoritate Romanum Concilium contra Monothelitas congregari eſt cœptum. Cæterum Theodorus fuit tantæ liberalitatis, ac munificentiæ in pauperes, ut

vix ullæ opes ad id operis viderentur eidem ſuffecturę.

75. S. MARTINUS inde Umber, patria Tudertinus, ejus nominis I. Fabricii filius, in Cleris dominatus eſt ann. 649. Conſtante imperitante. Sedit annos 5. exulque Cherſone in Ponto, quo illum impius Conſtans ob fidei catholicæ defenſionem, relegaverat, confectus ærumnis vitam finivit. Incidit ejus tranſitus in 12. diem Novembris ann. 654. Qua die ejus natalis feſtum eccleſia ſolemni ritu concelebrat. Ejus deinde corpus translatum eſt Romam, atque in titulo S. Equitii collocatum.

76. S. EUGENIUS deinde Romanus, Rufini filius, qui exulanti Martino Pontifici juſſu Conſtantis vicariam præſtiterat operam, poſt ejuſdem glorioſum exceſſum, in defuncti locum à clero legitimè ſubrogatus eſt ann. 654. Sedit an. 1. ſupra aliquot menſes. Defunctus eſt altera ineuntis Junii die 655. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano; unius menſis, juxta Bibliothecarium, ac dierum 29. vel 23, interregno ſecuto.

77. S. VITALIANUS ex Romana Campania, Anaſtaſii filius, Signinus, in ſummum Pontificem cooptatus eſt ann. 655. impio adhuc imperante Conſtante: annos 13. ſedit, menſes 5. 4. demptis diebus. Extinctus eſt 6. Kal. Februarii ann. 669. tumulatuſque fuit apud S. Petrum; ſedes vacua ſtetit menſ. 2. dies 13.

78. ADEODATUS, Romanus, Joviniani filius, monachus Benedictinus Monaſterii S. Eraſmi in monte Cœlio, ad cathedram Petri ſubvectus eſt 9. die Aprilis ann. 669. imperante Conſtantino Pogonato. Per 7. tantum annos jura dixit, menſes 2. dies 17. Diem clauſit poſtremum 6. Kal. Julii ann. 676. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano, 4. menſium, ac 6. dierum interregno ſecuto.

79. DONUS, VEL DOMNUS, ſeù, ut aliis placet, DOMNIO, filius Mauritii, Romanus, Pontificatum poſt Adeodatum tenuit Kal Nov. ann. 676. imperante Conſtantino Pogonato. Unius tantùm anni, 5. menſium, ac 10. dierum pontifex fuit, morbo illum extinguente. 3. id. Aprilis ann. 678. Luce functum Vaticanum excepit; 2. menſium, ac 5. dierum interregno ſecuto.

80. S AGATHO, genere Siculus, monachus S. Benedicti, presb. Cardin. tit. S. Equitii, eccleſiaſticum Regnum adeptus eſt ann. 678. Conſtantino Pogonato regnante. Annis 4. principatum obtinuit, menſ. 2. dieb. 3. Fato ceſſit 4. id. Junii ann. 682. Conſecutumque eſt interregnum 2. menſium, ac 5. dierum. Agathone Pontifice celebrata eſt Synodus generalis Conſtantinopolitana, in qua S. Apoſtolicæ ſedis Legatis præſidentibus, Macarius cum ſuis Monothelitis perfidiæ convicti ſunt, exilioque mulctati.

81. S. LEO deinde II. Siculus, Pauli filius, pontificale onus ſubivit 15. die Aug. ann. 682. imperante Conſtantino Pogonato. Vix unum annum in pontificatu explevit. E vita diſceſſit 4. Kal. Julii an. 684. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, menſ. unum, ac dies 22. ſede vacante. Cæterum, Leone ſedente, diplomate Imperiali cautum eſt, ut qui in poſterum Archiepiſcopus Ravennas fuiſſet electus, Romam ordinandus, ſubjectionis ergò, proficiſceretur; atque ita demùm factum eſt, ut Ravennates præſules, qui principum vel favore, vel propria potentia nixi Romanæ ſe olim obedientiæ ſubtraxerant, iiſdem poſtea impellentibus quaſi poſtliminio ad eamdem redirent, utique ſedem illam adoraturi, quam qui adverſatur, errorum vorticibus miſerè abſorptum deperire oportet.

82. S. BENEDICTUS Junior ejus nominis II. filius Joannis, ex presbytero Card. ſummus Pontifex renunciatus eſt 20. die menſis Aug. an. 684. imperante Conſtantino Pogonato. Sedit menſ. 8. dies verò 17. ſeptima die Maji diem clauſit extremum an. 685. Tumulatuſque fuit ad S. Petrum, per 2. menſes, ac 15. dies ſede vacante. Sub Benedicti autem pontificatu ſuam demùm Eccleſia conſecuta eſt libertatem, ut ſcilicet Romæ canonicè in ſummum Pontificem electus, non expectato imperatorio placito, ritè in poſterum inauguratus intelligeretur.

A 83. JOANNES ejus nominis V. genere Syrus ex provincia Antiochiæ, Cyriaci filius, Archidiaconus S.R.E. Papa pronunciatus eſt die 22. menſis Julii ann. 685. imperante Juſtiniano minore. Sedit ad annum, ac dies 11. dieque 2. Auguſti ann. 686. ſubripiente morte, ſepultus eſt apud S. Petrum; duorum menſium, ac 18. dier. interregno ſecuto.

84. CONON è Thracia Benedicti filius, presbyter Card. ad ſummum Pontificatum aſcendit 20. die Octob. ann. 686. Juſtino Juniore imperante. Cujus quidem toti eccleſiæ fauſta electio Theodorum, ac Petrum presbyteros Cardinales ad Apoſtolicam ſedem præpoſterè anhelantes opportune exclusit. Sedit menſ. 11. ac dies 25. Hac mortali luce defunctum Vaticanum excepit 13. die Octob. ann. 687. Sedes vacua manſit 2. menſ. ac 13. diebus.

85. S. SERGIUS ejus nominis I. genere Syrus, è civitate Antiochia, Tiberii filius, ex presbytero Cardinali tit. S. Suſannæ, ſummi pontificatus thiara condecoratus eſt die 16. menſ. Decemb. ann. 687. Tametſi B autem in Sergium majoris, melioriſque partis ſuffragia inclinaſſent, exæſtuante tamen ſchiſmate, alii Theodorum Archipresbyterum, alii Paſchalem Archidiaconum ſuſtulere ad ſedem. Quibus vitio ſibi delatam abjurantibus dignitatem, penès Sergium poſtea eccleſiaſticum imperium ſtetit. Qui præfuit ann. 13. menſes 8. dieſque 14. Vita functus apud S. Petrum tumulatus eſt 5. idus Septemb. ann. 701. unius menſis, ac 20. dierum interregno ſecuto.

86. JOANNES VI. genere Græcus, Petronii filius, Pontifex dictus eſt 28. die Octob. ann. 701. Tiberio Abſimaro imperante. Sedit annos tres, menſes duos, dies item duos. Decima autem die Januarii vita functum S. Petri eccleſia in Vaticano excepit ann. 705. cum interregnum haud amplius quàm unum menſem, dies 18. tenuiſſet. Generoſi porrò animi narratur Joannes fuiſſe; ſiquidem cum Theophylactus Exarchus Italiæ Romam veniſſet, contraque eum propemodum armata omnis Italia conſpiraſſet, Pontifex occurrit furentibus, clauſiſque portis civi- C tatis, dimiſſiſque in caſtra militum ſacerdotibus, qui inter erecta tela ſalutaribus monitis depugnarent, æſtum illum ſeditionis ita ſedavit, ut à funeſtiſſima clade Romam ipſam immeritam Urbem liberaverit, cum ab unius Exarchi cæde furentem plebem avertit.

87. JOANNES VII. è magna Græcia Roſſanenſis, Platonis filius, cum diaconatus munere fungeretur ad tit. S. Mariæ Novæ, Pontifex acclamatus eſt Kal. Martii an. 705. Juſtiniano Rhinotmeto imperante. Sedit annos duos, menſes 7. dies 17. defunctus eſt Kal. Novemb. anno 707. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, trium menſium interregno ſecuto.

88. SISINNIUS genere Syrus, filius Joannis, ad pontificatum vocatus eſt 15. Kalend. Februarii ann. 708. Juſtiniano imperante. Sedit dies 20. repentinaque morte oppreſſus apud S. Petrum eſt tumulatus, per unum tantùm menſem ſede ceſſante.

89. CONSTANTINUS, Joannis filius, è Syria, pontifex renunciatus eſt non. Martii ann. 708. Juſtiniano imperante. Sedit annos ſex, menſem 1. D diem 1. die 9. menſis Aprilis vita functus eſt, ſepultuſque apud S. Petrum, 42. dierum interregno ſecuto.

90. S. GREGORIUS II. Romanus, Marcelli filius, monachus S. Benedicti, diaconus cardinalis, ſanctæque R. E. Bibliothecarius, pontificalia inſignia promeruit die 20. menſis Maji ann. 714. Anaſtaſio Imperatore. Sedit ann. 16. menſes 8. ac dies 20. vitaque functum 2. die Februarii ann. 731. S. Petri templum excepit, comitiis agitandis 5. diebus intercedentibus.

91. GREGORIUS III. filius Joannis, genere Syrus, presbyter Cardinalis, ad Pontificatum aſcendit 15. Kalend. Martii ann. 731. Leone Iſaurico imperante. Sedit annos 10. menſ. 9. dies 12. E vivis exceſſit 4. Kal. Decemb. ann. 741. per dies tantùm 8. ſede vacante. Hic pontifex Carolum Martellum Francorum Regem titulo Chriſtianiſſimi, ob ingentia in eccleſiam merita inſignivit, quem deinceps omnes illius regni ſucceſſores glorioſè uſurparunt.

92. S. ZACHARIAS è magna Græcia, filius Polycronii, S. Benedicti monachus, ac presbyter Cardin. in ſummum pontificem cooptatus eſt ann. 741. imperante Conſtantino Copronymo. Sedit annos 10. menſes 3. & dies 10. mortuumque 14. die Martii ann. 752. templum S. Petri excepit. Hic Pontifex Pipino Regi Francorum indulſit, ut per Galliæ Regnum in epiſcopos ordinandos, ubi ſedes vacaſſet aliqua, nominaret.

93. STEPHANUS, ejus nominis II. Romanus, presbyter Cardinalis, cathedram Petri adeptus eſt 6. Kal. Aprilis ann. 752. imperante Conſtantino Copronymo. Hic pontifex breviſſimus fuit, hoc eſt, trium tantùm dierum, etenim cum tertio à creatione die exſurrexiſſet è ſomno, ſedenſque de rebus domeſticis agitaret ſermones, repente lapſus mente eſt, oppreſſuſque ſtupore inſecuta die ante inaugurationem è vita deceſſit.

94. STEPHANUS III. Caſtotini filius, Romanus, è diacono cardinali ſacro diademate inſignitus eſt 4 Kal. Aprilis ann. 752. Imperante Conſtantino Copronymo. Sedit annos 5. dies 28. mortalique luce defunctus apud S. Petrum tumulatus eſt ann. 757. 6. Kal. Maji, 32. diebus inter hujus exceſſum, novumque pontificem intercedentibus.

95. S. PAULUS I. Romanus, ejus, qui anteceſſerat, Stephani germanus frater, cum eſſet presbyter Cardinalis, Pontifex acclamatus eſt 5. Kalen. Junii ann. 757. Conſtantino Copronymo adhuc imperante. Sedit annos 10. menſem 1. Defunctumque 3. Kal. Julii ann. 767. apud S. Paulum ſepelierunt, poſtque 3. menſes ab ejus exceſſu ad S. Petrum tranſtulere, in eoque ſacello collocaverunt, quod in honorem Beatiſſimæ Deiparæ Virginis conſtruendum curavit. Cùmque interregnum diuturnius, hoc eſt per annum integrum ſupra menſem duraſſet, Conſtantinus Totonis Nepienſis Ducis frater Apoſtolicam violenter invaſit ſedem: ſed illo ejecto Philippus monachus ac S. Viti Abbas pari auſu illam abripuit, quo etiam in ordinem redacto compulſoque, tanquam ad præſcriptos cancellos, in clauſtrum.

96. STEPHANUS IV. Siculus, Olivii filius, monachus S. Benedicti monaſterii S. Chryſogoni, quem jam inde Zacharias ſanctiſſimus Pontifex Cardinalem creaverat tit. S. Cæciliæ, ſummus Pontifex conſalutatus eſt, inauguratuſque fuit in eccleſia S. Hadriani 7. idus Auguſti ann. 768. annos tres imperavit, menſes 5. dies autem 28. deinde ex mortali luce detractus ſepultus eſt in Vaticano Kal. Februarii an. 772. cum dies omnino 8. interceſſiſſent.

97. S. HADRIANUS I. Romanus, Theodori filius, è nobiliſſima proſapia, diaconus Cardinalis, ad Apoſtolicam ſedem evectus eſt dies 9. Februarii ann. 772. Conſtantino Copronymo imperante. Sedit ann. 23. menſes 10. dies 17. Mortuus eſt in ſumma tranquillitate temporum ann. 795. ſepultuſque Romæ eſt apud S. Petrum, cujus beatiſſimæ memoriæ Carolus ipſe Magnus, quem eximiè ſuperſtitem coluerat, ſepulchrum erexit, atque epitaphio à ſe compoſito exornavit. Unde planè conſtat vaticinari proſumum illos, qui Hadrianum ſcribunt Spilemberti prope Mutinam vitam liquiſſe, illiuſque hoc tempore corpus in celebri S. Sylveſtri Abbatia apud Nonantulam requieſcere. Cæterum repente novo creato Pontifice, nullum extitit interregnum.

98. S. LEO III. Romanus, Azzuppii filius, monachus S. Benedicti, tit. S. Suſannæ presb. Cardinalis, eadem die obitus S. Hadriani ad cathedram Petri ſublatus eſt ann. 795. Conſtantino imperante. Sedit ann. 20. menſes 5. dies 17. prid. id. Junii defunctum an. 816. apud S. Petrum ſepelierunt 20. dierum interregno ſecuto. Ab hoc Pontifice Carolus Magnus inſignia Gallici Regni, Imperiique Occidentis accepit, ad lætum auſpicium, tota Roma urbe cum orbe acclamante.

99. STEPHANUS deinde V. Marini filius, Romanus, è clariſſima gente, Diaconus Cardinalis, in Eccleſiaſtico throno regnavit 20. Kal. Julii ann. 816. imperantibus Ludovico Primo, ac Leone Ar-
A meno. Sedit menſ. 7. ac dies 3. Deceſſit 8. Kal. Feb. an. 817. ſepultuſque eſt in Vaticano ad S. Petrum, duobus tantùm diebus ante novi Pontificis creationem antecedentibus. Hic Pontifex profectus eſt in Galliam, ubi Ludovicum Imperatorem, Hirmingardamque uxorem imperiali diademate inſignivit.

100. S. PASCHALIS I. Romanus, Bonoſi filius, S. Benedicti monachus, ac S. Stephani Abbas, jam olim Cardinalis tituli S. Praxedis renunciatus, Stephano, 6. Kal. Februarii ann. 817. eligente clero, ſucceſſit. Sedit ann. 7. menſ. 3. dies 16. Annoque 824. vita functum S. Petri templum excepit; atque ab ejus obitu altero die novus Pontifex creatus.

101. EUGENIUS II. Romanus, filius Boemundi, tit. S. Sabinæ presbyter Card. acclamatur Pontifex 14. Kal. Junii ann. 824. Ludovico Pio, ac Michaele Balbo imperantibus. Præfuit ann. tres, menſes 2. dies 23. Vitam liquit ann. 827. die 11. menſis Auguſti. Sepultuſque eſt apud S. Petrum, cum altera die Apoſtolica ſedes novum ſucceſſorem ex-
B cepiſſet.

102. VALENTINUS Romanus, Petri filius, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis, Eugenii ſucceſſor pronunciatus eſt 12. die Auguſti ann. 827. Ludovico Pio, ac Michaele Balbo imperantibus. Dies tantùm 40. imperitavit, mortuuſque eſt, cum magnam de ſe apud omnes ordines opinionem ſanctitatis excitaſſet; ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano; trium tantùm dierum interregno ſecuto.

103. GREGORIUS deinde IV. Romanus, filius Joannis, monachus S. Benedicti monaſterii Foſſæ Novæ prope Pipernum, cum eſſet presbyter Card. tit. S. Marci, ad Apoſtolicam ſedem vocatus eſt 8. Kal. Octob. ann. 827. Ludovico Pio, ac Michaele Balbo imperantibus. Sedit ann. 16. è vitaque diſceſſit ann. 843. 8. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano, 25. diebus inter ejus exceſſum, novamque Pontificis electionem intercurrentibus.

104. SERGIUM II. Romanum, Sergii filium, Archipresbyterum Cardinalem tit. SS. Sylveſtri ac
C Martini in Montibus, poſt hunc Papam crearunt an. 844. imperantibus Lothario, ac Michaele Balbo. Sedit annos 3. ac menſem unum. Deceſſit prid. id. Aprilis ann. 847. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano, interregno nullo interveniente.

105. LEO IV. Romanus, filius Rodulphi, monachus Benedictinus monaſterii SS. Sylveſtri, ac Martini in Montibus, presb. Card. tituli SS. Quatuor Coronatorum, Pontificalem iniit principatum ann. 847. imperantibus Lothario, & Michaele Balbo. Sedit ann. 8. menſes 3. d. 5. Deceſſit 16. Kal. Auguſti ann. 855. ſepultuſque fuit ad S. Petrum, ſex tantùm dierum interregno ſecuto. Mortuo Leone, ut pulcherrimam, ac nullo unquam tempore interruptam Pontificum ſeriem, hæretici criminando abrumperent, fœminam quandam Joannam fingunt ſexum mentitam obrepſiſſe ad ſedem. Sed fabulam egregiè retexere Baronius in ſuis Annalibus, Leoque Allatius, homo hoc doctiſſimo ſeculo eruditiſſimus, in ſua de Joannæ Papiſſæ fabula commentatione: Ita ut hìc
D haud pluribus verbis opus ſit ad jugulandum turpiſſimum commentum.

106. BENEDICTUS III. Romanus, filius Petri, jam antea presbyter Card. S. Mariæ trans-Tiberim ad titulum S. Calliſti, S. Apoſtolico throno nobilitatus eſt 9. Kal. Auguſti ann. 855. Michaele, Lotharioque imperantibus. Per idem tempus Anaſtaſius presb. Card. tit. S. Marcelli, quem olim Leo è communione fidelium ejecerat, violenter Benedicto legitimo Pontifice deturbato de ſede, impudenter, atque injuſſus arripuit Principatum. Sed cum poſt tres dies majori cum gloria verus Pontifex Benedictus rediiſſet ad thronum, devicto Imperii æmulo, ſedit deinceps ann. 2. menſes 6. dies 10. Vita deinde functum ann. 858. die 16. Februarii in S. Petri templum in Vaticano intulerunt ſepeliendum, 15. dierum interregno ſecuto.

107. NICOLAUS ejus nominis I. Romanus, filius Theodori, è clariſſima gente, diaconus Cardi-

nalis,

nalis, plena ſuffragiorum urna in ſummum Pontificem electus eſt, inauguratuſque invitus, ac propemodum ex moderatione animi cum omnium maxima dignitate luctans 8. Kal. Maji ann. 858. imperante Ludovico II. Imperatore. Sedit annos 9. menſ. 6. dies 21. in ſumma chriſtianæ publicæ rei malacia defunctus eſt id. Novembris, aut ſicut arbitrantur alii id. Decemb. ann. 867. ſepultuſque eſt apud S. Petrum. Hic adeò ſuo tempore ſanctitate ſulſit, ac rerum geſtarum gloria ſupra cæteros elatus eſt, ut ſi unum Magnum Gregorium excipias, nullus in pontificibus reperiatur, qui cum Nicolao I. videatur poſſe conferri.

108. HADRIANUS II. Romanus, filius Talari Epiſcopi, ex legitimo matrimonio ſufceptus, Stephanoque IV. affinis, ac II. Sergii, cum eſſet presbyter Card. tit. S. Marci, Pontificia thiara decoratus eſt 19. Kal. Jannarii ann. 867. imperantibus Ludovieo II. ac Baſilio Macedone. Sedit ann. 4. menſes 10. dies 17. Mortuus eſt Kal. Novemb. ann. 872. ſede vacante per menſem 1. ac dies 12.

109. JOANNES VIII. Romanus, Vidonis filius, S. R. E. diaconus Card. in pontificatum deinde ſucceſſit 19. Kal. Januarii ann. 872. Imp. Ludovico II. ac Baſilio Macedone. Sedit ann. 10. ac diem 1. poſtque multos exantlaros labores è vita diſceſſit an. 882. 17. Kal. Januarii, 13. dierum interregno ſecuto. Hic Auguſtalia inſignia Carolo Craſſo dicitur detuliſſe.

110. MARINUS ejus nominis 1. Faliſcus, patria Galleſinus, cum eſſet diaconus Card. ad pontificatum aſſumptus eſt 5. Kal. Januar. ann. 882. imperantibus Carolo III. ac Baſilio Macedone. Unius anni, ac 20. dierum Pontifex fuit. Fato ceſſit 15. Kal. Februarii ann. 884. tumulatuſque fuit apud S. Petrum, uno & altero die ſede vacante.

111. HADRIANUS III. patria Romanus, Benedicti filius, Agapitus antea dictus, ad Petri cathedram ſubvectus eſt 13. Kal. Februarii ann. 884. imperantibus Carolo III. ac Baſilio Macedone. Unum tantum annum ſedit, menſes 3. dies 21. Fato ceſſit id. Martii ann. 885. ſuper fluvium Scultenam in villa dicta Vvitrachara, ſepultuſque in monaſterio S. Sylveſtri Nonantulæ prope Mutinam, ubi pia credulitas fidelium illum veneratur ut ſanctum; jacetque conditus ſub majori altari. Hinc erravere plerique illum Primum Hadrianum exiſtimantes in Nonantulano monaſterio requieſcere, quod non ita eſſe ſupra docuimus ex epitaphio, ſepulchroque, quod eidem Romæ Carolus Magnus gratia familiaritatis excitavit.

112. STEPHANUS VI. nobilis Romanus, filius Hadriani, cum eſſet presbyter Card. SS. Quatuor Coronatorum, Pontifex acclamatus eſt 6. Kal. Junii ann. 885. imperantibus Carolo III. ac Baſilio Macedone. Sex ann. imperitavit, exceſſitque è vivis an. 890. ſepultuſq; eſt apud S. Petrum in Vaticano.

113. FORMOSUS Leonis filius, civis, ac Epiſc. Portuenſis ad pontificatum aſſumptus eſt ann. 891. imperante Leone VI. Alioquin laudatiſſimus princeps ſedit ann. 5. menſ. 6. dies 10. Mortuus eſt ann. 896. 10. Kal. Januarii. Hic primus Pontifex fuit, qui ex ordine Epiſcoporum ad Apoſtolicam cathedram venit. Siquidem plerique alii vel ex presbyteratus, vel ex diaconatus ordine ad id muneris ad eam diem fuerant aſſumpti. Cavebant enim, ne quis prima, quam obtinuiſſet, relicta Eccleſia ad aliam transferretur.

Cæterum Formoſo defuncto haud quaquam eccleſiaſticæ res pacatæ fuerunt. Bonifacius quippe, quem nonnulli ſcriptorum in Pontificum ſeriem ſub nomine VI. reponunt, factioſè Apoſtolicam ſedem invaſit. Quintodecimo autem die, quam temeritatis ſcelus admiſerat, numine repetente pœnas, interiit. Hic, ut graviſſima Baronii fert ſententia, è Pontificum albo diſpugendus eſt, quem ſacra ſynodus Romana ſub Joanne IX. tanquam violentum invaſorem, hominemque nefarium damnaverat, ac munere diaconatus, & presbyteratus exauctoraverat.

114. STEPHANUS VII. antea epiſcopus Anagninus, in ſedem Petri violenter invaſit, ann. 897. imperantibus Vidone, ac Leone VI. Qui quanquam non vocante clero, ad ſe thronum illum verendum, atque Angelicis humeris formidandum per ſummam temeritatem traxiſſet, clericis tamen poſtea aſſentientibus, inter veros, legitimoſque pontifices annumeratus eſt. Qui cum ad triennium ferè violenter ſediſſet, poſtea comprehenſus, teterrimumque in carcerem truſus, ibi ſtrangulatus miſerè vitam finivit, propè finem anni 900. ſepultuſque eſt apud S. Petrum.

115. ROMANUS è Galleſio, Faliſcus, filius Conſtantini, Stephano in pontificatum ſucceſſit ann. 900. imperantibus Ludovico IV. ac Leone VI. Menſ. 4. ſedit, ac dies 20. vitaque functum apud S. Petrum in Vaticano tumulaverunt.

116. THEODORUS II. Romanus, ex patre Photio, è cathedra Petri, ann. 901. fugacis dignitatis, nec diù permanſuræ ſpecimen dedit, qui ad 20. vix dies ſediſſet, de throno propemodum ad rogum translatus.

117. JOANNES IX. Tiburtinus, Rampoldi filius, profeſſione S. Benedicti monachus, dignitate diaconus Cardinalis, pontificatus onus ſuſcepit regendum ann. 901. imperantibus Ludovico IV. ac VI. Leone. Sedit ann. 3. ac 15. dies. Deceſſit autem ann. 905. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, una tantùm die comitiis agitandis intercedente.

118. BENEDICTUS IV. Romanus, filius Mamoli, pontifex renunciatus eſt ann. 905. imperantibus Lamberto, ac Leone. Fato functus eſt 907. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 6. dierum interregno ſecuto.

119. LEO V. Ardeatinus, S. Benedicti monachus, ad pontificatum aſcendit ann. 907. Qui cum à Chriſtophoro è pontificatu poſt 40. dies deturbatus fuiſſet, ipſeque eo munere ſe abdicaſſet, ad clauſtrum rediit, ubi, paucis interjectis diebus, ex ægritudine animi decedens, apud Lateranum ſepultus eſt.

220. CHRISTOPHORUS Romanus, filius Leonis, presbyter Card. cum V. Leonem redegiſſet in ordinem, violenter arripuit ſedem, quam cum ſcelere quæſitam per 7. menſes nihilo religioſius adminiſtraſſet, ann. 908. illum Sergius comprehendit, conjecitque in carcerem, inde priùs non exiturum, quam conſus profiteretur clauſtrum. Ibi ergo cum, urgente Sergio, monachum coactus induiſſet, non multo poſt impar injuriæ è vita diſceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Petrum.

121. SERGIUS III Romanus, ex comitibus Tuſculanis, presbyter Cardinalis, deturbato Chriſtophoro, audacter involavit in ſedem ann. 908. imperantibus Lamberto, ac VI. Leone. Ad triennium ferè ſanctam illam ſedem uſurpavit, mortuuſque eſt an. 910. atque in Vaticano tumulatus.

122. ANASTASIUS III. Romanus, Luciani filius, poſt Sergium Pontifex adlectus eſt ann. 910. imperantibus Lamberto, ac VI. Leone. Sedit ann. 2. ac totidem menſes, deceſſitque ann. 912. atque apud S. Petrum ſepultus.

123. LANDUS, filius Tami, Sabinus, Pontifex factus eſt ann. 912. imperantibus Alexandro, ac Conſtantino. Præfuit tantùm menſes ſex, dies verò 22. eodemque anno defunctum Vaticanum excepit.

124. JOANNES X. Epiſcopus antea Bononienſis, mox Archiepiſcopus Ravennas, in cathedram D. Petri intruſus eſt, viribus Theodoræ nobiliſſimæ, ac impudiciſſimæ fœminæ. Qui ſuum munus pontificale auſpicatus eſt ann. 912. donec anno 928. de S. throno à Marozia, quæ per id tempus cum Vidone marito Hetruriæ domino tyrannidem in Romanos ſæviſſimè exercebat, dejectus eſt, ac in carcerem truſus, ut ibi intercluſo ſpiritu miſerrimè deperiret; contigit autem hoc ipſum, ann. 929.

125. LEO VI. Romanus, Chriſtophori filius, S. R. E. Primicerius, dictus Pontifex eſt anno 929. Conſtantino VII. imperante. Sedit menſ. 6. ac dies 15. mulctatuſque carcere, ibi vitam finivit; ſepultuſque deinde eſt apud S. Petrum in Vaticano, unius diei tantum interregno ſecuto.

126. STEPHANUS VIII. VII. appellatus, Romanus, filius Theodemundi in Pontificem cooptatus eſt ann. 929. Conſtantino VII. imperante. Annos 2. eccleſiam rexit ac menſem 1. dieſque 15. Defunctus

eſt

eſt ann. 931. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, duobus tantùm diebus ſede vacante.

127. JOANNES XI. è Comitibus Tuſculanis, filius Sergii III. atque Maroziæ, cujus potentia, Vidoniſque mariti imberbis propemodum adhuc catholicam ſedem obtinuit an. 931. imperante Conſtantioo VII. & Romano. Sedit annos 4. & menſ. 10. inque carcerem truſus, ut meritus fuerat, cum matre Marozia (Alberico in matrem, fratremque ſæviente) vitam finivit. Lateranum vita functum excepit an. 936.

128. LEO VII. Romanus, vir eximiæ pietatis io Deum, pontificalia accepit inſignia ann. 936. imperante Conſtantino VII. atque Romano. Sedit annos 3. & menſes 6. fato defunctus eſt ann. 939. ſepultuſque apud S. Petrum in Vaticano, unius menſis interregno ſecuto.

129. STEPHANUS IX. appellatus VIII. genere Germanus, catholicæ ſedi, clero vocante, admotus eſt ann. 940. imperante Conſtantino VII. cum Romano. Sedit ann. 3. menſ. 4. ac dies 5. Exceſſit autem è vivis 943. tumulatuſque fuit apud S. Petrum, 10. tantùm diebus ſede vacante.

130. MARINUS II. quem aliqui corrupto ob affinitatem vocabulo, Martinum vocant, Romanus, ad pontificatum evectus eſt anno 943. imperante VII. Conſtantino cum Romano. Sedit ann. 3. menſ. 6. dies 13. vitæ finem fecit ann. 946. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 3. dierum interregno ſecuto.

131. AGAPITUS II. Romanus ad pontificatum vocatus eſt, ann. 946. imperaote Conſtaotino VII. Sedit annos 9. menſ. 7. dies 10. vitæ finem accepit an. 945. ſepultuſque eſt in Baſilica Lateranenſi, 13. tantùm diebus ſede ceſſante.

132. JOANNES XII. è Tuſculanis Comitibus, filius Alberici Romanorum tyranni, nomine antea Octavianus, juvenis 18. annorum, paterna potentia in pontificatum irrepſit ann. 955. Primuſque fuit, qui, commutato nomine, io memoriam patrui Joannis XI. appellari voluit Joannes XII. imperante Conſtantino VII. Sedit annos 9. Deinde Othonis Magni iniectatione, per conciliabulum deturbatus eſt de ſolio, Leone Antipapa ſubrogato, quem non multò poſt Joannes recuperato throno, omni illum viciſſim exuit dignitate. Quanquam ejus gaudii haud diu Joannes compos fuit, cum fato ceſſiſſet ann. 964. atque apud Baſilicam Lateranam tumulatus fuiſſet.

133. BENEDICTUS V. diaconus Cardinalis, ſtatim poſt exceſſum Joannis in legitimum Pontificem adlectus eſt ann. 964. imperantibus Othone, & Nicephoro Phoca. Vix adnumerabiles dies ſedit, cum Otho eundem injuſtè deturbavit de ſolio, iterum Antipapa ſubrogato Leone. Benedictus autem cum exul in Germaniam deportatus fuiſſet, in Hamburgo piè, ſanctèque vitam finivit 4. nonas Julii ann. 965. cujus corpus non multo poſt, III. præcipiente Othone, Romam translatum fuit.

134. JOANNES XIII. Romanus, filius Joaonis Epiſcopi, ex juſta procreatus uxore, ex Narnienſi Epiſcopo in Summum pontificem cooptatus fuit ann. 965. imperante Othnne, ac Nicephoro. Sedit ann. 6. menſ. 2. dies 5. Vita functus eſt 8. idus Septembr. ann. 972. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Pauli, 13. dierum interregno ſecuto.

135. DONUS, ſive DOMNUS, ſive ut alii volunt, DOMNIO ejus nominis II. Romanus, in cathedra Petri collocatus eſt 12. Kalend. Octob. ann. 972. imperante Othone II. & Joanne Zemiſco. Sedit menſes 3. eodemque anno defunctus 14. Januarii ſepultus eſt apud S. Petrum, nullo interregno ſecuto.

136. BENEDICTUS VI. Romanus, filius Hildebrandi, papali corona decoratus eſt 13. Kal. Januarii ann. 972. imperantibus Joanne, atque Othone. Sedit ann. 1. menſ. 3. ſupra paucos dies. Anno verò 974. cum à Bonifacio Romano diacono Cardinali, cognomento Francone, homine ſceleſtiſſimo conjectus fuiſſet in carcerem, ibi denique ſtrangulatus miſerè deperiit. Sanguinarius verò ſedem invaſit, ſub nomine VII. Bonifacii, è qua cum in Chriſti gregem per annum ſupra menſem tyrannidem exercuiſſet, tandem expunctus Vaticanum prius depopulatus, inde Conſtantinopolim aufugit. Quem merito è ſerie verorum Pontificum ſcriptores ejiciunt, quod S. ſedis invaſor eſſet, atque tyrannus, præter cætera ſcelera, quæ profanum hominem nedum ſacrum inficerent, quibus contaminatus fuiſſe memoratur.

137. BENEDICTUS VII. Romanus, ex Comitibus Tuſculanis, ejecti Bonifacii S. ſedis tyranni, titulo clarus, ex Sutrino Epiſcopo univerſalis eccleſiæ legitimus Pontifex declaratus eſt ann. 975. imperante Othone II. ac Joanne. Sedit ann. 9. Decima die Julii vita functus eſt ann. 984. tumulatuſque in eccleſia S. Crucis in Hieruſalem; 5. dierum interregno ſecuto.

138. JOANNES XIV. è Papienſi epiſcopo in ſummum Pontificem ſublectus eſt ann. 984. Baſilio, Conſtantinoque imperantibus. Eccleſiam adminiſtravit menſes 8. Deinde à Bonifacio Francone, qui Benedicti VII. morte audita, Conſtantinopoli Romam redierat, in Hadriani mole concluſus, ærumnis, fameque confectus interiit die 20. menſis Auguſti ann. 985. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Vaticano. Nec multo poſt Bonifacium invaſorem repentina mors abſtulit, ut appareret, divinum numen improbos ulturum lentis quidem greſſibus progredi, ſed non ſemper ad ſcelera connivere.

139. JOANNES XV. Romanus, filius Leonis presbyteri ex legitimo matrimonio ſuſceptus, Pontifex pronunciatus eſt in confinio anni 985. te convulventis, Baſilio, Conſtantinoque imperantibus. Sedit ann. 10. menſ. 4 dies 12. mortuus eſt nonis Maji an. 996. tumulatuſque fuit in Vaticano apud S. Petrum, per menſem, ac dies 6. ſede ceſſante.

140. GREGORIUS V. Saxo Germanus, Brunus antea appellatus, Epiſcopus Virdunenſis, filius Othonis Ducis Saxoniæ, atque Sveviæ, ad Summum Pontificatum pervenit pridie Idus Junii ann. 996. affine ſuo Othone III. imperante. Sedit annos 2. m. 4 d. 18. duodecimo Kal. Martii è vivis exceſſit ann. 998. ſepultuſque eſt apud S. Petrum. Hic in ſuo Pontificatus exordio expertus eſt æmulum regni. Siquidem Conſul Creſcentius, vir factioſus, ac vecors, cum pervicaciæ extuliſſet vexillum contra V. Gregorium, Philogatum è Roſſano Calabrum, Epiſcopum Placentinum, in Apoſtolicam cathedram truſit, ſub nomine XVI. Joannis. Sed cum advocante Gregorio Otho III. in Italiam rediiſſet armatus, expugnaſſetque Creſcentium, Antipapam deinde comprehendit, mutilatumque auribus, naribus, manibuſque præciſis, Inſuper acerutis oculis aſini ſeſſorem inverſum, & qui caudam teneret pro frœno, per univerſam Urbem ad ludibrium vexit, præcone in hæc verba clamante: Tale ſupplicium patitur, qui Romanum Papam de ſua ſede pellere nititur.

141. SYLVESTER II. Aquitanus, Gilbertus antea appellatus, monachus Floriacenſis, Rhemenſiſque Archiepiſcopus, mox & Ravennas Antiſtes, ad decoris cumulum S. Apoſtolico throno adauctus eſt, ann. 999. imperantibus Othone III. Baſilio, ac Conſtantino. Sedit ann. 4. ac menſes 6. dieſque 2. Deceſſit autem 12. die Maji ann. 1003. ſepultuſque eſt in Baſilica Lateranenſi. 15. dierum interregno ſecuto. Abrahamus Bzovius contendit, hunc Pontificem è Gente Cæſia fuiſſe alumnum in ea, quam de Sylveſtro II. copioſè ſatis vitam perſcripſit. Cujus rei apud ipſum fides eſto.

142. JOANNES XVI. aliàs XVII. appellatus, Romanus, cognomento Siccus, Sylveſtro II. ſuffectus eſt ano. 1003. Conſtantino, Baſilioque imperantibus. Sedit menſ. 5. ſupra paucos dies, eodemque anno defunctus, in Eccleſia S. Sabæ tumulatus eſt, per 15. dies ſede ceſſante.

143. JOANNES XVII. appellatus XVIII. cognomento Faſano, Romanus ad pontificalem clavum admotus eſt 12. Kal. Decembris ann. 1003. Conſtantino, Baſilioque imperantibus. Sedit annos 5. menſes 7. dies 22. Obiit 15. Kal. Auguſti anno 1009. ſepultuſq; in Laterano, 30. dierum interregno ſecuto.

144. SERGIUS IV. Romanus, antea vocatus

Petrus Buccaporcius, ex D. Benedicti regula monachus, ex Epiſcopo Albanenſi ſummus Pontifex adlectus eſt prid. Kal Septemb. an. 1009. Conſtantino, Baſilioque imperantibus. Sedit an. 2. menſ. 9. dies 12. Fato ceſſit 12. die Maji an. 1012. 8. tantum diebus ſede ceſſante.

145. BENEDICTUS VIII. ex comitibus Tuſculanis, ex Epiſcopo Portuenſi ad ſummum Pontificatum aſcendit ann. 1012. Conſtantino, Baſilioque imperantibus. Atque per idem tempus Leo ex ſchiſmate extitit Antipapa, tametſi breviſſima tyrannide functus eſt. Sedit autem Benedictus annos 12. exceſſitque è vivis 3. Kalend. Martii ann. 1024. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, unius tantum diei interregno ſecuto.

146. JOANNES XVIII. dictus XIX. frater germanus Benedicti ſui prædeceſſoris, eidem in Pontificatum ſucceſſit ann. 1024. imperantibus Henrico II. Baſilio, ac Conſtantino. Sedit ann. 9. m. 8. ac dies aliquot. Deceſſit ann. 1032. 6. Idus Novemb. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, per 2. tantum dies ſede ceſſante.

147. BENEDICTUS IX. è Comitibus Tuſculanis, antea Theophilactus, Alberici filius, Benedicti VIII. nepos, ac Joannis XVIII. adhuc puer paterna potentia, violentiaque in S. Apoſtolicam ſedem intruſus eſt, an. 1032. Conrado, Romanoque imperantibus. Sedit annos 10. Igitur cum propemodum intolerabilis evaſiſſe videretur, Synodus Romæ coacta contra illum ita pugnavit, ut ſuæ cauſæ diffiſus ultrò abjerit principatu, cum prius Sylveſtrum ſchiſmaticum III. appellatum, alias Joannem Sabinenſem Epiſcopum, qui Pontificatum, violentia uſus, occupaverat, fugaſſet, inque ordinem redegiſſet. Nec minus in Apoſtolatus culmen injurius alter Joannes S. R. E. Archidiaconus per idem tempus extitit, qui ſibi nomen Pontificis uſurpabat, itaut per idem tempus tres, monſtruoſo ſanè, ac diſſito triumviratu, in exitum unius Dominici gregis verendum illum thronum, ſacrilega diſtractione ſibi partirentur.

148. GREGORIUS VI. Romanus, Joannes antea Gratianus Petri Leonis, Archipresbyter Card. S. R. E. ſummus Pontifex renunciatus eſt, tribus Pontificibus ſchiſmaticis ejectis, ann. 1044. imperante Monomacho. Sedit ann. unum, menſ. 7. dies 20. Qui deinde, hoc eſt an. 1046. in Sutrina Synodo ultro pontificio muneri ſe ſubduxit, ac Henrico Imperatore præcipiente, in Germaniam amandatus.

149. CLEMENS II. Germanus è Saxonia, Svidegerius antea appellatus, Epiſcopus Bambergenſis, in ſummum Pontificem cooptatus eſt, die Natali Domini noſtri, inauguratuſque fuit ann. 1046. imperantibus Henrico, & Conſtantino Monomacho. Sedit menſ. 9. vitaque ceſſit 7. idus Octob. ann. 1047. apud Germanos, quo cum Henrico Imperatore conceſſerat; ſepultuſque eſt Bambergæ; 9. menſium, ac 7. dierum interregno ſecuto.

150. DAMASUS II. è Germania, Bavarus, Poppus antea appellatus, Epiſcopus Brixinenſis, Apoſtolici culminis honore dignatus eſt anno 1048. 17. Julii, Romæque Papali redimitus corona 16. Kalend. Aug. Sedit dies 23. ac Præneſte deceſſit, quo animi gratia ſeceſſerat; ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Laurentii extra muros: ſedes per 5. tantùm menſes ceſſavit.

151. S. LEO IX. Francus ex Gallia, vocatus antea Bruno, ex Comite Daſpurgenſi monachus S. Benedicti, epiſcopoque Tullenſi bono omine chriſtianæ reipublic. ad ſummum Pontificatum vocatus eſt 1049. prid. idus Febr. Conſecratus fuit, imperantibus Henrico II. ac Conſtantino Monomacho. Præfuit annis 5. 2. menſibus, 7. diebus. Sanctè deceſſit 13. Kalend. Maji ann. 1054. 11. menſium, ac 4. dierum interregno ſecuto; ſepultuſque eſt apud S. Petrum.

152. VICTOR II. Eberardus antea vocatus, ex Epiſcopo Aiſtatenſi, genere Germanus ad Petri cathedram aſſumptus eſt an. 1054. Romæque inauguratus fuit Idibus Aprilis inſecuto anno, imperantibus III. Henrico, & Theodora. Sedit annos tres. Fato functus eſt Florentiæ in Hetruria 5. Kalend. Auguſti ann. 1057. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Reparatæ, per 15. dies ſede vacante.

153. STEPHANUM deinde IX. è nobiliſſima familia Lotharingiæ, fratrem Gothifredi Hetruriæ Ducis, Fridericum antea dictum, monachum, atque Abbatem Caſinenſem, presbyterum Cardinalem tituli S. Chryſogoni evexerunt ad thronum, altera die ineuntis menſis Auguſti anni 1057. Michaele VI. imperante. Sedit menſes 7. ac dies 28. Florentiæ exceſſit è vivis 4. Kal. Aprilis ann. 1058. ac in eccleſia Cathedrali honorificè conditus eſt. Poſt Stephani mortem, Joannes Mincius è Tuſculanis Comitibus, Velitrenſis Epiſcopus, ſub nomine Benedicti IX. qui X. dictus eſt, violenter S. ſedem arripuit; qui cum poſt aliquot menſes à Nicolao II. vero Pontifice deturbatus fuiſſet è throno, ac propè S. Mariam Majorem ſub cuſtodia relegatus, brevi fato conceſſit.

154. NICOLAUS II. Gherardus antea dictus, Allobrox, Epiſcopus Florentinus, Senis à Cardinalibus ſubvectus eſt ad ſedem ann. 1058. 3. die Januarii, Iſaacio Comneno imperante. Sedit ann. 2. ac menſes 6. deceſſitque Florentiæ ſe convolvente Julio die 7. ann. 1061. exceptuſque eſt in templo S. Reparatæ; ceſſavit ſedes menſes 2. ac dies 26.

155. ALEXANDRUM deinde II. antea Anſelmum de Bædagio Mediolanenſem, tunc Lucenſem Epiſcopum, ſuffecere defuncto, Kalend. Octob. ann. 1061. imperante Conſtant. Sedit annos 11. menſ. 6. d. 22. Clauſit diem poſtremum 10. Kal. Maji ann. 1073. ſepultuſque fuit in Baſilica Vaticana. Cæterum ex ſchiſmate æſtuante comitio, paulo poſt Alexandri creationem, Cadaulus Pallavicinus Antipapa emerſit, qui ſe Honorium II. appellari præcepit.

156. S. GREGORIO deinde Thuſco Suanenſi, Hildebrando dicto, filio Bonicii, monacho Cluniacenſi, ac Archidiac. Card. ſub nomine VII. Gregorii Pontificium detulère honorem, an. 1073. 10. Kal. Maji, Michaele imperante. Sedit annos 12. menſes 2. ac dies 3. Salerni deinde defunctus die 24. menſis Maji ann. 1085. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Matthæi. Unius anni, 4. menſium, ac dierum 27. interregnum ſecutum eſt. Tempore hujus ſanctiſſimi Pontificis Henrici IV. imperatoris inſtinctu per teterrimum ſchiſma eccleſiaſticorum ſtudia abjerunt in partes, creatuſque eſt Antipapa Gibertus de Corrigia Parmenſis, Ravennatium Archiepiſcopus, ſub nomine Clementis III. qui paulò poſt à cæterorum communione fidelium extorris interiit.

157. VICTOR III. cui Deſiderius antea nomen erat, Beneventanus, Montis Caſini Abbas, ac presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ reluctans, ac planè invitus, die ſancto Pentecoſtes diademate Pontificali coronatus eſt, ann. 1086. 7. idus Maji, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno. Præfuit per ann. unum, m. 3. dies 3. defunctuſque eſt in monte Caſino 16. Kal. Octob. ann. 1087. ac in Capitulo conditus, vacavitque ſedes per 5. menſes, ac dies 23.

158. URBANUS deinde II. Otho antea dictus, genere Gallus, monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, regni Eccleſiaſtici gubernacula cepit 4. idus Martii ann. 1088. Terracinæ in Campania, imperantibus Henrico IV. ac Alexio Comneno. Sedit annos 12. menſ. 4. ac dies 18. defunctuſque ann. 1099. 4. Kal. Auguſti, atque apud S. Petrum tumulatus 13. dierum interregno ſecuto. Urbano autem II. ſedente, Pius Gothifredus Bullionus validum in Palæſtinam trajecit exercitum, aviduſque Chriſti Domini recuperandi ſepulchrum multis in bello exantlatis laboribus, Hieroſolyma tandem ſancta civitate potitus eſt, ejuſdemque civitatis Rex declaratus, tametſi ibidem renuerit aureo diademate decorari, ubi Rex Regum Chriſtus ſpineæ coronæ contemptum tuliſſet, & pœnam. Ac ne quid Urbani II. felicitati deeſſet, dum adhuc publicam rem chriſtianam adminiſtraret, Ciſtercienſis tantus Ordo, exordium ſumpſit, unde poſteà tantæ in Chriſti Eccleſiam redundarunt utilitates.

159. PASCHALIS II. Raynerius antea dictus, Thuſcus, monachus S. Benedicti, ac S. Laurentii

extra muros Abbas presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, Pontifex renunciatus eſt 12. die menſis Auguſti ann. 1099. imperantibus Henrico IV. ac Alexio Comneno. Præfuit annos 18. menſ. 5. ac dies 4. defunctus eſt 15. Kal. Februarii ann. 1118. ac tumulatus in Baſilica Conſtantiniana: vacavit ſedes dies 3.

Cæterum Paſchalis, Henrico V. factioſiſſimo principe inſtigante, ſenſit incommoda regni. Siquidem tres Pſeudopontifices Albertus ſcilicet, Theodoricus, ac Sylveſter III. uſurpato ſibi diademate regni, ejuſdem temporum inviderunt felicitati. Qui tamen omnes (ut violentiæ poplites celeri defectu enervantur, & cadunt) ſuffurata dignitate nudati, uſque ad poſtremas miſerias exularunt.

160. GELASIUS II. Joannes antea dictus, patria Cajetanus, monachus Caſinenſis, diac. Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, Pontifex conſalutatus eſt 8. Kal. Februarii ann. 1118. imperante Henrico, & Alexio Comneno. Cujus initium pontificatus Burdinus Hiſpanus, impii Henrici favore, in Antipapam adlectus interturbavit. Is erat Braccharenſis Archiepiſcopus, utque nefariæ præſumptioni ſuæ titulum honeſtum obtenderet, Gregorius VIII. voluit appellari.

Gelaſius autem ſedit ann. 1. dies 5. inque Galliis exceſſit è vivis in Cluniacenſi cœnobio 4. Kalend. Februarii ann. 1119. ibique tumulatus quieſcit. Vir utique ſanctus, ac dignus profectò, niſi malignitas illorum temporum obſtitiſſet, cujus annos Deus magnus ad Eccleſiæ ſuæ commodum ſerie longiori extenderet. Sed quod invida mors abrupit, Dominus Conſtantinus Cajetanus Syracuſanus Abbas S. Barontii vir eruditus viſus eſt hoc tempore reſarciſſe, qui hujus Pontificis vitam, à Pandulpho Piſano Gelaſii contemporaneo ſuccinctè quidem præſcriptam in lucem edidit, ſuoque commento ad omnia diffuſiſſimè adaptavit.

161. CALLISTUS II. Vido antea dictus, Archiepiſcopus Viennenſis, genere Gallus, filius Guillelmi, frater verò Stephani Burgundiæ Principis, quamvis abſens, ad ſacram thiaram vocatus eſt Kal. Februarii, ann. 1119. in Cluniacenſi cœnobio, cujus profitebatur inſtitutum, imperantibus Henrico V. ac Joanne Comneno. Annos 5. eccleſiaſticum obtinuit principatum, menſ. 10. dies 13. Obiit ann. 1124. idib. Novemb. tumulatuſque fuit in Baſilica Conſtantiniana, unius tantùm diei interregno ſecuto.

162. HONORIUS II. Lambertus de Fagnano antea dictus, Bononienſis, ex Oſtienſi epiſcopo ad ſummum Pontificatum aſcendit 13. Kalend. Januarii ann. 1124. imperant. Henrico V. ac Joanne Comneno. Sedit ann. 5. menſ. 1. dies 17. Vita defunctus eſt 16. Kal. Martii ann. 1130. ſepultuſque eſt in Baſilica Lateranenſi.

163. INNOCENTIUS II. Romanus, Gregorius Papareſcus antea vocatus (quam hodie gentem Romæ prædivitem, ac nobilem Matthæjam appellamus) olim jam monachus Benedictinus, tunc autem diaconus Cardinalis tituli S. Angeli à ſaniori Cardinalium parte ſummus Pontifex adlectus eſt 14. Febr. 1130. eademque die conſecratus. Contra quem ſuffragiorum pars minor Petrum Leonis presbyterum Cardinalem tituli S. Mariæ trans-Tiberim, ſubornavit in ſedem ſub nomine Anacleti II. ann. 1130. 13. Kal. Martii, imperante Joanne Comneno. Sedit autem Innocentius verus Pontifex ann. 13. ac menſ. 7. Defunctus 8. Kalend. Octob. 1143. tumulatus eſt in Vaticano, cum per unum tantùm diem ſedes vacaſſet. Hoc diuturnum ſchiſma ut jugularet vir ſanè & doctrina, & ſanctitate clariſſimus S. Bernardus primus Abbas Claravallenſis, multos adivit labores. Sed Petro Leonis tandem defuncto, cum iterum pertinax illud ſchiſma, Gregorium presbyterum Cardinalem, Victorem IV. appellatum in defuncti locum ſuffeciſſet, eodem Bernardo agente, pontificatu ſe abdicans, Innocentii II. legitimum thronum adoraturus procubuit; ſicque ſciſſura illa eccleſiaſtica ad unius pannoſi monachi imperium tandem cum ſinceriori parte coivit.

A 164. COELESTINUS II. Tiphernas, antea Vido de Caſtello appellatus, presbyter Cardinalis tit. S. Marci, pontifex renunciatus eſt 7. Kal. Octobris 1143. imperante Conrado, atque Emmanuele. Sedit menſes 5. dies 13. fatoque ceſſit 8. idus Martii ann. 1144. Tumulatuſque fuit in Baſilica Lateranenſi; unius tantum diei interregno ſecuto.

Non defuere qui dicerent, hunc Pontificem nobilis generis Caſtri Felicitatis apud Tiphernates fuiſſe alumnum; quòd hodie Civitatem de Caſtello vulgò appellat.

165. LUCIUS II. Bononienſis è Caccianemici clariſſima gente, antea Gherardus vocatus, Canonicus Regularis, ac presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hieruſalem Bibliothecarius, & Cancellarius S. R.E. Pontifex acclamatus eſt 7. idus Martii an. 1144. Conrado, Emmanueleque imperantibus. In ſancta ſede menſ. 11. d. 14. omninò explevit.. Quinto Kal. Martii vitæ finem accepit ann. 1145. ſepultuſque fuit in Lateranenſi Baſilica nullo interregno ſecuto.

B 166. EUGENIUS III. Piſanus, Petrus Bernardus Paganellus antea vocatus, monachus Ciſtercienſis, Abbaſque SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Tres Fontes, D. Bernardi clariſſimus alumnus, ex fama, odoreque ſanctitatis, cum non eſſet Cardinalis, ſed Abbatis ſimplici titulo inſignitus, in Apoſtolicum thronum ſubvectus eſt anno 1145. 25. Febr. Emmanuele, Conradoque imperantibus. Sedit ann. 8. menſ. 4. ac dies 13. Tiburi ſunctus eſt 8. idus Julii ann. 1153. per unum tantùm diem ſede ceſſante. Cæterum defunctum apud S. Petrum ſepulchro cohoneſtaverunt. Hic ille Eugenius eſt, quem intrepido munere pontificatus verſantem, S. Bernardus olim ejuſdem præceptor, quinque illis aureis libris de Conſideratione, citra omnem adulationem, inſtituit, ſuique officii ſeverè admonuit; qua ſcilicet via aulicos anfractus effugeret, quove curſu humanæ cupiditatis, ambitioniſque ſcopulos devitaret, ut in pontificatu, inextricabili quaſi Cretico labyrintho, aliquando liber, ſibique quaſi poſtliminio redditus, poſ-
C ſet redire ad Deum.

167. ANASTASIUS IV. Romanus de Suburra, Conradus antea appellatus, monachus S. Benedicti, atque Abbas S. Rufi in Veliternis, ex Epiſcopo Sabinenſi, & Cardinali, ad pontificatus apicem aſcendit 7. idus Julii ann. 1153. Emmanuele, ac Friderico Imp. Sedit ann. 1. m. 4. dies 24. Fato ceſſit ann. 1154. 6. non. Decembris: tumulatuſque fuit in Baſilica Lateranenſi; unius tantùm diei interregno ſecuto.

168. HADRIANUS IV. è majori Britannia, Nicolaus Aſtiſragus antea vocatus, Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, Abbas antea S. Rufi de Valentia in Gallia Canonicus Regularis, pontificatus onus ſubivit ann. 1154. 3. nonas Decembris, Friderico Ænobarbo, atque Emmanuele imperantibus. Sedit ann. 4. menſ. 8. dies 28. Mors illum abſtulit Anagniæ Kal. Septembris 1159. delatuſque Romam apud S. Petrum conditus eſt: ſede vacante d. 7.

169. ALEXANDER III. Rolandus Bandinellus antea vocatus, Senenſis, presbyter Cardinalis
D tituli S. Marci, S.R.E. Cancellarius, demortuo Hadriano ſuffectus eſt an. 1159. 7. id. Septembris, Friderico, atque Emmanuele imperantibus. Contra quem à quibuſdam factioſiſſimis Cardinalibus in S. Sedem intruſus eſt Octavianus presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ, qui Victor IV. voluit appellari. Sedit Alexander ann. 21. menſ. 11. dies 20. Exceſſit autem è vivis 6. Kal. Septembris, ſive, ut aliis placet, 12. Kal. Octob. 1181. ſepultuſque fuit in Baſilica Conſtantiniana. Cæterum Victor pſeudopontifex Lucæ in Hetruria deceſſit 1164. eique, factioſis ſchiſma alentibus, ſuffectus eſt Vido Cremenſis Cardinalis ſub nomine Paſchalis III. qui fato ceſſit 1169. Factioniſque pertinacia adhuc durante, Joannem Hungarum Abbatem Frumienſem ſucceſſorem excepit, Tertiuſque Calliſtus à vecordibus appellatus eſt, ſapuitque is aliquando præ iis qui illum delegerant. Quippe pontificali infula exutus, Alexandri III. veri Pontificis faſces adoraturus procubuit, deſiitque aliquando tandem

ſchiſ-

ſchiſma illud ſervere, quod diuturniùs, quàm boni omnes ſperaverant, Eccleſiæ Chriſti turpiſſimas plagas inflixit.

170. LUCIUS III. Thuſcus, Lucenſis, Humbaldus antea Aliucingolus appellatus, Oſtienſis epiſcopus Cardinalis, pontificio honore decoratus eſt 4. Kalend. Septemb. ann. 1181. imperantibus Friderico, atque Alexio Comneno. Sedit annos 4. menſes 2. dies 28. Veronæ deceſſit 7. Kal. Decembris ann. 1185. Sepultuſque fuit in ejuſdem Civitatis majori templo; unius diei interregno ſecuto.

171. URBANUS III. Mediolanenſis, antea Lambertus Cribellus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ac presbyter Cardinalis, oneri pontificio admotus eſt 7. Kal. Decembris ann. 1185. imperant. Friderico, & Andronico. Præfuit ad annum 1. menſ. 10. dies 15. Mortuus Ferrariæ eſt ann. 1187. 13. Kal. Novemb. atque in majori ejus civitatis templo exceptus, interregno unius diei ſecuto.

172. GREGORIUS VIII. Beneventanus, Albertus Mora antea dictus, monachus Ciſtercienſis, presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina S. R. E. Cancellarius, ad pontificatum aſcendit 12. Kal. Novemb. an. 1187. imperantibus Friderico, & Iſaacio Auguſtis. Sedit menſ. 1. dies 27. Piſiſque defunctus eſt 18. Kalen. Januarii ejuſdem anni, quò ſe contulerat, ut in Oriente pugnantibus ferret ſuppetias, quo celerius ſancto Chriſti ſepulchto potirentur; majori ejuſdem civitatis templo exceptus eſt, cum interim per dies 20. ſedes vacaſſet.

173. CLEMENS III. Romanus, Paulus Seholaris antea vocatus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, ſummus Pontifex conſalutatus eſt 8. idus Januarii ann. 1188. imperantibus Friderico, & Iſaacio Auguſt. Imperavit ann. 3. menſ. 2. dies verò 20. E vivis exceſſit 4. id. Aprilis an. 1191. ſepultuſque in Baſilica Conſtantiniana 23. dierum interregno ſecuto.

174. COELESTINUS III. diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Coſmedin, Romanus, Hyacinthus antea, filius Petri è clariſſima gente Urſina ſummum pontificatum adeptus eſt die ſancto Paſchatis, eodemque die conſecratus 18. Kalend. Maji ann. 1191. imperantibus Henrico V. atque Iſaacio Aug. Sedit ann. 6. menſ. 9. citra duos dies. Deceſſit 6. idus Januarii ann. 1198. ſepultuſque eſt in Baſilica Lateranenſi, nullo interregno ſecuto.

175. INNOCENTIUS III. Anagninus, ex Comitibus Signiæ, filius Traſimundi, Lotharius antea dictus, ex diacono Cardinali tituli SS. Sergii, & Bacchi in ſummum Pontificem adlectus eſt, annos tantum natus 37. ann. 1198. 6. idus Januarii, imperante Alexio Auguſto. Sedit ann. 18. menſ. 6. dies 9. Perusiæ è vita deceſſit die 17. Julii an. 1216. ſepultuſque eſt in Cathedrali S. Laurentii, per unum tantùm diem ſede ceſſante. Innocentio III. ſedente, duo clariſſimi religioſorum Ordines, Franciſcanorum ſcilicet, ac Dominicanorum jam pridem cæcutienti mortalitati cæperunt chriſtianarum virtutum lucem præferre.

176. HONORIUS III. Romanus, Cincius antea Sabellus vocatus, ex diacono Cardinali tit. S. Luciæ in Orthea, ſummi pontificatus apicem aſſecutus eſt, die 18. menſ. Julii 1216. imperante Friderico II. Sedit annos 10. ac menſes 8. Fato ceſſit 15. Kalend. Aprilis ann. 1227. ſepultuſque jacet in Baſilica Liberiana, unius tantùm diei interregno ſecuto.

177. GREGORIUS IX. Anagninus, ex Signinis Comitibus, Ugolinus antea dictus, Innocentii III. nepos, ex Epiſcopo Oſtienſi, & Cardinali ad pontificatum evaſit 13. Kalend. Aprilis 1227. Friderico II. imperante. Sedit annos 14. menſes 5. dies omnino 3. Deceſſit 11. Kal. Aprilis anno 1241. ſepultuſque eſt apud S. Petrum, unius menſis interregno ſecuto. Hic ille IX. Gregorius eſt adeo erga Religioſos ordines egregiè animatus, ut ſi cujus mores inſigniter animadvertiſſet labare, per viros prudentes, ac providos fœditatem detergeret, non opes auferret, atque ita factum eſt, ut cum è Septimo celebri prope Florentiam monaſterio, incolæ demigrare coacti fuiſſent, ut Religioſi Religioſis ſuccederent, è S. Galga-

A no cœnobio Ciſtercienſis Ordinis in agro Senenſi, nobilium monachorum ducta colonia, ibidem monaſticam diſciplinam iterum per illos inſtituit, propagavitque. Itaut inde poſtea, hoc eſt, ex Septimo, quaſi politi ex perfectionis ſchola egregii viri prodirent, qui labanti deinceps per totam Italiam Ciſtercienſi Ordini, ſalubrem planè medicinam fecere. Rem parcè, & modicè hic tetigimus, quod jam olim mihi amiciſſimus, ac noſtri Ordinis monachus, Abbaſque Ciſtercienſis, Nicolaus Baccetius ſanè eloquenter, & graviter hoc ipſum, ex propoſito latinis litteris proſecutus eſt, in lib. 1. ſuæ Septimianæ Hiſtoriç.

178. COELESTINUS IV. Mediolanenſis, Gaufridus antea Caſtillioneus appellatus, monachus Ciſtercienſis, presbyter Cardinalis tit. S. Marci, atque Epiſcopus Sabinenſis, ad Pontificatum aſcendit 9. Kal. Octobris ann. 1241. Friderico II. imperante. Sedit dies 17. defunctuſque ſepultus eſt in Vaticano, interregno 1. anni, ac 8. menſium inſecuto.

179. INNOCENTIUM deinde IV. Genuenſem, Sinibaldum antea Fieſchum appellatum, ex B Lavanis Comitibus presbyterum Cardinalem tit. S. Laurentii in Lucina pontificium provexere ad thronum die 24. menſis Junii anni 1243. imperante Friderico II. Sedit annos 11. menſes 5. dies 15. deceſſit Neapoli idib. Decembris 1254. inque cathedrali ſepultus fuit, per dies 13. ſede vacante.

180. ALEXANDER deinde IV. Anagninus, ex Comitibus Signiç, Raynaldus antea vocatus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis in Pontificatum ſubrogatus eſt Neapoli 8. Kalen. Januarii ann. 1254. Cæſaribus Guillelmo, Richardo, & Alphonſo. Sedit ann. 6. menſ. 5. dies 5. Viterbii è vita deceſſit 8. Kal. Junii 1261. 3. menſium, totidemq; dierum interregno ſecuto.

181. URBANUS IV. Gallus Trecenſis, Jacobus Pantaleo antea vocatus, è Patriarcha Hieroſolymitano, nondum Cardinalis, abſenſque ad ſummum pontificatum aſſumptus eſt 4. Kalend. Sept. ann. 1261. imperantibus Richardo, & Alphonſo. Sedit annos 3. dies 3. Perusiæ vita functus eſt ann. 1264. 6. nonas C Octobr. majorique templo fuit exceptus, 4. menſium, ac 3. dierum interregno ſecuto. Non deſunt, qui dicant, hunc Pontificem Ciſtercienſis Ordinis fuiſſe alumnum, ſed hallucinantur.

182. CLEMENS IV. Gallus Narbonenſis, Vido Groſſus antea appellatus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, ſummo pontificatu decoratus eſt, pridie non. Februarii 1265. Reg. Rom. Alphonſo Hiſpano. Sedit an. 3. menſ. 10. dies 21. Viterbij vita functus eſt 3. Kal. Decemb. ann. 1268. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ ad Gradus. Interregnum 2. annos omninò tenuit, ac 9. menſium, Comitio in diverſa, ac plerumque contraria ſtudia æſtuante.

183. GREGORIUS X. Placentinus, Theobaldus Vicecomes antea dictus, Archidiaconus Leodienſis, ad ſancta Orientis loca abſens à Cardinalibus per honorarios arbitros, ad pontificatum vocatus eſt; 1. die ineuntis menſis Septembris 1271. Roberto Haſpurg imperante. Sedit ann. 4. menſ. 4. dies 10. Aretii in Thuſcia defunctus eſt 3. id. Januarii an. 1276. 10. tan- D tum dierum interregno ſecuto. Hic Pontifex primus dicitur præſcripſiſſe normam, quo commodius, ſanctiuſque dicerentur Pontifices.

184. INNOCENTIUM deinde V. Burgundionem, Fr. Petrum è Tarantaſia antea dictum, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem in ſummum Pontificem cooptarunt 13. Kal. Febr. ann. 1276. imperante Rodulpho Cæſare. Sedit menſ. 5. dies 2. eodemque anno defunctus ſepultus eſt in Conſtantiniana Baſilica, ceſſavitque ſedes 19. dies.

185. HADRIANUS V. Genuenſis, Othobonus Fieſchus, ex Lavaniæ Comitibus, antea dictus, Innocentii IV. nepos, diaconus Cardinalis S. Hadriani, Pontifex ſalutatus eſt 4. idus Julii ann. 1276. Rodulpho Cæſ. imperante. Sedit menſem 1. ac dies 7. deceſſitque Viterbii nondum inauguratus 15. Kal. Septembris, tumulumque accepit in Eccleſia S. Franciſci, ſecutumque interregnum eſt 25. dierum.

186. JOANNES XX. dictus XXI. Luſitanus,

A Ulyſſiponenſis, Joannes Petrus antea vocatus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus Pontifex adjectus eſt ann. 1276. 13. Septemb. Rodulpho Cæſ. Sedit menſ. 8. dies item 8. Viterbii vitam finivit, palatii repentina ruina ita oppreſſus, ut inde ſemivivus poſtea erutus, paulò poſt æquiſſimo animo vitam exhalaverit. Sepultus eſt in eccleſia Cathedrali 13. Kal. Junii 1277. menſ. 6. ac 4. dierum interregno ſecuto.

187. NICOLAUM deinde III. Romanum, Joannem Urſinum antea dictum, Cardinalem tituli S. Nicolai in Carcere evexerunt ad ſedem 7. Kal. Decemb. ann. 1277. imperante Rodulpho. Sedit ann. 2. menſ. 8 ac dies 29. deceſſit in Suriano prope Viterbium Caſtello, 11. Kal. Septemb. ann. 1280. Romamque relatus, apud S. Petrum ſepultus eſt, per 6. tantum menſes ſede ceſſante.

188. MARTINUS II. IV. dictus, Gallus, Simon antea Bria appellatus, presbyter Card. S. Cæciliæ, deinde regnavit 8. Kal. Martii ann. 1281. Rodulpho imperante. Sedit ann. 4. menſem 1. ac dies 7. Peruſiæ defunctus eſt 4. Kalend. Aprilis 1285. ac in majori ejus civitatis templo ſepultus, 4. dierum interregno ſecuto. B

189. HONORIUS IV. Romanus, Jacobus Sabellus antea dictus, Diaconus Cardin. S. Mariæ in Coſmedin, ad Apoſtolicæ Sedis culmen aſcendit 4. non. Aprilis ann. 1285. imperante Rodulpho. Sedit ann. 2. ac totidem dies; defunctuſque eſt, ann. 1287. 3. non. Aprilis; ac ſepultus in S. Maria de Ara Cœli, 10. menſium, ac dierum 13. interregno ſecuto.

190. NICOLAUM deinde IV. Aſculanum, Fr. Hieronymum Ordinis Minorum, Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum vocatum, ſuſtulere ad thronum 8. Kalend. Martij ann. 1288. imperantibus Rodulpho, atq; Adolpho. Sedit annos 4. menſ. 1. dies 14. Deceſſit pridie non. Aprilis ann. 1292. ſepultuſque eſt ad S. Mariam Majorem. Vacavit ſedes ann. 2. menſ. 3. ac dies 2.

191. S. COELESTINUS V. Petrus Moronus antea dictus, ex Iſernia Eremita, monachorum Cœleſtinorum inſtitutor, ex inſtinctu divini Spiritus ad Cathedram Patri aſcendit nonas Julii ann. 1294. Adolpho imperante. Sedit menſ. 5. ac dies 7. ſponteque ſe abdicavit pontificatu. Mortuus eſt ann. 1296. 13. Kal. Junij in Arce Fumoni in Campania, tumulatuſq; fuit in Ferentino, ac non multo poſt à Clemente V. in numero Sanctorum adſcriptus. C

192. BONIFACIUS VIII. Cajetanus Anagninus Benedictus antea dictus, presbyter Cardinalis tit. SS. Sylveſtri, atque Martini in Montibus, Petro Morono ſucceſſit 9. Kalen. Januarii anni 1294. imperante Adolpho, atque Alberto. Sedit ann. 8. menſ. 9. dies 28. è vivis exceſſit 5. idus Octob. an. 1303. atque apud S. Petrum tumulatus, 10. tantum dies ſede ceſſante.

193. BENEDICTUS X. dictus XI. F. Nicolaus Bocaſinus Tarviſinus Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, VIII. Bonifaçii ſucceſſor fuit 12. Kal. Novemb. ann. 1303. Alberto Cæſare imperante. Sedit menſ. 8. ac dies 6. Deceſſit Peruſiæ non. Julii an. 1304. ſepultuſque eſt in Eccleſia Fratrum Prædicatorum, ſede vacante menſ. 10. ac dies 24. D

194. CLEMENS V. Gallus Vaſco, Bertrandus antea appellatus, Archiepiſcopus Burdigalenſis, nondum Cardinalatus titulo inſignitus, ad ſummum Pontificatum aſſumptus eſt Nonis Junii ann. 1305. imp. Alberto, & Henrico VII. Sedit ann. 8. menſ. 10. dies 16. deceſſit Avenione in Gallia, quò S. ſedem tranſtulerat 14. Kal. Maij anno 1314. 2. annorum interregno ſecuto.

195. JOANNES XXI. dictus XXII. Jacobus de Oſſa antea dictus, Caturcenſis Gallus, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ſummo pontificatu condecoratus eſt Lugduni in Gallia 7. idus Auguſti ann. 1316. imperante Ludovico Bavaro. Sedit ann. 18. menſ. 3. dies 28. Avenione defunctus eſt pridie nonas Decemb. ann. 1334. atque in Cathedrali ſepultus. Ceſſavit ſedes diebus 15. Cæterum ex inſtinctu Bavari ſchiſma per idem tempus divexavit Eccleſiam, cum Petrum Corbarium curaſſet creandum, Reatinum, Ordinis

A Minorum, qui ſe Nicolaum V. vocari præcepit, ſed cum aliquando tandem pſeudopontifex in manus incidiſſet Joannis, ab eo conjectus in carcerem, ibi auſi ſceleris confectus ærumnis meritiſſimas pœnas luit.

196. BENEDICTUS XI. ab aliis XII. appellatus, Toloſanus, Jacobus Fornerius antea dictus, ex Ordine Ciſtercienſi monachus, cùm jam inde à puero virtutem excoluiſſet in Balbonenſi Monaſterio, apud Vaſcones, vir poſtea factus, adeo in domo Dei fulgere viſus eſt, ut Abbas Fontis Frigidi ejuſdem Ordinis, Epiſcopus Apamienſis, inde Mirapicenſis, mox Cardin. factus, tandem vel invitum traherent ad pontificatum, cum multò antè Cardinalitio munere presbyteratus ad tituli S. Priſcæ fuiſſet perfunctus. Quod ipſum accidit ann. 1334. 13. Kal. Januarii, Ludovico Bavaro imperante. Sedit ann. 7. menſ. 4 dies 6. Avenione è vita diſceſſit 7. Kal. Maij, ann. 1342. tumulatuſque fuit in Cathedrali, 11. tantum dierum interregno ſecuto. Hic Pontifex inter multas alias virtutes, hac una præcipuè enituit, B ut nullas opes ex Eccleſiaſtico cenſu paternam in domum invexerit, cum nullas divitias majores, clarioreſque arbitraretur, quàm ex moderatione animi alienis opibus abſtinuiſſe.

In Vaticani Archivii regiſtro primam Benedicti noſtri Papæ offendimus epiſtolam Abbati Ciſtercii cæteriſque Abbatibus Ordinis Ciſtercienſis in ipſo pontificatus ingreſſu ſcriptam, quam huic loco non alienam duximus, in gratiam Ciſtercienſium monachorum, ut tanti Pontificis ab adoleſcentia in Ciſterc. Ordine educatio, & ex ipſo ad Inſulam, ad Purpuram, tandem ad Pontificatus apicem aſſumptio magis eluceſcat. Epiſtola eſt prima in ordine fol. 2. tomi 1. Regiſtri, quam ipſiſſimis verbis hic ſubjicimus.

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii Ciſtercii cæteriſque Coabbatibus, & eorum Conventibus Ciſtercienſis C Ordinis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

ALtitudo cœleſtis Conſilii, ſupra cuncta tenens in excelſis imperium, ſic dat eſſe rebus, & diſpenſat ineffabili providentia munera gratiarum, ſic creaturarum conditiones, & ſtatus ordinat, ac prout vult, variat & diſponit, quod ſenſus humanus, ejus ſecreta conſilia perſcrutari non valens, in horum conſideratione potius hebetatur; cum ſint inveſtigabiles viæ Domini, & Sapientiæ ſuæ magnitudinem humani non capiant intellectus; facit enim fortem ex debili; balbutientibus eloquium tribuit; & ponit nonnunquam humiles in ſublimi, plenam & perfectam habens ad ſingula tanquam palma concludens omnia poteſtatem.

Sanè fel. rec. Joannes Papa XXII. Prædeceſſore noſtro nuper, ſicut Domino placuit, ab hac luce ſubtracto, & ad cæleſtem patriam ab hujus mundi miſeria, ſicut piè credimus, evocato, ejuſque corpore, cum exequiarum ſolemnitate debita, tumulato, Ven. fratres noſtri Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales, de D *quorum numero tunc eramus, pro futuri ſubſtitutione Paſtoris convenientes in unum ſub deliberatione Concilii, quam tanti negotii qualitas exigebat, habito ſuper electionis futuri Papæ celebratione tractatu, licet conſentire potuiſſent in alios majorum meritorum claritate conſpicuos, & plurium virtutum titulis inſignitos, tandem ad perſonam Noſtram dirigentes unanimiter vota ſua, Nos ad ſummi Pontificatus apicem, divina dignationis clementia, evocarunt.*

Nos igitur noſtrarum inſufficientiam virium & adminiſtrationis tam arduæ ſarcinam, tantique oneris gravitatem intenta conſideratione penſantes intra noſtra præcordia, quid inter tot diverſas, & varias ſeculi fluctuationes, & pugnas agendum, quidque tenendum, quidve penſandum extiterit, animo duximus trepido revolvendum; demùm vero ſpiritus virtute reaſſumpta in illo, qui aſſurgit in occurſum tentationum, & implorantium humiliter nomen ſuum, quique clementer in ſemitis ſuis greſſus hominis perficit, inter hujuſmodi cogi-

tatio-

tationum fremitus anchoram ſpei noſtræ fiximus ad ferendum ſub ejus fiducia jugum ſervitutis Apoſtolicæ imbecilles humeros humiliter ſubmittentes, ac ſubſequenter benedictionis, & coronationis ſolemnia, & cætera recepimus ſecundùm morem ejuſdem Romanæ Eccleſiæ in perſonis Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum hactenus obſervatum, anxiato, & humiliato ſpiritu Domino ſupplicando, ut ipſe, qui nos jugum hujuſmodi ſubire conceſſit, ſic ad ipſum portandum debilitatem noſtram ſuæ virtutis robore fulciat, ſicque illud faciat ſua benignitate portabile, quòd ſub eo non contingat nos ex noſtra debilitate deficere, ſed ita ſuæ omnipotentia Nobis & gregi Dominico vigilantia noſtra commiſſo potiùs proficere, quòd de talento Nobis credito dignam valeamus in extremo judicio reddere rationem.

Nos igitur, qui in juventutis noſtræ tempore in Ordine veſtro peregimus ſub ſanctæ obedientiæ imperio, & obſervantia regulari, ac in eo effecti alumni in dignitatis & adminiſtrationis ſtatu fuimus operoſi; necnon de illo per Apoſtolicæ Sedis providentiam ad Pontificalis eminentiæ titulum, & deinde ad apicem Cardinalatus prævenimus; at demùm, ſicut ex præmiſſis colligitur, nos quanquam immeritos in ſummi Pontificatus cathedram ſuprema dignatio collocavit, eo affectuoſiùs, & devotiùs charitati veſtræ precum veſtrarum primitias deſtinamus, quo ſpiritualiùs, & firmiùs credimus & tenemus, quòd illa apud vos locum ſibi præcipuum vindicabunt. Conſiderantes itaque Nos tanquam homines inter mundanos conflictus & turbines conſtitutos, ac veluti imperfectos diligentiùs attendentes, ad devotionem veſtram Deo gratam noſtræ mentis levamus oculos, ad veſtrarum orationum ſuffragia ferventiùs aſpiramus. Ea propter univerſitatem veſtram rogamus, precamur, & obſecramus attentiùs per viſcera miſericordiæ JESU Chriſti quatenus pro perſona noſtra, ſtatuque ſalubri & felici univerſalis Eccleſiæ orationes devotas, & ſedulas ad ſupernæ majeſtatis clementiam effundatis & etiam effundi faciatis in veſtris Generalibus Capitulis celebrandis, ut omnipotens Dominus, qui humeris noſtris imbecillibus molem impoſuit Apoſtolicæ ſervitutis, nobis ſua omnipotentia dexteram porrigat, defectumque noſtrum ſuæ virtutis robore fulciat, ut dum navigabimus in hujus vitæ ſalo tempeſtuoſis fluctibus, & procellis, ſciamus & poſſimus diſperſa colligere, fracta connectere, deperdita reſtaurare, cuſtodire pinguia, manducere fortia & humilia confovere, aliaſque ſponſa noſtra nobis diviniùs copulata Romana præfata, ac generali Eccleſiæ præeſſe pariter, & prodeſſe: Nos enim eumdem ordinem devotè & internè charitatis affectu zelantes ipſius optamus ſalutis & proſperitatis plenis deſideriis incrementum, ad quos, Deo favente, Apoſtolici favoris opportunum præſidium proponimus juxta divinum beneplacitum adhibere.

Cum autem, ſicut intelleximus, portitores hujuſmodi literarum interdum conſueverint eſſe, contra intentionem mittentium, exactores, nunc importunæ petitionis inſtantia, nunc etiam murmurationum ſuſurriis, ac detractionum, & querelarum comminationibus exigendo, ſcire vos volumus, quòd noſtræ intentionis exiſtit, latoreſque præſentium jurare volumus, quòd ad exigendum, vel obtinendum aliquid præter ea, quæ ad victum, vel ob infirmitatis, ac alios caſus neceſſaria per alias eis ſub certa forma literas, quas vobis exhiberi mandamus, miniſtrari præcipimus, talibus inſtantiis, murmurationibus, detractionibus, ſeu comminationibus non utantur, nec recipere oblata præſumat, ideoque ut noſtris in hoc intentioni, & beneplacito concurratis, præfatis eorum abuſionibus cæteriſque ſimilibus, ſi forſan eis, quod non eſt veriſimile, uti præſumerent contra proprium juramentum, contemptis, omnino vos ultra præmiſſa ſibi veſtro miniſtranda mandato tribuendo aliquid non gravetis, cum non per extorſiones hujuſmodi, ſed a retributione congrua intendamus ipſorum laboribus reſpondere.

Datum Avenione 5. Idus Januarii Pontificatus noſtri anno 1.

In eodem tom. 1. regiſtri Benedicti noſtri extat epiſtola numero 725. pro reformatione Studii Bernardini Pariſienſis, quam Benedictinam appellant, ubi in primis ſpectatur excellens commendatio Ordinis

A Ciſtercienſis, maximè quantùm ad vitam contemplativam, inde ejus primordia ac progreſſus in eo ipſo Ordine Ciſtercienſe ab ipſa pueritia memorat. *Hujus* (inquit) *quoque ordinis ab adoleſcentia noſtra perſeveranter jugum ſuſtulimus, & in eo alumni effecti per temporum curricula diuturna crevimus tam in illo, quàm extra ipſum ſucceſſivis prælationum honoribus, & tandem conſcendimus, quamquam immeriti, ſummi Cathedram paſtoratus. Licet &c.* Bulla ita incipit. *Fulgens ſicut ſtella matutina in medio nebulæ ſacer Ciſtercienſis ordo in Eccleſia militante &c.* Datum Avenione 3. Idus Julii Pontificatus noſtri anno 1. Aliam in eodem tomo 1. Reg. Vatic. vidimus epiſtolam numero 8. ad Guillelmum Abbatem Balbonæ Narbonenſis Diœc. ord. Ciſtercienſis ſcriptam, in qua idem Pontifex ſe aliquando Abbatem Fontis Frigidi ejuſdem ordinis fuiſſe ſcribit. *Eo diligentius* (ait) *ex cura noſtra generali utilitatibus monaſterii Fontis Frigidi Ciſtercienſis ordinis Narbonenſis Diœceſis providemus, quæ ſpiritualis & proprius Abbas monaſterio præfuimus,*
B *cum in minoribus agebamus. Sane cum monaſterium ipſum per obitum quondam Arnaldi ejuſdem Monaſterii Abbatis &c.* committit Guillelmo, ut electioni Abb. aſſiſtat juxta ordinis ſanctiones. *Dat. Avenion. 15. Kal. Mart. ann. P.* Hactenus de Benedicti noſtri Ciſtercienſis monachatu hic ſatis ſit dictum ex ipſiuſmet Pontificis literis ab originali Reg. Vaticani deſumptis; alibi fuſius cujuſdam Lucii, aliquorumque Carmelitarum fratrum, de hoc ipſo Benedicto, ſomnium, fabulam, impoſturamque enodabimus ad veritatem.

197. CLEMENS VI. Gallus Lemovicenſis, Petrus Rogerii Monſtrius appellatus, Monachus S. Benedicti, presbyter Cardinalis tituli SS. Nerei, & Achillei, ad pontificatum aſcendit nonis Maji an. 1342. imperante Carolo IV. Sedit annos 10. menſ. 7. Avenione deceſſit 4. non. Decemb. ann. 1352. tumulatuſque jacet in monaſterio Caſæ Dei in Normandia, ubi præfuerat Abbas, monachumque profeſſus fuerat. Sedes tantum per 11. dies vacavit.

C 198. INNOCENTIUS VI. Gallus Lemovicenſis, Stephanus Alberti filius appellatus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis Antiſtes ſacrorum ſublectus eſt, 15. Kal. Januarii 1352. Carolo IV. imperante. Sedit ann. 9. menſes 8. dies 26. Avenione deceſſit pridie idus Septemb. an. 1362. ſepultuſque in Eccleſia Carthuſienſium prope Avenionem, unius, ac dierum 26. interregno ſecuto.

199. URBANUM deinde V. Gallum, Guillelmum Griſatum filium Grimaldi antea appellatum, monachum Cluniacenſem, ac S. Victoris Abbatem Maſſilienſem, in pontificali purpura Cardinales haud hactenus Cardinalem regnare juſſerunt, tametſi minus adeſſet, ann. 1362. Prid. Kal. Novemb. imperante Carolo IV. Sedit ann. 8. menſ. 2. dies 26. Avenion. diem clauſit extremum 14. Kalen. Januarii ann. 1370. ejus corpus Maſſiliam delatum eſt, ſepultumque in Abbatia S. Victoris, ubi præfuerat Abbas.

200. GREGORIUS XI. Gallus Lemovicenſis, Petrus Rogerii antea dictus, Clementis VI. nepos,
D diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ in eccleſiaſtico throno fulſit 3. Kal. Januarii 1370. Carolo IV. imperante. Sedit ann. 7. menſ. 2. dies 29. Romæ deceſſit S. ſedis è Galliis, ubi per 70. annos propemodum exulaverat, Romam reductæ titulo clarus 6. Kal. Aprilis anno 1378. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ Novæ, ac 12. dierum interregnum fuit. Cujus quidem in Italiam pontificis reditus maxima pars laudis in Catharinam Senenſem redundat, quæ ingenti anſu jens, rediенſque Pontificem impulit tandem, ut rediret, ſuoque adventu ea mala diſcuteret, quæ ex pontificum abſceſſu fœdiſſimè totam Italiam occupaverant, ut jam minus mirandum ſit, eos, qui rectè ſcribunt, & ſapiunt, dixiſſe Catharinam Senenſem Virginem Deo votam Apoſtolicam ſedem ſuis humeris in Italiam iterum reportaſſe.

201. URBANUS VI. Neapolitanus, de Prignanis è Piſis oriundus, Bartholomæus antea vocatus, Archiepiſcopus Barii in Apulia, pontificatus onus

ſubivit ann. 1378. 8. Apr. decoratuſque corona Regni 14. kal. Maji Carolo IV. imperante, ac Vinceslao. Sedit ann. 11. ac menſes 6. dieſque 7. Cæterum Urbanus vix Apoſtolicum thronum injerat, cum felicitatem illam maxima perturbatio rerum conſecuta eſt. Siquidem Cardinales, cum extra collegium Pontificem Urbanum creaſſent, illiſque ejus ſuſpecta cepiſſet eſſe aſperitas morum, Fundanum profugerunt in Agrum, teterrimumque ſchiſma exorti Robertum Cardinalem Gebennenſem ſub nomine Clementis VII. ſubſtituerunt. Diuturnior illa ſeceſſio, ac planè toti Eccleſiæ exitiabilis fuit, quàm boni omnes ſperaverant. Urbanus autem verus Pontifex, cum Pub. Rem chriſtianam difficilliſſimis temporibus ſumma cum prudentiæ laude adminiſtraſſet, Romæ exceſſit è vivis, idibus Octobris ann. 1389. ſepultuſque fuit apud S. Petrum, 17. dierum interregno ſecuto.

202. BONIFACIUS IX. Neapolitanus, Petrus Thomacellus antea vocatus, presbytar Cardinalis S. Anaſtaſiæ, Urbano VI. ſucceſſit 4. nonas Novembris ann. 1389. imperantibus Vinceslao, Roberto, ac Friderico. Sedit ann. 14. ac 11. menſes. Tempore autem, quo Clemens VII. Antipapa Avenione ſedebat, atque poſt hunc Benedictus XIII. qui antea Petrus de Luna dicebatur, Bonifacius verus Pontifex exceſſit è vivis Kal. Novemb. ann. 1404. ſepultuſque fuit apud S. Petrum, interregno ſecuto 15. dierum.

203. INNOCENTIUS VII. Sulmonenſis, Coſmatus Melioratus antea dictus, presb. Card. tituli S. Crucis in Hieruſalem, pares humeros pontificatui admovit 16. Kal. Decemb. ann. 1404. imperantibus Roberto, ac Vinceslao. Sedit annos 2. ac dies 21. cum Benedictus XIII. ſchiſmaticus Avenion. regnaret. Deceſſit autem an. 1406. 8. idus Nov. ſepultuſq; eſt apud S Petrum, vacavitque ſedes per dies 24.

204. GREGORIUS XII. Venetus, Angelus Corarius antea dictus, presbyter Cardinalis S. Marci, pridie Kal. Decembris ann. 1406. ea conditione à Cardinalibus in ſummum Pontificem adlectus eſt, ut eccleſiaſtico ſchiſmate deleto, ultro pontificatu ſe abdicaret; ſiquidem & Benedictus XIII. Antipapa malè parto imperio nuncium remiſiſſet. Igitur cum 2. an. m. 7. ac 5. dies contra Pſeudo Benedictum ſediſſet, in Concilio Piſano à Patribus pontificatu privatus, in ejuſque locum Alexander V. ſuffectus, contra eumdem Alexandrum ſedit, ac deinceps Joannem XXIII. ann. 6. ac menſem 1. Imperantibus Vinceslao, Roberto, ac Sigiſmundo. Ac demum cum in Conſtantienſi Concilio ultro munere abiiſſet, Epiſcopum illum Tuſculanum, & Cardinalem, decanumque Collegii pronunciarunt. Qui demùm apud Recanatenſes vitam finivit 1417.

205. ALEXANDER V. Fr. Petrus Philiargi è Candia dictus, Ordinis Minorum, presbyter Cardinalis tit. XII. Apoſtolorum, in Piſano Concilio acclamatus Pontifex eſt, ann. 1409. imperante Roberto. Sedit menſ. 10. ac dies 8. Deceſſit Bononiæ 5. non. Maji ann. 1410. ſepultuſque eſt in S. Franciſci templo, 14. dierum interregno ſecuto. Hic Pontifex, qui à pleriſque creditur fuiſſe Cretenſis, oriundus è Churſinallo fuit Novarienſis ditionis, ut in additionibus noſtris ad Ciaconium diffusè docuimus.

206. JOANNES XXII. appellatus XXIII. Neapolitanus, Balthaſſar Coxa antea dictus, diaconus Cardinalis tit. S. Euſtachii, Alexandro V. ſuffectus eſt ann. 1410. 6. Kal. Junii Imperantibus Roberto, & Sigiſmundo. Sedit ann. 5. dies verò 15. A Conſtantienſi Concilio deturbatus de ſede eſt, ac Martinus Columna ſubrogatus. A quo deinde Florentiæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, ac Collegii Decanus adlectus eſt 1419. 6. Kal. Julii; eodem anno deceſſit Florentiæ, ſepultuſque honorificè fuit in Baptiſterio S. Joannis Baptiſtæ.

207. MARTINUS V. Romanus, Oddo Columna antea dictus, diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum, poſt Joannem Coxam Apoſtolicam Sedem accepit, Concilio Conſtantienſi ita cenſente, quod ante Martini electionem ſeveriori cenſura tres ſummos Pontifices depoſuerat, ann. 1417. 3. idus Novemb. Sigiſmundo imperante. Cæterum Martinus ſedit ann. 13. menſ. 3. d. 12. deceſſit an. 1431. dies 21. menſis Februarii, ſepultuſque fuit in Baſilica Lateranenſi, ſede vacante dies 11. Martini vitam nuper ſatis diffusè perſcripſit, & in lucem emiſit Felix Contilorus archivii Apoſtolici Vaticani Præfectus, Baſilicæ S. Petri Canonicus, ac ſacræ Conſultæ à ſecretis, vir eruditiſſimus, hujus noſtræ inſcriptionis promotor, ac fautor ſingularis.

208. EUGENIUS IV. Venetus, Gabriel Condulmerius antea vocatus, presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ſacro Apoſtolico throno nobilitatus eſt 5. nonas Martii ann. 1431. imperantibus Sigiſmundo, Alberto, & Friderico. Sedit ann. 15. menſ. 11. dies verò 21. Clauſit diem extremum 7. Kal. Martii ann. 1447. ſepultuſque fuit apud S. Petrum. Inſecutum interregnum eſt tantùm dierum 10. Eugenio autem IV ſedente Concilium Florentinum celebratum eſt, tùm ut eccleſia Græca, ſublato ſchiſmate, cum Latina coiret, tùm ut Baſileenſi Concilio pondus abrogaretur, ubi præpoſterè ſchiſmatici Amadeum olim Ducem Sabaudiæ, ſub nomine Felicis V. ſuſtulerant ad ſedem.

209. NICOLAUS V. Sarzanenſis, Thomas Parentucellus antea dictus, presb. Card. tituli S. Suſannæ, ad ſummum pontificatum ſubvectus eſt pridie nonas Martii ann. 1447. Friderico III. imperante. Sedit an. 8. dies 19. Deceſſit an. 1455. ac 9. Kal. Aprilis ſepultus fuit apud S. Petrum, interregno ſecuto dierum 15.

210. CALLISTUM III. Hiſpanum Valentinum, Alphonſum Borgiam antea dictum, presb. Cardinalem SS. Quatuor Coronatorum, in ſummum Pontificem aſſumpſere, 6. idus Aprilis ann. 1455. Friderico III. imperante. Sedit an. 3. menſ. 4. fatoque ceſſit ann. 1458. 8. idus Auguſti, ſepultuſque fuit apud S. Petrum, 12. dierum tantùm interregno ſecuto.

211. PIO II. Senenſi, Æneæ Piccolomineo antea dicto, presb. Card. tit. S. Sabinæ, pontificium deinde detulere honorem 14. Kal. Sept. an. 1458. Friderico III. imperante. Sedit an. 5. menſ. 11. dies 25. Anconæ è vita diſceſſit 17. Kal. Septemb. ann. 1464. ejus poſtea corpus Romam delatum, ſepultumque apud S. Petrum, ſede vacante d. 13.

De II. Pio Pontefice max. inter plures ſcriptores recens, ſumma cum eloquentia, & fide ſcripſit Jacobus Gaddus Patricius Florentinus eruditus, & candidus auctor in ſuis oratoriis elogiis, cujus ſcripta, monumentaque apud doctos homines admirationis ſunt, & decoris.

212. PAULUS II. Venetus, Petrus Barbus antea dictus, presbyter Cardinalis tituli S. Marci Pontifex pronunciatus eſt, cum nepos eſſet Eugenii IV. pridie Kal. Septemb. ann. 1464. Friderico III. imperante. Sedit ann. 6. m. 10. dies 20. Obiit ann. 1471. 5. Kal. Auguſti, apoplexia oppreſſus, conditusque eſt in Vaticano, per dies 14. ſede vacante.

213. SIXTUS IV. Savonenſis, Fr. Franciſcus Roboreus antea dictus, Ord. Minorum, presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, ad pontificatum vocatus eſt 5. idus Auguſti ann. 1471. Friderico III. imperante. Sedit ann. 13. d. 15. Deceſſit idibus Sextilis ann. 1484. 16. dierum interregno ſecuto; tumulatuſque in Vaticano requieſcit.

214. INNOCENTIUS VIII. Januenſis, Joannes Baptiſta Cybo antea dictus, presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, ad pontificatum aſcendit 4. kalen. Septemb. ann. 1484. imper. Friderico, ac Maximiliano. Sedit ann. 7. menſ. 10. dies 17. vita functus eſt ann. 1492. Kal. Auguſt. ſepultuſque eſt in Vaticano, 10. dierum interregno ſecuto.

215. ALEXANDER VI. ex Iberia Valentinus, Rodericus antea Borgia appellatus, Calliſti III. nepos, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ac S. R. E. Vice cancellarius, in locum demortui Innocentii VIII. ſuffectus eſt, 3. idus Auguſti 1492. imperante Friderico, atque Maximiliano. Sedit ann. 11. dies 8. Ex mirabili luſu fortunæ defunctus eſt 15. Kal. Septemb. ann. 1503. tumulatuſque fuit apud S. Petrum.

216. PIUS deinde III. Senenſis, Franciſcus Pic-

co-

colomineus antea dictus, Pii Secundi ex ſorore nepos Archiepiſcopus Senenſis, & Diaconus Cardinalis tit. S. Euſtachii, pontificatum tenuit 10. Kal. Octobris ann. 1503. Maximiliano Imper. Sedit dies 26. Vita functus eſt 15. Kal. Novembr. ejuſdem anni, ſepultuſque eſt in Vaticano propè Patruum; vacavitque ſedes dies 14.

217. JULIUS II. Savonenſis, Julianus antea Roboreus vocatus, Sixti IV. Pont. Max. nepos, Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis, Papa renunciatus eſt ann. 1503. Kalend. Novemb. imperante Maximiliano. Sedit ann. 9. menſ. 3. dies 9. Exceſſit è vivis 9. Kal. Martii ann. 1513. ſepultuſque eſt in Vaticano: vacavitque ſedes dies 17.

218. LEO X. Florentinus, Mediceus, Magnifici Laurentii filius bonarum artium Mecenatis optimi, diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica ad ſummum Pontificatum evectus eſt, idibus Martii ann. 1513. Maximiliano imperante. Sedit ann. 8. ac totidem menſ. dies vero 21. Fato ceſſit ann. 1521. Kal. Decemb. ætatis verò 47. Sepultuſque primùm fuit apud S. Petrum; poſtea verò ad S. Mariam ſupra Minervam translatus; interregnum inſecutum eſt menſ. 1. d. 9. Pontifex planè cum priſcis illis ob variam literaturam, atque in literatos planè regiam liberalitatem, citra omnem invidiam, comparandus.

219. HADRIANUS VI. Trajenſis è Flandria, idem nomen retinuit, quo ante Pontificatum fuerat appellatus; abſenſque ex opinione eximiæ doctrinæ, ac vitæ ſanctitatis, ad Apoſtolicum thronum vocatus eſt, cum antea presbyter Cardinalis eſſet tit. SS. Joannis, & Pauli an. 1521. 15. idus Januarii imperante Carolo V. Sedit ann. 1. menſ. 8. fatoque ceſſit 8. Kal. Octob. ann. 1523. vacavit ſedes menſ. 1. d. 27.

220. CLEMENS VII. Florentinus Mediceus, X. Leonis patruelis, ex Archiepiſcopo Florentino, Cardinalique S. Laurentii in Damaſo, ad ſummum Pontificatum aſcendit, ſub nomine Clementis VII. cum antea Julius Mediceus diceretur, an. 1523. 13. Decemb. imperante Carolo V. Sedit ann. 10. totidem menſ. ac dies 8. Vita functus eſt ann. 1534. 7. Kal. Octob. ſepultuſque apud S. Petrum, poſtea ad S. Mariam ſuper Minervam prope Leonem X. translatus. Vacavit ſedes 17. dies.

221. PAULUS III. Romanus, Alexander Farneſius antea dictus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Clementis VII. ſucceſſor fuit 7. Idus Octobris, 1534. Carolo V. imperante. Sedit an. 15. dies verò 29. Deceſſit 4. Idus Novemb. an. 1549. Sepultuſque eſt in Vaticano, 2. menſium, ac 29. dierum interregno ſecuto.

222. JULIUS III. Hetruſcus è Monte S. Sabini, Joannes Maria de Monte antea vocatus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, in Summum Pontificem cooptatus eſt 6. Id. Februarii ann. 1550. Carolo V. imperante. Sedit an. 5. menſ. 1. dies 16. exceſſit è vivis an. 1555. 5. Kal. Aprilis; ſedes vacavit dies 17. ſepultuſque eſt in Vaticano.

223. MARCELLUS II. Politianus, Hetruſcus, Marcellus Cervinus antea dictus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Crucis in Hieruſalem, Pontifex ſalutatus eſt 5. Id. Aprilis ann. 1555. imperante Carolo V. Sedit dies 22. præcipiente illum invida morte eodem anno, prid. Kal. Maji, ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 22. dierum interregno ſecuto.

224. PAULUM IV. deinde Neapolitanum, Joannem Petrum Carafam antea dictum, Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem evexerunt ad thronum 10. Kal. Junii, ann. 1555. Carolo V. imperante. Sedit ann. 4. menſ. 2. dies verò 17. Fato ceſſit 15. Kal. Septemb. 1559. ſepultuſque eſt apud S. Petrum; ceſſavitque Sedes menſ. 4. ac dies 7.

225. PIUS IV. Mediolanenſis, Joannes Angelus Medices antea dictus, presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ, Summum Pontificatum adeptus eſt 7. Kal. Januarii ann. 1559. Ferdinando imperante. Sedit an. 5. menſ. 11. ac dies 25. Deceſſit 5. Id. Decemb. ann. 1565. ſepultuſque eſt in Vaticano, 26. dierum interregno ſecuto. Cæterùm Pius Tridentinum Concilium à Paulo III. inchoatum, proſecutum à Julio, ab ſe verò renovatum, ingenti rei chriſtianæ commodo demùm abſolvit.

226. PIUS V. Alexandrinus, F. Michael Gislerius antea dictus, Ordinis Prædicatorum, presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ ſupra Minervam, Summus Pontifex declaratus eſt 7. Id. Januarii an. 1566. Imp. Maximiliano II. Sedit ann. 6. menſ. 3. dies 23. Exceſſit autem è vivis Kal. Maji, ann. 1572. ſepultuſque eſt in Vaticano; inde poſtea ad S. Mariam Majorem à Sixto V. Pontifice Max. in ſepulchro à ſe munificentiſſimè conſtructo, ad Præſepe Domini translatus, ac conditus fuit. Pontifex ſanè omnium virtutum concurſu incomparabilis: Quippe qui æquè ſancta, atque profana ſumma cum dexteritate tractaverit, ſive cum ad normam Tridentini Concilii mortalium mores rituſque Eccleſiaſticos corrigeret; ſive cum per Sfortiam Sfortiam clariſſimum Ducem in Galliis Ugonotorum doctrinam ſectamve affligeret, ſive cùm ad Actiacum ſinum cum potentiſſimis Regibus, ac Rebuſpublicis memorabili icto fœdere Turcas per maria exultantes, uſque ad lætam victoriam urgeret: ſive demùm cùm ex eccleſiaſtico cenſu ingentibus erogatis pecuniis per Germanos Imperatores, Turcis ad prædam geſtientibus, cancellos præſcriberet, ne hoſtili procurſu iterum defœdarent Italiam.

227. GREGORIUS XIII. Bononienſis, Hugo Boncompagnus antea dictus, presbyter Cardinalis S. Sixti, in Apoſtolica ſede collocatus eſt 3. Id. Martii ann. 1572. imperante Maximiliano II. Sedit ann. 12. menſ. 10. dies 28. Defunctus eſt 1585. 9. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt in Vaticano. Pontifex hic illarum nationum, in quas deterrima hæreſum lues præſertim deſævierat, Romæ quamplurimis fundatis collegiis, inſtitutiſque alumnis, qui proferendæ chriſtianæ fidei viderentur idonei, inſultantium Sectariorum progreſſus, conatuſque prævidit, præter cæteram munificentiam, quæ in ſacros jam fundatos, adultoſque ordines contulit, ut pietas impenſius excoleretur.

228. SIXTUM deinde V. è Monte Alto, Picenum, Felicem Ordinis Minorum fratrem antea dictum, presbyterum Cardinalem tit. S. Hieronymi, ſubvexerunt ad thronum 12. die Aprilis ann. 1585. imperante Rodulpho. Sedit an. 5. menſ. 4. dies 3. Deceſſit 6. Kal. Sept. ann. 1590. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, ad Præſepe Domini, ubi ſibi vivens, anteceſſorique ſuo Pio V. demortuo, planè regia monumenta condiderat. Demùm ſi Sixti V. quinque tantùm annos, quibus regnavit, cum ingenti pecunia, quam in publicum ærarium congeſſit, conferre volueris, planè ſenties id, quod res eſt, mortalium induſtriam, quandoque velocitatem temporum, ubi res agitur acquirenda, prævertiſſe.

229. URBANUS VII. Romanus, Joannes Baptiſta Caſtanea antea dictus, presbyter Cardinalis S. Marcelli deinde ſedit, 17. Kal. Octobris 1590. Rodulpho imperante. Regnavit autem dies 12. Deceſſit 5. Kal. Octobris ejuſdem anni, antequam inauguratus fulgeret, ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 2. menſium, ac 8. dierum interregno ſecuto. Cujus quidem Pontificis oſtenſi potius populo chriſtiano, quàm dati deſiderium, vix apud Romanos, temporum longinquitas potuit delinire.

230. GREGORIUM XIV. Mediolanenſem, Nicolaum Sfondratum antea dictum, Cremonenſem Epiſcopum, ac presbyterum Cardinalem S. Cæciliæ, deinde in Pontificem aſſumpſere Non. Decembris ann. 1590. imperante Rodulpho II. Præfuit menſes 10. ac totidem dies. E vita diſceſſit Id. Octob. an. 1591. ſepultuſque fuit apud S. Petrum, per 14. tantùm dies ſede ceſſante.

231. INNOCENTIUS IX. Bononienſis, Antonius Fachinettus antea dictus, presbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum, Apoſtolica cathedra potitus eſt 3. Kal. Novemb. an. 1591. Imper. Rodulpho II. menſib. 2. d. 10. imperavit, deceſſitque 3. Kal. Januarii ejuſdem anni, ſepultuſque eſt apud S. Petrum, 30. dierum interregno ſecuto.

232. CLEMENS VIII. Florentinus, Hippolytus Aldobrandinus antea dictus, presbyter Cardinalis tit. S. Pancratii, ad ſummum Pontificatum

aſcendit 3. Kal. Februarii, ann. 1592. Rodulpho II. imperante. Sedit ann. 13. menſ. 1. d. 3. Deceſſit 1605. 3. Martii. Sepultus fuit apud S. Petrum. Pontifex in eccleſiaſtica juriſdictione tuenda infracti animi; & qui adeò religioſorum Ordinum puritatem adamavit, ut ſi eorum, qui corrigendi erant, ſequaces habuiſſet voluntates, futurum erat, ut aliquando tandem ex defæcatis moribus clauſtra niterent.

233 LEO XI. Florentinus, Alexander Medices antea dictus, Archiepiſcopus Florentinus, Prænestinus verò Epiſcopus, & Cardinalis, ſancto throno, præter ſuæ ſerenitatem gentis nobilitatus eſt 1. die exordientis Aprilis anni 1605. imperante Rodulpho II. Sedit dies 26. Deceſſit autem 26. die Aprilis ejuſdem anni; ſepultuſque fuit apud S. Petrum, 19. dierum interregno ſecuto. Cæterum quaſi vix enatus flos, Leo ſucciſus, ſpes bonorum omnium omninò feſellit: quippe qui cum nomine ipſo, felicia illa Leonis tempora ſecum adduxiſſe videretur. Conſtat illum accedenti Pontificatus fortunæ parem animum attuliſſe; qui mox recedenti per mortem, eidem non ſe præbuiſſet inferiorem: ſiquidem nec exoratus potuit acquieſcere, ut purpuram, qua ipſe decoratus fuerat, in Octavianum fratris filium deinde conferret; cùm in ejus moderatiſſimo animo illud infixum maneret: *Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem*.

234. PAULUS V. Romanus, Camillus Burgheſius antea dictus, oriundus è Senis, presbyter Cardinalis tituli S. Chryſogoni, Pontifex conſalutatus eſt 16. Maji ann. 1605. imperante Rodulpho II. Sedit ann. 15. menſ. 8. dies 13. Deceſſit die 28. menſis Januarii 1621. ſepultuſque fuit apud S. Petrum; tranſlatus jacet in Baſilica S. Mariæ Majoris, 11. dierum interregno ſecuto.

Hic in ædificiis attollendis Sixti V. Pontificis Maximi æmulus, ubique & ſemper cultum urbis peruræſit.

235. GREGORIUM deinde XV. Bononienſem, Alexandrum Ludoviſium antea dictum, Archiepiſcopum Bononienſem, ac presbyterum Cardinalem tituli S. Mariæ in Tranſpontina, evexerunt ad ſedem an. 1621. 9. die menſis Februarii, imperante Ferdinando II. Sedit ann. 2. menſ. 5. citra diem unum. Fato ceſſit 1623. die 8. menſ. Julii, ſepultuſque fuit apud S. Petrum, 29. dierum interregno ſecuto.

236. URBANUS VIII. Florentinus, è Barberina gente, Maphæus Cardinalis S. Onuphrii antea vocatus, cunctis ſacri Senatus ſuffragiis conſpirantibus, totiuſque chriſtiani Orbis ſeriò læta gratulatione ad Apoſtolicam ſedem ſubvectus eſt die 6. menſ. Auguſti, ann. 1623. Eam communem mortalium lætitiam aluit jam olim, pollicitaque eſt integerrimi purpurati viri vetuſta per plura ſecula in Florentina Publica Re nobilitas, ſapientum, fortiumque virorum ubique, & ſemper fæta, graviſque, ita ut jam in illum omnes propemodum virtutes coiviſſe, quæ in illa nunquam interrupta Pontificum ſerie ſparſæ leguntur, nullus hactenus miraretur. Eſt enim nobilitas ad omne decus acutiſſimum, ac potentiſſimum calcar, quo tùm maximè currens videtur impelli, ubi eidem ſupremæ dignitatis gradus acceſſerit. Itaque ſanctus ille Eccleſiæ univerſæ thronus, quo nobilitatus eſt, prodidit Urbani virtutes, atque adauxit; ut nemo jam illo eruditior, nullus juſtior, providentior nullus, fortiorque videretur fuiſſe; ſive exſonarent arma, ſive contagia ebullirent, publicaque pax, atque otium firmandum foret conſiliis ſalubrioribus. Quàm ille in diviſarum gentium trepidis bellis, ruinaque liber ab omni affectu ſe præbuit medium: quàm ille paterna cunctatione, oculataque conniventia devios compulit ad pœnitentiam: quàm gravi trutina, ac nunquam errante emeritos ad dignitates, ad thiaras, ad purpuram vocavit; Quàm æqua lance juſtitiæ leges perſcripſit, pœnas impoſuit, publicæ paci litavit, principes viros fœdiſſimè conſternatos ad arma per graviſſimos Legatos ſuos ad pacis fœdera eſt cohortatus; cæterorumque ordinum lapſos mores lenioris correctionis limam juſſit ſubire. Nec tamen qui conſiliis gravioribus præſenti paci conſuluit, futuræ italicæ ſecuritatis oblitus eſt. Fundatis enim arcibus, noviſque munimentis opportunis in locis conſtitutis, planè oſtendit, haudquaquam, ubi oportuit, in militaribus conatibus chriſtianam pietatem languere. Jam quæ ad ornatum Urbis, cultumque templorum munificentiſſimè, ac propemodum effuſis theſauris architectatus eſt; adeò ſuperioris ſeculi munificentiam, ſplendoremque videntur evincere, ut Romam, quam ferream accepit, ſe reliquiſſe auream, ſupra Auguſtum illum haud ex vano poſſe gloriari videatur. Adhuc vigor ille animi tanto Principe dignus, cui tot anni, reſque præclarè geſtæ hactenus non attulere teporem, facit mortalibus ſpem, ut in poſterum etiam poſſint expectare & majora. Quamobrem de tanto Pontifice omnium mortalium votum eſto

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis Populo chriſtiano.

ut ex ea illuſtrium operarum feraci annorum mora, quò diuturnius, eò abſolutius, virtutum relinquatur exemplum, quod pii mortales ſemper imitentur, & celebrent.

ADDITIO.

„ *Sedit an.* 21. *diebus octo exceptis. Obiit die* 29. „ *menſis Julii an.* 1644. *ſepultuſque fuit in Vaticano, dierum* 46. *interregno ſecuto.*

„ 237. INNOCENTIUS X. *Romanus, è Pamphilia gente, Jo: Baptiſta Cardin. S. Euſebii antea* „ *appellatus, Urbano ſucceſſor datus eſt an.* 1644. *die* „ 14 *menſis Septemb. Imperante Ferdinando III. Orbi* „ *Chriſtiano laudabiliter præfuit an.* 10. *menſ.* 3. *dies* „ 23. *E vivis abiit an.* 1655. *die* 7. *ineuntis anni: tumulatuſque eſt in Vaticano, per* 3. *menſes ſede vacante.*

„ 238. ALEXANDER VIII. *Senenſis, Fabius* „ *Chiſius antea dictus, e Cardin. S. Maria de Populo* „ *ad ſummi Pontificatus apicem evectus eſt an.* 1655. *die* „ 7. *menſis Aprilis Imperante Ferdinando III. Supremailli lux fuit dies* 22. *Maji an.* 1667. *cum ſediſſet* „ *an.* 12. *menſ.* 1. *dies* 14. *Ejus cadaver terræ mandatum* „ *fuit in Vaticano. Vacavit Cathedra dies* 29. *Cæterum* „ *illuſtre hujus Pontificis regimen Chriſtina quoque* „ *Suecorum Regina nobilitavit: quæ cum triplici ſeſe* „ *ſpoliavit regno, Catholicam fidem amplexura, ad* „ *Alexandri pedes procubuit; eo luculentius veræ Religionis futura teſtimonium, quo altiores omnium diſciplinarum latices hauſerat.*

„ 239. CLEMENS IX. *Piſtorienſis, Julius Roſpiglioſus antea vocatus, Cardinalis S. Sixti, totius* „ *Eccleſiæ clavum ſuſcepit regendum an.* 1667. *die* 20. „ *menſis Junii, Imperante Leopoldo. Sederat jam an.* „ 2. *menſ.* 5. *dies* 20. *cum ſuperos adiit die* 9. *Decembris* „ *an.* 1669. *Ejus oſſa condita fuerunt in Baſilica Liberiana* 4. *menſium, &* 20. *dierum ſecuto interregno.*

„ 240. CLEMENS X. *Romanus, Æmilius Alterius prius appellatus, ex Presbytero Cardin. in noviſſimis vitæ periodis à Clemente IX. die* 29. *Novemb.* 1669. *declarato Pontifex ſupremus eligitur die* „ 29. *Aprilis an.* 1670. *Regnavit an.* 6. *menſ.* 2. *dies* 23. „ *atque volavit ad ſydera die* 22. *Julii an.* 1676. *ſepultus in Vaticano. Inde per duos menſes Eccleſia Paſtore viduata remanſit.*

„ 241. INNOCENTIUS XI. *Novocomenſis,* „ *Benedictus Cardinalis S. Onuphrii Odeſcalchus antea nuncupatus, Catholicæ Eccleſiæ ad regimen vocatur* „ *die* 21. *Septemb. an.* 1676. *Imperante Leopoldo. Vixit in Pontificatu an.* 12. *menſ.* 10. *dies* 22. *Deceſſit die* „ 12. *menſis Auguſti an.* 1689. *ſepultuſque fuit in Vaticano, per* 55. *dies ſede vacante. Fuit hic Pontifex* „ *Mariani cultus ſollicitus propagator, ut qui Virgini* „ *Deiparæ inſignes Victorias e Turcis à Chriſtianis relatas referret acceptas.*

„ 242. ALEXANDER VIII. *Venetus, Petrus* „ *Card. S. Marci Othobonus antea dictus, inde ſufficitur an.* 1689. *die* 6. *menſ. Octobris, Imperante Leopoldo. At curriculum vix ingreſſus metam attigit* „ *die prima menſ. Februarii an.* 1691. *cum ſacrum jus* „ *dixiſſet mortalibus menſes* 15. *dies* 35. *Sepultus eſt in* „ *Vaticano: atque inde* 5. *menſium interregnum ſecutum eſt.*

„ 243. INNOCENTIUS XII. *Neapolitanus, Antonius Pignatellus antea vocatus, ex Cardin. S. Pancratii, atque Archiepiſcopo Neapolitano in Petri ſedem vocatur die 12. Julii an. 1691. Imperante Leopoldo. Sedit an. 9. menſes 2. dies 15. atque vitam cum morte commutavit an. 1700. die 27. menſ. Septembris, ſepultus in Vaticano. Sedes vacavit dies 56.*

„ 244. CLEMENS XI. *Urbinas, Jo: Franciſcus Albanus antea appellatus, noviſſime ex Cardinalatu ad ſummum evehitur Pontificatum die 23. menſ. Novemb. an. 1700. Leopoldo adhuc imperante. Jamque ſeptimus ſuper decimum excurrit annus, cum maximo ponderi pares humeros ſuppoſuit Clemens, tantique Paſtoris indefeſſa vigilantia, eximia charitate ali, atque caſtodiri magnopere lætatur Chriſtianus grex. Cumque ejus ope potiſſimum, & conſiliis eminentem Ovili immanium Beſtiarum feritatem repelli atque retundi in lachrymas effuſus nuper audierit fidelis Orbis, Divini conſilii gratanter applaudit diſpoſitioni, quæ talibus hunc Pontificem conceſſerit temporibus; utque diutius in Chriſtiana Religionis indemnitatem, in virtutum omnium perfectum ſervet exemplar, D.O.M. enixè precatur.*

E P I S C O P I
OSTIENSES ET VELITERNENSES.





DE VELITRIS
antiquiſſima Volſcorum civitate.

VELITRÆ igitur, antiquiſſimum, ac nobiliſſimum Volſcorum, ſive potentiam ſpectes, ſive antiquitatem, Oppidum fuit, de quo Romana Hiſtoria ſæpius cum laude memorat; & ſi cætera abeſſent, una Octaviæ gentis origine nobilitatum. Hi, qui in rebus à noſtra memoria longè diſtantibus libentiùs fabulantur, Velitrorum fundationem in Beletram Dardani matrem Trojæ fundatoris rejiciunt, ex affinitate nominum apud parum cordatos commento ſuo fidem facturi. Illud conſtat ſub Anco Marcio quarto Romanorum Rege, qui Oſtiæ fundamenta conſtruxit, Velitrarum etiam fieri mentionem, ante reparatam à Chriſto Domino ſalutem 520. Aſſeritque Livius, factam fuiſſe Coloniam, cùm ita inquit: *Velitras Coloni ab urbe miſſi, & Colonia deducta à Virginio, & T. Vetuſtio Conſulibus, anno ab urbe condita* 270. ante autem Chriſtum natum 493. Idem habet Halicarnaſſeus lib. 8. Svetonius, Dion, Plutarchus Plinius, Val. Maximus, aliique, qui de rebus Romanis ſcripſere. Præcipuè autem memorat Livius, ſæpius Romanos in Veliternas ſæviſſimè animadvertiſſe ob frequentes rebelliones. *In Veliternas*, inquit ille, *veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, juſſique trans-Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo clarigatio eſſet, nec priuſquam ære perſoluto, is, qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In Agrum Senatorum Coloni miſſi, quibus adſcriptis ſpeciem antiquæ frequentia Velitræ receperant.*

Veliternarum rebellionis cauſam Svetonius, ac Diodorus abundè commemorant. Etenim cùm è cœlo excuſſo fulmine eorum muri tacti fuiſſent, ad omen ſuſpenſis pronunciavit oraculum, aliquando fore, ut Veliternus civis ſubacto orbe mortalibus ſcriberet leges. Qua ſpe Velitrenſes deluſi, contra Romanos deinde uſque ad ſui ipſorum excidium pertinaciſſimè depugnarunt, ſerò animadvertentes, Auguſtum Cæſarem oraculum innuiſſe, qui è Velitris oriundus, ut idem Svetonius ſcribit, civilibus ſuppreſſis bellis, Romano orbe potitus eſt, eundemque per 47. annos pacatiſſimè rexit. Cæterùm ea civitas Octaviani temporibus celebris fuit, diuturnamque majeſtatem deinceps retinuit; ſic, ut hoc tempore etiam ſatis incolis frequentata ſpectetur; tametſi nulla ibi antiquitas in ſe trahat oculos contuentium. Poſt Magnum Coſtantinum Imperatoriis privilegiis fulta eſt ad perennitatem. Chriſti ſacris initiata eſt, ſicut & Oſtia, ab ipſis Apoſtolis, hoc eſt, à Petro Principe Apoſtolorum, atque ab ipſius alumnis. Siquidem cum Petrus Epaphroditum, unum è 72. diſcipulis, Epiſcopum Terracinenſem ad Veliternas cives legaſſet, Chriſtianam ibi ſtabiliter fidem fundavit. In ipſa primùm ex largitate, pietateque credentium templum Salvatori Chriſto excitatum perſpicitur, hoc eſt Incarnati Verbi ann. 100. Veliternenſis autem Epiſcopus (1) unus olim è ſeptem Epiſcopis Cardinalibus fuit, qui Romano Pontifici vicariam operam ſolebant impendere, cujus haud infrequenter meminere Concilia. Demùm (ut non ſemel dico) cum Oſtia habitatoribus deſtituta propemodum eſſe civitas deſiiſſet, Eugenius III. prudenti conſilio Oſtienſi Antiſtiti Veliternas cives regendos adjunxit, ut qui eximiæ auctoritatis, & antiquiſſimæ Epiſcopus eſſet, hoc etiam tempore oves haberet, quos ageret ad requiem perennitatis, ſimulque Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis perpetuò diceretur. Veliternenſis Antiſtes ex conceſſione Summorum Pontificum merum, & mixtum imperium in civitate (2) & diœceſi, tum & conferendi omnia eccleſiaſtica beneficia jus habet. Primaria autem Eccleſia S. Clementi Papæ, & Martyri dicata eſt, nobilis ſtructuræ, pietate Veliternenſium Epiſcoporum exornata, in qua 14. Canonici cum Præpoſito, aliiſque Clericis multis ad divinum cul-

(1) *Id refragante ſcriptoribus antiquis*, qui dum ſeptem enumerant collaterales Papæ Epiſcopos, *Oſtienſem nempè, Portuenſem, Sabinum, Prænestinum, Tuſculanum, Albanenſem, & S. Rufinæ*, nullus Veliterno locus ſupereſt. Obtinuit tamen omne cum purpura decus Hebdomadarii Epiſcopi ex acceſſione Oſtienſis. *Lucentius*.

(2) In Civitate tantum Velitrenſi jus illud mixti imperii habet Veliternenſis Epiſcopus. Quo verò primum tempore cœperit, ignotum. Palatius, qui ſe offert in actis conſiſtorialibus actum hoc civili Velitrarum dominio eſt Alexander Farneſius an. 1540. die 4 Decembris. Ita *Lucentius*. At ex Bulla Pauli III. ſub dat. Romæ an. 1536. 17. Kal. Julii conſtat jam antea ab Alexandro Farneſio patruo hanc juriſdictionem Epiſcopis Veliternenſibus traditam: quam deinde ad ſtantiam Card. Jo: Moroni Pius V. confirmavit, ut patet ex ejus Bulla ſub dat. Romæ 18. Julii 1570. addita excommunicationis pœna iis judicibus, qui hanc eundem ſibi perturbare jurisdictionem. Cum autem Sixtus V. edita Bulla hoc temporale Epiſcopis Veliternenſibus dominium ademiſſet, illud eiſdem reſtituit ad inſtantiam Alphonſi Geſualdi Gregorius XIV. ut ſatis liquet ex ejus Bulla ſub dat. Romæ 25. Martii 1591. Quod ſubinde novis Bullis plures confirmarunt ſequentes Pontifices, & noviſſime ad inſtantiam Caroli Medicei Innocentius X. ampliorbus Clauſulis ſub dat. Romæ 1. Octob. 1652. Conſule Bartholomæum Piazzam in Hierarchia Cardinalitia.

cultum ordinatis. Epiſcopale Palatium Guillelmus Cardinalis de Eſtoutevilla, vulgò Rothomagenſis appellatus, ædificavit, quod noſtris temporibus Card. Geſualdus reparavit, auxitque nobiliter. A

A D D I T I O.

(*Nullum deeſt in hac Civitate Pietatis inſtitutum,* „*quod non excitarint Veliternenſes Cives. Eccleſia S.* „*Mariæ, vulgo* della Piazza *prima poſt Cathedralem* „*munifico Civitatis ſubſtentatur ſumptu, Xenodochia,* „*Mons Pietatis, & Laicorum confraternitates ibi vi-* „*ſuntur, & Regulares ordines Monachorum S. Baſi-* „*lii, Eremitarum S. Auguſtini, Minorum Obſerv.* „*S. Franciſci, Conventualium, & tertii Ordinis, nec-* „*non Capuccinorum, & Carmelitarum, Cong. Soma-* „*ſcha, Jo: Dei, & Presbyterorum pro inſtruendis pue-* „*ris in Fidei rudimentis: duo Monialium Monaſteria,* „*unum S. Claræ, alterum D. Tereſiæ, Clericorum* „*denique ſeminarium ad normam Tridentini Concilii;* „*& animæ omnes, quæ octo mille computantur per plu-* „*ros Parochos reguntur.* Lucentius.)

Epiſcoporum autem Veliternenſium uſque ad unionem cum Oſtienſi, ideo paucos nobis contigit reperire, quòd illos voraſſet invidioſa vetuſtas. Eorum autem, qui nobis commodè occurrerunt, catalogum digeſſimus ſeorſim ab Oſtienſibus, ut utrique melius, apertiuſque in ſua ſede perſpicerentur. Ab unione autem, & deinceps illos promiſcuè narrabimus à variis, certiſſimiſque ſcriptoribus erutos, præcipuè autem è Panvinio, noſtriſque ad Ciaconium additionibus. (*„ Notandum verò quod in antiquis Conciliis modo* „ *Veliternenſis, modo Belitrenſis, Belitrenenſis, &* „ *Belitra ſæpius aſurpata litera B pro V hic Epiſcopus* „ *inſcribitur.* Lucentius.) B

VELITERNENSES EPISCOPI ſeorſim.

I. (ADEODATUS *Veliternenſium Epiſcopus, cujus nobis antiquior occurrat memoria* (1) *cum* „ *diligentiori conatu è diverſis ſcripturis, monimentiſ-* „ *que noviter inſpectis, hanc, aliaſque Epiſcoporum* „ *ſeries luculentiores eruere cupimus. Adeodatus igitur* „ *ſuam ſententiam dixit in eo Concilio Romano, quod* „ *Hilarius Papa anno* a *464. M. Januario ha-* „ *buit in Baſilica S. Mariæ Majoris pro obſervantia* „ *Canonum Nicænæ Synodi, præſentibus 48. Epiſcopis,* „ *quos inter 29. loco de Adeodato hæc eſt ad perennita-* „ *tem Epigraphe:* Adeodato Veliterno. C

a 465. Harduinus Conc. t. 2.

II. „ BONIFACIUS, *alter ab eo, à quo hanc ſe-* „ *riem deducit noſter Ughellus, præſens fuit Concil.* „ *Rom. tertio ſub Felice II. tertio nuncupato anno 487.* „ *menſe Martio.* Lucentius.)

III. 1. BONIFACIUS Epiſcopus Veliternus in Concilio I. ſub Symmacho Papa anno 499. (*„ Cælius* „ *Boniſacius tertium locum tenuit in eo Patrum Conven-* „ *tu; atque ad gloriam Veliternenſis ſolii in iis Comi-* „ *tiis, in quibus Epiſcopi Alphabetico ordine inſpiciun-* „ *tur deſcripti, ipſe cum Papa, & Cælio Ruſtico Min-* „ *turnenſi adnotatur. Hinc cenſendum ad latus Roma-* „ *ni Pontificis ſediſſe, & potiori jure judicium protu-* „ *liſſe ſuum.* Lucentius.) D

IV. 2. S. Sylvanus, ſeu Sylvianus, ſive Sylvinus, in Synodo 3. 4. 5. 6. ſub eodem Symmacho Papa. an. 502. An ille idem ſit, de quo Martyrol. Rom. die 10. Feb. Baronium audiamus, ſic de illo in notis ad eundem loquentem. *Quod autem*, inquit, *hic fuiſſe ponatur Epiſcopus in Campania, nec cujus fuerit civitatis Epiſcopus declaretur, in re ambigua quid dicamus non habemus, niſi quod invenimus claruiſſe temporibus Symmachi Papæ Sylvianum, ſive Sylvinum Epiſcopum Veliternum, qui interfuit Romanis Conciliis tunc adverſus ſchiſmaticos habitis. Sciendum præterea, quod licet ea Civitas in Volſcis ponatur ab antiquis, ut Liv. lib. 2. Dionyſ. lib. 7. & aliis, obtinuit tamen loquendi uſus, ut eadem Provincia & Campania diceretur. Probant hæc Acta Synodica Romani Concilii ſub Agathone, in quibus ſubſcriptus reperitur Placentius Epiſcopus Veliternus Provinciæ Campaniæ.* Hactenus Baronius. A

V. 3. JOANNES privilegio b Eccleſiæ S. Medardi ſubſcripſit ann. 593. præſens fuit Concilio à S. Gregorio celebrato in eccleſia S. Petri 595. 5. Julii. Indic. 13. ex Cod. Vatic. num. 1353. extant ad eum epiſtolę ejuſdem Gregorii lib. 2. ep. 11. & 33. ind. 10. anu. 592. („ *quarum altera, quæ incipit*, Temporis qualitas „ admonet, *ut a Barbaris imminens declinaret peri-* „ *culum, ex loco* Arenarà *nuncupato, ad S. Andream* „ *illum jubet tranſmigrare: altera vero, quæ incipit:* „ Poſtquam hoſtilis impietas, *eidem Trium Taberna-* „ *rum Eccleſiam committit regendam.* Theulus) *De* „ *hoc Joanne Gratianus in decret. 2 p. c. 7. cap. 44.* Luc.)

b Hoc falſum infra oſtendemus.

VI. 4. S. GERARDUS Epiſcopus Velitern. ejuſdemque civitatis Protector, quem alii Geraldum appellant, nonnulli Ghiraldum, ex monacho S. Gregorii Papæ ad Epiſcopatum aſſumptus eſt an. 596. Multis miraculis vivus, mortuuſque refulſit. Hic cùm aliquando Velitras inimici cinxiſſent corona, ſuis precibus obſidione ſolvit, cum priùs plumbeam grandinem orans è cœlo excuſſiſſet in hoſtes. Quamobrem Veliternenſes cives, eximii beneficii haud immemores, poſt illius mortem, quæ illum 7. die Decembris abſumpſit, publico ex voto ſuæ civitatis Protectorem dixere, quotannis ejus diei feſtum ſolemni ritu celebraturi. B

VII. 5. HUMILIS, ann. 601. ſubſcriptus c invenitur in Conſtituto Gregorii I. Papæ pro monachis apud Baronium tom. 8. Annal. Eccleſ.

c Subſcribitur Belitrenſis Epiſcopus.

VIII. („ POTENTINUS *Belliternenſis Epiſcopus ſi-* „ *gnatur in eo Concil. Rom. quo prodiit Martini Ana-* „ *thema in Monothelitarum hæreſim, nec non reproba-* „ *tio formulæ Fidei edita ab Imperatore Conſtante anno* „ *649. aliis, ſed malè, ann. 652.* Lucentius.)

IX. 6. POTENTIUS ſive Placentius d in Concilio Rom. anu. 679. e („ *Una cum Oſtienſi, & Portuenſi aſ-* „ *ſumptus pro initiandis Summis Pontificibus Leone II.* „ *ann. 683. & Joanne V. ann. 686. juxta calculum Oldoi-* „ *ni.* Lucentius.)

d Vel Placentius. e 680. Ex Harduino.

X. 7. JOANNES ſubſcripſit decreto Gregorii II. Papæ adverſus illicita conjugia in Synodo Romana habita in eccleſia S. Petri ante confeſſionem, ann. 721. 9. Aprilis Ind. 4. ex codice Mſ. Vaticanæ Bibliot. num. 1353. C

XIV. 8. GREGORIUS in Concilio Romano ſub Eugenio II. ann. 826. ex Baronio.

XI. 9. GROSSUS, aut potius Gratioſus, (2) tribus Conciliis Romæ celebratis ſub Zacharia ſummo Pontifice interfuit anno 742. 743. 744. 745. & ſub aliis Pontificibus, eorumdemque graviſſima decreta ſubſcripſit.

XII. („ GRATIANUS *ſubſcripſit conſtitutum fundationis monaſterii S. Sylveſtri ſub Paulo I. an. 761.* „ Lucentius.)

XIII. 10. THEODORUS ſub Hadriano I.

XV. 11. JOANNES Concilio Romano ſub Leone IV. interfuit an. 853. in quo multa cenſuere Patres, ut Eccleſiaſtica diſciplina ſarta tecta maneret.

XVI. 12. GAUDENTIUS Concilium Romanum ſub Hadriano II. ſubſcripſit ann. 871. de quo habetur mentio ann. 867. Hunc Gaudentium Baronius alio nomine, nempe Gaudericum appellat, aſſeritque à Joanne VIII. in Gallias fuiſſe legatum ad Carolum Calvum, ut illum adhortaretur Romam venire cum ſpe Auguſtalibus inſignibus potiundi. („ *Gaudericus, Galtericus, Jandericus, & Gualtericus toti-* „ *dem variato, ſeu vitiato nomine deſcriptus legitur in* „ *Concil. Conſtantinopolitano, Ravennate, Pontigonen-* „ *ſi* f, *& Romano, ſub Hadriano II. & Joanne VIII.* „ *annis 868. ſive 869. 877. 879. in Romano ſubſcripſit* „ *Commonitorium pro reſtitutione Photii, una cum For-* „ *moſo Portuenſi, (ut Ughellus inter Portuenſes habet in* „ *Formoſo) aliiſque Epiſcopis. Hunc eundem apud Im-* „ *peratorem Ludovicum falso accuſatum dicit, cum Ste-* „ *phano Nepeſino, dum agit de hoc Stephano, longiori-* „ *que carcere maceratum, unde evaſit innocens opera* D

Ha-

f In Pontigonen dicitur Gedericus ex Harduino.

(1) D. Clementem, antequam Summum Pontificatum iniret, Veliternenſibus ſacra jura dediſſe opinatur Theulus in Theatro Hiſtor. Veletren p. 2. c. 4. aliquot innixus levibus conjecturis, quæ cum nullo fulciantur antiquitatis teſtimonio, audiendus propterea nequaquam eſt.

(2) De Zacharia duo habentur celebrata Romæ Concilia, neque de eo ulterior memoria, ni velimus Gratianum ſequentem cum Gratioſo confundere. Cæterum cum Gratioſus ſub Zacharia, Gratianus ſub Paulo I. atque Theodotus ſub Hadriano I. memorentur, neceſſe eſt hos ante Gregorium, qui malè ab Ughello præpoſitus, enumerare. *Lucentius*

„*Hadriani Papa. Auctarii Ciaconii Gaudentium in-*
„*ter Cardinales recenſent. Sunt qui multiplici nomi-*
„*ne Gaudentii decepti Veliternenſem Cathedram*
„*multiplici etiam Paſtore opplent.* Lucentius. (*Ad*
„*hujus Gauderici inſtantiam ſcripſit S. Clementis Vi-*
„*tam Jo. Diaconus, ut ipſe fatetur, & refert Baronius*
„*Adnot. in Martyrol. 23. Novemb. Theulus.*)

XVII. 13. LEO, temporibus Marini Papæ Junioris, an. 946. die 9. Jan. Ind. 6. pontiſ. 4. facultatem concedit Demetrio Duci, ac Conſuli Veliternenſium, oppidum ædificandi in territorio Veliterni: vetus monumentum aſſervatur in Archivo hujus Eccleſiæ. Leonis mentio extat ad annum uſque 963. a

a In Conciliabulo Rom. contra Jo. XII.

XVIII. 14. THEOBALDUS ann. 996. („*Theobaldus*
„*Epiſcopus Veliternenſis S. R. E. Cardinalis 6. Kal. Ju-*
„*nii an. 996. ſubſcribitur diplomati Gregor. V. pro*
„*monachis Amiantini Cœnobii contra Epiſcopum Clu-*
„*ſinum.* Veleternenſis *ſignatus inſpicitur in ea Rom.*
„*Synodo* b, *in qua anno 998. actum eſt de diſſolvendo*
„*inceſtuoſo conjugio Roberti Regis.* Lucentius.)

b Hic dictus Tetbaldus ex Hard. t. 6.

XIX. 15. JOANNES ann. 1000. Ferunt hunc Epiſcopum religioſa ſedulitate Sanctorum Reliquias, ac pretioſa quæque occultaſſe, ne Sarracenis, Italica litora devaſtantibus, prædæ cederent.

XX. 16. ODO Epiſcopus Veliternenſis an. 1005.

XXI. 17. THEOBALDUS Epiſcopus Veliternenſis, & Cardinalis * interſuit Synodo Lateranæ ſub Benedicto VIII. Papa an. 1015. in quo ſubſcripſit decreto ad favorem Willelmi Abbatis S. Benigni Fructuarienſis Yporienſis diœceſis emanato. Sub Joanne XIX. ſubſcripſit diplomati ejuſdem Pontificis pro Eccleſia Sylvæ Candidæ, ann. Domini 1026. E vivis exceſſit ann. 1046. Leone IX. ſedente.

* Ex App. tom. 2.

XXII. („LEO *Epiſcopus Veliternenſis nobis innotuit ex*
„*Synodo Romana an. 1036. ſive ut Harduino in noviſſi-*
„*ma Conciliorum collectione tom. 6. placet, 1037. cele-*
„*brata in cauſa Andreæ Peruſini Epiſcopi pro Monaſte-*
„*rio S. Petri, ubi ſubſcribitur,* Leo Epiſcopus Bel-
„lerrenſis. *Hinc clare deducitur Theobaldum antedi-*
„*ctum vel non vixiſſe uſque ad an. 1046. ut refert Ughel-*
„*lus, vel ſi ad illud tempus vitam protraxit, Oſtienſi*
„*Epiſcopatu jamdiu ſeſe abdicaſſe.*)

XXIII. 18. JOANNES Mincius Romanus, Vidonis filius, è Comitibus Tuſculanis in Epiſcopum Velitrenſem, & Cardinalem à Leone IX. ſublectus eſt ann. 1050. Hic ille Mincius Joannes eſt, qui poſt Stephani IX. exceſſum, ſub nomine Benedicti X. per vim S. ſedem invaſit. Sed cùm deinde Nicolaus II. verus Pontifex ad thronum vocatus fuiſſet, per ſynodum ab eodem coactam, Mincius dignitate exutus, Velitras relegatus eſt. Inde poſtea cum interventu quorundam Cardinalium ad II. Nicolai genua provolutus, temerarii auſus veniam impetraſſet, viſus eſt ad S. Mariam Majorem privatam vitam exigere, ubi paulò poſt, ex mœrore animi, è vita diſceſſit. Minciani ſchiſmatis extat elegantiſſima epiſtola Petri Damiani Cardinalis ad Archiepiſcopum Mediolanenſem.

XXIV 19. ODO (1) Epiſcopus Veliternenſis, (a) de eo prodit verus inſcriptio eccleſiæ S. Sylveſtri Velitris, ab ipſo ann. 1085. dedicata; ita in marmore legitur:

Anno Domini Milleſimo octuageſimo quinto, indictione V. menſ. Julii, die 20. Odo Epiſcopus dedicavit eccleſiam B. Sylveſtri ad honorem & laudem Dei omnipotentis, omni anno i aſſervit 40. dies, & hæc ſunt reliquiæ, quæ requieſcunt in eccleſia S. Sylveſtri. S. C. C. Jeronimi, Stephani Papæ, Laurentii Mart. S. Xyſti, Cornelii, & Cypriani, & Sanctorum Johannis & Pauli, S. Agnes, & S. Praxedi, & Anaſtaſia.

a al. Aſſervit XL.

XXV. 20. LEO Epiſcopus Cardinalis Veliternenſis, ſub Paſchali II. à quo fuerat ad id muneris vocatus, anno 1105. Hunc Leonem, Joannemque Epiſcopum, & Cardinalem Tuſculanum Paſchalis II. è Tarracina ſcriptis literis, docuit, cur carcere detentus nonnulla Imperatori indulſerit, ſubindeque ſeverioribus verbis illos caſtigat, quòd eam indulgentiam maledico murmure adduxerint in invidiam. Pro coronide Veliternenſium præſulum, Paſchalis II. diploma Veliternenſibus civibus conceſſum modò proferemus, in quo confinia territorii Veliterni deſcribuntur, ſic enim ſe habet ex authentico tranſumpto.

PASCHALIS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei,

Veletranæ urbis Civibus, Apoſtolicæ ſedis fidelibus; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ET prava corrigere, & recta firmare commiſſi loci, & officii debito commonemur. Idcirco juxta petitionem veſtram omnes pravas conſuetudines, vel exactiones, quas Hæreſiarcha Gubertus Provenatus quondam Epiſcopus, mox Apoſtolicæ Sedis invaſor impoſuit, de medio veſtræ Civitatis penitus abolere præſentis paginæ auctoritate decernimus. Illam vero benignitatem, quam à prædeceſſore noſtro S. memoriæ Gregorio VII. civitas veſtra promeruit, Nos quoque, tam vobis, quam poſteris veſtris, in Apoſtolicæ Sedis fidelitate permanentibus, firma manere ſancimus, ut videlicet loci veſtri potentiores, quibus & vos ſuum jus non negetis, imponere vobis graviora non audeant. Nec ſolum urbis veſtræ habitatores, ſed etiam antiqui fines ab omni ſecularis poteſtatis invaſione ſerventur, & infeſtatione ſecuri. Civitatis autem fines dicimus illos, qui pertinentias ſuas longe lateque concludunt. Cum de montibus, ſylvis, & pratis, & aquaductis, locis cultis, atque incultis, quos in ſequentibus nominatim exprimendos decrevimus. A primo latere foſſatum, quod deſcendit in Monte Epiſcopi, & deſcendit ad aquam Palumbam, & exinde in Silice de Macro: inde vero protenditur in vallem ad Centum guttas, & deſcendit ad Balneum novum, unde revertitur per viam in colle de Benoae Mimoſo, deſcenditque per vallem in pratum de Camulſelli, & tenditur per eam in poſſeſſionem S. Mariæ de Domo, atque exinde in foſſatum de Cerris, & per ipſum in terminum Turricchia, ac reflectitur in pratolina de formalè de Ulmis, deſcenditque per vallem in poſſeſſionem S. Andreæ in Silice, ac inde in foſſatum de Lacere, & exinde juxta vineas S. Andreæ in foſſatum de Arcione, deſcenditque per ipſum in Silicem, ac per eam recurvatur in foſſatum de Formello, unde deſcendit in valle de Scazi. A ſecundo vero finis incipit à columnella marmorea, quæ inter vos & habitatores S. Petri in Forma, olim fuit, ubi & nunc eſt communi conſilio conſtituta. Inde vero protenditur in Plagarum de Salciara. A tertio autem finis incipit à foſſato de Carciano, ac per ipſum aſcendit ad pontem de Carano, indeque extendit ad formales de Stuti, & exinde tenditur in foſſatum S. Angeli ſub terra, & per ipſum foſſatum ad Pontem Micchiam, atq; inde aſcendit ad fontem de Fico. Et inde uſque in Silicem, ac per eam in Pontem Valagai. Exinde aſcendit ad Pontem Magnellum, & per ipſum ad aquam Luciæ, atque ad ſummitatem Montis de Spina. A quarto latere per Montis cacumen protenditur finis, uſque ad primum. Nos igitur fines cum detrimento veſtro mutare omnino Apoſtolica interdictione prohibemus, ſtatuentes, ut quod incertos continentur ſicut jus eſt uniuſcujuſque, tam vos, quàm veſtri hæredes, & quibus vos legaliter con-

(1) Theulus in Theatro hiſtor. Velitern. l. 2. Petrum Damianum Jo. Mincio in Epiſcopatu Velitern. ſucceſſiſſe autumat, tùm ex Archivo Cathedralis Velitern. ubi ſub Alexandro II. an. 1061. inter Epiſcopos illius Eccleſiæ numeratur, tum ex Epiſtola 10. lib. 1. ejuſdem Petri in qua ſcribens A. Archiepiſcopo id videtur annuere. Ait enim: *Reſervo tibi de Camerario noſtro, Sancta videlicet Veliternenſi Eccleſia.* Unde deducit D. Petrum poſt abdicatum Nicolao II. Pontifice Oſtienſem Epiſcopatum, revocatum fuiſſe è Clauſtro ab Alexandro II. ad Veliternenſem, ut illam Eccleſiam Minciano ſchiſmate in deterius prolapſam ſuo regimine reformaret. Idem nuperrime ſenſit Barthol. Platea in Hierarchia Cardinalitia. At B. Petrum Damianum Veliternenſem Epiſcopum haud fuiſſe illud evincit, quod licet illi conceſſum fuerit in monaſterio S. Crucis de Avellana commorari, non ſit tamen Epiſcopatu Oſtienſis Eccleſiæ onere prorſus liberatur, ut notant Collectores Actorum Sanctorum ſub die 23. Februarii: & innuit ipſemet Epiſt. 15. L. 1. ad Alexandrum II. ubi ſub finem iſta habet. *O quam jucundum, quam ſuave nuncium, quam denique dulcis ad aures meas nuper fama advenit, quæ vos Oſtienſem Comitatum mihi ſubtraxiſſe, & alis tranſmiſſe perhibent . . . . . Vitro etiam de vinum ſimplere Clementiam, ut Epiſcopatum quoque quamtocyus ordinare non differas, & ſterile onuſſi ſtercoris aratrum mihi de manibus tollas.* Ab autem quod amore petebat, neque poſtea B. Petrum impetraſſe aperte conſtat ex Epiſtola dicti Alexandri II. ad Archiepiſcopos Galliæ data, qua, Petro Damiano Sedis Apoſtolicæ legato ut in omnibus fidem habeant, & obediant, eis mandat, & committit: ibi enim expreſſe Oſtienſis Epiſcopus appellatur. Refertur Epiſtola à Collectoribus in loco cit. & ab Harduino in noviſſima Conciliorum editione ſub an. 1063. Evenire quidem potuit, ut depoſito Jo. Mincio, vel ejus obitu ſecuto Veliternenſis Eccleſia propter Paſtoris ſchiſmate coinquinata, atque corrupta Sanctiſſimo viro ad meliorem frugem commendaretur revocanda, atque eiſtanda unde occaſio, & B. Petro tuoſ appellandi Canonicos Velitern. & ipſum inter Epiſcopos Velitern. enumerandi in Archivo illius Cathedralis.

(2) Hunc Oldoinus in Gregorio VII. confundit cum Othone Caſtillioneo Oſtienſi, cui etiam hanc Velitrenſem committit, non advertens tunc temporis quamlibet in jure propriis Paſtoris perduraſſe Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſiam, nullamque de Odone Veliterno mentionem facit, qui & ipſe Epiſcopus Cardinalis erat. *Laurent.*

Digitized by Google

conceſſeritis, quietè poſſideatis in perpetuum. Quod ſi quælibet parva, vel magna perſona contra hoc Apoſtolicum decretum, atque præceptum, temerario auſu venire tentaverit, admonita ſemel, & iterum uſque tertiò per convenientes inducias, ſi non reſipuerit, & quod injuſtè egerit, condignè non conceſſerit, ſciat ſe centum libras denariorum Papienſium medietatem Cameræ noſtræ, medietatem injuſtitiam patientibus perſoluturam. Script. per manum Petri Notarii Regionarii, & Secretarii Sacri Palatii.

Ego Paſchalis Epiſcopus S.S. *Loco † Signi.*

Datum Laterani per manum Johannis S. R. Eccleſiæ Card. 8. Id. Aprilis, Indict. 9. Incarnationis Dominicæ anno M. C. II. Pontificatus autem Domini Paſchalis II. Anno II.

DE OSTIA
antiquiſſima Romanorum Colonia.

PRima Uebs, quæ ſcribenti videtur occurrere poſt Romam, Oſtia eſt, non tantùm ex ædificiorum magnitudine, aut incolarum potentia, quæ jam omnia vel bellorum pertinacia, vel vetuſtas ipſa delevit, aut abſumpſit, quàm ex ejuſdem Eccleſiæ dignitate, quæ tanta eſt, ut ipſius Sacrorum Antiſtites ſua quodammodo natura & Cardinales ſint, & omnes omnino Orbis Epiſcopos, uno Romano Pontifice excepto, ſuperent dignitate, Purpuratorumque habeantur Decani. De quorum prærogativa antequam dicere aggrediamur, operæpretium duximus ipſius Oſtiæ fundationem, ſitum, opportunitatem, antiquam ejus potentiam, pulchritudinem ædificiorum, à quibus, quove tempore ſenſerit detrimentum, cujuſve opera deinceps reſtaurata ſurrexerit, quouſque tandem extenderit majeſtatem, ſtrictim & modicè recenſere.

Oſtiam igitur antiquiſſimam urbem, ab urbe Roma non longiùs, quàm 14. milliaribus Ancus Martius Rex Romanorum in ore Tiberis condidit, ut Eutropio, aliiſque antiquis Scriptoribus placet. Quamobrem Sextus Aurel. ita inquit; *Ancus Martius Rex Oſtiam Coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtia Tiberis deduxit*. Meliuſque, atque accuratiùs ejuſdem fundationem, uſumque deſcribit Iſidorus lib. 15. cap. 1. Originum, dum inquit; *Ancus Martius urbem in exitu Tiberis condidit, qua & peregrinas merces exciperet, & hoſtem terreret, quam ab ipſo ſitu OSTIAM appellavit*. & Ovid.

Oſtia contigerat, qua ſe Tiberinus in altum
Dividit, & campo liberiore natat.

Halicarnaſſeus item eandem Oſtiæ originem fuiſſe memorat in vita Anci Regis, & quidem diffuſiùs; Livius, Strabo, Marcel. Ptolomæus, Dion, Florus, Seneca, Tacitus, Lucanus, & ſi qui alii ſunt, qui ejuſdem Civitatis in ſuis ſcriptis meminerint. Porrò incolæ Oſtienſes dicti fuere, ut in pluribus locis apud Ciceronem videre eſt, ac præſertim ad Atticum lib. 17. epiſt. 23. apud Varronem Ruſt. rerum lib. 4. cap. 2. Svet. in Claudio, ac ſæpiſſimè apud Livium. Tametſi autem è cœnoſo ſolo, ſubque gravi, deſidique cœlo exurgeret, frequens tamen habitatoribus erat, ac præaltis, ſumptuoſiſque ædificiis nitens. Quam quidem magnitudinem, dignitatemque uſque ad Claudii imperatoris tempora retinuiſſe viſa eſt, adhuc portu in Oſtienſe litus innumeras merces egerente, quæ celebre mortalium commercium alere poſſe viderentur.

Cæterum Claudius haud procul ab Oſtia famoſum Oſtienſem Portum fundavit, ubi tutiorem ſtationem nanciſcerentur navigantes. Indeque poſtea ingenti ducta foſſa, prope Tiberim, mercimoniis Romam advehendis opportunè conſuluit. Quandiu igitur majeſtatem populi Romani nulla vis externa libavit, tandiu Tiberina Oſtia floruit; qua ſeneſcente deinde, adeò & ipſa conſenuit, viribuſque defecta nutavit, ut barbararum gentium injuriis opportuna, non ſemel excidium paſſa ſit à fundamentis. In quibus ſæviſſimi Saraceni fuerunt, qui ita funditùs illam deleviſſe narrantur, ut ne veſtigium quidem illius antiquæ magnitudinis, dignitatiſque reliquerint, in cujus contemplatione vel otioſi prætereuntes aliquantiſper hærerent. In illis autem, qui Oſtiam, tantam aliquando urbem, inſtaurare aggreſſi ſunt, Gregorium IV. Pontificem Max. conſtat primam laudem tuliſſe, qui illius civitatis ruinas, anguſtiori murorum gyro concluſit, advocataque Corſorum colonia, in ſpem rediture felicitatis, cœpit eam novis incolis frequentare. Sed cùm deinde novis incolis expellendis plus potuiſſet gravitas cœli, quàm antea provocandis Gregorii munificentia, ſenſim habitatoribus deſtituta, in paucas, palataſque caſulas dilapſa eſt, in quibus commorari ſoliti erant, quos ex piſcatu dura neceſſitas vitam tolerare compulerat. Quamobrem in ea civitatis ſanè miſerrima vaſtitate, nil jam contuentibus occurrit ſpectabilius, quàm à Martino Columna præalta turris excitata, caſtellumque II. Julii, dum adhuc Cardinalis, atque Epiſcopi Oſtienſis munere fungeretur, quod deinde ſuis munitionibus abſolutum, Alexander Borgia, omni ſive maritimo, ſive terreſtri aſſaltui, Oſtienſi agro tuendo, par eſſe voluit, ubi ſe dediſſet occaſio. Depoſitæ autem civitati, in ea recedentis fortunæ miſeria, illud reliquum, ac felicitati deputandum videtur, quod Oſtienſes ſacrorum Antiſtites, ampliſſima præ cæteris dignitate præſulgent, quod ob propiorem ad S. Romanam ſedem acceſſum hæ prærogativæ, privilegiaque in Oſtienſem eccleſiam redundarunt, quæ nulli aliæ hactenus legimus fuiſſe indulta; quod à primigenia Eccleſia, (ut ad Oſtienſem Epiſcopum Auguſtinus alicubi ſcribit) uſque ad hæc noſtra tempora Oſtienſis munus eſt, in Romanum Pontificem electum conſecrare, & Imperatorem inungere; quod primus à Marco ſummo Pontifice uſu Pallii condecoratus eſt, ann. 336. Quod Oſtienſis Epiſcopi inaugurationem dignitatis ergo Romanus Pontifex ad ſe traxit; quod inter ſeptem honorarios Epiſcopos, qui ſupremo adſiſtunt Pontifici, principalem locum tenet; Quod cùm à Stephano IV. ſummo Pontifice ſanciretur, ut omnibus Dominicis diebus unus è ſeptem Epiſcopis Cardinalibus, quorum cum iis dignitatibus ann. 709. prima mentio facta eſt, coram Romano Pontifice ſacrum perageret, id imprimis munus Oſtienſi, tanquam digniori, demandatum eſt; Quod demùm non ſolùm Oſtienſis cæteros alios ſex Epiſcopos Cardinales dignitate præit, ſed etiam toti Collegio, tanquam Decanus præficitur, eidemque Veliternenſium cura ex decreto Eugenii III. ann. 1150. incumbit, ita ut, qui Oſtienſis Epiſcopus eſt, etiam Veliternenſium, facta denominatione à digniori, hoc eſt, ab Oſtienſi, Pontifex habeatur. Eccleſia cathedralis S. Aureæ dicata eſt: nullaque alia ibidem extat Eccleſia.

ADDITIO.

„*Veliternenſis, Oſtienſiſque Diœceſis colles habet*
„*& extentam planitiem, hanc gravitas Cœli deſertam*
„*facit, ſegetum uberem tamen. Ex multis oppidis coa-*
„*leſcit; ſuntque* Caſtello, Romano, Decimo, Por-
„ cigliano, Caſale Sacchetti, Cori, (1) Ciſterna, Nor-
„ ma, Giuliano, Roca de' Maſſimi, e Ginetti. *Quæ*
„ 10000. *ferè mortalium capita enumerant. Redditus cæ-*
„*teris honorarius Coepiſcopis ſuis pinguiores habet hic*
„*cæterorum Princeps; computanturque modo quinque,*
„*modo ſex mille ſcuta Romana moneta, nec taxantur*
„*in libris Apoſtolici fiſci*. Lucent.

Quod cùm ita ſit, ſic & de Oſtia breviter inſtituimus narrare, ſicut de Velitris nobis aliquid ſupra dictum eſt; ne parum memores à noſtro inſtituto abeamus, quando utriuſque civitatis Præſules nobis narrandi occurrunt.

OSTIENSES EPISCOPI
ſeorſim.

1. S. QUIRIACUS Epiſcopus Oſtienſis martyrio coronatus eſt unà cum Maximo presbytero, Archelao Diacono, & ſociis, ann. 230. (2) die 23. Martyrol. Rom. I.

2. MA-

(1) Cora, atque Ciſterna urbes olim fuere Epiſcopales: noſque de iis, eorum Præſulibus in X. hujus operis tomo agemus.
(2) Non anno 230. ſed proximè ſuperiori Quiriacum martyrio coronatum conſtat ex martyrio Hippolyti Portuenſis Epiſcopi, qui cum deceſſerit an. 229. & ſuperſtite adhuc Hippolyto occubuiſſe Quiriacum demonſtret Baronius, non deveniſſe ad annum 230. fatendum eſt. Luc.

II. 2. MAXIMUS Epiſcopus Oſtienſis S. Dionyſium Papam conſecravit, an. 261. *a* ut acta ejuſdem Papæ teſtantur. Hic primus Epiſcopus Oſtienſis eſt, qui Romanum Pontificem inaugurаſſe legatur; tametſi ex antiquiſſimo ritu, ad Oſtienſem Epiſcopum pertineret, Romanos pontifices initiare, ut ex Auguſtino ſupra citato colligitur. Conſule Baronium.

a 267. Ex Lucent.

III. 3. MAXIMUS, mea quidem ſententia à ſupra memorato diverſus, ſub Melchiade Papa, unus è Romani Concilii Patribus fuit, qui contra Pellelanum, & Donatum graviſſimè tulere ſententiam, ann. 313. Hic, ſi cum ſuperiori idem eſſet, oporteret fateri, poſt conſecrationem Pontificis Dionyſii, hunc Epiſcopum 52. annos deinceps vixiſſe, quod ipſum non adeo improbabile eſt, ut in totum refragatores inveniat.

IV. („ N. . . . *conſecraſſe Marcum dignatum culmine* „ *Apoſtolatus ex Baronio hauſimus; qui ann.* 336. *refert Epiſcopum Oſtienſem à Marco Papa donatum* „ *Pallio Apoſtolorum, honoris ergo, quod celſiſſimum* „ *culmen Eccleſiæ manus ſua impoſitione ſacrarit, qui* „ *licet Anonymus, ſtola tamen ejuſmodi fulgentiſſimus,* „ *augeat Oſtienſium Epiſcoporum album.*

V. „ BONUS *ex eo tertio Rom. Conc. nobis prodit, in* „ *quo Præſidente S. Felice Papa cum* 38. *Epiſcopis actum* „ *eſt de lapſis Africanæ Eccleſiæ recipiendis anno* 487.

VI. „ BELLATOR *Oſtienſis Epiſcopus in ea Romana* „ *Synodo à nobis reperitur, quam adhibitis* 72. *Epiſcopis, ibi alphabetico ordine diſpoſitis, celebravit Cœlius Symmachus ante Kal. Martias anno* 499. Luc.)

VII. 4. ARISTUS in Concilio Romano ſub Symmacho Papa, ann. 502. („ *Aliis etiam Synodis à Symmacho habitis interfuit, ſcilicet an.* 501. 503. *&* 504. „ *Vocatur etiam Ariſton, Ariſto, & Aron pro librariorum varietate.* Lucent.)

VIII. (N. . . . *Vacuam Paſtore non cenſet Oſtienſem Eccleſiam Baronius anno* 555. *quo, præſente Oſtienſi* „ *Presbytero, ordinatio S. Pelagii Papæ à Peruſino, &* „ *Ferentinate Epiſcopis peracta eſt, ideo non adveniente Oſtienſi Præſule, vel quia aberat à Curia,* „ *vel quia ut Anaſtaſius prodit, non erant in Clero, qui electum vellent ordinare, cum multitudo Religioſorum, Sapientum, & nobilium ſe* „ *ſubtraxiſſent ab ejus communione, ſuſpicati tantum* „ *virum complicem necis deceſſoris Vigilii, quos inter* „ *fermè enumerabatur Epiſcopus Oſtienſis.* Lucent.)

IX. 5. GLORIANUS, ſeù Glorioſus, ſubſcriptus invenitur in quodam (1) privilegio indulto Abbatiæ S. Medardi in Galliis, an. *b* 593. meminit ejuſdem Gregor. Magn. lib. 7. Ind. 2. Ep. 11. ſcripta an. *c* 598. Jo: Diac. Vitæ Greg. lib. 3. cap. 7.

b 594. c al. 599. vel. 595.

X. 6. AMABILIS, an. 649. in Concilio Rom. ſub Martino I.

XI. 7. ANDREAS, in Romano Concilio ab Agathone celebrato, ann. 680. contra Monothelitas tulit ſententiam, ab eodemque inauguratus eſt Leo II. ann. *d* 682. Conſule Baronium. („ *Joannem etiam* „ *V. ſacro perunxit oleo anno* 685. *ſive* 686. Lucent.)

d Seu 683.

XII. 8. GREGORIUS Epiſcopus Oſtienſis, & S. Sedis Bibliothecarius ann. 707. datum 12. Kal. Auguſti, in privilegio Joannis VII. Monaſterio Sublacenſi.

XIII. 9. THEODORUS, Romanæ Synodi ſub Zacharia Pontifice, & ipſe cenſor interfuit ann. *e* 745. (2) In quo contra illicita matrimonia eccleſiaſticorum Patres illi multa ſanxerunt.

e 743. Luc.

XIV. („ GEORGIUS *unà cum Villario Epiſcopo Nu-* „ *mentino, plurimiſque Cardinalibus Stephanum III.* „ *ſecutus eſt in Gallias anno* 753. *Baronius.* Luc.)

XV. 10. GREGORIUS Epiſcopus Oſtienſis, unà cum Theophylacto Epiſcopo Tudertino legatus Hadriani Papæ I. in Anglia Concilio *f* Calchutenſi legationi

f vel Calcutenſi.

A præſedit ann. 787. de quo Hovedenus in Hiſtor. & Henricus Spalmenſia tom. 1. Concil. Britannici orbis. De eo mentio apud Baronium (3) ad an. 743. ſub Stephano III.

XVII. 11. PETRUS privilegium donationis Caroli Magni, & Leonis III. Abbatiæ Trium Fontium ad Aquas Salvias indultum ſubſcripſit ann. 798. (4) Quod quia plenum liberalitatis eſt, ac pietatis erga viros, qui Deo die, noctuque famulantur, & ejus demùm rationis, unde Principes viri, ſive Eccleſiaſtici illi ſint, ſive profani, ſibi liberalitatis exempla deſumere poſſunt, placuit hic totum ipſiſſimis verbis exſcribere ex Archivo ejuſdem Cœnobii Ord. Ciſtercienſis, deſumptum.

In nomine Domini, Amen. Hoc eſt exemplum, ſeu tranſumptum cujuſdam ſcripturæ ſeu privilegii conceſſionis, & donationis infraſcriptorum ſitorum in quadam tabulâ ænea inventa, & repertæ in ſcripto Monaſterio S. Anaſtaſii ad Aquas ſalvias, prope Urbem ſite in ſacriſtia & archivo dicti Monaſterii juxta altare, & per me B *Antonium Gioli Petri Sirete civem Romanum, Dei gratia Apoſtolica authoritate Notarium publicum infraſcriptum exemplatum, & feliciter tranſcriptum de verbo ad verbum, & coram Reverendo Jacobo Dei gratia Epiſcopo Aretino, & Domini noſtri Papæ in Alma Urbe, ejuſque ſuburbiis, & ejus diſtrictu Vicario, ſeu Commiſſario generali, & infraſcriptis Joanni Stephano Maſſaronis, Joanne Pauli Alictii, & dicto Petro Borte civibus Romanis, primis notariis Apoſtolicis, & teſtibus literatis, per me Antonium notarium infraſcriptum coram eis lectum, & diligenter auſcultatum: cujus quidem ſcriptura, ſeu privilegii conceſſionis, & donationis tenor per omnia eſt talis.*

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Chriſti. Leo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, & Carolus Magnus & Pius Rex, hac die, nullo prohibente, nec contradicente, ſed propria noſtra voluntate concedimus, tradimus, & per paginam æream. Exauratam in perpetuum donamus tibi Beate Martyr Chriſti Anaſtaſi, ut pro te, tuoque monaſterio, quod eſt poſitum ad Aquam Salviam, C *id eſt, totam, & integram Civitatem, quæ ab omnibus vocatur Anſidonia inſimul cum Portu qui vocatur Benilia, item & Portum, qui dicitur Herculi, necnon, & montem totum, qui vocatur Gilium, infra Mare milliaria centum, & montem qui vocatur Jannuti, & totum montem qui vocatur Argentarium inſimul cum mare juxta ſe habentem milliaria centum infra pelagus, qui eſt infra ejus aqua. Præfatum montem, qui vocatur Gilium, & Jannuti: Item, & caſtrum, quod vocatur Orbitello, cum Stagnio, & Piſcaria juxta ſe, & cum ſuo Saline, vel cum omnibus ſuis pertinentiis. Item, & Maxiliano, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſimiliter, & montem, qui vocatur Euſi, cum omnibus ſuis pertinentiis, qui eſt inter affines ad totam Civitatem præfatam. A primo latere eſt mare magnum, & infra vero aquas maris, quæ ſunt milliaria centum, & montem Gilio, & montem, qui vocatur Jannuti, quæ ſunt juris præfati veſtri Monaſterii, & à ſecundo latere eſt fluvius, qui vocatur Alvenia, & a tertio vero latere pergit aqua, quæ dicitur Elza, & deinde pergit uſque ad* D *locum, qui vocatur Serpena, & à quarto latere ſicuti evenit per Serpena, & pergit per pedem montis Arſitii, & vadit per piſcia, & venit in Buranum, & ſicuti evenit per Buranum, & revertitur uſque ad præfatum mare magnum, omnia in jam dicti veſtri S. Monaſterii juris concedimus, & irrevocabiliter tradimus, qui ſunt montibus, collibus, plagis & planitiis ſuis, pratis, paſcuis, ſilvis, pantanis, puteis, fontibus, rivis aqua plenis, & parietinis allignis, & vineis, vel cum omni ſua utilitate, & uſu, vel pertinentiis, & inſuper concedimus tibi præfate Martyr Chriſti Anaſtaſi tuiſque ſucceſſori-*

Italia Sacra Tom. I. C *bus*

(1) Hoc privilegium ſuos habet refragatores, & quidem eruditiſſimos viros, ut in obſervationibus Labbeanis Tom. V. Conciliorum, illudque omnino rejicit Lucas Olſtenius olim Vaticanæ Bibliothecæ cuſtos, adeoque ejuſmodi antiquitatum ſcientiſſimus, in marginalibus notis ad Italiam Sacram aſſervatis in ſelectiorum voluminum Barberino Emporio à nobis inſpectis: falſitatis cumcriminantur Epiſcoporum ſubſcriptiones, quæ ſi conferantur cum quolibet Antiſtitum, qui ibi effinguntur, multi in tempore è ſuæ Eccleſiæ regimine ab eo ſuppoſititio diplomate diſſident. Stylus itidem à conſueto Curiæ Apoſtolicæ diſſimilis, & ipſius Regis Theodorici regnandi annus. Hinc qui ſolam deinceps ſui Epiſcopatus fidem ex tali ſcripto ſibi adſtruent, nullam apud nos invenient. *Lucentius.*

(2) Hunc numerum in 753. mutandum, atque corrigendum cenſet Auctor in Ap. tom. 1. at ego nihil immutandum duxi, cum etiam Harduinus in noviſſima Conciliorum editione tom. 3. Synodum illam ſub Zacharia in an. 745. rejiciat.

(3) Baronius ſub Stephano III. meminit non Gregorii hujus, ſed Georgii ſupra proximè ex Lucentio relati.

(4) Dele hic ly 798. Unde perverſio Ordinis inter hunc Petrum, & Bernardum proximè memorandum. Annus enim elargiti diplomatis eſt 805. à Chriſto, & decimus à Leonis Pontificatu, qui Sedem Petri conſcenderat anno 795. chartulam qui inſpexerit donationis, rem ex noſtra ſententia probè ductam fatebitur, quam recitavit, ſed non advertit Ughellus; eandem refert ad dictum annum Margherinus in ſuo Bullario Caſinenſi. *Lan.*

A *vus in perpetuum omnes Eccleſias, quas infra comitatum, & aſſignationem hujus territorii ſunt, vel uſque in finem mundi erunt; ut exinde faciatis quodcumque volueritis vos, & ſervitores veſtri in perpetuum ponendo Rectores, dejiciendo, pro meritis eos clericus mittere, & ad veſtram utilitatem omni tempore tenere, & nullus alius, niſi ſolus ſummus Pontifex, & in præfatis Eccleſiis interdictum ponere, vel aliquem clericum excommunicare, niſi Rector jam dicta Eccleſia S. Anaſtaxi poſſit, & nulli licitum ſit infra terminos conſtruere, vel ædificare niſi pro voluntate Abbatis S. Anaſtaxi, conſecrationes altarium, chriſma, ordinationes de clericis veſtris petatis ab Epiſcopo diœceſano, ſi gratis, & abſque ulla calumnia dare voluerit, ſi non poteſtatem habeant ire ad quemcumque voluerint Epiſcopum tamen catholicum pro eo, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus per Angelum ſuum in viſione nobis videri fecit ut caput prædicti Martyris ad ejus pugnam, quam nos ad præfatum Civitatem habebamus cum Dei laudibus adveniret; noſtris vero inimicis dicebat, ut vincebamus, & nos ita talia fecimus, & nunc auxiliante Deo, & iſte præfato Martyre* B *adveniente ejus capite terræmotus venit ſuper noſtris inimicis, & tremor apprehendit eos, & parietes irruerunt, inimici vero noſtri in noſtris manibus devenerunt, & omnes interfecti fuerunt. Idcirco, ut dictum eſt, tradimus, concedimus, & in præfato Monaſterio S. Anaſtaxi perpetuo largimur, ut de præſenti die habeant ius ſervitores poteſtatem in præfatis omnibus ad utilitatem S. Anaſtaxi introeundi, manendi, tenendi, fruendi, & uſque in ſeculum ſeculi poſſidendi, quatenus per te, glorioſe Martyr, mereamur nos audire illam vocem, quam Dominus dixit in Evangelio, Euge ſerve bone, & fidelis, &c. ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini Dei tui. De qua Dei promiſſione multum confidimus nos, & omnes ſperantes in te. Et ſi quis nos, vel alius qualiſcunque homo, tam presbyteri, quam laici præfata omnia, quæ dicta ſunt, ab eodem Monaſterio ſubtrahere, vel alienare voluerit, non valeat, ſed ex parte omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ ſemper virginis, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & iſtius præfati Martyris* C *excommunicatus, maledictus, anathematizatus maneat in perpetuum, & cum Anna, Caipha, & Herode, atque Pilato, & Juda Scariote traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti particeps efficiatur, & a liminibus univerſarum eccleſiarum extraneus exiſtat hic, & in perpetuum; obſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Ego Carolus Imperator Auguſtus, auctoritate omnipotentis Dei, & noſtri imperii decretum decernimus, ut nullius perſonæ hominum ſit facultas præfata omnia quovis modo ingenio præfato Monaſterio S. Anaſtaxi auferre, vel ablata retinere, aut aliquam moleſtiam irrogare, niſi de perpetrata iniquitate congrua ſatisfactione infra 15. dies, emendaverit, componat pro pœna Romano Imperio quinquaginta lib. auri puriſſimi. Actum eſt hoc, & traditum Anno Dominicæ incarnationis Octingenteſimo quinto. Indictione decima, & Domini Leonis ſummi Papæ III. anno decimo, & Domini Caroli Imperatoris anno quinto.*

Ego Leo Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ ſubſcripſi...
Ego Carolus Imperator Auguſtus ſubſcripſi.
D *Ego Petrus Epiſcopus Oſtienſis ſubſcripſi.*
Ego Guillelmus S. Sabinæ Card. ſubſcripſi.
Jſſa Epiſc. Abien. ſubſcripſi. * alias Sabinen.*
Robertus Aquiſgranus ſubſcripſi. &
Et ego Hugo Dux Luxovienſis ſubſc. * alias Lugdu.*

Anaſtaſius Scriniarius S. R. E. de mandato Domini Leonis Papæ Tertii, & D. Caroli Magni, & Pii Regis hanc paginam aeream exauratam complevi, & abſolvi.

Ego Jacobus Dei gratia Epiſcopus Aretinus Domini mei Papæ in Urbe, & ejus diſtrictu Vicarius Generalis & Commiſſarius ad compellendum notarios, & alias perſonas habentes ſcripturas, inſtrumenta, & alia monumenta originalia, atque actu quandam cedulam æneam & ponderoſam, in dicto Monaſterio exiſtentem, prius interfui auſculationi hujus exempli, ſeu tranſumpti ſcripti exemplari de dicta tabula ænea fideliter tranſlati, & exemplati per infraſcriptum Antonium Gojoli Petri Sirete, civem Romanum publicum Notarium Apoſtolicum, & diligenter coram me auſcultatis una cum ipſo Antonio, A *ac infraſcriptis Joanne Stephani Mafferoni, Joanne Pauli Alictii, & Santolo Petri Berto, civibus Romanis, ac publicis Notariis Apoſtolicis, & teſtibus infraſcriptarum literarum, & quia hujuſmodi dictum exemplum cum dicto ſuo originali concordat, nil addito vel diminuto, quod intellectum vitiet, ſeu immutet, ut huic exemplo, vel tranſumpto adhibeatur de cætero plena fides ab omnibus ad perpetuam rei memoriam me ſubſcribo, meumque decretum, & auctoritatem ordinariam pro tribunali ſedens interpono, & ſignum mei majoris ſigilli feci appendi, ſive muniri, ſub anno Domini 1369. Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ V. anno ejus 7. Ind. 8. menſis Junii, die 27.*

Et ego Joannes Stephani Mafferon, civis Romanus, Dei gratia S. R. E. & Apoſtolica authoritate Notarius, habens fidem hujuſmodi inſtrumento, ſeu tranſumpto fideliter ſcripto, & tranſlato de dicta tabula ænea per Antonium Gojoli Petri Sirete civem Romanum publicum Notarium Apoſt. infraſcriptum, & diligenter per me auſcultato coram ſupradicto D. Jacobo, Dei gratia Epiſcopo B *Aretino, & Domini noſtri Papæ in urbe, & ejus diſtrictu Vicario Generali, & Commiſſario ad prædicta una cum Joanne Pauli Alictii, & Santolo Petri Berto, civibus Romanis publicis Notariis Apoſtolicis infraſcriptis, & teſtibus. Et quia dictum exemplum, ſeu tranſumptum cum dicto ſuo originali in omnibus & per omnia de verbo ad verbum concordare inveni nihilo addito, vel diminuto, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, ut huic exemplo, ſeu tranſumpto adhibeatur ab omnibus de cætero plena fides, ad perpetuam rei memoriam me in teſtem ſubſcribo, & meum ſignum appoſui conſuetum, anno Domini, Pontificatus, Indictione, menſe, ac die prædictis, & infraſcriptis.*

Et ego Santulus Petri Berti civis Romanus, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius habens fidem, &c. ut ſup. &c.

Et ego Antonius Gojoli Petri Sirete civis Romanus Dei gratia, & Apoſtolica auctoritate Notarius publicus ſupradictum exemplum, ſeu tranſumptum ſupradictarum literarum ſeu privilegii, conceſſionis, & donationis C *ſupradictæ de dicta tabula ænea fideliter ſcripſi, & exemplavi nil addito vel diminuto, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, & ipſum diligenter auſcultavi, & legi coram ſupradicto Domino Jacobo Epiſcopo, Vicario, & Commiſſario ſupradicto, ac ſupradictis Joanne Stephani Maſſaronis, Joanne Pauli Alictii, & Santolo Petri Berte civibus Romanis publicis Notariis Apoſtolicis, & teſtibus literatis, & ut huic exemplo, ſeu tranſumpto adhibeatur ab omnibus de cætero plena fides, ad perpetuam rei memoriam ſubſcribo, & meum ſignum appoſui conſuetum, ſub anno Domini 1369. Pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto Patris, ac Domini noſtri, D. Urbani divina providentia Papæ V. anno ejus 7. Ind. 7. menſ. Julii, die 27. de mandato dicti D. Jacobi Epiſcopi Vicarii, & Commiſſarii ſupradicti.*

Nobilem hanc Caroli Imperatoris, Leoniſque III. Papæ donationem, cauſamque expreſſit Alexander IV. in privilegio eidem Monaſterio conceſſo. Meritis eamque, & auxilio S. Martyris Anaſtaſii, cujus ſacræ reliquiæ ibidem aſſervantur, ſolaque ejuſdem D ſancti capitis oſtenſione, Anſedoniam Thuſciæ civitatem antiquiſſimam ab infidelibus occupatam, idem ipſe Carolus, Leoque Pontifex expugnarunt, funditusque deſtruxerunt, propter quod ad tantæ victoriæ perennitatem, eccleſiæ prædicti Martyris, præfatam civitatem, caſtrum Orberelli, Portum Herculis, Montem Argentarium, Inſulam Gilii, aliaque caſtra, & oppida obtulerunt, donoque dederunt in perpetuum. Anſidoniæ expugnatæ, Caroli Leoniſque expugnantium, ac in S. Martyrem nobile facinus penicillo ad vivum ante 400. annos expreſſum, adhuc a viſitur ſub porticu ejuſdem Martyris ædis extra urbem ad Aquas Salvias, ſeu ad tres fontes; ubi antiquum Ciſtercienſium Monachorum cœnobium extat, cujus nunc, quamquam immeriti, Abbatis titulo fungimur, unde nec abs re erit in tanti cœnobii gratiam Alexandri privilegium, quod modò commemoravimus, hic apponere ab authentico exemplari ejuſdem monaſterii deſumpto: tenor eſt hujuſmodi.

a Poſt tabellam oblatum recordi albo deletum fuit. *Lat.*

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii S. Anaſtaſii de Aqua Salvia, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum religioſam vitam eligentibus.

Congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ut quiſquis neceſſitatis occaſio aut fides faciat, aut robur (quod abſit) ſacræ converſationis infringat. Ea propter, dilecti filii in Domino, veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. Anaſtaſii de Aqua Salvia, in quo divino eſtis obſequio mancipati ad exemplar S. recordationis Anaſtaſii, Hadriani, Alexandri, Lucii, Cœleſtini, & Innocentii III. prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuimus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, ut ſicut prædictus B *Anaſtaſius prædeceſſor noſter, pro magna & evidenti neceſſitate diſpoſuiſſe dignoſcitur, & Ciſtercienſe capitulum exequendum Romanæ Eccleſiæ proviſioni commiſit Monaſterium B. Anaſtaſii martyris, quod apud Salvias poſitum eſt, & perpetuis temporibus caput Abbatiæ veſtræ conſiſtat, ut illuc in hyeme, propter intemperiem autem aeris in loco, qui dicitur, Nemo, æſtivo tempore commoremini. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium B. Anaſtaſii uſque ad hæc tempora juſtè poſſidet, aut in futurum rationabilibus modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda, ipſum videlicet Monaſterium S. Anaſtaſii, eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ, eccleſiam S. Mariæ, ſitas juxta idem monaſterium, cum omnibus poſſeſſionibus circa ſe poſitis, omneſque poſſeſſiones, tàm in Eccleſiis, quàm in caſtris, vineis, vel terris ſitas infra Romanæ urbis muros, quas memorata eccleſia uſque modo tenuit, monu-* C *numentum Caprilianum cum omnibus pertinentiis ſuis, terris, vineis, pratis, hortis, quæ per publica inſtrumenta notantur; Caſale de Vallerano cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, quemadmodum per inſtrumenta veſtra notantur; Eccleſiam S. Mariæ de Fulano in quatuor Uream, & dimidiam, & unum Aſſagium, & dimidium ſalinis fundi furani, tàm de terris, quàm ſylvis; Caſale de monte Jani cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut per publica inſtrumenta notantur; Terram, quæ appellatur duo foca, & unam pedicam terræ, & dimidiam de Anſerano, unum filum ſalinæ in pedica S. Aureæ, & tres files ſalinæ in pedica ultra Tiberim; Caſtrum, quod dicitur Nemo; eccleſiam S. Mariæ, S. Angeli, S. Januarii, & S. Nicolai in valle Lana, & ſtipis ejuſdem cum aliis omnibus ſuis pertinentiis; Turrim quoque novam, quæ eſt ſupra lacum in loco, qui dicitur Ciſterinde, cum ipſo loco, & omnibus ſuis pertinentiis, fundum Cenſam, fundum Perani, & fundum Marſi, ſicut per publica inſtrumenta notantur; terram de Corpeno, terram de Griſi, quæ vobis reſtituta eſt, & aliam ſicut per publica inſtrumenta notantur; Quicquid ſupradi-* D *cta Eccleſia B. Anaſtaſii in Albanen. Veletranen. atque territorio de Aricia poſſidere dignoſcitur; Caſtrum etiam Puſani cum eccleſia S. Quirico, & omnibus pertinentiis ejuſdem caſtri; Caſtrum Cavingiani cum Eccleſia S. Mariæ de Roticelli, & omnibus pertinentiis ſuis ejuſdem caſtri, eccleſiam S. Mariæ, locumque qui S. Donatus dicitur, quemadmodum in ſubſcriptis terminis continetur; Quem dictus Eugenius prædeceſſor noſter intuitu pietatis vobis tradidit, donavit, prædictorum prædeceſſorum noſtrorum Anaſtaſii, Hadriani, Alexandri, Lucii, & Cœleſtini veſtigiis inhærentes auctoritate Apoſtolicæ ſedis nihilominus confirmamus, & donationem ipſam ratam & gratam futuris temporibus manere decernimus. De primo latere ipſius hoc eſt eccleſia S. Maria de Pareti, & Rivus de Vite folliani, & foce ejuſdem folliani, a ſecundo latere eſt litus maris, & triginta milliaria infra mare, & lacus, qui dicitur Caprilatus, à tertio latere rivus de coſta, & vadit per pedem* A *de campo Merulo, & vadit in Caſtellionem, à quarto latere prædictus Caſtellio, & vadit per caput de Piſcina ſitea, & revertitur in prædictum pareti, qui eſt primus terminus jam dicti loci S. Donati. Piſcationes de ſancti Tanaci ſaccebeda, Bucca de rivo Tegicoſo & tranſverſo cum piſcatione omnium aliarum foſſarum circum adiacentium, vobis præſentis, ſcripti pagina confirmamus, ſtatuentes, ut infra præſcriptos terminos, ſicut à prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſa ſunt, ſecundùm conceſſionem eandem favoris noſtri affectionem firmamus, & ratum manere cenſemus. Pro hac ſiquidem donatione à ſede Apoſtolica vobis facta conceſſione, vobis veſtriſque ſucceſſoribus, damus ſingulis unum aureum perſolventes. Præterea omnes poſſeſſiones Thuſciæ, quas felicis recordationis Leo Papa III. prædeceſſor noſter, glorioſæ memoriæ Carolus Imperator donavit eccleſiæ veſtræ, & ſumma devotione certis finibus terminatis, privilegiis ſua auctoritate firmavit, videlicet civitatem Anſedoniæ cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis, olim ab infidelibus & iniquis hominibus poſſeſſis, ſed præ-* B *terea à memorato Carolo Imperatore una cum præfato Leone prædeceſſore noſtro meritis & auxiliis B. Anaſtaſii martyris ejuſdem capitis oſtenſione devictam, & deſtructam, propter quam victoriam eccleſiæ ſupradicti martyris præfatas poſſeſſiones donavit, caſtrum, quod Orbitellum vocatur, in ſtagno circa ſe poſito cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis; caſtrum Tricoſtricum; eccleſiam S. Fridiani, & lacu periculo juxta eum poſito, cum omnibus eccleſiis & pertinentiis ſuis, Caſtrum Stachilaſtum cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis, montem de Ceraſolo, eccleſiam S. Gabrielis cum omnibus pertinentiis ſuis, Colognolum cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis, Monaſterium S. Benedicti de Sylva cum eccleſia S. Donati de Abruſcia, & Eccleſiam S. Martii de Guarmentatico, & eccleſiam S. Angeli de Matiano, & omnibus pertinentiis ſuis, quæ idem monaſterium, antequam Ciſtercienſium fratrum inſtitutaſuſciperet, poſſidebat. Inſulam Jannitis cum pertinentiis ſuis, lacum Buſani, Portum Herculis, Portum Ferulæ, & alios portus cum ſylvis, ac cum* C *aliis pratis paſcuis, viis, inviis, aquarum decurſionibus, & cum omnibus cultis & incultis, quæ continetur, infra terminos à ſupradicto Domino Leone Papa III. & Carolo Magno deſignato Imperatore; ab uno latere mare magnum infra milliaria centum, infra quod mare eſt mons, qui vocatur Gilium, & inſula, quæ vocatur Jannuti, juris prælibati Monaſterii veſtri, ſecundo latere eſt fluvius, qui vocatur Albuna; à tertio verò latere decurrit aqua, quæ vocatur Elza, & inde uſque in locum, quod vocatur Serpen; à quarto autem latere vertit per Serpen, & vadit per montem Ariſtini, & decurrit in Buerim, & ſic revertitur in prædictum mare magnum, & ſicut in literis, cartis, & privilegiis continetur. Quia vero, quæ à ſchiſmaticis acta ſunt, nullius debent eſſe momenti compoſitione, quia olim fervente ſchiſmate, quidam ex veſtris ſine communi conſilio ad reducendum tempus, cùm à ſchiſmaticis, qui erant ex eccleſia S. Pauli fecerunt ſicut prædicti Alexander, Lucius, & Cæleſtinus prædeceſſores noſtri imitaſſe noſcitur. Ita & nos irritam eſſe ſancimus, & quæcunque infraſcripta ad dam-* D *natæ memoriæ Cremenſem, aut etiam ab Imperatore tempore ſchiſmatis, vel ab aliquo de parte illa, contra Monaſterium, unum licèt per manum publicam videatur in ſcriptis objecta, ſicut contra libertatem Monaſterii veſtri ad exemplar eorundem prædeceſſorum noſtrorum, ſicuti in ſcriptis authenticis continetur, decernimus nullo veſtrique tempore valitura. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ac eis novalibus, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percipit, de nutrimentis veſtrorum ante Concilium à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel laicos à ſeculo fugientes liberè, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Probibemus inſuper, ut nullis fratrum veſtrorum poſt factam profeſſionem fas ſit abſque licentia Abbatis de eodem Clauſtro diſcedere; diſcedentes vero abſque communi literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque, ac tranquilli-*

catis veſtræ impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuram locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus violentiam, vel rapinam ſeu furtum committere, ſeu combuſtionem facere, aut hominem capere aliqua temeritate præſumat. Præſenti etiam decreto ſtatuimus, ut ſi aliquod privilegium ab Apoſtolica ſede hactenus apparuerit impetratum, quod huic noſtræ conſtitutioni videatur aliquatenus contraire, nullas contra eam vires obtineat, ſed conſtitutio iſta firma omni tempore remaneat, & inviolabiliter perſeveret. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſionem auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſcunque vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſignentur eorum, pro quorum gubernatione & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate in ſupradictis eccleſiis diœceſanorum eorum canonica Juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere contraire tentaverit, ſecundo tertiòve admonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino Judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri redemptoris, & Domini Papæ aliena, atque in extremo examine divinæ ſubjaciat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri, & Domini Papæ quatenus & hic fructum benedictionis percipiat, ut apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniatur.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Odo Tuſculanenſis Epiſ. ſubſcripſi.

Ego Stephanus Præneſtinenſis Epiſc. ſubſcripſi.

Ego frater Joannes, & S. Laurentii in Lucina presbyter Card. ſubſcripſi.

Ego frater Hugo, & S. Sabinæ presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Ricardus ſancti Angeli Diacon. Card. ſubſcripſi.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Joannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Card. ſubſcripſi.

Ego Octobonus S. Adriani Card. Diaconus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Guillelmi magiſtri ſcholarum Parmen. S. R. E. vice Cancellarii, 2. idus Januarii, Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ anno MCCLV. Pontificatus noſtri Domini Alexandri Papæ IV. anno II.

XVI. 12. BERNARDUS cujus ad ann. 804. habetur memoria. („*Interfuit Canonizationi S. Wiberti à S. „Leone Werdæ habita: & hic ſi tempora diſtingues, „præfato anteponendum inquies.* Lucentius.)

XVII. 13. CÆSARIUS in Concilio Romano ſub Eugenio II. Papa ann. 826. apud Baronium.

XVIII 14. MEGETIUS (*a*) ex Abbate, & monacho S. Gregorii ad Clivum Scauri Oſtienſis Epiſcopus fuit, atque S. R. E. Bibliothecarius, imperante in Eccleſiaſtico throno IV. Leone ann. 854. De eo Joan. Diac. in vita S Gregorii lib. 4. cap. 86.

a Megiſtus ſubſcribitur in Rom. Conc. an. 853. Luc.

15. LEO ann. 864. 7. Kal. Julii ſubſcripſit (1) diplomati Joannis XIII. Candulpho primo Archiepiſcopo Beneventano conceſſo, &c. apud Viperam, &c.

XX. 16. DONATUS *b* multorum Conciliorum Romæ celebratorum decreta ſubſcripſit. Hic cùm ſpectatæ ſapientiæ eſſet, ac in negotiis politicis conſultiſſimus, à Nicolao I. ſanctiſſimo Pontifice cum Leone presbyt. Cardin. tit. S. Laurentii in Damaſo, ac Marino Diacono Conſtantinopolim ad Imperatorem legatus eſt anno 866. at eum planiùs, & pleniùs docerent, quid in cauſa Ignatii, ac Photii Eccleſia cenſuiſſet. Qui cùm ultimos Bulgariæ fines attigiſſent, à Michaelis Imperatoris Præfecto tenti ſunt. Itaque per 40. dies variis injuriis, contumeliiſque afflicti, re infecta coacti fuerunt Romam redire. Anno deinceps 869. *c* cùm Hadrianus II. in cathedram Petri ſucceſſiſſet, iterum eundem Donatum Oſtienſem Conſtantinopolim legavit ad Baſilium Imperatorem, adjunctis ei ſociis, Stephano Nepeſino Epiſcopo, ac Marino Diacono, ut impii Photii teterrimum ſchiſma jugularent, Synodumque Conſtantinopolitanam coadunarent, quæ deinceps VIII. generalis dicta eſt. Quod cùm cumulatiſſimè ad mentem Pontificis effeciſſent, in eo Concilio Donatus Oſtienſis, ut Apoſtolicus Legatus, præſedit. De hac re conſule Baronium in Annalib. eccleſiaſticis.

b A Cardinalis ex Ciaconio.

c 870 ex Harduino

17. EUGENIUS Donato ſuffectus eſt, proque Joanne Pontifice ejus nominis VIII. legatione functus eſt, ann. 878. *d* unà cum Paulo Anconæ Epiſcopo ad Baſilium Conſtantinopolitanum Imperatorem, qui à Romano Pontifice impetraverat, ut illuc miſſis ſanctiſſimis, ac conſultiſſimis viris Conſtantinopolitanam eccleſiam perverſis moribus, atque dogmatibus (2) expurgaret. Eodemque tempore idem Eugenius ad Bulgarorum Regem deſtinatur, qui ea legatione egregiè functus eſt, ut narrat Baronius. XXI.

d 879. Luc.

18. GUIDO ann. 904. (3) ſubſcriptus reperitur in privilegio Joannis IX. eccleſiæ Lucanæ. vide Lancellottum, pag. 162. XXII.

19. SICONEM („*Cardinalem*) Epiſcopum Oſtienſem tranſverſum egit ambitio; ſiquidem contra Joannem XII. verum Pontificem Leonem Antipapam VIII. appellatum inauguraverit. Verum cùm poſtea ad S. Petrum Romæ Synodus congregata, Pſeudo Leonis acta damnaſſet, in ſeſſione III. ejuſdem Concilii Oſtienſis Sico anathematis fulmine ictus eſt, ac dignitate exutus anno 964. Memoratur à Luitprando Ticinen. lib. 6. cap. 6. XXIII.

20. GREGORIUM Epiſcopum Oſtienſem reperio in conciliabulo ſub Leone Antipapa, atque Othone II. conſediſſe anno 964. ac ſubſcripſiſſe Imperatoris decreta, ut inſtitutionum imperialium liber habet. Quæ cum cujuſdam hæretici farina ſit, ut res fictitiæ à pleriſque rejiciuntur. Nec minus mihi Gregorii ſuſpectum nomen eſt. Etenim eodem anno Sico Oſtienſis extra communionem fidelium ejectus eſt, atque Epiſcopatus munere ſpoliatus, utique Pſeudo Leonis fautor, ac Othonianarum partium ſectator. Qui ergo fieri potuit, ut iſte fictitius Gregorius, qui in Antipapæ ſchiſmaticas partes jam olim conceſſerat, in Oſtienſem ſedem ſubſtitueretur à vero Pontifice, aut Sico à falſo, quem conſecraverat, deturbaretur de ſede? XXIV

21. LEO an. 983. invenitur ſubſcriptus in Bulla Benedicti VII. Papæ eccleſiæ Sublacenſis. („*Hic ille Leo, quem ſupra rejecimus, & hoc ævo, id eſt anno 969. ſubſcripſit diplomati Joannis XIII. pro Candulpho, ſive Landulpho primo Archiepiſcopo, Beneventano.* Lucentius.) XXV

22. ACTIUS, („*vel Azzo, Cardinalis*) invenitur ſubſcripſiſſe privilegium à Gregorio V. indultum Abbatiæ S. Salvatoris montis Amiati in Territorio Senenſi anno 986. *e* XXVI

e 996

(„GREGORIUS *invenitur à nobis in Romano „Concil. anno 998. in quo ex Eccleſiaſtica libertate ſe„dulam ſuam pronunciavit ſententiam contra matri„monium Roberti Regis, qui conſanguineam duxerat.* „Lucentius.) XXVII.

23. PETRUM quendam colligitur Oſtienſem fuiſſe Epiſcopum, ex Bullæ ſubſcriptione, quam Joannes XVII. Baſilicæ Vaticanæ indulſit ann. 1003. XXVIII.

24. GREGORIUS Epiſcopus Oſtienſis, & S. R. E. Bibliothecarius, longè diverſus à Gregorio ſequenti, ſubſcriptus reperitur diplomati Joannis XVIII. anno Chriſti 1005. conceſſo eccleſiæ SS. Coſmi, XXIX

(1) *Hoc privilegium*, quod in Italia ſacra t. 8. refertur, expeditum oſtendit an. 969. quo etiam tempore Joannes XIII. univerſali præſidebat Eccleſiæ. Igitur ne poſt 100. annos idem Leo ſecundò occupet hanc ſedem, hinc expungendus eſt, & in ſuum locum rejiciendus. *Luc.*

(2) Eugenius iſte à Prædeceſſore Donato diſſimillimus, quippe qui cum Paulo Epiſcopo Anconitano Conſtantinopolim miſſus à Joanne VIII. ann. 879. fœdiſſimè in partes Photianas defecit, ſeditque in Conciliabulo cum Photio, quod adeo indignè tulit Romanus Pontifex, ut eos publicè damnaverit. Verum deceptos eum ſe à Photio dixerint, ſunt juſſi iterum Legationem ſubire, pro qua Commonitorium à Romana Synodo habuere pro Photii poenitentis reſtitutione. Monitorium ipſum ſubinde faſtuſe Photium habemus ex Notis Concilii Romani ſub Joanne VIII. cujus etiam juſſu Bulgaricam Miſſionem egit. Ughellus hic, & Ciaconii Auctarii in Joanne VIII. aliter ſcribunt ab Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ narratione: miror ſanè quomodo Ciaconiani tam male ſentiant ibi de Petro Cardinali, & de Eugenio illico infra deſcripto diverſo omine, qui certe ejuſdem ſortis cum Petro fuit. Et ipſe Ughellus, qui acerbiſſimè improbavit Paulum in ſerie Anconitana, quomodo affabrè ſe geſſiſſe, inquiet, Eugenium cum eo ejuſdem culpæ ſocium? *Luc.*

(3) Hinc Ciaconius erroris convincitur, qui hunc Joannem ſubſectum ad Petri ſedem ſcribit an. 897. obiiſſe 899. *Luc.*

mi, & Damiani ad Micam auream, Dat. 4. Kal. Aprilis, per manus Gregorii Epiſcopi, & Bibliothecarii S.R.E. atque Epiſcopi S. Oſtienſis eccleſiæ, anno Deo propitio Pontificatus Domini Joannis Summi Pontificis, & univerſalis XVIII. Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli ſecundo in menſe, & indictione ſupradicta tertia; longè, inquam, hic fuit diverſus à Gregorio ſequenti, quem vixiſſe referunt ſub Benedicto IX. qui ad Petri cathedram aſcendit anno 1033. obiiſſe vero anno 1044. Nam anno 1026. Petrus Epiſcopus Oſtienſis ſubſcripſit diplomati Joannis XIX. conceſſo eccleſiæ Sylvæ Candidæ, idemque memoratur in Synodo habita ab eodem Joanne XIV. in eccleſia S. Sylveſtri anno 1028. ut videbimus in Epiſcopis Sylvæ Candidæ. Conſtantinus Cajetanus Abbas Benedictinus in vita Gregorii Oſtienſis Epiſcopi, quam nuper diffuſè quidem perſcripſit, quæ Romæ typis excuſſa in manibus piorum verſatur, toto cœlo aberrat, dum habet B. Gregorium ex Abbate SS. Coſmi, & Damiani ad Micam Auream à Joanne XVIII. Epiſcopum Oſtienſem creatum ann. 1004. & ad cœlum evolaſſe anno 1044. nam ut clarè vidimus poſt Gregorium Oſtienſem Epiſcopum S. R. E. Bibliothecarium, qui anno 1005. ſubſcripſit diplomati Joannis XVIII. Petrus quidem Oſtienſem regebat eccleſiam ann. 1026. de quo mentio an. 1028. Unde vel B. Gregorium ante an. 1026. fato ceſſiſſe, aut poſt Petrum anno 1028. elapſo, Oſtienſem ſedem obtinuiſſe fatendum eſt. Ego enim evidenti ratione convictus poſt Petrum, qui anno 1003. inter mortales degebat, Gregorium anno 1005. poſt Gregorium, Petrum, poſt hunc, B. Gregorium repono à Benedicto IX. ad Epiſcopalem ſedem Oſtienſem vocatum circa annum 1034. in Hiſpaniam miſſum. ibidem diem clauſit extremum ann. 1044.

XXX. 25. PETRUS, ut vidimus, Gregorio ſucceſſit, de quo mentio habetur anno 1026. & 1028. in diplomate Joannis XIX. Eccleſiæ Sylvæ Candidæ. („ *An.* „ 1026. *reperitur ſubſcriptus in literis Jo: XIX. anno* „ *verò* 1028. *in Synodo Romana. Ulterius etiam Ro-* „ *mana Synodo adfuiſſe legitur ann.* 1036. a *menſe No-* „ *vemb. celebrata in cauſa Andreæ Peruſini Epiſcopi pro* „ *Monaſterio S. Petri. Quare & ſubſequens Gregorius* „ *nonniſi poſt eum annum ſediſſe in Cathedra Oſtienſi aſ-* „ *ſerendum eſt.* Lucentius.)

a 1037. ex Harduino.

XXXI. 26. B. GREGORIUS S. Benedicti monachus, atque Abbas SS. Coſmi & Damiani ad Micam Auream, Oſtienſis Antiſtes adlectus eſt, atque adeo Cardinalis, & Bibliothecarius S. R. E. circa annum 1034. *b* Petro ſucceſſit, qui ejuſdem munere ſub quatuor ſibi ſuccedentibus Pontificibus cumulatiſſimè functus eſt, ea ſanè virtutum prodens exempla, quæ ſanctiſſimum virum videntur decere. Cùm autem ubique, & ſemper ejus ſanctitas mortalibus innotuiſſet, tum verò maximè in Regno Navarræ ex Pontificis miſſu enituit. Siquidem cum Deus ſceleribus mortalitatis irritatus Benedicti IX. temporibus denſo agmine locuſtarum Navarrenſium fines fœdiſſimè devaſtaſſet, nec magis in dies ſævienti cladi ullæ viderentur acies pares, omni demùm humano ſubſidio deſtituti, miſſis legatis à Pontifice Romano divinas ſuppetias impetrarunt. Quas ut in deprædatoriam peſtem illam ſanctius adornaret, trium dierum orationem, publicumque indixit jejunium. Ex eo, admonitu Angeli, qui affirmabat populabundam locuſtam, per benedictionem Gregorii Oſtienſis fugatum iri, eundem in Navarram legavit, qui benedictione, ſignoque crucis, ac ſi ſigna contuliſſet in prœlium, exercitum illum locuſtarum uſquè ad internecionem delevit, multiſque præterea miraculis clarens locuſtis pejora, peccata fugavit. In Hiſpaniis igitur

b 1035.

aliquandiù commoratus, ex divino inſtinctu S. Dominicum vulgò della Calzeda vocatum, ſacerdotem initiavit, verbumque Dei enuncianti, indefeſſum ſe comitem adjunxit. Demùm Oſtienſis Gregorius, cùm ad majorem Dei gloriam multos adiiſſet labores, oppreſſus morte, evolavit ad ſuperos anno 1044. 7. idus Maji, ſepultuſque eſt apud Lucerinum, Navarrenſis ditionis caſtellum, ubi ejuſdem memoria apud eos populos ſolemnis quotannis habetur. Meminit hujus ſancti Joannes Mal. in vitis Sanctorum Hiſpaniæ, Luciuſque Morineus lib. 5. de rebus Hiſpaniæ. Nec nobis Oſtienſis Gregorius indictus abiit, cùm ad Ciaconium additiones procuderemus, qui tomi indigent caſtigatione, ut ſupra diximus. („ *Re-* „ *ligioſiſſime culta Sacris in Aris venerantur Hiſpani* „ *Oſtienſem Gregorium, in cujus nomine bruchos extir-* „ *pari, Locuſtas, cæteraque ſegeti infeſta deleri experi-* „ *mento habent, adhibitis precibus, & exorciſmo hu-* „ *juſmodi ex tomo* 3. *Hiſpani Martyrologii deſumptis.*

„ *Aſperges me Domine, &c. Miſerere mei Deus &c.*
„ *Gloria Patri &c.*
„ ℣. *Ora pro nobis S. Gregori.*
„ ℟. *Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Oremus.

„ *Deus, qui Beato Gregorio Confeſſori tuo, atque* „ *Pontifici contra locuſtarum peſtem ſpecialem gratiam* „ *contuliſti, concede propitius, ut qui tua beneficia de-* „ *poſcimus, ejus meritis, & precibus, à corroſione,* „ *& conſumptione ipſarum, & quarumcumque aliarum* „ *peſtium, in fructibus noſtris, & pecoribus, atque à* „ *peſte, & epidimia in corporibus noſtris miſericordi-* „ *ter liberemur. Per Dominum noſtrum &c.*

„ *Quotannis ſolemniori feſto proſequitur die nona* „ *Maji apud Lucronium Diœceſis Calaguritanæ Tar-* „ *raconenſis Hiſpaniæ: die vero decima ejuſdem menſis* „ *apud S. Salvatorem de Pinna ejus ſacri corporis cele-* „ *bratur inventio, & tranſlatio.* Lucentius.)

27. DEODATUS ann. 1049. in privilegio Leonis IX. conceſſo Monaſterio S. Gratæ de Bergomo, (1) de quo ſuo loco.

28. PETRUS Epiſcopus Cardinalis (2) Oſtienſis, fato functus eſt ſub Stephano IX. ſummo Pontifice anno 1058. XXXII.

29. S. PETRUS Damianus Ravennas monachus S. Benedicti, Priorque S. Crucis de Avellana, Eugubinæ Diœc. Vir planè ſanctus, atque doctiſſimus, cum ex ſama virtutum apud pleroſque inclaruiſſet, Stephano quoque IX. ſummo Pontifice ita innotuit, ut Petro Oſtienſi defuncto, Cardinalis atque Epiſcopi titulo inſignitum illum („ *an.* 1058 *m. Martio.*) ſuffecerit. Delatum ſibi gradum dignitatis penè invitus ſubivit, inque extirpanda Nicolaitarum ſecta omnes vires contendit. Sub Nicolao II. ad Mediolanenſes ea dexteritate legatione eſt functus, ut ea civitas deinceps Romanæ Eccleſiæ arbitrium impenſiùs venerata ſit. Idem ex ejuſdem Pontificis miſſu ad Henricum IV. profectus eſt, ut exæſtuans in Germania ſchiſma convelleret. Rediit deinde Romam, inque poſtremis annis Nicolai Pontificis cum ſolitudinis deſiderio flagrans, ultrò Epiſcopatus munere ſe abdicans, convolavit ad clauſtrum. Extat hujus Sancti doctiſſima epiſtola ad eundem Nicolaum, in qua reddit cauſas, cur tanti eſſet, neglectis ſecularibus negotiis, redire ad clauſtrum. Cæterum poſt exceſſum Nicolai II. cum graviſſima, ac trepida negotia emerſiſſent in Gallia, Alexander II. adornaturus ad Regem Legationem, Petrum Damianum extractum XXXIII.

(1) Deodatus Epiſcopus Oſtienſis aſſeritur ab Ughello & inter Cardinales cooptatur ab Auctariis Ciaconii ſola auctoritate ducti documenti cujuſdam pro Monialibus S. Gratæ de Bergomo emanati. Diploma ad literam refertur in Italia ſacra in Bergomenſibus Tomo quarto col. 639. Proloquitur ex Perſona Leonis Papæ IX. ſuam ſententiam e Romano Concilio enuncianti anno 1049. Ejus fides tantum ſuſpecta Ughello, nobis [illegible] mendoſa. Stylus [illegible] loquendi formulæ Apoſtolicæ Romanæ Auctoritatis, pœna poſtremi corporalis ſupplicii ex ea Sacrorum Canonum officina [illegible] in traſgreſſorem [illegible] bet. Conradus Imperator, Oldericus Brixienſis Epiſcopus, in quorum præſentia, & de quorum inſtantia [illegible], demortui erant ante annum 1049. cæteri ferme Epiſcopi vel non concordant cum ſuis ſedibus, vel unicè in ea ſibi uſurpant locum nuda nomina ex eo commento prodeuntia. Stupet Joannes Portuenſis pro ſua Eccleſia memoratæ Synodo præſens è tali pagina ibi ſecum inſpicere Georgium quendam Portuenſem Antiſtitem deſcriptum. Quare & hujuſmodi monumentum veluti tabernam fraudibus, & mendaciis refertam rejicimus, & ex ea Epiſcopalem dignitatem, nullo alio teſtimonio ſuffragante, qui ſibi adſciverit, noſtrum Epiſcoporum Catalogum non auget, qui veritati litare cupimus. Deodato igitur à nobis in hac omnia denatur locus. *Lucent.*

(2) De hoc nullum verbum in vitis Pontificum, & Cardinalium hucuſque legimus, qui deinceps ſequuntur Oſtienſes Epiſcopi, Cardinalatus honore ſemper recenſentur aucti. *Lucentius.*

A è clauſtro illò direxit, oſtentaque peragendarum rerum victoria, Ravennatem etiam eccleſiam per eumdem legatum ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis adduxit, quam à ſuo Archiepiſcopo planè ſeducta conabatur excutere. Igitur dum Petrus Romam revertitur, Faventiæ, in monaſterio S. Mariæ extrà muros cœpit illum lenta febris tentare, cùmque aliquandiù cum morbo luctatus fuiſſet, tandem plenus meritis fato ceſſit, ſepultuſque eſt in eadem eccleſia, quam vulgò hoc tempore S. Mariam ab Angelo vocant anno 1072. 22. die Februarii. Jacet autem honorificè in arca marmorea cum ſua effigie, eiſque ſubjectis carminibus, quæ rude ſeculum illud, magis ex pietate, quàm ex poetica lege deprompſit. Certè opus erat Petro Damiano laudatore, ut Petrus Damianus jure, & meritò, hoc eſt, pro meritis laudaretur. *Anno Domini 1354. Die 13. Aprilis translatum fuit Corpus S. Petri Damiani Ravennatis in S. Scriptura Doctoris, & Oſtienſis Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis legati, Ordinis S. Crucis Fontis Avellanæ in præſentem Arcam à R. P. D. Matthæo de Callio, his Abb.* Sub eadem

B arca extant hi verſus.

Quinque decem mille trecentis, & quatuor annis,
Tertius Aprilis cùm à decimo fluerat ortus,
Transtulit te Clerus Doctum in pagina ſacra,
Oſtienſis præſul, quem dotat Cardinalatus,
O Petre Damiane, te Crux in ordine fontis
Avellanæ beat, tu legatus quoque tandem
Sedis Apoſtolicæ, Petra nunc clauderis iſta,
Inſtat nunc Abbas Matthæus de Callio natus.

Petri Damiani præclarè geſta Joannes Monachus enarravit, ſparſim autem Baronius in ſuis Annalibus, Leo Oſtienſis lib. 6. Hier. Rubeus Hiſtor. Ravenn. Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſt. Joann. Trit. Abb. Conſtantinus Cajetanus ejuſdem vitam perſcripſit, monumentaque ingenii, ac pietatis pleniſſima in tres tomos digeſta typis excudenda curavit. Poſtremi nos ejuſdem vitam brevi elogio exornavimus in noſtris additionibus ad Ciaconium.

XX XIV. al. Ghaldus. 30. GHERARDUS *u* Epiſcopus Oſtienſis Petro

C Damiano ſucceſſit anno 1072. Alexandro II. ad id muneris illum vocante. Fuit hic natione Germanus, Patria Ratisbonenſis, monachus, ac prior major Cluniacenſis, idem doctus ac prudens, cujus quidem animi dotibus ſibi ad purpuram expeditum iter apèruit. Vix autem Oſtienſis Epiſcopus, Cardinaliſque effectus eſt, cùm ſimul a ſummo Pontifice legatio ſibi impoſita compulit illum in Galliam proficiſci; ibi coacta Synodo lapſos illius cleri mores ad moderationis regulam opportunè exegit. Interim dum moratur in Galliis, Alexander è vivis exemptus eſt, atque à noviter Gregorio VII. electo in Hiſpanias iterum deſtinatur legatus; mox etiam ſub eodem Pontifice ad Henricum IV. Imperatorem tertia legatione functus eſt, ut eundem Simoniaca labe infectum Apoſtolicæ ſedis nomine acrioribus verbis caſtigaret, ne amplius eccleſiaſtica beneficia auderet habere venalia. Quod cum cumulatè, conſtanterque præſtitiſſet Gherardus, oneratum injuriis illum Imperator ejecit. Itaque Romam rediit, conventuique Canuſino inter-

D fuit, ubi ſocietatis fœdus, haud diuturnius duraturum inter Pontificem, Cæſaremque utriuſque Principis percuſſere legati. Gherardus igitur cùm Pontificis nomine Gallias Germaniamque iterum obiiſſet, dum redit ex itinere retractus, à fœdifrago Cæſare tentus, in carcerem conjectus eſt, ibidem tamdiù macerandus, donec VII. Gregorio vero Pontifici remitteret nuncium, Antipapam verò Clementem amplecteretur. Id cùm facere renuiſſet, & duriorem carceris ſqualorem ſuſtinuit, & à ſchiſmaticis dignitate Epiſcopatus exuitur. (,, *Eique ſufficitur Joannes infra* ,, *n. 33. relatus ab Ughello.*) Demùm cùm vincula excuſſiſſet, Romam reverſus, ſub VII. Gregorio exceſſitè vivis, ut narrat Bertoldus Conſtantienſis in Appendice ad Herman. anno 1077. 8. id. Decembris. Multa de hoc Præſule narranda ſuſcepit Lambertus Scanasburgen. Arn. Wion. lib. 2. Lign. vitæ,

A aliique, præter Baronium. (,, *Extant ad hunc literæ Gregorii VII. dum Gallicana legatione fungeretur,* ,, *quibus ei Alexandri obitum, & ſuam nuncias electionem; & multa committit circa Abbatem Cluniacenſem, & contra Paganos in Hiſpania ſub dat. 2. Kal.* ,, *Maji 1073. & alia quibus miratur: quod ſe certiorem non reddiderit de Synodo ab eo coacta, & multa* ,, *alia ſignificat eodem anno, in quæ eis nominatur* ,, Lucentius.)

31. OTHO (*t*) Caſtillionæus Gallus, monachus Cluniac. cum presb. Card. à Gregorio VII. fuiſſet renunciatus, poſt obitum Gherardi, etiam Oſtienſis Epiſcopatus titulo ab eodem inſignitus, ejecto priùs Joanne ſchiſmatico, quem paulò ante Henricus IV. Cæſar in Oſtienſem ſedem violenter intruſerat, anno 1078. nec multò poſt ſub nomine Urbani II. Pontificatus apicem aſcendit. XX XV.

32. OTHO vel Odo Caſtillionæus Urbani II. nepos, genere Gallus, profeſſione monachus Cluniacenſis cœnobii, Epiſcopus Oſtienſis, & Cardinalis XX XVI.

B adlectus eſt ab Urbano II. in locum, quem ipſe Pontifex factus reliquerat vacuum an. 1088. Hic Paſchalem II. ſummum Pontificem inauguravit, ſub quo etiam fato ceſſit anno 1101. De Odone hic noſtro cætera narrabit ſuis carminibus Baldricus Abbas Burgulenſis apud Franciſcum Ducheſne tom. 4. Hiſt. Francorum.

Odas, ò utinam cui mittuntur placituras,
Odoni magno dirigo parvus ego.
Odo Pontificum decus, & ſpecialis honeſtas;
Conſilium Papæ, & regula juſtitiæ.
Eccleſiæ robur, non concutienda columna,
Mittit quod placet Burgulianus, ave.
Burgulianus ave magna dicit Patriarchæ;
Quod mihi notitiam Præſulis obtineat.
Odo, Wido meamihi te celebravit in aure,
Pluribus indiciis te mihi ſignificans,
Wido tuum nomen noſtrum devexit in Orbem;
Utque viri tanti præcivir ille mihi,
Te mihi procerum ſtatura ſignificavit,

C *Quæ non excedat effigiata modum.*
Mores jocundos Wido tibi dixit ineſſe,
Et quod conveniat moribus alloquium.
Utque mihi dixit, dotat te litera dives,
Et vatum Muſas delicioſus amat.
Si cantare velis, cantas modulamine dulci,
His ſupereſt vultus, & facies hilaris.
Affatu ſuavis, communis, & omnibus omnis.
Exhilaras mœſtos, & ſtolidos reprimis.
Os Oratorum modo vivis Tullius alter,
Callidus in verbis vivis Ariſtoteles.
Tempora, quæ modo ſunt, quæ ſunt ſine remige navis,
Rectorem ſtatuis te voluere ſibi.
Qui te fecerunt Odo velut Oſtia Romæ,
In modicu Romæ te facient Dominum.
Hic jam expectant ordiri provida fata.
Hic intelligimus, jam quo faveamus eis.
Odoni factus hæres in Pontificatum,
Mox in Papatum ſubſtituendus eris.
Hoc laus, hoc nomen, hoc ſignat copia linguæ,

D *Hoc alit ſenſus, prævinit integritas.*
Innuit hoc habitus tunicatu Religionis
Vos ambos idem Cluniacus genuit.
Ambos vos fovit, vos Oſtia ſuſtulit ambos,
Alter Papa fuit, nec minus alter erit.
O ſi tunc merear florere ſuperſtite vita.
Ut tunc te toto pallidus Ore canam.
Tunc Orpheus noſtram nequeat ſuperare Camœnam.
Si plenoſtatu buccina noſtra ſonet.
Vale &c.

Item de eodem Odone idem Baldricus Abbas.

Odonem ſalvere meum ſine fine peropto,
Odo mi ſalve, Papæ futurus ave.
Quod te dico meum, præſumptio dicere cogit
Tantum tantillus Pontificem Monachus.
Quem nunquam vidi, quem ſolis auribus hauſi,
Dicere præ nimio cogor amore meum.

Vi-

(*t*) Otho hic in poſtrema Ciaconii editione confunditur cum ſequenti Odone in nomine, ſeu in re, & nomine cum Odone Veliternenſi, aſſerendo hunc Othonem Oſtienſem ſimul, & Veliternenſem Epiſcopum ex marmorea inſcriptione conſecrationis S. Sylveſtri Velitrarum an. 1085. quæ quidem peracta fuit ab Odone Velitrenſi Epiſcopo eo tempore, quo Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiæ nondum in unum coiverant ovile, ut ibidem animadvertimus. Luc.

Viſceribus totum te noſtris inſinuavi,
Te ſiquidem novi carmina diligere.
Et laudas Vates, & præmia Vatibus offers,
Jocundus prudens, felle columba carens.
Compatiens miſeris, peregrinis auxiliator,
Morum præ cunctis aſperitate carens.
Maximus Orator, Vatum ſpecialis amator,
Invitas noſtros ad ſtudium calamos.
Talem te cupio, mihi te deſidero talem,
Qualis es, & qualem te volo promerear,
Quaſe mihi debe, quod debet amicus amico,
Quos indiſcuſſus conſolidavit amor.
Inter quos unquam non eſt alterna voluntas,
Qui rapiunt vivunt, & moriuntur idem.
Ecce tibi talem, me ſi dignare patiſcor,
O utinam votis faveris, Odo, meis.
Si mihi te dederis, ſi te dignabere noſtrum
Inter cantores Orpheus alter ero.
Jam quoque de veſtro nimium confiſus amore,
Audeo pro caris inſinuare meis.
Burchundum commendo meum, quem dilige multum,
Tutelaque tua conſilioque tuo.
Urit Widonis penuria multa penates,
Odo rariſeras cui plus divitias.

33. JOANNES Pſeudo-Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis factionis Gibertinæ interfuit conciliabulo Romano anno 1098. apud Baronium.

XXXVII. 34. LEO Marſicanus Campanus, à puero in Monte Caſino monachum induit, ubi tum ob vitæ ſanctimoniam, tum ob eximiam cum ſapientia literaturam celebris evaſit, cumque ejuſdem monaſterii Bibliothecarius, ac Decanus eſſet, cooptatus eſt in Epiſcopum, ac Cardinalem Oſtienſem à Paſchali II. anno 1101. Hic ingentis animi fuit, videnſque Imperatorem Henricum ex odio retinere Paſchalem, populum contra illum in ſeditionem vertit. Concilio Vuſtallenſi interfuit; majuſque altare S. Laurentii in Lucina conſecravit anno 1112. 15. die Octobris, ut ex antiquiſſima inſcriptione ejuſdem Eccleſię colligitur, quam in ſuos annales retulit Cardinalis Baronius, inveniturque ſubſcripſiſſe acta Concilii Laterani ſub Paſchali II. 5. Kal. Aprilis. Chronicon Caſinenſe intexuit in tres libros digeſtum, cujus exordium à S. Benedicto Patriarcha deſumpſit, ac uſque ad Abbatem Deſiderium ſuæ narrationis deduxit exordium, qui S. thronum poſtea nobilitatus, Victor III. appellatus eſt. Deceſſit 11. Kal. Aprilis, poſt ano. 1115. ut planè perſpici poteſt ex illo tempore, quo in vivis agebat. Invenitur enim ſubſcriptus Bullæ Paſchalis II. eccleſiæ Marſorum conceſſæ anno 1115. *Ego fr. Leo Epiſcopus Oſtienſis, &c.* Hujus ſucceſſorem anno 1115. Alphonſus Ciacon. Lambertum fuiſſe, manifeſtè ex incogitantia falſus affirmat; Bellarminus autem in lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis, vult eum fato ceſſiſſe in exordio ineuntis anni 1110. manifeſtiſſimi & ipſe erroris deprehenſus. Meminit autem Leonis Petrus Diaconus de viris illuſtribus monaſterii Caſinenſis.

XXXVIII. 35. LAMBERTUS de Fagnano Bononienſis (*„vel ex Caſtro Agri Imolenſis, ut placet Oldoino, „Canonicus antea Regularis Lateranenſis, deinde*) ejuſdem eccleſiæ Archidiaconus à Paſchali II. in locum demortui Leonis Marſicani, Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis ſuffectus eſt circa annum 1117. (*„Electionem Gelaſii II. ſuo voto juvit, quem & in ſummum Pontificem chriſmate oblinivit, cujus nomine „Legatione Pontificia functus, diſſidia, quæ Cæſarem „inter, & Sacerdotium verſabantur, ſedare ſategit, „ut in Conciliis Toloſano, Rhemenſi, & in Conventu „Wormatienſi, (corrige in Ciaconiano opere Waſtallenſi). Item Calliſtum II. conſecravit.* Lucentius.) Hic deinceps ad ſummum Pontificatum evaſit anno 1124. ſub nomine Honorii II.

36. PANDULPHUS monachus Caſinenſis à Paſchali II. presbyter Cardinalis, mox Epiſcopus Oſtienſis, ut fert Arnoldi Wion ſententia lib. 2. Ligni vitæ cap. 9. dictus eſt. Cæterum Wion ne deprehendatur in ſuis ſcriptis veritas vacillare hiſtoriæ, citat pro ſe Petrum Diaconum de Viris Illuſtribus Montis Caſini. Verum cùm ſub Innocentio II. floruerit anno 1131. id omninò evenire non potuit, cùm Joannes ſucceſſiſſet Lamberto anno 1125. clauſeritque diem extremum 1133. cui iterum ſucceſſit Draco, ut ſtatim videbimus. Quamobrem affirmare oportebit, aut illum Pandulphum nunquam fuiſſe Oſtienſem Epiſcopum, aut ſi ea dignitate inſignitus eſt, alio tempore Oſtienſem rexiſſe eccleſiam, id eſt poſt Leonem Marſicanum (ſi tamen aliquid mea me conjectura juvat) ad hujuſmodi dignitatem fuiſſe aſſumptum. (1) Cæterùm citatus Arnoldus in cauſa fuit, cur in noſtris notis Ciaconium manifeſtus nos abſtulerit error.

37. JOANNES monachus Camaldulenſis, ſacri Camaldulenſis Eremi VII. Prior, à II. Honorio ſummo Pontifice Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis adlectus eſt ano. 1125. menſe Decembri. Is Bononiæ honeſtis parentibus natus eſt, optimiſque imbutus moribus ex ſuæ gentis honeſtiſſimis exemplis, qui cùm apud pleroſque omnis ordinis homines ingentem ſui excitaſſet expectationem, ſeculum repentina voluntatis converſione deſeruit, ſeceſſitque in Camaldulenſem eremum, ibique Numini famulaturus, monachum induit; cumque in perfectionis orbita decurrenda præter omnium opinionem ulterius progreſſus fuiſſet, traxiſſetque tanquam aliquod præfulgens ſydus in ſe omnium oculos, incolæ ipſi illius eremi, Vidone generali per idem tempus orbati, ad tantum munus Joannem vel invitum traxerunt ann. 1114. Haud torpuit deinde novus prior, quin in ſe ipſum auſterior, erga cæteros verò cum gravitate humanior, ita à ſe ſemel profeſſum inſtitutum promovit, ut cum opibus fortuniſque mores redierint ſplendidiores, ejus ſanctitatis fragrantia prætergreſſa confragoſos Apennini cancellos, ad Conſtantinum Regem Sardiniæ, Marchuſamque ejus uxorem, eximiæ pietatis fœminam uſque pervenit. Qui cùm à Joanne ſuorum monachorum coloniam impetraſſent, in Sardinia denique fundato cœnobio, multis illud opibus, privilegiiſque auxerunt. Demùm nomen Joannis non modò Paſchalis II. temporibus celebre fuit, qui illum Eremi Priorem favorabili diplomate confirmavit, ſed etiam aliorum Pontificum, ac præcipuè Honorii II. concivis ſui, qui cùm ex Epiſcopo & Cardinali Oſtienſi Apoſtolicam Summam Sedem obtinuiſſet, Joannem Eremicolam ad Oſtienſem Epiſcopatum, Cardinalatuſque fulgorem opportunè vocavit, uſuſque ejus dexteritate, prudentiaque multa trepida Eccleſiæ negotia mirabili felicitate explicuit. XXXIX.

Defuncto Honorio, Joannes majori, ſaniorique Cardinalium parte inhæſit, cujus favore, contra Anacletum Pſeudo Pontificem, Innocentium II. Apoſtolicam ſubvexit ad Sedem, cujus auctoritatem, dignitatemque ut tueretur magnorum laborum, itinerumque adivit pericula, omnemque lapidem movit, ut ſchiſmate deleto, ſua eccleſiæ pax aliquando tandem rediret. Igitur cum rectè credentium animos præclariſſimè geſtis demeruiſſet, ingens, ac propemodum inconſolabile ſui deſiderium apud pleroſque facturus, vita functus evolavit ad cœlos anno 1133. Meminit Joannis Camaldulenſis Venerabilis Petrus Abbas Cluniacenſis li. 2. miraculorum cap. 19. cùm narraret, Joannem Camaldulenſem cuidam monacho S. Michaelis de Piſis apparuiſſe, illum moniturum brevi fore, ut Matthæus Epiſcopus Cardinalis Albanenſis ſe ſequeretur ad gloriam.

38. DRACO a deinde Gallus („*Ordinis*) S. Benedicti, Abbaſque S. Joannis Laudunenſis, Innocentio II. vocante in locum defuncti Joannis Epiſcopus Oſtienſis, & Cardinalis ſuffectus eſt anno 1134. menſ. Decembris in Urbe Piſana, non autem 1133. ut perperam arbitratur Ciaconius. Hic vir doctus, ac eloquens fuit, ac pietatis eximiæ, ut, qui Sigeberto ſupplementum adjunxit, ſcribit. Ea dignitate non ſine fama probitatis per annum enituit. Deceſſit autem XL.

a Sive Drogo.

(1) Mihi juſtè locum ſibi adſciſſet ante Lambertum, & poſt Leonem, cum vel antè annum 1130. obiiſſe, vel ſtatim nuncium huic Eccleſię, nullo teſtimonio dicendum foret, remiſiſſe. Unde eum de hac ſerie conſultò rejicimus. *Luc.*

eodem anno 1134. Teritur à doctis liber, qui de Corpore Chriſti inſcribitur, huic Cardinali vel adſcriptus, vel germanus partus.

XLI. 39. PETRUS monachus Caſinenſis, & Abbas Benedictinus Draconi prędicto ſucceſſit, ut quidam volunt. Extat hujus memoria in antiquiſſimo codice montis Caſini. Obiit 8. Kal. Martii, ut Ciaconio placet, quamquam perperam dicat illum fuiſſe electum 1130. quod incredibile eſt, cum per id tempus Joannes floreret Bononienſis, qui Draconem ſucceſſorem excepit. Nil tamen prohibet dicere, hunc Petrum paucis omninò diebus ſupervixiſſe, ſi tamen unquam in aliquo numero mortalium hanc lucem aſpexit. Cæterum quæ modò de Petro narravimus, eorum fidem apud Auctorem illibatam volumus eſſe, ne quemque ex conjectura videamur expoſtulaſſe mendaciorum.

XLII. 40. (1) ALBERICUS Belvacenſis Gallus, („ *Et apud Cluniacenſes Monachus Profeſſus,*) ab Innocentio II. ſummo Pontifice Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis pronunciatus fuit anno 1135. tametſi Ciacon. velit 1138. nullo fundamento nixus, ac malè, ſiquidem ab eodem Innocentio 1136. idem legatus fuit in Orientem, audaciam repreſſurus Rodulphi, qui in Antiochenam ſedem ſe intruſerat. Quem tandem in Synodo Antiochana à ſe coacta per ſcelus acquiſita exuit dignitate, ſicut etiam in eadem Synodo Serlonem Apameenſem Epiſcopum ita deturbavit de ſede, ut nec ſacerdotalis muneris ei quicquam reliquum fecerit, quippe quem convicerat perfidiæ, ut Willelmus Tyrius in Hiſt. lib. 15. ſcribit. Cæterum Albericus Templum Chriſto Servatori Hieroſolymis dedicavit, alteramque ibi Synodum celebravit, ut Maximum Patriarcham Armenum, ejuſdemque ſuffraganeos, qui in aliquibus Articulorum fidei à Romana Eccleſia temerè diſcrepabant, ad fidei unionem perfectè adduceret. Adhuc eodem Innocentio imperante, cùm rediiſſet Romam, in majorem Britanniam ſecundò legatus eſt, anno 1138. ut ibi Britanniæ Eccleſiæ res componeret. Quod ut commodius faceret, ex conſenſu Stephani Regis, Londini Concilium habuit, ac damnavit Archiepiſcopum Cantuarienſem, Theobaldum Abbatem Beccenſem, ut refert Rogerius Ovedenus in ſuis Annalibus Angliæ. Subſcripſit Bullam inveſtituræ Regni Siciliæ, Apuliæ, atque Capuæ Ducatus, ab Innocentio II. indultam Regi Rogerio 1139. Denique ſub Eugenio III. tertia legatione functus eſt anno 1147 in Gallias contra Henricum Petrobruſianum Hæreticum, qui ſuis perverſis dogmatibus Toloſanam Provinciam infecerat, in qua legatione D. Bernardum, ac Gaufridum Epiſc. Carnotenſem habuit collegas. Porrò Alberico agente, ubi hæreſum illa detonuiſſet procella, atque ad curiam reverti ſſet, eodem anno evolavit ad ſuperos, apud Virdunum in Galliis, ubi etiam ſepultus fuit, ut refert Gothifredus monachus Ciſtercienſis in epiſtola ad Epiſcopum Albanenſem de rebus Concilii Rhemenſis, atque à Baronio in ſuis annalibus relata: qui Albericum hominem doctrina potentem, ac ſanctitate conſpicuum, non dubitat appellare. Idem autem Gothifredus, Albericum ingentem Eccleſiæ columnam concelebrat, cujus doctrina, ac ſanctitas Gilbertum Porretanum Epiſcopum Pictavienſem deterrere ſolebat. Quam porrò arcta, quamque officiis omnibus cumulata neceſſitudo inter Albericum, & D. Bernardum interceſſerit, teſtes ſuaviſſimæ literæ ſunt, quas ſanctus ad eundem frequentiſſimè exarabat. Demùm ſanctimoniæ Alberici inter poſtremas notas non debet illa haberi, quod cum D. Bernardus ſupra ejuſdem ſepulchrum ſacrum faceret, perveniſſetque ad orationem pro mortuis, quam collectam vocamus, illa omiſſa, de ſanctis Confeſſoribus ſudit orationem, meliori ſpe utique plenus, amicum jam cum cæteris Confeſſoribus conregnare, cui inter mortuos nō potuiſſet orationibus ſuffragari.

41. * GUIDO Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis poſt Albericum ad eam dignitatem aſſumptus circa annum 1148. ſequenti vero ſubſcripſit diplomati erectionis Monaſterii Archanſani Ordinis S. Benedicti in Ducatu Witembergico, Eugenii III. apud librum, qui inſcribitur, Documenta rediviva Monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Witembergico tom. 5. Tubingæ 1636. XLIII. * Ex Ap. t. 1.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theadewinus S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Guido Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Nicolaus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Callixti.
Ego Nicolaus Presb. Card. tit. S. Cyriaci.
Ego a Ambertus Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ. a al. Alibertus.
Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureū.
Ego Joannes Paparo Diac. Card. S. Adriani.
Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Datum Laterani per manum Plebani Romanæ Curiæ Notarii 3. Kal. Febr. ind. 12. Incarnationis Dominicæ anno 1149. Pontificatus verò Domini Eugenii III. an. V.

Guido ut vides ante Nicolaum Albanenſem ſubſcripſit diplomati; clarum indubitatumque argumentum, quod ante Nicolaum Albanenſem ad Epiſcopalem Infulam aſcenderit; (a) ſucceſſeritque Alberico in Oſtienſi Eccleſia ante Hugonem. Romæ morabatur idem Guido, cum anno ſequenti, 1150. ab Eugenio III. Longobardiæ Legatus à Latere declaratus, inter Canonicos S. Vincentii, & S. Alexandri Bergomenſes litem compoſuit, cujus ſententiam retulit in lib. 27. tom. 2. partis 2. Bergomenſis Hiſtoriæ Frater Cœleſtinus Capuccinus, cujus initium: *Ego Guido dictus Oſtienſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilectis in Chriſto filiis Lanfranco Præpoſito S. Alexandri, & aliis ejuſdem Eccleſiæ Canonicis in perpetuum, &c.* De Guidone iſto Panvinius, Ciaconius, aliique qui de Epiſcopis Oſtienſibus ſcripſerunt, altum tenuere ſilentium. b Cæterum Guido, cum nulla alia hactenus de ipſo memoria reperiatur, eodemque anno 1150. Hugo Gallus in Eugenii diplomatibus ſubſcriptus notetur, ex hac mortali luce migravit. b Ignotus fuit etiam Oldoino.

OSTIENSES AC VELITERNENSES
Epiſcopi promiſcuè enarrati.

42. HUGO, Gallus, monachus Ciſtercienſis, Abbas Trium Fontium Catalaunenſis Diœceſis, ab Eugenio III. Epiſcopus Oſtienſis ac Veliternenſis Cardinalis appellatus eſt anno * 1150. paulò poſt quam eæ duæ Eccleſiæ ſub unius regimine coiiſſent. Hugo autem in Claravalle in Galliis ſub diſciplina D. Bernardi monachum induit, unà cum Petro Bernardo, qui ad Pontificatum evectus, Eugenius III. appellatus eſt, Hugonemque tunc Abbatem Trium Fontium in Galliis vocavit ad purpuram, in qua ita piè ſanctèque ſe geſſit, ut Alanus Epiſcopus Altiſſiodorenſis in vita S. Bernardi, hominem magnarum virtutum, ac ſanctitatis appellet. Extant multæ D. Bernardi literæ ad Hugonem, qui illum conjunctiſſimè amabat. Deceſſit autem ſub Hadriano IV. 1. die Decembris anno 1158. Hujus cum laude meminit Kalendarium Ciſtercienſe, refertúrque in Beatorum album à Joanne Cyrejo in catalogo Ordinis Ciſtercienſis, Manriques in laurea Evangelica lib. 3. Chriſtophorus Perales lib. 2. c. 3. Henriquez in Martyrologio Ciſtercienſi, 1. die Decembris. Tametſi aliqua ex parte Henriquez corrigendus videatur, qui in legenda epiſtola D. Bernardi 240. ad Comitem S. Ægidii Hildephonſum, deceptus eſt. Siquidem quicquid ibi D. Bernardus de Alberico Epiſcopo Oſtienſi cum laude commemorat, totum Henri- XLIV * Ex Ap. t. 1.

quez

(5) Rodulpho Ermanno, hodie de Staffa Perufino cum Cardinalatu Oſtienſem Eccleſiam per hæc tempora committit poſtremus Auctarius Ciaconii. Sed hæc Purpura, & præceſſio Infulæ cujus capitis delirantis ſomnium fuerit, vident quiſque ipſa inter Perufinos, & celer expungat de Cardinalium, & Epiſcoporum Oſtienſium faſtis mendum, quod irrepſit. Aut.

(6) Quod ſi ita res eſt, cum Nicolaus Albanenſis tiara inſignitus fuerit in ſecunda Cardinalium creatione an. 1146. ut adnotatur in Ciaconiano opere, vel dicendum eſt Albericum Oſtienſem Guidonis prædeceſſorem citius obiiſſe, quod affirmare nequimus, vel ſanè cenſendum non uno tempore cum Cardinalatu honore Albanenſem Epiſcopatum obtinuiſſe, ſed cum Petrus de Papareſchis deceſſit, quem obiiſſe Eugenii III. Pontificatu ſcimus, ſed quo anno ignoramus. Aut.

A quez Hugoni adſcribit incogitantia laborans. Quam autem intima familiaritate Eugenio III. Oſtienſis Hugo olim conjunctus fuerit, hæc ſubjecta epiſtola planè docet, quàm, ex antiquiſſimo manoſcripto, in monaſterio Morimundi Ciſtercienſis Ordinis propè Mediolanum aſſervato, legendam eruimus: Qua Cardinalis Hugo poſt mortem ejus Pontificis Ciſtercienſes ſuos in Capitulo congregatos certiores facit Eugenium fato ceſſiſſe in hæc verba.

Amantiſſimis in Chriſto Patribus a Gozovino Ciſtercienſi, & Bernardo Clarevallenſi, totique Ciſtercienſi Capitulo ad honorem Dei congregato, Hugo Dei gratia Oſtienſis Epiſcopus, unitatem Spiritus in vinculo pacis.

a al. Gozuino.

Sicut ſacra docet auctoritas, omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos fœni; Breves dies hominis ſunt; Tranſit homo velut umbra, nunquam permanens in eodem ſtatu, deficit ut fumus, cadit ut folium, quod à vento rapitur. Decus eccleſiæ, Pater juſtitiæ, Amator religionis, & Patronus, qui ſuperborum, & ſublimium colla propria virtute calcaverat, qui ſuper ſolium David, B *& ſuper Regnum ejus ſedebat, ut eccleſiam ſibi commiſſam, quam ad ſublimem ſtatum reduxerat, confirmaret, ac roboraret, Pater, inquam, noſter, ac defenſor felicis memoriæ, Papa Eugenius trabea carnis exutus 8. Id. Julii, carne immaculatus migravit ad Chriſtum. Exivit Chriſto obviam in aera, & ſic ſemper cum Domino erit, agnum ſecuturus quocunque ierit, cujus exequiæ præter ſpem omnium jam fere enim Senatum adnihilaverat, præter morem conſuetum, ita per b triduum ſunt a Clero, & populo celebratæ, ut jam crederetis regnantem in cælis, qui mortuus ita colebatur in terris. O quantus erat luctus omnium, quanta præcipuè lamenta pupillorum, & viduarum, jam diceretis eſſe cum Deo, qui ita lamentabatur à populo. Procul dubio ereptus eſt à laqueis venantium, contritus eſt laqueus, & ipſe liberatus eſt, raptus, ut credimus, qui ejus conſcientiam novimus, uſque ad tertium cælum, non relinquens nos orphanos, ut quidem autumant. Rogabit enim Patrem, & Unigenitum cum ſancto Spiritu, qui eſt Deus benedictus in ſecula, cum quo eſt pro nobis. Vos autem, de quorum collegio ipſe eſt electus, ut ſederet ſuper Principes, & ſolium* C *gloriæ teneret, orate pro eo, conſtituite perpetua beneficia, ut Deus ſibi indulgeat, & coronam gloriæ ſibi augeat. Pro M.B fratre noſtro ſimiliter orate: Pro nobis vero, qui in hac valle miſeriæ, in hac regione diſſimilitudinis, & in medio pravæ nationis remanſimus, & pro eccleſia Romana, quæ ex tam alto gradu, tam brevi ſpatio uſque in profundum abyſſi fere cecidit, nihilominus rogamus, oretis ne demergatur in profundum hujus magni maris, in quo ſunt reptilia, quorum non eſt numerus. Precamur obnixe, quatenus ſi parvitas noſtra quicquam eſt in oculis veſtris, petitiones, quas latores præſentium pro Domo S. Anaſtaſii, & pro Domo Nova Foſſa, & pro Domo de Caſamariis, vobis facient, benignè, & efficaciter exaudiatis. Alioquin ſciatis, quod inde magnum ſentietur ſcandalum.*

b al. biduum.

De Hugone memini me dixiſſe in noſtris Ciaconianis notis illum ex Abbate SS. Vicentii, & Anaſtaſii ad Tres Fontes Romæ ad Oſtienſem cathedram evectum fuiſſe ab Eugenio III. ann. 1146. eidemque in Abbatia ſucceſſiſſe Henricum Moricottum Piſanum, D qui ab eodem Pontifice anno 1150. creatus eſt presb. Cardinalis, titul. SS. Nerii & Achillei. Verum quidem eſt, quòd Henricus tunc Abbas erat SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Tres Fontes Romæ, quando ad purpuram illum vocavit Eugenius, non autem quòd Hugoni ſucceſſerit eo in munere, ſed Rualeno Eugenii ſucceſſore. Hugo inquam Abbas extitit Trium Fontium, non Romani cœnobii S. Anaſtaſii, quod vulgò ad tres Fontes vocat, ſed illius Monaſterii Trium Fontium, vel de Tribus, Fontibus, quod in Catalaunenſi Diœceſi in Galliis jam inde fundaverat Guillelmus de Campellis Catalaunenſis Epiſcopus, D. Bernardi amicus anno 1118. Hugo Turoldum excepit, ut

A ex epiſtola S. Bernardi ad eundem Hugonem jam Cardinalem Oſtienſem habemus. At verò quod Henricus presb. Card. SS. Nerei, & Achillei creatus ſit ex Abbate S. Anaſtaſii, (quod latuit Angelo Manriquez viro tum doctrina tum generis claritudine illuſtri, in 2. tom. Annal. Ord. Ciſtercienſis) docet Gaufridus Clarevallenſis monachus, ejus ævi ſcriptor, in epiſtola ad Albinum Albanenſem Epiſcopum, cum Gilberti Porretani cauſam, ejuſque diſcuſſionem ab Eugenio factam in Concilio Rhemenſi ordine commemorat, quam refert Baronius tom. 12. ad annum 1148. *Ecce aut* (inquit ille) *S. Bernardus, tenemus, quod quærebamus, ſcribatur iſta confeſſio. Præcepit ſummus Pontifex, & Dominus Henricus Piſanus, tunc Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, futurus poſtea Clarevallenſis monachus, & ex Abbate S. Anaſtaſii SS. Nerei & Achillei presbyter Cardinalis, ad ejus mandatum porrexit, & attulit cartam, calamum, & incauſtrum.* Hæc ille. Ex iis quæ refert Gaufridus haud dubitandum eſt, quin Henricus Abbas fuerit S. Anaſtaſii ad tres fontes B Romæ cum Cardinalis crearetur, Hugo verò ex epiſtola S. Bernardi, Abbas Trium Fontium in Galliis, cum eo anno, ac die ambo vocati fuerint ad purpuram, ut ſcribunt cordati, ſuadetque ratio, ut duo eodem ſimul die, & anno præfuerint monaſterio, quod eſt abſurdum. Hugo Guidoni ſucceſſit in Oſtienſi Epiſcopatu ann. 1150. non autem 1146. nam Albericus extrema clauſit, ut ſuprà narravimus ann. 1147. in fine, a cui ſucceſſit Guido, Guidoni Hugo Gallus. Hugonis verò plurima mentio habetur in Pontificiis diplomatibus Eugenii III. ann. 1150. Errorem auxit Arnoldus Wion lib. 2. Ligni vitæ, & Ciac. ex Panvinio, qui cùm repetiiſſent Hugonem Abbatem Trium Fontium fuiſſe, decepti nomine frequentiori, eum SS. Vincentii, & Anaſtaſii adſcribunt. Ex iis etiam M.S. catalogus Abbatum S. Anaſtaſii ad Tres Fontes, & nos ipſi eorum auctoritate freti, decepti ſumus. At noſtra errata libenter fatemur, & caſtigamus, dum eruditorum virorum ratio ſuppetit, quorum judicio libenter ſubſcribimus.

a Ex Ap. t. 5.

C 41. HUBALDUS a Allucingulus, Lucenſis (,, *ex Canonico ab Innocentio II. ann.* 1140. *factus* Luc.) presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, ab Hadriano IV. poſt mortem Hugonis in Epiſcopum, & Cardinalem Oſtienſem, & Veliternenſem cooptatus eſt ann. 1158. (1) menſ. Martio, ann. verò 1181. poſt Pontificis Alexandri exceſſum, ſub nomine Lucii III. ad ſummum Pontificatum aſcendit. (,, *Septem ſummis*
,, *Pontificibus præſto fuit, plurimaſque legationes explevit. Primus ſacri Collegii Decanatum intulit, quæ*
,, *dignitas adhuc vaga nullam certam ſedem reſpiciebat. Hujus celebris mentio in Can. cum eſſet de Teſt.*
,, *Ab Imperatore ſchiſmatico Friderico quanti habitus*
,, *fuerit, vide Baron. an.* 1175. Lucentius.) XLV

a al. Humbaldus.

42. THEOBALDUS Gallus, monachus, & Abbas Ord. Ciſt. inde Prior monaſt. SS. Criſpini, & Criſpiniani, Ord. S. Benedicti, poſtea ejuſdem cœnobii Abbas poſt Beneredum Cardinalem; primus S. Baſoli Diœceſis Rhemenſis Archimandrita, mox etiam Floriacenſis, tum S. Luciani, nec multò poſt XV. D Abbas Cluniacenſis, ut quidem refert Robertus de Monte in appendice ad Sigebertum, qui deinde affirmat hunc ipſum à Lucio III. ſummo Pontifice fuiſſe electum Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem, ac Veliternenſem ann. 1184. Ciacon. verò ejuſdem electionem rejicit in ann. 1183. Doctiſſimus autem Petrus Frizon in ſua Gallia purpurata, Theobaldum refert primum ab Alexandro III. presbyterum Cardinalem tit. S. Crucis in Hieruſalem fuiſſe electum anno 1179. deinde verò à Lucio III. anno 1184. (2) in Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem fuiſſe cooptatum. Hic legatione functus eſt in Germaniam an. 1186. Eccleſiamque monaſterii S. Crucis de Auſtria Ordinis Ciſtercienſis conſecravit, ut legitur in chronico Auſtriæ XLVI

Mat-

(1) Si Hugo anteceſſor obiit die 1. Decemb. 1157. ſcribendum eſſet an. 1159. menſe Martio illi Hubaldum ſucceſſiſſe, atque ita emendat hunc numerum hic Lucentius. Attamen an. 1158. Hubaldum jam Epiſcopum Oſtienſem, atque Veliternenſem fuiſſe conſtat ex Epiſtola Hadriani IV. ad Leonatem Abbatem Caſaurienſem ſub dat. an. 1158. 12. Idus Martii Indictione VI. quam refert in tomo V. ſpicilegii Harduinus in noviſſima Conciliorum editione tom 6. p. 1566. Ibi enim ſubſcribitur Hubaldus Epiſcopus Oſtienſis. Quare oportet Hugonem, ſi deceſſit in Epiſcopatu, dicere obiiſſe ante tempus à Kalend. Ciſtercienſi, & ex eo ab Ughello hic præſignato.

(2) Tempus, quo Theobaldum ſibi ſubrogavit Lucius in ſolio Oſtienſi haud protractum cenſeo uſque ad annum 1184. Nam ex tabula marmorea, quam Oldoinus in ſua additione ad Lucium III. adducit, jam Theobaldus erat Epiſcopus Oſtienſis 3. Idus Julii anno 1183. & privilegio Anconitano Abbatiæ Novi

Matthæi Morenſis de Bappenhaim. Deceſſit autem Romæ anno 1188. pridie nonas Novembris. Cæterùm Arnoldns Wion lib. 2. Ligni vitæ, c. 9. cum aliis dicit, obiiſſe illum in Cluniacenſi cœnobio, ubi jacet ſepultus, qui, quàmque toto cœlo aberrent, ex ejus brevi epitaphio abundè colligitur, quòd in eccleſia S. Pauli extra muros nrbis, in brevi, candidoque marmoreo lapide ſub ſcalas majoris Altaris ita legitur inciſum:

Hic requieſcit Dominus THEOBALDUS Epiſcopus Oſtienſis.

XL. VII. 43. OCTAVIANUS nobilis Romanus, Odonis patruus de Polo, affinis vero Papæ Innocentii III. ſenatoriam purpuram Cardinalatus, ac Epiſcopatus Oſtienſis ac Veliternenſis, Romanamque Præfecturam ſub Clemente III. aſſecutus eſt anno 1189. (1) In die cinerum ex Diacono Cardinali SS. Sergii, & Bacchi. Hujus Octaviani meminit Rogerus in annalibus Angliæ, quando ab Urbano III. legatus eſt, ut Joannem Henrici filium in Hyberniæ Regem coronaret. Ad eundem etiam ſcribit Petrus Bleſenſis. Præterea ſub Cœleſtino III. cum Jordano Cardinale Foſſæ Novæ in Normandiam etiam legatus eſt, ut iitem, quę inter Willelmum Epiſcopum Elienſem, ac Waltherum Archiepiſcopum Rothomagenſem vertebat, dirimeret. Cœleſtino III. defuncto, Octavianus ad Pontificatum aſpirans, tulit repulſam, ſubvectuſque eſt ad thronum Innocentius III. ſub quo Octavianus diem clauſit extremnm circa annum 1206. („*Qui* „*fuit Octavianus, & quantis celebris pro Eccleſia Le-* „*gationibus, & laboribus, vide Auctarios Ciaconii.* „*Nondum quippe purpura ornatus Legationem geſſit in* „*Gallia pro Alexandro III. in aliis Sueſſionenſem* „*Synodum habuit. Nos ex notis Holſtenis habemus in* „*veteri Martyrologio S. Cyriaci hæc:* Nonis Aprilis „obiit Octavianus Epiſcopus Oſtienſis, & Cardina- „lis tit. S. Chryſogoni. *Lucent.*)

XL VIII. 44. HUGOLINUS a Anagninus Comes („*Ro-* „*manus ex comitibus Anagniæ*) patruelis fratris Innocentii III. („*Filius*) ex diacono Cardinali tit. S. Euſtachii ab eodem Innocentio ad Epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternenſem ſubvectus eſt anno 1206. m. Decembri, qui poſt trepidas legationes, implicitaq; expedita negotia, pròque eccleſia ſancta manifeſta adita pericula, ad Apoſtolatus faſtigium pervenit anno 1227. Gegorius IX. feliciſſimo omine appellatus. („*SS. Dominico, & Franciſco eximie charus.* „*Dum Franciſci generalibus comitiis in Aſſiſiano agro* „*intereſſet, Franciſco tanto Jesu Christi Levita exi-* „*mius Sacerdos ſacrificium offerebat. Primus Sera-* „*phici ordinis Protector, qui Regulam etiam Monia-* „*libus S. Damiani tradidit, quam deinde Lugduni In-* „*nocentius IV. confirmavit, ut ex Wadingo t. 1. ann.* „*1219. Decretales Epiſtolas in unum congeſſit, & quin-* „*que libris publici juris fecit, inter quas ad eum ſunt* „*literæ Innocentii III.* De Poteſt. prælat. tit. 4. cap. 2. „*Ex præcepto Papæ mandata dedit Veliternenſibus,* „*Coranis, & Sermonetanis pro conſervanda pace cum* „*Nymphanis, Setinis, & Sanguineo Caſtellano Aquæ* „*Putridæ, quæ mandata referuntur à Balluzio lib. 2.* „*Miſcell. Paris. 1679. fol.* 148. Lucent)

XLIX. 45. RAYNALDUS („*Romanus*) ex Comitibus Signiæ filius Philippi fratris Gregorii IX. ex diacono Cardinali tit. S. Euſtachii, pronunciatus eſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis ab eodem Pontifice anno 1231. (2) menſ. Septembri, („*Legationes Viterbienſem, & Gallicam Ciſalpinam* „*obivit. Suas oves ipſe è ſuggeſto docebat. Secundus* „*Franciſcani ordinis Protector S. Bonaventuram ar-* „*ctiſſime coluit.*) Anno verò 1254. ſummus Ponti- „fex conſalutatus eſt, Alexandrique IV. nomen tu- „lit. („*Pontifex plures ſcripſit Decretales, quæ in* „*Sexto continentur; Oſtienſem Eccleſiam ſibi retinuit* „*in Papatu uſque ad obitum.* Lucent.) Quo ſedente Veliternenſes cives, Apoſtolicæ ſedis fideles à Gregorio IX. ſequenti privilegio exornati fuere an. 1235. ex Reg. Vatic.

GREGORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei.

Civibus Veliternenſibus, Apoſtolicæ Sedis Fidelibus.

Antiqua progenitorum veſtrorum, & veſtra fidelitas dudum ab Apoſtolica ſede promeruit, civitatem veſtram ſpecialis munificentia gratia, & ſingularis libertatis privilegio honorari, ut munerum donativa illos gaudentes efficeret, ac ad obſequendum fideliter vos, & poſteros animaret, ut autem patrum veſtrorum recenſita conſtantia inflammaret ardentiùs ad matris obſequia corda veſtra, felicis memoriæ Urbanus Papa II. in ſuo privilegio civitati veſtræ conceſſo ad futurorum memoriam diligentiùs exaravit, qualiter pro eccleſia invicta fidelitatis veſtrorum proſapia veterum ludibria experta, & verbera, vincula, & carceres, ac tandem morti cedere neſcia, cunctis Eccleſiæ adverſantibus fortior mente fuit, & quia in fornace tribulationis probata frequenter, in præclara fidei puritate velut rutilans micuit, vos tanquam veri palmites ex nobili, & memoranda illa progenie pullulantes, illius intimini è veſtigio ſectari veſtigia, dum pro ſede Apoſtolica damna rerum, & exterminia bonorum contemnitis, perſonas audacter periculis exponentes in faucibus hoſtium conſtituti. Unde quemadmodum in tentationibus noſtris permanetis nobiſcum fideliter, diſponimus vos, velut domeſticam familiam in ſinu matris diligentiùs confovere, diligere propenſiùs, & conſuetæ libertatis inſigniis decorare. Hinc eſt quod nos libertates, & immunitates vobis conceſſas, & conſuetudines confirmatas à felicis recordationis Paſchali, & Urbano prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, & hactenus obſervatas, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & cenſemus in poſterum obſervandas. Vos autem noſtræ curiæ unius comeſtionis pabulum, parlamentum etiam, nec non & hoſtem per Maritima, & Campaniam facietis; ad exemplar autem prædeceſſorum noſtrorum Gregorii VII. & Urbani II. omnes conſuetudines, & exactiones ſuper vos a potentioribus introductas auctoritate præfata abolentes, interdicimus, ne ipſi præſumant de cætero gravamina vobis imponere, vel ſuæ ſubjicere ditioni, cum ſub juriſdictione tantum, ac poteſtate ſedis Apoſtolicæ tanquam ſpeciales filii, & fideles debeatis quietè, & liberè permanere, ſanè Civitatis veſtræ habitatores, nec non, & antiquos fines terræ veſtræ ab omni ſecularis poteſtatis invaſione, ac infeſtatione ſecuros ſervare cenſemus. Confirmamus autem vobis, & ſine ulla contradictione decernimus, a vobis, & veſtris hæredibus in poſterum poſſidenda, videlicet terras cultas, & incultas, ſylvas, montes, planities, rivos, paludes, aquæductos, & omnes alias poſſeſſiones veſtras, prout continetur in antiquis privilegiis Pontificum Romanorum, & illa hactenus poſſidetis, fines verò ipſos, ſicut in præfati Paſchalis privilegio deſcribuntur, hic duximus annotandos. A primo videlicet latere incipit foſſatum, quod deſcendit à monte Epiſcopi, & deſcendit ad aquam palumbam, & exinde in ſilice de Macro, inde verò protenditur finis in vallem ad centum Guttas, & deſcendit ad Balneum novum, exinde revertitur in pratalinum de formali de ulmis, deſcenditque per vallem in poſſeſſionem S. Andreæ in Silice, ac deinde in foſſatum de Luttaro, & exinde juxta vineas S. Andreæ in foſſatum de Arcione, deſcenditque per ipſum in Silicem, ac per eam recurvatur in foſſatum de Formello, inde deſcendit in vallem de Seazi. A ſecundo vero latere finis incipit à Columnella marmorea, quæ inter vos, & habitato-

Portus, ab eodem Lucio, dum Mutinam peteret, elargitu, Theobaldus ibi ſubſcribitur Oſtienſis, & Veliternenſis Epiſcopus an. 1183. 15 Kal. Julii, ut ab Ughello refertur in Anconitanis, quod ipſe non advertit. Igitur rejiciendi omnino, qui Theobaldum dicunt in ea Cardinalium promotione evectum fuiſſe ad Oſtienſem Cathedram quam Lucius Veronæ habuit 1184. *Lucent.*

(1) Hinc corrigendus Ciaconius, qui ſecundam Cardinalium creationem ſub III. Clemente rejicit in an. 1188. In ea enim ad Epiſcopatum Oſtienſem transire nequivit Octavianus, cum eo tempore adhuc viveret Theobaldus. Item & Panvinius expurgandus, qui vice Octaviani Bobonem dicit ex Diacono Epiſcopum factum Oſtienſem. *Luc.*

(2) Panvinio placet, an. 1134. m. Decembri. Verum ante annum 1234. id aſſecutum conſtat ex literis Joannis Epiſcopi datis ad Gregorium IX. an. 1231. m. Junio, relatis inter Alatrinos apud Ughellum, in quibus ea nomine hujus Raynaldi, ibique vocatur *Electus Oſtienſis.* *Laurentius.*

tatores S. Petri, in forma olim fuit, inde verò protenditur in Plagarum de Salciara. A tertio autem finis incipit à foſſato de Carsiano, ac per ipſum aſcendit ad Pontem de Carano, indeque aſcendit ad formales de Stusiis, & exinde tenditur in foſſatum S. Angeli ſub terra, & per ipſum foſſatum ad Pensomicchiam atque inde aſcendit ad Fontem de Ficu, & inde uſque in Silicem, ac per eam in Pontem Marignellum, & per ipſum ad aquam Luciæ, atque ad ſummitatem montis de Spina. A quarto autem latere per montis cacumen protenditur finis uſque ad primum. Nos igitur ad inſtar prædicti Paſchalis prædeceſſoris noſtri fines ipſos cũ detrimento veſtro mutari omnino interdictione Apoſtolica prohibentes, ſub pœna ab ipſo in tranſgreſſores adjecta, ſtatuimus, ut quæ inter eos continẽtur, ſicut jus eſt uniuſcujuſque tã vos, quam veſtri hæredes, vel quibus vos legitimè conceſſeritis, ita quòd in potentiores perſonas, & in non vaſſallos Eccleſiæ minimè transferantur, poſſideatis in perpetuũ pacificè, ac quietè. Decernimus ergo, & noſtra protect. confir. conſtit. & conceſſæ libertatis, nec non & inhibitionis infringere, &c. Si quis autem, &c.

B *Ego Gregorius Cath. Eccl. Epiſc.*
Ego Joannes Sabinenſ. Epiſc.
Ego Iacobus Tuſculan. Epiſc.
Ego Thumas tit. S. Sabinæ presb. Card.
Ego Ioannes tit. S. Praxedis presb. Card.
Ego Gufredus tit. S. Mariæ presb. Card.
Ego Sinibaddus tit. S. Laurẽtii in Lucina presb. Card.
Ego Stephanus S. Mariæ Tranſtyb. tit. Calliſti presb. Cardinalis.
Ego Iacobus Præneſtinus electus.
Ego Raynerius S. Mariæ Coſmedin. Diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card.
Ego Petrus S. Georgii ad velum Aureum Diac. Card.
Ego Raynaldus S. Euſtachii Diac. Cardinalis.
Ego Otho S. Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardinalis.

Datum Peruſii per manum Magiſtri Bartholomæi S. R. E. Vicecancellarii, 3. Nonas Ianuarii, Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno 1235. Pontificatus vero D. Gregorii Papæ IX. anno VIII.

L. C 46. HENRICUS de Bartholomæis è Seguſio, ſive de Suſa nobilis Pedemontanus, magni nominis Doctor, ex Archiepiſcopo Ebredunenſis, Urbano IV. vocante in ſecunda creatione Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis adlectus eſt 1263. a menſ. Decemb. Hic cùm omnes ferè diſciplinas largiùs imbibiſſet, Alexandri IV. hortatu, ſuper epiſtolas decretales optimam expoſitionem deprompſit, inque utroque jure alteram ſummam producit, quam vulgò ob excellentiam Oſtienſem vocant. Legatione functus eſt in Inſubria. (1) deceſſit autem Lugduni anno 1271. 8. idus Novembris, ſepultuſque eſt in templo Fratrum Prædicatorum. Henrici meminit Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Trithemius, & alii. Ciaconio placet Henricum ad Oſtienſem dignitatem promotum fuiſſe anno 1261. in prima creatione Urbani, ſed manifeſtè decipitur. Siquidem Theodoricus Vallecolorus in lib. de geſtis Urbani IV. in ſecunda promotione, aſſerit illum ea dignitate fuiſſe inſignitum an. 1263. nec minus aberrat Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, dum contendit Henricum fato ceſſiſſe anno 1276. Frizon nec bene anno 1281. Henrico enim ſucceſſit in Epiſcopatu Oſtienſi an. 1272. Fr. Petrus de Tarantaſia, qui in Concilio Lugdunenſi ſedit ann. 1274. cùm jam Epiſcopus Oſtienſis creatus fuiſſet, & biennio poſt ad ſummum Apoſtolatus apicem evectus; id evenire nullo modo potuiſſet, ſi Henricus inter mortales eodem tempore vixiſſet; nam ſimul duo Epiſcopi Cardinales Oſtienſes eſſe non poterant.

a vel 1261. ex Frizon.

LI. 47. FR. PETRUS de Tarantaſia Ordinis Prædi- A catorum, Archiepiſcopus Lugdunenſis, à Gregorio X. Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis electus eſt ann. b 1272. ac major Pœnitentiarius S. R. Eccleſiæ. Vir ſanctimoniæ laude præſtantiſſimus, doctrinaque conſpicuus, quibus virtutibus iter ſibi ad Pontificatum aperuit anno c 1278. ac Innocentii V. illi nomen inditum fuit. („ *Lugdunenſi Generali Concilio* „ *interfuit, ibique funebri panegyrico B. Bonaventuræ* „ *ſacra jura erugavit*. Lucentius.)

b 1273. Ciaconio, ſed mendoſe.
c 1276.

48. F. LATINUS Malabrancha Urſinus („ *Romanus*) Nicolai III. ſummi Pontificis ex ſorore nepos, cùm Ordinis fratrum Prædicatorum Inſtitutum ſemel profeſſus fuiſſet; adeò ſacris, prophaniſq; diſciplinis imbutus eſt, ut Pariſiis, omnibus acclamantibus doctoratus, ut vocant, lauream, tulerit; Priorque S. Sabinæ Romæ electus, adeò probitate morum in eo munere fulſit, ut à patruo Nicolao ſummo Pontifice Oſtienſis Cardinalis, ac Veliternenſis Epiſcopus tandem ſit declaratus an. 1278. („ *Addito titulo ſidei generalis Inquiſitoris an. 1278. 4. id. Mar.*) Romam rexit cum Pontifex B abeſſet, Jacobo Columna adjuncto ſibi collega Cardinali. Bononienſibus deinde legatus Pontificis leges dixit, Æmiliam provinciam frænavit, eademque inſignitus legatione, in Hetruriam profectus eſt, ac Florentiæ præcipuè illa ſua admirabili eloquentia ita egit, ut jam olim ex ſtudio partium Gibellinorum, Guelphorumque exulceratos animos, in platea S. Mariæ Novellæ, ut vocant, è ſuperiori loco pacem inculcans, reconciliarit. Primus idem Latinus ejuſdem S. Mariæ Novellæ templo primum lapidem jecit, Cœleſtinoque V. ad arbitrium Cardinalis Latini Pontificatus onus delatum eſt, quo ſedente Latinus non ſine ſanctitatis odore deceſſit Peruſiæ anno 1294. 4. id. Aug. cujus corpus poſtea Romam delatum eſt, tumulatumq; in ſacriſtia S. Mariæ ſupra Minervam, in marmoreo ſepulchro, ubi poſt multos elapſos annos Matthæus Urſinus Cardinalis ejuſdem Ordinis etiam conditus eſt, cum hac ſimplici inſcriptione ſubjecta.

LII.

Ven. Mem. FF. LATINI, & MATTHAEI,
Urſinorum Ordinis Prædicatorum S. R. E.
C *Cardinalium.*

49. F. HUGO Seguin de d Bibliomo, Gallus Arvernenſis, Claramontanæ Diœceſis, urbe Billonenſis, Ord. Prædicatorum, presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ, à Nicolao IV. ann. 1488. creatus, mox Archiepiſc. Lugdonenſis, à Cœleſtino V. ann. 1294. menſ. Septembri electus eſt Epiſc. Oſtienſ. Cardinalis, ac Velitern. Vir ſane doctus, & qui multa ingenii monumenta reliquit. Romæ è vivis exemptus eſt 3. Kal. Januarii 1298. ſepultuſque eſt ad S. Sabinam ante altare majus, cum hoc rudi Epitaphio marmori inſculpto, jacentis laudes utcunque prodente. LIII.

d al. Billiomo.

Hugo vocatus homo fuit hic, & de Bibliomo,
Per mortem clarum dedit hunc Aruernia carum;
Ordinis hic Frater quippe dicat hunc buna mater
Edidit ad ſtudia, Doctorem Theologiæ.
Cui ſocios Petrum, Paulum det gratia Chriſti.

50. (2) F. NICOLAUS Bocaſinus è Tarviſio, Ordinis Prædicatorum Generalis, presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ, ad Cardinalatus dignitatem à Bo- D nifacio VIII. vocatus eſt, & ab eodem Pontifice Oſtienſis, ac Veliternenſis Epiſcopus declaratus ann. 1300. 2. Martii In Poloniam, Dalmatiam, Croatiam, Daniam, Sveviam, atque Pannoniam profectus eſt, Romamque reverſus, non multò poſt evaſit ad ſummum Pontificatum, ſub nomine Benedicti XI. an. 1303 LIV.

51. F. NICOLAUS (3) Martiol Pratenſis Thuſcus Ord. Prædicatorum, Theologus, atque Epiſcopus Spoletanus, Romanus Viceſgerens, à Benedicto XI. anno 1303. 18. Decembris adlectus eſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis, homo LV.

(1) Hic ille Cardinalis, qui in Comitiis Viterbienſibus pro Romano Pontifice deligendo tædio affectus, morboque gravatus indultum impetravit pro egreſſu à Palatio diſcooperto Conclavi, ut in additione Oldoini ad Gregorium X. videre eſt. *Lucent.*

(2) Fr. Jacobum Thomaſinum Ordin. Minorum Anagninum Patria Presbyterum Cardin. tit. S. Clementis Marianus, & Marcus Olyſipponenſis affirmant fuiſſe Epiſcopum Oſtienſem aliquandiu poſt adeptum Cardinalatum, & ab eo excidiſſe tantum morte ſublatus anno 1300. Nobis haud dubium eſſet aſſerere Hugoni ſucceſſiſſe anno 1298. cum ſequens Nicolaus non niſi anno 1300. ad hos devenerit ſedes. Verum cum nec Ciaconius, Panvinius, & Ughellus, nec alii certis documentis videatur hoc indicare, eorum judicio relinquimus. Tenuiſſe uſque ad obitum Titulum S. Clementis, non inficiatur, cum & alii cum Epiſcopali Oſtienſi eum Titulum presbyteralem ſibi reſervaverint. Dubietas omnis dilueretur (quod Lucas Wadingus, Ciaconius, aliique aſſerunt) verum ſi eſſet eum produxiſſe vitam uſque ad annum 1304. quo tempore cum Nicolaus præeſſet Oſtienſibus, fatendum quoque Jacobum in ſuo ſimplici titulo vitam finiviſſe. At demum pro noſtra ſententia accedit infragibile teſtimonium Vaticani Regeſti Epiſt. 48. fol. 13. ex quo habetur Bonifacium VIII. anno quarto ſui Pontificatus commendaſſe Eccleſias Oſtienſem, & Veliternenſem per obitum Hugonis de Billiomo Leonardo Epiſcopo Alatrino; ſicuti etiam in Alatrinis infra dicemus. *Luc.*

(3) E comitibus Albertis erat; Martini vero, ſi genus inſpiciatur maternum. *Luc.*

mo doctiſſimus, ingeniique laude præſtantiſſimus. Cùm autem in Hetruria res æſtuarent, Florentinoſque præcipuè civilis inteſtinaque diſcordia commiſiſſet, Benedictus Pontifex illuc Nicolaum legavit, ut res componeret, ne publica illorum res labaret ad ruinam. Cæterum apud pervicaces incaſſum ingenii vires contendit. Quippe Gibellinarum partium ſuſpectus, ſurdis, ut ajunt, fabulam cecinit. Quamobrem ex irrito conatu percitus ita, civitate exceſſit, illamque aqua, ignique interdixit, donec ad meliorem mentem rediret. Ex Nicolai autem ſententia Clemens V. Pontifex acclamatus eſt, poſt Benedicti XI. obitum. Hic ille Clemens eſt, qui S. Apoſtolicam Sedem in Gallias tranſtulit, tanto Italicarum rerum, vel incommodo, vel exitio, ut majorem cladem ex illo abſceſſu, quàm ex ullo unquam barbarorum hoſtili procurſu tuliſſe dicatur Italia. Sub eodem Pontifice legatione functus eſt, Arnoldo Cardinali Sabino, Lucaque Cardinali de Fliſco adjunctis ſibi collegis, coronavitque apud Lateranum Henricum VII. Imperatorem; quartaque demùm legatione inſignitus, in Siciliæ Principem eandem regiam contulit dignitatem. Scripſit de Paradiſo, ac de Pontificalium comitiorum habendorum ratione. Avenione deceſſit anno 1321. ſepultuſque in Fratrum Prædicatorum templo, cujus ſepulchro hoc Epitaphium illa rudis ætas affixit.

Nicolai Pratenſis, Epiſcopi Cardinalis Oſtienſis.
Eloquium, bona vita, virens, diſcretio fulta;
Conſilium, doctrina vigens, prudentia multa,
Iſta ſilent, hic illa docent, ſunt cuncta ſepulta
Virginis à partu numeratis mille trecentis
Annis bis denis uno, quartiſque Kalendis,
Quem genuit Pratum, Spoletum Pontificatum
Oſtiaquem dedit Romano Cardine gratum.

LVI. 52. RAYNALDUS *a* à Porta de *b* Alaſſatto Lemovicenſis Gallus, („ *ex Archidiacono Epiſcopus*
a Sive Reginaldus. *b* al. de Alaſſato. „ *Lemovicenſis, inde*) Archiepiſcopus Bituricenſis, („ *Et legatus Apoſtolicus apud Belgas*) purpurea dignitate condecoratus eſt tit. SS. Nerei, & Achillei ſub Joanne XXII. atque ab eodem ad Epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternenſem aſſumptus anno 1321.
c 1326. ex libro diviſionum. Avenion. deceſſit 1325. *c*

LVII. 53. BERTRANDUS de Pleto, aliàs de Podietto Gallus („ *Abbas de Porto de Caſtronovo in Gallia.*) Joannis XXII. nepos, ex presb. Cardinali tit. S. Marcelli, electus eſt Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis an. 1325. Hic legatus de latere per an. 16. Italia jura dixit. cujus res geſtas memorat Joannes Villanus, aliique pluſes, qui illorum temporum ſcripſere hiſtoriam. Deceſſit Aven. anno 1351. 3. Februarii, inque templo Fratrum Minorum ſepultus fuit („ *Extant ad*
„ *Bertrandum Joannis litera pro fratribus Minoritis*
„ *data anno 1328. in quibus adhuc vocatur Oſtienſis electus. Huic ſuas Lucubrationes dicavit Nicolaus Archiepiſcopus Jaderenſis, de quo ibi.*
„ JOANNES *Eco mutibus Albertis, aliis Martini,*
„ *ſupramemorati Nicolai Nepos ex fratre, cui, dum*
„ *has poſſideret Eccleſias, ſucceſſor neutiquam datus*
„ *eſt a Pſeudo-Papa Corbario Nicolao V. nuncupato,*
„ *in prima pſeudo-Cardinalium promotione anno 1328.*
„ *die 17. Maji; ſed abſciſſo monſtri capite, & ipſe decidit ſacris interdictus: ex Reg. Vaticano unde nobis*
„ *innotuit.* Lucentius.)

LVIII 54. STEPHANUS Alberti, Lemovicenſis, Gallus, („ *Cauſarum prius Auditor in Romana Curia*
„ *deinceps Epiſcopatibus Noviodunenſi, Cameracenſi, & Claramontenſi ſucceſſivè decoratus, hinc major Pænitentiarius. Poſtea*) ex presbytero Cardinali tit. SS. Joannis, & Pauli, ad Epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternenſem provectus eſt 1352. 13 Februarii à Clemente VI. poſt cujus exceſſum in ſummum Pontificatum ſucceſſit, quem VI. Innocentium appellaverunt. („ *cum VI. Clementis nomine Anglicana*
„ *functus eſſet legatione.*)

LIX. 55. PETRUS Columbarius, Petrus Bertrandi appellatus, Petri Bertrandi Cardinalis nepos tit. S. Clementis, qui è vivis exceſſit 1348. die 23. men. Junii, patrui *d* honoris gratia, cognomen aſſumpſit Columbarii veteris, proprioque ſuppreſſo, quòd ſub ejuſdem doctiſſima diſciplina creviſſet. Primùm Nivernenſis fuit Epiſcopus, mox Atrebatenſis, deinde Cardinalis tit. S. Suſannæ à VI. Clemente 1344. d. 27. menſ. Februarii, adhuc vivente patruo, ut narrat Wido Bernardus in vita Clementis VI. Oſtienſis, ac Veliternenſis Epiſcopus dictus eſt, cum ad eam ſedem *d* Dele patrui, & lic. demonſtr. translatus fuiſſet ab Innocentio VI. anno 1353. Miſſus in Italiam legatus in Vaticano die 4. Aprilis auguſtalibus titulis decoravit Carolum IV. Imperatorem („ *& conjugem Annam.*) anno 1355. („ *Poſtmodum Cruce ſignatorum Caput Galliæ, & Angliæ Legationibus perfunctus eſt.*) Contagioſo morbo Aven. deceſſit 1361. d. 13. Julii, ſepultuſque eſt apud Cœleſtinos Columbarienſes in monaſterio, quod jam olim ipſe fundaverat. Hujus Cardinalis ideò Ciaconius non meminit, quòd illum cum Petro Bertrando, patruo Cardinali vecorditer ſatis confundat, qui à Joanne XXII. ann. 1331. 20. Decembris in Cardinalem fuerat cooptatus, ac ſub Clemente VI. è vita deceſſit, de quo in noſtris ad Ciaconium notis ab amico quodam decepti, retulimus fuiſſe Oſtienſem Epiſcopum, quod a vero abeſt; ſiquidem Petrus nepos Oſtienſi dignitate inſignitus eſt, qui ut ſuprà documus, Stephano Alberti ſucceſſit, ut in libro obligationum, & diviſionum Innocentii VI. ipſa legi. Itaque fallitur Ciac. cum ejus promotionem rejicit in annum 1350. cùm ad eam dignitatem promotus fuiſſet 1344. die 27. Februarii, ut ſuprà narravimus.

56. ANDRONIUS *e* Alberti („ *Lemovicenſis*) LX.
Innocentii VI. nepos („ *Epiſcopus cum ſucceſſivè re-* *e* al. Aldoinus, vel Androinus.
„ *xiſſet Pariſienſem, Antiſiodorenſem, & Magalonenſem Eccleſias*, Lucentius.) ab eodem presbyter Cardinalis creatus eſt, tit. SS. Joannis, & Pauli, deinde Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis 1361. Urbanum V. in Romanum Pontificem conſecravit, ac paulò poſt vita functus eſt Avenion. 1363. 6. idus Maji. („ *Cadaver tumulatur apud Carthuſianos Villæ novæ cum inſcriptiuncula ab ipſo extra hujuſmodi.*

†

„ *Lapide ſub hoc modico jacent omnia viſcera dicti Oſtienſis anno dum vivebam in*
„ *Vita mea.* Lucentius.)

†

57. F. ELIAS de S. *f* Heredio (1) Gallus („ *Le-* LXI.
movicenſis) ex monacho S. Benedicti Epiſcopus Uti- *f* al. Aredio.
cenſis ad Senatoriam Romanæ Eccleſiæ purpuram ab Innocentio VI. vocatus eſt 1356. 23. Decembris. Deinde à V. Urbano Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis declaratus 1363. Deceſſit Aven. 1367. 10. Maji. Cæterum Alphonſus Ciac. hunc Cardinalem Heliam cum altero Helia item Cardinali à Clemente VI. creato, confundit, ſed perperam; ſiquidem ille Helias dictus eſt de Nubilaco Ordinis Minorum, fuitque ad illam dignitatem evectus, ut licet videre in libro obligat. à Clemente VI. cùm eſſet Archiepiſcopus Nicoſiæ. Hic verò Helias appellatur de S. Aurelio, ſive de S. Heredio, qui profeſſione fuit monachus Benedictinus, Abbaſque S. Florentii Andegavenſis Diœceſis, atque ad illam dignitatem vocatus ab Innocentio VI. ut ſupra docui anno 1356. die. 23. menſ. Decembris ut habent iidem lib. obligat. planiuſque hoc ipſum quoque affirmat Wido Bernardus in vita Innocentii VI.

58. F. GUILLERMUS de Sudre *g* Tutelenſis LXII.
Gallus, ex Ordine Prædicatorum olim ſacri Palatii *g* al. Sudrie.
Magiſter, Maſſilienſis Epiſcopus, ex presbytero Cardinali SS. Joannis, & Pauli, electus fuit Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis ab Urbano V. 1367. In Neapolitano Regno miſſus Legatus *h* ad diſcordias, quæ inter Principem Tarentinum, & Ducem Atriæ ortæ erant, ſedandas, controverſiaſque dirimendas, vita functus eſt Aven. die 18. Aprilis 1373. Quem apud ſuos Prædicatores tumulavere ante majus Altare ſub lapide marmoreo, cujus inſcriptionem prætereuntium greſſus ita delerunt, ut vix jam hæc poſtrema verba legi poſſe videantur.
h Hunc Legationem obiiſſe negat Olduinus.

Requieſcat in pace.

59. PE-

(1) Germen fuiſſe de Annibaldis Romanis de Molara monumenta hujus gentis affirmant, quæ hunc inter ſuos proceres enumerant. *Luc.*

LXIII 59. PETRUS de Stagno Gallus (*„ Guillelmi Principis ejus familiæ filius*) monachus S. Benedicti (*„ Epiſcopus Sanfloriacenſis, mox*) Archiepiſcopus Biturricenſis(*„ & Aquitaniæ Primas*)ex presbytero Cardinali electus fuit Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis, & S.R.E.Camerarius anno 1373. à Gregorio XI. (*„ Ferrarienſis inſuper auctus thiara.*) Legatione functus eſt in Italia ſub Urbano V. & à Gregorio eadem illi prorogata poteſtas. Ferrariam opulentam Italiæ urbem Nicolao, Albertoque Ateſtinis Principibus conceſſit in feudum, ſi tamen decem millia ſcuta Pontifici Romano quotannis repræſentarent. (*„ In „ Galliam reverſus una cum Senenſi Virgine Catharina auctor fuit Gregorio poſt 70. ann. reportandæ in urbem Romam Apoſtolicæ ſedis.*) Romæ deceſſit 7. Kal. Decembris 1377. ſepultuſque in S. Mariæ Tranſtiberim, ſuæ titulo dignitatis, quem tametſi Oſtienſia Epiſcopus retinebat, ut temporum illorum mos erat (*„ Nec quanta fuerit intelligentia prætereundum, qui „ unus datus eſt Præſes 20. Viris doctiſſimis, delectis „ cenſoribus ſecretioris doctrinæ Raymundi Lulli.* Luc.) B

LXIV 60. F. BERTRANDUS *a* Logerii de Figioco provinciæ Arvernenſis Gallus Ordinis Minorum, (*„ Adiacenſis Epiſcopus, mox*) Epiſcopus Aſſiſii, poſtea *b* Glandatenſis ab XI. Gregorio ſacram purpuram obtinuit 1371. tit. S. Priſcæ, mox illum Epiſcopum Oſtienſem & Veliternenſem in initio ſui Pontificatus anno 1378. Urbanus VI. Pontifex declaravit. Mortuus eſt aſſecla Pſeudopontificis Clementis VII. Aven. 15. menſ. Novembris 1392. ſepultuſque eſt apud ſuos Minoritas. (*„ Hiſpanicam geſſit pro Gregorio Legationem; ſcripſit de ſchiſmate & contra ſui temporis „ hæreſes.* Lucentius.) Hunc Frizon vocat Petrum.

a *al. Logerii de Figiaco.* *b* Grandevenſis.

61. Poſt cujus exceſſum ab eodem Antipapa electus eſt Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis JOANNES de Novo Caſtro, Burgundio, Theobaldi ex Joanna Chalonia filius, Clementis VII. conſobrinus, ex Canonico Eduenſi Præſul Nivernenſis, poſtea Tullenſis Card. creatur à Clemente 1385. tit. SS. Quatuor Coronatorum, qui Benedictum Antipapam XIII. appellatum conſecravit, ann. 1398. die 6. menſ. Octobris. Aven. deceſſit, ſepultuſque eſt in monaſterio Villæ Novæ Carthuſienſium prope Aven. in quo legitur hoc Epitaphium. C

Hic jacet Reverendiſſimus in Chriſto Pater
bonæ memoriæ Dominus Joannes miſeratione divina Epiſcopus Oſtienſis, S.R.E.
Cardinalis de Novo Caſtro nuncupatus,
qui obiit Avenione anno Domini M.
CCC.XCVIII. 4. die Octobris.
Huic Deitas parce, quæ ſumma vivis in arce,
Colluſtrans cœlos, ſis ſibi dulce melos,
Et ſecura men, ſonet omnis ſpiritus, Amen.

62. In ejus locum idem Pſeudo Pontifex PETRUM (t) Corſinum Cardinalem, Epiſcopum Oſtienſem delegit, qui obiit anno 1405. die 16. Auguſti.

(*„ JOANNES de Rupe-Cavarda nobili in Gallia „ ſtirpe exortus, a Pſeudo-Clemente inter ſuos Cardinal. „ adſcitus, ab eodem Oſtienſi, & Veliterarum Epiſcopatu donatus eſt poſt Joannem de Novo caſtro: Obiiſſeque cenſendam cum Frizonio anno 1404.*

(*„ Fr. LEONARDUS de Rubeis ex oppido Giffoni „ Campaniæ felicis Ordinis Min. Provinciæ Neapolitanæ moderator, deinde totius Ordinis Miniſter Generalis, ad Purpuram ſubvectus ab Urbano V. renuit „ humili contentus ſacco; cucurrit ad Oſtrum vocatus à „ Pſeudo-Papa Clemente è Titulo S. Sixti. Ordinante pſeudo-Benedicto XIII. renunciatus eſt Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis ex Contelorio. Obiit Avenione ex Ciaconio anno 1405. ex Contelerio vivebat „ adhuc anno 1407. menſe Majo.* D

(*„ JOANNES de Broniaco à Bened. præfato XIII. poſt „ Leonardum ſubrogatus, qui tandem ad meliora converſus in Piſano Concilio, ultro uſurpato receſſit jure „ ab omni Cardinalatus, & paſtoralis cura anno 1409. „ qui ſubinde è diſcipulo veritatis promeruit ritè reaſſumere dimiſſos honores. De quo infra.*

A (*„ JULIANUS Dobla, ſeu de Lobera, à Benedicto ſubrogatus Joannis de Broniaco, cum hic veram obedientiam profeſſus receſſit à Schiſmaticorum catervis ann. „ 1409. Contra Romanum Antiſtitem obſtinatiſſime ſtetit uſque ad annum 1429. quo tandem in manibus Legati Martini V. reſignavit omnia uſurpati honoris inſignia die 16. Auguſti. Sunt qui ferant, miſerrimo „ carcere ob pervicaciam abſumptum fuiſſe.* Lucent.)

63. PHILIPPUS de *c* Alenconio Gallus, regia ſtirpe prognatus, filius Caroli, ac Mariæ de la Cerda Hiſpanienſis, nepos verò Philippi Valeſii Regis Gallorum, Epiſcopus Bellovacenſis, mox etiam Archiepiſcopus Rothomagenſis, Hieroſolymitanus Patriarcha, & Archiepiſcopatus Auximani Commendatarius, Romana purpura condecoratus eſt ab Urbano VI. ann. 1378. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, & primus inter omnes Cardinales ab ipſo creatus, ac Aquilejenſis Patriarcha, (*„ Spirenſis*) Sabinenſiſque Epiſcopus dictus, tum etiam Oſtienſis, ac Veliternenſis 1392. multis, trepidiſque legationibus in Italia functus eſt. Romæque deceſſit 1397. 18. Kalend. Septembris, ſepultuſque in S. Maria Tranſtiberim in marmoreo ſepulchro, ubi inciſa hæc carmina leguntur. LXV.

c *al. Alenſonio.*

B

Francorum genitus regia de ſtirpe Philippus
Alenconiades Oſtia titulatus ab urbe
Eccleſiæ Cardo, tanta virtute reluxit,
Ut ſua ſupplicibus cumulentur marmora votis,
Anno milleno cum C. quater, abde, ſed I. ter
Occubuit, qua luce Dei pia, Virgoque mater.

Temporibus Urbani VI. Bononiæ deceſſit Joannes de Piccolpaſſis Epiſcopus Oſtonenſis, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Proculi, in pavimento ſub lapide, qui ſuam præfert effigiem, & quam mox ſubjiciemus inſcriptionem, quam, cùm Nicolaus Paſchalinus Alidoſius in ſuum de viris illuſtribus civitatis Bononiæ librum tranſtuliſſet, pro Oſtonenſis, Oſtienſis imperitè oſcitanterque repoſuit; cujus ego ipſe corrupta lectione deceptus, in noſtris ad Ciaconium notis in vita Urbani VI. pag. 1004. lit. A. in album Oſtienſium Epiſcoporum retuli memoratum Joannem. Sed cùm deinceps C mihi contigiſſet proficiſci Bononiam; ibique aliquandiu commoratus fuiſſem, cœpi ex inſtituto meo luſtrare marmora, inſcriptiones, & ſepulchra, viſurus, an antiquitate prodente, aliquid, quod meo huic operi ditando, exornandòque videretur idoneum, opportunè occurreret. Quid plura? dum ex antiquis nova perquiro, reperi, quæ me monerent, aliquid demendum de meis ſcriptis, quæ olim ad Ciaconium dilucidationis gratia procuderam. Etenim Paſchalinum offendi, Oſtienſis, pro, Oſtonenſis legiſſe. Qua in re mihi ipſi iratus ſum, qui ſimplici homini, ac parum in hiſtoria verſato, fidem adhibuiſſem, contràque morem meum plus alienis, ac lippientibus oculis, quàm meis ipſis credere voluiſſe. Ac ne me putes invidiosè dicere, quod dico, en ipſiſſimis verbis huc tranſlata inſcriptio.

† *Reverendi in Chriſto Pa. Domini Joannis*
de Piccolpaſſis de Bononia Epiſc. Oſtonenſis
Spiritum Altiſſimo commendavit anno Domini M.CCCC.LXXXIII. menſe Julii.

Huc igitur Lectores meos admonitos volui, ne ex D inverſa plerumque Hiſtoria, quæ in noſtras ad Ciaconium additiones irrepſit, vel ex alienis incurioſis ſcriptis, vel ex importuna amici poſtulatione, qui nobis veriùs rapiebat, quæ ſcripſeramus tumultuario, quàm ab Auctore emendata reciperet procudenda, ne arbitrentur, inquam, ex uno, vel altero errato, noſtra paſſim ſcatere hujuſmodi errorum anfractibus. Siquidem ſemel & iterum lapſi, acuimus diligentiam ad cotem oculatioris inveſtigationis, ut in hac noſtra Sacra Italia pervidebunt planiùſque advertent in noſtra Epitome de vitis Cardinalium, atque Pontificum noſtri lectores.

64. ANGELUS Acciajolus Florentinus, primum Epiſcopus Florentinus, (*„ Ex Epiſcopo Rampollano*) mox ſub Urbano VI. 1384. Cardinalis S. Laurentii in Lucina, tum etiam Bonifacio IX. vocante Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis ac Veliternenſis effectus eſt, in- LXVI

(t) Petrum Cardinalem Corſinum Patria, & Epiſcopatu Florentinum, tradit Ughellus poſt exceſſum Joannis in eodem ſchiſmate Oſtienſibus datum fuiſſe. Sed Petrus hic Portuenſis tantum Cathedræ attributus fuit, nunquam verò Oſtienſis. Perdurante ſiquidem ſciſſura in Petri ſolio, dilaniato fidelium Grege Pardones cum plures præeſſent, qui ſibi arrogaverunt jura Oſtienſis, Veliternique poſt Joannem de Caſtro, ſupradictos comperimus. *Luc.*

ſuper & Vicecancellarius S.R.E. anno 1397. Piſis deceſſit 1409. prid. idus Junii, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Cæterum deinde translatus Florentiam, in Carthuſienſi cœnobio conditus eſt, quod Acciajola gens ad ſplendidius Dei obſequium munificentiſſimè olim fundaverat, opibuſque invidioſis adauxerat. Angeli Acciajoli in Epiſcopis Florentinis iterum cum laude meminimus. ibi multa Lector reperies, quæ virum alioqnin egregium maximè videantur decere.

LX VII. *a al. Anmet.* 65. JOANNES de Broniaco, ſeu Embroniaco, *a* ex obſcuris parentibus Anicii in Sabaudia natus eſt. Cùm autem ex ſingulari doctrina inclaruiſſet, ab Antipapa Clemente purpura decoratus eſt ſub tit. S. Anaſtaſiæ, ac ſub eodem falſo Pontifice Vicecancellarii munere functus eſt, deinde etiam à Benedicto XIII. Pſeudopontifice Oſtienſis, ac Veliternenſis Epiſcopus Cardinalis electus eſt.

Hic tametſi ea dignitatum decora in ſchiſmate aſſecutus fuiſſet, adeò tamen unitatis, & pacis Eccleſiæ amans fuit, ut Benedictum Pſeudopontificem enixius adhortaretur ultrò abire munere, eâque ratione, tantopere exoptatam pacem reddere Chriſti fidelibus. Qui cùm haud acquieſceret deprecanti, Joannes damnato ſchiſmate ad verum Pontificem in Italiam profugit, Piſaſque devenit, ubi Concilium celebrabatur. Ibi ergo cùm melior ſaniorque pars eccleſiæ illum amplexata fuiſſet, aſſeruiſſetque iterum illi Cardinalatus dignitatem, ipſe inter cæteros Cardinales Alexandrum V. evexit ad ſedem, à quo iterum electus eſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis an. 1409. quin & Cancellarius S.R.E. adfuitque ei conclavi, in quo Cardinales concordibus votis Joannem XXIII. creavere Pontificem. Conſtantienſi Concilio interfuit, in quo Martinus V. Columna conſalutatus eſt Pontifex, cui ſemper ob excellentes animi dotes chariſſimus fuit. Ipſe primùm Vivarienſis Epiſcopus fuit, poſtea Gebennenſis, anno verò 1410. Archiepiſcopus Arelatenſis effectus eſt. Deceſſit Romæ *b* menſe Februario 1426. *b die 16.* Genevæ collegium erexit, alterumque Avenione, cui Magni collegii nomen fuit, ut illic, qui cum dura pauperie conflictantur, excoli poſſent diſciplinis. Meminit hujus Petrus Saxo in ſua Hiſtoria Arelatenſis eccleſiæ, Claudiuſque Robertus; & alii.

LX VIII. 66. ANTONIUS Corrarius, Venetus, XII. Gregorii nepos, („ *Canonicus S. Georgii in Alga ejuſque* „ *congregationis Auctor unus, Epiſcopus Bononienſis, Pa-* „ *triarcha Hieroſolymitanus, & S.R.E. Camerarius*) ab ipſo Cardinalis effectus 1408. ex presbytero S. Chryſologi ad Epiſcopatum Portuenſem evaſit, ſub Eugenio IV. Epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternenſem obtinuit an. 1431. 2. Id. Martii. Vita ceſſit *c* 1445. *c Patavii.* die 19. menſis Januarii, ſepultuſque eſt Venetiis in Eccleſia S. Georgii in Alga. Cæterùm cùm Antonius Bononienſi eccleſiæ etiam præfuerit ibi diffuſiùs de ejuſdem geſtis narrabimus.

LXIX. 67. JOANNES Cervantes („ *Hiſpalenſis*) presbyter Cardinalis S. Petri ad vincula electus eſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis *d* à Nicolao V. 1446. 6 Kalend. Aprilis; *d Non à Nicol. V. ſed ab Eugenio IV.* legatione functus eſt in Concilio Baſileæ habito cum Nicolao Albergato Cardinali S. Crucis. („ *Et pro Concilio ad Romanum* „ *Pontificem Italoſque Principes. Ex Archidiacono* „ *Hiſpalenſi*) Albulenſis olim Epiſcopus fuit, poſtea Segobienſis („ *demum Hiſpalenſis.*) Deceſſit in Hiſpania, tumulatuſque eſt in Hiſpalenſis eccleſiæ cathedrali, cum hoc laudatorio epitaphio.

Poſtquam eximio nitore virtutum Reverendiſſimus Dominus Joannes de Cervantes cum titulo S. Petri ad vincula Galerum optimè meruit, digniſſimoſque per orbem edidit fructus. Quoniam totius Eccleſiaſt. honeſtatis otium fuit indicatum, Oſtienſem ſedem obtinuit. Tandem graveſcente jam ætate, Hiſpalenſem Metropolim ſapienter adminiſtrans, Eccleſiam (ut Prælatum decet) reliquit heredem, cùm inter probatiſſimas operationes Hoſpitale famoſum, dotatiſſimumque in Civitate Hiſpalenſi primus ædificavit, obiit XXV. Novemb. Anno Domini M.CD.LIII.

68. GEORGIUS de Fliſco è Lavagnæ Comitibus, Genuenſis, („ *Epiſcopus primò Marianenſis,*) ejuſdem civitatis Archiepiſcopus, ex presbyt. Card. S. Anaſtaſiæ à Nicolao V. Summo Pontifice electus eſt Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis 1453. 28. Aprilis. Romæ (1) deceſſit 1461. 8. idus Octobris. Ejus poſtea corpus Genuam tranſlatum eſt, tumulatumque fuit in cathedrali, nobili ſepulchro claudente, ubi legitur ejuſdem epitaphium, quod ſuo loco, & tempore in Archiepiſcopis Genuenſibus proferemus. LXX.

69. VILLELMUS de *e* Eſtoutevilla Gallus è Normannia, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, Pio II. vocante, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis ac Veliternenſis pronunciatus eſt anno 1461. Hic nobiliſſimis parentibus ortus eſt, qui propius Regiam affinitatem contingerent. Filius Joannis, ac Margaritæ Harcuria, S. Benedicti monachus, Priorque S. Martini in Pratis Pariſienſibus, Epiſcopus primùm („ *Ma-* „ *urianenſis, Andegavenſis*) Biterrenſis, („ *& Lo-* „ *devenſis.*) poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſis, demùm purpureo Galero ab Eugenio IV. ſummo Pontifice decoratus eſt. Angelicos propè mores, cum ingenti cognitione, uſuque rerum conciliaverat; Ita ut omnium Principum ſui temporis amorem meruerit, ingentibus, ac penè regalibus opibus ſuffulto, par in omnibus animus acceſſit; ſiquidem Romæ à fundamentis S. Auguſtino ſacrum templum munificentiſſimè erexit 1479. Kal. Novembris. Regia ſimul, Pontificiaque auctoritate ſultus Pariſienſem Academiam reformavit, ut inde ſcientiarum uberiores fructus in eccleſiam redundarent. Archipresbyteratus munere ad S. Mariam Majorem honorificè functus eſt, quam pretioſa ſupellectili donavit; clarus demùm ob multas pro eccleſia Domini obitas legationes, („ *Octuagenarius S. Collegii Decanus, & Apoſtolicus* „ *Camerarius.*) Romæ fato functus eſt anno (2) 1483. 11. Kal. Februarii, elatumque funus ad eccleſiam S. Auguſtini, quam olim ipſe fundaverat, ibi, cùm adhuc demortui in feretro cadaver pretioſis indutum ornamentis jaceret, inter fratres Auguſtinianos, Divæque Mariæ Majoris Canonicos coorta lis eſt, cui nam eccleſiæ ornamenta illa demùm cedere viderentur, cùmque utrique pro ſua calentibus animis decertarent, à diſcordantibus verbis ad violentiam factorum deventum eſt, quippe prædabundi ubique pretioſa quæque haud reluctanti cadaveri violenter diripuerunt, populo demirante, ab iis potiſſimum Villelmum Cardinalem inverecundo procurſu fuiſſe denudatum, quos ingentibus beneficiis ſibi in vita obſtrinxiſſe conſtabat. Sed hæc eſt avaritiæ familiaris impietas, ut cupidiſſimis quibuſque omnem expectoret pietatem. LXXI. *e Italis Tuttavilla.*

Meminit cum laude Villelmi Cardinalis Papienſis epiſt. 68. eundemque ad cœlum tollit, quòd nomine Regis Francorum Calixto III. noviter electo generoſo animo renuerit obſequium tamquam Legatus præſtare, cùm diceret dedecere Cardinalem, præter ſummum Pontificem, pro quolibet alio Principe legatio-

(1) In Cieconiano Opere ſcribitur obiiſſe Decanum ſacri Collegii. Sed ſi gradus hic deſumatur ex præeminentia Oſtienſis ſedis, nondum hac ſplendebat prærogativa; ſi ex perſona, quæ prior deveniſſet ad Purpuram inter Epiſcopos, hic longè erat Iſidorus Theſſalonicenſis Sabinenſium Epiſcopus. Per ea etiam tempora Martinus Cromerus [illegible] Cardinalem Urſinum, *Oſtienſem*, pro Sabinenſem, vitioſe nominat. *Luc.*

(2) Fratres Sammarthani in 1. & 3. Tomo Galliæ Chriſtianæ in Archiepiſcopis Rothomagen. n. 79. & Maurianen. n. 39. inquiunt deceſſiſſe Guillelmum 10. Kal. Februarii anno 1482. Beyerlinck in Theatro Vitæ humanæ in litera E. In ſerie Archiepiſcoporum Rothomagen. n. 77. 2. Kal. Febr. anno 1482. Burellius in Annal. Bened. idem ſentit, ſed & Panvinius in Sixto IV. ait obiiſſe 11. Kal. Februarii anno 1482. En quomodo alter alteri errandi auctor fuit. Verum ſi certiora monimenta inſpicimus, ex marmoreo monumento, habemus eum deſiiſſe eſſe inter mortales his notis. Obiit Anno Domini MCCCCLXXXIII. XI KAL. FEB. ÆT. SUÆ AN. LXXX. Teſtis hic oculatiſſimus, quia loquitur ex lapide [illegible], adhuc tamen caſtigatione indiget, & à nobis facile evincitur. Obitus diem rejicit in 22. Januarii, & quidem mendoſiſſimè. Quomodo enim potuiſſet aſſenſum præbere poſtremis tabulis ſuæ voluntatis die 24. Februarii dicti anni jam demortuus ferè menſem antea? Teſtamentum viſitur in Archivo Capitolino, de quo etiam Ciaconii Auctarius, qui licet ſancto Judice admonitus, cum cæteris tamen omnibus errare maluit uſque nunc. Obiiſſe igitur poſt præfatam diem Februarii fatendum. Neque mirum Auguſtinianum ſodalitium deceptum deſcriptione Epitaphii 4. annis ab obitu exarati, & hac quoad diem. Circa annum ex Archivo S. Mariæ Majoris deducta à Paulo de Angelis in deſcriptione hujus Baſilicæ lib. 7. cap. 1. habetur: poſt alia multa beneficia, mille quingentos aureos deſtinaſſe Capitulo &c. anno 1481. Nobis aſſentitur Odericus Raynaldus in 19. Annalium tomo. Ciaconius, Ughellus, & Ciaconii Auctarii, ut & Friſonius in Gallia Purpur. & Robertus in Gallia Chriſt. ſentium quoad diem decipiuntur. *Luc.*

tionem obeundam ſuſciperet. Ad Villelmum etiam Franciſcus Philelphus, ſui temporis literatorum facilè Princeps perplures literas ſcripſit, ac in illis columnam, & columen S.R.E. illum appellat. Haud diu eſt, quòd tum S. Mariæ Majoris Canonici, tum verò Fratres Auguſtiniani, ii propè ſacrarium, illi verò in eccleſia hujus præclariſſimi viri beneficiorum memores, ſub ejuſdem effigie Pario marmori inciſa hæc erexerunt elogia. A

D. O. M.

Domino Guillelmo de Euſtoutevilla, Normando Gallo Epiſcopo Oſtienſi Cardinali Rothomagenſi, S.R.E. Camerario, ex Congregatione Cluniacenſi Ordinis S. Benedicti aſſumpto, qui apud ſanctam Sedem Apoſtol. hujus Ordinis Protector rem agens.

Templum hocce

à fundamentis conſtruxit, ampliſſimis dotibus locupletavit.

Altare majus

Deiparæ Virginis imagine a D. Luca depicta exornandum curavit, ſacrarium pretioſiſſimis veſtibus ditavit, Conventũ in ampliorẽ formam redegit, B

Totum Ordinem

ſingularibus beneficiis cumulavit, plura & majora collaturus, niſi mortis invidia prope diviſiſſet

Præſuli ampliſſimo

tam doctrina, moribus, virtutibus, quàm ſanguine, opibus, honoribus conſpicuo

Patrono beneficentiſſimo

M.Fr. Hyppolitus Montius Generalis Prior, ac Patres hujus Cœnobii æternum grati animi monumentum PP. ann. Sal. M. DC. XXVII.

In eccleſia verò S. Mariæ Majoris hoc eſt marmoreum Elogium.

D. O. M.

Urbano Octavo Summo Pontifice

& Antonio Card. Barberino, hujus Baſilicæ Archipresbytero, ſacellum Archangelo Michaeli,

& B. Petro ad vincula

Guillelmus Cardinalis Rothomagenſis

hic olim excitaverat C

ex ampliore ad anguſtiorem

hanc formam ideo redactum, ut ſacellum, quod eſt e regione, faciem exprimeret, ac Baſilicæ ornatum augeret, ne vero tanti regia claritudinis viro de Baſilica multis optime meriti peculiare hoc pretioſiſſimum monumentum deperiiſſe videretur

Capitulum, & Canonici

ad grati animi ſignificationem

memoriam extare voluerunt

Anno ſalutis M. DC. XXX.

LXXII. 70. IULIANUS Roboreus Savonenſis, Sixti IV. nepos, ex Epiſcopo Cardinali Sabinenſi („ *majorque Pœnitentiario*) ab eodem ſummo Pontifice Sixto, Oſtienſis, ac Veliternenſis Epiſcopus creatus eſt 1483. Vir utique magni ingenii, ac pugnaciſſimus, qui fuit poſtea Julius II. Pontif. Max. ad id munus ſuffectus 1503. cui civitati ad multos an. præfuit Epiſcopatus munere functus.

LXXIII. 71. * OLIVERIUS Caraffa(„ *Neapolitanus*) Epiſcopus Sabinenſis factus eſt Epiſcopus Card. Oſtienſis die 29. Novemb. 1503. per aſſumptionem Juliani Roborei ad Pontificatum ſub Julii II. nomine. Exceſſit an. 1511. 20. Januar. ut monuimus lectores in ſerie Neapolitanorũ Archiepiſcoporum(„ *Ibi de eo plura.*) D

* Ex Ap. t.9.

LXXIV. 72. RAPHAEL Galeottus de Riariis („ *Antonii* „ *Sanſonis, & Violantis de Riariis filius, ex quo ma*„*terno genere de Riariis dictus.* Luc.) nepos Sixti IV. cum ab ipſo Diaconi purpuram accepiſſet tit. S. Georgii ad Velum aureum, à Julio II. poſtea affini ſuo Epiſcopus Card. Oſtienſis, ac Veliternenſis dictus eſt collegiique Decanus * 1511. („ *cum prius fuerit Alba*„*nenſis, Sabinenſis, & Portuenſis Præſul.*) Imolenſis Epiſcopus fuit, Tarenti Archiepiſcopus, atq; Piſarum

a Anno ætat. ſuæ XVII.

* Ex App t.9.

Italia Sacra Tom. I.

A („ *Ab eodẽ Julio Concilio Lateranenſi moderator datus* „ *eſt.*) De eo multa narrantur. Neapoli deceſſit („ *cum* „ *eſſet S.R.E. Camerarius,*) 1521. alienatus à mente quòd ob conjurationem contra Leonem X. penè periculum capitis adiiſſet, mulctatuſque fuiſſet magna pecuniæ ſumma, ut exul ab urbe ſibi vita frui liceret. In S. Apoſtoli templo tumulatus eſt, in ſumptuoſo ſanè ſepulchro, cum hac brevi, omnique decore exuta inſcriptione.

Raphaeli Riario Cardinali Epiſcopo Oſtienſi S.R.E. Camerario.

* Raphaelis vita in vulgari ſermone ex Actis conſiſtorialibus, aliiſque monumentis ſcripſit, ſed non edidit Abbas Michael Juſtinianus. * Ex App. t.9.

73. BERNARDINUS Carvajal Hiſpanus, patria Placentinus, presb. Cardinalis à Leone X. Oſtienſis Epiſcopus electus eſt 1521. vir utique eruditus, ac virtutum, rerumque uſu præclarus, variantis autem fortunæ rariſſimum exemplum. Siquidem cum nobilibus parentibus in Hiſpania ortus fuiſſet, generiſque nobilitatem varia ſupellectili ornaſſet, venit B Romam, cùm Sixtus IV. in S. throno ſederet, qui ab eodem Sixto ob ſuaviſſimam memoriam Joannis Carvajalis Card. S. Angeli, qui temporibus Eugenii IV. ſumma cum laude floruerat, lætanter fuit exceptus, atque ſummi Pontificis intimus cubicularius declaratus. Multoties ante Pontificem Sixtum elegantiſſimè peroravit. In interregno autem ejuſdem Pontificis, pro eligendo ſummo Pontifice cum admiratione omnium fuit auditus, cumque demortuo Innocentius VIII. ſucceſſiſſet, ab ipſo Carthagenæ Epiſcopatum obtinuit, ſimulque in Hiſpaniam legatus directus eſt; anno verò 1493. Alexander VI. Carvajali ob eximias virtutes, ac in eccleſiam præclara promerita, detulit purpuram ſub tit. SS. Marcellini, & Petri, ac paulò poſt S. Crucis in Hieruſalem, inque Germaniam ad Maximilianum Imperatorem legatus profectus eſt, totique deinde Campaniæ eadem dignitate inſignitus, leges præſcripſit, in quibus muneribus adeò illum ubique, & ſemper dexteritas commendavit, ut cum il- C lorum acclamatione, qui ejuſdem cenſuram tuliſſent, obito munere abiret. Cæterùm cum Julius deinde II. evaſiſſet ad thronum, Bernardinus, ſive quod minus æquiore ſibi videretur uti Pontifice, ſive illum proſperior fortuna corruperat, ſe ipſo factus deterior, contra Pontificem cœpit graviſſimas ſimultates concoquere, nec obſcurè anhelare ad ſedem. Itaque cùm ſuas in partes aliquot Cardinales traxiſſet, demùm conciliabulo Piſis coadunato, Julianæ potentiæ minitabatur exitium. Diſcuſſit Julius conjuratorum conſilia, deinde potenter eluſit. Quippe cum ad dicendam cauſam, qui à S. ſede abierant, provocaſſet, ſenſiſſetque ſemel & iterum contumaces, demùm omni dignitatis honore exutos in fœdiſſimum ſchiſma declaravit delapſos. Interim moritur Julius, Leoque X. creatus eſt, cùmque eo viſa eſt aurea pax rediiſſe. Siquidem exultantis illius ſeculi felicitas profuit multis, ac Carvajali Bernardino, Fridericoque Sancto Severinati inprimis, quibus Leo X. purpuræ decus reſtituit, Carvajalemque Epiſcopum Oſtienſem, ac Veliternen- D ſem creavit. In ea felicitate Romæ (1) deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Crucem in Hieruſalem, quo jam olim præclaro titolo fuerat inſignitus hujuſmodi Epitaphio ejuſdem laudes prodente.

LXXV.

Bernardino Carvajali, natione Hiſpano, patria Placentino, Epiſcopo Oſtienſi, Cardinali S. Crucis ob egregiae virtutes, doctrinamque in ſacris literis ſingularem ab Alexandro VI. Pont. Max. in numerum Patrum aſcito, pluribus legationibus pro Republica chriſtiana functo, integrè, ſapienterque proſpera fortuna moderatè, adverſa conſtanter uſo per omnem vitam pie ac religioſe, vixit annos LXVII. Menſ. III. Dies VIII. Obiit XVII. Kal. Januarii, Anno M. D. XXIII.

(1) Circa hunc Bernardinum errat Oldoinus in ſua additione ad Clementem VII cum ante hujus Comitia dicit eum jam demortuum. Nam Clemens VII. creatur die 19. Novemb. ann. 1523. & Bernardinus Carvajal proximè ſubſecuti menſe Decembris die 16 ejuſdem anni 1523. moritur. In actis Conſiſtorialibus, & Conſiſtorio habito die 18. Decembris 1523. à nobis legitur: Quod *Sanctiſſimus deploravit mortem Cardinalis Sanctæ Crucis Epiſcopi Oſtienſis, quia Collegium Cardinalium fuiſſet orbatum tali Viro propter ejus doctrinam, & rerum experientiam, deinde providit Eccleſia Oſtienſi de perſona R. D. Cardinalis Volaterrani Epiſcopi Portuenſis, qui abſolutus fuit à vinculo dicta Eccleſia Portuenſis, cui tenebatur, & translatus ad eandem Oſtienſem.* Luc.

A Inferiùs autem pavimentum, habet marmor ita inſcriptum.

Hic Bernardinus Carvajal S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis requieſcit, donec ad æternam reſurgat vitam.

(„ *Laudatur à Salazar in martyrol. Hiſpanico t. 1. à „ quo claruiſſe etiam infulis Pacenſi, Seguntina & Placentinaia Hiſpaniis cum Patriarchatu Hieroſolymitano oſtenditur, de quo vide quæ infra in Sabinenſibus*. Lucentius.)

LX XVI. 74. FRANCISCUS Soderinus Florentinus, Volaterranenſis Epiſcopus ab Alexandro Sexto presbyter Cardinalis, à Septimo deinde Clemente Epiſcopus Oſtienſis, ac Veliternenſis effectus eſt 1523. Romę vitam finivit 16. Kal. Junii 1524. ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ (ut vocant) de Populo, hac ſimplici inſcriptione prodente, quiſnam in eo depoſito è vivis exemptus requieſceret.

Franciſci Soderini, Epiſcopi Oſtienſis, ac Volaterrani, Depoſitum.

B De hoc Cardinali plura dicturi ſumus in catalogo Volaterranenſium Epiſcoporum.

LX XVII. 75. NICOLAUS Fliſcus, Genuenſis, ex Epiſc. Card. Portuenſi, ſub Clemente VII. ad Oſtienſem, & Veliternenſem Epiſcopatum ſubvectus eſt 1524. die 18. menſ. Maji. Cæterum breviſſimus Epiſcopus fuit; quippe qui intra menſem hac vita mortali functus eſt 18. Kal. Julii (1) ejuſdem an. 1524. ſepultuſque in eccleſia S. Mariæ de Populo. Catalogum Archiepiſcoporum Ravennatenſium conſule, ubi plura de Nicolao Fliſco reperies.

LX XVIII 76. ALEXANDER Farneſius, Romanus, ab Alexandro VI. Borgia vocatus ad purpuram, cùm eſſet Epiſcopus Portuenſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ac Veliternenſis ſublectus eſt die 25. menſ. Junii *a* 1525. ſub Clemente VII. ſummo Pontifice, in cujus demortui locum Farneſius ſuffectus eſt, ſub nomine Pauli III. *b*

a Dele 17 1525. & ſcribe 1524

b an. 1534. 3. Octob.

LX XIX. 77. JOANNI Piccolomineo Cardinali, atque Epiſcopo Portuenſi, ſub Paulo III. 1535. die 26. menſ. Februarii, Oſtienſis, ac Veliternenſis obvenit eccleſia. Vita functus eſt Senis 1537. tumulatuſque eſt in cathedrali. Cæterùm plura de eo in catalogo Archiepiſcoporum Senenſium.

C

LX XX. 78. JOANNES Dominicus de Cupis, Romanus, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ſub Paulo III. ad Eccleſiam Oſtienſem, ac Veliternenſem promotus eſt die 28. menſ. Novemb. an. 1537. Romæ deceſſit 1553. 4. id. Decembris, ſepultuſque in templo S. Auguſtini. Conſule infra catalogum Archiepiſcoporum Tranenſium.

LX XXI. 79. JOANNES Petrus Caraffa Neapolitanus ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi, Oſtienſi, ac Veliternenſi eccleſia potitus eſt 1553. 2. *c* die Decembris, Decanatuque S. Collegii condecoratus, nec multò poſt ad ſummum Pontificatum evaſit, Paulique IV. illi inditum nomen.

c Non 2. ſed undecima.

LX XXII 80. JOANNES Bellajus Gallus, ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi, ad Epiſcopatum Oſtienſem, ac Veliternenſem pervenit an. 1555. die 29. menſ. Maji in primo Pauli IV. conſiſtorio. Fuit hic Cardinalis è nobiliſſima gente alumnus, ac præcipua eruditione clarus, ita ut illius eo nomine Jovius hiſtoricus præſtantiſſimus, aliique cum laude meminerint. Extemporali facundia præditus fuit, ita ut de rebus graviſſimis, difficillimiſque explicatu orationem funderet perelegantem. Accidit id Maſſiliæ, coram Clemente VII. Primoque Franciſco, Galliarum Rege, cùm inter Catharinam Mediceam, Henricumque filium Franciſci ſplendidiſſimæ nuptiæ celebrarentur.

D

Inter primos Academiæ Pariſienſis reſtauratores numeratur. Bajonenſi Epiſcopatu primùm decoratus eſt, poſtea Pariſienſis Epiſcopus fuit, ac nomine Franciſci I. ad Paulum III. legationem obivit, cujus precibus poſtea Cardinalis S. Cæciliæ ab eodem Pontifice pronunciatus eſt 1535. Lemovicenſem eccleſiam, atq; Archiepiſcopatum Burdegalenſem incorruptè adminiſtravit; vices Regis in tota Gallia egit, abſente Franciſco, cujus deinde exequias regio planè ſumptu mærens ac dolens celebravit; tum proſa oratione, tum verſu multa complexus eſt, ac præcipuè Caroli Magni laudes. Cæterum Bellaii laudes, atque encomia brevibus quidem carminibus, ſed cumulatiſſimè, eleganterque deſcribit Hieronymus Borgius Epiſcopus Maſſæ Lubenſis in lib. carminum, qui M.S. penes noſtrum Leonem Allatium aſſervatur.

Sic tua Parthenopen hilaravit purpura noſtram,
Aurea ceu quondam lilia miſſa polo.
Lilia magnanimi populos rapientia Regis,
Cujus noſtra inter pectora vivit amor.
Si poſſent animi depromere gaudia noſtri,
Gallia jam noſtris cederet officiis,
Quem præclara virum commendat fama, ſolemus
Hunc ſuper æthereos ſæpe referre choros.
Quis vetat illuſtris venerari Antiſtitis ora?
Ægra ſenecta oculis invidet, ore colam,
Vive diu, abſentem ſequar hoc te carmine, non eſt
Cernere fas homini, ſed celuiſſe Deos.

B Denique Bellajus Albanenſis Epiſcopus fuit, tum Portuenſis, mox Oſtienſis, ac Veliternenſis, Romæque Decanus ſacri Collegii deceſſit ann. 1560. 14 Kal. Martii, anno 68. ſuæ ætatis, ſepultuſque in eccleſia S. Trinitatis de Monte Pincio.

81. FRANCISCUS de Turnone, ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi *d*, Oſtienſis, ac Veliternenſis evaſit anno 1560. die 13. Menſ. Martii. Hic filius fuit Jacobi è nobiliſſima gente Comitum Turnonenſium. A puero Generalis effectus eſt Ordinis S. Antonii Viennenſis, poſtea Archiepiſcopus Ebredunenſis, Bituricenſis, Lugdunenſis, atque Auſienſis. A Clemente verò VII. Cardinalis SS. Marcellini, & Petri, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, & Portuenſis, Cancellariique munere Ordinis S. Michaelis perfunctus eſt. Hunc ob egregias dotes Franciſcus Rex Francorum maximè dilexit, cujus nomine de rebus graviſſimis in Britanniam, Hiſpaniamque legationes obivit. Auctor denique fuit Mantuæ Carpentanorum icti pacis fœderis inter Carolum V. & Franciſcum I. Ideo verò ubique, & ſemper acriter impugnavit, repreſſitq; hæreticos, ut flagelli Sectariorum cognomen ſit meritò aſſecutus. Cæterùm ejuſdem pietatem, doctrinam, morumque candorem, egregiè Sadoletus tollit in cœlum lib. 6. epiſt. Claudius Robertus, Joannes Chenu, aliique Scriptores. Deceſſit apud S. Germanum in Laya 1562. die 22. menſ. Aprilis, ejuſque deinde corpus translatum fuit Turon. conditumque in eccleſia collegii Societatis Jeſu, quod ipſe munificentiſſimè fundaverat, cum hac decoris inſcriptione. LX XXIII

d Scribe Sabinenſi.

C

D. O. M.

Æterna Memoriæ,

Franciſci à Turnone Epiſcopi Oſtienſis Sacri Car. Collegii Decani, eccleſiæ Lugdunenſis Antiſtitis Galliarum primi, qui poſt impenſam Chriſtianiſſ. Regibus, Franciſco I. Henrico II. alteri quoque Franciſco, poſtremo Carolo IX. maxim. in rebus ann. L. felicem, ac memorabilem operam. Poſt procuratas ſingulari fide, & non mediocriter auctas Regni, populique Gall. maximas utilitates. Poſt ſæpe compoſitos, pacificatoſque graviſſimos, & periculoſiſſimos bellicorum diſſidiorum æſtus. Poſt conciliatos, quoties res tulit, ſummorum Pontificum, & magnorum Principum animos: poſt aſſertam invicta animi conſtantia adverſus hæreticorum tumultus Catholicæ doctrinæ veritatem. Denique poſt exhibitum in omni vitæ parte præclarum, integerrimum, ac pientiſſimum Pontificis ſpecimen, extructo hoc quadrat. lapid. Gymnaſio, Sapientiæ, pietatiſque Academ. inſtituta, & Societatis JESU curæ perpetuo tradita, Deo Opt. Max. tot bonorum Auctori; animam piè commendavit, ac reddidit anno Chriſti M.D.LXII. 10. Kal. Maji, ætatis ſuæ LXXIII. apud S. German. in Laya.

D

82. RODULPHUS Pius, Carpenſis, Pauli III. Car- LX XIV.

(1) Non verò die 17. Maji, ut inquit Oldoinus ex non benè perſpecto Contelorio, & Vaticanis monumentis, neque die 17. Julii, ſed 18. Kal. Julii, quæ eſt Junii 14. dies. *Laurentius*.

Cardinalis,ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi,Oſtien. A
ac Veliternenſ.Eccleſiam regendam ſuſcepit,Pio IV.
Medices ſedente, an.1562.d.18.menſ.Maji. Deceſſit
1564.6.non.Maji ſepultuſq;eſt in templo S.Trinitatis
de monte Pincio.Cujus ſepulchro Pius V.ſanctiſſ.Pō-
tifex nobile elogium affigendum curavit. De hoc am-
pliſſimo,ac digniſſimo Cardinali,diffuſa nobis erit in-
ſtituta narratio, cum Epiſcoporum Faventinorum ſe-
riem retexemus. Cujus inprimis eccleſiæ dignitate
Rodulphus Pius condecoratus eſt. In Rodulphum his
carminibus luſit Hieronymus Borgius,cùm galerū vi-
ridē Epiſcopalis dignitatis inſignia ab ipſo recepiſſet.

Nobilitate potens, virtute potentior idem,
Lux ô purpureæ maxima, ſpeſque Chori,
Tu mihi Pontificis donas inſignia, byſſo
Loricam ex niveo? ta galeamque ſeni?
Quis juvenum contra ſtygium me fortior hoſtem
Ibit? ero auſpiciis victor & ipſe tuis.
Ut mihi miſiſti viridem Rodulphe galerum,
Sic roſeum mittas, cum Pater Orbis eris.

LXXV 83. FRANCISCUS Piſanus,Venetus Cardinalis B
diaconus S. Theodori, ac ad eam dignitatem à Leo-
ne X. vocatus anno 1517. non multò poſt S. Marci ti-
tulum eſt aſſecutus;deinde Albanenſem Epiſcopatum,
Tuſculanum,Portuenſem, ac demùm anno 1564. Oſ-
tienſem,& Veliternenſem, Decanuſq; ſacri Collegii.
Defunctus eſt Romæ 1570. 3. Kal.Julii, cùm priùs in
vita etiam Patavino, Tarviſino, Narbonenſique Ar-
chiepiſcopatu fulſiſſet. In S.Marci Romano templo
cum hac inſcriptione quieſcit.

D. O. M.

Franciſco Piſano Cardinali Epiſcopo Oſtien-
ſi, viro antiquæ probitatis, ac innocentiæ
hæredes ex teſtamento poſuere, vixit annos
LXXXVI. obiit 3. Kal. Julii. M. D. LXX.

(,, *Fuit Franciſcus Franciſci Aloyſii Procuratoris S.*
,, *Marci filius, atque vocante Reip. Duce Leonardo Lau-*
,, *redano Diaconali Purpura donatus eſt a Leone X. quā*
,, *Archidiaconus S. R. E. & Cardinalium antiquitate*
,, *prior diu retinuit. Et ſi Jure optionis diutius antea ad*
,, *Presbyteratum & Epiſcopales Lateranenſes infulas aſ-* C
,, *cendere potuiſſet,id tamen protraxit uſque ad Pauli II.*
,, *tempora. Patavinum rexit ovile,ipſi demandatum à*
,, *Clemente VII. quem ſecutus in adverſis cum eo Romæ*
,, *in Hadriana mole atque pro eo in arce Neapolitana ob-*
,, *ſes includi voluit.* Lucentius.)

LXXVI 84. JOANNES Moronus, Mediolanenſis, preſ-
byter Cardinalis tit.S. Vitalis à Paulo III. vocatus ad
purpuram 1542. vir magni ingenii,multiſque legatio-
nibus clarus, quique nomine Romani Pontificis Con-
cilio Tridentino præſedit, ſub Pio V. ex Epiſcopo
Cardinali Portuenſi, Oſtienſis, ac Veliternenſis Præ-
ſul effectus eſt,Decanuſque ſacri Collegii 1570. die 3.
Julii. Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt in templo S.Ma-
riæ ſuper Minervam, ante Altare majus 1580. Kal.
Decembris, hoc elogio exornante ſepulchrum.

Hic jacet corpus Joannis Cardinalis Moroni Pa-
tricii Mediolanenſis,Epiſcopi Oſtienſis,Qui fuit le-
gatus Apoſtolicus in Sacro Concilio Tridentino, &
Præſes; vixit annos LXXI.menſes decem, dies 5.
Obiit primo Decembr. M.D.LXXX.Orate Deum D
pro eo. Hieronymus Moronus Comes Ponteſcoroni
hæres, Horatius Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus
fratris filii Domino, ac Patrono optimo ex teſta-
mento mærentes. Poſ.

Conſule ſeriem Epiſcoporum Mutinenſium, ac
Novarenſium,ubi à nobis de hoc Cardinali plura pro-
feruntur cum laude.

LXXVII. 85. ALEXANDER Farneſius (,, *Romanus*) Pau-
li III.nepos,ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi,Oſtien-
ſem, ac Veliternenſem Eccleſiam adeptus eſt 1580.
die 5.menſ. Decembris, Decanuſque effectus eſt ſacri
Collegii. De hujuſmodi digniſſimo Principe, ac Præ-
ſule ampliſſimo inferiùs multa dicemus, cùm Par-
menſes Epiſcopos ex propoſito recenſebimus. Cæte-
rùm Alexander Romæ deceſſit anno 1589. 6. non.
Martii, ſepultuſque eſt in eccleſia Chriſto Jeſu con-
ſecrata ante majus Altare, ubi hæc inſcriptio inci-
ſa perſpicitur.

A *Alexandri Farneſii Cardinalis S.R.E.Vice-*
cancellarii Epiſcopi Oſtienſis, hujus Eccleſiæ
Fundatoris.

86. JOANNES Antonius Sorbellonus, Medio- LXXVIII.
lanenſis, Epiſcopus olim Fulginas à Pio IV. presby-
ter Cardinalis creatus,ex Epiſcopo Portuenſi Oſtien-
ſis, ac Veliternenſis Epiſcopus effectus eſt, Decanuſ-
que ſacri Collegii anno 1589.die 16.menſ.Maji. Plu-
ra de eo diximus in catalogo Fulginat. Epiſcop. ac
Novarien. Deceſſit Romæ 1591. 15.Kal.Aprilis, ſe-
pultuſque eſt in eccleſia S. Marię Angelorum ad
Thermas cum hoc epitaphio.

Joannes Antonius Sorbellonus Pii IV. Pont.
Max. amitinus, Card.S.Georgii, Epiſc.Oſtienſis,
S.Collegii Decanus, vir civili prudentia, multoque
rerum uſu præſtans, perſonæ dignitatem apud ſum-
mos Pontifices auctoritate, conſilio, publici boni
ſtudio, per annos duos, & triginta, ſumma cum lau-
de ſuſtinuit, vixit an. 62. obiit 15. Kal Apr. 1591.
Fabr. hæres patruo benemerenti fecit.

B 87. ALPHONSUS Geſvaldus, Neapolitanus, LXXIX.
diaconus Cardinalis ſub Pio IV. Mediceo,ſub Pio de-
inde V. presbyter Cardinalis S.Cæciliæ;tum ſub Gre-
gorio XIV. ex Epiſcopo Portuenſi Oſtienſis, ac Ve-
ternenſis Præſul evaſit, Decanuſque ſacri Collegii. *a* *a die 10. Martii an 1591.*
Clemente autem VIII.imperante, Neapolitanam re-
xit Eccleſiam,ubi vita defunctus eſt 1603.die 14.menſ.
Februarii, ſepultuſque eſt in cathedrali templo.De eo
plura dicemus in Archiepiſcopis Neapolitanæ Ec-
cleſiæ.

88. PTOLOMEUS *b* Gallus, Novocomenſis, CX. *b ſeu Gallius.*
olim Epiſcopus Martoranus, deinde Archiepiſco-
pus Sypontinus,presb.Card.à Pio IV.declaratus ann.
1565.ſub Clemente verò VIII.an.1603.die 19.menſ.
Februarii ex Epiſcopo Portuenſi ad ſedem Oſtien-
ſem, ac Veliternenſem evaſit, ac ſacri collegii Deca-
nus. Deceſſit Romæ anno 1607.die 3.m.Febr. ſepul-
tuſque in eccleſia S.Mariæ della Scala, ut vocant. De
ipſo in Archiepiſcopis Sypontinis plura vide inferiùs.

89. DOMINICUS Cardinalis Pinellus ex Epiſ-
C copo Firmano, purpuratus S.R.E.Senator à Sixto re- XCI.
nunciatus eſt anno 1585. ſub Paulo verò V. ſummo
Pontifice ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi,Oſtienſis,
ac Veliternenſis, ſacrique Collegii Decanus dictus
eſt.Romæ deceſſit 1611.die 9.menſ.Auguſti,ſepultuſ-
que eſt apud S.Mariam Maiorem,ubi Archipresbyte-
ratus munere fungebatur. De eo in Epiſcopis Firma-
nis vide plura inferiùs.

90. FRANCISCUS de Giojoſa *c* Gallus ex Ar- XCII. *c Vulgo Joyeuſe.*
chiepiſcopo Narbonenſi presbyter Cardinalis dictus
eſt à Gregorio XIII. Hic parentes habuit nobiliſſi-
mos,Willelmum ſcilicet Galliæ Mareſchallum, Ma-
riamque de Bertenoy, ex Comitibus Bochagiis. Pri-
mùm Narbonenſis, ut non ſemel dico,poſtea Toloſa-
nus, deinde etiam Rothomagenſis Archiepiſcopus ſe-
dit,donec ſub Paulo V. 1611. die *d* 11. menſ. Auguſti *d die 19. ut patet ex Actis conſiſtorial.*
ex Sabinenſi Epiſcopo, Oſtienſis, ac Veliternenſis,
Decanuſque ſacri Collegii declaratus eſt. Galliarum
fuit Protector, Clementiſque VIII. Pontificis Maxi-
mi legatus,ut ejus nomine Ludovicū XIII.tum Gallo-
D rum Delphinum, nunc verò Galliarum Chriſtianiſſi-
mum Regem ſacro fonte ablueret. Mariam Mediceā
ſolemniter coronavit an.1610.13.die Maji, efficitque
ſua prudentia, ut Alexander Mediceus, poſtea Leo
XI.dictus,ad ſummum Pontificatum aſcenderet.Mul-
tis Legationibus perfunctus eſt, proque catholica Re-
ligione multos adivit labores, ut à neſaria ſectariorū
impietate ſuas Gallias ſervaret intactas.Cùmque ipſe
in ſe cum nobilitate ſanguinis, pietatem, doctrinam,
morumque probitatem junxiſſet, Avenione, omnibus
ordinibus futurus luctus,ac mœror, vitam finivit anno
1615.die 23.menſ.Auguſti,ſepultuſque eſt Pontiſaræ.
Meminit Giojoſæ Robertus Claudius, Joānes Chenu,
Walterus Seculo 17. Petrus Frizon, aliiq; non pauci.

91. ANTONIUS Maria Gallus, Auximanus, XCII.
Epiſcopus Peruſinus,quem Sixtus V.purpura decora-
vit,ex Epiſcopo Cardinali Portuenſi,Oſtienſis, Veli-
ternenſis,ſacrique Collegii Decanus,ſub Paulo V.ele-
ctus eſt 16.die menſ.Septembris an.1615.Auximatem

ſuæ patriæ ſedem obtinuit. Romæ deceſſit 1620. die 30. m. Martii, ſepultuſque eſt in Aræ cœli ſacrario. Vide inferiùs de Epiſcopis Auximatibus, ubi plura de eo.

XCIV. 92. ANTONIUS Cardinalis Saulius (,, *Januenſis*) ex Epiſcopo Portuenſi anno 1620. 6. Aprilis factus Epiſcopus Oſtienſis, & Decanus ſacri Collegii, obiit anno 1623. die 24. Auguſti, de quo vide inferiùs in Archiepiſcopis Jannenſium.

XCV. 93. FRANCISCUS Maria de Monte, cùm eſſet Epiſcopus Cardinalis Portuenſis ſub Urbano VIII. Pont. Max. ad Oſtienſem, ac Veliternenſem ſedem aſcendit 1623. Natus eſt Franciſcus Maria Venetiis ann. 1549. è Raynerio è Marchionibus Montis S. Mariæ, Baroccii primo Comite, atque Minerva Pajona nobili Piſauri provinciæ, adeò glorioſa proſapia, ut in Uguccionem, qui primus in Italiam, Collis Marchio, Borboniorum regium ſanguinem dicitur invexiſſe, ſua generoſa ſtemmata referat. A primis annis bonarum literarum ſtudia proſecutus eſt, ita ut admodum juvenis adhuc juriſprudentiæ lauream tulerit. Itaque apud Alexandrum Sfortiam munere Auditoris egregiè functus eſt, quo mortuo ad Ferdinandum Cardinalem Mediceum ſe contulit, ad illius fortunæ arbitrium ſuæ vitæ rationes deinceps moderaturus: à quo in honore ita habitus eſt, ut cùm poſt mortem Franciſci fratris Magni Hetruriæ Ducis purpuram eccleſiaſticam cum Principatus ſceptro commutaſſet, Roſeum galerum, quem poſteritatis amore reliquerat, Franciſco Mariæ attribuendum curavit. Itaque ex Referendario V. S. in gratiam Ferdinandi Magni Ducis à Sixto V. diaconus Cardinalis declaratus eſt ſub tit. S. Mariæ in Domnica, ſub Gregorio XIV. tit. SS. Quirici, & Julittæ, ſub Clemente VIII. Aræ Cœli, poſtea Prænestinus Epiſcopus fuit, tum Portuenſis, demùm Oſtienſis, ac Veliternenſis. Nullus unquam cœtus Romæ coactus eſt, ſive in cauſa fidei, ſive ad ſolemnes ritus in eccleſia retinendos, ſive ad deſecandos mores, pietatemque tuendam, quos ſua præſentia, conſiliiſque non juverit. A fundamentis penè monaſterium, templumque S. Urbani ſubſtruxit, illicque Deo votas virgines adeò aluit, fovitque, ut omnia incommoda, quæ dura plerumque neceſſitas invehere ſolet, ab eiſdem opportunè arcuerit. Deiparam Virginem adeò præcipua coluit pietate, ut etiam urgente, prementeque ſenio, panis, & aquæ jejunium in ſabbatis nunquam omiſerit, quam abſtinentiam largiſſima in pauperes iterum benignitas commendabat. In ſumma, ſtudio præcipuo fuit in iis, quæ candorem eccleſiaſticum viderentur ſpectare. Cæterum cùm anni 1625. Jubilæi portam ad S. Paulum, me præſente aperuiſſet, iterumque clauſiſſet, diem clauſit extremum, die 28. menſ. Auguſti anno 1626. cùm ſibi jam pridem præclarè, pièque geſtis viam aperuiſſet in cœlum. Elatum ad S. Urbani templum ſolemni ritu ſepeliere.

XCVI. 94. Franciſco Mariæ à Monte OCTAVIUS Bandinus Florentinus ex Portuenſi Epiſcopo, Oſtienſis, ac Veliternenſis ſucceſſit. 7. id. Septembris, 1626. De quo quidem Cardinali in Archiepiſcopis Firmanis ſatis diffuſè narrabimus, utpote qui illam Eccleſiam ſumma cum prudentiæ laude ad multos annos adminiſtraſſet. Decanus ſacri Collegii Romæ deceſſit 1. die menſ. Auguſti 1629. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Sylveſtri in monte Quirinali, in Majorum ſuorum ſacello, ubi ejuſmodi legitur epitaphium.

Octavius Epiſcopus Oſtienſis S.R.E. Cardinalis Bandinus, Quinquaginta annorum curriculo aſſiduis pro ſede Apoſtolica functus muneribus, ac legationibus, proximam excogitans mortem an. ætatis LXXI. ſepulchrum ſibi fecit, menſ. Junio. M. DC. XXIX. Vixit ann. LXX. menſ. IX. dies V. Obiit die XXXI. Julii M. DC. XXIX.

XCVII. 95. JOANNES Baptiſta Detus Cardinalis Clementis VIII. Florentinus in Oſtienſi, ac Veliternenſi Epiſcopatu Octavio Baudino ſuceſſit, 1629. 13. Kal. Septemb. Hic præter nobilitatem ſanguinis, qua Læſam matrem VIII. Clementis proximè attingebat, nil viſus eſt quòd generoſum animum addeceret, purpuræ adjunxiſſe. Quippe à puero, hoc eſt, cum an. 17. vix natus eſſet, Card. tit. S. Hadriani effectus 1598. 3. Maji, iis fortunæ deliciis, obſequiis delinitus eſt, vel potiùs fractus, ut procedente deinde ætate, deſæviens illum in obſcuriſſimi otii latebras, vitæque ſilentia podagra compulerit. Eo nomine tantum notus, quòd poſt Albanenſem, Tuſculanenſem, Portuenſem Epiſcopatum, quorum titulis beneficio ætatis, atque ex ordine Senatus aliquando fuerat inſignitus; demùm Veliternenſis, Oſtienſis, Princepsque Senatus è vivis fuiſſet exemptus anno 1630. 13. Julii. Conditus eſt ad S. Mariam ſupra Minervam in Aldobrandinorum ſacello, quos ſub vitæ finem inſtituerat hæredes.

XCVIII. 96. DOMINICUS Cardinalis Gymnaſius ex Epiſcopo Portuenſi, Oſtienſis, ac Veliternenſis electus eſt 1630. menſ. Julio. Natus Dominicus Romæ eſt, nobilibus parentibus, Franciſco, Catharinaque Paleoteria, è caſtro Bononienſi originem trahentibus. Juvenis adhuc optimis artibus excultus eſt, laureamque diſciplinarum à ſe cultarum obtinuit. Vix penè Clemens VIII. cœperat imperare, cùm Gymnaſii tunc utriuſque Signaturæ Refer. probitas, diligentiaque ſimul ut perſpecta eſt, & probata. Itaque Campaniæ Prolegatio illi demandata, poſtea Firmanam civitatem adminiſtravit, Sypontinuſque Archiepiſcopus declaratus; deinceps apud Ferdinandum I. Magnum Hetruriæ Ducem Apoſtolicus Nuncius reſedit, donec apud Philippum III. Hiſpaniarum Regem eodem munere functus, ab eodem Clemente purpureo galero donatus eſt, quem à Paulo V. Pont. Max. (cujus electioni interfuerat) deinde accepit ſub tit. S. Pancratii, non prius quàm poſt mortem Clementis, Leoniſque XI. Romam reverſus. In omnibus congregationibus, Romæ, ut vocant, conſilia probitatis explicuit ſumma cum laude prudentiæ. Deniq; ſub Urbano VIII. ex primo presb. Card. Prænestino, Portuenſique Epiſcopo, Oſtienſ. Veliternenſiſque ſublectus eſt *a*. In cathedrali Veliternenſi nobile ſacellum penè deformatum reſtituit, auxitque ſanè ſupellectili permagnificè. In patria cœnobium Monialium D. Dominici exſtruxit. Romæ propriis in ædibus Eccleſiam S. Luciæ à fundamentis erexit, ubi cœnobium alterum pro ſacris virginibus ſub tutela S. Tereſiæ excitavit: collegium (quod nunc Gymnaſiorum vocatur) duodecim ſtudentium, in altera domi parte inſtituit, dotavitque ad perennitatem, adhuc in humanis agens, pauperes fovit, veluti pater inter eos ſua bona diſtribuit. Nec deſiit in Gymnaſio cum pietate eruditio, & in ſacris literis continua meditatio, adeò enim intentus fuit, ut penè decrepitus, & valetudinarius in pſalmos ſcripſerit, edideritque non inutile commentarium. Tandem cùm omnia ferè ſua bona pauperibus diſperſiſſet, nonagenario major venerabilis Præſul chriſtiano orbi eripitur an. 1639. 12. *b* Mart. hor. 5. ſepultus in eccleſia S. Luciæ à ſe fundata. Moniales ejuſdem eccleſiæ pii fundatoris memores, in pariete ſupra fores cœnobii hanc inſcriptionem incidi fecerunt.

a 1630. die 10. Julii.

b 7 Mart. ... Lun.

Dominico S.R.E. Card. Epiſcopo Oſtienſi
Collegii Decano
Qui antè mutato nomine
in clauſtrum Sanctæ Matris Thereſiæ
ædes ceſſit Deo
ad hanc formam reduxit, dotavit,
anno ſalutis M. DC. XXXVII.
Moniales Corporis Domini
grati animi teſtimonium poſuerunt.

a Ad ejus vero nobilem è nigro lapide tumulum in Eccleſia ejuſdem cœnobii S. Luciæ excitatum extat hoc epitaphium.

a Ex App. ...

COGITAVI DIES ANTIQUOS,
ET ANNOS ÆTERNOS
IN MENTE HABUI.

D. O. M.

Dominico Gymnaſio de Caſtro Bononienſi
S.R.E. Cardinali Decano

pie-

pietate, juſtitia, prudentia, liberalitate
ſpectabilis,
qui cum Sixti V. Pont. Max.
auſpiciis,
Campaniam, & Picenum à latrociniis
purgaſſet, Archiepiſcopus Sypontinus
electus eſt.
Deinde Clemente VIII. oblato Theſaurarii
Pontificii munere recuſato
Florentiam primo, tum in Hiſpaniam
extra ordinem, mox
ordinarius nuncius ablegatus,
tandem Cardinalis creatus,
ſolis virtutibus purpuram
tribuit,
quam ut pretioſiorem cœlo redderet
omne pauperum genus
ſublevavit in terris.
Divinum cultum ædificatis Oſtiæ
Velitris in Galgano monte
in caſtro Bononienſi in hac urbe
ſacellis,
templiſque amplificavit;
publicam utilitatem fovit;
cœnobia, xenodochia, collegia
juventutis fundando
Davidicos pſalmos lucubrationibus
illuſtravit.
Ad ultimum plenus dierum,
& meritorum
poſt domum in cœnobium
Deo dicatam
ad cœleſtem domum demigravit.
Catharina Gymnaſia patruo
benemerentiſſimo mærens
poſuit,
Senis quotidianis pro ejus anima
ſacrificiis
in hoc templo inſtituendis.
Vixit annos LXXXIX.
Obiit IV. idus Martii
M.DC.XXXIX.

XCIX. 97. CAROLUS Pius (,, *Ferrarienſis*) Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias obtinuit aono 1639.28. Martii Hic poſtremus Cardinalium fuit ab VIII. Clemeote creatus; quod in eo adhuc propemodum puero generoſa indoles cerneretur, qoamà tot præclariſſimis proceribus olim originem duxiſſe conſtat. In quibus ſanè Rodulphus ille Carpenſis Cardinalis præluxit, cujus fortaſſe memoriæ ab VIII. Clemente datum eſt, ut in ea gente adhuc eccleſiaſtica purpura perduraret, præſertim Carolo, cui collata erat, ſpem faciente, fore, ot in eo priſci illius Carpenſis purpurati redivivæ virtutes hoc noſtrum ſecolum iterum exornarent. Cæterùm junioris Pii Card. exaggeratas laudes non hic imperito calamo libabo. Satis habuero, ſi illum ex vero dixero me propemodum in hoc opere animum deſpondentem, ſuis adhortationibus, promiſſiſque ad ejuſdem multoties impulerit perfectionem. Fato functus eſt Romæ, adhuc florente ætate 1. Jolii, hora 10. anno 1641. ſepultus jacet in eccleſia Nomiois Jeſu.

C. 98. MARCELLUS Lantes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, Oſtienſem, ac Veliternenſem optavit eccleſias die 1. Julii, anno 1641. Natus eſt Marcellus Romæ ex nobili Lantea Piſana familia, Ludovico patre, matre verò Lavinia Maffæa. Sub VIII. Clemente Auditoratu Cameræ Apoſtolicæ functus eſt, à Paulo verò V. quem contingebat affinitate, presb. Cardinalis tit. SS. Quirici, & Julittæ creatus eſt; nec multò poſt eidem Epiſcopatus Tudertinus delatus, Ordiois Minorum Protector, integerrimuſque Senator, Pater pauperum, cujus adhuc viventis exaggeratas virtutes tacere præſtabit, quàm tanti viri onerare modeſtiam. * Obiit Romæ an. 1652. die 19. Apr. ſepultus io Sacello à ſe conſtructo in Eccleſ. S. Nicolai de Tolentino.

* Ex Ap. c. 5.

CI. 99. JULIUS Card. Roma defuncto Marcello ſucceſſit in Epiſcopatu Oſtienſi, relicto Portoenſi, eodem an. 1652 die 29. Aprilis. Extrema clauſit Romæ die 16. Septem. Lateritio tumulo depoſitus in Eccleſ. S. Caroli ad Curſum, Tibur deportandus, & in Cathedrali ſepeliendus.

100. CAROLUS Card. Medices Epiſcopus Portuenſis, abſens ab Innocentio X. Pontif. Max. factus eſt Epiſcopus Oſtienſis & Veliternenſis, ſacrique Senatus Decanus die 23. Sept. ao. 1652. Prioceps verè magnus, de quo vide quæ diximus in Sabinenſibus. CII.

A D D I T I O.

(,, *Omnium mærore Florentiæ orbi ereptus eſt die* ,, *19. Junii anno 1666. terra commendatus in Majorum* ,, *Ducali Sacello S. Laurentii. Beneficentiſſimus Prin-* ,, *ceps ſui fulgoris dum cunctis radios diſpenſaret, non* ,, *parum ab eo ſors irradiata fuit noſtri Ughelli. Ergo* ,, *perennis cum laude ſummo ut ſyderi ſuo grates reſpon-* ,, *dere meliori, qua poſſet ope, quartum ei de Sacris I-* ,, *talia volumen inſcripſit.*

(,, FRANCISCUS *Barberinus Medicea Clari-* ,, *tudinis, infulaque cum jure Decanatus Sacri Colle-* ,, *gii ſucceſſor adſcitus die 11. Octob. 1666. Hic in Senato-* ,, *ria Eccleſiæ Toga excultam cum eruditione omnibuſ-* ,, *que Græcis, Latiniſque doctrinis rerum agendarum* ,, *experientiam & illibatum animi candorem conjunxit.* ,, *Urbani VIII. diuturni Pontificatus in ipſum congeſta* ,, *moles tam bella geſta, innumeraque non minus ardua,* ,, *quam optato ſucceſſu ejus ope felicia, virum divina po-* ,, *tius quam humana præditum virtute teſtantur. Obiit* ,, *die 10. Decemb. an. 1679. ejuſque cadaver in Vatica-* ,, *num delatum conditum fuit in ſacrario in ſepulchro* ,, *Canonicorum, ubi eminet cum ejus ad vivum ex ære* ,, *expreſſa effigie, ſequens Epigraphe.* CIII.

D. O. M.
FRANCISCO CARD. BARBERINO
Urbani VIII. P. M. Fratris filio,
Et ſupremo Adminiſtro,
S. R. E. Vicecancellario,
Epiſcopo Oſtienſi, Sacri Collegii Decano,
Et hujus SS. Baſilicæ Archipresbytero,
Morum integritate, illibata Caſtimonia,
Conſtanti æquabilitate, ac moderatione
In omni fortunæ varietate,
Zelo vindicandi, &
Jura, & dignitatem Apoſtolicæ Sedis,
Incorrupta in Summos Pontifices fide,
Pietate in Deum, ſtudio in Religionem
Eximio.
In Legationibus Gallica, mox Hiſpanienſi
Illuſtrium Populorum plauſibus,
Sacrorum Ordinum veneratione,
Potentiſſimorum Regum honoribus,
Probatiſſimo.
In rebus agendis.
Memoria, & Negotiorum peritia.
Conſiliorum copia, laboris Patientia
Providentia, vigilantia, ſolertia
Admirabili.
Parſimonia in ſe, liberalitate in Literatos
Singulari Charitate in Pauperes,
Benificentia in omnes
Etiam Remotiſſimarum Nationum homines,
Ubique Gentium Claro
Carolus Diaconus Cardinalis
Clementis IX. P. M. munificentia
In Archipresbyt. viventi adhuc Succeſſor,
Et Maphæus Prænestinorum Princeps.
patruo optime merito PP. Anno MDC.
LXXXII.
Obiit A. S. M. DC. LXXIX. ÆT.
LXXXII.
Cardinalatus LVI.

(,, CÆSAR *Facchenettus dimiſſo Epiſcopatu Por-* ,, *tuenſi, & S. Rufina ad Oſtienſem, & Veliternenſem* ,, *optavit die 8. Januarii 1680. qui cum ſibi commiſſis Ec-* ,, *cleſiis intentiori cura ſtuderet prodeſſe, dum in Aula* ,, *Romana ſummis pro Eccleſia negotiis implicaretur, &* ,, *pro Vicecancellarii vacante per obitum Franciſci Car.* ,, *Barberini viceſgereret, contracto exitiali morbo ex* CIV.

geſta

„ lapide in veſſica obiit die 30. ſe convolventis Januarii A
„ nocte ſequenti hora 9. in Sabbato ann. 1683. In Palatio
„ propè Eccleſiam S. Marcelli, in cujus medio elatus,
„ inde ſolemni pompa delatus eſt in Templum Tranſti-
„ berinum S. Mariæ de Scala Carmelitarum Diſcal-
„ ceatorum: ubi ſepelitur. Princeps ſanè dignus, cujus
„ inter præcipuas animi dotes ea erat affabilitas, ut ſine
„ majeſtatis detrimento omnes liberaliter, benevole, &
„ amicè apud ſe haberet.

CV. (,, NICOLAUS Ludoviſius Epiſcopus Cardinalis
„ Portuenſis, & S. Rufinæ ad Oſtienſem, & Veliter-
„ nenſem Thronum gradum fecit die 15. Februarii 1683.
„ Hic effuſus, & opibus, & opere omni nulli unquam la-
„ bori pepercit pro ſalute ovium: nullum locum, nullum
„ titulum attigit, quem ſumma beneficentiæ veſtigiis non
„ decoraverit. Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtibe-
„ rim dum eſſet, cerneas inibi ſervari plurimas Sancto-
„ rum reliquias ligno incluſas, & minus decenter cuſtodi-
„ tas, tranſmiſit omnem ſuam argenteam ſupellectilem,
„ ut eo ære pretioſas occluderentur. Simile quid expen-
B „ dentem mirata eſt Aula in poſtrema obſidione Vien-
„ nenſi, cui ut etiam ipſe ſuffragaretur, reſtauratam ar-
„ genteam ſupellectilem in officinam fuſoriam pro cuden-
„ dis nummis trajecit, ipſe deinceps ex teſtaceo opere con-
„ geſta ad menſam, & ubique uſus eſt. Vitam exuit morta-
„ lem ætatis ſuæ ann. 78. die 9. Auguſti anni 1687. hora 4.
„ noctis ſequentis, ſuccedente luciſſima die S. Lauren-
„ tio Sacra; cujus Eccleſiæ dum titulum gereret Prior
„ Presbyterorum, exornanda plurimum incubuit, & in
„ ea Cratem ferream, ſuper quam S. Martyr ſuum ago-
„ nem explevit, repertam humili cuſtodia detentam, in
„ ſplendidiſſimam arcam auro, æreque admirabili opere
„ elaboratam conjecit. In Baſilicam S. Mariæ Tranſti-
„ berim delatum eſt cadaver, ubi ſepulchrum ſibi cæteriſ-
„ que titularibus paraverat ante gradus majoris Aræ.
„ Supremis tabulis fratris filios hæredes inſtituit, &
„ quippe honorarios, cum jam antea quæcumque, ſeu pa-
„ trimoniali jure, vel ex Eccleſiæ redditibus ei obvenie-
„ bant, in pauperes dietim diſperſiſſet, modico ipſe viven-
„ di genere ſemper uſus. At de ipſo vide, quæ infra cunn-

A „ ciamus in Archiepiſcopis Bononienſibus; ubi ſepulchra-
„ le ejus Elogium tranſcribimus.

„ ALDERANUS Cybo Nicolao ſucceſſor datus CVI
„ die 10. Novembris 1687. ex norma purioris Eccleſia-
„ ſticæ diſciplinæ hunc gregem moderari aggreſſus, nul-
„ lis, quantumvis maximis præpeditus curis Romanæ
„ Pontificiæ Aulæ. Iis ſolvitur morte adveniente Inno-
„ centii XI. quibus in decurſu 12. annorum tanquam pri-
„ mus Adminiſter Pontificius ſumma cum animi inge-
„ nuitate occupatus fuerat. Novo creando ſummo Eccle-
„ ſiæ Antiſtiti, ſemel deinde, & iterum in Vaticano
„ Conclavi adfuit, & ipſe eo dignitatum culmine dignus
„ ab omnibus adjudicatus. De eo plura in Æſinis. Ro-
„ mæ ſupremam clauſit diem 22. Julii an. 1700. in Templo
„ nominis Jeſu poſtquam ei funebria perſoluta ſunt, ſole-
„ mni pompa elatum Cadaver, delatum eſt ad Eccleſiam
„ S. Mariæ de Populo, ubi ſepelitur in ſacello ſumptuoſi
„ operis à ſe erecto. Lucentius.)

„ EMMANUEL Theodoſius a Turre Cardin. Bul- CVII.
„ lionius Magnus Franciæ Eleemoſynarius, dimiſſis
B „ Eccleſiis Portuenſi, & S. Rufinæ optavit, juxta morē,
„ Eccleſias Oſtien. & Veliternenſem in pr. Conſiſtorio
„ habito à Sanctiſſ. D. Noſtro Clemente XI. die 15. De-
„ cembris 1700. poſtquam, uti Sacri Collegii Cardina-
„ lium Decanus, eumdem Clementem XI. die 8. ejuſdem
„ menſis in ſummum Pontificem conſecraverat, & anno
„ ante, nempe die 24. Decembris 1699. ægrotante tunc ſa.
„ mem. Innocentio Papa XII. Portam auream Baſilicæ
„ Vaticanæ reſeraverat; ſubinde Ludovici XIV. Fran-
„ corum Regis juſſu revocatus in Galliam, & Magni
„ Franciæ Eleemoſynarii munere, aliiſque a Rege depen-
„ dentibus Dignitatibus privatus, in propria, cujus erat
„ Commendatarius, Abbatia, per pluros annos, ejuſdem
„ Regis placito, relegatus permanſit, donec nimis longum
„ faſtidiens exilium, Romam reverſus, paulo poſt obiit
„ in urbe die 2. Martii 1715.

„ NICOLAUS Cardinalis Acciajolus ex Epiſcopo CVIII
„ Portuenſi tranſlatus ad Eccleſias Oſtienſem, & Veli-
„ ternenſem, quas de more optavit die 18. Martii
„ 1715.

E P I S C O P I

PORTUENSES, SIVE S. HYPPOLITI,

Et Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ.



DE PORTUENSI CIVITATE, ac Sylvæ Candidæ loco.

A PORTUM, ſecundam Epiſcopalem civitatem Cardinalitiæ dignitati annexam, non longè ab Oſtia, ad Tiberis dexteram, ab Urbe verò 18. milliaria diſtantem, in theatri ſpeciem, in eodem loco, ſituque, quo Julius Cæſar ad navium, navigantiumque opportunitatem, uſumque ædificandam decreverat, Claudius tandem Imperator ſubſtruxit. De ea narrat Plutarchus; ac præcipuè Svetonius in Claudio illam opus magnum appellat, ſed haudquaquam uſui opportunum. *Portum Oſtiæ exſtruxit circumducto dextra, ſiniſtraque brachio, ad introitum profundo jam ſolo mole abjecta. Quam quo ſtabilius funderet, navem ante demerſit, qua magnus Obeliſcus ex Ægypto fuerat advectus, congeſtiſque pilis, ſuppoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent.* Idem refert Plinius, refertque Portuenſe opus inter digniora, magiſque ardua opera, quæ unquam Claudius Cæſar molitus ſit. Dion autem cùm retuliſſet cauſas, quæ ad hujuſmodi operoſam ædificationem impulerant Claudium, ſubjunxit, *Una potentia Romana dignum fuiſſe opus.* Hic ille Claudii Portus eſt, qui appellatur modò Auguſti, modò Portus Trajani, modò Portus tantummodo, modò Romæ Portus, modò (& quidem vulgatiùs) Portus Romanus. Et quidem pars illa exterior, quæque primùm occurrit aſpectui, appella-

tur

A tur Portus Auguſti. Quoniam verò Trajanus Auguſtus interiùs eundem Portum munimentis adauxit, Juvenalis alicubi Trajani Portum appellat; quamquam deinceps ſcriptoribus, hoc eſt, Procopio, Dioni, Caſſiodoro, liberum fuerit, & Portum Romæ, & Romanum Portum illum appellare. Exteriorem Auguſti partem adeò jam ſenticoſarum herbarum occupavit protervia, ut nullatenus antiqui Portus ſpecies contuentibus occurrat. Tametſi interior Trajani pars inter ruinas ſuam ita formam oſtentet, ut contuentibus adhuc videatur commovere poſſe admirationem. Hic igitur ille antiquus Portus eſt, nobiliſſimorum olim ædificiorum celebrior ſedes, nunc verò piſcatoriarum caſularum receſſus ignobilis, atque in paucis, rerum humanarum inſtabilitatis documentum futurum. Hinc igitur, hoc tempore, antiquiſſima Portuenſis eccleſia ſuæ nobilitatis ſe traxiſſe originem gloriatur; unde tot viri ſancti coronati martyrio prodierunt, Regnique Chriſti terminos glorioſiſſimè protulere. Adhuc mihi cum pleriſque aliis ſuboſcurum,
B & à quibus, quove tempore civitas Portuenſis lucem hauſerit Evangelii, tametſi interim ſuſpicari poſſimus, paulò poſt ſuam fundationem fidem Chriſti ibi fundatam fuiſſe, cum S. Hippolytus ejuſdem civitatis Epiſcopus, ac glorioſus Protector, ibidem nobilem tulerit palmam martyrii, anno videlicet 229. hoc eſt, cùm jam in Romano Portu fides Chriſti floreret, multoſque ibidē perſecutoris gladius præmiſiſſet ad cælum.

Symmachus Papa, ut S. Hieronymus narrat, nobile in Romano Portu conſtruxit xenodochium, quo, qui ad limina Apoſtolorum, pietatis ergo proficiſcebantur, exciperentur; cujus hoc tempore ne tenue quidem extat veſtigium, ejuſdemque etiam nulla extaret memoria, ſi unus Hieronymus tacuiſſet. Denique ita celebrem quondam civitatem Portum temporum injuria exedit, atque attrivit, ut vix ſine lachrymis jam ruinæ illæ perſpiciantur, quas tot SS. virorum reliquias conſtat obruere.

Cathedrale templum, quantæ jam molis fuerit turris adhoc, quæ extat, ſalicè prodit. Portuenſis E-
C piſcopus propemodum ab immemorabili ſenatoria purpura decoratur, atque ex iis ſeptem unus eſt, qui propiùs circumſtant Pontificem, tertiæque feriæ, ſacrum in Laterano celebrandum olim illi contingebat, ac Vicedecanus eſt Sacri Collegii.

Callixtus II. anno 1120. Portuenſi Eccleſiæ, ſedem Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ opportunè conjunxit, quod ex frequenti Barbarorum procurſu Incolæ antiquas ſuas ſedes deſeruiſſent, & ex duabus unam effecit, unius eccleſiæ privilegiis alteri communicatis, mandans nihilominus, ut ſicut olim in ſingulis earum ſinguli Epiſcopi conſtituti ſacro Lateranenſi Altari conſueverunt miniſtrare, ità deinceps unus in eis, tanquam in una Eccleſia ordinatus Epiſcopus, ejuſdem altaris ſervitio in ordine vicis ſuæ inſerviret. Hanc unionem deinceps Hadrianus IV. & Gregorius IX. confirmarunt. Ante annum 900. Epiſcopalis Eccleſia à Sarracenis ſolo æquata eſt, quam deinceps Sergius III. ad ipſam reſtaurandam, poſſeſſiones, & bona plurima contulit. Via Aurelia Sylva
D Candida eſt, olim ad Sylvam Nigram ab urbe Roma 10. milliaribus diſtans, nunc S. Rufinæ caſale Archihoſpitalis S. Spiritus in Saxia, quæ ideo SS. Rufinæ, & Secundæ appellata eſt, quòd eæ duæ ſorores, accuſatæ à ſponſis, quòd pietatem chriſtianam colerent, ibidem ſuſceptæ fidei, ſub Romano præfecto Junio Donato, capite plexæ, luère pœnas anno 260. Itaque cùm ex odio chriſtianæ fidei illarum corpora aliquandiu catuiſſent ſepulchro, Plautillam Dominam loci per ſomnium admonuerunt, chriſtiana ſacra ſuſciperet, abjectaque corpora ſepeliret. Expergefacta illa cumulatiſſimè præſtitit, quod admonita fuerat, conſecrato eiſdem peramplo templo, quas paulò ante dignaverat ſepulchro. Quod ipſum deinde, cùm ob ſacras Reliquias, tum ob loci religionem, venerabilius, digniuſque populorum frequentia reddidiſſet, ſummi Romani Pontifices ibidem Sylvæ Candidæ,

A ſeu S. Rufinæ Epiſcopatus ſedem conſultiſſimè defixerunt, ita ut ejus eccleſiæ Præſul inter ſeptem Epiſcopos Cardinales, ſecundo poſt Oſtienſem, ideòque digniori gradu ad Pontificem ſummum miniſtraturi accedant. Hujus itaque Eccleſiæ, cùm vel tenue veſtigium antiquior, ut non ſemel dico, aboleverit ætas, factum eſt ut ejuſdem Præſul (Romano ita cenſente Pontifice) promiſcuè, & Portuenſis, & Sylvæ Candidæ, ſanctarumque Rufinæ, & Secundæ Pontifex appellaretur.

Epiſcopos Sylvæ Candidæ, Romani Pontifices inſignibus beneficiis exornarunt, Eccleſiam SS. Adelberti, & Paulini, quæ nunc S. Bartholomæi dicitur, & Eccleſiam S. Benedicti cum omnibus juribus poſitas in Inſula Lycaonia eiſdem conceſſerunt, ut eſſet ipſis Præſulibus Epiſcopale domicilium; clericos omnes earum eccleſiarum plenariè ſubjecerunt; jus conſecrationis in baſilica D. Petri, tum in aliis eccleſiis Leoninæ civitatis, omniaque judicia eccleſiaſtica ejuſdem civitatis tradiderunt. Ad coronationem
B Imperatoris primus omnium Epiſcoporum à Pontifice invitabatur. Pontifice impedito, cuncta ſacra officia in Vaticana baſilica, aliiſq; Leoninis eccleſ. ab ipſo expediebantur. In die Palmarum, Cœnæ Domini Paraſceve, ac ſabbati S. proceſſionem cum Palmis in eadem baſilica agere ſolebat, Chriſma conficiebat, baptizabat, clericos ordinabat, & omnia, quæ diebus illis per alios Epiſcopos ſuis in eccleſiis expediri ſolent, ſolemniter ibidem habebat. Cæteræ immunitates, & privilegia eorundem Sylvæ Candidæ Epiſcoporum, infrà ſuis in locis videbimus. Quorum Pontificum ſeriem modò proferemus, primùm ſeorſim, ut qui ante harum duarum eccleſiarum conjunctionem Portuenſi eccleſiæ, Sylvæque Candidæ præfuerunt, etiam diſiunctim ſpectentur, deinde promiſcuè, hoc eſt, poſt factam à Callixto II. unionem, quos non aboleverit ætas, ex fide narrabimus.

ADDITIO.

„ *Cathedrale Portuenſe Templum S. Hippolyto ſacrū*
„ *extra & prope civitatis muros exurgebat. Modo par-*
C „ *vula exurgit Eccleſia ſub invocatione S. Luciæ, in qua*
„ *nulla Dignitas, nulli Canonici, ſeu Beneficiati. Ibi*
„ *cura animarum exercetur per Presbyterum in nautas,*
„ *& advenas. Jura olim quæ fuerint, quive cenſus hu-*
„ *jus Portuēſis Eccleſiæ ex literis deprehendere eſt ſum-*
„ *morum Pontificum infrà relatis: ſicuti etiam ex aliis,*
„ *quænam fuerint jura Eccleſiæ Sylvæ Candidæ. Nunc*
„ *utriuſque Eccleſiæ redditus enumerantur ſcuta Roma-*
„ *na circiter 3500. qui tamen in libris Cameræ non repe-*
„ *riuntur taxati. Diœceſis eſt injucunda, inſalubris ae-*
„ *ris, ſegetum ferax, & pecudibus potius quàm homini-*
„ *bus paſcendis apta. Nonnulla inibi ſunt, ſed tenuia Re-*
„ *gularium Cœnobia. In Oppido Caſtro novo habetur Ec-*
„ *cleſia Collegiata. Oppida vero octo enumerat (1). Sunt-*
„ *que:* Caſtel nuovo. Riano. Iſola. Ceſano. Galeria.
„ Ceri. Cervetri. Saſſo. *His adde duas Turres ad ora*
„ *maritima cuſtodiam, videlicet Turrim S. Marinellæ,*
„ *Turrim S. Severæ, & celebrem Arcem Pali olim Ur-*
„ *ſinæ Gentis. Suntque duo Caſalia Palidoro, & Ma-*
„ *careſe rei pecuariæ attributa.* Lucentius.)

D

SYLVÆ CANDIDÆ, SIVE SS. RUFINÆ & Secundæ Epiſcopi ſeorſim.

(„ ADEODATUS *Sylvæ Candidæ Epiſcopus à nobis reperitur ſubſcriptus in Synodo Romana* I.
„ *tertia in Cauſa Symmachi Papæ coram Theodorico*
„ *Italiæ Rege anno* 501. *item in ſexta ſub eodem Sym-*
„ *macho contra invaſores rerum Eccleſiaſticarum ann.*
504. Lucentius.)

1. * ADENULPHUS, (2) Sylvæ Candidæ Epiſcopus interfuit IV. Synodo ſub Symmacho Papa an. 502. * Ex app.

2. VALENTINUS SS. Rufinæ, & Secundæ Epiſcopus ann. 546. apud Procopium de bello Gothorum. Hic eſt ille Valentinus, qui miſſus Vicarius à Vigilio Papa Romam, in Portu Romano à Totila II.

Rege

(1) Ex his Galeria, & Cere urbes olim fuere Epiſcopales: noſque in tom. 2. eorum Præſulum, qui inveniri potuerunt, ſeriem afferemus.
(2) Nullum Adenulphum per hæc tempora Sylvæ Candidæ Epiſcopum fuiſſe reperimus: neque in 4. Synodo Symmachi legitur adfuiſſe ullus Adenulphus, vel Sylvæ Candidæ Epiſcopus. Indicta fuit hæc Synodus anno 502. Imo tunc Adeodatus cum præeſſet. *Luc.*

Rege Gothorum amputatus eſt manibus, obindèque per alium ſubſcripſit in Concilio (1) Romano, ab eodem Pontifice, apud Baronium.

III. *a* 594. 3. TIBERIUS (2) ſubſcriptus reperitur privilegio Gregorii Magni monaſt. S. Medardi ao. *a* 593.

IV. *b al. Vitus, ſeu Nonitus.* 4. URSUS *b* in Concilio ſub Agathone Papa anno 680.

V. 5. NICETAS Epiſcopus Sylvæ Candidæ Conſtantinum Papam Conſtantinopolim pergentem ſecutus in itinere apud Gallipolim mortuus eſt an. 709. (3) de quo Anaſtaſius Bibliothecarius.

VI. 6. TIBERIUS anno 721. ſubſcripſit conſtituto Gregorii II. adverſus illicita conjugia, ex cod. Vatic.

VII. („ BENEDICTUS 12. *Kal. Martii ann.* 742. *In-„ dict. x. literas expedivit Aquins elargitas à Zacha-„ ria Papa ad favorem Montis Caſinenſis Monaſterii; „ hic Benedictus inſcribitur S. Sylva Candida Eccleſia „ Epiſcopus, & Bibliothecarius S. Sedis Apoſtolica ex „ Bullario Margherini Tom. 1. Conſt. 3. cujus etiam pri-„ vilegii teſtis eſt Leo Cardinalis Oſtienſis.* Luc.)

VIII. *c Sui' ſesſ- ſus reperitur in Conc. an. 743 & 745.* 7. EPIPHANIUS, ſeu Theophanius, ſub Zacharia Papa in Romano Concilio anno 741. *c* & deinceps in aliis ſynodis reperitur ſubſcriptus.

IX. 8. GREGORIUS in Concilio Romano ſub Paulo I anno 761. („ *Obſervationem Concilii ſub Stephano „ IV. populo recitavit ex Baron. an.* 769. Luc.)

X. 9. JOANNES, cum Sergio Bibliothecario, Quitino Subdiacono, Leone Magiſtro militum, legatus ad Ludovicum Pium à Paſchale I. Papa miſſus anno 823. Interſuit Concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826. („ *Dicitur fuiſſe Cardinalis, & recenſetur ab „ Adhemaro in Appendice apud Aimonium, & Auctarius Ciaconii cum Baronio anno* 815. *Legationem obiſ-„ ſe pro Leone III. cum Theodoro Nomenclatore, & „ Sergio Duce ad Ludovicum Imp. ut eum expurgarent „ ab illatis illico poſt mortem Caroli Magni injuriis, ut „ evenit feliciſſime.* Luc.)

XI. 10. LEO („ *Sedit in Synod. Rom.*) anno 853. Meminit ejuſdem Baronius ad ann. 867.

11. TIDONUS (4) ann. 869. 4. Kal. Aug. Joannis XIII. an. 4. in privilegio conceſſo Landulpho Archiepiſcopo Beneventano apud Marium Viperam.

XII. 12. GREGORIUS ann. 869. apud Baronium. („ *Rom. Synodo interfuit an.* 879. *pro reſtitutione Pho-„ tii.* Lucent.)

XIII. 13. BENEDICTUS Sylvæ Candidæ Epiſcopu, S. R. E. Bibliothecarius, ann. 884. in privilegio Marini I. conceſſo monaſterio Caſinenſi, dat. 12. Kal. Februarii (5) per manus ejuſdem Benedicti menſe Jan. Ind. 11. Habetur hoc privilegium in regiſtro Petri Diaconi pag. 5.

XIV. 14. HILDEBRANDUS Epiſcop. Sylvæ Candidæ anno 910. hoc ſequens privilegium à Sergio III. pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus obtinuit, quod exſcripſimus ex Reg. Vaticano Gregorii IX. qui idem privilegium Romano Epiſcopio Portuenſi, & S. Rufinæ anno 1235. confirmavit.

SERGIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectiſſimo, ac ſanctiſſimo Hildebrando fratri, & Coepiſcopo noſtro ſanctæ Sylvæ Candidæ, & per te in eodem venerabili Epiſcopio, tuiſque Succeſſoribus in perpetuum.

Convenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere; & po-

A *ſcentium animis alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum premium apud conditorem omnium Deum reponitur, quando venerabilia loca opportunè ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta; & ideo conſiderantes deſolationem eccleſia SS. Rufina, & Secunda, qua appellatur Sylva Candida, quam paſſa eſt à nefandiſſima Sarracenorum gente, ſicut ruina ipſius loci teſtatur, & plebs, atque caſalia, qua pene abſque agricolis, & habitatoribus eſſe noſcuntur, ob reſtitutionem, & reparationem ſacri loci ipſius, & remedium anima noſtra concedimus, tibique frater Hildebrande venerabili Epiſcopo, & per te in eadem S. Eccleſia in perpetuum, Maſſam, que appellatur Caſarea, in integrum cum fundis, colonis ſuis, qui appellantur Furcula, Tondilianum, Martinianum; item coloniam de Solario, & coloniam de Cortina, atque coloniam de Gradolfo, & coloniam de Micinno, coloniam de Vallo, ſeu coloniam de Fontana, & coloniam de Sancto, coloniam de Corliano, nec non & coloniam de Caſtanea cupa, coloniam de Cabellis, & de Caſario, ſive quibuſcunque aliis vocabulis*

B *nuncupentur, cum caſis, vineis, caſalibus, ſeu appendiciis, ac cum omnibus finibus, terminis, limitibuſque ſuis, terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſalictis, arboribus pomiferis, fructiferis, vel infructiferis diverſi generis, puteis, fontibus, rivis, aquis perennibus, adificiis, parietinis, arenariis adjunctis, adiacentibuſque ſuis, cum eccleſia, qua vocatur S. Andrea Apoſtoli infra ipſam adificata Maſſam, unà cum colonis, atque maſſaritiis, tributariis, atque angarialibus, maſculis, & feminis, filiis, & filiabus, ac nepotibus eorum, ibidem reſidentibus, aut exinde pertinentibus, ubicunque inventa fuerint, cum omni cenſu, atque dationibus, & functionibus, nec non angariis, vel quicquid de eadem maſſa, qua vocatur Caſarea, in integrum in noſtra S. R. Eccleſia ſolita conſuetudine perſolvi debet, & cum omnibus ad dictam Maſſam, qua vocatur Caſarea, generaliter, & in integrum pertinentibus poſitis in territorio Nepeſino, milliarium ab urbe Romana 20. ex corpore patrimonii Tuſcia juris S. Roman. cui (Deo auctore) deſervimus Eccleſia, & inter affines ab uno latere terra monaſt. S. Stephani, quod vocatur Ma-*

C *jor à S. Petro, & a ſecundo latere ſylva, & terra de Joanne Grammatico, & à tertio latere pars terricia Doniea, & à quarto latere Maſſa Elodiana, à praſenti octava indictione tibi tuiſque ſucceſſoribus in eodem venerabili Epiſcopio donamus, largimur concedimus, & ſtabilimus perenniter in uſu, & utilitate ipſius venerabilis Epiſcopii, & Epiſcoporum, qui pro tempore fuerint, ita tamen, ut quotidianis diebus Sacerdotes, & Clerici ipſius Eccleſia pro remedio anima noſtra clament in eadem eccleſia centum Chyrie eleyſon, & centum Chriſte eleyſon, & Sacerdotes ſacras Oblationes in Miſſarum ſolemniis tribus vicibus per ſingulas hebdomadas pro abſolutione noſtra anima, noſtrorumque ſucceſſorum Pontificum omnipotenti Deo offerant; ſtatuentes Apoſtolica cenſura ſub Divini judicii atteſtatione, & anathematis interdicto, ut nulli unquam ſucceſſorum noſtrorum Pontificum, vel qui publicas perfuncti fuerint actiones, vel magna, vel parvaque perſona de ſupradictis Maſſis, cum omnibus locis, ſeu familiis, ac colonis, maſſaritiis, atq; tributariis, cum omnibus ſuis pertinentiis, vel adjacentiis, ut ſuperius legitur,*

D *contra hoc noſtrum pontificale privilegium agere, vel alienare, aut auferre praſumat, ſed potius firma, atque ſtabilia perennis, atque perpetuis temporibus, ita ut à nobis ſtatuta ſunt, decernimus permanenda. Si quis autem, quod non optamus, contemptor extiterit contra hoc noſtrum Apoſtolicum privilegium, & in quoquam ire traſgreſſor eſſe maluerit, vel frangere praſumpſerit, ac in omnibus obediens, & obſervator eſſe noluerit, ſciat, ſe auctoritate Dei omni-*

(1) Conſtantinopolitano legendum, cum enim Conſtantinopolim ad Vigilium Papam rediiſſet, praſens ibi fuit condemnationi decretæ contra Theodorum Caſareæ in Cappadocia Epiſcopum, & quia manibus carebat, Zacchæus Scyllacenſis Epiſcopus pro Valentino ibi ſubſcribitur. *Luc.*

(2) Tiberius fidem ſibi adſtruit ex privilegio S. Medardi anno 594. cui in ea ſerie ſubſcribentium perperam ſuccedit *Marinianus Ravennatis*, quo tempore Joannes præerat Ravennatenſi Eccleſiæ. Quare dictum privilegium uti ſuſpectum, & fictitium rejicimus, ſicuti de eo proteſtati ſumus inter Oſtienſes, cum de Glorioſo egimus num. 9. aſſentiuntur nobis Labbeanæ Obſervationes tomo 5. Concil. aliique graviores notæ Viri. Tiberius parem cum ſuo authentico fidem habeat Præſulatus ſui in hac Sede. *Lucent.*

(3) Anno 710. ſcribendum, cum non antea quam tertio Non. Octob. dicti anni Pontifex Roma diſceſſiſſet, ut commendatum habemus ex geſtis Conſtantini. *Lucent.*

(4) Poſt hunc Leonem Tidonus proximè enumeratur ab Ughello ex diplomate Joannis XIII ad favorem Landulphi Archiepiſcopi Beneventani anno (ut inquit ipſe) 869. 4. Kal. Auguſti, ſed centum annorum ſupputatione decipitur. Privilegium ſiquidem relatum verum eſt, habeturque in ſerie Beneventana Italiæ ſacræ tom. 8. in cujus fine Guido (qui & Tidonus ex vario exemplari) Epiſcopus Sylvæ Candidæ rogatus de eo tanquam Bibliothecarius S. R. E. anno IV. Joannis XIII qui fuit Chriſti 969. 7. Kal. Junii. Per hæc ſiquidem tempora, nec Landulphus Beneventanis præerat, & Adrianus II. univerſalis Eccleſiæ Paſtor erat. Oldoinus in Ciaconiana additione in eundem incidit errorem, quin imo Portuenſem, & Sylvæ Candidæ ſimul Epiſcopum dicit, & quidem gratis, cum hactenus hæ disjunctim Eccleſiæ proprio decorarentur Præſule. Nos igitur infra de Guidone, ſeu Tidone ſuo loco. *Luc.*

(5) Verum cum Marinus jam obiiſſet 15. Kal. Febr. ejus anni, quomodo expediri potuit ejuſmodi diploma tertia poſt obitum die? Error igitur Amanuenſis, vel in anno, vel in die deteſtenda. *Luc.*

omnipotentis, & Domini noſtri Apoſtolorum Principis Petri, cujus, licèt immerito, Dei diſpoſitione gerimus vices, anathematis vinculo innodatum, & à Regno Dei alienum. Qui vero pio intuitu verus cuſtos, & obſervator extiterit hujus noſtri Apoſtolici privilegii, meritis atque precibus S. Petro Apoſtolorum Principis, & SS. mart. Rufinæ, & Secundæ in æthereis arcibus præmia, & benedictionis gratiam, atq; miſericordiam à juſto judice Domino noſtro, vitamque æternam conſequi mereatur. Scriptum per manus Melchiſedech Prothonotario S. Sedis Apoſtolicæ in menſe Majo, ind. ſuprascripta VIII. Dat. Kal. Junii, per manus Theophilati Cancellarii S. ſedis Apoſtolicæ. Anno Deo propitio Pontificatus Domini Sergii ſummi Pontificis, & univerſalis III. Papæ, in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli Tertio in menſe, & indict. ſupradicta VIII.

XV. 15. WIDO anno 963. ejus meminit Luitprandus Ticinenſis. lib. 6. cap. 6. („ *Hic ille Guido eſt, de* „ *quo ſupra Ughellus n. 11. Sedis in Rom. Conciliabulo* „ *contra Joannem XII. ſub Joanne XIII. Ravennatenſi* „ *Concilio interfuit, habito pro diſciplina Eccleſiaſtica* „ *an. 967. & in indulto pro Eccleſia Beneventana an. 969* „ *habeturque recentior memoria an. 963. De hoc Guidone* „ *habetur, quod diutius antea præceſſerit in ſede Sylvæ* „ *Candidæ. Fides habetur ex data Privilegii Marini II. ad favorem Caſinenſis Cœnobii per manum V. E-* „ *piſcopi S. Sylvæ Candidæ Eccleſiæ, & Bibliothecarii* „ *S. S. Apoſtolicæ Ind. 11. quæ coincidit in annum 944.* „ *Diploma à nobis exſcribitur in ſerie Abbatum Caſi-* „ *nenſium*. Luc.)

al. Guido ſeu Tidonus.

XVI. 16. CRESCENTIUS anno 993. ſubſcripſit canonizationi S. Uldarici.

XVII. 17. BENEDICTUS S. S. Bibliothecarius, anno 1012. ſubſcripſit diplomati Benedicti VIII. Guidoni Abbati Farfenſi 8. Kal. Maji anno 1. ex codice Vaticano. („ *Ex Petro de Marcata ſua Marca Hiſpanica* „ *ſubſcripſit privilegio pro Epiſcopo Urgell. an.* 1012.)

XVIII 18. GREGORIUS exceſſit Joannis XIX. temporibus, 1025.

XIX. 19. PETRUS ſucceſſit Gregorio, à Joanne XIX. circa ann. Domini 1026. pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus nobile privilegium obtinuit, ut ex ſequenti monumento ejuſdem Pontificis patet ex citato Reg. Gregorii IX. deſumpto.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Petro Domini gratia Epiſcopo Sylvæ Candidæ Eccleſiæ, & per te eidem venerabili Epiſcopio, ſucceſſoribuſq; tuis Epiſcopis in perpetuum.

CONvenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium Deum promerebimus, quando venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint ſinè dubio ſtatum perducta. Igitur quia dilectio tua filiationis poſtulavit, quatenus concederemus, & confirmaremus tibi, tuoque venerabili Epiſcopio ea, quæ a prædeceſſoribus noſtris Pontificibus ob reſtaurationem, & reſtitutionem ſacri loci ipſius, & remedium animarum ſuarum, & ſuorum ſucceſſorum in præfatum uſum tui Epiſcopii conceſſa ſunt, atque confirmaverunt; nos ſimili clementia præmoniti, & inclinati precibus veſtris per hujus noſtri Apoſtolici privilegii ſeriem concedimus, & confirmamus tibi ſupradicto filio dilecto Petro Epiſcopo ſupradictum tuum epiſcopatum in integrum cum omni integritate ſua cum univerſis plebibus, titulis, clericis, capellis, maſſis, curtibus, fundis, & caſalibus, villis, vineis, terris, vel omnia, quæ ſub jure, & Dominio ejuſdem Epiſcopatus adjacere, vel pertinere dignoſcuntur. In primis videlicet maſſam in integrum, quæ appellatur Cæſarea cum fundis, & colonis ſuis, qui dicuntur Furcula Tondiliani Martiniani. Item coloniam de Salaro, & de Cortina, & de Gradulfi, coloniam de Valle, & de Fontana, & de Sancto, & coloniam de Coriliano, & de Lauro, ſimulque coloniam de Caſa nova, coloniã de Tribuno, & de Maſſayane, & coloniam de Caſtaneacupa, & de Cabellis, coloniam de Caſario, ſive quibus aliis vocabulis nuncupantur, cum omnibus ſuis vineis, caſalibus, & appenditiis, & cum omnibus finibus, & terminis, limitibus, ſcilicet terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſalictis, arboribus pomiferis, fructiferis, & infructiferis, diverſi generis, puteis, fontibus, rivis, aquis perennibus, ædificiis, parietinis, arenariis, adjunctis, adjacentibuſque ſuis, & eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli infra ipſam maſſam ædificatam, una cum colonis, atque maſſariciis, tributariis, & angarialibus, maſculis, & fœminis, filiis, & filiabus ac nepotibus ibidem reſidentibus, aut exinde provenientibus ubicunque inventi fuerint, & cum omni cenſu, & dationibus, atque ſuactionibus, necnon, & angariis pertinentibus poſitis in territorio Nepeſino milliarium ab urbe Roma viginti ex corpore patrimonii Thuſciæ juris S. noſtræ Romanæ (cui Deo auctore præſidemus) Eccleſiæ & inter affines ab uno latere, terra Monaſterii S. Stephani minoris à S. Petro, & ſecundo latere, ſylva, & terra, quæ fuit de Joanne Grammatico, & à tertio latere paſtoritia Donica, & à quarto latere, maſſa Clandiana. Itemque concedimus, & confirmamus vobis fundum in integrum, qui vocatur Buxus, in quo Baſilica SS. Rufinæ, & Secundæ conſtructa eſſe videtur, & fundum in integrum qui vocatur Artronium, & montem Jordani, cum caſis, vineis, & terris, ſylvis, cultum, & incultum, una cum ſervis, & ancillis, atque colonis ibidem reſidentibus utriuſque ſexus, & ætatis, vel cum omnibus eorum pertinentibus, ſitu, territorio Sylvæ Candidæ. & inter affines à primo latere, terra ſupradicta S. Epiſcopii, à ſecundo latere, rivus, qui vocatur Galeria, à tertio latere, Bibaro, à quarto latere, Cripule; nec non fundum in integrum, qui dicitur mons Aureus, cum omnibus ſuis pertinentiis, ab uno latere mons, qui vocatur Jordanus, à ſecundo latere, Cripule, à tertio latere Caſale, quod vocatur Palmira, quarto latere fundus, qui dicitur Lauret, & à quinto latere terra, & monaſterium S. Martini; ſeu fundum, qui appellatur mons Grundul, cum omnibus ad eum pertinentibus, inter affines, ab uno latere fundus Aquilin. à ſecundo latere, fundus Palmi, à tertio latere, fundus mõtis Aurei, & à quarto latere, fundus Cripeulo, & Bibarsola; atq; fundum, qui dicitur, Oripo, cum omnibus ad eum pertinentibus, inter affines, ab uno latere, bona monaſterii S. Martini, & à ſecundo latere fundus, qui vocatur Inſula ſancta, & à tertio latere, Curtis S. Petri, & fundus mõtis Grunduli, & à quarto latere, Inſula de Curte S. Petri. Verùm etiam fundus, qui vocatur Cripulus, & Palmis, cum omnibus eorum pertinentiis, ab uno latere, fundus Fuliſanus, & à ſecundo latere, fundus Lauret, & à tertio latere, terra S. Martini, & à quarto latere, fundus Serſani; in uno fundus Iſidori, cum omnibus pertinentibus ſuis, ab uno latere, terra monaſterii S. Martini, à ſecundo latere Caſtagnetol, & à tertio latere, Inſula ſancta; denique & ipſum fundum Inſulam ſanctam, cum omnibus ad eum pertinentibus, ab uno latere, caſale, quod vocatur Bruce, à ſecundo latere mons Domicus, & à tertio latere Muſanus, & à quarto latere ſanctus Laurentius de Panti; pari modo fundum S. Baſilii cum omnibus ad eum pertinentibus, ab uno latere, caſale S. Petri, qui appellatur Pauls, à ſecundo latere vallis, quæ vocatur Interſoſſa, & à tertio latere Barbarol, à quarto latere monaſterium S. Stephani. Porrò fundum Panori, cum omnibus ſuis pertinentibus, ab uno latere fundus Apranianus, à ſecundo latere Sylva Candida, & à tertio latere, Muſarellus, & à quarto latere Camiliar, & à quinto latere turris Aureliana, & ſilex S. Stephani, cum ſalinaria, atq; fundum Lanceti, ab uno latere terra S. Petri, à ſecundo latere terra S. Martini, à tertio latere mons Iſidori, à quarto latere fundus Oripi, ſeu caſale, quod vocatur, Pauls, & fundum Serſanum, cum omnibus eorum pertinentiis, ab uno latere, terra S. Martini, à ſecundo latere Sylva Candida, à tertio latere Inſula ſancta, & à quarto latere Sylva S. Petri, nec non Caſale quod dicitur Caſtagnolum, ab uno latere ſancti quatuor Fratres, à ſecundo fundus Orbanula, à tertio Muſſan. à quarto Maſſanell. atque Sylva, quæ vocatur Mogia, cum omnibus pertinentibus ſuis, ab uno latere rivus de Galeſia, à ſecundo latere, monaſteriũ Veneris, quod vocatur Huppla Ancilla Dei. Omnes verò illos fundos, & caſalia cum terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis, & incultis, poſitis in territorio Sylvæ Can-

dida,

dida, milliarium ab urbe Roma plus minus duodecim. Ve-
rum etiam aquimolum molentem in integrum in vico, qui
vocatur, Galeria, cum omnibus ſibi pertinentibus, & ter-
ra Simitaritia, qua vocatur Paſtina, longè ab uno latere,
Gualdus Doniçus, à ſecundo terra S. Petri, que appella-
tur, campus Maſſanus, à tertio latere, mons Actionus, à
quarto, mons Paunimus conſtitutus juxta ſupradictum E-
piſcopium, ſive alium aquimolum in ipſo rivo, cum omni-
bus ſibi pertinentibus, juris ipſius Epiſcopii. Itemque con-
cedimus, & confirmamus vobis omnes plebes, & eccleſias,
parochiaſq; cum omnibus eorum pertinentibus, vel adja-
centiis, ſcilicet plebem S. Maria in Sylva Candida, cum
titulis ſuis, titulum SS. Joannis, & Pauli in Lutino, & ti-
tulum S. Angeli in Muſano, titulum S. Donati in Majo-
rata, atq; plebem S. Gregorii in ipſo loco, titulum S. Ana-
ſtaſii in Muſano, & plebem S. Angeli in Ruſcindo cum
terris ſuis, ſimulque plebem S. Joannis in nono cum terris,
& titulis ſuis, titulum S. Martiani in ipſo burgo cum ter-
ris ſuis, titulum S. Andreæ cum titulis ſuis nec non titu-
lum S. Maria cum terris ſuis; titulum S. Nicolai, qui eſt
in caſtello de monte Depini, titulum S. Maria, qui appel-
latur Inſirigus, cum terris ſuis, titulum S. Pancratii cum
terris, & titulis ſuis, titulum S. Maria in Inſula cum ter-
ris ſuis, plebem S. Maria Lutia, cum terris ſuis, inſulam
S. Joannis cum titulo, & terra ſua, titulum S. Gregorii in
ipſo loco; ſimiliter plebem S. Pauli in Formello, cum ter-
ris, vineis, hortis, & olivetis, atque titulis ſuis, titulum
S. Sylveſtri in columpna cum terris, & vineis ſuis, titu-
lum S. Angeli in Mubiano, cum terris, & hortis ſuis, ti-
tulum S. Martini cum terris ſuis, titulum S. Geneſii in
Dalmatia cum terris ſuis, titulum S. Laurentii in For-
mello cum terris, & hortis ſuis, titulum S. Joannis in ipſo
loco cum terra ſua, titulum S. Petri cum terra ſua, titulum
S. Angeli in Laureto, titulum S. Valentini in Criptulla;
Item plebem S. Cornelii in Crapario; Et per hujus privi-
legii noſtri, & decreti paginam in perpetuum, confirma-
mus S. prædicto veſtro Epiſcopio Sylva Candida cum
terris, vineis, & olivetis, & titulis ſuis, titulum S. Pan-
cratii cum terris ſuis, titulum S. Maria cum terris, &
prato ſuo, titulum S. Valentini cum terris, & oliveto ſuo,
atq; prato, titulum S. Donati cum terris ſuis, titulum S.
Maria cum terris ſuis, titulum S. Laurentii cum terris
ſuis, titulum S. Anaſtaſii in Cannetale, cum terris, & vi-
neis ſuis, titulum S. Viti cum terris ſuis, plebem S. Pauli
cum terris, vineis, & juribus ſuis, titulum S. Sylveſtri,
& S. Angeli cum terris, & vineis, & olivetis, & juribus
ſuis, titulum S. Maria cum terris, & vineis, titulum S.
Chriſtina cum terris, vineis, & ſylvis ſuis, titulum S.
Georgii, titulum S. Martini cum terris, & vineis ſuis, ti-
tulum S. Caſſiani cum terris, & vineis, & familiis tribus,
titulum S. Anaſtaſii, cum terris, & vineis, titulum S. Ju-
ſtina cum terris, & vineis, titulum S. Angeli cum terris
ſuis, titulum S. Gregorii cum terris ſuis, & vineis; ſimi-
liter plebem S. Marcelli in quartodecimo cum terris, &
vineis, & oliveto majore, atque titulis ſuis, titulum S.
Maria in Scrofano cum terris, & vineis, titulum S. Ste-
phani in Matera, titulum S. Maria in Matera, titulum
S. Blaſii in Scrofano, titulum S. Joannis in ipſo Scrofano,
& S. Eugenia cum terris, & vineis; ſimulque plebem S.
Maria in Molmula cum terris, & vineis, & titulo ſuo, &
S. Angeli cum terris, & vineis. Confirmamus etiam vo-
bis caſalia, & colonias, atque caſtellum in integrum, qui
appellatur Dalmuchia, Balneo, Stabla, Maſſavilliana,
vel ſi qui aliis vocabulis nuncupantur, una cum familiis,
maſculis, & fœminis, ſeu colonis per ſingula loca pertinen-
tibus, cum caſis, vineis, terris, ſylvis, & pratis, aquis pe-
rennibus, vel cum omnibus ad ſupradicta caſalia, & colo-
nias, atque caſtellum pertinentibus, poſitum in territorio
Nepeſino milliarium ab urbe Roma plus minus viginti;
inter affines ab uno latere via, qua eſt inter militiam de
turre de Crapacorio, & [illegible] terram de Paſtoritia S. Petri, ab
alio latere terra de m[illegible]e Arſitio, & Focapran. qui voca-
tur Columella, & terra de turre de Crapacorio, qua ap-
pellatur Matera, & à quarto latere terra S. Laurentii,
qua appellatur Salicara, & rivus, qui pergit per Buſſetū,
& Malcan. Itemque concedimus, & confirmamus vobis
in perpetuum eccleſiam SS. Rufina, & Secunda ſitam Ro-
ma juxta palatium noſtrum, cum omnibus ad eam perti-
nentibus. Etiam concedimus, & confirmamus vobis in

A perpetuum eccleſiam S. Maria, cum omnibus ſuis perti-
nentibus infra hanc civitatem Romanam, non longe à
monte, qui Auguſtus dicitur, pariter concedimus, & con-
firmamus vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſi-
cuti à memorato ſanctiſſimo Papa, ſive à ceteris prædeceſ-
ſoribus noſtris Pontificibus conceſſa, & confirmata fue-
runt, videlicet, monaſteria quinque S. Stephani majoris,
& minoris, ſanctorumq; Joannis, & Pauli, & B. Mar-
tini, atque Tecla, conſtituta juxta magnam eccleſiam S.
Petri cum omnibus eorum pertinentiis, omneſque conſe-
crationes, qua ibidem ſunt, aut in prædicta alma eccleſia
S. Petri, aut in cæteris eccleſiis, qua ſunt conſtituta in to-
ta civitate Leonina, & ſi neceſſarium fuerit eas conſecra-
re, nullus alius Epiſcopus ad tale miniſterium, vel conſe-
crationem accedere præſumat, niſi vos, veſtrique ſucceſſo-
res Epiſcopi S. Sylva Candida eccleſia in perpetuum.
Concedimus autem & confirmamus vobis, veſtriſque ſuc-
ceſſoribus in perpetuum S. diem Sabbati ad baptiſmi ſa-
cramentum celebrandum, & totum officium faciendum,
in eccleſia B. Petri Apoſtoli, & ſupra magnum Altare, in
B que toto ven. Altari, ſeu in confeſſione, quicquid auri, vel
argenti, pallii, vel cera, ſive aliarum rerum poſitum, vel
oblatum, vel jactatum fuerit, vel vobis oblatum, ab hora
videlicet diei tertia, qua ingredi eccleſiam ad ordinan-
dum, & peragendum divinum officium vos volumus, &
uſquequo expletam S. Dominica diei miſſam habueritis
per veſtros curatores in veſtram, veſtrorumque ſucceſſo-
rum, remota omni contradictione, deveniat poteſtatem.
Et quiauſq; ad noſtrum tempus in præfata eccleſia S. Pe-
tri, à qua penè omnes eccleſiæ doctrinam acceperunt, ſicut
à magiſtra, & domina dies Dominica Palmarum, & dies
Cœna Domini, & Paraſceve tam irreverenter celebran-
tur, ut nec proceſſio cum palmis in ipſa die Dominica ibi
fieret, neque in die Cœna Domini Gloria in excelſis Deo
diceretur, & in Paraſceve non tam reverenter uti dece-
bat officium ibi fiebat. Condoluimus, & meliorare hoc cu-
pientes, per vos, veſtroſque ſucceſſores, ſtatuimus, ut omni
annua die Dominica palmarum cum proceſſione ab eccle-
ſia S. Maria in Turri exeatis, & venientes ad magnum
altare S. Petri miſſam celebretis. Similiter, & omni an-
C no, in die Cœna Domini vos, veſtroſque ſucceſſores miſſam
ſuper eodem Altare S. Petri celebrare, Gloria in excel-
ſis Deo dicere, S. Chriſma conficere, & quod ad Epiſco-
pum pertinet, agere volumus, & omni anno die Paraſceve
ſupra ipſum altare majus S. Petri totum officium reve-
renter, ut decet vos, veſtroſque ſucceſſores facere volumus,
in quibus tribus Miſſis, ſcilicet in Miſſa palmarum, ſeu
in Miſſa Cœna Domini, & in officio Paraſceve, quicquid
auri vel argenti, pallii, ſeu cera, vel aliarum rerum ſupra
jam dicto ſacro Altari S. Petri, ſive in confeſſione poſi-
tum, aut jactatum fuerit, vel vobis oblatum, ab hora, qua
ipſa Miſſa, & officium inchoata fuerint, & expleta per
noſtros cuſtodes in veſtram, veſtrorumq; ſucceſſorū ſimi-
liter remota omni contradictione deveniat poteſtatem, in
quibus quinque diebus ſi vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus uti-
le viſum fuerit aliquō Diaconorum noſtrorum miniſtra-
re ob honorem S. Petri veſtram reverentiam volumus
petere, poteſtatem autem ejuſdem eccleſia S. Petri, & ſu-
pradictorum ſuorum monaſteriorum, & cuncta eccleſia-
ſtica judicia ipſorum, ſeu totius civitatis Leonina vobis,
D veſtriſq; ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus; ſimi-
liſque modo ad inungendum, & conſecrandum Imperato-
rem primum veſtram, & veſtrorum ſucceſſorum Epiſco-
porum fraternitatem convocamus, ut quibus regimen to-
tius eccleſia S. Petri, & Civitatis Leonina commiſſum
eſt, ab his primum ſit benedictum. Nec non cuncta ſacra
officia, ſeu myſteria, qua nos & ſucceſſores noſtri facere
debemus, ſi ægritudine, vel aliqua cura impediti facere
non poſſumus, tam in ſupradicta eccleſia S. Petri, & mo-
naſteriis ſuis, quam per totam civitatem Leoninam per
vos veſtroſque ſucceſſores fieri Apoſtolica auctoritate de-
cernimus. Conſecrationem verò Altarium eccleſia S. Pe-
tri, & aliorum monaſteriorum, nec non conſecrationem
eccleſiarum, altarium, Sacerdotum, Diaconorum, ſeu
Diaconiſſarum totius civitatis Leonina vobis, veſtriſque
ſucceſſoribus in perpetuum ſicut prælibatum eſt, concedi-
mus, & confirmamus. Superque etiam eccleſia SS. Rufi-
na, & Secunda, cui Deo auctore præſidetis, vobis, veſtriſ-
que ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, & confirma-
mus

mus etiam eccleſiam S. Adalberti, & Paulini, cum eccleſia S. Benedicti, & omni ſua integritate, & pertinentiis, & ſicut ad manus veſtras hodie tenetis poſita infra hanc civitatem Romanam in inſula Lycaonia, ut ſit vobis, veſtriſque ſucceſſoribus cum volueritis Epiſcopale domicilium, & congruum receptaculum, opportunumque habitaculum, quemadmodum intereſſe videtur Portuenſem Eccleſiam, S. Joannem inter duos Pontes, presbyteros verò, & clericos, qui pro tempore in eadem eccleſia S. Adalberti, Paulini, & Benedicti fuerint, ita ſubjectos vobis eſſe volumus, ut proprios filios, eccleſia veſtra, & ab omni jure illos ſubtrahimus, tuæ paternitati tamen eos committentes, ut ſolummodo veſtrum judicium expectent, veſtro dominio famulentur, & per omnia veſtris rationalibus obſecundent mandatis, ut quomodo vobis placet eos ordinare, ſecundum decet, regere, informare, & emendare noſtra Apoſtolica auctoritate in perpetuum liceat, prædictis verò omnibus locis, & familiis cum omnibus eorum pertinentibus, ſicut ſuperius miſſa ſunt à præſenti decima indictione, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in eodem venerabili Epiſcopio in perpetuum donamus, largimur, concedimus, & confirmamus, atque ſtabilimus perenniter in uſum, & utilitatem ipſius venerabilis Epiſcopi, & Epiſcoporum, qui per tempora tenuerint ipſam eccleſiam. Statuentes quippe Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdicto, ut nulli unquam noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, vel qui publicas functi fuerint actiones, vel alia qualibet magna, parvaque perſona audeat, vel præſumat aliquid de omnibus, quæ ſupra continentur, contra hoc noſtrum Pontificale privilegium agere, vel alienare, aut auferre, ſcilicet potius firma, atque ſtabilia perpetuis temporibus, ſicuti à nobis ſtatuta, & confirmata ſunt decernimus permanenda. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu contra hoc noſtrum Apoſtolicum privilegium in quoquam tranſgreſſor eſſe præſumpſerit, vel frangere auſus fuerit, & in omnibus obediens, & obſervator eſſe noluerit, ſciat ſe auctoritate Dei omnipotentis, & Domini noſtri Apoſtolorum principis Petri, cujus licet immeriti, Dei tamen dignatione gerimus vices, anathematis vinculo innodatum, & à Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus impiis ſocius ſit in inferno. Qui verò pro intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri Apoſtolici privilegij extiterit, meritis, atque precibus B. Petri Apoſtolorum principis, & SS. Martyrum Ruſinæ, & Secundæ in æthereis arcibus præmia, & benedictionis gratiam, atque miſericordiam, à juſto judice Domino Deo noſtro, vitam æternam percipere, & invenire mereantur in ſæcula ſæculorum, Amen. Scriptum per manum Georgii notarii regionarii, atque Scriptoris S. R. Eccleſiæ in menſe Decembris, & indictione ſupraſcripta X.

Thebaldus Bellitren. Eccleſiæ Epiſcopus.
Theobaldus Epiſcopus ſanctæ Alban. Eccleſiæ.
Dominicus S. Lavican. Eccl. Epiſc.
Petrus Præneſt. Eccl. Epiſc.
Petrus Epiſc. S. Oſtienſ. Eccleſiæ.
Stephanus presbyter tituli ſanctæ Cæciliæ.
Benedictus Archidiaconus.
Vgo Diaconus.
Petrus Card. tit. S. Damaſi.
Creſcentius Diaconus.
Joannes Subdiaconus.
Joannes Card. tit. S. Marci.
Joannes Domini gratia Diaconus.
Joannes Subdiaconus de mira.
Joannes presbyter tit. S. Callixti in Tranſtiberim.
Creſcentius Diaconus.
Rodulphus indignus presbyter, & Abbas ex monaſterio S. Laurentii, qui ponitur in Clauſura.
Joannes presbyter Card. tit. S. Griſogoni.
Franco Diaconus.
Raynerius Diaconus.

Datum 16. Kal. Januarii per manus Benedicti Epiſcopi Portuenſis, & vice Peregrini Colonienſ. Archiepiſcopi Bibliothecarii S. Apoſtolicæ ſedis; anno Pontificatus Domini noſtri Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis XIX. Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli, tertio menſe Decemb. Indictione X. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel injuſtis vexationibus fatigare, ſcilicet omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularis, vel alia perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judice exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Petrum, quem modò vidimus inſigni privilegio exornatum à Joanne IX. ab eodem pontifice electum, & conſecratum fuiſſe, in demortui Gregorii locum affirmant acta ejuſdem in Concilio habito in eccleſia Sancti Sylveſtri pro juribus eidem Epiſcopo, & ſucceſſoribus conſervandis, quæ tum propter antiquitatem, tum ob alias cauſas hic adſcribere operæ pretium duxi, è Gregorii IX. deſumpta Regiſtris, ſic enim ſe habent.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. Ego Joannes divina providentia XIX. Papa Romanus, ſciens penè cuncta oblivioni dari ob nimiam fragilitatem humanam, quæ ad honorem, & utilitatem SS. Ruſinæ, & Secundæ martyrum temporibus geſta ſunt, literis pandenda mandavimus, ut poſteri devotionem erga noſtra loca cognoſcant, & ſi qui rebelles fuerint, contabeſcant & erubeſcant. Defuncto igitur Gregorio Epiſcopo ſuprædictarum martyrum Ruſinæ, & Secundæ, Petrum conſecravimus Epiſcopum, poſt cujus conſecrationem, nondum tranſactis tribus annis presbyteri S. Nicolai de Galeria cœperunt gerere eundem Epiſcopum de presbyteris S. Andreæ, presbyteri vero S. Andreæ rogaverunt Epiſcopum, ut illuc iret, & in prædicta Eccleſia S. Andreæ altaria ædificaret. Quibus Epiſcopus reſpondit non debere ſibi altaria conſecrare, quia de ipſa eccleſia litigatur presbyter S. Nicolai, prius igitur veniant utraque partes ante nos, & legibus finiatur, & tunc ſi canonicè potero, ad ſervitium S. Eccleſiæ faciendum libenter ibo. His auditis reverſi ſunt, & Archipresbytero, & cæteris presbyteris nunciaverunt, qui iterum, atque iterum canonice vocati, tandem utraque partes venerunt ante ſuum epiſcopum, quorum cauſam volens prælibatus Petrus Epiſcopus ita finire, ut nunquam magis lis inde oriretur, ante noſtram præſentiam illos conduxit, nos verò reſidentes in eccleſia S. Sylveſtri, quæ eſt infra palatium Lateranenſe, unà cum Theobaldo Belliternenſ. Petro Præneſtino, Benedicto Portuenſi, Theobaldo Albanenſi, Petro Oſtienſi, Dominico Lavican. Benedicto Archidiacono, Creſcentio, atque Raynerio, Gregorio Diaconibus, Petro Card. S. Damaſi, Francone Card. S. Sixti, Tuidiſco Card. S. Marcelli, aliiſque quampluribus Sacerdotibus, & Clericis adſtantibus autem Benedicto Primiceria, & alio Benedicto Secundiceria, Creſcentio Nomenclatore, Petro primo defenſore, Stephano Proto Scriniario, Joanne Deubaldo Dativo judice, ſeu fratre noſtro Domino Alberico Comite Palatii, & Joanne Tocco Comite Galeriæ, dictos presbyteros utrarumque eccleſiarum introire fecimus cum paucis laicis Galeranis, videlicet Joanne filio Rodulphi, Baldo; tunc Epiſcopus veniens ad pedes noſtros cœpit exponere quomodo, & qualiter, & qua pro cauſa vocaſſet eos, & cœpimus cauſam quærere, quæ illos movebat, tranquilla mente dirimere, & tractare. Quæ cum protelaretur, ut reor, ſuggeſtione Spiritus ſancti, venit mihi in mentem, quod multum lucri

Epiſcopus S. Rufinæ haberet de tot ſacerdotibus, & tam magno populo Galerano, hoc cogitans infra me ipſum, & volens addiſcere quantitatem redditus prædictæ Galeriæ, taliter Epiſcopum interrogavi. Credo quidẽ multum redditus habere Epiſcopum S. Rufinæ de tot ſacerdotibus, & tam amplo populo Galerano. Epiſcopus reſpondit, à ſacerdotibus S. Nicolai 14. ſolidos per annum, & à presbyteris S. Andreæ 30. denarios, conſequitur Epiſcopus nihil amplius. Quod nos audientes maxima triſtitia affecti ſumus, & relinquentes cauſam, quam tractabamus, omnes uno ſpiritu, una mente cogente ſancta impietate, ad hoc tractandum converſi ſumus. Tunc Archipresbyterum vocavimus S. Nicolai cum ſuis, & ſyndicum S. Andreæ cum ſuis, quia Archipresbyter abſens erat, infirmitatis cauſa, nos taliter aggreſſi ſumus, dicite nobis, quare tam parum Epiſcopo redditis, & quare vel tertiam non redditis ſibi, ſicut & alia loca faciunt? Qui reſponderunt: conſuetudo noſtra fuit; & nos contrà, habetis ab aliquo Epiſcopo inde aliquid ſcriptum? qui reſponderunt per omnia, Domine nullum: tunc nos interrogavimus, reſidentes Epiſcopos, ſacerdotes, diaconos, judices, quid deberet de hoc fieri, & prælibatus Epiſcopus procedens ad pedes noſtros, ſalia cœpit: Domine ſi veſtra gratia eſt, ad eam cauſam redite, pro qua huc venimus, iſtam opportuno tempore reſervate. Tunc nos commoti, & valde irati contra eum, quia nolebat nos proponere, quod ipſe quærere debebat, diximus, miror cum ſis prudens, ac potens, quare eccleſiam tuam non ſublevas? ſed magis opprimis, quare non dixiſti hoc per tot dies? & quare illam conſuetudinem, quam omnes Eccleſiæ habent, non exigis ab ipſis, mihi adeo non imputabitur quod in ea eſt eccleſia, ego eam vobis dedi, ſi tu non vis tertiam ab eis exigere, ego illam exigam, ut eccleſia tibi commiſſa, meo, & tuo tempore non decreſcat. His verbis Petrus Epiſcop. correptus reſpondit, Domine quid vis, & S. hoc Concilium judicat, recipere paratus ſim, tunc ab omni Concilio definitum, & judicatum eſt, ut cunctis poſtpoſitis prius eccleſia S. Rufinæ, & Epiſcopus ſuus honoretur, & per me de tertia cunctæ Galeriæ Epiſcopus miniſtretur, refutantibus ea presbyteris, & dare integram promittentibus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & ſic ad inchoatam cauſam presbyterum redire, quod & factum eſt. Nam accepta ego virga, inveſtivi Epiſcopum Petrum, & per ſe ſuoſque ſucceſſores de univerſa tertia omnium eccleſiarum Galeriæ, aſſuetaque datione, conſentientibus presbyteris utriuſque eccleſiæ, & refutantibus, atque dare eam promittentibus, ac dicentibus, quod ſe illam prius ſponte darent. Iterumque judicatum eſt, ut ſub interdictione anathematis hoc poneretur, & confirmaretur, & factum eſt, nam noſtra juſſione, & omnium prædictorum ſacerdotum, Epiſcoporum, Diaconorum accepta ſtola Benedictus Portuenſis Epiſcopus dixit, auctoritate Patris, filii, & Spiritus ſancti, & auctoritate B. Petri Apoſtoli, & D. N. Joannis Papæ hoc S. Concilio præſidentis, & auctoritate hujus S. Concilii maledicimus, & excommunicamus, & perpetuo anathematis vinculo obligamus, quicumq; ſacerdotum, ſive clericorum, ſive laicorum, ſeu qualiſcumque perſona mortalium tertiam univerſarum eccleſiarum Galeriæ Petro Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus aliquo modo contendere præſumpſerit, vel aliquo modo fraudare diſpoſuerit, & hoc quod de Galeria judicavimus ab omnibus locis prædicti Epiſcopatus S. Rufinæ, & ab omnibus ſacerdotibus, & clericis, vel laicis, & ab omni perſona obſervari ſub ſimili anathemate Apoſtolica auctoritate ſancimus, & ſtatuimus in perpetuum, poſtquam ter a Petro Epiſcopo, vel ſuis ſucceſſoribus ſupradicta tertia requiſita fuerit, & ab omnibus clamatum eſt, fiat fiat, amen, amen. Et ut diligentius obſervetur, & clarius cognoſcatur, totum per ordinem Gregorio Scriniario S. R. E. ſcribere præcepimus, & ab omnibus, qui interfuerunt, propriis manibus roborare voluimus. Benedictus Archidiaconus interfui, & in perpetuum valere judico. Petrus Prœneſtinus Epiſcopus interfui, & in perpetuum valere judico. Ego Benedictus Epiſcopus Pertuenſis interfui, & in perpetuum valere judico. Datum XIX. Kalend. Januarii per manus Boſonis Epiſcopi S. Tiburtinæ Eccleſiæ, & Bibliothecarii S. A. S. interfui, & in perpetuum valere judico. Raynerius Diaconus de Diaconia S. Georgii, & Leon Epiſcopus Oſtienſis eccleſiæ interfui & in perpetuum valere judico. Gregorius S. Luciæ interfui, & in perpetuum valere judico. Benedictus Epiſcopus S. Anagninæ eccleſiæ interfui. Joann. Epiſcopus S. Bledanæ Eccleſiæ interfui, & in perpetuum valere judico. Benedictus Epiſcopus Ceren. hoc decretum firmum, & in perpetuum valere judico. Petrus Cardinalis tituli S. Marci interfui, & in perpetuum valere judico. Raynerius Epiſcopus Nepeſinæ eccleſiæ hoc decretum firmum, & in perpetuum manere judico. Amaſus Epiſcopus, atque Capellanus Domini Papæ. Franco Cardinalis S. Sixti. Benedictus Domini gratia Secundicerius S. A. S. Joannes Cardinalis tit. S. Marcelli. Creſcentius Domini gratia nomenclator S. A. S. Ego Stephanus Dei gratia Scrinarius S. Sedis Apoſtolicæ ſcripſi, &c.

Ejdem Petro Sylvæ Candidæ Epiſcopo Benedictus IX. anno 1033. ampliori privilegio omnia bona, & immunitates enumeratas, tali diplomate in perpetuum roboravit, ab eodem Regiſtro exſcripto.

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Petro venerabili Epiſcopo S. Sylvæ Candidæ eccleſiæ, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum,

CONvenit Apoſtol. moderamini pia religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, & poſcentiũ animis alacri devotione impertiri aſſenſum, ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium Deum promerebimus; quoniam venerabilia loca opportunè ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta; Igitur quia poſtulaſti à nobis prudentia tua, quatenus concederemus, & confirmaremus tibi Epiſcopatum ſupradictum cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ per diverſa loca reiacere videntur, vel quæ ab aliquibus injuſte retenta, vel invaſa eſſe noſcuntur, inclinati piis precibus tuis, Inprimis quæ ſtarius vobis videtur Epiſcopalem dignitatem tibi concedimus, adjutore Spiritu ſancto, & modis quibus poſſumus Apoſtolica auctoritate confirmamus, & honore Jeſu Chriſti Domini noſtri confirmamus ſibi, tuiſque ſucceſſoribus fundum in integrum, qui vocatur Buxus, in quo baſilica SS. Rufinæ, & Secundæ conſtructa eſſe videtur ad Epiſcopalem ſedem, quam etiam tuo ſtudio, muro, & foſſato vallaſti, & circumdediſti, atque populo, atque ſacerdotibus bene ſufficienter repleviſti. Nos etiam omnes veſtra poteſtati, & ſucceſſorum tuorum ſubmittimus, ut nunquam ſucceſſorum noſtrorum Pontificum, vel alias perſona pro glandatico, herbatico, nec alio fodro diſtrictu, vel placito pro aliqua datione, vel aliquo ingenio illos conſtringere, vel aliquo modo dare audeat, ſcilicet, ut diximus, in poteſtate ſua, & ſucceſſorum tuorum, remota omnium hominum contradictione in perpetuum maneat, & qualiter vobis placuerit eamdem eccleſiam per vos, veſtroſque ſucceſſores, & ædificare, ſeu fabricare, quam tu feciſti. Itemque concedimus, & confirmamus fundamentum in integrum, qui vocatur Aviſon, & montem Jordani, cum caſis, vineis, & terris ſylvis, & incultis, una cum ſervis, & ancillis, atque colonis ibidem reſidentibus utriuſque ſexus, ætatis, vel cum omnibus eorum pertinentiis poſita territorio Sylva Candida, inter affines, à primo latere terra ſupradicti Epiſcopii, à ſecundo latere rivus, qui vocatur Galeria, à tertio latere Ulbaſol, à quarto latere Cripitulo, nec non fundum qui vocatur Mons aureus cum omnibus ſuis pertinentiis, ab uno latere mons, qui vocatur Jordani, ab alio latere Cripitulo, à tertio latere fundus, qui vocatur Palmi, & à quarto latere fundus Laureta, & à quinto latere terra monaſterii S. Martini, ſeu fundus, qui vocatur mons Grunduli cum omnibus ad eum pertinentibus, & inter affines, ab uno latere fundus Montis aurei, & ab alio latere fundus Cripitule, & Ulbarolo, à tertio latere fundus Palmi, atq; fundus, qui dicitur Oripe, cũ omnibus ſuis pertinentiis, inter affines, ab uno latere terra monaſterii S. Martini, ab alio

la-

latere fundus inſula ſancta, à tertio latere curtis S. Petri, & fundus mõtis Gronduli, & à quarto latere terra de curte S. Petri. Item fundus, qui vocatur Scripenls, & palmi cum omnibus eorum pertinentiis, à primo latere fundus Fuliſan, à ſecundo latere fundus Laurete, à tertio latere terra S. Martini, & à quarto latere fundus Sevonum omnino, fundus Iſidori cum omnibus pertinentiis ſuis, ab uno latere terra S. Martini, ab alio latere Caſtrangotol. à tertio latere Menſa ſancta, denique, & ipſum fundum Menſam ſanctam, cum omnibus ad eam pertinentibus, ab uno latere caſale, quod vocatur buccе, à ſecundo latere mons, qui vocatur dompnico, à tertio latere muſana, & à quarto latere S. Laurentius de panti, pari modo fundum S. Baſilidis cum omnibus ad cum pertinentibus, ab uno latere caſalo SS. Petri, & Pauli, ab alio latere vallis, quæ appellatur Intentionara, à tertio latere vivarolus, & à quarto latere monaſterium S. Stephani, porro fundum panzii, cum omnibus ſuis pertinentibus, ab uno latere fundus Aprenianum, ab alio latere Sylva Candida, à tertio latere Muſanell. & à quarto latere Canullan. & à quinto latere terra Aureliana, & ſylva S. Stephani cum via Salinaria, ſimulque fundum Lauretum cum omnibus pertinentibus ſuis, ab uno latere terra S. Petri, ab alio latere terra S. Martini, à tertio latere mons Iliodori, à quarto latere fundus Oripo, ſeu caſale Pauli, & fundus Serianus cum omnibus eorum pertinentiis, ab uno latere terra S. Martini, à ſecundo latere Sylva Candida, à tertio, Menſa ſancta, & à quarto latere ſylva S. Petri, necnon caſale, quod dicitur Caſtagnetolo, ab uno latere S. Quatuor fratres, à ſecundo, fundus Orbanula, à tertio, Muſana, & à quarto latere Maſſanellus, atque ſylvam, qua appellatur Mag. cum omnibus ſibi pertinentibus, ab uno latere rivus de Galera, ab alio latere mons, qui appellatur ſtupha ancilla Dei. Omnes namque fundos nominatos, & caſalia cum terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis cultis, & incultis poſitis territorio Sylva Candida milliari ab Urbe Roma plus minus duodecim, etiam aquimolum molentem in rivo, qui vocatur Galeria cum omnibus ſibi pertinentibus, & terra Semitariſia, qua appellatur paſtinum longum, ab uno latere Gualdiſi diſtico, ab alio latere terra S. Petri, qua appellatur Campo Maſtalo, à tertio latere fundus montis Arcionis, & à quarto latere mons paurum conſtitutus juxta idem Epiſcopium, ſive alium aquimolum in ipſo rivo cum omnibus ſibi pertinentibus juris ejuſdem Epiſcopii. Super his autem ſecuti anteceſſores noſtros concedimus, & confirmamus vobis, maſſam iterum, qua appellatur Ceſana, cum fundis, & Colonis ſuis, qui dicuntur Furculo, Tandolian. Martinian. Item Colonias de ſelario, & de cortina, & de gradolfo, Coloniam de valle, & de fontana, & de ſancto, Coloniam de caſtagna cupa, & de Calbelle, Coloniam de Beſano, ſive quibus aliis vocabulis nuncupatur, cum omnibus caſis, vineis, caſalibus, ſeu appendiciis ſuis, etiam hæc omnia ſimul cum finibus, terminis, limitibuſque ſuis, terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, arboribus pomiferis fructiferis, & infructiferis diverſi generis, puteis, fontibus, rivis, aquis perennibus, ædificiis parietinis cryptis arenariis cum adiacentibus ſuis, cum eccleſia S. Andreæ Apoſtoli infra ipſam maſſam ædificatam, una cum colonis, maſſaritiis, & angarialibus maſculis, & fœminis, filiis, & filiabus, ac nepotibus eorum ibidem reſidentibus, aut exinde pertinentibus, ubicumque inventi fuerint cum omni cenſu, atque functionibus, & dationibus, angariis, vel quicquid de eadem maſſa, qua appellatur Ceſana in integrum noſtræ S. Romanæ Eccleſiæ, ſecundum ſolitam conſuetudinem perſolvi debet, & cum omnibus ad prædictam maſſam Ceſanam generaliter, & in integrum pertinent, poſitam in territorio Nepeſino milliari ab Urbe Roma 20. ex corpore patrimonii Thuſciæ, juris ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, cui, Deo auctore deſervimus, & inter affines ab uno latere terra monaſterii S. Stephani minoris ad S. Petrum, ab alio latere, ſylva, & terra, quæ fuit de Joannis Grammatico, à tertio latere paſtoritia dompnea, & à quarto latere Maſſa Claudiana. Confirmamus etiam vobis Caſalia, & Colonias, atque Caſtellum in integrum, qui appellatur Dalmachia, tum fundis, & caſalibus, videlicet Aticici,

A Dalmachia balnee, ſtabbla, Maſſa Juliana, vel quibuſcumque aliis vocabulis nuncupantur, una cum famulis maſculis, & fœminis, ſeu colonis per ſingula loca pertinentibus, cum caſis, vineis, terris, ſylvis, pratis, aquarumque decurſibus, vel cum omnibus ad prædicta Caſalia, & Colonias, atque Caſtellum pertinentibus, poſita in territorio Nepeſino, milliario ab Urbe Roma plus minus 20. inter affines ab uno latere viam, quæ ducit inter militiam de Curte de Capracorio, & terram de paſtoritio S. Petri, ab alio latere terram de monte Arſitia, & Focazan, qui appellatur Columnella, à tertio latere terra de Curte Capracorio, qui appellatur Matera, & à quarto latere terra S. Laurentii, quæ appellatur Silicara, & rivum, qui ducit per buxitum, & Madulanum; præterea concedimus, & confirmamus vobis, & per vos in eodem veſtro Epiſcopio in perpetuum, videlicet Terras, & vineas in integrum, quarum vocabula ſunt, Campomaſtali, ſive ſylva de Campomenti, & Lacuſello, & cum omnibus finibus, terminis, limitibuſque ſuis, vineis, campis, pratis, ſylvis, **B** paſcuis, ædificiis, parietinis, attiguis adjunctis, adjacentibuſque ſuis, vel cum omnibus ad eos pertinentibus generaliter, & in integrum, poſita omnia territorio Sylva Candida, inter affines, ab uno latere, terra prædicti Epiſcopii, ab alio latere terra Gratiani, quæ appellatur Mons Arsoni, ſeu Majoratu, uſque in rivum de Campo Mones, à tertio latere incipit ab ipſo rivo, uſque in vallem de Arenula, & Buxetum, atque inde per Novelletum, uſque in viam antiquam, in qua jacet pilum marmoreum, & uſque in Ceſa de Calariculo, & à quarto latere Cava de Caſtagneto, uſque in rivum, qui vocatur Galera, & uſque in ſylvam tui Epiſcopii. Concedimus etiam, & confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus omnem illam terram, & ſylvam, quam olim Calolidu invaſeras, & anteceſſori tuo Guidoni Epiſcopo per ſcriptum refutaveras, quarum vocabula ſunt hæc, vallis de Joanne Ecco, & Mons Veſpuleti, vallis de Ginſule, & mons, qui vocatur Puzali, affines ejus ab uno latere Galeria, à ſecundo latere vadus, qui vocatur de perenna, & inde per viam, & per limitem, uſque in **C** tres puteos, qui ſunt in cilio montis, qui vocatur Puzal, & per ipſum Cilium montis, & per limitem, uſque in viam publicam Silicinam antique, & amarum, qui eſt juxta eumdem filicem, & inde per limitem, & per viam, & lucernaria, quæ ſunt in eodem limite, & per ipſum limitem uſque in finibus, ubi finitur ſylva prælibati Epiſcopii, & ſylva monaſterii S. Martini uſque ad S. Petrum, & caſale, quod vocatur de Ruſina, & in eodem loco Columnella fixa ſtare videtur, & à tertio latere limes major, & via publica, quæ ducit uſque in fundum, qui vocatur menſa Sanctarum, quæ eſt Juris dicti Epiſcopii, & à quarto latere mons, & ſylva, quæ vocatur Ballaria, quam tenet ipſe tuus Epiſcopatus, poſita juxta buccege, & juxta caſale, quod vocatur de Ruſina. Item concedimus, & confirmamus vobis fundum in integrum, qui vocatur Maurorum, cum omnibus finibus, limitibuſque ſuis poſitis in territorio Sylva Candida, via Cornelia, milliario ab Urbe plus minus 12. & inter affines ab uno latere, via, quæ ducit ad menſam ſanctam, ab alio latere mons, qui vocatur **D** de Ovea, & Caput poncinum, à tertio latere via, quæ pergit ad ſalinum, & à quarto latere juxta ipſam viam Caſtagnetulum, & mons armatus, atque Ficarela omnia de ſupradicto Epiſcopio; Item fundus, qui vocatur Campus Trojani, & fundus, qui vocatur burſicella, & fundus gradilia, & fundus, qui vocatur mons de ſorbo, omnia integrè cum ſuis finibus, & pertinentibus poſitis via Aurelia, milliario ab Urbe Roma plus minus duodecimo. Item ſex in integrum uncias fundi, qui vocatur Atticiano, & montem, qui vocatur de Dominico, cum omnibus eorum pertinentiis poſita via Aurelia milliario ab Urbe Roma plus minus, tertiodecimo, inter affines ab uno latere, Maſſa Margarita, & Caſandria juris SS. Baſilidis, Tripodis, & Magdalenæ, quæ eſt prædicti veſtri Epiſcopii, à ſecundo fundus, & fundus Agellus, qui ſunt de eodem veſtro Epiſcopatu, à tertio latere fundus verecundi, qui eſt juris monaſterii Sancti Martini ad Sanctum Petrum, & à quarto latere alias ſex uncias de prædicto fundo At-

ticiano. Itemque fundos octo, Lapmian. Pathin. Margaris. ſus eorum Græcorum, Caſanell. Caſapupulis, Savinoli, qui & Sambucolus vocatur, ſibi invicem cohærentes, poſita eadem via Aurelia milliario ab Urbe Roma plus minus 12. territorio S. Baſilidis, inter affines ab uno latere fundus Attichian. ab alio latere fundus Caſandri, à tertio latere fundus, qui appellatur Patriciorum, vel ſi qui alii affines ſunt, nec non fundus in integrum, qui vocatur Judæorum, cum finibus, & limitibus ſuis, vel cum omnibus ſibi pertinentibus, poſitis prædicto territorio Sylvæ Candidæ. Præterea concedimus, & confirmamus vobis caſale unum in integrum, quod vocatur Urbanum, ſive quibus aliis vocabulis nuncupentur, in quo ſunt terræ, campi, prata, paſcua, vel cum omnibus ſibi pertinentibus poſitum territorio Subtrinenſi, affines ejus, ſicuti ſunt, vel fuerunt ab origine. Itemque confirmamus vobis, & Eccleſiæ cui præſidetis in ipſam viam Appiam territorio Velletrano conſtitutam Maſſam, videlicet Urbanam cum Capuano, & Cæſariano cum fundis ad eamdem Maſſam pertinentibus cum omni jure inſtructu, inſtrumentaque finibus terminiſque ſuis, in qua eſt Eccleſia S. Felicis, ſicut in ſcriptis veſtris habetur, & ſicut etiam in tabulis lapideis, qui ante fores baſilicæ SS. martyrum Ruſinæ, & Secundæ in muro poſita videntur, legitur integriter. præterea concedimus, & confirmamus vobis infra hanc civitatem Romæ terram, ubi olim fuit domus major cum omnibus ſibi pertinentibus, poſita in locu, qui vocatur Dibure. Inter affines ab uno latere terra, in qua fuit domus de Marcezia conjuge Stephani Seneſcalci, ab alio latere terra, in qua fuit domus de Butio, de Simeone, à tertio latere via publica, & à quarto latere avus major, & via, quæ ducit ad monaſterium S. Cyriaci. Super his autem non novum facientes, ſcilicet quod antecesſores noſtros ſacroſanctis Albanenſi, Oſtien. & Portuenſi, & aliis eccleſiis feciſſe cognoſcimus, à præſenti VI. indictione, per hujus noſtræ Apoſtolicæ præceptionis paginam ſtatuimus & ſtatuendo per auctoritatem Apoſtolorum Principis confirmamus, ut presbyteri, Diaconi, monachi, manſionarii, clerici, cujuſcumque ordinis ſint, vel dignitatis, ſanctimoniales, ſeu diaconiſſæ omnes immunes ſint a laicali ſervitio, judicio, & publica datione in Galeria intra caſtellum, vel de foris habitantes, ita ut ſi Imperator, aut Marchia, ſive miſſi eorum, aut ſucceſſores noſtri illuc venerint nullo modo in jam dictis perſonis per publicos miniſteriales expenſa colligatur, neque aliquo modo eis injuria irrogetur. Sed pro amore altiſſimi Dei, à cujus ſorte clerici nuncupantur, competenter honorent, liceat illis tantum modo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Epiſcopis, & Vicedominis, ſeu miniſtralibus noſtris, in cunctis reddere rationem, & veſtrum expectare judicium, ut Deus honoretur, & vos, ſucceſſoreſque veſtri, veſtrorum ſacrorum ordinum ſervitio, & obedientia non defraudemini, maneantque ſub judicio, & diſtrictu veſtro ſecundum tenorem hujus noſtri Apoſtolici præcepti omnium hominum contradictione remota, ita ut nullus Comes, Vicecomes, Caſtaldus, cubicularius, nullaque perſona audeat eos ad ſervitium, vel ad angariam ducere, vel ad diſtrictum, ſive ad placitum protrahere, ſive manſiones eorum hoſpitari, vel invadere, vel defraudare præſumat, ſed tantummodo ex juſſione veſtra, & prompta voluntate illorum negotia, ut dignum eſt, moderentur, diſponantur, judicentur, & finiantur, nec non ſi quis Chriſtianorum ibidem objerit abſque hærede, & teſtamento, legibus ſuccedere ſibi eccleſia, cui, Deo auctore, præſidetis & vos, & veſtros ſucceſſores Apoſtolica auctoritate jubemus. Tertia autem reddi vobis, veſtriſque ſucceſſoribus à cunctis eccleſiis, vel ſacerdotibus, & clericis Galeriæ abſque omni diminutione cenſemus. Simili modo concedimus, & confirmamus vobis terrena, domus ubi officiales commanebant, cum omnibus ſuis pertinentiis, poſita in Galeria ſecus eccleſiam B. Nicolai confeſſoris Chriſti, quem tu ipſe conſecraſti ante hortum caſtelli, quod denique domus plus conveniens eſſe videtur prædictæ eccleſiæ S. Nicolai, vobis, & clericis veſtris, quanquam in ea laica, & ſeculares perſonæ maneant ad patrandam libidinem, & ſæcularia facinora, quoniam juſtum non eſt, ut domus lupanaris, & turpis lucri eccleſiæ adhæreat, de qua etiam domo per Benedictum oblationarium vos inveſtire fecimus. Itemque concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum eccleſiam SS. martyrum Ruſinæ, & Secundæ, poſitam juxta palatium noſtrum, & locum, qui vocatur Cellarium, ſive Lardirium in integrum cum diverſis cryptis, parietibus, vel ædificiis eorum, nec non vineis, hortis, cum arboribus olivarum, & cæteras arbores pomorum, ſive diverſis ceptris, & parietinas, ac terras, quemadmodum determinare videntur, incipientes juxta noſtrum palatium, quod Scuta dicitur, & inde poſt veſtiarium rectè ad ſupradictam veſtram Baſilicam Ulpiam, & inde juxta parietem ſcriniarii noſtri per terram, ubi Columna jacere videntur rectè in via, & per ipſam viam deſcendentem ad limitem, qui eſt in terram veſtram, & terram presbyterorum monaſterii S. Pancratii, & ipſe limite revolvente per ellium ſupradictum, & parietis juxta terram prædictorum presbyterorum, ubi olivæ ſtare videntur rectè in parva Turricella muri hujus almæ Romæ, unà cum ipſa Turricella, & muro, ſeu turra Sarracena cum cryptis, & parietinis ſubſe, & juxta ſe, vel alias turres, quæ extenſa ſunt ab una parte juxta terram veſtram, & pantanum cum eodem ipſo integro pantano, ſalvente ad viam publicam, quæ ducit ad eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ, ſive ad palatium noſtrum, & inde revertente juxta terram, quæ fuit Elperini, & Azonis Germanorum fratrum, & vineam eccleſiæ S. Nicolai, ſive terram hæredum de Majo Capuano, ſive horticellum, qui fuit quondam Angeli, ſive domum terrineã, quæ eſt juxta aliam viam publicam, ducens ad noſtrum memoratum Lateranenſe palatium. Itemque confirmamus vobis eccleſiam S. Martinæ cum omni ſua integritate, & pertinentia poſitam Romæ propè montem, qui dicitur Auguſtus. Nec non eccleſiam SS. Adalberti, & Paulini cum Eccleſia S. Benedicti, & omni ſua integritate, & pertinentia, & ſicut ad manus veſtras hodie tenetis poſitam infra hanc civitatem Romam in Inſula Lycaonia, ut ſit vobis, veſtriſque ſucceſſoribus cum volueritis Epiſcopale domicilium, & congruum receptaculum, opportunumq; habitaculum quemadmodum habere videtur Portuenſis eccleſia, S. Joannis inter duos pontes, presbyteros, atque clericos, qui pro tempore in eadem eccleſia SS. Adalberti, & Paulini, & Benedicti fuerint, ita ſubjectas vobis eſſe volumus, ut proprias filias eccleſiæ veſtræ, & ab omni jure illæ ſubtrahimus tua paternitati, tantum eas committentes, ut ſolummodo veſtrũ judicium expectent, veſtro dominio famulentur, & per omnia veſtris rationabilibus obſecundent mandatis, ut quoquo modo vobis placet ordinare ſecundum Deum regere, & informare, & emendare noſtra Apoſtolica auctoritate in perpetuum liceat, ſimulque concedimus & confirmamus vobis omnes plebes, & eccleſias parochias, cum earum pertinentiis, vel adjacentiis, ſcilicet plebem S. Mariæ in Sylva Candida cum titulis ſuis, titulum SS. Joannis, & Pauli in Lucane, & titulum S. Angeli in Muſano, titulum S. Donati in Majorata, atque plebem S. Gregorii in Galeria cum titulis ſuis, titulum S. Gregorii in ipſo loco, titulum S. Anaſtaſii in Muſano, & plebem S. Angeli in Duſcitule cum terris ſuis, ſimulque plebem S. Joannis in Nono cum terris, & titulis ſuis; titulum S. Marciani in ipſo burgo cum terris ſuis, titulum S. Andreæ cum titulis ſuis, nec non titulum S. Mariæ, titulum S. Nicolai, qui eſt in caſtello de monte Deſtini; titul. S. Mariæ cum terris ſuis; præterea plebem S. Pancratii, cum terris, & titulis ſuis, titulum S. Mariæ in Inſula cum terris ſuis; plebem S. Luciæ in Inſula cum terris ſuis, ſimiliter plebem S. Joannis in Inſula cum titulo, & territorio ſuo; titulum S. Gregorii in ipſo loco, ſimulque plebem S. Pauli in Formelle cum terris, vineis, hortis, olivetis, atque titulis ſuis; titulum S. Sylveſtri in columna cum terris & vineis ſuis; titulum S. Angeli in Olibano cum terris, & hortis ſuis; titulum S. Marciani cum terris ſuis, titulum S. Geneſii in Dalmachia cum terris ſuis; titulum S. Laurentii in Formello cum titulis, & hortis ſuis; titulum S. Mariæ cum territorio ſuo; titulum Salvatoris cum terris ſuis; titulum S. Joannis in ipſo loco cum territorio ſuo, titulum S. Petri cum terra ſua; titulum S. Angeli in Laureto; titulum S. Valentini in Cripsule; item plebem S. Cornelii in Capricornie: Per hujus privilegii veſtri, & decreti paginam, in perpetuum confirmamus prædicto veſtro Epiſcopio cum terris, vineis, & olivetis, & titulis ſuis; titul. S. Pancratii cum terris ſuis;

titulum S. Mariæ cum terris, & prato ſuo; titulum S. Valentini cum terris, & oliveto ſuo, atque prato; tit. s. Donati cum terris ſuis; titulum s. Mariæ cum terris ſuis, titulum s. Laurentii cum terris ſuis, titulum s. Anaſtaſii cum terris, & vineis ſuis, plebem s. Titi non longè à Civitella, cum vineis terris, & titulis ſuis: plebem s. Pauli in Formella cum vineis, terris, & titulis ſuis; titulum s. Sylveſtri, & s. Angeli cum terris, & vineis, & plebem s. Donati in Collina cum terris, vineis, & olivetis, & titulis ſuis, titulum s. Mariæ cum terris, & vineis; titulum s. Chriſtinæ, cum terris, vineis, & ſylvis ſuis, titulum s. Gregorii cum terris, & vineis; titulum s. Martini cum terris, & vineis; titulum s. Caſſiani cum terris, & vineis, & familiis tribus; titulum s. Anaſtaſii cum terris, & vineis; & titulum s. Juſtinæ cum terris, & vineis; titulum s. Angeli cum terris ſuis; titulum s. Gregorii cum terris ſuis, & vineis, ſimulque plebem s. Marcelli in quartodecimo cum terris, & vineis, & oliveto, atque titulis, vel cum omnibus ſuis pertinentiis; titulum s. Angeli cum terris, & vineis, denique plebem s. Petri in Beczano cum terris, & vineis, & oliveto ſuo majore, atque ſylvis; & titulum s. Joannis, & S. Stephani, atque s. Mariæ in Pentpertuſa; titulum s. Mariæ in Sepeſane cum terris, vineis; titulum s. Stephani in Matera; titulum s. Mariæ in Matera; titulum s. Blaſii in Scrofano; titulum s. Joannis in ipſo Scrofano, & s. Eugeniæ in Matera; titulum s. Laurentii in Scrofano cum omnibus terris, & vineis, titulum s. Eugeniæ cum terris, & vineis, ſimulque plebem s. Mariæ in Olibula cum terris, & vineis, & titulo ſuo, & s. Angeli cum terris, & vineis; pariterque concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuo, ſicuti à ſanctiſſimo Sergio Papa, ſive à cæteris prædeceſſoribus noſtris pontificibus conceſſa, & confirmata fuerunt; videlicet monaſteria quinque, s. Stephani majoris, & minoris, ſanctorumque Joannis, & Pauli; & B. Martini, atque Theclæ conſtituta juxta magnam eccleſiam s. Petri, aut in cæteris eccleſiis, quæ ſunt conſtituta in tota civitate Leonina, et ſi neceſſarium fuerit conſecrare, nullus alius Epiſcopus ad tale miniſterium, vel conſecrationem accedere præſumat, niſi vos, veſtrique ſucceſſores Epiſcopi s. Sylvæ Candidæ eccleſiæ, in perpetuum. Concedimus autem, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum s. diem Sabbati ad Baptiſmi ſacramentum celebrandum, & totum officium faciendum in eccleſia B. Petri Apoſtoli, & ſupra magnum Altare, in quo toto venerabili Altari, ſeu in Confeſſione, quicquid auri vel argenti, pallii, vel ceræ, ſive aliarum rerum poſitum, vel oblatum, vel jactatum fuerit, vel vobis oblatum, ab hora videlicet diei tertia, qua ingredi eccleſiam ad ordinandum, & peragendum dictum officium vos volumus, & uſquequo ſancta Dominica diei miſſam expleveritis, per veſtros cuſtodes in veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum, remota omni contradictione, veniat poteſtatem, & quia ad tempus prædeceſſoris noſtri Domini Joannis in præfata eccleſia s. Petri, à qua pene omnes eccleſiæ doctrinam acceperunt, ſicut à magiſtra & Domina, dies dominica palmarum, & dies Cœnæ Domini, & paraſceve irreverenter celebrantur, ut nec proceſſio cum palmis in ipſa die dominica ibi fieret, nec in die Cœnæ Domini Gloria in excelſis Deo diceretur, & in paraſceve non tam reverenter, ut decebat, officium ibi fiebat. Condoluimus, & meliorare hoc cupientes per vos, veſtroſq; ſucceſſores, ſtatuimus, ſicut ſtatutum, & cōceſſum, & confirmatam vobis eſt ab eodem prædeceſſore noſtro, ut omni anno die Dominica palmarum cum proceſſione ab eccleſia s. Mariæ in Thermis exeatis, & venientes ad magnum Altare s. Petri miſſam celebretis. Similiter, & omni anno die Cœnæ Domini per vos, veſtroſque ſucceſſores miſſam ſupra Altare s. Petri celebrare, Gloria in excelſis Deo dicere, s. Chriſmata conficere, & quæ ad Epiſcopum pertinent agere volumus. Seu omni anno die Paraſceve ſupra ipſum altare majus s. Petri totum officium reverenter, ut vos decet, veſtroſq; ſucceſſores, faciatis, in quibus tribus miſſis, prima in miſſa palmarum, ſeu in miſſa Cœnæ Domini, & in officio Paraſceve, quicquid auri vel argenti, pallii, ſeu ceræ, vel aliarum rerū ſupra jam dicto Altari S. Petri, ſive in confeſſione poſitum aut jactatum fuerit, vel vobis oblatum ab hora, qua ipſa miſſa, & officia inchoata fuerint, & expleta per veſtros cuſtodes in veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum, ſimiliter remota omni contradictione, deveniat poteſtatem, in quibus quinque diebus, ſi vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus utile viſum fuerit aliquem Diaconorum noſtrorum miniſtrare ob honorem s. Petri, & veſtram reverentiam volumus petere. Poteſtatem autem ejuſdem eccleſiæ S. Petri, & ſupradictorum ſuorum Monaſteriorum, & manſionariorum omnium manſionum S. Petri, ſeu totius civitatis Leoninæ vobis, veſtriſque ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, inthronizare, & incathedrare Pontificem Romanum in Apoſtolica ſede, vobis, qui quotidiani eſtis in ſervitio S. Petri, committimus, nec non ad benedicendum cum aliis, vos ſpecialiter convocamus; ſimilique modo ad ungendum, & conſecrandum Imperatorem, primum veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum Epiſcoporum fraternitatem convocamus, ut quibus regimen totius eccleſiæ S. Petri, & civitatis Leoninæ commiſſum eſt, ab his primum ſit benedictus, nec non cuncta ſacra officia, ſeu miniſteria, quæ nos, & ſucceſſores noſtri facere debemus, ſi ægritudine, vel aliqua cura impediti facere non poſſumus; tam in ſupradicta venerabili eccleſia S. Petri, & monaſteriis ſuis, quàm per totam civitatē Leoninam, per vos, veſtroſque ſucceſſores fieri Apoſtolica auctoritate decrevimus. Conſecrationem vero altarium S. Petri, & ſuorum monaſteriorum, nec non conſecrationem eccleſiarum, altarium, ſacerdotum, clericorum, ſeu diaconiſtarum totius civitatis Leoninæ, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut prælibatum eſt, concedimus, & confirmamus. Quæque autem uſualiter vobis à miniſterialibus altaris majoris competunt, hoc ſcripto vobis, veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus. Idem in Sabbato S. pro cœna ſolidos duodecim denar. quales per tempora cucurrerint percipiendos, & quinque in unoquoque ſabbato quatuor temporum, & duos cum candela olei, & certis per unamquamque feſtivitatem, in quibus ibidem pernoctare debetis. Idem in feſtivitate S. Petri, & in Octavis in Dominica gaudete, in feſtis S. Andreæ, in Epiphania, in Aſcenſione, in Pentecoſte, in feſtis S. Rufinæ triginta libras ceræ, & duo congiaria de oleo, & duas libras de olibano. Candelas vero pendentes cum clamaſtariis, & cicindellas ad ſufficientiam, ſicuti ſemper fuit. In ſecunda feria Paſchæ quoniam ſecundum antiquum morem ad Staffilem, ubi de equo deſcendimus, nos, noſtroſque ſucceſſores recipitis, chirothecas, quibus etiam ad miſſam uti ſoliti ſumus ad memoriam ſervitii noſtri, qui ſemper puré S. R. Eccleſiæ feciſtis nobiſque, & anteceſſoribus noſtris non ſolum te, ſed omnes tuos ſucceſſores Epiſcopos, Bibliothecarios Sedis noſtræ eſſe perpetuo Apoſtolica auctoritate cenſemus, & merito, qui in Apoſtolica Eccleſia deſudatis, in Apoſtolicis ſcriptis fideles teſtes ſemper exiſtatis: prædicta vero omnia ſicut ſuperius dicta ſunt à prædicta VI. Indictione, una cum ſex partibus filorum ſalinarum poſitis in pedica nova invicem ſibi cohærentibus, juxta filos heredum Joannis Vve, ſeu Petri Card. vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus Epiſcopis, veſtræque etiam Eccleſiæ SS. Rufinæ, & Secundæ in perpetuum donamus, largimur, concedimus, & confirmamus, atq; ſtabilimus in uſu, & utili ipſius venerabilis Epiſcopii, & omnium Epiſcoporum ſuorum, qui per tempora tenuerint prædictam Eccleſiam, ſtatuentes quippe Apoſtolica cenſura ſub Divini judicii obteſtatione, & anathematis interdicto, ut nulli unquam noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, vel qui publica functi fuerint actione, vel alia qualibet magna, parvaque perſona de omnibus, quæ ſuperius continentur contra hoc noſtrum Pontificale privilegium agere, vel alienare, aut auferre, vel diminuere audeat, vel præſumat, ſed potius firma, & ſtabilia perpetuis temporibus, ſicuti à nobis conſtituta, & confirmata ſunt decernimus permanenda; ſi quis autem, quod non optamus, temerario auſu contra hoc noſtrum Apoſtolicum privilegium in aliquo contraire, & tranſgreſſor eſſe præſumpſerit, vel frangere auſus fuerit, & in omnibus obediens, & obſervator eſſe noluerit, ſciat ſe auctoritate Dei omnipotentis Domini noſtri, & Apoſtolorum Principis Petri, cui licet immeriti, Dei tamen dignatione, gerimus vicem, anathematis vinculo innodatum, & à Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus impiis ſocius ſit in inferno. Qui verò pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri Apoſtolici privilegii exſtiterit meritis,

A *atque precibus B. Petri Apoſtolorum Principis, & SS. Martyrum Rufinæ, & Secundæ in ætherеis arcibus remia, & benedictionis gratiam, atque miſericordiam à juſto Judice Domino Deo noſtro, vitamque æternam percipere, & invenire mereatur in ſecula ſæculorum Amen. Scriptum per manus Sergii Scriniarii, & Notarii Sacri noſtri Palatii, menſe Novembris, Indictione ſupraſcripta VI. bene valete. Benedictus S. Fallaritanæ, & Caſtellanæ Epiſcopus. Ego Gregorius S. R. Eccleſiæ deſignatus in regimine S. Tudertinæ Eccleſiæ. Ego Leo Diaconus S. R. Eccleſiæ. Benedictus Oblationarius. Benedictus Cardinalis tituli Equitii, Bonizo presbyter, & vicedominus S. Rufinæ, & deſignatus gratia Dei Epiſcopus Tuſcanen. Ego Creſcentius Subdiaconus de Joanne de Romano. Decernimus ergo, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.*

Defunctus eſt Petrus ann. 1035. ſepultus in eccleſia S. Alexii in monte Aventino prope Maroziam matrē, ubi adhuc in marmorea tabula hoc legitur Epitaphiū.

Lector ad hunc Tumulum lachrymantia lumina ſolve
Natus cum cara Matre ſepultus ubi
Iaſtis ex planctu, non poſſum dicere totum
Illa Marozza ſolo, nomine Petrus ego.
Petrus ego Sanctæ, non dignus ſede Rufinæ
Quem ſine matre mea vivere tadet ehen:
Iſthic cura Domus rerum cumulatior auctus,
In hac gaudebam, mox ubi triſtis ero.
Semper triſtis ero jam nunc dum carne manebo,
Quando mihi matris mors redit in animum.
Quinquagies caſtos evolvit ſexies annos
Turtur poſt unum facta pudica virum.
Pauper habet quod corde gemat quod voce requirat
Victum, veſtitum non modo pauca dabat
Cum ſis mortalis ſibi natum conſociabis,
Ut ſibi ſic unum, vindicet una locum
Audeat haud quiſquam miſcere licentius unquam.
Sit anathema Deo ſi temerator erit F. F. F.
Reſpicito Sancti, quos eligimus duo ſervi
Horum tu, precibus nos miſerere Deus.
Hic requieſcit Marozza expectans filium ſuum
Petrum Epiſcopum S. Rufinæ, quæ obiit temporibus
Domini Benedicti Papæ Kal. Julii feria tertia,
Indictione 3. Anno Domini 1035. Obiit Dominus
Petrus Epiſcopus menſe Octobris, die 6.
Anno Domini 1035.

XX. 20. PETRUS ſucceſſit Petro, qui ſubſcriptus reperitur in Diplomate Benedicti IX. Eccleſiæ Florentinæ anno 1036. menſ. Novemb.

* Ex Ap. t. 2.

* Hic Petrus natione fuit Romanus, de quo in regeſto Farfenſi: *Denique per longum temporis noſtris ſcilicet diebus ita vidimus, & audivimus referentem, & certiſſime teſtantem quemdam Romanum Epiſcopum nomine Petrum jam annis vetulum, qui Romæ morabatur apud S. Vincentium Sylvæ Candidæ fulgens epiſcopatu, & habitans juxta S. eccleſiam B. Petri Apoſtoli, omnia ut ſupra diximus coram ſe examinata, & definita fuiſſe, ac privilegium à D. Papa Leone, &c.* Leo, de quo hic eſt mentio, Nonus fuit, qui Farfenſe cœnobium immunitatibus, & privilegiis exornavit, quæ habentur in eodem regeſto.

XXI. 21. CRESCENTIUS Epiſcopus S. Rufinæ in Concilio Lateranenſi (1) ſub Leone IX. contra Joannem Portuenſem Epiſcopum de poſſeſſione Eccleſiæ SS. Adalberti, & Paulini inſulæ Lycaoniæ diu diſputavit; tandem eadem Eccleſia Portuenſis adjudicata eſt. Deceſſit Creſcentius circa Annum 1051.

XXII. 22. HUMBERTUS *a* Gallo Belga, è Civitate Tullenſi, ex ordine S. Benedicti Monachus, è Monaſterio S. Manſueti à Leone IX. in Italiam vocatus, ſublectuſque Archiepiſcopus Sicilienſis anno 1049. ubi ſuæ prædicationis uberes fructus tulit, revocatuſque à Leone in Concilio Romano ab eodem Epiſcopus Sylvæ Candidæ, atque Sublacenſis Abbas electus eſt anno 1051. Cumque Leoni Pontifici maximè fo-

a *Vertus ſcriptum in Cod. Vaticano, ola ex Hud.*

A votis eſſet, ut Græca Eccleſia cum Latina in rebus fidei coiret, eundem Humbertum Conſtantinopolim legavit cum Friderico Cardinali, Petroque Amalphitano Archiepiſcopo anno 1054. Quos cum perhumaniter Conſtantinus Imperator excepiſſet, Humbertus deinceps diſputando, ſuæque doctrinæ mucrone non modo Michaelem Patriarcham convicit, rejecitque à communione fidelium, ſed etiam Nicetam Pectoratum Monachum, coram eodem Impetatore confudit. Eam diſputationem recitat Baronius, ad quem Lectorem remittimus. Ubi etiam ejuſdem diſputatio legitur de Azymo pane more Dialogiſmi ſub nomine Romani, & Conſtantinopolitani.

Ea legatione felici ſucceſſu perfunctus, ab Imperatore donis honoratus, in itinere à Comite Traſimundo Theatino ſpoliatus, vacuus Romam rediit: Statimque Victore Pontifice Max. mittente legatus ad Montem Caſinum ſe contulit, ubi ſolita ſua dexteritate, ita egit, ut in Abbatem Montis Caſini Fridericus Lotharingius Cardinalis eligeretur, qui poſtea
B ſub nomine Stephani IX. ad Summum Pontificatum ſubvectus eſt.

In Concilio generali habito Romæ à Nicolao II. contra Berengarium Turonenſem Hæreſiarcham damnatum, Humbertus ardorem fidei, pietatiſque Catholicæ ſtudium præſetulit indefeſſum, ipſeque acta, abjurationemque erroris ejuſdem Hæretici opportune præſcripſit, ubi ultrix, juſſaque flamma Berengarii præſentis peſtiferos libros concremavit. Tametſi poſtea perfidioſè relapſus, contra Catholicam illam Confeſſionem amarulentiſſimis verbis invectus eſt, momorditque nefariè Humbertum, Romanamque Catholicam Eccleſiam. Quod ubi accepit Lanfrancus Cantuariæ Archiepiſcopus, in impium Berengarium, pium, ac doctiſſimum edidit Commentarium, in quo Hæretici retundens audaciam, illum ſui admonebat erroris, ut iterum, atque ex corde hæreſum venenum evomeret, dejeraretque.

In Angliam legatus ab Alexandro II. miſſus Concilium habuit in præſentia totius inſulæ Præſulum 6.
C Idus Aprilis an. 1062. litem veterem inter Eccleſias Cantuarienſem, & Eboracenſem motam ſuper primatiam, quæ Cantuarienſi eſt adjudicata, compoſuit.

Cæterùm non diù ſupervixit Humbertus, venerandus jam, tum doctrina, tum ſanctimonia vitæ, laboribuſque fractus, quos jampridem pro S. R. Eccleſia conſtanter adierat. Romæ ſpiritum Deo reddidit ante an. 1063. 3. nonas (2) Maji, ſepultuſque eſt in Baſilica Conſtantiniana Summo Pontifice ita mandante, prope Corpora SS. Virginum, ac Martyrum Maternæ, & Secundinæ. Meminit Humberti Leo Oſtienſis, lib. 2. cap. 89. Lanfrancus ſupracitatus ejus coætaneus non modo Humberti doctrinam extollit, ſed vitæ probitatem, moreſque, ex quibus Summis Pontificibus charus fuit, ſuiq; ſæculi Principibus maximè placuit, Baronius in Annalibus, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Wion, aliiq; cum Trithemio. Fuit etiam Humbertus Bibliothecarius, ac Cancellarius S. R. E.

Humberto & ſucceſſoribus ſuis ob laborem pro S. Romana Eccleſia, quem ſub Leone IX. libenter ſuſti-
D nuerat Victor II. ann. 1055. omnia privilegia ſuorum anteceſſorum Eccleſiæ Sylvæ Candidæ confirmavit, adjecitque inter cætera (3), ut in Sabbato ſancto, pro cœna S. Rufinæ Epiſcopus 12. ſolidos denariorum de S. Petri Confeſſione, & quinque pro unoquoque Sabbato quatuor temporum, & in unaquaque feſtivitate in qua apud Eccleſiam B. Petri pernoctandum eſſet, duos ſolidos, cum candela olei, ac cereo, in feſtivitate verò S. Petri, & in Octava in Dominica Gaudete, in feſtivitate S. Andreæ, in Epiphania, in Aſcenſione, in Pentecoſte, & in feſto S. Rufinæ triginta libras ceræ, duo congia olei, & duas libras de olibano de eadem confeſſione reciperet, candelas verò pendentes cum Clamatariis ad ſufficientiam, ſicut ſemper fuit. Inſuper

(1) An. 1049. Errat enim Oldoinus in ſua additione ad Leonem IX. primum Lateranenſe Concilium reſundendo in ann. 1050. contra mentem Ciaconii, qui illud rectè refert in an. 1049. *Luc.*

(2) Aliquot poſt menſes ab Alexandri II. obitu aſſeritur in Additionibus ad Ciaconium. Sed cum Ughello rectè ſentiendum. Siquidem in iiſdem additionibus, aliiſque monumentis habetur Maynardus Epiſcopus Sylvæ Candidæ an. 1061. demumq; vita functus ſub Alexandro II. quomodo ergo obiiſſet poſt Alexandrum Humbertus? *Luc.*

(3) Non adjecit, ſed confirmavit, cum ſequentia privilegia non Humberto à Victore, ſed jam primum Petro à Benedicto IX. elargita fuere, ut patet ex Diplomate ſupra proximè relato. *Luc.*

Digitized by Google

per in feria II. Paſchatis cum ad Baſilicam Vatica-
nam pro ſtatione inibi celebranda ſolemniter equita-
tur, S. Rufinæ, ſive Sylvæ Candidæ Epiſcopus pro
tempore exiſtens, Pontificem Maximum de equo de-
ſcendentem, ad ſtaphile ſemper recipere conſueverat
ob tanti obſequii memoriam, voluit idem Victor Pon-
tifex, ut Chirothecas, cum quibus illa die Pontifex
Max. Miſſam ſolemniter celebraverat, Sylvæ Candi-
dæ Epiſcopus perpetuis futuris temporibus lucrare-
tur. Eundemque Humbertum Epiſcopum, ſuoſque
ſucceſſores perpetuos Sedis Apoſtolicæ Bibliotheca-
rios inſtituit. Anno vero 1056. idem Victor, quod ſe-
quitur, Humberto Epiſcopo indulſit privilegium, ex
eodem Regiſtro.

*Victor Epiſcopus ſervus Servorum Dei, Dilecto fra-
tri, & Coepiſcopo Humberto, & per eum Eccleſiæ SS.
Virginum, & Martyrum Rufinæ, & Secundæ, quæ nomi-
natur Sylva Candida in perpetuum. Officii noſtri eſſe di-
gnoſcitur, ut ex apice ſummæ Apoſtolicæ Sedis, cui Deo
auctore præſidemus, univerſitati Eccleſiarum tanquam
noſtris reliquis membris conſulamus, in quæ utique ſi pia,*
B *& neceſſaria ſollicitudine debemus operam noſtrã etiam
longinquis, & non quærentibus ultro porrigere, multo ma-
gis propinquis, ſequela merito eam debemus exigentibus
prorogare, quia dum tempus habemus, ad omnes debemus
bonum operari, maxime autem ad domeſticos fidei juxta
Magiſtratum D. Apoſtoli Pauli, ut enim ipſe atteſtatur,
qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam ſi non ha-
bet, fidem negavit, & eſt infideli deterior ad inſtar ſiqui-
dem viſibilis ignis inviſibilis charitas paucis viciniora
ſibi corripit, & inde gradatim ad longinquiora ſe exten-
dit. Quapropter ſecundum ſuggeſtionem tuam noſter Re-
verendiſſime Confrater, & Coepiſcope Humberte ad ali-
quam temporalẽ memoria deceſſori noſtro Domino Leo-
ni, & jugiter in S. Romana, & Apoſtolica Sede, etiam ſu-
pra vires tuas, & facultates hactenus exhibuiſti per hujus
noſtri privilegii ſanctionem decernentes. Concedimus, &
confirmamus tibi, & per te, atque propter te in perpetuũ,
Reverendæ Eccleſiæ SS. Virginum, & Martyrum Rufi-
næ, ac Secundæ, quæ nominatur Sylva Candida in fun-*
C *do, qui vocatur boſcus, quicquid auri, argenti, pallii, ſeu
ceræ, vel quarumcumque rerum omnino jactatum, vel po-
ſitum fuerit, vel oblatum, in toto Altari majori S. Petri,
ſive in ejus venerabili confeſſione, aut certe ſibi, ſuiſque
ſucceſſoribus oblatum ab inchoatione matutinorum V. fe-
riæ in Cæna Dominí, uſq; dum Completorium peractum
fuerit, veluti in Sabbato S. ab hora tertia per totã ipſam
diem, deinceps uſque poſt expletam in craſtinum miſſam,
qualeſcumq; vel quanta ſcumque oblationes præfati Alta-
ris, & confeſſionis ejus per privilegia venerabilis Sergii,
& multorum anteceſſorum noſtrorum, jam dicta eccleſia
SS. Rufinæ, ac Secundæ promeruit, retinuit, etiam reti-
neat ad perpetuam animæ noſtræ mercedem, nominiſque
noſtri, & ſervitii ſui in S. R. Eccleſiæ memoriam illarũ
oblationum, quas eidem ſacroſancta Eccleſia per hoc no-
ſtrum privilegium adjiciendo concedimus, & confirma-
mus ſicut ſuperius dictum eſt S. ab inchoatione matutino-
rum V. feria in Cæna Domini, uſque poſt Completorium,
ſalva ſibi per omnia, & hoc noſtro privilegio eidem in
perpetuum reſervata, & confirmata confeſſione, & confir-*
D *matione omnium oblationum, quas per privilegia ante-
ceſſorum noſtrorũ hactenus accipere, & ſibi habere conſer-
vetur, videlicet in die Palmarum, in Cæna Domini, &
in Paraſceve in Sabbato S. & die Dominica, neque enim
iſtud noſtrum ita adjicimus, ut illud anteceſſorum noſtro-
rum donum in aliquo minuamus, in quæ utique conceſſio-
ne, & confirmatione nil novitatis arbitramur egiſſe ſcili-
cet exemplo Reverendiſſimorum prædeceſſorum noſtro-
rum, & copia S. R. Eccleſiæ, inopiam laterali, & maximè
domeſticæ filiæ, laudabili liberalitate ſecundum Apoſto-
licam inſtitutionem ſupplere. venerab. Apoſtolicæ Sedis
cenſura ſub divini conteſtatione judicii, & anathematis
interpoſitione ſtatuentes interdicimus, ut nullus unquam
ſucceſſorum noſtrorum Pontificum, vel qualibet publica-
rum actionum adminiſtrator, ſeu alia qualibet, & quan-
tumlibet magna, parvaque perſona audeat, vel præſumat
contra hujus noſtræ donationis privilegium cogere, aut
quicquam alienare, auferre, aut minuere, ſcilicet potius
firmum, & ſtabile in perpetuum, ſicut conceſſum, & con-*
A *firmatum eſt, permaneat. Si quis autem, quod non opta-
mus, temerario auſu hoc noſtrum Apoſtolicæ Sedis ſtatu-
tum, in quoquam infringere præſumpſerit, & coadjutor il-
lius in aliquo extiterit, auctoritate S. & individuæ Tri-
nitatis, & Apoſtolorum Principis Petri, cujus licet indi-
gni, dignatione divina vice fungimur, vinculo anathema-
tis ſit mancipatus, & à regno Dei ſegregatus, & diabolo,
& Angelis ejus, niſi fortè reſipiſcens ſatisfaciat indiſſo-
lubiliter aggregetur. Qui vero pio reſpectu obſervator, &
defenſor hujus conceſſionis, & confirmationis extiterit,
poteſtate B. Petri Apoſtolorum Principis, & precibus
SS. Virginum, ac Chriſti martyrum Rufinæ, & Secundæ
cœleſtis regni introitum, & gratiam, atque gloriam à ju-
ſto Judice Domino Deo noſtro, vitamque æternam perci-
pere mereatur in ſæcula ſæculorum Amen. Scriptum per
manus Gregorii notarii, & ſcriniarii S. R. Eccleſiæ in
menſe Maji, Indictione X. Bene valete. Datum 8. Idus
Maji per manus Aribonis Diaconi anno 3. D. Papæ Vi-
ctoris II. Indictione X. Decernimus ergo, ut nulli omnino
hominum liceat, &c. Si quæ igitur in futurum, &c. Cun-*
B *ctis autem, &c. Amen.*

23. ADALBERTUS Epiſcopus S. Rufinæ Syl-
væ Candidæ Pſeudocardinalis („ *Antipapa Clemente*
„ *III. intrudente*) in Conciliabulo Romano anno
1098. vide Baronium.

24. MAYNARDUS Campanus, montis Caſini XXIII.
Monachus ex presbytero Card. Sylvæ Candidæ Epi-
ſcopus, & Cardinalis adlectus eſt poſt exceſſum Hum-
berti ab Alexandro II. Summo Pontifice, („ *an. 1063*
„ *quo diplomata plura ſubſcripſiſſe reperitur ad favorem*
„ *Eccleſiarum Florentinæ, & Piſanæ*) illique Vaticana
Bibliotheca commiſſa. („ *Vicecancellarii munere quo-*
„ *que functus eſt.*) Fuit Maynardus genere nobiliſſi-
mus, doctrinaque præclarus, cujus opera, prudentia-
que plures Summi Pontifices graviſſimis in rebus fre-
quentiſſimè uſi ſunt. Præcipuè autem à Stephano IX.
cum Abb. Deſiderio Montis Caſini, qui poſtea factus
Pontifex Victor III. appellatus eſt, cumque Stephano
Cardinali Conſtantinopolim Legatus eſt. Qui cum
ibidem conſilium ſuæ legationis explicaret, morte
C Pontificis Stephani audita, Beneventum conceſſit,
indeque Senas pervenit, ubi Nicolao II. creando tu-
lit ſuffragium. Sub Alexandro II. Mediolanum miſſus
ann. 1067. ſubſcriptus reperitur in bulla ejuſdem Pon-
tificis apud Baronium. Demum plenus meritis, fato
conceſſit. Maynardi cum laude meminit Leo Oſtien-
ſis, c. 9. & 10. 3. lib. hiſt. Caſin.

(„ JOANNES *Kemp, ſeu Kempius natione An-* XXIV.
„ *glus, in ea Regis Anglorum Aula Magni nominis Vir,*
„ *plures adeptus Epiſcopatus ab Eugenio IV. Oſtro Ro-*
„ *mano inſignitur. Cum fungeretur Apoſtolici legati mu-*
„ *nere in Anglia præcipiente Nicolao V. diſceſſa a Por-*
„ *tuenſi SS. Rufinæ, & Secundæ Eccleſia ea lege Joanni*
„ *Kempio obvenit, adhuc perſeverante in Portuenſi Con-*
„ *dulmerio, ut altero defuncto in ſuperſtitem iterum hæ*
„ *duæ ſedes coirent. ſed Condulmerio jam decedente,*
„ *Kempius ſola S. Rufinæ fuit contentus. Ex cujus dein-*
„ *de obitu an. 1454. ſive 1455. iterum ad unionem redüt,*
„ Lucentius.)

D PORTUENSES EPISCOPI
ſeorſim.

1. SHIPPOLYTUS Epiſcopus Portuenſis, ge- I.
nere Arabs, olim Metropolita Arabiæ, Cle-
mentis Alexandrini diſcipulus, cujus hortatu in Ita-
liam profectus eſt, Romamque veniens Apoſtolorum
limina, Martyrumque cœmeteria veneratus eſt. Cujus
vitæ ſanctimonia à Cœleſtino *a* perſpecta Portuenſis *a Callisto non Cœleſtino.*
Epiſcopus creatus eſt, ut eo viro doctiſſimo, ſanctiſſi-
moque in graviſſimis rebus uteretur, ut ex tabulis Ec-
cleſiaſticis, ejuſdemque martyrii actibus colligi po-
teſt. Nonnus cognominatus eſt, ideſt, Monachus, ut
Petrus Damiani in Epiſtola ad Nicolaum Papam
ſcribit. Ubi illum cum altero Nonno, qui Pelagium,
nobile ſcortum, temporibus Theodoſii junioris à ve-
terno libidinis, ſuis precibus ſuſcitavit, perbellè ſatis
confundit. Hippolytus Portuenſis floruit ſub Calli-
xto I. paſſuſque martyrium eſt, non ſub Claudio, ut de-

pra-

pravati quidam codices affirmant, ſed ſub Alexandro Imperatore anno 229. die 22. menſis Auguſti, Ulpiano Romæ Præfecto, ſeu, ut alii legunt, Ulpio. Itaque pedibus, manibuſque ligatis, in profundum puteum demerſus eſt, ac poſt ejuſdem exceſſum in eodem Portu Romano Hippolyti ſocii illuſtrem tulere palmam martyrii. Vir doctiſſimus fuit, ut S. Hieronymus, Euſebius, ſanctuſque Theodorus teſtantur, quanquam ex iis ingenii, pietatiſque monumentis, quæ edidit, nil aliud, quam libellus de Antichriſto, ſive de Judicio, cum quodam tractatu Theologico de Incarnatione hoc tempore reperiatur.

Cæterùm, maximæ exiſtimationis virum fuiſſe illum, ſtatua illa in ejuſdem memoriam inſculpta abundè teſtatur, quæ in agro prope Portum repetta indeque effoſſa non diu eſt, quæ in Vaticana Bibliotheca collocata eſt. In cujus ſede Græcis literis canon ille inciſus perſpicitur de ratione Paſchatis. Ad pedes ipſius legitur.

Statua Hippolyti Portuenſis Epiſcopi, qui vixit Alexandro Pio Imp. ex Urbis ruinis effoſſa à Pio III. Medico Pont. Maximo reſtituta.

Hujus Hippolyti meminit Baronius in ſuis notis ad Martyrol. Rom. nec hujus laudes Poeta Prudentius tacuit: tametſi cum duobus aliis Hippolytis perperam hunc noſtrum Portuenſem confundat. De qua re conſule Baronium ad ann. 229.

II. („ GREGORIUS *in Concilio Arelatenſi adunato „ inſtante Conſtantino à S. Sylveſtro in cauſa Donatiſtarum ſubſcribitur inter Epiſcopos Provinciæ Africæ ſic:* „ Gregorius de loco, qui eſt in Portu Romæ, *an.* 314. „ Lucentius.)

III. 2. ROMANUS circa annum Dom. 370.

IV. („ DAMASUS *Portuenſis Epiſcopus, ad quem, & „ ad Theodoſium Rom. urbis Senatorem librum inſcripſit de tranſitu S. Hieronymi magiſtri ſui (qui obierat „ circa annum 420.) Euſebius Cremonenſis monachus, „ ut in ſua Bibl. Theolog. notat Phil. Labbe, quem tamen „ Euſebium ejus libri Auctorem non cenſet Baronius in „ ſuis Annal. & in notis ad Diem obitus Hieronymi.* „ Lucentius.)

V. 3. PETRUS in Concilio Romano ſub Hilario anno 465.

VI. 4. * GULCERIUS *a* Cæſar Imperio expulſus in Portu Urbe ex Cæſate Epiſcopus ordinatus eſt ann. Chriſti 474. ubi & obiit teſte Marcellino in Chronico.

* Ex App. 1.2.

a al. Glicerius.

VII. („ HERENNIUS *ex eo prodit Concil. Rom. III. „ quod Felix III pro lapſis Africanæ Eccleſiæ recipiendis adunavit an.* 487. Lucentius.)

VIII. 5. CASTUS in Concilio ſub Symmacho Papa 502. („ *& in aliis an.* 501. *&* 504.)

6. GREGORIUS (1) Privilegium quoddam S. Gregorii Papæ indultum monaſterio S. Medardi in Gallia, Diœceſis Sueſſionenſis ſubſcripſit anno 593.

IX. 7. FELIX anno 595. in alio Concilio Gregorii Magni, 5. Julii. Meminit ejuſdem idem Gregorius in dialogis, & epiſt. 11. lib. 7. Indict. 7. anno 598. („ *Hic „ Felix ab an. 590. uſque ab 601. variis interfuiſſe Romanis Conciliis proditum extat. Jure ergo fictitio S. Medardi indulto apponitur, valideque ex hoc albo præfatum delet Gregorium.* Lucentius.)

X. („ ALBINUS *in eo Romano Lateranenſi Concilio „ perſpicitur, in quo 150. Epiſcopis reſidentibus Monothelitarum hæreſis eſt damnata à Martino I. ann. „* 649. Lucentius.)

XI. 8. JOANNES Romano Concilio interfuit, celebrato ab Agathone Papa anno 680. in quo ipſe ſimul cum Abundatio Paternenſi, & Joãne Rhegienſi Legatus ſublectus eſt. Conſtantinopolim venit eodem ann. 10. die Novembris, exceptuſque à Conſtantino Pogonato cum collegis, nomine Apoſtolicæ Sedis generali Synodo interfuit. Anno 693. *b* Conſtantinopoli à Juſtiniano Imperatore tentus, ex Baronio. Leoni II. creando intervenit hic Portuenſis Epiſcopus, ut Ana-

b vel 692.

A ſtaſius Bibliothecarius ſcribit ann. 683. („ *& an.* 686. „ *creando Joanne V.*) Cæterum in enarranda Joannis legatione ab Anaſtaſio diverſus Baronius eſt. Meminit ejuſdem Floriacenſis Abbas.

XII 9. GEORGIUS *c* Epiſcopus Portuenſis comitatus eſt Conſtantinum Papam Conſtantinopolim proficiſcentem ad Juſtinianum Imperatorem anno 709. *d* die 3. Octobris, Indict. 8. de quo Baron. tom. 8. ex Albone Floriacenſi Abbate, tum & ex Bibliothecario. Idem Greg. Epiſcopus Portuenſis ſubſcriptus invenitur conſtituto Gregorii junioris Papæ ann. 721. nonis Aprilis, Indict. 4. in ſynodo congregata adverſus illicita conjugia, ex Codice vaticano num. 1353.

c Vel Gregorius.

d Ciaconin 710.

XIII. 10. GREGORII Epiſcopi Portuenſis ab anno 743. uſque ad annum 761. mentio apud ſcriptores reperitur. („ *Interfuit Synod. Rom. an.* 745.)

XIV. 11. CITONOTUS, *e* unus ex Epiſcopis, qui Conſtantinum Nepeſinum conſecrarunt in Antipapam anno 767. Conſule Baronium.

e Al. Citonatus, Citonatus, vel Citonomatus.

XV. 12. JOANNES Portuenſis Epiſcopus, cujus mentio

B fit in Caroli Magni privilegio eccleſiæ S. Salvatoris civitatis Leoninæ: *Concedimus* (inquit) *in ipſa ſupradicta Eccleſia S. Salvatoris novem telias ad talem faciendum, quatenus emi juſtiſſime pretio à Joanne Portuenſi Epiſcopo in via quadam lucinia pergit ad portum tantum pretio unam lib. auri, &c. Datum anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 797. Indict. 7. Actum eſt in palatio juxta Vaticanum ad Baſilicam S. Petri Apoſtol. in menſe Decembris, die 12. Februarii Amen. Ego Joannes Scriniarius S. R. E. ſicut inveni in tomo carticinio imperiali ſigillo bullato ſcripto ab Alcuino Cancellario bo. me. Domini Caroli piiſſ. Imp. ita diligenter exemplavi, & ſcripſi.*

XVI. 13. STEPHANUS in Concilio Romano ab Eugenio II. anno 826 apud Baronium.

XVII. 14. RODOALDUS Epiſcopus Portuenſis, („ *Erat in Concil. Rom. an.* 853.) cum Zacharia Epiſcopo Anagnino à Nicolao I. anno 860. Conſtantinopolim legatus eſt, ut Photianæ intruſionis in celebrem illum Patriarchatum, Ignatianæ verò expulſio-

C nis cognoſcerent cauſas. Hi maligna prævaricatione Pontificia neglexere mandata, reque infecta in Italiam rediere.

Rodoaldum rurſus idem Pontifex legavit in Galliam ad concilium Metenſe, ubi cum Romoaldus, cum Joanne Epiſcopo Ficodenſi *f* pecunia expugnatus fuiſſet, iterum turpiſſimè Pontificia mandata prævaricatus eſt, præſtitirque aſſenſum repudio, quo Lotharius Rex Theutpergam juſtam, legitimamq; uxorem ablegaverat; Valdrada in maritalem thorum nobili ſcorto accepto. Quamobrem iis de cauſis Nicolaus ſanctiſſimus Pontifex in Conſtantiniana Baſilica coacta ſynodo, eundem Rodoaldum Epiſcopatus dignitate exutum arcuit communione fidelium anno 864. ut idem Pontifex in epiſt. 7. & 10. perſpicuè decernendo declarat. („ *De eo in* text. cauſ. 31. q. 2. c. Lotharius.)

f Flaviniacenſi.

XVIII 15. FORMOSUS („ *Civis Portuenſis, & Canonicus Regularis*) ſanctimonia vitæ præclarus Epiſcopus Portuenſis Rodoaldo ſuffectus eſt 864. anno vero

D 866. à Nicolao I. Pontifice Max. in Bulgariam miſſus eſt una cum Paulo Epiſcopo Populoniæ, ubi innumeros ferè populos ad veram pietatem inſtituit. Sub Joanne deinde VIII. in Gallias legatione functus eſt anno 875. cum Jadetico Veliternenſi, Joanne Alatrino, & Anſegrio Senonenſi, ut cum Carolo Rege Francorum de rebus graviſſimis tranſigeret. Ab æmulis inſectationes duriſſimas paſſus eſt, ob quas à Joanne VIII. in Concilio Pontigonenſi anno 876. damnatus eſt, atque Epiſcopatus dignitate exutus, ut habetur in epiſtola Papæ Joannis, quæ publicè recitata eſt in eodem concilio, actione 6. Formoſianæ damnationis. A Marino tandem Papa in ſuum Epiſcopatum reſtitutus (2) eſt anno 883. Tametſi in ſua damnatione coram Joanne Pontifice juraſſet laicalis tantùm commu-

(1) Gregorius hic ſolo innixus Privilegio fictitio S. Medardi in Olſienſibus, inque Sylvæ Candidæ Epiſcopis jam confutato. Illud etiam ex hoc vanitatis evincitur, quod poſt hunc ſuppoſititium Gregorium Portuenſem, ſequentem etiam Felicem Epiſcopum Portuenſem ſubſcriptum profert. Quomodo enim uno eo tempore, & in eodem conceſſu duo Epiſcopi ejuſdem ſedis enumerari poterant? *Luc.*

(2) Baronius, dum anno 883 n. 1. recenſet reſtitutionem Formoſi à Marino Papa factam, ignorare ſe dicit, an ea reaſſumptio facta fuerit re viam abſolutionis, an declarationis ex capite innocentiæ, ſeque inſuper nullam invenire cauſas, quare damnatus ita fuerit, apertiſſime fatetur. At Joannes Morinus in præfatione ad opera Auxilii (qui Formoſi contemporaneus extitit,) in principio Tomi XVII. Max. Bibliothecæ veterum Patrum enarrat Formoſi crimina: eaque fuiſſe ad Conſpirationem in Papæ Joannis vitam: in Carolo Calvi Imp. & Regis Franciæ ruinam comparaſſe: Romam Saracenis prodere voluiſſe. Et ex ſum-

munionis in perpetuum ſe contentum fore.

Deniq; ad ſummum Pontificatum evaſit anno 891. contra quidem morem, qui per ea tempora in eccleſia vigebat, ſtatueratque ſynodus Romana ſub Joanne vij. Pontifice, ut nullus ſcilicet, prima ſede relicta, ad aliam, tametſi digniorem aſcenderet; ſed ſicut Luitprandus affirmat, communi eccleſiæ commodo Formoſum ſanctiſſimum, ac doctiſſimum virum ſubvexerunt ad ſedem. Etenim ubi ſplendidius Reipublicæ ſuadeat commodum, præter morem agere jam uſu receptum, non tam leges frangere eſt, quàm eiſdem munimenta quærere potiora. Anaſtaſius porrò vocat Formoſum ſanctiſſimum Epiſcopum, Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus de eodem omnibus laudibus cumulatum præconium protulit. Conſule Card. Baronium ad hunc annum.

XIX. a vel 876. 16. WALPERTUS Epiſcopus Portuenſis exauctorato Formoſo ſucceſſit anno 877. a Eodemque anno reperitur ſubſcriptus: & anno 879. apud Baronium mentio habetur ejuſdem; de eo item mentio in epiſtola Joan. viij. ad Landulphum Capuanum Epiſcopum. („ *Conciliis interfuit Ravennati in Italia an.* 878. *Treconſi in Gallia. Et tandem Rom. an.* 879. Luc.)

XX. 17. VALENTINUS Portuenſis Epiſcopus, fortè diverſus à Walperto. Hic anno 883. id. Junii privilegium quod Marinus Papa Solemniacenſi cœnobio conceſſit, tamquam Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius dedit, ut ex ſequenti diplomate ab autographo deſumpto liquet, quod extat apud Epiſcopum Vaſionenſem Joſephum Soarium virum pietate, & eruditione clariſſimum. Eſt autem Solemniacum Lemovicenſis Diœceſis in Gallia nobile monaſteriorum à S. Eligio Noviomagenſi Epiſcopo conditum anno 637. apud Sigebertum, in quo olim 155. monachi numerabantur. Meminit ejuſdem Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana. At inter Abbates Danielem non inveni, qui à Marino privilegium recepit, cujus tenor eſt hujuſmodi.

MARINUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto Abbati Danieli ex cœnobio S. Petri Solemniacenſis, quod olim à B. viro Eligio eſt conſtructum, ſucceſſoribuſque ſuis, ac monachis inibi nobiliter degentibus in perpetuum. Convenit enim noſtro Pontificio, ut quantum præ omnibus eminet dignitate, tanto ſupra univerſos emineat ſereniſſima pietate. Poſtulaſtis itaque à nobis, ut præfatum cœnobium ſub defenſione, ac tuitione BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra ſtatueremus, ſicut factum legimus ab antéceſſore noſtro beato viro Papa, poſtulante nobiliſſimo Francorum Rege Dagoberto, & conſtructore ipſius loci Sanctiſſimo viro Eligio Epiſcopo Noviomagenſi, quatenus quieti, ac tuti eſſe per futura tempora valeatis. Nos vero veſtram ſanctitatem agnoſcentes, veſtraque religioni aſſenſum præbentes, tanta alacritate læto animo concedimus, quanto vos Deo propinquiores in ſacra converſatione cognoſcimus fore. Igitur juxta petitionem veſtram hujuſmodi privilegium præſentis auctoritatis noſtræ decreto eidem venerabili Monaſterio veſtris futuriſque temporibus indulgemus, concedimus, atque confirmamus. Et ſicut nobiliſſimus Francorum Rex Dagobertus, & glorioſiſſimus Auguſti Karolus, & filius ejus Ludovicus & filii, & nepotes eorum, Karolus Imperator, & ejuſdem Karoli filius Ludovicus, necnon & Karlomannus Ludovici filius, qui nunc regnum Francorum feliciter gubernare videtur, ducti divino amore, de villis, ac facultatibus, ſeu ſtipendiis propriis, vel quolibet modo ibi a fidelibus viris condonatæ res, vel a vobis quoquomodo adquiſita ſunt, ſicut in præceptis prædictorum Regum continentur, vel in charta ejuſdem monaſterii fundatoris inſertum eſt, ſcilicet Eligii Epiſcopi, omnia inlibata, & inconvulſa noſtræ auctoritatis privilegio confirmamus. Damus etiam licentiam, propter perſecutionem infidelium Chriſtianitatem

A *devaſtantium munitionem ibi fieri. Conſtituimus alia auctoritate B. Petri, ut nullus Regum, nemo Antiſtitum, vel Abbatum, ſeu quilibet ſua præditus dignitate, de iis quæ in prælibatis præceptis continentur, vel in futuro ab eis, vel à quibuslibet de proprio fuerint his ſpecialibus uſibus jure collata, ſub cujuslibet cauſa occaſione, ſive ſpecie, quicquam minuere, vel auferre, vel aliis, quaſi piis cauſis pro ſua avaritia excuſatione præſumat concedere. Sed cuncta quæ uſibus monachorum, vel eccleſiæ oblata ſunt, vel offerri contigerit, perenni tempore abſque ulla inquietudine ipſis, quibus conceſſa ſunt, pro futuro permaneant. Statutum etiam, ut nullus Epiſcoporum, ſeu Comitum, manſionaticum ibi, vel paratas, vel ſtationes requirere, ſeu exigere præſumat. Sed liceat ſervis Dei ſine aliqua inquietudine Deo ſervire, & hoſpitalitatis benevolentiam, prout eis libuerit, cunctis fidelibus impendere. Placuit huic pagina inſeri, ut obeunte Abbate prædicti cœnobii, nullus ibi, quacunque ſubreptionis ambitione, Abbatem ſtatuere præſumat, niſi quem ejuſdem loci monachi, ſecundum authenticam, & regularem*
B *inſtitutionem ex ſeipſis elegerint ordinandum. Si quis autem hanc paginam conſtitutionis agnoſcens contra eam venire tentaverit, ſit alienus a ſacratiſſimo corpore Domini Jeſu Chriſti, & niſi præſumpta correxerit, vel male ablata non reſtituerit, ultionem cum Juda proditore accipiat, & B. Petrum ſentiat hoſtem. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit Pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus, & hic fructum bonæ actiones inveniant. Scriptum per manum Zachariæ Scriniarii S. R. E. menſe Majo, Indict. 1. Bene valete. Pridie idus Junias, per manum Valentini Eccleſiæ Portuenſis Epiſcopi, regnante in perpetuum Domino Deo noſtro. Anno Pontificatus Domini Marini univerſalis Papæ I. Indict. I.*

Valentini hujus Epiſcopi Portuenſis nulla alia reperitur mentio. Potuit eodem anno exceſſiſſe è vivis, cum eo ipſo anno Formoſus, ad eandem dignitatem Portuenſem, ut diximus, reſtitutus fuerit.

18. CONSTANTINUS Epiſcopus Portuenſis anno 956. ſub Joanne XII. de quo in monumentis Sublacenſibus, uti & Martinus Polimartienſis Epiſcopus, & S. S. Bibliothecarius reperitur ſubſcriptus, &c. XXI.

C 19. BENEDICTUS Epiſcopus Portuenſis, Conciliabulo ab Imperatore Othone coacto, contra Joannem XII. interfuit, idemque inter Concilii Romani Patres ſub Joanne XIII. Summo Pontif. adnumeratus eſt. Hic ille Benedictus Portuenſis Epiſcopus eſt, qui Leonem Neophytum, una cum Gregorio Albanenſi, & Leone Oſtienſi, in Antipapam ordinavit. De qua re in Concilio Romano habita à Ioanne XII. querela à dignitate ſuſpenſus eſt ann. 964. („ *Sed cum deinceps* „ *legatur ſubſcriptus inter Patres legitimi Concilii ann.* „ 967. & 968. *reſtitutus fuiſſe ſuo juri videtur.* Luc.) XXII.

20. GREGORIUS S. R. E. Bibliothecarius (1) Portuenſem Eccleſiam rexit ſub Joanne XIII. b Summo Pontif. anno 992. à quo anteceſſorum ſuorum privilegiorum confirmationem recepit ex diplomate è Vaticano Regiſtro deſumpto. XXIII b Non XIII ſed XV.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

D *Reverendiſſimo, & ſanctiſſimo Gregorio fratri, & Coepiſcopo S. Portuenſis Eccleſiæ, & per te in eodem venerabili Epiſcopio, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum poſſidenda. Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet ut devotioni in nobis pectoris humiliter acquiſita in privilegiis concedendis minimè denegetur noſtra clementia, & ideo petitionem nos vobis per hanc præſentem noſtri privilegii paginam concedimus, atque offerimus, ſimulque & confirmamus in ſupraſcripto venerabili Epiſcopio pro omnipotentis Dei amore, noſtraque animæ redemptione, ac noſtrorum omnium venia delictorum, videlicet terram noſtri ſacri Lateranenſis Palatii ad foſſatum faciendum, ſicut incipit per longitudinem a flumine recto juxta murum*

ma ſententia colluſionis redarguitur cum Rege Bulgarorum, deſertionis propriæ Eccleſiæ abſque licentia Papæ, hypochriſis, & ambitionis proſiliendi à minori Eccleſia ad majorem, Apoſtolicam vid. Romanam, aliaque, quæ exprimuntur in Joannis Papæ ſententia. Quare citatus die 19. Aprilis ad ſe præſentandum infra 10. dies coram Papa, cum non comparuiſſet lata eſt primo in eum ſententia die 30. dicti menſis Ind. 9. quæ cadit in annum 876. univerſa Romana Synodo in Baſilica S. Mariæ ad Martyres omnia approbante. Eadem damnatio mox confirmatur die 10. Julii ejuſdem anni, biennio poſt menſe Auguſti, ſive Septembris, an. videlicet 878. rata habetur in Concilio Trecenſi. Luc.

(1) Conſonum non eſt Gregorium fuiſſe S. Sedis Bibliothecarium, cum per ea tempora Joannes Nepeſinus Epiſcopus tale munus expleret. Luc.

rum Portuenſis Civitatis ante ejuſdem portam , quæ di- A
*citur major , & exinde pergente uſque in lacum Traja-
num, & ab ipſo Trajano remeante per aliud foſſatum uſq;
in ſupradictum flumen. Itemque licentiam à noſtra Apo-
ſtolica Majeſtate , vobis concedimus tollendi aquam ex
ipſo fluvio , & per litus ejus mittendi in eodem foſſato
quantum vobis, veſtriſque ſucceſſoribus placuerit, & opus
fuerit omni tempore ad utilitatem jam dicti lacus, qui di-
citur Trajani, ad piſces congregandum, & exinde decur-
rente aqua ipſa per foſſatum uſque in prædicto flumine, &
quicquid in ipſo foſſato, ſive aqua facere valueritis, licen-
tiam, & poteſtatem vobis concedimus faciendi poſito ter-
ritorio Portuenſi juris S. Romanæ, cui Deo auctore deſer-
vimus Eccleſiæ , veſtriſque ſucceſſoribus ad tenendum e-
miſſa præceptione concedere, & confirmare deberemus in-
clinati precibus tuis , per hujus præcepti ſeriem ſupradi-
ctam terram ad foſſatum faciendum , & aquam in prædi-
cto fluvio omni ſempore per ipſum foſſatum decidentem
in Trajanum , & exinde ducentem per foſſatum , ſeu a-
quam pertinentibus, ut ſuperius legitur à præſenti quinta
indictione vobis , veſtriſque ſucceſſoribus ad jus , & pote-* B
*ſtatem ipſius S. Matris Portuenſis Eccleſiæ concedimus,
& in perpetuum confirmamus detinendum, ita ſane, ut a
vobis , veſtriſque ſucceſſoribus ſingulis quibus annis pen-
ſione nomine noſtra Eccl. denarios numero ſex recipia-
mus, ſtatuentes Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obte-
ſtatione , & anathematis interdicto, ut nulli unquam no-
ſtrorum ſucceſſorum Pontificum, aut quibuslibet interve-
nientibus Poteſtatibus, vel Judicibus, aut Comitibus, ſive
Caſtaldis , qui in ipſa civitate Portuenſe pro tempore do-
minatum tenuerit, de quocumque fuerint ordine, vel alia
qualibet magna, parvaq; perſona prædictum foſſatum, ſi-
ve aquam fluminis exinde currentem, à jure, & ditione
ſupradicti Epiſcopii auferre , vel alienare liceat , ſed po-
tius in uſu, & utilitate jam dicti Epiſcopii ſupradicta per-
maneant. Si quis autem, quod non credimus tam impius,
& iniquus temerario auſu in quoquam , vel in parte con-
tra hoc noſtrum Apoſtolicum privilegium venire tenta-
verit , & in omnibus non obſervaverit , & cuſtodierit ,
ſciat ſe anathematis vinculo eſſe innodatum , & à regno
Dei alienum , atq; cum Juda traditore D. N. Jeſu Chri-* C
*ſti, & cum omnibus impiis æterno incendio deputatum, &
inſuper ad pœnam vitæ præſentis legalem compoſiturum
auri puriſſimi lib. 10. ad Epiſcopum , qui in eodem vene-
rabili Epiſcopio per tempora fuerit . Porro qui cuſtos , &
obſervator in omnibus fuerit hujuſmodi noſtri Apoſtoli-
ci privilegii benedictionis gratiam, vitamq; æternam, à
miſericordioſiſſimo Domino noſtro conſequi mereatur .
Scriptum per manus Stephani ſcriniarii ſacri Palatii in
menſe Junio, & indict. ſupraſcripta. Bene valete. Dat. 7.
Kal. Julii per manus Joannis Epiſc. Nepeſinæ Eccleſiæ ,
& Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ , Anno Pontifica-
tus Domini Noſtri Joann. ſanct. XV. (1) Papæ vii. & ind.
ſupraſcripta 5. Decernimus ergo &c. Si qua igitur , &c.
Cunctis autem, &c. Amen .*

XXIV („ BENEDICTUS *Portuenſis Epiſcopus ſubſcriptus
„ legitur in eo Concil. Rom. in quo de Regis Roberti , qui
„ conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio actum eſt,
„ an. 998. ſub Gregorio V. ut videre eſt in noviſſima Har-
„ duini Concil. editione tom. 6.)*

XXV. 29. JOANNES è Comitibus Tuſculanis, („ *Ro-* D
manus) Portuenſis Epiſc. humanis , diviniſque litteris
diſertiſſimus, fulſit an. 1001. Summuſque Pont. poſtea
dictus eſt anno 1012. (2) ſub nomine Benedicti VIII.
De quo Conſule Baronium .

XXVI 22. BENEDICTUS dictus de Pontio , Epiſc.
Portuenſis , & Bibliotecharius S. Apoſt. Sedis ſubſcri-
pſit diplomati Benedicti VIII. Papæ ann. 8. qui fuit ſa-
lutis 1019. datum eſt diploma 16. Kal. Jan. ad Amatum
Archiep. Salernitan. vid. Baron. t. 11. annal. Hic Bene-
dictus ſucceſſit Benedicto Papæ in Epiſcopatu Portu-
enſi , à quo ſequens privilegium pro ſua Portuenſi
Eccleſia accepit .

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Reverendiſs. in Chriſto Confratri noſtro Benedicto
Epiſc. Sanctæ Portuenſis Eccleſiæ , ſuiſque
ſucceſſoribus in perpetuum .

Q*Uoties illa à nobis tribui ſperantur, quæ rationi incun-
ctanter conveniunt , animo nos decet libenti concede-
re , & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium .
Igitur quia veſtra dilectio Apoſtolatum humiliter poſtulavit ,
quatenus concederemus , & confirmaremus vobis , veſtriſ-
que ſucceſſoribus in perpetuum Epiſcopatum ſupradictum
cum pertinentiis ſuis , inclinati precibus veſtris per hujus
præcepti ſeriem concedimus , & confirmamus vobis , veſtriſ-
que ſucceſſoribus in perpetuum prædictum Epiſcopium S.
Portuen. Eccl. quod poſitum eſſe videtur foris prædictam ci-
vitatem Portuen. cui vocabulum eſt S. Hippolyti, cum vineis,
& hortis in circuitu ejuſdem Eccl. pariter , & clauſuram , &
vineam unam integram ſitam in cardeto , & inſimilia clauſu-
ras duas cum vineis , & terris infra ſe omnia poſita in inſula
majore , humo , & Eccl. S. Mariæ , pariterque Eccl. S. Lau-
rentii , cum Epiſcopio , & cum cellis , & hortis , atque vi-
neis , clauſuras quinque , in una quidem eſt Eccl. S. Petri , &
S. Georgii , & Theodori ; in alia vero eſt Eccl. S. Viti , ſicuti
à muro , & à fluvio Tyberis , atque limitibus circumdatur ;
tertia ſuper ripam fluminis ; quarta , juxta S. Mariam uſque
in Trajanum ; quinta , juxta S. Laurentium , & uſque in
prædictum Trajanum , necnon Clauſuram de vinea in loco,
qui vocatur Scarajo , & aliam petiam, quæ appellatur Clau-
ſura , & vineæ petiam unam in turre Cocuzina , & aliam in
Monlon. verum etiam , & fundum unum in integrum , qui di-
citur bacatum cum appendice ſua , quæ vocatur ſcriptula ,
in qua ſunt ciſternæ antiquæ poſitæ juxta eamdem civitatem
Portuenſem , ſicuti incipit à primo latere ab arbore , quæ di-
citur Tamarice dirigitur in columnella , quæ in capo ſtare vi-
detur milliario ſecundo diſtante ab eadem civitate , & dein-
de pergente recto itinere per ſalariam , & uſque ad attegiam
piſcatoria , & exinde remeante ad mare per buccina , & cir-
cumeunte litus maris , uſque ad ſanctam Nymphani , & uſ-
que ad facem Miccinam cum locis qui dicuntur Troncta uſ-
que ad balnearia, & uſque ad locum , qui Portus Trajani vo-
catur , & uſque ad palatium quod vocatur prægeſta , & uſ-
que ad civitatem ipſam vetuſtiſſimam cum lacu Trajani, nec-
non & Caſtellum aliud minus in integrum cum omnibus ad
illud pertinentibus , & in civitate Conſtantiniana , omnia ,
quæ ibidem per dictum Epiſcopum habere dignoſcitur , una
cum eccl. BB. Petri , & Pauli deſtructa cum cryptis ubi ani-
malia ipſius eccl manerè videntur , extendentibus ſe uſque S.
Mariam , quæ ponitur in arcuum ciſterna , & uſque ad do-
mum , quæ vocatur balneum Veneris , & uſque ad viam
publicam infra ipſum caſtellum , atque canncium de ipſa ci-
vitate , ſcilicet monaſ. S. Agnetis cum ſalariis , & vineis, quæ
infra ſe habere videtur , porrò & fundum in integrum , qui
vocatur Pallius , cum caſis , vineis , terris , & paſcuis ex-
tendentem ſe uſque ad furnum antiquum, qui eſt juris ſupra-
dicti* Epiſcopii , *& in eodem fundo monumentum antiquum
eſſe videtur poſitum via Portuenſe milliario ab Urbe Roma
plus , vel minus decimo . Itemque inſulam minorem cum vi-
neis , & caſis , ſeu terris , cum loco , qui vocatur Scarato ,
qui olim fuit Portus Trajani cohærente eidem fundo baccani,
& cum omnibus ad eum pertinentibus , pariterque & fun-
dum in integrum , qui vocatur Judæorum, & fundum , qui
vocatur Gualdus cum omnibus eorum pertinentibus, poſitum
juxta prædictã civitatem antiquam, etiam, & filum Salinæ in
integrum ſitum in 7. fi as. Item, & in bacan. & in genecula fila
novem , omnia fila Salinarum , quæ ad veſtrum Epiſcopium
pertinere noſcuntur , ſeu , & fundum in integrum , qui vo-
catur Gualdus major cum eccl S. Aureæ , & monumento ſuo ,
& terra ſemitaritia , quæ appellatur Planura , in qua ci-
ſternæ videntur eſſe poſitæ infra fluvium , & terram , quæ
vocatur Arcionum , necnon & confirmamus vobis, curtem in
integrum , quæ dicitur Galeria , in qua eſt eccl S. Mariæ cum
caminatis, ſeu orticlineis , atque diverſis cubiculis , & omni-
bus ſuis ædificiis , quæ infra ſe , & circa ſe habere dinoſcitur
cum omnib. finib terminis , limitibuſque ſuis , terris , caſalib.*
ſylvis

(1) Scribendum XIII. jubet Ughellus in Apo t. 5. at in hac ſua emendatione fallitur , cum hoc ſit diploma Jo: XV. cujus Pontificatus annus VII. cadit re-
vera in an. Chriſti 992.
(2) Sive ut Oldoino placet 1013 qui hunc Joannem ponit in Joanne XVI. à quo Cardinalis creatus fuit . Cujus meminit ſub Sylveſtro II. Expoſitus
tamen Ciaconium , à quo & non recedimus , cum tenendum ſummiſſime ex Glabro fit · Joannem XIX. nuſquam Portuenſi Epiſcopatu potitum , qui ſanè ex lai-
cali ſtatu Romanam conſcendit cathedram , & hunc Joann. germano fratri ſui , Benedicto VIII. nuncupato , in Petri cathedra ſucceſſit . *Laurentius* .

ſylvis, atque pantanis cum ponte, & ipſum vicum, qui vocatur Galeria, uſque ad flumen, una cum campis, pratis, paſcuis ſalicetis, arboribus fructiferis, & infructiferis diverſi generis puteis, fontibus, rivis, aquis perennibus cum locis ad aquimolam faciendam, vel cum omnibus ad prædictam curtem, quæ vocatur Galeria pertinentibus. Simulque pratum in integrum cultum, & aſſolatum, ſitum in campo, qui vocatur Meruel. conſtitutum via Portuenſe milliario ab Urbe Roma plus minus duodecimo ſicuti affines incipiunt à tota curte, a primo latere prata Carati, quæ vocatur Merul. & vadit per montem, quem olim detinuit Joannes de Miccina & hæredes Stephani Numenclatoris, & exinde ducitur per caſale, quod olim detinuit Joannes de Miccina, & hæredes Stephani Numenclatoris, & exinde ducitur per caſale, quod olim detinuit Joannes de Sergio, & tranſit aliam viam Carrariam, & venit in caſale, quod detinent hæredes quidam Franconis Transtyberim, ſicut per affines marmoreos deſignatur, exinde vadit in caſale monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani, & pergit per foſſatum antiquum, qui verno tempore, ducit aquam in rivum, qui vocatur Galeria pergentem ad molam de ſylva, & revolventem per viam Carrariam, uſque ad vallem mediam de monte, qui vocatur Sumuel, & pergentem uſque ad Caſile, qui ſtat in lentiſcino, & uſque in Capus de valle concludentem totum campum, uſque in pedicam, quæ vocatur ticli, & piſcinam galiardam concludentem ipſam pedicam, ubi ſunt ſila 30. pergentem juxta ſila quæ ſunt monaſterii di Miranda, uſque in ſtagnum majus, & per ripam ſtagni in borduzariam, & à pede ſilorum uſque in baccanum, & uſque in terra de prædicti Epiſcopii, & uſque in formam, quæ vocatur Arcionum, & per ipſam formam uſque in rivum, qui vocatur Galeria, & ultra Galeriam per formam, uſque in prædictum primum affinem de prata Caraci. Infra hos verò fines, loca, & vocabula ſunt hæc, S. Cæſarius, Palinus, Sorbilianus, Pātanum majus, Cluſa vetus, Medianum, Ruginoſus mons, Cannaparius, Celſa, ſimes major, Stagnellum maledictum, Stacli, piſcina galiarda, Olibaſtrum, Stagnellum peregrinum, cum omnibus eorum pertinentibus. Necnon, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus perpetualiter quatuor in integrum principales uncias, quæ eſt, tertia pars de toto Stagno majore Portuen. cum omni piſcatione, redditione, & datione ſua, vel cum omnibus ad ipſas quatuor uncias ſtagni in integrum pertinentibus, ſicuti à prædeceſſoribus noſtris in S. Eccleſiam Portuen conceſſum eſt omnia jam ſuperius dicta poſita ſunt in territorio Portuen. Itemque concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus turrem in integrum, quæ vocatur de Albo, cum caſis, & vineis, hortis, terris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, pantanis, ac rivis, cultis, & incultis, vacuis, & plenis, & cum omnibus turrem generaliter in integrum pertinentibus, ſicuti affines ejus deſignant à primo latere rivus, qui vocatur Galeria, & à ſecundo latere fluvius, qui vocatur Tyberis, & à tertio latere pulverinula, & à quarto latere forma, quæ vocatur Arcionum. Concedimus etiam ipſis hominibus, qui pro tempore habitaturi ſunt in prædicta turre, ita ut nullius poteſtati, nullius ditioni ſint ſubditi, aut alicui homini ſerviant, aut honorem faciant niſi Epiſcopo, qui jam in dicto Epiſcopio fuerit, necnon, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes res, & facultates mobiles, & immobiles de illis hominibus, qui ſiac hæredc, & inteſtati, ac ſubito præoccupati judicio mortui fuerint, & minimè per ſe ordinare ex eorum facultatibus poſſunt in tota Portucaſe civitate, ſeu in Transtyberim, vel in inſula Lycaonia, ſive ubicumque veſtri Epiſcopii jura eſſe videntur. Ipſam S. Matrem Eccleſiam Portuenſem conſtituimus atque confirmamus habere hæreditatem illorum, qui per tempora in jam dicto Epiſcopio ordinati fuerint quomodo eis placuerit ordinandi, & diſponendi habet licentiam, ut in æternum pereant, ſcilicet inquantum potuerint eorum ſemper orationibus adjuventur. Inſuper concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ex jure ſacri noſtri palatii Lateranen. quod ad publicum noſtrum pertinet, totum Caſtaldanum in integrum Portuenſem, vel quicquid uſque hactenus veſtri Caſtaldiones de tota Portuenſi civitate, ſive de portis, vel de navibus, necnon de tota burdunaria, vel quicquid extra vel infra ubicumque illis pertinuit de jam dicto miniſterio vobis, veſtriſque ſucceſſoribus perpetuis temporibus tribuimus poſſidendum, ita ut qualemcumque hominem ibidem conſtituere volueritis Caſtaldum, aut mandatarium veſtræ poteſtati conſiſtat, & quidquid ex ipſo miniſterio acquiſierit, vel habere potuerit, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus deferatur, quicquid vobis placuerit exinde faciendi, tamen ſi noſtro Comiti, vel noſtrorum ſucceſſoribus placuerit de illo, quod ad noſtrum palatium pertinet fidelitatem juret. Ipſi namque Comites, qui per tempora ibidem fuerint nullomodo alium Caſtaldum, vel Mandatarium audeant ordinare, vel conſtituere præter illos quos vos, vel veſtri ſucceſſores ordinatis, vel conſtituitis, qui ſi fecerint, vel de jam dicto Caſtaldatico aliquid violenter abſtulerint, vel qui à nobis vobis, veſtriſque ſucceſſoribus tradita ſunt, frangere, aut contraire voluerint, unuſquiſque 4 lib. auri perſolvat, medietatem veſtro Epiſcopatui, & medietatem in noſtro palatio, & quod ab eis in noſtrum Caſtaldionem, vel in Mandatarium fuerit ordinatum, evacuetur. Si vero contumax extiterit uſque ad veram ſatisfactionem excommunicatus exiſtat. Itemque concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum de civitate Portuenſe duos piſcatores, & duos curiales, quales vos, vel ſucceſſores eligere volueritis de ipſis hominibus, qui ibidem fuerint, aut invenire potuerint. veſtræ itaque religioſitati hæc omnia in perpetuum concedimus, & confirmamus ipſi namque duo piſcatores, & duo curiales ulterius nullam dationem, aut ſervitium faciant; nec ad placitum diſtringantur ab aliquo, qui pro tempore in ipſa civitate Portuenſi dominatum tenuerit, ſcilicet tuæ, tuorumque ſucceſſorum illos ſubmittimus poteſtati. Item confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus caſale unum in integrum, quod vocatur Geneſianum, & Malianum cum Inſula modica ultra rivum in ipſo loco poſitum cum omnibus ſibi pertinentibus poſitum via Portuenſe juxta Malianum juris monaſterii S. Pancratii, etiam, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum totam inſulam, quæ vocatur Lycaonia, in qua eſt eccleſia B. Jo. Baptiſtæ, & eccleſia S. Adalberti, cum caſis & oratoriis infra eadem curte cum hortis, & aquimolis, & pertinentiis ſuis infra hanc urbem Romam ſitam, ſicuti extenditur ab uno capite uſque in aliud caput ipſius Inſulæ, ubi flumen dividitur. pari modo concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum omnem ordinationem Epiſcopalem, tam de Presbyteris, quam Diaconibus, vel Diaconiſſis, ſeu Subdiaconibus Eccleſiis, vel altaribus, quæ in tota Transtyberi neceſſaria fuerit, faciendam, niſi Cardinalis Presb. vel Cardinalis Diaconus, vel Subdiac. vel Acolytus ſacri palatii Lateranenſis efficiatur. Scilicet omnia tibi, tuiſque ſucceſſoribus, vel quibus Epiſcopis à vobis invitati fuerint ordinandi, benedicendi, conſecrandive, concedimus poteſtatem, & ne parochia veſtra ab aliquo pervadatur Epiſcopo fecimus per hoc noſtrum privilegium intimare, tuæque Eccleſiæ confirmare curamus, incipiente quoque primo termino à fracto ponte, ubi unda dividitur per murum, videlicet Transtyberinæ Urbis, per Septimianam portam, per portam S. Pancratii, per ſilicem verò ipſius portæ, uſque ad pontem marmoreum, qui eſt ſuper arronem, & ducente per ipſam ſilicem uſque ad paritorium: Inque revoluente per paludes, uſque in mare, indeque veniente per mare, uſque ad duo milliaria ultra Farum, & uſque in fontem majorem, inque remeante per medium flumen majus venit uſque ad eamum fracti pontis, qui eſt juxta marmoratam, inque ad medium pontem S. Mariæ, & ad medium pontem ubi Judæi habitare videntur, & redit per medium pontem prædictum fractum ubi jam de unda diximus, qui eſt primus affinis abſque Transtyberinis catholicis Eccleſiis S. Mariæ, videlicet in Transtyberi S. Griſogoni, & S. Cæciliæ, vel monaſterio S. Pancratii, & SS. Coſmæ, & Damiani, tamen in prædictis eccleſiis, & monaſteriis quicquid ibidem ab Epiſcopis neceſſe fuerit faciendi Portuen. Epiſcopo, vel ab ipſo invitatis tribuimus poteſtatem. Itemque concedimus, & confirmamus in jam dicto Epiſcopio plebem S. Mariæ, & S. Apollinaris in mola rupta, & plebem S. Stephani in panchi, & plebem S. Mariæ in Apruniana, vel omnes Eccleſias exiguas, vel magnas cujuslibet nominis, quæ infra jam dictos affines ſunt, vel eſſe poſſunt abſque illis, quas jam diximus Transtyberim ſitis. Interea ſancientes jubemus ſicuti à noſtris prædeceſſoribus juſſum eſt, ut in flumine toto, qui juxta Urbem Portuenſem decurrit nullus audeat molendina, aut pontem poſt juſſionem tuam, vel ſucceſſorum tuorum Epiſcoporum, juxta priſcam conſuetudinem quoquomodo conſtituere, & cum vel à vobis, vel ab aliis, quibus tamen vos faciendum injunxeritis conſtitutum, aut factum fuerit ipſa molendina, vel pons veſtro arbitrio diſpenſentur per pontem verò civitatis ipſius, ſi factus fuerit cum plauſtro onuſto vino, vel victu, nemo audeat, neque hinc illuc, neque inde huc penitus tranſmeare. Iterum ſancientes jubemus, ut nullus presbyter, vel cujuslibet ordinis clericus aliquis de toto præfato Epiſcopatu audeat ad placitum conſtringere, aut ad contentionem finiendam compellere, aut aliquod ſervitium ab eis exquirere,

poteſt

Digitized by Google

A *poteſt Epiſcopus Portuenſis, in cujus parochia ſunt. Quicunque verò præſumptor, ſive dux, ſive comes, vel vicecomes, aut cubicularius, vel à noſtra Apoſtolica Sede miſſus, aut qualiſcumque interveniens poteſtas, quæ de ipſa civitate Portuenſe dominatum tenuerit, de quocumque fuerint ordine, prædicta omnia immobilia loca, aut prænominatum Caſtaldaticum, vel duos piſcatores, & duos Curiales, vel omnes prædictos clericos à jure & poteſtate, atque ditione præfati Epiſcopi auferre, vel minuere voluerit, vel parochiam infringere tentaverit, aut homines in prædicta turre habitantes, vel ubicumque proprietas Epiſcopi mantionata fuerit ad publicum ſervitium revocaverit, ſciat ſe compoſiturum Epiſcopo ipſi, qui pro tempore fuerit auri puriſſimi lib. 20. Inſuper anathemati ſubiaceat, ſtatuentes quippe Apoſtolica cenſura auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis ſub divini Judicii obteſtatione, & anathematis interdictionibus, ut nullus unquam noſtrorū ſucceſſorum Pontificum, vel alia quælibet magna, parvaque perſona ea, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate, vel augmento prædicti Epiſcopii ſtatuta ſunt, refragari, aut in quoquam tranſgredi, aut aliquid exinde mi-*
B *nuere audeat ſcilicet ſicut ſuperius à nobis ſtatutum, vel conceſſum eſt, ita perennibus, ac perpetuis temporibus ſine aliqua minutione permittat in æternum permanere. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu contra hoc noſtrum privilegium venire, aut in quoquam ire præſumpſerit, & ſicut ſuperius à nobis ſtatutum eſt, ita firmiter permanere non dimiſerit & in omnibus non obſervaverit, ſciat ſe, niſi reſipuerit, auctoritate Dei Omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum Principis, atque noſtra, qui ejus fungimur vicariatione, anathematis vinculo eſſe innodatum, & à regno Dei alienatum, atque cum Juda traditore D.N. Jeſu Chriſti, & omnibus pompis ejus omninò incendio concremandum. Qui verò pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri Apoſtolici privilegii in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam à juſto Judice Domino Deo noſtro, & ab omnibus ſanctis ejus conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum, Amen. Scriptum per manum Georgii notarii regionarii, atque Scriniarii S. Apoſtolicæ Sedis, in menſe Julio, indictione I. Datum Kal. Auguſti per manum Domini gratia Baſonis Epiſcopi, & Bibliothecarii S. Apoſt. Sedis. Bene valete. Decernimus ergo, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.*

C Eidem Benedicto Epiſcopo Joannes XIX. Stagnellum maledictum, ſuo nomine Benedictum vocatum conceſſit ſequenti induito.

JOANNES EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto noſtro in Chriſto ſpirituali filio Benedicto reverendiſſimo Epiſcopo S. Portuenſis Eccleſiæ ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Quoties illa à nobis tribui ſperantur quæ ratione incunctanter conveniunt, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ideoque poſtulaſti à nobis quatenus ex noſtra Apoſtolica auctoritate concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Ideſt integram medietatem de campo in integrum, qui vocatur Stagnellum maledictum, ubi nunc per noſtram Apoſtolicam benedictionem ſalinarum ſta noviter conſtruuntur, quem Benedictum de cætero vocari jubemus cum medietate ſi'orum, atque medietate penſionum, & omnis publicæ functionis, quæ de toto ſupradicto campo annualiter exierit, &
D *cum omnibus ad ſupradictum campum, qui Stagnellum benedictum vocatur generaliter, & in integrum pertinentibus conſtitutum in territorio Portuenſe inter Campum majorem, & pedicam, quæ vocatur Ticob. hæc omnia juris noſtræ S. Romanæ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ, emiſſa noſtra perceptione à præſenti tertia indictione tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum ad tenendum, & perfruendum concedimus tuis inclinati precibus. Si quis autem temerario auſu, quod fieri non credimus, contra hujus noſtræ Apoſtolicæ confirmationis ſeriem venire tentaverit, ſciat ſe auctoritate Domini noſtri, Apoſtolorumque Principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & eius atrociſſimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in æterno igne, concremandum, ſimulque & in voragine tartarea dimiſſum cum impiis deficiat. Qui vero cuſtos, & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit, benedictionis gratiam, & vitam æternam à Domino conſequatur. Scriptum per manum Petri notarii, & Scriniarii S. R. E. in menſe Julio. Indict. ſupraſcripta tertia. Bene valete. Decernimus ergo, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem &c. Amen.*

Ejuſdem Joannis XIX extat in regiſtro Vatic. Gregorii IX. ampliſſimum privilegium prędicto Benedicto Epiſcopo Portuenſi, & ſucceſſoribus conceſſo, in quo omnia bona, jura, & exemptiones, & privilegia eccleſiæ Portuenſi enarrantur & confirmantur, iiſdem ferè verbis alterius diplomatis Benedicti VIII. Papæ ſupra relati, ſcriptum per manum Sergii ſcriptoris S.R.E. menſe Majo, Ind. octava cujus initium tale eſt.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Sanctiſſimo in Domino Jeſu Chriſto Benedicto Portuenſi Epiſcopo ſucceſſoribuſque ſuis in perpetuum. Quoniam ſemper, &c.

23. (,, *Hic Benedictus in literis ad favorem Sylvæ* ,, *Candida Jo. XIX. ſe Bibliothecarium dicit vice Pe-* ,, *regrini Colonien. Archiepiſcopi an.* 1026. Lucentius.) XX VII.

23. JOANNES Epiſcopus Portuenſis an. 1024. (1) is ille eſt qui Benedicti VIII. Pontificis animam mirabiliter purgatorio igne vidit excruciari, ab eaque ad Joannem XX. fratrem ejus Pontificem Max. miſſus eſt, ut illum ſuo nomine deprecaretur, fratrem, largiſſimis eleęmoſinis erogatis, fuſiſque ad Deum precibus ex illis atrociſſimis pænis vellet eximere. S. Petrus Damiani hoc viſum diffuſè narrat in vita S. Odilonis Cluniacenſis Abbatis. Floruit hic Epiſcopus an. 1036. Diplomaque quoddam Pontificium Eccleſiæ Florentinæ indoſtum ſubſcribit eodem anno, niſi forte alter Joannes Portuenſis eſt, ab eo, quem modo commemorabimus. (,, *Joannis item memoria in Epiſto-* ,, *la Clementis II. de Synodo Celebrata an.* 1046. *ut vide-* ,, *re eſt in noviſſima Conciliorum edit per Harduſinum.*)

24. GEORGIUS Epiſcopus Portuenſis ſubſcriptus invenitur anno 1045. *a* in privilegio (2) Leonis IX. Monaſterio S. Gratæ de Bergamo, à moderno Hiſtorico relato libro 22. 3. pag Bergomenſis Hiſtoriæ. fides ſit apud ipſum. *a Scilbe 1049.*

25. JOANNES ex Presbytero (3) Cardinali à Papa Leone X. in locum *b* Georgii defuncti è Tuſcanenſi Præſule Portuenſis Epiſcopus ſuffectus eſt. an. 1049. in Romano Concilio. In alia Synodo Romana ſub Nicolao II. ſententiam dixit, decretaque ejus confeſſus, proprio ſcripto conſignavit anno 1059. (,, *quo* ,, *anno etiam ſubſcripſit privilegio Monaſterii S. Felici-* ,, *tatis conceſſo à dicto Nicolao II ex Hard. t. 6. Concil.*) Hic eſt ille Joannes Portuenſis Epiſcopus, qui in Concilio Romano contra Creſcentium Sylvæ Candidæ Epiſcopum pro Eccleſia SS. Adalberti, & Paulini Inſulæ Lycaoniæ decertavit. Leo IX. Pontifex ejdem, & ſucceſſoribus ſuis eandem Eccleſiam confirmavit, Portuen. Eccleſiæ Diœceſis fines deſignavit, infra quos Tranſtiberina Regio, & Lycaonia Inſula comprehenduntur, ut liquido patet in ſequenti Leonis IX. diplomate, ex eodem Gregorii IX regiſtro deſumpto, in quo etiam de tranſlatione Epiſcoporum pulchrè diſſeritur, egregiaque Joannis facinora recenſentur. XX. VIII. *b in locum Joann[illegible] ſupradicti*

LEO EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectiſſimo nobis in Chriſto Fratri, & Epiſcopo noſtro Joanni Portuenſis Eccleſiæ Antiſtiti, ſuiſque Succeſſoribus in perpetuum in Domino ſalutem.

Supplicantium deſideriis annuendum nobis eſſe, & ratio, & benignitas poſcit, quin quod rationabile eſt im-

(1) At an. 1024. cum fuiſſet annus primus Joannis XIX. & Benedictus Epiſcopus Portuenſis ſupradictus anno tertio ejuſdem Pontificis Bibliothecarius Vice Peregrini Diploma Jo. XIX. expenderit pro Eccleſia Sylvæ Candidæ, non potuit is eſſe Joannes locum Benedicti eo tempore occupare. *Luc.*

(2) Hoc privilegium quia ſuſpectæ fidei eſt ipſi Ughello, hujus etiam Georgii fides relinquitur ab ipſo penes Auctorem dicti Privilegii. Nos qui veritati illum cupimus, [illegible] ejuſdem diploma ſubjecimus, & refertur in Italia ſacra inter Bergomenſes. In eo ſiquidem Styli improbitas omninò recedit à g[illegible] Romanæ Synodi, unde prodiiſſe fabulatur moderni[illegible] hiſtoricus. Deinde Conradus Imp. & Oldericus Brixienſis Epiſcopus, coram quibus, & de quorum inſtantia emanaſſe fingitur, jam obierant, Conradus apud Trajectum [illegible] ipſis Pentecoſtes die 3. inopinato morte an. 1036. Oldericus an. 1038. Cæteri verò Epiſcopi vel non conſonant propriis ſedibus, vel certe in iis tantum nominibus ubi [illegible] locum ex hoc commentitio monimento. Cæterum in Synodo Rom. quam Leo IX habuit ubi Pontificatu potitus eſt, & à qua prodiiſſe litteræ S. Gratæ dicuntur, non Georgius, ſed Jo. Epiſcopus Portuenſis ſuam ſententiam dixit, [illegible] adjudicatus tanquam legitimus tranſitus ab Eccleſia Tuſcanenſi ad hanc Portuenſem à Pontifice Leone ex literis hic inſertis à noſtro Ughello: in quibus non [illegible] Joannem, antequam Leo ad Pontificatum aſcenderet, jam tranſiiſſe ad Portuenſem ſedem. Quare & ejuſmodi documentum omninò mendax, & Epiſcopi, qui ex [illegible] comparant, ſuppoſititii erunt. *Luc.*

(3) Hunc Presbyterum Cardinalem facit Auctor, & ex Presbytero evectum ad Epiſcopatum Portuenſem. Sed ex enarratis decipitur, cum jam antea Epiſcopus Cardinalis Tuſcanenſis eſſet, quo titulo aliquando inſignitur etiam Tuſcanenſis Eccleſia. *Luc.*

impondare benigne quidem non negare. Quapropter quia tranſmigrationem feciſti de ſede Tuſcanenſi ad eamdem ſedem Portuenſem, dignum duximus in ſynodo prius de hoc ventilare, utrum juſto factum fuerit, vel injuſte, quod & fecimus reſidētes in ſynodo, & eccleſia Salvatoris. Cumque ibi diligenter eſſet examinatum, qua ratione de Epiſcopatu ad Epiſcopatum tranſiens, inventum eſt tam neceſſitatis, quam utilitatis cauſa hoc factum fuiſſe, & judicatum eſt hoc fieri potuiſſe. Quæ etiā fuerit neceſſitas, quæ utilitas ſatis patienter eſt expreſſa neceſſitas, quia jā Romana Eccleſia in filiis, quos ipſa lactaverat, defecerat, quorū tu pars ſuperſtes eras; congrua utilitas vero, ſive pro rebus ipſius eccleſiæ, quæ tibi nota erat præ aliis, ſive pro conſiliis dandis, ſive etiam pro mediatione Romanæ eccleſiæ, & Imperatorum, quorum tu ſæpe mediator fuiſti. Hac igitur re inclinati decrevimus petitioni tuæ ſatisfacere, ſcilicet, ut tibi, tuiſq; ſucceſſoribus ipſum Portuenſem Epiſcopatum confirmemus, quia utiq; libēter facimus. Et primū ipſum Epiſcopatum Portuenſis eccleſiæ, quæ poſita eſſe videtur foris prædictum Pertuenſem civitatem, cui vocabulum eſt, S. Hyppoliti cū vineis, & hortis, ſeu clauſuris vineatis, & olivetis in circuitu ejuſdem eccleſiæ, pariter & clauſuram de vinea una in integrum ſitam in Cardecum, & in Finilia, clauſuras duas cum vineis, & terris, in Buſi. Omnia hæc poſita in inſula majore, immo & eccleſiam S. Mariæ, & aliam Eccleſiam S. Laurentii, cū cellis, & hortis, atq; vineis, clauſuras quinq; In una quidem eccleſia eſt S. Gregorii, & Theodori, & in alia eccleſia S. Viti, ſicuti à muro, & fluvio Tiberis, atq; limitibus circūdatur, tertia eſt in ripa fluminis, quarta juxta S. Mariā uſque ad Trajanum, quinta juxta S. Laurentium uſq; in Trajanum, nec non & clauſuram de vinea in locum, qui vocatur Scarajo, & aliam petiam, quæ ponitur in clauſura, & vinea petiam unam in terra Cucuzuba, & aliam in Montone; verum etiam, & fundum in integrum qui dicitur Baccanum, cum appendice ſua, quæ vocatur tripitula, in quo ſunt ciſterna antiqua poſita juxta eamdem civitatem Portuenſem, ſicuti incipit à primo latere, ab arbore quæ vocatur tamarix, & dirigitur in columnella, quæ in campo ſtare videtur milliario II. diſtante ab eadem civitate, & deinde pergente recto itinere per ſalariam, & uſq; ad attegiam piſcatoriam, & deinde redeunte ad mare per Buccinum, & circumeunte littus maris ad S. Nymphaam, & uſque ad focem micinam cum locis, qui dicuntur Vincera uſque ad balnearia, atq; locum, qui vocatur Pertuo Trajani, nec non & Caſtellum aliud minus in integrum, cum omni ſua pertinentia, & in civitate Conſtantinianæ, omniaque ibidem habere dignoſcitur, una cum eccleſia B. Apoſtolorum Petri, & Pauli cum Cryptis, ubi animalia ipſius eccleſiæ manere videntur, & deinde uſque ad S. Mariam, quæ ponitur in Arcu cum crypta, & domum, quæ vocatur Balneum Veneris, & uſq; ad viam publicam infra ipſum Caſtellum, atq; cannetum de iſta civitate, nec non monaſterium S. Agnetis cum ſalariis, & vineis, quæ inceſſum habere videtur: porro & fundum in integrum, qui vocatur Palmis, cum caſis, vineis, & terris, paſcuis, extendentem ſe uſque ad furnum antiquum juris prædicti Epiſcopii, & in eodem funde monumentum antiquum eſſe videtur: porrò, & fundum in integrum, qui vocatur Palmis, cum caſis, vineis, & terris, paſcuis extendentem ſe uſque ad furnum antiquum juris prædicti Epiſcopii, & in eodem fundo monumentum antiquum eſſe videtur, via Portuenſi, milliario ab urbe Roma plus minus decimo. Itemque & inſulam majorem in integrum cum hortis, & vineis ſeu terris in locum, qui vocatur Scarajo; qui olim fuit portus Trajani, inhærentem eidem fundo Baccani, & cum omnibus ad eum pertinentibus: pariterque & fundū, qui vocatur Judæorum, & fundum, qui vocatur Gualdus cum omnibus eorum pertinentibus, poſitus juxta prædictam civitatem, & filum Salinæ in integrum extenſum in una fila. Item & in Baccano & in Geneſtula, & in fila novem, omnia fila Salinarum, quæ ad veſtrum Epiſcopium pertinere noſcuntur, ſeu & fundum in integrum, qui vocatur, Gualdus major, cum eccleſia S. Aureæ, & monumento ſuo, & terra Semitaritia, quæ appellatur Plantura, in qua ciſterna eſſe videntur, poſita inter fluvium, formam Arcionum. Nec non & confirmamus vobis Curtem in integrum, quæ dicitur Galeria, in qua eſt eccleſia S. Mariæ cum Caminatis ſeu tricliniis, atque diverſis cu-

A

biculis, omnibuſque ſuis ædificiis, quæ infra ſe habere dignoſcitur cum omnibus finibus, terminis, limitibuſque ſuis, terris, caſalibus, ſylvis, atque pantanis cum ponte, & ipſum rivum, qui vocatur Galeria, uſque ad flumen, cum locis ad aquimolam faciendam, vel cum omnibus ut ſuperius dictum eſt ſibi generaliter, & in integrum cultum, & aſſolatum ſitum in campo, qui vocatur Meruli, conſtitutum via Portuenſe, milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo, ſicuti affines incipiunt à toto Curte à primo latere, prata Caraci, quæ vocantur Meruli, & deinde uſque ad montem, quem olim detinuit Joannes de Maneia, & heredes Stephani Numenclatoris, & deinde ultra viam per caſale, quod olim tetinuit Joannes de Sergio, & tranſit aliam viam carrariam, & venit in caſale, quod detinent heredes Franconis Tranſtiberim, ſicuti per fines marmoreos deſignatur, & deinde per caſale SS martyrum Coſmæ, & Damiani, & tranſit per foſſatum antiquum, quod verno tempore ducit aquam in rivo Galeria, & aſcendit per ipſum rivum uſque in molam de ſylva, & revolvit per viam carrarium uſque in vallem

B

medium de Monte, qui vocatur Zumli, & uſque in Staffili, qui ſtat in Lintiſtino, & uſque in caput de valle Stabla, & per foſſatum ipſius vallis pergit à pede fili Salinarum, concludente totum campum uſque in pedicam, quæ vocatur Viſcoli, & piſcina Galiarda, concludente ipſam pedicam, quæ ſunt fila triginta, & pergente juxta fila, quæ ſtant monaſteria de Miranda uſq; in ſtagnum majus, & per ripam ſtagni uſque in Burdunaria, & à pede fili, uſque in Baccani, & terrum de ſupradicto Epiſcopio, & formam, quæ vocatur Aretone, & per ipſam formam uſq; in rivum, qui vocatur Galeria, & Pantanum de Ritorde uſque in primum affinem de pratis Caraci. Infra hoc verò fines, loca, & vocabula ſunt hæc, S. Cæſareus, Palmis, Sorbilanum, Cluſa vetere, Pantanum majus, Medianū, Mons ruginoſus, mons de Zumilis, mons Canaparnis, celſa, limes, major, ſtagnellum maledictum, tiocli, piſcina gagliarda, olivaſtrum, ſtagnellum peregrinum cum omnibus eorum pertinentiis. Nec non & confirmamus vobis perpetualiter quatuor in integrum principales uncias de toto ſtagno majore Portuenſe cum omni piſcatione, reddi-

C

tione, & ſtatione ſua, vel cum omnibus ad ipſas quatuor uncias pertinētibus, ſicuti à prædeceſſoribus noſtris ſupradictæ eccleſiæ Portuenſi conceſſum eſt. Verum etiam concedimus, & cōfirmamus vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus turrem in integrum, quæ vocatur de Albo cum caſis, vineis, hortis, terres, campis, pratis, paſcuis, & ſylvis, pantanis, & rivis, cultis, & incultis vacuis, plenis, & cum omnibus ad ipſam turrem generaliter, & in integrum pertinentibus, ſicut affines ejuſdem deſignant, à primo latere rivus qui vocatur Galeria, à ſecundo latere fluvius Tiberis, à tertio latere Pulverinula, & à quarto latere forma, quæ vocatur Arcionum. Concedimus etiam ipſis hominibus, qui per tempora habitaturi ſunt infra turrem, ut nullius poteſtati, nullius ditioni ſubditi ſint, nec alicui ſerviant, aut hoſtē faciant, niſi Epiſcopo, qui in dicto Epiſcopio fuerit; nec non & confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes res, & facultates, mobiles, & immobiles de illis hominibus, qui ſine herede, & inteſtati moriuntur in dicta civitate Portuenſi, ſive in Tranſtiberi, aut in inſula Lycaonia, ſive ubicumq; veſtri Epiſcopatus juris eſſe

D

videtur, conſtituimus ipſam Portuenſem eccleſiam legitimum heredē, ita ut Epiſcopus ipſius eccleſiæ habeat poteſtatem ordinandi omnia juxta ſuam voluntatem, eo tenore, ut non pereant, ſcilicet mortuis in æternum proſint. Inſuper etiam concedimus, & confirmamus vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ex jure ſacri noſtri palatii Lateranenſis, quod ad publicum noſtrum pertinet, caſtaldum Pertuenſe, vel quicquiduſque hactenus noſtri Caſtaldiones de tota Pertuenſe civitate, ſive de Portis, vel de navibus, nec nō & de tota Burdunaria, vel quicquid extra vel infra ubiq; ad illum pertinuit de jam dicto miniſterio, vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus in perpetuum tribuimus poſſidēdum, ita ut qualemcunq; hominem ibidem conſtituere volueritis Caſtaldionem, aut Mandatarium, in veſtra poteſtate conſiſtat, & quicquid de ipſo miniſterio acquiſierit, vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus deferatur, quicquid vobis exinde faciendum, tamen ſi noſtro comiti, vel noſtrorum ſucceſſorū placuerit de illo, quod ad noſtrū palatiū pertinet, fidelitatē juret. Iſtinumq; Comites, qui pro tēpore fuerint

à nobis, vel à noſtris ſucceſſoribus nullo modo aliũ Caſtaldionem, aut mandatarium audeant ordinare, vel conſtituere, præter illos, quos vos, vel veſtri ſucceſſores ordinatis, vel conſtituitis, qui ſi fecerint, vel de jam dicto Caſtaldico aliquid violenter abſtulerint, vel quæ à nobis, vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus tradita ſunt, frangere, aut contradicere voluerint, unuſquiſq; 4. lib. auri perſolvat, medietatē noſtro palatio, & medietatem veſtro Epiſcopatui, & quod ab eis in Caſtaldiones ordinatum fuerit evacuetur. Si vero exinde contumax extiterit uſque ad veſtram ſatisfactionem excommunicatus exiſtat. Itemque cōcedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum de civitate Portuenſi piſcatores, & duos curiales, qualeſcunque de eis eligere volueritis in perpetuum, ita ut ulterius nullam dationem, nullumque ſervitium faciant, neq; ad placitũ adſtringantur ab aliqua perſona, ſcilicet tibi, tuiſque ſucceſſoribus hanc committimus poteſtatem. Item confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus caſale unum in integrum, quod vocatur Geneſianũ, quod & Mallianum vocatur, cum inſula modica ultra rivum in ipſo loco poſita, cũ omnibus ad eum pertinentibus poſita via Portuenſe juxta Mallianum, juris monaſterii S. Pancratii, etiam cōfirmamus vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum totam inſulam, quæ vocatur Lycaonia ubi eſt eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, & S. Adalberti, unde querimoniā poſuiſtis in ſynode, quam celebravimus in eccleſia Salvatoris, quare contra Creſcētiũ S. Sylvæ Candidæ eccleſiæ Epiſcopum, qui eandē eccleſiam ſuo Epiſcopatui vendicabat, cum vero ambæ partes ante præſentiam noſtrā, & totius ſynodi ſtaretis, placuit ut ſi ſcripturā exinde haberes, in medium videndā, legendamq; proferres. Statim attuliſti privilegium, quod anteceſſori tuo Benedicto Epiſcopo, qui dicebatur de Pōtio, Benedictus VIII. anteceſſor noſter fecit de integritate totius Epiſcopatus. Quod cũ lectũ eſſet, nominatim ibi invēta eſt eccleſia illa, quā ſicut in querimonia tua dixiſti, ipſe tuus anteceſſor dicaverat tempore Othonis III. Imperatoris, à quo ædificata fuit in honorem S. Adalberti, qui ſuo tempore Martyriũ pro Chriſti nomine ſuſcepit. At Epiſcopus ille rogavit ſibi à nobis dari inducias ad certũ terminũ, ut afferre vobis poſſet juſtitiā, quam ſe habere dicebat; nos vero quia ſynodus ea die terminabatur, conceſſimus; cumq; terminus adveniſſet, tu ad nos humiliter, & ſolus, ille autem magna hominum multitudine fretus, ad nos venire deſpexit. Reſidentes tamen nos cum judicibus noſtris ad eum legatum, ut ad nos veniret, direximus, ſcilicet non niſi cum ſuis redemptis adjutoribus venire ſe dixit; Quo dicto cum tota ſua multitudine receſſit, ſcilicet nos ad ejus contumaciam non reſpicientes ex conſilio judicum Archidiaconum noſtrum Hugonē uſq; ad domum ejus miſimus, ut ſequenti die ad nos veniret, ſicut Epiſcopus cum Epiſcopo rationem habiturus, cũque die altera ſimili modo reſideremus expectantes eum, non venit, ſcilicet epiſtolas quaſdam veniam præferentes miſit, cumq; nihil rationis diceret, ut amplius expectari deberet laudātibus omnibus judicibus, frater Alinardis Lugdunenſis Archiepiſcopus, canonicam, & diffinitivam protulit ſententiam, primam de contumacibus puniendis, ſecundam de eccleſiis, quæ ſunt intra limites Epiſcopatus, quomodo ad eũ pertineant. Qua prolata ſententia à nobis, & ab omnibus laudata, confirmata fuit. Quapropter tam tibi, quàm tuis ſucceſſoribus eandem eccleſiam per hoc noſtrum privilegium concedimus, confirmamus, querimonia tam illi Epiſcopo, quàm ſucceſſoribus ejus perpetuo interdicta de eadem eccleſia, ſita in prædicta inſula, cum curtibus, & Oratoriis infra eaſdem curtes, & cum omnib. ad eas generaliter, & in integrum pertinentibus, cum hortis, & aquimolis ſuis, ſita infra hanc urbem Romanam, ſicuti extenditur ab uno capite, ubi dividitur flumen, & uſq; in aliud caput ipſius inſulæ, ubi adunatur, pari modo cōcedimus, & confirmamus vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus in perpetuum, omnem ordinationem Epiſcopalem, tam de presbyteris, quam de diaconis, vel diaconiſſis, ſive ſubdiaconis, conſecrationem eccleſiarum, vel altarium, quæ in tota Transtiberi neceſſe fuerit facienda, niſi forte Cardinales, diaconi, vel ſubdiaconi, aut acolyti ſacri Lateranenſis palatii efficiantur, ſcilicet omnia tibi, tuiſq; ſucceſſoribus, vel quibus Epiſcopis à vobis invitati fuerint ordinandi, benedicendi, & conſecrandi concedimus poteſtatem, & ne parochia veſtra ab aliquo pervadatur Epiſcopo, fines ejus per hoc noſtrũ privilegium inſinuare, eaq; eccleſiæ confirmare curamus, incipiente primo termino à fracto pōte, ubi unda ducitur per murum Trāſtiberinæ civit. per portam Septimianam, per portam S. Pancratii, per ſilicem verò ipſius portæ uſq; ad pontem marmoreum, qui eſt ſuper Antonem, & ducit per ipſam Silicem uſq; ad Paritoriũ, inde revolvit per paludes uſq; in mare, indeq; per mare duo milliaria ultra phoram uſq. in focem majorem, inde autem per flumen majus uſq; Romam in fracto ponte juxta Marmoratam per pontem S. Mariæ uſq; ad pontem Judæorum per medium flumen, & rectè ad medium pontem fractũ, ubi de unda diximus, qui eſt primus affinis abſque Transtiberinis catholicis eccleſiis S. Mariæ in Transtiberim, S. Chryſogoni, & S. Cæciliæ, vel monaſt. S. Pancratii, & monaſteriorum SS. Coſmæ, & Damiani, tamen in prædictas eccleſias quicquid ab epiſcopis neceſſe fuerit faciendi Portuenſibus Epiſcopis, ab ipſis invitatis tribuimus poteſtatem. Itemque concedimus, & confirmamus in jam dicto Epiſcopatu plebem S. Mariæ, & S. Apollinaris in mola rupta, & plebem S. Stephani in Panſi, & plebem S. Mariæ in Apuniana, vel omnes eccleſias exiguas, vel magnas cujuslibet nominis, quæ infra jam dictos affines fuerint, vel eſſe poſſunt, abſq; illis, quas jam diximus Transtiberim ſitis. Interea ſancientes jubemus ſicuti à noſtris anteceſſoribus juſſum eſt, ut in flumine, quod juxta Portuenſem urbem decurrit, nullus audeat molendina, aut pontem præter juſſionem tuā, vel ſucceſſorum tuorum Epiſcoporum juxta priſcam conſuetudinem quoquomodo conſtituere, & cum vel à vobis vel ab aliis, quibus tamen faciendis vos injunxeritis, cōſtitutum, aut factum fuerit, ipſa molendina, vel pons veſtro arbitrio diſpenſentur, de ponte verò ſi factus fuerit cum plauſtro onuſto, victum, vel vinum nemo audeat hinc illuc, neq; inde huc penitus trāſmeare. Iterum ſancientes jubemus, ut nullus presbyter, vel cujuslibet ordinis clericus de toto Epiſcopatu audeat ad placitum conſtringere, aut ad finiendas contentiones compellere, aut aliquod ſervitium ab eis exigere, præterquā Portuenſes Epiſcopi, in cujus parochia ſunt. Quicunq; vero præſumptor, ſive Dux, ſive Comes, vel Vicecomes, aut Cubicularius, vel à noſtra Apoſtolica ſede miſſus aut qualiſcunq; interveniens poteſtas de ipſa civitate Portuēſe dominatum tenuerit, de quocumq; fuerit ordine, prædicta omnia immobilia loca, aut prænominatum Caſtaldũ, vel duos piſcatores, & duos curiales, vel omnes prædictos clericos à jure, & poteſtate, atq; ditione præfati Epiſcopi auferre, vel minuere voluerit, vel parochiam infringere tentaverit, aut homines in prædicta turre habitantes, vel ubicunq. proprietas Epiſcopii manſionata fuerit, ad publicum ſervitium revocaverit, ſciat ſe compoſiturum ipſi Epiſcopatui auri puriſſimi libr. 20 & inſuper anathemati ſubjaceat. Statuentes Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione, & Anathematis interdictione, ut nullus unquā ſucceſſorũ noſtrorum Pontificum, vel alia qualibet magna, parvaq; perſona, ea quæ à nobis ad laudē Dei, pro ſtabilitate, vel augmēto prædicti Epiſcopatus ſtatuta ſūt, refragari, aut in quoquam tranſgredi, aut aliquid deinde minuere audeant, ſcilicet ſicut ſuperius à nobis ſtatutum, vel conceſſum eſt, ita perennibus, ac perpetuis temporibus ſine aliqua minutione permittat in æternum permanere. Si quis autem quod non optamus, temerario auſu contra hoc noſtrum privilegium venire, aut in quoquam dirumpere præſumpſerit, & ſicut à nobis ſuperius ſtatuta ſunt, firma manere non dimiſerit, & in aliquo offenderit, ſciat ſe, niſi reſipuerit, auctoritate Dei omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum Principis, atque noſtra, qui ejus fungimur vices, anathematis vinculo eſſe innodatum, & à regno Dei alienum, atque cum Juda traditore D. N. Jeſu Chriſti cum diabolo, & omnibus pompis ejus æterno incendio concremandum. Qui vero pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtri privilegii extiterit, benedictionibus gratiam, vitamque æternam à juſto Judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſæcula ſæculorum, Amen. Bene valete. Datum 10. Kal. Maji per manum Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii S. Apoſt. Sedis, anno Domini Leonis IX. Papæ I. indict. 2. Ego Eberchardus Treverorum Archiepiſcopus quamvis indignus interfui, & ſubſcripſi. Ego Alinardus Lugdunenſis Archiepiſcopus hoc decretum laudans, manu propria ſubſcripſi. Ego VV. Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ropran-

dus

dus Epiſcopus ſcripſi. Ego Cunibertus Epiſcopus Taurinen. ſcripſi. Ego Cadalus Parmenſis Epiſcopus ſcripſi. Ego Oppizo Piſenſis Epiſcopus ſcripſi. Ego Guido Xultervenſis Epiſcopus ſcripſi. Ego Henricus Spoletanus Epiſcopus ſcripſi. Ego Arnulfus Epiſcopus ſcripſi. Ego Martinus Piſtorien. Epiſcopus ſcripſi. Ego Petrus Cluſienſis Epiſcopus ſcripſi. Ego Dux Epiſcopus interfui. Tenderius Arbinenſis Epiſcopus interfui. Ego Benedictus Epiſcopus Foroſempronien. interfui. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.

XXIX 26. JOANNES Joanni ſucceſſit, dictuſque eſt Epiſcopus Portuenſis ab Alexandro II. circa annum 1066. conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis interfuit 1072. creandoque Gregorio VII. intrepide ſe geſſit, eidemque ſemel legitimè creato ita conſtanter adhæſit, ut nec Imperatoris minæ, potentiaque inde illum avellere potuerint. Poſt mortem autem III. Victoris cum Clemens III. Antipapa veri Pontificis electionem evertere conaretur, iſte Portuenſis Joannes cum meliori, ſaniorique Cardinalium parte Terracinam Campaniæ civitatem conceſſit; ibique potiſſima cauſa fuit, cur Oſtienſis Otho, ſub nomine Urbani II. ſummus Pontifex ordinaretur, ſub quo tandem de S.R.E. optimè meritus, deceſſit. Hujus Portuenſis Joannis cum laude meminit Benno in vita Greg: VII. Petrus Diacon. lib. 4. Hiſtor. Caſin. cap. 2. („*Juramento quoque Roberto Cardinalis Carnotenſis ſubſcripſit ann.* „1076. *& conſtitutioni inter Gregorium VII. & Landulphum Beneventanum Principem an.* 1073. Lucentius.) *Interfuit etiam conſecrationi Lamberti Atrebatenſis Romæ habita an.* 1093. *ex Hard. Concil. tom.* „6. *par.* 2. *p.* 1676.)

(„PETRUS *in obedientia Antipapæ Clementis III.* „*Epiſcopus Card. Portuenſis dictus: item Joannes, qui* „*ambo militarunt contra Joannem legitimum Portuenſem Epiſcopum, & tandem in Quinti-Lineburgenſi Synodo damnat. ſub Gregorio VII.* Luc.)

XXX. 27. MAURITIUS Joanni ſucceſſit, cooptatus Epiſcopus Portuenſis ab Urbano II. circa ann. 1097. Conſecrationi Paſchalis II. interfuit ann. 1100. ab eodemque Pontifice legatus Hieruſalem miſſus eſt, ut aſſiſteret Regi nomine S. Apoſtolicæ Sedis, dum novæ in eo Regno inſtitutiones provīderentur. In ejuſdem ſanctimoniæ laudem legitur in Hieroſolymitano Templo cum Daberto Patriarcha effuſus in preces in ſacræ mox expediendæ militiæ ſtabilimentum impetraſſe à Deo, ut ignis delaberetur è Cælo, quo extinctæ in Templo lampades, concepta flamma arderent repente. Id cum populo coram divinitus accidiſſet, & legati ſanctitas magis magiſque enituit, & S. A. Sedis, à qua fuerat miſſus, veneratio apud externos populos maximum incrementum accepit. Cæterum Mauritius reverſus in Italiam ſub eodem Paſchali vita deceſſit *a*. Hujus meminit Pandulphus Piſanus, Epiſcopuſque Nebienſis in Genuenſi Hiſtoria, Ciacon. & alii. Conſecravit hic altare S. Maymetis in Eccleſia S. Cæciliæ an. 1098. 6. Kal. Martii.

a an. 1106.

XXXI. 28. VINCENTIUS Epiſcopus Cardinalis Portuenſis Mauritii ſucceſſor ſuffectus eſt à Paſchali II. Facti memoria extat anno 1106. fato ceſſit ſub eodem Pontifice, (1) eodemq; anno.

PORTUENSES, ET SYLVÆ CANDIDÆ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ Epiſcopi Cardinales conjunctim prolati.

XX XII. 29. PETRUS Senior („*Romanus*) Epiſcopus Cardinalis Portuenſis poſt Mauritium *b* à Paſchali II. ſubiectus eſt, ann. 1106. Concilio Vaſtallenſi interfuit. Romæ Vicariam impendit, ſub Paſchali II. Gelaſioque II. Dum autem Portuenſi Eccleſiæ præeſſet, Callixtus II. S. Rufinæ epiſcopatum cum Portuenſi eccleſia prudenti conſilio conjunxit; quod Sylvæ Candidæ eccleſia jam deſerta labaret, neque amiſſa, tantum nomen illius antiquæ dignitatis retinere videretur. Cæterùm Petrus Portuenſis exiſtimationem ſuam maximè defædavit, cum poſt mortem II. Honorii, ſchiſmaticè Anacletum Antipapam elegiſſet contra Innocentium II. verum Pontificem, ita pertinaciſſimè uſque ad extremum ſpiritum, ſemel perperam, vitioque ſublectum defendit. Hujus memoria extat circa Annum 1130. (2)

b Dic Vincentium.

30. THEODEVINUS, ſeu Theodinus Germanus, demortuo Petro ſucceſſit ann. 1133. ſub Innocentio II. præfectuſque eſt ab eodem Pontifice his duabus conjunctim Eccleſiis Portuenſi ſcilicet, ac Sylvæ Candidæ, ita ut is primus Epiſcopus fuerit, qui harum duarum eccleſiarum titulis fuerit inſignitus poſt Petrum. Innocentius eundem Theodinū in Germaniam legavit ann. 1139. Confluentiam cum veniſſet, interfuit coronationi Conradi III. in Regem Romanorum, eundemque ſolemni ritu Aquiſgrani Regio Diademate donavit, ut Otho Friſingenſis accuratè narrat. Sub Eugenio verò III. functus legatione eſt cum Vidone Bellagio Cardinali Florentino, cum an. 1147. admirabilis illa expeditio adornaretur; ſecutuſque Conradum Imperatorem interfuit conventui Ptolemaide celebrato, ubi non modo Conradus præſedit, ſed Rex Francorum etiam, Balduinuſque Hyeroſolymitanus Rex, aliique Chriſtiani Proceres cum innumerabili propemodum multitudine Epiſcoporum præſentes fuerunt. Ibi ergo decretum eſt, Damaſcenam civitatem obſidione cingendam, quod infeliciter cecidit, non ſecus ac totam illam ſacram expeditionem inſortunati excepere eventus. Conſule Guillelmū Tyriū de hac re diffuſius differentē. Mortuus deinde eſt Theodinus Romæ, poſt Anaſt. IV. evectū ad ſedē 1153 XX XIII

31. CYNTHIUS Romanus, ex Presbytero Card. tit. S. Laurentii in Lucina, ab Anaſtaſio IV. ſummo Pontifice, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis ac S. Rufinæ ſublectus eſt anno 1153. fato ceſſit 1159. („ *In* „*Privilegio pro Monaſterio S. Vitalis Ravennæ ann.* „1157. *Cencius ſubſcribitur.* Lucentius) *Reperitur item* „*ſubſcriptus in Epiſtola Anaſtaſii IV. ad Epiſcopos, &* „*Abbates Burdigalenſis Eccleſiæ an.* 1154. *in alia item* „*Epiſtola ejuſdem Hadriani ad Henricum Gradenſem* „*Patriarcham an.* 1157.) XX XIV.

32. BERNARDUS Canonicus Regularis Congreg. S. Fridiani Lucenſis cum eſſet Presbyter Card. tit. S. Clementis, ac S. Petri in Vaticano Archipresbyter, ab Eugenio III. atque ab Adriano IV. electus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuen. ac S. Rufinæ anno 1159. (3) Hic poſt mortem Adriani, tametſi teterrimum ſchiſma ſæviret, Alexandrum tamen Pontificem creandum curavit, ſemelque aſſumptum conſtantiſſimè coluit. Multis, trepidiiſque legationibus functus egregiè eſt ſub Eugenio III. Adriano IV. ac Alexandro III. Meminit cum laude Otho Friſingenſis libro 2. cap. 9. libro 3. cap. 8. 9. & 10 Chron. Moguntina, præcipuèque Baronius in Annal. ubi Bernardi propugnat integritatem contra quoſdam Impoſtores. Deceſſit autem ann. 1176. 15. Kal. Sept. ex menologio Caſinen. ſubſcripſit Bullæ Alexandri III. an. 1159. 7. Idus Novemb. Monaſterio Caſinenſi, & 14. Kal. Aprilis Archiepiſcopo Januenſi conceſſæ. XX XV.

33. GUILLELMUS Papienſis ex ordine Ciſtercienſi monachus, olim Archidiaconus Papienſis, cum Diaconus Cardinalis ab Adriano IV. Pontifice electus fuiſſet, poſtea vero Presbyter Cardin. S. Petri ad Vincula, demum Epiſcopus Cardin. Portuen. ac S. Rufinæ ab Alexandro III. effectus eſt an. 1176. exemptuſque è vivis eſt 1177. 15. Kal. Januarii * apud Averſam dum Alexandrum Tertium comitaretur, ex Romualdi Salernitani Archiepiſcopi chronica. Hic multis legationibus apud Fridericum Imperatorem functus eſt. Promovit præcipuè electionem Alexandri III. contra Octavianum Antipapam, ab ipſoque in Galliam, Britanniamque legatus eſt, ut ea opu- XX XVI.

* Ex App. 2.

(1) Ciaconius hujus vitam in an. 1121. protrahit, quo tempore Petrus his infulis decorabatur, ut Oldoinus affabrè ſentit. *Lucent.*
(2) An 1119 Beſonem quondam Portuenſem Epiſcopum Concilio Rhemenſi interfuiſſe ſub Calixto II in Actis ejuſdem Concilii refert Odoricus Vitalis, ut videre eſt in noviſs. Conciliorum editione per Harduinum t. 6. p. 2. pag. 1986. ſlluſtatis arguitur Vitalis, cum per ea tempora in Portuenſi Cathedra ſederit Petrus ſenior, ut notat etiam Oldoinus.
(3) At cum reperiatur Epiſcopus Portuenſis ſubſcriptus Privilegio Caſturienſi ab Hadriano IV. conceſſo 12. Idus Martii ind. VI. an. Domini 1158. ut licet videre in noviſſima Concil. editione ab Harduino facta, dicendum eſt & Cynthium prædictum obiiſſe, Cynthioque Bernardum hunc ſucceſſiſſe initio ſaltem anni 1158.

lentiſſima Regna ad cultum veri Pontificis conaretur
adducere. Demum ſub vitæ finem conventui Bono-
niæ habito, mox & Venetiis interfuit, ut ſuis conſi-
liis toti Eccleſiæ pareret tranquillitatem. Conſule de
hac re Rodericum Friſingenſem libro 4. cap. 34 & 57.
Sigebertum in Chronicis, Baronium, alioſq; ſcriptores.
34. THEODINUS S. Benedicti monachus,
XXXVII. Mantuani cœnobii, Presbyter Card. tit. S. Vitalis, ſub
Alexandro III. ab eodem ad Epiſcopatum Portuen-
ſem, ac S. Rufinæ vocatus eſt 1178. In Britanniam le-
gatus eſt cum Alberto Card. tit. S. Laurentii in Luci-
na, ut S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis inju-
ria cæſi cauſas cognoſceret. Hic ille Theodinus eſt,
qui inter ſeptem illos Cardinales Friderici Imperato-
ris abjurationem ſchiſmatis excepit, eundemque ad fi-
delium communionem admiſit. Hic idem Lucii III.
ſummi Pontificis creationi interfuit, cumque ipſo in
Veronenſi Concilio ſententiam dixit. Memoratur an.
1183. 22. Decemb. Epiſcopus Portuenſis in regiſt. Ho-
norii III. in cauſa Epiſcopi Pennen. contra Abbatem
S. Quirici. Denique paulo poſt aſſumptionem Urbani
III. ad Pontificatum, è vivis exemptus eſt 1186. ſepul-
tuſque in eccleſia S. Gregorii Braidæ prope portam ci-
vitatis. Hujus meminit Sigebertus, Baron. & Arnol.
Wiō l. 2. ligni vitæ. Theodini Portuēſis Epiſcopi obitus
memoratur No. Mar. in antiquo Menol. mōtis Caſin.
35. ROBERTUS Romanus Diaconus Card. tit.
S. Gregorii, poſt Presb. tit. S. Anaſtaſiæ ad hos titulos
à III. Clemente ſubvectus, ab eodem demum vocatus
eſt ad Portuenſem, ac S. Rufinæ Epiſcopatum ann.
1189. feria 4. cinerum. Eodemque anno deceſſit.
XXXVIII. („ BOBO *Urſinus Romanus, ex Presb. S. Anaſtaſiæ*
„ *Portuenſi & S. Rufinæ infulis ornatus à Clemente III.*
„ *an. 1188. de quo Oldoinus in Lucio III. Vice hujus Ro-*
„ *bertus quidam perperam apponitur in ſerie Ughellia-*
„ *na. At Bobo proxime inſecuto an. vita functus eſt.* Luc.)
XXXIX. 36. PETRUS Gallocia, Romanus, à Clemen-
te III. Epiſcopus Card. Portuenſis ſublectus eſt, menſe
Sept. an. 1190. Unxit in regem Petrum de Aragonia in
eccleſia S. Pancratii, antequam Innocētius III. Romæ
eidem regalia inſignia traderet. Capularis propemodū
ſenex deceſſit ſub eodē Innoc. III. circa an. Dom. 1211.
XL. 37. BENEDICTUS ex Presb. Card. tit. S. Suſan-
næ, ab Innocentio III. Portuenſis, ac S. Rufinæ E-
piſcopus electus eſt an. 1211. atque ab eodem Conſtan-
tinopolim miſſus ad Balduinum Imperatorem, apud
quem cum diu moratus fuiſſet, plures ab Innocentio
III. graviſſimis de rebus accepit epiſtolas; ſub cujus fe-
rè Pontificatus finem Benedictus deceſſit; tametſi ſta-
tim poſt Honorii III. electionem contendant alii ex-
ceſſiſſe è vivis, hoc eſt an. 1216.
XLI. 38. CENTIUS Sabellus Romanus, qui III. Ho-
norium Pont. Max. propriori attingebat affinitate, ab
eodem Epiſcopus Car. Portuenſis, ac S. Rufinæ dictus
eſt an. 1216. m. Dec. Sub eodē Pōtifice deceſſit an. 1219
cum ex Hiſpania poſt functam legationem revertiſſet.
39 CONRADUS, genere Germanus, Mona-
XLII. chus, atque Abbas Ciſtercii, ab Honorio III. Epiſ-
copus Card. Portuenſis, ac S. Rufinæ ſublectus eſt an.
1219. Hic parentem habuit Eginonem de Urach Co-
mitem Seyneſem, parruumque Bertoldum Turingiæ
Ducem. Canonicatu S. Lamberti Leodienſis cum eſ-
ſet inſignitus, ex Divini Numinis inſtinctu, adblan-
dientis fortunæ obſequiis nuncium remittens, in Vil-
lario Ciſtercienſis Ord. celeberrimo monaſterio in
Belgio, Monachum induit. Qui quantas ab humani
generis hoſte in ſui tyrocinii exordio incurſiones paſ-
ſus fuerit, quantaſque de ipſo reportaverit victorias,
Cæſarius Hertebacenſis ejuſdem Coætaneus abundè
deſcribit. Severioris adhuc monaſticæ vitæ in exor-
dio erat, cum B. Simon Alanenſis ejuſdem ordinis
converſus, Spiritu prophetiæ clarus, prævidit fore,
ut Conradus magna in Eccleſia Dei columna exiſte-
ret. Poſt nuncupata vota clauſtralis Prior effectus
eſt, deinde Abbas Villarii, nec multo poſt Præſul
Claravallenſis, donec ſanctimoniæ vitæ procedenti-
bus meritis, ad Ciſtercienſis Cœnobii regimen, Ge-
neralis, ac caput ordinis admotus eſt. In quo quidem
munere cum ad miraculum monaſticæ obſervantiæ

A laude, prudentiaque fulſiſſet, ab Honorio III. ut ſu-
pra docui, Epiſcopus Card. Portuenſis, ac S. Rufinæ
adlectus eſt anno 1219. Inter cætera miracula, quæ
de Conrado narrantur, illud haud in poſtremis habe-
tur, quod ejus digiti, quibus Dominicum corpus at-
trectare fas erat, non ſecus ac fax ad repellendam no-
ctem ſuccenſa, ita noctu micabant, ut lucis ejuſdem
beneficio, facillimè, cumque jucunditate ſcriptura-
rum prata percurreret. Hoc mirabilius ſanè porten-
tum, quo ſingulis noctibus cum ſeſe tenebræ intendiſ-
ſent, ex ejuſdem digitis illa lux affulgeret. Interim
cum Ciſtercienſis Conradus floreret, Albigenſium
Hæreticorum teterrima ſecta impietatis vexillum
extulerat, Galliaſque ea labe inficere conabatur. Pon-
tifex cum fideliſſimi olim regni proximum miſerare-
tur exitium, Portuenſem Conradum legavit in Gal-
lias, ut doctrinæ, pietatiſque collatis ſignis, ſectam
illam, quæ pervicaciter in dies obluctabatur veritati,
deleret. In quo quidem ſpirituali bello, quantos ipſe
exantlarit labores, pericula adierit, ſuderit ſudores
B in docta illa ſua epiſtola ad Archiepiſcopum Rotho-
magenſem planè teſtatur. Salubre Concilium celebra-
vit Coloniæ, ſeu ut alii volunt, Moguntiæ, latiſque
ſaluberrimis legibus, ad defæcatiorum morum nor-
mam non mediocriter lapſum clerum adduxit. Inju-
ſtam Engilberti cædem Colonienſis Archiepiſcopi ul-
tus probè eſt, quem factioſi homines, ob libertatem
eccleſiaſticam mordicus defenſam, occiderant. Præ-
dicatorum ordinem vix dum exortum, ſuiſque pro-
greſſionibus feliciter utentem dilexit impenſius, con-
traque detractores eundem ſua auctoritate defendit,
conditiſque Bononiæ, Coloniæque favorabilibus Di-
plomatibus, confirmavit. Poſt exceſſum Honorii,
cum cæteris Cardinalibus ſummo Pontifici creando
adfuit in conclavi. Ibi, cum fluctuante Comitio, no-
vi Pontificis electio protraheretur, appareretque ſe-
ditionem illam in purpurati Senatus aliquam conſter-
nationem erupturam, tribus honorariis Arbitris, in
quibus numerabatur Conradus, rem demum totam
committendam decernunt, ut ſcilicet quemcumque
C illi evexiſſent ad ſedem, in S. Throno ille demum ſe-
deret. Vix autem futuræ electionis cœperant expedi-
ri conſilia, cum præſenſit Conradus collegas ſuos, ſi-
bi uni Pontificium Imperium deſtinare. Enim vero
(ut erat egregiè Sanctus) tunc excanduit, proclama-
vitque non acquieturum conſiliis, quod indecorum ſi-
bi, totique Eccleſiæ videretur facturum, ſi ia publi-
ca chriſtiana re deinceps increbuiſſent ſermones, Con-
radum ad ſe ambitionis ſtimulis percitum traxiſſe Im-
perium, haud verò expectaſſe, donec à Deo tanquam
Aaron, legitimus vocaretur Sacerdos. Itaque oblu-
ctando, dicendo, adhortandoque, avertit conſilium,
fregitque collegarum ſententiam, auctorque potiſſi-
mus fuit, cur triumvirale arbitrium illud in IX. Gre-
gorium feliciſſimè caderet. A quo deinde contra Hæ-
reticos, Sarracenoſque Legatus, mirabili fervore,
orando cruciatam, ut vocant, edixit, inſtructumque
contraxit exercitum, quem deinceps in Paleſtinam
deportavit, iis, qui ibidem in acquiſitione illius S.
terræ in armis erant, præſentiſſimam opem laturus.
D Itaque cum piè ea ſancta loca colendo, ut contra ho-
ſtes feliciter acies explicaret, deprecatur à Deo, lenta
febri corripitur, quæ illum jam olim laboribus fra-
ctum, brevi confecit: cujus, antequam è vivis exi-
meretur, præclara illa vox audita eſt, ſatius ſibi fuiſ-
ſe, inter quaſillarios pannoſum monachum monaſte-
rii quiſquilias everriſſe, quam Pontificium Legatum,
& Cardinalem, ſplendidiora illa Eccleſiæ tranſegiſſe
negotia. Adeo moderati animi erat, adeo ſui Inſtitu-
ti memor. Deceſſit pridie Kal. Octob. an. 1227. Ejus
deinde corpus in Gallias deportatum fuit, in Clara-
valle, prope S. Bernardum, qui illum anteceſſerat,
ſepeliendum. Ejus marmoreum ſepulchrum iis verſi-
bus exornatum proſpicitur.

Vive vide fide ne fide fidatur in evo
Quo vir eas, caro vireas, quo pingere novo
Spica ſenum culmus juvenum, ſed & indolis herba
Impariter, ſed par pariter ſunt Meſſis, & herba
Conradum tot in alta gradum firmaſſe reclnſum

Cer-

Cerne ſolo, feriante colo jam pendere fuſum,
Jam neque net, neque aratra tenet, cum præmia cernat,
Præcipuus flos Romanus ſuper æthera vernat.
Planta Ducum villare nucum deſcendit in hortum,
Dehinc vacuum Bernarde tuum transfertur ad hortũ.
Mox Matris Pater immò Patris Pater Ordinis eſſe
Promeruit, demum meruit ſibi Papa coeſſe
Papa conradians Conradus ei quaſi ſoli,
Luna rotunda fuit tibi teſtis Roma fidelis,
Hiſpida cum raſis Conradus corpore barbam
Ordinis Imperii collum, Romaque coronam.
In clauſtro Daniel, Noe Portus Pontificatus,
Imperioque Joſeph, modo Benjamin in Paradiſo.
Anno Milleſimo ducenteſimo trinoveno,
Luce tua cœlis manans hunc ſepelis Michaelis.

Ad pedem ſepulchri hæc alia inſcripta legitur.

Hic jacet Dominus Conradus, qui primo Villarienſis, deinde Claravallenſis, poſtea Ciſtercienſis extitit Abbas, & demum Portuenſis Epiſcopus Cardinalis.
Hic cum in Tranſmarinis partibus moraretur, inſtantiſſimè præcepit, ut Claravallem, ubi jam dudum ſuam elegerat Sepulturam, Oſſa ſua deferrentur, & ibidem ſepelirentur.
Obiit autem an. D. MCCXXXVII. Prid. Kal. Octob.

De rebus præclariſſimè geſtis Conradi Portuenſis Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo SS. Ordinis Ciſtercienſis lib. 2. diſtinct. 3. ſatis diffuſè narrat. Cæſarius Hieſterbacenſis Cantiprat. lib. apum; Joannes Abb. in catalogo SS. Ordinis Ciſtercien. Aubertus Mir. in chron. ejuſdem Ordinis, Panui. Bzovius in Annal. eccleſiaſt. Renatus Clopp. lib. 1. monaſt. Baſilius Sanctorius lib. 5. Prat. ſpiritual. cap. 3. Manriquez in Laurea Evang. lib. 3. cap. 7. Bernardus de Brito, & Monclavus in chron. Ord. Ciſtercienſis, Arnoldus Wion lib. 1. Ligni vitæ, cap. 44. tametſi Ciſtercienſem Conradum præpoſterè cum altero Conrado confundat filio Henrici Nigri Bavariæ Ducis, qui ſicut hic lapſus eſt, ita non eſt minore errore ſeductus, cùm noſtri Conradi obitum in annum 1225. indicat incidiſſe. Nec verò melius Alphonſius Ciac. qui ejuſdem exceſſum in annum 1224. inconſultè rejicit, aliique qui in annum 1222. contendunt fato ceſſiſſe. Quibus omnibus idem nomen, par inſtitutum Ciſtercienſe, dignitas non diverſa, reditus ex Oriente perſimilis facile imponere potuit, ut annos inverterent, & pro Conrado, quem ſupra commemoravimus, Bavarum illum Conradum reponerent. Siquidem, & hic Ciſtercienſis erat, & de Claravalle monaſtica obſervantia excultus prodierat. De hoc Conrado honorificè mentionem facit Caniſ. in tom. antiquæ lectionis. Cæterum Binius tom. 3. Concilior. part. 2. Concilium habitum in Germania à Conrado contra Simoniacos, & concubinarios dilucidavit notis, inque illis virum doctum, religioneque celebrem Conradum appellat. Conradi germanus frater fuit Rodulphus Comes de Ura, inde monachus Ciſtercienſis, qui veſtigia fratris ſecutus cœnobium, ad lapidem Ciſtercienſis ordinis ab ipſo olim inchoatum, perfecit. Eidem Rodulpho ſequentem ſcripſit Epiſtolam Innocentius IV. de hac re, ex Regiſtro Vatic. deſumptam pag. 52. epiſt. 409. an. 11.

Rodulpho monacho monaſterii de Pevenhuſem Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſ. Diœceſis, ut bonæ memoriæ Conradi Epiſcopi Portuenſis fratris tui veſtigia laudabiliter imiteris, pium opus, quod ipſe ſuper conſtruendo monaſt. Ciſterc. Ord. in loco, qui ad lapides dicitur, ac ei tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legato, ate, tunc Comite de Ura, tuoque fratre conceſſum imperfectum, preventus morte reliqueras, ſi de permiſſione noſtra fuerit, prout in noſtra propoſuiſti præſentia, perduci ad effectum. Quare nobis humiliter poſtulaſti, ut tibi morandi in eodem loco cum Friderico, ac Alberto, dicto Pulchro, vel aliis duob. monachis tui Ord. quos eligere duxeris ſub Abbatis ſui obedientiam, ut ſic opus prædictum, Domino auxiliante, complere valeas, largiremur. Tuum igitur propoſitum in Domino commendantes, ac volentes in his, & aliis, quantum cum Domino poſſumus, condeſcendere votis tuis, licẽtiã tibi auctoritate prædicta cõcedimus poſtulatã. Nulli, &c. noſtræ cõceſſionis, &c. Dat. Laterani 3. Kal. Feb. an. 11.

De Conradi rebus geſtis narrandis finem fecero, ſi te prius monuero erroris, qui in gentilitiis ſtemmatibus hujus Cardinalis apud Ciaconium irrepſit. In illis enim vel gratis, vel voluntariè, vel etiam divinando tres progredientes Pantheras finxit. Cũ Gaſparo Jongelino è Belgio, Ordinis Ciſtercienſis monacho S. Salvatoris Antuerpienſ. & Abbate S. Iſibodi doctiſſimo, Germanicæque nobilitatis ſcientiſſimo, detegente errorem, reperimus antiqua Comitum Seynæ ſtemmata aureum continere Leonem, in campo rubeo anhelantem, erectum, cujuſque ungues, exertaque lingua colore cæruleo infecta perſpicitur.



Ad latus hoc ſtemma graphicè effigendum curavimus ut inde lector adverteres, tam candidè nos noſtra proferre, quàm aliena verecundius improbare.

40. ROMANUS Bonaventura, tit. S. Angeli Diaconus Card. natione Romanus, jam inde ab Innocentio III. ſenatoria purpura cohoneſtatus anno 1212. XLIII
Conrado ſucceſſit, electuſque eſt à IX. Gregorio Epiſcopus Portuenſis, ac S. Rufinæ anno 1227. dum legatus in Gallia eſſet, vir non modo generoſitate ſanguinis ſpectabilis, ſed etiam prudentia, quam in legationibus, quibus contra Albigenſes egregiè perfunctus fuerat, præſetulerat. Ibi in Pariſienſi Concilio ſolemni ſitu ſalutiferæ ſigno crucis Ludovicum Regem Francorum inſignivit, quo ſalubrius ſplendidiuſque ad ſacram illam in Orientem expeditionem ſe compararet. Juriſconſultiſſimus fuit, ideoque ejus opera, conſiliiſque diu multumque uſus eſt Honorius III. Ita ut vix ulla cauſa deferretur ad Pontificium tribunal, quam juſſu Pontificis non cognoſceret, dirimeretque Romanus, ut in ejuſdem regiſtris abunde narratur. Eximia prudentiæ laude Campaniam adminiſtravit, iterumque à IX. Gregorio in Galliam miſſus, clerum ad meliorem frugem reduxit, conditis ſaluberrimis legibus, quibus à ſemel defæcatis moribus iterata labes averteretur. Interfuit Ciſtercienſi generali capitulo; abſentique, Portuenſis, ac S. Rufinæ Epiſcopatus obvenit, legatuſque iterum in Angliam, compoſitis rebus, in Galliam è veſtigio reverſus eſt, contra ſuppullulantes Albigenſes eccleſiam propugnaturus, Bituricis celebrato Concilio. Demùm cum iis legationibus egregiè functus ad curiam revertiſſet, pro IX. Gregorio Romæ Vicariam operam impendit, ubi in interregno, hoc eſt, inter exceſſum Gregorii, ac Innocentii IV. creationem bonorum mœrore ingenti deceſſit circa annum 1243. Non minori laude dignus pro tantis talibuſque exantlatis laboribus, quam pro ſumma erga eccleſias Portuenſem, & S. Rufinæ in perquirendis earumdem eccleſiarum antiquis monumentis, pietate, exquiſita propemodum diligentia priſcorum Põtificum privilegia collegit, atque ad æternitatem in Gregorianis Regiſtris, unà cum ejuſdem Gregorii IX. confirmatione inſeri fecit anno 1236. atque ab eodem Pontifice earundem eccleſiarum bona, Jura, cæteraque eximia privilegia confirmata ſunt, Romano petente; cujus diploma hoc extat.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei, &c.

AB ipſo chriſtianæ fidei naſcentis exordio ſacroſancta Romana Eccleſia tantæ dignitatis noſcitur obtinuiſſe faſtigium, ut ex collata ſibi deſuper in magiſtro ſuo B. Petro Apoſtolorum Principe poteſtate, ſi neceſſitas locorum exegit, & unum Epiſcopatum ſeparare in duos, & duos in unum ei licuerit adunare. Felicis autem memoriæ papam Calliſtum anteceſſorem noſtrum, & temporis qualitas, & vicinitas locorum induxit, ſicut in ſuo privilegio perſpeximus contineri, ut Portuenſem B. Marty-

ris Hippolyti, & SS. martyrum Rufinæ, & Secundæ in Sylva Candida unire eccleſias, & ſua unius gubernatione Antiſtitis perpetuis temporibus decreverat permanere, quoniam nec à ſe ullo forent itineris intervallo ſejuncta, nec peccatis exigentib. tanta eſſet ibi populi multitudo, ut ſingula, ſicut ante illud tempus, ſingulorum deberēt regimen Antiſtitum obtinere, nam & populoſa quondam Portuenſis civitas in ſolitudinem pene devenerat, & vix pauciſſimis tunc, ſicut & nunc incolebatur habitatoribus, & eccleſia Sylvæ Candidæ cunctis incolis deſtituta multorum tranſactorum annorum circulis, nequaquam proprii ſolatium meruerat habere paſtoris. Quibus nimirum ſupradictus Anteceſſor rationibus invitatus, de communi fratrum ſuorum conſilio, prænotatas univit eccleſias, & ab uno ex tunc Antiſtite conſtituit gubernandas. Quocirca venerabilis in Chriſto frater Romane Epiſcope ad exemplar ejuſdem, & Adriani Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum unionem hujuſmodi confirmantes, eccleſias ipſas Gubernationi tuæ committimus, & eas ſub tui, ſicut proprii Epiſcopi diſpoſitione decernimus permanere, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eccleſia ipſa in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſident, aut in futurum, præſtante Domino rationabiliter poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, civitatem Portuenſem, quam felicis memoriæ prædeceſſores noſtri, Benedictus, Leo, & Joannes eccleſiæ Portuenſi dederunt, & ſuis privilegiis confirmarunt cum omni ſervitio, quod ei in æternum pervenire debeat, & integra medietate majoris ſtagni, eccleſ. SS. Rufinæ, & Secundæ, eccleſ. S. Joannis in Inſula Lycaonia cum terris, & vineis ſuis, & eccleſ. S. Adalberti in eodem loco cum terris, vineis, & domibus ſuis, maſſam quæ vocatur Caſano cum fundis, & colonis ſuis ſecundum quæ in privilegiis anteceſſorum noſtrorum ſub diverſis vocabulis continetur, & omnes fundos in ſcriptis eorum expreſſos. Omnes præterea eccleſias, plebes, & parochias præfatæ eccleſiæ cum pertinentiis ſuis, plebes ſcilicet, & eccleſias in civitate Portuenſi, & ſinus concluduntur, quæ in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum continentur plebes, & eccleſias in mola rupta, & finibus ejus. Eccleſiam S. Nymphæ cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, eccleſiam S. Georgii, eccleſiam S. Rufinæ cum prædictis vineis, & poſſeſſionibus ſuis, plebes & eccleſias in caſtello Guidi, & finibus ejus, plebes, & eccleſias, monaſteria & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Cere nova, & finibus ejus, plebes & eccleſias in Cere vetere, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Cornazano, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in caſtello Campanino, & finibus ejus, plebes, & eccleſias, & monaſteria in Lucerno, & quicquid juris habetis in eccleſia S. Joannis in peſſolo, & in terris ac vineis ejus, plebes, & eccleſias in Traglata, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Teſtalepore, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Galeria, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in inſula, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Formello, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in crypta francula & finibus ejus, monaſterium S. Cornelii cum omnibus poſſeſſionibus ejus, plebes, & eccleſias in Scrofano, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in Belmonte, & finibus ejus, plebes, & eccleſias in caſtello novo, quæ etiam in antiquis privilegiis ſub diverſis vocabulis diſtinguuntur, plebem ſcilicet S. Mariæ in ſylva Candida cum titulis ſuis, tit. SS. Joannis, & Pauli in Lucerno, & plebem S. Mariæ in eodem loco, titulum S. Angeli in Muſano, titulum S. Donati in Majorata, plebem S. Marthæ in Bucia, plebem S. Gregorii in Galeria cum titulis ſuis, titulum S. Gregorii in ipſo loco, titulum S. Anaſtaſii in Muſano, & plebem S. Angeli in Raſcetulo cum poſſeſſoribus ſuis, & plebem S. Joannis in Nono cum poſſeſſionibus, vineis, paſcuis, domibus, ſylvis, terris, & titulis ſuis, tit. S. Maviani in ipſo burgo cum terris ſuis, tit. S. Andreæ, & titulum S. Mariæ cum terris ſuis, tit. S. Nicolai, qui eſt in caſtello de monte de pani, tit. S. Mariæ, quod appellatur inter tres rigas cum terris, vineis, domibus, ac titulis ſuis, tit. S. Mariæ, plebem S. Luciæ, & eccleſ. S. Joannis, & tit. S. Gregorii in inſula cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, plebem S. Pauli in formello cum omnibus poſſeſſionibus, & tit. ſuis, tit. S. Sylveſtri in columna cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Marciani cum terris ſuis, tit. S. Geneſii in Dalmatia cū terris ſuis, tit. S. Mariæ cum terra ſua, tit. S. Laurentii in formello cum terris ſuis, tit. Salvatoris cum terris ſuis, tit. S. Joannis in ipſo loco cum terra ſua, tit. S. Petri cum terra ſua, eccleſ. S. Angeli ſub ripa cum capella ſua, tit. S. Valentini cum cryptula, plebem S. Cornelii in Capracorio cum omnibus poſſeſſionibus, & tit. ſuis, tit. S. Pancratii cum terris ſuis, ti. S. Mariæ cum terris, & pratis ſuis, tit. S. Valentini cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Donati cum terris ſuis, tit. S. Mariæ cum terris ſuis, tit. S. Laurentii cum terris ſuis, ti. S. Anaſtaſii cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Juſtinæ cum poſſeſſionibus ſuis tit. S. Angeli cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Gregorii cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Anaſtaſii in Cannecula cum terris ſuis, tit. S. Viti cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Sylveſtri, & Angeli, cum poſſeſſionibus ſuis, plebem S. Donati in Collim cum tit. & poſſeſſionibus ſuis, ti. S. Mariæ cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Criſpinæ cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Georgii cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Mariæ cum terris ſuis, tit. Caſſiani cū poſſeſſionibus ſuis, plebem S. Marcelli in quarto decimo cum poſſeſſionibus ſuis, plebem S. Petri in Bezana cum poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Mariæ, & tit. S. Blaſii, S. Joannis, & S. Laurentii in Scrofano cum poſſeſſionibus ſuis, ti. S. Stefani, S. Mariæ, & S. Eugeniæ in Matera, ti. S. Eugeniæ cum poſſeſſionib. ſuis, plebem S. Mariæ in oliunla cū tit. & poſſeſſionibus ſuis, tit. S. Angeli cum poſſeſſionibus ſuis. Item concedimus eccleſiam SS. Rufinæ, & Secundæ ſitam Romæ juxta palatium noſtrum cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſ. S. Martinæ cum omnibus pertinētiis ſuis, infra hanc civit. Romæ, non longè à monte, qui Auguſtus dicitur. Similique modo ad ungendum, vel conſecrandum Imperatorem, primum tuam, ſuorumque ſucceſſorum Epiſcop. fraternitatē convocamus, ut quibus regimen totius civitatis Leoninæ conceſſum eſt, ab his primus ſit benedictus, conſecrationem altarium S. Petri, & ſuorum monaſt. eccleſiarum, altarium, ſacerdotum, clericorū totius civitatis Leoninæ, tibi, tuiſq; ſucceſſorib. in perpetuum concedimus, & confirmamus, cuncta ſacra officia, ſeu miniſteria, quæ nos, & ſucceſſores noſtri facere debemus, ſi ægritudine, vel cura aliqua impediti facere nō poſſumus, tam in ſuprascripta venerabili eccleſ. S. Petri, & monaſt. ſuis, quam & per totam civitat. Leoninam, per te tuoſq; ſucceſſores fieri Apoſt. authoritate decernimus. Sane in Dominica palmarum, in Cœna Domini, Paraſceve, Sabbato S. & die Paſchæ ſtatutis horis, & diebus anteceſſorum noſtrorum privilegiis deſignatis miſſarum ſolemnia, & divina officia juxta veterem conſuetudinem ſuper altare B. Petri à te, tuiſq; ſucceſſorib. celebranda ſtatuimus, ubi quicquid proiici, vel offerri cōtigerit, tam videlicet in altari, quam in confeſſione veſtris uſibus applicetur. Porrò ad conſecrandam S. Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dignitatem, & antiquam earundem eccleſiarum conſuetudinē, capitulo præſenti ſubjungimus, ut ſicut olim in ſingulis earum, ſinguli Epiſcopi conſtituti ſacro Lateranenſi altari miniſtraverint, ita deinceps unus in una eccleſia ordinatus Epiſcopus ejuſdem altaris ſervitio in ordine vicis ſuæ, Domino cooperante, inſiſtat. Decernimus ergo, &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem, &c. Amen. Datum Reate per manum Magiſtri Guillelmi S. R. E. Vicecancellarii, 4. nonas Auguſt. indict. VIII. Domin. Incarnat. anno 1236. Pontificatus vero D. Gregorii Papæ ix. anno X.

41. OTHO Candidus, alias Blanchus de Alerano ex Montisferrati Marchionibus, diaconus Card. tit. XLIV
S. Nicolai in carcere à Gregorio IX. vocatus ad purpuram ann. 1227. Lugduni ab Innocentio IV. ſummo Pontifice Epiſcopus Portuenſis, ac S. Rufinæ declaratus eſt ann. 1244. Kal. Febr. ait Matthæus Veſtmonaſterienſis; *ipſo tempore Otho Cardinalis, qui aliquando legatus fuit in Anglia, factus eſt Epiſcopus Portuenſis.*

Hic ille famoſus Otho eſt, tùm genere nobilis, tum doctrina, artiſque Aſtrologiæ peritia longe clariſſimus: Quem turbulentiſſimis Friderici temporibus Gregorius in majorem Britanniam, Scotiamque legavit, ut illorum regnorum clariſſimos pietate, & moribus Epiſcopos ad Romanum generale celebrandum Concilium contra impium Fridericū provocaret. Coegit ad id Concilium non temnendas Epiſcoporum copias, ut Impietati ſufficerent expugnandæ. Cumque in Italiam reverſus, Genuam appuliſſet, cum Jacobo

Peco-

Pecoraria Cardinali Prænestino inde iterum ſolvit, A
jamque Liguſticum mare Othone duce, medium claſ-
ſis Eccleſiaſticorum tenuerat, cum Hugolinus Co-
mes, Piſanorum claſſe ſuccinctus, ac Friderici ſautor,
in progredientes impetum fecit. Utrimque certatum
eſt, Claſſiarlis Genuenſibus, qui Pontificias partes per
ea tempora tutabantur, contumeliam non ferentibus.
Sed cùm Genuenſes triremes eccleſiaſticorum turba
imbellis ad querimonias, quam ad arma promptior
præpediſſet, à Piſanis militibus in maritimis incur-
ſionibus exercitatis victoria ſtetit, trucidataque pro-
miſcua turba nobiliora capita abduxere in ſervitu-
tem, in quibus Otho Candidus, Jacobuſque Pecoraria
ſuere præcipui, qui Friderico deinde jubente in diriſ-
ſimũ detrudendi carcerem Amalphim amandati ſunt.
Ibidem ad duos omninò annos diriſſimi carceris per-
tulere incommoda, donec Balduino Conſtantinopoli-
tano Imperatore petente, inde liberi exiere an. 1244.
Cæterum Otho ea ſervirute diſcuſſa, Anagniam per-
venit, Innocentio IV. creando interfuturus, cum quo
deinceps ad Concilium Lugdunenſe profectus eſt, ubi B
de Eccleſia Chriſti optimè meritus, exceſſit è vivis
ann. 1251. Tumulatuſq; eſt in Eccleſia F. Prædicato-
rum. Hujus Othonis meminit Jo: Villanus rerũ Flo-
rentinarum diligentiſſimus ſcriptor, Folieta, aliique
cum Ciaconio perplures, unde ferè deſumpſimus quæ
paulo ſupra narravimus.

XLV. * Ex Ap. l. 1. *42. JACOBUS Italus Placentinus ex nobili fa-
milia de Porta de Caſtro Arquato, olim Monachus
Ciſtercienſis, tunc Epiſcopus Mantuanus, ab Inno-
centio IV. Epiſcopus Card. Portuenſis, defuncto O-
thone, renunciatus eſt ann. 1252. Obiit paulò ante quã
idem Innocentius è vivis excederet 1254. id. Decem-
bris. Corpus in Galliam relatũ in Claravallenſi Cœ-
nobio, ubi monaſticum induerat habitum, ſepultum
fuit. Uſque modo noſter hic Jacobus Portuenſis Epiſ-
copus Gallus exiſtimatus eſt, gratis aſſerente Ciaco-
nio, & poſt ipſum aliis, & ipſi nos id ipſum tum in no-
ſtris ad eundem additionibus, tum verò ſupra in Epiſ-
copis Portuenſibus aſſeruimus; verum cum nonnullas
Innocentii IV. epiſtolas olim ex reg. Vaticano à no- C
bis exſcriptas inter noſtra reperiſſemus monumenta,
recantare palinodiam coacti ſumus, eundemque Ja-
cobum Italicæ nationi, ſuæque patriæ, ac genti reſti-
tuere, pro Gallo, Italum, patria Placentinum, & pro
Herimberto, de Porta decantare. Ipſe namque Inno-
centius ad Mantuanum Epiſcopum Jacobi ſucceſſo-
rem, ſcribens, apertis verbis Jacobum ante adeptam
Portuenſem purpuram, Mantuanum Epiſcopatum
geſſiſſe clarè oſtendit. Epiſtola eſt hujuſmodi numero
223. fol. 218. an. 10. regeſti vaticani.

Epiſcopo Mantuano. &c.

*Dilectus filius Petrus Prior monaſterii S. Euphemiæ
Brixienſis Diœceſis nobis expoſuit, quod licet nos
dudum Venerabili fratri noſtro Portuenſi, tunc Mantoa-
no Epiſcopo noſtris dederimus literis in mandatis, ac de
Abbatia quam primum in Brixienſi, vel Cremonenſi Ci-
vitate, vel Diœceſi vacare contigerit, auctoritate noſtra
eidem provideret Priori, cum iam nondum inde prædi-
ctus Prior, de hujuſmodi gratia commodum reportaverit. D
Nos igitur ipſum probitatis ſuæ meritis ſuper quibus mul-
tipliciter commendatur, & obtentu filii nobilis viri Hen-
rici Confalonerii militis Brixienſis nobis pro ipſo ſuppli-
cantis, ſpecialis prærogativa favoris, & gratia proſequen-
tes, mandamus quatenus ſi eſt ita non obſtantibus literis,
quæ ſuper revocandis proviſionibus de Abbatiis, & Prio-
ratibus conceſſis à nobis nuper à ſede Apoſtolica emana-
runt ad proviſionem per te, vel alium Prioris procedas
ejuſdem, juxta priorum continentiam literarum. Datum
Peruſii, 2. idus Novembris, anno X.*

Memoratur Jacobus in alia Innocentii epiſtola ad
noviter electum Epiſcopum Mantuanum (nempe
Martinum ex Comitibus Caſaloldis) ejuſdem Jacobi
ſucceſſorem, cujus auctoritate ex ſententia Pontificis,
Mantuanorum evaſit ad thronum. Epiſtola eſt 285. in
ordine ann. 9 reg. vatic fol. 157 quam infra referemus
clarius; meliuſque enodatur in altera ejuſdem Pontifi-
cis epiſtola ad Bartholomæum de Cornazanis noſtri
Jacobi Portuenſis conſanguineum, ubi & nomen Jaco-
bi, & ſanguinis copula cum nobili vetuſtaque Placen-
tina familia Cornazana, qua ille proximè attingebat,
explanatur. Ex ea enim facili argumento deducitur Ja-
cobum non Gallum, ſed Italum, Placentinumve exti-
tiſſe. Epiſtola ita legitur numero 486. ſol. 242. ann. 10.
regeſt. vatic.

*INNOCENTIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.*

Bartholomæo de Cornazano Clerico, Venerabilis fra-
tris noſtri Epiſcopi Portuenſis conſanguineo. Ju-
ſtis petitionibus &c. uſque complere.

*Cum igitur ſicut ex parte tua fuit propoſitum coram
nobis, dilectus filius noſter G. S. Euſtachii Diac.
Card. Archidiaconatum cum omnibus juribus, & perti-
nentiis ſuis, necnon & Canonicatum Eccleſiæ Athenien-
ſis dilecto filio Guillelmo de Cornazano fratri tuo de ſpe-
ciali mandato noſtro ſibi viva voce facto, nomine tuo con-
tulerit, ac per annulum ſuum inveſtierit de eiſdem reſer-
vatis nihilominus diſpoſitioni Apoſtolicæ præbendam ſi
qua vacat ibidem ad præſens, vel quam cito vacaverit ſi-
bi conferendam illa dumtaxat excepta quam tenuit, vel
adhuc tenet dilectus filius C. quondam Archidiaconus
Eccleſiæ ſupradictæ, ac decernens irritũ, & inane ſi quod
de ipſis Archidiaconatu, præbenda, & Canonicatu contra
collectionem, inveſtituram, & reſervationem hujuſmodi
à quoquam contigerit attemptari, prout in ejus literis in-
de confectis plenius continetur, Nos tuis devotis ſupplica-
tionibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Cardinale fa-
ctum eſt ratum habentes, & gratum, ac ſupplentes defe-
ctum, ſi quis in præmiſſis eſt habitus, de noſtræ plenitudine
poteſtatis illud auctoritate Apoſtolica confirmamus &c.
eſq; communimus. Tenorem dictarum literarum præſen-
tibus inſeri facientes, qui talis eſt. Noverint univerſi præ-
ſentes literas inſpecturis quod nos Guillelmus miſeratio-
ne divina S. Euſtachii diaconus Cardinalis de ſpeciali
D. Papæ mãdato nobis viva voce facto Guillelmo de Cor-
nazano conſanguineo venerabilis patris Jacobi Epiſcopi
Portuenſis recipienti nomine, & vice Bartholomæi fra-
tris ſui Archidiaconatum Athenienſis Eccleſiæ cum om-
nibus juribus, & pertinentiis ſuis, & canonicatum ipſius
Eccleſiæ contulimus, ipſumque per noſtrum annulum no-
mine dicti B. inveſtivimus de eiſdem, reſervantes dona-
tioni Apoſtolicæ præbendam ſi qua ibidem vacat ad præ-
ſens, vel quam citò vacaverit conferendam eidem B. illa
dumtaxat excepta, quam tenuit, vel adhuc tenet vir ve-
ner. C. quondam Arch. Eccleſiæ memoratæ, ac decernen-
tes nihilominus irritum, & inane, de ſpeciali D. Papæ
mandato, ſi quod de ipſis Archidiaconatu, præbenda, &
canonicatu contra collationem, inveſtituram, & reſerva-
tionem noſtras à quoquam contigerit attemptari. In cujus
rei teſtes præſentes literas fieri fecimus, & noſtri ſigilli
munimine roborari.*

*Datum Peruſii 11. Cal. Martii Pontificatus D. Inno-
centii Papæ IV. ann. 10. Nulli ergo noſtræ ſuppletionis, &
confirmationis &c.*

Datum Peruſii 8. Calendas Martii anno 10.

Superiora omnia, quæ de Jacobo diximus, confir-
mant etiam alii hiſtorici, tam Anonymi Mantuanæ
Diptychæ M.SS. apud me, quam Mantuanæ Eccleſiæ
hiſtoria Hippolyti Doneſmundi p. 1. & Jo: Petrus Cre-
ſcentius Rom. in ſua Italiæ nobilitatis corona narra-
tione 21. c. 6. Doneſmundus enim Jacobum hunc Pla-
centinum patria è Caſtro Arquato ad Mantuanam ſe-
dem evectum narrat. Creſcentius verò eundem Jaco-
bum Portuenſem Epiſc. è familia nobiliſſima de Porta
Placentina Caſtri Arquati domina, ex monumentis
Placentinis fuiſſe ſcribit, quibus hiſce verbis adſtipula-
tur Diptycha noſtra Mantuanæ Eccleſiæ. *Jacobus de
Porta Placentinus de caſtro Arquato vir religioſus Jaco-
bi Prænestini Epiſcopi Alumnus ſucceſſit Guidalotto an.
1238. ſedit an. 14. & ad Portuenſem Eccleſiam tranſlatus
eſt an.* 1252. Prænestinus hic memoratus Epiſcopus, ce-
lebris eſt ille Jacobus Pecoraria Placentinus, qui ex
Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias
Ord. Ciſterc. à Gregorio IX. ad Prænestinam Eccle-

ſiam

ſiam vocatus eſt, ut ſupra narravimus in Præneſtinis Epiſcopis. Cæterum Ciſtercienſes hiſtorici meminerunt quidem Jacobi Portuenſis Epiſcopi, ſed eum Ciaconio, vel ipſe idem Ciaconius cum illis claudicarunt, dum Gallũ fuiſſe referunt, nullo alio fundamento, niſi quod eundẽ repererint in Gallia in Claravallenſi Cœnobio, una cum Jacobo Pecoraria, monaſticũ ſuſcepiſſe habitum, ibidemque defunctum jacere. De hac nobili familia de Porta inter alios præſtantes viros Ubertus Locatus enumerat Gherardum Potentinum Epiſcopum Catalogo ſanctorum adſcriptum à Callixto II. Grumerium Portam Placentinum Epiſcopum, Nicolaũ vero Patriarcham Conſtantinopolitanũ, & Joannem Parmẽſem Epiſcopum ex eadem familia legimus apud Creſcentium, de quibus ſuis in locis.

XLVI 43. JOANNES Auglus, cognomento de Toleto, monachus ord. Ciſtercienſis, ex presbytero Card. tit. S. Laurentii in Lucina, ab Urbano IV. renunciatus eſt Epiſcopus Card. Portuenſis, ann. 1261. Hic politioris, & abditioris doctrinæ, ob quam ab Innocentio IV. anno 1244. in Cardinalium numerum, ſub tit. S. Laurentii in Lucina, fuerat relatus, laude floruit, de cujus promotione Martinus V veſtmonaſterienſis in Anglicana hiſtoria loquutus de Innocentio ad annum 1244. hæc habet. *In feſto (inquit) SS. Trinitatis, ut partem ſuam cautius roboraret, quia paucos ſuæ ſollicitudinis, & laboris habuit participes, decem in parvo tempore creavit Cardinales, videlicet Magiſtrum Joannem, cognomento de Toleto, Ciſtercienſis ordinis monachum, natione Anglicanum, literatura eleganter eruditum, & quoſdam alios plus generoſitate, quam virtute morũ, vel ſcientia præditos, quorum nomina longum eſſet ſcripto inſerere, ac indignum. Octavo die, ante feſtum nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, acceſſit Dominus Papa, ad Civitatem Caſtellanã, quæ ab Urbe 18. diſtat milliaribus, ut ibidem vicinius Imperatori de pace tractaret.* Pergit idem auctor Innocentii geſta recenſere, ejuſque per Italiam iter Lugdunũ uſq; proſequitur. Confirmat Matthæus de Paris in Anglicana hiſtoria ad ann. 1246. noſtrum hunc Joannem de Toleto natione Anglum extitiſſe, pacemque inter Angliæ Regem, ac Innocentium Papam conciliaſſe. Hunc etiam Joannẽ Anglum natione Theodericus Valiſcolor, qui eo vixit tempore, in Urbani IV. vita, dum Cardinalium presbyterorũ nomina recenſet, qui electioni Urbani interfuere, hiſce incomptis verſibus memorat.

Alter, quem fovit Ciſtercius ordo, Joannes
Nomine, natalis Anglica terra ſibi.

Paulò poſt idem Theodoricus Cardinalium recenſens nomina, quos Urbanus in ſecunda Patrum creatione promovit, locutus de Guidone Burgundo Abbate Ciſtercii, tunc presbytero Card. tit. S. Laurentii in Lucinæ creato ejuſdem Joannis meminit ex presb. Card. ejuſdẽ tituli in Epiſcopum Card. Portuenſem an. 1261. evecti. Guido namque in eo titulo Joanni ſucceſſit, ita ejuſdem paulò agreſtior muſâ cecinit.

Burgundus patria fuit, & Ciſtercius Abbas
Alter promotus, Guidoque nomen ei.
Hujus enim titulum retinebat primo Joannes
Præſul de Portu, poſtea factus adeſt.

Quindecim & eo amplius annis Joãnes Anglus, tit. S. Laurentii in Lucina, ab ann. ſcilicet 1144. ad 1261. quo Portuenſi infula decoratus, Guidoni Burgundo eundem titulum presbyteratus reliquit, ſumma gloria effloruit. Hæc claré in Vaticanis regeſtis Innocen. iij. ac Alexandri IV. ſummorum Pontificum ſpectantur, cũ ibi ſæpè in eorumdem diplomatibus idem Joannes ita ſubſcriptus reperiatur. *Ego frater Joãnes tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card. ſcripſi.* In diplomatibus verò Urbani IV. Clementis IV. Gregoriique X. jam Cardinalis Epiſcopus Portuenſis in hunc modum ſubſcribitur. *Ego frater Joannes Epiſcopus Card. Portuenſis ſubſcripſi.* Hinc claré mihi colligi videtur Joannem Monachum Ciſtercienſem tit. S. Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem ab Innocentio IV. creatum ann. 1244 non Lugduni menſe decembri, ut Ciaconio placet, ſed Romæ, Junio in feſto SS. Trinitatis; ex Presbytero vero Cardinali S. Laurentii in Lucina, in Epiſcopum Cardinalem Portuen. ab Urbano IV. ann. 1261. evectum, non duos, Gallum alterum dictum de Francoigia Archiepiſcopum Biſuntinum electum, alterum Anglũm cognomẽto de Toleto, ambos Ciſtercienſes Monachos, ut ipſi in noſtris ad Ciaconium notis ab eodem aliiſque deluſi diximus, extitiſſe. Noſter porro Joannes Lugduni ann. 1274. extremum vitæ finem, dum Portuenſem gereret dignitatem, clauſit. Quod vero Ciaconius, Jacobus Chifletius in Biſuntina hiſtoria, Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, Petrus Frizon in Purpurata, aliique de Joanne Ciſtercienſi Monacho ab Innocentio IV. anno 1244. ex electo Archiepiſcopo Biſuntino Presb. Card. S. Laurentii in Lucina creato, quem Gallum de Francoigia ex Abbatis Villa oriundum referunt, gratis effutiere, cũ ab ann. 1244. ad annum 1274. Joannes Anglus Monachus Ciſtercienſis Cardinalis floruerit, eaque omnia quæ Francoigiæ illi Gallo Joanni, qui nunquam in vivis extitit, afficta ſunt, in iſtum veriſſimé cadant. At vero unde ij auctores alioquin doctiſſimi ea acceperint, me ignorare fateor; idque poſſum addere, Joannem Monachum, quem Innocentius IV. ann. 1244. ad ſacram purpuram extulit, nunquam ad Biſuntinum Archiepiſcopatum vel promotum vel electum extitiſſe. Teſtes ſunt Vaticana regiſtra, quæ defũcto Gaufrido Archipræſule, vacante Eccleſia Biſuntina, Innocentium IV. an. 1245. Lugduni anno ſui pontificatus II. de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, Willielmum Cabilionenſem Epiſcopum, ad eam ſedem, epiſtola reges. inſerta, n. 429. fol. 196. anno II. aſſerunt ſequenti tenore, traduxiſſe.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Suffraganeis Eccleſiæ Biſuntinæ.

Divinæ ſapientiæ inſcrutabilis altitudo, quæ ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, in hujus latitudine ſtabilivit, ita regimen & gubernatorem ipſius immutabili proviſione diſpoſuit, ut in eadem ſalubriter guberanda, plures aſſimarentur in partes ſollicitudinis; quamvis pro militantis Eccleſiæ firmamento, unus obtineat plenitudinem poteſtatis; voluit enim pro ejus patribus filii naſcerẽtur, qui ſuper omnes principes conſtituti, eſſent memores ſui nominis, & præcones inclyti evangelicæ veritatis. Unde nos qui licet inſufficientibus meritis, in ſublimi ſumus ejuſdem Eccleſiæ ſpeculo conſtituti, ita intendimus divino adjutorio injunctum nobis miniſterium, circa proximas Eccleſias gerere, ut in illis etiam à quibus locorum poſitione diſtamus opportuna debeat providentia non deeſſe. Cum igitur Eccleſia Biſuntina, quæ diutius Paſtore vacaret, fuiſſet ad nos proviſio devoluta, nos ei de tali perſona providere volentes, quæ meritis vita pollens, placens Deo, & hominibus, verbo potens & opere, velut ſydus nitens irradiet ſubditos, lumine verbi Dei, cum ſuper candelabra Eccleſiæ Biſuntinæ paſtoris ſui obitu viduata lucerna debeat collocari, qua luce doctrinæ revocet errantes à devio veritatis, & zelo juſtitiæ in ſpiritu judicii, & ardoris, abſq; perſonarum acceptione cõtra noxas attendat, Venerabilem fratrem noſtrum Va. quond. Epiſcopum Cabillonenſem, virum utiq; ſecundum cor noſtrum, famæ celebris, & notæ ſcientiæ, à vinculo Cabillonenſis Eccleſiæ abſolutum præficiendum duximus in Archiepiſcopum & paſtorem Eccleſiæ Biſuntinæ, ſperantes firmiter, quod ſub ejus regimine, grata in domino ſuſcipiet in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa, mandantes quatenus ſibi, tamquam membra capiti obſequentes exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ita quod mutua inter vos gratia, gratos ſortiatur effectus, & nos devotionem veſtram poſſimus in domino merito commendare. Datum Lugduni 12. Kal. Aprilis anno 2.

Aliæ tres ibidem ſubſequentes, ejuſdem Innocentii epiſtolæ exaratæ, prima ad eundem tranſlatum Wilelmum, ſecunda univerſis Baronibus, militibus, populo civitatis, & Diœceſis Biſuntinæ, tertia clero civitatis, & diœceſis ejuſdem Biſuntinæ Eccleſiæ, eodem die ac anno datæ, in quibus de Joanne electo, & inter Cardinales adſcripto, nulla vel tenuiſſima mentio habetur. Verius, Willelmum poſt longam vacationem

Gaufrido ſucceſſiſſe videtur. Quis vero ſit ille Joannes Biſuntinus electus, de quo habet Chiffletius, diploma innuit apud Bonevallenſe Monaſteriũ anno 1244. menſe ſeptembris datum. Nõ certè hic Joannes noſter potuit extitiſſe, cum jam ab Innocentio, menſe Junio eodemque anno, in Cardinalium albo eſſet collocatus. Cæterum præterire non debui, eundem Joannem Portuenſem Epiſcopum, Viterbii Cœnobium, quod Paradiſum vocant, Ciſtercienſibus monialibus fundaſſe, dotaſſeque: in quo nunc, virginibus ſublatis, Fratres ordinis Minorum, diſtrictioris obſervantiæ, ſedes fixere; alterum item percelebre Peruſii, D. Julianę ſacrum Monaſterium, ejuſdem ordinis extra mœnia ingentibus ad invidiam opibus cumulatum excitaſſe, ac octo è Galliis Monialibus evocatis, ex earum collegio Olivam prænobilem virginem Abbatiſſam inſtituiſſe, eandemque è Cathedrali ad monaſterium, una cum Clero, Senatu, populoque Peruſino, comitante 40. puellarum, è primaria nobilitate Chriſto dicandarum caterva, ſolemni pompa deductam, cohoneſtaſſe. Hæc in antiquis monialium monumentis exarata; ac etiãnum in aula Monaſterii antiqua penicillo effigies ejuſdem Card. una cum gentilitio ſtemmate adumbrata ſpectatur, ſubditaque eſt hæc epigraphe. *Effigies Reverendiſſimi Patris D. Joannis Cardinalis Portuenſis, Ordinis Ciſtercienſis, qui hujus monaſterii extitit fundator, & Pater.* Viget adhuc grata in piiſſimum parentem in Monialium animis memoria, quippe ſingulis annis die 13. Julii, quo ille anno 1274. corporis vinculis Lugduni ſolutus eſt, ejus parentalia celebrant, ac in capitulo ex martyrologio antiquo hæc alta ab hebdomadaria voce decantantur. *Eadem die fit commemoratio Reverendiſſimi in Chriſto patris, ac domini, ſacræ Theologiæ profeſſoris, D. Joannis Epiſcopi Portuenſis, & tit. S. Laurentii in Lucina Epiſcopi, & Cardinalis, hujus monaſterii piiſſimi fundatoris, & patris.* Pro gentilitiis porrò inſignibus, non illud à Ciaconio cæteriſque relatum geſſit, ſed bipartitum in dextera parte, parmam cœruleam, quinque aureis liliis, in ſiniſtra auream, tribus cęruleis faſciis impreſſam, ac in medio pontificale pedum argenteum, prætulit, quæ pluribus in locis ejuſdem monaſterii expreſſa ſpectantur.



Hoc ſcutum Ciaconius Stephano Strigonienſi, ſub eodem Innocentio, Epiſcopo Præneſtino, re ipſa ad Joannem Anglum pertinens, gratis affinxit. Cæterùm ſcientiarum omnium genere perpolitus, lepidus, ac venuſtus poeta, dictiſque acutiſſimus Joannes extitit, de quo facetum iſtud circumfertur. Cum diuturniori tempore ab obitu Clementis IV. ſedes vacaſſet, ac certo die Cardinales in ſpeciem potius quam ſeria creandi ſummi Pontificis voluntate, coacti eſſent; jamque tempus, quo Spiritum S. illi eſſent invocaturi proximè immineret, aſſurgens Joannes, in has voces altè prorupit. Domini fratres, conſentaneum foret, ut tectum iſtius cameræ, quo Spiritus S. ad animos obſtinatos, & pervicaces, ad creationem boni Pontificis inflectendos, ingredi poſſet, aperiri juberemus: cum enim nullo alio modo eo penetrare poſſit, numquam perturbatos animi motus privatoſque affectus exuemus: nec in luctu jacentem orbam Chriſtianitatem creato novo Pontifice erigemus. Quibus facetiſſimè ſalibus jactis, Collegium Cardinalium, ad tuendam, augendamque Eccleſiam, novumque eligendum Pontificem vehementiſſimo Spiritu cohortatus, Theobaldi Vicecomitis Placentini, Archidiaconi Leodienſis, tunc in Oriente agentis, virtutes ſummis laudibus exaggeravit, probavitq; quantam utilitatem ab illis creatus Pontifex Eccleſiæ conciliaturus eſſet: adeo ut perrupta animorum duritie eodem manè ab omnibus Pontifex electus, & acclamatus fuerit, ac Gregorius X. poſtea nuncupatus. Quibus viſis Joannes ingenti lætitiæ delibutus cum de feliciſſimo eventu una cum cæteris Cardinalibus ſibi gratularetur in promptu hoc Diſtichon effudit.

Papatus munus, tulit Archidiaconus unus,
Quem patrem patrum fecit diſcordia fratrum.

Nec Joannis opinionem præclaræ virtutes Gregorii, cujus promotio tanto ardore ab ipſo fuerat ſollicitata, fefellerunt, cum Gregorius tanto zelo, ac pietate Eccleſiam adminiſtrarit, tantaque Deus, in ejus vita, ac morte, prodigia explicuerit, ut ob ea, ejus hodie, ut Beati unius memoria, ſumma veneratione colatur, ac ad eum in numerum SS. adſcribendum incumbatur. Lugduni Joannes migravit è vivis ann. 1274. Julii 13. dum Concilium generale celebraretur, ſummoque ſui relicto deſiderio, incredibili luctu ſepulchro conditus eſt apud Prædicatores.

44. Fr. ROBERTUS Hilvardey, a cognomento Beliberi, Anglus, Ordinis S. Dominici, Cantuariæ Archiepiſcopus, vir doctiſſimus à Nicolao III. Põt. Max. ſublectus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ac S. Rufinæ anno 1278. vel ut alii volunt 1277. Viterbii vitam finivit anno 1280. non ſine hauſti veneni ſuſpicione, ut Joannes Pitſæus de ſcriptoribus Eccleſiæ Angliæ narrat. Sepultus eſt in templo S. Mariæ ad gradus. Plura monumenta reliquit ingenii. Conſule memoratum Pitſæum, Ciac. Polidor. Virgil. Nicol. Harpsfeldium cap. 7. ſecul. 13. hiſtor. Anglicanæ. Ejuſdem laudes non tacuit Matth. Paris in Anglicana hiſtor. Ejus gentilitia ſtemmata tres nicleas continebant rectæ regulæ affixas, ſcuti campum ex obliquo ſecantis, ut antiquæ Britanniæ Auctor affirmat. Cujus ſanè auctoritas Ciaconium convincit erroris, qui eidem in ſuo de Pontificibus opere, quæcunque collibuerunt, gratis affinxit. XLVII.

a ſeu Ka-[illegible] Kilwardby.

45. BERNARDUS de Languiſello, natione Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, à Martino IV. Pontifice, Card. Epiſcopus Portuenſis, ac S. Rufinæ electus eſt ann. 1281. tum Æmiliæ, Etruriæque legatus. Succeſſorem habuit in Eccleſia Arelatenſi Bertrandum Rhemenſem canonicum, & Martini Papæ à ſacrificiis, ab eodem Pontifice promotum in locum alterius Bertrandi Joannis tunc Canonici Agathenſis, ac cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris à capitulo in locum tranſlati Bertrandi ad Portuenſem Eccleſiam electi, qui electioni liberè ceſſit. Id habetur in Reg. Vatic. epiſt. 98. fol. 25. an. 1. Martini IV. Datum Urbeveteri 13. Kal. Februar. anno 1. Obiit Bernardus Urbeveteri an. 1290. ſepultus fuit in eccleſia S. Franciſci. Narrant Petrus Saxus in Arelatenſi hiſtor. Petruſque Frizon in Gallia Purpurata, hunc Bernardum de Languiſello Portuenſem Epiſcopum anno 1294. ſuum ultimum condidiſſe teſtamentum, præſentibus Andrea Avenionenſi, ac Berardo Nemauſenſi Epiſcopis fratribus, Guillelmo, & Petro notario, poſt quẽ annum obiiſſe affirmant, contra Ciaconium, qui eum an. 1290. mortuum ſcribit. Sed uterque manifeſtè decipitur; ſiquidem Fr. Matthæus de Aquaſparta Minorita ex presb. Card. in Portuenſi ſede Bernardo ſubrogatur à Nicolao IV. menſ. Decembri 1291. ex reg. Vatic. Idem Matthæus Portuenſis Epiſcopus interfuit electioni Cęleſtini V. ac Bonifacii VIII. an. 1294 ut habetur in lib. oblig. ſacri Collegii, in quo leguntur omnium Cardinalium tunc viventium nomina ante Cœleſtini V. electionem, tertio verò loco Fr. Matthæus Portuenſis Epiſcopus notatur. Quomodo ergo Bernardus potuerit in vivis eſſe hoc eodem anno 1294. doceant ipſi. Interim ſatis habuero, ſi ex inſcriptione ejuſdem Bernardi ſepulchrali, quæ adhuc Urbeveteri ante Aram principem eccleſiæ S. Franciſci in pavimento in marmoreo lapide cum effigie, & inſignibus legitur Ciaconium ex parte vera narraſſe dixero. Exceſſit enim Bernardus non quidem Romæ, ſed Urbe- XLVIII

vete-

veteri anno 1290. quo ſeceſſerat cum Nicolao IV. ad novæ Cathedralis ædificationis initium ſpectandum; en inſcriptio prætereuntium pedibus pene corroſa, ibi & Parma tribus faſciis exarata ſpectatur.

Anno Domini MCCLXXXX. videlicet xiij. Kal. Octobris obiit bona mem. Dominus Bernardus Epiſcopus Portuenſis.
Hunc Rex æterne Patri ſociare ſuperno,
Pro quo mundana reputabit gaudia vana,
Et mens ſollicita fuit . . . .
Culpis purgata, ac prorſus fieret tibi grata,



XLIX 46. Fr. MATTHÆUS de Aquaſparta Tudertinæ Diœceſis in Umbria, Ord. Minorum Generalis Magiſter, ac presbyter Cardinalis, tit. S. Laurentii in Damaſo à Nicolao IV. electus anno 1288. ab eodem etiam Epiſcopus Portuenſis, ac S. Rufinæ pronunciatus ab anno 1291. Tribus legationibus egregiè perſunctus eſt, Inſubriæ, Æmiliæ, atque Etruriæ Anno verò 1300. cum Florentinæ res ad exitium propemodum fluctuarent, Guelfis, Ghibelliniſque inter ſe decertantibus, iterum Matthæus in Etruriam miſſus eſt, ut gliſcenti malo ſua ſapientia mederetur. Cæterùm cum in ejus fœderis expediendis conſiliia, ex unius partis affectu rem omnem tranſigere veniſſet in ſuſpicionem, coactus eſt, factioſis neſcio quid violentum minitantibus, Florentia, rebus infectis, exire, quam ipſe viciſſim, percitus ira, à communione fideliū, Religionis intentato telo, ſubmovit, rediitque ad curiam. Romæ deceſſit anno 1302. ſepultuſque eſt in Ara Cœli, marmoreo, ſed elingui ſepulchro. Omni doctrinarum genere Matthæus ornatiſſimus fuit, multaque compoſuit, edidit que, quæ illius ingenium, atq; acumen maximè commendent. Cujus quidem diffuſè meminit amicus meus doctiſſimus Lucas Wadingus Hybernenſis in ſuis de ordine Minorum Annal. is ille, qui noſtrum hoc de Epiſcopis Italiæ opus, maturiùs quam ipſi decreveramus, ſuis vel adhortationibus, vel ſtimulis in lucem prodire compellit.

L. 47. Fr. JOANNES Minius de Murro Vallenſe, Firmanæ Diœceſis, Ord. Min. Generalis Magiſter, à Bonifacio VIII. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ac S. Rufinæ ſublectus eſt, anno 1302. 25. a Novembris. Hic ille Joannes eſt, qui S. Ludovicum primogenitum Caroli Neapolitani Regis, Ord. Min. Alumnum excepit. Valuit Joannes doctrina, prudentiaque, induſtriamque ſuam in Galliis, quo miſſus fuerat legatus, planè oſtendit. Intrepidè ſe geſſit, ubi S. Sedis Apoſtolicæ dignitas ageretur, inque Viennenſi Concilio à Clemente V. celebrato, memoriam Bonifacii VIII. ſtrenuè defendit contra Philippum Galliarum Regem, qui illam impugnabat. Avenione deceſſit ann. 1312. ſepultuſque eſt in eccleſia Fratrum Minorum. Conſule Wadingum.

a 25. Dec. Luc. ...

LI 48. JACOBUS ARNALDUS de Oſſa Cadurcenſis Vaſco-Gallus, Epiſcopus b Avenionenſis, à Clemente V. ad Epiſcopatum Portuenſem, ac S. Rufinæ vocatus eſt, anno 1312. menſe Decembris 14. anno verò 1316. in ſummum Pontificatum ſucceſſit, appellatuſque eſt Joannes xxij.

b Archiepiſcopus.

LII. 49. BERNARDUS de Caſtaneto Gallus de Monte Peſſulano Albienſis Epiſcopus, à Joāne xxij. Card. Portuenſis, ac S. Rufinæ ſublectus eſt anno 1316. 18. Decembris, antiquæ probitatis, ac dignitatis, deque Chriſti Eccleſia optimè meritus Præſul, quique jam inde à X. Gregorii temporibus Capellanus Pontificis extitit, tum & ſacri Palatii Auditor, Epiſcopus Aniciensia. Crediderim ſomniare Ciaconium cum deceſſiſſe Bernardum affirmat an. 1326. Cum perſpicuè Avenione fato ceſſerit 1317. die 14. menſis Auguſti, ex

A lib. oblig. Hujus meminit Almericus Augerius Biterrenſis in vita Innocentii VI. à quo Bernardus ex Sacri Palatii Auditore Epiſcopus Albienſis ſublectus eſt. Conſule Ioannem Chenu Claudiumque Robertum.

50. BERINGARIUS Freduli junior Gallus, Epiſcopus Biterrenſis, à Clemente V. electus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei, die 12. Decembris 1312. deceſſit Epiſcopus Cardinalis Portuenſia ſub Joanne xxij. circa annum 1323. Duos fuiſſe Beringarios Cardinales ejuſdem nominis, & cognominis benè probat Contilorus ex lib. oblig. primum ſeniorem Tuſculanum Epiſcopum, alterum juniorē Epiſcopum Cardinalem Portuenſem, ambos à Clemente V. inter Cardinales adſcitos. Ciaconius, & Frizon. unum fuiſſe Beringarium ſcribūnt; duos enumeraſſent, ſi Vaticana monumenta inſpexiſſent. LIII

(„ PETRUS *de Reblayo, ſive de Aſreblayo apud* „ *Gallos nobili ſtipite natus, Canonicus S. Quirini in* „ *Normandia, ut docet Claudius Hemereus in Auguſta* „ *Viromanduorum, deinde Archidiaconus Borbonenſis* „ *in Eccleſia Auguſtodunenſi, poſtmodū à Joanne XXII* „ *factus Presb. Card. tit. S. Suſanna ann. 1316. Et ad E-* „ *piſcopatum Portuenſem vocatus per obitum Fredoli.* „ *Adhuc enim an. 1322. vocatur apud Raynoldum Pres-* „ *byter Cardinalis. Ignotus hic inter Portuenſes Ughel-* „ *lo, Ciaconio, & Auctarius: & hiatus ille plurium anno-* „ *rum, qui intercedit in ſerie Ughel. inter Berengarium,* „ *& Joannem Convennarum, ſupplēdus quippe eſt ex hoc* „ *Petro, cujus Epiſcopalis Portuenſis muneris certa ha-* „ *betur Fides ex ſententia lata a Joanne XXII. an. 1328* „ *contra Michaelem Minoritam, in quem etiam tela ſa-* „ *pientia ſua vibraverat Petrus iſte, ubi Pontifex Petrū* „ *aſſerit Portuenſem Epiſcopum. Ita ex Nicolao Mino-* „ *rita Baluzius in notis ad Vitas Paparum Aven. Obiit* „ *Petrus 1329. adeoq; poſt an. 1327. Joānes ſucceſſit. Luc.*) LIV.

B

51. JOANNES Convennarum Comes Gallus, ex Archiepiſcopo Toloſano c, ſublectus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, d ac S. Rufinæ anno 1327. e 18. Decembris. Hic cum poſt mortem Joannis XXII. in ſummum Pontificem à Cardinalibus ea conditione eligeretur, ut nunquam concederet Romam; ex generoſitate animi renuit in eam conditionem jurare, reſpuitque Pontificatum illum, qui ſervituti propior foret, quàm libero in cæteros Imperio uteretur. Sub Clemente VI. Joannes accuſatus eſt in necem Andreæ Neapolitani Regis impiè conſenſiſſe, ut eo videlicet ſcelere, à Carolo Durazzio nepote Calabriæ Duce gratiam iniret. Quamobrem ad Conciſtorium vocatum, coram Purpuratorum Senatu, illum Clemens aſperioribus verbis pupugit, proditorem illum, bis, ſemel, & iterùm proditorem inclamans. Conſule Joann. Villanum ſuarum hiſtor. lib. 12. cap. 109. Cæterùm Joannes, cum varia ſcientiarū ſupellectili locuples eſſet, præcipuaque excelleret eruditione multa perſcripſit, deceſſitque Avenione, anno 1348. 20. Novembris. In noſtris ad Ciaconium additionibus, impreſſoris incuriam interim cave lector. Siquidem ubi Joanni, titulus Portuenſis Epiſcopatus ſubjiciendus erat, Præneſtini ex inconſulta celeritate irrepſit. Elenchus S. R. E. Cardinalium pag. 30. translatum refert Joannem hunc de Convennis ab Eccleſia Toloſana ad Oſtienſem anno 1327. 18. Decembris, exceſſiſſe anno 1348. 20. Novembris. At ab anno 1327. ad annum uſque 1352. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis fuit Bertrandus de Pojetto, Joannis xxij. nepos, ut idem teſtatur Elenchi auctor Bertrando Oſtienſi electo Apoſtolicæ Sedis legato ſcribit idem Joannes Papa Kal. Maji, anno 12. qui fuit Chriſti 1328. apud Frizonium ut comitiis Generalibus Fratrū Minorum Bononiæ celebrādis aſſiſtat. De Bertrādo Cardinali Oſtiēſi Apoſtolicæ Sedis in Italia legato extat frequēs memoria apud illius ævi auctores. Impreſſoris, ſeu Amanuenſis Elenchi incuria error irrepſit, ut pro Portuēſi, Oſtienſis Epiſcopus legatur Joannes hic noſter. LV.


c Toloſano Occitaniæ Provinciæ in Galliis. Luc.
d Non Oſtienſis ut male ſcribit Contilorus.
e 1319.

C

D

LVI. 52. BERNARDUS de Albia Gallus Apamienſis, Epiſcopus Ruthenenſis, presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis creatus à Benedicto XII. an. 1338. die 18. Dec. ſub Clem. VI. in Hiſpania legatus fuit an. 1347. ad Petrum Aragoniæ, & Jacobum Majoricorum Re-

ges inter ſe dimicantes, inducias ab eis impetravit, ut ſuo tempore fœdus inirent. Petrus Rex à falſis ſuggeſtoribus inductus Epiſcopo Gerundenſi, & Canonicis inſenſior, toto Regno eos ejecerat, à Sede Apoſtolica excommunicatione percuſſus: ad cor rediens profugos revocavit, ſupplex à Pontifice obtinuit, ut Bernardus Cardinalis ipſum anathemate ſolveret, & ſacra univerſo Regno interdicta poſtliminio reſtitueret. Anno 1348. ex Hiſpania ad curiam reverſus, in demortui Joannis Card. Convennarum locum Epiſc. Card. Portuenſis electus eſt; quo anno 13. Septemb. Avenione in Eccleſia Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo, inter miſſarum ſolemnia, munus benedictionis impendit Conrado, electo Abbati monaſterii S. Petri de Paliano, Ordinis Ciſterc. Præneſtinæ Diœceſis, Clemente VI. jubente. Extat in archivio cœnobii S. Salvatoris Montis Amiati Senenſis ditionis (cujus alumnus fuerat Conradus iſte Abbas) benedictionis diploma noſtri Bernardi Portuenſis Epiſc. indicat una cum ejuſdem gentilitio ſtemmate ceræ impreſſo, Caſtellum ſcilicet cum turribus, ut vides in Parma, Ciaconio, cæteriſque hucuſque incognita.



Obiit Bernardus ann. 1350. die 13. Novembris, ut ex lib. obligat. benè notat Elenchus. Ciacon. obiiſſe refert an. 1344. Frizon 1348. ſed malè. Franciſcus Petrarcha ſæpè numero in Epiſtolis meminit hujus Bernardi cognomento de Albia, & ita olim ad eum ſcripſit.

Dis tecum uberius, quoniam tibi conſcia cœli
Vox adamantina eſt, calamus quoque ferreus, omnes
Promptus ad inſultus, pleno tibi copia cornu
Copia ſuppeditat, verſus brevis hora trecentos,
Et ſeptem decies excudit.

LVII. 53. Guido de Bolonia frater Comitis Boloniæ in Piccardia Galliæ provincia, non autem Bolonienſis Epiſc. neque de Monteforti, ut Ciac. perperam ſcribit, filius fuit Roberti Comitis Bolonienſis, atque Arvernenſis, atque Mariæ è Flandria, fraterque Joannis Comitis Montis fortis, propatruus Roberti Gebennenſis qui Antipapa in ſchiſmate fuit electus, ſub nomine VII. Clementis, Cardinalitia Purpura à Clemente VI. condecoratus eſt ann. 1342. ſub tit. S. Cæciliæ, cum Archiepiſcopus Lugduni ſederet; Tornacenſemque eccleſiam jam olim antea rexiſſet, atque Cameracenſem; ab eodemque Pontifice Clemente Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ac S. Rufinæ effectus eſt anno 1350. vir ſanè egregius ob multas prudentiſſimè functas legationes. Deceſſit Ilerdæ in Hiſpania, ubi ſub XI. Gregorio legatus, eccleſiaſtica tranſigebat negotia anno 1373. 25. Novembris, ibidemque tumulatus quieſcit, in Abbatia Bouſetti. Meminit Guidonis Matthæus Villanus, Theodoricus à Niem, Marianus de rebus Hiſpaniæ, Franciſcus Boſquettus in notis ad Vitam Clementis VI. de quo Guillelmus Cortuſius in hiſtor. de novitatibus Paduæ lib. 10. c. 1.

Guido Comes Bononiæ de ſupra mare, tituli S. Luciæ (legendum S. Cæciliæ) *presbyter Card. R. E. legatus occurrentibus Dominis Paduæ, & laicis cum toto clero, intravit Paduam, & ſedem poſuit in Palatio dominorum cum CCC. equis, expenſis dominorum anno 1349. die 11. Martis. Poſtea ivit Venetias, & per Tarviſium ivit in Ungariam, & treguas fecit inter Regem Ungariæ, & Ludovicum maritum Joannæ Apuliæ Reginæ. Reverſus Paduam in anno ſequenti, & menſe Februarii, voluit de pace componere inter Patriarcham, & Duces Goritiæ, ſed nequiit. Unde poſtea occiditur Patriarcha. Corpus B. Antonii confeſſoris translatum fuit die 15. Febr. Tunc ſupra Arcam ejus, Dominus legatus miſſam celebravit, præſentibus Domino Patriarcha Aquilejenſi, Archiepiſcopo Jadræ, Aldobrandino Epiſcopo Paduæ, Epiſcopo Veronæ, & multis aliis Epiſcopis, & Prælatis. Sequenti die Clugienſibus occurrentibus uſq; Paduam, & a Dominis ſociatus uſque ad mare, aſcendens naves Clugiæ ornatas magnificè, ivit Clugiam, deinde Romam, propter indulgentiam generalem, menſe Maji reverſus Paduam de Prælatis ſuæ legationis celebravit Concilium generale. Poſt hoc per Vicentiam ivit Avenionem.* Hæc ille. Scutum Guidonis hujus Card. Bolonienſis non eſt illud à Ciacon. cæteriſque relatum, ſed parma aurea vexillo tribus ſegmentis miniatis praſino fimbriatis exarata, ut nos ipſi obſervavimus Patavii in Eccleſia S. Antonii, encauſto picta in Argentea theca ab ipſo dono data, in qua idem ipſe Apoſtolicus legatus maxillam S. Antonii incluſerat, cujus interceſſione ab imminenti mortis periculo evaſerat, ut refert Valerius Polidorus in deſcriptione eccleſ. S. Antonii. Scutũ eſt hujuſmodi,



54. PETRUS Corſinus Epiſcopus, ac Florentinus Patritius ab Urbano V. electus presb. Card. ſub tit. S. Laurentii in Damaſo 1367. poſtea à Gregorio XI. Epiſcopus Card. Portuenſis, ac S. Rufinæ declaratus 1374. Cæterùm defuncto Gregorio, Petrus unus è tribus illis Cardinalibus fuit, qui facta ſeceſſione, Clementem VII. Antipapam crearunt. Cumque ipſe Avenionem in Gallias profectus eſſet, ibi anno 1405. è vivis exceſſit, ſepultuſque eſt apud Auguſtinianos cum hoc Epitaphio. LVIII.

Hic jacet Reverendiſſimus in Chriſto Pater
Dominus Petrus de Corſinis de Florentia,
Decretorum Doctor, Portuenſis Epiſcopus
Cardinalis, qui obiit die xvi. Auguſti,
anno Domini MCCCCV. & ann. ſui Cardinalatus xxxvi.
Anima requieſcat in pace.

Ejus deinde corpus deportatum Florentiam fuit, inque Cathedrali ſepultum. Cæterùm de ipſo plura, cum ſeriem Epiſcoporum Florentinorum expediemus. Poſt exceſſum Corſini à Benedicto XIII. Antipapa, quidam Beringarius Pſeudocardinalis tit. S. Clementis electus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, qui parum inde ſupervixit.

55. ANTONIUS Cajetanus Romanus presb. Card. tit. S. Cæciliæ, ex Aquilejenſi Patriarcha, à Bonifacio IX. creatus, poſt Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus effectus eſt, ac ſub Alexandro V. deinceps Epiſcopus Portuenſis, ac S. Rufinæ electus, ann. 1409. poſt Concilium Piſanum. In quibus quidem temporibus, cum inter Benedictum XIII. & XII. Gregorium ſchiſma invaluiſſet, perque diſciſſa partium ſtudia duo Præneſtini Epiſcopi adlecti fuiſſent; hic ſcilicet Cajetanus Antonius, ac Maloſiccus Vido è Galliis, poſteaque in Piſano Concilio, Antipapa relicto, ſchiſmaticorum pars, ſinceriori parti, veroq; Pontifici Alexandro adhæſiſſet, ne ejuſdem tituli à diverſis obtenta poſſeſſio, iterum ſenatum confunderet, Præneſtini titulus apud Maloſiccum manſit Vidonem, vacuoque Portuenſi, ac S. Rufinæ, Antonius Cajetanus inſignitus eſt. Deceſſit Antonius an. 1412. Romæ, atq; ad S. Mariam ſuper Minervam ſepul. eſt cum hoc Epitaph. LIX.

Hic requieſcit Reverendiſſimus in Chriſto
Pater Dominus Antonius Cajetanus Epiſcopus Portuenſis S. Romanæ Eccl. Card.
Qui obiit anno Domini MCD. xii.
menſe Januarii, die xi.
Indict. quinta.

De

De Antonio Cajetano poſtea plura, cum de Aquilejæ Patriarchis inſtituemus narrare.

LX. 56. LUDOVICUS Dux Barri Gallus, filius Roberti Barri Ducis, & Mariæ Joannis Regis Galliç filiæ, Blondæ *a* Aragoniæ Reginæ frater, Galliæ vero Reginæ conſobrinus, cum Lingonienſis eſſet Epiſcopus à Benedicto XIII. Auripapa Cardinalis S. Agathæ cooptatus eſt anno 1397. In Concilio verò Piſano legitimus presb. Card. SS. duodecim Apoſtolorum declaratus ann. 1409. à Joanne autem xxii. Epiſcopus Card Portuenſis, ac S. Rufinæ electus anno 1412. Legatione functus eſt in Germania, Galliaque, ut illa Regna faſces veri Pontificis, Imperiumque revererentur. Ab Eccleſia Lingonienſi ad Catalaunienſem translatus eſt, atque ab hac iterum ad Virdunenſem, cui Cathedrali Deiparæ dicatæ multas erogavit pecunias pro fundatione; peculiari enim cultu colebat Virginem Matrem. Lutetiæ Collegium Marchianum erexit, Franciſcanorum extruxit cœnobium. Varanii Barri Ducatum, & Muſſiponti Marchionatum anno 1319. ea conditione, ut inſignia Barrentia deferentur, contulit Renato Andegavenſi parvo nepoti, Comiti Guyſiæ, & Domino de Challii, & Longeumeaus, quē matrimonio conjunxit cum Iſabella Lotharena Caroli Ducis filia; à quo tempore hi duo Ducatus fuerunt uniti. Conſtantienſi Concilio interſuit; Quintique Martini Columnenſis electionem promovit ad Pontificatum. Varanii tandem, ſui Epiſcopatus Urbis deceſſit anno 1430. 23. Junii. Sepultus eſt in Cathedrali Virdunenſi, in ſacello S. Eliſabethæ, cum hoc Epitaphio.

a Blanchæ

Hic ſitus eſt fulgens Ludovicus laude perenni,
Quem Barri genuit gens generoſa Ducum.
Filia Regis erat Genitrix, de culmine ſummo
Francorum, & cuncta nobilitatis apex.
Hunc decus, & mores quondam celebrare ſolebant,
Dum Portuenſi Cardine dignus erat.
Egregius pariter præſentis Paſtor ovilis,
Ac Virdunenſis Pontificalis honos.
Hic certa ambiguis, præponens tuta timendis,
Sprevit opes Orbis, religione fruens.
At quia non moritur virtus, quid parca tuliſti?
Clara per æternos ſtat ſibi fama dies.
Mille quatercentum terdenos junxerat annos
Delius, & Julii tempora menſis erant:
Nunc Matris precibus æternæ dona quietis
Illi pro meritis, det Deus omnipotens.

LXI. 57. ANTONIUS Corarius Venetus, presb. Card. à Gregorio XII. patruo electus deinde presb. Cardin. Portuenſis, ac S. Rufinæ anno 1430. poſtea Oſtienſis 1431. denique vita functus eſt. vide ſupra.

LXII. 58. BRANDA Caſtillioneus Mediolanenſis, Epiſcopus Placentinus, presb. Cardin. electus a Joanne xxiii. ſub tit. S. Clementis, atque ab Eugenio IV. poſtea ſublectus Epiſcopus Card. Portuenſis, ac S. Rufinæ, ann. 1431. pr. Id. Maji, inde translatus ad Eccleſiam Sabinenſem anno 1440. iv. Kal. Februarii, vita ceſſit 1443. prid. Non. Februarii Caſtillione à Mediolano non procul, ibidemque ſepultus quieſcit, de quo, cum de Placentinis Epiſcopis agemus poſtea, plura.

LXIII 59. DOMINICUS Ram Hiſpanus Archiepiſcopus Tarraconenſis à Martino V. ad purpuram vocatus eſt an. 1426. ſed cum nondum publicè fuiſſet pronunciatus ab Eugenio deinde IV. ne quod in Eccleſia Chriſti ſchiſma exçſtuaret, cum aliis tribus, Cardinalis declaratus eſt ſub tit. SS. Joannis, & Pauli, Brandaque defuncto, eidem contulit Epiſcopatum Portuenſem, ac S. Rufinæ 1443. prid. Non. Martii. Deceſſit Romæ anno 1445. ſepultuſque eſt in Laterano, Epitaphio hujuſmodi ſepulchro inſculpto.

Hic jacet Reverendiſſ. in Chriſto Pater, & D.
D. Dominicus Ram Epiſcopus Portuenſ.
S.R.E. Cardinalis Tarracon. nuncupatus,
qui obiit anno Domini MCDXLV. menſ.
Aprilis. ætatis ſuæ centeſimo, vel circa.

LXIV 60. FRANCISCUS Condulmerius Venetus, Eugenii IV. nepos, presb. Card. tit. S. Clementis, Domi-

A nico Ram in Portuenſi epiſcopatu ſucceſſit 1445. S. R. E. Camerarius fuit ac Vicecancellarius, Veronenſiſque dignitate epiſcopatus aliquando etiam inſignitus fuit. Deceſſit Romæ 1453. nonis Septembris, ſepultuſque eſt in Vaticano. De quo in Veronenſibus Epiſcopis plura dicemus. Cæterū tempore hujus Franciſci Condulmerii Nicolaus V. Pont. Max. S. Rufinæ eccleſiam à Portuenſi disjunxit, illamque contulit Joanni Kemp Archiepiſcopo Cantuarienſi Anglo presb. Card. tit. S. Balbinæ, ea conditione, ut illorum Epiſcoporum, altero defuncto, duo illi epiſcopatus in ſuperſtitem iterum coirent. Et Cardinalis Kemp Condulmerio quidem ſuperſtes fuit, tametſi Portuenſis Epiſcopus nunquam fuerit declaratus. Cantuariæ deceſſit 1452. die 22. menſis Martii, de quo conſule noſtras additiones ad Ciac.

61. VVILLERMUS de Eſtoutevilla Gallus ex presb. Card. ſublectus eſt Epiſcopus Portuenſis 1453. poſtea Oſtienſis 1460. vide ſuprà. LXV.

62. JOANNES Carvajal Hiſpanus ex presb. Card. LXVI
B tit. S. Crucis in Hieruſalem, à Pio II. Epiſcopus Card. Portuenſis declaratus eſt 1460. Hic in caſtello Trugello ex nobilibus parentibus natus eſt, cumque generoſitate natalium doctrinam conjunxit, cum inter cæteras animi dotes juriſconſultiſſimus haberetur. Sub Eugenio IV. multis, graviſſimiſque legationibus functus eſt, eaque, quam apud Baſileam prudentiſſimè obivit, ita inclaruit, ut Romam reverſus, purpura cardinalitia cum epiſcopatu Placentino, in Hiſpania, omnibus bonis acclamantibus, ab eodem Eugenio Pontifice, donatus ſit. Bis in Germaniam profectus eſt, ut inteſtina odia inter Provinciæ principes, jam olim exacerbata extingueret, diu, multumque laboravit, ut Bohemorum ſuffocaret errores. Adeò Pontifex Pius Carvajalis judicio deferre ſolebat, ut ejuſdem adhortationibus incitatus de bello Turcæ inferendo seriò cogitaverit; quamobrem illum in commentariis ſuis ad cœlum tollit. S. ſedis Apoſtolicæ dignitati, auctoritatique ſtuduit, quam qui maximè. Animo regio fuit, ita ut Tagi ingentis fluminis utramque ripam opero-
C ſo junxerit ponte, ut prodeſſe publico poſſet, qui etiā hac noſtra tempeſtate Cardinalis pons in ejus munificentiæ laudem appellatur. Deceſſit Romæ an. 1469. 8. id. Decembris, ſepultuſque eſt in templo S. Marcelli ubi in marmorea tabula ſubjectum legitur epitaphiū.

Joanni Carvajali, Genere Ibero, Pont.
Portuenſi S.R.E. Cardinali, Patrum ſplendori, virtutum decori de religione, atque omni republica benemerito, qui vixit annis lxx. Beſſario Cardinalis Nicænus, Collega pientiſſimo.

Ibidē in eodē tabula marmorea muro proximè affixa.

Pontificum ſplendor jacet hic, ſacrique Senatus,
Namque animo Petrus, pectore Cæſar erat.
Hunc genuit Batis, rapuit ſed Roma, tenetque,
Corpora velat humus, ſpiritus aſtra colit.
Imputat hunc Batis Latio, cui fama perennis
Puniceas ſacro vertice fulſit apex.
Victus honor meritis, contempta, & munera vitæ;
Dum meliore ſui vivere parte cupit.
D *Ætherei qui magna fuit tutela Senatus,*
Joannes jacet hic Carvajal gentis Iberæ
Angelus in titulo Princeps, & Epiſcopus Almi
Portus, cujus habet meritis jam ſpiritus aſtra.

63. RICHARDUS Oliverius Longolius de Augio Gallus è Nortmannia, Patre Guillelmo de Longueil Vicecomite Augi, Domino de Longueil, à Callixto III. electus eſt presb. Card. tit. S. Euſebii, anno 1456. Hic primus Conſiliarius fuit Caroli Regis Frācorum, vir utique celebris, cujus pręclaras laudes Cardinalis Papienſis non tacuit. Conſtantienſem in Nortmannia Eccleſiam gubernavit. In ferenda ſententia conſtans, idem & liber. Quamobrem Pio II. chariſſimus fuit. Archipresbyteratum S. Petri penè à fundamentis erexit, tametſi ſemel inceptum opus non potuerit conſumare. Curavit fieri (1) ſimulachrum æreum S. Petri Apoſtolorum Principis, deſtructa Jovis LX VII.

Ca-

(1) Sed antiquiorem eam ſtatuam fuiſſe, & à temporibus uſque IV. Leonis Papæ extitiſſe oſtendit in ſuo libello, cui titulus *Li ſacri Trofei Romani* Franciſcus Maria Turrigius. Baſim tantum poſuit Richardus. *Lin.*

Capitolina ſtatua, & collocari in ipſa baſilica Vaticana. Adhuc exſtat cum inſignibus Longolianis propè ſacellum Gregorianum; populus confluit ad illius pedem dextrum piè, & religioſè deoſculandū. Sub Paulo II. legatus Peruſiam miſſus eſt, eodemque Pontifice ſedente Portuenſis, ac S. Rufinæ eſt Epiſcopus declaratus 1469. Deceſſit Peruſiæ 1470. 15. Kal Septembris. Alphonſ. Ciacon affirmat Romæ obiiſſe illum, ſed decipitur. Conſtat tamen Richardum teſtamenti executoribus demandaſſe; corpus ſuum Romam deferrent apud S. Petrum ante altare, quod ipſe reſtauraverat, ſepeliendum, ubi hæc inſcriptio legebatur.

Richardus Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Conſtantienſis, Normandiæ oriundus, hoc altare vetuſtiſſimum nova facie, & dote nova, teſtamento juſſit ornari, ubi in pace requieſcit MCD LXX.

LXVIII. 64. PHILIPPUS Calandrinus * Sarzanenſis, Nicolai V. frater germanus, Bononienſis Epiſcopus, presb. Card. S. Suſannæ 1449. tum S. Laurentii in Damaſo, Major Pœnitentiarius, Piceni legatus, Epiſcopatum Portuenſem adeptus eſt 1470. Obiit Bagnatiæ non procul à civitate Viterbii 1476. Non. Kal. Auguſti. Ejus corpus Romam tranſlatum, ſepultum eſt in S. Laurentio in Lucina, cum hoc Epitaphio.

* Ex Ap. t. 1.

Philippo Calandrino Sergienſi, Cardinali Bononienſi, Epiſcopo Portuenſi, ſanctæque R. E. ſummo Pœnitentiario, Nicolai V. Pont. Max. fratri, Joannes Matthæus Calandrinus patruo chariſſimo poſuit. Vixit annos LXXIII. Obiit anno ſalutis Chriſtianæ MCDLXXVI.

LXIX. 65. RODERICUS Borgia, Hiſpanus Valentinus, Callixti III. nepos, ab eodem Diaconus card. S. Nicolai in Carcere creatus eſt, Viceq; Cancellarius, atque Archidiaconus S. R. E. Inde ſub Sixto IV. Portuenſis Epiſcopatus eidem obvenit 1476. qui poſtea ſub nomine Alexandri VI ad ſummum Pontificatum aſcendit.

LXX. 66. JOANNES Michael Venetus, Pauli II. ex ſorore nepos, ex Epiſcopo Cardinali Albano Portuenſis, ac S. Rufinæ Epiſcopus adlectus eſt die 21. m. Auguſti 1492. cum jam inde Conſtantinopolit. patriarcha fuiſſet, contraq; Ferdinandum Neapolitanū Regem in Pontificio exercitu ſub Innocentio VIII. legatus fuiſſet. Deceſſit Romæ 1503. 4. Idus Aprilis; ſepultuſque eſt apud S. Marcellum. Cæterùm cùm de Veronenſibus, ac Patavinis Epiſcopis erit nobis inſtituta narratio, tunc plura de eo. Siquidem utriuſque eccleſiæ titulis aliquando eſt condecoratus.

LXXI. 67. GEORGIUS Coſta Luſitanus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ dignitatem pervenit anno 1503. Hic obſcuris ſatis parentibus ortus eſt, cumque S. Catharinam Alexandrinam impenſiùs coleret, quæ inter tormenta rotarum vitam dimiſerat, ſumpſeratque palmam Martyrii, annos pubertatis egreſſus, pro gentilitiis ſuis ſtemmatibus Rotam ſtatuit, ut inde claritudinem auſpicaretur, unde ad cæteram vitam cohoneſtandam ſibi ſperabat adfutura ſubſidia. Adhuc adoleſcebat, cùm apud S. Mariam de Alcobatia, celebre Ciſtercienſis Ordinis monaſterium Ulyſſiponenſis Diœceſis literas didiciſſet, ubi cum ex literis, agendiq; dexteritate inclaruiſſet, tantam apud Luſitaniæ Regem earundem virtutum nomine collegit gratiam, ut ad excipiēdas Aulæ confeſſiones deſtinaretur. Inde ejuſdem monaſterii Alcobatiæ commendatarius Abbas evaſit, poſt Ulyſſiponenſis Archiepiſcopus, donec inclareſcentibus meritis, ſub Sixto IV. purpura Romana condecoratus eſt, ſub tit. SS. Marcellini, & Petri. Apoſtolica legatione functus eſt apud Venetos, ſibi collega adjuncto Duce Feria provido viro, inque expediendis conſiliis prompto. Cum centum annorum, & eo amplius tuliſſet ætatem, Romæ deceſſit 19. Septembris 1508. ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ, ut vocant, de Populo, in ſacello, quod ipſe vivens conſtruendum, exornandumq; curaverat. Illius marmoreū, elegānſque ſepulchrum hoc inciſum elogium ſtatim offert legentibus.

Georgius Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Ulixponenſis, dum ſe mortalem animo volvit vivens ſibi poſuit.

D. O. M.

Georgius Luſitanus Epiſcopus Portuenſis, S. R. E. Cardinalis Ulixponenſis, virtutis Doctor Reg. Ergo in Regiam aſcitus, ac multis, domi, foriſque præclaris facinoribus editis ad regni procurationem provectus à Xyſto Quarto in Senatum adlectus, Romamque adſcitus magnam ingenii, pietatis, prudentiaque laudem adeptus, ſub Julio Secundo Pontifice maximo, quem unicè dilexit, & obſervavit, annum agens ſecundum ſupra centeſimum, obiit M. D. VIII.

Ad pedes ſepulchri marmoreum lapidem vidimus, unà cum effigie, ac ſequenti inſcriptione Georgii Archiep. Bracharenſis ibidem ſepulti à Card. fratre.

Georgius Archiepiſcopus Bracharenſis, qui dum Romæ ob pietatem fratris ſervitiis inhæreret, immature eripitur. Georg. Epiſc. Tuſculanus Card. Portugal. munus, quod ab eo optabat, contulit.

68. RAPHAEL Riarius, ex Epiſcopo Sabinenſi, & Cardinali, ad Portuenſem ac S. Rufinæ Epiſcopatum aſcendit ann. 1508. deinde Oſtienſem obtinuit 1511. Conſule ſuperiùs expeditam narrationem. LXXII.

69. DOMINICUS Grimanus Venetus, ex Epiſcopo Card. Tuſculano, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ aſſumptus eſt, anno 1511. De eo plura, cùm de Aquilejæ Patriarchis, in quibus & ipſe fulſit, ex propoſito illorum Præſulum ſeriem explicabimus. Deceſſit Grimanus 1523. 27. die Auguſti; ſepultuſque eſt in tēplo SS. Joannis, & Pauli. Ejus laudes Andreas Victorellus homo doctus, ac eloquens in ſuis Ciacon. notis cumulatiſſimè enarravit, amicus meus, atque in ea correctione ſuaviſſimus collega ac ſocius. LXXIII.

70. FRANCISCUS Cardinalis Soderinus Florentinus, ex Epiſcopo Præneſtino, Portuenſem, ac S. Rufinæ adeptus eſt die 24. menſis Decembris 1523. Idemque poſtea Oſtienſi inſignitus eſt. vide ſuprà. LXXIV.

71. NICOLAUS Fieſcus Card. Epiſcopus Sabinus, Portuenſis, ac S. Rufinæ effectus eſt 16. die Decembris an. 1523. idemque in Oſtienſem cooptatus eſt an. 1524. Conſule quod ſupra attulimus. LXXV.

72. ALEXANDER Farneſius Epiſcopus Cardinalis Sabinus, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ tranſlatus eſt 1524. die 18. Maji. die verò 15. menſ. Junii ejuſdem anni Oſtienſis declaratus eſt. LXXVI

73. ANTONIUS Maria de Monte S. Sabini, Epiſcopus Sabinenſis ad Portuenſem, ac S. Rufinæ promotus eſt die 15. menſis Junii ann. 1524. Hic juriſconſultiſſimus fuit, Archiepiſcopus Sypontinus, Apoſtolicæ Cameræ auditor, ac Rotæ, ut vocant, cumque omnium munerum gradus, qui in Romana aula ad majora gradientibus obiici ſolent, abſolutiſſima prudentia nixus conſcendiſſet, à Julio demùm II. Pont. Max. Purpuratus Cardinalis renunciatus, ann. 1511. Epiſcopus Papienſis dictus eſt, poſt etiam Novarienſis, cujus ſuo loco, & tempore, laudes ſilentio non obruemus. Romæ vivis exemptus eſt an. 1533. 12. Kal. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in monte Aureo, cujus ſepulchrum Julius III. ejuſdem Antonii Mariæ nepos ſubjecto Epitaphio elegantiſſimum conſtruendum curavit. LXXVII

D. O. M.

Antonio Fabiani filio de Monte S. R. E. Epiſcopo Cardinali Portuenſi, qui ob ſingularem Cæſarei, & Pontificii juris ſcientiam, urbanis ferè omnibus I. D. Magiſtratibus ſub Innocentio VIII. Alexandro VI. & Julio II. Pontificibus maximis, ſanctiſſimè geſtis, ab eodem Julio per omnes dignitatum gradus, in Cardinalium ordinem aſcitus eſt, multiſq; inde Reipubl. muneribus, domi, foriſque præfectus, ac in Umbria ſemel Leonis X. & Clementis VII. in Urbe iterum legatus, eam ſemper præ ſe integritatem, prudentiam, pietatem tulit, ut Romana Eccleſia, non jam fratrem, ac membrum nobiliſſimum, ſed caput ipſum, & Patrem ejus morte amiſiſſe viſa ſit.

Vixit ann. LXXII. E vita exceſſit Anno Chriſti M. D. XXXIII. Julius III. Pontifex maxim. patruo chariſſimo, ac de ſe, & Balduino fratre optimè merenti fecit.

LXX VIII. 74. JOANNES Card. Piccolomineus, cum eſſet Epiſcopus Præneſtinus, Portuenſis, ac S. Rufinæ epiſcopatus illi obvenit an. 1533. die 26. menſ. Auguſti, ac deinceps etiam Oſtienſis epiſcopus effectus eſt.

LX XIX. 75. JOANNES Dominicus de Cupis Romanus, Epiſcopus Card. Sabinenſis, Portuenſis, ac S. Rufinæ ſublectus eſt 1535. die 26. menſis Februarii, ad Oſtienſem deinde translatus eſt 1537.

LX XX. 76. BONIFACIUS Ferrerius Vercellenſis, à Leone X. Cardinalis creatus eſt 1512. ex epiſcopo Eporedienſi, deinde Sabinenſis, nec multo poſt Portuenſis, ac S. Rufinæ declaratus eſt 1537. die 24. menſ. Septemb. Deceſſit 1543. m. Januario, de quo plura infrà reperies, cùm de epiſcopis Eporedienſibus agemus.

LX XXI. 77. ANTONIUS Sanſeverinus, Neapolitanus, Tarentinus Archiepiſcopus, ſub Clemente VII. ſenatoriam purpuram conſecutus eſt; ſub Paulo vero III. ex epiſcopo Sabinenſi ad Portuenſem pervenit, die 18. menſ. Januarii 1543. eodem anno deceſſit 17. Kal. Septembris ſepultuſque eſt in templo S. Trinitatis ad montem Pincium. Conſule infrà, quæ de epiſcopis Tarentinis ſcribemus, ſi de Antonio plura deſideras.

LXX XII. 78. MARINUS Grimanus Venetus, à Clemente VII. Card. effectus, ſub Paulo deinde III. ex epiſcopo Tuſculano ad Portuenſem aſcendit, an. 1543. die 24. menſis Sept. In Urbevetana civitate deceſſit 1546. cujus corpus Venetias deportatum, apud S. Franciſcum tumulatum eſt. De eo plura poſtea.

LX XXIII 79. JOANNES Salviatus nobilis Florentinus, ſub Leone X. Cardinalis, ejuſdem Pontificis nepos an. 1546. die 7. menſis Octob. ex Sabinenſi Epiſcopo, Portuenſis, ac S. Rufinæ effectus eſt. (1) Deceſſit 1553. 5. Kal. Novemb. De eo vide plura in Epiſcopis Ferrarienſibus, cujus eccleſiæ titulo aliquando inſignitus eſt.

LX. XXIV 80. JOANNES Petrus Caraffa Cardinalis Theatinus, è Tuſculano Epiſcopo dictus eſt Portuenſis 1553. die 24. menſis Novembris, deinceps etiam Oſtienſis, ut ſupra narravimus.

LX XXV. 81. JOANNES Bellajus Gallus Cardinalis, Epiſcopus Tuſculanus, tum Portuenſis 1553. 2. Decemb. mox & Oſtienſis effectus eſt. Vide ſuprà.

LX XXVI 82. RODULPHUS Pius Card. Carpenſis ex Epiſcopo Tuſculano, Portuenſis effectus eſt an. 1555. die 29. m. Maji, ac Oſtieñſis deinceps, ut ſupra narravimus.

LXX XVII. 83. FRANCISCUS Cardinalis Piſanus, ex Epiſcopo Tuſculano ad Portueñſem aſcendit 1562. die 18. menſis Maji, an verò 1564. translatus eſt ad Oſtienſē.

LXX. XVIII 84. FEDERICUS Cæſius Romanus, ex Epiſcopo Tuſculano, Portuenſi epiſcopatu inſignitus eſt an. 1564. 12. die Maji. Hunc adhuc adoleſcentem, ſed nobiliſſimæ indolis, ex Epiſcopo Tudertino in presbyterum Card. tit. S. Pancratii Paulus III. cooptavit, mox & eidem Cremonenſem eccleſiam demandavit regendam. Romæ deceſſit 1565. 5. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, in nobili Cæſiorum ſacello, marmoreo tegente ſepulchro, ærea verò ſtatua demortuum, illicque quieſcentem cum hoc epitaphio prodente.

Federico Cæſio S. R. E. Cardinali Portuenſi, qui hoc ſacellum, & alterum in æde D. Mariæ pacis, & templum D. Catharinæ Virginum miſerabilium fundavit, Angelus Cæſius Patruo optimè merenti poſuit.

Vixit annos LXIV. Menſes VI. dies XXVII.

Obiit quinto Kal. Februarii M. D. LXV.

LXX XIX. 85. JOANNES Card. Moronus ex Epiſcopo Tuſculano, Portuenſis ſublectus eſt an. 1565. die 7. menſ. Febr. ac deinceps ut ſup. diximus, Oſtienſi potitus eſt.

XC. 86. CHRISTOPHORUS Madrutius Cardinalis Tridentinus, ex Epiſcopo Præneſtino factus Portuenſis 1570. die 3. menſis Julii, cujus virtutes, præclaraque geſta Andreas Victorellus in ſuis ad Ciac.

A notis, elegantiſſimè narrat; & nos item in eadem additione, eaſdem poſtea diffuſiùs narraturi, cum de Epiſcopis Tridentinis ex inſtituto loquemur. Deceſſit an. 1578. die 5. Julii menſis, ſepultuſque eſt apud S. Onuphrium, cum hoc epitaphio. XCI.

Chriſto Reſuſcitatori.

Chriſtophori Madrutii, Epiſcopi Portuenſis, Cardinalis Tridentini, oſſa hic requieſcunt. Obiit V. Julii. M. D. LXXVIII. ætatis ſuæ LXVI. eodem, quo natus eſt die recurrente.

87. ALEXANDER Cardinalis Farneſius, ex Epiſcopo Tuſculano, Portuenſis ſublectus eſt ao. 1580. XCII.
Oſtienſique deinceps titulo eſt inſignitus.

88. FULVIUS Corneus, Peruſinus, Card. Epiſcopus Albanenſis, Portuenſis effectus eſt an. 1580. die 5. XCIII
menſ. Decembris. Hic Julii III. ſummi Pontificis nepos ex ſorore fuit, ex presb. Card. tit. S. Marcelli, electus eſt Epiſcopus Peruſinus, Spoletinus, aliaſque eccleſias regendas ſuſcepit. Cæterùm plura de ipſo in Epiſcopis Peruſinis. Interim Fulvius cum Portuenſi dignitate fulgeret, ejus epiſcopatus templum majus propemodum lapſum reſtauravit, ut ubi antiquæ illius civitatis non poſſet revocare fortunam, ejuſdem ſaltem eccleſiaſticæ dignitatis relinqueret non obſcura veſtigia. Deceſſit Romæ die 11. menſ. Martii, an. 1583. ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Monte Aureo, in ſacello Card. Antonii de Monte, ubi in marmorea ad memoriam ſempiternam erecta pyramide, legitur ſubjectum epitaphium.

B

D. O. M.

Fulvius Corneus Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Peruſinus Sacellum hoc ab Antonio Cardinali de Monte erectum, & à Julio Tertio, Pontifice maximo avunculo ſuo exornatum in ſui corporis ſepulturam eligens annuo perpetuo reddituo pro ornamentis altaris ſubminiſtrandis, duobuſque anniverſariis pro ſua, & ejuſdem Antonii de Monte anima celebrandis locupletavit. Obiit die 11. Martii. M. D. LXXXIII. ætatis ſuæ anno LXVI.

C

89. JACOBUS Sabellus Romanus, Epiſcopus Tuſculanus, in Portuenſem cooptatus eſt, ann. 1583. XCIV
die 9. menſis Martii. Vita functus eſt Romæ an. 1587. ſepultuſque eſt in templo Servatori Jeſu dicato. De eo plura in epiſcopis Eugubinis, cujus eccleſiæ titulo aliquando condecoratus eſt.

90. JOANNES Antonius Sorbellonus Mediolanenſis, ex Epiſcopo Card. Tuſculano, Portuenſem eccleſiam, ac S. Rufinæ ſuſcepit regendam an. 1587. die 2. menſis Decembris, paulò poſt etiam Oſtienſis declaratus eſt. XCV.

91. ALPHONSUS Cardinalis Geſvaldus, Tuſculana relicta eccleſia, ad Portuenſem promotus eſt an. XCVI
1589. die 6. menſis Maji, in cujus dignitate verſatus eſt uſque ad ann. 1591. poſteaque ad Epiſcopatum Oſtienſem aſcendit.

92. INNICUS Avolos Epiſcopus Card. Tuſculanus ſublectus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis an. XC.
1591. die 20. menſis Martii. Deceſſit Romæ 1600. die VII.
D 20. menſ. Februarii. Natus Neapoli eſt ex Aragoniæ clariſſima proſapia. Parentem habuit Alphonſum Vaſtium Marchionem, pacis, belliq; artibus longè clariſſimum, cujus virtutibus, cum eas, quæ videantur ſacrum virum decere, virtutes pulcherrimo, rariſſimoque fœdere conjunxiſſet, à Pio IV. Pontifice Max. purpura condecoratus eſt, ſub tit. S. Adriani, mox S. Laurentii in Lucina 1561. vir utique magno ingenio, ſingularique prudentia præditus, adeòque Regio animo valuit, ut ſi priſcorum Avorum opes eidem ſubminiſtraſſet fortuna, regias partes cumulatiſſimè videretur poſſe complere. Denique ita apud Clementem VIII. gratioſus fuit, & ita eidem Pontifici dexteritas Avoli perſpecta, notaque erat, ut cum ad recuperandam Ferrariã Pontifex illò fuiſſet Roma progreſſus, totius Urbis adminiſtrationem Innico ſub legati titulo demandarit. Romæ obiit an. 1600. die 20. Febr.

93. PTHO-

(1) Harduinus in noviſſima Concil. editione tomo ultimo inter Epiſcopos Portuenſes in Patrimonio D. Petri Limpum Balthaſſarem, qui an. 1547. Concil. Tridentino interfuit, enumerat. At erroneè: cum Limpus non fuerit Epiſcopus Portuenſis in Patrimonio, ſed ulterius Portus in Hiſpaniis. Quod advertere hic libuit, ne à lapſis tal [illegible] Harduino incautus lector decipiatur.

XC VIII. 93. PTOLOMÆUS Galius ex Epiſcopo Card. Tuſculano ad Portuenſem aſcendit anu. 1600. die 21. menſ. Febr. nec multò poſt Oſtienſi potitus eſt.

XCIX. 94. HIERONYMUS Cardinalis Ruſticuccius à Sabinenſi Eccleſia, ad Portuenſem aſcendit au. 1603. 19. die menſis Februarii. Deceſſit eodem anno 14. die Junii, ſapultuſque eſt in Eccleſia S. Suſannæ ab ipſo à fundamentis reſtaurata. Vide infra de eo plura in Epiſcopis Senogallienſibus.

C. 95. HIERONYMUS Cardinalis Simoncellus Urbevetanus, Julii III. ex propinquo affinis, cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, ad Eccleſiam Portuenſem, ac S. Rufinæ promotus eſt 1603. 16. die Julii. Deceſſit Romæ 8 Kal. Martii 1605. ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ ad Populum. Deinceps de eo plura, nbi de Epiſcopis Urbevetanis.

CI. 96. DOMINICUS Cardinalis Pinellus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus Portuenſis, ac S. Rufinæ effectus eſt 1605. die 1. ineuntis menſis Junii; mox etiam ad Oſtienſem aſcendit.

CII. 97. Fr. HIERONYMUS Bernerius Aſculanus Card. Ord. Prædic. ex Epiſcopo Albanenſi, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ Eccleſiam promotus eſt anno 1607. 7. die Febr. Deceſſit 1611. ſepultuſque eſt in templo S. Sabinæ. De eo plura in Epiſcopis Aſculanis.

CIII. 98. ANTONIUS MARIA cognomento Gallus, Cardinalis Auximates, ex Epiſcopo Præneſtino, Portuenſis, ac S. Rufinæ declaratus eſt anno 1611. dia 16. menſis Auguſti; poſtea etiam Oſtienſis electus eſt.

CIV. 99. ANTONIUS Cardinalis Saulius poſt Epiſcopatum Sabinenſem, Portuenſis, ac S. Rufinæ dictus eſt anno 1615. die 16. menſis Septembris, eidemque poſtea Oſtienſis obvenit Eccleſia.

100. EVANGELISTA Paliotta Cardinalis Coſentinus, ex Epiſcopo Sabinenſi, factus eſt S. Rufinæ, ac Portuenſis ann. 1620. Deceſſit eodem an. die 22. m. Auguſti, die nimirum S. martyri Hippolyto Portuenſi Epiſcopo ſacra; ſepultuſque eſt in Tranſpontina, ut vocant, inde ad Caldarolam patriam ſuam tranſlatum, S. Catharinæ templum excepit. Plura de eo in Archiepiſcopis Coſentinis, quam quidem Eccleſiam ſumma prudentiæ laude adminiſtravit.

* Ex Ap. * Ad tumulum proſtrabit aliquando ſequens epitaphium à Jo: Baptiſta S. R. E. presb. Card. Paliotta nepote deſtinatum, cujus præclaras dotes cum animi candore, ſeveritate morum, vitæque integritate admirabitur, dignumque tanto patruo, deprædicabit poſteritas. Epitaphium eſt tale.

D. O. M.

Evangeliſta Palletto Epiſcopo Portuenſi, S. R. E. Card. Cuſentino nuncupato, qui cum divino (ut credere dignum eſt) afflante numine poſt civilium, ſacrarumque legum ſtadia Macerata feliciter abſoluta, è patria Romam jam ſacerdos petiiſſet, in Felicis Peretti Cardinalis Montalti Aulam adſcitus, omnem lapidem movit, ut eſſet ejus fortunæ faber, quæ parabatur demerenda voluntate tanti Principis, apud quem ſola virtutes inſtrumenta fuerant honorum, & gratiæ; Ingenuum ingenium, merum innocentium ſuavitatem, integritatem fidei, ut Republica Chriſtiana augenda ſtadium approbavit. Hinc ſupplicibus excipiendis libellis, arcanis negociis digerendis, & cum principibus viris pertractandis ſapientiſſimi Pontificis judicium mirificè commendavit, & in Archiepiſcopatus Cuſentini Regimine, in Datariatus adminiſtratione, & demùm in Cardinalitia Purpura, quæ & Archipresbyteratu Baſilicæ S. Petri de Urbe aucta fuit ſummis muneribus, honoribuſque parem ſe natum oſtendit; Conſequentibus annis ea Prudentiæ documenta dedit, ut extinctus Pontifex in Evangeliſta vivere crederetur.

Eam in Eccleſias ſuæ fidei commiſſas liberalitatem exercuit, ut redditus Eccleſiis reddiderit; Proventus enim in Templorum, ſacrarumque ædium convertit ædificia. Teſtatur id in Cuſentina Metropolitana reparatum Templum, quod fatiſcente jam jam collapſurum erat, Domus Archiepiſcopalis amplificatio, Seminarii erectio. In Tuſculana Cathedrali Ara maxima, quam e Pario marmore opus inſigne illuſtrat ſculptura. In Abbatia Macularum S. Geneſii Templum elegans D. Virgini Aſſumptæ a fundamentis exædificatum. In Titulari S. Laurentii in Lucina de Urbe nova Ædium adiecta membra.

Non ignarus pia liberalitate Cœlum eſſe venale, tam profuſi in egenos animi fuit, ut præter quotidianas in eos largitiones, voluerit etiam Domi Romæ octo Caldarolæ totidem juvenes ex eadem patria oriundos ſuo ſumptu ad virtutes, ad literas alere, donec commodior ſuppeteret iis fortuna.

Tandem morti propinquus, ab Urbe Caldarolam oſſa deferri juſſit, ut eſſet ſepulchralis urna inſepulti amoris in patriam monumentum. Et fidem præberet præſentia cinerum, ſe jam à juvenilibus annis exardeſcentes in patriæ decus divinumque cultum flammas, illaſtri ut vides magnificentia, in hoc monaſterio Virginum, & Eccleſia D. Catharinæ ſuis ſumptibus ædificatis, ac prædiis dotatis; In D. Martini Turonenſis Epiſcopi (cujus res geſtas jam adoleſcens ſibi propoſuit imitandas) Eccleſia in prærupto, ac deformibus locis ad patriæ venuſtatem, magnis impenſis conſtructa; & inſigni præpoſiti, canonicorum ſex, beneficiatorum ſex, clericorum duorum collegiata, ſuis item ſumptibus, prædiiſque attributis dotata; Et in SS. Gregorii, & Valentini Martyrum, & in Virginis Deiparæ de Monte, aliiſque Templis hic, alibi erectis, auctis, & in non exilibus ad ornatum Oppidi ædium, domorumque ſtructuris, excitare, perennare voluiſſe.

Tanti ergo Patrui venerationi plurimum debens.
Jo: Baptiſta tit. S. Sylveſtri in capite S. R. E. presb.
Card. Pallottus à ſanctiſſ. D. N. Urbano VIII. ejuſ-
dem dum viveret, amantiſſimo creatus, & Marti-
no hic etiam requieſcente fratre germano Nepos hoc
monumentum extare voluit, poſuitque anno Domi-
ni . . . . Vixit annos . . . menſes . . . dies . . CV.
Obiit 22. Auguſti 1620.

101. BENEDICTUS Cardin. Juſtinianus, relicta Sabinenſi Eccleſia, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ promotus eſt anno 1620. 31. Auguſti. Benedictus Chii natus eſt, è nobiliſſima Juſtiniana proſapia; parentem habuit Joſephum clariſſimum Senatorem, patruum verò Vincentium Juſtinianum, qui è Generali Magiſtro Ord. Prædic. ob gentis nobilitatem, claritudinemque doctrinæ ſub Pio V. purpuram conſecutus eſt. Cæterùm Benedictus Peruſiæ, Patavíique literis operam dedit, felicique eventu, laurea honorificè demum obtenta, conatus illos maximè commendavit. Contulit ſe deinde Romam, ac ſub Sixto V. Cameræ Theſaurarius effectus eſt. Anno verò 1585. 15. Kal. Januarii, ab eodem Pontifice obtinuit purpuram, ſub tit. S. Georgii ad velum aureum, Camerariique Cameræ munere functus eſt, donec Henricus Cajetanus, cui per id tempus ea incumbebat adminiſtratio, graviſſimis perfunctus legationibus, Romam reverteretur ſub Clemente VIII. Nulla unquam congregatio, cætuſque fuit, in quo ſuam non protulerit ſententiam; itaque ſolebat implicita expedire negotia, ac ſi ad id unicè factus videretur. Paulus deinde V. Juſtinianum Benedictum adeo magnifecit, ut cum aliquando tandem opulentiſſimæ Urbis Bononiæ ad æquilibrium æquiſſimæ adminiſtrationis politicam vellet exigere, unum Juſtinianum delegit, qui tantæ moli pares vires videretur poſſe afferre. Itaque illuc legatus miſſus eſt. Quibus autem deinde legibus eam civitatem frænarit, æquitate bonos allexerit, pœniſque propoſitis deterruerit improbos, vel ipſæ mutæ leges, apud eum populum hactenus ſuum jus, ponduſque retinentes, perſpicuè proſequuntur. In quo nullus jam eſt, qui nudum ipſum nomen, memoriamq; non revereatur Juſtiniani, præcipuè ſi tempora temporibus invicem aliquando conferri contigerit. Accidit aliquando ut S. Priſcæ titulo, de Cardinalium more, exornaretur, ejuſdem Virginis templum, jam vitio temporum deformatum, ſtatim

A ut ejus tituli Cardinalis renunciatus eſt, reſtauravit, exornavitque omnibus ad id elegantiis conquiſitis. Poſt creationem XIII. Gregorii, Romæ deceſſit, cum in eo Conclavi, ineluctabilia ſuæ ætati incommoda pertuliſſet, anno 1621. die 27. menſis Martii, ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ ſuper Minervam in ſacello Vincentii Cardinalis Juſtiniani patrui: hoc ſimplici proloquente Epitaphio.

Benedictus Epiſcopus Portuenſis S.R.E.
CVI. *Cardinalis Juſtinianus Genuenſis Joſephi*
filius, obiit ann. ſalutis M.DC.XXI.
vi. Kal. Aprilis, ætatis LXVII.

102. FRANCISCUS MARIA Cardinalis de
CVII. Monte, ex Epiſcopo Præneſtino, ad Portuenſem evaſit anno 1621. die 27. menſis Martii; deinceps etiam Oſtienſi dignitate inſignitus eſt.

103. OCTAVIUS Cardinalis Bandinus Epiſco-
CVIII. pus Præneſtinus ad Portuenſem, ac S. Rufinæ Epiſcopatum aſcendit ann. 1624. 16. die Septembris; cum deinceps etiam Oſtienſem dignitatem ſit aſſequutus.

CIX. 104. JO. BAPTISTA Card. Detus ex Epiſcopo B Tuſculano, Portuenſis, ac S. Rufinæ effectus eſt 1626. die 6. m. Septemb. deinde ad Oſtienſem promotus eſt.

105. DOMINICUS Cardinalis Gymnaſius, ex
CX. Epiſcopo Præneſtino, ad Portuenſem, ac S. Rufinæ aſcendit anno 1629. 13. Kal. Septembris, mox fuit Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ut ſupra vidimus.

106. CAROLUS Pius Cardinalis Epiſcopus Al-
CXI. banenſis, Portuenſem, ac S. Rufinæ dignitatem obtinuit anno 1630. die 15. menſis Julii, Oſtienſem deinde Eccleſiam anno 1639. 29. Martii.

CXII. 107. MARCELLUS Card. Lantes à Tuſculana ad Portuenſem tranſiit an. 1639. 23. Martii, poſtea Oſtienſis Epiſcopus fuit.

108. PETRUS PAULUS Creſcentius Romanus, Epiſcopus Portuenſis, & S. Rufinæ, 1. Julii 1641. ſupereſt adhuc, cujus veneranda canicies, ex omnium virtutum concurſu Romæ, ideòque Chriſtiano orbi admirationi eſt, ut interim cætera ſileamus, ne Principis viri modeſtiam onerare velle videamur, de quo alibi in Epiſcopis Urbevetanis, quam hoc tempore C
CXIII. Eccleſiam ſumma cum pietatis laude adminiſtrat * Romæ mortalitatem explevit die 9. menſis Februarii 1645. jacet in eccleſia S. Mariæ de Vallicella.

* Ex Ap. 1.5.

109. FRANCISCUS Card. Cenninus Senenſis ex Epiſcopo Sabinenſi optavit Portuenſem Epiſco-
CXIV patum die 6. Martii 1645. Deceſſit Romæ die 2. Octob. eodem anno. ſepultus in Liberiana Baſilica. (,, *De hoc in Faventinis.*)

CXV. 110. JULIUS Card. Roma Epiſc. Tuſculanus ſuſcepit Portuēſē Eccl. die 23. Octob. 1645. deinde factus eſt Card. Oſtienſis, & Sacri Senatus Decanus 1652.

111. CAROLUS Medices ex Tuſculano Epiſco-
CXVI po optavit abſens Eccleſiam Portuenſem 1652. die 29. Apr., pauloque poſt evaſit Epiſc. Card. Oſtienſis, ac ſacri Collegii Decanus.

112. FRANCISCUS Card. Barberinus Sabinenſi Epiſcopatu relicto, optavit Portuenſem die 23. Septemb. 1652.

CXVII.

A D D I T I O. D

(,, *Poſtea adivit Oſtienſem 11. Octobris 1666.*

,, MARTIUS *Ginetius à Sabinenſi ad Portuen-*
,, *ſem gradum fecit 11. Octobris 1666. quo in Throno*
,, *dum præclare verſaretur ad ſupremum Vaticani Ver-*
,, *ticis ſuo ſuffragio evexit duos Clementes IX. & X. ad*
,, *eundem & ipſe, qui promoveri poſſet adjudicatus. Vi-*
,, *cariatum quippe arduum in Urbe munus, ita geſſit diu-*
,, *turniori annorum decurſu, ut fortiora quaque cum ad-*
,, *mirabili ſuavitate ſemper perfecerit. Inter Religioſos*
,, *Ordines Carmelitis, & fratribus B. Joannis Dei Pro-*
,, *tector adfuit, omnibuſque gratus cunctis ſui deſiderium*
,, *fecit ſenio paulatim abſumptus die 3. Martii ann. D.*
,, *1671. Cadaver ſepultum fuit apud S. Andream de la*
,, *Valle in nobili Ginettæ Gentis Sacello cum hoc Epi-*
,, *taphio.*

A MARTIUS GINETTUS
Ab Urbano VIII. Pont. Max.
Cardinalis creatus
Mox Urbis Vicarius
Coloniæ Agrippinæ Chriſtiano
Orbi Placando
Indeque Ferrariæ regendæ Legatus
Demum laborum, dierum, &
gloriæ plenus
Obiit Epiſcopus Portuenſis
æt. an. LXXXI.
A. MDCLXXI.

,, FRANCISCUS *Maria Brancatius ex Eccle-* CXVIII.
,, *ſia Tuſculana evaſit ad Portuenſem, & S. Rufinæ die*
,, *17. Martii 1671. Anno ſuperiori in Vaticanis comitiis*
,, *cum proximè ipſe conſcenſurus videretur Apoſtolicum*
,, *Apicem, Clementi X. voto ſuo ſummopere ſuffragare*
,, *ſtuduit. Elapſus e Conclavi graviorem ætatem ſummis*
,, *totius in Eccleſia rebus liberius ut tranſigeret, Viter-*
B ,, *bienſi cura ſe exolvit: ſed ad omnium difficiliorum*
,, *uſum dum ſtudioſius incumbit, morte ſubripitur octo-*
,, *genario major die 8. Jan. 1675. ſepelitur in Romano*
,, *Nominis JESU Templo, ad poſteros nominis ſui glo-*
,, *rioſa fama tranſmiſſa: virumque intuetur literaria*
,, *Reſp. in Diſſertationum ex ejus ingenio diſertiſſimo e-*
,, *vulgato volumine.*

,, ULDERICUS *Carpineus à Tuſculana ſede ad* CXIX.
,, *Portuenſem, & S. Rufinæ translatus eſt 28. Jan. 1675.*
,, *annorum plenus cum omnes Eccleſiaſticæ dignitatis*
,, *gradus tranſegiſſet ſumma affabilitate, & nobilioribus*
,, *animi dotibus exornatus Romæ obiit die 24. Jan. 1679.*
,, *funerea peracta pompa humatus fuit in templo S. An-*
,, *dreæ de Valle.*

,, CÆSAR *Facchenettus dimiſſa Præneſtina ad has* CXX.
,, *Sedes convolavit 6. Feb. 1679. undecimo poſt menſ. 8.*
,, *Januarii evaſit Epiſcopus Card. Oſtienſis.*

,, CAROLUS *Roſſettus perluſtrato Grege Tuſcu-* CXXI
,, *lano ad hunc tranſiit decorandum eadem die, qua ad*
,, *Oſtienſem abiit Cæſar Facchenettus, cujus adoleſcens in*
C ,, *literarum palæſtra, & provectioris ætatis in purpurata*
,, *fortuna Collega fuerat. Pro paſtorali Viſitatione, ſum-*
,, *mis ſecum aſſumptis viris, ad ſuas oves excolendas ſta-*
,, *tim properavit; cunctiſque ſaluberrimè diſpoſitis ad ſi-*
,, *bi commendatam rediit Faventinam Eccleſiam, in cu-*
,, *jus amplexibus piè deceſſit altero jam declinante anno*
,, *ſui Portuenſis Pontificatus, die videlicet 23. men-*
,, *ſ. Novembris 1681. At de Roſſetto plura in Faven-*
,, *tinis.*

,, NICOLAUS *Card. Ludoviſius cum diutius uber-* CXXII.
,, *rimè profuiſſet ingenti Sabinenſium Ovili, nec inde*
,, *quantumvis ad tranquilliores ſedes invitatus abſtrahi*
,, *voluerit, ad Portuenſem tandem acceſſit neceſſario o-*
,, *ptionis jure die 1. Decembris 1681. hinc ad Oſtienſem,*
,, *& Veliternenſem tranſiit 15. Febr. 1683.*

,, ALDERANUS *Cybo e Sacrorum Throno Tuſ-* CXXIII.
,, *culanis dum illibata jura diceret, Portuenſi, & S. Ru-*
,, *finæ paſcuis jubetur præeſſe, nullo ſecuto interregno à*
,, *ſeceſſu Nicolai; quem deinde ad ſuperos translatum ſe-*
,, *cutus eſt in Oſtienſi, & Veliternenſi Cathedra die 30.*
,, *Novemb. 1687.*

D ,, PETRUS *Ottobonus Venetus dimiſſo Tuſculano* CXXIV.
,, *ſacerdotio eadem die, qua vacavit per tranſlationem*
,, *Alderani, Portuenſe aſſecutus eſt, cujus regimen ea qua*
,, *par eſt paſtorali dū ſolicitudine ſuſtinet, ad commiſſa Va-*
,, *ticana vocatus per obitum Innocentii XI. omnium can-*
,, *didiſſimo calculo ipſe dignus habitus eſt, qui Petri Ca-*
,, *thedram teneret ad eandem aſſumptus die 6. Octobris*
,, *pomeridianis horis an. 1689. qui nuncupari voluit A-*
,, *lexander VIII.*

,, FLAVIUS *Chiſius dimiſſo Tuſculano ad Portuen-* CXXV.
,, *ſe tranſitum fecit Sacerdotium earum virtutum cumu-*
,, *lus, quibus ſibi ad ſupremum Romanum gradum fecit*
,, *hinc recedens Ottobonus: quo jam ſublato è vivis,*
,, *quinta vice Vaticanis comitiis interfuit iis, quibus*
,, *creatus eſt Summus Pontifex Antonius Cardinalis*
,, *Pignatellus Archiepiſcopus Neapolitanus, in hac tam*
,, *bello à ſe partu dignitate nuncupatus Innocentius XII.*
,, *Haud poſt diu Chiſius pertinaci morbo pulſari cœpit,*

,, cum

„*cum quo longiſſimè, æque ac patientiſſimè colluctatus*
„*cum eſſet, acerbiſſimis dum premeretur doloribus ani-*
„*mam emiſit die 13. Septembris 1693. ætatis an. 63. ſo-*
„*lemnia funeris excepit in Eccleſia S. Mariæ de Popu-*
„*lo: ubi apud ſuos majores ſepultus eſt.*

CXVI. „JACOBUS *Franſonus abſolutus à Vinculo Tu-*
„*ſculani regiminis, licet abſens ab aula conſiſtoriali gra-*
„*ves ob ſuas ægritudines, Pontifice indulgente, ad has*
„*ſedes tranſitum fecit 28. Septembris 1693. Obiit Romæ*
„*die 19. Decembr. 1697. de quo egimus in Camarinen-*
„*ſium ſerie.*

CXVII. „PAULUTIUS *Card. Alterius è ſede Præneſti-*
„*na Jacobo ſucceſſit die 27. Jan. 1698. Qui extrema clau-*
„*ſit Romæ die 29. Junii ejuſdem anni.*

CXVIII. „EMMANUEL *Bullionus Paulutio ſucceſſor ob-*
„*venit è ſede Albanenſi die 21. Julii 1698. & ad Oſtien-*
„*ſem gradum fecit 15. Decemb. 1700.* Luc.)

CXXIX. „NICOLAUS *Card. Acciajolus Epiſcopus Tu-*
„*ſculanus, dimiſſa Tuſculana Eccl. optavit Eccleſias*
„*Portuenſem, & S. Rufinæ eadem die 15. Decemb. 1700.*
„*Ædes Epiſcopales Portuenſes aliquibus manſionibus*
„*auxit, & ut habitantium æquè, ac exterorum Hoſpitum*
„*commodo, & neceſſitati conſuleret, ne ii, dum hyber-*
„*nis menſibus Tiberis inundationibus quandoque obſeſ-*
„*ſi, pane aliunde comparando, carerent, fame, quod non*
„*ſemel evenerat, periclitarentur, Furnum in præfatis*
„*ædibus extrui curavit, frumenti copiam illic aſſervan-*
„*dam providè conſtituens. Tranſivit ad Eccleſias O-*
„*ſtienſem, & Veliternenſem die 18. Martii 1715.*

„VINCENTIUS *Maria Cardinalis Urſinus E-* CXXX.
„*piſcopus Tuſculanus, Archiepiſcopus Adminiſtrator*
„*Beneventanus, dimiſſa de more Eccleſia Tuſculana,*
„*tranſlatus fuit ad Eccleſias Portuenſem, & S. Rufinæ,*
„*cum retentione Eccleſiæ Beneventanæ, ut prius, in ad-*
„*miniſtrationem die 18. Martii 1715. quam Eccleſiam*
„*non minus integerrima morum innocentia, illuſtribuſ-*
„*que virtutum exemplis, quam zelo, attentaque vigi-*
„*lantia gubernat, Eccleſiaſticos redditus vel in paupe-*
„*res egeſtate levandos diſtribuens, vel in Eccleſias or-*
„*nandas, inſtaurandaſque impendens.*

SABINENSES
EPISCOPI



SABINENSIS Epiſcopatus, ſive dignitas, haud uni tantum civitati ſcribit leges, imperitatque, ſed eam omnem partem complectitur, quam hodie vulgo Sabinam vocamus; non tamen eam, quæ ante Romam conditam latiores fines extenderat, ſed quam hoc tempore Velinum, Reates, Tiberis, Nara, Anianuſque fluvii anguſtioribus finibus circumſcribunt. Huic inquam Sabinenſis Epiſcopus Eccleſiaſticas imponit leges, fixa ſede in nobili, ac primario Sabinæ regionis oppido Malliano, Romano Senatui *a* ſubjecto, ubi Cathedralis ſub Invocatione (1) S. Liberati cum Archipresbytero, & *b* decem Canonicis ſpectatur. Duæ aliæ Eccleſiæ parochiales ibidem ſunt, tria virorum, & unum monialium cœnobium, Mons Pietatis, & Xenodochia duo. De Malliano, Eccleſiaque Sabinenſi hæc habet Blondus. *Poſt arduum montem, in quo Mallianum eſt, deſcendentes in Sabina mediterranea, vallem inveniunt, ut in montoſa Regione, ampla, in qua Imoli fluvio proxima eſt S. Mariæ, ſanctique Euthymii Eccleſia Sabinæ regionis Epiſcopium, cui dextrorſum adjacet oppidum Turres pro civibus vetuſtiſſimis Numa Pompilii patria appellatum. B. enim Gregorius in regiſtro ſcribens Gratioſo Epiſcopo Nomentano, curam gubernationemque S. Euthymii Eccleſiæ in Sabinarum territorio conſtitutæ committit; deſolata namque Eccleſia Sabinenſis aliquando ſub Nomentano Epiſcopo manſit, quouſque eadem Nomentana civitas penitus deſolata, Sabinenſi unita eſt, translatum Epiſcopium in Malliano oppido.* De Epiſcopis Numentanis ſæpè in antiquis Comitiis mentio habetur, in quibus aliquando offendi, Sabinenſem Epiſcopum, S. Euthymii vocatum fuiſſe. E ſeptem Epiſcopis, qui circumſtant Pontificem unus purpuratus, quique propiori gradu, hoc eſt tertio dignitatis titulo ad ipſum accedit, qui jam olim ab ipſo quinto gradu diſtare ſolebat, cui etiam in Laterano templo coram Pontifice, dignitatis ergo ſolemni ritu litare incumbuit (2). De cujus Provinciæ Præſulibus antequam dicere aggrediamur, ex noſtro more aliqua de Sabina Provincia, ſed breviter, & quaſi in tranſcurſu proferemus.

a Quoad dominium utile.
b 12.

Hæc igitur illa Provincia Sabina eſt, quæ Latio contigua, Romæ prior, olim florens, ac potens; cum illa toties ſive ut raptarum virginum à Romulo fundatore ulciſceretur, ſive Romanæ gliſcenti gloriæ obſtitura, cum illa inquam collatis ſignis de Imperio toties pugnaciſſimè decertavit. A Religione, cultuque Deorum vult Plinius incolas vocatos Sabinos. Feſtus Pompejus, ex Varronis, Portiique Catonis ſententia, Sabinos fuiſſe dictos contendit, à Sabino filio Sanci, quem Deum Fidium plerique appellavere. Servius in comment. ad Virgil. Æneid. auctoritate Hyginii nixus à Sabo, Sabinos arbitratur fuiſſe appellatos, qui de Perſide ad Lacedæmonios tranſiens in Italiam venit, & expulſis incolis, tenuit loca, quæ Sabini habent.

Italia Sacra Tom. I. G 3 Gel-

(1) Titulus hujus Eccleſiæ aliquando anceps fuit, an à S. Liberato, vel Liberatore Epiſcopis, martyrii laurea ornatis eſſet deſumendus. Rem tandem diſcutiente ſacra rituum Congreg. inſtante Card. Ludoviſio, S. Liberato adjudicatus fuit. Luc.

(2) Hoc non abſente Papa Romanum coronare Imperatorem. Ita definitum fuit à Clemente V. cum inter Oſtienſem, Albanum, & Sabinum Epiſcopos ſuborta lite de Henrici Romanorum Regis in Imperatorem coronatione, Arnaldus Filguerius tunc Sabinorum Pontifex jure Sabinenſis infulæ in mandatis habuit Cæſari Imperatoria inſignia elargiri. Luc.

Gellio autem ideò Sabini ſunt, quod in Lacedæmonios ſuam originem referant, Duce Sabo. Cæterum quàm fallantur ii, qui Sabinos à Græcis ſuam non ducere contendunt originem, Livius, atque Halicarnaſſeus planè oſtendunt.

S. Auguſtinus lib. 18. cap. 15. de Civitate Dei narrat, Regem Sabinorum Sangum, quem alii Sancum appellant, nonnulli Sabum, à quo Sabini Populi in Deorum numerum ab ipſis fuiſſe relatum, quod ejus gentis Princeps conditor extitiſſet. Cujus ſententiæ fuiſſe videtur Italicus Silius cum iſta caneret.

Conſtis haſta decus, clypeuſq; refertur in orbem
Vertice, & implumes, ac levi tegmine cruris
Ibant, & læti pars Sancum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas; qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Virgilius autem nullius alterius nominis facta mentione illum Sabinum vocat.

—Italuſq; paterq; Sabinus.

Sabinus autem, Sancus, Deuſque Fidius apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. 4. idem ſunt. Ab Ovidio item Sancus, Fidius, ac Semipater dicitur.

Quærebatur honos Sanco, Fidione referrem,
An tibi Semipater, Tunc mihi Sancus ait;
Cuicumq; ex iſtis dederis ego Sancus habebo,
Nomina terna fero, ſic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali conſtituere jugo.

Per Cures autem intelligit Poeta priſcorum illorum temporum apud Sabinos metropolim, unde Tatius, Numaque Pompilius Romanorum Reges prodiere: unde poſtea Romani cum Sabinis, conſociatis opibus, & regno, dicti fuere Quirites, ut Strabo affirmat. Idem lib. 5. plura Sabinorum caſtella, locaq; commemorat, tametſi prolixius Plinius lib. 3. c. 12. Porro de Sabinorum territorio egregiè Virgilius Æn. lib. 7.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen Agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens,
Per Latium poſtquam in partem data Roma Sabinis.
Una ingens Amiterna cohors, priſciq; Quirites
Ereti manus omnis, oliviferæq; mutuſcæ,
Qui Nomentum Urbem, qui Roſea rura Velini,
Qui Tetrica horrentes, rupes montemq; ſeverum,
Caſperiamq; colunt, Foruloſq; & flumen Himellæ,
Qui Tiberim, Fabarimq; bibunt, quos frigida miſit
Nurſia, & Hortinæ claſſes, populiq; Latini,
Quoſq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Nimirum hæc Sabinæ caſtella, locaque & flumina ſunt, quorum fortaſſe hoc tempore nuda tantùm nomina auctores habent, ingruentibus bellis, temporumq; injuria excedente, re funditus ſublata. Quamobrem, ut ſupra diximus, cum anguſtiori imperio, eidem hoc tempore, quondam nobiliſſimæ Provinciæ breviores ditionis termini, quibus concluderetur, obvenere. Qui de Sabina plura voluerit, conſulat F. Aleandrum Albertum, Cluveriumque lib. 2. ſuæ antiquæ Italiæ. Nobis certè ſat fuerit, pauca hæc ſtrictim, ac modicè indigitaſſe, ut inde illius Provinciæ Præſulum narrationem auſpicaremur.

Non à vero abeſt, Sabinam Provinciam, quanta quanta denique ſit, jam olim ab exoriente Evangelii luce, Chriſtianæ doctrinæ habuiſſe ſatores Apoſtolos, eorundemque diſcipulos, in quibus deinceps multi extiterint, qui eandem ſuo ſanguine fæcundarunt. Certè in Romano Martyrologio coronæ, palmæq; SS. Martyrum Hyacinthi, Alexandri, atque Tiburtii, qui ibidem variè excruciati, perſecutorem vicerunt, cum laude commemorantur. Tametſi non conſtet, quis primus apud Sabinenſes ſederit, quive poſtea ſibi invicẽ in eam curam ſucceſſerint; ex iis autem plenis decore muneribus, quibus coram Romano Pontifice Præſules Sabinenſes funguntur, apertè ſanè colligi poteſt, antiquiſſimæ illos dignitatis fuiſſe, quique antiquæ illorum populorum pietati excolendæ reſpondere poſſe viderentur.

De Sabinenſibus Epiſcopis Panvinius, Alphonſuſque Ciaconius in ſuis Cardinalium vitis diffusè tractarunt. Noviſſimè de iiſdem ſcripſit, ſed non edidit vulgari ſermone noſter eruditus Abbas Paulus de Angelis Siculus de eccleſiaſtica hiſtoria benemeritus in ſua de Titulis Cardin. hiſt. tom. 1. par. 2. Sparſim autem in ſuis Annalibus Cardin. Baron. ex quorum diligentia noſtra hæc diteſcet (1) narratio.

ADDITIO.

(„*Cæterum Sabina omnium Sex Epiſcopatuum amplioris Diœceſis, ſicut & redditus olim pinguiores habebat ſex millia ſcutorum Romana moneta excedentes. Hinc prima optandi cupido, & optio data inter Lateranenſes Eccleſias an. 1431. in Jordano Urſino. Impræſentiarum vix 300. aureos enumerat. Oppida, quæ modo ſubſunt Sabinenſi Epiſcopatui 30. recenſentur; ponderantque 30000. circiter mortalium capita. Suntque:* Manliano, *ubi reſidentia curia Epiſcopalis.* Monte Bono. Poggio nativo. Monte Rotondo. Roccantica. Catino. Poggio Catino. Aſpra. *Locus Ciceroni haud inſuavis, & ad cujus radices adhuc veſtigia viſuntur Parantiæ Urbis.* Le Rocchette. Vacone. *Deæ Vacunæ ſacrum.* Cantalupo. Pozzaglia. Moricone. Montorio Romano. Nerula. Colle Vecchio. *Ubi Reſidentia civilis Pontificii Gubernatoris.* Cane morto. Tarano. Monte Aſole. *Antiquis mons ſolis, cui dicabatur.* La mentana. Poggio mezzavilla. Fianello. Montenero. Montorio della Valle. Peteſcie. Palombara. Stazzano. Gineſtra. Caſtiglione. Poggio Mojano. Fraſſo. Colle longo. Scandriglia. Monte Libretto. Mompeo. Cottanello. *A Lucio Cotta delicias habuit.* Settimiano, *ſeu deterto vocabulo*, Stimigliano. Gavigliano. Caſa prota. Ponticelli. Correſe. Ciſiguano. Caſtel S. Piero. Santo Polo, *ubi ſervantur Reliquiæ veteris Epiſcopii.* Monte Flavio. Cretone. Selci. Torri. Furano. *Lucentius.*

1. * TIBERIUS Sabinorum Epiſcopus an. 465. in Concil. Rom. ſub Hilario Papa reperitur. I.

* Ex App. t.4.

2. DULCITIUS Epiſcopus S. Euthymii, qui idem eſt, ac Sabinenſis, reperitur ſubſcriptus in S. Synodo ſub Symmacho Papa an. 504. II.

3. JULIANUS an. 504 cujus Baronius meminit in 7. tom. III.

(„*S. LAURENTIUS a Sabinenſi Cathedra enituit circa ann. 550. Hic è Syria Romam venit adoleſcens, & inter Rom. Eccleſiæ Clericos ſub Vigilii Papæ diſciplina cum plurimum profeciſſet, Spoletanum, ut in Spoletanis probavimus, & Sabinenſem Epiſcopatus geſſit. Hoc quidem deducitur ex Petri Damiani Epiſt. 9. lib. 1. ad Nicolaum II. ubi ait. Epiſcopus etiam ille Sabinenſis*, qui ſolium Pontificale deſeruit, & Farfenſe Monaſterium contempta Sacerdotali dignitate conſtruxit. *Hunc verò fuiſſe Laurentium, quem tacito nomine recolit Damianus, docet Diploma Jo. Papæ VI. qui cum an. 707. Eccleſiam Farfenſem dedicaſſet, S. Laurentium Epiſcopum dicti Monaſterii Farfenſ. in fundo Acutiano fundatorem appellat. Hoc idem confirmatur ex vetuſtiſſimo Breviario Longobardicis Characteribus ſcripto, aſſervato in Farfenſi Archivo, in quo officium præfati Laurentii olim recitari ſolitum recenſebatur. Conſentit his modernus ſcriptor Gregorius Romanus S. Matthæi Abbas, qui Farfenſe Chronicum exarabat an. 1643. ad mentem unius, & alterius Gregorii: prior de an. 840. poſterior cognomento Catinenſis de an. 1090. Una cum ipſo quieſcit in Monaſterio Far-* IV.

a De hoc Ughellius [illegible] ubi legē, quæ ibi annotavimus ex Luc.

(1) Sabinam Provinciam in tres Epiſcopales Urbes, Curienſem nempè, Numentanam, & Foronovanam antiquitus diſtinctam fuiſſe ritè obſervat Lucentius. Curienſibus autem Numentaniſque deletis res Sacræ illius Provinciæ in unum Foronovanum coiverunt: adeo ut hac quoque Urbe deleta cum vetuſtiſſimum ejus Epiſcopium, quod adhuc hodie *Veſcovio* dicitur, O. Euthymium antea factum, mox ſub invocatione S. Mariæ Majoris, deperditis undequaque incolis, ruralis Eccleſiæ vix ſpecimen præferret, Alexander VI. 14. Kal. Octob. an. 1495. Mallianum Oppidum in civitatem erexit, illuc translata Sabinenſi Sede. Quod cum ægre ferrent cætera Sabinæ Oppida, Leo X. ſuppreſſam Cathedralem primævo decori, demptiſque juribus reſtituit, Mallianenſi tamen in ſua nova inſtitutione confirmata: & inde Sabina in novam & veterem diviſa, jura dedit Antiſtiti ſe utriuſque Sabinæ Epiſcopum nuncupandi; ut ex Bulla emanata die 25. Junii 1521. Hinc patet Sabinenſem Cathedram, quæ adhuc viget, & floret, Foronovanam illam veterem eſſe, indeque juſtam uſque in præſens Sabinenſium Præſulum ſeriem eſſe deducendam. Quod non advertens, neque diverſas Sabinæ provinciæ Epiſcopales infulas diſtinguens Ughellius, ſeriem Sabinenſium Antiſtitum exorditur, trium ſedium Epiſcopos promiſcuè confundens. Hic tamen nihil immutandum cenſui, neque ab Auctoris ſententia recedendum: commodius id facturus, cum in X. hujus operis tomo de Epiſcopatibus jam dependitis agens, de Curienſibus, Numentanis, Foronovaniſque tractabo. Atque ex his, præter ea, quæ hic proferimus, erunt deſumenda, quæ hanc Sabinenſium Præſulum ſeriem uſque ad unionem trium ſedium veritati magis accommodent.

„ Farfenſi ejus ſoror Saſanna. Ipſo illuminatoris cogno-
„ mentum ſortitus eſt, quod illuminandis cæcis miragra-
„ tia polleret. Lucent.

V. 4. * BORSUS Epiſcopus Sabinenſis vixit circa an. Chriſti 580. ad quem Pelagii Papæ reſcriptum extat in decret. Gratiani c. 16. quæſt. 5. ca. 3. in parochia.

* Ex Ap. 9. 2.

VI. 5. * JOANNES Epiſcopus Sabinenſis intereſt Synodo Lateranenſi ſub Martino Papa I.

* Ex App. 5. 2.

VII. 6. * MARTIANUS *a* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus ſub Gregorio II. an. 721.

* Ex App. t. 1. *a* Al. Marcianus.

VIII. 7. TONFFO, ſeù Tiffo *b*, Concil. Romano interfuit ſub Zacharia Pontifice an. 743.

b al. Tonffo ſeu Iſſus.

IX. (*„ ISSA Leonis Papæ III. & Caroli M. donationem „ ſubſcripſit ad ſuorem Romani Trium fontium Ab- „ batiæ in obſequium S. Mart. Anaſtaſii an. 798. ut ex diplomate inter Oſtienſes ab Ughello relato.* Luc.)

8. THEODORUS an. 804.

X. 9. * THEODORUS forte idem cum ſuperiori fuit Epiſcopus Sabinenſis, Ludovici, & Lotharii Imp. temporibus, cui Erpo nobilis vir fundum donavit Tranquillianum, ſive Cortullanum, & Laveranum via Tiburtina. Ita in vetuſto documento Sublacenſis Cœnobii obſervavimus. (1)

* Ex App. t. 5.

XI. 10. GREGORIUS *c* in Concil. Romano (2) ſub Eugenio II. an. 826. apud Baronium.

c Samuel.

XII. 11. SERGIUS VIII. Synodum ſubſcripſit ſub Adriano II. an. 871. (*„ Sub Nicolao I. an. 853. & Ha- „ driano II. an.* 868. Lucent.)

XIII. 12. LEO an. 879. (*„ ſubſcripſit commonitorio dato Le- „ gatis Apoſtol. pro reſtituendo Photio; habent tamen va- „ rii Codices pro Sabinenſis Fabienſis.* Luc.]

XIV. 13. * GREGORIUS Epiſcopus Sabinenſis an. 929. de quo mentio in regeſto Farfenſi.

* Ex App. 1. 7.

XV. 14. JOANNES an. 963. * ejus mentio proceditur ad an. 984. in regeſto Farfenſis Cœnobii. (3)

* Ex App. 1. 5.

XVI. 15. * BENEDICTUS Epiſcopus Sabinenſis vivebat an. 997. ex Farfenſi regeſto.

* Ex App. 2. 5.

16. LAURENTIUS (4) relicta infula Farfenſe monaſterium condidit, ibique monachus effectus diem obiit, ex ep. 9. l. 1. Petr. Damiani ad Nicolaũ II.

XVII. 17. * RAYNERIUS Epiſcopus Sabinenſis ann. 1003. temporibus Joannis XVI. Papæ an. 1. Indict. 1. memoratur in eodem Farfenſi regeſto.

* Ex App. tom. 5.

XVIII. 18. * JOANNES Epiſcopus Sabinenſis hactenus ſcriptoribus ignotus reperitur ſubſcriptus in ſynodo Romæ celebrata à Benedicto VIII. an. 1015. in decreto emanato ad favorem Willelmi Abbatis S. Benigni Fructuarienſis, de quo cum ſæpius in hac Appendice habenda ſit mentio, ut Epiſcopi, qui in ea recenſentur, ſuis in locis adaptentur, placuit hoc in loco nobile monumentum exſcribere, quod mihi Romam tranſmiſit Auguſtinus ab Eccleſia Salutienſis dignus Epiſcopus, antiquarum rerum, cæterarumq; eruditionum eruditus indagator. Decretum eſt hujuſmodi.

* Ex App. tom. 3.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Anno, qui computatur Incarnatione Domini 1015. *indict.* 13. *reſidente in ſynodo D. & glorioſo Papa Benedicto intra Baſilicam Lateranen. adfuit quidam Abbas Willelmi nomine quiddam præſtandum, valdeque utile à materno univerſalis Eccleſiæ ſinu ſuppliciter expoſcẽs, videlicet, ut monaſterio Fructuarienſi, quod in honorem Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque intemeratæ Genitricis in paterno ſolo conſtruxerat, Apoſtolica dignitas libertatis ſuffragium exhiberet, cujus petitioni Romanæ ſedis non contemnenda ſublimitas aſſenſum idcirco tam facillime præbuit, quia præfatum monaſterium in deſerto loco, unde nullus unquam Epiſcopus alicujus vel decimæ redditum noſcitur habuiſſe, fundavit, & Apoſtolica regalia, necnon & Imperialia teſtamenta adquiſivit, juſtum votum, juſtumque laborem pie cunctis ju-*

A *vantibus, præterea idẽ ipſe Warmundus Epiſcopus Hipporenſis, in cujus Epiſcopii limite idem locus ſitus eſſe videtur, manu propria firmavit, pluresque firmare rogavit Epiſcopos teſtamentum, ubi ſub excommunicationis noſtræ minamine prohibetur temeraria cunctorum hominum audacia, videlicet ne quis Regia, Epiſcopalis, vel cujuſpiam mundanæ, vel Eccleſiaſtici Ordinis dignitas valeat ſub qualicumque occaſione ſecularis ambitus, vel Eccleſiaſticæ religionis obtentu habitatores illius loci ullo modo inquietare. Unde Dominus Benedictus univerſalis Pontifex ad confirmationem teſtamentorum omnium, unde corroboratus eſt locus ipſe Fructuariẽſis, ſacro ſuo eum dotavit privilegio, inſuper hoc cui omnis hæc S. ſynodus favens ſubſcriberet, exarare præcepit decretũ. Unanimiter ergo tanti patris ſummique Pontificis libentiſſime parentes imperio ſaluberrimoque ejus ſubjacentes deſiderio, corrumpere nitentur tantæ auctoritatis privilegia, atque violare illa quæcumque, vel à Gũtardo, Levita, vel ab Epiſcopis, aut à Regibus ipſi S. Fructuarienſi cœnobio collatas, vel fuerint teſtamenta, ipſos confidenter*
B *hæc S. Synodus Eccleſiæ percutit in gladio, ut puta contradicentes jura majorum patrumque inſtituta contemnentes Sanctorum, qui S. R. E. ab ipſo Apoſtolorum tempore omnem obedientiam à cunctis ordinibus exhibendã fore decreverunt. Hujuſmodi armis inſtructi excommunicationis jacula in eos retorquentes neminem perverſorum permittimus immutare, vel infringere quicquid ad quietem, libertatem, ſecuritatem, honoriſque honeſtatem ipſi Fructuarienſi monaſterio ſuiſque Rectoribus per tanta ac talia conceſſa ſunt teſtamenta, quæ quicunque ſervaverint, dilexerint, & magnificantes auxerint, gaudeant cum eis, quorum nomina ſcripta ſunt in Cœlo, qui autem contempſerint, & corruperint, & pro poſſe deleverint, caveant, ne & ipſi deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur, quoniam niſi reſipuerint ab hac nequitia, à cunctis etiam ſe noverint excommunicatos, quorum hic ſubter ſcripta ſunt nomina.*

Ego Benedictus Sanctæ Romanæ eccleſiæ Præſul.
Ego Eribertus S. Mediolanenſis Archiepiſcopus.
Ego Michael Archiepiſcopus.
C *Ego Teobaldus Sanctæ Belsernenſis eccl. epiſcopus,*
Ego Petrus S. Præneſt. eccleſ. epiſcopus.
Ego Cono Peruſina epiſcopus.
Ego Arduinus Monteferetranus epiſcopus,
Ego Petrus Caſtellanus epiſc.
Ego Emino epiſcopus Aſculanenſis.
Ego Aldebertus epiſc. Spoletanus.
Ego Lambertus epiſc. Polimartienſis.
Ego Joannes epiſc. Balneregenſis.
Ego Deuſdedit ſanctæ eccleſiæ Amerinæ epiſc.
Ego Benedictus epiſc.
Ego Joannes Quietihomo epiſc.
Ego Stephanus Narnienſis eccl. epiſc.
Ego Gregorius epiſc. N.
Ego Joannes ſanctæ Alinxæ epiſc.
Ego Joannes ſanctæ Tudertinæ eccleſiæ epiſc.
Ego Creſcentius S. Phalaritanæ eccl. epiſ.
Ego Domianus ſanctæ Sutrinenſis eccl. epiſc.
Ego Petrus Centumcellenſis eccl. epiſc.
Ego Joannes ſanctæ Suanenſis eccl. epiſc.
D *Ego Heldericus Urbertanus epiſc.*
Ego Boto epiſcopus.
Ego Henricus Populonienſis epiſc.
Ego Georgius Aſſiſinatenſis epiſc.
Ego Teobaldus S. Albanenſis eccl. epiſc.
Ego Raynerius Koſelenſis epiſc.
Ego Lambertus Liagoaenſis eccl. epiſ.
Ego Benedictus S. Caſtrienſis eccl. epiſ.
Ego Petrus ſanctæ Pipernenſis eccl. epiſ.
Ego Lintulphus S. Trevenſis eccl. epiſc.

Ego

(1) Nos per hæc eadem tempora Theodoſium, ſive Theodorum Sabinenſem Epiſcopum Eccleſiam S. Viti in cambium dediſſe monachis Farfenſibus habemus ex Decr. cap. 6. de exemp. *Luc.*

(2) Bene perſpectis in hoc Concilio Patrum nominibus, eorumque Eccleſiarum titulis, Gregorium ajuſmodi non invenimus, ſed ejus loco Samuelem Sabinenſi throno nobilitatum. Confundi autem potuiſſe cum Gregorio *Gauienſe* conjicimus, eidem Concilio qui præſens fuit. *Lucentius.*

(3) Joannis Epiſcopi Sabinenſis erupit memoria in demolitione vetuſtiſſimi Altaris Eccleſiæ ruralis S. Petri propè oppidum montis Boni in Sabinis, in cujus ſinu reliquiis SS. earumque Catalogus in pergamena chartula, & in calce legebatur caractere Gothico. *Ego Johannes Epiſcopus S. Sedis Sabinenſis condidi, & conſecravi.* Addebatur ſigillum rubræ ceræ oblongæ figuræ exprimens Epiſcopi effigiem Pontificalibus induti hiſce circumductis literis. *Joannes Epiſcopus Sabinenſis.* *Lucent.*

(4) At ex eo quod Laurentius hic ſtatuatur fundator inſignis Farfenſis Abbatiæ, In 600. aut plures annos (prout ſupra fecimus) eum reſtituere debemus, ut certum conſtat de antiquitate Farfenſis fundationis. Anno ſiquidem 680. jam ſenio conſumebatur Monaſterium, cujuſque reparator erat Thomas Farfarum Abbas. Item Petrus Damiani, qui floruit primo poſt milleſimum annum Chriſti ſæculo, dum Laurentium proſequitur celebrans loco ſupra cit. ait: *Quam nobilis in Chriſto vir fuerit, teſtis eſt antiqua traditio, quæ Sanctitatis ejus inſignia celebrat &c.* ſi antiqua traditio, utique fatendum longioribus jam ſæculis præviſſe Laurentium. Conſentiunt autem viri ſummi, ex quibus decerpſimus, Lucas d'Achery, & Jo: Mabillon in Actis SS. Ord. S. Bened. t. 1. an. 576. & Bollandus ad diem 3. Februarii. *Luc.*

A *Ego Benedictus Cerenſis eccl. epiſc.*
Ego Creſcentius Nepeſina eccl. epiſc.
Ego Ioannes Savinenſis eccl. epiſc.
Ego Deodatus Terracinenſis eccl. epiſc.
Ego Ioannes Fundana eccl. epiſc.
Ego Robertus Signenſis eccl. epiſc.
Ego Benedictus Ferentina eccl. epiſ.
Ego Sigiſfredus Placentina eccl. epiſ.
Ego Raynaldus Ticinenſis eccl. epiſc.
Ego Landulphus Taurinenſis eccl. epiſc.
Ego Henricus Parmenſium epiſcopus . .
Ego Tertonenſis eccleſia epiſ.
Ego Joannes presbyter, & card. tit. ſancta Suſanna,
Ego Landulphus Gavenenſis eccl. epiſ.
Ego Stephanus presb. card. tit. ſancta Cecilia.
Ego Presbyter Petrus, & card. tit. ſancti Sixti,
Ego Joannes presb. & card. tit. ſancti Marcelli.
Ego Petrus presbyter, & card. tit. ſancti Marci.
Ego Petrus presb. & card. tituli ſancti Damaſi.
Ego Creſcentius presbyter, & card. tituli ſancti Stephani in Celerina.
B *Ego Sebaſtianus presb. & card. tit. S. Clementis.*
Ego Benedictus diaconus.
Ego Creſcentius diaconus.
Ego Joannes diaconus.
Ego Creſcentius diaconus.
Ego Petrus diaconus, ſancta Romana eccl. & Cancellarius ſacri Palatii.
Ego Franco diaconus.
Ego Landulphus Cremonenſis cuſtos.
Ego Guido Abbas.
Ego Dominicus Abbas Capitolii.
Ego Joannes Abbas ſancti Silveſtri,
Ego Joannes Abbas ſancti Matthei.
Ego Petrus Abbas ſancta Maria ad Vincula.

Cujus teſtamenti notitiam precepit ſcribere mihi Benedicto ſacri Palatii ſcrivario Dominus Papa Benedictus tertio die menſis Januarii. * De eo antiquior memoria in regeſto Farfenſi an. 1013.

* Ex App. t. 5.

XIX 19. JOANNES Romanus, Laurentii filius, cum à quibuſdam factioſis ejecto Benedicto IX. in cathedram Petri ſoiſſet intruſus 1034. *a* Patriarchatum Lateranenſe occupavit *b* per menſem 1. & dies 29. ſed cum inde tamquam invaſor, & anathemate ictus à Benedicti fautoribus ſuiſſet ejectus, rediit ad ſibi jam commiſſam Eccleſiam. * Ejuſdem Joannis meminit regeſtum Farfenſe an. 1028. ind. 11.

a 1035. *b* Dictus Sylveſter III.

* Ex App. t. 5.

XX 20. JOANNES Joanni ſuffectus eſt, electuſque epiſcopus Cardin. Sabinenſis à Leone IX. Romano Concilio interſuit ſub Nicolao II. anno 1049 *c*. Sub Alexandro II. è vivis eximitur. Hujus Jo: Sabinenſis epiſcopi in monaſterii Farfenſis indignum facinus, atque in eum Divinam ultionem recitat Anonymus Vaticani Codicis de deſtructione Farfenſis monaſterii anno 3. Leonis IX.

c 1059.

Temporibus Leonis Papa, Joānes Sabinenſis Epiſcopus, qui inſidiabatur, monaſterio Farfenſi pro decimis, & oblationibus mortuorum, maximè pro Eccleſia S. Angeli in Toncia, de qua olim fecerat iniquam convenientiam cum Domino Ugone Abbate, qui eandem Eccleſiam S. Angeli tenuit, & poſſedit in Dominium hujus monaſterii, D *quam convenientiam ideo diximus, quia temporibus D. Adriani I. Pontificis, Ildebrandus Dux per ſuum preceptum huic monaſterio conceſſit; hac omnia ignorabat prafatus Hugo Abbas, utpote alienigena vir pradictam concordiam ab Epiſcopo ſuſcepit, neſciens, itaque pradictus Epiſcopus inſurrexit poſt hoc, & ad eandem Eccleſiam S. Angeli armata manu perrexit, ejus Altare amovens deſtruxit, & reliquias ex illo abſtrahens ſecum aſportavit, & cum inde ad Epiſcopium reverteretur, ſubito Cœlo optime ſerenato, orta eſt aquæ, grandinis, & fulguris maxima tempeſtas. Quo viſo Epiſcopus ſeceſſit a via in quemdam locum, ubi dicitur Area, & moram aliquantulum ibi cum ipſis Reliquiis fecit. Accidit tunc grande miraculum, in ipſo loco, ubi Reliquia manebant, nil pluvia, vel grandinis ibi cecidiſſe. Ceſſante vero tempeſtate, rediit ad Epiſcopatum cum magno pavore, altera autem* A *die, hoc cum audiret D. Bernardus Abbas Ortanus, elegit quemdam Epiſcopum, qui tunc forte hoſpitabatur in hoc monaſterio, de Ultramontanis partibus, & collectis Abbatia viris, & fidelibus militibus, cum maximo honore readificare ſtuduit ipſum Altare, magnis, & pracipuis ibi reconditis reliquiis. Super quam rem pradictus Epiſcopus valde condoluit Sabinenſi Eccleſia, & quia Altare ipſum deſtruxerat, & reliquias aſportaverat, ipſa nocte percuſſus eſt, & unum totius latus corporis obſtupeſcentem, donec advixit periit. Poſt hoc veritus, & pavens ſuper hoc, & nimis dolens, pro adificatione, quam D. Abbas noſter fieri ſtuduerat, ad eundem locum Epiſcopus perrexit, & abſtractis inde novis, quas invenit reliquiis, priores illic honorificè recondidit; de ipſis vero novis reliquiis in ſuo Epiſcopio Altariolum conſtruens, conſecravit, & demum in D. Abbatem noſtrum in ſynodo proclamationem ſic fecit. Hactenus Chronicon.* * Ejus memoria extat in regeſto Farfenſi an. 1058. 1059. & ann. 1061.

* Ex App. tom. 5.

21. UBALDUS ab Alexandro II. dictus eſt Epiſ- XXI.
B copus Cardin. Sabinenſis ante ann. 1068. quo reperitur ſubſcriptus in quodam judicio Beatricis Comitiæ 8. id. Julii, ad favorem Archidiaconi Lucenſis. Idem ſubſcripſit Bullæ ejuſdem Alexandri Caſinenſi Cœnobio conceſſæ an. 1067. 6. id. Maji, cumque eodem Pontifice interfuit conſecrationi Eccleſiæ montis Caſini ano. 1072. (,, *Ipſeque aram S. Gregorii ſacro ,, delinivit oleo.*) Hujus meminit Leo Oſtienſis. *d* Deceſſit autem ſub Gregorio VII. De eo eidem Leo Oſtienſis lib. 3.

d Hic confunditur à Ciacon. cum alio Ubaldo infra enumerando. *Luc.*

22. DOMNIZO (1) Epiſcopus Card. Sabinenſis an. 1076. * An ſit diverſus à Regizone Sabinenſi Epiſcopo in Farfenſi regeſto memorato, adhuc incompertum: videtur tamen eumdem eſſe. Interfuit exequiis S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, de quo in vita ejuſdem S. De hoc Domnizone nulla alia extat mentio. Oportuit eum ſucceſſiſſe Ubaldo. In chronic. Abbatiæ Farfenſis vocatur Regizo. *Qui ann. 1073. Gregor. VII. 1. menſis Auguſti refutavit in manibus D. Bernardi Abbatis Farfenſis Eccleſiam S. Viti in Toncia, cum o-* C *mnibus pertinentiis ſuis, & ipſe Abbas conceſſit eidem Epiſcopo Eccleſiam S. Nicolai de Murca, & interfuere, & confirmavere hanc refutationem Leo Archipresbyter, Ber. Presb. Franco Presb. Friſon. Presb. & Humulus. Hac Chronic.*

* Ex App. t. 5.

(,, REGIZO *apud Sabinos Sacrorum Princeps erat ,, an. 1073. ut ex Tabulario Farfenſi. Cum hoc Regizone ,, Domnizonem confundit etiam Oldoinus. Quod ſi Regizonem à Domnizone diſtinxeris, non erit cur philoſophetur circa exiſtentiam Domnizonis in exequiis S. ,, Anſelmi Lucenſis, aliumque ei aſſignatum credat Epiſcopatum.* Lucentius.) XXII.

23. GREGORIUS, à Gregorio VII. ſublectus eſt XXIII
Epiſcopus Card. Sabinenſis anno 1078. ac legatus in Germaniam miſſus ad Henricum Imperatorem, ut eidem Imperatori auctor foret, ne in Canuſino conventu fœdera firmata violaret. Fœdifragus Henricus Pontificia contempſit mandata, paratumque honorificè cultum legatum redire ad curiam juſſit. Deceſſit Gregorius ſub Pontifice Urbano II. de quo conſule Lam- D bert. Schoſnaburgen.

(,, *Domnizo an. 1086. m. Martio Mantua funus decoravit ſua praſentia S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, de ,, quo Ughellus ſupra n. 22. Diverſus hic omnino cenſendus a Regizone, ut diſcernenti rationes temporum ,, clare innoteſcet.* Lucentius.) XXIV

24. UBALDUS Epiſcopus Card. Sabinus Gregorii *e* ſucceſſor fuit, ab Urbano II. ad id munus adlectus, circa an. 1090. ſubq; eodem Pontifice vitam finivit. Subſcripſit Bullæ Urbani II. Monaſterio Caveoſi an. 1092. Pontif. 4. (,, *Adfuit Romæ conſecrationi ,, Lamberti Atrebatenſis an. 1093. vel ut vult Harduinus tomo 6. Concil. an. 1094.*) XXV.

e Domnizonis.

25. CRESCENTIUS *f* Epiſcopus Card. Sabinus poſt Ubaldum ab Urbano II. ſublectus eſt, qui electioni Paſchalis II. legitur interfuiſſe, eodemque ſedente è vita deceſſit. Ejuſdem mentio habetur ad annum 1102. XXVI

f Confunditur ab Oldoino cum ſequenti Cynthio. *Luc.*

(1) Hic Domnizo cum ea tantum [illegible] memoria, quæ habetur in actis S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, ejuſque obitus Mantuæ evenerit die 18. Martii an. 1086. infra poſt Gregorium eſt reponendus. Ubaldo vero ſubrogatus dicetur diverſus à Domnizone Regizo, in quo etiam Auctarius [illegible] erravit. Quod ſi Domnizo vixiſſet uſque ad Urbanum II. expungendi ſequentes eſſent. *Luc.*

1102. meminitque ejuſdem Pandulphus Piſanus.

XXVII. 26. CYNTIUS Romanus, *a* Epiſcopus Cardin. Sabinus, à Paſchali ſummo Pontifice creatus, Vaſtallenſi Concilio interfuit 1106. poſtea ab Imperatore Henrico cum eodem Pontifice conjectus in carcerem multa incommoda conſtantiſſimè toleravit, donec an. 1111. redeunte pace, carceris ſqualorem, vinculaque diſcuſſit. Hujus meminit Petrus in Caſinenſi hiſt. lib. 4. c. 39. ac Pandulphus Piſanus. Sub eodem Pontifice exceſſit è vivis. („ *Concil. Lateranenſi interfuit b an.* „ 1112. *&* Cenſius *in eo vocatur*. Lucent.)

a E Cenciæ familia, ſive Cynthia.

b An. 1112. ex Hard. apud quem Cencius legitur.

XXVIII. 27. (1) CRESCENTIUS Junior appellatus, Cynthio ſucceſſit, electuſque eſt Epiſcopus Card. Sabinen. à Paſchali II. Subſcripſit diplomati ejuſdem Pontificis, monaſterio Saxi vivi Fulginaten. Diœc. an. 1116. Hujus meminit Pandulphus Piſanus anno 1122. & 1123. Hic Callixti II. temporibus in ejuſdem Pontificis diplomatibus reperitur ſubſcriptus. Cæterùm, venit mihi in mentem, vereri, ne hic fortaſſe Creſcentius, cum ſuperiùs memorato Cynthio ſit idem; modo enim reperitur Creſcentius, modo Cynthius, ſed cum B illa adjectione, aliàs Creſcentius. Judicet emunctæ naris lector, an mea me inſulſior fortaſſis conjectura fallat. („ *Interfuit Concil. Lateranenſi ann.* 1116. *&* „ *Honorio II. electionem ſuo ſuffragio juvit an.* 1124. Lu„ centius. *Reperitur etiam ſubſcriptus Privilegio Clu*„ *viacenſi ab Honorio II. conceſſo an.* 1125. *ut patet in* „ *Hard. Concil. tom.* 6.)

XXIX 28. CONRADUS de Suburra Romanus Monachus, & Abbas S. Rufi Veliternenſis, Ord. S. Benedicti *c* anno 1126. menſe Decembri ab Honorio II. Pontifice Max. *d* electus eſt Epiſcopus Card. Sabinus, Romæq. Vicarius, denique ad ſummum Pontificatum aſcendit, ſub nomine Anaſtaſii IV *e*. De ipſo plura opportunè protulimus in noſtris ad Ciaconium additionibus, cum multos eo errore exolueremus, hunc Conradum non S. Rufi in Gallia diœceſ. Valentinæ fuiſſe Abbatem, ſed S. Rufi Veliternenſis.

c Auctarii Ciac. eum faciunt Canonicum Regul. et errorneè.

d Avunculo ſuo.

e An. 1153.

XXX. 29. GREGORIUS de Suburra Romanus, Anaſtaſii IV. Nepos, à Patruo adlectus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis, quo ipſe nuper Pontifex creatus munere C abjerat. Hic deinde contra Antipapam Octavianum Alexandri III. veri Pontificis partes promovit, ac fovit; circa an. 1163. deceſſit. Subſcripſit Bullæ Alexandri III. ann. 1161. conceſſæ Archiepiſcopo Januenſi. („ *Et Privilegio Caſaurienſi ab Hadriano IV. conceſ*„ *ſo ann.* 1158.)

XXXI. 30. CONRADUS de Wittelesboch Comes Palatini, ac Rheni, è Bavariæ Ducibus, Friderici Ænobarbi affinis, Moguntinus Archiepiſcopus electus eſt 1160. Friderico Ænobarbo electionem favente, contra Chriſtianum à Bauco in eandem ſedem à Lantgravio violenter intruſum; cumque poſtea inter Alexandrum III. verum legitimumq; Pontificem, atque Octavianum, Victorem III. appellatum exæſtuaſſet teterrimum ſchiſma, Conradus, ut erat egregiè pius, III. Alexandri partes ſecutus eſt. Exarſitq. ad factum mirabiliter Ænobarbus, ita ut illum ingratum inclamans è Moguntina deturbaverit poſſeſſione. Tulit ille æquiſſimo animo contumeliam, dummodo nec ſchiſmaticus, nec contra Romanum Pontificem impius D haberetur. Itaque Ænobarbi iram declinans ad Alexandrum in Gallia cum Senonenſe agitantem Concilium profectus eſt, à quo Cardinalis pronunciatus eſt tit. S. Marcelli, moxq; Epiſcopus Sabinenſis, quòd ob defenſionem veri Pontificis ſuam injuria amiſiſſet Eccleſiam. Quod ipſum nemini acciderat ante Conradum, ut ſcilicet quis prioris Eccleſiæ titulo retento ad alium Epiſcopatum tranſiret. Ex eo, ubi collibuiſſet Pontifici, cœpit tranſire in mores: ita ut temporibus Alexandri hic idem Conradus, trium Epiſcopatuum titulis honorariis præfulgeret, Moguntino, Sabinenſi, Saltzſeburgenſi, ut in pluribus ab eo ſubſcriptis diplomatibus licet videre. („ *Conſecuta inſuper Sora*„ *na Eccleſia adminiſtratione*.) Cæterùm Conradus

A cum ea perſecutionis procella defunctus eſſet; deinde inter Alexandrum III. ac Fridericum Imperatorem firmando fœderi interfuit, mortuoque Chriſtiano Archiepiſcopo Moguntino intruſo, Moguntinam ſedem recuperavit, quam deinceps ſanctiſſime rexit. Succeſſerat interim in Apoſtolica Sede Cœleſtinus III. quo præcipiente Pontifice, Conradus in Syriam legatione functus eſt, ut ejus ſeculi proceres ad recuperandam terram S. animaret. Dum inde rediret, Leonem Regem Armenum coronavit in Regem; ſextoque Imperatore Henrico defuncto, Othonem, filiumq; Suevos, ut adipiſcerentur Imperium, maximè juvit. Tot præclaris operibus, dives, ac felix in Bavaria deinde vita defunctus eſt an. 1201. at ſecundùm Ciac. 6. Kal. Novembris anno 1205. Sepultus eſt Moguntiæ in Cathedrali. Verùm cum in regeſtis Innocentii III. an. 5. 10. Kal. Aprilis, qui fuit Chriſti an. 1202. datam invenerim epiſtolam Canonicis Moguntinis, ut in loco bonæ mem. Conradi Archiepiſcopi Moguntini, Epiſcopi Sabinenſis L. Epiſcopum Vvormacienſem à majori B parte Canonicorum poſtulatum, Epiſcopo Præneſtino legato repræſentarent, ab ipſo, ſi idoneus repertus fuiſſet, confirmandum, erraſſe Ciaconium, dum ejus recenſet mortem anno 1205. clarè patet ex epiſtola Innocentii. Conſule de eo Gaſparem Bruſchium de Epiſcopis Germaniæ, meminitque ejuſdem Baron. in 12. Tom. Annal. Eccleſiaſt. Abbas Uſpergenſis, Henricus Can. lib. 2. antiq. lect. & alii.

31. JOANNES de S. Paulo *f* à Cœleſtino III. Pont. max. Card. ſublectus ann. 1191. Sub Innocentio verò III. ad Sabinenſem Epiſcopatum aſcendit ann. 1203. Hic omnia jura, opeſq; ad Sabinenſem Eccleſiam ſpectantes, quæ ex longiori Conradi Moguntini abſentia Epiſcopatui illi deperierant, diligentiſſima conquiſitione in priſtinum jus, poteſtatemq; ſucceſſorum aſſeruit. Dum hæc agit Joannes, acciderat in Galliis, Philippum Regem Francorum, Reginæ caſtiſſimæ fœminæ, ideòq; inviſæ, legitimæque uxori remittere nuntium. Cauſa trepida erat, & Principibus Chriſtianis in peſſimum videbatur tranſitura exemplum, ni C opportunè juſti thori conſuleretur injuriæ. Itaque Innocentius III. eò legat Cardinalem Joannem doctrina præcipuum, animi verò fortitudine nulli ſecundum; qui cum veniſſet in Gallias, & Reginam quidem ex contemptu, ſolitudineq; marcentem, conſolatoria, doctaq; epiſtola in ſpem melioris eventus erexit, vecordem autem Regem, ac devium, religionis intentato telo ni pareret Pontifici, ad immaculatum juſſit redire thorum. Pluribus aliis legationibus functus eſt, præcipuè autem in ea ſe prudentiſſimè geſſit, cum Conſtantia Imperatrice demortua, juſſu Pontificis tenellum Regem Fridericum Imperio conſervavit, imperium puero. Coluit quam qui maximè ex pietatis affectu S. Franciſcum adhuc ſuperſtitem, ejuſq; gliſcentem per Italiam ordinem, omnibus, quibus potuit officiis proſecutus eſt. Meminit hujus Cardinalis S. Bonaventura in vita S. Franciſci cap. 3. Deceſſit autem ſub vitæ finem Innocentii III. ſummi Pontificis. XXXII.

f è Columnenſium Familia, ut notat Oldoinus.

32. PETRUS *g* Diaconus Card. tit. S. Mariæ in Aquiro ab Innocentio III. contra Albigenſes in Gal- XXXIII.
D lia legatus eſt, contraq; eoſdem, ſimiliſq; farinæ hæreticos, Montiſpeſſulani celebravit Concilium: ab Honorio ſublectus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis anno 1216. eidem Epiſcopo Sabinenſi ſcribit Honorius III. an. 1219. Pontificatus IV. die 6. Kal. Auguſti. ep. 538. fol. 120. in Regeſto Vatic. Confirmantur concordata ejuſdem cum Canonicis, & Archipresbytero Epiſcopii Sabinenſis.

g Duacenſis Belgi.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Petro Epiſcopo Sabinenſi.

Ea quæ vinculo, vel concordia terminantur, ſcripturæ convenit commendari, ne à memoria excidant, & in recidua

(1) Miratur Oldoinus in ſuis additionibus Ughellum tranſegiſſe Continuum Epiſcopum Card. Sabinenſem octavo loco enumeratum inter Purpuratos Paſchalis II. qui ſanè Oldoinus duos Creſcentios huic ſedi attribuat neceſſe eſt, & jam ſupra enumeratum, & modò enumerandum Juniorem dictum, quos inter ſi velit mediaſſe Continuum, nos cenſemus talem Continuum ſupradictum Cynthium fuiſſe, modo Cenſium, modo Centium, modò Cencium ex diverſis exemplaribus nominatum. Nos pro certo habemus Creſcentium pro Cencio, ſeù Cynthio nunquam accipi conſueviſſe in Romanorum antiquis familiis. Benè ſiquidem Crucium gentem Cynthiam, Cenciam, & Centiam dictam fuiſſe commendatum habemus, quæ & hunc Cynthium inter clariſſimos ſuos celebrat. *Lucent.*

eidua quæſtionis ſcrupulum relabantur. Sanè cum inter ſe ex parte una, & Archipresbyterum, & Canonicos Epiſcopii Sabiaenſis ex altera ſuper Eccleſiis in Caſtris de Turri, & S. Polo, & de Roca, & in tenimentis eorum poſitis, ac etiam quibuſdam aliis, quas iidem Canonici tenent in Diœceſi Sabinenſi, quæſtio verteretur, te petente, omnia jura Epiſcopalia in eiſdem tandem inter te, & Pandulfum Canonicum Sabinenſem, qui à prædictis Archipresbytero, & Canonicis ad componendum ſuper præmiſſis mandatum ſpeciale receperat. Sicut nobis conſtitit per publicum inſtrumentum, talis compoſitio nobis mediantibus intervenit, quod videlicet Archipresbyter, & Canonici, qui pro tempore fuerint in ipſo Epiſcopio inſtituendi in ipſis Eccleſiis, præſentabunt Epiſcopo Sabinenſi, & Epiſcopus ſucceſſivè inveſtiet eos, & inſtitui faciet ſi quidem in Epiſcopatu fuerit, vel in urbe recipiendo ab eis obedientiæ juramentum, per quod tenebuntur ea ſervare, quæ continẽtur in compoſitione præſenti. Si vero Epiſcopus fuerit in Campania, vel in aliqua Civitate circa urbem, ſeu in remotioribus locis, Archipresbyter, & Canonici adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus committent ei, quem duxerint præſentandum, eumque ipſi præſentabunt Epiſcopo, quam cito in Epiſcopatu fuerit, vel in urbe, qui confirmabit, & concedet eundem, & ab eo juxta formam prædictam recipiet juramentum. Cum autem aliquis eorũ fuerit corrigendus, Archipresbyter, & capitulum corrigent per ſe ipſos, vel ſaltem ab Epiſcopo requiſiti, quod ſi non fecerint infra menſem, ex tunc per Epiſcopum corrigetur, & ad eum pertinebit deſtitutio quandocumq; aliquis Clericorum fuerit in cauſa deſtitutionis inventus. Promittet etiã præſentatus, quod ſervabit ſententias excommunicationis, & interdicti ab Epiſcopo promulgatas propter contumaciam ejus circa correctionem, prout ad Epiſcopum, ſecundum quod præmiſſum eſt, pertinet, vel circa alia, quæ ipſi Epiſcopo ex hac compoſitione debentur. Præterea Archipresbyter, & Canonici pro Eccleſiis ſupradictis, & aliis ſingulis annis dabunt Epiſcopo procurationem in prandio, & in cœna, ita quod ipſi non plus recipient ab Eccleſiis, quàm expendent in procuratione ipſi Epiſcopo exhibẽda. Si vero propter procurationem Romani Pontificis, vel ejus legati, expenſas fecerint ipſi Canonici, ſatisfiat eiſdem ab Eccleſiis ſupradictis. Clerici autem ipſarum Eccleſiarum, dedicationes Eccleſiarum, & conſecrationes Altarium, ordines, chriſma, oleum S. recipiant ab Epiſcopo Sabinenſi, ſcilicet cum Epiſcopatus vacaverit, fiat ſupra hoc quod fieri conſuevit. Idem quoque Clerici vocati ad Synodũ venient, niſi præpeditione canonica fuerint præpediti, & pro poſſe ſuo Synodi ſtatuta ſervabunt. Archipresbyter autem, & Canonici habebunt quartam partem decimationum, & mortuorum ſedium in Eccleſiis ſupradictis, & ipſe Archipresbyter cum aliquibus Canonicis, quos ſecũ ducet ad colligendum decimam, & ſedium ſemel in anno procurabitur in eiſdem, & tam Epiſcopus, quam Archipresbyter, & Canonici contenti erunt ſolummodo ſupradictis, nec in aliis ipſas Eccleſias, vel eorum Clericos aggravabunt. Hæc autem omnia circa Eccleſias, & Clericos ſupradictorum locorum, ſcilicet de Turri, & S. Polo, & de Roca, & de tenimentis eorum, inconcuſſa ſerventur, ad alias vero Eccleſias, quas alibi, quam in prædictis locis tenent Canonici in Diœceſi Sabinenſi, & quæ Populum habent, etiam ſi Canonici eas in feudum teneant, & ad alias quoque populum non habent, & quas ipſi Canonici non tenent in feudum, iidem Archipresb. & Canonici Clericos præſentabunt, ab ipſis Eccl. quartam decimarum, & mortuariorum, & ſedium recepturi, & procurabitur unus Canonicus, qui ad locum pro illis colligendis accedet. Hiſque contenti exiſtent. Cætera vero, inſtitutio ſcilicet, & deſtitutio, correctio, excommunicatio, interdictio, & alia Epiſcopalia jura ad Epiſcopum tantummodo pertinebunt, ita tamen quod ſi Clerici Eccleſiarum ipſarum ſubtraherent Canonicis aliquid de prædictis, quæ pertinent ad eoſdem, liceat illis eos per excommunicationem, & interdictum cogere in hoc caſu, in aliis vero caſibus, non teneantur iidem Clerici eorundem excommunicationem, vel interdictum ſervare; ubicumq; autẽ in compoſitione præſenti dicitur aliquid eſſe à Canonicis faciendum, ſive in excommunicando, ſive interdicendo, ſeu in corrigendo, ita intelligatur, ut videlicet id fiat ab Archi-

A *presbytero, & capitulo, vel majori parte ipſius, ut autem hæc compoſitio robur obtineat perpetuæ firmitatis, illam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſen. ſcrip. patro communimus. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis infringere. ſi quis autem, &c. Datum Reate 6. Kalendas Auguſti Pontificatus noſtri anno quarto, &c.*

Deceſſit autem Petrus, an. 1221. Arnoldus Wion. lib. 2. ligni vitæ hunc aſſerit ex ordine S. Benedicti fuiſſe monachum, ac Duacenſem; ipſe demum viderit, quali conjectura ductus. Arnoldum certè conſtat errare, cum diaconum Card. Petrum narrat Peruſiæ fuiſſe defunctum, an. 1252. Confundit enim hunc Petrum cum altero Petro de Barro Gallo, Epiſcopo Sabinenſi Cardinali, qui revera eo anno Peruſiæ vitam finivit; Cum interim hic noſter, qui ſub Honorio III. Sabinenſem Epiſcopatum adeptus eſt, fato ceſſerit, anno 1221.

Ad augendam amplificandamque iſtius Petri gloriam, egregium ejus facinus, ex epiſtola Arnoldi Archiepiſcopi Narbonenſis, poſt inſignem illam à Chriſtianis contra
B Miramolinum regem Marochii anno 1212. partam victoriam, ad Arnoldum Abbatem Ciſtercienſem ſcripta, excerptum ac delibatum, ſilentio non obruendum mihi viſum eſt; cum Petrus Card. tunc Innocentii III. juſſu contra Albigenſes in Gallias legatus miſſus, celebrato in Monte Peſſulano Concilio, præcipuus auctor extiterit, ut non ſolum Franchi, induta cruce, ad arma contra Albigenſes piè proſilirent; ſed etiam Hiſpanorum animos, ad pellendos ex Hiſpaniis Mauros, ac Miramolinum, qui ſumma ſuperbia eimus crudele Chriſtianis bellum indixerat, profligandum inflammarit. Non equidem Petrus, cum Toletum ab hoſte receptum eſt, nec partę, ingenti hoſtium ſtrage edita, victoriæ intereſſe potuit, cum jam ille, accenſo ſacro bello, omnibuſque iis, quæ in ejus erant poteſtate, perfectis, ad curiam ab Innocentio eſſet evocatus; eaque contra Albigenſes in Galliis ac Sarracenos in Hiſpaniis legatio, in Arnaldum Archiepiſcopum Narbonenſem, qui ingentibus cruce ſignatorum collectis copiis, Pyrenæos ſuperava, Re-
C geſque Caſtiliæ, & Aragoniæ, contra Miramolinum, ac Sarracenos concitavit, traducta eſſet. Ingenti ille contra hoſtes fidei victoria potitus eſt, quam ab Arnaldo ipſo enarratam ſequenti epiſtola, cujus exemplum in D. Mariæ Magdalenæ Ciſtercienſium monaſterio Florentiæ in hunc modum exaratum aſſervatur, ut rem poſterorum digniſſimam memoria, non prætermittere duxi.

Venerabilibus in Chriſto ſibi multum dilectis Arnoldo Abbat. Ciſtercienſi, cæteriſque Abbatibus in generali Capitulo conſtitutis, Fr. Arnoldus, Dei gratia, Narbonenſis Archiepiſcopus, ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis; Quia magnificavit Dominus facere noſtris temporibus cum ſuo populo Chriſtiano victoriam de ſuis hoſtibus conferendo eidem, in qua victoria eo ipſe fortius eſt laudandus, quo de potentiori hoſte dignoſcitur triumphaſſe. Ecce
D *enim evangelizamus vobis gaudium magnum, quia Miramolinus Rex Marrocchenſis, qui, ſicut audivimus à pleriſque, bellum indixerat omnibus illis, qui crucem adorant, ab illis eiſdem, qui crucem colunt, bello campeſtri devictus eſt, & fugatus. Siquidem cum de diverſis mundi partibus fideles Chriſti propter remiſſionem, quæ à D. Papa D. I. Chriſti Vicario proficiſcentibus ad indictum bellum in Chriſtianitatis Hiſpaniæ ſubſidium eſt indulta, Toleti conveniſſent, ubi debebāt in octava Pentecoſtes ex edicto Regis Caſtellæ, & Aragonum convenire, affuerunt inter eos, qui convenerant, Venerabilis Pater Guillelmus Burdegalenſis Archiepiſcopus, & alii Eccleſiarum Prælati, Barones quoque, ac milites partibus Pictaviæ, & Andeg. ac Britan. & de Lemovic. & Petragoric. & Santon & Burdegalenſis diœceſibus, & aliquot de aliis partibus ultramontanis. Nos quippe cum Comitatu militum, ac peditum ſatis honeſto & bene armato de Lugdunenſi, & Viennenſi, & Valentinenſi diœceſibus, tertio die Martii poſt octavam diem Pentecoſtes . . . . . Toletum venimus, & de utilitate Reipublicæ Chriſtianæ tractavimus cum Regibus,*

Digitized by Google

A *& de adventu D. Regis Navarræ, qui tunc inimicabatur D. Regi Caſtellæ. Nos ſiquidem in ipſo noſtro itinere divertimus ad ipſum D. Regem Navarræ, ut induceremus ipſum ad veniendum in ſubſidium populi Chriſtiani. Cumque reſidentiam ultra quatuor hebdomadas feciſſet exercitus jã Toleti, & tædio fatigatus ex mora arripiendi jam iter contra nationes Sarracenicas æſtuaret 15. die poſtquam nos Toletum venimus, feria 3. nos omnes ultramontani præfecto nobis pro Duce, ac ſocio itineris nobili viro Didaco à D. Rege Caſtellæ, movimus caſtra noſtra: & in ſequenti die Dominico, in feſto S. Joannis venimus ad quoddam caſtrum Maurorum, quod Magalon appellatur: & nondum fixis tentoriis, ſtatim ultramontani aggreſſi ſunt ipſum caſtrum, & infra horam ut credimus fuit illud, quod erat in circuitu capiti caſtri captum. Poſtmodum capiti caſtri ejuſdem inceſſanter ſagittis, & lapidibus per totum diem, & noctem impugnarunt, muros nihilominus cum piconibus fodientes. Erat ſiquidem turris quadrangula de lapide, atque calce habens in ſingulis lateribus ſingulas turres cohærentes ſibi quorum etiam propugnacula erant bene tabulatis munita. Captæ ſunt igitur quatuor turres, & per violentiam expugnatæ, per quas etiam* B *ventum eſt fodiendo ad fundamenta majoris turris. Defendebant ſe adhuc per poſſe ſuo Sarraceni, qui erant in ſuperioribus partibus turris: nec adhuc liberè poterant ad eos noſtri aſcendere, pro eo, quod teſtudines fortiſſimæ de lateribus, atq; calce, ſeu gipſo defendebant eos deſuper exiſtentes. Tractatum eſt ergo de redditione caſtri ipſius. Mauri ſiquidem volebant ſeipſos reddere, ut eſſent ſemper captivi, ſed non placuit iſtud noſtris. Acceptum eſt ergo caſtrum hoc modo, quod ſervata vita illi, qui habebat in caſtodia ſua caſtrum cum duobus ſuis filiis, cæteri eſſent in voluntate peregrinorum. Interfecti ſunt ergo omnes, qui inventi ſunt præter paucos.*

In ſequenti ſecunda feria venerunt Reges Aragonum, & Caſtellæ, & tertia feria univerſi requievimus, juxta prædictum caſtrum; quarta tum feria proceſſimus ultra per duas leuguas, & venimus Calatravam. Erat autem Calatrava caſtrum benè munitum turribus fortibus, atque denſis, & erant in multis turribus manganelli. Die igitur ſabbati, die videlicet cõmemorationis S. Pauli, impugnavit caſtrum totus exercitus Chriſtianus, & aſſiſtente divino adiutorio, pars illa, quæ erat exterior verſus aquam, & debilior, quam impugnabat C *D. Rex Aragonum, & noſtri Viennenſes, & fratres etiam Calatravæ, fuit ea die infra tempus modicum occupata: & in duabus turribus quæ in illa erant parte, poſita ſunt vexilla noſtrorum. In craſtino vero cœperunt Sarraceni tractare de pace; & quia illud, quod captum fuerat, erat debile, & illud, quod reſtabat capiendum multa fortitudine attebatur; placuit Regibus ad evitandum ſuſpendium, atque necem Chriſtianorum, caſtrum accipere ſub tali conditione, ut perſonæ exirent liberæ, & veſtitæ, & de illis equis, qui ibi erant, educerent equos 35 ſecũ; ſequenti tertia feria quidam ultramontani Prælati comitãte illos magna multitudine militum recedentes de exercitu ad propria remearunt; & qui tũc cũ prædictis Prælatis redierunt ad ſua, ultra 40000. æſtimantur fuiſſe. In ſequenti Dominica recedentes Calatrava, relicto Rege Aragonum apud Calatravam, qui victualia, quæ inventa fuerant Calatravæ, ſuis militibus dividebat, venimus ad illud caſtrum, quod appellatur Matros, juxta quod fuerat olim bellum, in quo à Rege Marrocchenſi devicti fuerant aliquando peccatis exigentibus Chriſtiani. Eodem die venit D. Rex Navarræ, deinde per duas dietas venimus ad radices mon-* D *tis, qui dicitur portus de Munadal, & ecce quidam ex noſtris montis aſcendentes cacumen viderunt quaſi ad unam leuguam, vel duas tentoria Sarracenorum: aliqui etiam Sarraceni ſurſum in eodem montis cacumine conflictum habuere cum noſtris. Dictum eſt tunc in exercitu, quod Rex Valentiæ patruus Miramolini eſſet cum Sarracenis, militibus Ciſmarinis, qui Fandalutes dicuntur, in illis tentoriis, ut noſtris tranſitum inhiberent. Erat enim locus arctus & arduus, per quem exercitus proponebat tranſire, & ideo ad id inhibendum tranſitum illum nobis, fixerant Mauri tentoria ſua. Ipſemet Miramolinus die ſequenti venit cum reſidua exercitus ſui parte, in qua die ſexta feria montis ipſius cacumen aſcendimus, & non proceſſimus ulterius ipſa die. Caſtrum quoddam, quod erat in illo monte relictum eſt ſtatim à Mauris. Ea die Sarraceni Chriſtianos, qui aliquantulum ultra tentoria noſtra proceſſerant, impetierunt, & verterunt in fugam, & quoſdam etiam proſtraverunt, & longe plures proſtraviſſent, niſi Viennenſes, & Pictavenſes fuiſſent, qui cum eſſent præſentes ſe quamvis pauci eſſent eiſdem Sarracenis uſque adeo viriliter*

A *objecerunt, quod ultra aquam, quam ipſi nobis inhibere volebant eos fuerint perſecuti, & ſic ab impetitione noſtrorum ſunt contriti Sarraceni.*

In ſequenti die, quæ fuit dies ſabbati, cum non poſſemus per noſtrum iter tranſire per quod propoſueramus tum propter altitudinem, & arduitatem loci, tum propter Sarracenos, qui ex oppoſito conſiſtentes tranſitum inhibebant, fecimus quaſi circuitum per aliam partem, euntes per loca ardua, & abrupta: & cum veniſſemus ad locum, ubi tentoria noſtra erant figenda, ecce erant à regione, Maurorum acies ordinatæ, & infra brevem horam proſiliterunt ante ipſas acies Arabes, & ſagittarii, provocantes noſtros cum ſuis lanceis, & ſagittis. Noſtri curaverũt tantum de figendis tentoriis ſuperſedentes eo die bello campali. In craſtino venerunt ſimiliter diluculo Sarraceni, diſpoſitis eo modo aciebus quo præcedenti die fuerant ordinatæ: noſtri quoq; ſuperſederunt bello, etiam ipſa die, ſagittariis ſolis, & paucis aliis hinc inde diſcurrentibus: Arabibus etiam ex parte ipſorum torneantibus cum noſtris, non more Francorum, ſed ſecundum aliam ſuam conſuetudinem torneandi cum lanceis, ſive cannis. Ipſa die Mi- B *ramolinus demonſtravit plenius poſſe ſuum, quam in die ſabbati demonſtraret.*

Aderat jam tertia dies, dies inquam lætitiæ, dies, quam fecit Dominus, dies per multa ſecula memoranda. Et ecce manè, antequam ſol incandeſceret, prima Maurorum acies, & Arabes, qui erant è latere quaſi in alto monticulo, qui nunquam dicitur venire, ſed quaſi extravagantes extra acies diſcurrendo pugnare ſugiunt, hoſtibus minimè expectatis, quod apparet per hoc, quod in illo loco nulli Sarraceni mortui ſunt inventi. Inſequuntur igitur noſtri Sarracenos fugientes, & cum ultra montem prædictum deſcendiſſent ad vallem, ibi invenerunt, multos Mauros in acie, & ipſos occiderunt. Mauri qui fugerunt, cum ad cacumen montis ultius perveniſſent, ſiſtunt ibidem, pro eo quod ibi erat Maurorum quædam acies ordinata fortiſſima ut ipſi credebant, & ipſe Miramolinus, ut dicitur, in acie illa erat. Perſonantibus igitur valdè inſtrumentis Maurorum, quæ Hiſpani appellant Junbures, figunt greſſus Sarraceni, & non ſolummodo noſtris reſtiterunt, verum & noſtros ita efficaciter invaſerunt, quod Serani, quædam videlicet gens de Regno Caſtellæ tam equites, quam pedites in fugam converſi ſunt, ita quod totus ferè exercitus, qui erat an- C *te ultimã aciem, præter quoſdã nobiles Hiſpanos & ultramõtanos fugere viderentur: & multus timor fuit in cordibus multorum ex noſtris, nec illo die nos Dominus defraudaſſet, quod credendum eſt ex diſpoſitione divina ad reprimendam noſtrorum ſuperbiam eveniſſe, ut dum noſtros armatos à facie videremus non nobis, vel armis perſonarum, vel equorum, quæ multa erant in exercitu noſtro, pauciſſima verò, vel nulla in exercitu Sarracenorum; ſed D. I. Chriſto adſcriberemus victoriam poſtmodum ſecuturam: & cruci ejuſdem cui ipſi inſultarant, & quam noſtri portabant in pectore, ut eſſent quales dicit Apoſtolus, portantes videlicet ejus improperium extra caſtra, in quo improperio noſtri ſine dubio poſtmodum devicerunt. Nos cum fugam Chriſtianorum vidiſſemus, cœpimus diſcurrere per exercitum, & hortari fugientes, ut obſtarent. Licet autem Serani, & fortè plures alii fugerent, ultima tamen acie ſtante, & unoquoq; Regum cum ſuo comitatu ipſos Sarracenos ſtrenuiſſimè impetente, quibuſdam ad hortationẽ noſtram ſtantibus, quibuſdam etiam ad conflictum redeuntibus, non ſolum retro repulſi ſunt Sarraceni, qui tergo Chriſtianorum imminebant: verum etiam illi, qui erant in illa forti* D *acie, ſunt confecti, & occiſi. Et ex tunc fugit exercitus Sarracenorum irreparabiliter poſt Miramolinum Regem ipſorum, qui prius aufugit: qui etiam, ut dicitur, & creditur, in præcedenti nocte, præſentiens, quod devincendus eſſet, præmiſerat eadem nocte ante ſe, ſuper mulos, & camelos, divitias inæſtimabiles, quas habebat. Noſtri Sarracenos inſequuntur per media ſua tentoria fugientes. Tentoria vero plura, niſi quando venerunt illuc, ad terram depoſita invenerũt: inſecuti ſunt autem eos, per quatuor leuguas benè, & tot ex eis occiderunt, quotque in bello, & poſt bellum ſunt interfecti 60000. & multo plures exiſtimantur fuiſſe, & quod eſt valde mirabile, ſicut credimus, non ſunt de noſtris mortui 50. In tribus vero locis, vel quatuor tot lanceæ ſunt inventæ, licet jam confractæ, quod omnes, qui viderunt multum exinde admirabantur, archæ parvæ plenæ ſagittis, & quatrellis tot ſimiliter in tribus locis vel quatuor ſunt inventæ, quod ſi etiam plures opinantur, & contendunt, duo millia ſomariorum non ſufficerent ad portandum. Benedictus per omnia D. I. Chriſtus, qui per ſuam miſericordiam in noſtris temporibus, ſub felici Apoſtolatu D.*

Papæ

Digitized by Google

Papæ Innocentii, de tribus generibus petulantium hominum, & inimicorum Eccleſiæ S. ſuæ, videlicet orientalibus ſchiſmaticis, occidentalibus hæreticis, meridionalibus Sarracenis, victoriam contulit Catholicis Chriſtianis. Super tantis igitur bonis, & donis nobis ab eo collatis, quod dat omnibus affluenter, & non improperat gratias ei, quas ei poſtulamus, & ſi non dignas tamen quantas, & quales poſſumus, referamus. Fuit autem bellum anno Domini MCCXII. XVII Kal. Auguſt. II. feria, ante Magdalenæ, in loco, qui dicitur Hanas de Toloſa. Erat quippe quoddam caſtrum Maurorum prope, quod Toloſa nominatur, quod nunc in poteſtate Chriſtianorum per Dei gratiam eſt redactū, ut intelligant, & timeant ſimile, niſi pæniteant hæretici Toloſani.

Tertia die poſt bellum peractum IV. feria videlicet, recedentes dicto loco illo ubi tentoria Maurorum fuerant, ubi nos per duas noctes pernoctavimus, venimus ad quandam aquā, quæ dicitur Gnalien. Quot autem cadavera mortuorum occiſorum à Chriſtianis perſequentibus invenerimus in itinere, uſque ad quoddam caſtrum, quod erat in via, Bilch. appellatur, quis ſufficiat explicare? redditum eſt ergo caſtrum illud ea die D. Regi Caſtellæ. Erant enim ibi aliquot Sarraceni, qui de bello evaſerant, & receperunt ſeſe ibi. Indigenæ ſi quidem jam inde fugerant ante faciem Chriſtianorum Requievit autem exercitus juxta prædictam aquam per duos dies. feria vero V S. venimus Viatiam Civitatem quā invenimus à ſuis indigenis penitus deſtitutam. Receperant enim ſe ſe plures in quandam villam vicinam quæ Ubeda nuncupatur. Pars tamen major exercitus venit Ubedam ea die. Nos vero cum quadam parte exercitus venimus Ubedam die ſequenti. In craſtina, videlicet Dominica die cum armaſſet ſe major pars exercitus ad illam villam impugnandam, placuit Regibus, ut redirent ad caſtra, & ſuperſederent inſultu ea die; feria autem II. villa impugnatur, & cum noſtri jam per plures horas inſtitiſſent. & non poſſent multum perficere, & jam quaſi deſperati ferè omnes ad tentoria rediſſent; ecce ea illa parte, quam D. Rex Aragonum impugnabat, medietas turris, quam perforaverat, occidit, & intrantibus præcum illum Aragonenſibus, cœperant muros relinquere Sarraceni, & tunc per diverſas partes murorum irrumpentibus Chriſtianis, Sarraceni relictis duabus partibus villæ, receperunt ſe in tertia parte villæ confeſtim, quæ erat fortior aliquantulum. Poſtmodum de compoſitione tractatum eſt in hunc modum, ut videlicet Sarraceni Ubedæ darent Regibus millies mille Mazmutinas: ipſi vero remanerent in ipſa villa cum omnibus aliis rebus ſuis. Quoniam vero iſta compoſitio erat contra Deū, Sic enim non ſolum vendebantur Sarracenis arma, & bladū quod eſt per canones ſub excommunicatione inhibitum, verum etiam terra non ſolum illa, quæ erat acquirenda, immo illa, quæ fuerat acquiſita, cum pars villæ jam capta fuiſſet: & de illa, quæ nondum erat capta, eſſet certiſſima ſpes, quod facile caperetur; cœperunt quidam Prælati, qui erant in exercitu contra compoſitionem hujuſmodi reclamare. Quorum autem conſilio Chriſtianorum compoſitio hæc fiebat, non intereſt noſtrum referre. Redeuntibus tandem Regibus ad curſum, facta eſt compoſitio altera in hujuſmodi modum, ut videlicet Mauris darent ſumptam pecuniæ quantitatem, nec non & villam relinquerent diruendam; & ipſi Mauri exirent inde ſecuri, cum omnibus aliis rebus ſuis. Et factum eſt divino judicio diſponente, quod Mauri non potuerunt promiſſionem adimplere, & ideò à Chriſtianis in captivitatem ſunt redacti, & fuerunt deſerti muri villæ. Benedicamus ergo Dominum univerſi, & laudemus, & confiteamur, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam magnam. Propter quod ſanctam diſcretionem veſtram rogamus quatenus referatis gratias Deo, &c. non ſoli, precibus inſiſtatis quatenus Omnipotens Deus in plena expugnatione, & victoria . . . . glorificet filium ſuum D.N.I. Chriſtum, cum quo vivit, & regnat in unitate Spiritus S. Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic Arnoldus non ſolum probitate morum, ſed etiam ardenti, dum Ciſtercienſis Abbas ejuſque ordinis Generalis eſſet, zelo clariſſimus extitit, demumq; Archiepiſcopus Narbonenſis, ac Legatus Apoſtolicus renunciatus, ſuo conſilio inſignem illam victoriā peperit, ac demum anno 1229. è corporis nexibus ad Chriſtum, cujus gloriam adeo auxerat, evolavit. De ipſo Petrus de Vallibus in Albigenſium hiſtoria cap. 5. 7. 21. 95. & 104. Cæſarius lib. 5. dialog. cap. 21. & lib. 7. cap. 52. aliique illuſtri facta mentione poſteritati conſecravere.

XX XIV. 33. ALEBRANDINUS Cajetanus nobilis Romanus ex Presbytero Card. tit. S. Suſannæ ad Epiſcopatum Sabinenſem promotus ab Honorio III. anno 1221. id habetur ex Reg. Vat. ejuſdem Pontificis in ep. 529. ann. 5. Pontificatus, Epiſcopo, & Capitulo Pariſienſi ſcripta, quam mox afferam.

EPISCOPO ET CAPITULO PARISIENSI.

VEnerabili fratre noſtro quondam S. Suſana presb. Card. in Sabinenſem Epiſcopum conſecrato, eidem ſuadere ſtuduimus, ut præbendam, quam in veſtra obtinebat eccleſia retineret, quatenus ipſe hoc plenius in eccleſia devotionem retineretur ejuſdem. Sed in nulla ſuaſionis inſtantia potuimus obtinere. Unde volentes, ut ejus affectio ab ipſa eccleſia non recedat, præbendam ipſam dilecto filio Jacobo nato nobilis viri Joannis Cajetani germani ejuſdem Epiſcopi duximus conferendam, ut epiſcopus ipſe ac ſui hoc vinculo mediante eidem eccleſia remaneant obligati; ideoque vobis per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus procuratori ſuo ejus nomine, Stallum in choro & locum in capitulo aſſignantes, fructus ipſius præbendæ de cætero exhiberi faciatis eidem. Nos enim decernimus irritum, ſi de præbenda ipſa ſecus fuerit aliquid attentatum. Datum Laterani idus Aprilis, anno 5.

Ejuſdem Alebrandini Card. S. Suſannæ, ann. 4. Honorii habetur memoria in ep. 712. Decano, & Capitulo Pariſienſi, ut alterum ſibi deligant Epiſcopum, cum A. tit. S. Suſannæ presb. Card. ab ipſis poſtulatus, electioni de ſe factæ, aſſenſum præbere noluiſſet. Hi verò reſtauratis Comitiis quemdam M. Gualterum nominarunt. At Honorius perſonam electi cum minus idoneam reperiſſet, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, Guillelmum Antiſiodorenſem Epiſcopum virum toti orbi celeberrimum ad eam Eccleſiam tranſtulit. Datum Laterani, 4 Kal. Martii, ann. 4. Alebrandini verò noſtri Epiſcopi Sabinenſis, cujus nomen hac ſolum littera A. notatur in regiſtro, hucuſque auctoribus ignoti, verum nomen expiſcati ſumus, tum ex monumento antiquo Archivii Florentinæ Eccleſiæ Canonicorum, quod infra retulimus in Epiſcopis Tuſculanis, dum de Nicolao de Claromonte Siculo Epiſcopo Tuſculano ageremus; tum verò ex diverſis diplomatibus Honorii. Eundem Alebrandinum presb. Card. tit. S. Suſannæ ſubſcriptum reperi in bulla Honorii III. conceſſa monaſterio S. Mariæ de Petronio, Datum 8. Kal. Aprilis anno 5. qui fuit Chriſti 1221. Epiſcopum verò Sabinenſem in alia ejuſdem Pontificis bulla monaſterio S. Salvatoris Majoris Reatinæ diœceſis 8. Kal. Maji anno 5. Memoratur in marmorea inſcriptione eccleſiæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad tres Fontes extra Urbem, cujus conſecrationi ab Honorio ſolemniter habitæ Kal. Apr. ejuſdem anni interfuit. Tandem in diplomate confirmationis omnium privilegiorum Abbati S. Mariæ de Novo portu Anconitanæ Diœceſeos ab eodem Honorio innovato, 3. id. Junij ann. 1222. pontif. 6. ita ſubſcriptum, ut in aliis, videmus, *Ego Alebrandinus Sabinenſis epiſcopus*. Potuit paullo poſt Alebrandinus exceſſiſſe è vivis cum deinceps nulla de eo reperiatur mentio; cujus obitus dies recenſetur in pervetuſto Martyrologio SS. Cyri & Joannis, pluries à Baronio in notis ad Romanum Martyrologium citato, & commendato, hiſce verbis. *11. Kalen. Januarii Obiit D. Alebrandinus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis.*

34. M. [a] OLIVERIUS Germanus Scholaſticus Colonienſis indeſeſſus, egregiuſque divini verbi enunciator, Paderbonenſis Epiſcopus, ex Canonico à ſaniori parte Capituli contra Henricum Præpoſitum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, electus Romæ ab Honorio III. conſecratus, rejecta Henrici poſtulatione, mox bono Eccleſiæ univerſali omine, ad Eccleſiam Sabinenſem tranſlatus anno 1225. ut ex ſequenti epiſtola ejuſdem Pontificis, Capitulo Paderbonenſi clarè patet, quæ 36. eſt in ordine Reg. Vat. an. 10. f. 83. XXX XV.

[a] Thoma.

CAPITULO PADERBONENSI.

CUm Apoſtolica Sedes Eccleſiarum omnium gerens ſollicitudinem, generalium ſingularum utilitatibus

ſuo

ſuo loco,& ſempere ſtudioſè providere deſiderat,prout ſi-
bi Dominus adminiſtrat,ne ſi pro aliis adeo intenta ſolli-
citudine verſaretur, quod ſua quaſi negligenter oblita ne-
ceſſitati ſua conſulere prætermitteret,merito poſſet de mi-
nus ordinata redargui caritate, viros electos quos ad coo-
perandum ſibi cognoſcit idoneos,frequenter ad ſe advocat
& aſſumit, ſic illos honorans , ut nihilominus provideat
Eccleſiæ generali.Sanè cum Magiſter Oliverius tunc ele-
ctus veſter ad noſtram præſentiam acceſſiſſet , nos ipſum ,
quem fama laudabilis nobis multipliciter commendarat
recipientes hilariter, & benigne munere ſibi conſecratio-
nis gratanter impenſo,ipſum poſt aliquandiu apud Sedem
Apoſtolicam commorantem merita virtutum ejus , qua
prius intellexeramus probabilibus argumentis evidenter
experti, in conſortium noſtrum admiſimus , & tranſtuli-
mus in Epiſcopum Sabinenſem,qui ut ſperamus in Domi-
no ita ſerviet Eccleſiæ generali,ut veſtra tanquam priori
ſponſa dilectionis ſervet gratiam ſpecialem. Cæterum,ne
quod abſit,Eccleſia veſtra,pro defectu Paſtoris,alicui ſu-
biaceat detrimento,Univerſitatem veſtram monemus,&
hortamur,& per A.V.S.mandantes , quæ convenientes
in unum , Spiritus S. gratia invocata , provideatis vobis
de perſona idonea per electionem canonicam in Paſtorem,
qui tanto congruat oneri , & honori ; verum ne obrependi
doloſis , vel violentis locus pateat irrumpendi,dil. f.... de
Hieſteuſen , & .... de Breidelare Abbatibus Paderbo-
nenſis diœceſis, noſtris dedimus literis in mandatis , vos
ad electionem canonicam celebrandam moneant propen-
ſius,& inducant. Quare vobis injungimus , ut in electione
taliter procedatis, quod eccleſia nullo diſſidio laceretur ,
nec vos exinde præter damnum conſcientiæ parum officii,
vel beneficii ſentiatis, ſed potius mereamini apud Domi-
num & homines de zelo,& ſcientia commendari. Datum
Reate 5. Kal.Octob.anno 10.

Alia Honorii epiſtola legitur ibidem num.249.fol. 45 anno 9.datum 7.idus Aprilis,Nobilibus, & Miniſterialibus eccleſiæ Paderbonenſis , ut Oliverio Epiſcopo à ſe conſecrato obediant.Oliverius inde cum Nicolao Epiſcopo Tuſculano ad Fridericum Imperatorem legatus miſſus eſt ab eodem Pontifice,ut eundem ad ſacrum bellum provocaret.Quos verò in enunciando verbo Dei Oliverius pertulerit,adieritque labores, Cæſarius Hiſterbacenſis abundè narrat lib. 3.cap.6. & lib.12.cap.13.miraculorum. Scripſit, ut notat Nomenclator, de eccleſiaſt. diſcipl. Clero Paderbonenſi. Diſceſſit è vivis anno 1227.

XX XVI. 35. JOANNES de Abbatis Villa Gallus,quem alii Joannem Holegrin*a* appellant , monachus Cluniacenſis,ac Prior S. Petri,cum Archiepiſcopus Biſuntinus à Gregorio IX.creatus fuiſſet , mox & Epiſcopus Sabinenſis Card.an.1227.Deceſſit anno 1237.4.Kal. Octob. De hujus Cardinalis obitu Alphonſum Ciac. error tranſverſum agit , cum illum dicat fato ceſſiſſe anno 1240.Qui enim hoc fieri potuit,cum huic Joanni in Sabinenſi Epiſcopatu ſucceſſerit Gauſridus an. 1637. Meminit hujus Jacobus Chifletius in Biſuntinæ Urbis hiſtoria.Cæterùm hic Joannes, omni diſciplinarum genere excultiſſimus fuit , ita ut inter cætera ingenii monumenta,quæ reliquit,in Cantica Canticorum pulchram , plenamque judicii expoſitionem ediderit,cum multis divinis concionibus,quarum cum laude meminit Trithemius . In publica Parienſi Academia ad liberales artes diuturniori labore , atque conatu inſtituit plurimos . Vix ſub IX. Gregorio Roſeo pileo fuerat decoratus , cum ad prædicandam cruciatam,ut vocant,contra Sarracenos,ſtatim in Hiſpaniam,ac Luſitaniam miſſus eſt . Functus eſt ſub eodem Pontifice ſecunda legatione ad Fridericum , ita felici eventu,ut ſchiſmatis abjectis conſiliis,ad pacis fœdus cum Pontifice feriendum facili negotio illum induxerit;tametſi poſtea, ad omnem perfidiam promptus redierit ad ingenium .

a ſeu Hol-grin.

XX XVII. 36.GAUFRIDUS Caſtillioneus Mediolanenſis, preſb. Card.tit.S Marci, à Gregorio IX.ſublectus eſt Epiſcopus Card.Sabinenſis.Hic ille Gauſridus eſt Joannis Caſtillionei filius, Caſſandræq;Cribellæ,Papæ Urbani III.ſororis , qui ſeveriori morum diſciplina,ſub S.Galdino Archiepiſcopo Mediolanenſi inſtitutus , Mediolanenſis deinde Eccleſiæ Archipreſby-

A ter , & Cancellarius fuit,quique ſub patrui Pontificatu,onus Mediolanenſis Eccleſiç,aurea illa ſua mediocritate contentus,contempſit ſubire;quique demum , patruo Urbano defuncto , rerum humanarum pertæſus, in Altacumba Ciſtercienſis Ordinis in Sabaudia celebri monaſterio monaſticam vitā duxit.Cæterum, haud illi diuturniori mora frui licuit illa tranquillitate vitæ,quippe Gregorius IX.cum illum eduxiſſet reluctantem è clauſtro,ad purpuratum Sabinenſe Sacerdotium cum acclamatione bonorum erexit an. 1237. Ejuſdemque opera in plurimis,trepidiſque legationibus uſus proſperè eſt,ita ut cum poſtea Gregorius fato ceſſiſſet, ex communi Senatus conſenſu , in demortui locum ſub nomine Cœleſtini IV. ſufficeretur an.1241. Ex hac prænobili, & clara Caſtillionea proſapia,plures alii Cardinales effloruere, inter quos Beſſa Nigrinus Gotifredum diaconum Card. S. Adriani , in illuſtrium hominum familiæ Caſtillioneæ elogiis, collocat;aſſeritque idem Nigrinus,qui in eundem errorem Ciaconium poſtea conjecit , hunc Gotifredum quem
B Innocentius IV.an.1244.in Diaconum Card.extulit, Gaufridi noſtri Epiſcopi Card.Sabinenſis, quique poſtea dictus Cœleſtinus IV.Eccleſiæ clavum tenuit,nepotem extitiſſe.At ille ſanè,uti Ciccarellus,& Sanſovinus,aliique qui quamvis nunquam extiterint,ab auctore purpura donati fuere , temerè inter Cardinales Innocentii IV.collocatus:hoc vero certiſſimum Gotifredum, qui poſtea Lugduni obiit , ab Innocentio IV. diaconum Cardin.S.Adriani renunciatum ann.1244. non ex Mediolanenſibus Caſtillioneis , ſed è civitate Trano, regni Neapolitani,ut Matthæus Weſtmonaſterienſis, qui iis vixit temporibus , aſſerit , originem traxiſſe. De ejus morte idem auctor hæc literis prodidit an. 1245. *Lugduni in Gallia obiit Gotifredus de Trano Cardinalis , quo non erat aliquis alius domino Papa familiarior , velut illor tempore Quadrageſimali .* Iſte Gotifredus eſt , qui ob omnibus dignitate Cardinalitia , quam brevi tempore geſſit, ab Innocentio auctus ornatuſque aſſeritur,nec alter ejus nominis, temporibus Innocentii, ut ex regeſto ejuſdem Pontificis colli-
C gitur,cum multis bullis,ab anno quo creatus eſt 1244. Diaconus Cardinalis S.Hadriani , ad ann.1245.quo menſe Februarii die 8. Eccleſiæ Spinghenſis privilegio ſubſcriptus videatur , ac paulo poſt extinctus ſit , cum Aprili menſe, ac die 4. bullæ Xenodochio D.Eulaliæ indultæ non ſubſcripſerit,poteſt reperiri.Probat altera ad Abbatem , & conventum S. Mariæ Eboracenſem,Lugduni 3.Kal.Sept.ann.3.Innocentii,data, inqua perhonorifica mentio ipſius facta eſt,his verbis: *Gothifredi bon. memoriæ S.Hadriani diaconi Cardinalis*,cum Geriſurdenſem Eccleſiam Dunelmēſis Diœceſis , quam Gotifredus ipſe Cardinalis obtinebat , in Opizonem Sanvitalis ejuſdem Innocentii nepotem conferret. Ea epiſtola ordine 100.eſt, ſol.228.an.3.ac præter eam nullius alterius Gotifredi , Innocentii tēporibus,veſtigium ullum,vel tenuiſſima memoria,poſteris commendata reperitur. Conſtat igitur Gotifredum illum, qui in diaconum Cardinalem S.Hadriani evectus ſui memoriam poſteris reliquit,non Mediolanenſem, è Caſtillionea , non ex altera familia Roma-
D na,vel ex dominis Fruſinonis ſatum, ut legitur in nova inſcriptione inciſa marmori,& anno 1641. menſe Sept.in Eccleſiam D.Hadriani Romæ,ex quadam vinea, vel domo , ut ajunt, privata translata, quæ muri dextera parte , Eccleſiam ingredientibus , affixa ſe ſe objicit ; ſed Trano, ut Weſtmonaſterienſis aſſerit , oriundum. Qui enim, modo in inſcriptionibus antiquis exercitus, ac peritus, eam inſcriptionem per ſingulas partes diligenter diſcuſſerit , cum eorum temporum non ille ſit ſtylus , modernam, & ad arbitrium fictam agnoſcet,ac ſubornatam.Adde nuper deforis allatam, ut aſſerunt ejus Eccleſiæ cuſtodes , nec unquam in ea Eccleſia,ad annum 1641.quo allatum marmor,ullam ejus memoriam percrebuiſſe: at hæc bona eorum venia;qui fortè ab aliis decepti, hoc marmor allatum,in publico Eccleſiæ loco collocarunt , ſcripta ſint ; non enim hæc,nè Weſtmonaſterienſis negantis,Gotifredum diaconum Card. S. Hadriani , Mediolanenſem fuiſſe , vel ex dominis Fruſinonis , ut aſſerit epigra-

phe in D. Hadriani templo nuper poſita, propagatū, A
auctoritati repugnarem, ſilentio involvenda fuerunt. Apud lectores etiam, qui meas ad Ciaconium additiones evolverint, quod ſub finem vitæ Innocentii IV. Gotifredum quemdam alium Cajetanum Piſanum, ex canonico Panormitano SS. Sergii, & Bacchi, ab eodem Innocentio ann. 1251. diaconum Card. renunciatum, aliquorum Reipublicæ Genuenſis monumentorum, ac Joannis Spataphoræ adducta auctoritate, ac Abbate D. Conſtantino Cajetano, eo tempore inſinuata, ac velut te veriſſima, quam ipſe propriis hauſiſſet oculis, confirmata, inſeruerim, apologiam texere, erroremq; damnare debui. Evolutis enim regeſtis Vaticanis, majorique rerum, ac monumentorum veterum ſcientia comparata, ab illo viro equidem docto, ſed in rebus familiæ ſuæ nimis credulo, cum nullus Gotifredus Piſanus è familia Cajetana ſatus, Innocentii IV. maximè temporibus unquam extiterit; non alterius in ejus regeſtis Gotifredi, quam illius S. Hadriani Card. Tranenſis, non Piſis, vel Syracuſis, ut
B Cajetanus inſinuare voluit, oriundi, ſubſcriptionibus inventis, in errorem conjectum, ac circumventum me vidi. Verum non in eo ſolum ab ipſo in errorem inductus, ſed etiam ab ipſius commentariis, ex archiviis Piſanis familiæ ſuæ celebratiſſimæ, ut mihi aſſeruerat, delibatis, quibus ipſi fuerat inſinuatum, Soſridum à Lucio III. ann. 1185. in diaconum Card. S. Mariæ in Via lata evectum, qui longo tempore Cardinalatum geſſit, ac ſub Innocentio III. ann. 1211. presb. Card. animam efflavit, Piſanum ex familia Cajetana ſatū, filiumque Comitis Henrici Cajetani, ac Villani Piſarum Archiepiſcopi, quem ab Eugenio III. conſanguineo ſubdiaconum Apoſtolicum creatum contendit, nepotem extitiſſe, deceptus in errorem impegi. Hæc enim omnia deridicula, ac nullo fundamento ſuffulta, cum iſte Soſridus, non Piſanus, vel ex familia Cajetana, ut ille me in notis ad Ciaconium pag. 597. cum de Soſrido loquerer, errare compulit, proſeminatus fuerit, ipſeq; in ſuis ad vitam Gelaſii univerſalibus commentariis, è Cajetana familia ejus originem falsò derivarit, quippe è Piſtorio oriundus fuit, illumque Lu-
C cius III. è canonico Piſtorienſi ad Cardinalatum extulit. Poſſem monumenta Piſtorienſis Eccleſiæ idem confirmantia, & à me nunc ſilentio præterita adducere; at Gregorii Abbatis Paſſiniani, qui iiſdem vixit temporibus, quique ut S. Joannes Gualbertus Vallis Umbroſæ Abbas in SS. numerum à Cœleſtino III. referretur ann. 1193. operam navavit: reque feliciter confecta, epiſtolam ad ſuos monachos, data rei totius geſtæ ratione ſcripſit, teſtimonium, ad confirmationem illuſtrandæ veritatis ſuffecerit: quippe Prælatis, & Cardinalibus, qui interfuere enumeratis, non aliud de Soſrido Cardinali, quam Piſtorienſem canonicum, nulla alia patriæ facta mentione, quam canonici Piſtorienſis nomine, explicitam ſatis putabat, ſubjecit extitiſſe. At ſi ex alia regione fuiſſet oriundus, non præteriiſſet ſanè, cum id de tot aliis quos ibi numerat, non omiſerit, præſertim cum de Thuſco Cardinali, ipſe homo Thuſcus loqueretur: quam epiſtolam Diegus de Franchis vir doctus, & eruditus, Abbas Ord.
D Vallis Umbroſæ in vita Jo: Gualberti adduxit; è qua ſi eam lector perlegerit Soſridum non Piſis, ſed Piſtorio oriundum colliget. E qua porrò familia propagatum ignoro, aliiſque relinquo indagandum. Suffecerit mihi in hac occaſione candidè meam olim ſimplicitatem, ob fidem, viro eorum omnium, quæ ad familiam ſuam aliter prænobilem inſigniendam magis, illuſtrandamq; comminiſci ac ſomniare poteſt, facilè credulo adhibitam, confeſſum eſſe, erroremque proſcripſiſſe. Ego enim meos errores (ut alibi dixi) cum veritatem aſſequi datum eſt, lubentiſſimè agnoſco, exuoq; ac in præſenti opere cum feret occaſio, ad Ciaconium notarum errores, quos virorum alioquin doctiſſimorum proprio affectu ſubornatus admiſi, emendabo.

XXXVIII (,, *Nicolaus Epiſcopus Cardinalis Sabinenſi delectus ,, ab Innocentio IV. in Pruſſia legatus fuit Apoſtolicus. ,, Obiit an.* 1244. Locent. ex Oldoino.)

XXXIX 37. GUILLELMUS Subalpinas, olim S.R.E. Vicecancellarius ſub Honorio III. mox etiam Mutinenſis Epiſcopus an. 1222. in Livonia, Pruſſiaq; ut Evangelii fines extenderet, legatione functus eſt ſub Pontifice Honorio, eodemq; munere à IX. Gregorio inſignitus, uberes fructus tulit, cum ampla poteſtate illic novos creandi Epiſcopos. Rediit deinde ad curiam jam Innocentio IV. ſedente, à quo in generali Lugdunenſi Concilio, Epiſcopatum Sabinenſem obtinuit, undè Gaufridus ad Pontificatum aſcenderat, an. 1244. Lugduni deceſſit prid. Kal. Apr. an. 1251. ſepultuſq; eſt apud Fratres Prædicatores, hoc exornatus elogio.

Hic jacet
Zelantiſſimus Prædicator, & laudator nominis Jeſu Chriſti: Aſſertor fidei, & totius veritatis; Vir permagnæ ſanctitatis, & ornamentis pietatis, Pater venerabilis Dominus Guillelmus Sabinus Epiſcopus Card.

38. PETRUS de Bar *a* Monachus, & Prior Claravallenſis, Ordinis Ciſtercienſis, inde Abbas de Moris, poſtea Ignacenſis ejuſdem ordinis, Cardinalis presb. XL. *a Genere Gallus.*
B tit. S. Marcelli ab Innocentio IV. ann. 1244. vocatus, dum ſynodus haberetur Lugduni contra Fridericum Imperatorem, poſtea Epiſc. Card. Sabinus. Eumdem delegit Innocentius anno 1251. ut in Hiſpania legatus foret. Peruſiis Chriſtiano orbi eripitur anno 1252. ibidemq; tumulatus. Plura de eo Petrus Frizon.

39. JOANNES *b* ab Innocentio IV. electus eſt Epiſcopus Card. Sabinus ann. 1255. m. Decembri; paulò poſt quam fuerat creatus Alexander IV. deceſſit. XLI. *b Hunc nuſquam Petrus ſine indicat Oldoinus.*

40. VIDO *c* Groſſus Narbonenſis Gallus, ex Archiepiſcopo patriæ ſublectus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis ab Urbano IV. an. 1261. cum in majori Britannia de graviſſimis rebus legatione fungeretur: qui etiā deinde ad Pontificatū evaſit ſub nomine Clem. IV. an. 1265. (,, *Cōr. Bononiēſis in Galliæ praſ fuit an.* 1264. Luc.) XLII. *c Seu Guido.*

41. BERTRANDUS à S. Martino Gallus *d*, Archiepiſcopus Arelatenſis à Gregorio X. ad Sabinenſem purpuratum ſacerdotium promotus eſt, m. Decemb. an. 1273. qui paulò poſt vita functus eſt in Concilio Lugdunenſi an. 1274 *e* In hujus Cardinalis enarranda hiſtoria, duplici errore Alphonſus Ciac. labo- XLIII. *d Civis Arelatēſis.* *e Seu 1275 ut Oldoino placet.*
C rat. Primum, quod in Lugdunenſi generali concilio aſſerat Bertrandum eum D. Bonaventura creatum fuiſſe Cardinalem, omnibus propemodum reſtagantibus ſcriptoribus, noviſſimè autem Card. Roberto Bellarmino de Script. Eccleſ. Secundo, quod contendat objiſſe illum in interregno Pontificis Joannis XXI. quod ipſum tantum à vero abeſt, quo longius ille à Joannis XXI. temporibus fato ceſſerat. Conſule Petrum Saxonem in hiſtoria Epiſcoporum Arelatenſ.

42. JOANNES Vicecomes Placentinus, Gregorii X. nepos, in Concilio Lugdunenſi in demortui Bertrandi locum Card. Epiſcopus Sabinus ſuffectus eſt an. 1275. Hujus Cardinalis omnino non meminit Ciac. Ludovicus Lellus in hiſtoria Eccleſiæ Montis realis ann. 1276. narrat Vicecomitem Auditorem fuiſſe ſub Innocentio V. cum Guillermo de Brio Card. S. Marci, atque Matthæo Card. Urſino, eum Montis Realis capitulum Joannem Potentinum Epiſcopum in Archiepiſcopum Montis Realis ſibi enixius poſtulaſſet XLIV
D ordinandum. Hujus etiam meminit Vicedominus de Vicedominis Card. in ſuo teſtamento condito anno 1276. quod adhuc in publico Placentino archivo diligentiſſimè aſſervatur, ut Petrus Maria Campius Placentinus Canonicus hoc ipſum oculis ſe uſurpaſſe ſolebat mihi narrare, cui viro, & docto, & probo fidem non adhibuiſſe ſanè mihi religio eſſet, qui ne ſemel narrando vacillaſſe credatur, iterata narratione in vita S. Franchæ Placentinæ, quam elegantiſſimè ſcripſit, illud idem affirmat, additque è vivis fuiſſe exemptum anno 1278. neque de ipſo demum tacuit Panvinius in epitome.

43. GERARDUS Blanchus Parmenſis *f*, ejuſdemque civitatis Canonicus, à Nicolao III. Pont. Max. electus eſt presb. Card. tit. SS. duodecim Apoſtolorum anno 1278. mox Epiſcopus Card. Sabinus. Romæ deceſſit an. 1302. Kal. Martii, ſepultuſque eſt in templo S. Joannis in Laterano, cujus hæc rudioris ſeculi carmina exornant ſepulchrum. XLV *f Ex Villa Gainaco Di ceſis Parmenſis.*

Quiſ-

A
Quiſquis ad altare veniens hoc ſacrificare,
Qui vel adorare vis, Gerardi memorare
Ortu Parmenſis, & Pontificis Sabinenſis.
Hoc attendat homo per funus hoc ſibi promo,
Eſt fumus unde ſumus, & tranſimus quaſi fumus,
Martius intrabat, annos Domini numerabat.
M. ſemel, & C. ter bis I. cum fine beato;
Parmenſis natu Sabinenſis Pontificatu
Cardineo migravit homo Gerardus honoris
Miſſus ab arce Sion ſanans animas rediit
De Hiſpanis, Francis, Apulis, de Siciliaque
Mira viri virtus parendi victima, qui ſe
Taliter expoſuit, moribus, terris, inimicis,
Hujus morte nitens ſpeculum deperdit honeſtas,
Pontificum vita oleum modus, & via veri,
Virtutum gravitas, & mens, & practica juris
Sermo brevis poſſem prodis prolixus, & hoſtem
O mors impavida, crudelis mors homicida
Febris & o triſtis, quæ Gerardum rapuiſti,
Iſte bonis bonus, & reprobis onus iſte colonus
B
Pacis gaudentes hilarans, reparans pœnitentes.
Quot dilatare loca Sanctorum reparare,
Quot proponebat, & quot bona mente gerebat
Quot pia donavit, reparavit, & ædificavit,
Si quiſquam noſſet, profecto dicere poſſet.
Per fragiles mundos mundanos prætereuntes
Ad Cœli montes, ſic mundi prætereuntes.
Hujus ab hac ara ſedis diſtantia rara
Pontificis ſculptam glebam tenet, atque ſepultam,
Quod patet impletum præſens removendo tapetum
Actis exequiis, quæ Pontificem docuerunt
Delatum propriis humeris in humo poſuerunt.
Hunc ibi Siciliæ Rex, Rex Regnum duo nati
Turba militiæ comitum divitum ſociati.
Per te concreſcat lector devotè precamen
Hic quoque Præſul Amen, in ingi pace quieſcat.

XLVI. 44. **PETRUS** Hiſpanus Epiſcopus Burgenſis à Bonifacio VIII. creatus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis an. 1302. 15. Novemb. Avenione deceſſit 1310. 20. Decemb. ejuſdemque cadaver delatum Romam eſt, tumulatumque apud S. Petrum propè ſepulchrum
C
ejuſdem Bonifacii cum hoc epitaphio.

Bona Memoria Dominus Petrus Sabinenſis Epiſcopus Avenione mortuus, & ad Baſilicam iſtam delatus, ſepultus ad pedes Domini ſui in hac Baſilica anno Dom. MCCCXI.

XLVII. 45. (1) **ARNALDUS** Falgnerius a Gallus Vaſco cum eſſet Archiepiſcopus Arelatenſis, & Camerarius electus eſt à Clemente V. anno 1310. 20. Decemb. Epiſcopus Card. Sabinenſis. Hunc cum Clemens V. ad coronandum Henricum legaſſet, Nicolao Oſtienſi, Lucaque de Fliſco, eidem adjunctis Collegis, atque inter eos exorta fuiſſet contentio, quis demum eorum ſacrando Imperatori diadema imponeret, Pontifex cum Arelatenſem declaraſſet Principem legationis, cæteros duos nſcios tantùm S. A. Sedis, Arnaldo Sabinenſi adjudicavit honorem. Itaque Romæ Falguerius coronavit Henricum, cum Oſtienſis eundem unxiſſet in Regem. Cumque Avenionem in Gallias revertiſſet anno 1313. 6. Octob. ibidem deceſſit anno 1317.
D
12. Septemb. Hujus meminit Joan. Villan. lib. 9. c. 42. Claudius Robertus, haud tamen citra errorem, cum illum dicat fato ceſſiſſe 1311. Ciac. circa annum 1313. alii 1311. ſed malè.

a Al. de Falterlis, ſive Falgeriis.

XLVIII. 46. **FR. VVILLERMUS** Petri de Godino Bajonenſis, Toloſanæ diœceſis, Ord. Præd. Pariſienſis Academiæ Theologus, modicæ quidem ſtaturæ, & deformis, ſed ingenii admirandi, ex magiſtro lectore S. Palatii, à Clemente V. Card. tit. S. Cæciliæ cooptatus eſt ann. 1312. à Joanne verò XXII. anno 1317 12. Septemb. Epiſcopus Card. Sabinenſis, atque in Hiſpaniam Legatus directus, ubi ſaluberrimam ſynodum Valliſoleti anno 1322. celebravit, clerique inſigniter lapſi caſtigavit mores. Conſule Marianam, ſiquidem homo doctus erat, atque apud omnes homines gratioſus.

A
Quinque cœnobia ſui ordinis ædificavit, Eccleſias tres mira pulchritudinē conſtruxit Guilielmus ſuis Dominicanis, unam in Monaſterio Avenionenſi, alteram in Conventu Toloſano, tertiam in Conventu Bajonenſi. Scripſit præter alia, de nuptiis Chriſti Domini, & Eccleſiæ, & ſermones multos. Avenione deceſſit 4. die Junii an. 1336. delatuſq; Toloſam, in cœnobio Dominicanorū ad lævam Aræ majoris tumulatus eſt. Cujus marmoreū ſepulchrū hac exornatur inſcriptione.

Dominus Frater Villermus Godinus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis.

47. Frater **MATTHÆUS** Urſinus Romanus b Ord. Præd. Epiſc. Agrigentinus, deinde Archiepiſcopus Sypontinus, à Papa Joanne XXII. creatus Card. an. 1326. atq; à Benedicto XII. Epiſcopus Card. Sabinenſis 1338. die 18. menſis Dec. Avenione deceſſit 15 Kal. Septembris 1340. Romamque deinde delatus in eodem ſepulchro, quo Card. Latinus Urſinus quieſcit, ſepultus eſt. Plura de eo infra, cum de Archiep. Sypontinis loquemur. XLIX

b De monte Godino.

B
48. **PETRUS** de Mortuo-mari Gallus Epiſcopus Antiſiodorenſis à Joanne XXII. electus Presb. Card. tit. S. Stephani in monte Cœlio anno 1327. à Benedicto vero XII. Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis ann. 1340. deceſſit 1345. in die Paraſceves, velut alii volunt, an. 1350. Avenione corpus tumulatum in Mortuo mari, in ſepulchro legitur, *Ubi natus, ibi ſepultus.* Cæterum ſi verum eſt hunc Petrum, qui appellatur de Mortuo Mari, obiiſſe anno 1345. ut vult Ciaconius, Claudiuſque Robertus, impoſſibile eſt aliquomodo illum ad Sabinenſem Epiſcopatum aſcendiſſe ſub Benedicto XII. ſiquidem Petrus de Parroſſo Cardinalis, qui illum ſtatim conſequitur, ut ex ejuſdem apparet Epitaphio, Epiſcopus Card. Sabinus effectus eſt à Benedicto XII. deceſſitque ann. 1348. Benedictus autem vita ceſſit 1342. Quamobrem aut fatendum eſt duos Petros ſimul fuiſſe Sabinos Cardinales Epiſcopos, aut nunquam Petrum de Mortuo-Mari ad hujuſmodi dignitatem fuiſſe promotum, vel obiiſſe ante ann. 1343. & in Epiſcopatu Sabinenſi, eidemque ſucceſſiſſe Petrum Gomeſium à Benedicto XII. promotum. At ſi è
C
vita diſceſſit Petrus de Mortuo-Mari, anno 1350. ut Frizon aliique ſcribunt non à Benedicto, ſed à Clemente VI. in Sabinenſem Epiſcopatum promotum an. 1348. defuncto Petro Gomeſio, fatendum eſt, quod veriſimile videtur. L

49. **PETRUS** Gomeſii de Barroſſo Hiſpanus, ex Epiſcopo Carthaginenſi factus eſt Presb. Card. tit. S. Praxedis à Joanne XXII. anno 1327. à Benedicto vero XII. Card. Epiſcopus Sabinus. (2) Avenione deceſſit anno 1348. 14. Julii, ſepultuſque eſt in Monaſterio S. Praxedis Avenionenſis extra civitatem, quod jā olim ipſe conſtruendū curaverat cū hac inſcriptione. LI

Petrus de Barroſſo, natione Hiſpanus de Civitate Toletana Oriundus, ex patre Fernando Petri militis de Barroſſo, & uxore ejus Menſia Patria de Sotomajore, qui cum eſſet Epiſcopus Cartagenen: per ſancta Recordat. Dominum Joannem PP. xxii. fuit creatus Cardinalis ad tit. Sancta Praxedis, deinde per ſancta rec: Dominum Benedictum PP. xii. fuit factus Epiſcopus Sabinen: de bonis a Deo ſibi collatis pro Anima ſua, & benefactorum ſuorum Eccleſiam iſtam, & Monaſterium fundavit, & per Dei gratiam quoad fabricam complevit, & ibi ſuam ſepulturam .... Autem per ſuam miſericordiam cujus eſt perficere quod eſt ..... Crementum det ... introduxit autem ſoro ..... tribus miſit ad Prulianum An. Domini MCCCXLV, ... menſis Julii in feſto Sancta Praxedis.
D

50. **BERTRANDUS** Deucius Gallus pietate, & literis illuſtris, Archiepiſcopus Ebredunenſis, à Bene- LII.

(1) Altamura in Bibliotheca Dominicana Thomam Jorſium à Clemente V. electum Sabinenſem Epiſcopum afferit an. 1305. die 17. Decemb. & ut crediderim ipſum probe diſtinxiſſe titulum S. Sabinæ, cujus fuit Presb. Card. dictus Jorſius, à Sabinenſi Epiſcopatu, quem non attigit, videat ipſe, unde nam hunc hauſerit errorem.
(2) Petrus Gonzalez in Seguntinorum ſerie hunc gratis enumerat, diuque paſſum dicit metu Petri Regis Caſtellæ, ut habet Salazar tom. 5. Hiſpanici Martyrologii. *Lucent.*

nedicto XII. electus eſt Presb. Card.tit. S. Marci, ac Cancellarius S.R.E. anno 1337. à Clemente verò VI. declaratus eſt Epiſcopus Card. Sabinus. In Hiſpania primùm legatus anno 1353. ad ſedandum Balearium, & Aragoniæ Regnm bellum, in Italia inde ditionis Eccleſiaſticæ reformandæ, & protegendæ gratia, & in Neapolitano Regno poſt violentam mortem Andreæ Regis, legatione functus eſt. Avenionenſe Carthuſianorum Cœnobium munificentiſſimè conſtruxit. Ibidem deinde deceſſit 12. Kal. Novembris 1355. Sepultuſque eſt in templo S. Deſiderii à ſe conſtructo, cum hoc Epitaphio.

Hic jacet bona memoria Bertrandus de Deucio Gallus Caſtri de Blandiaco Uticenſis Diœceſis, Legum Doctor egregius, qui fuit Ebredunenſis Archiepiſcopus, & deinde tit. S. Marci Presbyter Cardinalis, & demum Epiſcopus Sabinenſis & S. R. E. Vicecancellarius, vir magnarum virtutum, & ſcientia, qui de ſuis bonis hanc ſacram Eccleſiam dotavit, & fieri ordinavit. Obiit autem Avenione XXI. Octobris ibidem Curia Romana reſidente Anno à Virginis partu MCCCLV. Clementis Papa VI. tertio, cujus anima in pace quieſcat.

LIII. 51. ÆGIDIUS Carilius Albornotius Hiſpanus, Archiepiſcopus Toletanus, à Clemente VI. Presb. Card. tit. S. Clementis ſublectus eſt; poſtea verò Epiſcopus Card. Sabinus anno 1355. Hic ille Ægidius celebris Cardinalis eſt, qui juſſu Clementis VI. ac Succeſſorum ejus, Italiam penè totam, quæ ex abſentia Pontificum jugum excuſſerat, reſque Romanas, ac S. Petri Patrimonium præcipuè prudentia, armiſque in poteſtatem Pontificum reduxit, recuperavitque deterritis, fugatiſque Tyrannis, qui illud violentiſſimè occupaverant. Ita igitur homo Iberus in urbanarum rerum adminiſtratione præluxit prudentia, valuitque conſiliis, ut nulla unquam ejuſdem rerum geſtarum gloriam ſit deletura oblivio. Nec gentis ſuæ Pontificibus in Italia vicariam operam præſtans Ægidius oblitus eſt. Siquidem Bononiæ Hiſpanicæ nationis Collegium conſtruendum curavit, deinde Viterbii deceſſit, plenus meritis, Pontificibus venerandus, charus Principibus, metuendus Tyrannis, ac omnis ordinis hominibus deliciæ, ac amor ann. 1367. 9. Kal. Septembris. Ejuſdem deinde corpus in Hiſpaniam deportatum eſt, Toletique in Cathedrali cum hac brevi, tantiſque meritis impari inſcriptione ſepultum.

Ægidius de Albornotiis
Cardinalis.
Archiepiſcopus Toletanus.

Cæterùm pro portento habitum eſt, Ægidii cadaver Viterbio uſque Toletum humeris hominum quacunque contigiſſet tranſire, fuiſſe deportatum. Si quidem Urbanus V. Pontifex haud immemor meritorum Carilii in S. A. ſedem, cum edixiſſet peccatorum indulgentiam fore iis, qui ſanctiſſimi ſenis tranſeunti feretro humeros ſuppoſuiſſent, tantus populorum concurſus factus eſt, ut piorum humeris Toletum ad ſepulchrum deferretur cum ancipiti mortalium admiratione, major ne eſſet pietas populorum, qui ejuſmodi obſequium devotè præſtarent, an præclariores Prælati virtutes, qui tale obſequium meruiſſet. Adhuc in Albornotia gente Senatoria perdurat purpura, alterum enim Ægidium Purpuratum Romæ ſub VIII. Urbano veneratur, & colit, priſco illi ſimillimum, ſive ſanctimoniam morum, ſive prudentiam ſpectes, qua nuper Mediolanenſes res adminiſtravit.

LIV. 52. WILLERMUS de Agrifolio *a* Gallus, Monachus Cluniacenſis, Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus electus, Clementi VI. affinis, ab eodem ad purpuram vocatus eſt ſub tit. S. Mariæ Transtiberim ann. 1350. eundemq; Urbanus V. Sabinenſem Epiſcopum Card. adlegit anno 1368. die ultima Octobris. In Neapolitano Regno legatione functus eſt. Contagioſus morbus illum corripuit, atque confecit anno 1369. 4. Non. Octob. cum verſaretur Viterbii, ſepultuſq; eſt in Templo S. Triadi Sacro Auguſtinianorum. Alius ejuſdem

a Seu Guillelmus ſenior.

A nominis, & cognominis, nepos ipſius, vocatus eſt ad purpuram ab Urbano V. grati animi memore, cum ad apicem Apoſtolatus vocatus fuerit procurante inter cæteros Guillelmo Card. Cæſarauguſtano.

53. PHILIPPUS de Cabaſſole *b* Gallus Cavallicenſis Epiſcopus, Hieroſolymitanus Patriarcha, ab Urbano V. Presb. Card. creatus tit. SS. Marcellini, & Petri anno 1368. devolutoque anno, ab eodem Pontifice, Card. Epiſcopus Sabinenſis dictus eſt. In Germania legatione functus eſt ſub Innocentio VI. Urbemque Avenionem, dum Clemens V in Italiam proficiſceretur, adminiſtravit. Sub Gregorio verò XI. totius Italiæ legatus, Umbriam, Etruriam, Campaniam, Perusiam, Sabinamque frænavit. In literatis numeratus eſt, cum literatorum eſſet fautor eximius. Coluit Franciſcum Petrarcham, & ipſe viciſſim cultus ab illo, qui ſuum illum de vita ſolitaria aureum libellum eidem inſcripſit. Exceſſit autem è vivis dum Peruſina fungeretur legatione, anno 1372. deportatuſque Avenionem, in Templo S. Mariæ de Bono paſſu Carthuſianorum ſepultus eſt, hoc Epitaphio exornante ſepulchrum. LV

b Seu Cavallicenſium nobili Avenionen familia.

B

Hic jacet
Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Philippus de Cabaſole Dominus Huardi militis, qui primo fuit Epiſcopus Cavallicenſis, deinde Patriarcha Hieroſolymitanus, poſt S. R. E. Cardinalis Presbyter, tituli Sanctorum Marcellini, & Petri, mox Epiſcopus Sabinenſis, demum Legatus miſſus à Domino Gregorio Papa XI. Avenione ſedente, in Italiam ad gubernandum S.R.E. terras. Obiit Peruſii Sexto Kal. Septembris anno 1372. cujus corpus ad hoc Monaſterium Carthuſienſium Bonipaſſus delatum ibidem ſepultum fuit cura Domini Aegidii de Silva de Monte acuto Epiſcopi Cardinalis Tuſculani, & alterum executorum teſtamenti ejus.

54. JOANNES de Bronſaco, *c* vel de Blondiau LVI.
C Gallus, Epiſcopus Nemauſenſis, cum ab Innocentio VI. purpuram fuiſſet adeptus ſub tit. S. Marci 1361. à Gregorio XI. deinde Epiſcopus Card. Sabinus declaratus eſt an. 1372. Avenione deceſſit 8. idus Julii ann. 1379. cum VII. Clementis Antipapæ partes ſectaretur, cujus cadaver humatum in templo S. Deſiderii ſub lapide ante aram principem ſine pompa, & ſine epitaphio, ut ipſe teſtamento juſſerat. Hic nepos fuit Bertrandi Deucii, Cardinalis Epiſcopi Sabinenſis ſuperius memorati: qui Claudio Roberto in Catalogo Epiſcoporum Nemauſenſium, Petrus eſt, cum tamen acta Conſiſtorialia eundem Joannem appellent. In Symbolo gentilitio, & ſtemmate ſtat cervus, dextro anteriori pede parum erecto, ſicque Avenione viſitur, unde falſum protulit ſymbolum Ciac.

c Al. de Blondiaco, vel Blandiaco, & Ulmſaco.

55. HUGO de Monte legum *d* Britannus Epiſcopus Briocenſis à Gregorio VI. electus Presb. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum, inde fuit Epiſcopus Card. Sabinus. Obiit an. 1384. die ultima Februarii in obedientia Clementis VII. Antipapæ. LVII

d Seu de monte Laiz, vel de monte Longo.

D 56. PETRUS de Sortenaco *e* Epiſcopus Vivarienſis à Gregorio XI. creatus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ann. 1375. 20. Decemb. Obiit Epiſcopus Card. Sabinus („ *Electus à Clemente VII. Antipapa.*) anno 1390. die 16. Auguſti ſub obedientia Benedicti XIII. Antipapæ. Hunc Ciac. vocat Petrum de Bernia Vivarien. eundemque confundit cum Petro Archiepiſcopo Ebredunenſi à Clemente VII. Pſeudopontifice Card. creato ann. 1378. defuncto anno 1389.

e Vel Sortenacus.

57. PHILIPPUS de Alenſonio *f* Gallus Presb. Card. creatus ab Urbano VI. mox & Sabinus dictus Epiſcopus; Iterum ab eodem Pontifice eo munere ſpoliatus, („ *Quia in partes Pſeudo Clementis abierat.*) ſed à Bonifacio IX. reſtitutus, ad Oſtienſem demum Epiſcopatum aſcendit. LVIII

f Seu Alenconio.

58. JACOBUS de Aragonia, ſanguine regio prognatus, filius Petri Comitis Pratarum, Joannis Foxii, Jacobique Aragoniæ Regis nepos, à VII. Clemente Antipapa Cardinalis effectus eſt 1387 *g*. tum & Car-

g Seu 137

dina-

Digitized by Google

A dinalis Epiſcopus Sabinus. Deceſſit autem, ſeſe con-
volventis menſis Maji penultima die anno 1396.
59. BERTRANDUS de Chanaco Lemovicenſis
Gallus, Archiepiſcopus Bituricenſis, Hieroſolymita-
nus Patriarcha, & Anicienſis Eccleſiæ adminiſtrator,
abſens, à Clemente VII. Antipapa electus eſt Presb.
Card. tit. S. Pudentianæ 12. Julii 1385 à Benedicto ve-
rò XIII. factus eſt Epiſcopus Card. Sabinus 1396. A-
venione deceſſit 1404. 12. Kal. Junii, ſepultuſq; in tem-
plo F. Prædicatorum propè Willermum Cardinalem
de Chanaco patruum, cum hoc Epitaphio.

Hic jacet Reverendiſſimus in Chriſto Pater
Dominus Bertrandus de Chanaco Lemovi-
cenſis Diœceſis genere nobilis, qui Doctor
utriuſque juris, Archiepiſcopus Bituricen-
ſis, poſtmodum Patriarcha Hieroſolymita-
nus, & adminiſtrator Eccleſiæ Anicienſis
extitit, & deinde in S. Romana Eccleſia tit.
S. Pudentianæ Presbyterum Cardinalem
aſſumptus, & demum Sabinenſis Epiſcopus
B *effectus, obdormivit in Domino, die vige-*
ſima Maji. Anno Domini M.CCCC. IV.

Fuit ille Bertrandus Cameræ Apoſtolicæ Clericus
ſub Clemente VI. Podienſiſque Epiſcopus, à Clemen-
te VII. non à Gregorio XI. ut ſcribit Frizon, Cardin.
creatus, in quinta patrum erectione, ut habetur in lib.
Obligationum. Confundit enim Frizon hunc Ber-
trandum cum alio ejuſdem nominis, & cognominis,
ex Epiſcopo Convennarum inter Cardinales relato à
Gregorio XI. anno 1371. 8. Junii, cui abſenti galerum
miſit, qui Avenione obiit anno 1374. die 17. Junii ex
eodem lib. Obligat. Noſter hic verò Junior Bertran-
dus, dictus Card. Hieroſolymitanus, ad Patriarcha-
tum evectus eſt 1382. in locum Philippi, eique com-
mendata fuit Eccleſia Anicienſis, cui præerat ante aſ-
ſumptionem ad Eccleſiam Hieroſolymitanam. Card.
effectus 1385. deceſſit, ut vidimus in epitaphio, anno
1414 Cæterum lector, te admonitum velim, in iis
temporibus, quibus Eccleſiam Dei ſchiſmata divexa-
bant, pluresque ſimul Pontifices Epiſcopos Sabinen-
C ſes Cardinales creabant, ut inde potentiæ ſuæ quæ-
rerent munimenta, haud facilè, atque adamuſſim poſ-
ſe nos expiſcari tempus, in quo quiſque ſive jure, ſive
perperam Titulo illo fuerit inſignitus; ex tempore
tamen deceſſus hoc ipſum aſſequi utcumque conati
ſumus, donec vel aliunde mutuata notitia, vel conſul-
tior mora, certiorem narrationem exornet.

(„ JOANNES *Blandrini Gallus Archiep. Auxita-*
„ *nus Pſeudo-Cardinalibus adſcriptus à Clemente VII.*
„ 1390. *à Benedicto XIII. erroris ſucceſſore Sabinenſi-*
„ *bus Præpoſitus, in cujus obedientia uſque ad mortem*
„ *pertinaciſſimè ſtetit. De eo mentio habetur uſque ad*
„ *an.* 1405. Lucentius.)

LIX. 60. FRANCISCUS Carbonus, ſive Carbonarius
nobilis Neapolitanus, Monachus primùm Ciſtercien-
ſis, deinceps Epiſcopus Monopolitanus, ab Urbano
verò VI. creatur Presb. Card. tit. S. Suſannæ an. 1384.
mox etiam Epiſcopus Card. Sabinus, ac major Pœni-
tentiarius. Idem diverſis in locis, ut tempora tulere,
maximis, ac trepidis legationibus functus eſt. Boniſa-
D cio Pontifici chariſſimus fuit, ob conſultiſſimam pru-
dentiam, atque in expediendis conſiliis celeritatem.
Ipſius cum laude meminit Garimbertus lib. 2. Sylve-
ſter Maurolycus Montalvus in Ciſtercienſi Hiſt. De-
ceſſit Carbonarius 1405. 17. *a* Kalendas Julii, cum
verſaretur Romæ. Ejus corpus Neapolim translatum
eſt, inque Cathedrali ſub marmoreo ſanè ſpectabili ſe-
pulchro, cum hac ſubjecta inſcriptione.

a Die 18. Junii.

Clarus in excelſa Carbonum Parthenopæa
Ingenua Tellure ſatus de ſtirpe columnas
Inter Apoſtolicas, velut igne micantius Aſtrum
Cardineique chori lux, gloria, ſpes quoque multis
Cui Sabinenſis apex, titulumque Suſanna dedere;
Crimina, qui lavacro laxabat, cuncta ſecundo
Et pius in cunctis, ſolerſque ad myſtica rebus
Conſilii probitate nitens, duxq; ordinis alti
Corpore marmorea jacet hic Franciſcus in arca,
Lætus in æthærea plaudit ſed ſpiritus aula,
Anno Milleno Domini quinto quatriceno
Octava, denaq; die Junii requieſcit.

61. HENRICUS Minutulus Patritius, atque Ar- LX
chiepiſc. Neapolitanus Cardinalis vocatus tit. S. Ana-
ſtaſiæ anno 1389. interfuit Piſano Concilio, ubi Ale-
xander V ad Petri cathedram ſubvectus eſt an. 1409.
in quo quidem Concilio cum omnes ferè Cardinales,
tam Benedicti XIII. quam XII. Gregorii conveniſ-
ſent, receptique fuiſſent ad unionem catholicam per
Pſeudopontificum abrogationem, duoque in iis Car-
dinalibus Tuſculani Epiſcopatus titulo fulgerent, hic
Henricus, ſcilicet, ac Petrus Cardinalis de Podio na-
tione Gallus, ne nova lis oborta iterum Senatum tur-
baret, Henricus relicto Tuſculano, ad vacuum Sabi-
nenſem promotus eſt, Petrus verò Podius Tuſculano
potitur. Sub Joanne XXIII. Bononiam rexit, Ferra-
riæque Vicarius fuit. Deceſſit Romæ 1412. 15. Kal.
Junii. Ejus corpus translatum Neapolim, fuit condi-
tum in cathedrali, marmoreo ſepulchro.

62. PETRUS Fernandi Frias *b* Hiſpanus Epiſco- LXI.
pus Oximenſis, à Clem. VII. Antipapa presb. Card. S.
Praxedis electus eſt an. 1391. Is Benedicti XIII. Anti-
papæ partes quondam ſecutus eſt, qui cum Benedicto
XII. in Concilio Piſano Pontificio munere ſe abdica-
runt; eorundemq; abdicatio in cauſa fuit, cur cum ple-
riſque aliis, qui ſchiſmate laboraverant, in numerum
legitimorum Cardinalium Frias receptus ſit, inter-
fuitq; electioni Joannis XXIII. à quo deinde Epiſco-
pus Card. Sabinus ſublectus eſt anno 1412. Conſtan-
tienſi etiam Concilio interfuit inter Electores Mar-
tini V. quo ſedente Florentiæ deceſſit 5. idus Septem-
bris 1420. ſepultuſq; eſt in templo S. Mariæ Angelorũ.

b Seu de Frigidis.

63. FRANCISCUS Landus Venetus Gradenſis, LXII
mox & Conſtantinopolitanus Patriarcha à Joanne
XXIII. vocatus ad purpuram ſub tit. S. Crucis in Hie-
ruſalem anno 1411. Conſtantienſi Concilio interfuit,
dum Martinus V. eveheretur ad ſedem, à quo dein-
ceps factus eſt Epiſcopus Card. Sabinus an. 1420. De-
ceſſit Romæ 1427. 7. Kal. Januarii, ſepultuſq; eſt apud
S. Mariam Majorem, propè majus altare, cum hoc
Epitaphio.

Laudibus æternum ſenior celebrandus in ævum,
Hic Franciſcus habet cineres, quem clara creavit
Landa domus, Veneta proles ſanctiſſima gentis,
Aetherea virtute nitens, jus nactus utrumque
Doctor erat, Cleri lumen, gravis author honeſti,
Juſtitiæ ſublimis apex, expertus honores
Eccleſiæ meritos, Gradi ſibi credita ſedes,
Hinc Conſtantini Patriarcha appoſitus urbi.
Hieruſalem ſacri Titulum poſt Cardinis auctum
Crux ſedit, hic ſumma Piſani laude peregit
Concilii fœdus, Gradi tunc ſceptra tenebat.
Fervida Conſtantiæ lenivit corda furentis,
Hic populos, movitque acies, mortique paratus,
Inde, Sabinenſem titulum dum Præſul agebat,
Spiritus æternum clarus migravit in orbem.

64. JORDANUS Urſinus Romanus Archiepiſ- LXIII
copus Neapolitanus ab Innocentio VII. decore pur-
puræ inſignitus 1405. ſub tit. S. Martini in montibus,
poſtea, & Epiſc. Albanen. & major Pœnitentiarius ef-
fectus eſt, deinde ſubineunte Eugenii IV. Pontificatu,
cum ſe Albanen. infula abdicaſſet, Sabinenſe ſacerdo-
tium præpinguius ſibi delegit 1431. 2. idus Martii,
peſſimo exemplo ad poſteros, cum non adhuc Senatus
mores admiſiſſent, ut qui ſemel unus è ſex, qui præſi-
ſtunt Pontifici, fuiſſet electus, ad alium Epiſcopatum
tranſiret. Ex eo autem uſu receptum eſt, ut qui priores
eveniſſent ad purpuram, ſibi illud munus Epiſcopatus
deligerent, quod ex alicujus deceſſu contigiſſet vaca-
re. Cæterùm Jordanus cum nobilitate natalium, nobi-
lem quandam animi generoſitatem hauſit, quam ite-
rum agendi dexteritas, ac ad omnia verſatile inge-
nium exornabat. Quamobrem omnibus ſui temporis
Pontificibus charus, eiſdem in graviſſimis, trepidiſque
negotiis vicariam, atque ex fide egregiam operam na-
vavit. Piſano Concilio interfuit, ubi, ut ſublato ſchiſ-
mate, pax Eccleſiaſtica coiret, omnes nervos conten-
dit, Alexandrumque V. aliis repudiatis, ſtudiis melio-
rum adjutus, ad ſedem promovit. Sub Joanne XXIII.
in Hiſpaniam legatione functus eſt contra Petrum de

Digitized by Google

de Luna, qui ſub nomine Benedicti XIII. pontificiam poteſtatem, & nomen audaciſſimè uſurpabat. Iterumque Picenate legatione ſunctus eſt, inque Conſtantienſi Concilio obtritis privatis ſimultatibus, quas Urſini, & Columnenſes inter ſe contumaciter exercebant, Martinum V. Columnam provehendum curavit ad thronum. Interea inter Francorum, ac magnæ Britanniæ Reges opinione majus exarſerat bellum, quod utriuſque opulentiſſimi Regni opes attriturum videbatur. Itaque Martinus Pontifex, ne tranquillitate divulſa, pietas ipſa etiam ſterileſceret, ad eoſdem Reges tertio allegat Jordanum, ut diſcordantibus animis præſenti remedio mederetur. Nec multo poſt, debacchantibus in Germania, Bohemiaque Huſſitis hæreticis, eò legatus eſt, ut ſua prudentia eam populabundam flammam, vel ſopiret, vel in totum extingueret. Poſtremo verò tanquam ſuis præclariſſimis laboribus, haud ignobiliorem facturus coronidem, ad Baſileenſe Concilium miſſu Pontificis, à Martino quidem Columna inchoatum, à IV. vero Eugenio perfectum, abſolutumque profectus eſt, in qua legatione, quo ſtudio, quibuſve laboribus, pietatem Chriſtianam promoverit, ejuſdem Concilii acta abundè reſtantur. Demum ex IV. Eugenii Pontificis miſſione, Roma Senas uſq; progreſſus, Sigiſmundum inde Auguſtum Imperialibus inſignibus à Pontifice decorandum ad Urbem perduxit, qua poſtrema legatione perfunctus, Romæ deceſſit 1439. 29. Maji, ſepultuſque eſt apud Baſilicam S. Petri in ſacello, quod vivens ſibi devotionis ergo conſtruxerat.

LXIV. 65. BRANDA Caſtillioneus ex Epiſcopo Portuenſi, factus Epiſcopus Card. Sabinenſis per obitum Card. Urſini, 4. Kal. Februarii 1440. obiit *a* 1443. de quo in Epiſcopis Placentinis.

a Caſtellione die 29. Jan.

LXV. 66. BESSARION („ *Trapezuntius Monachus*, „ *Archiep. Nicanus, &c.*) presb. Card. tit. SS. duodecim Apoſtolorum factus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis à Nicolao V. an. 1449. 3. Non. Martii, (1) paucisque poſt diebus, hoc eſt 9. Kal. Maji ejuſdem anni tranſlatus eſt ad Eccleſiam Tuſculanam, ut lib. obligat. refert.

LXVI 67. AMADEUS olim Sabaudiæ Dux, in Baſileæ Concilio ſub nomine Felicis V. Antipapa creatus, cum poſt Eugenii IV. exceſſum Nicolaus V. Apoſtolicam evaſiſſet ad ſedem, Amadeus vitio collaro Pontificatu ſe abdicans, ad noviter electi oſcula pedum beatorum generoſè procubuit, cui viciſſim Pontifex Eccleſiaſticam aſſeruit purpuram, Sabinenſeque ſacerdotium 1449. contulit, cum Principatu ſacri Senatus, perpetuaque Germaniæ legatione. Lauſanæ deceſſit 1452. Inque cathedrali ſepultus. Diffuſè Bzovius hujus Amadei vitam perſcripſit.

LXVII. 68. ISIDORUS Græcus, Ruthenus Card. appellatus, à Nicolao V. Pontifice Sabinenſis Card. Epiſcopus declaratus eſt anno 1452. 7. id. Februarii. Hic Iſidorus patria fuit Theſſalonicenſis, ex diſciplina S. Baſilii monachus, Abbas S. Dominici in Conſtantinopolitana Urbe, Ruthenorumque Archiepiſcopus, qui cum Beſſarione ſibi adjuncto comite ad Concilium Florentinum veniſſet, ac utriuſque virtus, pietaſque non modo ipſi Pontifici, ſed toti Concilio etiam maximè probaretur, ab Eugenio IV. ambo dicti ſunt Cardinales 1439. & Ruthenus quidem tit. SS. Marcellini, & Petri, miſſuſque Conſtantinopolim eſt, ut concordiam fœduſque Chriſtianæ fidei, quam Græci cum Latina Eccleſia Florentiæ ſemel profeſſi erant, ſua adhortatione, præſentiaque ſartam tectam ſervaret. Qui cum unitati illi ſervādæ omnem operam adhibuiſſet, Græcique nihilominus in perfidiam, atque hæreſim leviſſimè iterum relapſi fuiſſent, certiſſima Numinis provida vindicta factum eſt, ut non multò poſt, die Spiritui S. ſacro, cujus per ſummam impietatem proceſſionem ex filio impugnaverant, potentiſſimo Turca ſuccinctus exercitu, Conſtantinopolim Orientalis Imperii caput, ac ſedem expugnaret, captamque uſque ad internecionem barbara crudelitate vaſtaret. In qua calamitate Ruthenus, cum jacente cadavere per tumultum veſtibus commutatis, ſeſe proripuit cladi. Sed qui emeriito cultu mortem effugerat, haud pari felicitate ſervitutem evaſit. Siquidem captus eſt, atque in ſervitutem abductus. Interea cadaver, quod purpuratum Eccleſiaſticum Senatorem mentiebatur, qui deſideratorum numerum inibant, explorabantque, ingenti elati gaudio repererunt, ejuſdemque præciſum caput roſeo pileo protectum, pilo infigunt, perque compita, perque plateas, & vias captæ civitatis deportant, illud eſſe caput Cardinalis Rutheni, præcone clamante. Interim vivus ille, apud Turcam Dominum ſordidis miniſteriis deſtinandus latebat, donec aliquando aſpirante fortuna, ſeſe etiam illa ſervitute demum exolvit transverſoque curſu Romam pervenit, ubi uſque ad annum 1464. (2) vitam traduxit, ibidemque Cardinalis, & Conſtantinopolitanus Patriarcha deceſſit. Scripſit de capta Conſtantinop. & Negroponte, atque aliquot diſſertationes ſuas in Florentino Concilio. Meminit hujus Pius II. in comment. lib. 2. Georgius Franza lib. 3. Chron. Laon. Chalcond. lib. 8. de rebus Turcicis, Chronicon magnum Belgicum, Paulus Corteſius de Cardinalatu lib. 1. Garimbertus lib. 4 cap. 5. & Victorellus in ſuis ad eundem additionibus. Cæterùm Græcus Iſidorus apud S. Petrum conditus requieſcit.

69. F. JOANNES de Turrecremata Hiſpanus, Ord. Præd. ac S. Palatii Magiſter, ab Eugenio IV. creatus eſt Cardinalis 1439. ſub tit. S. Sixti, à Pio verò II. Epiſcopus Card. Sabinus 1464. vir utique ob eximiam doctrinam, probitatemque morum percelebris, cujus ſanè laudes nemo unquam, vel exactius, vel ſplēdidius, quam ejuſdem doctiſſima ſcripta, poterit celebrare. Ideo autem defenſoris fidei perilluſtre tulit cognomen, quod in Florentino Concilio non modo contra Græcos pietatem Chriſtianam opportuniſſimè defenſarit, ſed quod utramque Eccleſiam, Græcam ſcilicet, & Latinam icto concordiæ fœdere, communicatiſque capitibus fidei, curarit jungendam. Sed adeo cultus monaſtica obſervantia è clauſtro Turrecremata prodierat, ut haud mirum ſit in externis rebus tractandis adeò valuiſſe. Etenim qui ſibi bonus, cui nequam aliquando exiſtere poterit? Animadverterat Turrecremata Romæ, ubi diu verſatus fuerat, pleraſque illocabiles, ac dote caſſas puellas ad amatoriæ veſaniæ ſcopulos ratem pudicitiæ allidere, ubi annos pubertatis fuiſſent egreſſæ, ipſæ, ut in omni vitæ parte pudicitiæ ſanctiſſimè litaverat, ſic in cæteris eam virtutem coluit, ut vel eidem provehendæ, tutandæque potiora munimenta perquireret, vel omni conatu averteret, quod trepidæ virtuti corrumpendæ facere videretur. Quamobrem in templo S. Mariæ ſupra Minervam, ſocietatem S. Mariæ Annunciatæ erigendam curavit, cujus nobiles alumni, in puellares, ac nubiles annos quotannis ſpargerent dotes, florem illum vividæ juventutis in verecundiæ ſcopulis erepturi. Deceſſit Romæ apud Minervam octuagenarius ſenex, anno 1468. ſepultuſque eſt in eodem templo apud ſacellum, quod vivens ſibi condiderat, dotaveratque marmoreo ſepulchro, cū hac inſcriptione ejus cadaver claudente. LXVIII.

Hic quieſcit Dominus Joannes de Turrecremata, natione Hiſpanus, Epiſcopus Sabinus S. R. E. Cardin. S. Sixti, qui obiit xxvi. Septembris anno Domini MCCCCLXVIII.
Requieſcat in pace.

70. LATINUS Urſinus Romanus Archiepiſcopus Tranenſis, à Nicolao V. presb. Card. electus eſt 1449. à Paulo verò II. Epiſcopus Cardinalis Sabinus 1468. deinceps ſub Sixto IV. ad Tuſculanum Epiſcopatum aſcendit 1472. plura de eo infra. LXIX.

71. ALANUS Coetinus *b* Brito Gallus, Epiſcopus Corizpotenſis, ac Avenionenſis Archiepiſcopus à Nicolao V. ornatus purpura eſt ſub tit. S. Praxedis 1449. Hunc Callixtus Pontifex ad Regem Francorum legavit, ut in Turcam Gallica ſollicitaret arma. Tempore deinde Sixti IV. Sabinenſe ſacerdotium Alano obvenit. Romæ ex vivis eximitur anno 1474. 2. Kalend. Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Praxedem, cujus LXX.

b Al. Coetivus, è Dominis de Taillebour

(1) Beſſarionis Statio in Sabinenſi Cathedra tranſigitur in Ciaconiano opere: ubi inter Cardinales, qui ſedes mutarunt ſub Nicolao V. Beſſarion dicitur è titulo Ss. duodecim Apoſtolorum ad Tuſculanum Epiſcopatum [illegible] *Aut.*
(2) Poſthumus Auctarius Ciaconii ex libro diviſionum deceſſiſſe inquit ann. 1463. 27. Aprilis, pro ſtemmate inexpugnabile SS. Crucis ſignum extulit. *Aucturius.*

cujus olim titulo fuerat inſigoitus (1). Vir ſanè cele-
bris noo modo claritudine gentis, ex qua prognatus
eſt, ſed longè clarior ſanctitate morum, doctrinaque,
quæ generoſitatem illam natalium mirabiliter extol-
lebat. Cæterùm, marmoreum ſepulchrum, quo coo-
tegitur, hoc epitaphio exornatur.

SEDENTE SIXTO IV.
Alanus Epiſcopus Sabinenſis E. R. cardin.
nobiliſs. in Britonibus Coetinerum gente
natus illuſtr. legatione ad Gallos pro fide,
cujus vita exemplum virtutis, actiones au-
tem privatim, & publicè ſalutares fuere,
Hoc monumento conditus eſt. Vix. an. lxvi.
menſes viii. Dies xv. MCDLXXIV.

LXXI. 72. BERARDUS a Herulus * Naroienſis, Epiſ-
copus Spoletinus, à Pio II. Cardinalis creatus 1460.
à Sixto verò IV. Epiſcopus Card. Sabinus 1474. De-
ceſſit Romæ 1479. 3. Noo. Aprilis; ſepultuſq; eſt apud
S. Petrum. Vide plura de Ipſo in Epiſcopis Spoletinis.

* Ex App. t. 1.
a Al. Bernardus, vel Eberardus.

LX XII. 73. OLIVERIUS Caraffa, ex Epiſcopo Card. Al-
bano, Sabinus effectus eſt 1479. mox & Oſtienſis, ot
ſupra docuimus. Hujus Cardinalis temporibus Ale-
xander VI. Cathedralem Eccleſiam Sabioenſem in
loco campeſtri poſitam, digoitatemque epiſcopalem
ad Eccleſiam S. Liberati Caſtri Malliani tranſtulit,
ut ex ſequenti bulla perſpicitur ab originali deſum-
pta, ſic enim ſe habet.

ALEXANDER EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei mem.

SAcroſancta Romana Eccleſia, quæ ſuper univerſas
Orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatū
circaſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedra-
lium, earumq; ac perſonarum illis præſidentium, & in il-
lis dignitates, & canonicatus, & præbendas, necnon alia
beneficia Eccleſiaſtica obtinentium profectus, & commo-
da, velut pia Mater, de filiorum neceſſitate ſollicita vigi-
lanter excogitat, ac prudenter intendit, & quandoq; etiā
per miniſterium tranſlationis earumdem Eccleſiarum
accommode prout locorum & temporum qualitas exigit,
& illarum utilitas perſuadet, Eccleſiarum ipſarum ſta-
tui, ac locorum aliorum inſignium decori, dignitati, &
venuſtati ſtudet efficaciter providere. Sane attendentes,
quod Eccleſia Sabinen. quæ Epiſcopi Cardinalis exiſtit,
& olim antiquis temporibus inſignis fuit, ac cui Venera-
bilis frater noſter Oliverius Epiſcopus Sabinen. ad præ-
ſens praeeſſe dignoſcitur in loco campeſtri deſerto, & à ne-
mine habitato eſt conſtituta; adeo ut ad Eccleſiam ipſam
ad divina officia, quæ inibi ob loci indiſpoſitionem mini-
me celebrantur, audiendum nullus confluat; nec Archie-
piſcopus ejuſdem Eccleſiæ, qui inibi majorem poſt Ponti-
ficalem obtinet dignitatem, ac Canonici, & alii Clerici
reſidere poſſint, nec etiam Epiſcopus Sabinen. pro tempo-
re exiſtens cum non ſit inibi domus ad eum recipiendum
ad dictam Eccleſiam viſitandam valeat ſe conferre; &
propterea tam pro dignitate Epiſcopali, præſertim cum
Eccleſia ipſa Epiſcopi Cardinalis exiſtat, ut præfertur,
quam Divini cultus augmento, ac perſonarum Eccleſia-
ſticarum, inoa dignitates, ac Canonicatus, & præbendas,
ac alia ſi qua ſint beneficia Eccleſiaſtica obtinentium cō-
moditati expedire ut Eccleſia prædicta ad aliquem locū
inſignem Sabinen. Diœceſis pariter & commodum trans-
feratur, ac conſiderantes Terram Manliani dictæ Diœ-
ceſis, in qua Eccleſia S. Liberati Collegiata Archipreſ-
byterum inibi dignitatem obtinentem principalem, &
ſex Canonicos præbendatos habens exiſtit, eſſe munitam,
& benedicente Domino populoſam, & ſatis accommodā,
ut titulo, & honore Civitatis decoretur, ſedeſque Epiſco
palis inibi inſtituatur, dictaque Eccleſia S. Liberati, in
Cathedralem Eccleſiam Sabinen. nuncupatam erigatur,
ac domibus, ædificiis, & officiis neceſſariis pro Epiſcopo
Sabinen. & dilectis filiis Capitulo dictæ Eccleſiæ Sabi-
nen. ac aliis Clericis, & Beneficiatis in illa, qui apud di-
ctam erigendam Eccleſiam congruè morari, & divinis

A *officiis intendere, ac alia ad divinum cultum pertinentia*
melius, & commodius adimplere valeant, & ornetur, &
ædificetur, habita ſuper iis cum fratribus noſtris delibe-
ratione matura; Terram Manliani in Civitatem cum
titulo, & honore Civitatis, & Eccleſiam S. Liberati, hu-
juſmodi accedente etiam in iis dilectorum filiorum mo-
derni dictæ Eccleſiæ S. Liberati Archipresbyteri, & Ca-
pituli expreſſo conſenſu, in Cathedralem Eccleſiam, cui
etiam præfatus Oliverius Epiſcopus, ut hactenus dictæ
antiquæ Eccleſiæ præfuit, præſit auctoritate Apoſtolica
de fratrum prædictorum conſilio perpetuò erigimus, ita
quod de cætero dicta terra Civitas exiſtat, & illa Sabi-
nenſis Civitas & Eccleſia S. Liberati Cathedralis &
Sabinen. Eccleſia nuncupentur, inibique ſit ſedes Epiſco-
palis Sabinen. ac Archipresbyteratum, necnon Canoni-
catus & præbendas, & alia beneficia Eccleſiaſtica dictæ
Eccleſiæ Sabinen. illiuſq; perſonas ad dictam Eccleſiam
erectam transferimus, dictaque Eccleſiæ Sabinen. anti-
quas poſſeſſiones, & bona omnia cum omnibus juribus, &
pertinentiis ſuis eidem erectæ Eccleſiæ, illiuſque Epiſco-
B *palis menſæ perpetuo applicamus, appropriamus, & aſſi-*
gnamus; ſtatuentes, & ordinantes, quod Archipresbyter
dictæ Eccleſiæ erectæ, etiam quamdiu vitam duxerit in
humanis Archipresb. dictæ Eccleſiæ Sabinenſis, qui ta-
men inibi dignitatem ſecundam obtineat, & ſimiliter
Canonici illius Canonici inibi remaneant, quodque ce-
dentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſive Archi-
presbyteratus, ac Canonicatus, & præbendas utriuſque
Eccleſiarum prædictarum obtinentibus, ſeu illos alias
quomodolibet dimittentibus unus Archipresb. dumta-
xat, ac decem Canonici, & duo perpetui beneficiati inibi
eſſe debeant, ipſique Canonicatus, & præbendæ, qui pro
tempore vacaverint per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis
aliam dimiſſionem hujuſmodi penitus ſuppreſſi, & extin-
cti ſint, & eſſe cenſeantur, nec aliquis in locum ſic ceden-
tis, vel decedentis aut dimittentis inſtitui poſſit donec nu-
merus dictorum Canonicorum ad denarium numerum
fuerit reductus, quodque omnes fructus, redditus, & pro-
ventus dictorum Archipresbyteratuum, & Canonica-
tuum, & præbendarum poſtquam ad dictum numerum re-
C *ducti fuerint, in unam maſſam redigātur, & Archipresb.*
duas, & Canonici inibi reſidentes, & divinis officiis inſi-
ſtentes ſingulas integras, & duo Beneficiati præfati dimi-
diam portionem percipiant, ac fructus ſic cedentium Ca-
nonicorum interim Archiepiſcopo, & aliis Canonicis ac-
creſcant, ac cura animarum Parochianorum dictæ Eccle-
ſiæ S. Liberati per Archipresbyterum, & Canonicos præ-
fatos, vel alios Presbyteros idoneos ad nutum eorum a-
movibiles diligenter exerceatur, & deſerviatur inibi
laudabiliter in divinis. Non obſtantibus præmiſſis, ac cō-
ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quo-
que, & conſuetudinibus dictarum Eccleſiarum, juramen-
to, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus au-
tem quod in dicta Eccleſia antiqua Sabinen. Epiſcopus
pro tempore exiſtens Sabinen. & Capitulum præfati per
aliquem idoneum Presbyterum in divinis laudabiliter
deſervire facere, & Archipresb. & Canonici præfati in
feſto Annunciationis B. M. V. Miſſam, ac Veſperas ſo-
lemniter celebrare omnino teneantur, nec illa & cæmete-
D *rium ejus ad profanos uſus velut hæreditas redigantur;*
quodque Epiſcopus, & Capitulum, & Canonici, qui in di-
cta Eccleſia nova poſt hujuſmodi erectionem pro tempore
erunt omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, im-
munitatibus, exemptionibus, prærogativis, & indultis
gaudeant, & utantur quibus uti, potiri, & gaudere in di-
cta Eccleſia antiqua conſueverunt, potuerunt, & debue-
runt. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper
iis à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter
contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat,
&c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis
Dominicæ 1495. Kal. Octobr. Pontificatus Noſtri an. IV.

74. (2) HIERONYMUS Baſſus Roboreus Sa- LX XIII.
vonenſis Sixti IV. ex ſorore nepos, Epiſcopus Reca-
oatenſis, ab eodem Pōtifice Presb. Card. electus eſt tit.
S. Bal-

(1) In albo Cardinalium, qui mortui recenſentur ſub Sixto IV. in Ciconiano Opere, Alano perperam tribuitur Præneſtina ſedes Contelorio duce, quam obtinuiſſe neque Vaticana, neque alia monumenta uſque modo nos docent. *Luc.*

(2) Oldoinus ex Contelorio enunciat inter Sabinenſes Epiſcopos Laurentium Cybo, & Ughellum nullam mentionem feciſſe de eo inter Sabinenſes, & Albanenſes; inquiens peragraſſe etiam ante Præneſtinam, Tuſculanam Eccleſiam: ſed de Tuſculana cum verum ſit, de Sabinenſi, & ipſi ſuſpecta fides Contelorii; in Albanenſi ab Ughello, ſi attente eam ſeriem perlegiſſet, enumeratum loco ſi agnoviſſet. Nos ubi certo aliquo non admonemur documento, ab improbi laboris Viro Magiſtro noſtro recedere nolumus. *Luc.*

S. Balbinæ, poſtea S. Chryſogoni, & Epiſcopus Præneſtinus, Julio verò II. ſedente, ad Epiſcopatum Sabinenſem aſcendit 1503. die 29. menſis Novembris. Deceſſit Romæ 1507. 1. die ineuntis menſis Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo, in marmoreo ſepulchro, quod demortuo Julius II. tamquàm affini erigendum curavit: hac inſcriptione jacentis proloquente virtutes.

Hieronymo Baſſo Savonenſi Sixti IV. P. M. Sororis filio, Epiſcopo Sabinenſi Cardinali Recanatenſi, in omni vita Conſtanti, integro, Religioſo, Julius Secundus P. M. Amitino ſuo. B. M. poſuit.

LX XIV. ,,(t) *RAPHAEL Riarius, cum in Albano ſolio ſederet, ad Sabinenſe tranſiit die 9. Septemb. 1507. inſecuto anno 1508. ad Portuenſem acceſſit.* Lucent.)

LX XV. 75. JOANNES ANTONIUS de S. Georgio Placentinus, Præpoſitus Mediolanenſis, Epiſcopus Alexandriæ, ac Rotæ Juriſconſultus longè clariſſimus, ab Alexandro VI. creatus eſt Presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei, tum & Epiſcopus Præneſtinus, mox & Sabinus effectus eſt 1507 *a*. Deceſſit Romæ 1509. die 14. menſis Martii, ſepultuſque eſt apud S. Celſum cum hoc Epitaphio.

a 1508.

D. O. M.

Hic ſepultum eſt Corpus Domini Joannis Antonii de Sancto Georgio Mediolanenſis Epiſcopi Sabinenſis S. R. E. Cardinalis Alexandrini nuncupati ſocietas Salvatoris ad Sancta Sanctorum Heres ex teſtamento B. M. poſuit MDXI. VII. Kal. Decemb.

De eo plura inferius.

LX XVI. 76. BERNARDUS Carvajalis, *b* Epiſcopus Card. Præneſtinus, ad Sabinenſem promotus eſt 1509. Illum Julius II. omni dignitate exuit, à X. verò Leone in priſtinam aſſertus dignitatem, etiam Oſtienſi dignitate refulſit.

b Hiſpanus

LX XVII. 77. FRANCISCUS Card. Soderinus, Florentinus tit. SS. XII. Apoſtolorum, in deturbati Carvajalis locum ſuffectus eſt Card. Epiſcopus Sabinenſis *c*, mox ad Oſtienſem aſcendit, ut tulerat annorum gradus obtentæ dignitatis.

c An. 1511.

LXX VIII. 78. NICOLAUS Fleſcus *d*, Epiſcopus Card. Albanenſis, Sabinenſem Epiſcopatum delegit 1521. die 24. menſis Julii, mox etiam Portuenſi, tum & Oſtienſi potitus eſt.

d vel Fliſcus.

LX XIX. 79. ALEXANDER Farneſius Epiſcopus Card. Præneſtinus, Sabinẽſi Sacerdotio ornatus eſt 1523. die 16. menſ. Octobris, ac deinceps Portuenſi, ac Oſtienſi.

LX XX. 80. ANTONIUS de Monte, ex Card. Epiſcopo Præneſtino, Sabinenſis effectus eſt 1524. die 18. menſis Maji, ac deinceps ad Portuenſem aſcendit.

LX XXI. 81. PETRUS Accoltius ex Epiſcopo Card. Præneſtino, factus eſt Sabinus die 15. menſis Junii 1524. Deceſſit 1532. De eo plura in Epiſcopis Cremonenſibus, & Anconitanis.

LXX XII. 82. JOANNES DOMINICUS de Cupis, ex Epiſcopo Car. Albano, Sabinenſi inſignitus eſt 1533. 16. die menſis Novembris, cum ad Portuenſem deinde, ac Oſtienſem aſcendiſſet.

LX XXIII 82. BONIFACIUS Card. Ferrerius Epiſcopus Card. Præneſtinus, Sabinenſis electus eſt 1535. die 16. Februarii, tum & in Portuenſem ordinatus.

LX. XXIV 84. LAURENTIUS Campegius Epiſcopus Bononienſis, eſt vacuo Sabinenſi ſuffectus 1537. die 28. menſis Novembris. Deceſſit 1539. die 16. menſis Auguſti. Plura de eo in Epiſcopis Bononienſibus.

LX XXV. 85. ANTONIUS Card. Sanſeverinas, Epiſcopus Præneſtinus, ſublectus eſt Epiſcopus Cardio. Sabinus die 4. menſis Auguſti 1539. deinde etiam ad Portuenſem aſcendit.

LX XXVI 86. ANTONIUS Card Puccius Florentinus, ex Epiſcopo Card. Albanenſi, ad Sabinenſem evaſit ann. 1543. die 8. menſis Januarii. Deceſſit Romæ 1544. Sepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam. De eo plura in Epiſcopis Piſtorienſibus.

87. JOANNES Card. Salviatus Florentinus, Epiſcopus Albanenſis, ad Sabinenſem dignitatem promotus eſt ann. 1544. die 17. *e* m. Octobris. (,, *Hinc ad* ,, *Portuenſem tranſiit*.) LXX XVII.

e Die 7. Octob. ex Actis Conſiſt.

88. JOANNES PETRUS Caraffa Card. Theatinus, ex Epiſcopo Albanenſi, electus eſt Sabinenſis 1546. *f* de eo vide ſupra in Oſtienſibus, inferius verò in Epiſcopis Tuſculanis. LXX. XVIII

f 8. Octob.

89. FRANCISCUS Gallus Card. de Turnone, ex Presb. Card. tit. SS. Marcellini, & Petri, electus eſt Sabinenſis an. 1550. die 24. *g* menſis Februarii. De eo etiam plura narravimus in Oſtienſibus, (a) cum in ea dignitate conſtitutus etiam Princeps ſacri Senatus exiſteret. LXX. XIX.

g Die ultima Febr. ex Actis Conſiſt.

90. ROBERTUS Luxemburgenſis, *h* de Lancourt Gallus, Epiſcopus Catalaunenſis, à Paulo III. creatus eſt Card. tit. S. Anaſtaſiæ 1538. poſtea titulo S. Apollinaris fuit inſignitus, tum ſub Pio IV. S. Cæciliæ titulum obtinuit: inde verò Epiſcopus Sabinenſis evaſit 1560. die 13. menſis Martii. Metis deceſſit, ubi Præſul degebat, non ſine probatiſſimorum morum opinione 1561. ac Populorum mœrore. In Cathedrali ſepultus eſt apud ſacellum, quod vivens curaverat cõſtruendum. Cujus quidem cum generis nobilitate tantæ virtutes fuiſſe narrantur, ut nulli ſatis dignitatum tituli reperiri poſſe viderentur, qui ejuſdem in Chriſtianam publicam rem merita æquarent. Si quidem præter purpuram, Sabinenſeque Sacerdotium, Metenſi, Toloſano, Arelatenſique Archiepiſcopatu condecoratus eſt, majori etiam dignitate tollendus, niſi ei cœleſtis celerius fuiſſet decreta. XC.

h De Lenoncourt.

91. JOANNES Cardinalis Moronus, ex Epiſcopo Albanenſi, Sabinus creatus eſt 1561. die 10. menſis Martii. Vide de eo etiam in Præneſtinis. XCI.

92. CHRISTOPHORUS Madrutius ex Epiſcopo Card. Albanenſi electus eſt Sabinenſis 1562. die 18. menſis Maji, cum etiam eidem dignitas Præneſtina obvenit. XCII.

93. ALEXANDER Card. Farneſius, ex Presb. Card. factus eſt Epiſcopus Sabinenſis die 12. menſis Maji 1564. deinde etiam Tuſculanus Epiſcopus declaratus fuit. XCIII

94. RAYNUTIUS Card. Farneſius tit. S. Angeli in Foro Piſcium ad Sabinenſem Eccleſiam promotus eſt 1565. die 7. menſis Februarii. Parmæ deceſſit eodem an. 1565. 5. Kalendas Novembris. De eo plura in Bononienſibus Epiſcopis, atque Archiepiſcopis Neapolitanis, ac Ravennatibus, quarum Eccleſiarum titulis per multos annos condecoratus fuit.* In Lateranenſi Baſilica in nigro lapide legitur Cœnotaphiũ. XCIV

* Ex Append.

95. TIBERIUS Criſpus à Paulo III. Cardinalis creatus 1544. cum eſſet Presbyter tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Sabinenſem obtinuit Epiſcopatum 1565. die 7. menſis Novembris. Sutrii deceſſit Pridie nonas Octobris 1566. ſepultuſque eſt in Cathedrali Templo; de eo planius, & plenius in Sueſſanenſibus Epiſcopis, atq; Amalphitanis Archiepiſcopis. XCV.

96. JOANNES MICHAEL Sarracenus Neapolitanus, Archiepiſcopus Acheruntinus, & Mater: à Julio III. Cardinalis ſublectus eſt tit. S. Mariæ in Aracœli. Sabinenſem Epiſcopatum obtinuit 1566. die 7. menſis Octobris. Deceſſit Romæ, ſepultuſque eſt extra majorem portam S. Mariæ ſupra Minervam, ubi in marmorea tabula hæc inſcriptio legitur exarata. XCVI

D. O. M.

Joannes Michael Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Sarracenus Neapoli: annum agens LXVIII. Mens V. D. XXVij. obiit quinto Kalendas Maji MD. LXIX.

De eo vide plura in Archiep. Mater: & Acherũtinis.

97. JOAN-

(t) Multiplici in loco decipitur per hæc tempora in referendis Cardinalium Epiſcoporum Optimibus Ughelliana Series. Demortuo ſiquidem Hieronymo in his Sabinenſibus ſucceſſorem attribuit Joannem Antonium de S. Georgio, cum hic fuerat Raphael Riarius. Forſan ex ſimilitudine denominationis, cum & Riarius Cardinalis de S. Georgio à ſuo Diaconatu nuncupari conſuevisset, & Joannes Antonius de S. Georgio diceretur ex cognomento Sangiorgiorum ſuæ familiæ. Raphaelem vero, & non Joannem Antonium ſucceſſiſſe Hieronymo deducitur ex irrefragabili autographo Paris de Graſſis, qui ex officio geſta Julii II. conſcribebat, laudatus ab Odorico Raynaldo Tom X. Annal. 1507. num. 24 ubi ait. *Die nona Septembris ejus anni Bononiæ in Conſiſtorio proviſum fuiſſe de Eccleſia Sabinenſi vacante per obitum Hieronymi nuncupati Cardinalis Recanatenſis.* His aſſentitur Ughellius in Albanenſibus num. 61. dum Raphaelem ex Albanenſi ſede ad Sabinenſem demigrantem deſcribit an. 1507. cum deinde in Sabinenſibus enumerare eſt oblitus, cui immediatè Joannem Antonium ſuffectum falſe & nos fatemur, cum Raphael ad Portuenſem eſt tranſlatus: ut ibi, id factum ex Sabinenſi, ipſemet notat Ughellius. *Luc.*

(a) Ughellus in Oſtienſibus Gallum è Portuenſi ad Oſtienſem ſedem tranſiiſſe affirmat. Verum nec verbum quidem de eo habet inter Portuenſes. *Luc.*

XCVII. 97. JOANNES BAPTISTA Cicada Genuenſis presb. Card. S. Agathæ, ad Sabinenſe Sacerdotium promotus eſt die 30. menſ. Aprilis 1568. Natus eſt Jo: Baptiſta 6. Kal. Junii 1510. Patruum habuit Eduardũ Cicadam Epiſcopum Sagonenſem, tum opibus, tum generis nobilitate virum præclarum. Ipſe diu verſatus in literis cum amænioribus muſis ſeveriores diſciplinas conjunxit. Quamobrem ad Sagonenſem in Corſica Epiſcopatum promotus eſt, poſtea ad Eccleſiam Albinganenſem translatus, deinde Apoſtolicæ Cameræ Clericus, & Auditor declaratus eſt, interfuitque, Paulo III. mittente, Tridentino Concilio, ac deinceps ſub Julio III. cum Presb. Cardinalis tit. S. Clementis fuiſſet effectus, in Campania legatione functus eſt, vir utique celebris, atque ad omnem uſum rerum unicè factus. Itaque eundem mirificè collaudat Ubertus Folieta in elogiis Ligurum Illuſtr: & Petramelarius, aliique non pauci. Deceſſit Romæ 1570. 6. *a* die Aprilis, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo, marmoreo ſepulchro, cum hoc epitaphio.

a Seu S. ut ex Cenotaphio.

D. O. M.

Joanni Baptiſtæ Cicadæ Genuenſi Epiſcopo Sabinenſi S. R. E. Cardinali S. Clementis Viro ingenii acumine, & ubertate conſilii admirabili, omnium Officioſiſſimo, Juris, rerumque urbanarum, ac forenſium uſu, ac intelligentia peritiſſimo, libertatis Eccleſiaſticæ defenſori ſtudioſiſſimo, Carolus Cicada Epiſcopus Albinganenſis heres ex teſtamento patruo bo. mem. poſuit, vixit an. LX. Obiit die VIII. Aprilis MDLXX.

XCVIII. 98. OTHO Truſches Germanus Epiſcopus Auguſtanus à Paulo III. Presbyter Card. creatus tit. S. Balbinæ, poſtea Albanus Epiſcopus, inde Sabinenſis dignitas eidem obvenit 1570. die 2. menſis Aprilis, eodemque anno Præneſtinus Epiſcopus etiam effectus eſt. Vide infra.

XCIX. 99. JULIUS Roboreus, Epiſcopus Card. Albanus, Sabinenſis creatus eſt anno 1570. die 3. menſis Julii, anno verò 1573. ad Præneſtinum aſcendit.

C. 100. JOANNES Riccius Politianus Cardinalis Epiſcopus Albanenſis, ad Sabinum epiſcopatum promotus eſt 1573. die 8. menſis Aprilis. Deceſſit Romæ 1574. ſepultuſque apud S. Petrum in monte Aureo. Plura de eo in Archiepiſcopis Piſanis.

CI. 101. SCIPIO Rebiba Card. Epiſcopus Albanus, Sabinenſis adlectus eſt 1574. die 5. menſis Maji. E vivis exemptus eſt 1577. Si cupis plura de eo, conſule quæ diximus in Archiepiſcopis Piſanis.

CII. 102. JACOBUS Card. Sabellus tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Epiſcopus Card. Sabinenſis effectus eſt 1577 die 31. menſis Julii, nec multò poſt Tuſculana dignitate inſignitus eſt, ut poſtea dicemus.

CIII. 103. JO: ANTONIUS Cardin. Sorbellonius tit. S. Mariæ Tranſtiberim ſublectus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis 1578. die 9. menſis Julii, deinde Præneſtina dignitate fulſit, die 5. ejuſdem anni.

CIV. 104. ANTONIUS Pernottus, Granuellæ nominis, Burgundio, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, electus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis 1578. die 3. menſis Octob. Natus Antonius eſt Veſuntione, è Nicolao Pernotto à Granuelle, Caroli V. Cancellario. Fuit Canonicus Biſuntinus, tum & Archidiaconus, deinde Epiſcopus Atrebatenſis, unaſque è Tridentini Concilii Patribus. Eundem à conſiliis habuit Carolus V. ejuſdemque nomine in Galliis majorique Britannia plurimis de rebus maximis functus eſt legationibus. Mechlinienſi Archiepiſcopatu decoratus eſt, atque à Pio IV. Pontifice presb. Card. tit. S. Bartholomæi in Inſula declaratus, deinde S. Priſcæ titulum aſſecutus eſt, ac deinceps S. Anaſtaſiæ. A Philippo II. Hiſpanorum Rege ad Principes Chriſtianos legatus eſt, ut ſociatis armis in Turcam Orientis Tyrannum ſecum incurrerent. In Neapolitano regno Regi ſuo vicariam operam præſtitit, conſecratumq; à ſe vexillum Auſtriaco Joanni tradidit Principi Duci, claſſes fœderatorũ Principum contra Selimũ Turcarum Imperatorem, ad Aſiaticum litus explicaturo. Anno 1584. Archiepiſc. Biſuntinus creatus eſt, nec multo poſt Prorex Siciliæ, Præſeſque Italici Conſilii. Deceſſit ætatis ſuæ anno 72. Madriti 2. Kalendas Octobris 1586. Corpus Veſuntionem in Galliam relatum Cathedrale templum excepit apud Carmelitas, juxta defuncti Patris cadaver. Hujus ampliſſimi Cardinalis diffusè meminit Jacobus Chifletius in hiſtoria Biſuntina, Aubertus Miræus in elogiis Belgicis, Franciſcus Svertius, Claudius Robertus, Michael ab Iſcelt in hiſt. ſui temporis, Fulvius Urſinus in epiſt. dedicatoria ad ſelecta Polybii, Cabrera, & nos demum in noſtris ad Ciaconium additionibus.

105. INNICUS Davolos Presb. Card. S. Laurentii in Lucina electus eſt Epiſcopus Card. Sabinenſis 1586. die 13. menſis Octobris, nec multò poſt ad dignitatem Tuſculanam aſcendit. CV.

106. PTOLOMÆUS Gallius ex Epiſcopo Card. Albano factus eſt Sabinenſis, & mox Tuſculanus 1589. *b* CVI.

b 6. Maji.

107. GABRIEL Paleottus Epiſcopus Card. Sabinus 1591. die 20. menſis Martii. Primus Bononienſium Archiepiſcopus, deceſſit 1597. 2. Kal. Auguſti Romæ, delatuſque deinde Bononiam eſt, atque in Cathedrali ſepultus. Vide de eo plura in Bononienſibus Archiepiſcopis. In Sabinenſi Cathedrali ſequens ex penicillo cœnotaphium ita inſcriptum legitur. CVII.

D. O. M.

Memoria Gabrielis Paleotti S. R. E. cardinalis Epiſcopi Sabinæ. Paleottam familiam veteri, & patritia nobilitate Bononiæ inſignem præclariſſimarum virtutum ſplendore illuſtravit in patria, & pro patria munera civis optimi egregie obivit, à Paulo Quarto Pont. Max. Romæ inter Auditori Rotæ adſcriptus, & à Pio IIII. ad Conc. Trid. miſſus ſua doctrina, & ſapientia fidei Catholicæ graviſſimo negocia plurimum juvit, Cardinalis ab eodem Pont. creatus, à Pio Quinto Eccleſiæ Bononienſis adminiſtratione ſuſcepta, à Gregorio XIII. ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopali dignitate decoratus, moris ſingulari charitatis, & prudentiæ exemplo reformavit, clericales vitæ rationem ſanctiſſimis inſtitutis imbuit, ſacras ædes inſtauravit, atque exornavit, loca pia auxit, ditavitque, primum concilium provinciale celebravit. Inter ſex ſeniores Cardinales aſſiſtentes ſummo Pontifici adſcitus à Sixto V. Epiſcopus Sabinenſis, ſeminario Sabinenſi in hac Civitate fundato, atque erecto, & amplificato divino cultu ſynodis annuis, viſitationibus, & perpetua paſtorali vigilantia Diœceſim hac optima diſciplina inſtruxit, longitudine dierum repletus, onera Epiſcopatus, & Cardinalatus æqua lance ſuſtinens, conſtantia, atque integritate admirabili ad Chriſtianam Rempublicam propagandam ſcriptis, Conſiliis, & pietati aſſiduè intentus. Obdormivit in Domino Romæ x. Kal. Auguſti MDLXXXXVII. Vixit ann. menſ. dies Auguſtinus Brunus Clericus Romanus, intima familiari ſervitute, Beneficentiſſimo patrono, & Principi optime meritò devinctus, dum, ob curam ſibi ab eo demandatam Regiminis hujus diœceſis, ejus poſtremo colloquio intereſſe non poteſt, hoc qualecunque jacturæ incomparabilis, ac temporis anguſtia conceſſerit grati animi monimentum P.

108. LUDOVICUS Card. Madrutius ex presb. Card. S. Laurentii in Lucina, electus eſt Epiſcopus Card. Sabinus die 18. menſis Auguſti 1597. cum deinde in Tuſculanum ſucceſſiſſet 1600. CVIII

109. HIERONYMUS Ruſticuccius, ex Epiſcopo Albano, factus eſt Sabinus anno 1600. die 21. menſis Febr. atque ad Portuenſem deinde promotus eſt 1603. CIX.

110. SIMON Talliavia Epiſcopus Card. Albanus, factus eſt Sabinenſis an. 1603. die 19. menſis Febr. Deceſſit Romæ die 20. menſis Martii 1604. Sepultuſque eſt in templo Salvatori JESU dicato. Natus Simon eſt 1550. die 20. menſis Maji. Parentem habuit Carolum Terræ novæ Ducem, matrem Margaritam Vintimiliam. In Complutenſi Academia literis operam dedit, nobiliorumq. diſciplinarum lauream retulit, quam rurſus probiſſimis moribus decoravit. Quamobrem cum doctrinæ, vitæque probitatis, laude flo- CX.

reret,

A retet, à Gregorio XIII. ſummo Pontifice in numerum Cardinalium cooptarus eſt 1583. ſtudio pietatis chriſtianæ, atque rituum Eccleſiaſticorum deinceps flagravit, idem promptus, ac prudens in conſiliis dandis, explicandiſque, ità ut Pontifices, atque Hiſpaniarum Reges in graviſſimi momenti rebus adminiſtrandis ejuſdem prudentia æquè commodè, ac tutò uterentur. Denique cum Chriſtianæ virtutes, exaggerat æque, ac vero Principe dignæ cū illo cōſenuiſſent, deceſſit Romæ, incōſolabili ſui bonis omnibus relicto deſiderio.

CXI. 111. FRANCISCUS Giojoſa Gallus, ex presbytero Card. tit. S. Petri ad Vincula ad Sabinenſem Epiſcopatum evaſit ann. 1604. qui etiam poſtea ad Oſtienſem dignitatem aſcendit.

CXII. 112. ANTONIUS Saulius, Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, Sabinenſis effectus eſt 1611. 17. die Auguſti. Quem etiam deinceps Portuenſis, ac Oſtienſis dignitates nobilitarunt.

CXIII 113. BENEDICTUS Card. Juſtinianus, Epiſcopus Card. Præneſtinus, Sabinenſis declaratus eſt 1615. die 6. m. Septemb. qui poſtea ad Portuenſem aſcendit. B

CXIV 114. PETRUS Cardinalis Aldobrandinus ex Presbytero Card. S. Mariæ Tranſtiberim, factus eſt Epiſcopus Sabinenſis 1620. die 31. menſ. Auguſti. Deceſſit Romæ 1621. 10. die Februarii. Sepultus eſt apud S. Mariam ſupra Minervam. Plura vide de eo in Archiepiſcopis Ravennatibus.

CXV. 115. ODOARDUS Card. Farneſius, factus eſt Epiſcopus Sabinenſis 1621. die 3. menſ. Martii, deinceps etiam Tuſculana dignitate præfulſit.

CXVI 116. BONIFACIUS Card. Bevilaqua, ad Sabinenſem Epiſcopatum evaſit 1624. deinceps etiam Tuſculanum aſſecutus eſt.


CX VII. 117. CAROLUS Card. Madrutius ex Presbytero Card. tit. S. Laurentii in Lucina, Sabinenſis Præſul declaratus eſt 1626. die 6. Sept Romæ deceſſit 1629. 19. Kalend. Septembris. Sepultuſque eſt apud S. Onuphrium in Madrutiorum ſacello. Hic dictus Cardinalis eſt à Clemente VIII. cum Tridentinus Epiſcopus eſſet, Ludovici Nepos, Pronepos autem Criſtophori Madrutiorum Cardinalium. C

CX VIII. 118. SCIPIO Cardinalis Burgheſius, ex primo Presbytero, ſublectus eſt Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis 13. Kal. Septembris 1629. Romæ deceſſit 1633. die 2. menſis Octobris. De eo plura in Archiepiſcopis Bononienſibus.

CX IX. 119. F. FELIX Centius Cardinalis Aſculanus Ordinis F. Minorum ex Presbytero Card. ad Sabinēſem Epiſcopatum evaſit anno 1633. 26. Novembris. Obiit 24. Januarii 1641. De eodem fuſius, cum de Præſulibus Maceratenſibus.

CXX. 120. FRANCISCUS Genninus Cardinalis Epiſcopus Faventinus 25. Februarii Epiſcopus Sabinenſis declaratus eſt ab Urbano VIII. an. 1641. De quo vide infra in Catalogo Faventinorum Epiſcoporum. * Optavit Portuenſem Eccleſiam 5. Martii 1645.

*Ex Ap. t.1.



CXXI 121.* CAROLUS Cardinalis Medices Ferdinandi I. Magni, qui Magnum Hetruriæ Ducatum magna Chriſtiani orbis Principum exiſtimatione longo tempore poſſedit, & Chriſtinæ Caroli III. Lotharingiæ Ducis ex Claudia Valeſia Henrici II. Gallorum Regis filia, quarto genitus filius, Coſmi II. Hetruſcorum piiſſimi Principis frater, Ferdinandi II. & Joannis Caroli Cardinalis patruus, natus Florentiæ 14.

*Ex Ap. t.1.

A Kal. Aprilis 1596. Regiis animi dotibus à natura donatus, & eximiis excultus diſciplinis, regius adoleſcens à Paulo V. purpura induitur anno 1615. die 21. Decembr. titulus ei datus Diaconi S. Mariæ in Domnica, quem Leo X. ante Pontificatum, Joannes ejus patruus, & Ferdinandus pater in purpura obtinuerāt, & magnificentiſſimo cultu exornarant. Romæ aliquando verſatus à Pontificibus Gregorio XV. Urbano VIII. & Innocentio X. quorum comitiis interſuit, ad graviſſimas de Concilio, de librorum delectu, de Epiſcoporum, ac Regularium, deque aliarum rerum negotiis conſultationes, honorifico judicio cooptatus, prudentiæ, religionis, ac pietatis non pauca ſigna dedit. Multorum cœnobiorum Commendatarius, S. Galgani Senenſis, Æſinæ, Claravallis, & Inſulanæ Abbatiæ, quorum divina virgula ei demandata ſplendidiora, aucto divino cultu reddidit. Pratenſis inſignis Eccleſiæ Præpoſitus adlectus jura ſuſtinuit & libertatem. Florentiæ templum D. Michaelis miro artificio, & eleganti ſtructura pro Regularibus Clericis,
B quos Theatinos vocant, à fundamentis extruxit. Protectoris Hiſpaniæ munus exercuit. Ordinis Vallis Umbroſæ datur defenſor. Prior Diaconorum Cardinalium Innocentium X. Pontiſ. Max. ſacra Thiara inſignivit, quem pro viribus ad Petri ſedem ſuſtulerat, à quo ex Presbytero Card. ad tit. S. Sixti Sabinenſis Epiſcopus declaratus eſt die 5. Martii anno 1645. mox Florentiæ inauguratur in Eccleſia S. Michaelis ab Annibale Bentivolo Archiepiſcopo Thebano, apud Ferdinandum Hetruriæ Magnum Ducem, Apoſtolico Nuncio, Alexandro Stupha olim Montis Politiani, & Roberto Strozzio Feſulano Epiſcopis aſſiſtentibus die 20 Auguſti, præſentibus Joanne Carolo Cardinali, & Sereniſſima Victoria Magna Duciſſa nepotibus. Eodem anno 23. Octobr. dimiſſo Sabinenſi Tuſculanum optavit, quem hactenus adminiſtrat. Princeps ſane conſilio, prudentia, morum gravitate, & in omnibus regia, & pene effuſa liberalitate clariſſimus, cum priſcis illis Sereniſſimæ Mediceæ familiæ Heroibus merito comparandus, quos doctis præſi-
C dium, ſubſidiumque bonis apud cordatos ſcriptores fuiſſe narratur, de quo ut de Carthagine fertur, tacere multo præſtat, quam pauca recenſere.



122. FRANCISCUS Card. Barberinus Florentinus Urbani Octavi Pontificis Max. nepos S.R.E. Vi- CX XII.
D cecancellarius ex Presbytero Cardinali S. Laurentii in Damaſo factus eſt Epiſcopus Sabinenſis die 23. Octob. 1645. Quem toti orbi inſignem reddidere diuturna patrui Pontificatus in ipſum congeſta moles, vitæ integritas, eruditio, ſingularis, multiplex ad Chriſtianos Reges legatio cujus hortatu hanc qualēcumque ſacræ noſtræ Hiſtoriæ narrationem ſuſcepimus, auximuſque ex illa ſua ad decus Urbis excitata Bibliotheca, in qua tanquam in uberrima penu precioſa melleaque venerandæ antiquitatis reconduntur monumenta, ac literarum pene omnium labores, & ingenia ad æternitatem conſecrantur. * Deinde ann. 1652. factus eſt Epiſc. Portuenſis die 23. Septemb. *Ex App. t.5.

123. BERNARDINUS Card. Spada ab Epiſcopatu Tuſculano tranſivit ad Sabinenſem die 23. Septemb. 1652. CX XIII.

ADDITIO.

(„ Deinde ad Præneſtinam 11. Octob. 1655.

„JU-

CX XIV. ,, JULIUS *Sacchettus Florentinus è Tuſculana Sa-* A
,, *binenſem optavit* 11. *Octob.* 1655. *deceſſit in pervigilio*
,, *Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli* 1663. *conditus*
,, *in ſepulchro Majorum apud S. Joannem nationis Flo-*
,, *rentinæ, de quo etiam in ſerie Gravinenſium, & Fa-*
,, *nenſium.*

CX XV. ,, MARTIUS *Ginnettus, dimiſſa Albanenſi, hanc*
,, *eſt aſſecutus Sabinenſem* 1663. 2. *Julii ad Portuenſem*
,, *abiit* 1666. 11. *Octob.*

CX XVI. ,, FRANCISCUS *Maria Brancatius Tit. S. Lau-*
,, *rentii in Lucina Card. Presbyterorum Prior, & Epiſ-*
,, *copus Viterbienſis, hanc ſibi copulavit jure optionis Sa-*
,, *binenſem Eccleſiam* 5. *Idus Octobris* 1666. *Inde ad*
,, *Tuſculanum tranſiit.*

CX XVII. ,, JULIUS *Gabriellius Romanus Cameræ Apoſtoli-*
,, *cæ Clericorum Decanus, inde inter ſummos Eccleſiæ*
,, *Senatores adnumeratus, cum Presbyterorum princi-*
,, *pem gradum in titulari Eccleſia S. Laurentii in Luci-*
,, *na attigiſſet, ad Sabinenſem Thiaram tranſiit* 30. *Ja-*
,, *nuarii* 1668. *abſolutus à vinculo, quo detinebatur Aſ-*
,, *culana Eccleſia, eaque ſibi titulo adminiſtrationis con-* B
,, *ceſſa. Flaminia Legationem dum gereret, Clementis*
,, *X. cui propior erat affinis, morte Romam evocatur, &*
,, *cum ſuo voto juviſſet electioni Innocentii XI. Romæ con-*
,, *quievit die* 30. *Auguſti* 1677. *& de more funeris ſo-*
,, *lemnius in Minerbitano Templo exceptis, ibidem lo-*
,, *cum ſepulturæ invenit in ſua gentis apodyterio.*

CXX VIII. ,, NICOLAUS *de Albergatis Bononienſis Cardin.*
,, *Ludeviſius nuncupatus, S. R. E. Major Pœnitentia-*
,, *rius, titulos cum percurriſſet S. Auguſtini, S. Mariæ*
,, *Angelorum ad Thermas, S. Mariæ Transtiberim, &*
,, *S. Laurentii in Lucina, Princeps jam Presbyterorum*
,, *ad Sabinenſem curam tranſiit die* 13. *Septemb.* 1677.
,, *Diœceſana Viſitatione tranſmiſſa nil omiſit, quo Cle-*
,, *ri, populique labantes mores ad pietatem reſtauraren-*
,, *tur. Infracto animo ſua jura tutatus, fœdifragos com-*
,, *preſſit, templis decorem ſervavit, Monialibus præſto*
,, *fuit, & oculatiſſimus adfuit fœminarum candori, ſive*
,, *ſervando, ſive ulciſcendo. Nefarium hominem ex Op-*
,, *pido Cottanelli hæreſibus conſperſum, aliiſque exitia-*
,, *lem, locorum aſperitate Curiæ impervium ſuo brachio* C
,, *obſtrinxit, & publico abjurationis documento emenda-*
,, *tum ad triremes tranſmiſit. Denique expurgata Sabi-*
,, *na, eaque Eccleſiaſtica ſeveriore diſciplina reſtituta,*
,, *nec unquam pertæſus duriſſimæ Provinciæ, quantumvis*
,, *ſæpius vocatus fuiſſet ad tranquilliores ſedes, tunc ab-*
,, *ſceſſit, cum jure neceſſario optionis Portuenſi admotus*
,, *eſt in Vaticano Conſiſtorio die* 1. *Decembr.* 1681. *de quo*
,, *videſis, quæ in Oſtienſibus, & in Bononienſium ſerie*
,, *proloquimur.*

CXX IX. ,, PETRUS *Othobonus Presb. Card. Tit. S. Praxe-*
,, *dis Ludoviſio ſecedenti ſucceſſit, Card. Aloyſio Ho-*
,, *modeo Presbyterorum primo Epiſcopalem ordinem*
,, *recuſante. At Petrus Sabinenſem thronum omni pie-*
,, *tatis ſtudio cum decoraſſet, Tuſculanum adivit* 15.
,, *Febr.* 1683. *de quo aptiori loco plura dicemus, & infra*
,, *in Brixien.*

CX XX ,, CAROLUS *Pius à Sabaudia Ferrarienſis Presb.*
,, *Card. Tit. S. Mariæ Transtiberim, dimiſſo Presby-*
,, *terali titulo, ad Sabinenſem Infulam gradum fecit* 15.
,, *Febr.* 1683. *qui multiplices inter Aulæ curas Prote-* D
,, *ctor Regnorum Hiſpaniæ, & Cæſarei Regiminis, am-*
,, *pliſſimo Sabinenſi gregi ſolertiſſimè ſemper ſtuduit. At*
,, *difficillimis dum extricandis Principum, & Eccleſiæ*

A ,, *negotiis mente indefeſſa incumbit, die duodecima Fe-*
,, *bruarii, quam ſcribendis Epiſtolis, aliiſque ſtudiis at-*
,, *tribuerat, cibis parcè inſtauratus Quadrageſimalibus,*
,, *febrili calore exæſtuante, & ſomno oppreſſus, evigilans,*
,, *ac ſi vitæ exitum ſibi imminentem conſpiceret, genufle-*
,, *xus ſumma cordis compunctione lachrymas profundens*
,, *per exomologeſim animum expiavit: mox ad Medico-*
,, *rum imperium decumbens, ſuccedente nocte proxima*
,, *inſecuta die tertia decima morbi violentia oppreſſus,*
,, *omnium mœrore deceſſit anno* 1689. *Cadaver de more*
,, *elatum funeris ſolemnia excepit in Templo Domus*
,, *Profeſſæ Societatis JESU, ubi ſepelitur.*

,, PALUTIUS *Card. Alterius, dimiſſo Tit. S.* CX XXI.
,, *Chryſogoni, ad hanc optavit ſedem die* 28. *Febr.* 1689.
,, *& illico univerſam curæ ſuæ ſubjectam Sabinam pera-*
,, *grare adorſus eſt, quam & benevolentia inviſit, & be-*
,, *neficentia extulit. Montis Faliſci dum præeſſet ovili,*
,, *ea quæ ipſi obvenerat negotiorum mole, ut ibi infra in-*
,, *dicabimus, jam depoſita, morte Pontificis intervenien-*
,, *te, ſuperſtes fuit S. R. E. Camerarius, Regularium Or-*
B ,, *dinum Protector, ex Benedictina temperatione Vallis*
,, *Umbroſæ, & Mendicantium, Dominicani, Auguſti-*
,, *niani, tum Eremitarum, tum Diſcalceatorum, & Car-*
,, *melitarum omnium. His acceſſere Patrocinia Laure-*
,, *tanæ Domus, plurium Sanctimonialium, Sodalitio-*
,, *rum laicalium, aliorumque pii operis locorum, inter*
,, *quæ ejus protrahitur ævo celebre in Urbe Pharmacopo-*
,, *lium pro pauperibus. Sacris Congregationibus, quæ ex*
,, *Voto Patrum Purpuratorum coaleſcunt, omnibus adeſt,*
,, *& in iis Indicis, Propagandæ Fidei, & Paludum Pon-*
,, *tinarum Præfectus ſedet. Ex animi voto poſt decimum*
,, *Clementem in Petri Cathedra veneratus eſt Innocen-*
,, *tium XI pari omine convolavit ad Alexandri VIII.*
,, *electionem. Inde cum quinto adfuiſſet Pontificiis Comi-*
,, *tiis, ſummo potius Populi Chriſtiani ſolatio provehendo*
,, *ad ſedem Innocentium XII. in Conſiſtorio habito die*
,, *octava Auguſti* 1691. *hac Sabinenſi dimiſſa, ad Præne-*
,, *ſtinam Cathedram tranſiit, ab eodem Innocentio La-*
,, *teranenſi etiam Archipresbyteratu auctus.*

,, JO: NICOLAUS *de Comitibus Presbyter Card.* CX XXII
C ,, *S. Mariæ in Transpontina, Sabinenſi Infula decoratus*
,, *ea die qua Palutius eam liquit; retinuitque Anconita-*
,, *nam jure adminiſtrationis; ubi de tanto ſacrorum*
,, *Principe, abſque ejus modeſtiæ gravamine, aliqua pro-*
,, *nunciabimus. Obiit Anconæ die* 20. *Jan.* 1698. *de quo*
,, *egimus in Anconitanis.*

GASPAR *ex nobili Carpinea familia Romanus ex* CX XXIII
,, *Archiepiſcopo Niceno, S. R. Rotæ Auditore, & Papæ*
,, *Datario creatus Presbyter Card. a Clemente X. die*
,, 22. *Dec.* 1670. *enunciatus deinde per ceſſionem Card.*
,, *Palutii Alterii Papæ Vicarius Generalis. Hinc ex*
,, *tit. S. Mariæ Transtiberim ad Sabinenſem Eccleſiam*
,, *aſſumptus eſt die* 27. *Januarii* 1698. Lucent.) *Obiit*
,, *Romæ die* 6. *Aprilis* 1714.

,, FULVIUS *Tituli Sancti Petri ad Vincula Car-* CX XXIV
,, *dinalis Aſtallius Romanus, creatus Cardinalis ab In-*
,, *nocentio Papa XI. die* 2. *Septembris* 1686. *dimiſſo*
,, *Titulo præfato, optavit Eccleſiam Sabinen. die* 16. *A-*
,, *prilis* 1714. *Fuit Legatus Urbini, & deinde Roman-*
,, *diolæ deputatus ab Innocentio XII. & demum Ferra-*
D ,, *riæ, quam Legationem uſque ad totum annum* 1707.
,, *difficillimis temporibus, magna cum prudentia laude*
,, *exercuit.*

PRÆNESTINI EPISCOPI



PRÆNESTE, quæ antiquiſſima Latii civitas eſt, Aborigiuum quondam tutiſſima ſedes fuit, ac poſt receptam evangelii lucem, quarta civitas, cujus Præſul cum Epiſcopatu Seoatoriam purpuram conjunctam habet, Romanum que Pontificem propiori dignitatia gradu circumſtat. Ejus origo adeo antiqua eſt, ut ejuſdem latens præ vetuſtate exordium diverſos plerumque adverſoſque trahat ſcriptores. Ejus montes extulere faſtigium, quo diuturniori tranquillitate ſuſfulta hoſtiles iucurſus felicius poſſet eludere. Vigintiquinque milliaribus tantùm Roma abeſt, cum Tyburem, Tuſculumque finium propiori meta contingat. Cæterùm Virgilius, ut eſt feſtiva uatio poetarum, Præneſtinæ Urbis Auctorē Caccolum facit, ex Uulcano prognatum, cum ita inquit.

Nec Præneſtinæ fundator defuit Urbis,
Vulcano genitum pecora inter agreſtia Regem,
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas,
Caccolus. B

Quem, ut Vulcani germanam ſobolem Honoratus Servius Virgilii commentator eſſe demonſtret, fabulam de eodem circumferri ſolitam hujuſmodi narrat; Caccoli matrem ictam aliquando fuiſſe ſavilla, quam impetus ignis excuſſerat, ex eoq; concepiſſe, uterumque geſtaſſe, unde poſtea prodiarit is, quem delirans antiquitas filium appellavit Vulcani, atque antiquiſſimæ hujus Præneſtinæ Urbis fecit Auctorem. Solinus ex Zenodoro vult à Præneſte Ulyſſis nepote, filioque Latini fuiſſe ædificatam, deque fundatoris nomine Præueſte fuiſſe dictam. Stephanus Byzantius ejus fundationis laudem in Præneſtem Latinum Ulyſſis filium, ac Circes refundit. Plutarchus verò in parallelia aliter ſentit, cum ita inquit; Thelogonus Ulyſſis, ac Circes filius, miſſus ad indagandum patrē monitus eſt, ut ibi Urbem conderet ubi ſerta gerentes Agricolas ſaltare videret; cumque in quemdam Italiæ locum deveniſſet, offendit Colonos ramis ilignis redimitos choreis vacare. Itaque Urbem ibi condidit, C & ab rei argumento Priſtinum nomioavit (quod vocabulum Romani detortum dixerunt Præneſtus) ut Ariſtocles tradit lib. 3. Italicarum rerum. Plinius affirmat hanc Urbem primò dictam fuiſſe Stephanon, & Strabo, Poliſtiphanon, hoc eſt, multiplicis coronæ civitatem, additque cum Tybure fuiſſe ædificatam à Græcis. Non defuere, qui dicerent, ab Urbe copia arborum lentiſcorum Præneſtinum fuiſſe appellatam, ut refere Volaterranus. Illud conſtat priſcos Latinos, hoc eſt, Pelaſgos, Aborigineſque eandem vel fundaſſe, vel incoluiſſe, quam deinde ideo Præneſtum dixere, ut Pompejo Feſto arridet, quod locus, in quo deinceps extulit illa muros, montibus præſtare videatur.

Cæterùm eum ante Chriſtum uatum 500. ipſos annos, Præneſti nova civitas ſteterit, nil mirum eſt, ſi ex obliviosa antiquitate tum ejuſdem origo, tum fundatoris nomen intercíderit. Populi Romani antiqua Colonia fuit; teſte Cicerone, atque Frontinn de Coloniis, & quidem Præneſtinam Urbem nobile muni-

A cipium fuiſſe Populi Romani antiquæ inſcriptiones teſtantur. Florus, Feſtuſque inter nobiliores, ac ſplendidiores Italiæ civitates illam adnumerat, nec ſecus Appianus Alexand. lib. Civ. bellorum. Præneſtem, dum Romanum floreret Imperium, celebre templum, Primigeniæ fortuuæ dicatum, nobilitaverat, cujus etiam nunc miſerandæ ruinæ ſpectantur, ob quam quidem templi celebritatem Præneſtina civitas ſacræ tulit cognomen, ut Silius inquit:

Hunc Tybur Caſelle tuum, ſacriſque dicatum
Fortunæ Præneſte jugis.

Hujus templi pavimentum, poſt C. Marium juniorem debellatum, Sylla marmore teſſellato opere elaborato elegantiſſimè conſtravit, quæ lithoſtrata Latini appellant, unde poſtea moſayci operis uſus fluxit ad noſtros, ut ſcribit Plinius lib. 36. cap. 25. Denique cum Præneſte in montibus collocata ineluctabili propemodum munimento conſiſteret, fiebat, ut quos adverſa belli fortuna vexaſſet, illuc ſe tutaturi confugerent, indeque reſumptis viribus Romanum Agrum B incurrerent, victiq; iterum in cauſa erant, cur demum immerita civitas Romanis victoribus pœnas daret. Quod ipſum Strabo commemorans, ita inquit. *Enimvere ut aliis Urbibus in parte felicitatis copia rerum ponitur, ita contra Præneſtinis ſua opulentia calamitoſa fuit ob Romanorum ſeditiones: nam qui res novas moliebātur, eò confugiebant. Quibus expugnatis cū alia damna Urbi injungebātur, culpa à ſōtibus in innoxios tranſlata.*

Nec cum Romani Imperii Majeſtas fuiſſet extincta, melior ob id Præneſtinorum conditio fuit. Etenim cum Paſchalis II. Pontificis temporibus ea civitas Columnenſium, præpotentium Dynaſtarum jugam coacta fuiſſet accipere, ſucceſſiſſenteque deinceps ea tempora, quibus ea gens cum VIII. Bonifacio ſummo Pontifice inextinguibiles ſimultates exercebat, tandemque Pontificiæ potentiæ impar dediſſet manus, Pontifex haud contentus viciſſe, immeritam etiam Urbem in Columnenſium odium mulctavit excidio, incolis juſſis ad montis radices, ſub nomine Papalis Urbis humiliores conſtruere caſulas. Sed cum impenC ſius deinde, etiam antiquo domicilio, fortuniſq; exuti, redivivas Columnenſium partes conſectarentur, Pontifex geminato pereitus odio, vixdum humo ſe attollientia tecta ita ſolo æquavit, ut vix lapis lapidi ſuperpoſitus cerneretur. Interim Bonifacius fato ceſſit, Præneſtinique Columnenſium veterum Dominorum favore, fortuniſque adjuti, ad antiquas ſedes, montibus ſupinis protectas rediere, ita ut Eugenii IV. temporibus, cernentibus veteres muri reſurrexiſſe viderentur. Sed cum iterum Poncellottum, Nicolaumque Fortebraccium Romani nominis oſores intra mœnia recepiſſent, unde pertinaciam belli alere poſſent; obſidione prævalida demum preſſi deditionem ſecere adeo ad victorum arbitrium, ut Eugenio IV. deinde jubente irreparabili iterum excidio mulctarentur. Cæterùm cum & Eugenius exceſſiſſet e vivis, Columnenſes reſumptis animis, viribuſque refectis, novam Præneſtem iterum reædificandam curarunt. Quæ tametſi antiquæ illius dignitatis, ac opulentiæ

haud

haudquaquam metam attingere potuerit, eò tamen magnitudinis,ſpectatæque frequentiæ pervenit, ut ejuſdem ditionis veteres Dominos nunquam poſſit pœnitere. Columnenſibus paruit uſque ad annum 1630. hoc eſt, donec Præneſtinæ ditionis jura præſenti pecunia empta in Thaddæum Barberinum Principem, Urbiſque Præfectum Urbani VIII. Nepotem tandem refunderentur.

Ut autem Præneſtinæ Urbis originem, auctoremque oblivioſa funeravit vetuſtas, ſic eadem temporibus offundēte caliginem haud facile ſciri potuit, quando lucem hauſerit Evangelii. Conſtat tamen jam inde à temporibus Aureliani Imperatoris apud Præneſtem Agapitum, 15. annorum fortiſſimum puerum, illuſtrem tuliſſe palmam martyrii, cujus Romanum Martyrologium die 18. menſis Auguſti cum laude meminit; Præneſtinique etiam nunc, ut præcipuum Divum tutelarem venerantur,& colunt. Cathedralis Eccleſiæ Patronus idem eſt ſanctiſſimus martyr Agapitus, in qua duodecim canonici cum Archipresbytero, aliique clerici numerantur. Sunt ibidem intra mœnia civitatis quatuor virorum, & unum monialium cœnobium, pietate Barberini principis nuper excitatum. Diœceſis eſt ſatis ampla; quatuordecim continet loca. Taxatur in lib. Cameræ ad florenos . . . verus valor ad 500. ſcuta Romanæ monetæ aſcendit. Ejus civitatis Epiſcopus, ut non ſemel dicam, ab immemorabili, unus è ſeptem purpuratis Epiſcopis, qui propiori dignitatis gradu Pontificium thronum circunſtant; Præneſtinoque per vicem apud Lateranum olim coram Pontifice, ſacrum facere incumbebat, perduravitque ritus uſque ad Gregorii II. Pontificatum, ut diligenter Panvinius notavit. Ex Præneſtinis Epiſcopis, qui priſcis illis temporibus floruerunt, aliquot uſque ad Leonem IX. quibuſdam conciliis ſubſcripti leguntur, ita tamen, ut non inde integra illorum ſeries à primis uſq; ad poſtremos erui poſſe videatur. Poſt Leonem verò IX. & deinceps Præneſtinorum Præſulum continuatam ſeriem proferemus, quam ex Panvinio, Ciaconio, atque ex noſtris ad eundem notis, qua potuimus majori diligentia concinnavimus.

A D D I T I O.

(„ cathedrali deſerviunt 18. Canonici cum Archi-„ presbytero, & utraque Præbenda. Cura animarum e-„ xercetur in ea per Canonicum. Sunt ibidem Semina-„ rium, Hoſpitale, & mons Pietatis. Animæ civitatis „ circiter 4000, numerantur: Diœceſis vero 14 mille: & „ hæc coaleſcit ex 13. Oppidis, ſeu Terris; & in his plu-„ ra ſacra Regularium ſepta: ſuntque. Caſtel S Pietro, „ Capranica, Genazzano, Cave, Rocca di Cave, Pa-„ liano, Serrone, Olevano, S. Vito, Piſciano, Zaga-„ rolo, Gallicano, Lugnano. *Præneſtini juris eſſe plures „ concordant locum, ubi olim fuit celebris Romanorum „ colonia, & Latii Urbs Epiſcopalis Gabii, qui locus nunc, „ ut volunt, dicitur* Campo Gabbio (1). *Præneſte hodie „ vulgo dicitur* Paleſtrina. *Epiſcopales redditus ſunt „ Scuta 450. in li. cameræ non reperiuntur taxati.* Luc.)

I. 1. FOELIX *a* Præneſtinus (2) Epiſcopus Concilio Romano ſubſcripſit ſub Melchiade Pontif. Max. anno 313.

a lege SECUNDUS

II. 2. JANUARIUS in Concilio ſub Papa Hilario anno *b* 462.

b 465 Seu 466.

III. 3. ROMANUS *c* in Concilio Romano ſub Symmacho Papa anno 500. („ *Romulus iſte an.* 487. *Synodo „ Romana ſub Felice III. legitur interfuiſſe. item duabus „ ſub Symmacho I. an.* 502. *&* 503. Suareſius.)

c Al. Romulus.

IV. („ MAURUM *d Epiſcopum Præneſtinum an.* 556. *Italia Sacra Tom. I.*

d Al Marcum.

„ fuiſſe dicit e Pelagii Papæ diplomate e in Collect. can. „ l. 3. c. 103. Suareſius.)

e Diploma refertur etiam à Suareo.

4. SERGIUS (3) ſancti Gregorii Papæ diplomati, Eccleſiæ S. Medardi in Galliis munificenter indulto reperitur ſubſcriptus 593.

V. 5. PROCULUS, vel Proconus S. Gregorii Papæ temporibus legitur floruiſſe, fuitque in ſynodo Rom. anno 595. *f* ex Codice Vaticano n. 1353.

f Fraiter an. 601.

VI. („ MAJURINUS, *qui & Majorianus dicitur ſedit „ in Synodo Rom. ſub Martino I. an.* 647*g*. Suareſius.)

g Seu 649.

VII. 6. STEPHANUS ſub Agathone Papa Concilio interfuit 680.

VIII. 7. SERGIUS in Concilio Rom. habito à Gregorio II. anno 721. non. Aprilis indict. 4. ſubſcripſit conſtituto adverſus illicita conjugia, ex Cod. Vat.

IX. 8. VALENTIUS, ſive Venantius in Romano Concilio ſub Zacharia Pontifice ſententiam dixit in Baſilica S. Petri 745 *h*.

h Et antea an. 743.

X. 9. GREGORIUS (4) anno 761. in Concilio Romano ſub Paulo I. Anno verò 766. à Toſo *i* Nepenſi Duce coactus Conſtantinum ejuſdem laicum fratrem, poſt mortem Pauli I. Pontificis violenter in Pontificem ordinavit, ut Anaſtaſius Bibliothecarius narrat. Qui deinde non adhuc benè ſe vertente anno perpetrati ſceleris pœnas ſolvit, ſiquidem ex violentia repentini morbi, totus obſtupuit, exaruitque dextera, qua per ſummum ſcelus Antipapam conſecraverat, atque ad poſteritatis exemplum miſerè deinde fuit extinctus, ea ſcilicet ſeveritate penè ultione Divina docente mortales, nullam violentiam poſſe habere juſtæ excuſationis prætextum, ubi de Dei gloria, Eccleſiæque ſalute ageretur.

i Toto.

XI. 10. (5) ANDREAS Præneſtinis jus Eccleſiaſticum dixit anno 772. („ *Legatus Apoſtolicus ad Deſiderium regem fuit.*)

XII. 11. (6) CONSTANTINUS interfuit Concilio Rom. ſub Eugenio II. anno 826. apud Baron.

XIII. 12. THEOPHYLACTUS Præneſtina dignitate præfulſit 963 *K*.

K In Concilio Rom. ... in XII.

XIV. 13. (7) STEPHANUS, anno 3. pontificatus Joannis XV. qui fuit 988. confirmavit Eccleſias S. Mariæ, & SS Stephani, & Laurentii in territorio Præneſtino in fundo Quadranguli, Abbati, & Monachis Sublacenſibus, ex regeſto ejuſdem Abbatiæ.

XV. 14. PETRUS *l* reperitur ſubſcriptus cuidam privilegio Gregorii V. indulto Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato. Sub Sergio IV. & Benedicto VIII. Pontificibus Bibliothecarii munere functus eſt. Sergii diploma à Petro datum 5. Kal. Martii anno 3. ſalutis verò 1012. conceſſum Hilario Abbati S. Vincentii de Vulturno, cujus exemplar habetur in Chronic. orig. ejuſdem monaſt. l. 4. apud Conſtantinum Caietanum. Alterum vidimus privilegium Benedicti VIII. à Petro noſtro Epiſcopo Præneſtino Biblioth. datum ad Michaelem Archiepiſcopum Salernitanum an. 1015. apud Baronium tom. 11.

l S. R. E Cardinalis

15. *m* PETRUS Petro ſucceſſit ſub Joanne XIX. cujus diplomati pro Eccleſiis Portuenſis, ac Sylvæ Candidæ ſubſcripſit anno 1026. ut ſupra retulimus. Sub* Benedicto IX. deceſſit. Cæterùm haud ſcio unde Ciac. potuerit ſomniaſſe, Ubertum neſcio quem Podium Lucenſem, Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum à Stephano IX. fuiſſe creatum, cum idem aſſerat ſub Nicolao II. ſupra memoratum Petrum per eadem tempora floruiſſe.

m Hic ... ſupra ... Luc.

** Ex App tom. 4.*

XVI. * 16. JOANNES de Papa nobili gente apud Romanos genitus, qui poſt quam ſemeſtris Diac. Cardin. S.

** Ex Ap. t. 4.*

I Aga-

(1) Hujus antiquæ Urbis Epiſcoporum ſeriem, quam haberi potuit, dabimus in tom. X. hujus operis.
(2) Epiſcopus iſte Præneſtinus, qui reperitur deſcriptus inter Patres Concilii Rom. ſub Melchiade anno 313. Felix nuncupatur ab Ughello ex eodem Concilio, ſed confuſo legendi ordine. Felix ſiquidem ibi deſcribitur immediatè poſt ſecundum, ſed hic à Præneſte, ille à Tribus Tabernis. Conſentit nobis Optatus Milevitanus lib. 1. In nonnullis etiam exemplaribus Jocundus vocitatur. *Lucentius.*
(3) Sergius iſte unico teſtimonio ſuffultus ſuppoſititii Privilegii S. Medardi rejiciendus eſt, cum præcipuè per ea tempora ex Authenticis monumentis ſequens Proculus Præneſtinis præfuiſſet. *Lucent.*
(4) Diplomati, ſeu Epiſtolæ Pauli I. datæ an. 16 Conſtantini Copronymi, qui incidit in an. Chriſti 757. invenitur ſubſcripſiſſe Gregorius, à quo alium eſſe Georgium, ſeu Gregorium, qui Conſtantinum Totonis fratrem Pontificem conſecravit, opinatur Suareſius. Sed nulla hic urget neceſſitas Gregorios duplicandi.
(5) Stephanus Epiſcopus Præneſtinus an. 771 memoratur in monimentis exaratis calamo Cœnobii de Aniana Magalonenſis Diœceſis, quæ mihi ſuſpectiſſima ſunt, ex quo illorum exemplum integrum vidi. *Suareſius.*
(6) Ex nonnullis concinnatis indiculis hujus Eccleſiæ Joannem ſunt, qui recenſent, floruiſſe an. 987. deinde Stephanum 804. quorum nec meminit noſter Ughellus, & nos aliis enumerandos relinquimus, qui aliquo fulcita vetuſtiore teſtimonio curiatis fuerint. *Luc.*
(7) Gratioſus Præneſtinus Epiſcopus legitur ſubſcriptus Bullæ Leonis VIII. Pſeudo pontificis datæ an. 964. quam edidit cum Scholiis Theoderici à Niem inter imperialia datata à Carolo M. ad Carolum V. compilata damnatus Auctor Melchior Goldaſtus. Verùm cum hoc diploma ut falſum, atque commentitium rejectum ſit à Baronio tom. 10. Annal. ad an. 964. & reprobet ipſe Suareſius, de Gratioſo, quia non liquet, cenſet amplius anquirendum.

Digitized by Google

Agathæ in Suburra fuiſſet, à Benedicto IX. factus eſt Epiſcopus Præneſtinus.(1) Hic ille eſt Joannes, qui altare in eadem Eccleſia in honorem D. N. J. Chriſti dedicavit, ut in vetuſta membrana inſcriptio à noſtro erudito Floravante Martinello in deſcriptione ejuſdem Eccleſiæ relata commemorat. Joannes vero prææmaturo fato terris fuit ereptus anno 1040. ætatis ſuæ 38. conditus in eadem S. Agathæ Diaconia apud ſuos germanos fratres Petrum, & Andream Diaconos Cardinales; ubi olim vetus ſepulchrum cum inſcriptione proſtabat legentibus, quam è manibus venerandæ antiquitatis oſorum, olim vindicavit Antonius Puccius, qui ſub Clem. VII. purpura fuit exornatus, dũ ejuſdem templi novam ſubſtructionem moliretur Hercules Card. Rangonus; cujus exemplar inter ſchedas ejuſdem Puccii repertum contulit nobis bonæ memoriæ Martius Milcſius, tenoris ſequentis.

Acta licet ſpatiis, heu nec compluribus apta
Sed ſatis iſta domus fratribus una ſibi.
B
Congelatus læto pater complectere fratres.
Nec ſibi tu caris hoſpita tecta nega.
Ut cara vulva ſator ſic vobis ſpiritus idem
Quo tu diſtabas vita pudoris erat.
Te idus medium duxit naſcendi flore ordo
Sed prius adduxit mors aquilone fero.
Quæ plus te juvit, quod ſpiritus aſtra ſubivit.
Quod roſeis campis carcere liber ovat.
Mira dies fructum rei monſtrat vivere ſurſum,
Nam moriens iſto rapius, ad uſque Deum.
Unde redux multis myſteria multa retexens
Ardebas hujus ponere carnis onus.
Anxius & vita ſitiebas præmia vitæ,
Cervus ut ad fontis viva fluenta ſitit.
Hoc erat ephebus, quod inde ſorte carebas,
Qui ſacra divino lumine corda replet.
Hoc erat intacta quod virginitate viſebas,
Quod fragilis mundo tam gravis hoſtis erat.
Hoc erat hoc alma, quod in aula Virginis alma
Sparſiſti in omne ſemina caſta nova.
C
O dolor! invidit rebus fortuna ſecundis.
Hic niſi ſex menſes non tibi vita fuit.
Et mox Antiſtes Præneſtis factus obiſti
Anno ſex orius circiter octo quater.
Sic ætate ſua te Chriſto in alta levatum.
Hinc iterum vivas ſurgere carne dabit.
O ſite.. divinam tunc vigat care Joannes
Petrus, Andreas, frater uterque tuus.
Petrus, & Andreas Levites atque ſecundi,
Clarius ad fratres ſuaviter oſſa jacent.
Conſtat avi erecto Siconis ſanguine Papæ
Clara nihil, ſed nihil altius honor.
Stemmata hos tuos virgo eutos Agatha ſan. ſalva
Semper & à cunctis cauſa tuere malis.
Fac tecum vivant Chriſtoque perenniter aſtent,
Et valeant Domino tres ſine fine Deo.
Deceſſit xviii. Kal. Januarii
anno Domini M. XL. ind. octava.
Vale in Chriſto bone Præſul Joannes.

(„ *Interfuit iſte Joannes Concilio Rom. ſub Benedicto*
„ *IX. in cauſa Andreæ Peruſini an. 1027.*) D

XVII. JOANNES (2) Altare S. Agathæ Romæ dedicavit ſub Leone IX. ut ex marmoreo lapide reparato refert noſter Floravantes Martinellus in deſcriptione ejuſdem Eccleſiæ.

XVIII (*„* UBERTUS *de Podiis Lucenſis ex Ciaconio Epi-*
„ *ſcopus Præneſtinus ſub Stephano X. dicto IX. an. 1058*
„ *Refragantur Auctarii Ciaconii: quod Petrus ſupra-*
„ *memoratus 16. loco Præneſtinam ſedem tenuerit ex*
„ *ipſo Ciaconio uſque ad II. Nicolai tempora: Eumcen-*
„ *dis tamen ex Joanne de Papa, & altero Joanne proxime*
„ *enumerato, ex quibus habetur Petrum jam diu antea*
„ *deceſſiſſe.* Lucentius.)

17. (3) BRUNO Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, à Nicolao II. electus eſt, ſucceſſitque demortuo *a* Joanni 1058. Deceſſit autem ſub Alexandro II. („ *Subſcripſit an. 1059. privilegio pro Monaſterio S. Fe-*
„ *licitatis Florentiæ.*) XIX.

a Uberto an. 1059.

18. LEOPERTUS Epiſcopus Card. Præneſtinus ſub Alexandro II. ſubſcripſit ejuſdem Alexandri diplomati pro monaſterio Caſinenſi ann. 1067. 6. id. Maji, indict. 5. XX

19. UBERTUS *b* Card. Præneſtinus, ab Alexandro II. creatus, legatione functus eſt in Germania, cum Gherardo Epiſcopo Card. Oſtienſi ad Henricum Imperatorem 1074. ut eundem nomine Gregorii VII. Pontificis apertiſſimæ ſimoniæ redargueret. Interfuit poſtea Conventui Canuſino, ubi Gregorius Eccleſiaſtico anathemate ictum Henricum ea cenſura abſolvit, admiſitque ad unitatem fidelium. Hic ann. 1073. prid. Kal. Aprilis, altare S. Andreæ in eccleſia S. Cæciliæ conſecravit. Subſcripſit conſtituto, quod factum fuit inter Gregorium VII. & Landulphum Beneventanum principem apud Binium. XXI.

b Al. Umbertus.

Poſt Uberti exceſſum, Epiſcopatum Præneſtinum invaſit Hugo Cardinalis Tridentinus *c*, Candidus appellatus, re, & geſtis nigerrimus, ſchiſmaticus, ac III. Clementis Antipapæ ſectator, à quo Præneſtinus vitio ſubiectus eſt Præſul. Deceſſit in ſchiſmate teterrimo, vir provectæ admodum ætatis ſub fine pontificatus Urbani II. cum 50. pene annos tranſegiſſet in Cardinalatu, nam à Leone IX. an. 1047. tit. S. Clem. creatus eſt presb. Card. Conſule Lambertum Schamburgenſem, Baronium, Petrum Frizon. & alios.

c Gallum affirmat Frizonius ex Onuphrio.

(„ ATTO *Presb. Card. creatus ab Alexandro II.* XXII.
„ *VII. Gregorii in tuendo jure conſtans contra Schiſma-*
„ *ticos, a Panvinio Epiſcopis Præneſtinis inſeritur, præ-*
„ *teritur ab Ughello; nullam de eo fortaſſis notitiam ha-*
„ *buit; haſitans non delibarat Oldoinus. Nos cum ad an.*
„ *uſque 1092. nullam habeamus poſt Ubertum alterius*
„ *Præneſtinorum Epiſcopi mentionem, neſcio cur non de-*
„ *ferendum ſit tanto viro, qui Attonem ex Presb. Card.*
„ *Præneſtinum Epiſcopum enunciat, noſtro non contradi-*
„ *cente Ughello.* Luc.)

20. BERNARDUS *d* Epiſcopus Præneſtinus ſubſcriptus reperitur in Bulla Urbani II. conceſſa monaſt. SS. Trinitatis de Cava anno 1092. pontif. 4. XXIII

d Al. Bernardus.

21. MILO *e* Epiſcopus Card. Præneſtinus deſignatus contra Hugonem ab Urbano II. circa 1096. electioni Paſchalis II. interfuit, quo ſedente è vivis exceſſit circa annum 1101. („ *In Paſchalis II. Diploma-*
„ *tibus ſubſcriptus reperitur, quæ data ſunt annis 1100.*
„ *& 1101 tam pro Cluniacenſi Cœnobio, quam pro Ec-*
„ *cleſia Florentina.* Suareſius.) XXIV

e Frizon. hunc Milonem Gallis accenſet.

22. BERARDUS *f* Beneventanus, Miloni ſucceſſit 1101. ſubiectus Epiſcopus Card. Præneſtinus (4) à Paſchali II. vir famæ illuſtris, ac religione præclarus, olim in Oriente legatus, deceſſit Romæ anno 1107. quem Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus hoc elogio pro meritis exornavit. XXV

f [illegible]

Berardus nomen, Beneventum patria, ſedes
Præneſtis, celebris laus mihi Roma fuit.
Hoſtes Eccleſiæ conterens, cuncta relinquens

Qui

(1) [illegible] familia de Papa, [illegible] Aſſirmat Ughellus, [illegible] Oldoinus, [illegible] quentem Joannem deleant ex hac ſerie, & hunc eum faciant Præneſtinum Joannem S. Agathæ, qui in ea Suburrana Eccleſia Altare conſecravit, ex dignis monumentis allatis à Floravante Martinello in Opuſculo de Diaconia S. Agathæ [illegible] Ara factum fuiſſe IX. Leonis Pontificatu, [illegible] & Joannes obierit 18. Kal. Jan. an. 1040. [illegible] inſcriptione ſepulchrali produnt ipſimet Ughellus & Oldoinus. Alter [illegible] piendus in Ciaconiano opere. *Luc.*

(2) Hæc omnia, atque hunc Joannem [illegible] Auctor in App. tom. 2. et nos à Lucentio [illegible] nihil immutavimus.

(3) Ante Brunonem Bernardum quemdam intrudit Suareſius, à Leone IX. [illegible] XIV. Romæ IV. Nonas Maii Pontificatus Nicolai II. ann. III. expedierit Diploma ejuſdem Nicolai ad Pontium Abbatem [illegible] Dioceſis, uti à P. Odone de la Mothe per literas acceperit ſe aſſi [illegible] Verum aut Bernardus [illegible] poſt Brunonem ponendus eſt, quum ann. 1050 Præneſtinum Epiſcopum fuiſſe conſtat ex privilegio S. Felicitatis Florentinæ, vel potius expungendus, cum alia etiam ipſi Suareſio ſuſpectiſſima fuerint dicta monumenta [illegible] de Anlana.

(4) Oldoinus in Urbano II. Cardin. 10. [illegible] Ughellum, quod [illegible] Paſchale II. ſed ipſe in errorem labitur ex duobus Berardis, quos inter medius eſt Milo, [illegible] qui diplomati [illegible] ſubſcripſit an. 1091. ab eo, qui Præneſtinis datus eſt à II. Paſchali, Legatione Orientali illuſtris. [illegible] Milo intermedius, quem [illegible] ſententiam, delere conatur, ſed perperam, [illegible] pro Tropma [illegible] de an. IV. [illegible] Berardum hunc [illegible] in Ciaconiano opere [illegible] *Luc.*

a Al. iſta.

Qui Hieruſalem ſolvere crimen a idem.
Jamque dies menſis retinebat quinque December
Cum rediens illinc mortuus hoſpitor hic.

In quo quidem epitaphio inter monumenta Alphani reperta, quid ſibi velint illa verba *Solvere crimen idem*, haud ſanè crediderim cuique pervium eſſe, præſertim autem iis, qui parum, aut nihil Eccleſiaſticam callent hiſtoriam. Ibi enim, niſi me valde conjectura fallit, ad ſuæ in Orientem profectionis cauſas videtur alludere, quippe qui illò potiſſimum miſſus fuerat, ut Ebremanum Patriarcham intruſum deturbaret de ſede. Hujus Cardinalis mentio extat in quodam privilegio Urbani II. Cluniacenſibus indulto, cujus meminit Gibellinus in epiſt. ad Arelatenſes ſuos apud Baronium. Cæterùm de hoc Cardinali Ciaconius altum ſilentium tenuit.

XXVI 23. CURRADUS Epiſcopus Card. Præneſtinus poſt Berardum à Paſchali II. creatus eſt anno 1107. Hic Vaſtallenſi Concilio interſuit, crediderimque cum ſequenti eundem eſſe, quos tamen ex vicinitate nominum Ciaconius confuderit.

XXVII. 24. CONUS, ſive Conon Germanus, olim Canonicus Regularis Eccleſiæ S. Nicolai de Arvaſia, vir ſanctimonia vitæ longè clariſſimus, à Paſchali II. dum in Galliis moraretur, factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus, ab eodemque in Orientem legatus eſt anno 1111. ubi cum accepiſſet impium Imperatorem Henricum fidem fregiſſe Pontifici, Paſchalemque violenter arreptum conjeciſſe in carcerem, juſtiſſima ira ſuccenſus in Epiſcoporum Concilio à ſe coacto, fœdifragum Henricum ad ignominiam ſempiternam religionis telo transfixit, eandemque cenſuram in Occidentem reverſus, quinque celebratis Conciliis in Græcia, Pannonia, Saxonia, Lotharingia, Galliaque contra ſacrilegum Imperatorem conſtanter peruſit, ac deinde curavit, ut Romani Concilii Patres, quam iterato tuliſſet ſententiam, ratam haberent anno 1116. Quod non modo facile obtinuit, ſed ob id vehemens pietatis ſtudium in Pontificem, caputque Eccleſiæ, adeò celebre nomen adeptus eſt, ut quaſi de cœlo delapſum Cononem deinceps venerarentur mortales. Interea contigit in fide fluctuare Germanos. Itaque II. Gelaſius ne longius ſerperet malum, Cononem poteſtate Legati ſuccinctum legat in Germaniam, quippe qui natione Germanus, titubanti Provinciæ ſuæ commodius medicinam poſſe facere videretur. Quamobrem caput tumultus, facemq; ſeditionis, tàm in Colonienſi, quàm in Fritiſtarienſi Conciliis à ſe celebratis, Hēricum iterum cenſura excommunicationis involuit.

Hic ille Præneſtinus Card. eſt, quem II. Gelaſius, propemodum Cluniaci cum morte luctans, tanquàm virum ſanctiſſimum, ac pontificatui parem, purpuratorum Senatui propoſuit deligendum. Et quidem deprecanti Pontifici reſpondiſſet eventus, ni Conon ab omni ambitione procul alienus, in ſe purpuratorum propè ruentia ſtudia divertiſſet, convertiſſetque in Widonem Archiepiſcopum Viennenſem, quem anno 1119. deinceps ſub Callixti II. nomine ejuſdem Cononis hortatu creavere Pontificem.

Hunc Præneſtinum Epiſcopum, qui pontificatum ſibi oblatum dicitur reſpuiſſe, Oddonem appellat Baronius, manifeſte nomen invertens, cum Cononem dicere debuiſſet. Siquidem & Conon hoc eodem anno vivebat, præteritoque anno in Germania fuerat functus legatione, Callixtoque III. legitur ſubſcripſiſſe anno 1122.*b* Hujus meminit Abbas Uſpergenſis, ac Sigibertus in Chronicis, Gothifredus Claravallenſis in epiſt. ad Albanenſem Epiſcopum, ubi Cononem narrat, cum Sueſſione in Gallia celebraret Concilium Petri Abailardi cum auctore ſcripta damnaſſe, contaminataque hæreſeos veneno exuſſiſſe flammis. Cryptam, & altare S. Agapiti in cathedrali Eccleſia Præneſtina Cononem dedicaſſe refert ſequens inſcriptio *c* marmorea ibidem appoſita.

b Circa quem annum obiit.

c Quam ex Gianelio correctiorem damus.

Anno Dominica Incarnationis milleſimo CXVI. XVIII. Kal. Febr. Indic. X. dedicatum eſt Altare & Crypta S. Agapiti Martyris per Dominum Cononem Præneſtinum Epiſcopum in quo videlicet Altari requieſcunt corpora SS. Mart. Agapiti, Gordiani, & Abundii, & recondita ſunt Reliquia SS. Mart. Miliani & Nympha.

Anno 1117. partem ſuperiorem ejuſdem Eccleſiæ una cum Altari S. Agapiti dedicavit, ut alia inſcriptio *d* ibidem refert.

d Hanc lectionem correctiorem ex eodem Suareſio damus.

RC. Anno Dominica Incarnationis MCXVII. M. Decembrio Sac. die XVI. Indict. XI dedicata eſt ſuperior Eccleſia, & Altare Sancti AG. Mart. a Domino Paſchali II. Papa anno Pontificatus ejuſdem XVIIII. in quo videlicet Altari recondita ſunt Reliquia Apoſtolorum & Sanctorum Mart. Callixti, Martini Papa, Agapiti, Valentini, Tiburtii, & Sōdi & beata Agatha Virginis, & Sancti Silveſtri Confeſſoris. Interfuerunt huic dedicationi Maifredus Tiburtinus Epiſcopus, Berardus Marſicanus Epiſcopus, & Eccleſia Romana cardinales Prebyteri Diaconi GG. AURIFEX.

25. GUILLERMUS Gallus à Callixto II. creatus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus in Lateranenſi XXVIII. Concilio 1122 *e*. Hic poſt exceſſum Honorii II. in promotione Innocentii II. contra Anacletum Antipapam favorabile ſuffragium tulit. Apoſtolicæ Sedis legatus in Germaniam mittitur ab eodem Innocentio. Archiepiſcopum Colonienſem Brunonem ſacro ungit oleo anno 1133. Interfuit dedicationi Oratorii S. Chryſogoni an. 1123. 8. idus Junii, ex marmorea inſcriptione. Ejus mentio extat in quadam Honorii Potificis bulla *f*, cui idem ad firmitatem ſubſcripſit. Idem etiam ſubſcriptus invenitur anno 1133. 4. Kalen. Aprilis bullæ erectionis Archiepiſcopatus Jaouenſis ab Innocentio II. ſub cujus pontificatu fato ceſſit.

e Ciaconius 1123. ſed erronee.

f Anni 1125. aliiſque.

26. STEPHANUS *g* Catalaunienſis Gallus, nobili genere natus, Monachus Ciſtercienſis Claravallenſis Cœnobii Alumnus, ac D. Bernardi in paucis dilectus diſcipulus, vir probitate morum, ac monaſticæ obſervantiæ laude præclarus, ab Innocentio II. factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1140. menſe Decembri. Ad ipſum non ſemel ſcribit Bernardus, ejuſdemque ſanctimoniam vitæ Jo: Sariſberienſis abundè teſtatur lib. 6. c. 24. Deceſſit 13. *h* die menſis Februarii 1144. (male ann. 1148. in noſtris tabulis adnotavimus impreſſoris errore) atque in album beatorum Ordinis Ciſtercienſis relatus eſt. De eo Chryſoſtomus Henriquez in Menologio die 12. menſis Februarii, inque Faſciculo Sanctorum ejuſdem Ordinis, aliique plurimi. XXIX

g De Chalon.

h Vel 12.

(„ *Subſcripſit hic Stephanus variis Bullis quas refert* „ *Ciaconius, ejuſque meminit ea inſcriptio anni* 1143. „ *quam inſeruit lucubrationi ſua de cryptis Vaticanis* „ *Torrigius* Suareſius.)

27. S. GUARINUS Guarinius Bononienſis, Canonicus Regularis, ex Canonico S. Mariæ Rhenanæ, ſive ut alii volunt, ex Monaſterio S. Crucis Morraræ, cum diu clauſtro concluſus Canonicam vitam exercuiſſet, præſtantique laude ſanctimoniæ florens, ad Papienſem epiſcopatum vocatus fuiſſet, trepidum onus ſubire contempſit; tametſi deinde haud pari felicitate eluctari potuerit cardinalitiam dignitatem, quam ei Lucius II. cum Præneſtino epiſcopatu conjunctam detulerat. Itaque nolens Epiſc. Card. Præneſtinus effectus eſt menſe Decembri 1144. evenitque ut demortuo Stephano ſuffectus, ſuccederet Sancto. Igitur ut Guarinus cardinalitiam ſibi delatam dignitatem ſplendidius tueretur, Lucium Pontificem narrant nobili ſupellectili illum donaſſe, quam ipſi clanculum divenditam, munificentiſſimè ſparſit in pauperes: cumque à tumultibus procul ſeceſſiſſet Præneſtem, concreditum ſibi gregem diù ſanctiſſimè pavit, plenuſque meritis evolavit ad ſuperos, claruitque deinde miraculis 8. idus Februarii 1159. Sepultuſque in Præneſtina Cathedrali, in ſepulchro S. Agapiti martyris, relatuſque eſt in Sanctorum numerum, ut loco citato affirmat Sigonius. Guarinum Petrus Apollonius ita collaudat. XXX.

Terrenas contempſit opes, faſtumque Guarinus
Clarior ut Cælo, ditiorque foret.

De eo Martyr. Rom. 8. idus Febr. Baron. in notis Panvinius, Pennottus lib. 2. c. 46. Hiſtor. Tripartit. Ejuſdem vitam perſcripſit Auguſtinus Ticinenſis, quæ extat apud Surium. Narrat Ciaconius è gente Fuſca-

A ria Guarinum fuiſſe, ſed quantum ex inſignibus gentilitiis præclariſſimi viri aſſequi poſſum, quæ Bovem erectum, anhelantemque, ac collum millo circundatum continent, è Guarinia Bononienſi gente alumnus credendus eſt. Nec minus idem auctor decipitur, cum Anaſtaſium IV. Pontificem aſſerit, Centium Romanum neſcio quem, ex Presbytero Card. S. Laurentii in Lucina in Epiſcopum Præneſtinum anno 1153. cooptaſſe, cũ Guarinum conſtet uſque ad annũ 1159. vixiſſe.

XXXI 28. JULIUS Presbyt. Card. tit. S. Marcelli ab Adriano IV. creatus eſt Epiſcopus Cardin. Præneſtinus menſe Martio anno 1159. (1) atq; ab eodem ad Guilielmum Siciliæ Regem legatus, ut inter Pontificem, Siculumque Regem fœdus percuteret, pacemque firmaret. Quod ipſum Beneventi perfecit. Cæterùm Fridericus ejus fœderis occaſione ab Adriano alienatus eſt, cum publicè conquereretur ejuſmodi fœdus in odium, detrimentumque Romani Imperii fuiſſe percuſſam. Adriano demortuo, Julius Alexandri III. veri Pontificis contra victorem Antipapam ex fide conſectatus eſt partes, ab eoque cum Petro Cardinali Diacono S. Euſtachii in Pannoniam legatus eſt, ut eam B gentem ad partes, cultumque veri Pontificis traduceret, quod & cumulatè præſtitit. Interim anno 1161. cum Roma digreſſus fuiſſet, ut in Galliam proficiſceretur, Julii Card. vicaria opera uſus eſt ad eam urbem adminiſtrandam. Qui difficillimis Reip. temporibus urbem ex abſentia Pontificis alioquin factioſam, & turbidam ſumma prudentia rexit, ibidemque cum an. 1165 a. exceſſiſſet è vivis, tumulatus eſt.

a Seù circa finem anni 1164.

XX XII. 29. MANFREDUS b Diaconus Card. S. Georgii ad velum Aureum ab Alexandro III. Preb. Card. Tit. S. Cæciliæ creatus eſt, atque ab eodem Pontifice Epiſc. Card. Præneſtinus declaratus („ an. 1166. *Ad „ Regem Siciliæ pro Alexandro Legatus fuit.*) Hic unus è ſeptem Cardinalis fuit, qui cum Pontifice Alexandro, Friderico Imperatori teterrimum ſchiſma abjuranti adfuerunt ann. 1177. revertenſque cum Alexandro Pontifice Romam, eodem anno Anagniæ defunctus eſt, ut narrat Romualdus Salernitanus apud Baronium. Arnoldus Wion. lib. 2. Ligni Vitæ affirmat C hanc Manfredum Benedictini Ordinis fuiſſe Alumnum, in Mantuano cœnobio educatum. Contenditque Ciaconius deceſſiſſe illum anno 1180. ſed toto, ut ajunt, Cœlo aberrat, cum Romualdus, qui decedenti dicitur adfuiſſe, ejuſdem obitum in annum 1177. reiiciat. Ejus obitus dies 16. Kal. Februarii notatur in Menologio Montis Caſini.

b Senenſis.

XX XIII. 30. BENEREDUS, aliis Bernardus, verius Beneredus apud Petrum Bleſenſem ejus ævi ſcriptorem, Abbas SS. Criſpi, & Criſpiniani Diœceſis Sueſſionenſis Ord. S. Benedicti, Romam profectus ad Concilium Lateranenſe ann. 1179. cum Neulone Epiſcopo Sueſſionenſi, à Petro S. Remigii Abbate miſſus ob ſpectatam virtutem, & ſanctimoniam, ab Alexandro III. in demortui Manfredi locum, Epiſcopus Card. Præneſtinus creatus; eodemque anno ſubſcripſit Diplomati, quod idem conceſſit Alexander Alphonſo I Luſitaniæ Regi, & in alio Diplomate pro Monaſterio novo Pictavienſi, in quo Beneredus ſe ſubſcripſit Epiſcopum Præneſtinum. De ejus promotione ſcribit idẽ D Petrus Cellenſis Epiſt. 21. lib. 8. Ad eundem pro Carnotenſi Eccleſia miſit Epiſtolam Stephanus Tornacenſis. Felicem ejus obitum miraculis illuſtrem notat idem Petrus Epiſt. 6. lib. 9. ad Tuſculanum Epiſcopum, qui accidit ann. 1181. apud montem Caſinum defunctum, ibique tumulatum, & Epitaphio exornatum habet Ciaconius, quem Bernardum vocat. Eruditus Petrus Frizon in ſua purpurata Gallia, Cardinalatus decoratum inſignibus ab Alexandro anno 1164. Senonibus agente in Galliis Pontifice cum Senonas incoluit anno cum ſemeſtri, poſt Concilio Turonibus habitum, pauloque ante idem Frizon in Concilio Lateranenſi 1179. Epiſcopatu Præneſtino donatum refert ex Abbate, illuc miſſum cum Neulone Epiſcopo Sueſſionenſi, cui ſucceſſit in Abbatia Theobaldus; idemque ejus obitum rejicit in annum 1186. Sed quantum ex eodem Petro Cellenſi, ex Bullis Pontificiis, aliiſque Auctoribus aſſequi poſſum, non minus idem decipitur Frizon in anno ejus aſſumptionis ad Cardinalatum, quam in annum 1186. quo ex hac vita migraſſe recitat cum Paulus Scholarius Romanus, qui anu. 1188. Summus Eccleſiæ Pontifex, ſub Clementis III. nomine, aſſumptus fuit, Epiſcopus Præneſtinus ſubſcriptus reperiatur in Bulla Lucii III. Eccleſiæ. S. Stephani Veronæ, S. Salvatoris de Rivo alto Caſtellanæ anno 1181. 6. idus Januarii ab Incarnatione, 1. pontificatus anno, aliiſque bullis Lucii, Urbani III. & Gregorii VIII. In noſtris Ciaconianis additionibus ex impreſſoris errore notatur annus obitus 1176. pro anno 1181. cum ſuperiori anno 4. Kal. Martii ab Incarnatione Velitris ſubſcripſiſſet Bullæ Alexandri III conceſſæ Eccleſiæ Monopolitanenſi, ut infra videbimus, eoque anno ei in epiſcopatu ſucceſſiſſet Paulus.

31. PAULUS c Scholarius Romanus, ab Alexandro III. ex Canonico S. Mariæ Majoris, creatus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus anno 1181. ſublectuſque deinde Summus Pontifex, hoc eſt an. 1188. Clemens III. appellatus eſt. De ejus promotione ad Præneſtinum Epiſcopatum hæc habet antiquus codex Liberianæ Baſilicæ. *Clemens Papa III. Paulus Scholarius antea vocatus, ab ineunte ætate educatus Canonicus ibi fuit, Cardinalis deinde Præneſtinus Epiſc. creatus ab Alexandro III. Palatium prope eam Baſilicam condidit pro ſe ſucceſſoribuſque Epiſcopis Præneſtinis, quod poſtea ab eodem Pontifice cum multis aliis rebus Baſilicæ donatum eſt.* Hæc ille. Rem narrat Cœleſtinus III. Clemẽtis ſucceſſor in Bulla, per quam omnia bona Baſilicæ confirmat. Nos hic partem exhibemus. XXX IV.

c Paulinum vocat Binio.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

NOſque ab hujuſmodi collationibus quatenus ibidem hactenus eſt ſervatum, præſenti pagina duximus abſolvendos. Ad hæc, quia felicis recordationis Clemens Papa III. prædeceſſor noſter, dum minori officio conſtitu- C *tus Præneſtinæ ſedi præſideret, in Eccleſia veſtra Palatium de proprio fecerit fabricari, Præneſtino Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, ipſum inhabitandi, aut aliis concedendi, ſeu a vobis aliquid poſtulandi omnem interdixit occaſione qualibet facultatem, nec quis de noſtris ſucceſſoribus alicui palatium ipſum concedere, aut pro eo, quod ipſum de proprio conſtrui fecerat, quidquam à vobis debeat poſtulare, ſed ipſum ita ad uſum communem liberè habeatis in perpetuum, ſicut alias domus obtinetis. Præterea..... qualiter apud Eccleſiam veſtram à pueritia educatus fuerit, atque nutritus plurimum in veneratione, & reverentia locum ipſum habeas, cum fel. record. Eugenius Papa III. de duodecim unciis oblationum B. Petri, & miniſteriorum tres uncias Eccleſia B. Petri conceſſerit, ipſe de conſilio fratrum ſuorum de novem unciis earundem oblationum, quæ Sedi Apoſtolicæ remanſerunt, vobis, & per vos Eccleſiæ ſupradictæ unam unciam dedit, conceſſit in perpetuum, & firmavit, detractis tamen conſuetis expenſis, quas fieri oportebit pro ipſius modulo quantitatis. Nos vero ipſius veſtigiis inhærentes, tam con-* D *ſtitutionem, & conceſſionem palatii, quàm etiam donationem unciæ ipſius ratam habemus, & eam futuris temporibus illibatam manere ſancimus. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, &c. Datum Lateran. per manum Ægidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardin. II. nonas Januarii, indict. X. Incarnationis Dominicæ* 1191. *Pontificatus verò D. Cœleſtini Papæ III. anno* 1.

Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Albinus Albanen. Epiſcopus.
Ego Joannes Præneſtinus Epiſc.
Ego ....
Ego ....
Ego Joannes tit. S. Joannis.
Ego .... tit. S. Euſebii Card.....
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ.....
Ego Ugus Presb. Cardinalis S. Martini tit. Equitii.
Ego Joa. tit. S. Stephani in Cœlio monte Presb. Card.
Ego

(1) At anno 1158. 12. idus Martii Indict. V. repetitur ſubſcriptus privilegio Caſamenſi Hadriani IV. ut licet videre in noviſſima Conciliorum editione ab Harduino facta tom. 6. par. 2. pag. 1166.

Digitized by Google

Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu, Diac. Card.
Ego Renaldus S. Maria Nova, Diaconus Card.
Ego Nicolaus S. Maria in Coſmedin Diaconus Card.

XXXV. 35. MAYNARDUS, quem nonnulli Gherardum appellant, Gallus Monachus Ciſtercienſis, ſeptimuſque Pontiniaci Abbas, Altiſiodorenſis Diœceſis, vir omni diſciplinarum genere excultus, ac in expediendis pro Eccleſia Dei conſiliis, promptus, & alacer, ita Clementi III. charus fuit, ut cum ad Pontificatum fuiſſet aſſumptus, in Epiſcopatum Præneſtinum, ac purpuram, nullum alium quàm Maynardum voluerit ſucceſſorem anno 1188. Deceſſit autem eodem anno, quo Epiſcopatu fuerat condecoratus; evenitque, ut cum breviſſimo tempore Card. Præneſtinus fuiſſet, ejus memoria etiam oculatiſſimis ſcriptoribus excideret. Beneficio autem antiquarum ſcripturarum illius Cœnobii, utcumque expiſcati ſumus, fuiſſe illum aſſumptum ad purpuram, atque epiſcopatum Præneſtinum, eumque Clementis Pontificis ſingulari mœrore exceſſiſſe è vivis. De eo mentionem facit Antonius Yepius in 3. tom. Annal. S. Benedicti, Claudius Robertus, & Petrus Frizon. Cæterum me lector excuſatum velit, cum in noſtris ad Ciaconium notis, à Montalvo in hiſtoria plerumque vacillante deceptus, Gerardum ab Innocentio III. Diaconum Card. creatum ſub tit. S. Nicolai in Carcere ann. 1198. cum hoc Maynardo, aliàs Gerardo Pontiniaci Ciſtercienſi Abbate inconſultè confudi. Siquidem Maynardus Pontiniaci Abbas vij. electus fuit Epiſcopus Card. Præneſtinus à Clemente III. ann. 1188. eodemque anno deceſſit. Hic autem Gerardus Diaconus Card. ad id dignitatis faſtigium ſubvectus eſt ab Innocentio III. anno 1198 deceſſitq; 1210. Quæ quidem noſtra errata & libenter fatemur, & caſtigamus, tametſi eadem noſter præproperus calamus fuderit, cum illum tunc graviſſimorum virorum auctoritas perurgeret, inde impreſſoris ſerò nobis cognita nimia celeritas ad emittendum in ſormem ſretum importuniſſimè ſtimulaſſet.

XXXVI. 33. JOANNES è Comitibus Signiæ, Anagninus, Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu ad Adriano IV. creatus 1158. Sub Clemente III. titulum S. Marci adeptus eſt. Deinde Epiſcopus Card. Præneſtinus Maynardo ſucceſſit 1189. Alexandri III. partes conſtanter ſecutus eſt, egregieq; defendit coram Ludovico Francorum Rege, ac Friderico Cæſare, per id tempus maximè, cum Octaviani ſchiſma ſæviret. Venetiis præſens fuit, cum idem Fridericus ſchiſma teterrimum abjuraret, unuſque è ſeptem Cardinalibus fuit, qui abjurationem illam ratam habuerunt. A Clemente III. in Gallias legatur, ut Philippum Francorum, Henricumq; Magnæ Britanniæ Reges proſilientes ad arma componeret. Quod ut facilius aſſequeretur, factioſos primùm, novarumq; rerum molitores telo religionis percuſſit, ipſique Philippo idem exitium minatus eſt, niſi in eo fœdere percutiendo æquitati conſuleret. Conſule Baronium ex Rogerio in Hiſtor. Angliæ. Legatione etiam functus eſt in Umbria. Deceſſit autem ſub Cœleſtino III. ſub quo anno 1196. ſubſcripſit Bullæ ejuſdem Pontificis Monaſterio S. Mariæ Campi Martii de Urbe.

XXXVII. 34. VVIDO *a* de Parè Gallus Monachus, ac xv. Abbas Ciſtercii, totiuſque Ciſtercienſis Ordinis caput ab Innocentio III. Epiſcopus Card. Præneſtinus creatus ann. 1198. vir ſanè ſingularis ſanctitatis, pietatiſq; inſignis. In multis autem, ſplendidiſque legationibus, quibus perfunctus eſt, ea celebrior fuit, cum ſub eodem Innocentio ann. 1199. in Galliis, Germaniaque Othonis Imperatoris electionem nomine Pontificis ratam habuit contra Philippum Svevum, quem à communione fidelium Eccleſiaſtica cenſura removit, quòd Reipublicæ Chriſtianæ tranquillitatem irrequieto ambitionis æſtu interturbaret. In qua legatione non modo civili rerum ſtatui conſuluit Wido, ſed etiam Eccleſiaſticos ritus promovit, atque adauxit. Siquidem teſte Cæſario Hiſterbacenſi ejus ſeculi ſcriptore lib. 5. c. 56. & lib. 6. c. 5. miraculorum decrevit, ut non niſi pulſata campanula litans Sacerdos incruentam tolleret hoſtiam, neve deferretur infirmis, niſi eadem campanula perſtrepente, ſive ad excitandam fidelium

a Al. Guido de Porè

A pietatem, ſive ut ea ratione, multiplicatis interceſſoribus, facilius exorata ſalus ægrotantibus obveniret. Quem poſtea univerſalis Eccleſia morem complexa eſt. Leodii Concilium convocavit, lapſiſque clericis leges ſeveriores dixit, ita ut ex religionis ſtudio flagranti alter Paulus videretur, quas ex parte memorat Placentinus, Ægidiuſque de Aurea valle in Hiſtoria Leodienſium Epiſcoporum. Ab Innocentio III. anno 1204. Archiepiſcopus Rhemenſis in demortui Vuillermi Albimanus adlectus, eidemque Guidoni Rhemenſi Archiepiſcopo, & S. R. E. Card. ejuſque ſucceſſoribus Regum Franciæ inungendorum privilegia confirmat Innocentius ann. 1205. Id. Maii Pontificatus 3. Reg. Vatic. Ep. 75. fol. 24. Altera extat epiſtola ejuſdem Pontificis Guidoni Rhemenſi Archiepiſcopo S. R. E. Card. & Apoſt. Sedis legato, & ſuffraganeis ejus 3. Idus Junii ann. 9. cum jam ille paucis antea diebus poſt multa præclara geſta plenus meritis evolaſſet ad ſuperos anno eodem, ſalutis verò 1206. 13. Kal. Junii Gandavi in Belgio, ubi piis, præclariſque geſtis il-
B lum intentum contagioſa lues corripuerat. Illicque in D. Petri Andito depoſitum cadaver, deinde tranſlatũ eſt Ciſtercium, in cujus choro hoc legitur Epitaphiũ.

Nobis donatus de culmine Pontificatus
Rhemis translatus jacet hic vir Guido Beatus.

Kalendarium Ordinis Ciſtercienſis, Menologium ejuſdem ordinis Chryſoſtomi Enriquez, aliique inter beatos Widonem hunc adſcribunt. 20. Aprilis, quod de ejuſdem tranſlatione crediderim intelligendum. Hujus meminit Nauclerus Chron. Ægidius Buecherius, Aubertus Miræus, Arnoldus Wion, Joann: Chenou, & Claudius Robertus in Catalog. Francorum Epiſcopum, ac noviſſimè eruditus Petrus Frizon in Gallia Purpurata. Non me latet olim in noſtris Ciaconianis additionibus, dum de tribus Widonibus Præneſtinis Epiſcopis agerem, qui ſucceſſivè ad eam ſedem regendam aſſumpti fuere, ſemel deluſus, quam portentosè cœlum cum terra permiſcuerim, aliiſque errandi cauſam dediſſem; nondum enim Vaticana ſecreta regiſtra penetraveram. Danda autem venia ſcri-
C ptoribus eſt, ſi in tanta ſimilitudine nominum, ac temporum aliquando cæcutiant. Fatemur enim candidè nobis ipſis aliquando ſuſpicionem incidiſſe, ne fortè Wido iſte de Parè cum altero ſequenti de Papa coincideret, tum quod uterque ſub Innocentio III. Præneſtino Epiſcopatu inſignitus eſt, tum quod vulgo facile videtur fuiſſe de Parè in Papam transfundere. Sed tum demum Vaticanum regiſtrum ejuſdem Innocentii poſt impreſſas additiones diligenter à me viſum nobis eripuit ſcrupulum, erroremque detexit; nam in quinto, ſexto, Septimoque Innocentii regiſtri libris incidi in nonnullas epiſtolas, in quibus eodem tempore de duobus iſtis Widonibus S. R. E. Cardinalibus diſtinctè mentio habetur. Widonis inquam de Papa tit. S. Mariæ Tranſtiberim Apoſtolicæ Sedis in Marchia & Longobardia legati extat clara memoria in Epiſt. 57. Id. Novembris anno 5. Chriſti verò 1502 *Poteſtati, & Populo Tarviſino*. Wuidoni vero de Parè Epiſcopo Præneſtino S. ſedis in Germania legato ſcribit idem Innocentius contra Magdeburgenſem Archiepiſco-
D pum. Datum Laterani 3. Kal. Aprilis eodem an. Pontific. 5. ep. 8.

Wido tit. S. Mariæ Tranſtiberim ſubſcriptus reperitur an. 1198. 4. Idus Junii anno 1. Innocentii in Bulla Monaſterii S. Salvatoris de Monte Amiato nullius Diœceſis, & Ann. 1201. 10. Kal. Januarii in alia Innocentii bulla conceſſa cœnobio S. Annæ de Ferrara: item in alia Eccleſiæ Eugubinæ anno 1205. 11. Kal. Maii. Aliaſque ejuſdem Widonis ſub titulo S. Mariæ Tranſtiberim vidi ad annum uſque 1206. ſub Cœleſtino III. à quo idem Wido de Papa vocatus fuit ad purpuram, in multis diplomatibus, eodem titulo ſe ſubſcripſit. Widonis verò de Parè Præneſtini Epiſcopi in aiſdem regiſtris ab anno 1199. ad annum uſque 1206. quo in vivis eſſe deſiit, clara memoria extat, & dum ille Præneſtinus in Germania, & Belgio anno 1202. pro Romana Eccleſia legationis munere fungeretur, hic Presbyter Cardin. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, eodem anno 1202. eademque legationis dignitate ornatus in

Longobardia degebat. At inter cætera omnem nobis ademit ſcrupulum ejuſdem Innocentii III. epiſtola Capitulo Rhemenſi II. nonas Julii an. Pontif. 7. Chriſti verò 1204. qua claré colligitur Widonem de Paré Præneſtinum Epiſcopum non eundem eſſe eum Widone de Papa, non à Clemente III. adleſtum Cardin. Presb. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, neque cum alio Widone confuſum, quem oſcitanter inſcriptio Aulæ celeberrimi Ciſterciensis Cœnobii nobis tranſmiſſa Archiepiſcopum Rhemenſem, & à Widone Præneſtino diverſum memorat, ſed natione Gallum, ex Abbate Ciſtercii ab Innocentio initio Pontificatus Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum creatum, in Germania, & Belgio legatum, ab eodem Archiepiſcopatu Rhemenſi donatum fuiſſe anno 1204. En epiſtola ex originali Vaticano à me tranſumpta, quæ ſuperius dicta confirmat, eſtque 116. in ordine f. 139. ann. 7. Reg. Innocentii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei &c. Capitulo Rhemenſi &c.

PRælatorum vota eligentium variantur, per hujuſmodi tamen ſchiſmata, quæ interdum potius ex impetuoſa levitate, quam bono zelo procedunt, Eccleſia ſolent incurrere detrimentum, ſicut Eccleſiæ veſtræ accidiſſe conſpicimus, & dolemus. Sane cum bonæ memoriæ W. Archiepiſcopus veſter univerſæ carnis debitum exolviſſet, quia non potuiſtis in unum omnes pariter convenire, ſed contradicentibus quibuſdam ex vobis, quidam venerabilis frater noſter Belvacenſis Epiſcopus per impetuoſam præſumptionem ex indiſcreto zelo poſt appellationem ad nos interpoſitam, in Archiepiſcopum nominarunt. Laboravit Rhemenſis Eccleſia, & expenſis ſe gravibus oneravit. Nos autem partibus in noſtra præſentia conſtitutis, & inquiſita plenius, & cognita veritate, poſtulationem factam de Epiſcopo Belvacenſi, exigente juſtitia, repellentes, de gratia vobis electionem liberam duximus concedendam per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, ut infra menſem poſt ſuſceptionem literarum noſtrarum convenientes in unum, invocata Spiritus S. gratia, canonice vobis eligeretis perſonam idoneam in paſtorem, & faceretis, quatenus fieri poſſet opportunè in Pontificem conſecrari. Adjecimus etiam, ut in examine diſtricti judicii à vobis requireret Dominus, niſi humano favore, ac mundano timore poſtpoſitis perſonam in ſpiritualibus, & temporalibus, ſecundum conſcientiam veſtram idoneam vobis præficere juraretis. Venerabili quoque fratri noſtro Autiſiodoren. Epiſcopo, & dilecto filio Abbati de Perſenia, & Magiſtro R. de Corgen. Canonico Noviomen. dedimus in mandatis, ut ſi negligeretis forſitan mandata Apoſtolica adimplere ipſi auctoritate noſtra ſuffulti cauſa qualibet ceſſante Deum habentes præ oculis perſonam, quæ tanto congrueret oneri, & honori, vobis in Pontificem aſſignarent, & eum facerent per ſuffraganeos Rhemenſis Eccleſiæ conſecrari. Vos autem receptis literis noſtris loco convenientes eodem, ſed animo diſcordantes, ut potè quia nondum ab oculis cordis veſtri prioris rancoris nebulam terſeratis, perſonas vobis varias nominaſtis, quibuſdam ex vobis præpoſitum, quibuſdam majorem Archidiaconum eligentibus in Paſtorem. Quia igitur prædictorum executorum audientiam, & præſentiam evitantes, maluiſtis ad Sedem Apoſtolicam laborare, diſcordantium partium concordia noſtrum judicium eligente, Dilecto filio T. de Porta carceris procuratori partis illius, quæ Præpoſitum duxerat eligendum, & Socius ejus, & O. procuratori partis adverſæ, ac Collegii ipſius audientiam concedentes, propoſitiones partium, & confeſſiones audivimus, recepimus teſtes, & publicantes depoſitiones eorum, examinavimus omnia diligenter; fuit ergo propoſitum coram nobis, quod pars illa, quæ Præpoſitum nominarat, non ſolùm adverſa parte contempta, ſed neglectis etiam quibuſdam ex illis, qui eum eis poſtmodum in electionem Præpoſiti concordarunt, in domo Hugonis de Sparnaco Canonici ſui ſeorſum habuerant ſuper electione tractatum communiter ſtatuentes, quod ſi non poſſent in perſonam eamdem omnes pariter convenire, illum ex compromiſſo reciperent in paſtorem, quem Decanus, & prædeceſſor T. de porta carceris, & Gervaſius Præpoſiti nepos, in quos compromiſerunt communiter ſub hac forma eis in Archiepiſcopum nominarint. Adjectum eſt etiam quod cum Vicedominus prædictum Archidiaconum elegiſſet, appellans ne quis in præjudicium electionis ipſius aliquid attentaret. Decanus velut in furorem converſus nullo prorſus conſilio de Præpoſito in Capitulo habito, nec communi deliberatione præmiſſa, ſubito Præpoſitum capiens, & non iſtum inquit ſociis expiamus, ſicque capientes eum quidam alii cum Decano inthronizaverunt eundem, & laudes ſolitas decantarunt, ſive igitur ex deliberatione in Domo Hugonis extra Capitulum habita fuiſſe repentè in Capitulo nulla deliberatione præmiſſa, Decanus Præpoſitum nominavit, patet, eum præter formam electionis, canonicè nominatū. Objectum eſt inſuper, quod Præpoſitus erat ſuper ſimoniæ vitio infamatus, quod abuſus fuerat ſigillo capituli, quod tanquam crimenoſus vitio rupturæ laborabat, & quo medio digito ſiniſtræ manus fuerat mutilatus, licet teſtes ſuper hoc varia retuliſſent, deponentibus quibuſdam eorum, quod tantum extremæ unciæ digiti carebat ejuſdem, & addentibus aliis, quod ſecundam integram non habebat. Canonibus igitur revolutis, inventi ſunt diverſi ſuper hoc articulo non adverſi. Nam, & ſi aliqui habeant, quod quidam corpore vitiati, & hi ſpecialiter, qui caſu partem digiti amiſerunt, ad Clericatus officium admittantur, aliqui tamen habent, quod qui membrorum ſunt damna perpeſſi, ſunt à ſacris ordinibus prohibendi qui ſuper hoc ſibi nullatenus adverſantur, cum multi ad minores poſſunt ordines promoveri, qui ad ſuperiores cum effectu non debent aliquatenus aſpirare. Nam major ſufficientia in iis requiritur, qui ad ſacros ſunt ordines promovendi, quàm in iis, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, ſicut & major in Presbytero, quàm Diacono, Epiſcopo, quàm Presbytero, Archiepiſcopo, quam Epiſcopo, Primate, quàm Archiepiſcopo, & major iis omnibus eſt in ſummo Pontifice perfectio requirenda. Quatuor igitur oppoſita ſunt in factum, & quatuor in perſonam, in factum illicita compromiſſio, cōtemptus fratrum, canonica provocatio, & impetuoſus proceſſus. In perſonam, infamia ſimoniæ, abuſus ſigilli, rupturæ vitium, & digiti mutilatio. Licet autem contra perſonam Archidiaconi nihilominus oſtenſum fuerit, vel objectum, immo multipliciter a multis fuerit commendata, contra factum tamen electionis ipſius fuit propoſitum ex adverſo, quod cum Decanus ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, ne quis ſine communi, vel majoris, & ſanioris partis aſſenſu ad electionem procederet celebrandam. Vicedominus, & ſequaces ipſius, pauciores numero, cum vix tertia pars capituli ſequerentur eundem, & dignitate minores cum nulla perſona Rhemenſis Eccleſiæ Vicedomino conſentiret, & inferiores ordine, cum nullus presbyterorum faveret eidem, eundem Archidiaconum nominarat, & quod ad hoc zelo proceſſerat indiſcreto, cum pars altera tam Rhemenſem quàm Carnoten. Decan: Eccleſiæ Rhemen. Canonicum, qui quondam in priori negotio eidē Archid: faverat, eligendum, & quamplures viros providos, & honeſtos poſtulandos a nobis duxerint nominandos, quorum nullum pars ipſius Archidiaconi voluit acceptare, utpote quæ non ad utilitatem Eccleſiæ, ſed promotionem illius potius intendebat. Præterea ex utriuſque confeſſione patebat, quod Archidiaconus ipſe in Subdiaconatus erat ordine conſtitutus, Canon autem Subdiaconos qui & ipſi miniſtrant altaribus, exigente opportunitate concedit, ſi ſpectatæ religionis, & ſcientiæ fuerint, ut tamen ſine Romani Pontificis, vel Metropolitani ſcientia in Epiſcopos eligendos; verum cum Rhemenſis Eccleſia Metropolitanum non habet alium, quàm Romanum Pontificem, necnon conſcii eſſemus electionis ipſius, conſtabat eam contra formam canonicam attentatam. Cumque ſuper his, & aliis coram nobis fuiſſet varie diſceptatum, nos atteſtationibus, confeſſionibus, & allegationibus diligenter auditis, & plenarie intellectis, de communi fraternitatis noſtræ conſilio, exigente juſtitia electionem utramque curavimus reprobare. Verum quoniam Officii noſtri debitum, & Rhemenſis Eccleſiæ commodum requirebat, ut et provideremus perſonam idoneam in paſtorem ne ſi denuo reſtitueremus vobis licentiam eligendi, denuo Apoſtolicæ ſedis beneficio abutentes Rhemensē ſcinderetis Eccleſiam, & labores novos veteribus laboribus cumulantes, afflictionem adderetis afflictæ, ad venerabilem

fra-

fratrem noſtrum Guidonem Præneſtinum Epiſcopum. A. S. Le. Virum providum, & honeſtum, oriundum de Regno Francorum, qui fuerat in Ciſtercienſi ordine primus Abbas, & ſuæ Religionis exigentibus meritis, à nobis aſſumptus fuerat in Epiſcopum Præneſtinum, virum utique coram Deo, & hominibus potentem in opere, ac ſermone, oculos noſtræ conſiderationis extendimus, & vobis, & eidem Eccleſiæ providimus in Rectorem, dum tamen ejus ſuper hoc accedat aſſenſus, quem invitum cogere nolumus, ſed conſentientem aſſumi. Monemus igitur univerſitatem veſtram, & exhortamur in Domino, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, & diſtricte præcipimus, quatenus ſi Epiſcopus ipſe diſpoſitioni noſtræ conſenſerit, ipſum ſicut paſtorem, Epiſcopum animarum veſtrarum ſuſcipiatis humiliter, & honorificè pertractetis, debitam ei obedientiam, & reverentiam impendatis, ſcientes nos venerabili fratri noſtro Senonenſi Archiepiſcopo, & dilecto filio Clarevallen. & S. Victoris Pariſien: Abbatibus dediſſe firmiter in mandatis, ut ſi qui, quod non credimus, facto noſtro ſe duxerint opponendos, eos per diſpoſitiones eccleſiaſticas ſub Apoſtol. impedimento compeſcant, eiſdemque mandavimus, ut ſi forſan idem Epiſcopus non pateretur ad Rhemenſem Eccleſiam ſe transferri, omni gratia, & timore poſtpoſito, perſonam idoneam, & honori tanto, & oneri congruentem ſolum Deum habentes præ oculis, auctoritate noſtra ſuffulti vobis Apoſtolica poteſtate præficiant in paſtorem, contradictores modo ſimili compeſcentes. Datum Laterani ii, Nonas Julii anno 7.

Widoni Archiepiſcopo Rhemenſi S. R. E. Cardinali Apoſt. Sedis legato, ejuſque ſucceſſoribus ſcribit idem Innocentius anno VIII. 5. Kal. Junii epiſt. 69. & 75. id. Maji, & in epiſt. ad M. Albionem 6. non. Maji ejuſdem anni memoratur Wido nunc Rhemenſis Archiepiſcopus, tunc verò Epiſcopus Præneſtinus Apoſtolicus legatus. Ultima epiſtola Innocentii ad Vvidonem Rhemenſem Archiepiſcopum S. R. E. Cardinalem reperitur ibidem data Ferenti 3. id. Julii, anno Pontif. IX. paucis diebus ante ipſius Widonis obitum. Exceſſit enim anno 1206. 13. Kal. Junii, ut diximus, cui ſucceſſit in Archiepiſcopali ſede Rhemenſi Albericus, in Epiſcopatu verò Præneſtino Vvido de Papa. Ad Albericum Rhemenſem electum ſcripſit Innocentius ſequenti an. 1207. eodemque anno 5. id. Januarii Wido de Papa, nuper in Epiſcopum Præneſtinum conſecratus ultimo loco poſt alios Epiſcopus Cardinales ſubſcripſit bullæ ejuſdem Innocentii Priori, ac Fratribus S. Mariæ in portu, apud Penottum lib. 3. c. 12. hiſt. tripartitæ. Noſtrorum aliorumque ſupracitatorum auctorum erutis erroribus reſtat, ut eodem collyrio in eiſdem tenebris cœcutientem Ciaconium illuminemus. Aſſerit enim in prima Cœleſtini III. promotione anno 1191. Guillermum Bleſenſem Archiepiſcopum Rhemenſem ad purpuram aſcendiſſe ſub tit. S. Sabinæ, ac poſt Anagnini Joannis exceſſum ab eodem Cœleſtino Pontifice ad Præneſtinum Epiſcopatum fuiſſe promotum. Guillermus quippe vita functus eſt anno 1202. 7. id. Septembris; ann. verò 1199. & deinceps ſupra memoratus Wido de Parè vivebat Epiſcopus Præneſtinus, ut clarè narravimus; qui poſtea vitam finivit ann. 1206. In regeſto Innocentii III. plures epiſtolæ leguntur ad Guillermum Cardinalem tit. S. Sabinæ Archiepiſcopum Rhemenſem, in quibus nulla unquam mentio fit, Præneſtina illum dignitate fulſiſſe. Quod utique eventurum erat, ſi Cœleſtinus Pontifex ante ſucceſſorem ſuum Innocentium Guillermum ad eam dignitatem vocaſſet. („*Guidoni in* „*Can. Cauſam Laudicenſis electi committit Innocentius* „*III. cap. 6. de dolo, & contumacia.* Luc.)

XXXVIII. 35. WIDO de Papa Romanus, ex presbytero Card. S. Mariæ Tranſtiberim à Clemente III. creatus, Widoni Ciſtercienſi in Epiſcopatu Præneſtino ſucceſſit anno 1206. ab Innocentio III. menſe Decembri conſecratus an. ſequenti, & deinceps uſque ad annum 1221. in diplomatibus Innocentii, & Honorii III. ſubſcriptus reperitur Epiſcopus Præneſtinus, & ſi titulum S. Mariæ Tranſtiberim ad mortem uſque gubernaſſet; auctorque fuit ab Angelo monitus, ut Innocentius eam Eccleſiam conſecraret, dum Concilium Lateranenſe celebraretur, de quo Anonymus auctor illius ævi in hiſtoria eccleſiæ S. Mariæ Tranſtiberim de ipſo loquens ait; *Guido Paparonus à Clemente III. factus presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, poſtea ab Innocentio III. Card. Epiſcopus Præneſtinus. Is ex domo Papareſcorum, & progenie Innocentii II. deſcendens eccleſiæ S. Mariæ Tranſtiberim ferè per 30. annos laudabiliter gubernavit, & viſione admonitus Innocentio III. fuit auctor, ut eã conſecraret, quod ab illis Concilii Lateranenſis temporibus factum eſt, vir fuit decorus forma, ſtatura procera, canitie venerabilis, patientia laudabilis, caſtitate, vitæque honeſtate præfulgidus. Mortuus eſt ſub Honorio III. an. 1221. Hæc ille.* Ejus obitus dies memoratur 17. Kal. Sept. in veteri Menolog. Caſinenſi Ciac. 11. Kal. ejuſdem menſis anni 1232. ſed malè, hunc cum ſequenti in exceſſu confundens, quemadmodum cum ſuperiori lapſus fuerat. Interfuit conſecrationi eccleſiæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias extra Urbem eodem anno 1221. (quo è vivis diſceſſit) Kal. Aprilis, ut teſtatur ibidem marmorea inſcriptio. Duas inſignes legationes pro Romana Eccleſia obivit, prima anno 1199. cum eſſet presbyter Card. tit. S. Mariæ Tranſtiberim cum Octaviano Oſtienſi, & Hugolino diacono Card. S. Euſtachii, contra Marcualdum Regni Neapolitani Seneſchalcum, Romanam Eccleſiam vexantem, & propterea excommunicatum, Verulis ſuſcepta ſatisfactione abſolvit; altera legatione ſub eodem Pontifice anno 1202. eſt cohoneſtatus in Longobardia, & Marchia, ut ex regeſto ſuperius diximus.

36. VVIDO * Romanus è Perleona familia ſublectus eſt diaconus Cardinalis tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano ab Innocentio III. anu. 1205. Deinde ab Honorio III. Epiſcopus Cardin. Præneſtinus conſecratus ann. 1221. menſe Decembris, Widoni de Papa ſucceſſit, ut habetur ad calcem Vaticani regeſti Honorii III. anno 5. ubi recenſentur Epiſcopi eodem anno ab Honorio conſecrati, inter quos primo loco Præneſtinus nominatur, inde Sabinenſis. Aprutinus, aliique &c. ſub eodem Honorio legatus in Longobardia, multarumque cauſarum auditor fuit. Obiit ann. 1231. Malè Ciaconius ſub Honorio exceſſiſſe tradit; ſubſcriptus enim reperitur in bullis Gregorii IX. ad ann. uſque 1231. * Fuiſſe verò hunc Widonem Præneſtinum Epiſcopum ex ea gente Perlenna docent vetuſta Kalendaria Eccleſiæ Placentinæ. VII. *Kal. Maji* 1228. *Obiit Guido Petri Leonis Præneſtinus Epiſcopus, qui dedit huic Eccleſiæ planetam, & tunicellam violatam, & pluviale rubeam, & dalmaticam rubeam frixiatam, & camiſciam frixiatam cum ſtola, manipulo, & cingulo, & pallium rubeum cum griſonibus, & duos coſinos novos, & unum tapetum: & quinquaginta libras in ædificatione ſacriſtiæ, & capituli; & quinquaginta libras in ædificatione refectorii hyemalis, & quinquaginta unam libram pro emenda poſſeſſione, cujus fructus expendatur in refectione Canonicorum, videlicet medietas in die anniverſarii ſui, & altera medietas in feſto S. Ægidii.* Idem fere in alio Kalendario ejuſdem Cathedralis notatum refert Petrus Maria Camp. to. 2. lib. 17. hiſt. Eccleſiæ Placentinæ. Guidonis Perleonis tunc Diac. Card. S. Nicolai in Carcere fit mentio in Bulla Honorii III. Clero, & populo Placentino pro electione Epiſcopi Placentini. Honor. &c. *Ex literis ven. fratris noſtri Archiepiſcopi Januenſis, & dilecti filii Abbatis de Columba, & veſtris perpendimus evidenter, quod Archiepiſcopus, & Abbas prædicti juxta mandati Apoſtolici formam ad Eccleſiã veſtram perſonaliter accedentes, dilectum filium Joannem Petri Leonis ſubdiaconum noſtrum, nepotem dilecti filii Guidonis S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Card. veſtris, & populi Placentini votis unanimiter concurrentibus, vobis providerunt in Epiſcopum, & Paſtorem. Gratum ſiquidem gerimus, & veſtræ circumſpectionis prudentiam commendamus, quod deſiderando prædictum ſubdiaconum Epiſcopum veſtrum eſſe, oſtendiſtis devotionis affectum, quod ad ipſum habere credamini Cardinalem; & per hoc ipſum, ac ſuos, qui multiplicia poſſunt vobis obſequia exhibere, ad dilectionem veſtram arctius obligaſtis. Verum quia jam dicto ſubdiacono expedit, & dicto Cardinali, aliiſque amicis ejuſdem ſubdiaconi placet, ut adhuc inſiſtat ſcholaſticis diſciplinis, præſertim*

XXXIX.

* Ex App. tom. 5.

* Ex App. t. 5.

cum ad id ſit atas idonea, hujuſmodi onus ſibi ad præſens non providimus imponendum. Ideoque diſcretioni veſtra per Apoſtolica ſcripta mandamas, quatenus infra quindecim dies, poſt ſuſceptionem præſentiarum cum conſilio prædicti Abbatis, perſonam idoneam vobis canonice in Epiſcopum eligatis. Alioquin aliquos veſtrum vice omnium ad noſtram deſtinetis præſentiam, ut per eos cum cõſilio noſtro veſtra provideatur Eccleſia de perſona, qua tanto congruat oneri, & honori. Dat. Anagnia, II. idus Junii, Pontificatus noſtri anno I. Ann. Chriſti 1217. fuit primus Honorii Pontificatus, quo Guido Perleoneus erat adhuc Diaconus Cardinalis; aſcendit vero idem ad Præneſtinam Eccleſiam anno 1221. ex deceſſu alterius Vvidonis de Papa. Obiit verò anno 1228. ut ex notis relatis apparet. Nos cum Ciaconio, & aliis neotericis auctoribus male ſcripſimus hunc Urbevetanum fuiſſe, ex familia de Briſuntio, quod ſomniaſſe videtur quidam auctor Urbevetanus, ex quo Ciaconius. Suæ itaque gentis reſtituendus eſt Vvido, ac ejus obitus dies rejiciendus 7. Kalen. Maji in annum 1228. non ad ann. 1231. Hactenus de tribus ſucceſſivis Vvidonibus, qui Præneſtinam Eccleſiam rexerunt, dixiſſe ſufficiat.

XL. 37. (1) JACOBUS Pecoraria Placentinus Monachus, & Abbas SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad tres fontes extra Urbem ex Ord. Ciſtercienſi electus fuit Epiſcopus Card. Præneſtinus à Gregorio IX. anno 1231. menſe Septembri. Nobilibus parentibus, opulentiſque Jacobus Pecoraria natus eſt, quique in Placentino agro haud ſpernendam ditionem obtinarent. Præcipuè autem ei parti dominabantur, quæ Vallis Pecoraria dicta eſt, unde ea gens nobile cognomen traxit ad poſteros, quæ deinceps ubique, & ſemper protulit viros illuſtres, & fortes. In quibus Fulco, atque Rodulphus enituerunt, qui Ænobarbi, hoc eſt, difficillimis Reipub. temporibus Placentiæ prudentiſſimè conſulatum geſſerunt, feudiſque Campromoldi, ac Montiſalbi adaucti ſunt. Ab iis igitur præclariſſimis viris Jacobus Pecoraria originem duxit, qui penè puer adhuc, ſpretis opulentioris fortunæ obſequiis, totum ſe divino cultui dedit; primùm S. Domnini clericus, mox etiam, cum probitas morum, ſapientiaq; firmiori acceſſiſſent ætati, Ravennas Archidiaconus. Sed clericus factus, adauctuſque honoribus, cum haud ſibi videretur ſatis poſſe excutere ſeculi pompam, opeſque, diviniori inſtinctu ſollicitatus ſeceſſit in Gallias, ibique Ciſtercienſem ſpectati rigoris, ac probitatis ordinem inſtitit profiteri 1215. In qua quidem virtutis ſchola adeo longius progreſſus eſt, ut probatiſſimus monachus factus brevi trium Fontium Romani cœnobii Abbas fuerit ſublectus Honorii III. ſummi Pontificis temporibus, qui illum & ſingulari amore proſequutus eſt, & ſuum, ut vocant, Pœnitentiarium, Capellanumque creavit. Cumque poſtea in graviſſimis negotiis explicandis, exequendiſque inclaruiſſet, notus aulæ, notus Pontifici, à IX. Gregorio ad Cardinalatum, Præneſtinumque Epiſcopatum ſubvectus eſt, ſtatimque ad pacis negotium pertractandum cum S. Nicolai in carcere diacono Card. miſſus, ut indicat epiſtola Gregor. ad Fridericum Imperatorem, in qua Jacobus adhuc Præneſtinus electus vocatur. Datum Spoleti 4. id. Julii anno 6. qui fuit Chriſti 1235. ex regeſt. Vatic. epiſt. 29. f. 17. Interea civilis, inteſtinaque diſcordia Inſubres commiſerat Populos, ita ut calamitoſa clades utrinque videretur poſſe timeri. Itaque IX. Gregorius cum Othone Blanco Cardinali eò Pecorariam legat, ut pacis icto fœdere ponerent arma. Et hæc ſecunda legatio Jacobum mirum in modum illuſtravit. Iterum in Inſubriam miſſus eſt, ut inter Fridericum, eoſdemque Inſubres pax coiret. Quarto in Pannonia legatione perfunctus eſt. Quinto inter diſcordantes Florentinos, atque Senenſes arbiter honorarius pacis, legatuſque adlectus eſt. Sexta legatio, quæ ampliſſima fuit, à Pecoraria ſuſcepta eſt in Gallias, Hiſpaniaſque, ut Albigenſium hæreticorum furorem retunderet, utque Præſules ad Concilium Lateranenſe exciret, quod contra impium Fridericum anathemate percuſſum Gregorius IX. coegerat. Hanc legationem Pecoraria, ut tuto obiret, ementito peregrinorum habitu Roma digreſſus eſt, ne Friderici factioſorum manus incurreret, cumque Genuam perveniſſet, inde in Gallias profectus eſt, ibique cum Albigenſium hæreticorum res mirum in modum afflixiſſet, inde abſceſſurus, nobilium Epiſcoporum è Gallia Britanniaque manu contracta, Genuam curſum intendit, ut inde Oſtiam perveniret. Cæterùm cum Corſicum mare Liguſtica claſſis, quæ Pecorariam cum Othone vehebat, tenuiſſet, in Piſanos, qui Friderico ſtudebant, incurrit, collatiſque ſignis levi prælio victi ſunt, atque in ſervitutem abducti Pecoraria, Othoque Cardinales quos deinceps Tyrannus per diverſa Neapolitani Regni loca, teterrimo carcere maceravit. Denique cum Pecorariam vinculis exutum, cultumque muneribus Regiis ad curiam remiſiſſet, narrant Fridericum exoraſſe illum, ut ſecum deinceps vellet amicitiam profiteri, tuliſſeque à conſtanti, imperterritoque viro reſponſum, tamdiu ſe velle colere Fridericum, quamdiu ille Eccleſiam, ejuſdemque pro tempore Pontifices coluiſſet. Rediit inde Romam, atque ab Innocentio IV. qui Cœleſtino IV. ſuffectus fuerat, Romæ Vicarius (quod & ſub Gregorio IX. præſtiterat) declaratus eſt, cumque in Vaticana Baſilica ſupra humanum faſtigiũ verbum Dei enunciaſſet, paulò poſt, hoc eſt 1244. 6. Kalend. Julii cum cœleſti mortalem vitam mutavit, ſepultuſque eſt in Vaticano. donec ex ejuſdem teſtamento Claramuallem in Galliis ejus corpus prope S. Malachiam Epiſcopum tranſlatum eſt, ubi jam olim Tyrocinia monaſticæ laudis poſuerat. Nonnulli contendunt Jacobum in Lugdunenſi Concilio fato functum eſſe an. 1244. Mihi tamen ex monumentis, Romæ quæ extant, veriſimilius eſt ibidem deceſſiſſe Jacobum. Placentini, ne tanti civis, ac præclariſſimi viri reliquiis privarentur ex toto, cum aliquam eiuſdem corporis partem enixis precibus impetraſſent, illam in Cathedralis Choro cum hac inſcriptione honorificè condiderunt.

Hic requieſcit pars Capitis, & digiti Cardin. Jacobi de Pecoraria Epiſcopi Præneſt.

Hujus virtutibus, X. Gregorius Vicecomes Placentinus captus adeo viventem coluit, ut eidem in exantlandis pro Eccleſia Chriſti laboribus ſeſe individuum ubique, & ſemper comitem præbuerit; cumque deinde ex Archidiacono ad ſummum Pontificatum fuiſſet evectus, demortui nobiliter meminit in epiſtola encyclica contra Fridericum Imperatorem. Extat ejuſdem memoria apud S. Antoninum hiſt. p. 3. titul. 13. cap. 4. Chron. Angliæ, Corinm, p. s. Petrum Mariam Campium in vita X. Gregorii, alioſque quamplures ſcriptores. Placentiæ S. Domnino martyri Templum à ſe multis muneribus exornatum dicavit, ut inde ad poſteros dimanaret memoria ibidem ſe primitus divino cultui mancipaſſe, quam haud interituram memoriam marmori inciſa carmina habent, quæ nos, dum Ciaconium expoliremus, ad hoc ipſum oſtendendum attulimus. In Palliano verò diœceſis Præneſtinæ caſtello S. Petri fundavit monaſterium, in quo virgines Deo votæ, perpetuæque virginitati litaturæ exciperentur. Fundationem, & dona ipſius monaſterii confirmavit Innocentius IV. anno pontiſ. 1. ſequenti diplomate è reg. Vat. deſumpto ep. 105. f. 16.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei,

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium monaſterii S. Petri de Palliano Præneſtinæ Diœceſis.

ATtendentes veſtri monaſterii quod novella eſt plantatio paupertatem, ac volentes propter hoc veſtram inopiam paterna ſollicitudine relevare pro ſalute animæ noſtra, ac ſucceſſorum noſtrorum ad inſtantiam, & ſupplicatio-

(1) Conradum Ord. Ciſtercienſis Alumnum è Chronico Montisforti Vignerius auctor ſuſpectus ad an. 1225. vocat Epiſcopum Præneſtinum, cum fuerit Portuenſis. In officio S. Brunonis Signini legitur Honorium [illegible] in [illegible] Brunonis Deo aram ſolemni ritu dedicaſſe, adminiſtris Petro Præneſtinenſi, Nicolao Tuſculanenſi, & Andrea Portuenſi Epiſcopis. [illegible] hæreticos an. circiter 1229. Legatos Gregorii IX. Joannem Epiſcopum Præneſtinum, & Othonem Diaconum S. Angeli pacem compoſuiſſe inter Ducem [illegible], & Stephanum Cabilonenſem Comitem Burgundiæ narrat. Sed neque Conradus, neque Petrus, neque Joannes Præneſtinam Eccleſiam obtinuerunt, ut patet ex ſerie hic non habita. *Suareſius.*

cationem ven. fratris noſtri Jacobi Epiſcopi Præneſtini ejuſdem monaſterii fundatoris, vobis, & per vos eidem monaſterio pro animabus veſtris libera paſcua in territoriis caſtrorum Palliani, & Serronis uſum lignorum in ſylvis ipſorum, tam ad ignes, quam ad ædificia conſtruenda, & caldarias decoquendas pro monaſterio veſtro in territorio eorundem, & quaſdam poſſeſſiones de Eccleſia Rom. dominio de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, liberaliter conferimus, cum omnibus juribus, & pertinentiis earumdem, & eas vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & p. ſ. pa. communimus; quarum poſſeſſionum nomina hæc ſunt. In territorio Palliano, vinea veſtris contigua muris juxta monaſterium veſtrum poſitis, quam Eccleſia Rom. emerat à nobili viro Oddone de Columna, Domino Olebani, terra poſita juxta eccleſiam S. Gregorii, & quadam alia ſita in Valleriano è Ferragirale prope domos Pallianis, in territorio vero de Seron, terra ubi dicitur Agungnanum, ad memoriam autem hujus percepta liberalitatis, ſpeciales pro nobis orationes dum vixerimus facietis, poſt obitum noſtrum Anniverſarium annis ſingulis celebranda. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, & confirmationis, &c. ſi quis autem, &c. Datum Anagniæ. 4 idus Septembris, anno I.

XLI 38. STEPHANUS Hungarus Archiepiſcopus Strigonienſis, cum ad Romanam curiam ob certa negotia ſeſe contuliſſet, ab Innocentio IV. anno 1251. ad Præneſtinam Eccleſiam translatus, ac Epiſcopus Preneſtinus renunciatus eſt. Verum cum graviorem aeris intemperiem non ferret, Summum Pontificem, ut ad Strigonienſem ſedem eum iterum traduceret, exoravit; petitioneque ſummis obtenta difficultatibus ad Strigonienſem Junio menſe ea lege redire permiſſus, ut ſi intra feſtum omnium Sanctorum poſſeſſionem Strigonienſis adiiſſet, tunc Præneſtina Eccleſia cum dignitate Cardinalitia vacare cenſeretur, ac ſi intra id tempus Strigonienſem non occupaſſet, illa prius abdicata renunciataque, eique, antequam ex Hungaria diſceſſum adornaret, dato paſtore, ad Præneſtinam reverteretur, dignitatemque Cardinalitiam retineret, ſeſeque intra feſtum Natale Domini ſummo Pontifici ſiſteret. De quibus omnibus ad ipſum Stephanum Innocentii ſcriptas literas, tum ad clerum populumque Strigonienſem, tum ad Regem, ſequentes è regeſto Vaticano erutas exceptaſque habemus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Epiſcopo Præneſtino.

ET ſi erga Eccleſias ſingulas ex Apoſtolatus officio, illam præcipuè adhibeamus ſollicitudinem, ut ad earum regimen paſtores diſcreti, & vigiles aſſumantur, circa Romanam tamen Eccleſiam in aſſumendis ad eam perſonis vellibus, & diligentiores eſſe nos convenit, quæ eadem diſpoſitione divina magiſtra, & regula cæterarum præcelſior eſſe dignoſcitur autorſis. Sanè vacante olim Præneſtinenſi Eccleſia nos perſonam idoneam pro ipſius gubernatione conſideratione ſedula perquirentes, te tandem tunc Strigonienſem Archiepiſcopum inter cæteros, virtutum tuarum ſuadentibus meritis, præeligentes, & advocantes, velut ex nimia probitate famoſum ad ipſius Eccleſiæ Rom. collegium dictæ Preneſtinenſis Eccleſiæ de fratrum noſtrorum cõſilio in Epiſcopum præfecimus, & poſtiorem te ad illam de Strigonienſi Eccleſia transferendo. Demum ipſius Eccleſiæ Præneſtinæ ſuſcepto regimine, metuens poſtmodum aeris intemperiem incurrere, & nonnulla impedimenta, multaſque neceſſitates exponens, propter quæ tuæ non expediebat perſonæ in Italicis partibus commorari, cum inſtantia petiiſti ſibi ſuper hoc circumſpectione Apoſtolica provideri. Licet autem nobis, & eiſdem fratribus tua plurimum ſit cara præſentia, nec ea multa utilitate perſpecta, quamen ipſa prædicta Rom. conſequebatur Eccleſia ullatenus carere vellemus. præfato tamen quod ſi velle habemus te nobis adeſſe, ut abeſſe hujuſmodi aſſiſtentia ſibi non poſſit, nec ob id perſonam tuam periculis ſubeſſe contingat ſuis poſtulationibus conſideratis attentè præmiſſis benignè concurrentes aſſenſu, licentiam tibi quamquam inviti concedimus ad præfatam Strigonienſem Eccleſiam redeundi, & te ipſi Eccleſiæ in Archiepiſcopum, & Paſtorem præficimus de fratrum eorundem conſilio, & plenitudine poteſtatis. Verum indemnitati memoratæ Præneſtinæ Eccleſiæ nos cõvenit præcavere deliberatione cum fratribus ipſis prohibita ſic te volente, ac petente duximus providendum, ut quamcito uſque ad feſtum omnium ſanctorum proximè venturum prædictæ Strigonien. Eccleſiæ poſſeſſionem habueris, præfata Præneſtina Eccleſia, & Cardinalatus tui dignitas ſtatim vacent, quod ſi uſque tunc poſſeſſionem hujuſmodi non obtinueris, & poſt feſtum ipſum, vel etiam ante, poſſeſſione ipſa non habita reverti ad Apoſtolicam ſedem elegeris, redire tibi liceat cedendo eidem Strigonien. Eccleſiæ in manibus alicujus Prælatorum Regni Ungariæ, quem elegeris recipientis ceſſionem hujuſmodi vice noſtra Capitulo Strigonienſi priuſquam de regno ipſo diſcedas libera conceſſa licentia ſibi de paſtore idoneo providendi, ita tamen, quod infra feſtum nativitatis Dominicæ proximè futurum ad noſtram præſentiam ſis reverſus, ſive autem in Ungariæ remanere partibus potius acceptaveris, ſive non, dummodo ad nos infra prædictum nativitatis feſtum reverſus non fueris nihilominus utroque caſu vacent Eccleſia Præneſtina, & dignitas memorata. Datum Aſſiſii, 7. idus Junii, anno X.

Capitulo Strigonienſi.

OLim fama nominis ven. fratris noſtri Epiſcopi Praeneſt. ad aures noſtras crebra fide dignorum inſinuatione perlata, ipſum propter hoc ad Rom. Eccleſiam non indigne providimus evocandum, & quamvis ad ipſam accedens honorabilem locum exigentibus ſuis meritis ſortitus fuerit in eadem, eo tandem aſſerente propter inſueti aeris intemperiem, tum ob hoc, tum etiam propter alia, quæ in Ungariæ partibus ſollicitudini ſuæ imminere proponit licentiam redeundi ad partes eaſdem, natalis ſoli eum ad hoc attrahente dulcedine, à nobis, & fratribus noſtris, non abſque importuna inſtantia poſtulavit. Verum licet ſua petitio in hac parte gravis, & moleſta nobis non modicum videatur, maximè cum nos, & patres prædicti ſua grata, & votiva præſentia defraudemur inviti, ſuis tamen deſideriis ſuper hoc argente nos ad ad ſuorum impreſſione precaminum acquieſcere cupientes, Archiepiſcopatum Strigonienſis Eccleſiæ de fratrum noſtrorum conſilio ſibi de ſpeciali gratia duximus conferendũ. Spe nobis propoſita, quod auctore illo, qui dictas virtutes præmia tribuit, & gratiam gratiæ ſuperaddit, dicta eccleſia per diligentiæ ſuæ ſtudium ſicut hactenus ſic, & in poſterum grata, in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Ipſum ergo ad eamdem eccleſiam curam ejus acturum cum plenitudine noſtræ gratiæ remittentes, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eundem recipientes hilariter, & honeſte tractantes ſibi tamquam Patri, & paſtori animarum veſtrarum plenè, ac humiliter intendatis, & exhibeatis obedientiam, & reverẽtiam debitam & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipienda devote, ac irrefragabiliter obſervando, alioquin ſententiam, quam idem propter hoc &c. Uſque obſervari. Datum Aſſiſii, 5. idus Junii, anno X.

In eundem modum. *Regi Ungariæ illuſtri.* Uſque *incrementa. Ipſum ergo, &c,* uſque *remittentes ſerenitatem Regiam rogamus, & monemus attentè quatenus eumdẽ pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reverentia ſereno vultu recipiens, ac eum, & commiſſam ſibi eccleſiam habens propenſius commendatos ipſos favore Regio proſequaris. Ita quod idem tua gratia gaudeat ſe munitum, & nos id gratum habentes, ſinceritatis tuæ zelum meritò commendemus. Datum ut ſupra.*

In eundem modum *Epiſcopo Præneſtino.* Uſque *incrementa. Idemque fraternitatem tuam rogamus, & monemus attentè mandantes, quatenus ad eccleſiam ipſam accedas acturus curam ita fideliter, & prudenter, quod dignam Deo exinde poſſis reddere rationem. Dat. ut ſup.*

E quibus etiam literis colligitur, quanti idem pontifex Stephani virtutem, induſtriamque faceret, cum eodem die, re diligenter agitata, perpenſaque, quantam in Stephano purpura Cardinalitia Eccleſiæ utilitatem conciliare poſſet, altero ad eum miſſo diplomate, conjunctam cum Archiepiſcopatu Strigonienſi Cardinalitiam purpuram, dignitatemque retinere juſſit, qua de re epiſtola in hunc modum exarata

repe-

reperitur. Epiſcopo Præneſtino, &c.

Epiſcopo Praneſtino. Olim fama nominis, &c. Uſque *conferendum celebri Cardinalatus nomine tibi nihilominus reſervato, ut ad Archiepiſcopalis apicem dignitatis aſſumptus, ipſius praclaro nominis titulo jugiter decoreris. Datum ut ſupra.*

E quibus Archiepiſcopatum Strigonienſem cum purpura Cardinalitia, ac Epiſcopatu Præneſtino, cum tenuiſſe, geſſiſſeque illuſtre, & conſpicuum eſt: cum in multis ejuſdem Innocentii, Alex. IV. Urbani IV. Clem. IV. ſub quo poſt multas à ſede Apoſtolica legationes obitas, è vivis ſublatus, inter quas Hungarica, & Sclavonica celebratiſſimæ ſunt, cum Regem Belam perſpecta ejus perfidia anathemate percuſſit, bullis ſubſcriptus reperiatur. Huic arma, ac gentilitium ſcutum Joannis Angli Portuenſis Epiſcopi, qui iiſdem temporibus vixit, ut ſupra inter Epiſcopos Portuenſes recenſitum aſt, Ciaconius graviſſimo errore attribuit, impingitque.

XLII. 39. Fr. VICEDOMINUS de Vicedominis Placentinus, Gregorii X. ex ſorore nepos, Ord. Minorum, Archiepiſcopus Aquenſis, dictus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus, anno 1272 a. Vi: Archiepiſcopi Aquenſis ad Præneſtinam Eccleſiam tranſlati extat mentio in epiſt. Gregorii X. ad Grimerium electum Aquenſem, rejecta poſtulatione Siſtarcienſis Epiſcopi à Capitulo facta poſt tranſlationem Vi: Archiepiſcopi, ut diximus ad Præneſtinum Epiſcopatum, Grimerium elexit Gregorius de plenitudine poteſtatis Archiepiſcopum Aquenſem. Datum apud S. Crucem, 2. Non. Sept. anno pontificatus ejuſdem Pontificis 2. qui fuit noſtræ ſalutis 1272. ex reg. Vat. epiſt. 61. fol. 94. Viterbii deceſſit 1276. 8. idus Aprilis, ſepultuſque eſt apud ſuos Minores. (1) Conſule Vvadinguin t. 2. Annal. Minorum. Subſcripſit privilegium Gregorii X. monaſt. Vallis Dei Diœceſis Leodienſis Ord. Ciſtercienſis datum Lugduni per manus Magiſtri I. Franchi Archidiaconi Bergomenſis S.R.E. Vicecancellarii Kal. Aprilis indict. 3. incarnationis Dom. anno 1275. pontificatus 4. Privilegii exemplar retulit in ſua notitia Abbatiarum Ordin. Ciſtercienſis noſter doctiſſimus Gaſpar Jongelinus Antuerpienſis Abbas Montis S. Iſibodi.

a Sive 1273

XLIII. 40. GERARDUS Cupalates b Placentinus, electus eſt à Nicolao III. Epiſcopus Card. Præneſtinus anno 1278 c. Vix autem Roſeo pileo fuerat exornatus, cum circa annum 1279 d. elatus eſt ad ſepulchrum, ut notat Ciaconius, qui aſſerit Gerardum ad Cardinalatum fuiſſe aſſumptum, cum prius eſſet Epiſcopus Antiſiodorenſis. Quod cum mihi haud ſatis probaretur, revolvi diligenter Claudium Robertum, alioſque, qui Francorum Epiſcoporum vitas enarrant, neque hunc Placentinum Gerardum potui reperire. Reperi tamen, Romæ fato ceſſiſſe Erardum Ligerium, ſive Lingerium Gallum Lingonienſem Epiſcopum, olim Antiſiodorenſem, quorum nominum affinitas penè mihi ſuſpicionem fecit, ne forte is ille eſſet, quem ſuperius Gerardum appellavimus. Sed cum Gerardi promotionem in annum 1278. rejectam videamus; 3. idus Martii, ſi id aſſereretur, omnino vacillaret conjectura. Porrò Erardo Guillermus ſucceſſit, qui de Greſſeribus dicebatur; itaq; non ſatis video unde Ciaconius eruerit hunc Gerardum Antiſiodorenſem fuiſſe Epiſcopum, niſi forte ex conjectura divinare velimus, demortuo Romæ Erardo, eidem à Nicolao III. Epiſcopatum illum ex more Romanæ curiæ fuiſſe delatum. Quem nòn multò poſt Antiſiodorenſis clerus ex purpura Placentini Gerardi factus liber, Guillermo de Greſſeribus detulerit, quem defunctus Erardus ſucceſſorem excepit. Aut ita eſt, aut Ciaconio ea nominum affinitas certè impoſuit, ut Placentinum Gerardum Antiſiodorenſem Epiſcopum faceret, cui illorum Epiſcoporum ſeries nullum locum aſſignat. * Porro cum de Gerardo, quem alii Ebeardum, alii Cupolatem Placentinum, alii Erardum de Ligeriis, ſeu de Liſugnis vocant, ſuſpenſa manu ſcripſi in Epiſcopis Præneſtinis, ea ut certius figam, fragmentum exhibeo codicis M.S. qui inſcribitur geſta Pontificum Antiſiodorenſium, quod ex Gallia mihi tranſmiſit ſummæ benevolentiæ vinculo nobis conjunctus Petrus Le-Venier Pœnitentiarius Eccleſiæ Antiſiodorenſis, vir antiquæ probitatis, ſtudiorumq; ingenuorum amore clariſſimus; ex quo non Gerardus Cupalates Placẽtinus, ſed Erardus de Liſingiis natione Gallus, non Lingonenſis Epiſcopus, ſed diœceſis, in Epiſcopum Antiſiodorenſem ex Decano aſſumptus, inde Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus à Nicolao III. creatus, fuit is, qui Eccleſiam Præneſtinam ſua nobilitavit virtute. Hinc igitur veritate perſpecta Erardum Galliæ, & Eccleſiæ ſuæ Antiſiodorenſi lubenter damus, ac reſtituimus. Porro fragmentum eſt hujuſmodi.

b Erardus de Liſingiis Gallus c Circa an. 1276. d 1278.

* Ex App. tom. 5.

Tanta famoſitatis Antiſtiti viro famoſiſſimo D. Guidoni de Mellotto Antiſiod. Epiſcopo ſucceſſit Erardus nepos ejus Dominus caſtri de Liſingiis diœceſis Lingonenſis, cujus memoria digna eſt recitatione ſolemni, &c. in fine ejuſdem vitæ, quæ ultima eſt M. S. codicis proſequitur auctor de eodem Erardo. *Dum vero quatuor annorum, & amplius effluxiſſent curricula, inter Epiſcopũ, & Joannem de Cabilono Comitem Antiſiodori orta eſt grandis diſſenſio. Protervia Comitis crebeſcente, dum dictus Comes jura Antiſiodorenſis Eccleſia violare, & invadere conaretur, dictum Comitem, & ejus uxorem ferire mucrone anathematis non neglexit, & dum Comes, & ejus uxor in ſua malitia perdurarent, ut ipſos magis eccleſiaſtica ſeveritas exerceret, civitatem Antiſiodorũ, ſuburbia, totamq; terram, quam habebat dictus Comes in comitatu Antiſiodorenſi generali ſuppoſuit interdicto. Et dum dictus Comes faſti ſui malitiam niteretur appellationis remedio colorare, ipſe jurium Eccleſia ſua inquiſitor indefeſſus, pro ipſius Eccleſia juribus vitam ſuam periculis exponere non formidans, pro dictis juribus defendendis ad Rom. curiam ſe transferendum ſtudio pia deliberationis elegit. Et licet in pradicto negocio viriliter ſe haberet, morte tamen præventus illud finali effectui nullatenus mancipavit. Illum ſiquidem, cujus odor fama redolens jam non ſolum in Francorum regione amabili, verum etiam in regione Italica confragrarat, D. Joannes Papa XXI. & omnes Cardinales honorifice receperunt. Et dum circa duorum annorum ſpatium in dicta regione fuiſſet manſionarius, ille qui in regionis Gallicana temperie fuerat enutritus, ebullientes calores illius regionis ferre non valens, febres, & fluxum ventris patiens, agritudinis cronitu incurrit incommoda. In regione tamen illa tam laudabiliter ſe habuit, quod apud D. Nicolaum Papam III. ſucceſſorem prafati Joannis, & apud Cardinales ejus merita tam dilucide claruerunt, quod ad dignitatem Cardinalatus aſſumptus, factus fuit Praneſtinus Epiſcopus Cardinalis. Et licet in numero Antiſiodorenſium Epiſcoporum LXIV. extiterit, primus tamen fuit inter ipſos, qui ad tanta dignitatis fuerit culmen provectus. Non poſt quidem multa tempora ingraveſcente in ipſo fluxu ventris, ultimo eloquio ex magna debilitationis diſcretione condito, dum ipſe praciperet, quod ipſum pertrahebat defectus virium ad occaſum, ſacramentum extrema unctionis reverenter recepit. Quibus ſic completis anno Dom. 1278. 15. Kal. Auguſti primo noctis ſilentio evaſit feliciter nequitias hujus mundi. Et quia cum avunculo ſuo pradicto in Antiſiodorenſi Baſilica ſuam elegerat ſepulturam, oſſa ejus de civitate Romana ad dictam Baſilicam deportata, in eadem cum pradicto ſuo avunculo fuerũt in uno eodemque mauſoleo honorifico collocata. Sedit in Epiſcopatu Antiſiodorenſi 7. annis, 2. menſibus, & circiter 3. hebdomadis illuſtri Rege Philippo regnum moderante. Dominus per ſuam gratiam, & miſericordiam ſibi concedat requiem ſempiternam, amen.*

XLIV. 41. (2) Fr. HIERONYMUS Aſculanus e Ord. Minorum Generalis Magiſter, à Nicolao III. electus eſt presbyter Card. tit. S. Pudentianæ anno 1278. atque à Martino deinde IV. factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1281. 10. Kal. Aprilis. Qui demum ad Pontifica-

e E Gente Maſcia oriundus. Suar.

(1) E Necrologio Eccleſiæ Placentinæ conſtat (uti Petrus Maria Campius affirmavit) Vicedominum iſtum 8. Id. Septemb. Sede Vacante poſt Hadrianum V. cum ſuffragia Cardinalium in eum concurriſſent, Papam electum non ſtetiſſe in ſuo Papatu niſi unum diem, & fratrem Minorem demortuum. Spondanus tamen numerum Pontificum ideò multiplicandum non cenſet, & eum latere ſuit, quia nemo alius meminit, imo neque nomen; quod aſſumpſit traditur; Raynaldus penitus omiſit. Suar.


(2) Erardo ſubſtituit Suareſius ſola nixus Ciaconii Auctoritate Gerardum Cupalatem prædictum, quem cum firmiori haud conſtet fundamento, omittendum cum Ughello duximus.

ficatum ſubvectus eſt ſub nomine Nicolai. IV. an. 1288 A

XLV. *a Seù Bernardus.* 42. BERARDUS *a* de Berardis Italus à Callio Epiſc. Auximanus, à Nicolao IV. electus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus, unde ipſe Hieronymus ad Pontificatum aſcenderat anno 1288. mox etiam Legatus de latere, ut vocant, in Siciliam miſſus eſt. Deceſſit prope Pontem vicum in Spoletano Territorio menſe Junio ann. 1291. Petrus Frizon narrat Berardum natione fuiſſe Gallum, atque Eboracenſem Canonicum, antequam ad Cardinalitiam purpuram perveniret. ſed mea quidem ſententia fallitur, ſiquidem in regeſto Honorii IV. in quadam bulla legitur anno 1286. Calliano Epiſcopo demortuo, à Canonicis Callii Epiſcopatum illum tanquam Patriæ ſuæ delatum fuiſſe Berardo; cæterum quia non temnenda pars ſuffragiorum, & quæ contrariam, adverſamque fortaſſe videretur æquare, in Raynaldum Sichardum alterum dignitatis æmulum coiverat, inter utrumque ſatis gravis, implicitaque lis coorta eſt, ita ut ad S. Sedem provocarent. Diuturnius tempus, quàm omnes putarant ſub Cardinali Gervaſio Giancoletto lis tenuit, ſicut interea alter litigantium fato fungeretur, alter verò, hoc eſt Berardus, in Auximanum Epiſcopum eligeretur. B Porrò Calliana Eccleſia Guillermo obvenit, ut ſuo loco uberius enarrabimus. Inde collige lector, Berardum magis patria Callianũ fuiſſe, quàm Gallum, ut diverſis epiſtolis Vat. regeſti videtur. Auximi plura extant monumenta Berardianæ munificentiæ, atq; in iis maximè ſedes Epiſcopalis ab ipſo fundata, ut poſtea videbimus.

XLVI. 43. SIMON Beaulieo, ſeu de Bello loco Gallus, Monachus Ciſtercienſis, Archiepiſcopus Bituricenſis, electus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus à Cœleſtino V. 1294. Hic cum eſſet Archidiaconus Carnotenſis, ac Bituricenſis Canonicus, ſpretis pinguioris fortunæ obſequiis, monachum induit Ciſtercienſem. Nec multos in clauſtro exegerat annos, cum ejuſdem vitæ ſanctitate increbeſcente, ad Archiepiſcopatum Bituricenſem aſſumptus eſt, quam deinde ampliſſimã dignitatem Cardinalatus purpura nobilitavit. Simonis laudes Martinus IV. Pont. Max. non tacuit, qui in C quodam diplomate illum magna ſcientia præditum appellat, laudabilem converſatione, amabilem moribus. Defunctus eſt non. 7. Kal. Septembris 1296. non in Gallia, ut perperam Ciaconius, Petruſq; Frizon referunt, ſed Urbeveteri ann. 1297. 18. Auguſti. Succeſſorem habuit in Archiepiſcopatu Bituricenſi Ægidium Columnam, gratis à quibuſdam inter Cardinales relatum. Simeonis cum laude meminit Claudius Robertus in ſua Chriſt. Gallia, Aubertus Miræus in chronic. Ciſterc. ordinis, Vvion. lib. 1. ligni vitæ cap. 44. & 45. Montalvus hiſtor. Ciſterc. p. 1. lib. 2. c. 3. Demorares tom. 2. c. 24. de ſacrificio miſſæ. Hunc olim Bonifacius VIII. legavit in Gallias cum Berardo de Gouth Epiſcopo Card. Albanenſi ad componendam litem inter Philippum Pulchrum Franciæ, & Eduardum IV. Angliæ Reges ann. 1295. ſed cum nihil potuiſſent conſequi (tantum erat odium inter Gallum, & Anglum) relicto Albanenſi conlegato in Gallia, Simon ad Curiam reverſus Urbeveteri anno 1297. die 18. Auguſti ultimum vitæ ſuæ diem clauſit, ſepultus D in eccleſia S. Franciſci in pavimento ante aram maximam cum hoc epigraphe ſepulchrali in marmorea tabula exarato, nunc prætereuntium pedibus ferè conſumpto, ubi ejus gentilitia inſignia adhuc ſpectantur, ut vides.

Symonis hæc foſſati... i Card.... s.. Oſſa
Francia Papatus fuit hinc Regi quoque gratus
Cardo... Prane.... bituris tanta pietas,
Ann. Domini MCC. nonageſimo vij.
xviij. die menſis Auguſti obiit.



(*„ Præneſtina deinde Eccleſia per obitum Simonis „ vacantis adminiſtrationem conceſſit Bonifacius VIII. „ Ven. Fratri Epiſcopo Aquinati Vicario ſuo in urbe, „ Bulla data apud Urbemveterem IV. Non. Septemb. „ Videtur hic fuiſſe Fr. Lambertus ex Epiſcopo Veglenſi „ translatus ad Aquinatem à Bonifacio VIII. an. 1297. „ 8. Kal. Junii.* Suareſius.)

44. THEODORICUS Raynerius Urbevetanus, electus Archiepiſcopus Piſanus, à Bonifacio VIII. vocatus eſt ad purpuram ſub tit. S. Crucis in Hieruſalem anno 1298. 4. Decembris, atque ab eodem Epiſcopus Card. Præneſtin. ſeu Civitatis Papalis 13. Junii 1299. electus. XLVII. Quoniam verò Bonifacius Columnenſes Dynaſtas inſectabatur, captumque Præneſte horribili excidio adæquavit ſolo, juſſitque incolas ſub nomine papalis Urbis ad radices montis caſulas excitare. Theodoricus, quoad Pontifex vixit, Epiſc. Papalis civitatis appellatus eſt, ſed poſt Boniſac. exceſſum, cum Colomnenſes depoſitam Urbem in priſtinam propemodum fortunam, dignitatemque aſſeruiſſent, è veteri, celebrique nomine ejuſdem etiam Præſules Præneſtini Epiſcopi dicti ſunt. Cæterum Theodoricus cum in S. Petri patrimonio legatione egregiè perfunctus eſſet 1306. die 7. Decembris è vivis eximitur. Avunculus ejus fuit Raynerius Monachus Ciſtercienſis, & Epiſcopus Placentinus, vir illuſtris omniumque genere virtutum ornatiſſimus. (*„ Fuerat hic Theodoricus Martino IV. ſedente Prior Eccleſiæ ſæcularis S. „ Andreæ Urbis veteris, Papæ Capellanus, & Collector „ in Germaniam miſſus, Vulſiniis Eccleſiam S. Chriſtinæ conſtruxit, & proximas ædes inſignes, in Urbevetere Palatium, & turrim.* Suareſius) *Detulit in Gallias cum ſolemni comitatu, quia erat S. Rom. Eccleſ. „ Camerarius, Coronam Papalem ad Clementem V. noviter electum, ut Claramontius ſcribit l. 2. hiſt. Ceſenæ.* Lucent.)

45. PETRUS de Arablay Capellæ, Dominus de Taillefe, Gallus, Archiepiſcopus Toloſanus, Galliarum magnus Cancellarius, à Clemente V. electus eſt presb. Card. tit. S. Vitalis ann. 1305. ſequentique anno Epiſcopus Card. Præneſtinus. Avenione deceſſit 1312. die 16. menſis Maji. Avunculum habuit B. Rogerium de Fort Bituricenſem Archiepiſcopum. Hujus Pater Guido vitam 120. annor. duxit. De eo Petrus Frizon. XLVIII.

46. GUILLERMUS Mondagoſus *b* Gallus, Archiepiſcopus Aquenſis (alii porrò eſt Archiepiſcopus Ebreduenſis) electus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus à Clemente V. 1312. menſe Decembri 14. XLIX. *b Al. Mondragonus.* Vir utriuſque juris Conſultiſſimus, ac celeberrimus, cujus ſub Bonifac. VIII. in decretalium ſexto condendo ſudavit, aliſq; induſtria. Multa juris monumenta reliquit, deceſſitque Avenione Joanne XXII. ſedente menſe Novembris 1321. Hujus cum laude meminit Tritthemius. (*„ Erat Guillelmus è Dynaſtis de Montepetroſo, Notarius Nicolai IV. Capellanus Bonifacii „ VIII. an. 1290. Archidiaconus Nemanſenſis, Præpoſitus Eccleſiæ Toloſanæ, poſtea Epiſcopus Avenionenſis „ an. 1310. deinde Lodovenſis ann. 1316. unde tranſlatus „ eſt ad Archiepiſcopatum Ebredunenſem. Fuit etiam „ Archiepiſ. Aquenſis. Scripſit librum de Prælatorum „ electione.* Suareſius) *Aſſeritur Ord. Erem. S. Auguſtini ab Oldoino, & ctat. Ejus obitum alii ad an. 1323 „ rejiciunt. De eo P. Dominicus Gandulphus in notis. „ Card. Ord. S. Auguſt.* Lucent.)

47. (1)

L. 47. (1) PETRUS de Prato Gallus Diœc. Cadurcenſis *a* Epiſcopus Regienſis, (2) mox Aquenſis, à Joanne XXII. electus eſt Epiſcopus Card. Prænestinus ann. 1323. Cancellaria S.R.E. functus eſt, ſubque Clemente VI. legatus ad Philippum Regem Galliorum, atque Odoardum magnæ Britanniæ Regem, ut in unum pacis fœdus coirent. Avenione templum D. Petro ſacrum ædificavit, eidemque collegiatæ Eccleſiæ magnam dotem attribuit. Effœtæ ætatis Avenione deceſſit 1361. menſe Majo. Dubitavi in noſtris ad Ciaconium notis, an idem hic cum Petro Aureolo Ordinis Min. Archiepiſcopo Aquenſi fuerit, quem nonnulli Minoritæ auctoritate S. Antonini freti Cardinalem adlectum referunt, deceptus, cum nullum alium reperirem Archiepiſcopum Aquenſem à Joanne XXII. ſub Petri nomine inter Patres relatum, præter hunc ſolum de Prato. At Frizoo hunc diverſum ab Aureolo fuiſſe ſcribit, cum Aureolus eidem Petro de Prato in Archiepiſcopatu Aquenſi ſucceſſiſſet. Sed non minus ipſe decipitur, dum Aureolum inter Cardinales à Joanne XXII. electum refert an. 1327. ut benè Elenchus S.R.E. Cardinalium notat, aſſeritque in libris ſacri Collegii Aureolum inter Cardinales haud reperiri; ad auctoritatem S. Antonini reſpondit, meminiſſe quidem Antoninum Petri Aureoli, uti viri celebris opinionis, ſed nihil de ipſius Cardinalatu aſſerere.

a Minoritam putat Frizon.

LI. 48. RAYMUNDUS de Canilaco *b*, quem alii Deodatum appellarunt, Canonicus Regularis, atque Abbas Conchenſis Diœceſis Rhutenenſis, Florenſis *c* Epiſcopus, inde Archiepiſcopus Toloſanus, presbyter Cardin. electus eſt à Clemente VI. ſub tit. S. Crucis in Hieruſalem, ab Innocentio deinde VI. declaratus eſt Epiſcopus Card. Prænestinus anno 1361. Vir in utraque lege doctiſſimus. Scripſit, ediditque librum, cui De collectorum titulum fecit ad Septimium Narbonenſem Archiepiſcopum. Avenione deceſſit 30. Junii 1373. ſepultuſque eſt apud Fr. Minores; de eo Locrius Ferreolus in chronico Belgico. Cæterum in hujus præclariſſimi viri Gentilitiis inſignibus effingendis Alphonſus Ciaconius decipitur. Siquidem effigiandum in quadripartito ſcuto curavit canem erectum, exertis ungulis anhelantem, cum Avenione in Eccleſia S. Martialis ejus gentis inſignia Leonem erectum argenteum in cyaneo ſcuto depictum contineant, cujus extremitates argentea corona circundat, & protegit.

b Al. de Camillaco. *c* Negat fuiſſe S. Florisepiſcopum Sanctius.

LII. 49. SIMON de Langhan Anglus Monachus, & Abbas monaſterii Weſtmonaſterienſis, Ord. S. Benedicti, poſtea etiam Elienſis Epiſcopus, Cantuariæ Archiepiſcopus, & Cancellarius Regni à Pontifice Urbano V. electus eſt presbyter Card. tit. S. Sixti anno 1368. à Gregorio verò XI. factus eſt Epiſcopus Card. Prænestinus 1373. Avenione deceſſit die 22. menſis Julii 1376. Sepultuſque eſt in Chartuſianorum templo quod munificentiſſime conſtruxerat. Poſt triennium verò in Angliam translatus eſt, conditusque in Eccleſia Weſtmonaſterienſi. Hoc Epitaphium illius ſepulchrum illuſtrat.

Simon de Langhan ſub petris his tumulatus,
Iſtius Eccleſiæ Monachus fuerat Prior, Abbas
Sede vacante fuit electus Londinenſis
Præſul, & inſignis Elii ſed poſtea primas
Totius regni, magnus regiſque miniſter,
Nam Theſaurarius, & Cancellarius ejus
Ac Cardinalis in Roma Presbyter iſte,
Poſtque Prænestinas eſt factus Epiſcopus, atque
Nuncius ex parte Papæ tranſmittitur iſtuc,
Orbe dolente Pater, quem nunc revocare nequimus
Magdalenæ feſto milleno ſeptuageno ſexto,
Et trecenteno Chriſti Domini ruit anno.
Hunc Deus abſolvat de cunctis, quæ male geſſit,
Ex meritis matris ſibi Cœlica gaudia donet.

LIII. 50. JOANNES De Croſſo, civis, Epiſcopuſque Lemovicenſis Gallus, frater germanus Petri de Croſſo Cardin. Clementis VII. Antipapæ à Gregorio XI. creatus eſt presbyter Card. tit. SS. Nerei, & Achillei, majorque Pœnitentiarius ann. 1371. eodemque ſedente Pontifice Epiſcopus Card. Prænestinus declaratus eſt 1376. Hic ſchiſmate inter Urbanum VI. & Clementem VII. Antipapam exæſtuante, ab Antipapa Clemente in Gallias legatus eſt, ut in ſuas partes illius Regni Epiſcopos pertraheret. Ejuſdem Antipapæ partes ſecutus Avenione deceſſit ann. 1383. 21. *d* Novembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali cũ hoc Epitaphio.

d 22.

Hic jacet Reverendiſſimus in Chriſto Pater
D. Joannes de Croſſo de Calimſa forti,
Lemovicenſis Diœceſis, deinde aſſumptus
fuit in Eccleſia Rom. presbyterum Cardinalẽ, & ſubſequenter fuit Epiſcopus Prænestinus, & ſummus Pœnitentiarius, qui
obiit XXII. menſis Novembris anno
à Nativitate Dom. MCCCLXXXIII.
pro cujus anima ſalute Deum humiliter
deprecamur, ut in pace cum Angelis
requieſcat.

51. FRANCISCUS Pregnanus, ſeu *e* Maricottus de Vico Piſano, cum eſſet Archiepiſcopus Piſanus ab Urbano VI. affini ſuo ſublectus eſt Presbyter Card. tit. S. Euſebii 1378. eodemque ſedente poſt exceſſum Joannis de Croſſo declaratus eſt Epiſcopus Card. Prænestinus 1383. eodemque tempore Avenione Antipapa Clemens in Epiſcopum Prænestinum cooptavit Cardinalem Vidonem de Maloſicco, de quo infra narrabimus. Franciſcus Aſſiſii deceſſit 6. Idus Februarii 1383. ejuſque corpus Piſas delatum in Cathedralis ſacrario conditum eſt. Conſule catalogum Archiepiſcoporum Piſanæ Eccleſiæ. LIV.

e Al. Mariottus.

52. ANTONIUS Cajetanus Romanus *f* Epiſcopus Card. Prænestinus in Piſano Concilio anno 1409. cum ob communem Eccleſiæ concordiam ultro Epiſcopatu Prænestino abiiſſet, ut in Maloſiccum Vidonem Cardinalem legitimè caderet, ab Alexandro V. Epiſcopus Portuenſis declaratus eſt. Ciaconius in ſecunda creatione Gregorii XI. affirmat Ugonem de Monte Longo Presbyterum Card. creatum ſub tit. SS. Quatuor Coronatorum, à Clemente poſtea VII. Antipapa, cujus partes ſovebat, Cardinalem Epiſcopum Prænestinum fuiſſe ſublectum, illumque obiiſſe 1390. ſed manifeſtè fallitur. Etenim in libris Conſiſtorialibus Pſeudopontificis Clementis, qui adhuc aſſervantur in Vaticano, memini me legiſſe, diem clauſiſſe extremum 1384. poſtrema die exeuntis Februarii Avenione, non Epiſcopum Prænestinum, ſed Presbyt. Card. SS. Quatuor Coronatorum *g*. Ciaconio autem familiare eſt ejus notæ ferere errores, quippe qui haud videre potuerit monumenta, actuſque Avenionenſes, qui in diutino Eccleſiæ ſchiſmate pleraque confudere ità ut quandoque ſimul, & ſemel una, eademque dignitas, ut factioſis Paſtoribus collibuerat, pertineret ad plures, ut poſtea videbimus. LV

f Ex Patriarcha Aquilejenſi.

g Contelorius ait Epiſcopum Sabinum obiiſſe.

53. VIDO *h* de Maloſicco Gallus Caſtri Lucil Dominus („*Gregorio XI. ex ſorore nepos.*) Epiſcopus primùm Lodevenſis, poſtea Pictavienſis, à Gregorio XI. electus eſt Presbyter Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem 1375. Qui poſt exceſſum ejuſdem Gregorii in iis fuit, qui VII. Clementem Pſeudo pontificem promoverunt ad ſedem, ejuſdemque partes quoad vixit defendit, à quo in Angliam ad Richardum Regem legatus dictus eſt, atque Epiſcopus Cardin Prænestinus, poſt obitum Joannis de Croſſo 1383. Defuncto verò Antipapa Clemente Benedictum XIII. item Pſeudopontificem ſublimavit ad Thronum, cujus partes tamdiu conſectatus eſt, donec illum non pœnituit publicæ conſecrationis. Sed cum deinde mentem induiſſet ſaniorem, relicto Benedicto, ad Piſanum Concilium profectus eſt, ubi à cæteris Cardinalibus tanquam germanus Senator exceptus, Benedicto XIII. XII. que Gregorio Imperii æmulis ſuppreſſis, ſimul cum cætero ſacro Senatu Alexandrum V. elegit anno 1409. à quo confirmatus fuit Epiſcopus Card. Prænestinus. A Joanne vero XIII. Alexandri ſucceſſore in Gallias ob gra- LVI.

h Al. de Maleſiccos, ſeu de Malenette.

(1) Petrum de Columna Prænestinum Epiſcopum Avenione deceſſiſſe an. 1326. aſſerit Suareſius, neſcio à quo eductus erroris tamen facile arguendus ex eo, quod Petrus de Columna prædictus Presbyteratus ordine nunquam fuerit inſignitus, & obierit Diaconus Cardinalis S. Angeli, ut putat ex Auct. [illegible] ſub Joanne XXII. dicto XXII.

(2) Rheg. autem Epiſcopum fuiſſe hunc Petrum aſſerit etiam Frizonius. Sed Bartal in hiſtoria Præſulum Rhegienſium, quam diligentiſſimè concinnavit, nuſquam hujus Petri de Prato meminit. Suareſ.

graviſſima negotia legatus eſt. Pariſiis vitam finivit 1411. 8. idus Martii, ſepultuſque eſt in templo Fr. Prędicarorum, cum ſubjecto Epituphio.

In Aquitania parte Gallia nobiliſſima familia Maliſicorum vetuſtate, ac ſingulari virtute praclara à Maleſcio nomen habet. Ea in gente multè clariſs. unde orta ſunt Aquitania quondam lumina viri rerum geſtarum magnitudine florentes alii Equites Aurati, S. Pontifices, alii Prafecti, ex ea generis claritate prodiit Guido à Maleſicco dicti loci, & Caſtri Lucis Dominus in doctrinarum, virtutumque genere propè abſolutus, cujus acta permulta Annalib. conſcripta, his brevibus non capiuntur anguſtiis. Is vir ſumma prudentia, ampliſſimiſque meritis creatus fuerat Lodevenſis Pontifex, deinde Pictavienſis, poſtmodum & cooptatus Cardinalis, in qua dignitate cum octavo, & trigeſime anno floruiſſet, tandem legatum agens apud Regem Gallorum nomine Pontificis Max. Avunculi ſui, Lutetia honeſto mortis genere quievit 8. idus Martis 1411. Cujus corpus hac cella, & hoc ſaxo ſepultum eſt magno cum omnium luctu, ac deſiderio, donec propinquorum ſententia ad majorum ſepulchra transferatur.

Dives opum Guido, forma bonitatis, & artis;
Ditior hocque magis dives honoris erat,
Plura darent ſuperi, niſi fatum plura negaret;
Cum majora darent, evolat ad ſuperes.

LVII. a Non an. 1354. ſed poſt ann. 1385. Suar. 54. ANGELUS de Anna de ſumma ripa Neapolitanus Monachus Camaldulenſis ab Urbano VI. electus eſt Diaconus Card. 1384a. Iude Presbyter evaſit Card. S. Pudentianæ, atq; Epiſcopus Præneſtiuus an. 1411. Oratorem Apoſtolicum geſſit in Neapolitano Regno, ut illius Regni proceres diſcordantes componeret. Iuter Piſani Concilii Patres annumeratus eſt, cum & Conſtantienſi deinde interfuiſſet. Deceſſit Romæ anno 1428. menſis Julii 12. cum jam Decanus eſſet ſacri Senatus. Ejus corpus poſtea Neapolim tranſlatum eſt, ac in Eccleſia S. Mariæ ad Portam Novam in pulcherrimo ſepulcbro, cum hac inſcriptione honorificè tumulatum.

Hic jacet in tumulo ſacri de cardine cœtus
Anna, fuit generoſa domus, ſed amabile nomen,
Laudenſis dictus Senior. Pater optimus iſte
Angelus Angelicam piamens revolavit in Aulam
MilleCCCC. bis denis, octoque junctis
currebat Chriſti menſis quoque Julius annis.

E quo ſane epitaphio allato poſſe colligi videtur, hunc Cardinalem obiiſſe 1428. menſ. Jul. id etiam habetur ex lib. diviſionum ſacri Collegii, tametſi Ciaconius fato ceſſiſſe affirmat anno 1431. menſe Aprili. Illud conſtat unnquam fuiſſe Laudenſem Epiſcopum, in quo ſine dubio deceptus eſt Ciaconius, & illum ipſum errorem ſeries Præſulum illius Civitatis manifeſtè redarguit, ut poſtea videbimus. Dictus tamen eſt Cardin. Laudenſis quod ſuam inde antiquam duceret originem, ut narrat Deſendens Lodius vir eruditus in Laudenſi Hiſtoria, vel, ut verius dicam, in Academico diſcurſu de Angelo Cardinali de Anna; quem poſtea neſcio quo delinitus, ſeu depravatus affectu, in duos Cardinales partitus eſt, quorum alterum vocat de Anna, alterum de ſumma Ripa: cum tamen conſtet unum tantum Laudenſem Cardinalem fuiſſe, qui ortu quidem Neapolitanus erat, origine verò Laudenſis.

LVIII 55. HUGO Luſignanus, Regis Cypri frater, Archiepiſcopus Nicoſiæ, à Martino V. ad Purpuram vocatus eſt ſub tit. Diaconatus S. Adriani 1426. Ab Eugenio verò IV. ex Presbytero Card. S. Clementis Epiſcopus Præneſtinus declararus anno 1431. 2. Idus Maji b, mox ab eodem Epiſcopus Tuſculanus 1436. 5. Kal. Julii. Deceſſit Sabaudiæ 1452. Auguſto menſe.

b 10. Aprilis ex Actis.

LIX. 56. JOANNES ex Comitibus Tagliacotii Neapolitanus, Tarentinus Archiepiſcopus, ab Eugenio

Italia Sacra Tom. I.

IV. presbyter Card. dictus eſt SS. Nerei, & Achillei 1437. Majorque Pœnitentiarius, atque ab eodem factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1443. prid. non. Maji. Homo, multis legationibus illuſtris famæ, ut poſtea videbimus. Romæ fato ceſſit 12. Kal. Februarii 1449. Sepultuſque eſt apud S. Auguſtinum, cum hoc Epitaphio.

Fœlices Animas intermicat iſte Joannes.
Qui Tagliacotia gloria gentis erat.
Qui Tarentinus Paſtor, qui Cardeus heros,
Præneſtinus item, flentibus aſtra dabat.

57. GEORGIUS de Fliſco ex Lavaniæ Comitibus, Archiepiſcopus Genuenſis, ex Presbytero Card. S. Anaſtaſiæ, ad Epiſcopatum Præneſtinum evaſit ſub Nicolao V. 1449. 3. Non. Martii c; deinde etiam Oſtienſis dignitas eidem delata eſt. LX.

c Maii.

58. JOANNES de Turrecremata („ *Valliſoletanus* „) Ord. Prædicarorum alumnus, Presbyter Card. S. Sixti, Præneſtini Epiſcopatus Adminiſtrator extitit anno 1455. menſis Aprilis poſtrema die. Deinde etiam Epiſcopus Cardin. Sabinenſis fuit. Poſt Turrecrematam Pius II. Pontifex Max. Epiſcopatum Alexio de Cæſaris Senenſi commendavit per id tempus Archiepiſcopo Beneventano, qui Senis deceſſit 1464. ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum. LXI.

59. PHILIPPUS Calandriuus è Sarzana, ex Presbytero Card. factus eſt Epiſcopus Præneſtinus à Paulo II. 1464. deinde ad Portuenſem aſcendit. (1) LXII

60. ANGELUS Card. Capranica Romanus, Epiſcopus Reatinus, Epiſcopus Præneſtinus cooptatus eſt Sixto IV. ſedente. Deceſſit Romæ 5. Non. Julii 1478. ſepultuſque eſt in S. Maria ſuper Minervam, in ſepulchro Dominici Capranicæ fratris. De eo plura in Epiſcopis Reatinis. LXIII

61. MARCUS Barbus Venetus Card. ac Aquilejæ Patriarcha, Epiſcopus Præneſtinus declaratus eſt 1478. Deceſſit Romæ 6. Non. Martii 1491. ſepultuſque eſt apud S. Marcum. Epiſcopus Vicentinus fuit, de quo ibi plura. LXIV.

62. JOANNES Balues Gallus S. Benedicti Monachus, Presbyter Card. tit. S. Suſannæ, à Paulo II. ad eam dignitatem vocatus eſt, atque ex Epiſcopo Albanenſi ad Præneſtinum tranſlatus 1491. 13. die menſis Martii. Deceſſit eodem anno, menſe Octobri; tumulatuſque eſt apud S. Praxedem. In Epiſcopis Albanenſibus de eo plura. LXV.

63. JOANNES Michael Venetus, Card. S. Angeli, Pauli II. Nepos, ex presbytero Card. ſublectus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus, cum prius Albanenſi munere obiiſſet 10. die Octobris 1491. Deceſſit Romæ 1503. 10. die menſis Aprilis, ſepultuſque eſt apud S. Marcellum, cum jam Epiſcopus Card. Portuenſis fulgeret. Fuit Epiſcopus Patavinus, ac Veronenſis, de quo ibi plura. LXVI.

64. HIERONYMUS Baſſus de Ruvere Savonenſis, Presbyter Card. tit. S. Cæciliæ, ab Alexandro VI. adlectus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1492. die 31. menſis Auguſti, deinde etiam Sabinenſem dignitatem adeptus eſt, ut ſupra vidimus. LXVII.

65. LAURENTIUS Cibo Genuenſis, Epiſcopus Card. Albanenſis, anno 1503. die 29. menſis Novembris Præneſtinam Eccleſiam ſuſcepit regendam. Hunc elogio laudavit Ubertus Foliera, & Garimbertus, ex quibus Ciaconius. Mortuus Romæ eſt Julio II. Pont. Max. Imperante eodem anno die 22. menſis Decembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo. Beneventano Archiepiſcopatu nobilitatus eſt, de quo ibi plura. Porrò ad marmoreũ tumulum hoc habet Epit. LXVIII.

Laurentius Cibo Genuenſis Epiſcopus Præneſtinus, S. Marci Cardinalis Beneventanus Innocentij VIII. Pont. Max. nepos, religionis cultor, ita inter viros conſtantiſſ. geſſit, ut ampliſſima dignitatis memor, à juſtitia, fide, & pietate nunquam deſciverit, qui tertium & quinquageſimum agens annum ſanctiſſime, ut vixit, moritur. Reverendiſſ executores G. Portuen. A Præneſtinus Epiſco-

K

(1) Contelorius Alano Cott. vindicat modo hanc ſedem, inde ad Sabinenſem elatum dicit, quod ſane omnia tum Vaticana, tum cætera quoque monumenta ſilent. *Lucent.*

piſcopi, & N. de Fliſco Presbyter Cardin. Pientiſſ. Poſſ. anno ſalutis chriſtianæ MDIII.

LXIX. 66. ANTONIOTTUS Pallavicinus Genuenſis ab Innocentio VIII. Card. creatus, ſub II. Julio, ex Epiſcopo Card. Tuſculano, factus eſt Præneſtinus 1503. die 22. menſis Decembris. Hic ob multas præclarè obitas legationes inclaruit. Cujus res planius, & plenius enarrabimus in Abintimillienſibus Epiſcopis, quam ille Eccleſiam, antequam ſacra purpura ornaretur, prudentiſſimè rexit. Deceſſit autem 1507. die 10. menſis Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Petrum cum hoc epitaphio.

Antoniotto Card. S. Praxedis mortem præ oculis habens vivens ſibi poſuit ann. M. D. I.

Cæterum cum deinde vetus S. Petri Templum nova, elegantiorique architectonicæ artis forma illuſtrandum, deſtrueretur, Antoniotti oſſa eruta, atque in S. Mariæ de Populo templum translata prope ſepulchrum Jo: Baptiſtæ Pallavicini nepotis Equitis, & Card. cum ſubjecta inſcriptione.

D. O. M.

Antoniotto Pallavicino Genuenſi, Epiſcopo Præneſtino S. R. E. Card. S. Praxedis ſub Innocentio VIII. Alexandro VI. Julio II. ampliſſimis legationibus, maximiſque Reipub. muneribus ſumma cum laude probitatis, atque prudentia perfuncto, Jo: Baptiſta Abbas S. Anton. V. S. Refer. & Babillanus Pallavicini fratres, ob diſturbatam veteris ſepulchri ſedem in Vaticana apſidas demolitione, ut eodem tumuli loco cum Joanne Baptiſta fratris filio Cardinale conderetur translatis oſſibus pro patruo poſ.

M D X C V I.

LXX. 67. JOANNES ANTONIUS de S. Georgio Placentinus, ex Epiſcopo Card. Tuſculano Præneſtinus electus eſt ann. 1507. deinceps etiam Sabinenſi dignitate ornatus.

LXXI. 68. * BERNARDINUS Carvajal ex Tuſculano fit Præneſtinus 1507. deinde optavit Sabinenſem Eccleſiam 1509.

* Ex app. 1509.

LXXII. 69. GUILLERMUS Briſonetta Gallus, Epiſcopus Maclovienſis, ab Alexandro VI. electus eſt Presb. Card. S. Pudentianæ. A Julio vero II. ex Epiſcopo Card. Tuſculano factus eſt Præneſtinus anno 1507. *a* Hunc à Conſiliis habuit Carolus VIII. Rex Francorum, ejuſdemque prudentiam ejus temporis præſtantiſſimi Hiſtorici Jovius, Ricchardus, ac Bembus valdè collaudant. Fuit Epiſcopus Nemauſenſis, Rhemenſis Archiepiſcopus, mox & Narbonenſis, ubi vitam finivit 1514. menſe Januario. Hic unus ex illis Cardinalibus fuit, qui in gratiam Maximiliani Cæſaris, ac Ludovici XII. Francorum Regis Piſanum Conciliabulum contra Julium II. agitarunt. Qui cum ob eam cauſam cum cæteris Cardinalibus, qui ea factioſa ſubſellia fovebant, ad cauſam dicendam Romam citatus fuiſſet, neglexiſſetque ad conſtitutam diem adeſſe, à Pontifice Julio tanquàm rebellis, & contumax pileo roſeo, omnique alia eccleſiaſtica dignitate exuitur. Sed cum paulò poſt minarum plenum mors Julium abſtuliſſet, Leoque X. ſucceſſiſſet in ſedem, ad aucupandam clementiæ laudem, qua una ſolent initia Imperii ſubjectis dulceſcere, quicquid dignitatum antea poſſederat, iterum Guillermo Leo aſſeruit.

a 1509.

LXXIII. 70. FR. MARCUS Vigerius Savonenſis, Ordinis Minorum alumnus, à Julio II. Presbyter Card. Præneſtinus *b* declaratus eſt 1505. atque ab eodem, depoſito Briſonetta, Card. Præneſtinus ſuffectus an. 1511. obiit Romæ 1516. Sepultuſque eſt in templo S. Mariæ Tràſtiberim. Vide plura de eo in Epiſcopis Senogalliæ.

b S. Mariæ Transtiberim.

LXXIV. 71. JOANNES Serra Hiſpanus Archiepiſc. Arborenſis, ab Alexandro VI. Purpuratus ſenator adlectus eſt 1500. ad tit. S. Stephani in monte Cœlio, ac paulo poſt Card. S. Clementis. Leone verò ſedente, primum Epiſcopus Card. Albanus, mox etiam Præne-

A ſtinus anno 1516. Sub Alexandro VI. Urbanus prætor Romam adminiſtravit. Poſt adeptam purpuram, Umbrica Peruſinaque legatione functus eſt. Deinde ſupra purpuram Segobienſis, & Calaguritanis Epiſcopatus dignitate cohoneſtatus Romæ deceſſit an. 1517. 15. die Martii, Sepultuſque eſt apud S. Jacobi Hiſpanicæ Nationis celebre Templum, in marmoreo ſepulchro hoc Epitaphio exornato.

D. O. M.

Jacobo Serra Epiſcopo Præneſtino S. Romana Eccl. Cardinalo Arborenſi. Antonius de Monte S. Praxedis executor ex teſtamento P.

72. FRANCISCUS Cardinalis Soderinus, ex Epiſcopo Albanenſi, ad Præneſtinum aſſumptus eſt 1516 *c*. menſe Martio, cum etiam deinde Oſtienſem dignitatem fuerit aſſecutus. LXV.

c 1519.

73. ALEXANDER Card. Farneſius, ex Epiſcopo Card. Tuſculano Præneſtinus evaſit ann. 1523. die 14. m. Decemb. deinde etiā Sabina dignitate præfulſit. LXVI.

B 74. ANTONIUS Card. de monte, Epiſcopus Tuſculanus ad Præneſtinum promotus eſt 1523. 16. Decembris, deinde verò ad Sabinenſem dignitatem aſcendit. LXVII.

75. PETRUS Card. Accoltus, Epiſcopus Albanenſis, Præneſtinæ Eccleſiæ admotus eſt 1524. 18. die Maji, nec multo poſt eodem anno, die 15. Menſis Junii, Epiſcopatu Sabinenſi inſignitus eſt. LXXVIII.

76. MARCUS Cornelius Venetus, Epiſcopus Card. Albanus, Præneſtinus ſublectus eſt die 15. menſis Junii 1524. Deceſſit Venetiis 13. Kal. Auguſti eodem anno, cum Patavino, Veronenſique Epiſcopatu gemina dignitate fulſiſſet, ſepultuſque eſt apud S. Georgium majorem. Vide de eo plura in Veronenſibus, ac Patavinis Epiſcopis. LXIX.

77. LAURENTIUS Card. Puccius, Florentinus, Epiſcopus Albanenſis, Præneſtinum Epiſcopatum obtinuit 1524. die 19. menſis Julii Romæ deceſſit 1531. ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam. De eodem fuſius in Epiſcopis Piſtorienſibus. LXX.

G 78. JOANNES Piccolomineus, Card. Albanenſis, ad Præneſtinum Epiſcopatum pervenit 1531. die 22. Sept. deinde Portuenſi dignitate ornatus eſt. LXXI.

79. ANDREAS de Valle, Epiſcopus Card. Albanus, factus eſt Præneſtinus 1533. die 21. menſis Aprilis. Deceſſit Romæ 1534. pridie idus Auguſti, ſepultuſque eſt in Aracœli in majorum ſuorum ſacello, cum hoc epitaphio. LXXII.

Andreæ de Valle, Card. Epiſcopi Præneſtini oſſa hic ſita ſunt. Vixit annos LXX. menſ. viij. dies v. tertio non. Septemb. eſſe inter nos deſiit.

Si ſibi par auſis ævum natura dediſſet
Nacta erat amiſſum Martia Roma decus.

De eo fuſius alibi.

80. BONIFACIUS Card. Ferrerius, Epiſcopus Albanenſis, electus eſt Præneſtinus 1534. 5. die menſis Septemb. ad Eccleſiam deinde tranſiit Sabinenſem. LXXIII.

81. LAURENTIUS Card. Campegius Epiſcopus Albanenſis, Præneſtina dignitate inſignitus eſt LXXIV

D 1535. die 26. menſis Februarii, deinde Sabinenſem ſuſcepit regendam.

82. ANTONIUS Card. Sanſeverinas ex Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, Præneſtino Epiſcopatu inſignitus eſt 1537. die 28. menſis Novemb. deinde ad Sabinenſem Eccleſiam regendam promotus eſt. LXXV.

83. JO: VINCENTIUS Caraffa presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, (1) electus eſt Epiſcopus Præneſtinus 1539. die 4. m. Auguſti, de quo fuſius alibi. LXXVI

84. (2) ALEXANDER Cæſarinus Epiſcopus Card. Albanus, ad Præneſtinam dignitatem translatus eſt 1541. die 14. menſis Novembris. Romæ deceſſit 1542. die 13. menſ. Februarii, Sepultuſque eſt in Aracæli. Vide de eo plura in Epiſcopis Heracenſibus. LXXVII.

85. FRANCISCUS Cornelius Venetus, Epiſcopus

(1) In Ciaconiano opere corrigendus eſt Auctarius, cum dicit, hunc Joannem ante Præneſtinum rexiſſe etiam Albanenſem Eccleſiam, cum nulla de eo in Albanenſibus habeatur ratio, & ex Presbyterali ordine immediatè ad hunc Præneſtinum gradum fecerit, in quo obiit. *Luc.*

(2) Franciſcum Quignonium Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem, tantùm antiquitatis jure ad Epiſcopatum Præneſtinum deveniſſe autumatur Ciaconius, ſed cum nullam aliam habeat conjecturam, hunc rejiciat, multos ſiquidem dietim inſpicimus antiquiores Cardinales, qui inferiori titulo contenti ad ſuperiorem etiam rogati aſcendere recuſant. *Lucentius.*

pus Card. Albanus, Præneſtinus effectus eſt 1542. 15. die menſis Februarii. Deceſſit Viterbii 1543. Kal. Octobris. Ejus corpus Venetias translatum eſt; ſuſius de eo in Epiſcopis Brixienſibus.

LXXXIX. 86. JO: MARIA de Monte, Presbyter Card. S. Praxedis, ad Epiſcopatum Præneſtinum pervenit 1543. 5. Octob. anno verò 1550. ad ſnmmum Pontificatum evectus eſt ſub nomine Jnlii III. de quo infra.

XC. 87. LUDOUICUS Borbonius, Gallus, electus ſnit Presbyter Card. tit. S. Sylveſtri 1517. poſtea S. Sabinæ Presbyter Card. ſnit, deincepsetiam Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus a 1550. die 14. menſ. Februarii. Regio ſanguine prognatus eſt. Siquidem parentes habnit Franciſcum Vindocienſem, ac Mariam Luxemburgenſem. Prima dignitas, qua inſignitus eſt, Epiſcopus Laudunenſis fuit; Secunda Lucionenſis; Tertia Cenomanenſis, inde ad Archiepiſcopatum Senonenſem trauslatus eſt. Ipſe ſacro ſonte ablnit Franciſcum II. Francorum Regem 1542. die 10. menſ. Februarii, Pariſiiſque Regali diademate Catharinam Mediceam inſignivit, ibidemqne poſtea deceſſit anno 1557. die 13. menſis Martii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Dionyſii. Princeps utique adeo S. moribus ornatus, ut Catholicæ Religionis decus, ornamentumque meritò poſſet haberi.

a à Julio III. electus

XCI. 88. FEDERICUS Card. Cæſius tit. S. Priſcæ Præneſtinus Epiſcopus declaratus eſt 1557. 20. m. Sept. deinde ad Tnſculanam dignitatem aſcendit.

XCII. 89. JOANNES Card. Moronus Epiſcopus Sabinenſis adlectus eſt Præneſtinus 1562. die 18. menſis Maji, deinde, hoc eſt 1564. Tuſculanam Eccleſiam ſuſcepit regendam.

XCIII 90. CHRISTOPHORUS Card. Madrutius, Sabinus Epiſcopus, Præneſtinum Epiſcopatum adeptns eſt 1564. die 12. menſis Maji; poſtea Portuenſi dignitate eſt decoratus.

XCIV 91. OTHO Card. Truſches, Epiſcopus Sabinus, electus ſuit Præneſtinus 1570. 3. menſis Julii. Fuit Otho natione Germanns, Civitatis Auguſtæ, filius Guillermi Baronis de Waldelpurg, atq; Joannæ Filiæ Friderici Comitis Furſtembergenſis. Adhuc adoleſcens omnes propemodum Europæ Academias, nobilium diſciplinarum fragranti ſtudio adivit; ac præcipue Boloniæ Juriſprudentiæ operam dedit ſub auſpiciis Hugonis Boncompagni, qni poſtea ad Pontificatum evectus, Gregorius XIII. appellatus eſt. In ſua patria Canonicatn decoratus eſt. Tridenti verò etiam decanatus officio peregregiè ſunctus eſt. Deniq; per hos quaſi gradus ad Anguſtanum Epiſcopatum aſcendit 1553. anno verò ſequenti à Paulo III. Farneſio purpuratus ſenator adlegitnr ſub tit. S. Balbinæ, quem deinde titulum cum S. Sabinæ titulo commutavit, & hunc rurſus cum S. Mariæ Tranſtiberim, adminiſtrator eccleſiæ Herbipolenſis, ſacrique Imperii protector, Carolo V. in primis charus, ac I. Ferdinando Imperatoribus, qnibus utique Othonis prudentia, plenaque decoris conſilia admirationi erant, quibus factum eſt, ut inter Cæſares, Panlumque IV. pax diuturna coiret. In Saxonico bello, ubi res Catholica maximè agebatur, ad gentis ſuæ perennem laudem, intolerabiles propemodum exantlavit labores. Nec ſegnins Auguſtæ vitiis indixerat bellnm, cum lapſum à priſtino candore Clerum ad purioris vitæ normam exemplo, verboq; traduceret. Duo Jeſuitarum inſtitnti fundavit Collegia, Dilingæ nnnm, alterum Auguſtæ. Denique Princeps doctus, ac pius ita ſludio Catholicæ Religionis exarſit, ut cum priſcis illis videatur poſſe conferri. Deceſſit Romæ 1573. Sepnltuſque eſt in S. Maria de Anima, ut vocant, cum hac inſeriptione impari ejuſdem meritis laudibus.

Othoni Card. Truchefio Epiſc. Auguſtano Sac. Rom. Imp. Principi integerrimo, Et ab omnibus propter excelſas animi dotes virtuteſq; Clementiam, Affabilitatem, Ingeniique & morum præſtantiam amabili. Obiit anno MDLXXIII. menſe Aprili. Laurentius Siradeus, donec dignum erigatur monumentum, gratitudinis ergo adſcripſit.

XCV. 92. JULIUS Card. Roboreus, Epiſcopus Sabinus,

A Præneſtinus adlectus eſt 1573. die 17. menſis Octobr. Deceſſit Romæ 1578. de eo fuſius infra in Archiepiſcopis Ravennatibus.

93. JO: ANTONIUS Card. Sorbellonus, Epiſcopus Sabinus, electus eſt Præneſtinus 1578. die 3. m. deinde etiam Tuſculana dignitate nobilitatus eſt. XCVI

94. JO: FRANCISCUS Gambara, Brixienſis, Epiſcopus Card. Albanus, Præneſtinum Epiſcopatum adeptns eſt 1583. die 9. m. Martii. Romæ deceſſit 3. Non. Maji 1587. ejus corpus delatum Viterbium fuit, ubi Præſul jus divinum dicebat. Sepultus eſt apud S. Mariam ad Quercum. Conſule noſtram narrationem infra, ubi de Viterbienſibus Epiſcopis plura. XCVII.

95. MARCUS ANTONIUS Columna presbyter Card. S. Laurentii in Lucina, factus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1587. die 9. menſ. Maji. Deceſſit anno 1597. fuit etiam Archiepiſcopus Tarentinus, ac Salernitanus, ubi plura de eo. XCVIII.

96. JULIUS ANTONIUS Sanctorius presbyter Card. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, ad Epiſcopatum XCIX

B Præneſtinum vocatus eſt 1597. die 18. m. Aug. Mortuus autem eſt 1602. vulgò appellatus eſt Card. S. Severinæ, eo quod S. Severinæ Archiepiſcopus eſſet, antequam ſenatoria purpura potiretur. Sepultus jacet in Lateranenſi Baſilica in Sacello à ſe conſtructo, habetque in nobili marmoreo tumuln hoc epitaphium.

DEO SALVATORI.

Julio Sanctorio Caſertano S. R. E. Card. S. Severinæ nuncupato, Epiſcopo Præneſtino ſummo inquiſitori, & majori Pænitentiario morum caſtimonia, Chriſtiana liberalitate, diſciplinarum eruditione, & eloquentia clariſſimo, juris Sedis Apoſtolicæ propugnatori acerrimo, plurium religionum, & exterarum nationum protectori pervigili, pari animi magnitudine, inter proſpera, & adverſa: à Pio V. ſanctiſs. Pont. in ſac. Cardinalium Collegium cooptato, in magna exiſtimatione habito, & ab omnibus, etiam ſubſequentibus Pont. propter ejus fidem, religionem, & pietatem. Paulus Æmilius Archiepiſcopus Urbinas, & Julius Ant. Archiepiſcopus Coſentinus Germani FF. patruo meritiſs. monumentum excitandum, & ſacellum perficiendum curarunt. Vixit Annos LXX. In Cardinalatu verò XXXII. Obiit vi. idus

C *Junii, anno MDCII.*

97. ALEXANDER Medices, Cardinalis Florentiæ vulgò appellatus, ex Epiſcopo Albanenſi, factus eſt Epiſcopus Præneſtinus die 17. menſis Junii ann. 1602. Inde S. eccleſiæ throno nobilitatus eſt ſnb nomine Leonis XI. C.

98. AUGUSTINUS Card. Valerins Venetus, ex presbytero Card. S. Marci, Præneſtinus epiſcopus electus eſt anno 1605. I. die exordientis Junii. Deceſſit è vita 1606. Veronenſis Epiſcopus, ubi plura de eo. CI.

99. ASCANIUS Card. Columna tit. S. Crucis in Hieruſalem, epiſcopus Præneſtinus evaſit 1606. die 5. menſis Junii. Hic ex Marco Antonio Columna belli, paciſque artibus Principe longè clariſſimo, ac Felice Urſina eximiæ pulchritudinis, ac prudentiæ fœmina natus eſt; cumque natalium claritudine adeo undequaque excultam eruditionem conjunxit, nt non modo græcè, latinèque ſcientiſſimus eſſet, ſed etiam in verendis Iberiæ illis academiis, Compluti videlicet, ac Salamanchæ legum, atque artium lauresm tulerit. Et ex amore in literas, in literatos homines, quos nbique, & ſemper impensè dilexit, ſavor, & munificentia ejnſdem deinde uberrimè rednndavit. Reliquit monumenta ingenii, & ubi ſe dedit occaſin, doctos, ac eloquentes viros coluit ad miraculum. Bibliothecam græcis, latiniſque exemplaribus manuſcriptis refertiſſimam condidiſſe cõſtat. Dignitatum titulis quamplurimis jam inde ab adoleſcentia decoratus fuit. Siquidem à Sixto V. Pont. Max. retulit purpuram, cum antea Sublaci Abbas eſſet, ac Hieroſolymitanæ Religionis Venetiarum Prior. Deinceps Archipresbyter S. Joannis in Laterano fuit, Flandriæ protector, ac Prorex Aragoniæ. Aſcanium porrò Columnam tot titulis dignitatum nobiliratum, cumulatum meritis, di- CII.

D

ſc:pl.nis excultum, generoſa prnſapia prognatum, adultum, nmnes ferè, quntqunt per ea tempora nobilior extulerat eruditin, dilaudaverunt. Deceſſit Rnmæ 1608.16 Kal. Junii, atque in Laterano non lnngè à Martinn V. Columna ſepulchrum accepit.

CIII. 100. ANTONIUS MARIA Gallus Epiſcopus Card. Tuſculanus, ad Eccleſiam Præneſtinam promotus eſt 1608. die 28. menſis Maji; eidemque deinde etiam dignitas Portuenſis nbvenit.

CIV. 101. Fr. GREGORIUS Petrochinus Montelperus, Auguſtinianus, Presb. Card. S. Laurentii in Lucina, electus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1611. die 17. menſis Auguſti. Hic honeſtis parentibus Montelperi in Piceno Caſtello narus eſt, unde poſtea purpuratus Senator traxit cognnmen. A puero S. Auguſtini Eremiticam vitam profeſſus eſt, in eaque tum nobilioribus diſcipliois excultus, tum animi dntibus maximè exornatus ens nmnes dignitatis gradus aſſecutus eſt, qui illi iter expeditum ad ſummum aperiri poſſe viderentur. Itaque Generalis Magiſter prnnunciatus eſt 1587. qun quidem munere cum egregiè perfunctus fuiſtet, à Sixtn V. Card. tit. S. Auguſtini ereatus eſt 1589. Qui deinde nnn modn Sixto V. ſed ejuſdem etiam ſucceſſoribus magno uſui fuit. Effœtæ ætatis Romæ mnrtuus eſt 1612. 14 Kal. Iulii, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtioum, in ſacello S. Monicæ, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Fratri Gregorio Petrochino à Montelpero S. R.E. Epiſc. Card. Præneſtino. Viro divinarum rerum ſcientia, Vitæ innocentia, Morum ſuavitate, & mira humanitate, Toti aulæ conſpicuo. Quod communi aura, & benevolentia in omni vita, ac publico mœrore, ac luctu in morte comprobavit. Vixit annos LXXVI. menſes iii. dies viii. Obiit xiv. Kalen. Junii MDCXII. Jacobus Philippus Petrochinus Nepos ex teſtamento heres, patruo optimo, & benemerenti, cum lachrymis. P.C.

Ibidem ad columnam ejus viſitur veneranda imago, cum tali epigraphe.

Fr. Gregorio Petrochino à Montelpero S. R. Eccl. Epiſcopo Card. Præneſtino, qui à prima ætate cum ſe ordini Eremit. S. Auguſtini dediſſet, per ſingulos ejus gradus ad ſupremum regimen evectus, ipſe ob ſpectata virtutum merita à Sixto V. Pont. Max. in ampliſſimum collegium cooptatus, cumq; in omni vita tanto ſe honore, morumque incrementis digniſſimum præſtitiſſet, moriens tandem ad B. Matris Monicæ pedes, quam præcipua viveus pietate coluerat, ſe deponi, anteque ejus aram binas perpetuo lampades collucere, ſacrumque ibidem bis quotidie fieri à templi hujus ſacerdotibus pro anima ſua ſalute teſtamento mandavit, legatis Cœnobio Aureis bis mille, quibus annuum perpetuum redditum ad prædicta compararent. Jacobus Philippus Petrochinus hæres patruo optimo P. C. anno ſalutis M. DC. XIII.

CV 102. BENEDICTUS Card. Juſtinianus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, Præneſtinus Card. effectus eſt an. 1613. dies 6 menſis Junii; deinde ad Sabinenſem aſcendit.

CVI. 103. FRANCISCUS MARIA Card. de Monte, titul. S. Laurentii in Lucina, adlectus eſt Epiſcopus Card. Præneſtinus 1615. die 20. menſis Julii; deinde etiam Portuenſi potitus eſt.

CVII. 104. OCTAVIUS Cardin. Bandinus Epiſcnpus Præneſtinus declaratus eſt 1621. die 27. menſis Martii, deinde etiam ad Portuenſem translatus eſt.

CVIII 105. ANDREAS Card. Perettus Presbyter Card. tit. S. Laurentii in Lucina, Epiſcopus Card. Præneſtinus pronunciatus eſt 1624. die 16. Septembris; deinde etiam Albanenſi dignitate inſignitus eſt.

CIX. 106. DOMINICUS Card. Gymnaſius, tit. S. Laurentii in Lucina, Præneſtinum Epiſcopatum adeptus eſt 1626. die a menſis Martii, deinde etiam dignitas Portuenſis eundem excepit.

A 107. MARCELLUS Card. Lantes Præneſtinum Epiſcopatum regendum ſuſcepit 1629. pridi. Kalen. Maji; deinde etiam Tuſculana dignitate inſignitus eſt. CX.

108. PETRUS PAULUS Creſcentius Romanus presbyter Card. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. Præneſtinus dictus eſt 1629. 8. idus Octobris, inde Portuenſis anno 1641. 1. Julii. CXI

109. GUIDO Cardinalis Bentivnlus Ferrarienſis tit. S. Mariæ Tranſtiberim, factus Epiſcopus Præneſtinus anno 1641. prima Julii. Hic eſt ille Cardin. Bentivolus toti orbi celeberrimus, qui ſub Pauln V. variis legationibus functus ad Principes Chriſtianos, urgentibus meritis, ab eodem anno 1621. ex Archiepiſcopo Rhodienſi, creatus eſt Presbyter Cardinalis. Princeps nobilitate ſingularis, pietate, doctrina, & eruditione non vulgari commẽdandus, omnibuſq; charus, & admirabilis, cujus egregii ingenii perſpicacia & in Hiſtoria conſcribenda eruditio adeò omnibus perſpecta eſt, ut alter Livius juremerito exiſtimetur à doctis, cordatiſque ſcriptoribus. Inter cætera in lu- B cem emiſit Belgici belli tumultus ab ipſis incunabulis ad noſtram uſque ætatem, earumdemque Provinciarum varias relationes, omni eruditione conſpicuas. Vivit adhuc diuque vivat lux alma, gloria Romæ. * Obiit die 7. Septembris 1644. In Vaticano, dum comitia pro nnvo creandn Pontifice haberentur: ſepultus in æde S. Sylveſtri in Monte Quirinali, ubi adhuc jacet ſine monumenti honore, & inſcriptione, qui decus & honor Romanæ purpuræ fuerat. CXII.

* Ex Ap. t.a.

110. ALPHONSUS de la Queva Hiſpanus, Blademaris Marchio, Arburquerque Ducum claro, vetuſtoque ſanguine natus, Catholicæ Majeſtatis ſupremi ſtatus Conſiliarius ex presb. Card. Epiſcopus Præneſtinus conſtituitur ab Innocentio X. Pontifice Maximo die 17. Octo. 1644. quem non minus avorum ſplendor, & Barthnlomæi Queuæ Cardinalis propatrui ſui, olim Neapolitani Regni Prnregis, magni Ducis Alue patruelis clara memoria, quam ſumma omnium ſcientiarum cognitio, peragrati Orbis peritia, eximia prudentia, morumque probitas, & ad rempublicam Vene- C tam, ac in Belgio ad ſereniſſ. Archiduciſſam Iſabellam pro Hiſpaniarum Rege obitæ legationes, apud ſummos, imoſque homines conſpicuum reddidere; Illuxitque deinceps in aula Romana, dum à Gregorio XV. an. 1622. purpura donatur, cum ſub Urbano VIII. è Belgio illò ſe contuliſſet, ubi hactenus omnibus fere eccleſiaſticę molis negociis adhibitus purpuram exornat, literas fovet, morum probitate, animique erga bonos lenitate nemini ſecundus, cujus laudes non tacuit Dominicus Gilbertus Cæſenas panegyrico facto nuper edito. CXIII

ADDITIO.

(„*Obiit ibidem octogenario major 10. Auguſti 1655.*

„BERNARDINUS *Spada Briſichellenſis Faventinæ Diœceſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus renunciatus, deinde Sabinenſis, poſtremo Præneſtinus evaſit 11. Octobr. 1655. nullo in loco pro quibuſque difficilioribus expediendis S.R.E. negotiis deſideratus, ubi probata ejus virtus non extitiſſet. Decedens, aureis nummis altera 15. millia legatis, in ſacello ſuæ gentis apud S. Hie-* D *ronymum de Charitate Romana in Urbe reconditus fuit 1661. 4. Idus Novemb.* CXIV

„ANTONIUS *Barberinus dimiſſa Tuſculana Præneſtinæ præpoſitus eſt Eccleſiæ, quam dum moderaretur, occubuit prid. Non. Auguſti eadem ferèmet die denatus 1671. cum jam Non. Auguſti natus eſſet mundo Chriſti anno 1608. Evenit que obitus extra Urbem, Cadaver translatum Præneſtinam in Urbem Barberinorum Principum in ſacello conditum jacet cum hoc nudo nomine in interiori tumulo* Antonius Barberinus; *exterior vero ſepulchri facies hanc unicam vocem* Peccator *præfert.* CXV.

„RAYNALDUS *Eſtenſis Presbyter Card. Tit. S. Laurentii in Lucina ex ordine ſacri Senatus ad Epiſcopalem gradum optavit Præneſtina infula redimitus die 24. Auguſti 1671. Demum die 1. Octob. proxime inſecuti anni, celſiſſimi animi Princeps Chriſtiano Orbi eripitur Mutinæ, diutino jam antea defatigatus morbo, ætatis ſuæ anno 55. ſolemni interveniente pom-* CXVI

„pa

A ,,pa apud ſuos majores ſepultus eſt.

CX VII. ,,CÆSAR *Facchenettus Presbyterorum Prior, titulo dimiſſo S. Laurentii in Lucina, Præneſtinam ſedem adeptus eſt 14. Novemb. 1672. Portuenſem deinde ſuſcepit 6. Febr. 1679.*

CX VIII. ,,ALDERANUS *Cybò cum præeſſet Presbyterali Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina Pontifex Præneſtinus renunciatus eſt 6. Febr. 1679. ad Tuſculanam ſedem transfertur 8. Jan. 1680.*

CX IX. ,,LAURENTIUS *Raggiorum antiquitate, & rebus geſtis clariſſimo Januẽſi ſtẽmate natus, è Camera Apoſtolica Clerico, & Generali Theſaurario ab Innocentio X. Diaconis Card. adſcriptus eſt die 7. Octobr. 1647. Tranſiit deinde ad Presbyteratus gradum, & ex eo S. Laurentii in Lucina ad Purpureum Eccleſiæ Præneſtinæ Thronum aſcendit, eadem die, qua inde abſceſſit Alderanus. Quatuor ſummis Pontificibus deligendis cum ipſe magna integritate Vaticanis comitiis adfuiſſet, Innocentio XI. in primis charus fuit. Quare ab eodem eſt illico auctus Ravennatenſi Romandiola Legatione triennali die 8. Martii 1677. & deinceps iterato* B *Pontificis ſæpius voto confirmatus, ut jam in ea cum obiit, decennium duceret. Deceſſit die 14. Januarii ineuntis anni 1687. ſepultuſque eſt in Apollinaris Baſilica cum hac Epigraphe.*

D. O. M.
Laurentio S. R. E. Cardinali Raggio
Epiſcopo Præneſtino, &
Æmiliæ per decennium Legato
Jo Antonius Nepos, & Heres
Patruo Benemerenti titulum ſine titulis.
Ab eo moriente Preceptum
Poſuit.

A *PULVIS ET UMBRA SUMUS*
Monentis Modeſtiæ ſuperſtitis doloris
Monumentum
Anno à Partu Virginis MDC
LXXXVII.

,,*Illius Marchionis Thomæ Raggii, luminis inclyti ſuæ gentis ex germano fratre Nepos fuit, qui noſtro Ughello in pauciſſimis amicum beneficentiſſimum ſe præbuit, & a quo, grati igitur animi, Nonum Sacræ Italiæ volumen ſibi nuncupatum accepit.*

,,ANTONIUS *Card. Bichius Senenſis ex Presbyterali tit. S. Mariæ Angelorum inter Præneſtinos Epiſcopos adnumeratus eſt die 3. Martii 1687. Auximi evolavit ad Cælos ann. 1691. de quo infra in Auximatum ſerie.* CXX.

,,PALUTIUS *Card. Alterius, Sabinenſi dimiſſa, Præneſtinam aſſecutus eſt Cathedram die 8. Aug. 1691. Ad Portuenſem deinde gradum fecit die 27. Jan. 1698.* CXXI

,,LUDOVICUS *Emmanuel Fernandez Portocarrero Hiſpanus Presb. Card. tit. S. Sabinæ Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Primas dimiſſo titulo,* CX XII. B *& abſolutus à Vinculo Toletanæ Eccleſiæ, quam deinde in adminiſtrationem accepit, licet abſens, ad Præneſtinam Lateranenſium unam ex ſedibus aſſumptus eſt die 28. Januarii 1698.* Lucentius.)

,,*Obiit Matriti die 14. Septembris 1709.*

,,FABRITIUS *Tit. S. Praxedis Card. Spada Romanus, creatus à Clemente Papa X. die 27. Maji 1675 dimiſſo prædicto Titulo, optavit Eccleſiam Præneſtinam die 19 Februar. 1710. Fuit Secretarius Status S. mem. Innocentii XII. quod multa cum ſui nominis laude præclarè obiit, & ad præſens Præfecturam Signaturæ Juſtitiæ omnium plauſu exercet.* CX XIII.

TUSCULANI
EPISCOPI



TUSCULUM in prima Italiæ regione, collocatum in montibus, qui propius Albanum contingunt, quoſque vulgò Tuſculanos appellant, nobiliſſimi quondam Latii oppidi faſtigium extulit; unde Martialis.

Albanos quoque, Tuſculoſque colles.

A Ejus autem montis inſidet dorſo, quo Roma Urbs proſpectatur, haud ab ipſa longius diſſiti, quam 12. milliariis. Hinc Dionyſius lib. 11. *Ad Tuſculum oppidum Latini nominis perveniunt, haud minus centum ſtadiis à Roma diſſitum. Ante bellum Trojanum tercentos ipſos annos veteres Latini, hoc eſt Aborigines, Pelaſgique ejectis inde Siculis, oppidum condidere.* Euſebius ejus oppidi conditorem vult eſſe Telegonum filium Ulyſſis, ac Circes celebris Sagæ, qui ex errore interfecto parẽte, in ea ſe loca receperat; unde Ovid. lib. 3. Faſtorũ.

Inter Aricinos, Albanaque tempora conſtat,
Factaque Telegoni mœnia celſa manu.

Silius item Italicus lib. 12. Statius, Propertius, Livius, Strabo, Dionyſius, & alii eamdem Tuſculi originem ſuis carminibus, ſcriptiſque concelebrant; neque B ab hac ſententia viſus eſt abhorruiſſe Horatius, cum ita inquit.

Nec ut ſuperni villa candens Tuſculi,
Circea tangat mœnia.

Pompejus Feſtus narrat, Oppidum fuiſſe appellatum Tuſculum, ſive à ſacrificiis, ut Etruſci olim, ſive quod ardua, ſupinaque ſcanſione adeuntium greſſus fatiget: *Tuſcos*, inquit, *quidem dictos a Tuſco Rege Herculis filio: alii quod unice ſtudioſi ſint ſacrificiorum, unde Tuſculum ab eadem cauſa ſacrificiorum, vel quod aditum difficilem habeant.* Quod ipſum Nicolao Perotto Sypontinorum Pontifici, Grecè, Latinèque doctiſſimo viro placet, cum Tuſculum à voce illa deductum arbitratur, quod ſcilicet ſua illa arduitate aſcendentibus moleſtiam exhiberet. Contendit autem Annius lib. 7. Commentar. Tuſculum à Tuſcis primis Conditoribus fuiſſe appellatum. Sed ut ut res ſit, conſtat antiquiſſimam civitatem fuiſſe illam, opibus armiſque potentem, ita ut priſcis illis temporibus auſa ſit gliſcenti Romanæ gloriæ, ſignis quandoque collatis, invidere. Etenim cum Tarquinius ille Superbus poſtremus Rex Romanorum, ob ſuperbiſſima, ac pluſquam tyrannica facta ab ipſis fuiſſet exuctus, ad Octavium B Mamilium Tuſculanum generum, per ea tempora Latinorum Caput, & Ducem, Telegoniſque antiquiſſima ſtirpe prognatum profugit, cujus opibus, armiſque ſuccinctus contra Romanos fortunam belli voluit experiri, ut Livius 1. lib. ac Dionyſius narrant. Verum

cum eò potentiæ proſperior fortuna provexiſſet Romanos, ut jam majores eſſent, quam qui à finitimorum armis expugnari poſſe viderentur, Tuſculani ſemel bis, ac ſæpius victi eorum jugum, legeſque denique acceperunt, ita ut deinceps in illorum tranſirent municipium, ut Cicero pro Plancio, Pompejuſque Feſtus enarrant. Quidquod etiam ſuperiori memoria, hoc eſt poſt Romani Imperii ruinam etiam Tuſculanorum potentia viguit. Quippe Tuſculani Comites adeò armis valebant, ut Romanum Pontificatum occuparent, ac Romam ipſam, tantam Urbem, ubi collibuiſſet, intentatis armis turbarent. Ac ſi unquam, cum verò maximè id accidit, cum Alexander III. in Romanorum armis haud ſatis ſibi arbitraretur ineſſe, quod Ænobardo Friderico ſtuderent, ad Tuſculanos confugit, illorum armis, opibuſque ſe tutaturus. Itaque Tuſculani ſub Ajano Ductore adeo luculenta ſtrage Romanos congredi auſos fregerunt, ut eam victoriam aliqui ſcriptores cum illa Cannenſi, Duce Annibale, conferre non dubitaverint. Illud conſtat parum abſuiſſe, quin Romani Tuſculanorum armorum veriti vicinitatem relinquerent urbem. Ceterùm cum deinde cum opibus animos reſumpſiſſent, delendæque acceptæ maculæ omnem occaſionem captarent, Tuſculanas opes aliquando tamen ita fregere, ut Tuſculum ipſum miſerabili ſanè ruina ſolo æquarent (1) Cœleſtino III. ſedente. Rem totam narrat Baronius tom. 12. Annal. *Cives Tuſculani in diverſa diſperſi in vicinis locis fecere ſedes, aliis caſtrum Molariæ incolentibus, aliis Roccam Papæ in Albanis montibus ſitam, aliis in Roccam Priorum, aliis caſtrum Cæſarii, aut longè à Crypta ferrata habitantibus, reliquis verò ejuſdem Tuſculi Suburbia civitatis, in qua ſedes Epiſcopalis eſt tranſlata, occupantibus, quod vulgo Fraſcatum dicitur, ex rei eventu nominatum, cum ad tegumenta ſugurſorum arborum caſi ſunt rami, & erectis ſtipitibus ſuperpoſiti.* Hactenus Baronius ex S. Antonino. Prope Fraſcatum, hoc eſt, Lucii Luculli rurales delitias, vix ejus Urbis tenuia cernuntur veſtigia: nihilq; in eo territorio ſpectandum magis occurrit, quam ad arcendos æſtus Pontificum, Cardinaliumque ad æternitatem elegantiſſimè ſubſtructa ædificia. Ipſa M. Tullii Ciceronis villa, unde elegantiſſimæ illæ quæſtiones Tuſculanarum olim ſumpſere inſcriptionem, Grotta Ferrata, hoc tempore vulgo appellatur, ubi celebre monaſterium Græcorum Monachorum S. Baſilii Nilus Abbas fundaſſe narratur.

Quando autem, aut à quibus Tuſculum lucem hauſerit Evangelii, haud mihi facile fuit inveſtigare. Sanè non me valdè conjectura fallet, ſi dixero, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab eorum alumnis, qui illuc miſſi, Chriſtianæ pietatis extendere confinia. Tuſculana Epiſcopalis dignitas antiquiſſima eſt, qua qui pro tempore nobilitatur, unus è ſeptem Pontificum Romanorum Collateralibus, ut vocant, Purpuratus habetur, cui ſexto loco apud Lateranum coram Pontifice ſacrum peragere incumbit. Ab anno 569. Præſulum Tuſculanorum, ut diligentiſſimè notat Panvinius, mentio habetur. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus hoc tempore apud Fraſcarum ignobilem vicum ob ruinas antiqui Tuſculi ibi ſedem fixit, ubi ſatis ſplēdida pro loco Cathedralis eſt, quam munificentia Cardinalium Tuſculanorum extruxit, ut ibi ſatis amplius, benèq; moratus clerus divinum obſequium die, noctuque urgeret. Paulus III. anno 1537. oppidum Fraſcati, ſeu Coſtam Tuſculi in civitatem, & parochialem Eccleſiam B. Mariæ dicti oppidi, ſeu caſtri, in Cathedralem Eccl. Tuſculanam erexit, illamque Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecit, ac unum inibi Archipresbyteratum, quatuor canonicatus, & duo perpetua beneficia eccleſiaſtica pro duobus beneficiatis inſtituit. Sixtus vero V. Pauli inſtitutionem confirmavit, aliaque conſtituit pro dictæ Eccleſiæ dignitate, ut in ſequenti ſpectatur diplomate.

SIXTUS V.

Servus ſervorum Dei.

Ad exequendum, &c. ut infra, &c.

DUdum ſiquidem fel. record. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter tunc oppidum, ſeu caſtrum Tuſculi in

A

civitatem, & parochialem Eccl. B. Mariæ dicti oppidi, ſeu caſtri in cathedralem Eccl. Tuſculanam erexit, illamque Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecit, ac unum inibi Archipresbyteratum, qui dignitas major poſt Pontificalem exiſteret, cuique cura dilectorum filiorum Parochianorum ipſius Eccleſiæ immineret animarum pro uno Archipresbytero, & quatuor canonicatus, & totidem præbendas pro quatuor canonicis, & duo perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica pro duobus beneficiatis inſtituit, & dum de conſtituendis dotibus ipſis canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis deliberaretur, idem Prædeceſſor re infecta ab hac luce migravit. Unde poſtea Ven. Fr. noſt. Alexander Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Farneſius, S. R. E. Vicecancellarius, tunc Epiſcopus Tuſculanus, ſuam in præmiſſis authoritatem interponendo, quatuor canonicatibus, & præbendis, & duobus beneficiis, unam, alteram verò medietatem fructuum, &c. canonicatuum, & præbendarum, & beneficiorum prædictorum, ita tenues ſint, ut ex illis canonici, & beneficiati vix ſuſtentari queant. Nos qui dudum, &c. de aliqua bonorum acceſ-

B

ſione providere cupientes, &c. motu proprio, &c. erectionem, inſtitutionem, & ultimo loco factam aſſignationem Apoſtolica authoritate perpetuo approbamus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos defectus, &c. nec non duos alios canonicatus, & totidem præbendas in eadem Eccl. pro duobus aliis canonicis, qui divinis intereſſent, ſtallum in choro, nec non locum, & vocem in Capitulo, &c. una cū aliis quatuor canonicis, &c. habeant authoritate prædicta perpetuo erigimus, & inſtituimus, ipſiſque omnibus canonicis, ac beneficiatis, & eorum menſæ capitulari unum annuum redditum centum ſcutorum mon. decem juliis pro ſcuto computatis ſuper omnibus, & ſingulis Cam. Tuſculana, & illius gubernii fructibus, &c. In vino, vel aliis quibuſcumque rebus, &c. annis ſingulis tempore recollectionis dictorum fructuum in vino prout quolibet anno valebit, aut in tanta moneta argentea, prout ipſi Canonici, & beneficiati voluerint, poſt Ven fratris noſtri Jacobi Epiſcopi Portuenſis Cardinalis Sabelli nuncupati dictæ civitatis Gubernatoris obitum, &c. pro dote eorundem, &c. dotem concedimus, nec non eiſdem DD. canonicis, &

C

beneficiatis, &c. penſionem annuam, &c. alteram ſcutorum centum ſimilium pro diſtributionibus quotidianis, &c. ſuper menſa Epiſcopalis Tuſculana fructibus, &c. eiſdem canonicis, & beneficiatis pro tempore exiſtentibus Epiſcopum Tuſculanum annis ſingulis in dicta civitate poſt obitum Ven fratris noſtri Joannis Antonii Epiſcopi Tuſculani Card. S. Georgii, aut poſt quam ipſe Joannes Antonius ad unam ex quinque aliis Eccleſiis, quibus S. R. E. Cardinales præſunt tranſlatus fuerit, &c. reſignamus, conſtituimus, & aſſignamus, ita quod unus ex ipſis canonicis ad hoc idoneus, & à loci ordinario approbandus dictum Archipresbyterum in exercitio cura animarum dictorum Parochianorum coadjuvare debeat, decernentes, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dom. 1586. idibus Maji, Pontificatus anno II.

Ejus Diœceſis ſatis amplos extenderat fines, utpote quæ Lavicanum Epiſcopatum olim complecteretur. Ea erat antiquiſſima Latii civitas, quam temporis injuria, rerumque viciſſitudo evertit. Multi ut antiquarum rerum videantur periti Zagarolium, aut

D

Valmontonem arbitrantur eam civitatem fuiſſe; qui adeo probabili conjectura deſtituuntur, ut planè appareat gratis dici quæcumque dicunt. Cæterum Lavicanæ Coloniæ Livius, cæterique antiqui ſcriptores meminerunt. Lavicani autem Epiſcopi, pauci reperiuntur ſequentes. Petrus an. 761. Luiſſus an. 964. Dominicus an. 1026. Petrus an. 1050. Minutus, ſive Minutius an. 1089. Bonus an. 1100. qui Paſchalis II. inaugurationi interfuit, apud Baronium. (2) Si qui autem perennant in commētariis à Paſchalis II. temporibus, & ſupra, commemorantur à ſcriptoribus. Nam deinceps cum Tuſculana ditio, in ſe Lavicanam traxiſſet, tantum Tuſculanorum mentio habetur. Quorum utinam ſeriem continentem à primo ad ultimum expiſcari potuiſſem, quam ineluctabilibus tenebris ea turbulentiſſima ſecula funerarunt. Certè niſi Conciliorum acta, quibus advocati intereſſe ſolebant circumvicini Epi-

(1) Errat Lexici Geographici Auctarius, qui Tuſculum ab Henrico Imperatore exciſum ſcribit; Cæſarem potius defenſorem habuiſſe conſtat, & ob eam cauſam male audiviſſe tradunt Ciaconius, & Baronius in Cœleſtino III. *Lor-*

(2) De Labico fuſe agemus in X. tomo hujus operis, atque ibi numeroſiorem Labicanorum Epiſcoporum ſeriem dabimus.

Epiſcopi, piorum diligentia nobis illibata ſervaſſet, vix, quos proferremus, hoc tempore haberemus. Dabimus ergo aliquos, Panvinii, aliorumque ſcriptorum diligentia adiuti, quaſi è tenebris erutos, uſque ad tempora IX. Leonis; deinde vero facilior Præſulum Tuſculanorum ſeries explicabitur. A

A D D I T I O.

(,, *Eccleſia Cathedralis Tuſculana D. Petro dicatur,* ,, *quæ antea Parochialis erat Eccleſia S. Mariæ. Ibi* ,, *Animarum cura exercetur per Archipreſbyterum, &* ,, *coadiuvatur ab alio ſacerdote. Animæ omnes in Ci-* ,, *vitate, & Villis enumerantur circiter quinque millia,* ,, *totidem fere ſuggerit univerſa Diœceſis his diſtincta* ,, *Caſtellis*. Rocca Priora. Rocca di Papa. Monte di ,, Compito. Colonna. Monre Portio. *Unum extat in* ,, *ipſa civitate Monialium Cœnobium S. Flaviæ intra,* ,, *& circum ipſam virorum ſeptacernuntur Patrum Soc.* ,, *Jeſu, Reformatorum S. Franciſci, Capuccinorum,* ,, *Theatinorum, Scholarum Piarum, Eremitarum Ca-* ,, *maldulenſium, & Carmelitarum Diſcalceatorum.* ,, *Cenſus Epiſcopalis in libris Cameræ non taxantur;* B ,, *redditus, qui annuatim ſupputantur, Romana moneta* ,, *ſcuta* 300. *ſunt*. Lucent.)

I. 1. MARTIUS Epiſcopus Tuſculanus. *a*

a In alg. Panvin.

II. 2. VITELLIANUS *b* Concilio ſexto Conſtantinopolitano (1) ſubſcripſit anno 680.

b Al. Vitellianus

III. 3. PETRUS anno 803. apud Baronium. (,, *Tuſculanam Eccleſiam viduatam Paſtore provideri deſi-* ,, *derat Leo IV. ut ex Grat. p. par. decret. diſt.* 63. *cap* 16. ,, *Rogat ibi Pontifex Auguſtos Lotharium, & Ludovi-* ,, *cum, ut hanc vel Reatinam Eccleſiam Colono Diaco-* ,, *no regendam concedant. Leo IV. ſedit ab an.* 847. *uſque* ,, *ad* 855. *Hinc conſeo etſi Epiſcoporum nomina deperdi-* ,, *ta diu ſint, proviſum tamen Tuſculano Ovili; Colo-* ,, *nus verò Reatina ſedit in Cathedra*. Luc.)

IV. 4. ÆGIDIUS ann. 964. à Joanne XIII. in Poloniam legatus eſt ad prædicandum evangelium Chriſti, id enixis precibus petente Meiſca, ſive Meſicone, quem alii Mieſilaum appellant, Polonorum per ea tempora Duce, quem Dobbera uxor pia fœmina ad Chriſti fidem perduxerat. Hanc hiſtoriam cumulatè C enarrat Cromerus in hiſt. Poloniæ lib. 3. Hunc ergo Ægidius non modo ſuſcepta confirmavit in fide, ſed totum etiam Regnum, ad pietatem Chriſtianam excoluit, iis novo gregi attributis Paſtoribus, qui eidem provehendo viderentur aptiſſimi.

V. 5. PETRUS Epiſcopus Card. Tuſculanus à Leone ad purpuram vocatus eſt circa annum 1050. Hic poſt exceſſum Stephani IX. in præcipuis Cardinalibus fuit, qui Joannem Mincium Card. Epiſcopum Veliternenſem Apoſtolicæ ſedis præpoſterum invaſorem, ſub nomine X. Benedicti, deturbavit de ſede, effecitque ut Senis Nicolaus verus Pontifex ſubveheretur ad thronum, ſub quo diem clauſit extremum. Hujus meminit Leo Oſtienſis in hiſt. Caſ. lib. 2. c. 105. & lib. 3. c. 8.

VI. 6. GILBERTUS (2) Petro ſucceſſit, electus Epiſcopus Cardin. Tuſculanus à Nicolao II. Pontifice Max. circa ann. 1059. interfuit Romanæ ſynodo, ſub eodem Pontifice celebratæ eodem anno.

VII. 7. PETRUS Epiſcopus Tuſculanus ann. 1065. D prid. id. Decembris Lucæ teſtis fuit cujuſdam ſententiæ ad favorem Eritthæ Abbatiſſæ S. Juſtinæ, ab Alexandro Papa II. cujus autographum in archivio ejuſdem monaſterii aſſervatur.

VIII. 8. JOANNES Epiſcopus Card. Tuſculanus ab Alexandro II. ad id dignitatis adlectus, eidem Pontifici eccleſiam montis Caſini conſecranti adfuit anno 1075. dedicavitque B. Virgini altare; & anno 1090. eccleſiam S. Martini dedicavit, ubi ſex interfuere Epiſcopi, ut in chron. Ceccani habetur. Sub Urbano II. deceſſit, cum prius conſtantis animi præcipua laude inclaruiſſet, quod in Gibertino ſchiſmate, Gregorium VII. verum Pontificem, debito ſanè cultu fuiſſet veneratus. Ejus meminit Leo Oſtienſ. in chron. Caſin. bullæ Urbani II. monaſt. Cavenſi ano. 1095. (,, *Repe-* A ,, *ritur ſubſcriptus Conſtitutioni facta inter Gregorium* ,, *VII. & Landulphum Beneventanum ann.* 1073. *Inter-* ,, *fuitque an.* 1093. *Conſecrationi Lamberti Atrebaten-* ,, *ſis. Ut patet ex noviſſ. Concil. edit. per Harduinum*.)

9. JOANNES Marſicanus appellatus, ab Urbano II. dictus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus. Hic in Vaſtallenſi concilio 1106. graviſſimè ſententiam tulit, adeoque magni, promptique animi fuit, ut cum Henricus IV. impius Imperator Paſchalem II. Pontificem conjeciſſet in carcerem, ipſe una cum Leone Cardinali, ementito veſtium cultu, Romam profugerit, Populoque Romano in concionem vocato, eidem perſuaſerit, ut ſumptis armis contra Imperatorem Pontificis injurias ulciſcatur. Sub eodem Paſchali vita functus eſt. (*Interfuit etiam Concil. Rom. ann.* ,, 1112. *Vicarium Papæ in Urbe egiſſe colligitur ex titu-* ,, *lo appoſito Epiſtolæ recitatæ à Baron. an. IV. quam ſcri-* ,, *bit Richardo Albanenſi Epiſcopo, eum admonens de* ,, *nequiter actis ab Henrico, deque Urbis, & univerſalis* ,, *Eccleſiæ ſtatu miſerrimo. Cum pluribus Cardinalibus* B ,, *Paſchalem objurgavit conceſſionis facta Henrico inve-* ,, *ſtiturarum. Sed & à Paſchali ſciteredarguitur ipſe,* ,, *quod nimio zelo eum carpat: non adverterat enim id* ,, *Papam feciſſe, ne ſchiſmate, & deteriori damno Urbs* ,, *flagraret*. Lucent.) IX.

10. DIVITIUS, quem Falco Benaventanus Dionyſium appellat, à Paſchali II. Epiſcopus Card. Tuſculanus creatus eſt, floruitque anno 1158. Pontificio cuidam diplomati reperitur ſubſcriptus ſub Callixto II. 1122. quo exceſſit. (,, *Adfuit Concil. Provinciali* ,, *Beneventano ann.* 1119. Luc.) X.

11. ÆGIDIUS, alias Gilus, Monachus Cluniacenſis, natione Gallus, à Callixto II. ſummo Pontifice Epiſcopus Card. Tuſculanus creatus 1122. ab Honorio II. in Orientem legatus eſt, ut titubantes res eccleſiaſticas Syriæ confirmaret. Vir utique doctus, ac eloquens, cujus cum laude meminit Guillermus Tyrius de ſacro bello. Cæterùm in ſchiſmate, quod inter Innocentium, Anacletumque exarſit, ad Anacletum Antipapam defecit, ejuſdemque partes conſectatus eſt C pertinaciſſimè, hoc eſt, quoad Anacletus in vivis egit; ſed opera deinde S. Bernardi Abbatis Clarevallenſis ad veri Pontificis faſces procubuit, à quo viciſſim priſtinam dignitatem purpuræ, qua pauló ante tanquam ſchiſmaticus fuerat ſpoliatus, honorificè recepit anno 1138. Deinde è vivis exceſſit. Giloni olim Epiſcopo Tuſculano ſcribit Petrus Abbas Cluniacenſis epiſt. 4. lib. 2. & 30. ejuſdem lib. Errat hic Ciaconius, cum tanquam pro vero narrat, hunc Ægidium apud Polonos functum fuiſſe legatione, ut eos populos in Chriſtiana pietate firmaret. Siquidem hunc Ægidium cum altero Ægidio Epiſcopo Tuſculano confundit, quem ano. 964. Provinciam illam ad Chriſti fidem perduxiſſe ex Baronio ad illum annum hiſtoriaque Poloniæ pauló ante docuimus. (,, *Ægidius ſubſcribitur in Privilegio* ,, *Cluniacenſi Honorii II. ann.* 1125. *& Gilo nuncupatur* ,, *in Actis Concilii Lateranenſis ſub Innocentio II. ann.* ,, 1139. *decerptis ex Chronico Mauriniacenſi apud Har-* ,, *duinum in noviſſ. Concil. editione tom* 6.) XI.

12. HUGO de S. Victore, Saxo Germanus, Canonicus Regularis Auguſtinianæ diſciplinæ alumnus, D vir doctiſſimus, ideoque percelebris, divique Bernardi amicitia clarus, poſt Ægidium electus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus ann. 1138. ut nonnullis placet. Perplura ingenii, pietatiſque monumenta reliquit, itaut ſive numerum operum ſpectes, ſive reconditam doctrinam cum energia eloquentiæ iterum intuearis, pro altero Auguſtino poſſit haberi. Denique ejus clarior memoria eſt, quàm ullis poſſit ſcriptorum encomiis illuſtrari. Conſule tamen Bellarminum de Script. Eccleſ. Pennottum in hiſt. trip. lib. 2. c. 23. Qui videtur ambigere, obliiſſe illum, antequam Cardinalatus inſignia accipere potuiſſet, anno 1139. Hoc elogium in ejus ſepulchro ad perennitatem inſculptum eſt. XII.

Conditur hoc tumulo doctus celeberrimus Hugo,
Quem brevis eximium continet urna virum.

Dog-

(1) Non ſubſcripſit Concil. VI. Conſtantinopolitano. Sed in Romano Concil. 680. ſubſcripſit Epiſtolæ Agathonis Papæ pro Legatis miſſis ad Synodum VI Conſtantinopoli celebrandam. *Lucent.*

(2) Vice hujus Gilberti Panvinius dicit Nicolaum creaſſe Epiſcopum Cardinal. Tuſculanum quemdam Joannem; ſed vel in nomine deceptus, vel ſane decipitur omninò, ut tenent Ciaconii Auctarii. *Lucent.*

A *Dogmate præcipuus, nulliſque ſecundus in orbe,*
Claruit ingenio, moribus, ore, ſtylo.

XIII. 13. IMARUS Gallus, Monachus S. Martini de Campo Ordinis Cluniacenſis, ab Innocentio II. creatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus anno 1142. atq; à Lucio II. in Angliam ob graviſſima negotia legatus directus. Vir plane tùm doctrina, tùm moribus clarus, ita ut aliquando in S. Bernardi amicis numerari meruerit, ut aliquot ejus S. ſuaviſſimæ literæ produnt. Cæterùm omnem anteactæ vitæ laudem turpiter defœdavit, cum ſchiſmaticus factus contra Alexandrum III. verum pontificem ad III. Victorem Antipapam defeciſſet; in cujus ſceleris pœnam telo Religionis ab Alexandro III. transfixus eſt, atque omni honore exutus. Qui profectus in Gallias apud ſuos Cluniacenſes delituit, ibiq; narratur exceſſiſſe è vivis an. 1169. cum prius cum Alexandro rediiſſet in gratiam, abjuraſſetq; quam antea ſequutus fuerat ſeceſſionem, ut vult chron. Cluniacenſis, atque Baron. Ejus mortem recenſet Joann. Saresb. Epiſcopus Carnotenſis in epiſt. ad Epiſcopum Oxonienſem, eodem anno. („ *Igmarus etiam ſcribitur, & Ymarus; imo Maurus ſubſcribitur* „ *Privilegio Cluniacenſi Lucii II. ann.* 1144. *ut videre* „ *eſt apud Harduinum tom. 6. Concil.*) B

XIV. (a De Perſecutoribus Romanus.) 14. HUGO a Epiſcopus Card. Tuſculanus, electus eſt ab Alexādro III. in (1) Senonēſi Concilio an. 1164.

XV. 15. PETRUS (2) Papienſis ab Alexandro III. creatus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus 1178. Sub Lucio III. vicaria opera Romam adminiſtravit, uſque ad tempora Clementis III. in cujus Pontificatus exordio è vivis exemptus eſt. Ad hunc Petrum Papienſem Petrus Cellenſis plenas officii literas dedit, epiſt. 7. lib. 9. Ejuſdemque meminit Rogerius Hoved. in Anglicana hiſtoria illum Papienſem appellans, Arnoldus Wion. lib. 2. ligni vitæ, qui Benedictinum monachum illum fuiſſe contendit, inque Mantuano cœnobio educatum, edoctumque.

XVI. 16. NICOLAUS Romanus, Papæ Innocentii III. à ſacrificiis, ab ipſo electus fuit Epiſcopus Card. Tuſculanus anno 1205. Coluit D. Dominicum, quàm qui maximè; legatione functus eſt in Anglia, ut ſacrum bellum promoveret in Orientem ſub Honorio III. C Deceſſit an. 1219. Ejus meminit Gerardus de S. Geminiano in chron. Subſcripſit bullæ Eccleſiæ Engubinæ ab Innocentio III. conceſſæ an. 1205. 11. Cal. Jun.

XVII. 17. NICOLAUS de Claromonte, nobilis Siculus Monachus Ciſtercienſis, ab Honorio III. cooptatus eſt in Epiſcopum Card. Tuſculanum 1219. eodem anno pro ſe, ſucceſſoribuſque ſuis ab Honorio, pro habitatione in Urbe obtinuit eccleſiam S. Mariæ in Monaſterio, ut liquet ex ſequenti diplomate, è reg. Vatic. deſumpto epiſt. 603. ſol. 141.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Nicolao Epiſcopo Tuſculano, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.

ET ſi de univerſis fratribus, & coepiſcopis noſtris curam, & ſollicitudinem gerere teneamur, & eorum commoda quantum commode poſſimus relevare ſpiritualiter, tamen circa illos, qui locum in Eccleſia Romana ſortiti nobiſcum ſuſcipere, ſollicitudinis onera jugiter patiuntur, exuberare debet noſtra charitatis affectus, quatenus ſentiens honorem ex onere, ac ad exemplar ordinum ſupernorum, quanto viciniùs nobis aſſiſtere meruerunt, tantò ampliùs in noſtra mutuo ferveant charitate. D *Hinc eſt Ven. frater, quod cum Tuſculanus Epiſcopatus habitaculum in Urbe non habuerit hactenus opportunum, Nos volentes tam tuis, quam ſucceſſorum tuorum incommoditatibus, quæ ex hoc provenire poterunt obviare, eccleſiam S. Mariæ in monaſterio de conſilio fratrum noſtrorum Epiſcopatus tuo jure concedimus authoritate præſentium ſtatuentes, ut eccleſia ſupradicta, cum perſonis, & omnibus bonis ſuis tibi, ac ſucceſſoribus tuis, ea lege ſubjaceat, qua aliis fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſuæ noſcuntur Eccleſiæ ſubjacere. Decernimus ergo,* A *ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, &c. uſque perpetua, &c. ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, &c. ſi qua igitur in futurum, &c. uſque hanc noſtræ conceſſionis paginam, ſciens, contra eam temere venire tentaverit, eique &c. atque præmia æternæ pacis inveniat, Amen. Datum Viterbii 13. Kal. Decembris, indict. 1. anno 4. Datum per manum Rayneri Patriarchæ Antiocheni Cancellarii Vicemagentis.*

Interim Nicolaus legatus eſt in Germaniam, ut Fridericum adhortaretur ad ſacrum bellum. Fuit etiam legatus in Neapolitanum Regnum miſſus, Coſentinamque Cathedralem Eccleſiam conſecravit anno 1222. ut narrant Jacobus Græcus Sillanæus Monachus Ciſtercienſis in chronolog. Joachimi Abbatis. E vivis deceſſit anno 1227. dum Gregorius IX. ſuum Pontificatum exordiretur. Iſte Nicolaus ex antiquiſſima, ac nobiliſſima familia fuit Claramontenſium, qui olim dignitatis ergò Præfectura Regni, mariſque præfungebatur, ſed cùm deinde ea gens ſub Aragoniis læſæ Majeſtatis criminis fuiſſet expoſtulata, rebellium B ſubiit pœnas, atque in totum penè deleta eſt. Vulgo appellabatur Claramōtenſis Cardinalis gentilis olim illius Federici de Claramonte, qui Honorii III. temporibus floruit dignitate, à quo multa favorabilia retulit, quæ ad pietatem ſpectarent, ut hoc ſubiectum monumentum abundè demonſtrat, quod fortè fortuna in archivio Florentinæ Canonicæ aſſervatum repetimus, olim Martini V. temporibus à Gabriele Condulmerio Cardinali ratificatum, qui poſtea Pontifex Eugenius fuit, in gratiam cujuſdam Claramontenſis gentis alumni, qui à Siciliæ Regno per ea tempora exulabat. Quod ipſum monumentum eò libentius hic adſcribere placuit, ut inde Nicolai Claramontenſis familiæ claritas plenius prodeceretur, & typis mandatum temporis injurias deinceps minus timeret.

Miſeratione Divina, Petrus Sabinenſis Epiſcopus, Nicolaus Tuſculanorum Epiſcopus de Claramonte vulgariter nuncupatus, & Stephanus tit. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum ſacroſanctæ R. E. Cardinales, Univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris præſentes C *noſtras literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, & teſtamur, quod potentiſſimus, & magnificus Princeps, & Dominus D. Federicus de Claramonte conſanguineus noſter miles creatus nuper à SS. in Chriſto Patre, & D. noſtro D. Honorio, Divina providentia Papa III. & ab eo poteſtas tradita eſt, quæ poſſit pugnare pro juſtitia ad honorem Dei, & etiam propter S. R. Eccleſiam, & maxime contra Saracenos, ſeu infideles, & ſchiſmaticos, velut elapſis temporibus ſemper fecerunt potentiſſimi, & magnificentiſſimi Principes de domo Chriſtianiſſimi Magni Caroli Regis Franciæ, de qua ille glorioſiſſimus, magnificentiſſimuſque Verolandus de Claramonte deſcendit, & vos etiam deſcendiſtis. Unde nos conſiderantes tantam ſublimem, atque magnam progeniem, & maximè devotionem, quam habetis circa ſanctiſſimas reliquias Sanctorum, quas humiliter, & gratioſe efflagitaſtis, ut cum majori devotione, atque fervore poſſitis pugnare, exhibemus vobis aliquas devotas, atque ſanctiſſimas reliquias, & maximè de illo glorioſiſſimo Chriſti martyre Georgio, & parte de lorica ipſius, qui ſubjugavit totas nationes barbaras, de reliquiis SS. Pa-* D *triarcharum Abraham, Iſaac, & Jacob, de pulvere corporis S. Joannis Baptiſtæ, de SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, Jacobi, Zebedæi, Barnabæ, & de SS. Evangeliſtarum Lucæ, & Marci, & de SS. martyrum, pariterque Pontificum Lini, Cleti, Clementis, ac Sixti, & de SS. Confeſſorum Auguſtini, & maxilla ſanctiſſimi Hieronymi, & brachium ejus, Gregorii Papæ, & Antonii Abbatis, Leonardi, & de SS. virginum S. Annæ Matris Virginis glorioſæ, Mariæ Magdalenæ, Mariæ Jacob, & Mariæ Salome, & Marthæ ſororis Lazari, quas nos recepimus à bonæ memoriæ magnifico Principe, & D. Godefredo Balandinus Rege Hieruſalem, ut apparet per privilegia D. Regis magna, & authentica, quæ cum oculis veſtris vidiſtis, ac legiſtis, & hoc nos fecimus ſequendo veſtigia præfati*

(1) Ughellum puto hic erraſſe, & pro Senonenſi forſan civitate ſcripſiſſe Senonenſi Concilio. Manſit Alexander in Senonenſi Urbe, at ibi nullum Concilium habuit: habuit quidem Turonenſe illud celebre contra Octavianum Pſeudo-Papam, ejuſque affectos, an. 1163 & ſubinde in Italiam eſt reverſus. Poterat in eo Hugo ſubrogari Imaro, omni tunc certè, uti Schiſmaticus, Eccleſiaſtico pronunciatus honore indignus. Hugo denique Romæ obiit an. 1166. Epiſcopatu etiam auctus Placentino. *Zav.*
(2) A Sanlovino confunditur cum Petro de Urſinis, quem vice Papienſis opinatur fuiſſe Tuſculanum Epiſcopum. *Zav.*

ſati ſummi Pontificis, qui dedit nobis roſam auream, & de pretioſo ligno S. Crucis D.N J Chriſti, & de purpura ejus, & unam ſpinam de corona ejus, de virga Moyſis, atque de virga Aaron, de reliquiis SS. Apoſtolorum Jacobi Alphei, Bartholomai, Matthæi, & de mann S. Joannis Evangeliſta, & de reliquiis SS. martyrum, videlicet Gervaſii, & Prothaſii, Fabiani, & Sebaſtiani, & Reverendiſſimus D. Thomas tit. S. Sabina exhibuit, de reliquiis SS. Apoſtolorum Thoma, & Matthia, & de SS. martyrum Cypriani, Cornelii, Hippolyti, & Caſſiani, Urbani, & de SS. Confeſſorum Ambroſii, Martini, Romani Abbatis, & Dominus Guala tit. S. Martini equata dedit de reliquiis SS. martyrum Innocentium, Apollinaris, Chriſtophori, & Cucufati, Auguſtini Epiſcopi Anglorum, & SS. Lucia, & Geminiani, & D. Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem dedit de reliquiis SS. martyrum, videlicet, Nerei, Achilles, Blaſii, de pectinibus ejus, de SS. Confeſſorum Britii Diſcipuli S. Martini, & Juliani, & Leonis Papa, & D. Aldobrandinus tit. S. Suſanna dedit de reliquiis SS. Monachorum Mauri, & Aegidii, & de SS. Margarita, & Apollonia, & Helena matris Magni Conſtantini, & D. Guido tit. S. Nicolai in carcere Tulliano dedit de reliquiis SS. Confeſſorum Athanaſii, & Paulini, Nicolai, Aegidii, & de SS. Agnetis, Caciliæ, & D. Octavianus tit. SS. Sergii, & Bacchi, dedit etiam de reliquiis Confeſſorum Baſilii Epiſcopi, Macharii, & de reliquiis SS. Anaſtaſia, & Petronilla filia S. Petri Apoſtoli, & D. Gregorius dedit de reliquiis SS. Sylveſtri Papa, Joannis, & Pauli, Vincentii, & de ſagitta S. Sebaſtiani, & D. Aegidius tit. SS. Coſma, & Damiani dedit de reliquiis SS. videlicet, Stephani, Laurētii, Coſma, & Damiani, & D. Petrus tit. S. Georgii ad velum aureum dedit de reliquiis SS. Apoſtolorum Simonis, & Juda, & de Catena vinculi S. Petri Apoſtoli, & magnam partem de Catena vinculi S. Laurentii, & de Craticula ejus, unde ſanctiſſimus D. noſter Papa cuilibet perſona, qua videbit, ſeu viſitabit cum devotione ſupradictas Sanctorum, & Sanctarum reliquias, & pro qualibet ſanctorum, & ſanctarum reliquia, decem, & ſeptem quadragenas de indulgentia in perpetuum, dummodo vere pœnitentes fuerint, & confeſſi, & hoc audivimus viva vocis oraculo ejus. Nos igitur noſtra benignitatis, & gratia privilegia decorare volentes, ipſus per quemlibet veſtrum ſingulariter reliquias viſitantes, indulgentiam ſalutarem acquirere cognoſcat, ex auctoritate noſtra, necnon infraſcripta Dominorum Cardinalium tenore præſentium, damus, & concedimus in perpetuū, & indulgemus omnibus Chriſti fidelibus, dum tamen de eorum commiſſis verè pœnitentes fuerint, & confeſſi, qui dictas reliquias viſitaverint centum dierum per quemlibet veſtrum ſingulariter omnibus, & ſingulis dictarum reliquiarum ſanctorum, & ſanctarum viſitantibus, de omnipotentis Dei miſericordia, & B. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium præſētes noſtras literas exinde fieri fecimus per manus Thaddai de Urbe, & ſigilli noſtri, necnon Reverendiſſimi Patris, & D. noſtri D. Stephani tit. duodecim Apoſtolorum appenſione muniri. Datum Urbevieteri, an. Domini 1220. ind VIII die 6. menſ. Septemb. Pontificatus præfati SS. in Chriſto Patris, & D noſtri D. Honorii Papa III. an. 5.

Et ego Thaddaus de Urbe, filius quondam Pelegrini publicus Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus Notarius, & Judex ordinarius de mandato prædictorum Dominorum Cardinalium, quibus omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui, &c.

Extat ibidem atteſtatio Joannis Card. Raguſinorum, pro veritate, & authenticatione ſupradictarum venerabilium Sanctorum reliquiarum è Regno Siciliæ Gaetæ delatarum, tenore ſequenti.

Joannes, miſerat. Divina S.R.E presb. Card. tit. S. Sixti Raguſinorū. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes noſtras literas inſpecturis, ſalutem in Dom. ſempiternā.

NOtum facimus, quod ad noſtram accedens præſentiam nobilis vir D. Henricus de Claromonte, Admiralius Regni Sicilia, & Comes Palatinus, de mandato SS. D. noſtri Gregorii, divina providentia Papa XII. viva vocis oraculo ſibi facto ſuper depoſitionem reliquiarum ſanctorum, quos ipſe D. Henricus tranſportavit cum de dicto ipſe Regno Sicilia, ſeu de inſula in civitate Gaeta, cum ipſe eſſet expulſus de dicta inſula, propter guerras D. Martini Regis Aragonum, qua erant in palatio ſuorum prædeceſſorum, ſcilicet in capella dicti palatii, fueréq; ſibi conſignata per nobilem hominem D. Matthæū de Claromonte ſuum patrē, ut dictas SS. reliquias deberet dare, & aſſignare honeſto viro religioſo D. Federico de Claromonte filio dicti Henrici Abbati monaſterii S. Anna de Joſaphat, Theſſalonicenſis diœceſis ordinis S. Benedicti. Unde ipſe D. Henricus cum ſumma devotione, ac reverentia aſſignavit prædictas reliquias ſanctorum præfato D. Federico filio ſuo, ſecundum voluntatem prædicti Sanctiſſimi D. noſtri Papa coram Reverendiſſimo D. Donato de Aquina Archiepiſcopo Beneventano, & D. Laurentio de Urbe Archiepiſcopo Sypontino, & D. Benedicto de Neapoli Archiepiſcopo Salernitano, & D. Angelo de Manfredonia Epiſc. Trojano, ac D. Nicolao Epiſc. Montis Corbini, & D. Thomaſio Epiſc. Vulturarienſi, & D. Joanni Epiſcopo Cannenſi, & D. Franciſco Epiſcopo Salpenſi, & D. Franciſco Epiſcopo Lucerino, & D. Gregorio Epiſcopo Ferentino, videlicet de pretioſo ligno S. Crucis D. noſtri, & ſupradictas reliquias, quod ipſe D. Federicus valeat retinere, tradere, ponere, & aſſignare uti vult, & ubi vult de licentia præfati Sanctiſſimi D. Papa. Et propterea nos, necnon D. Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſupradicti, ſuis juſtis poſtulationibus inclinati, &c. Datum Gaeta, ann. 1412. indict. 5. die verò 4 menſis Maji, Pontif. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N. Gregorii divina providentia Papa XII. anno 6.

In eundem ferè modum extat ibidem alia confirmatio Gabrielis, tit. S. Clementis, presb. Card. in Concilio Conſtantienſi ann. 1. Martini V. an. 1417. 7. Febr. pro dictarum reliquiarum corroboratione, &c.

Claramontenſis familiæ inſignia hæc fuere.



18. JACOBUS de Vitriaco Gallus, ex vico Argenſolio ad Sequanam diœceſis Pariſienſis, Canonicus regularis monaſterii S. Nicolai ad Sabium fluvium Brabantiæ, diœceſis Namureenſis, olim Leodienſis, Epiſcopus Achonenſis, verbi Dei concionator toti Orbi celeberrimus contra Albigenſes Apoſtolicus legatus in provinc. Belgicis, & Imperio Germanico, ann. 1210. crucem promulgavit; à Gregorio IX. creatus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus 1228. functoſque legatione eſt in Oriente. Vir doctiſſimus, quique multos libros compoſuit, quos in opere de Script. Eccleſ. Bellarminus recenſet. Hic poſt præclaros, qua in Oriente, qua in Occidente pro Eccleſia S. Dei impenſos labores, ut ſanctiſſimè vixerat, ſic ſanctiſſimè diem clauſit poſtremum Romæ 1244. prid. Kal. Maji. Corpus delatum, ſepultumq; eſt in monaſterio S. Mariæ de Ognes, ubi regularem primum induerat habitum. S. Luthgarda, Ordinis Ciſtercienſis in Brabantia, ſanctitate vitæ clariſſima, dum fatigaret precibus Cœlum, vidit Jacobi animam nexibus corporis abſolutam evolare ad ſuperos. Conſule Thomam Cantipratenſem Jacobi æqualem, qui de ejuſdem vitæ ſanctitate, ac miris in libro Apum plura commemorat. De eo vide Antonium Sanderum in elogiis Card. XVIII

19. OTHO de Caſtro Rodolphi, Chaſteauraud, nobilis Gallus, diœc. Bituricenſis, cujus loci ea clariſſima gens, etiam nunc Baronatus titulo nobilitatur, primum Canonicus, & Cancellarius Pariſienſis Eccleſiæ electus, contemplationis, & ſolitudinis cupiditate motus in Grandiſylva Ciſtercienſi monachum induit, mox & ejuſdem monaſterii Abbas, atque Urſicampi alterius ejuſdem Ordinis monaſterii Præfectus, ab Innocentio IV. creatus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus 1244. legatuſque in Gallias ad promulgandam Cruciatam, ut vocant, contra Sarracenos, XIX

aliosſ-

anioq; fidei Chriſtianæ oppugnatores, in quo quidem adeo ejus ſingularis ſacundia valuit, ut Ludovicum S. præpotentibus ſuccinctum armis, ad ſacrum bellum compulerit. Quem cum in Orientem uſque eidem laborioſiſſimi itineris ſeſe comitem præbuiſſet, inde Tartarorum Regem miſſis ſacerdotibus, ſcriptiſque literis adhortatus eſt, ut fidem Chriſti vellet amplecti. Hunc S. Ludovicus virum ſecundum cor ſuum vocabat, morum honeſtate decorum, literarum ſcientia præditum, conſilii maturitare præclarum. Ante ſuſceptum iter Card. Tuſculanus S. capellam Lutetianam conſecravit 1248. 25. Aprilis præſentibus 20. Epiſcopis, quam D. Ludovicus Rex fundarat in Palatio ad reponendas ſacræ Coronæ reliquias, & alia, quæ Balduinus junior Imperator Latinus in Oriente ei ceſſerat. Plura ingenii monumenta Otho reliquit, quorum meminit Vincentius Bandelus, Montalvus, aliique non pauci. Urbevetere mortuus eſt 1273. die 26. Januarii, ſepultuſq; ibidem ad Prædicatores. („ *In Conſtitutione Cypria ab Alexandro IV. data ann. 1260.* „ *dicitur Odo, ſicut & in compromiſſo, quo ſex Cardinalibus poteſtas datur Pontificis eligendi an. 1271, ut vi-* „ *dere licet in noviſs. Concil. Harduini editione tom. 7.*) Petrus Frizon Othonis obitum refert ad ann. 1283. quem anno 1278. 3. non. Februarii hunc ſubſcripſiſſe notat diplomati Nicolai III. ſed fallitur hunc Othonem cum Odone confundens, melius Ordeoneo Epiſcopo Tuſculano, qui Petro Luſitano, poſtea Joan. XXI. Papæ in Epiſcopatum Tuſculanum ſucceſſit, ut videbimus. Ejus meminit Poſſevinus in apparatu ſacro. Sylveſter Manrolicus de vir. illuſtr. Ciſtercienſis Ordin. Ptolomæus Lucenſis, S. Antoninus, & alii. Gentilitia Stemmata hujus Cardinalis non ſunt illa, quæ gratis eidem Ciacon. appinxit, ſed illa, quæ hic graphicè inciſa vides, quæ nobis ex arbore gentilitia ejus gentis eruta, doctiſſimus Gaſpar Jongelinus Abbas Montis S. Iſibodi tranſmittenda curavit.



XX 20. JO: PETRUS Giuliani Luſitanus Ulyſſiponenſis Archiepiſcopus Bracharenſis deſignatus, à X. Gregorio electus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, anno 1273. qui deinde ad ſummum Pontificatum aſcendit ſub nomine Joannis XXI. ann. 1276. („ *Interfuit Concil. Lugdunenſi II. an.* 1274.)

XXI. 21. ORDEONEUS Luſitanus Abbas Fonſellenſis in Eccleſia Palentina, Archiepiſcopus Bracharenſis, electus eſt à Gregorio X. anno 1275. Defuncto enim M. Archiepiſcopo Bracharenſi, Capitulum Petrum Archidiaconum de Vermuy poſtulavit, ſed eo ad regimen Tuſculanæ promoto, Ordeoneum hunc, quem Odonem alii vocant, tunc Abbatem Fonſellenſem Gregorius de plenitudine poteſtatis in Archiepiſcopum elegit ex reg. Vat. epiſt. 30. f. 228. Datum Bellicardi 18. Maji anno 4. Electus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus à Nicolao III. anno 1278. cui in Archiepiſcopatum ſucceſſit Frater Tellius, ex ordine Minorum. Conſule Wadingum tom. 1. Annal. Minorum. Deceſſit Romæ Honorio IV. ſedente 1285.

XXII. 22. JOANNES Boccamatius Romanus Montis Regalis Archiepiſc. in Sicilia ab Honorio affini ſuo vocatus eſt ad Purpuram, dignitatemq; Tuſculanam ann. 1285. atque ab eodem in Germaniam legatus eſt, ubi Herbipoli præſente Rodulpho Cæſare celebravit Concilium. Cardinalis ſanè ſtudio pietatis flagrantiſſimus, ac dignus profectò, de quo aptiori loco, & tempore plura de eo dicamus, hoc eſt, cum de Montis Regalis Præſulibus narrationem inſtituemus. Deceſſit Avenione anno 1309. die 10. Aug. lib. oblig.

23. BERENGARIUS Fredolus Senior Gallus Archiepiſcopus Bituricenſis à Clemente V. creatus Card. ann. 1305. 15. Decemb. ex Presbytero Card. tit. SS. Nerei, & Achillei, poſtea SS. Joannis, & Pauli, Majorque Pœnitentiarius, in Epiſcopatum Tuſculanum Boccamatio ſucceſſit 1309. Hic Doctor inſignis utriuſque Juris habitus eſt, ac temporibus Bonifacii VIII. Sexto Decretalium componendo præclaram operam impendit. Edidit alia Juriſprudentiæ monumenta. Avenione deceſſit ſub Joann. XXII. Victorellus hujus Cardinalis creationem rejicit in ann. 1312. confundens illum cum Berengario Juniori Epiſcopo Portuenſi, ut benè Contilorus in Elencho contra Petrum Frizonem. Berengarii meminit Joan. Villanus lib. 9. cap. 79. Almaric. Augerius Biterenſis, Trithemius, & alii. XXIII

24. Fr. BERTRANDUS Augerius de Turre, de Cambalico Gallus, Ordinis Minorum Alumnus, Archiepiſcopus Salernitanus ex Presbytero Cardin. electus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus à Jo: XXII. Avenione deceſſit circa ann. 1327 *a*. de quo etiam infra. XXIV

a Contelorio 1130. Vadingus 1414. Vide Oldoinum in Jo: XXII.

25. HANNIBAL *b* De Ceccano, Hernicus Campanus, Neapolitanus Archiepiſcopus, à Joanne XXII creatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus ann. 1327. (1) multis, clariſque legationibus vir ſanè percelebris. In Neapolitano Regno vitam finivit („ *veneno ſublatus,* „ *ut creditum eſt*) apud S. Germanum, ubi fungebatur legatione anno 1350. 16. Kal. Auguſti ex Menologio Caſinen. delatumque ejuſdem corpus, Romam, apud S. Petrum tumulatum eſt. Vide infra, quæ de eo in Archiepiſcopis Neapolitanis plenè narravimus. XXV.

b Seu Annibaldus.

26. GUILLELMUS Curti Gallus patria Toloſanus, Benedicti XII. ex fratre Nepos, Ciſtercienſis Ordinis in Balbonenſi cœnobio Mirapicenſis Diœceſis, Patrui ſui Pontificis, qui ab adoleſcentia Monaſticum eo in loco habitum induerat, veſtigiis inhærens, virtutes imitatus, & ipſe nomen eidem Ordini dedit. Luteſiæ Pariſiorum in Collegio Bernarditarũ à Patruo renovato, operam navavit litteris Philoſophicis, & Theologicis, tandemque laurea doctorali ornatus, Abbas ſui Monaſterii electus, à Patruo Pontifice anno 1337. eligitur in Epiſcopum Nemauſenſem, defuncto Gerardo 2. Kal. Maji anno 3. ex Reg. Vatic. Epiſt. 4. *Superna diſpoſitionis Conſilii* eodemq; ann. 3. Non. Decemb. ad Albienſem Eccleſiam translatus ſucceſſit Bernardo, ut ex eodem reg. Vatic. Illiquet ep. 20. Datum Avenione ann. 3. *Rom. Pontificis* (quod negat Frizon nullo fundamento niſus) an. 1338 18. Decemb. (non 1337. ut vult Ciaconius, idemque Frizon) ab eodem Pontifice S. R. E. Presbyter Card. tituli SS. Quatuor Coronat. (perperam alii S. Stephani in Cœlio Monte) creatus Albienſem Eccleſiam reliquit Pictaino, quem electum Albienſem invenio anno 1339. 19. Februarii in eodem Regiſtro per promotionem ad purpuram Guillermi tit. SS. Quatuor Coronatorum; unde Guillermus brevi quidem Eccleſiam Albienſem tenuit, eamque non morte præventus, ſed ad apicem Cardinalatus aſcendens deſeruit. In Italia anno 1342. à Clemente VI. à Latere legatus aliquot annos illic permanſit ad ſopienda bella. Ad curiam rediit, & ab eodem Clemente ann. 1350. 15. Kalend. Januarii Epiſcopatu Tuſculano donatus eſt: ea dignitas à Ciaconio, ejuſdemq; ſequacibus, Guillermo de Auſa, aliàs de Divano tribuitur; qui ab eodem Benedicto Papa ex Abbate Montis Olivarum ſimul cum noſtro Guillermo Cardin. creatus, tit. S. Stephani in Cœlio Monte inſignitus, quem ad mortem uſque retinuit. Hic verò Guillermus Epiſcopus Tuſculanus, Cardinalis Albus vulgariter nuncupatus, Collegium Ciſtercienſe in florentiſſima Pariſienſi Academia vulgò Ber- XXVI

(1) Ita Ughellus, & in Ciaconiano opere. Aſt ſi Bertrandus, ut definit Oldoinus, exceſſit poſt annum 1329. cur Annibaldi promotionem ad Tuſculanam ſedem in diuturniorem annum non protraxit? Item Bernardum Guidonis ejus ævi ſcriptorem refert aſſerentem Annibaldum renunciatum Card. Tuſculanum an. 1327. prodiiſſe è Cajetana familia, non autem de Ceccano. Sed omnem difficultatem perſonæ Ludovici, conjugiſque Annæ Regum Neapolitani Regni literæ diſſolvunt in Ciaconiano opere exſcriptæ, quibus Annibaldum de Ceccano dicunt compatrem ſuum, & in ejus gratiam Tomaſo de Ceccano ejus fratri elargitur. *Luc.*

Digitized by Google

Bernarditarum appellatum, perfecit, à Patruo Benedicto inceptum; templum etiam celebre ibidem extruxit, cui coronidem imponere non potuit, morte præventus. Libris quamplurimis Bibliothecam exornavit: ſexdecim Theologiæ operam dantes in perpetuum inſtituit. Pro memorati temploribus, hæc inſcriptio legitur.

D. Guillermus quondam Card. Doctor Theologiæ, Toloſanus natione, Ciſtercienſis Religione, Eccleſiam præſentem ad perfectionem, qualem obtinet, perduxit, Bibliothecam inſignivit, ſexdecim ſcholares in Theologia ſtudentes perpetuò fundavit.

In antiquo codice manuſcripto abbatiæ Montis Amiati in Thuſcia Ord. Ciſtercien. nonnulla ſtatuta à capitulo Generali referuntur, quæ hic libenter damus, ut Guillermi pietas, Ordinis in optimo patre charitas, ac dignitas Tuſculani Epiſcopatus eidem collata magis innoteſcant; ſic enim ſe habent. *Anno 1352. ſtatutum eſt apud Ciſtercium ultimo concludendo ordinationes D. Cardinalis Albi, dum eſſet Abbas Balbona, facta, quando prædictus Pariſienſe ſtudium reformavit auctoritate Capituli Generalis teneri, & obſervari mandat ſub pœnis in eiſdem poſitis. Ibidem anno 1355. apud Ciſtercium. Guillelmus Tuſculanus Epiſcopus Cardin. Ordinis benefactor, & collator dedit 5000. florenorum, quos pro emendis redditibus ad ſuſtentationem, reparationem, & continuationem fabricæ Communis Eccleſiæ ordinis ſtudii S. Bernardi Pariſienſis obtulit hoc anno liberaliter: eidem conceſſit Ordo, ut Miſſa de Spiritu S. dum vixerit, pro eo celebretur, & poſt ejus felicem obitum, Miſſa pro defunctis pro ſtabilii, & proſpero ſtatu ac remedio animæ dicti Cardinalis in eadem Eccleſia, & conventu qualibet Septimana in perpetuum.* Debitum naturæ perſolvit Guillermus Avenione ann. 1361. die 12. Junii, ibidem ſepultus, ex lib. Obligat. apud Elenchum S. R. E. Cardinalium. Ciaconius verò 1348. Frizon in annum 1356. ejus mortem reiiciunt, confundentes hunc noſtrum Guillermum, cum altero de Aura, qui hoc anno 1356. mortales exuit artus.

XXVII. 27. NICOLAUS Capoccius Romanus Epiſcopus Urgellenſis, electus eſt Presbyter Card. tit. S. Vitalis, ab Innocentio verò VI. declaratus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus an. 1361. Hic è nobiliſſima gente Capoccia filius fuit Joannis, ac Pernæ de S. Alberto Honorii IV. ſummi Pont. affinis, Juris conſultiſſimus è diſciplina Baldi, cujus elegans elogium à noſtro Martinello elaboratum extat in additionibus ad Ciaconium. Illuc nos remittimus lectorem, contenti tantùm hic ejuſdem Epitaphium attuliſſe, unde tanti viri uberior memoria poſſet hauriri, quod olim apud S. Mariam Majorem proſtabat, ubi fuerat tumulatus, cum in Monte Flaſcone exceſſiſſet è vivis 1368.

Nobilis D. Nicolæ Capocini hic jacet Corpus exortum de Capocinis, qui ſpernens vitia, Chriſto vixit. ab ejus ortu itaq; continuans ad mortem uſque peregit Eccleſiam Romanam omnimodè juſtè defendẽs, tam contra Bavarum, quam contra impios omnes. Unde Audemari Beati Præpoſituram, in qua Capellanias magnificè tres dotavit; & Epiſcopatum Urgelli, & Cardinalatum titulo Vitalis certo almi, & Præſularem, ſed Cardinalatum obtinuit Tuſculanum, Perusiæque fundavit Monachorum vigintiquinque conventum, & Scholam Scholarium bis præfatorum, in Avenione litigantes regebat in Aede, vivens abſtinentia, portavit ciliciumque, in Eccleſia fundavit hac Capellam Capellanorum, ter quater, de ſuis Paternis, atque bonis . . . hic ut in Sacris doctus, & utroque jure peritus, habere quod poterat, pauperibus ipſe dabat. Sed migravit ad Chriſtum ejus anima ſic beata mille tercenteno Sexaginta, & duo quater marmore conſcripta firmat hic ſe ſcriviſſe Mattheus pictor, quare per dicta Laudetur opera Deus.

XXVIII. 28. ÆGIDIUS Arcellini, vel Iſelnii a de Sylva de Monte acuto b Gallus, ex Presbytero Card. tit. SS. Sylveſtri, ac Martini in Montibus ſub Innocentio VI. ſub Urbano V. pronunciatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, ac S. Petri Patrimonii Legatus. Multa ſcripſit, cum eſſet omni diſciplinarum genere excultus. Cæterùm præter has dignitates, etiam Morinenſi Epiſcopatu decoratus eſt. Academiæ Pariſienſis reformator fuit ſub eodem Urbano V. anno 1366. Deceſſit Avenione 1378. non. Decemb. Ciacon. poſt Ægidium refert Guillelmũ de Candia Gallum Lemovicenſem ex Presbytero Card. tit. S. Stephani in monte Cœlio, ab Urbano VI. electum Epiſcopum Card. Tuſculanum anno 1378. in exordio fere VI. Urbani è vita diſceſſiſſe. Narrat Petrus Saxus in Hiſtor. Eccleſiæ Arelatenſis hunc Guillermum ante Urbanum VI. fuiſſe vocatum ad Purpuram, cum eſſet Archiepiſcopus Arelatenſis, eundemque obiiſſe anno 1371. Quod ab eo quod dicit Ciaconius, valdè diſſonum eſt, ſi verum eſt, Ægidium ſucceſſiſſe illi in Epiſcopatum Tuſculanum. Verum Elenchus S. R. E. Cardinalium, ex Bullis Clementis VII. Antipapæ, & ex lib. obligat unquam Guillelmum hunc ad purpuram vocatum fuiſſe aſſerit. Sed ann. 1392. Patriarcham, & Eccleſiæ Hydruntinæ Adminiſtratorem fato ceſſiſſe. (1)

a Al. Gillius, ſeu Guillelmus Arcellio. b Aiſcelin al.

XXIX. 29. JOANNES de c Grangia Gallus, patria Lugdunenſis, Monachus S. Benedicti, atque Epiſcopus Ambianenſis, à Gregorio XI. creatus eſt presbyter Card. 1375. à Clemente verò Antipapa dictus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, defuncto Ægidio, an. 1379. Hic à Gregorio ſummo Pontifice legatus in Etruriam eſt, ut inter Pontificem, Florentinoſque pacem ſanciret, ſed cum Romam revertens, reperiſſet Pontificem fato ceſſiſſe, tunc quidem Urbanum VI. qui demortuo fuerat ſuffectus, veneratus eſt, proque vero Pontifice agnovit. Deinde malè acceptus ab Urbano, & avaritiæ accuſatus, cum aliis Gallis Cardinalibus Roma digrediens, inq; Fundum profectus, Clementem VII. Antipapam creandum curavit, parum memor inſtituti ſui publicique commodi, ac pietatis. Cæterùm Antipapæ illum mordicus partes tuentem, Ambiani inexpectata mors rapuit 1402. Sepultuſq; eſt apud S. Martialem. Frizon ſcribit Joannem Joanni XXIII. legitimo Pontifici ante obitum præſtitiſſe obedientiam, & in Gallias rediiſſe, & fato paulo poſt ceſſiſſe an. 1402. Verum, quantum à veritate aberret, annorum computatio facilè demonſtrat. Joannes enim XXIII. Papa electus eſt anno 1410. 16. Kal. Junii: Cardinalis vero de Grangia mortalitatem explevit an. 1402. die 24. Aprilis, ut patet ex epitaphio ad ejus tumulum appoſito. In concilio Piſano anno 1409. duo fuerunt Epiſcopi Cardinales Tuſculani, Italus unus Henricus Minutulus Bonifacii VIII. Gallus alter Petrus Gerardius Benedicti XIII. Antipapæ ſectator, hi abdicatis aliis, legitimum Pontificem Alexandrum V. crearunt, à quo ad tollendum ſchiſma Minutulus Sabinenſi Epiſcopatu decoratus eſt, Petrus Gerardius Tuſculanam Eccleſiam retinuit.

c Al. de Borcamachiis.

Hic jacet Reverendiſſ. in Chriſto Pater D. Dominus Joannes de Grangia Abbas Fiſcanienſis, deinde Epiſcopus Ambianenſis, poſtremo verò S. R. E. Cardinalis Tuſculanus. Qui obiit an. Domini MCCCCII. die xxiv. menſe Aprilis. Orate Deum pro eo, ut requieſcat in pace in Paradiſo.

XXX. 30. (2) PILEUS Pratæ Comes Concordienſis, Archiepiſc. Ravennas, ab Urbano VI. electus eſt presb. Card. tit. S. Praxedis 1378. primo ad curiam acceſſit, factus Epiſcopus Card. Tuſculanus 10. Decembris 1385. (3) Romæ ex lib. obligat. atque ab eodem Pontifice omni dignitate ſpoliatus, reſtitutuſque à Bonifacio IX. Epiſcopus Card. Tuſculanus iterum evaſit. Deceſſit 1401. menſe Decemb. Patavii, inque Cathedrali

(1) Sed & Thomam de Frignano ad hanc eandem ſedem aſſumptum Vadingus, & alii ſcribunt, quos errare ſatis inſinuat Oldoinus inter Cardinales Urbani VI. n. 3. *Lur.*

(2) JOANNES Rotlandus Epiſcopus Card. Tuſculanus ex Epiſcopo Ambianenſi renunciatur ab Antipapa Clemente VII. an. 1385. obiit in ſua pertinacia an. 1388. Ita in Ciaconiano opere, cui aſſentiendum ex ſuppoſito, quod Joannes de Grangia huic jamdiù ante obitum vaniſſimo titulo renunciaverit. Sed ex Catalogo Cardinalium, qui ſchiſma fovebant adhuc, quando Benedictus poſt Clementem VII. intruſus eſt contra Bonifacium, legitur tertio loco Joannes Tuſculanus, dictus Ambianenſis; ut videre eſt in additione Oldoini ad prælatum Benedictum ex MS. Vaticano, & infra refertur Joannes Rotlandus jam omnium primus defunctus an. 1388. Presb. Card. ex quibus apertiſſimè infertur nunquam Rotlando obveniſſe Tuſculanum titulum. *Laurentius.*

(3) Ughellus ſiclum dicit ex lib. Oblig. Epiſcopum Tuſculanum ab Urbano an. 1385. in Ciaconiano opere dicitur creatus Epiſcopus Card. Tuſculanus ann. 1391. Idib. Februarii à Bonifacio IX. Et in Catalogo Cardinalium abſentium, quando Bonifacius acclamatus eſt Romanus Pontifex, Pileus de Prata deſcribitur Presbyter Card. tit. S. Praxedis. Omnium tamen ſincerior fides, quæ deſumitur ex libro oblig. Vaticano. *Laurent.*

drali ſepulchrum accepit. In Archiepiſcopis Ravennatibus de eo plura.

XXX 31. HENRICUS Minutulus Patritius, atque Archiepiſcopus Neapolitanus, Card. S. Anaſtaſiæ à Bonifacio IX. creatus eſt 1389. atque ab eodem Epiſcopus Card. Tuſculanus declaratus 1403. Comitiis interſuit Innoc. VII. Gregorii XII. ac Alexandri V. in Piſano Concilio, quo Cardinales omnes Pſeudopontificum convenere, atque ad legitimam purpuram ob commune commodum admiſſi fuerunt. Quoniam verò Petrus Gerardius Cardinalis, qui Benedicti Antipapæ partes ſecutus fuerat, nomine Epiſcopi Cardin. Tuſculani cenſebatur, quo etiam legitimè inſignitus Minutulus fuerat, Alexander Pontifex electus Tuſculanam dignitatem Petro Gerardio adjudicavit, ne iterum pertinacia, rabieſque ſchiſmatis deſæviret, vacuamq; Sabinenſem dignitatem Minutulo attribuit.

XXXI 32. PETRUS Gerardius Lemovicenſis *a* Gallus, Epiſcopus primùm Ludovenſis, deinde Podienſis, à Clemente VII. Antipapa creatus eſt presb. Card. tit. S. Petri ad vincula ann. 1390. ac deinceps à Benedicto item Antipapa Epiſcopus Card. Tuſculanus 1402. quem deinde in ſchiſmate pertinacem deſeruit, atque ad Piſanum Concilium transfugit, ubi legitimè delata Petro purpura eſt, cumque majori Pœnitentiaria idem titulus Tuſculanenſis Epiſcopatus aſſertus, Alexandrum V. verum Pontificem promovendum curavit, fovitque etiam Comitia, in quibus Joannes XXIII. ſubvectus eſt ad Thronum. Avenione deceſſit anno 1415. & in Cathedrali ſepulchro mandatus.

a Al. Delphinas.

XXXII. 33. ANGELUS Corarius Venetus, Gregorius XII. in ſua obedientia vocatus, cum ſponte per ſuum procuratorem Carolum Malateſtam, Arimini Domicellū, pro bono pacis, ſchiſmateque tollendo 4. non. Julii an. 1415. abſens in Concilio Conſtantienſi abdicaſſet, quamobrem ex Patrum ſynodi decreto creatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, Collegiique decanus, & Piceni perpetuus legatus, cunctiſque ejus actibus confirmatis. Obiit Recanati biennio poſt an. 1417 paulò ante Martini V. creationem. Corpus ejus in Cathedrali cum hoc elogio marmoreo tumulo ſepultum eſt.

Maximus Eccleſia Princeps, ſummuſque Monarcha,
Ordine Gregorius biſenus clauditur arca,
Hic pro pace datus cœleſti munere ſemper
Servit ethereos ſuperos munire decenter.
Archiſchiſma malum ſacta hac dementia Piſis,
Ipſe pius relevat, facta eſt Conſtantia teſtis,
Cardine bis ſacro paſtoris conſcia ſede
Marchia ſuſcepit Recanati Flavius æde.
Obiit anno Domini MCDXVII.

XXXIII. 34. BALTHASSAR Coſſa Neapolitanus variantis fortunæ rariſſimum exemplum, quondam Joannes Papa XXIII. in Conſtantienſi Concilio Pontificali dignitate exutus eſt, inque prævalida arce cuſtoditus, ut ſchiſma, quod inde videbatur poſſe timeri, caveretur. Sed cum inde poſt biennium, felici auſu fuiſſet elapſus, perveniſſetque Florentiam, ubi Martinus V. Pontifex tunc degebat, ad ejus oſcula pedum provolutus ab ipſo nõ modò clementer exceptus eſt, ſed etiam iterum purpura ornatus, declaratuſq; Epiſcopus Card. Tuſculanus, decanuſque ſacri Senatus anno 1419 23. Junii. Qui tamen honor cum acceptæ inſignis contumeliæ dolorem Coſſæ non potuiſſet lenire, deniq; mœrori impar brevi deceſſit Florentiæ 11. Kal. Januarii ejuſdem anni, ſepultuſque in publico S. Joannis Baptiſterio in ſepulchro à Donatello celebri Statuario ad perennitatem inſculpto, hoc addito epitaphio.

Balthaſſaris Coſſa Joann. XXIII. quondam Papa corpus hoc tumulo conditum.

XXIV. 35. ANTONIUS Panciarinus de portu Gravino Forojulienſis, Aquilejæ Patriarcha, electus presbyter Card. tit. S. Suſannæ à Joanne XXIII. 1411 atque ab Eugenio IV. Epiſcopus Card. Tuſculanus pronunciatus anno 1431. 2. idus Martii. Romæ fato ceſſit eodem anno 1431. 5. non. Julii, ſepultuſq; eſt apud S. Petrum.

XXV. 36. HUGO Luſignanus Epiſcopus Card. Præneſtinus, Tuſculanam optavit Eccleſiam anno 1436. 5. Kal. Julii par obitum Antonii Card. Aquilejæ. Deceſ-

A ſit Sabaudiæ 1442. Auguſto menſe.

XXVI. 37. LUDOVICUS de Luxemburgo *b* Gallus, Joannis Luxemburgii Domini, & Mariæ Auginnæ Comitum filius, Pontifex Morinenſium, mox Rothomagenſis Archipræſul, ab Eugenio IV. electus eſt presb. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum, anno 1439. deinde etiam ſub ejuſdem Pontificatu evaſit Epiſcopus Card. Tuſculanus 1442. In Britannia majori deceſſit 1442. die 4 m. Octobris, (1) ſepultuſq; eſt in cathedrali Eccleſia, cui Epiſcopus præſidebat. Sub Anglo Henrico magnus Cancellarius Regni fuit, cujus partes conſectabatur. Pariſiis ejus coronationi interſuit, dum in Regem Galliarum inungeretur. Hic Ludovicus à Ciaconio appellatur de Bar, ſed qua ratione ductus, non video, additque obiiſſe illum in Galliis.

b è Dominis de Beaurevoir.

XXVII. 38. JULIANUS Cæſarinus Romanus à Martino V. electus eſt Card. tit. S. Angeli 1426. deinceps etiam presbyter S. Sabinæ, 1444. prid. non. Martii Epiſcopatum Tuſculanum adeptus eſt. Hic in Pannonia ſplendida legatione functus eſt, contra Amuratem B Regem Turcarum. Cæterùm cum Ladislaus Rex Poloniæ, atque Pannoniæ cum Turcis ingenti auſu confligeret, Legatus caſtra ſecutus, cum flore nobilitatis Regni interiit, omnes ordines luctu, ac mœrore confecturus, anno 1445. menſe Julio. De eo plura cum de Groſſeti Epiſcopis narrationem inſtituemus.

XXVIII 39. BESSARION Cræcus Trapezuntius, Monachus S. Baſilii Nicænus Archiepiſcopus, ab Eugenio IV. presbyter Card. electus eſt tit. SS. Apoſtolorum 1439. in Concilio generali Florentino, à Nicolao vero V. Epiſcopus Sabinenſis pronunciatus eſt, tum & ab eodem ad Tuſculanum tranſlatus, anno 1449. non. Kal. Maji. Vir in utraque lingua, Latina, Græcaque doctiſſimus, quam iterum peritiam exornabant nobiliores diſciplinæ, theologia ſcilicet, ac philoſophia. Hinc fiebat, ut iis ſuccinctus armis catholicæ pietatis acerrimus defenſor exiſteret. Conſtat illum primum auctorem fuiſſe, cur Græci cum Romana Eccleſia conſentirent, confiterenturque in Florentino Concilio Spiritum S. è Patre, Filioque procedere, cui veritati adverſus error, per tot annos, fœda diſceſſione Græ- C cos narratur egiſſe tranſverſos. In Germania legatione functus eſt, ut Fridericum, ac Sigiſmundum Cæſares fratres periculoſa ſeditione laborantes, conjungeret; quod ipſum adeo feliciter, cumulatèque præſtitit, ut non modò inter utrumque fœdus pacis dicatur ſanxiſſe, ſed etiam conſociatis armis, animiſque armaſſe in Turcas. Venetiis legatus Apoſtolicus in S. Marci platea miro ardore animi ſacrum bellum vulgavit, itaut ad ejus energiam orationis plerique exæſtuarent ad prælium. Cum aliquando Bononiam, nobiliſſimam Italiæ civitatem, ac ſtudiorum matrem inflexibili juſtitia, æquitateque adminiſtraſſet, Academiam illam, olim nobiliorum artium tutiſſimum domicilium, in priſtinam dignitatem reſtituit, nobilibus illuc artibus revocatis, quæ jam inde ob civiles diſcordias, armorumque tumultum cœperant exulare. Fautor non modo diſciplinarum, ſed & earundem alumnus, ac cultor. Siquidem multa Beſſarion ſcripſit, adeoque eleganter, ut in admirationem raperent ſtudioſos. Monumento- D rum autem Beſſarionis meminere cum laude Papienſis, Æneas Sylvius, Corteſius, Franciſcus Philelphus, Platina, Campanus, Sigonius, Jovius, Michael Apoſtolicus, aliique non pauci. Cum tandem in Gallias legationem ſuſcepiſſet, à Ludovico XI. Galliarum Rege parum honorificè exceptus, fraudiſque, ac perfidiæ facetè perſtrictus eſt, cum his illum ſalibus contrectata blandè ejus barba, quam promiſſam pexamque ad delitias gerebat, exporrecto ad mimicam hilaritatem vultu, pronuntiatoque hoc verſu apud Grammaticos trito, & decantato, aſperſit.

Barbara Græca genus retinent quod habere ſolebant.

Innuere quippe, ut erat politulus, & acutulus ingenio Rex voluit, quod barbarorum græcorum nominum exemplo, quæ idem apud Latinos, quod apud Græcos genus retinerent: pariter ipſe homo Græcus, græcam fidem, lubricam ſcilicet ſuſpectamque haberet, cujus proinde dicta promiſſaque floccipenderet, ob quæ Beſ-

ſario

(1) Moritur Hatfeild in Anglia non 4. die Octob. ut irrepſit error in Ughello, & Oldoino, ſed 18. Septembris an. 1443. *Zur.*

ſario ingenti contracto mœrore, cum re infecta jam gravis ætatis de Eccleſia Romana, & Græca optimè meritus omnium ingenti mœrore Ravennæ deceſſit anno 1473. die 14. menſis Decembris. Ejus corpus Romam delatum in ſacello à ſe conſtructo io Eccleſia SS. Apoſtolorũ honorificè cũ hoc epitahio cõditũ eſt.

Beſſarion Epiſcopus Tuſculanus S. R. E.
Cardinalis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, nobilis Græcia ortus, oriunduſque, ſibi
vivens poſ. anno ſalutis MCDLXXIII.

† *Hoc vivens adhuc Beſſario monumentum mihi perfeci, animus vero ad Deum immortalem evolavit.*

XXXIX. 40. LATINUS Urſinus Romanus, Epiſcopus Card. Sabinenſis, ad Epiſcopatum Tuſculanum aſcendit 1473. deceſſit 1477. 3. idus Auguſt. ſepultuſque in eccleſia S. Salvatoris de Lauro Romæ. Conſule, quæ infra ſcripſimus, ubi in Archiepiſcopis Tranenſibus plura de eo.

XL. 41 JACOBUS Amannatus Lucenſis, qui vulgo Cardinalis Papienſis appellabatur, à Pio II. ad Purpuram vocatus eſt, atque in familiam Piccolomineam adoptatus cum Papienſis Epiſcopus eſſet, Sixto IV. ſedente, factus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus 1477. Deceſſit anno 1479. 10. die menſis Septembris, ſepultuſque Romæ eſt apud S. Auguſtinum. De eodem viro laudatiſſimo, deque ejus doctrina in Epiſcopis Papienſibus fuſius dicemus.

XLI. 42. BAPTISTA Zeno Venetus, Pauli II. Pontificis nepos, ex Epiſcopo Vicentino ab eodem electus eſt presbyter Card. 1464. Qui deinceps ſub Sixto IV. Tuſculanam digoitatem aſſecutus eſt 1479. Patavii defunctus eſt an. 1501. Ejus corpus Venetias translatum apud S. Marcum tumulatum eſt. In Epiſcopis Vicentinis de eodem poſtea plura.

XLII. 43. GEORGIUS Coſta Luſitanus, ex Epiſcopo Albanenſi, factus eſt Tuſculanus 1501. ac deinceps etiam Portuenſis.

XLIII (,, LAURENTIUS *Cybo Epiſcopus Albanenſis*
,, *inde evadit Tuſculanus per receſſum Georgii an.* 1503.
,, *& hac inſula ornatus interfuit electioni Pii III. & Ju-*
,, *lii II.* Lucentius.)

XLIV 44. ANTONIUS Card. Pallavicinus, ex Epiſcopo Albanenſi, evaſit Tuſculanus 1503. ac pauló poſt ad Prænestinam dignitatem translatus eſt.

XLV. 45. JO: Antonius de S. Georgio Placentinus, ex presbytero Card. tit. SS. Nerei, & Achillei ad Epiſcopatum Tuſculanum aſcendit 1503. die 22. m. Decẽb. deinde etiam ad Sabinenſe Sacerdotium promotus eſt.

XLVI. 46. BERNARDINUS Carvajalis, ex Epiſcopo Albanenſi (1) Tuſculanus effectus eſt 1507. deinde etiam ad Præneſtinum evaſit.

XLVII. 47. GUILLELMUS Briſonetta, Gallus, Epiſcopus Albanenſis, Tuſculanus adlectus eſt 1509. deinde etiam pauló poſt ad Præneſtinam aſcendit.

XLVIII. 48. DOMINICUS Grimanus, Venetus, ex Epiſcopo Albanenſi, Tuſculanus electus eſt, Julio II. imperante, deinde etiam ad Portuenſem aſcendit.

XLIX. 49. PHILIPPUS de Luxemburgo Gallus, Regia affinitate ſanè præclarus, ex Epiſcopo Card. Albano, ad Tuſculanam dignitatem evaſit, ſub Julio II. Deceſſit io Galliis 1519. Sepultuſque eſt in Cathedrali Cenomanenſi, cum hoc epitaphio.

Hic jacet corpus Illuſtriſs. Philippi de Luxemburgo S. R. E. presbyteri Card. legati à
latere in Gallia, Epiſcopi Cenomanenſis.
Qui obiit iv. non. Junii MDXIX.

Hic ille Philippus eſt, filius Theobaldi Fiennes Dominus, qui cum Philippum Molendonium ex uxore extuliſſet, nuncio remiſſo ſeculo, in Igniacenſi cœnobio Ciſtercienſem monachum induit, cujus poſtea Abbas fuit electus, ac deinceps Epiſcopus Cenomanẽſis, atqoe à Sixto IV. Cardinalis deſignatus, tametſi oondum publicatus 1474. fato autem ceſſit eodem anno, dum Romam proficiſceretur, cui in Epiſcopatum filius hic Philippus ſucceſſiſſe narratur. Conſule Robertum Claudium in ſua Chriſtiana Gallia, & Joao. Chenu. Philippus Card. antequam Cenomanenſem Eccleſiam ſuſcepiſſet regendam, Atrebatenſium, ac Morinenſium Pontifex fuit electus Purpuratus Senator ab Alexandro V. 1496. tit. SS. Petri, & Marcellini. Duo munificentia planè Regia Collegia fundavit, Cenomanis unum, alterum Pariſiis. Ejus præclari viri deinde oſſa è ſepulchro extracta per ſummum contemptum debacchantes combuſſerunt Hæretici.

50. ALEXANDER Card. Farneſius, ex Diacono Card. S. Euſtachii ad Epiſcopatum Tuſculanum aſſumptus eſt, demortuo Luxemburgo ſuffectus 1519. L.
deinde etiam Præneſtinam dignitatem obtinuit.

51. ANTONIUS Card. de Monte, cum Epiſcopus eſſet Albanus, ad Tuſculanum aſcendit 1523. 14. LI.
die menſis Decembris, ſed & deinceps Præneſtina dignitate condecoratus eſt.

52. FRANCISCUS Guillermus de Claramonte Gallus, à Julio II. creatus eſt presbyter Card. tituli S. LII.
Stephani in Monte Cœlio anno 1503. deinde à Clemente VII. Epiſcopus Card. Tuſculanus 1523. die 16. menſis Decembris. Epiſcopus primum Valentinus fuit, tùm & Archiepiſcopus Narbonenſis, & Auxitanus; mortuus eſt legatus Avenionenſis, ac ſacri Senatus decanus ann. 1540. non Portuenſis, ut vult Frizon, ſed Tuſculanus Epiſcopus; Ibidemque ſepultus fuit in Eccleſia Cœleſtinorum apud Pontem Sorgiæ.

53. MARINUS Grimanus presbyter Cardin. S. LIII.
Mariæ Tranſtiberim, Epiſcopus Card. Tuſculanus electus eſt 1541. 23. menſ. Martii. Deinde etiam ad Portuenſem aſcendit.

54. PHILIPPUS à Camera Gallus Ludovici Ca- LIV.
meræ in Sabaudia Comitis, & Annæ de la Tour filius Ducis Albaniæ maternus frater, Catharinæ Mediceæ Galliarum Reginæ proxima cognatione conjunctus, monachus, & Abbas Corberiæ, ex Ordine D. Benedicti Bononiæ in Gallia Belgica Epiſcopus, à Clemente creatus eſt presbyter Card. tit. S. Martini io Montibus 1531. A Paulo verò III. ex primo presbytero Cardin. tit. S. Mariæ Tranſtiberim declaratus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus 1543. 24. Septembris. Romæ fato functus eſt 9. Kal. Martii ann. 1550. ſepultuſque apud S. Trinitatem io monte Pincio. Hic à Paulo III. impetravit, ut Purpureo cultu ſibi uti liceret, tametſi monachus Benedictinus eſſet.

55. JO: PETRUS Caraffa, Epiſcopus Card. Sabi- LV
nenſis, electus eſt Toſculanus 1550. die 28. menſis Februarii, deinde etiam factus eſt Portuenſis.

56. IOANNES Card. Bellajus Epiſcopus Alba- LVI.
nenſis Tuſculanus adlectus eſt 1553. die 29. menſis Novembris; Portuenſem etiam deinde regendam ſuſcepit menſe Decembris ejuſdem anni.

57. RODULPHUS Pius Card. Carpenſis, ex E- LVII.
piſcopo Albano factus eſt Tuſculanus 1553. die 2. m. Decembris. Poſt etiam Portuenſis evaſit.

58. Fr. JOANNES Alvarez Toletanus Hiſpanus LVIII
Ordinis S. Dominici, filius Federici Alvæ Dynaſtæ, atq; Iſabellæ Pimintellæ, Epiſcopus Cordubenſis, mox & Burgenſis, à Paulo III ad Senatoriam purpuram vocatus eſt, Carolo V. id à Pontifice poſtulante ſub tit. S. Sixti; Archiepiſcopus Compoſtellæ, Epiſcopus Albanus, deinde etiam Epiſcopus Card. Tuſculanus 1555. die 29. menſis Maji. Deceſſit Romæ 1557. 17. Kal. Octobris, ætatis ſuæ anno 69. Corpus demortui in Hiſpaniam delatum eſt, atque in ſepulchrum Patrum ſuorum illatum.

59. FRANCISCUS Piſanus Epiſcopus Cardin. LIX.
Albanus Tuſculaoam dignitatem adeptus eſt 1557. die 20. m. Sept. deinde etiam electus eſt Portuenſis.

60. FEDERICUS Cardin. Cæſius, ex Epiſcopo LX
Præneſtino ad Tuſculanum Pontificatum aſcendit 1562. 18. die menſis Maji, deinde etiam Portueoſi dignitate nobilitatus eſt.

61. JOANNES Card. Moronus Epiſcopus Præne- LXI.
ſtinus, ad Tuſculanam Eccl. regendam promotus eſt 1564. 13. die meoſis Maji, ac deinceps ad Portuenſem translatus eſt.

62. ALEXANDER Cardin. Sabinus, Farneſiæ LXII.
gentis nobile germen, Tuſculanus Epiſcopus declara-

(1) Bernardinus iſte ad Tuſculanam promotus eſt Eccleſiam, cum Raphael Riarius Sabinenſem eſt ſortitus, ut patet ex Pariſio de Graſſis alias laudato. Non poterat igitur ex Albanenſi ad Tuſculanam tranſire, ſi ea ſedes tunc à Raphaele obtinebatur. Dicendum igitur, quod ex Card. Presb. S. Crucis Bernardinus factus ſit Epiſcopus Tuſculanus. *Luc.*

tus eſt 1565: cum deinceps etiam ad Portuenſem dignitatem perveniſſet 1578.

LXIII 63. JACOBUS Card. Sabellus, ex Epiſcopo Sabino, dictus eſt Tuſculanus 1578. ac deinceps Portuenſi Epiſcopatu condecoratus eſt.

LXIV 64. JO. ANTONIUS Card. Sorbellonus, Epiſcopus Prænestinus, Epiſcopatum Tuſculanum adeptus eſt 1583. 9. die menſis Martii, deinde etiam Portuenſem ſuſcepit regendum. Eo Præſule Sixtus V. Canonicos duos, cæteriſque Canonicis, & Beneficiatis redditus adauxit ad majorem ejuſdem Cathedralis Tuſculanæ decorem, & ornamentum, ut vidimus in Diplomate ſuperius allato.

LXV. 65. ALPHONSUS Card. Geſvaldus Epiſcopus Albanus, electus eſt Tuſculanus 1587. die a. menſ. Decembris, deinde ad Portuenſem translatus eſt.

LXVI 66. INNICUS Davalos Epiſcopus Card. Sabinus, electus eſt Tuſculanus 1589. die 6. menſis Maji, deinde etiam ad Portuenſem translatus eſt.

LXVII. 67. PTOLOMÆUS Card. Gallus Epiſcopus Sabinus, ad Tuſculanum aſcendit 1591. die 20. menſis Martii; Portuenſis etiam deinde declaratur 1600.

LXVIII. 68. LUDOVICUS Card. Madrutius, electus eſt Epiſcopus Tuſculanus, cum antea eſſet Sabinus anno 1600. die 21. menſis Februarii. Deceſſit eodem an. Romæ agens, die 7. menſis Aprilis, ſepultuſque apud S. Onuphrium in Sacello Card. Chriſtophori Patrui. In Epiſcopis Tridentinis de eo plura; cujus Eccleſiæ cũ titulo fulgeret, ad purpurã vocatus eſt à Pio IV. 1561.

LXIX. 69. HIERONYMUS Card. Simoncellus ex Epiſcopo Albano factus eſt Tuſculanus die 23. menſis Aprilis anni 1601. ad Portuenſem deinde translatus eſt.

LXX. 70. DOMINICUS Card. Pinellus, ab Epiſcopatu Albano, ad Tuſculanum pertranſiit 1603. die 16. menſis Junii; Portuenſem deinde etiam obtinuit.

LXXI. 71. ANTONIUS MARIA Gallus, presb. Card. tit. S. Praxedis electus eſt Epiſcopus Tuſculanus 1. die ineuntis Junii 1605. cum deinde etiam ad Præneſtinam aſcendiſſet.

LXXII. 72. MARIANUS Perbenedictus Camerinenſis Card. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Epiſcopus Tuſculanus evaſit 1608. 7. die menſis Januarii. Deceſſit 1611. 13. Kal. Februarii, ſepultuſq; eſt apud S. Mariam Majorẽ, hoc Elogio ejuſdẽ emeritas laudes proloquente.

D. O. M.

Mariano Perbenedicto S. R. E. Cardinali de Camerino Epiſcopo Tuſculano, qui avitam nobilitatem multiplici doctrina, vitæ integritate, ſcelerum odio, rei catholicæ, Eccleſiaſticæ libertatis, & publici boni acri ſtudio illuſtravit: à Gregorio XIII. & ampliori cum poteſtate ab Innoc. IX. Clem. VIII. Leone XI. tribunalibus eccleſiaſticæ ditionis, & politicis conſultationibus præpoſitus à S. D. N. Paulo V. donec Scipionem Burgheſium nepot. votis communibus Cardinalem daret, negotiis omnibus eccleſiaſtici ſtatus etiam militaribus Præfectus, quibus aliiſque muneribus præclarè geſtis, obiit anno ætatis LXXII. ſalutis MDCXI. XIII. Kal. Febr. Marianus Perbenedictus nepos, & hæres patruo de ſe benè merito mœſtiſſ. P. C.

In templo S. Venantii Camerini humatum fuit cor ejuſdem Cardin. ubi hoc ſpectatur epitaphium à Benedicto Salimbenio Canonico Pœnitẽtiario eõpoſitũ.

Cor Domini, lachrymæ Patrum, decus Orbis, & Urbis
Et Patriæ periit ſplendor, honorque tua.
Corpus & oſſa Dei præſepe cunabula Chriſti
Major in Exquiliis Diva Maria tenet.
Quique miniſtravit cœleſtia munera menti
Salvator retinet ſedibus extra ſuis.
Pyramis hæc ſimplex, nec duratura Cor abdit
Donec nobilius perficiatur opus.
Spiritus Elyſias Cœli penetravit ad oras,
Nec timet inferni tela tremenda Canis.
Heu pietas, heu grande nefas jacet, ecce Camertes
Veſter honos, veſtra gloria, veſtra ſalus.
Vera loquor, nec ficta cano, nec profero vana,
Non erit hæc ætas nunc habitura parem,
Si ſimiles, Turcas, Parthoſque Eccleſia & hoſtes
Hæreticos timuit, nunc metuenda foret.
Hoc mihi cor Chriſtus, Venanti, tradidit; ipſi
Te duce ſervatum reddo, tibique ſacro.

De Mariano poſtea plura, cum de Martoranis Epiſcopis ſermonem inſtituemus. Hanc enim Eccleſiam primùm regendam ſuſcepit, antequam purpuratus ſenator efficeretur.

73. EVANGELISTA Card. Pallotta tit. S. Laurentii in Lucina, ad Epiſcopatum Tuſculanum aſcendit 1611. die 24. menſ. Januarii, cumque Portuenſi poſtea illum commutavit. LXIII.

74. FRANCISCUS Card. Sfortia Epiſcopus Albanenſis, Tuſculanum adeptus eſt 1620. 6. die menſis Aprilis. Hic natus Romæ eſt 1562. 6. die Novembris. Parentes habuit Sfortiam Comitem S. Floræ, & Catharinam nobilem Politianam Julii III. pronepotem, fœminam ad omnem pietatem unicè factam, quæ perpurgatis Thermis prima Romæ, pluſquam fœmineo auſu, inſigne D. Bernardo Claravallenſi in Quirinali monte Templum erexit. Cæterũ Franciſcus, tanquam fortis è forti parente prognatus proclivior ſemper ad arma fuit, quam ad togam. Itaque cum prius in literis haud temnendos progreſſus feciſſet, loricatus deinde in Flandriam, ubi bellum maximè ardebat, pro Rege Catholico, ſub auſpiciis Alexandri Farneſii Italici nominis ingenti gloria, ac Batavorum terrore militaturus profectus eſt. Ibi cum in ſpem incomparabilis Ducis futuri animi ardore, ac tolerantia corporis, arma tractat, ac undique circumfert terrorem, Gregorius XIII. Romæ cum Sfortianis juncta affinitate, Franciſcum à galea ad roſeum Pileum, in cumulum decoris nuper initæ affinitatis, nec cogitantem vocat. Paruit ille, venitque Romam, ſed armorum commutatione cum purpura, nondum ſemel conceptos militares ſpiritus oblitus. Si quidem tum à Gregorio, tum ab aliis Pontificibus ad gravia, trepidaque, ac plerumque militaria negotia legatus, ita in iis expediendis ſe geſſit, ut deſes plerumq; toga, ac ſedentaria, haud quaquã ejuſdem animum ultro proclivem ad arma, promptumque fregiſſe videretur. Quamobrem cum Sixti V. temporibus, ex aliorum Pontificum deſidia, ita graſſatores per Æmiliam præcipuè crevisſent, ut justi exercitus impetu Æmilianas Civitates viderẽtur poſſe incurrere, Pontifex illuc legat Franciſcum cum imperio expediendi arma, donec teterrimam illam perditorum hominum luem ad excidium uſque deleret. Venit igitur, ac celeritate mirabili negotium omne confecit. Si quidẽ intentatis armis, graſſatores omnes comprehendit, illoſq; quà laqueo, quà furca, quà flammis ita mulctavit, ut per totam Provinciam illam Legati divulgato terrore, etiam probi ipſi, corriperentur timore. In Comitiis agitandis, ubi creandi Summi Põtifices forent, ita mirabilis fuit, ac verſatilis ingenii, ut Gregorianarum partium anteſignanus factus, quatuor ejus Pontificis Alumnos, ſuis conſiliis, adhortatuque provexerit ad ſedem. In quibus Leo XI. fuit Mediceus, cujus ad thronum promotio ideo difficilis videbatur, quod adverſæ partis arbitrium ferè omnes præſtolarent, & tamen Sfortia agente, quando minus id ſpectabatur, bonis omnibus acclamantibus evenit. Ad ætatem ſenilem pervenit, non minus in dicenda ſententia alacer ac promptus, ac in adoleſcentia fuiſſet. Deceſſit Romæ 1624 die 2. menſis Septembris, ſepultuſque fuit apud S. Bernardum ad Thermas prope Catharinam Comitiſſam matrem. LXIV.

75. ODOARDUS Card. Farneſius ſub Gregorio XIV. Diaconus S. Euſtachii Card. creatus eſt 1591. Abbaſque Cryptæ Ferratæ, ac deinde Card. Sabinus, demum etiam Tuſculanus 1624. princeps ſanè ob regias dotes, quem doctiores calami conſecrent immortalitati. Ejus laudes Andreas Victorellus recenſuit, aliiq; Deceſſit Parmæ, cum Odoardi Ducis Parmæ nepotis fratris ſui tueretur infantiam 1626. die 21. menſis Februarii. In ejus obitu Alexander clariſſimus Caſtrenſis Epiſcopus luculentam habuit orationem, ejuſque corpus Romam delatum tumulatum fuit in templo JESU ſervatori dicato, non procul à ſepulchro, quod ipſe vivens Cardin. Bellarmino immortalis nominis viro munificenter non ſine epitaphio ejus proloquente laudes erexerat. In Odoardi ſepulchro hæc in- LXV.

ciſa

ciſa verba ſunt, qoibus omnes ejuſdem dignitatum A
prærogativæ contioentur.

Odoardo S. R. E. Cardinali Farneſio Epiſco-
po Toſculano Alexandri Parmæ, & Placen-
tiæ Ducis & Principis Mariæ
Luſitaniæ Filio.

In arca autem, in qua corpus idem quieſcit ænea in
lamina hæc leguotur.

Odoardus Card. Farneſius Alexandri Parmæ, &
Placentiæ Ducis, & Mariæ Luſitaniæ filios, Ale-
xandri Card. Farneſii, templi nominis JESU fun-
datoris pronepos, Epiſcopus Tuſculanus, Legatus
Patrimonii, domus Profeſſæ Societatis JESU,
ejuſque Sacrarii fundator, protector Regnorum Lu-
ſitaniæ, Aragoniæ, Angliæ, Svetiæ, nationis Hel-
vetiæ Catholicæ, Reipublicæ Raguſinæ, Vallis Tel-
linæ, Ordinis Cartuſiani, Orfanorum, fœminarum
à quæſtu pudicitiæ ad caſtitatem Religioſam deſu-
gientium, Hoſpitii S. Jacobi Inſanabilium, Sodali-
tatum Roſarii, Caritatis, Mortis, Sacr. Vexilli,
B *Montis carmeli, S. Caroli. Quæ omnia curæ ſuæ*
commiſſa in Urbe loca beneficiis ampliſſimis, atque
erogata pecunia locupletavit. Extra Urbem inſuper
Cœnobia, & Templa fundavit. Egregius Princeps,
Romanæque Curiæ, ac ſacro Cardinalium Collegio
vivax etiam poſt mortem, prudentiæ, ac pietatis
exemplum de tanto domum nomine, ſi virtutem ex-
cipias, exiguus hic cinis eſt.

LX XVI. 76. JO. BAPTISTA Detus Epiſcopus Card. Al-
banus, Epiſcopus Toſculanus evaſit 1626. 6. non. Mar-
tii, deinde etiam Portuenſi dignitate inſignitus eſt.

LX XVII. 77. BONIFACIUS Card. Bevilacqua ea presby-
tero Card. electus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus
1626. 7. idus Sept. Deceſſit Romæ 1627. die 7. m. Apr.
ſepultuſque eſt apud S. Andream de Valle. De eo po-
ſtea plura in Epiſcopis Cervienſibus.

LX XVIII 78. ANDREAS Card. Perettus Epiſcopus Alba-
nos, ad Tuſculaoum pervenit 1627. 18 Kalend. Maji.
Hic diaconus Card. S. Mariæ in Domnica à Clemen-
te VIII. creatus eſt 1596. tanquam qui gratiam vide-
C retur relaturus in exornando Sixti V. affine, à quo
Pootifice ipſe viciſſim per id tempus Rotæ Auditor,
eadem Cardinalatus digoitate fuerat exornatus. Ao-
dreas autem magis nitebat moribus, quàm literis, tan-
ta præcipuè humanitate prædictus, ut nihil illio homa-
nius fieri poſſe videretur. Romæ fato functus eſt 1629
3. die menſis Auguſti, atque apud S. Mariam Majorem
propè Sixti V. gentilis ſui oſſa ſepultus.

LXX IX. 79. JOANNES GARZIAS Card. Mellinus, fa-
ctus eſt Epiſcopus Cardin. Tuſculanus anno 1629. 13.
Kal. Septembris. Eodem anno Romæ defunctus eſt 6.
non. Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Po-
pulo, in Mellinæ gentis ſacello. De eo plura in Epiſ-
copis Forocornelienſibus.

LX XX. 80. MARCELLUS Lantes Epiſcopus Card. Præ-
neſtinus, ad Tuſculanam digoitatem aſcendit anno
1629. 8. idus Octob. inde ad Portuenſem, & ad Oſtien-
ſem translatus.

LXX XI. 81. JULIUS Sabellus Romanus presb. Card. à Pau-
lo V. creatus, Epiſcopos Tuſculanus ab Urbano VIII
D anno 1629. 28. Martii delectus. Antiqoiſſimæ familiæ
nobile germen, ita vivit, ot utrioſque Honorii Sabel-
læ gentis Alumni, videatur io Julio revixiſſe virtutes,
de quo alibi in Archiepiſcopis Salernitaois plura. *
Fato functus eſt die 9. Julii 1644. ſepultus in Aracœ-
lano templo in Majorom ſepulchro.

* Ex App. tom. 1.

LXX XII. 82. JULIUS Card. Roma, die 23. Julii 1644 in ul-
timo Urbaoi VIII. Conſiſtorio ex presb. Card. factus
eſt Epiſcopus Tuſculanus; deinde 23. Octobr. 1645.
Portuenſem optavit Eccleſiam.

LXX XIII. 83. CAROLUS Card. Medices Epiſcopus Sabi-
nenſis eadem die 23. Octob. abſens Floreotiæ per pro-
curatorem relicto Sabinenſi Epiſcopatu hunc Tuſ-
culaoum ſuſcepit regendum.

LXX XIV. 84. BERNARDINUS Card. Spada ex Epiſcopo
Albano factus eſt Epiſcopus Tuſculaous die 23. Sept.
1652. mox Sabinus. De quo vide in Albanenſibus.

LXX XV 85. JULIUS Card. Sacchettus optavit Tuſcula
oam Eccleſiam ex presb. Card. tit. S. Mariæ Tranſti-
betim die 23. Septembris 1652.

A D D I T I O

(„ *Ad Sabinenſem tranſiit 11. Octob. 1655.*
„ ANTONIUS *Barberinus e titulo SS. Trinitatis* LXX XVI
„ *in Monte Pincio ad Tuſculanam ſedem aſcendit 11. O-*
„ *ctob. 1655 ad Præneſtinam tranſiit 1661. 21. Novemb.*
„ HIERONYMUS *Card. Columna Romanorum* LXX XVII.
„ *nobiliſſimo genere procreatus ex Presb. S. Laurentii in*
„ *Lucina Antonio ſucceſſit in Tuſculanæ præfectura. In*
„ *Hiſpanico itinere morte præreptus, cũ pro nuptiali tha-*
„ *lamo deſponderat Catholici Regis filiam Leopoldo Cæ-*
„ *ſari, die 4. Septemb. 1666. in oppido Finarii, ubi obiit,*
„ *ubi ſepelitur in Eccleſia Fratrum Ordinis Prædicat.*
„ JO. BAPTISTA *Pallotta è Caldarola Epiſcopus* LXX XVIII
„ *Albanenſis, inde Tuſculanus evaſit 11. Octob. 1666.*
„ *quo dum potiretur, deſiit eſſe inter mortales 23. Janoa*
„ *rii 1668. quem ſemel, & iterum Romana Aula in Va-*
„ *ticanis Comitiis tollendum ad ſupremam digaitatem*
„ *ſuſpicata eſt.*
„ FRANCISCUS *Maria Brancatius transfertur è* LXX XIX.
„ *Sabinenſi Cathedra ad Toſculanam 30. Jan. 1668. ad*
„ *Portuenſem tranſiit 17. Martii 1671.*
„ ULDERICUS *Carpineus ex Epiſcopo Albanenſi* XC
„ *fit Tuſculanus eadem die. Portuenſis poſtea evadit 28.*
„ *Januar. 1675.*
„ VIRGINIUS *Card. Urſinus abſolutus à vinculo* XCI.
„ *Albanenſis Eccleſiæ Tuſculanæ deſponſatur 28. Janu.*
„ *1675. Indos, & Armenos Protector juvit. Cum mu-*
„ *ris cingendas juſſit Leoninam, & Transtiberinam Re-*
„ *giones, Urbanus VIII. hujus Virginii arbitrio obſequen-*
„ *dum juſſit. Plura ſcripſit poeticè, & ſoluta oratione,*
„ *quadraginta Epiſtolarum volumina à ſe coagmentata*
„ *reliquit. Apud Palum Eccleſiam ſubſtruxit, Brac-*
„ *ciani ſummè profuit in fundatione Cœnobii Monia-*
„ *lium. Erga pauperes omnes profuſiſſimus, facetus, be-*
„ *nignus, & omnibus gratus: podagra nedum, ſed labo-*
„ *ribus fatigatus obiit in ſuis ædibus Romæ, dum Cardi-*
„ *nales in Conclavi detinerentur die 21. Auguſti 1676.*
„ *univerſa collachrymante Urbe: Cadaver apertum epa-*
„ *tis pondus manifeſtavit librarum viginti quinque.*
C „ *Bracciani ſepelitur.*
„ CAROLUS *Roſſettus Presb. Card. Tit. S. Lau-* XCII.
„ *rentii in Lucina Tuſculano gregi præficitur 19. Octobr.*
„ *1676. quem ſtatim inviſit, optimiſque legibus muni-*
„ *vit, & Redemptionis æternæ ut memorem faceret, evul-*
„ *gato Edicto præcepit, ut quiſq; eam horam vigeſimam*
„ *primam, videlicet horologii Italici, ad ſignum campa-*
„ *næ ſumma ædis veneraretur, qua JESUS Chriſtus,*
„ *Mariæ, & Dei filius pro ſalute noſtra in teterrimo*
„ *Crucis ſupplicio emiſit ſpiritum. Portuenſem aſſecu-*
„ *tus deinde eſt 8. Januarii 1680.*
„ ALDERANUS *Cybò Præneſtinus Epiſcopus* XCIII
„ *Toſculanus renunciatur poſt Roſſettum, ſedis que bene-*
„ *ficèntiſſimè donec Portuẽſis declaratus eſt 15. Feb. 1683*
„ PETRUS *Orthobonus ex Epiſcopo Sabinenſi Al-*
„ *derano ſubrogatur, eidemque ſuccedit in Portuenſi ſo-*
„ *lio 10. Novemb. 1687.*
„ 94. JACOBUS *Franzonus ex Ord. Presbytero-* XCIV
„ *rum Tit. S. Mariæ de Pace ad Purpureum Epiſcopa-*
„ *tum gradum fecit, Petro Succeſſor datus eadem die,*
D „ *qua ipſe ad Portuenſem Cathedralem optavit, ad*
„ *quam ipſe quoque poſtea translatus fuit 28. Sept. 1693.*
„ NICOLAUS *Acciajolus Card. tit. S. Calixti,*
„ *Tuſculanus Antiſtes eligitur an. 1693. 28. Septembris.*
„ *Inde ad Portuenſem Eccleſiam tranſiit die 15. Dec.*
„ *an. 1700.* Lucen.)
„ VINCENTIUS *Maria ex Ord. Frat. Prædic.* XCV.
„ *tituli S. Sixti Card. Urſinus Romanus, Archiepiſco-*
„ *pus Beneventanus, creatus Card. à Clemente Papa X.*
„ *die 22 Februarii 1672. dimiſſo præfato titulo, optavit*
„ *Eccleſiam Tuſculanam die 3. Januarii 1701. cum re-*
„ *tentione Ecc. Beneventanæ in adminiſtrationem. Sa-*
„ *crarium ejuſdem Ecc. Tuſculanæ Sacra ſupellectile,*
„ *qua ad Pontificalia exercenda carebat, abunde exor-*
„ *navit, & poſt plura alia tum pietatis, tum Eccleſiaſti-*
„ *cæ diſciplinæ, & charitatis monumenta in eodem Epiſ-*
„ *copatu Tuſculano relicta, tranſivit ad Eccleſias Por-*
„ *tuenſem, & S. Rufinæ die 18. Martii 1715.*
„ SEBASTIANUS *Ant. tit. SS. Quatuor Coron.* XCVI

„Card. Tanarius Bononienſis creatus ab Innoc. XII. „die 12. Decembris 1695. dum Vienna Sedis Apoſtol. „nuncii munus multa ſui commendatione extrcebat, di-„miſſo titulo prædicto optavit Eccleſiam Tuſculanam „die prima Aprilis 1715. Fuit Legatus Urbini per plu-„res annos; deputatus à Sanctiſſ. D.N. Clem. Papa XI.

ALBANENSES EPISCOPI



PLURES arbitrati ſunt, Civitatem, quam hoc tempore vulgus Albanum appellat, ad radices montis Albani conſtitutam, antiquam illam Albam longam eſſe, quam Aſcanius Æneæ filius, ante conditam Romam ipſos 300. annos excitavit, non ad radices montis, ut Livius ſolus affirmat, ſed in clivo ipſius montis inter lacum, montemque clementer aſſorgente, ut egregiè ſcribit Dionyſius Halic. lib. 1. Rom. Antiq. Quæ ſanè opinio ex antiquo conſenſu mortalium adeò altas radices egit, ut ipſi Albani populi præter veterem errorem, Eutropii, Serviique opinionem ſecuti, ſupra civitatis portam, quæ Romam proficiſcentibus prævia eſt, marmoream Scropham candidam 30. fœtus cui xam exculpendam curarint, eo portento, auſpicioque ab Ænea in ea condenda Urbe uſurpato, fidem facturi antiquiſſimam illam longam Albam eſſe, quam ex mandato patris Aſcanius ædificavit, ex candore Scrophæ Albam longam illam appellans, ut Aur. Victor in lib. de Origine gentis Romanæ fusè commemorat. Quam opinionem omnium penè antiquorum Scriptorum redarguere videtur auctoritas, qui in monte, non ad radices montis ædificatam fuiſſe affirmant. Strabo lib. 5. *Ænea defuncto Aſcanium, ajunt; Albam condidiſſe in Albano monte, qui tanto à Roma, quanto Ardea diſtat intervallo* Sed melius, apertiuſque Dionyſius Halic. lib. 1. Rom. Antiq. *Trigeſimo anno poſt conditum Lavinium, aliam Urbem ex Oraculo Æneæ reddito, Aſcanius filius ejus condidit, tranſlatiſque Lavinienſibus, & aliis latinis, quibus commodius habitare placebat, in recens conditam Urbem, Albæ nomen impoſuit, additumq; eſt cognomen ex ſitus forma, ut diſcerneretur ab altera ejuſdem nominis, ut velati compoſito vocabulo Alba Longa nominatur. Nunc ea deſerta jacet; quippe regnante Romæ Tullio Hoſtilio, quoniam videbatur cum ſua colonia de principatu contendere, ſolo æquata eſt à Romanis, civeſque ejus Urbs Roma deſtructa matrice intra ſua mœnia recepit. Verum hæc venerunt poſtea, olim cum ædificaretur inter montem, & lacum exſtructa eſt, ita ut medium inter utrumq; obtineret ſpatium, ac veluti muris iis cincta defenſaque, ne facile caperetur: nam & mons admodum altus, ac natura munitus eſt, & lacus profundus, ac magnus, ex quo reductis clauſtris in ſubiectos campos aqua ab libitum diſpenſatur.* Hactenus Halicarnaſſeus. Idem quoque alii affirmant. Quamobrem cum Alba Longa inter montem, Lacumque fuerit conſtructa, facile colligitur non ad radices montis, ſed in clivo ipſius montis Albani fuiſſe collocatam, longè diverſam ab ea Albana Civitate, quod modo via Appia, mille tantum paſſus ab Aricia, duo verò millia à lacu diſtans ad radices montis ſpectatur. Siquidem antiquiſſima illa Albalonga ad lacum conſtructa erat, ità ut illinc montem, hinc verò lacum haberet ad munimentum, ut ex Halicarnaſſeo ſupra docuimus. Quod etiam ipſum Cicero in Orat. pro Tit. Annio Milone luculenter enarrat. Tale verò excidium Albalonga à Romanis paſſa eſt, ut Plinius inter eas Civitates illam enumeret, quarum ſuo ævo præter nomen, Veſtaleque templum, nullum extaret veſtigium. Quod cum eo, quod Livius narrat, concordare videtur, cum lib. 26. Vibium Vitium Senatorem Campanum ita in Senatu loquentem inducit: *Albam, unde ipſi oriundi erant à fundamentis, proruerunt, ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exiſteret.* Item Strabo lib. 5. *Alba diruta eſt, excepto templo, & Albani civibus Romanis adſcripti ſunt.* Clarius etiam Dyoniſius lib 3. ſic. *Alba quam olim Aſcanius, ex Ænea Anchiſæ filio, & Creuſa Priami filia prognatus condiderat, cum per 500. poſt ædificationem annos 13. demptis ſtetiſſet, eoque temporis ſpatio populi frequentia, opibuſque, & cætera felicitate multùm aucta eſſet, triginta Oppidorum Latinorum Mater, & gentis toto eo tempore Principis, à noviſſima ſua Colonia ſolo æquata, hodie quoque deſerta manet.* Antiquiſſimæ Civitati præcipuè excidium intulit M. Horatius unus è Trigeminis fratribus, qui ex pugna duobus aliis fratribus ſuperſtes Curiatios interfecit, qui ſecum pro amplificatione, ſive ruina Romanæ gliſcentis gloriæ congredi auſi fuerant, Tullio Hoſtilio Regnāte. Ex quorum ſcriptorū auctoritate jam patet, Albanum haudquaquam eodem loco eſſe hoc tempore ſitum, quo olim antiquiſſima Urbs Alba longa ædificata erat, à cujus ruinis, lacuque Albano conſtat Albanum Oppidum ad duo milliaria abeſſe.

Cæterum cum, quod hoc tempore ſpectatur, Albanum cum Alba longa commune nomen habere videatur, aperienda ejus origo eſt, tanquam ejus Urbis, quæ antiquiſſimo, purpuratoque dignitatis fulgore nobilitatur. Et me quidem ad id intentum facile Cluverii in ſua antiqua Italia rapuit conjectura: Albanum hoc eodem loco fuiſſe fundatum, quo olim Cn: Pompei Villa fuerat, quę Ciceroni, atque Plutarcho Albanum Pompeii, ſive rus, ſive prædium Pompejanum eſt, quod via Appia propè villam P. Clodii continebatur. Ibi, Imperatoribus ita decernentibus, Pretorianarum cohortium ſtationes erant, appellabaturque Albanum Prætorium. Dionyſius, cum de ludis à Domitiano Imperatore in Albano ex more celebratis loqueretur, ita inquit; *cum locum ſub Albano monte, unde is lacum habet, tanquam Arcem aliquam elegerat.* Julius autem Capitolinus in Maximiliano. *Quare timentes milites, quorum affectus in Albano monte erant, Maximinum, & filium ejus, quieſcentes in territorio, occiderunt.* Et Herodianus cum de ejuſdem Imperatoris interitu loqueretur, ita inquit: *Cum pleriſque aut in tabernacula, aut in ſuas quiſque ſtationes conceſſiſſent, viſum eſt militibus iis, quorum ad Romam Urbem ſub monte Albano Caſtra erant, atque in his liberi, eorum conjugeſque relictæ, neci dedere Maximum.* Itaq. cum ea ſtatiò militum numeroſior eſſet, ob idque nundinæ divendendarum rerum in uſus militum haberentur frequentes, factum eſt, ut ibidem ſenſim cœperint ædificia exurgere, quo

pro-

Digitized by Google

propius commodiuſque coemenda adeſſent militibus. Albanum inde Prætorium in juſtum penè Oppidum crevit, quod modo Albanum Prætorium, modo ſine ullo adjuncto, Albanum cœptum eſt appellari. Quod ipſum haud mirum debet videri, cum aliæ famoſæ Civitates ſuam ipſarum originem in militum ſtationes referre ſoleant. Itaque cum Cluverio arbitror dicendum, à Militibus Prætorianis Albanum habuiſſe principium. Quod utcunque ſucceſſu temporis creverit, à Procopio tamen Albanum Oppidulum appellatur, ſitum ab Roma verſus Orientem ſolem. Difficilè autem valde fuerit tempus adamuſſim inveſtigare, quo Albanum ſuum exordium deſumpſiſſe videatur. Conſtat tamen, cum è Græcia reverteretur Nero, ut ſcribit Svetonius in ejus vita cap. 25. per Neapolim, Albanumque utriuſque Civitatis diruta parte murorum pertrãſiiſſe illum; ſic ut inde facile colligi poſſe videatur, jam tunc Albanum, ut juſtam, viſendamq; Civitatem, muris ad hoſtiles incurſus arcendos fuiſſe concluſam. Temporibus Conſtantini Magni Imperatoris, præ ſe ferebat nomen, ſitumque non temnendæ Urbis, ut ex iis, quæ Anaſtaſius Bibliothecarius in vita S. Sylveſtri ſcribit, abundè colligere poſſumus: *In Civitate Albanenſi*, inquit Anaſtaſius, *fecit Baſilicam S. Joannis Baptiſta*; meminitque Albanenſis Civitatis pluribus aliis locis; quam alii Hiſtorici narrant, Alexandri III. temporibus 1168. penè excidium paſſam fuiſſe à factioſis, qui impii Ænobarbi partes fovebant, refectamq; ab Honorio III. gentis Sabellæ, quæ jam inde totum illum Albanenſis terræ tractum cum Caſtello Sabello, in angulo antiquiſſimæ Albæ longæ ædificato, latè poſſederant. An autem Caſtellum Sabellum antiquiſſimæ genti cognomen pepererit, an ſplendidiſſima gens Caſtello indiderit, ſanè mihi perobſcurum, aliiſque ſcriptoribus haud ſatis planum putaverim.

Sanè antiquiſſima Albanenſis Eccleſia eſt, & ſi me conjectura non fallit, arbitror vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab Apoſtolorum alumnis Evangelii lucem hauſiſſe. Quamobrem ejus Civitatis Epiſcopus unus è ſeptem Collateralibus eſt, Purpuratisque, quique ſummo Romano Pontifici propiori dignitatis gradu ſubſervit. In Conciliis Albanenſis Præſulis frequens habetur mentio, ac Sozomenus præcipuè, dum acta Mediolanenſis Concilii ſub Conſtantino Magno recenſet, inter illius Concilii Patres Dionyſium quemdam Albanenſem Epiſcopum numerat, qui incredibili ſanè conſtantia contra Arrianorum furorem Athanaſium S. Pontificē defendit, ne deturbaretur de ſede, nevè injuſta ſententia damnaretur. Albanenſis Eccleſiæ D. Tutelaris a S. Senator eſt, cujus Uſvardus meminit, ac Martyrologium Romanum 6. Kal. Octobris. Sed jam aggrediamur ad ſeriem Epiſcoporum Albanenſium.

a S. Pancratius.

A D D I T I O.

(„ *Albanum Cathedrale Templum antiqua eſt ſtructura: duæ inibi Dignitates Archipresbyter, & Archidiaconus, Octo Canonicatus, utraque tamen Præbenda deſtituti. Prima dignitatis annui redditus ſunt ſca. 160. moneta, ſecunda 110. Canonicatuum 80. Cura Animarum in Cathedrali exercetur per Archipresbyterum; nulla alia adeſt Collegiata, vel Parochialis Eccleſia. Adſunt quatuor Virorum, & unum mulierum Cœnobium, Hoſpitale, & Clericorum Seminarium, caret monte Pietatis. Fructus hujus Eccleſia non reperiuntur taxati in libris Fiſci Apoſtolici; ejus verùs valor ſummam Scutorum moneta 150. non excedit. Civitas ipſa utilis dominii erat Sabella gentis. At vigore Bulla Clementis VIII. Julio Sabellio ejus loci Principe, utilique Domino, alieno are nimium gravato abreptum eſt die 23. Junii an. 1697. aris ſoluto pretio à Rev. Camera Apoſtolica creditoribus, & de mandato Innocentii XII. Camera Apoſtol. applicatum pleniſſimè fuit die 26. Junii ann. 1697. Meralium capita circiter bis mille enumerat: Univerſa Italia Sacra Tom. I.*

„ *Diœceſis fere 8000. incolas habet, & hoc ad 20 milliaria ſe extendit. Oppida ejus ſunt.* Sabello. Riccia. Genzano. Civita-Lavinia. Nemi. Marino. Caſtel Candolfo. Prattica. Andrea. Nettuno. *Antiquatam etiam Epiſcopalem ſedem modo complectitur intra limites ſuæ Diœceſis Albanum*, Antium videlicet, *ubi nunc Neptunium exurgit, ejuſque Antiſtitum* b *mentio habetur in Romanis Conciliis*. Lucent.)

b De quibus nos in tomo X. hujus Operis.

1. DIONYSIUS Epiſcopus Albanenſis in Mediolanenſi Concilio ſub Conſtantino Magno S. Athanaſium contra Arrianos conſtanter defendit apud Sozomen: Hiſt. lib. 3. I.

(„ ROMANUS *Albanenſis Epiſcopus nobis occurrit è Romana Synodo an.* 465. II.

„ ATHANASIUS *item Albanenſium Pontifex è Rom. Concil. an.* 487. Lucentius.) III.

2. CHRYSOGONUS ſub Symmacho Papa in ſynodo Rom reperitur ſubſcriptus an. 504 c. & deinceps. IV.

c Et antea ſcilicet an. 501. 502. & 591.

3. ARDEAS (1) anno 593. ſubſcriptus reperitur cuidam privilegio Gregorii ejus nominis I. indulto S. Medardi Eccleſiæ in Galliis.

4. JOANNES Epiſcopus Albanenſis, & S.S. Bibliothecarius reperitur an. 594. an. 4. Gregorii Magni indict. XII. in privilegio conceſſo Honorato Abbati Sublacenſi. V.

5. HOMOBONUS interfuit Concilio ſub S. Gregorio anno 595. d VI.

d Et 601.

(„ EPIPHANIUS *interfuit Concil. Lateranen. an.* 649. Lucentius.) VII.

6. JUVENALIS inter Patres Sexti Concilii Conſtantinopolani (2) adnumeratus eſt, ſub Agathone Pōtifice ſummo anno 680. paulòque poſt obiit; nam anno 683. Eccleſia Albanenſis vacabat, ex Anaſtaſio Bibliothecario in vita Leonis II. VIII.

7. ANDREAS interfuit Synodo habito in Eccleſia S. Petri à Gregorio II. anno 721. Non. Aprilis ind. 4. ſeq. ſubſcripſit decreto adverſus illicita conjugia una cum aliis 21. Epiſcopis ex Cod. Vatic. num. 1353. IX.

8. TIBERIUS e an. 743. („ *in Rom. Concil.*) X

e Al. Tiburtius, ſive Tiburtinus.

9. GREGORIUS (3) interfuit Concilio Romano ſub Zacharia Pontifice anno 743. XI.

10. LEO anno 761. in Synodo ſub Paulo I. XII.

11. EUSTATIUS, ſive Eutiachius f, interfuit creationi Conſtantini Pſeudo Pontificis. an. 767.

f Al. Euſtaſius.

12. CONSTANTIUS, agebat in vivis ann. 772. Conſule Baronium. XIII.

13. BENEDICTUS in Concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826. ex Baronio. XIV.

14. JOANNES S. ſedis Bibliothecarius ann. 828. An. 1. Gregorii IV. in privilegio Sublacenſi. XV.

15. BENEDICTUS Sergii II. Papæ frater, Epiſcopatus Albanenſis uſurpator (4) anno 844. de quo Luitprandus Ticinenſis in vitis Rom. Pontificum. XVI.

16. PETRONATIUS Synodo ſubſcripſit anno 853. Deceſſit anno 867. conſule Baronium. XVII.

17. PAULUS, Concilio Romano interfuit, ab Hadriano II. apud S. Petrum celebrato anno g 871. XVIII

g 869. Luc.

18. GREGORIUS apud Baronium anno 963. reperitur in Concilio Romæ habito à Joanne XII. ſuſpenſus, eo quod Leoni Neophyto Romanæ Eccleſiæ invaſori, à Siccone Epiſcopo Oſtienſi in Antipapam conſecrato, orationes dixerat. Idem reperitur ſubſcriptus anno h 983. in privilegio Benedicti VII. Monaſterio Sublacenſi. XIX.

h 985.

19. THEOBALDUS floruit anno 995. XX.

20. JOANNES S.R.E Bibliothecarius quoddam privilegium ſubſcribit ſub Gregorio V. anno 996. Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato ab eodem Pontifice indultum; de quo Rub in Hiſt. Raven. lib. 5. 997 anno vero 998. ejuſdem Gregorii V. Diplomati ſubſcripſit conceſſo Monaſterio S. Ambroſii Mediolani 4. Kal. Junii. XXI.

21. PETRUS Epiſcopus Albanenſis, vulgo dictus, XXII

(1) Hic cum ſibi fidem conciliet ex ſolo mendaciſſimi privilegii S. Medardi aliis à nobis falſitatis evidentiſſimæ inſimulatis ſubſcriptionibus, ut ſuppoſititius habetur: & præcipuè cum ſequens iiſdem annis ſibi locum vindicet in Albanenſi ſede. *Luc.*

(2) Juvenalis ſubſcripſit in Rom. Synodo Epiſtolæ Agathonis Papæ elargitæ Legatis miſſis Conſtantinopolim pro celebranda ſexta Synodo ann. 680. Non rectè igitur dicitur enumeratus inter Patres Conſtantinopolitanos: nisi id tantum cenſeatur vigore illius Epiſtolaris ſubſcriptionis. *Lucent.*

(3) Si Tiberius ſubſcripſit ei Concilio, quomodo auctoritate ejuſdem Concilii ponit Ughellus Gregorium alium Epiſcopum Albanum? Pluribus illius Concilii examinatis exemplaribus, nullus inde nobis innotuit Gregorius Albanenſis Epiſcopus. Prodit tamen ex eo ibi ita notatus: *Tiburtius Albanus*. Expungendus igitur hic Gregorius. *Luc.*

(4) Fuerit ne ipſi legitimè adjudicatus conſici poteſt. Erat enim Sergii II. germanus frater. *Lucent.*

A ctus, Bocca di Porco, electus ann. 1004. deinde anno 1009. ad ſummum Pontificatum evaſit ſub nomine Sergii IV. ut è ſepulchrali ejuſdem inſcriptione claré colligi poteſt, cujus meminit Baronius in Ann. Eccleſ.

XXIII * Ex App. idem. a. 22. THEOBALDUS. * Prima ejus mentio occurrit ann. 1015. in decreto ſupra relato pro Monaſterio Fructuarienſi, in quo ſe ſubſcripſit. In Synodo ſub Joanne XIX. pro eccleſia Sylvæ Candidæ celebrato interfuit circa an. D. 1028 a. Idem anno 1036. ſubſcripſit privilegio ejuſdem Pontificis pro eadem Eccleſia. (,, *Theobaldus vero legitur ſubſcriptus in Concil. Rom.* ,, *ſub Benedicto IX. in cauſa Andreæ Peruſini an. 1037.* ,, *ut patet ex Harduino tom. 6. Concil.*)

a Et antea an. 1015.

XXIV 23. BONIFACIUS è Nobili gente Comitum Epiſcopus Cardin. Albanus à Leone IX. creatus, Florentiæ Victori II. Pont. Max. cum morte luctanti adfuit anno 1057. primuſque fuit, qui de ejuſdem Pontificis deceſſu ſcriptis literis Romanam Curiam fecerit certiorem. Leo Hoſt. in Hiſtor. lib. 2. cap. 98. Subſcripſit bullæ Alexandri II. Monaſterio Caſinenſi anno 1067. 6. Idus Maji. (,, *An. 1059. præſens fuit diſceptatione Monachorum Farfenſium habita coram Nicolao* ,, *II. ex Reg. Farfenſi. ſubſcripſit etiam Privilegio Alexandri II. pro Monaſterio S. Dionyſii an. 1066.* Luc.)

B

XXV. 24. BASILIUS, Græcus, Epiſcopus Albanenſis, & Card Boniſacio ſucceſſit, ab Alexandro ad Purpuram vocatus circa an. Domini 1073. ſub Gregorio veró VII. deceſſit.

XXVI * Ex App. tom. 5. 25. B. PETRUS Igneus Florentinus Vallis Umbroſæ Monachus, * Abbas Ficoclenſis Lucenſis Diœceſis, S. Gualberti alumnus, à Gregorio VII. electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1074. Hic ille Petrus eſt, qui ab Igne, quem illæſus tranſivit, Ignei cognomen invenit. Siquidem per id tempus in Florentinam ſedem irrepſerat quidam Petrus Ticinenſis Simoniaca labe infectus. Quem ſpurium Paſtorem cum S. Joannes Gualbertus in Florentino Throno ſedere ægré ferret, jamque de ea re in coronis jactati ſermones dimanaſſent in vulgus, clariuſq; ſcelus eſſet, quàm quod amplius ſufferri poſſe videretur, eò jam curæ bonorum omnium videbantur intentæ, ut Simoniacus Petrus everteretur de ſede. Cæterùm ut nulla tam perdita cauſa eſt, quæ fautores non habeat, interim diſciſſa civitatis ſtudia ſunt, aliis Epiſcopum defendentibus, averſantibus aliis ejuſdem Simoniacas ſordes. Itaque dum nutat cauſa, timeturque æquè in plebe, ac in viris potentibus conſternatio ſeditioſa, Petrus Vallimbroſanus, de conſenſu magiſtri Jo. Gualberti viri ſanctiſſimi recepit ſe probaturum per ignem, Ticinenſem Petrum Epiſcopatus commiſſe honorem, bonos autem rectis ſenſibus progredi, dum Pſeudo paſtorem de ſede evertendum curarent. Acceptatur conditio, ut ſunt humanæ mentes ad curioſitatem proclives; Septimianaque S. Salvatoris Abbatia, trepido periculo faciendo, ut aptus locus, quippe qui ab Urbe Florentia quinto tantum milliario diſtet, eligitur. Succenditur ingens ſtrues lignorum, concipitur flamma, cumque jam victrix ſiccum pabulum æſtuante incendio devoraret, inque altum attolleretur, miſcens volumina fumi, Petrus ſacerdotali cultu indutus, cruceque, quam manu geſtabat, munitus inter debacchantes flammas, lento gradu, oculiſque in Cœlum vibratis, progreditur, ſtupentibus cunctis ignem ſui caloris oblitum non modo progredientem non offendiſſe, ſed ne leviſſimum quidem corripuiſſe capillum. Quamobrem in Petrum divina illa, plenaque amoris erga virum juſtum pollicitatio jam videbatur poſſe quadrare. *Puer meus, cum tranſieris per ignem, non accebit te, & odor ignis non erit in te.* Obſtupuere ad miraculum, infimi, medii, ſummi, convictumque ſceleris lupum potius, quam Paſtorem exegere. Narrat mirabilem hanc hiſtoriam Baronius ex graviſſima quadam Populi Florentini epiſtola ad Alexandrum II. Pontificem deprompta; aliique non temnendi ſcriptores, in quibus noviſſimé Nicolaus Baccetius Abbas Ciſtercienſis, amicus meus, ejuſmodi

C

D

A portentum in libro 1. ſuæ Septimianæ hiſtoriæ ad vivum depinxit. Locum, ubi olim miraculum acciderat, Ciſtercienſes poſtea finibus Templi laxatis, muris Eccleſiæ tanquàm conſpicuum concluſerunt, cujus in pavimento brevis marmoreus, & candidus lapis affixus eſt, atque è regione muro depicta tabula inhæret cum iis verſibus memorabile facinus exprimentibus.

Hunc lapidem ſi quis conſpexerit, eſſe locutum
Hoc ſciat à ſancta Religione, loco.
Indicat hic partes, depictus Imagine tanta
Quid fuit, & cur candidus iſte lapis.
Lis erat, & magno ſurgebant prælia bello
Hinc, atque hinc par met maxima turba cadit.
At Monachi noſtri, umbroſaque à Valle Joannes
Exploratores conſtituere focos.
Tunc Monachus juſſu medium ſe jecit Abatis
Et potuit nulla parte nocere focus.
Aſt ille ejectus Petrus fuit illico ab omni
Sede ſua ſacra, Pontificiſque loca.
Cauſaque nam fuit hæc ſceleroſa, quod ille malignus
Tunc erat Hereticus, Simoniacus erat.
Ergo nunc notum eſt, lapis hic qui fixus habetur
In terra, cunctis ſit venerandus erit.

B Ex hoc igitur mirabili facto, cum Petrus Igneus omnibus admirationi eſſet, Pontificique charus, purpura nobilitatus eſt, multoſque pro publica Chriſtiana re adivit labores. Siquidem in Germania legatione functus eſt, difficillimis temporibus, cum ſcilicet Henricus, Rodulphuſque de Imperio decertarent. Deinceps etiam in Gallias legatus eſt, ubi difficillima negotia conſultiſſimé explicavit. Deceſſit ante an. 1087. 8. Januarii, ſepultuſq; eſt in Vallis Umbroſæ celebri monaſterio. Cæterùm Baronius in 11. tomo Eccleſ. Annal. deceptus à quodam moderno ſcriptore, qui hujus Sancti vitam temporibus VIII. Clementis emiſit in lucem, inſinuare videtur hunc Petrum Igneum é gente Aldobrandina traxiſſe originem; itaque favorabilis fabula placuit, ut Petrus ipſe Card. Aldobrandinus, alioquin Princeps ſapientiſſimus, Vallimbroſanum Petrum, in nova Clementina aula cum Aldobrandinæ gentis inſignibus, eleganti que epigrammate, à Joanne Matthæo Cariophylo Archiepiſcopo Iconienſi confecto, depingendum curaverit. De Petro plura ſcripſit eruditus Diegus de Franchis Abbas Ripolanus in vita S. Joannis Gualberti.

C 26. UVALTERUS, ſeu Gualterus Epiſcopus Card. Albanus, Petro Igneo b ſucceſſit poſt ann. 1087. (t) deceſſit ſub Paſchali II. ut Pandulphus Piſanus narrat. Ad hunc ſcribit Anſelmus Cantuarienſis ep. 35. & 36. initio Urbani II. pontificatus. XX VIII.

b Oddoni.

27. ODDO Epiſcopus Albanenſis ſubſcripſit Bullæ Urbani II. Monaſterii Cavenſis anno 1092. pontiſ. ann. 4. XX VII.

D 28. RICHARDUS (,, *Natione Gallus, Ord. S.* ,, *Benedicti*,) Monachus, & Abbas S. Victoris Maſſilienſis, frater Bernardi Card. Abbatis ejuſdem Monaſterii, ex presb. Card. Epiſcopus Albanenſis à Paſchali II. Pontifice creatus ſucceſſit Oddoni c. Hic ſub Gregorio VII. Pontifice legatus directus in Hiſpaniam anno 1079. ad mores reformandos, & Eccleſiæ priſtinam formam reſtituendam, cujus rei cauſa Concilium Richardus Burgi coegit. In eo Concilio regiæ voluntatis morem gerens, in toto ejus Regno Romanum miniſterium confirmavit, ut habet Pelagius Ovetenſis. Hoc legato in Hiſpaniis agente ſcripſit Gregorius ad Alphonſum Caſtellæ Regem ann. 1080. Richardi Cardinalis legati mentionem faciens; eodem anno idem Gregorius eidem Richardo legato miſit epiſtolas, qui controverſiam habebat cum Bernardo Archiepiſcopo Toletano laneum pallium non habente. Idem Gregorius Cardinalatu privandum cenſuit Richardum, quod Guiberti de Corrigia Archiepiſcopi Ravennatis Clementis III. Antipapæ partibus faveret. Clàm Romano inhiavit Pontificatui cum Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi, & tempore Victoris XXIX

c Vvalterio.

III.

(t) Hic tempora, ſeriemque intervertit Ughellus, atque Ughellum incogitanter ſecutus Lucentius. Paſchalis enim II. Urbano II. ſucceſſit; idque cum Oddo, qui ponitur poſt Vvalterum, ſubſcripſerit Bullæ Urbani II. Cavenſis Monaſterii an. 1092. & Vvalterus deceſſerit ſub Paſchali II. qui nonniſi an. 1099. declaratus eſt Pontifex, clariſſimè patet Vvaltero præponendum eſſe Oddonem, atque dicendum, quod Petro Igneo ſucceſſerit Oddo, Oddoni Vvalterus. Equidem poſt an. 1092. quo Oddonis extat memoria, plures memoratum Vvalterum invenio. Nam an. 1096. in Concilio Nemauſenſi ſubſcribitur *Gualterius* confirmationi donationis terræ S. Ægidii à Raymundo Comite Toloſano Oddoni Abbati Cluniacenſi factæ. Tum *Gualterii* mentio in Epiſtola Urbani II ad Hugonem Archiepiſcopum Lugdunenſem an. 1095. *Vvalterius* denique legitur ſubſcriptus in Privilegio Cluniacenſi Paſchalis II an. 1100.

III. ſchiſma excitavit anno 1087. quem Victor à communione aliorum reſecavit in Synodo Beneventana, menſe Auguſto ejuſdem anni, verum poſtea eſt reſtitutus. In Gallia habuit legationem ſub Paſchale II. ad Philippum Gallorum Regem, quem b cenſuris, quas ex pertinacia incurſerat, abſolvit. Trecenſe celebravit Concilium, (,, *Et Balgenciacenſe an.* 1104.) Moguntinæ Dietæ interfuit cum Gebeardo Epiſcopo Conſtantienſi, ubi iterum Henricum IIII. Imperatorem excommunicationis mucrone transfodit ann. 1105 a. Hujus legationis meminerunt Yvo Carnot. Ep. 166. & Godefridus Vindocien. Epiſt. 18. qui de Rodulpho Turonenſi Archiep. propter inhoneſtu verba apud Richardum conqueritur. De quo Abbas Uſpergenſis in Hiſt. & Baron. tom. 12. ubi Joannis Epiſc. Tuſculani Epiſtolam adfert ſcriptam ann. 4. poſtquam ſcilicet Henricus Imp. Paſchalem Pontif. conjeciſſet in carcerem. Deceſſit noſter Richardus ſub eodem Pontifice poſt annum 1116. (1) quo ſubſcriptus reperitur in Bulla ejuſdem Pontif. Eccleſiæ Marſorum. Datum Laterani 5 Kal Martii an. Pontificis 15.

a Interfuit etiam Concil. Claramontano an. 1095. & Placentino.

XXX (,, ANASTASIUS *Card. Epiſc. Albanus erat an.* ,, 1114. *quo pro Paſchali II. Legationem ad Beneventanos ſubivit, ex Baronio tom. 12. Annal.*

XXXI (,, RICHARDUS *Albanenſis Epiſcopus ex literis* ,, *Paſchalis II. pro Marſorum Eccleſia ſub dat. Later.* ,, 5. *Kal. Martii* 1115. *alter ſane à ſuperiori. Nec refragatur ſubſcripſiſſe ante Leonem Oſtienſem, & Cononem* ,, *Præneſtinum, cum per ea tempora antiquitatis in ſubſcribendo ordinem non ſemper ſervatum plurima monumenta doceant. Quod ſi idem dicant, an indecentius* ,, *duos eodem tempore in una ſede collocare Epiſc.* Luc.)

XXXII 29. LEO Epiſcopus Card. Albanus ſuffectus eſt Richardo, non Gualtero, ut videtur Ciaconio. Sed manifeſtè tempora invertit, dum ejuſdem fieri mentionem affirmat in quodam Diplomate Paſchalis 2. ann. 1106. ſiquidem per illud tempus conſtat Richardum apud Germanos functum fuiſſe legatione, atque vixiſſe anno 1115. uti ſupra docuimus. Inſuper idem Richardus ſubſcriptus reperitur in diplomate Paſchalis II. conceſſo Abbati S. Ambroſii Majoris Mediolani anno 1103. 16. Kal. Martii ab Incarnatione ind. 10. Pontificatus 3. Quamobrem dicere oportebit poſt ann. 1115. floruiſſe Leonem, non autem, ut vult Ciaconius anno 1106.

XXXIII 30. VITALIS Epiſcopus Albanenſis Card. Leoni ſuffectus eſt à Paſchali II. Pontifice. Gelaſium II. Honoriumque item II. inauguravit. Deceſſit 1125. Hujus meminit Pandulphus Piſanus. (,, *Subſcripſit Privilegio Cluniacenſi Honorii II. an.* 1125.)

XXXIV 31. MATTHÆUS Gallus, nobilibus, opulentiſque parentibus editus, in Rhemenſi Provincia Monachus, ac Prior Cluniacenſis, ab Honorio II. electus eſt Epiſcopus Card. Albanus 1125. Hic nobili loco natus eſt, atq; à primis annis cum pietate diſciplinatum peritiam felici ſucceſſu conjunxit, cumque antea Canonicus Rhemenſis eſſet, monaſticam vitam profeſſus eſt in celebri Cœnobio S. Martini de Campis Pariſienſi, cujus poſtea Abbas electus eſt. Cum poſtea ad Epiſcopatū aſſumptus fuiſſet, adeò inter beatioris vitæ obſequia inſtituti prioris non fuit oblitus, ut cæteræ vitæ auſteritati etiam duriora addiderit, ita ut ſanctimoniæ vitæ rariſſimis exemplis illuſtrarit Eccleſiam. Familiaris D. Bernardo fuit, atque ad obſequium veri Pontificis traducendis devils individuus ejuſdem collega. Sub Honorio II. in Galliis legatione functus eſt, ubi in Trecenſi Concilio militare Templariorum Inſtitutum favorabilibus diplomatibus indultis, confirmavit. Ab eodem legatus ad Montem Caſinum, Oderiſium, Nicolaumque exuit dignitate, ac Signorettum in ejuſdem loci Abbatem eligendum curavit. Interea cum inter Innocentium II atque Antipapam Anacletum obortum ſchiſma fuiſſet, Matthæus miro animi

A candore Innocentii partes conſecutus eſt, atque Antipapæ ſceleroſos auſus inſectatus; cumq; à Petro Lenne expulſus Roma fuiſſet, in ea plena ærumnis ſive fuga, ſive peregrinatione, officii ſui egregiè memor, Gallos, atque Germanos, ad quos pervenerat, ad veri Pontificis obſequium, obedientiamque demùm adduxit. Sub vitæ finem, D. Bernardo collega, Liguſtica legatione etiam functus eſt, in qua Mediolanenſibus auctor fuit, ut Innocentium verum Pontificem venerarentur. Demum Piſas reverſus, ubi per id tempus Pontifex morabatur, ex laboribus contracto morbo, vitam finivit, die Natali Domini ſacro, dum adhuc crepera luce ſacrum perageretur anno 1139. ſepultuſque apud S. Frigidianum, gloria miraculorum clarus. (,, *Præfuit etiam Conciliis Moguntino, & Pariſienſi.*) Ejus vitam perſcripſit Ven. Petrus Cluniacenſis Abbas, tametſi in Cluniacenſi Chronico ejuſdem geſta, vitaque rurſus narrentur; cujus Baronius meminit t. 12. Annal. Eccleſ. Ejus ibidem laudes S. Bernardus in quibuſdam epiſtolis ſincerè deprompſit, in quibus vel

B cum gravi conſultoque viro graviſſima tranſigebat negotia, vel ſanctæ familiaritatis ergò mutuam charitatem alebat.

32. ALBERTUS Epiſcopus Card. Albanenſis ſubſcripſit bullæ Innocentii II. cenobio S. Crucis Auſtriæ conceſſæ, datum Laterani 4. Kal. Maji, indict. 7. ann. Pontif. II. Idemque ſubſcriptus reperitur in alio Innocentii diplomate, Monaſterio Hemnerodii Trevirenſis diœceſis conceſſo, 13. Kal Januarii ann. 1140. apud Gaſparem Jongelinum in noticia Abbatiarum Ord. Ciſtercienſis. Albertus vero obiit circa ann. D. 1142. cum nulla alia de ipſo mentio reperiatur. XXXV.

33. PETRUS Papareſcus Romanus, Innocentii II. frater, is ab eodem electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1142. Extulit hunc eundem Pontificem, intulitque in Eccleſiam S. Mariæ Transtiberim, quam ipſe reſtaurare cœperat, mox & fecit abſolvendam. Conſule Baron. tom. 12. Subſcripſit bullæ Cœleſtini II. pro Monaſterio S. Bartholomæi de Bonoſolatio Ordin. Ciſterc. Florentinæ Diœceſis an. 1144. 14. kal. XXXVI.

C Martii ind. 7. ab Incarnatione.

34. NICOLAUS Brekſpear, ideſt Haſtifragus Anglus, Canonicus Regularis, ac S. Ruffi in Gallia Abbas Valentinæ Diœceſis, ab Eugenio III. electus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis; atque in Svetiam, Norvegiamque miſſus Legatus, eam gentem poſtrema propemodum barbarie laborantem traduxit ad Chriſtum; Romamque reverſus, Anaſtaſio IV. qui fato functus fuerat, ſub Adriani IV. nomine, Summus Pontifex ſuffectus eſt anno 1154. Nonnulli ſcriptum reliquerunt hunc, antequam in Abbatem S. Ruffi adlectus fuiſſet, monachum egiſſe in Ciſtercienſi Ordine, quod aliquibus, mihique improbabile videtur. XXXVII.

35. GALTERUS, ſive VALTERUS ab Hadriano IV. creatus eſt Epiſcopus Card. Albanus 1154. Poſt exceſſum verò Adriani Alexandrum III. creandum curavit, cujus partes contra Octavianum Antipapam ſemper ſecutus eſt, potuitque paulò poſt exceſſiſſe è vivis, cum ejuſdem mentio habeatur uſque ad annum 1177. Fuit Alexandri Papæ in Urbe Viceſgerens, ut XXXVIII.

D teſtatur Joan. Saleſburienſis epiſt. 6. ad Bartholomæum Oxonienſem Epiſcopum.

36. HENRICUS de Caſtro Marſiaco Gallus, Monachus Ciſtercienſis, & Claravallenſis Abbas, ab Alexandro III. invitus conſecratus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 2. die, ex quo Concilium Lateranenſe cœperat celebrari, ann. 1179. idibus Martii. Hic nobiliſſimis parentibus procreatus eſt, ac puer adhuc ad Claravallenſe monaſterium convolavit ſub B. Roberto Abbate, qui D. Bernardo fuerat ſuffectus, ſub cujus diſciplina cum mirabiliter fuiſſet progreſſus, Altacumbam celebre in Sabaudia Cœnobium ſuſcepit regendum; inde poſt B. Gerardi martyrium, ad Claravallen- XXXIX.

ſem

(1) Hujus Richardi vitam Ughellus, & Oldoinus protendunt ultra an. 1115. cum eo anno Richardus Albanenſis Epiſcopus reperiatur ſubſcriptus diplomati Paſchalis II. pro Eccleſia Marſorum. Diploma in Marſorum Epiſcopis refertur ab Ughello. Ciaconius, & alii, ut Oldoinus advertit, volunt hunc Richardum diverſum fuiſſe ab eo, qui vixit temporibus Paſchalis II. At nos Oldoini inadvertentiam miramur; quippe qui in Paſchali II meminit Anaſtaſii Epiſc. Albanenſis ex irrefragabili Baroniano teſte tom. 12 Annal. an. 1114. n. 3. quo anno comperitur Anaſtaſius Albanenſis Epiſcopus ad Beneventanos Legatus miſſus; quonam modo igitur hic idem Richardus, qui erat Epiſc. Albanenſis an. 1114. ſuum Epiſcopale munus protenderat uſque ad an. 1116. & Anaſtaſius an. 1114. erant inſimul Albanenſis Antiſtes? Oportet ergo vel Anaſtaſium delere, quod ſanè incongruum, vel alterius Richardi poſt Anaſtaſium mentionem facere; ſicque juxta opinionem Ciaconii, Richardus fuiſſe duos per hæc tempora, in eo tantùm nobis aſſenſum præbeat, quod ambo ſub Paſchali Albanenſem Præfecturam geſſerint; Francique audiatur, qui Richardi obitum rejicit in an. 1182. *Lucenſius.*

ſem curam tranſlatus eſt, ubi cum omni perfectione excultos viros exercuiſſet, æquè apud Aulam, atque III. Alexandrum Pontificem maximè inclaruit, dignuſque habitus eſt, qui inter Concilii Patres numeraretur, purpuraque Senatoria decoratus Albanenſi dignitate fulgeret. Quæ utique illum adeo deſidem nō effecit, ut ultra mare nobiliſſimas Provincias ad ſacrū bellum Apoſtolicus Legatus exciraverit, gentibuſque, quas dira lues hæreſeos infecerat, ſalutarem adhibuerit medicinam. Idem cumulatiſſimè præſtitit in Galliis, cum ibi eodem legationis munere fungeretur. Siquidem, cum, quæ ad divinum cultum ſpectant, omnia perluſtraſſet, reperiſſetque Lugdunenſem, ac Narbonenſem Archiepiſcopos circa gregem inſigniter deſidere, utrumque nullis flexus precibus exuit dignitate. Mox converſis in Hæreticos armis, Valiem prævalidam illorum Arcem, oppugnat, ac demum divino magis, quàm humano expugnat conſilio. Veronæ Lucio Pontifici decedenti adfuit, mox & Ferrariæ Urbano III. cum morte luctanti poſtremum pietatis officium impendit. Cumque Henrico purpuratorum Senatus Apoſtolicam Sedem ultro, volenſque deferret, non aſſentiit offerentibus, in Gregorium VIII. honorē refundens, quem ideo virum incomparabiē ſummum Pontificem eligendum curavit; à quo cum deinde ad omnes Principes Chriſtianos Legatus cum maxima auctoritate declaratus fuiſſet, ita munus illud ex more ſuo cumulatè implevit, ut Fridericum ipſum toties perfidioſè relapſum cum Clemente III. reconciliaverit, cumque a 68. præclariſſimis Principibus bellatoribus, ſuis ipſe manibus militari Cruce conſignaverit. Cum vir doctiſſimus eſſet, adhuc Abbas declamationem contra hæreticos Albigenſes ſubpullulantes in Galliis ſcripſit, quam in ſuis Annal. refert Baronius tom. 12. Demum vir optimus, atque excellens ita omnibus probabatur, ut Auctor vitæ S. Petri Tarantaſienſis inter Eccleſiæ Chriſti columnas, illum Principem Columnam appellet. Et meritò quidem, cum uſque ad extremum ſpiritum pro Eccleſia laboraverit. Denique ut præclariſſimè geſtis coronidem ſatis decentem apponeret, ſub III. Clemente in Belgio poſtremæ fungens legatione, Flandrenſi comiti, Atrebatenſique Eccleſiæ, qui inexplicabili propemodum ſimultate pugnabant, ſua prudentia, conſiliiſque peperit pacem; ac ineluctabili morbo ipſe correptus, cum horæ fatali ſe propiorem fieri ſentiret, ante altare S. Andreæ Cathedralis Eccleſiæ ſe deportari juſſit, ibique ſacramentis munitus inter Sacerdotum manus animam exhalavit, die 4. menſis Julii 1188. ejuſque corpus ex teſtamento in Claramuallem relatum eſt, tumulatumque à Lingonienſi Epiſcopo inter D. Bernardum, ac S. Malachiam cum hoc epitaphio.

Subiacet huic lapidi quondam notiſſimus Orbi
Abbas Henricus Romano Cardine dignus,
Lubrica qui vani contemnens gaudia mundi
Terræ membra dedit, cœlis animamque remiſit.

Clariſſimi viri vitam, geſtaque multi ſcripſere, in quibus Cæſarius ejus contemporaneus in libro miraculorum; Magnum exordium Ciſtercienſis ordinis l. 2. c. 3. & 21. Vincentius Bellovac. lib. 30. cap. 31. In Kalend. Ciſtercienſi in album Beatorum refertur die 14. m. Julii. Ejus præter Baronium meminit Crantzius lib. 7. cap. 5. Saxoniæ, Sirmundus in notis ad Petrum Cellenſem, Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo SS. Ordin. Ciſterc. & in Menol. ad hanc diem, Montalvus, multiq; alii. Scripſit Henricus adverſus Albigenſes Hæreticos. Extat ep. t. 12. Ann. Baronii.

Henrici doctrinam laudat Guillelmus Albæripæ Abbas in epiſt. ad eundem tunc Claravallenſem Abbatem, quæ extat in antiquo codice hædino epiſtolarum ejuſdem Guillelmi, apud doctiſſ. virum Hilarionem Ranchatum, Ordinis Ciſtercienſis Abbatem, ac univerſalis Inquiſitionis Romæ Conſultorem; epiſtola eſt hujuſmodi, quam hic placet referre.

Amantiſſimo Domino, & Patri Henrico Abbati Claravallenſi Fr. VV. de Albaripa, id patri, & filius.

VEnerabilis Patris, & Abbatis Theolocenſis, & voce, & literis frequentibus adhortatus, quatuor ad eum epiſtolas deſtinavi de immutatione ſanctorum, tam præſenti, quam futura, qualiter, vel fiant, vel facienda ſint in momento in ictu oculi in noviſſima tuba? providens ut nec tanquam in libri corpore ſibi cohæreant, nec concinnantem redoleant ſtylum, ſed ſolemnitate debita ſchedulis ſingulis ſingula dividantur. Quarum duas, quia ad veſtram potius mihi videntur pertinere philoſophiam, veſtro putavi committendas judicio, & ſtudio corrigendas, ſi quid tamen in eis, vel correctione dignum prudentia veſtra cenſuerit. quæ ſi penitus abiici non merentur, & ſi non indignum videtur in oculis veſtris, etiam fratri chariſſimo Herberto Morinenſi quondam Abbati communicari poterunt. Qui ſi de duarum nominibus tubarum forte cauſabitur, quod ſcilicet ſicut cætera nomina, quaſi de materia minimè ſortiantur, dicite ei vos, quia ſicut non eſt de materia illarum informator Spiritus ſanctus, ſic nec cuiquam ex materia præbet. Non eſt enim materia, ſed forma. Et ut meam vobis inſipientiam ſimpliciter fateor, quia nomen, quod ſextæ materialiter imponerem, ad manum non habui: ſeptimæ quoque nomen, quam ſicut conjicio auream non immerito dixerim, præ pudore ſubticui. Veſtrum igitur erit ſi prædicta non obſtat ratio, etiam ſextæ tubæ nomen aptare. Valete, & orate pro nobis amantiſſimè Domine, & pater.

Aliæ ejuſdem Vvillelmi doctiſſimæ epiſtolæ aliquando in lucem prodibunt, una cum aliis antiquis à nobis collectis vetuſtis monumentis. At Albaripa cœnobium eſt Ordinis Ciſtercienſis de linea Claræ vallis in Lingonienſi Diœceſi fundatum an. 1136. à Villenco Lingonienſi Epiſcopo 55. duobus ferè paſſuum millibus à fonte Albæ fluminis, in radicibus montis nemoroſi, apud Papirium Maſſonum de fluminibus Galliæ, ubi & Alba miſcetur Sequanæ, ad pontem oppidum infra Trecas. Vide in notitia prima Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis in Regno Galliæ noſtri doctiſſ. Abbatis Gaſparis Jongelini: qui de Henrico hic noſtro Albanenſi ſcripſit in ſuo theatro Ciſtercienſi, nondum, quod ſciam, typis excuſu.

37. ALBINUS Mediolanenſis Canonicus Regularis monaſterii S. Mariæ de Creſcentiaco, Diaconus Card. S. Mariæ Novæ, à Lucio III. ad id munus aſſumptus, mox ad presbyteratus purpuratum honorem S. Crucis in Hieruſalem, demum ſub Clemente III. an. 1189. evaſit Epiſcopus Card. Albanus. Librum edidit, cui titulus eſt Collectio Canonum; qui etiam nunc in Vaticana aſſervatur. Sub extremum Cœleſtini III. tempus vita functus eſt, circa ann. 1198. Ad hunc ſcripſit de Actis Concilii Rhemenſis Gaufridus Claravallenſis monachus apud Baronium. XL.

38. JOANNES, natione Lombardus, ut refert Gregorius Abbas Paſſiniani in epiſt. ad monachos ſuos de canonizatione S. Joann. Gualberti, Epiſcopus Viterbienſis, ac Tuſcanenſis, creatus eſt presbyter Card. S. Clementis à Clemente III. ſummo Pontifice anno 1189. ab Innocentio verò III. Epiſcopus Card. Albanenſis anno 1199. ad ipſum ſcribit Innocentius III. anno 1210. Pont. 13. epiſtola 129. 11. Kal. Septemb. ab eodem conſervatus in juribus ſpiritualibus eccleſiæ S. Nicolai de Neptuno contra Abbatem de Crypta Ferrata, juxta ſententiam B. Card. S. Suſannæ prolatam. Deceſſit eodem anno 1210. XLI.

39. GERARDUS de Seſſa, ſive Seſſius Italus, nobilis Regienſis, ex Ordine Ciſtercienſi Monachus, atque Abbas S. Mariæ de Tilieto Diœceſis Aquenſis in Inſubria, ab Innocentio III. electus eſt Novarienſis Epiſcopus, atque Inſubriæ Legatus Apoſtolicus, anno verò 1211. ab eodem Pontifice ſublectus eſt Epiſcopus Card. Albanus, ut ejuſdem Innoc. perſpicuè prodit regeſtum, 3. non. Decembris anno 14. Pontificatus, pluresq; ejuſdem Pontificis literæ, quas ad Gerardum Tilieti Abbatem, ac Novariæ Epiſcopum electum, Albanenſemque Epiſcopum Card. ſcripſit. Conſule notas Franciſci Boſquet Narbonenſis in epiſtolas Innoc. III. Cremonæ deceſſit Archiepiſcopus Mediolanenſis electus, atque 30. omninò dies poſt mortem Uberti Pirovani ſuperſtes fuit. Conſule noſtram ſeriem Novarienſium Epiſcoporum, ubi de eo plura. Interim, ut olim in noſtris ad Ciaconium notis lectorem monuimus, hujus Epiſcopi, & Card. Albanenſis, neq; Panvinius, neq; Ciac. meminerunt, adeo plerunque obſcura XLII.

vetu-

vetuſtas nobiliom ſcriptorum deludit induſtriam.

XLIII. 40. PELAGIUS Galvanus, („*Hiſpanus*) electus eſt ab Innocentio III. Diaconus Card. tit. S. Luciæ in Septiſolio, poſtea presbyter Card. S. Luciæ ann. 1206. ac ſub eodem evaſit Epiſcopus Card. Albanus 1211. ab Honorio verò III. in Orientem Legatus de latere miſſus eſt anno 1218. cum prævalido Chriſtiano exercitu, à quo poſt diuturoam obſidionem Damiata, nobile Ægypti oppidum caprum eſt. Quod ipſum non multò poſt Chriſtiani ob inteſtinas diſcordias amiſerunt. Hujus Orientalis expeditionis Pelagii Jacobus Cardinalis de Vitriaco meminit in hiſtoria Orientali lib. 3. Torpenum in Regem Armeniæ inauguravit. In Italiam reverſum Honorius iterum illum legavit Veronam, ut Fridericum II. Imperatorem hortaretur, opportunas bello ſacro ſuppetias ferret. („*Alia inſuper* „*legatione ſuccinctus Albigenſes exterruit.*) Poſt præclaros pro Eccleſia ſuſceptos labores, in monte Caſino è vivia eximitur 3. Kal. Februarii a ann. 1240. ſepultuſq; eſt in eodem cœnobio, ut Arnold. Wion affirmat lib. 2. ligni vitæ, ex antiquo quodam Kalendario mſ. additque fuiſſe illum monachum S. Benedicti, antequam ab Innocentio III. purpura decoraretur. Quod ſi revera ita eſt, ſuſpicor fuiſſe illum Ord. Nigri Cardinalem, de quo Cæſarius in lib. Mir. qui cum ſe ſubſcripturum Innoc. quandam bullam in favorem Ord. Ciſtercienſis conditam pernegaſſet, adeo S. Pontificem illum ad irā impulit, ut ſi perrexiſſet pervicax eſſe, eidem omniom dignitatum expoliationem intermioaretur. Pelagio ſuiſque ſucceſſoribus omnia jura, privilegiaque à Romanis Pontificibus conceſſa Eccleſiæ Albanenſi confirmavit Honorius III. anno 1217. Diploma jam ferè vetuſtate conſumptum Nicolaus IV. ſuis in regeſtis an. 3. fol. 23. epiſt. 137. de verbo ad verbum inſeri mandavit. Diplomatis tenor eſt hujuſmodi.

a Oldoin. Idus Maii.

NICOLAUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis.

Quoddam privilegium ſub nomine felicis recordationis Honorii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri confictum, & ipſius vera bulla munitum, quod reſpicit ſtatum Eccleſiæ Albanenſis, inſpecturi diligenter. Verum quia præfatum privilegium jam incipit vetuſtate conſumi, Nos tenorem ipſius privilegii, ut de ipſo impoſterum plena certitudo haberi valeat, de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Ven. Fr. Pelagio Albanenſi Epiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonicè intrantibus in perpetuum.

ET ſi omnes unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, quia tamen non omnia membra actum habent eumdem, ſed capiti ſuo alterius vicibus, & variis officiis obſequuntur, iis tanquam principalibus honor eſt abundantior deferendus, quæ capiti ſunt ipſa corporis diſpoſitione vicina, & interiorem mentis conceptum facilius, & expeditius per exteriores actiones exponunt. Sanè licet Apoſtolica Sedes univerſos, quos Epiſcopalis apex dignitatis extollit, in partem creditæ ſibi ſollicitudinis evocavit, eos tamen, qui ſibi collaterales exiſtunt, ſuo ſpecialius obſequio deputavit, quibus ſua ſæpius ſecreta communicans cum ipſis interdum, & interdum per ipſos in ſpiritualibus, & temporalibus exequitur vices ſuas. Cum igitur Albanenſis civitatis Antiſtes magnum locum obtineat inter eos, & ex inſtitutione prædeceſſorum noſtrorum, & conſuetudine approbata Romano Pontifici familiaris ſemper, & collateralis exiſtat, te qui ea vocatione divina civitatis ipſius Cathedram conſcendiſti ſpecialius honorare proponimus, & intuitu te petitionibus exaudire. Ea propter Venerab. Frat. in Chriſto tuis precibus annuentes ad exemplar felicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri civitatem Albanenſem, cũ burgo, thermis, monte, qui dicitur Sol, & Luna, Palatio, & omnibus appendiciis ſuis ad jus, & proprietatem ſedis Apoſtolicæ pertinentibus, immo etiam cum omni jure noſtro, tam in Comitatu, Caſtellania, & moneta, quam fidelitatibus hominum futuris bannis, placidis, plateatico, guerra, pace, hoſte, cavalcada, glandatico, herbatico, ruſpatico, pratis, vineis, nemoribus, terris cultis, & incultis, & aliis manualibus noſtris, ſive in terris, ſive in aquis, & jure, quod habemus in Eccleſiis ejuſdem civitatis pro caratis vini, & ſi qua alia ad Regalia noſtra pertinere noſcantur, tibi, & ſucceſſoribus tuis de fratrum noſtrorum conſilio concedimus, confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Albanenſem Eccleſiam temerè perturbare, &c. Si qua igitur in futurum, &c. uſque præmia æternæ pacis inveniat. Amen, Amen, Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Guido Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Cynthius Portuenſis, & S Rufinæ Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Petrus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Leo, tit. S Crucis in Hieruſalem presb. Card ſubſc.
Ego Robertus, tit. S. Stephani in Cœlio monte, presb. Card. ſubſcripſi
Ego Gregorius, tit. S Anaſtaſiæ presb. Card. ſubſcripſi.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtol. presb Card ſubſcr.
Ego Thomas tit S Sabinæ presb Card ſubſcripſi.
Ego Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano, Diaconus Card ſubſcripſi.
Ego Octavianus SS Sergii, & Bacchi, Diacon Card ſubſc.
Ego Gregorius S. Theodori, Diaconus Card. ſubſcripſi.
Ego Stephanus S. Adriani Diaconus Card ſubſcripſi.
Ego Alebrandinus S. Euſtachii Diaconus Card ſubſcripſi.

Datum Ferentin per manum Raynerii Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii IX Kalendas Auguſti, ind V. Incarn. Dom. anno 1217. Pontificatus verò D. Honorii Papæ III anno II. Decernimus ergo, ut tenor ipſe ſic inſertus eamdem vim & eandem vigorem habeat per omnia, quam, & quem originale ipſius privilegii obtinebat. Ita quod adhibeatur fides, tam in judicio, quam extra judicium, ſicut originali adhiberetur eidem etiam, ſi dictum originale nullatenus apparere contingat. Nulli ergo, &c. Noſtræ annotationis, & conſtitutionis, &c. Dat Romæ, apud S. Mariam Majorẽ, 4. non. Maii, an III.

41. M. PETRUS de Colle medio, Italus Campanus, olim Honorio III. ſommo Pontifici, ac IX. Gregorio à ſacrificiis, Archiepiſcopus Rothomagenſis, ab Innocentio IV. Lugduni in Concilio generali Epiſcopus Card. Albanus creatus eſt anno 1245. atque ab eodem ad Federicum legatus, ut cum eo Imperatore fœdus pacis percuteret; inde contra Albigenſes altera legatione nobilitatus eſt ſub eodem Pontifice. Vir ſanè longè clariſſimus, non modo ob literarum peritiam ſed etiam ob vitæ probitatem, quam ſupra nobilem literarum excelerat. Hujus Sigonius meminit ſanè cum laude, Weſtmonaſterienſis Matthæus non ita in ſua hiſtoria. Deceſſit an. 1253. repentina morte, donom Prophetici ſpiritus in Fr. Electo Minorita reſidentis expertus ſuo damno, cui ſemel viſitanti prædixit ipſo eodem die moriturum, ut evenit: de qua re Wadingus noſter in Annal. Minor. ad annum 1254. ex Mariano in chron. Frizon ex aliis eum obiiſſe ann. 1254. At Innocentius in epiſt. data anno ſui Pontificatus XI. 3. Kal. Novembris, qui fuit Chriſti 1253. Eccleſiam Albanenſem tunc vacantẽ commendat Henrico Archiepiſcopo Barenſi, cum tota ſua familia tunc exulanti, à Friderico II. pulſo, eundemque adminiſtratorem eidem Eccleſiæ conſtituit ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis: id habetur in regeſto Vaticano. Ciaconius, Petruſque Frizon aſſerunt hunc Cardinalem, natione Gallum, è provincia Campaniæ oriondum non Italum extitiſſe. Verum ambo graviſſimè lapſi ſunt: cum natione Italus ex oppido vulgo de Colle medio dicto, quod in Romana Campania jacet, originem traxerit. Id ex multis epiſtolis Innocentii IV. ad Joannem Odonis prænobilis viri ex dominis Fruſinonis filium ſcriptis, in quibus conſanguineum iſtius Cardinalis Epiſcopi Albanenſis appellat, clariſſimè patet, maximè in epiſt. Lugduni Kal. Octob. data, Pontificatus 8. in regeſto Vaticano. Fruſinum celebris Campaniæ Romanæ locus eſt, Cœlii Hormiſdæ Papæ patria; illius ditionem Joannes tenuit, è quibus illum è nobili Campaniæ ſtirpe, ac fortè ex ipſis Fruſinoni dominis proſeminatum fuiſſe colligitur. Aſſentiri videtur ex Gallis Claudius Robertus, cum in Archiepiſcoporum Rothomagenſium Catalogo illum natione Italum fuiſſe aſſerit; præter quam quod ii etiam ſubjecti verſus Ciaconianum errorem liquidiſſimè cadaguere videntur. XLIV.

Hunc

Et cui jectam Petrus medio de colle ſubivit.
In quo jus, pietas, ratio, lux, gratia fulſit.
Ortu Campanus, ſenſu Catu, dogmate canus,
Cujus larga manus, ad ſumma negotia Janus.
Inclytus Athleta Fidei, propria nece ſpreta
Sulcans claſſe fretum fuit hoſti præda quieta.
More rapax Pardi, tulit hunc Papa, & ſibi
Cardinalem fecit eum, vidua rapiens Eliſæum.

Nec minus inde convincitur erroris Cæſar Alexius in ſua prima Centuria virorum illuſtrium Peruſinorum, cum hunc Petrum de Colle medio, ut civem Peruſinum gentis Comitujæ ex Comitibus Collis medii collaudat, cum ejus contemporaneus ortu Campanum affirmet; quis verò non videat, quàm longè ab Hetruria Campania diſtet? Cæterùm quoniam Cæſar Alexius vir eruditiſſimus, ut aſſerti ſui me teſtem citare videtur, cum in meis ad Ciaconium additionibus nomini præclariſſimi viri, noverit lector, ejus Cardin. mentionem quidem feciſſe me in illis Ciaconianis notis, nunquam tamen eundem Cardinalem Peruſinum deprædicaſſe. Quamquam non inficias jerim, Alexiū, alioquin doctum virum, & candidum, meo teſtimonio uti voluiſſe, tanquam qui ſolum Petrum de Medio colle Campanum Cardinalem, omni exceptione majorem commemoraſſem. Quo tempore Petrus Eccleſiam Albanenſem adminiſtrabat, Innocentius IV. ad ejus preces unionem monaſterii de Palazuolo diœceſeos Albanenſis ſub Gregorio IX. induitam Ordini Ciſtercienſi, & monaſterio SS. Vincentii, & Anaſtaſii trium fontium, ſequenti bulla confirmavit: cujus antiquum exemplum in archivio monaſterii aſſervatum, hic ego, quo certius conſervetur, lubentiſſimè hoc tenore inſero.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Abbati, & Conventui ſancti Anaſtaſii de Urbe Ciſtercienſis Ordinis.

F*Avoris benigni gratia libenter pia loca proſequimur, & illorum augmentis intendere delectamur ut conſtitutis in eis ſit ad gaudium, & divino cultui ferventer inſiſtere, & animarum profectui ſollicitè deſudare. Sane Dilectus filius Priore, ac Fratribus Eccleſia S. Mariæ de Palatiolis Ciſtercienſis Ordinis Albanenſis Diœceſis olim aſſumentibus ejuſdem Ordinis inſtituta, Dilectus fil. Abbas, & Generale Capitulum Ciſtercienſis eamdem Eccleſiam juxta mandatum Apoſtolicum ſuper hoc eis directum veſtro Monaſterio univerunt, & incorporaverunt ordini memorato, prout in eorum litteris inde confectis plenius continetur. Id quod piæ Record. Greg. Papa Prædeceſſor noſter auctoritate Apoſtolica confirmavit tenorem litterarum ipſarum ad rei evidentiam pleniorem de verbo ad verbū ſuis litteris inſeri faciendo. Qui talis eſt. Fr. Joannes dictus Abbas Ciſtercii, totuſquè Conventus Abbatum Capituli generalis, Venerabili Coabbati ſuo S. Anaſtaſii de Urbe, & dilecto filio Conventui ejuſdē Domus Salutem in Domino. Super incorporationis Eccleſia S. Mariæ de Palatiolis noſtro Ordini facienda, & eadem Eccleſia veſtro Monaſterio unienda, literas apoſtolicas recepimus in hunc modum. Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Abbati, & Generali Capitulo Ciſterc. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Incumbit nobis ex officii debito paſtoralis, & plantare ſacram Religionem, & ſuvere plantatam, & quantum in nobis eſt univerſos, & ſingulos in pio propoſito confirmare, ne ſi favore fuerint Apoſtolico deſtituti, non proficiant ſed deficiant potius, vel tepeſcant. Cum enim bona mem. Joã. Abbas Monaſterii SS. Andreæ Apoſtoli, & Sabæ Confeſſoris cum conſenſu Conventus ſui Eccleſiam S. Mariæ de Palatiolis cum terris, Vineis, hortis, arboribus, & aliis bonis ſuis ad idem Monaſterium pertinentium ſub annuo cenſu duarum Librarum ceræ ipſi Monaſterio annis ſingulis perſolvenda de mandato felicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri quondam Xiſto Priori ejuſdem Eccleſiæ, ac ejus fratribus conceſſit, & quamdiu ibidem ordo vigeret ipſorum, ita quod ſi inſtitutus ibi tunc ordo per ipſorum inſolentiam deperiret, dicta Eccleſia rediret liberè ad Monaſterium eorumdem, prout in litteris confectis exinde perſpeximus contineri, quia prædicti*

A *Prior, & fratres nullam habebant de religionibus approbatis ſed tanquam Eremitæ fructus ibi pœnitentiæ faciebant, piæ mem. Honorius Papa prædeceſſor noſter Regulā B. Auguſtini eis indulſit ibidem impoſterum obſervandam. Cum autem iidem ad commotionem dilecti filii Noſtri. S. tit. S. Mariæ Transtiberim Presbyter Card. qui eis in benedictionibus dulcedinis diu affuit quaſi pater, propoſitum Domino inſpirante Religionis conceperint arctioris, & ad frugem vitæ melioris tranſire, ſic mediante Cardinale præfato inter dilectos filios Abbatem, & Conventum Monaſterii S. Anaſtaſii de Urbe Ciſtercienſis ordinis ex parte una, & fratrem Rumanum Priorē ipſius Eccleſiæ de fratrum ſuorum aſſenſu ex altera ordinatum extitit, & tractatum, ut eadem Eccleſia dicto monaſterio S. Anaſtaſii uniatur, & tam dicti fratres, & Prior ſuſcipiant, & obſervent Ciſtercienſis ordinis inſtituta, ita videlicet, ut monaſterium ipſum duodecim ſemper Monachos, Converſos autem, & familiam aliam neceſſariam ibi teneat, & beneficia loco illi domino faciente collata ipſi integrè conſerventur. Si verò aperiente Domino ma-*
B *num ſuam, facultates eidem adeo contigerit augmentari quod honeſtum conventum per ſe valeat ſuſtentare collata ſibi perpetuo remaneant penes ipſam, dicta eccluſia ſit ejuſdem monaſterii filia ſpiritualis, expenſas, ſi quas de bonis præfati monaſterii, vel in emendis poſſeſſionibus, vel in ædificiis in ea prædicta eccleſia conſtruendis durante unione fieri contigerit, cum memorata Eccleſia facta fuerit Abbatia, de bonis ejuſdem eidem monaſterio refundendis, ac reſtituendis etiam et libris, ſi quos præter illas, quos dare mater filiæ conſuevit, iidem Abbas, & conventus conceſſerint ſupradictæ Eccleſiæ, & animalia, quæ ipſi dederint, ſi tum temporū, quo facta fuerit Abbatia extiterint, alioquin fœtus ipſorum pro ea quantitate, quæ ipſi receperunt ab iis reſtituere tenebuntur. Quod ſi libri aliqui, vel animalia, ſeu pecunia pro habendis animalibus fuerint Eccleſiæ antedictæ collata, penes ipſam remaneant, nec exinde alienari poſſint, niſi urgens ejus neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcat. Interim autē eidem Abbas S. Anaſtaſii, & ſucceſſores ſui, qui pro tempore fuerint diſponendi de ipſa Eccleſia tam in ſpiritualibus,*
C *quam in temporalibus, & tam in perſonis, quam rebus ſicut de ipſo Monaſterio S. Anaſtaſii, cum unum ovile, & Paſtor unus eſſe debeat utrinſque, ac mittendi totum conventum, vel partem illuc in æſtate, ſi expedire viderint habebunt liberam facultatem. Nos igitur laudabile Prioris, & fratrum ipſorum propoſitum in Domino commendantes, & approbantes quod inter ipſos taliter eſt tractatum, quamquam ſecundum ſtatuta ordinis ad habendum conventum, & aliam familiam neceſſariam ſufficientes ad præſens non habeant facultates, quia tamen conſideratis animarum lucris, exinde proventuris, & neceſſitate ipſius monaſterii S. Anaſtaſii evidenti cum propter intemperiem aeris, & alias incommoditates plurimas vix poſſint æſtatis tempore ibi eſſe monachi, vel converſi, & aliis circumſtantiis univerſis, utrique tam monaſterio, quam Eccleſiæ vidimus expedire, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſupplentes defectum, ſi quis eſt ad præmiſſam cauſam, pro reverentia B. Petri, & noſtra præfatam Eccleſiam præſcripto cenſu ſupradicto S. Sabæ monaſterio reſervato, juxta præmiſſam*
D *formam eidem monaſterio S. Anaſtaſii uniatis, & incorporetis ordini memorato, clauſula illa in literis conceſſionis præfati Abbatis monaſt. SS. Andreæ Apoſtoli, & Sabæ confeſſoris appoſita, videlicet quamdiu ibi viguerit veſter ordo aliquatenus non obſtante, cum idem ordo non depereat, ſed potius in melius reformetur. Datum Viterbii, idibus Auguſti, anno XI. Nos igitur mandatum Apoſtolicum prono proſequentes affectu, eccleſiam S. Mariæ de Palatiolis ordini veſtro incorporamus, eamdem formam, quæ in literis D. Papæ continetur veſtro monaſterio unientes clauſula illa in literis conceſſionis præfati Abbatis SS. Andreæ Apoſtoli, & Sabæ confeſſoris appoſita, videlicet quamdiu ibi viguerit veſter ordo aliquatenus nō obſtante, cum idem ordo non depereat, ſed potius in melius reformetur. Datum Ciſtercii, tempore Capituli generalis, anno Dom. 1237. Verum cum ſæpedicta Eccleſia, per gratiam divinæ ſubſidium illud, ſicut accepimus in bonis ſuſceperit incrementum, ut dignè conſurgere poſſit ad titulum Abbatiæ, nos quod ad gloriam divini nominis Abbatiam*

de

de ipſa, juxta formam in præmiſſis expreſſam libere faciatis, vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem, & defectum, ſi quis forſitan eſt ex eo, quod dictorum Abbatis, & Capituli ſuper hoc ad præſens non eſt requiſitus aſſenſus, de noſtræ ſuppleimus plenitudinis poteſtatis, cum ſufficere poſſit per Apoſtolicas eiſdem fuiſſe litteras nunciatum, quod ex eadem Eccleſia deberet fieri Abbatia, & eſſet monaſterii veſtri filia ſpiritualis, ſi faciente munifica manu Dei ejus à Deo creſcerent facultates, ut per ſe honeſtum poſſet ſuſtentare conventum. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. ſi quis autem, &c. Datum Laterani, 14. Kal. Februarii anno 1.

XLV. [a Gallis de Cheurieres.] 45. RODULPHUS Caprarius a, ſive è Capreolo Gallus, Matiſconenſis diœceſeos, ex Joanne Caprario Aurato Equite, & Maria Comitis Burges, & Sebuſianorum principis filia, parentibus fatus; D. Ludovici Regis Francorum Cancellarius, ac Epiſcopus Ebroicenſis, ab Urbano IV. Cardinalatu, & Albanenſi Epiſcopatu ornatus eſt, legatique Apoſtolici functus munere, Carolum Regem Siciliæ, uxoremque ejus Beatricem, anno Dominicæ incarnationis 1265. in Epiphaniæ feſto, ſtipatus aliis quatuor Cardinalibus, in Baſilica Conſtantiniana, Regio diademate inſignivit, cumque ad Regnum recuperandum contra Manfredum eſt comitatus; quin etiam adhuc Caroli Regis coronati, ac Rodulphi coronam imponentis effigies ſuis expreſſæ coloribus in Romano Farneſiorum palatio ſubjecta hac epigraphe conſpiciuntur.

CHarle Roy de Naples, & de Sicile, couronnè per Raoul, Card. de Cheuvrieres, Eveſque de Albane 1265.

Sub eodem Pontifice, in Orientem legatus contra infideles miſſus, cum D. Ludovico in Africam profectus in Tunetana obſidione extinctum peſte Regem tanto omnium ordinum mœrore ſepulchro extulit, ac ſi ipſæ Orbis delitiæ interiiſſent. Tandem ibidem Rodulphus ingenti luctu, morboque implicitus, 4. id. Aug. eodem anno 1270. hanc mortalem vitam cum alicta immortali commutavit. Ejuſdem Marinus Sannutus Torſellus lib. 3. par. 12. cap. 10. & Claudius Clemens in vita Clementis IV. Pontificis meminere. At dum hæc ſcriberemus, ab amico nobis inſcriptio quædam inciſa marmore, nuper ut ait, prope Eccleſiam S. Laurentii Villæ Corii Urbevetanæ diœceſis reperta, allata eſt. In ea inſcriptionis architectus eam Eccleſiam ann. 1265 à Guidone ex Comitibus de Monte Marte presbyt. Card. tit. S. Laurentii in Lucina conditam, eodemque ann. 9. Auguſti, à quodam Conrado Epiſcopo Card. Albanenſi aſſerit conſecratã. Ita fert inſcriptio.

Iſta Eccleſia S. Laurentii in Villa Cori eſt ædificata, ac dotata cauſa pietatis, à me Guido ex Comitibus de Monte Marte, presbytero Card. S. Laurentii in Lucina, an. Dom. Incarnationis MCCLXV. eodem anno die 9. Auguſti conſecrata à R. Conrado de Monaldenſibus, Epiſcopo Card. Albanenſi.

Ridicula ſanè inſcriptio, mendaciis ſcatens, nuper compoſita, inciſaque, ac in terram abſcondita, his diebus reſoſſa eſt, & in lucem producta, ad venerandam ſacræ hiſtoriæ antiquitatem evertendam. Quod mendacium, vel compoſitum, vel concinnatum arbitror, à nugivendulo illo Alphonſo Ciccarella, vel ab aliquo ejus farinæ impoſtore inſtructum, qui Cardinales, illuſtreſque viros, diplomata, inſcriptiones, monumentaque antiqua, per ſummum ludibrium ad arbitrium, libidinemque confinxit, ac adornavit. Inſcriptionis falſitas facilè tum ex iis, quæ ſupra de Rodulpho Caprario Card. Epiſcopo Albanenſi retulimus, tum ex iis, quæ modo de eodem, ac de Guidone Card. S. Laurentii in Lucina, qui eo anno in vivis agebat, verè ſubjiciemus, detegetur. Rodulphum Caprarium Gallum, Epiſcopum Ebroicenſem, ab Urbano IV. anno 1261. in Epiſcopum Card. Albanenſem evectum, omnes ejus ævi ſcriptores affirmant, inter quos coryphæus habitus Theodoricus Valliſcolor in vita ejuſdem Urbani ad Ancherum Cardinalem Urbani nepotē, dum Cardinales in prima creatione renunciatos enumerat, primo loco inter Epiſcopos Cardinales Rodulphum hiſce carminibus recenſuit, ornavitque.

Presbyteri plures fient, ut Apoſtolus inquit
A Domino, quod lex ſacra rogatur eis.
Sanctum dicti fratres, à Cardine pauci
Eſſent, his ſedem multiplicare placet,
Vera ſalus, ubi conſilium quare pater iſtos
Conjunxit lateri, cum ſuus ordo prior,
Iſti Pontifices, Rodulphus hic Ebroicenſis
Præſul conſiliis moribus aptus erat.
Hunc Archipræſul Narbonæ, nomine Guido,
Qui ſucceſſit ei, ſecula jura regens
Presbyteri bini, &c.

Eundem Rodulphum ann. 1265. ipſa die Epiphaniæ in Baſilica Conſtantiniana, ut legationis principem, ac caput, una cum Anchero S. Praxedis, Richardo S. Angeli, Gotiphredo S. Georgii, Matthæo Urſino S. Mariæ in Porticu Cardinalibus, Carolum Andegavenſem Comitem, ejuſque uxorem Beatricem, Romæ diademate regio cinxiſſe Clemens IV. datis Peruſii literis, 4. Kaland. Januarii ann. 1. epiſt. 126. & 127. reg. Vaticani luculentè confirmat. Eundem Carolum in regni poſſeſſionem ut Legatum Apoſtolicum deduxiſſe teſtes ſunt eximii Nauclerus ad ann. 1264. Platina in Clemente IV. Paulus Æmilius in Ludovico IX. Brovius tom. 13. Annal. eccleſiaſt. & D. Antoninus. Eundem 1. die Septemb. anni 1266. præſente Clemente IV. ſummo Pontifice ædem D. Claræ Aſſiſii conſecraſſe, ſummumq; Pontificem atam principem eidem Divæ dicaſſe, literis prodidit Marianus. De eodem Albanenſi Rodulpho Vvadingus noſter tom. 3. Annalium Minorum. Tranſmarinæ expeditionis legatus, S. Ludovici Regis zelum æmulatus, poſtquam Regi S. R. E. tributario coronam impoſuerat, novas Chriſto Eccleſiæ fundatori coronas quærens, cœleſti ab ipſo diademate decorandus, Tuneti in Africa ann. 1270. 4. id. Aug. chriſtiano Orbi eripitur. Cui hæc non ſuffecerint, Claudium Clementem legat, de vita, & rebus geſtis Clementis IV. apud quem hæc, & alia plura de Rodulpho reperiet hiſtoriæ commendata, cujus nomen ab anno 1261. quo ad Albanenſem Epiſcopatum evectus eſt, ad annum 1270. quo è vivis ſublatus, effloruit. Quomodo ergo fictitius, & chimericus ille Conradus Albanenſem Inſulam ann. 1264. die 9. Auguſti gerere potuit, ut aſſerit Inſcriptionis auctor? cum eo tempore Rodulphus Regem Carolum in Regni Neapolitani poſſeſſionem deduceret, ni forte eodem ſimul tempore, duo Epiſcopi Albanenſes vixerint, quod pacatiſſimo illo ſeculo, nullo diſciſſo ſchiſmate, aſſerere abſonum, ac deridiculum eſt. At hæc de fictitio Conrado noſtram Albanenſium Epiſcoporum ſeriem corrumpenta ſufficiant. Sed quid de Guidone illo presbytero Card. S. Laurentii in Lucina, quem inſcriptionis concinnator ex Comitibus Montis Martis derivat, Italumque appellat, dicamus? Fuiſſe ſanè, hoc anno 1265. Guidonem quemdam tit. S. Laurentii in Lucina presbyterum Card. nemo negaverit, at non Italum, non Urbevetanum, non denique ex Comitibus Montis Martis, ſed patria Burgundum, Abbatemque Ciſtercii, Divionenſis in Galliis diœceſeos, ejuſdemque Ordinis Ciſtercienſis Generalem, virum clariſſimum, ab Urbano IV. ann. 1263. in ſecunda creatione in Cardinalium numerum ſub tit. S. Laurentii in Lucina adſcriptum, citatus Theodoricus Valliſcolor in Urbani vita, dum Cardinales ſecundæ creationis numerat, hiſce impolitis verſibus illuſtravit.

Burgundus patria fuit, & Ciſtercius Abbas,
Alter promotus, Guidoque nomen ei;
Hujus enim titulum, retinebat primo Joannes
Præſul de portu, poſtea factus adeſt.

S. Laurentii in Lucina titulo, quo ſeſe Joannes Anglus factus Epiſcopus Portuen. abdicarat, Guido fuit ornatus, ut Theodoricus aſſerit, ac ſupra inſinuavimus, dum de ipſo Joanne in Epiſcopis Portuenſibus loqueremur. At apertiſſimè omnium idem Urbanus in literis ad Abbatem, & Capitulum Generale Ciſtercii datis, quas in ſuo formulario de Vita & Honeſtate Clericorum lib. 3. Marinus de Phylomarinis Neapolitanis fatus, Archiepiſcopus Capuanus ac S. R. E. Vicecancellarius retulit. Codex manuſcriptus in Bibliotheca Vaticana 6366. aſſervatur, quarum literarum tenor ita jacet.

UR-

URBANUS QUARTUS &c.

ABbati, & Generali Capitulo Ciſtercii. Proceſſit olim de provida, & ſalubri deliberatione dilecti filii noſtri Guidonis tit. S. Laurentii in Lucina presbyteri Card. tunc Abbatis Ciſtercii, quod pro magnis, & arduis ordinis veſtri negotiis ſe contulit ad præſentiam Apoſtolicæ pietatis. De hoc ſiquidem virtuoſo viro, ſicut de odore agri pleni, cui Dominus benedixit, nobis dilectionis multitudo proveniens, ad hoc induxit affectionem noſtram benevolam, ut ſedis Apoſtolicæ clementiam gratioſam, quod eum à prædicti Ordinis Generalis regimine abſolutum, venerabilium fratrum noſtrorum præclaro collegio duximus aggregandũ, pia credulitate tenentes, quod rem laude digniſſimam ageremus, perſonam tam religioſi hominis, & gratioſi aſſumendo in noſtra ſollicitudinis partem egregiam, & profectum Eccleſiæ Generalis. O qualis, & quanta de hac affluentia cœleſtis gratiæ cordibus veſtris in Domino debuit exultatio proveniſſe? O quantum vobis, & cunctis profeſſoribus ipſius Ordinis, quod hunc virum angelicarum virtutum, & ſcientiæ ſplendoribus illuſtratũ educaveritis, acquiritur gloriæ, & honoris? O quã ſedulis, & devotis precibus pietas Dei munifica eſt vobis, & Ordini memorato in prædicto Cardinale contuliſſe dignoſcitur, utrique per longa tempora feliciter conſervetur. Certe filii nobis in Chriſto cariſſimi, certè vobis regis, & Reginæ cœlorum ſervitorib. humilib. devotis vigeat in vobis ſenſus perſpicuus, & in mentibus veſtris reluceat clariſſimus intellectus pro magnis divitiis, ſũmiſq; delitiis, eſt à vobis deducẽdum aſſidue, quod votivis gaudiis ipſius Cardinalis animam quamdiu vixerit perfundatis, & in eo potiſſimò, ut ipſum in tam ſolemni dignitate poſitum veſtra ſynceritatis charitatis diſponat, non dicit pauperem, ſed condignis opibus abundantem, quas à veſtra ſanctitate collegii circumſpecta ratio pro tanta ſuperit extimari, ſicut unam columbam rebus mundis, & nitidis aſſuetam grano puriſſimo, & aquis limpidis, per aliqua tempora nutriretis. Quid plura, ſicut de arbore productiva balſami, ſi hodie in virgultis veſtris illam cõtingeret inveniri ſolertis cura ſtudii vobis incumberet, ac etiam immenſa jucunditas exinde proveniret; ſic, & multo amplius eſt à vobis ſollicitè providendum, ac ſemper in Domino gratulandum, quod hunc odoriferum florem, vel potius olivam fructiferam, quam de venuſtiſſimo Religionis veſtræ horto productam, in Eccleſiæ paradiſo (Dei nutu) habere perſpicitis, gratiarum veſtrarum rore largiſſimo profundatis, nec mirum, quia in ejuſdem Cardinalis affectione ſancta geritur, & ipſius firmo propoſito continetur, quod ab illicita receptione munerum, & ab omnibus clara fama contrariis, ſit in perpetuum liber, & immunis; ita quod tandem per innocentis vitæ ſtudium ſibi de ſupremo Theſauro gratia, coronam ſplendoris æterni gaudeat proveniſſe; cæterum diſcretio veſtra provida, & induſtria circumſpecta prudenter attendat, quod ſi pro aliqua perſona benemerita, de qua nihil unquam videtur habuiſſe intuitus, aut percepiſſe auditus, devotioni veſtræ contingeret præcepta noſtra dirigi, non ſine gravi nota poſſet à vobis illorum executio præteriri: cum itaque dignum ſit, ut nos, qui præfatum ordinem à temporibus longe præteritis ex intimo cordis affectu dileximus, vos ad noſtrum in hac parte deſiderium laudabiliter adimplendum inveniſſe promptos, & faciles gaudemus; Univerſitatem veſtrã rogandam duximus, & monendam per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus hilariter, & unanimiter diſponatis, quod idem Cardinalis talem à vobis annuam proviſionem habeat, de qua, ſicut decus requirit, Romanæ Eccleſiæ, & veſtri decet honeſtatem ordinis, poſſit honorifice ſuſtentari, nec proviſionem hujuſmodi vobis ad diſpendium, vel tædium, ſed ad profectum multiplex, & grande ſolatium aſcribatis, præſertim cum plus honoris, & commodi ſit, Deo propitio, vobis exinde proventurum, quam breviter mente concipi, aut per litteras valeat explicari. Nos enim qui veſtram in eodem Cardinale perſonam ſuper iis honorari cupimus, de veſtri beneplaciti complemento uberrimas vobis gratias cum locus affuerit referemus, dictumque Cardinalem, nobis in Chriſto dilectiſſimum, pro ſuorum excellentia meritorum tanto libentius, ſuper iis, quæ frequenter à nobis veſtro duxerit petenda nomine, ſtudebimus exaudire, quando certis agnoſcemus indiciis, quod circa ipſum optima ſubſidia pro ſe ejuſdem & noſtra reverentia liberaliter effundatis &c. Dat. &c. Ann. III.

In Regeſto Vaticano anno 4 Clementis IV. aliam epiſtolã, quæ ordine 41. eſt, reperimus Guidoni Card. tit. S. Laurentii in Lucina Apoſtolicæ Sedis Legato ad Reges Daniæ, & Svetiæ, & ad omnes provincias Bremenſem, Magdeburgenſem, & Geneſnenſem, deſtinato, ut ſuppetias Crucigeris contra Lithuanos, Livones, Paganoſque, impetret. Datum Peruſii 2. idus Junii anno 1. qui fuit Chriſti 1265. De qua Legatione hæc habet Matthias de Michovia tom. 2. lib. 3. cap. 57. rerum Polonicarum. *Anno Domini 1267. Guido frater Ciſtercienſis Ordinis S. R. E. Card. tit. S. Laurentii in Lucina, & Legatus de Latere, à Clemente Papa IV. in Poloniam miſſus, primum Cracoviam 4. Kal. Julii pervenit, à Boleslao Pudico, & Paulo Epiſcopo Cracovienſi, proceſſionatim veneratus & exceptus eſt. Dehinc Uratiſlaviam divertens, in feſto Purificationis Mariæ generalem Synodum tenuit pro ſubveniendo terra Sancta, Jubilai gratiam, & crucem, contra Sarracenos prædicavit.* Hæc ille. Paulo ante, hoc eſt 6. idus Maji ejuſdem anni, Viennæ Concilium celebravit, cujus decreta leges apud Caniſium tomo I. antiquæ Lectionis. Obiit vero, ut habet Erricus Daniæ Rex in libello de Origine Danorum, 13. Kal. Junii 1272. non anno 1274. ut nonnulli perperam aſſeruerunt. Ex iis autem quæ de Rodulpho, ac Guidone Cardinalibus diximus, judicet modo prudens & cordatus Lector, an vera ſint, quæ ille mendaciorum fartor, in ficta illa inſcriptione de Conrado, ac de Guidone de Monte Marte, temerè effudit. Interim Lectorem meum monitum velim, ne ab hujuſmodi falſis ementitiſque inſcriptionibus, cœlum cum terra, ſacram prophanamque hiſtoriam permiſcentibus in errorem ſe induci patiatur.

43. S. BONAVENTURA è Bagnarea, Generalis Magiſter Ordinis Minorum, à Gregorio X. creatus eſt Epiſcopus Card. Albanus anno 1272. Vir tam notæ ſanctitatis, atque doctrinæ, ut ſi quis in ejus laudes calamum velit exerere, ſine ullo exitu, ac infeliciter vaſtiſſimum Oceanum videatur velle metiri. Ejus ingenii monumenta, quæ plura vivens reliquit, numerat, ponderatque Card. Bellarminus in libro de Script. Eccleſ. ejuſdemq; vitam multi ſcripſere, præcipuè autem hoc tempore Wadingus in Annal. Ordinis Minorum to. 5. & 2. Deceſſit Lugduni anno 1275a. dum ibidem generale celebraretur Concilium die 15. menſis Julii, ibidemque ſepultus eſt, ac ſucceſſu temporis in ſanctorum numerum adſcriptus. XLVI

a 1274.

44. F. BENTIVENGA de Bentivenghis de Aquaſparta Umber Ordinis Minorum Generalis, Epiſcopus Tudertinus, Nicolao III. ſummo Pontifici à Sacrificiis, & confeſſionibus, ab ipſo promotus eſt ad Epiſcopatum purpuratum Albanenſem anno 1278. Plura monumenta reliquit ingenii, defunctuſque eſt Tuderti 7. Kal. Aprilis anno 1289. ſepultuſq; eſt apud ſuos Minores. Conſule Wadingum tomo 2. Annal. Minorum. Dum Bentivenga Eccleſiam Albanenſem moderaretur, monaſterii S. Mariæ ac D. Pauli an. 1282 à Jacobo Diacono Card. Sabello, qui paulo poſt Pontificia thiara ornatus eſt, ac in Honorii III. è ſua nobiliſſima proſapia proſeminati memoriam, Honorii IV. nomen ſibi adſcivit, in Albano monte, ubi olim vetus civitas ſteterat, in proprio ſuo, fratris Pandulphi, ac Lucæ nepotis ſui dominio, jaci fundamenta, ac aſſurgere cœperunt, atque in animæ ſuæ, ac majorum ſuorum ſubſidium ingentibus redditibus cumulavit, & proprio annulo Priorem Eremitarum D. Guillelmi, quibus aſſentiente Epiſcopo Bentivenga, Monaſterium & Eccleſiam jam ab ipſo fundatam contulerat, ſolemnibus cæremoniis ea de re 21. Oct. die ſuperioris dicti anni, edito inſtrumento inveſtivit. Cumque ad ſummum Pontificatum Jacobus evectus eſſet, donationem, ſcripta ad Priorem Generalem ordinis D. Guillelmi bulla, anno Pontificatus I. ſequenti verborum tenore, ex ejuſdem Pontificis regeſtis delibato, confirmavit. XLVII.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Dilectis filiis Generali, cæteriſque Prior. Supr. & Fratribus Ordinis ſancti Guillelmi.

DUm humana fragilitatis miſeria ſe ipſam ſedula meditatione disjudscat, facile carnis ſuperbia retundit aculeos, & Civium ſupernorum cnaeis per humilitatis ſacrificium ſe cooptat; At cum vita hominis, juxta elogium Apoſtolicum, ſit vapor ad modicum parens, perpetua manſionis gaudia ſatagit depoſitis terrenis affectibus piis actionibus promereri. Nos ſiquidem dum eſſemus in minori officio conſtituti iis intra noſtra mentes clauſtram accuratius recenſitis, ſubiti quaſi ſtuporis ex hoc perculſi ſpiculo protinus cogitantes in operis pietate præoccupare faciem Majeſtatis æterna caduca in æterna, & terrena in Cœleſtia felici commercio commutando, in fundo paterno, conſiſtente in Albano, Monaſterium in honorem B. Pauli Apoſtoli fecimus conſtrui, & dotavimus de bonis propriis intuitu retributionis divinæ, ac poſtmodum de laudabili congregatione pſallentium Deo noſtro ibidem inſtituenda ſollicitis perſonas religione conſpicuas quaſivimus diligẽter, & poſt exactam, & habitam in hac parte indaginem in ordinem veſtrum, cujus curam, Apoſtolica auctoritate, tunc gerentes ipſius profeſſorum qualitatem experimento didicimus, & abundantia pietatis laudabilem, & charitatis igne ſuccenſam, direximus nimirum noſtra intentionis affectum, ſicque de conſpicua honeſtatis veſtra meritis plenam notitiam obtinentes, ac ſperantes, quod in dicto Monaſterio, velut Oliva fructifera fructificabitis cœleſtis gratia rore perfuſi, prædictum Moaaſterium, cũ omnibus juribus, & pertinentiis ſuis vobis, & per vos eidem ordini duximus concedendum, ordinato expreſſe, quod præter familiares opportunos, duodecim Clericos, non computato Priore, quorum octo Sacerdotes exiſtant ejuſdem ordinis in eodem Monaſterio continue teneatis, quædam quoque alia ſalubria, & honeſta vobis conſentiẽtibus inibi ordinavimus obſervanda, prout in inſtrumento publico plenius continetur, Ven. fratris noſtri Epiſcopi Albanen. ad hæc libero accedente conſenſu. Sane nos poſtmodum licet immeriti ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti deſiderantes hæc Apoſtolici muniminis adjectione fulcire conceſſionem, & ordinationem hujuſmodi, nec non & alia pro ſalutari ſtatu ipſius Monaſterii, & conſervatione, ac gubernatione bona ejuſdem in inſtrumento ordinata præfato habentes rata, & grata ipſa auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio, communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum ut ſupra, ſcilicet Datum Romæ apud S. Sabinam XII Kalend. Maji anno I.

* Ex eodem regeſto Vaticano adeſt ejuſdem cœnobii fundatio, quam noſter Amanuenſis prætermiſit, hujus tenoris in eadem Nicolai IV. bulla concinnata. Tenorem vero prædicti inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

* Ex Ap.

In nomine Domini. Amen.

Quia humanæ peregrinationis navicula in hujus pelagi medio conſtituta procelloſis jugiter iactatur impulſibus, & undis turbinum circumfertur, ne quaſi naufraga diſſolvatur naufragiis conſervationis ſalutaris remedia ſollicitius ſunt quærenda, quæ quidem dudum nos Iacobus, miſeratione divina S. Mariæ in Coſmedin diaconus Card. dum intra noſtræ conſiderationis ſecreta accuratiori ſtudio quæreremus, fidelis nobis conſcientiæ perſuaſit conſilium, quod inter cætera eleemoſynæ venus naviculam ipſam de manibus fluctuum celeriter eripis & feliciter ad portum quietudinis optatæ perducit. Eapropter pro noſtrorum, ac parentum, fratris, & conſanguineorum noſtrorum remedio peccatorum, necnon pro animabus illorum, de quorum bonis aliquid per nos in infraſcriptis, vel aliquo infraſcriptorum quomodolibet eſt converſum, hujuſmodi proponentes ſequi conſilium, & ad ejus executionem noſtrum propoſitum convertentes in veteri civitate Albani in noſtro, ac nobilium virorum Pandulphi fratris, & Lucæ de Sabello nepotis noſtrorum fundo de venerab. in Chriſto patris D. B. Epiſcopi Albanenſis interveniente conſenſu in honorem glorioſæ Virginis Mariæ, & B. Pauli Apoſtoli Eccleſiam, ſeu monaſterium, necnon dormitorium, refectorium, clauſtra, & alias officinas religioſis congruas de prædictorum fratris, & nepotis noſtrorum conſenſu duximus conſtruenda, & ordinem S. Vuillelmi in eis plantare volentes ipſum fundum cum omnibus prædictis ædificiis factis ibidem, necnon cum hortis adiacentibus vobis fratri Marco Generali priori dicti ordinis, & fratri Mauro priori jam conſtituto in ipſa Eccleſia, vel monaſterio, & procuratori ipſius ordinis pro ipſo ordine præſenti tenore donamus, & vos de iis pro eodem ordine, & ejus nomine præſentialiter inveſtimus, in hujuſmodi donatione hoc onus adiicientes, quod in eadem Eccleſia, vel monaſterio ſemper ſit conventus veſtri ordinis, videlicet octo presbyterorum, & quatuor clericorum fratrum præter priorem, & converſos, & alios domeſticos familiares inibi opportunos. Donamus præterea modo ſimili ipſi Eccleſiæ, ſeu monaſterio, & vobis nomine ejuſdem recipientibus omnia, & ſingula ornamenta, tam aurea, quam argentea, necnon libros, & qualibet alia paramenta eccleſiaſtica, quæ jam dictæ Eccleſiæ, vel monaſterio pro divino ibi cultu celebrando fecimus aſſignari. Et ut Prior, & fratres prædicti, & alii cum eis, qui erunt ibi pro tempore Domino ſervientes habeant, unde poſſint congrue ſucceſſivis temporibus ſuſtẽtari, pro eorumdem fratrum alimoniis donamus in dotem, ſeu pro dote ipſi Eccleſiæ, & monaſterio, & vobis recipientibus pro eodem ſub infraſcriptis cõditionibus, & modis infraſcriptas noſtras poſſeſſiones in dominio, & ad opus, & utilitatem memoratæ Eccleſiæ, ſeu monaſterii, ac fratrum ibidem Deo ſervientium perpetuo permanſuras, videlicet, caſale unum, ſeu tenimentum terrarum, quod dicitur Mandra de Candulfis cum ſylva contigua ipſi tenimento caſtri noſtri, quod dicitur Turris de Candulfis, & poſita ſunt in maritima in diœceſi Albanen ſicut ſuis finibus terminatur. Item ſimili modo donamus & concedimus ipſi Eccleſiæ unum molendinum, quod eſt ſitum in dicto caſtro noſtro, & ſub arce ipſius immediate poſitũ, quod dicitur de Arnario. Item eodem modo donamus, & concedimus ipſi Eccleſiæ ſubſcriptas vineas poſitas in tenimento Albani ſub his finibus, videlicet, vineam de Chocboruttæ, cui ab uno latere curia Sabellorum, & Timeoſi, & ab alio latere Gentilis Buſſæ teneat, & ab alio latere eſt via publica. Item vineam, quæ dicitur de Hoſpitali, cui ab uno latere curia Sabellorum, & dictus Gentilis Buſſæ tenent, & ab aliis duobus lateribus eſt via publica. Item ſimiliter donamus, & concedimus ipſi Eccleſiæ ſylvam, quam emimus, ſeu emi fecimus ab hæredibus Gregorii de Ariſcia. Item modo ſimili concedimus, & donamus memoratæ Eccleſiæ caſale noſtrum, quod dicitur Invaci cum toto ſuo tenimento, quod poſitum eſt prope Urbem ad quinque, vel quatuor milliaria extra portam Appiam, ſeu Lateranenſem tamen in territorio Albanenſi, ſub his finibus, ad totum territorium ejus, ab uno latere eſt tenimentum caſalis quod dicitur monimentum Peſitum, quod eſt monaſterii Salvatoris S. Balbinæ, ab alio latere eſt tenimentum caſalis quod dicitur Statuarium, quod eſt Eccleſiæ S. Mariæ novæ, ab alio latere eſt tenimentum caſalis judicis Angeli Petri Matthæi, de quibus omnibus vos ſimiliter per noſtrum annulum inveſtimus nomine dictæ Eccleſiæ, & monaſterii, ac pro eo, & eorum poſſeſſiones, quam ex nunc habetis vobis cõfirmamus, hoc tamen ſemper proviſo, quod poſſeſſiones, & ornamenta prædicta, vel aliqua ex eis, aut pars, ſeu partes eorum nullo modo, vel titulo poſſint in aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel ſecularem, Eccleſiam, pium locum, ſeu quodcumque collegium, vel conventum veſtri, vel alterius ordinis per te priorem Generalem, vel aliquem tuum ſucceſſorem, vel per te priorem, aut conventum ipſius Eccleſiæ, vel monaſterii, ſeu per aliquos veſtros ſucceſſores diminui, alienari, & transferri, ſed ſemper & perpetuo ad uſum dictæ Eccleſiæ, & monaſterii, ac fratrum ibidem Deo ſervientium inviolabiliter conſerventur. Quod ſi contra fieret, vel aliquæ de prædictis poſſeſſionibus per vos priorem, & conventum prædictos, vel veſtros, & veſtrorum ſucceſſores quoquomodo alienare invenirentur uſque ad valorem centum librarum proviſinorum tunc volumus, quod noſtri hæredes interpellent ipſos priorem, & conventum, qui alienaverint, ſeu ſucceſſores eorum, quod ipſas poſſeſſiones alienatas reponant, & redigi faciant in dominium Eccleſiæ memoratæ, qua interpellatione præhabita ſi dicti prior, & conventus non fecerint, & curaverint, quod ipſæ poſſeſſiones alienatæ ad proprietatem, & dominium ipſius Eccleſiæ infra annum revertantur, tunc volumus, quod ipſi noſtri hæredes auctoritate propria poſſint ipſas poſſeſſiones vindicare, capere, & intrare, ac eas ad dominiũ prædictum Eccleſiæ reducere ſemper hoc intellecto, quod propterea nullum jus quoad proprietatem, & poſſeſſionem in ipſis poſſeſſionibus dictis noſtris hæredibus acquiratur, ſed ſemper ipſorum dominium ipſi Eccleſiæ, & monaſterio conſervetur illæſum. Verum nos frater Marcus generalis prior dicti ordinis, & frater Maurus prior jam inſtitutus

A

in dicta Eccleſia, ſeu monaſterio procurator generalis totius ejuſdem ordinis nomine noſtro, & totius noſtri Ordinis, ac conventus, & fratrum, qui nunc in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſunt, & in poſterum erunt confitentes, & in veritate recognoſcentes fundum dictæ Eccleſiæ, ſeu monaſterii, & omnium officinarum, & hortorum ejuſdem ad veſtrum, & fratris, ac nepotis veſtrorum pertinuiſſe dominium, & ædificia ſcilicet in dormitorio, refectorio, coquina, clauſtris, & quibuſcumque aliis locis ibidem facta, & ædificata fore veſtris impendiis, & de pecunia, & bonis veſtris, ac omnia libros, & paramenta alia quæcumque in ipſa Eccleſia nunc ſunt, eidem, ac vobis, & pro ea de veſtra liberalitate per vos collata, necnon prædictas omnes poſſeſſiones ſcilicet Caſalia, molendinum, vineas, & ſylvas in bonis, & de bonis veſtris fuiſſe, & eas in dotem, & pro dote ipſius Eccleſiæ de veſtra liberalitate donaſſe, ut veſtra pia intentio, & ſalutare propoſitum non fraudetur, promittimus vobis bona fide pro bonis, & ſucceſſoribus noſtris, ac toto ordine noſtro, ac pro conventu ipſius Eccleſiæ tam poſſeſſiones prædictas, quam libros, paramenta, & ornamenta, quæ nunc ſunt in ipſa Eccleſia, & in poſterum veſtra liberalitas largietur eidem Eccleſiæ ad opus, & utilitatem ipſius Eccleſiæ, & fratrum ibidem Deo ſervientium perpetuo conſervare, nulloque alienationis titulo aliquid de eis diminuere, & locare quomodolibet, ſeu alienare, aut in aliquam perſonam eccleſiaſticã, vel ſecularem, ſeu Eccleſiam, vel pium locum, collegium, ſeu conventum noſtri, vel alterius ordinis quocumque modo transferre, promittimus quoque modo ſimili, quod in ipſa Eccleſia in poſterum, continue, ac perpetuo manebit, & erit conventus octo presbyterorum, & quatuor clericorum fratrum noſtri ordinis priore, & converſis, ac aliis familiaribus, & domeſticis minime computatis. Promittimus etiam eodem modo ordinare, & facere generalem conſtitutionem tam in proximo futuro capitulo provinciali, & poſtmodum in proximo capitulo generali in ipſo ordine perpetuo duraturum, quod prædicta omnia & ſingula tam de poſſeſſionibus, & ornamentis prædictis nullatenus locandis, & alienandis, vel diminuendis, quam de cõventu prædicto modo ibi habendo inviolabiliter obſervetur. Quod ſi forte, quod Deus avertat, nos prior Generalis, vel aliquis ſucceſſor, aut ſucceſſores noſtri contra prædicta, vel aliquod prædictorum aliquid faceremus, vel eadem prout ſuperius ſunt expreſſa non obſervaremus, vel in iis negligentes eſſemus, tam nos, quam ipſe ſucceſſor, & ſucceſſores noſtri graviſſime à diffinitoribus noſtri ordinis puniamur. & ſi prior, & fratres prædictæ Eccleſiæ S. Pauli aliquid de libris, ſeu paramentis, vel ornamentis per vos datis, vel dãdis ipſi Eccleſiæ, necnon de poſſeſſionibus, & aliis bonis immobilibus eidem Eccleſiæ conceſſis, vel concedendis, diminuere, locare, ſeu quoquomodo alienare præſumpſerint, ipſo facto prior ab officio ſit abſolutus, & omnes fratres in hujuſmodi alienationem cõſentientes per hebdomadam unam gravioris culpæ pœnam ſuſtineant, ac nihilominus venditio, ſeu alienatio facta nullius penitus ſit momenti. Promittimus etiam modo ſimili ordinare, & facere generalem conſtitutionem, quod prædicta Eccleſia, & monaſterium S. Pauli honorifice habeatur in ordine, & quod in omni privilegio, honore, & dignitate, quam hactenus eccleſia

B

S. Angeli in eodem ordine habuit, & habuerunt, & habere cõſueverit prior, ſeu priores Eccleſiæ S. Pauli, & prior, ſeu priores ipſius conſiſtant, & eidem perpetuo ſint unita, eo quod ipſa Eccleſia S. Angeli, quæ videbatur multorum oculis jam periſſe, per Eccleſiam S. Pauli reſurrexiſſe dignoſcitur ſuis juribus reſtituta. Acta ſunt hæc apud Montem Flaſconem in camera Hoſpitii, in qua idem Cardinalis morabatur præſentibus his venerabilibus patribus domino Ioanne Archiepiſcopo Montis Regalis, domino Paparono Epiſcopo Fulginaten. fratre Mauro Abbate monaſterii S. Praxedis de Urbe D. Rambaeo Archidiacono, & Electo Cameria. fratre Conſilio de Viterbio, Ord. fratrum Prædicatorum, Magiſtro Petro Romanutii canonico Eccleſ. S. Mariæ in Vallibus Cathalaunen. D. Ioanne Petri Henrici de Urbe milite, judice Angelo Petri Matthæi de Urbe, & Magiſtro Matthæo de Domno Muſco Salernitano teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter, & rogatis anno Dom. 1282. indictione X. menſ. octobris die 21. intrante, Pontificatus D. Martini Papæ IV. anno II. Et ego Bernardus dictus Bardonier de Caraſſona publicus auctoritate ſedis Apoſtolicæ notarius ſuprascriptis omnibus præſens vocatus interfui, & ea omnia propria manu ſcripſi, & in publicam formam redegi, meoque ſigno ſignavi rogatus. Nulli ergo, &c. Noſtræ confirmationis, &c.

C

D

A

Hæc Eccleſia, cadente in commendam Abbatia, Hieronymianis cuculiatis, qui apud S. Alexium Romæ habitant, diſpenſatione Apoſtolica tradita fuit.

Parmam tulit Beotivenga bipartitam, ſuperiorem auream Aquila nigra, inferiorem vero albiculam faſciola quatrifida cœrulea tribus liliis cœruleis, cum ponte vermiculato. Hæc enim, ut vides, inſignia ſunt gentilitia Bentivengæ familiæ, non ea quæ in ſuis commentariis retulit Ciacon.



B

45. BERNARDUS Gouth, a Gallus Burdegalenſis, frater germanus Bertrandi Archiepiſcopi Burdegalenſis, poſtea Clementis b V. Cardinalis Albanenſis ann. 1294. ſub Bonifacio vero VIII. in Galliis legatione functus eſt, ut inter Philippum Regem Gallorum, ac Britanniæ Regem Odoardum fœdus pacis coiret. De cujus legatione plura refert in Annal. Angliæ Thomas Valſinganus. In Galliis è vivis exemptus eſt anno 1297. 27. Julii. XL VIII.

a Seu Gothus, al. de Blero. b Cœleſtini.

46. GUNDESALVUS Roderici nobilis Hiſpanus, ex Archiepiſcopo Toletano, Epiſcopus Card. Albanus à Bonifacio VIII. creatus anno 1298. die 4. Decembris. Romæ obiit anno 1299. die 7. Novembris, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Majoris in marmoreo tumulo cum inſcriptione, & inſignibus. XLIX.

Hic depoſitus fuit quondam D. Conſalvus Epiſcopus Albanenſis Anno Dom. MCCIC.

C

47. LEONARDUS Patraſſo de Guerrino c (,, *Natione Hernicus*) Epiſcopus Alatrinus, (,, *Inde Æſinus, & Averſanus*) Bonifacii VIII. avunculus, ex Archiepiſcopo Capuano, ab ipſo electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis anno 1300. die 2. Martii. Avenione deceſſit anno 1311. nonis Decembris. Hic ille eſt, qui cum aliis quatuor Cardinalibus collegis ad VII. Henricum Imperatorem à Clemente V. legatus anno 1311. die 12. Septembris, tametſi Avenione deceſſerit antequam ſibi impoſitum munus expleret, eodem ann. die 7. Decembris, ex libro obligationum. Malè Ciaconius hunc obiiſſe refert ann. 1308. Nonis Decembris. Quem de Guercio vocat Albertinus Muſſatus libro de rebus geſtis Henrici VII. Imperatoris. (1) Poſt hunc Leonardum purpuratum Ciaconius ſupponit inter Epiſcopos Albanenſes Bertrandum de Bordis, qui ex Epiſcopo Albienſi factus eſt Presbyter Card. titul. SS. Joannis, & Pauli die 21. Septembris S.R.E. Camerarius, cum adhuc in humanis eſſet Leonardus Patraſſus Albanus Epiſcopus, ut habet liber obligationum. L.

c Al. de Guerrino.

D

48. ARNOLDUS d de Auxilio Gallus, electus eſt Epiſcopus Card. Albanus 1312. 24. Decembris ex Epiſcopo Pictavienſi. Avenione fato functus eſt 1320. malè Ciaconius 1326 e. Hujus Cardinalis promotionem ad purpuram haud reperire potui apud Bernardum Vidonem in vita V. Clementis, tametſi diligentiſſimum Scriptorem; at in libro obligationum inter alios hoc anno, & die ad purpuram evectos numeratur. Arnoldus de Auxilio Epiſcopus Pictavienſis, Epiſcopus Cardinalis Albanus creatus. Ciaconius affirmat Arnoldum ante purpuram Aquenſem Archiepiſcopum fuiſſe, ſed ex conſueta ſibi incuria fallitur, ſiquidem apud eundem librum obligationum reperio Clementem V. in hac ipſa promotione, Guillelmum de Mondagoſo tunc temporis Archiepiſcopum Aquen- LI.

d Sive Arnaldus de Auxio.

e Sed melius ex Fiſonio 1312. 12. Sept.

(1) Hunc fuiſſe alicujus Regularis Inſtituti profeſſorum conjiciunt Ughellus & Oldoinus, quod in antiquis Alatrinæ Eccleſiæ monumentis ejus nomini nota Fr. præponatur. *Luc.*

quenſem ſubvexiſſe ad purpuram, & ad Eccleſiam
Præneſtinam tranſtuliſſe.
LII. (,,*Fr.* VITALIS *à Furno Patria Vaſatenſis in Gal-
,, lia Ord. Min. qui ex Presb. Card. à Joanne XXII. ad
,, Epiſcopatus ordinem aſſumptus eſt in ſede Albanenſi
,, poſt Arnaldum. Variis functus legationibus vivere de-
,, ſiit 16. Auguſti 1327. Ipſe Lapis Sepulchralis in Ave-
,, nionenſi Fr. Minorum templo teſtatur Vitalem fuiſſe
,, Albanenſem Epiſcopum. Conſule Olduinum.*
,, FRANCISCUS *Abbas Pomposianus die 8. Julii
,, ann. 1328. à Nicolao Pſeudo-Pontifice renunciatur E-
,, piſc. Card. Albanenſis, ſummiſque augetur de Latere
,, Legationibus. Aſt ubi Nicolaus inſignia male parti
,, Pontificatus obediens projecit ad pedes veri Pontificis
,, Jo. XII. Franciſcus omni denudatus eſt cum Albanen-
,, ſi infula Eccleſiaſtico honore.* Lucent.)
LIII. 49. GAUCELLINUS de Oſſa Cadurcenſis Gal-
lus, Joannis XXII. Nepos, ab eodem presbyter Card.
SS. Marcellini, & Petri, & Cancellarius S.R.E. crea-
tus eſt; demum Epiſcopus Card. Albanus, legatuſque
in magnam Britanniam, Galliaſque, ut inter illos Re-
ges, quos graviſſimæ ſimultates vexabant, fœdus pacis
ſanciret. Avenione deceſſit ann. 1348. 3. Auguſti. Cia-
conius, ſed malè, 1337. eidemque ſubſtituit in Epiſco-
pum Albanenſem Guillelmum de Teſta Card. Cle-
mentis V. defunctum ann. 1345. quem tamen conſtat
obiiſſe anno 1326 menſe Novembris apud Elenchum
S.R.E. Cardinalium veritatis directorium, & lumen.
LIV. a Al. Talerandus. 50. TALAYRANDUS a Comes Petragoricenſis
Gallus, Epiſcopus Antiſiodorenſis à Joanne XXII.
creatus eſt presbyter Card. S. Petri ad Vincula anno
1331. & à Clemente VI. dictus eſt Epiſcopus Card.
Albanenſis 1348. Bis legatus eſt in Gallias, Britanniam-
que, ut inter illos Reges pacem firmaret. Huic Fran-
ciſcus Petrarcha ſcripſit epiſt. 3. libro 1. Senilium. A-
venione deceſſit, Pontifice Urbano V. ſedente anno
1364. die 17. men. Januarii. Talayrandi virtutes, præ-
claraque facinora recenſet inter alios eruditus Frizon.
LV. 51. PETRUS Iterii Gallus (,,*Petragoricenſis Diœ-
,, ceſis*) Epiſcopus Aquenſis, presbyter Card. tit. SS.
Quatuor Coronatorum ab Innocentio VI. creatus an.
1361. die 17. Septembris, inde Epiſcopus Albanus Ta-
layrando ſucceſſit anno 1364. Obiit 1367. 19. Maji, tu-
mulatus in Prædicatorum Æde, & Sacello à ſe condi-
to cum hoc Epitaphio.

*In præſenti Capella jacet Reverendiſſimus
in Chriſto Pater Dominus Petrus Iteris
Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Aquenſis,
Doctor legum egregius, qui obiit ſub die
menſis Maji decimo nono, anno Domini
M. CCCLXVII. poſt receſſum Domini
Urbani Quinti.*

LVI. a Al. Griſaco. 52. ANGLICUS, vel Ægidius Grimoaldus de
Griſaco a Gallus, Urbani V. fratris filius, patre Guillel-
mo milite, matre Felicia Monſertana, Canonicus Re-
gularis, & Abbas S. Rufi prope Valentiam, atque A-
venionenſis Archiepiſcopus, electus eſt Presbyter
Card. tit. S. Petri ad Vincula 1366. poſtea Epiſcopus
Card. Albanenſis. Legatione functus eſt in Etruria,
Umbria, Campaniaque inque tota Italia. Antipho-
nas quaſdam, ſacraque Reſponſa compoſuit. Avenio-
ne deceſſit anno 1388. die 18. menſis Aprilis, cum ve-
ro Pontifice relicto Clementi VII. Pſeudo Pontificis
partes fuiſſet ſecutus, tametſi, Grimoaldo abſente, ob-
repſiſſet ad thronum.
LVII. 53. NICOLAUS Brancaccius Neapolitanus Ar-
chiepiſcopus Coſentinus à Clemente VII. Antipapa
ſublectus eſt presbyter Card. tit. S. Marci 1378. & ab
eodem anno 1388. creatus fuit Epiſcopus Card. Alba-
nus; ſchiſma ſecutus eſt, etiam ſub Benedicto XIII. uſ-
que ad Piſanum Concilium, in quo cum Benedicti An-
tipapæ obedientiam abjuraſſet, legitimè purpuratus
declaratus eſt ab Alexandro V. quem concordia Con-
cilii ſuffragia legitimè ad thronum provexerant. Flo-
rentiæ fato defunctus eſt 1412. 29. Junii Joa. XXIII.
ſedente, ſepultuſq; eſt apud S. Mariam Novellam, fra-
trum Prædicatorum nobile templum.
LVIII 54. JORDANUS Urſinus Romanus presbyter
Card. tit. S. Laurentii in Damaſo, à Joanne XXIII. e-
A lectus eſt Epiſcopus Card. Albanus 1412. anno vero
1431. 2. Idus Martii ab Eugenio IV. Pontifice transla-
tus eſt ad Sabinenſem. Conſule quæ de eodem ſupra-
ſcripſimus.
55. Fr. PETRUS de Fuxo, Gallus, Ordinis Mino- LIX.
rum, Epiſcopus Laſcarenſis, & Convennarum, poſtea
Archiepiſcopus Toloſanus, à Benedicto XIII. Anti-
papa creatus eſt presbyter Card. S. Stephani in monte
Cœlio an. 1399. cui ab omnibus ſuis Cardinalibus pe-
nè deſerto uſque ad Conſtantienſe Concilium perti-
naciſſimè favit. Denique pertinaciſſimi Antipapæ
ſchiſmatis pertæſus, teterrima abjurata ſeceſſione, ad
Conſtantienſe Concilium confugit. Quem cum cæteri
Patres tanquàm legitimum Cardinalem fuiſſent com-
plexi in Martino V. Columna creando comitia ſuo
ſuffragio juvit. Sub quo Pontifice in Hiſpanias legatus
eſt, ſuaque prudentia Clementem Antipapam, qui Be-
nedicto ſucceſſerat, compulit, ut injuſta uſurpatione
deſumptum Pontificis nomen, inſigniaque deponeret,
Pſeudo Pontificis ejuſdem pertinacibus Cardinalibus
B amandatis in carcerem; rediit deinde Romam 1428.
propemodum triumphans. Iterumque à Pontifice A-
venionenſi legatione nobilitatus eſt 1430. 7. Id. Mar-
tii, ac deinceps ab Eugenio IV. declaratus eſt Epiſco-
pus Card. Albanus anno 1431. 2. Idus Martii; ſub Pau-
lo II. Avenione deceſſit 1464. idib. Decembris, ſepul-
tuſque eſt apud ſuos Minores cum hoc Epitaphio.

*Sub hoc humili jacet loco fr. Petrus de Fuxo
creatus Card. anno Aetatis ſuæ XXII. qui
in Concilio Conſtantienſi cum Cardinalibus,
Et in Hiſpania Legatus ſchiſma delevit, &
duos Hiſpaniæ Reges confœderavit: Thya-
ram B. Silveſtri Lateranenſi Eccleſiæ reſti-
tuit, Avenionem, & diverſas Provincias, ut
Pater Patriæ annis XXXII. rexit; Jacobi,
& Salome Marias alta locavit. Tandem
ann. M. CCCC. LXIV. de menſe Decembri
animam Deo reddidit, quem ſancta ſuſce-
pit de terra Lucia; Pauli Pont. Max.
Anno Primo.*

C 56. LODOVICUS Media Rota de Scarampis Pa- LX.
tavinus, ab Eugenio IV. creatus eſt presbyter Card.
tit. S. Laurentii in Damaſo anno 1440. fuit Archiepiſ-
copus Florentinus, ac Aquilejæ Patriarcha; à Paulo
verò II. factus eſt Epiſcopus Card. Albanus an. 1464.
Romæ deceſſit 1465. 6. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt
apud S. Laurentium in Damaſo. Conſule infra ſeriem
Archiepiſcoporum Florentinorum.
57. RODERICUS Borgia diaconus Card. electus LXI.
eſt Epiſcopus Card. Albanus à Sixto IV. deinde etiam
ad Portuenſem dignitatem aſcendit, ac demũ ad Pon-
tificatũ ſummum promotus Alexander VI. eſt dictus.
58. OLIVERIUS Card. Caraffa Epiſcopus Al- LXII.
banenſis evaſit, deinde etiam Sabinenſis anno 1479.
59. JOANNES Balves Gallus Virdunenſis, à Six- LXIII.
to IV. electus eſt Epiſcopus Card. Albanus, ac Piceni
legatus. Hic ſatis obſcuro loco natus eſt, quippe qui
Sartore patre ſit prognatus; ſed cum in eo jam tunc
adoleſcente prænobilis indoles effulſiſſet, inter Bene-
dicti Ord. alumnos cooptatus eſt, ac ſucceſſu temporis,
D virtutumque progreſſione Beccenſis 33. Abbas pro-
nunciatus, atque ex Regularibus primus ejus celebris
cœnobii Commendatarius. A ſecretis, confeſſionibuſ-
que Ludovici XI. Regis Francorum fuit. Cujus dein-
de regio favore, Ebroicenſis Epiſcopatus dignitate eſt
inſignitus anno 1464. eodemque anno in Regis gra-
tiam pervenit ad purpuram ſub tit. S. Suſannæ, deinde
etiam Andegavenſi Epiſcopatu potitus eſt, eidemque
ex munificentia regia acceſſere ex eccleſiaſtico cenſu
invidioſæ opes. Quarum affluentia elatus animus cum
vix caperet præſentem fortunam, ad majora anhe-
lans, apud invidos interturbati Regni, ingratique ani-
mi erga Regem incidit in ſuſpicionem, convictuſque
tandem criminis læſæ majeſtatis, cum Virdunenſi E-
piſcopo diriſſimum carcerem eſt perpeſſus, ita ut per
duodecim annos cavea ferrea incluſus, non prius inde
exierit, quam proprio epoto lotio, ementitaque apud
parum cordatos Medicos ferali infirmitate, jam jam
moriturus, mutationem teterrimi carceris impetraſ-

lt. a Rege. Liber itaque tranſverſis itineribus, pere- A
grinoque cultu, Romam profugit, ubi Pontifex Sixtus profugi fortunam miſeratus, non modo Cardinalem complexus eſt, ſed etiam cenſu ſovit, Picenaque legatione provexit, donec Epiſcopus Card. Albanus evaderet, variantis ſanè fortunæ ludibrium, ac dignum profectò exemplar, in quod ſubinde intueantur felices, ne ex nimia proſperitate immodicè ſpes ſuas alant; certiſſimè inde caſuri, niſi æquè proſperam, adverſamque fortunam prius moderato animo didicerint tolerare. Balves autem provectæ jam ætatis, in Piceno diem clauſit extremum, anno 1491. Octobri menſe; Romam relatus, ſepultuſque eſt apud S. Praxedem cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Joanni Andegavenſi, Epiſcopo Albanenſi. Hic Heros proſpera, & adverſa varia uſus fortuna, in Piceno ſub Innoc. VIII. Legatum agens ſeptuagenarius glorioſè obiit, inſtabilitatis humanæ exemplum memorabile. Antonius Epiſcopus veteris amicitiæ memor B
poſuit.

Ejus meminit Philippus Cominæus lib. 2. Papienſis, Belforeſtus, Wion. lib. 2. Ligni vitæ, Claudius Robertus, & alii. Qua autem fide labatur Fr. Archangelus Gianius, cumque eo Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium, dum Joannem Balvem Card. Gallum Ordinis Servorum Alumnum fuiſſe affirmant, Belforeſtus planè oſtendit in Catalogo Epiſcoporum Ebroicenſium, Arnoldus in ſerie Epiſcoporum Andegavenſium, Garimbertus, cui Balves Romæ jãpridem erat de facie notus, aliique, qui omnes Balvem Benedictinum inſtitutũ profeſſum fuiſſe diſertis verbis enarrant. Quos omnes, etiamſi contigiſſet errare, Actibus tamen Conſiſtorialibus Pauli II. ſummi Pontificis fides adhibenda erat, qui idem de Joanne Balve Card. perſpicuè affirmat. Cæterùm Victorellus primùm poſteriori cumulavit errore, dum pro hujus Cardinalis inſignibus, illa, quibus Servitæ utuntur hoc tempore, incautius obtrudit. Cum germana illa genti- C
litia Balves Card. inſignia ſint, quæ ex ſepulchro ejuſdem Cardinalis in S. Praxede eruta, nobis eandidè attulit Ciaconius. Noverit autem Lector, quando hue vel nolentes provexit nos Giani Servitæ ſcriptoris audacia, in eo auctore maximè vacillare veritatem Hiſtoriæ; ubi enim aliquam ſuæ Congregationis illuſtrãdæ ſplendidam ſibi oblatam putaverit occaſionem, illico vel fingit ſui inſtituti Cardinales, qui nuſquam extitere, vel quos conſtat alterius inſtituti fuiſſe, ad ſe trahit ambitioſius, tanquam qui arbitretur in eadem lance cum lippis, ac luſcioſis ſe idem juſculum expiſcaturum. Res eſt in promptu de Joanne Cardinale de Balve, deque Arduino de Rocca Burgundiona, qui cũ apud omnes omninò ſcriptores Cluniacenſis fuerit inſtituti, contendit tamen Gianius Servitanæ profeſſionis fuiſſe. Quaſi verò Servitanum nobile inſtitutum, ac per tot annos, viris illuſtribus, ac longè doctiſſimis fœtum, uno demum fictitio Cardinali amplius inclareſcere poſſit, indigeatque Gianii vel mendacio, vel parum accurata narratione, ut perennet ad gloriam.
60. JO: MICHAEL Venetus, S. Angeli Card. D
LXIV. Epiſcopus Card. Albanenſis evaſit anno 1491. die 13. menſis Martii, deindè etiam ad Præneſtinam dignitatem pervenit, hoc eſt eodem an. die 10. menſis Octob.
61. GREGORIUS Coſta Luſitanus presb. Card.
LXV. tit. S. Mariç Tranſtiberim, electus eſt Epiſcopus Card. Albanus ann. 1495. die 10. menſis Octobris, deinde etiam promotus eſt ad Tuſculanum.
62. LAURENTIUS Card. Cibò Genuenſis, ele-
LXVI ctus eſt Epiſcopus Card. Albanus, deinde etiam tranſlatus eſt ad Præneſtinum 1503. die 29. menſis Nov.
LX VII. (,,ANTONIOTTUS *Pallavicinus ex Epiſcopo* ,, *Albanenſi dicitur ad Tuſculanam tranſlatus Eccleſiam ab Ughello an. 1503. in Tuſculanorum Catalogo:* ,, *omittitur tamen in hac ſerie, quam nos ex ipſo ſupplemus, & ex Auctariis Ciaconii Antoniottus ſuo ſuffragio evexit ad ſedem Pium III. enumeratus inter Epiſcopos Cardinales cũ titulo Epiſcopi Albanenſis*. Luc.)
LX VIII. 63. RAPHAEL Card. Riarius, diaconus Card. S.

A Georgii, promotus eſt ad Epiſcopatum Albanenſem Anno 1503. die 29. menſis Novembris, deinde etiam Sabina dignitate potitus eſt 1507.
64. JO: ANTONIUS de S. Georgio Card. Alexan- LX IX.
drinus tit. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. evaſit Albanenſis 1507. deinde etiam Præneſtinus declaratus eſt.
65. Bernardinus Cardin. Carvajalis, à Julio II. ele- LXX.
ctus eſt Epiſcopus Card. Albanus, deinde etiam Præneſtinus, & Sabinus. Plura de eo ſupra offendes.
66. GUILLELMUS Briſonetta Gallus, presb. LXXI.
Card. S. Pudentianæ, à Julio II. vocatus eſt ad Epiſcopatum Albanum, poſtea etiam ad Tuſculanum.
67. DOMINICUS Grimanus, Card. S. Marci, ſub LX XII.
Julio II. ad Epiſcopatum Albanenſem evaſit, poſtea etiam Tuſculanus effectus eſt, ut ſupra docuimus.
68. PHILIPPUS Card. de Lucemburgh à Julio LX XIII.
II. ſublectus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis, deinde etiam Tuſculanam dignitatem obtinuit.
69. JACOBUS Serra Card. Arborenſis, Albanen- LX XIV.
B ſi Epiſcopatu inſignitus eſt, Julio II. ſedente; Cum deinde etiam Præneſtinum fuerit aſſecutus anno 1515.
70. FRANCISCUS Soderinus, ex Sabinenſi E- LX XV.
piſcopo, declaratus eſt Albanenſis 1515. poſtea etiam Præneſtinus.
71. FRANCISCUS Romelinus Hiſpanus Pa- LX XVI.
tria Illerdenſis, ab Alexandro VI Card. creatus, cum eſſet Archiepiſcopus Surrentinus, Romæque Gubernator, ſub Leone X. nobilitatus eſt Albanenſi dignitate anno 1517. menſe Martio. Deceſſit autem Romæ die 4 menſis Februarii ann. 1518. Sepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, cujus poſt multos annos, neſcio qua occaſione, cum reſeratum fuiſſet ſepulchrum, repertus eſt capiti ſuppoſuiſſe brachium, feciſſeque ſuſpicioni locum, deliquium animi tantum paſſum, haud verò penitus mortuum, ſepulturæ fuiſſe illatum. Plura de eo in Surrentinis Archiepiſcopis.
72. NICOLAUS Card. de Fliſco electus eſt Epiſ- LX XVII.
copus Albanenſis anno 1518. die. 8. menſis Februarii, deinde etiam ad dignitatem Sabinenſem pervenit.
C 73. PETRUS Card. Accoltius presb. Card. tit. S. LXX VIII.
Euſebii, creatus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis anno 1523. die 16. menſis Decembris, deinde etiam Præneſtina inſula fulſit.
74. Marcus Card. Cornelius, Epiſcopus Card. Al- LXX IX.
banus renunciatus eſt 1524. die 18. menſis Maji, ac paulò poſt ad Præneſtinam dignitatem aſcendit.
75. LAURENTIUS Card. Puccius tit. S. Lau- LX XX.
rentii in Damaſo, ad Albanenſem Epiſcopatum aſſumptus eſt die 15. menſis Junii 1524. 20. verò nona die ejuſdem menſis in Præneſtinum Epiſcopum cooptatus eſt.
76. JOANNES Card. Piccolomineus presbyter LXX XI.
Card. S. Balbinæ, creatus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis anno 1524. die 29. menſis Junii, deinde etiam Præneſtinam Eccleſiam regendam ſuſcepit.
77. JO: DOMINICUS Card. de Cupis tit. S. Lau- LXX XII.
rentii in Lucina, adlectus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis 1531. die 22. menſis Septembris, deinde etiam ad Sabinenſem epiſcopatum aſcendit.
D 78. ANDREAS Card. de Valle tit. S. Priſcæ fa- LXX XIII.
ctus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis 1533. die 21. menſis Aprilis, deinde etiam Præneſtina dignitate potitus eſt.
79. BONIFACIUS Card Ferrerius tit. SS. Ne- LXX XIV.
rei, & Achillei, electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1533. die 12. menſis Decemb. deinde etiam Præneſtina dignitate potitus eſt.
80. LAURENTIUS Card. Campegius presby- LXX XV
ter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, ſublectus eſt Epiſcopus Card. Albanus an. 1534. die 5. menſis Septembris, deinde etiam Epiſcopus Præneſtinus evaſit.
81. MATHÆUS Langius ab Vuclenburgh Ger- LXX XVI
manus, Auguſtanus, Epiſcopus Gurgenſis à Julio II. vocatus ad Purpuram ſub titulo S. Angeli anno 1511. à Paulo verò III. creatus Epiſcopus Card. Albanenſis 1535. die 16. menſis Februarii. Hic ille eſt Cardinalis Gurgenſis ob prudentiæ exactiſſima momenta celebris apud omnes, Conſiliarius Maximiliani Impera-

toris,

toris, eiuſdemque in Italia Viceſgerens, qua etiam in Germania dignitate, in Pannonia, Poloniaque perfunctus eſt. Cujus eaaggeratis virtutibus ſi moderatio quædam civilis adſuiſſet, gratior effulſiſſet apud omnis ordinis homines, modo verò cum adeò elati animi eſſet, ut regiis obſequiis ſe ſe colendum arbitraretur, Romanam Aulam in iis præſtandis officiis duriorem expertus eſt. Cæterùm magnanimus erat, munificus, doctus, Germaniæque Principibus chariſſimus. Archiepiſcopus fuit Salzburgenſis, illamq; Eccleſiam cumulavit muneribus. Ibidem deceſſit 72. annum agens, ann. 1540. die 30. menſis Martii, ſepultuſque eſt in Cathedrali ante Altare S. Rudperti.

LXXXVII. 82. ALEXANDER Card. Cæſarinus tit. S. Mariæ in Via lata, electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1540. die 31. menſis Maji, deinde etiam Præſul Præneſtinus evaſit.

LXXXVIII. 83. FRANCISCUS Cornelius presb. Card. tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Epiſcopus Card. Albanus ſublectus eſt anno 1541. die 14. menſis Novembris, deinde etiam ad Præneſtinum epiſcopatum aſcendit.

LXXXIX. 84. ANTONIUS Cardin. Puccius Florentinus presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis anno 1542. die 15. mens. Februarii, deinde etiam Sabinenſi dignitate potitus eſt.

XC 85. JOANNES Card. Salviatus ex Diacono Card. tit. SS. Coſmæ, & Damiani, Cardin. Epiſcopus Albanen. effectus eſt 1543. deinde etiam Sabinenſis evaſit.

XCI. 86. JOANNES Petrus Card. Caraffa tit. S. Mariæ Tranſtiberim, ſublectus eſt Epiſcopus Card. Albanus ann. a 1543. die 17. menſis Octobris, poſtea Sabinenſem epiſcopatum adminiſtrandum ſuſcepit.

a 1544.

XCII. 87. ENNIUS Cardinalis Philonardus tit. S. Angeli factus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis 1546. die b 27. menſis Octobris. Deceſſit Romæ in Hadriani Mole in interregno Pauli III. anno 1546. 14 Kalend. Januarii. Ejus deinde corpus in ejus Patriam non longe à Roma, propè Verulos delatum, cujus epiſcopatum ad multos annos adminiſtravit; ad ejus ſepulchrum hoc inciſum perſpicitur epitaphium.

b 7. Oct. in Actis.

Ennio Philonardo Card. Epiſcopo Albanenſi, qui felicitate, ingenii magnarum rerum adminiſtratione, non ſolum ejus humile à Banca Hernicorum genus illuſtravit, ſed in Maximorum Pontificum Innocentii VIII. Alexandri VI. Julii II. Leonis X. Hadriani VI. Clementis VII. amicitiam recepens, & ab iis ad Principes, ad nationes, ad exercitus, & provincias miſſus, invicto animo, & fide Auctoritatem Sedis Apoſtolicæ ſumma cum Reipublic. utilitate, ubique conſervavit, quas ob res benè geſtas ut à continuis laboribus aliquando vacaret, præmiumque meritorum reportaret a Paulo III. cuſtodia Arcis Hadriani, mox ad Cardinalatus honorem Senatus Populique Romani, ac totius Italiæ lætitia vocatus fuit. Demum extincto Pontifice, dum patres ejus unius animi pietatem vitæ ſanctitatem, innocentiamque reſpicerent, ipſe morbo gravatus, è Sacro Concilio in Arce, quam ſervaverat ſecedens, humana conſilia omnia interrumpens, ad meliora cœleſtia incredibili deſiderio apud omnes relicto, evolavit. Die Decemb. xix. Anno ſalutis MDXLIX. ætatis ſuæ lxxxiii. Antoninus Epiſcopus Verulanus, & Saturnus fratris filii teſtamento hæredes ſepulch. cum Sacello JESU, Matriq; Virgini & Sebaſtiano Mart. prædicate, erigi curarunt.

XCIII 88. JOANNES Bellajus Gallus, presb. Card. tit. S. Chryſogoni electus eſt Epiſcopus Cardin. Albanus anno 1550. ultima die abeuntis Februarii, ac deinde ad Tuſculanenſem epiſcopatum promotus eſt.

XCIV 89. RODULPHUS Cardin. Pius tit. S. Mariæ Tranſtiberim, electus eſt Epiſcopus Cardin. Albanus 1553. die 26. c menſis Novembris, eidem etiam Tuſculana dignitas obvenit.

c 1553 Actis.

XCV. 90. Fr. JOANNES Alvarez Cardin. Toletanus Ord. Prædicatorum presbyter S. Mariæ Tranſtiberim creatus eſt Epiſcopus Card. Albanus anno 1553. die d. a. m. Decemb. deinde etiam ad Tuſculanum pervenit.

d Undecima.

91. FRANCISCUS Card. Piſanus e tit. S. Mariæ in Porticu, electus eſt Card. Albanus 1555. die 29. m. Maji, qui deinde etiam tranſiit ad Tuſculanum. XCVI

e Ex tit. S. Marci, ex Actis.

92. PETRUS Paceccus Hiſpanus ex Marchionibus de Villena Archiepiſcopus Pampelonenſis, poſtea Giennenſis Epiſcopus à Paulo III. creatus eſt presb. Card. S. Balbinæ 1546. in gratiam Caroli V. Imperatoris. Neapolitani Regni Prorex fuit, atque Epiſcopus Seguntinus. Anno 1557. die 20. menſis Septembris ad Epiſcopatum Albanenſem aſſumptus eſt. Concilio Tridentino interfuit. Deceſſit Romæ anu. 1560. prid. non. Februarii, ætatis verò ſuæ anno 60. ejuſque corpus in Hiſpaniam relatum, tumulatum eſt in Monaſterio S. Claræ, hoc eſt in Puebla Paternæ ditionis Caſtello. XCVII.

93. JOANNES Card. Moronus, ex presbytero Cardin. S. Mariæ Tranſtiberim, factus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis an. 1560. die 13. menſis Martii, cum deinde etiam fuiſſet Epiſcop. Card. Sabinus. XCVIII.

94. CHRISTOPHORUS Card. Madrutius tit. S. Mariæ Tranſtiberim, creatus eſt Epiſcopus Cardin. Albanenſis anno 1561. die 15. menſis Aprilis, deinde etiam Sabinenſi dignitate inſignitus eſt. XCIX

95. OTHO Truchſes Card. Auguſtanus tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Albanenſis Epiſcopus effectus eſt anno 1562. die verò 18. menſis Maji ad Sabinenſem pertranſiit. C.

96. JULIUS Card. Roboreus tit. S. Petri ad Vincula electus eſt Epiſcop. Card. Albanus 1570. die f 10. menſis Febr. deinde etiam Sabinenſem eccleſiã rexit. CI.

f 13. April. ex Actis.

97. JOANNES Riccius Card. Politianus, ex primo presbytero tit. S. Mariæ Trãſtiberim, ſublectus eſt Epiſcopus Card. Albanus anno 1570. 3. verò die Julii, Sabinenſis Epiſcopus eſt declaratus anno 1573. (1.) CII.

98. SCIPIO Card. Rebiba tit. S. Mariæ Tranſtiberim, ad Albanenſem epiſcopatum promotus eſt anno 1573. die verò 8. menſ. Aprilis, effectus eſt deinde Sabinenſis. CIII.

99. FULVIUS Card. Corneus tit. S. Hadriani, Albanenſem epiſcopatum obtinuit 1574. die 5. menſis Maij, Portuenſem deinde regendum accepit. CIV.

100. IO. FRANCISCUS Card. Gambara tit. S. Mariæ Tranſtiberim, Albanenſis Epiſcopus dictus eſt 1580. die 5. menſis Decembris, deinde Præneſtinus acclamatus. CV.

101. ALPHONSUS Card. Geſualdus, ex presb. Card. tit. S. Clementis, ad Albanenſem epiſcopatum evaſit 1583. die 9. menſis Martij, deinde ad Tuſculanam dignitatem aſcendit. CVI.

102. PTOLOMÆUS Gallius presbyt. Card. tit. S. Mariæ de Populo, electus eſt Epiſcopus Albanenſis 1587. die 2. ineuntis menſis Decembris, poſtea acclamatus eſt Sabinenſis. CVII.

103. PROSPER Sancta Crucius Romanus, creatus eſt presbyter Card. à Pio IV. cum Rotæ Auditor eſſet, anno 1565. anno verò 1589. Epiſcopus Card. Albanus pronũciatus eſt 6. die menſ. Maii, vir ſanè, multis obitis legationibus clarus, Archiepiſcopus Arelatẽſis in Gallia, Carolo IX. Chriſtianiſſimo Regi egregiè charus. Cumq; illis temporibus in Galliis hæreſis maximè debaccharetur, Sanctacrucius vix ab Hæreticis ſibi mortis cõflato periculo ſubduci potuit; Quippe qui ejus tẽporis ſectarios peſſimè odiſſet, caviſſetq; ne in Arelatenſe ovile, quod tutandum acceperat, perfidioſe irrumperent. Romæ diem clauſit poſtremũ an. 1589. non. Octobris, ſepultuſq; apud S. Maria Maiorẽ, in cuius marmoreo tumulo hæc inciſa verba leguntur. CVIII

Proſpero Sanctacrucio S. R. E. Card. Epiſcopo Albano. Qui ob eximias animi, ingeniique virtutes poſt primaria Palatina officia, & Eccleſiaſticas dignitates, à Pio IV. Pont. Max. Card. creatus, legationibus, Germanica, Luſitanica, Hiſpanica, & Gallica flagrante inteſtino bello Provincia egregia cum laude functus, maximiſque tota vita curſu pro Republ.

(1) Neſcio à quonam deceptus Ughellus in enarrandis Anagninis Epiſcopis n. 66. inquit Petrum Sarmientum obiiſſe an. 1572. Epiſcopum Albanenſem, cum talem virum inter hos Albanenſes non enumeraverit, & jam mors abſumpſerit an. 1542. cum inter presbyteros titulo SS. XII. Apoſtolorum frueretur. *Lucent.*

ſuſceptis laboribus. Obiit Ætatis annor. LXXVI. MDLXXXIX. Marcellus ex fratre nepos poſuit.

CIX. 104. GABRIEL Card. Paleottus presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina, creatus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1589. die 8. menſ. Novemb. deinde etiam Sabinenſis declaratus eſt.

CX. 105. Fr. MICHAEL Boneſlus Alexandrinus, nepos Papæ Pij V. hortatu, precibuſque ſacri Collegii ab ipſo Cardinalis creatus tit. S. Mariæ ſuper Minervam 1566. Præfectuſque ſupra negotia Eccleſiæ, tametſi 25. annum tantum attingeret. In quo quidẽ munere futuræ exactiſſimæ prudentiæ ſpecimen dedit. Cumque S. R. E. Camerarius fuiſſet effectus, eo munere ultro abſtinuit, ac ſe abdicavit, ut Principum fœderi contra Turcas Legatus egregiam operam præſtaret. Itaque legatione functus eſt in Gallia, Hiſpania, ac Luſitania, ut earum Provinciarum Reges ad arma contra communem inimicum accenderet. Protector Sabaudiæ declaratus eſt, Epiſcopus autem Albanenſis 1591. die 20. menſis Martii, eundemque Philippus II. titulo Marchionis Boſchi cõdecoravit. Itaq; cum in graviſſimis, trepidiſq; negotiis Clemens VIII. Alexandrini Card. opera uteretur, eodem ſedente Põtifice, quinquagenarius ſupra ſeptem Romæ deceſſit 6. a. Kalend. Aprilis 1598. ſepultuſque apud S. Mariam ſupra Minervam, ubi Petrus Card. Aldobrãdinus nobile marmoreum ſepulchrum demortuo erexit, cum hoc epitaphio.

a 4. Ex Epitaphio.

Fr. Michaeli Bonello, Ord. Prædicatorum S. R. E. Card. Alexandrino, Epiſcopo Albanenſi, Pij V. ex eodem Ordine Sanctiſſimi Pont. Sororis nepoti, ab eoque ad graviſſima ſedis Apoſtolicæ negotia moderanda adhibito legato ſacri fœderis ineundi cauſa, ad Reges in Galliam, Hiſpaniam, Luſitaniam, cunctis à ſe pro Republica ſuſceptis ſtrenue, ac feliciter perfuncto Religionis, prudẽtia, integritatis, eximiaque virtutis laude præſtantiſſimo. Vixit ann. LVI. M. IV. D. VI. Obiit iv. Kal. Apr. M.D.XCVIII. Quod illi monumentum, ob Ioannem Aldobrandinum fratrem in ſacrum Collegium à Pio cooptatum, aliaque ejus Avunculi in ſe, familiamque ſuam merita Clemens VIII. Pont. Max. inſtituerat, Petrus Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius gratiã Patrui voluntatem ſecutus Collegæ opt. poſ. Ann. MDCXI.

CXI. 106. HIERONYMUS Card. Ruſticuccius Epiſcopus Card. Albanus electus eſt 1598. ſe ſe convolvẽtis Martii die 30. deinde etiam ad Sabinenſẽ pervenit.

CXII. 107. HIERONYMUS Card. Simoncellus, tit. S. Mariæ Transtiberim, declaratus eſt Epiſcopus Card. Albanus, an. 1600. die 31. menſe Februarii, nec multò poſt Tuſculana Sede nobilitatus eſt.

CXIII 108. PETRUS Deza Hiſpanus, ex presbyt. Card. S. Laurẽtii in Lucina, electus eſt Epiſcopus Card. Albanus anno 1600. die 23. menſis April. Romæ eodem anno deceſſit, die 27. menſis Auguſti. Eius deinde corpus in Hiſpaniam translatum eſt, ibidemque tumulatum. De cuius nobilitate, clariſque animi dotibus honorificè Cabrera mentionem fecit; illum conſulat lector, ut plura hauriat.

CXIV 109. ALEXANDER Card. Medices, ex presbyterum Card. S. Mariæ Transtiberim, factus eſt Epiſcopus Card. Albanus an. 1600. die 30. menſ. Auguſti, qui deinde etiam Præneſtinus fuit.

CXV. 110. SIMON Tagliavia Card. tit. S. Laurentii in Lucina, electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis anno 1602. die 27. menſis Iunii, deinde etiam ad Sabinenſem Epiſcopatum pervenit.

CXVI 111. DOMINICUS Card. Pinellus tit. S. Mariæ Transtiberim, Epiſcopus Albanenſis evaſit an. 1603. die 19. menſ. Februarii, deinde etiam ad Tuſculanam dignitatem pervenit.

CXVII. 112. Fr. HIERONYMUS Bernerius Card. tit. S. Laurentii in Lucina, electus eſt Epiſcopus Albanenſis die 16. menſ. Iunii anno 1603. deinde ad Portuenſem aſcendit.

A 113. ANTONIUS Saulius Card. S. Mariæ Transtiberim, Epiſcopatum Albanenſem eſt conſecutus 1607. die 7. menſ. Februarii, deinde etiam ad Sabinenſem ſedem ſubvectus eſt. CXVIII.

114. PAULUS Card. Sfondratus tit. S. Cæciliæ, Albanenſi dignitate decoratus eſt 1611. die 17. m. Aug. Romæ deceſſit, anno 1618. die 14. menſ. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Cæciliam, cujus eccleſiæ titulo fuerat inſignitus. De ipſo deinceps, plura in Epiſcopis Cremonenſibus. CXIX

115. FRANCISCUS Card. Sfortia tit. S. Matthæi in Merulana, evaſit Epiſcopus Albanenſis an. 1618. die 5. menſ. Martii, deinde etiam Tuſculanus Epiſcopus renunciatus eſt. Eo Præſule Capuccini fratres in cacumine montis ſupra lacum cœnobium ædificaverunt. Eccleſiam D. Bonaventuræ Epiſc. Albanenſi dicatam extruxit nobilis heroina Flaminia Columna Gonzaga, ut ibidem ad parietem ſequens docet inſcr. CXX.

D. O. M.

Flaminia Columna Gonzaga, ut ubi olim errabundi
B *Trojanorum proceres falſam Religionem coluere, nunc errantes Chriſti pauperes veram foveremt, augerent, templum, ædes à fundamentis extraxit, ac D. Bonaventuræ Albanenſi Epiſcopo dicavit, An. Dom. MDCXIX.*

116. (1) ALEXANDER Perettus Card. Montaltus electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1620. 6. Aprilis. Alexander natus Romæ eſt, ex Sixti V. Pont. Max. nepote, à quo primum diaconus Card. tit. S. Hieronymi Illyricorum renunciatur 1585. deinde Card. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Vicecancellarius. Tametſi Alexander haud multum nobiliores artes, ſtudio, diligentiaq; excoluerit, erga tamen literatos homines regio animo fuit; pietatis autem cultui adeo deditus, ut quam plures Eccleſias, templaque munificantiſſimè ornaverit, ſtabiliverit, & erexerit; cui rei argumento ſit, nobile, ſuperbumque templum S. Andreæ de Valle, ut vocant, à fundamentis ab ipſo in omnem æternitatem excitatum. Sed præſtabit audire Placidi Filingerii funebris laudationis perorationem, quam CXXI
C eò libentius hic nobis adſcribere placuit, quod meritas veraſque laudes Alexandri contineat, itaque ad æquilibrium veritatis expenſas, ut impares, plerumque viri meritis, non ad unius Rhetoricæ exornationis amplitudinem comparatæ fuiſſe videantur. Igitur inquit ille. *Purpuratorum phœnix, Romæ oculus, e maibus charus, aurei ſeculi inſtaurator, areſcentem pauperiem aurea pluvia refecit; virginitatis flores aureo flore ſervavit; labentes familias aureo baculo ſuſtinuit, carcerum velles aurea lima diſſecuit; fluctuantes animos aureis anchoris firmavit; nudos aureo vellere texit.* Quid autem mirum tot tantaque in mortales aurea contuliſſe Alexandrum beneficia, cum fama ſit, ad centena millia nummum diſperſiſſe illum in pauperes. Quibus è vivis excedens meritò fuit luctus, ac mœror inconſolabilis, itaut ab illius funere, ſepulchroque vix divelli poſſe viderentur. Diem clauſit extremum anno 1623. die 2. menſ. Junii, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem in ſacello Sixti V. Avunculi, ubi pia credulitas fidelium Præſepe Domini veneratur, & colit. Cæterùm
D adeo Card. Montaltus à cordibus piorum etiam poſt mortem non exulat, ut Parochiæ S. Laurentii in Damaſo, ipſo anniverſario ejus obitus die, in memoriam acceptorum beneficiorum, plures pullatos viderim; adeo in gratis animis pia liberalitas poteſt, adeo trabalibus clavis in animis memorum infixa perennat.

117. JOANNES Baptiſta Detus, electus eſt Epiſcopus Card. Albanenſis 1623. deinde etiam Tuſculanam dignitatem eſt aſſecutus. CXXII.

118. ANDREAS Perettus, ex Epiſcopo Præneſtino, Epiſcopus Albanenſis evaſit 1624. die 2. menſ. Martii, deinde etiam ad Tuſculanam pertranſiit. CXXIII.

119. CAROLUS Card. Pius presbyter Card. S. Laurentii in Lucina, Epiſcopus Albanus functus eſt 1627. die 26. menſis Maji, deinde etiam Portuenſis declaratus eſt. CXXIV.

120. GAS-

(1) Octavium Bandinum, inquit Oldoinus in ejus vita, à nonnullis recenſeri inter Albanenſes Epiſcopos. Suſpicionem quam Lectori inducit, non diluit. Octavius ſiquidem ſ hoc unquam ſede inſignitus fuiſſet, poſtea antequam Præneſtinam aſſequeretur. Verum hæc ubi dimiſſa fuit à Sfortia die 6. Apr. 1620 Alexandro Peretto obvenit, ab eoque uſque ad obitum retenta in annum videlicet 1620. quo interim Octavius à titulo ſuo Presbyterali ad Præneſtinam fuerat aſſumptus an. 1621. *Lus.*

CX XV. 120. GASPAR Borgia Hiſpanus, Candiæ Ducis filius, à Paulo V. vocatus ad purpuram 1611. ſub tit. S. Suſannæ, poſtea Card. S. Crucis in Hieruſalem, ad Epiſcopatum Albanenſem pervenit anno 1630. die 15. menſ. Julii. Fuit Archiepiſcopus Hiſpalenſis, diuturniorique mora pro Rege Catholico legationem geſſit Romæ, ac Neapolitani Regni Prorex fuit. Princeps munificus, ac liberalis, præſertim in pauperes, adeoque in rebus fidei conſulti judicii, ut inter S. officii Purpuratos magno Chriſtianæ Reipublicæ commodo Quæſitor adſiſteret. * Obiit in Hiſpania ann. 1645. in Vigilia Natalis Domini, Archiepiſcopus Toletanus. A

* Ex Ap. &c.

CX XVI. 121. BERNARDINUS Card. Spada, in Braſichellenſi Flaminiæ nobili oppido natus, omnium virtutum, & diſciplinarum genere cura Pauli patris viri clariſſimi nobiliter excultus, tum corporis ſpecie, & gravi, & ſerena vultus majeſtate, ac proprio merito per varios gradus ad Albanenſem purpuratam pervenit ſacerdotium, Gaſparo Cardin. Borgia in Hiſpania defuncto 1645. Fuit enim ex Greg. XV. delectu V. S. Referendarius, & Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ex Urbani verò VIII. judicio Archiepiſcopus Damiatenſis, & Apoſtolicus Nuncius in Gallia ad Ludovicum XIII. Regem Chriſtianiſſimum. Cardinalatus dignitate inſignitus 19. Januarii 1626. eodem donante Urbano. Mox ei perhonorifica Bononienſis legatio delata eſt, quam ſumma omnium, & Pontificis gratia adminiſtravit. Romæ revertitur Inquiſitionis, quod S. vocant Officium, tribunali præpoſitus, Epiſcoporum cœtui, propagandæ fidei, Eccleſiaſtici ſtatus negociis, cæteriſque fere urbanis omnibus conſultationibus adhibetur. In iis muneribus obeundis Bernardini innotuit prudentia, ſed vel ex eo magis inclaruit, dum ille, in maxima rerum ipſius Urbis trepidatione, Urbani juſſu, inter armatos milites, cum Italiæ Principum ſelectioribus miniſtris egerit, ut procul ab armis pacis fœdera ſancirentur. Interfuit deinde Conclavi, & creationi Innocentii X. ſummi Pontificis, collegis in ſeligēdis conſiliis ſanioribus maximo uſui fuit. Ejus opem implorarant, & experti ſunt religioſi viri Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Minimi fratres, ac Capuccini, quorum omnium protector, & Pater eſt, cujus erga eruditos, doctoſque homines ſingularis benevolentia jam omnibus profuit, princeps ſanè eruditionis, & omnium ſcientiarum peritia eximius, juſtitiæ, & integritatis cultu egregius, ſacrique ſenatus decus, & ornamentum. * Optavit deinde Eccleſiam Tuſculanam die 29. April. an. 1652. B C

* Ex Appen. 5.

CX XVII. 122. FEDERICUS Cardin. Cornelius Venetus presb. Card. Albanus fit Epiſcopus 29. April. an. 1652. de quo plura in Patriarchis Venetiarum.

A D D I T I O.

{,, *Anno proximè inſecuto Romæ obiit die 5. Junii.*

CX XVIII {,, MARTIUS *Ginnettus Presbyt. Card. S. Mariæ Transtiberim Albanenſis Antiſtes enunciatur 9. Junii 1653. tranſiit ad Sabinenſem.*

CX XIX. ,, JO: BAPTISTA *Card. Pallottus Presbyt. S. Laurentii in Lucina ad hanc ſedem provehitur die 2. Julii 1663. deinde Tuſculanæ præficitur 11. Octobris 1666.*

CXX X. ,, ULDERICUS *Carpineus ex Presbyt. tit. S. Mariæ Transtiberim Albanenſium Pontifex inauguratur; ad Tuſculanos abiit 17. Martii 1671.* D

CXX XI. ,, VIRGINIUS *ex Urſina Gente, dimiſſo presbyterali titulo S. Laurentii in Lucina, eodem in Conſiſtorio, quo Carpineus abſceſſit, ipſe ſucceſſit in Tuſculano Solio. Rexit Albanenſem Gregem uſque ad annum 1675. & die 28. Januarii Tuſculanæ attributus eſt.*

CXX XII. ,, HIERONYMUS *Grimaldus, Presbyt. Cardin. tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio, Virginio ſubrogatur. Ad Aquenſem ſuam Eccleſiam in Gallia adminiſtrandam rediit, ſed Albanenſibus æque commode, ac tutò conſuleret, ut ea ſibi ſuffragari, ſupplex obtinuit, per Fr. Angelum Grimaldum gentilem ſuum, qui cum in Ordine Prædicatorum præcipuos gradus ſumma cum laude conſumaſſet, Epiſcopus Metonenſis in partibus Infidelium ordinatus eſt, & huic gregi ſuffragari juſſus. At Hieronymus dum Aquis, piis præclariſque operibus totus incumberet, ſenio intabuit, effetaque jam ætatis, puerulo conſimilis, deceſſit die 4. Novemb. 1685. Cardinalium ſenior, & antiquior, quem Decanum inſpexiſſet ſacrum Collegium, ſi præſens ad Oſtienſem optaſſet.*

CXX XIII. ,, FLAVIUS *Chiſius, Alexandri VII. ex fratre nepos, dum Presbyter moderaretur titularem Eccleſiam S. Mariæ de Populo, ad Albanenſem thronum advolavit 18. Martii 1686. qua dignitate eò perfectè functus eſt, ut habita Synodo, & ſaluberrimis editis è Romanis Typis conſtitutionibus, ſuam ad poſteros memoriam perennaverit. Demum cum in Vaticanis comitiis plurimùm ſuffragaſſet Electioni in Romanum Pontificem Cardinalis Petri Othoboni, Epiſcopi Portuenſis, qui Alexander VIII. nuncupari voluit; in primo Conſiſtorio habito die 19. Octobris 1689. ad vacantem per Othoboni ad Papatum aſſumptionem convolavit Thronum Portuenſem.*

CXX XIV. ,, EMMANUEL *Theodoſius à Turre ab Alvernia Card. Bullonius Presbyt. tit. S. Petri ad Vincula tertium cum jam ſuffragaſſet in Romanis comitiis ſumma animi integritate electioni ſupremi Pontificis, annuente eodem, ipſamet die, qua Chiſius adiit Portuenſem, ipſe Albanenſem ſibi deſpondit Eccleſiam. Ad Portuenſem tranſiit die 21. Julii 1698.*

CXX XV. ,, CÆSAR *Deſtraeus prænobiliſſtirpe apud Gallos natus ex Epiſcopo Laudunenſi Presbyteris Cardinalibus adſcriptus à Clemente X. die 24. Auguſti an. 1671. ſpectatiſſimos cum percurriſſet inter Purpuratos Patres Virtutum gradus ad Albanenſem aſcendere juſſus eſt, licet abſens à Conſiſtorio, & Urbe, graviſſimis detentus in Gallia curis die 15. Sep. an. 1698. De rebus ubiq; magnis meritiſſimus ſemper, Præſules inter primos pervigilis cura adnumerandus, Albanenſem Eccleſiam fecundis dum fovet auſpiciis, Vaticanis adſcribitur Congregationibus Concilii Tridentini, Epiſcoporum, & Regul. Indicis, Inquiſitionis, Propaganda Fidei. Lucentina.)*

,, *Obiit Pariſiis in Abbatia S. Germani menſe Decembri 1714. Turrim Campanariam Cathedralis Eccleſiæ collapſam magnificè reſtituendam proprio ære curavit, necnon Sacrarium pretioſa ſupellectili miro ſanè artificio auro, argentoque contexta donavit.*

CXX XVI. ,, FERDINANDUS *Titul. S. Petri ad Vincula Card. de Abdua Mediolanenſis miſſus ab Innocentio XI. ad Iacobū II. Magnæ Britanniæ Regem Nuncius, in ea legatione non paucos ſubiit labores, ut Religionem Catholicam, ſartam, tectamque conſervaret. Ob quæ, aliaque plura ſua merita anno 1690. ab Alexandro VIII. ad Cardinalatū evectus fuit. Ab Innocentio XII Legati à Latere dignitate auctus Provinciis Bononiæ, Ferrariæ, & Æmiliæ, quibus ex aquar. exundatione gravia pericula, & damna imminebant, provida vigilantia proſpexit. Ferrariam, & Bononiam pluribus annis Legatus rexit, Curiæ Innocentianæ, quam Tribunalium commodo Innoc. XII. ædificandam curavit, vigili attentione conſtructioni præfuit. Dimiſſo Titulo S. Petri ad Vincula, Epiſcopatum Albanenſem optavit die 21. Januar. 1715. quam Eccleſiam, Templo ſuis ſumptibus decenter inſtaurato, laudabiliter regit.*

ÆSI-

Æ S I N I
EPISCOPI.



a Al. Æſinum, M. Gregorio Anconam, vulgo Ieſi.

ÆSIS, ſive Æſium a Urbs Epiſcopalis in Umbria ad dextram ripam fluminis Æſis conſtructa, à flumine, quo alluitur, nomen traxit, quod ab Apennino præcipitatum per Picenum undas trahit, donec Adriatico mari permiſceatur. Hæc civitas perantiqua eſt, modo Æſis, modo Æſium appellata, cujus quidem nomen apud ſcriptores modo diphtongus exaſperat, modo ſimplex E. vocalis perlenit. Nō ignobilis Colonia Romanorum fuit, cujus alicubi meminit Ptolomæus, Plinius, ac Strabo antiqui ſcriptores. Primogeniam ejus fundationem hactenus non reperi(1), incertuſque Alexander eſt, an flumen prope diſcurrens civitati, an civitas fluminis nomen Æſis indiderit. De ea ita cecinit Franciſcus Pamphilus lib. 3. de laudibus Piceni.

Uberior cunctis Æſinus in æquore campus
Pinguia vigecuplum ſæpius arva ferunt.
Iſta Syracaſias evincunt ubere glebas,
Vix decimam partem Sicules ora dabit.
Undique planities, nec mons ibi cernitur ullus,
Nobilis in medio eſt Urbs, habitata ſolo.
Splendida marmoribus, ſublimibus alta columnis,
Maxima porticibus Regia Regis erat.
Innumeras Urbes is ſub ditione tenebat,
De ſe ſi populos nominat ille ſuos.
Æſis nomen erat. Patrius dat mœnibus illud.
Quod tribuit fluvio nunc quoque nomen habet.

Hoc tèmpore Pontificiæ ditionis eſt (2), interque Piceni civitates(3) connumeratur, tametſi in antiqua Senonenſi Umbria ſita ſpectetur.

Potuit Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe, eodem ipſo tempore, quo tota Umbria ſuave Chriſti jugum accepit; hoc eſt Neronianis temporibus(4), ante ejuſdem Epiſcopalem dignitatem ſuſpicantur cordati, quando jam tunc CCC. noſtræ ſalutis anno Provinciæ Romanæ numeratus Epiſcopus ex Æſinate Throno divina jura dicebat. Hujus igitur civitatis Præſulum ſeriem modo proferemus, explicabimuſq; ne mireris, Lector, ſi aliquantiſper jejunam, atque elumbem, & ſi enim in ea indaganda non minus, quam in aliis fatigati ſumus, operam collocaverimus, haud æquè tamen nobis ſcribentibus, ut oportebat, reſpondit eorum affectus, qui præſentibus contenti, obliti autem immortalitatis, ad quam homines avidiſſimè anhelant, ablatam ſibi & nobis ad omnem poſteritatem claritudinē neglexerūt.

A D D I T I O.

(„*Cæterum Cathedrale templum antiquitus inſtitutum narratur illud fuiſſe, quod nunc excolitur ſub invocatione S. Nicolai Epiſcopi Myrenſis. Præſens modo princeps Eccleſia ea eſt, quæ primo hujus civitatis Epiſcopo dicatur S. Septimio martyri, cujus Sacra Lypſana ibidem perhonorifice venerantur. Ejus Capitulū 12. Canonicos opimis auctos redditibus enumerat, inter quos unus Pœnitentiarii, alter Theologi munere fungitur, unica tantum cum titulo Prioratus dignitate inſi-*

A „*gnitur ampliori cenſu diviti. Habet inſuper 12. Cappellanos amovibiles, Muſicæ Præfectum, Organum, Muſicorum Scholam, Sacriſtam, aliosque miniſtros. Simul olim convivebant in ædibus Eccleſiæ contiguis, quæ hactenus à Canonicis jure optionis poſſidentur; ad religioſi hujus incolatus commodum Nicolaus V. indulſit capitulo, pulſis monachis Benedictinis, Abbatiam S. Mariæ Molearum Æſini agri, Callixto III. hanc conceſſionem abſolutè confirmante, nec non ſubinde Julio II. Dignitas item Prioralis annuis excrevit opibus ex ſuppreſſione Regularis Abbatiæ S. Apollinaris Æſinæ Diœceſis auctoritate Pauli III. obvenitque primum Euryale Sylveſtrio Patricio Cingulano, & ſucceſſive in Nepotes tranſmiſſa ab Euryalis retenta fuit an. ſupra 130. Extat Sylveſtriæ pietatis in Cathedrali Cappellania, & aureorum centenis octo donatum ſacrarium. Eccleſia Cathedralis ſpectabilis eſt ſtructura, inque ea nobile ſacellum familiæ de Honoratis S. Levitæ Laurentio ſacrum. Servantur ſub Ara Majori cum corpore S. Septimii partes indumentorum D.N.J.C. de Lacte* B *& Capillis B.V. Matris, de Lapide S. Sepulchri, aliaque pretioſa reliquiæ. Et in Sacrario Brachium S. Romualdi Abbatis, digitus S. Blaſii una cum plurimis aliis. Urbs complectitur 10. millia animarum, univerſa Diœceſis 15000. circiter. Animarum cura in civitate tribus Parochis incumbit, extra & prope civitatis Mœnia quinque extant Parochiales Eccleſiæ; ex his tres providentur per Cathedralis Canonicos. Plurima ibi virorum Cœnobia, Eremitarum S. Auguſtini, Dominicanorum, S. Franciſci de Paula, Minor. Conventualium, Reformatorum, & Capuccinorum. Tria Monialium ſepta, & Domus Presbyterorum Oratorii S. Philippi. Xenodochia, Mons Pietatis, Laicorum confraternitates, & Clericorum nobile Seminarium. Cathedrali conterminum eminet Epiſcopale Palatium, & aliud ſuburbanum in Abbatia S. Benedicti in edito collo Caſtri-Plani, unde locupletiores redditus eruit Epiſcopalis menſa, cujus cenſus annuus eſt circiter ſcutorum 3500. in Libris Cameræ ejus taxa eſt florenorum 300. Oppida Diœceſis ſunt.* Maſſuccio. Majolati. Pog- C gio Cupo. Siſiano. Monte Roberto. Caſtel Bellino. „Muſciano. S. Marcello. Monte Caroto. Poggio S. „Marcello. Caſtel del Piano. S. Maria delle Maglie. „Roſora S. Maria Nova. S. Paolo. *Horum nitidiſſimum eſt Maſſaccium, ſeu Maxacium, olim clariſſimæ Maximorum familiæ nobile feudum. Condecoratur Regularium cœtibus. S. Franciſci arctioris obſervantiæ, inſignis Camaldulenſium Abbatia, monialium Cœnobio, & in ejus territorio pulcherrima Eremo vulgo nuncupata* „le Grotte *Eremitarum Camaldulenſium.* Lucent.)

I.

1. Primus igitur eorum, qui Æſinam rexit Eccleſiam, SEPTIMIUS eſt, qui martyrii lauream cum Epiſcopatus infula glorioſè conjunxit, natione Germanus *b*, nobilibus parentibus ortus, ſed eorum nobilitatem inanium Deorum ſuperſtitio deturpaverat. Hic ab adoleſcentia arma miles intrepidus ſecutus eſt, ſed cum ex diverſarum gentium commercio, quo uti oportet eos, qui caſtra, pugnaſque petunt, plurimum ſuperſtitionis Gentilium ſe imbiturum deinceps timeret, ex Spiritus S. inſtinctu cingulum militare diſſolvit, ſa- D croque fonte ablutus, deſerta patria Æmi nor *c*, Valentinoq; Germanis ſibi adjunctis ſociis, ad Italiam Chriſtianæ pietatis ſedem ac tutiſſimum domicilium properavit. Cumque Mediolanum veniſſet, ibique quamplurimos cerneret ab Idolorum cultu miſerè tranſverſos agi, prædicandi munus, doctus in lege divina ſibi deſumpſit, ut devios ad Chriſtum traduceret. Accidit que, ut aliquando prope templum Jovis Septimius divino incenſus ardore concionem haberet, cujus divinis verbis ita cœleſte Numen apud Populum aſtruxit fidem,

b Trevis in nobili genere natus.

c Al. Æmidio, ſeu Æmiliano.

(1) Ab Æſio Pelaſgorum rege an. 2. Olympiadis III. & 24. ante Romam conditam, atque ante Chriſti adventum ann. 766. excitatam hanc urbem ex variis refert ſcriptoribus Baldaſſinus.

(2) Opera Pipini Francorum regis, qui debellatis Longobardis donavit A. C. 755. Stephano III. & Rom. Eccleſiæ inter alias Italiæ Provincias Ravennæ Exarchatum, & Pentapolim teſte Baronio, & in Pentapoli Æſium comprehendebatur, ut etiam ex Rubeo in Raven. hiſt. Eamdem ratam habuit donationem Carolus Magnus an. 773. Romæ coram Adriano I. Ludovicus cognomento Pius an. 817. pias prædeceſſorum ſuorum elargitiones Aquiſgrani confirmavit, pluraque addidit, ſicut & alii ſubinde Cæſares. *Luc.*

(3) Olim in Umbria, dein in Ciſalpina Gallia, ac poſtea ab Auguſto in Italiæ diviſione, ſexta in ejuſdem Regione enumerata, ut docet Plinius. In Romani vero imperii declinatione in Italica Pentapoli Provincia quæ erat ad Ravennæ Exarchatum pertinens, recenſita fuit; modo inter Piceni civitates adſcribitur. *Luc.*

(4) Æſini putant ſub Claudio imperatore S. Apollinaris Ravennatum Epiſcopi opera. Id ſibi ab immemorabili fundent ex vetuſtiſſima Eccleſia in Æſinate agro eidem dicata, & olim in nobilem Abbatiam erecta. Nec nobis haud vero unſile videtur: cum enim Apollinaris à Petro an. 2 ſui Pontificatus fuerit ordinatus Ravennenſium Paſtor, certum eſt Chriſtiana fide ſua prædicatione imbuiſſe Æmiliam, Flaminiam, & totam ferè Ciſalpinam Galliam, & in civitate Fani fortunæ Æſio propinqua Eccleſiam cum baptiſmali fonte condidiſſe. *Luc.*

fidem, ut templum cũ ſimulachro ipſo Jovis repentino terræ motu exſcinderet. Obſtupuere primum omnes, mox publica ira ſtuporem excepit, ita ut civitas propemodum tota cõſternata ad arma curreret, pereitaq; furore, quotquot illic erant, Chriſti innocentes oves deſtinaret ad necem. Septimius, unius civitatis ex evangelico præcepto iram declinans, divertit ad aliam, hoc eſt, Romam profectus eſt, ut ibi SS. Apoſtolorum ſepulchra veneraretur, Divinique evangelii ſemen uberius, feliciuſque jactaret. Dum ergo ibi moratur, à Gloriano milite pietatis cultore perbenignè ſatis hoſpitio exceptus eſt, rependitque hoſpiti ſuo vicem, ejuſdem filio à fluxu ſanguinis liberato, cæteraque ejus familia ad fidem Chriſti traducta. Adeo autem Romæ perſpicua Septimii extitere miracula, ut apud Marcellum ſummum Pontificem, totamq; Romanam aulam gratioſus evaderet. Quamobrem ab eodem Marcello electus, ac inauguratus eſt Æſinatinus Epiſcopus, illucque miſſus ad Chriſti propagandam fidem. Erat per id tempus Æſii Præfectus Florentius quidam, ex more Imperatorum, qui eundem illuc allegaverant, homo vecors ac ferox, quique pietatem Chriſtianam peſſime oderat. Ad hujus itaq; Tribunal cum ſe præſentaſſet Septimius, cauſas ſuæ illuc profectionis illum edocuit, faſſuſque candidè eſt promulgandi evangelii cauſa illuc ſe adventaſſe, utque plures quam poſſet, devios ad evangelii lucem adduceret, percupereque ſeſe, ut prior ipſe Præfectus Chriſtiana ſacra ſuſciperet, at quæ meditabatur conſilia, deinde bellè procederent. Enimverò tanci ra Præfectus exarſit, cõcionantique liberius, quinque tantum dierum induciis conſtitutis, obtulit optionem, aut ipſe Diis litaret, aut eiſdem litandus acerbiſſimam mortem ſubiret. Haud diu deliberandum fuit crucem amanti, quid potiſſimum deligeret. Igitur convocat populum, concionatur de myſteriis fidei, roborat in fide ſtabiles, imbecilles adhuc confirmat, utque verbis fides daretur, ingentia, ac propemodum inaudita edit miracula, ita ut Magentianus Præfecti filius his convictus fidei Chriſti dederit manus, ſacroque deinde fonte ablutus, cum antea petra durior eſſet, mira ratione repente admiſit, ac pietatis Chriſtianæ faſſus eſt veritatem. Cæterùm Septimio ea cruenta victoria fuit, ejus ſiquidem eventus allato nuncio cum Præfectum Florentinum conjeciſſet in iras, pœna capitis ſanctum mulctavit, ut eodem loco, quo in filii ſalutem fuderat aquas, in odium Chriſtianæ Religionis ipſe funderet ſanguinem. Accidit id die 5. menſis Septembris circa annum Domini 307. Ejus deinde corpus à fidelibus tumulatum, anno 1469. repertum, iterum lucem aſpexit, ac honorificentius in Cathedrali reconditum eſt, tanquam Æſinæ Eccleſiæ protectoris, ac tutelaris, cujus dies feſtus quotannis recurrens populum Æſinam ingenti parto tanta celebritate gaudio perfundit. Meminit Septimii hoc ipſo die Ferrarius in ſuo catalogo Italicorum ſanctorum.

II. 2. MARTIANUS Epiſcopus Æſinus in Concilio Romano ann. 499. (,, *Martianus præſens fuit Synodis ſub Cœlio Symmacho an. 501. 502. 503. 504. Hujus corpus in Eccleſia S. Nicolai, olim Cathedrali, ſepulturæ mãdatum, à Tiberio Cardinali Cincio repertum fuit in tumulo ante aram Maximam; jacet ſimul cum aliis duobus proxime enumerandis. Diu deinceps deſtitutam Paſtore hanc Eccleſiam deprehẽdimus ex Gregorii M. Epiſtolis, qui indict. 2. Epiſt. 124. l. 7. Severo Epiſcopo Anconitano Viſitationem injungit Auſinæ (ideſt Æſinæ) civitatis, & ſubinde Clero, ordini, & Plebi de eligendo Epiſcopo ſcribit.* Lucent.)

III. (,, CALCOMPIOSUS, *ſeu* Calempioſus *deſideratur in ſerie Ughelli circa an. 647. Æſii ſacrum jus dicebat, cujus item oſſa ſepulta cum Martiano apparuere.* Lucentius.)

IV. 3. HONESTUS *a*, Sexto Conſtantinopolitano Concilio ſub Agathone Papa (1) interfuit an. 680.

a Al. Honoratus.

4. PETRUS inter Romani Concilii patres numeratus eſt, ſub Zacharia Papa, anno 743. temporibus Luitprandi Regis. V.

5. JOANNES in Concilio Romano ſub Eugenio II anno 826. apud Baronium. VI.

6. ANASTASIUS, (2) ann. 853. de quo Baronius. VII.

7. * EBERARDUS Epiſcopus AEſinus præſens fuit Synodo Ravennæ celebratæ ſub Joanne XIII. Papa an. Chriſti 967. VIII.

* Ex Append. 5.

8. RAYNALDUS interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. Pontif. anno 1175. (,, *Vel 1179. in quem an. illud Concilium reiicit Harduinus.*) IX.

9. GRIMALDUS interfuit conſecrationi eccleſiæ S. Crucis de Avellana anno 1197. X.

(,, CRESCENTIUS *an. 1207. regebat AEſinum ovile, ut nobis innotuit ex publico inſtrumento rogato ab Ugolino Joannis Joditæ exiſtente in Archivo Privali*, Lucentius.) XI.

10. SEVERINUS hujus Eccl. antiſtes vixit ſub Greg. IX. an. 1237. de quo mentio in marmoreo lapide ſupra majorem portam Cathedralis, ubi hæc verba inciſa leguntur. XII.

A. D. MCCXXXVII. tempore D. Gregorii Papa D. Frederici Imperatoris, & D. Severini Epiſcopi AEſini Mag. Georgius Decumo civis AEſinus Fec. hoc opus.

11. Fr. GUALTERIUS Ord. Minorum eligitur ab Innocentio IV. remoto Armanno à capitulo electo, & ſuis exigentibus demeritis excommunicato, anno pontif. 4. Chriſti verò 1246. ex regeſt. XIII.

12. CRESCENTIUS eligitur ann. 1252. 3. Kal. Maji ab Innocentio IV. ex reg. Vatic. ann. verò 1261. conſtituit ſuum procuratorem Joannem Hermugne, contra commune AEſini, qui Joannes appellat de ſententia lata à Bernabeo de Zobuldis Judice AEſino, pro prædio S. Marcelli, & ejus curte, ex lib. memorialis AEſii M.S. Obiit ann. 1263. XIV.

13. BONAJUNTA *b*, Epiſcopus Recanatenſis, ad AEſinam Eccleſiam translatus ab Urbano IV. anno 1263. 3. id. Octob. regeſt. Vatic. ep. 19. fol. 6. XV

b Al. Bonavita.

14. HUGO Epiſcopus Piſaurienſis ad hanc Eccleſiam translatus anno 1268 *c*. 2. Kal. Junii à Clem. IV. cum Rambotus capellanus Card. S. Mariæ in Coſmedin à Capitulo electus non curaſſet acceptare, ex regeſto literarum ejuſdem Pontificis ep. 16. XVI.

c Quo anno Cathedralem conſecravit.

15. JOANNES Epiſcopus AEſinus 1291. ad Regem Pannoniæ Legatus à Nicolao IV. miſſus ex reg. Vatic. e. 113. f. 179. idem Joannes ab AEſina Eccleſia, ad Auximanam translatus eſt à Boniſacio VIII. anno 1295. 5. Id. Aprilis, ex regeſt. Vatic. an. 1. e. 76. f. 19. XVII.

16. LEONARDUM (,, *Patraſſum de Guerrino Alatrinum*) ex Epiſcopo Alatrino ad AEſinam Eccleſiam tranſtulit Boniſacius VIII. (,, *cujus erat avunculus.*) ann. 1. pontif. 1295. 4. non. Januarii e. 576. f. 133. obiit 1312. (,, *Epiſcopus Card. Albanenſis. Conſule quo de eo diximus in Albanen.* Lucent.) XVIII

17. FRANCISCUS de Alfanis Peruſinus, Bartoli juriſconſulti nepos, nobilis genere, clericus eccleſ. S. Martini de Collibus diœceſis Peruſinæ, à Capitulo electus, à Clemente V. confirmatur anno 1312. 4. Kal. Martii pontif. 8. ex reg. Vatic. e. 238. f. 77. Obiit 1342. XIX.

18. FRANCISCUS Jordani de Spoleto, aliis de Brancaleis nobilis Urbinas, electus an. 1342. 15. Kal. Auguſti, ſucceſſit Franciſco, à Clemente VI. promotus ann. 2. e. 32. reg. Vatic. Translatus inde ad Eccleſiã Urbinatẽſem an. 1348. 3. non. Maji ex eodem reg. (3) XX

19. NICOLAUS de Piſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, AEſinus Epiſcopus delectus 1349. 5. non. Martii, translatus inde ad Eccleſiam Urbinatenſem à Clemente VI. anno pontif. 8. (4) 5. non. Maji, ex regeſt. Vatic. par. 1. lib. 3. e. 135. f. 76. * Nicolai mentio habetur in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ann. 1358. XXI.

* Ex App. 5.

(,, PETRUS *chriſtophori Borgheſii, Nobilis Se-,, nen-* XXII.

(1) Subſcripſit in Synodo Rom. an. 680. Epiſtolæ pro Sexta Synodo Conſtantinopol. Hujus pariter corpus aſſociatum Martiano, & Calempoſio inventum fuit. *Lucent.*

(2) Hujus nomine Aimo ejus Diaconus ſubſcripſit Concil. Rom. ſub Leone IV. præſente Clotario Imperatore an. 853. *Luc.*

(3) At inter Urbinates m41. non ſibi conſonat Ughellius, nam ibi ex eodem Regeſto ſcribit hunc Franciſcum ſucceſſiſſe in Solio Urbinate an. 1350. 5. Non. Maji, quo ſane anno per obitum Bartholomæi ea ſedes vacans erat; puto errorem in anno exſcribendo. *Luc.*

(4) Qui fuit Chriſti 1349. quo ſane tempore à Franciſco Jordani dicto de Brancaleis detinebatur, unde ipſi ex calculo annorum prævire debuiſſet. Fallitur forſan Ughellius inter Urbinates eo tempore, quo ibidem ex eodem Nicolai ordine Auguſtiniano Bartholomæus Epiſcopatum gerebat. Ni velim ò dicere Nicolaum ad eam ſedem aliquando poſtulatum fuiſſe, non autem illud ſubiiſſe onus, cum de eo neque ipſe Ughellius inter Urbinates ullam mentionem faciat. *Luc.*

A „ *neſis, hac infula ornabatur anno circiter* 1380. (1) *ut ex*
„ *ſtemmate genealogico hujus familiæ à Celſo Cittadino*
„ *confecto videre licet . Ex Ugurgerio in Pompis Senen-*
„ *ſibus*.p.1. Mandoſius.)

XXIII 20. BERNARDUS, fato ſunctus eſt anno 1391.

XXIV 21. THOMAS de Perleonibus Romanus, jam inde Aſculanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt à Boniſacio IX. ſummo Pontifice, anno 1391. 4. *a* id Julii; eoque Epiſcopali munere deinde ultro abivit, ac S. Benedicti inſtituti monachum induit apud S. Laurentium extra muros Urbis Romæ, ex lib. 1. proviſ. Prælatorum Bonifacii IX.

a 6. Id.

XXV. 22. ALOYSIUS Franciſci *b*, Abbas Monaſterii S.Pauli ad ripam Arni, Piſanæ diœceſis, Ordinis Vallis Umbroſæ, demortuo Thomæ ſuffectus eſt anno 1400.4.Nonas Januarii, atque in Æſinum Epiſcopum inauguratus eſt. Obiit anno 1405.

b Cognominatur Alphinus ab Oddolino. Mandoſ.

XXVI 23. JACOBUS de *c* Bonripoſis Peruſinus, Prior monaſterii S.Laurentii de monte Periolo, Innocentii VII familiaris, ab eodem electus eſt Epiſcopus AEſinus anno 1405. non. Octob. Conſtantienſi Concilio interſuit, legiturque aſcitus teſtis in teſtamento Card. Laodulphi Maramaldi ann.1415. die 10. menſ. Octob. B deinde hoc eſt ann.1418. Interamnenſis Epiſcopus effectus eſt. Tempore hujus Præſulis inventum eſt corpus S. Floriani martyris anno 1411. & repoſitum eſt in eccleſia ejus nominis apud Minores ſub ara majori, ut ex appoſita ibidem inſcriptione liquet.

c Al. de Bontempis.

Tempore Malateſtæ de Malateſtis Domini AEſii, & D. Jacobi de Bonripoſis de Peruſio Epiſcopi, & D. Ardingi de Paja Poteſtatis, penes ripam fluminis AEſii inventum eſt corpus S. Floriani, & hic reconditum menſe Decembri 1411. Qui præcipitatus de ponte in flumen prædictum martyrio coronatur, tempore M. & Diocletiani Imperatorum, & procurante Magiſtro Matthæo, hoc opus decoratum, ſibi Aeſio dedicatum, Anno MCCCCXI.

XXVII. 24. BLONDUS de Conchis civis, & Canonicus Spoletanus, ad hunc epiſcopatum pervenit, Martino V. Columna ſedente, ann.1418.2. Kal. Febr. dum ipſe Pontifex adhuc morabatur Conſtantiæ. C

XXVIII. 25. LAZARUS, dum hanc adminiſtraret eccleſiam, fato functus eſt anno 1425.

XXIX 26. INNOCENTIUS Lazaro ſucceſſit die 2. m. Octobris, an.1425. à Martino V. ſublectus, ex lib. proviſ. Prælat. Diu hanc eccleſiam rexit.

XXX 27. THOMAS Iſilerius *d* civis, & Epiſcopus Æſinus, omnium virtutum genere ornatiſſimus, Innocentii VIII. familiaris, cum multos annos laudabiliter præfuiſſet, ſub Julio II. extrema clauſit anno 1505. Jacet in Cathedrali ante aram D. Septimii, („ *Cujus corpus ipſe invenit*) ubi hoc legitur epitaphium.

d Seu Ghiſlerius.

Præſul ineſt urna Thomas Iſilerius iſta
Stellifer arma gerens, hac ſacra luſtra novem.
M. DV. die vi. Junii.

Ibidem ante aram S. Caroli aliud legitur epitaphium, quod ipſe vivens poſteris ſuis poſuit ſacellumque dicavit.

Th. Iſilerius Æſinus Pont. venuſtiſſ. & honeſtiſſ. D. Lucretia Iſil. nepoti ſuo chariſſ. ac toti familiæ, ejuſque poſteris, & monumentum, & ſacellum hoc in ſui memoriam poſuit, dicavit MCCCCC. D

XXXI 28. ANGELUS de Ripantibus Bonuntii filius, nobilis AEſinus, Julii II. cubicularius, & in paucis charus, patriæ Epiſcopus delectus ab eodem Pontifice anno 1505. exceſſit omnium bonorum mœrore, clarus virtute, pietate, & in rebus agendis prudentia omnibus notus, an.1512. ſepultus in Cathedrali in marmoreo tumulo prope patrem, & patruum, quibus eodem anno cœnotaphium poſuerat. Hoc ipſe habet epitaph.

Angelo Ripantio Patritio AEſino, qui ob egregia merita à Julio II. Pont. in cubiculum aſcitus, ſacerdotiiſque, & honoribus abunde auctus, demum AEſinen. Eccl. præfectus eſt, in qua & divinum cultum collabentem reſtituit, & Epiſcopium à CCCC. uſque annis dirutum propria impenſa magnificè inſtauravit, cum vix ann. vii. menſ. 5. ei præfuiſſet, obiit ſummo omnium mœrore, & deſiderio annum agens ætat. lxiii. menſ. v. A

Tiberius Ripantius frater benemerenti poſuit:

Ad ſiniſtram verò ibidem, hæc alia legitur inſcript.

Hugolino hujus eccleſiæ Priori, Can. & Benuntio Bonſilio, & Antonello ger. fratribus de Ripantibus, Angelus Benuntii filius, Prior antea, & Can. ac Julii II. Pont. Max. familiaris Æſii Epiſcopus creatus, Genitori, & patruis, ac eorum poſteris pientiſſ. poſuit M.D.XVII.

29. PETRUS Paulus Venantius de Spello electus à Leone X. anno 1513. („ *Concilio Lateranen interfuit an.* 1514 & 1515.) Diu vixit, de quo in Cathedrali ſub parma Leonis X. & ſuæ hæc leguntur verba. XXXII.

Præſulis AEſini Petri, hæc inſignia Pauli
Hiſpelli, & Medices mun.... Pontificis MDXIII.

30. ANTONIUS Venantius de Spello, ſuperioris nepos, factus coadjutor cum futura ſucceſſione an. 1519.13. Decembris, eidemque prædefuncto ſucceſſit. Mortuus hic eſt Paulo III. ſumm. Pont. imperante anno 1540. XXXIII. B

31 BENEDICTUS Converſinus Piſtorienſis, Epiſcopus *e* Fori Triventinorum à Paulo III. ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt anno 1540. die 10 menſ. Julii. Vicelegatione Bononiæ functus eſt anno 1541. deinde etiam AEmiliam Provinciam Præſes adminiſtravit, plurimiſque aliis Pontificiæ ditionis civitatibus jus integertimè dixit; vir utique doctè conſulta, ac ſingulari prudentia præditus; deceſſit dum ſibi commiſſum gregem prudentiſſimè regeret 1553. XXXIV.

e Seu Bertinoli.

32. PETRUS de Monte Etruſcus, filius Cecchi Guidalotti, & Margaritæ Fabiani de Monte filiæ ſororis Vincentii Julii III. Pontiſ. Max Patris, in familia de Monte ab eodem Pontiſ. conſobrino adoptatus, una cum Chriſtophoro Card. Maſſilienſi, aliiſque germanis fratribus; juvenis inter equites Hieroſolymitanos adſcriptus à Julio, Caſtri S. Angeli Romæ cuſtos, ab eodem electus epiſcopus AEſinus 1553. 3. die Julii, nondum inauguratus altero anno, quam dignitatem fuerat adeptus, ultrò, libenſque epiſcopali munere ceſſit, itaut Pontifici liberum, cuique collibuiſſet eam dignitatem deferre. At Petrus ſecularem militiam ſequutus, primo Amiralius, caputque, ut vocant Italicæ linguæ, Triremium Generalis, & Capuæ Prior factus tandem Magnus Ordinis Magiſter, omnium gratulatione electus anno 1568. exceſſit anno.... XXXV. C

33. GABRIEL de Monte Etruſcus, Fabiani, & Catharinæ Roſſertæ Tyſernatæ filius, Petri ſuperioris nepos, pronepos Julii III. hujus ſedis Epiſcopus renunciatus anno 1554. die 10. Novembris. Concilio Tridentino interfuit, & cum anno 42. ſediſſet, appoſitus eſt ad patres ſuos anno 1597. 5. Kal. Maji; in eccleſia ſua prope ſummum altare ſepultus eſt. Ad tumulum hoc legitur epitaphium. XXXVI.

D. O. M.

Gabrieli de Monte, Chriſtophori Cardin. Maſſilienſis, & fratris Petri Hieroſolymitanorum Magni Magiſtri nepoti, & Julii III. Pontiſ. Max. pronepoti, qui paſtor ovium, & pater pauperum per xlii. annos, menſ. 3 dies 6. huic eccleſ. præfuit. Trident. Concilio interfuit, Lauretanam Eccleſiam Sixti V. juſſu viſitavit. Obiit 5. Kalend. Martii M.D.IIC. anno ætatis ſuæ lxiii. Silvius de Monte Fratri benemerenti poſuit. D

(„ *Primum Aeſii monialium Monaſterium, ipſo mirificè opem ferente, fuit ab Aeſino magiſtratu conſtructum*
„ *ſub Regula S. Benedicti an.* 1582. *Clericorum ſeminarium fundavit: Epiſcopium ſuburbanum in Abbatia*
„ *Caſtri Plani ſubſtruxit: miraculiſque etiam claruit.*
„ *Deſæviente enim an.* 1583. *annonæ inopia ipſe propriis*
„ *in alimoniam eſurientium exinanitis horreis, fabarum*
„ *ſata in ſuo fundo jam maturitati proxima eiſdem paſcendis conceſſit. Ex his ſufficientem ſinguli uſque ad*
„ *meſſem ſumpſere cibum obſtupente civitate, quod tanta multitudinis inopia ſati non adhuc matura leges tot*
„ *dies*

(1) Hic Petrus, ut vides, ſolo ſtat auctoritate Celſi Cittadini Antiquitatum Patriæ ſuæ viri aliàs conſultiſſimi. Nihilominus eum placuit hic inſerere, ut aliquomodo expleretur lacuna hoc loco patens. Interim Lectores de Petri exiſtentia in hac ſede ulterius inquirent.

,, *dies ad ſatietatem victum ſuppeditaſſet. Sed ſtuporem*
,, *ſuper greſſus uberrimus fructus, qui ex millies depopu-*
,, *latis ſatis, in horrea emerſit; ita ut memoria tanti facti*
,, *adhuc ſuperſtes vigeat.* Lucent.)

XXXVII. 34. CAMILLUS Card. Burgheſius, poſt Gabrielem, hanc eccleſiam regendam ſuſcepit anno 1597. quam inde poſt paucos annos ad favorem Marii Agrippæ dimiſit, inde ad Pontificale ſolium evectus anno 1605. Paulus V. vocatus eſt.

XXXVIII. 35. MARCUS Agrippa Dandinus Cæſenas, Aeſinus Epiſcopus deceſſit in patria ann. 1603. tumulatuſque eſt apud Eccleſiam S. Franciſci in tumulo majorum, ubi legitur epitaphium in marmore exaratum.

Marco Agrippæ V. I. Conſ. Epiſcopo Aeſino
Viro gravi, & religioſo, qui Caſena obiit
anno Dom. MDCIII. XIII. Kal. Novemb.
ætatis ſuæ XLVI.
Paulo Æmilio animi nobilitate, ingenii, officii
humanitatiſque ſuavitatibus præclaro, nono
Kalend. Septembris ætatis ſuæ XXXIII.
Fratribus cariſſimis Anſelmus, & Julius
fratres hoc monumentum poſuerunt.

In Eccleſia S. Petri Martyris Ceſenæ, alia de eo extat memoria, quæ eſt hujuſmodi.

Ad perpetuam rei memoriam.
D. O. M.
Templum hoc erectum in honorem S. Petri
Mart. conſecratum fuit die XXII. Augu-
ſti MDCI. ab Illuſtriſs. & Reverendiſſimo
DD. Marco Agrippa Dandino, Æſii Epiſco-
po, Nepote dilecto Hieronymi Cardinalis
Dandini.

(,, *Synodum celebravit an. 1600. quæ Typis conſigna-*
,, *ta legitur & Monialibus S. Annæ clauſtrum indixit.*
,, Lucentius.)

XXXIX. 36. PYRRHUS Imperialis *a* Verulanus, electus Epiſcopus à Clemente VIII. 1604. die 28. m. Jan. Deceſſit 1609. (,, *Fuit antea Card. Burgheſii Auditor. E-*
,, *piſcopus tranſtulit Moniales S. Bernardi e loco inſalu-*
,, *bris aeris in novum Monaſterium S. Claræ, mortuus ſe-*
,, *pelitur in Cathedrali.* Lucent.)

a Imperialis ex Imperiola Nob. Fruſinonenſi Diœceſ. Verulanæ familia. Luc.

XL. 37. MARCELLUS Pignatellus Romanus, Peruſio oriundus, Clericus Regularis Theatinus, Frater Germanus *b* Stephani Card. Pignatelli, electus à Paulo V. 1607 *c*. die 13. m. Jan. E vivis exemptus eſt anno 1621. (,, *Gubernator rexit Urbem, & S. Domum Laure-*
,, *tanam non ſine ingenti Mariani cultus incremento. Æ-*
,, *ſini Epiſcopii meridionalis pars ejus ſplendido ſumptu*
,, *ædificata conſpicitur. Edidit Italico Epiſtolas ſalu-*
,, *berrimas ad Clerum & Populum Æſii.* Lucent.)

b Patruelis.
c 1607. 16. Januar.

XLI. 38. TIBERIUS Cincius Nobilis Romanus, S. Petri Canonicus, electus eſt AEſinus Epiſcopus à Gregorio XV. anno 1621. die 29. menſis Novembris. Eodem Pontifice Ludovicus ejuſdem Frater germanus Tudertinam Eccleſiam ſuſcepit regendam. Adhuc ſuperſtes eſt, cui par eſt, longam vitam precari, à quo omnes boni felicem, fauſtamque huic Eccleſiæ adminiſtrationem expectant. Hic Corpus S. Septimii invenit, nobilique loco, & tumulo incluſit, ornavitque an. 1623. ut ex ſequenti inſcript. in cathedrali liquet.

D. O. M.
Sacrum tanti Præſulis, ac Patroni pignus, ſeu
potius theſaurum humi alte defoſſum cum diu
neglecto latuiſſet in ſolo, Tiberii Cincii Epiſ-
copi ſolers pietas invenit, Scipionis Card. Bur-
gheſii pia munificentia honeſtiori conditum ur-
na vario marmore decoravit, A. F. S. M.
DC. XXXIII.
Civis hoſpes hoc volebam ilicet.
D. O. M.
Civis hoſpes quis quis ades venerare ſupplex
Heroicæ virtutis exuvias. S. Septimii corpus
hic ſitum eſt, hunc S. Marcellus primum Ae-
ſinæ Civitatis Epiſcopum dedit, quam ille Ur-
bem miraculis ſubactam, præceptis excultam,
prædicatione conſitam, ſanguine irrigatam, ad
omnem morum honeſtatem in dies efflorəſcen-
tem præſenti patrocinio tuetur.

* Hic nobilis Præſul ab Innocentio X. creatus eſt S.

** Ex app. t. 7.*

A R.E. Card. ſub quo mortuus eſt, & in ſua Cathedrali humatus.

(,, *Hic Æſii Pœnitentium mulierum Monaſterium in-*
,, *ſtituit: Eccleſias S. Mariæ de Ulmo, & S. Rocchi à*
,, *fundamentis erigi fecit: Epiſcopale Palatium vario cul-*
,, *tu exornavit, & ſuburbanum decoravit ædificiis, & ar-*
,, *boribus. Sex argentea Candelabra cum cruce magni*
,, *ponderis, operiſque eximii Aræ maximæ Cathedra-*
,, *lis contribuit. Demum obiit an. 1653. 26. Febr. ſepul-*
,, *toque hoc poſitum Epitaphium.*

D. O. M.
,, *Tiberio Cincio Patricio Romano Presb. Cardin.*
,, *poſt primarias in Pontificia ditione Præfecturas*
,, *ſumma cum laude adminiſtratas, poſtque Æſi-*
,, *nam Eccleſiam pari pietate diu rectam ab Inno-*
,, *centio X. cognitis celebratiſque promeritis Purpu-*
,, *ra, Urbe jampridem expetante, Orbis approba-*
,, *tione, decorato, Marius Cincius Fratri dulciſſi-*
,, *mo poſuit. Obiit die XXVI. Februarii Anno Do-*
,, *mini M.D.CLIII. Ætatis ſuæ Anno LXXIII.*
,, Lucentius.)

B 39. JACOBUS Card. Corradus *d* hanc Æſinam Eccleſiam accepit ab Innocentio X. die 21. Aprilis 1653. à quo ob eximias animi dotes ex Rom. Rotæ Auditore paulò antea vocatus fuerat ad purpuram. Sub Alexandro VII. Pont. Max. Epiſcopali munere ſe exolvit, cum Datarius, ut vocant, ab eodem renunciatus eſt. XLII.

d Ferrarienſis.

40. ALDERANUS Cybo ex Principibus Maſſæ & Carrariæ, tot titulis vetuſtæ nobilitatis, ac virtutum eximiarum, quibus exornatur, purpuram, & Ferrarienſem legationem ab Innocentio X. promeruit: Epiſcopatum verò Æſinum die 29 *e*. Junii 1656. ab Alexandro VII. Pont. Max. Pergit princeps religioſiſſimus ſibi commiſſam Eccleſiam verbo & exemplo adminiſtrare, quem D.O.M. ad Eccleſiæ decus, populorumque ſuorum ſalutem diu incolumen ſervet. XLIII.

e 24. April.

ADDITIO.

,, *Hic Synodum an. 1658. celebravit: Congregationem*
,, *Oratorii S. Philippi Nerii in obſcuro Civitatis loco de-*
C ,, *liteſcentem ad celebrem viam Sabellam tranſtulit:*
,, *Eidem S. Joannis attributo Templo, & conterminis*
,, *Ædibus: Tranſtulit etiam Clericorum Seminarium*
,, *ex ædibus S. Nicolai veteris Æſii in alias Cathedrali*
,, *proximas: ſuum Cathedrale templum ſacra ſupellecti-*
,, *li auxit, recenti luce, ac venuſtate inſignivit: Epiſco-*
,, *pium multipliciter auxit, & ornavit, Monialium Cœ-*
,, *nobia novis ædificiis, cenſu, & ſupellectili dicavit. De-*
,, *nique cum Epiſcopatui ceſſiſſet, Romam profectus In-*
,, *nocenti XI. fuit ſupremus Adminiſter, obiitque Oſtien-*
,, *ſis Epiſcopus an. 1700. ut in Oſtienſibus enarravimus.*

(,, LAURENTIUS *Cybo germano Fratre liberè* XLIV
,, *cedente in manibus Clementis X. ab eodem Summo*
,, *Pontifice pro Æſinatium grege adminiſtrando eligitur*
,, *anno 1671. die 18. Januarii. Caſtimonia potiſſimùm*
,, *emicuit, atq; miſericordia in pauperes. Varia Monia-*
,, *lium ſepta ædificiis auxit, & ad perfectiorem vivendi*
,, *formam traduxit. S. Attalonis Martyris Corpus*
,, *ſolemni pompa è Cathedrali Templo, in illud Congre-*
,, *gationis Oratorii intulit. Sacra quoque Lypſana S. Ju-*
D ,, *liani Martyris in Eccleſiam S. Franciſci extra mœ-*
,, *nia traduxit, & ſub Ara maxima ejuſdem Eccleſiæ*
,, *ſelectis marmoribus ſumptuosè ab Æſina Rep. conſtru-*
,, *cta, pretioſo in tumulo repoſuit. Pluries Diœceſim per-*
,, *luſtravit. Maſſacciis Templum S. Leonardi conſecra-*
,, *vit ann. 1672. inque eo inſtituit ſeptem perpetuos Bene-*
,, *ficiatos, qui ſtatis horis divinam pſalmodiam perſol-*
,, *verent, & hos Collegiali ſigno Canonicorum more deco-*
,, *randos annuit Clemens X. qua de re marmorea ibidem*
,, *extant Tabulæ, aliæque cernuntur in Eccleſia Monia-*
,, *lium S. Catharinæ ejuſdem Oppidi, quibus amplian-*
,, *dis, & ad perfectiorem frugem adducendis, Cyborum*
,, *Epiſcopalis ſollicitudo effulſit. Nec ullum ſine nomine*
,, *ſaxum; aliud horum Beneficentia ibi è Cœnobio Ca-*
,, *maldulenſium erumpit, in quorum patrocinium pecu-*
,, *liari omine ſucceſſive abierant. Sed & Laurentius*
,, *Nobilem Synodum habuit in Cathedrali ann. 1678.*
,, *Anno vero 1680. die 17. Auguſti, obiit magna poſt ſe fa-*
,, *ma ſanctitatis relicta. Cadaver in Cathedrali locum*

,, ac-

„ *accepit, deſuper ſequens ubi Elogium ejus memoriam*
„ *perennat.*

D. O. M.
Laurentio Æſii Antiſti
Principum Maſſa, è veterrima Cybo
Nobiliſſima ſtirpe,
Virtutum jubari, Candoris vita ſpeculo
Charitatis in pauperes documento
Divini cultus pervigili, Animarum
ſaluti invigili
Promerita præconia
Decantare non ſinet fama
Deperdito Paſtori Æſinus grex
Perennes lacrymarum fontes
Emittit, non dimittit.
Operit ſaxum oſſa, vivit in Cœlis Anima.
A. MDCLXXX. 17. Aug. Æt. 63.
Epiſcopatus VII. Menſes 6. Dies 19.

Alderanus S.R.E. Epiſcopus Tuſculanus
Prædeceſſor Meritiſſimus
Odoardus Archiep. Seleuciæ apud Helvet.
functus
Poteſtate Legati à Latere Nuncius
Apoſtolicus
Albericus S.R.I.P. Maſſæ Dux, Carrariæ
Princeps Germani fratres
P. P.
A. D. MDCLXXXI.

XLV. „PETRUS MATTHÆUS *Petruccius, Æſinus Patritius, cum inter Patres Oratorii S. Philippi Nerii præfecturam gereret, ab Innocentio XI. Patriæ ſuæ Antiſtes datur die 14. Aprilis an. 1681. nec niſi Apoſtolico præcepto compelli potuit ad onus ſubeundum. Hic moniales de Pietate nuncupatas ex anguſto, & inſalubri loco apud Portam S. Floriani in novum Cœnobium tranſvexit, atque in Caſtro S. Marcelli novam Eccleſiam plebis conſtrui juſſit, & primum lapidem immiſit. Inde ab Innocentio XI. electus eſt Presb. Card. tit. S. Marcelli an. 1686. 2. Septemb. Comitiis Vaticanis adfuit, in quibus ad Apoſtolicum thronum Alexander VIII. & Innocentius XII. aſſumpti fuerunt. Congregationibus Indicis, Concilii, ſacrorum Rituum, atque Epiſcoporum, & Regularium ſuo ſuffragatus eſt voto. Ex ſpeciali commiſſione Pontificis viſitavit Baſilicam S. Pauli, Monachoſque Caſinenſes de Urbe, atque Eccleſiam, & Archihoſpitale S. Spiritus in Saxia. Mox Apoſtolicus Viſitator Diœceſim, & civitatem Septempedaneam, ſiu S. Severini perluſtravit. Demum cum ſacrum B. Claræ de monte Falco corpus inviſeret, obiit vir tum pietate, tum literis præclarus 5. Julii an. 1701. ætatis 66. ibique ejus cadaver ad pedes B. Claræ ſepultum fuit cum hoc Epitaphio.*

Petro Matthæo Petruccio Æſinati S.R.E.
Cardinali Doctrina & Pietate Ornatiſſimo.
Mutius Simbaldus Auximas, hæres Fiduciarius
Mon. Poſ. Lucentius.)

XLVI. „ALEXANDER *Fidelis, Nobilis Urbinas, Patriæ ſuæ Cathedralis canonicus, Vicariuſque Generalis, Rotæ Auditor, tum Vicarius Apoſtolicus Lycienſis, Hieracenſis, Imolenſis, atque Fanenſis, cum eſſet Aquependentis Epiſcopus, ad hanc ſedem tranſlatus eſt ab Innocentio XII. an. 1696. cum per receſſum Card. Petruccii vacaret. Ab eodem Pontifice anno ſequenti Cappæ magnæ cum Rocchetto, atque Mozzetta uſum ſuis canonicis impetravit. Monialium SS. Trinitatis Cœnobium erexit, Cathedralem exornavit, omnibuſque optimi paſtoris functus muneribus obiit an. 1715. menſe Aprilis.*

XLVII. „FRANCISCUS *Antonius Guattini, Nobilis Auximanæ Diœceſis, vir pietate, & doctrina præditus ex Canonico Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe à Clemente XII promotus nuper eſt ad Eccleſiam AEſinam die 7. Decembris anni 1716.*

A L A T R I N I (1)
EPISCOPI.



ALATRUM a, quæ Aletrum etiam Straboni, antiqui Latii civitas eſt, verſus Orientem in Hernicis ſita, 16 tantum millia paſſuum ab Anagnina Civitate diſiuncta, Alatrumque vulgus appellat, tametſi fortaſſe incorruptius Aletrum appellaretur. Alatrinenſium Livius meminit, quos cum Ferentinis, ac Verulanis, qui omnes communi nomine Hernicorum cenſebantur, contra Romanos narrat conſpiraſſe in prælium, quippe qui jam inde ab exortu Romæ, adeo opibus, armiſque valerent, ut gliſcentem Romanam gloriam viderentur poſſe evertere. Hos Populos Alatrinates Plinius vocat lib. 3. cap. 5. mutuato fortaſſe vocabulo à Cicerone in oratione pro A. Cluentio Alatrum, eodem Cicerone teſte, municipium Romanorum fuit, Coloniaq; ab iiſdem Romanis effecta eſt, ut in lib. de Romanis Coloniis refert Frontinus; inquit; *muro ducto, Colonia Populus deductus*. Romani Imperii hæc Civitas faſces adoravit uſque ad ejuſdem excidium, eaſque (ut tulerat fortuna belli) ruinas paſſa eſt, quas hoc tempore, qui illuc adeunt, non ſine commiſeratione proſpectare coguntur. Hoc noſtro, ſuperiorique ſeculo Pontificiæ juriſdictionis eſt, inque Romanæ Campaniæ Civitatibus numeratur, quæ jam inde à naſcente Eccleſia Evangelii uberiori luce perfuſæ ſunt, dignitateque Epiſcopali iis prærogativis condecoratæ, ut earum Præſules unius tantum Romani Pontificis arbitrium præſtolarentur.

a *Seu Alatrium vulgo Alatri.*

A D D I T I O.

(„*Cathedralis Alatrina Eccleſia antiqua eſt ſtructura in eminentiori colle D. Apoſtolo Paulo ſacra. Duodecim ibi inſerviunt Canonici, ſed abſque Præbendis; ex ea non exercetur cura animarum; adeſt tamen Fons Baptiſmalis, & inter plures SS. Reliquias poſitur corpore, vel ſane ejus præcipua parte Sixti Papæ & M. quod dum è Baſilica Vaticana Alliſium tranſveheretur, miraculosè apud Alatrium conquievit an. 1132. Unica ibi adeſt Eccleſia Collegiata, duo virorum, & totidem Monialium Cœnobia. In Octo Eccleſiis exercetur animarum cura, quarum duæ exhibent fontem Baptiſmalem. Sex ibi viſuntur Laicorum Societates, duo Hoſpitalia, & mons Pietatis. Seminario caret. Epiſcopus ſuas habet ſatis commodas ædes Cathedrali unitas. Alatrium habitatores alit ultra 5000. Diœceſis exigua eſt, & circiter 6000. enumerat mortalium. Oppida ſunt:* Guercino, Fumone, Vico, Trivigliano, Torre, Collepardi. *Oppidum Fumonis celebre eſt incolatu & obitu Cœleſtini Papæ V. Fumonis Eccleſia ab Archipresb. regitur, cui incumbit animarum cura, & divitis cenſu gaudet, & eſt liberæ collationis ſive Epiſcopi, ſive Romana Dataria pro ratione alternativa. Taxa hujus Epiſcopatus eſt Flor. 66½. Annuus redditus pro Epiſcopo ſcutorum circiter 500.* Luc.)

Hujus Alatrinenſis Eccleſiæ Præſulum ſeriem multo noſtro labore, ex multis ſcripturis, monumentiſque Romanis erutam modo proferemus, non tam noſtra culpa, quam antiquæ, ac plerumque ſomniculoſæ ætatis injuria minus exactam. Æqui, bonique conſule, quicquid hic attulerimus, amice lector, maluiſſe nos certius hic tantùm nuda nomina ex fide proferre, quàm mendaciis ſuffarcinatam hiſtoriam incautis obtrudere.

(„PASCHASIUS *Alatrinorum Præſulum primus, cujus* I.

(1) Hujus Eccleſiæ Epiſcopi Aletrenſes, Alatrenſes, Alatrinenſes, & Alatrini in Conciliis ſubſignati reperiuntur. *Lucent.*

,, *cujuſ antiquior occurrat memoria. Hic Vigilium Pa-*
,, *pam Conſtantinupolim ſequutus ſubſcripſit condemna-*
,, *tioni Theodoſii Cæſarienſis Epiſcopi in Cappadocia an.*
,, 551. *ibique deſcribitur*: Paſchaſius Alatrinus. Luc.)

II. 1. Alatrinorum Præſulum antiquiſſimus omnium, qui ſcribenti occurrat, SATURNINUS eſt, qui magno generali Concilio ſub Agathone Papa interſuit anno 680. ejuſdemque Concilii decretis ſubſcripſit, ut acta teſtantur.

III. 2. VITALIS in Synodo Romana ſub Gregorio II. anno 721. Non. Aprilis Ind. IV. ſubſcripſit decreto contra illicita conjugia, ex Codice Vaticano.

IV. 3. SEBASTIANUS ſeu Sabatius reperitur Concilio Rom. ſubſcriptus anno 743. apud Baronium.

V. 4. LEO interfuit VIII (1). Synodo generali habitæ
a 869. in Vaticano ſub Hadriano II. an. 871 a. anno verò 853. alteri ſubſcripſerat Concilio, ut eſt apud Baronium.

VI. 5. JOANNES Leoni ſucceſſit. Anno verò 875. à Joanne Papa legatus eſt cum Jaderico Velitetnenſi, Portuenſique Formoſo in Gallias ad Carolum Calvum Regem Francorum, ut illum ad Apoſtolorum ſepulchra invitaret, utque ex illa pia exoſculatione permotus labentibus deinceps Eccleſiæ rebus vellet conſulere. Hanc legationem ſuſius narrat Baronius ad hunc ipſum annum.

VII. 6. N. . . . . Epiſcopus Alatrinus ann. 963. apud eundem Baronium, Anonymus repetitur. (,, *Hic in* ,, *Conciliabulo Rom. contra Joannem XII. præſente O-* ,, *thone Imp. Leonem VIII. in Pſeudo-Papam nuncupa-* ,, *vit.* Lucentius.)

VIII. 7. J. Alatrinenſis Epiſcopus in Romano Concilio ſub Nicolao II. ſubſcriptus reperitur ann. 1059. cujus fortaſſe nomen Joannes eſt, ut ex illa vocali litera, I. deduci poſſe videtur.

X. 8. LAMBERTUS *b* templum montis Caſini ſole-
b Al Albertus. mni ritu dicavit anno 1075. de quo Lupo Protoſpata, ttiumque Ararum ejuſdem templi conſecrationi interfuit, ut narrat Caſinenſe Chronicon. lib. 4. cap. 8. anno 1090. 14. Kal. Decembris. * Lamberto iſtu Paſ-
* Ex App. tom. 3. chalis II. Pontificatus, obituſq; diem prædictum fuiſſe, his verbis narrat Panduiphus Piſanus in vita Paſchalis: *Defuncto Urbano II. cum quadam venerabilis perſona ſibi apparuiſſet, eam interrogavit, quis Urbanu in Pontificatu ſuccederet? reſpondit illa, Raynerium. Et quid inquit, propter ſidem, & conſtantiam elegit eum Dominus. Et iterum putas ne, inquit ille, vivet. Vivet, ait, ſedebitque, & oſtendit ei ſcriptum, quater quaterniique terniique Epiſcopus victurus. Romam venit, quem ut vidit inthronizatum in Papam, quod vidi, inquit, video, Deo gratias, video, & tu quantum vives, videas, & ait quater quaterniique terniique; hoc numeru decem, & novem annorum tempus exprimitur, & cum tot dies hebdomada eu ſuperſtite jam tranſierint, vitam ejus ad totidem annus perduci per Dei gratiam expectamus.*

IX. 9. ADAM ſub Gregorio VII. (2) floruit, de quo Chronicon Subiacenſe.

XI. 10. ANDREAS Epiſcopus Alatrinus ann. 1093. 20. Julii, cum Petro Epiſcopo Anagnino quædam Altaria in Eccleſia Sublacenſi conſecravit. Chronicon. Sublacenſ.

XII. 11. PETRUS agebat in vivis 1132.

XIII. 12. MICHAEL Eccleſiam S. Clementis dicavit in Ferentino anno 1149. ex Chron. S. Mariæ de Flamine, exque Chron. Ceccani, ac Foſſæ Novæ anno 1148. 14. Kal. Septembris.

XIV. 13. RODULPHUS. 1154. (,, *Ex hujus Eccle-* ,, *ſiæ tabulis.*)

XV 14. LEO interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. 1179.

XVI. 15. THADDÆUS interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ de Flumine prope Ceccanum anno 1194. factæ à famoſo illo Cardinale Jordano de Foſſa Nova, qui cum ejuſdem loci Abbas eſſet ex Ordine Ciſtercienſi, creatus eſt diaconus Card. 4. idus Martii anno 1188. 4. vero nonas Aprilis ejuſdem anni inauguratus

A presbyter Card. tit. S. Pudentianæ à Clemente III. vir multis legationibus clarus. Decetiit 1206. 7. Kal. Martii. Chronic. Foſſæ Novæ. XVII.

16. LEANDER ſedebat 1200. Deceſſit circa annum 1222. poſt cu,jus obitum Honorius III. commendat Eccleſiam Alatrinam Amato Presbytero eiuſdem eccleſiæ, donec de idoneo Paſtore provideatur Pontif. 5. 11. Kal. Julii ex reg. Vatic. epiſt. 734. fol. 147.

17. JOANNES autem 1222. XVIII.

18. JACOBUS vivebat anno 1236. quem nonnul- XIX.
li ſcriptores Cardinalem fuiſſe affirmant, è Comitum gente Anagnina, ac IX. Gregorii affinem, ſed ut multũ conatus ſim, hoc ipſum perſpicue reperire nõ potui.

19. JOANNES, ad quem ſcribit Innocentius IV. XX.
anno 1249. ut inquirat de vita, & miraculis Laurentii Sublacenſis Eremitæ, ut patet ex proceſſu, qui in archivio Sublacenſi aſſervatur. Idem ann. 1138 conſentiente Clero, Eccleſiam S. Benedicti in eadem Civitate ſitam, obtulit Monaſterio Sublacenſi perpetuo poſſidendam tempore Landi Abbatis; Chron. Subiacen.
B c. 23. Conceſſit idem Eccleſiam S. Benedicti Monialibus S. Sebaſtiani ſuæ diœceſis, ut in literis ſuis ad Gregorium IX. ſummum Pontificem datis videtur ex Vatic. reg. deſumptis, tenoris ſequentis.

Sanctiſſimo Patri D. Gregorio Sacroſanctæ R. E. Summo Pontifici, Joannes Divina miſeratione Epiſcopus, & ſubſcripti Canonici Alatrini reverentiam devotam, & debitam cum pedum oſculo beatorum. Cum Ven. Pater D. Stephanus tit. S. Mariæ Transtiberim presb. Card ſemper dilexerit Eccleſiam Alatrinam, & eam habuit in viſceribus charitatis, ac Nos etiam poſt Deum, & Nos ipſum habemus Patrem, & Dominum ſpecialem, cupimus et in omnibus beneplacitis ſuis juxta poſſibilitatem noſtram modis quibus poſſumus complacere, nullatenus dubitantes quia voluntas ejus ſit Deo acceptabilis, & nobis, & Eccleſiæ Alatrinæ multipliciter fructuoſa Cũ itaque ſicut intelleximus propoſitum habeat, ut Monaſterio S. Sebaſtiani, in quo S. Spiritus gratia inflammatus ordinem Dominarum incluſarum inſtituere ſtatuit, Eccleſia S. Benedicti de Plagis, cum omnibus poſſeſſionibus, & juribus ſuis concedatur, & uniatur; eidem Nos ipſius propoſitum in Domino
C *commendantes tradidimus, & damus et pro Monaſterio memorato iſtam Eccleſiam S. Benedicti. & quicquid juris habemus in ipſa, & poſſeſſionibus ſuis nomine Eccleſiæ Alatrinæ, ut exinde faciat quicquid ſuæ placuerit voluntati. Eximimus etiam amodo monaſterium ipſum S. Sebaſtiani cum Eccleſia S. Benedicti jam dicta tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus ab omni poteſtate, & juriſdictione epiſcopali, & ab omnibus juribus epiſcopalibus, ut de cætero ipſum Monaſterium cum ipſa Eccleſia ſit liberum & exemptum & immediatè Eccleſiæ Romanæ ſubſit. Nihil nobis in ipſis nomine Eccleſiæ Alatrinæ in ſpiritualibus, & temporalibus reſervãtes. Præſertim cum ordo Dominarum ipſarum, & favor Religionis ejuſdem requirat Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubeſſe, nec occaſione juriſdictionis alterius, à quiete cordis, & corporis poſſint ab aliquo perturbari cum eas deceat omni quiete perfrui, & vacare divinis; ad majorem autem cautelam, & robur perpetuæ firmitatis præſentes literas ſingulis noſtris ſubſcriptionibus duximus roborandas. Actum anno Domini 1233 menſe Junii indict. 6 Ego Joannes Dei gratia Epiſcopus Alatrinus interfui, & ſubſcripſi Ego Aegidius D Papæ ſubdiaconus, & Capellanus. Canonicus Alatrinus interf &*
D *ſubſcripſi Ego Leo D Papæ Subdiaconus, & Canonicus Alatrinus interf. & ſubſcripſi Ego Giffredus diaconus, & Canonicus interfui, & ſubſcripſi, & ſigillo capituli contentus fui, quia proprium non habebam Ego Alexander Capellanus D. Papæ, & canonicus Alatrinus interfui, & ſubſcripſi Ego Joannes D. R Oſtienſis, & Veliternenſis electi Capellanus Canonicus Alatrinus &c Ego Gregorius D Papæ Subdiaconus Canonicus Alatrinus &c Ego Presbyter Lando &c & ſigillo Capituli &c. Ego presb. Petrus Canonicus &c. Ego Loffredus presb &c. ſigillo Capituli contentus &c. Ego Nicolaus presb. &c. Sic idem Loffredus. Ego David Subdiaconus Alatrinus interfui, & ſubſcripſi Ego Petrus Canonicus &c Ego Henricus Canonicus Alatrinus interfui, & ſubſcripſi, & ſigillo Capituli &c. Ego Joannes Traſmundi D. Papæ Subdiaconus*

(1) Intitulatio Octavæ Synodi Generalis convenit Conſtantinopolitanæ celebratæ ſub Hadriano præſentibus ejus Legatis an. 869. Eoque ardore tuetur ejuſmodi titulus, omnè attribuendus præfatæ Synodo à Baronio, ut acriter invehatur contra Abrahumum Creteoſem, qui Concilium Florentinum Octavam Synodum Oecumenicam nominare auſus eſt. Fuerat quidem fuit Leo ſub Hadriano II. Vaticanæ Synodo non an. 871. ſed 869. in qua Synodus Photiana damnata fuit, ut patet ex hiſt. Eccl. Luc.

(2) Hinc clarè patet Adamum hunc in ſerie anteponendum Lamberto, qui Gregorio VII. aliquot annis ſuperſtes fuit.

nus canonicus Alatrinus interf & ſubſcr Ego Bartholomæus canonicus Alatrinus interfui,& ſubſcripſi &c.

Obiit Joannes anno 1263. Scribit Urbanus IV. Capitulo Alatrino, ut defuncto Joanne alterum idoneũ Epiſcopum eligat 15. Kal. Junii ann. 3. („ *An.* 1238. „ *præſens fuit, cum Gregorius IX. conſecraret Eccleſiæ* „ *S. Sabinæ Majorem Aram in Aventino, ut ex tabula* „ *marmorea ibidem exiſtente.* Lucent.)

XXI. 20. Fr. CRESCENTIUS de Cava Ord. Prædicatorum, à Cardinali S. Georgii Capituli Compromiſſario electus, ab Urbano IV. confirmatur 3. non. Julii pontiſ. 3. Chriſti verò 1263. ex reg. Vatic. ep. 280. f. 72.

XXII. (t) („ Fr. JACOBUS *Thomaſius Cajetanus Anagni-* „ *nus, Bonifacii VIII. ex ſorore Nepos, à quo in Cardina-* „ *lium numerum eſt cooptatus ann.* 1295. *ante Purpuram* „ *per aliquot annos rexiſſe Alatrinam Eccleſiam dici-* „ *tur ab Ughello in addit. ad Ciacon. ab eo tamen hic præ-* „ *termittitur, quem etiam ex Tabulis hujus Eccleſiæ ſup-* „ *plemus. Obiit Presb. Card. tit. S. Clementis, ut Panvi-* „ *nius, Ciaconius, & Auctarii conſentiunt, perperam* „ *aliis contendentibus obiiſſe Epiſcopum Card. Oſtien-* „ *ſem.* Lucent.)

XXIII (a Al Guerrino. b Thomaſii.) 21. LEONARDUS Patraſſus de Guerrino *a* Diœc. Alatrin. Bonifacii VIII. Pontificis avunculus, à Capitulo electus, confirmatur in locum Creſcentii *b* defuncti à Nicolao IV. 16. Kal. Octob. pontiſ. 3. qui fuit ſalutis 1290. ex regeſt. Vatic. ep. 429. fol. 85. à Bonifacio inde VIII. tranſlatus ad Æſinam Eccleſiam anno 1295.

XXIV 22. RAYNALDUS Canonicus Altiſiodorenſis, præficitur an. 1295. 4. Non. Januarii Pont. 1. Bonifacii VIII. ex reg. Vatic. ep. 508. fol. 133. Obiit an. 1297.

XXV. 23. LEONARDUS Monachus, & Abbas Mormoſolii Ord. Ciſtercienſis Veliternenſis Diœceſis, in locum Raynaldi Epiſcopus creatus à Bonifacio VIII. an. 1297. 8. Kal. Martii. *Militantis Eccleſiæ diſponente Domino &c.* Ex reg. Vatic. epiſt. 48. f. 13. ann. 4. Eidem commendat Eccleſias Veliternenſem, & Oſtienſem tunc vacantes per obitum Hugonis de Biliomo Epiſc. Card. Oſtienſis 5. Kal. Januarii ann. 4. Obiit vero Leonardus ſequenti anno 1298.

XXVI 24. NICOLAUS ex Epiſcopo Motulanenſi ſucceſſit Leonardo 1298. 12. Kal. Februarii ex eodem reg. Vatic. epiſt. 455. f. 513. anno 4.

XXVII. 25. PAULUS Gaufridus anno 1342.

XXVIII. 26. ANDREAS Paulo ſuffectus eſt an. 1344. 1. die Julii ex lib. proviſ. Prælat.

XXIX. 27. FRANCISCUS anno 1363. 13. die Junii, ex eodem lib.

XXX. 28. Fr. BERTRANDUS Epiſcopus Ampuricenſis in Sardinia ad hanc regendam Eccleſiam tranſlatus eſt 1365 ex eodem lib.

XXXI 29. FRANCISCUS eidem Eccleſiæ præerat 1370.

XXXII. 30. JOANNES eandem Eccleſiam gubernavit anno 1381.

XXXIII. 31. CHRISTOPHORUS de Fumone ab Urbano VI. 1386. electus, deceſſit ann. 1406. In Alatrinenſis Epiſcopatus Aula, ubi ejus Civitatis Præſules omnes depicti cernuntur, poſt Chriſtophorum Alexander quidam Albertus ſedit, prænotaturque annus 1402. quo ea dignitate præfulſit. Quod non ita eſſe arguitur, cum Chriſtophorus 1406. è vivis exemptus eſt, eique Joannes ſucceſſit, de quo ſtatim dicemus. Suſpicor itaque Alexandrum iſtum fuiſſe aliquem à Clemente VII Antipapa in Alatrinam ſedem intruſum, aut à Benedicto XIII. in illam dignitatem ſubmiſſum ac ſubornatum. Quod ipſum conſtat, dum aliquod ſchiſma ferveret, ſæpius eveniſſe, ut ſcilicet una, eademque [illegible] duos ſimul à duobus Pontificibus factioſè creatos Præſules ſortiretur.

XXXIV. 32. JOANNES Canonicus Alatrinenſis, Chriſtophoro in Epiſcopatum ſucceſſit anno 1406. 5. Kal. Auguſti ex lib. proviſ. Prælatorum, tom. 1. fol. 263.

XXXV. 33. JO. ANGELUS Joanni ſuffectus eſt an. 1428. Deceſſit autem 1456 *c*. de quo acta Conſiſtor.

(c 1457. Lucent.) XXXVI. 34. TUCCIUS Antonius de Fumone, Canonicus Alatrinus à Callixto III. illius Civitatis electus Epiſcopus eſt 1457. die 28. menſis Jan. ut in act. Conſ.

35. ANTONIUS ſublectus eſt à Sixto IV. ſummo Pont. 1579. 18. Kal. Febr. Ita habent acta Conſiſt. XXXVII.

36. JOANNES Rubeus Romanus I. V. Doctor, ac Refer. Apoſtolicus, ab Innocentio VIII. adlectus eſt 1486. Deceſſit Romæ 1493. ſepultuſque eſt apud S. Joannem in Laterano, ubi in marmoreo lapide hæc inſcriptio inciſa, cum ejuſdem gentilitiis ſtemmatibus, in quibus Leo erectus, anhelanſque ſpectatur. XXXVIII.

Joanni Rubeo Epiſcopo Alatrinenſi civilis,
& Pontificalis Juris Doct. Pont. Max. Sixt.
Relator. qui vixit ann. LXXIV.

37. JACOBELLUS de Rocca Priore ab Alexandro VI. electus anno 1493. die 15. menſis Aprilis. Card. Aſcanii Sforriæ Magiſter Aulæ fuit; diuque in Hadriani Mole, ob ſuſpicionem alienati animi, quam de ipſo conceperat Borgia, carcere incluſus delituit. Inde poſt mortem Borgiæ liber, ſuo periculo doctus, Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit uſque ad ann. 1516. eodemque anno deceſſit; de quo acta Conſiſt. Hunc Jacobum vocat Paulus de Angelis in deſcriptione Liberianæ Baſilicæ, ejuſdemque Eccleſiæ Vicarium pro Jo: Baptiſta Card. Sabello Archipresbytero fuiſſe refert. cap. 5. an. 1499. fuit ejuſdem Baſilicæ Canonicus. XXXIX.

38. Fr. GRATIANUS de Rocca Priore Jacobelli ſupramemorati nepos, electus eſt ann. 1516. die 19. menſis Novembris, acta Conſiſt. („ *Interfuit Concil.* „ *Later.* 1517. *ibique vocatur Gratioſus.* Lucent.) XL.

39. Fr. CHRISTOPHORUS Numalius *d* Forolivienſis Ord. Minorum, presbyter Card. tit. Aracœli, Alatrinam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit poſt Gratiani deceſſum. Hic poſtquam Bononiæ ſub graviſſimis Præceptoribus nobiliores diſciplinas hauſiſſet, Franciſcanum ſeverius inſtitutum profeſſus eſt, ubi rurſus divinioris ſapientiæ epotis fontibus, in Pariſienſi omnium per ea tempora celeberrima Academia Magiſtri Laurea, doctis omnibus acclamantibus, meruit inſigniri. Ex en apud omnes Ordinis homines tantam prudentiæ famam ſibi collegit, ut Franciſco I. Gallorũ Regi charus, Reginæ Claudiæ fuerit à Confeſſionibus. Nec tamen gliſcentis jam fortunæ obſequia potuere in Numalio vel tantillum de obſervantia ſemel ſuſcepti inſtituti corrumpere; quamobrem, commendatione ipſa virtutis, omnes ſui Ordinis gradus adeptus, ad Generalatus demum, primus de obſervantia, omnibus ad eventum ſuſpenſis, munus aſcendit. Itaque dum ſui Ordinis vigilanter urget progreſſus, Leo X. in deligendis viris emunctæ naris Princeps, Numalium vocat ad Purpuram an. 1517. Cæterùm Numalio à puero in Clauſtris nutrito, haud ejus dignitatis lætabile accidit nuncium. Statuit autem, graviſſimis urgentibus cauſis, ſibi obtemperandum Pontifici, factuſque Cardinalis Alatrinam Eccleſiam cum Eſernienſis adminiſtratione ſuſcepit regendam. Erant per id tempus Romanæ Aulæ inſigniter lapſi mores, ita ut illis temporibus aurea Numalii moderatio pro miraculo propemodum haberetur. Ditiſſimæ paupertatis vir erat in purpura, ſicut cum Borbonii Ducis, ſub VII. Clemente, prædabundus Miles urbem popularetur, captus in lectulo articulari morbo laborans, cum in omni ſupellectili ſua nil repertum fuiſſet, unde vexationem, ſervituteṁque, qua deinde abductus dicitur, poſſet redimere, parum abfuit, quin ad ſpectaculum Aſino impoſitus per ſummũ dedecus duceretur per urbem. Commutarunt tamen cum carcere dedecus deſtinatum Numalio; ubi cum diuturnius, quàm boni voluiſſent, fuiſſet maceratus, tandem liber inde exceſſit, conceſſitque Anconam, ubi deceſſiſſe illum plerique affirmant an. 1528. 10. Kal. Aprilis. Garimbertus in Vitis Cardinalium ſecus ſentire videtur, cum narrat in Cœnobio Aracœli Romæ fato functum fuiſſe illum. Sed Garimberti errorem Pontificia Diaria planè redarguunt, quæ Numalium volunt deceſſiſſe Anconæ, tametſi poſtea inde tranſlatum, Aracœli Templum acceperit. XLI. (d De hoc cum laude tractat Paulus Bonoli hiſt. Forlivii. pag. 305. Manuſcr.)

40. PHILIPPUS de Herculanis *e* Forolivienſis poſt Numalium Alatrinus ſucceſſit Epiſcopus, Clemente VII. ſedente, ann. 1528. die 20. menſis Aprilis; qui XLII. (e Philip. Ludovicus.)

(t) Altamura in Bibliotheca Dominicana Gregorium quemdam ex Ord. Prædicatorum Epiſcopum Alatrinum in Concilio Lugdunenſi II. ſediſſe ait ann. 1274. neque unde id hauſerit, refert. Et profectò quod hic infertur, nil repugnat, ſi validum intereſſet teſtimonium.

XLIII qui nondum inauguratus, poſt bienniū *a* ANTONIO (1) Cardin. de Monte Alatrinenſem dignitatem conceſſit, an. 1530. die 26*b*. m. Januar. eo potiſſimum conſilio, ut Cardinalis deinde in ſuum fratrem germanum eandem dignitatem transfunderet. Interim cum is abnuiſſet eccleſiaſticam vitam amplecti, in eundem Philippum Antonius Alatrinenſem contulit dignitatem; itaque inaugutatus *c* ſuam rexit Eccleſiam uſque ad annum 1535. inde paſtoralis vitæ pertæſus, Spinolæ Card. eandem dignitatem detuliſſe narratur, ut habent acta Conſiſtorialia. A

a De hoc item Bonoli pag. 116. & in Ferlinio, ex Actis.

c haud inauguratus.

XLIV 41. AUGUSTINUS Card. Spinola, per reſignationem Herculani, ſub Paulo III Farneſio, factus eſt Epiſcopus anno 1535. die 10. menſis Maji, illamque Eccleſiam per biennium adminiſtravit. Qui etiam Peruſino Epiſcopatu inſignitus eſt, ubi de eo plura.

XLV. 42. BERNARDINUS Vicecomes Mediolanenſis *d* Canonicus Papienſis, Prothonotarius Apoſtolicus, V.S. Referendarius, Liberianæ Baſilicæ pro Alexandro Card. Farneſio Archipresbytero Vicarius, à Paulo III. Alatrinenſem dignitatem obtinuit anno 1537. die 29. menſis Octobris. Poſt triennium autem ſeculo remiſit nuncium. B

d Papienſis ex Actis.

XLVI 43. VALERIUS Tartarinus de monte Faliſco electus eſt à Paulo III. anno 1540. die 24. menſis Februarii. Deceſſit anno 1545. ſepultuſque eſt in Cathedrali Montis Faliſci, ubi ex teſtamento marmoreum ſepulchrum ſpectatur, cum ejuſdem inſulata effigie, inſignibus, brevique hac inſcriptione.

D. O. M.

Valerio Tartarino Faliſco Epiſcopo Alatrin.
Antiſtiti ſumma probitatis exemplar. Familiar. Pauli III. Pont. Max altero, & Septuageſimo ſua ætatis anno, xii. Kal Quintiles ann.
Domini M. D. XXXXV. Defuncto fratris
Filii B M. poſuere.

XLVII. 44. ZACHARIAS Rondarius *e* Parmenſis Valerio ſucceſſit anno 1545. die 3. menſis Julii, cumque laude prudentiæ per 16. annos illam Eccleſiam adminiſtraſſet, Pio IV. ſedente deceſſit anno 1561. („ *De* „ *Rondario tractat Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmenſis. Cap* 6. Mandoſ.) C

e Seu de Rondanis.

XLVIII. 45. CAMILLUS Peruſcus electus eſt die 31. m. Maji 1561. Deceſſit 1573. („ *Ante Epiſcopatum Papæ Familiaris & Rector Romani ſtudii fuit. Orationem edidit, quam habuit in funere Julii III. Pont.* „ *Max.* Mandoſ.)

XLIX. 46. Fr. STEPHANUS Bonuccius Aretinus Generalis Ord. Servorum, divina ſapientia inſigniter eruditus, Gregorio XIII. charus, electus eſt 1573. inſecutoque anno ad Eccleſiam Aretinam adminiſtrandam promotus eſt; deinde à Sixto V. vocatus ad purpuram. In Epiſcopis Aretinis plura de eo.

L 47. PETRUS Franchus Rainuccius *f* Verulanus, ſecularis Abbas S. Eraſmi Verulanæ Diœceſis, electus eſt anno 1574*g*. perque annos omninò novē, quibus vixit, Eccleſiā illā adminiſtravit. Deceſſit 1583.

f Franchucciis ut vult Luc. ſeu Janinibus, ut corrigit Mandoſius.

g 22. Oct.

LI. 48. Fr. IGNATIUS Dantes, Peruſinus, Ord. S. Dominici, filius S Marci celebris Cœnobii Florentini ſui ſeculi Mathematicarum periti ſſimus, ob earum artium inſignem ſcientiam Principibus omnibus charus præcipuè autem Coſmo I. Primoque Franciſco ejuſdem filio Magnis Etruriæ Ducibus. Jacobi Boncompagni Eccleſiaſtici Exercitus Ducis familiaris, cujus favore Alatrinenſem dignitatem obtinuit, Gregorio XIII. Imperante anno 1583. die 14. menſis Nov. Multa in Mathematicis ſcripſit. Deceſſit autem 1586 *h*. ſepultuſque eſt apud ſuam Eccleſiam, quam rexerat. Illius meminit Razzius in vitis clarorum Hominum D Dominici, ejuſdemque ſcientiam dilaudat, quàm qui maximè. Cæſar Alexius in prima Centuria Eloginrum Peruſinorum civium eundem Dantem ſanè meritis laudibus exornat. („ *In Academia Bononienſi Matheſeos Profeſſor fuit. Hunc Gregorius XIII. in urbem* „ *vocavit, juſſitq; ad ejus genium pingendas in Vaticana* „ *pinacotheca tabulas regionum, Provinciarumque totius* „ *orbis, quod tam belle factum, ut cunctis admira-* D

h 19. Octobris.

Italia Sacra Tom. I.

„ *tioni eſſet. Quæ typis edidit, ſunt.* Tractatus „ pro uſu & fabrica Aſtrolabii. Adnotationes in „ Sphæram Joan: de Sacro Boſco, & in Aſtrolabium ac Planisferium Univerſale. Sphæra mundi „ in 5. tabulas. L'Ottica d'Euclide, e d'Eliodoro Cariſſeo. Et commentarium Jacobi Barozzi. *Vide Oldoinum in Athen. Auguſto* Lucent.) A

LII 49. Fr. BONAVENTURA Fulanus *i* de Horta Ord. Minorum, in S. Theologia egregius Doctor, Sixto V. Pontifici familiaris, Alatrinus Epiſcopus ab eodem Pontifice dictus eſt 1586. die 5. menſis Novembris. Deceſſit 1597.

i Fulanus ex Tuſcia in Append. Mino Mandoſ.

LIII 50. MARCUS *k* ANTONIUS Lillus Interamenſis electus eſt Epiſcopus Alatrinus 1597. 23. annos ſedit. Fato functus eſt 1620. („ *Cum Bonaventura decrepita eſſet ætatis, muniaque Epiſcopalia explere nequiret, Lucas Amonius Epiſcopali ordine inſignitus* „ *cum titulo Paphenſis Eccleſiæ Regni Cypri datus eſt ei* „ *coadiutor die 17. Novemb. 1597. cui mox ſucceſſit. Ita* „ *ex Actis.* Lucent.)

k Lillus Antonius ex Actis.

LIV. 51. FRANCISCUS Campanarius, ſucceſſit 1620. die 16. menſis Novemb. Deceſſit 1632. („ *Hic* „ *Nobili Campanaria apud Hernicos Verulis Familia* „ *natus I.V.D. Cathedralis Verulanæ Canonicus, & Vicarius Capitularis, probataque exiſtimationis vir in* „ *Aula Romana fuit. Deceſſit ætatis ſuæ an.* 77. Lucent.) B

LV 52. ALEXANDER Victricius („ *Romanus I.V.* „ *D. & S. Theologiæ Magiſter, S. Officii Aſſeſſor*) ab Urbano VIII. declaratus eſt Epiſcopus 1632. 12. Kal. Octobris. Aduc ſuperſtes eſt, ideoque minus nobis integrum, tanti viri meritis laudibus onerare modeſtiam.
* Fuit deinde Victricius Urbis Vicesgerens pauloque poſt Gubernator conſtitutus ab Innocentio X. Pont. Max. Exceſſit è vivis die 5. Septemb. 1651. (2) funebri pompa in Vallicellana Eccleſia elatus, ibidem terræ mandatus eſt.

* Ex App. tom. 5.

LVI. 53. ANGELUS Brancavalerius Romanus ex dimiſſione Victricii, factus eſt Epiſcopus Alatrinus ab Innocentio X. Pont. Max die 4. Maji 1648.

ADDITIO.

(„ MICHAEL *Angelus Maria Brancavalerius* „ *Romanus, Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus, & Card.* „ *Franciſci Barberini familiaris, Thiara exornatur Alatrenſi 1648 die 4. Maji, cum nondum expleſſet ætatis ſuæ annum 30. quare à miniſter o Paſtorali ſuſpenſus, relegationibus, variiſque alius incommodis eſt, de-* „ *nec id nec dolo, nec vitio ſuo eveniſſe per ſtrictiſſimos juris terminos declaravit. Ad ſuam reverſus Eccleſiam* „ *nil omiſit, quod boni Paſtoris eſſet, ſynodis, viſitationibus, publicis concionibus, adminiſtrando per ſemet* „ *ſacramenta, & munificis Eleemoſinis cunctis proficuus.* „ *Obiit an 1683. die 25. Martii Anagniæ, ubi in Cathedrali eſt tumulatus.* C

LVII („ STEPHANUS *Gherardellus Romanus I.V.D.* „ *olim Lauretanus Canonicus, deinde in Romana Curia* „ *à ſecretis Collegii Prothonotariorum Apoſtolicorum* „ *de numero Participantium, Alatrina Thiara potitus* „ *eſt annum agens ætatis ſuæ 40. die 14. Junii 1683. Severioris Chriſtianæ diſciplinæ flagrantiſſimus Gregem* „ *ſuum ab omni ſpirituali nequitia incurſione tueri ſatagit. Utinam corrigendorum voluntates ſequaces habeat,* „ *quas pervicaces iniquiſſime experitur in tollendis præcipue popularibus quibuſdam ineptiis, quibus irreligioſe nimis Sacra S Sixti feſta perturbant, tum in templo* „ *dum noctu commorantur, tum in foro dum proceſſionaliter incedunt.* Lucent.) D

N 2 AME-

(1) Hic quoque Antonius Alatrinorum Epiſcoporum numero eſt inferendus; & non video, cur id omiſerit Auctor.
(2) Obiit an. 1650. teſte Io: Simone Ruggerio in Diario Anni Sancti pag. 227. De hoc Victricio agit quoque Bordonus in Theſauro Eccleſiæ Parmen. cap. 6. p. 166. *Mandoſius*

AMERINI, ſive AMELIENSES (1) EPISCOPI.



INTER Nigram, Fluviumque Tiberim, in amœno, ſertilique Colle antiquiſſima Civitas Ameriæ conſtructa aſſurgit, quam vulgus hoc tempore Ameliam vocat. In Umbria nulla habetur antiquior, quam olim Etruſci Veii, ante bellum Perſei anno 966. Duce Ameroe Atlantis, ac Plejonæ filio inſtaurarunt, ſi ulla Catoni fides. Plinius ſcribit lib. 3. cap. 14. à Veiis fuiſſe ante Perſicum bellum ædificatam, non inſtauratam, niſi forte intelligat inſtaurare pro ædificare quandoque deſumi, ubi enim aliqua Civitas excidium paſſa fuerit, ſi iterum contingat reſtaurari, non tam inſtaurari, quàm reædificari vulgo dicetur. ſed utut res ſit, conſtat Ameriam ante conditam Romam fuiſſe civitatem trecentos ipſos, & octuaginta tres annos; ante verò Adventum Chriſti 1137. Viſuntur etiam hoc tempore antiquiſſimorum ædificiorum crebræ ruinæ, ac pars murorum, quos longi, latique, atque ex more Etruſco quadrati lapides implent. Municipium Romanorum fuit, ut in Orat. pro Sex. Amerino teſtatur Cicero, ac deinde Imperante Auguſto facta Colonia eſt, teſte Frontino lib. de Coloniis. *Ager* inquit, *Amerinus, lege Imperatoris Auguſti eſt deſignatus, & veteranis quidem adjudicatus, & pro extimo liberatis legem ſunt ſecuti, ubi termini ambiguum nunquam circum ipſum oppidum, ſed extra tertium milliarium, lex Cæſariana operta eſt, in abſoluta termini ſiti ſunt, id eſt. SS PP de DCCC°. P. S. XII.* Ameriæ etiam meminit Strabo, Plutarchus, Antiquæque Inſcriptiones. Silius Italicus lib. 8.

His populi fortes, Amerinus & Armis
Vel raſtris laudanda Camers.

Virgilius item in Georgicis lib. 1. Amerina Vimina laudat tanquam illigandis vitibus aptiſſima.

Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

Hæc Civitas protulit homines doctos, & fortes, in quibus ſane eluxit Roſcius ille Amerinus, à Cicerone olim defenſus, qui cum parricidii ab invidis fuiſſet accuſatus, Cicerone defendente, & crimen obiectum diluit, & parricidii pœnam evaſit, ſic ut deinde Hiſtoricam artem eximiè excoleret, à Cicerone laudatus, qui ejuſdem multoties cum jucunditate narrationes excepit. Ex eadem prodiit Angelus Gerardinus homo doctiſſimus, ac Præſul Sueſſæ, pluresque alii ex eadem familia, qui ſuis ſcriptis, monumentiſq; ingenii ſuam patriam illuſtrarunt. Ameria uſque ad declinationem Imperii publicæ Romanæ rei ſemper paruit, deinde cũ Romana Maieſtas exoleviſſet, Eccleſiaſticæ ditioni ſubiecta fuit, jamque inde ab Apoſtolorum temporibus Chriſtianæ fidei myſteriis imbuta eſt, ſicut cæteræ Umbriæ civitates. Multorum ſanctorum, ac fortiſſimorum Martyrum ſanguis, qui per exquiſita tormẽta fuſus eſt, Ameriam exornavit. In iis autem maximè Romana Firmina enituit, Præfecti Romani filia, quæ parentibus, patriaque relictis, conceſſit Ameriam, ibique cum Olympiadẽ virum conſularem convertiſſet ad Chriſtum, ſub Diocletiano, Magetioque Præfecto, crudeliter lacerata, ſuſpenſa capillis, flumineque præfocata, evolavit ad Cœlum 18. Kal. Decembris anno 303. Cujus venerandæ Reliquiæ in templo eidem Martyri dedicato honorificẽtiſſimè requieſcũt. Hanc Virginem, ac Martyrem, cum S. Secundo Martyre, ut Tutelarem Divam Amerini venerantur, & colunt. Eccleſia Cathedralis eidem Firminæ, ac Olimpiadi ſanctarum Virginum *a*, & Martyrũ dicata eſt.

Po[ſt] ſedatam ejus perſecutionis procellam, aliquot Amerinorum Præſulum ſeries reperitur, qui tanquam Apoſtolicæ ſedi propiores, ſolius Romani Pontificis nutum intuebãtur, interque Romanæ Provinciæ Eccleſias Amerina præcipue numeratur. Ejus eccleſiæ Antiſtitum ordo, non uſque adeo completus, abſolutuſque eſt, ut plerunque per aliquot annorum ſpatium ex injuria temporum non videatur elumbis. Cæterum quod integrum eſt, illud ipſum ex ejuſdem Eccleſiæ monumentis, variiſque nobis cõmunicatis ſcripturis, actiſque Conſiſtorialibus ex fide proferemus. Series igitur Amerinorum Epiſcoporum hæc eſt,

ADDITIO.

(„*Tribus Dignitatũ ordinibus exornatur, Cathedralis, „Priore, Archidiacono, & Præpoſito; duæ poſteriores jam „ab an. circit.* 1409 *inſtitutæ ſunt juriſpatronatus Archi„diaconalis familia Geraldina, Præpoſitura verò Man„doſiorum eſt. His adduntur Canonici* 12. *& Beneficiati „*4. *& ſchola Cantorum. Cenſus menſæ Capitularis pin„guis eſt, cum omnes ferè ædes Amerinæ urbis, & medie„tas Territorii Capitulum hujus Cathedralis proprieta„rium agnoſcant. Parochiales Eccleſiæ novem olim, mo„do quatuor extant, quarum præcipua eſt Cathedralis, „& cura per Priorẽ exercetur. Caret hæc civitas Semi„nario ad formam Concil. Trident. Supplet tamen pro „eo Alumnorum cætus, qui moderatur à Religioſis Con„greg. Somaſchæ, quorum etiam cura eſt puerorum, & „juvenum inſtructio. Adeſt Hoſpitale, & mons Pietatis. „Sex numerantur Monialium ſepta, quorum unum S. „Magni nuncupatum Abbati Caſinenſi S. Pauli de Ur„be ſubeſt. Virorũ Cœnobia intra, & prope urbis mœnia „*7. *& Laicorum plura, & affabrè diſpoſita ſodalitia. Po„pulus ex* 3500. *mortalibus aſſurgit. Univerſa diœceſis „*5000. *conſtat, quæ oppidis complectuntur* 14. *ſuntque:* „Porchiano, Monte Campano, Fornole, Foce, Sam„bucetole Frattuccia, Colcello, Macchie, Lugnano, „Alviano, Aſignano, Giove, Penna, Guardea. *Epiſco„pus ſuas ædes habet in ſummo vertice Amerino è con„ſpectu Cathedralis. Menſa Epiſcopalis habet redditus „*600. *ſcutorum, quarum taxa eſt flor.* 108. Luc.)

1. ORTHODULPHUS, omnium qui reperiri potuerunt, antiquiſſimus, Amerinam Eccleſiam rexit anno Domini 344. I.

2. STEPHANUS anno 420. II.

3. HILARIUS *b* interfuit (2) Tyburtino Concilio anno 463. III.

b Al. Hilarus.

4. TYBURTINUS *c* anno 466. IV.

c Seu Tyburtius.

5. MARTINIANUS ſub Felice Papa III. Romano Concilio interfuit. 484. („ *Nobis* Martinianus „*occurrit in Cõc. item Rom. ſub eodẽ Felice an.* 487. Luc.) V.

6. SALUSTIUS Martiniano ſucceſſit; inde Amerinus Epiſcopus cognitus, quod Roman. Synodo ſub Symmacho Pont. celebratæ reperitur ſubſcriptus anno 499. VI.

7. S. HIMERIUS, cujus Romanum Martyrol. meminit die 17. menſis Iun. Petrus de Natal. & Ferr. in Catalogo. Tametſi autem non conſtet, quo tempore floruerit S. Himerius, placuit tamen hic illum commemorare, ut de illis magis antiquiſſimis temporibus hanc tam præclaram occaſionẽ non amitteremus narrandi, quam quod aliquid certi de eo Seculo, quod tam præclarum virũ excepit, in mediũ adferre poſſemus. Himerius itaque natione Italus fuit, honeſtis parentibus in Bruttiis natus, vix annos pubertatis egreſſus, cogitavit eremum, relictaque demum Patria, atq; parentibus in remotam, deſertamq; Inſulam commeavit, ſummoque rigore, ac rerum omnium egeſtate per diuturnum tempus vitam eremiticam toleravit. Ex divino verò inſtinctu, deinceps ex inſula exceſſit, inque monaſterio, quod tunc monaſtica obſervãtia florebat, ejus inſtituti, Tyrocinium fecit. Inde collige lector, haud ante annum 400. vixiſſe Himerium, ſed multo poſt cum Monachorum ſanctum inſtitutum effloreſcere cœpit. Itaque factus Monachus in perfectione vitæ eo tandem progreſſus eſt, ut eiuſdem ſanctitatis fama intra clauſtrorum ſepta non ſe potuerit continere, VII.

(1) Epiſcopi Amerini, modo Amerinenſes, modo Amelienſes & quandoque cum Alerienſibus Corſicæ, & cum Camerinenſibus Umbriæ in antiquis paginis reperiuntur confuſi. Luc.

(2) Romano Concilio præſens fuit, quod Hilarus Papa, ad ſui Pontificatus anniverſarium diem cum celebrandum conveniſſent Epiſcopi 18. Kal. Decemb. an. 465. ea occaſione celebravit. Ita Baronius, & ex eo corrigendus Ughellus. Luc.

re. Quamobrem eum per ea tempora contigiſſet Amerinos orbari Paſtore, ad Himeriam, ounquam antea notum, niſi quantum ſanctitatis fama illum vulgaverat, illicò concurrerunt, perque vim extractum è clauſtro elegeruot in Præſulem. Ratam habuit, exorantibus Amerinis, electionem Pontifex, coofecratumque io Amerinorum curam juſſit incumbere. Fecit ille ſedulò imperata, tantaque ſanctitas, prudentiaque in ejus adminiſtratione præfulſit, ut oihil videretur poſſe fieri exactius. Cum igitur Himerius, illud ipſum quod docuerat Populum, ſanctimooia vitæ, exemplisque, quæ iterum ingentia ſigna conſequebātur, firmaſſet, plenus meritis diem clauſit poſtremum die 17. mēſis Iulii, ſepultuſque eſt, cunctis lachrymantibus io Cathedrali. Ejus vitā ſcripſit Ant. Maria Gratianus Epiſcopus Amerinus, quæ m. ſ. aſſervatur; Paulus Regius in vitis SS. Neapolit. Regni, & Iacobill. tom. 1. de ſanctis Umbriæ M. Scripc. Himerii autem corpus ſucceſſu temporis tranſlatum Cremonam eſt, eo tempore, quo Otho I. cum in Italiam deſcendiſſet, per Ameriam tranſiit, cujus auguſtalem pompam, cum Luiz. Cremonæ Præſul ſua impleret præſentia, ab eodem Imperatore obtinuit, ut ex Ameria corpus Himerii ſibi liceret transferri Cremonam anno 965. die 19. Octob. ubi ad præſens io Cathedrali honorificentiſſime conquieſcit in marmoreo tumulo inde à Sicardo Epiſcopo Cremonenſi anno 1296. incluſo, in quo ſequens legitur Epitaphium.

Quatuor exemptis Annis de mille ducentis,
Fabricat hanc Arcam Præſul Sicardus, & Aram
Qui triduo tandem perfecto ſacrat eandem
Anno dotatus undeno Pontificatus.

Meminit hujus trāſlationis Ludovicus Cavitellus in Cremonæ Annal. ſed adeo imperitè hoc ipſum facit, ut nomina Civitatum, locorumque fœdiſſimè invertat. Siquidem Himerium dicit Melieaſem ſoiſſe Epiſeopum, ſeu Iſmeriæ io Ducatu Spoleti, ſeu Campaniæ, cum dicere debuiſſet, Ameriæ in Umbria; ex quibus quidem paruis erratis fit, ut locorum confuſis nominibus, etiam ipſæ res peius deinde iovertantur, laboretque apud parum cordatos hiſtorica pulcherrima ars inextinguibili iovidia, ſubeatque proinde inverecundum illud ex Senecæ ludo Dicterium.

Ab Hiſtorico quis unquam juratus exegit.

VIII. 8. ADEODATUS Concilio Romano interſuit ſub Martino Pontifice anno *a* 647.

a 680.

IX. 9. THEODORUS, magno Concilio ſub Agathone celebrato reperitur ſubſcriptus anno 680.

X. 10. PETRUS vixit, floruitque anno 737. Hic interfuit Concilio Romano ſub Gregorio II. anno 721. Non. Aprilis indictione 4. congregato in Eccleſia S. Petri, ſobſcripſitque Conſtituto adverſus illicita conjugia, ex cod. Vatic. („*Vivebat adhuc ann.* 737. Luc.)

XI. 11. SUNALBUS *b* autem 761. in Concilio Romano ſub Paulo I.

b Al. Sinibaldus.

XII. 12. BENEDICTUS anno 826. in Concilio Romano ſub Eugenio II. ex eodem.

XIII. 13. ALBINUS verò ano. 853. apud eundem Bar.

XIV. 14. PASCHASIUS, ſive Paſchalis in vivis agebat anno 868. (1) Crediderim hunc Paſchalem Ameriæ Epiſcopum eſſe, qui ſemel, & iterum admonitus, ut corpus S. Firminæ virgiois, & martyris, quod octo millia paſſuum extra Civitatem iacebat, perquireret intra Civitatis mœnia ſepeliendum. Qui ſimul cum Populo, Orationibus, jejuniiſque munitus, ad locum eum Clero ſibi per viſum oſtenſum pervenit, inveoitque Firminæ Virginis, & Martyris corpus, à qua doctus fuerat, una cum S. Olympiade, illudque intra Civitatem Ameriam tranſtulit, decentique ſepulchro recondidit. Memioit hujus translationis Ferrerius, additq; à Paſchali Amerino Epiſcopo factam ſuiſſe temporibus Honorii II. Quod ſi ita ſuiſſe fateamur negandum etiam erit, illum hunc Paſchalem fuiſſe, cujus ab anno 868. uſque ad annum 870. mentio habetur; oporteretque alterum quempiam effingere, qui Honorii II. Pontificis tempora æquaverit, quem in actibus Amerinæ Eccleſiæ ejus ſaltem nomioia ooſquam reperias.

15. BENEDICTUS. Hujus memoria omnino periiſſet, niſi fruſtulum marmoris, dum ante Epiſcopale Palatium effoderetur terra, inventum ejuſdem nudum nomen ad nos tranſmiſiſſet Anno 1630. XV.

16.* DEUSDEDIT Epiſcopus Amerinus ſobſcripſit decreto Benedicti Papæ VIII. aon. 1015. ad favorem Villelmi Abbatis Fructuarienſis. XVI.

* Ex Ap. tom. 1.

17. ANTONIUS Epiſcopus Amerinus conſecrationi S. Matthæi de Urbe (2) interfuit 1110. XVII.

18. JACOBUS præfuit anno 1116. XVIII.

19. GERARDUS reperitur ſubſcriptus cuidam Privilegio ab Honorio II. Piſanæ Eccleſiæ indulto anno 1126. Hæc Pontificia Bulla hoc tempore aſſervatur Florentiæ in Archivio Reformationum.

20. PETRUS, interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. aon. 1179. cujus actis, decretiſque ſubſcripſit. Conſule ejuſdem acta Concilii.* Vel ipſo Præſule, vel deceſſoris tempore Lotharius filius Booifacii de Rabarto caſtrum Luchianum Canonicis Cathedralis S. Firmioæ perpetuo reddidit an. 1160. de qua re ſequens repertum eſt in eo archivio originale documētū. XIX.

* Ex Ap. tom.

In nomine Domini, ab ejus incarnatione anno Domini 1160., indictione nona, die ſabati, II. menſis Junii, regnante Frederico Imperatore.

Conſtat me quidem Lotharium filium quondam Bonifacii de Rabarto in præſentia Conſulum civitatis Amerinæ, ſcilicet Berardi judicis, & Guittonis de Nerdo, & Manfredo de Tebaldo, & quorumdam de caſtro Luniani, & de caſtro Porclani hoc venditionis inſtrumento in præſentiarum perfecti dominii, & proprietatis, ac poſſeſſionis jure vendidiſſe, & hujus rei tradidiſſe tibi Abbati Nicolao de S. Secundo, atque omnibus monachis eidem eccleſiæ ſervientibus, ſcilicet presbytero Peregrino, & presb. Amatucio, & presb. Manfredo, & presb. Guitto, & Girardo de Rapica, & cunctis aliis in perpetuum. Necnon vobis Canonicis de S. Firmina, ad utilitatem Eccleſiarum prædictarum, ſcilicet presb. Gualfredo, & presb. Petro, & presb. Uriano, & presb. Jeanni pictori, & presb. Pagarco, & presb. Veraldo, & presb. Tebaldo, & Rayne, & Thebaldo de Ofreducio, & omnibus aliis in eadem Eccleſia ſervientibus, medietatem cujuſdam caſtri, ſcilicet Luchiani, quod eſt poſitum in territorio Amerino, & omne jus, & actionem, & uſum, quem habui in dicto caſtro, & omne jus, actionem, atque uſum quem habui in hominibus ipſius caſtri, necnon & omne jus, & actionem, atque uſum quem habui in Eccleſia S. Firmina, quæ eſt poſita in territorio ipſius caſtri; quoquomodo perveniat ad me tam ex ſucceſſione patris mei, quam alio modo, & ſi quid ſuper acquiſivi, nihil dempto, vel diminuto, omnia ut prædixi in integrum pro pretio 17. librarum denariorum Papiæ, in præſenti vendo, & trado vobis prænominatis emptoribus, veſtriſque ſucceſſoribus ad utilitatem prædictarum Eccleſiarum in perpetuum ad habendum, tenendum, ac poſſidendum, & quidquid vobis placuerit deinceps nomine eccleſiarum faciendi, ut nullam litem, nullamque controverſiam prædictæ rei venditæ nomine à me, vel à meis hæredibus quolibet modo aliquo in tempore vos prænominati emptores, vel veſtri hæredes ſuſtineant, & ab omni quoque homine præſcriptam venditionem ſcilicet medietatem de caſtro Luchiano, & præſcriptum, & actionem, & uſum, & jus, quod habeo in hominibus ipſius caſtri, & prædictum jus, & actionem, & uſum, quem habeo in Eccleſia S. Firmina, quæ eſt poſita in territorio ejuſdem caſtri legitime defendere, & auctorizare ſemper vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ad utilitatem prædictarum Eccleſiarum promitto. Et ſi ego vel hæredes mei de hac venditione aliquo modo litigare, vel agere præſumpſerimus, aut ſi contra

(1) Sed & an. 877. ſubſcripſit Epiſt. Conc. Ravennatenſis præſente Joanne VIII ut ex poſtrema Conciliorum editione. Hinc omnis quæſtio dirimitur eorum, qui hunc Paſchalem in Honorii II. tempora conantur rejicere, ut in ſerie Ughelliana. Qui idem ille eſt, qui poſt Joannem Papam ſubſcribitur cum aliis Conc. Tricaſſino an. 878. nulla addita nota Epiſcopalis ſedis, quem tandem à Jacobo Sirmondo didicimus Amerinum eſſe. *Lucent.*

(2) ANTONIUS deinde in ſerie Ughelliana recenſetur an. 1110. Sed cum hanc ſibi ſedem vindicet hic ex conſecratione tantùm Eccleſiæ S. Matthæi in Merulana de Urbe peracta à Paſchali II. & Epiſcopi ſint, qui in ea Papæ condiuvaſſe referuntur, priores à nobis perquiſiti nullum habeant in ſedibus ibi nominatis locum, hunc quoque Antonium ultimo loco nominatum apocryphum cenſemus. Epiſcopi qui recenſentur, ſunt *Rolorius ab Oſtia*, *Riccardus de Porto*, *Petrus de Tibure*, *Julianus de Ferentino*, *Anaſtaſius de Albo*, *Petrus de Tuſculano*, *Antonius de Amelia*. Hæc conſecratio facta fuit à Paſchali II an. 1110. ind. 3. feria VI Dominicæ IV. Quadrageſimæ, præſentibus omnibus S. R. E. Cardinalibus, induſtria & ſtudio Anaſtaſii ſervi Dei ejuſdem Eccleſiæ Presbyteri. Verum de veritate conſecrationis nil nobis indagandum, certam in ipſa Eccleſia indulgentiæ per Paſchalem II. conceſſæ, Conſecrationis titulus nullus exiſtit. Memoria ſiquidem ſic enata merum figmentum eſt, ſi bene quis compenſet Epiſcoporum præſentiam. *Luc.*

quemlibet agentem legitimam defenſionem ſemper meis exhibuero, 20. librarum denariorum Papiæ nomine pœna dare, omneque damnum vobis, veſtriſque ſucceſſoribus reſarcire ad utilitatem prædictarum eccleſiarum promitto, & inſuper hoc venditionis inſtrumentum ut ſupra legitur incorruptum ſemper tenere ſpondeo. A

Præmemoratus venditor hoc venditionis inſtrumentum ſcribere rogavit.

Actum in caſtro Luchiano ante domum de Toſculo de iſta præſentibus omnibus caſtellanis.

Donadeus de Nerde de Querro.
Thebalducius nepos ejus.
Abbaſſacomes de Benencaſa de Manfreducio.
Benencaſa de Turco.
Manfredus de Guido.
Donadeus de Olverio.
Bonaccurſius de Simbaldo de Rapica.
Todeſco de Lamanrolandus.
Guido de Toſciando rogati ſunt teſtes.
Et ego Berardus Apoſtolicæ ſedis judex ordinarius complevi, & abſolvi. B

XX. 21. OBERTUS (1) Amerinus Civis, electus eſt, deque ipſo habetur memoria anno 1195.

XXI. 22. JACOBUS Oberto ſucceſſit 1196. Hic conſecrationi S. Laurentii in Lucina à Cœleſtino III. factæ interfuit die 26. menſis Martii, ut in quodam lapide inciſum legitur, cujus inſcriptionem in 12. Tomo Eccleſ. Annal. Baronius retulit.

XXII. 23. MAURUS, ejuſdem Civitatis Alumnus, ab Innocentio III. creatus eſt Epiſcopus, mox Card. ann. 1206. ſubque eodem Pontifice legatione functus eſt in Germania, ut narrat Ciac. („ *Extant ejuſdem Innocentii ad eum literæ in cauſa electi Todertini c. 27. de jurejurando.* Lucent.)

XXIII 24. OTHO Civis, atque Epiſcopus Amerinus floruit anno 1225.

XXIV 25. GUALTERUS item Epiſcopus, ac Civis Amerinus. anno 1255 *a*. Patriæ ſuæ divinum jus dixit ex Capellano, & ſcriptore Apoſtolico ad hanc ſedem evectus à Joanne tit. S. Laurentii in Lucina Card. rejecta prius electione facta à Capitulo de Epiſcopo Balneoregienſi, confirmatur ab Alexandro IV. 7. Kal. Febr. anno I. ex reg. Vatic. ep. 66. fol. 10. tranſlatus inde ad Pinnenſem, & Hadrienſem, & Eccleſias *b*, de quo Marinus de Ebulo in formulario m. ſ. bibliot. Vat. C

a 1256.

b an. 1264.

XXV. 26. BARTHOLOMÆUS de Benevento Ordin. Prædicatorum Epiſcopus Alerienſis, in locum tranſlati Gualteri Epiſcopus Amelienſis electus ab Urbano IV. anno 1263 (2). 12. Kal. Martii. ex reg. apoſt. ep. t. 13. f. 33. ann. 4. reſignavit ſub Honorio IV. an. 1286. Honorius verò Capitulo Amerino ſcripſit, ut ſibi Epiſcopum deligeret 2. Kal. Julii anno 2. ep. 49. f. 142.* Præſule Bartholomæo ſtatutum eſt, ut in Cathedrali Eccleſia Amerina numerus Canonicorum 12. non excederet, juxta Gualterii Anteceſſoris decretum à Clemente IV. anno 1265. ſequente diplomate confirmatum, cujus originale aſſervatur in archivo Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ.

* Ex App. t. 2.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Amelien. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. D

Dignum eſt, ut in Eccleſiis determinatus numerus perſonarum ne proviſione careat ſuperflua multitudo, vel ex paucitate dignum Deo ſervitium ſubtrahatur. Sanè petitio coram nobis exhibita continebat, quod Eccleſia veſtra facultates 80. lib. ſenen. parvorum valorem annuum vix excedunt, pariter & expenſis diligenter penſatis duodenarium in ea Canonicorum numerum, quorum quilibet in ſacris ſit ordinibus, perpetuis ſervandum temporibus ſtatutum, etiam Ven. fr. noſter Pennen. tunc Amelien. Epiſcopus ſtatutum hujuſmodi acceptavit, prout in publico inſtrumento, ac ipſius Epiſcopi literis confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris precibus inclinati ſtatutum veſtrum ſicut provide factum eſt, ratum, & firmum habentes, illud authoritate Apoſtolica A *confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut præfata Eccleſia dicto numero ſit contenta, niſi adeo facultates Eccleſiæ augeri contigerit, ut merito eſſet in ea numerus augmentandus, aut videlicet ſit ab Apoſtolica ſede decretum, harum ſerie confirmamus, & confirmatum eſſe decernimus, conſtitutiones &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno 1.*

27. MAURUS ex Abbate S. Praxedis de Urbe an. 1286. 10. Kal. Septembr. Amerinam moderabatur Eccleſiam. Annoque 1289. reperitur ſubſcriptus cuidam indulgentiæ à Papa Nicolao IV. indultæ Eccleſiæ Carmelitarum qui Senis commorabantur. Obiit ſub Joanne XXII. XXVI

28. MICHAEL ex Canonico electus Epiſcopus an. 1321. 11. Kal. Aug. Exceſſit an. 1322. ex reg. Vatic. XXVII.

B 29. ALEMANNUS quond. Galgani de Monte Flaſcone ſubſectus eſt 6. idus Januarii 1322. cum per id tempus Urbevetere Vicariam operam præſtaret Winctoni Urbevetano Epiſcopo, cui ſub Jo. XXII. Patrimonii S. Petri legatio incũbebat. Adhuc extat Alemanni favorabilis ſentẽtia pro Monachis Ciſtercieſibus, Cœnobii S. Salvatoris de Monte Amiato contra publicam rem Urbevetanam. Hic ut in quibuſdam mſſ. Amerinorum Epiſcoporum ſeriem continentibus, quæ mihi videre contigit, habetur, appellatur Alamannus de Internobilibus de Amelia, ſed tamen conſtat fuiſſe Faliſcum, ut ſupra docuimus, eruiturq; perſpicuè, tam ex ejuſdem juridicis actis, dum privati judicis munere fungeretur, quam dum in Epiſcopali throno fulgeret. Tranſlatus eſt ad Eccleſiam Anagninam ann. 1327. XXVIII

30. JOANNES („ *Gocciu*) Canonicus Valvenſis, electus eſt à Joanne XXII. anno 1327. 4. non. Maji inauguratuſque eſt Avenione à Petro Epiſcopo Card. Præneſtino: tranſlatus inde eſt ad Eccleſiam Venafranam an. 1329. 8. idus Septemb. ut habetur in reg. Vat. XXIX

C 31. MAURUS *c* ſive Morus, ſeù Mannus de Internobilibus, Canonicus Amelienſis qui & Agaerius, Marinuſque appellatur, fuit electus ann. 1329. 8. id. Septembris, ex reg. Vatic. 1329. Obiit verò anno 1363. XXX

c Reverà Mannus Matthæi filius Amerinus *Mandoſ.*

32. Fr. GERARDUS Rubeus Ord. Minorum de Ametia, electus ſuæ Patriæ Præſul 1363. id. Novembris. Cameræ Apoſtolicæ ſe ſoluturum pollicetur, quicquid ſoleret impendi.* Gerardo, & Capitulo Amelienſi jura, & exemptiones anteceſſorum Pontificum iiſdem conceſſas, ſequenti documento confirmavit Urban. V. Papa anno 1364. originale aſſervatur in archivo Canonicorum. XXXI

* Ex Ap. t. 2.

URBANUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili Fr. Epiſc. & dilectis filiis Capitulo Amelien. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum tã vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter Ven. frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Amelien. veſtris juſtis poſtulationibus D *grato annuentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſive per alias indulgentias vobis, & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis, & Eccleſiæ veſtræ prædictæ indultas, ſicut eas juſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Eccleſiæ authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenion. 5. idus Decembris, Pontificatus noſtri anno II.*

33. FRAN-

(1) Narrat Angelonus in hiſt. Interamnenſi pag. 89. Benedictum Spoletanum, atque Gibertum Amelienſem Epiſcopos, vacante Interamnenſi ſede, Altare S. Agathæ ibi conſecraſſe an. 1197. atque hujus conſecrationis teſtimonium inſcriptionem quamdam in eadem ara recenter repertam affirmat. Quod ſi Angelono credendum, vide, an iſte Gibertus ſit idem cum Oberto ab Ughello memorato, & an ſit poſtponendus Jacobo? *Mandoſ.*

(2) [illegible] ſcribendum 1264. Eo enim anno evenire hanc tranſlationem deprehendi poteſt ex Diplomate Pontificio inter Pinnenſes ab Ughello relato. *Lucent.*

Digitized by Google

XXXII. 33. FRANCISCUS Amerinus ſuæ Patriæ Eccleſiam adminiſtrabat anno 1376. Qui deinde ad Interamnenſem Eccleſiam translatus eſt ab Urbano VI. anno 1389. ex lib. obligat: atque in abeuntis locum ſuffectus eſt.

34. FRANCISCUS de Mercatello Cluſinus Canonicus, qui ſibi oblatam reſpuit dignitatem, ita ut Amerina Eccleſia Paſtore deſtituta maneret, donec Bonifacius IX quẽ mox ſubiiciemus, ſubvexit ad thronũ.

XXXIII. 35. CONRADUS a à Cloaco Genuenſis, Epiſcopus Sulſitonenſis in Sardinia, ad hunc Epiſcopatum translatus eſt 1390. 10. Kalend. Maji, ex lib. Provis. Præl. fol. 25. Cæterùm poſtquam Amerinam rexiſſet Eccleſiam, ab eodem Pontifice Bonifacio Archiepiſcopus Arborenſis in Sardinia declaratus eſt 1392.

a De hoc Oldoinus in Athen. Liguſt.

XXXIV. 36. STEPHANUS Bordonus Neapolitanus, Canonicus Biſuntinus, Conrado ſucceſſit 1391. 8. id. Novembris Bonifacio IX. ſedente. Hic à Populo ob ejus malam adminiſtrationem ejectus, à Pontifice Epiſcopatu privatus eſt.

XXXV. 37. Fr. ANDREAS de Mericonibus Civis, & Epiſcopus Amerinus, præfuit anno 1399.

XXXVI. 38. PHILIPPUS Ventorellus Amerinus, Vir doctus, ideoque Martino V. Columnenſi Pontifici charus, ab eodem Pontifice ſuæ Patriæ electus Epiſcopus eſt 1426. die 19. menſis Aprilis. Deceſſit 1442. ſepultuſque eſt in Cathedrali in S. Bernardini ſacratio cum hoc Epitaphio.

Imago R. in Chriſto Patris DD. Philippi Dei & A. S. gratia Epiſcopi Amelienſ. cujus anima requieſcat in pace Amen. Obiit 1442. die 18. Decembris.

XXXVII. 39. HUGOLINUS Naccius Amerinus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, demortuo Philipo ſuffectus eſt, Eugenio IV. eligente 1443. die 17. menſis Januarii. Cæterùm brevi Pontifex fuit, eum ab obtenta dignitate vix anno expleto è vivis exemptus ſit.

XXXVIII. 40. ROGERIUS de Mandoſiis, („ *Mandoſii filius*) Amerinus, defuncti Hugolini dignitatem conſecutus eſt 1444. id. Novembris. 40. omnino annos Amerinam rexit Eccleſiam; jamque provectæ ætatis ultro libenſque abiit munere, jus eligendi lib. tum relinquens Pontifici Sixto IV. 1484. Nec multo poſt enim exceſſiſſet è vivis, ſepultus eſt in Cathedrali in S. Marci Gentis ſuæ Nobili Sacello, cujus marmoreæ ſtatuæ hanc honorificam ſubiecerunt inſcriptionem.

Hac eſt imago R. in Chriſto Patris, ac D. D. Rogerii de Mandoſiis Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopi Amerini, cujus anima requieſcat in pace.

Ad caput ſtatuæ hæ tres Theologicæ virtutes inſculptæ leguntur.

Spes, Fides, Charitas.

Ad ejuſdem verò pedes.

Ubi Charitas, & Amor, Deus ibi eſt.

XXXIX. 41. CÆSAR Naccius Amerinus, à Sixto IV. electus eſt ſuæ Patriæ Epiſcopus 1484. ultima die menſis Martii, multis obitis legationibus vir ſanè clariſſimus, multiſque ſuſceptis laboribus de Apoſtolica Sede optimè meritus. Denique cum Vicelegatus Bononiæ eſſet, anno 1504. publico civitatis dolore fato conceſſit, ſolemnique pompa, publicæque rei impen ſ in S. Petronium elatus eſt, exceptuſque eleganti marmoreo ſepulchro, effigie non admodum elata ſculpta, per ſubjectam inſcriptionem prodente Virum.

D. O. M.

Amelienſis Pontifex Naccius hic eſt Caſar, qui vicem gerens legati Bononienſium, ſumma aquitate Civibus jus reddidit: mox annum agens tertium & ſeptuageſimum conceſſit Orco. Vixit, dum vixit, bene.

XL. 42. JUSTINIANUS b Moriconus Amerinus in locum de mortui Cæſaris à Julio II. Pontifice ſuffectus eſt 1504. die 22. menſ Julii, qui poſtquam 18. annos Amerinam rexiſſet Eccleſiam, nepotem ſuum Epiſcopatus Coadiutorem aſcivit, in ſpem futuræ ſucceſſionis, ut tunc mores erant, deinde paulo poſt exceſſit vita. („ *Interfuit Concil. Lateranen. an. 1515.*)

b Hujus meminit Marcheſianus hiſt. Forliv. l.10.p. 812.&8.

XLI. 43. JO: DOMINICUS Moriconus Patruo ſucceſſit, cujus antea Coadiutor fuerat inſtitutus 1523. 6. die menſ. Julii. 38. annos Amerinis Epiſcopale jus dixit, jàque effœtæ ætatis ſub Paulo IV. ultro munera abiit.

XLII. 44. BALDUS Ferratinus Amerinus, nepos Bartholomæi Cluſini Epiſcopi, Patrui Bartholomæi Cardinalis ſub Paulo IV. vir doctiſſimus, ſpectatiſſimæque exiſtimationis in Aula Romana, S. Petri Canonicus, Liparæ olim Epiſcopus, deinde etiam ad Amerinam Eccleſiam regendam translatus eſt 1558. die 28. menſis Novemb. Haud diuturniori mora apud Amerinos ſibi commiſſos fuit pontificiis, difficillimiſque implicitus negotiis. Itaque ne oves Paſtoris cura diuturnius diſtituerentur, ex Pontificis placito ſemel obtentam dignitatem contulit in nepotem Bartholomæum 1562. Sub Pio V. Gubernator Romæ deceſſit, ejuſque Corpus in Patriam relatum in Cathedrali tumulatum eſt, in Bartholomæi ſacello, gentis ſuæ jure patronatus, ſubque ejus marmorea ſtatua, inque ſepulchro hoc epitaphium inciſum ſpectatur.

D. O. M.

Baldo Ferratino I.V.D. primum Liparienſium, deinde Amerinenſium Epiſcopo à ſupplicibus libellis referend. utriuſque ordinis, Baſilica Vaticana Vicario Canonico, & fabrica Præfecto, Cancellaria Apoſtolica Regenti, Provincia Romandiola Præſidi, denique poſt multorum honorum ſpatium egregie decurſum à Pio V. Pont. Max. ob prudentiam, & integritatem ſingularem Urbis gubernationi præpoſito, eoque dum munere fungeretur defunctus eſt. Sacellum extruxit, viven ſque ſibi, & Patruo ſuo fecit. Vixit ann. LXVI.

XLIII. 45. BARTHOLOMÆUS Ferratinus Amerinus, Baldi nepos, ab ipſo educatus, edoctus, tantam jam inde ab adoleſcentia in Romana Aula ab omnibus omnis ordinis hominibus ſibi, ex commendatione virtutum, collegit gratiam, ut obitis omnium penè dignitatum honoribus, denique purpuratus ſenator evaſerit. Et à Pio quidem IV. Amerinum Epiſcopatum obtinuit anno 1562. die 9. menſis Octobris ex Patrui reſignatione. Quam Eccleſiam cum prudentiſſimè, ſummoque amore, ut Amerinum Civem decebat, per 9. annos rexiſſet, ex pontificio placito ultro Paſtorali oneri ſe ſubduxit, factuſque eſt Canonicus, ac Vicarius, Vaticanæ fabricæ Præfectus V. S. Referendarius, Cancellariæ Regens, Gratiæque Signaturæ Præſes, quæ omnia graviſſima, trepidaque munera ita incorruptè adminiſtravit, ut per multos annos novem ſucceſſivè Pontificibus, operam ſuam, juſtitiæ cultor aſſiduus præſtiterit. Conſenuerat jam in iis muneribus Bartholomæus, propiorque ſepulchro videbatur, cum ad ejuſdem exantlatos labores Paulus V. ſummus Pontifex benignè reſpexit, collataque in virum Purpura anno 1606. 11. die Sept. viſus eſt magis ejuſdem inferias exornaſſe, quàm quod arbitrarentur mortales deinceps, quam hactenus feciſſet, novum Purpuratum majora poſſe præſtare. Siquidem 69. pulſante anno, poſt ſupra 51. ipſos dies, ab obtenta dignitate, omnibus mærore confectis Romæ deceſſit, die 1. menſis Novemb. 1606. Cujus Cadaver translatum Ameriam, tumulatum eſt in Cathedrali, non procul à Patruo, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Bartholomæo Ferratino S.R.E. Cardinali, qui majorum ſuorum veſtigia inſectatus, Amerinus Epiſcopus, Baſilica Principis Apoſtolorum Canonicus, & Vicarius, & Fabrica Præfectus, & Apoſtolica Cancellaria Regens, & à ſupplicibus libellis utriuſque ordinis Referendarius, & præterea Signatura Iuſtitia diu Præſes fuit, quibus in muneribus magna ſemper cum integritate, & induſtria laude verſatus. Poſtremo à Paulo V. Pont. Max. egregia ob merita in ſummum ordinem lectus. Sexageſimo poſt die, ingenti ſuorum luctu, vita exceſſit. Vixit ann. LXIX. Obiit Kalend. Novemb. M DC. VI.

Ex qua Inſcriptione colligitur 60. poſt initam Purpuram die obiiſſe Ferratinum, cum revera vix 52. in obtenta dignitate expleverit; ſiquidem ad Cardinalatum promotus fuit 11. die Sept. deceſſitque 1. die Novembris, qui ſi rectè ponatur calculus, quinquaginta

& duo.

& duo omnino dies ſunt nondum expleti. Inde collige A
lector, quãta fides adhibenda ſit hujuſmodi Inſcriptio-
nibus, quas plerunque compoſuere vecordes, immor-
talitati quidem ſtudentes, nihil autem minus, quam de
veritate cogitantes: At quid eſt aliud, ſcribendo tem-
pora invertere, quam toti Hiſtoriæ fundamentum ve-
ritatis ſubtrahere, ut deinde facilius enervetur, & ca-
datiqui autem unam æternitatem reſpiciunt, veritati,
quæ ſemper æterna eſt, deberent conſulere. Ferratino-
rum verò gentilitia inſignia in quadripartito ſcuti
Campo trium ſpicarum quatuor manipuli colligati
ſunt ad potiſſimum ſanè fœcunditatis Symbolum. No-
biliſſima quippe illa gens ubique, & ſemper Eccleſiæ
conſultiſſimos viros protulit, cujus etiam, præter eos,
quos ſupra cum laude commemoravimus, alter Bar-
tholomæus eſt alumnus, Cluſinus Epiſcopus, vir om-
ni exceptione major, de quo infra in Cluſinis Epiſco-
pis plura.

XLIV 46. MARIANUS * Victorius a Civis Reatinus
à Pio V. Amerinus declaratus Epiſcopus eſt 27. men-
ſis Decemb. 1571. ac paulò poſt ad Reatinam patriæ B
ſuæ Eccleſiam translatus eſt. Hic vir doctiſſimus fuit,
inque varia literatura ſingularis: multa luculentiſſimè
ſcripſit, quæ SS. Patribus lucem attulere mitificam.
Conſule ſeriem Reatinorum Epiſcoporum, ſi de eo
plura deſideras.

* Ex App. 1.5.
a De hoc Angelonus in deſcrip. Urbis Reatinæ pp. 16. 19. 57. ubi ejuſdem opera recenſentur. Mand.

XLV. 47. JOANNES Antonius Lazarus, Durantinus,
Victorio ſucceſſit 1572. die 9. Iun. m. Amerinamq; Ec-
cleſiam per annos 9. prudentiſſimè rexit, ubi etiam
deceſſit anno 1591. Tumulatuſque eſt in Cathedrali,
hoc Epitaphio exarante ſepulchrum.

D. O. M.

Ioanni Antonio Lazzaro Durantino I.V.C.
Amerinorum Epiſcopo integerrimo, qui S. Pe-
tri Partalle Prioratum in Tudertina Diœc.
ad ſuum Epiſcopatum perpetuò adiungendum,
& Canonicorum cẽſum adaugendum, curavit.
Pſallendi priſtinum in ſua Eccleſia ritum piè
reduxit, ſumma pietate Deum coluit, & in pau-
peres munificentiſſimus extitit. Leander Laz-
zarus fratri optimo, ac de ſe benemerito mæſtiſ-
ſimus poſuit. Obiit v. Kal. Iunii MDXCI.
Ætatis ſuæ lxxiv.

XLVI 48. ANTONIUS MARIA Gratianus, Etru-
ſcus Sepulchro Burgenſis, adhuc adoleſcens, inque hu-
manioribus literis ſatis inſtructus Romam conceſſit,
interque aulicos Card. Commendonis exceptus eſt, il-
lius inquam Commendonis, cujus perſpicua, ſpecta-
taq; virtus toti ſacro Senatui admirationi erat. Hic,
cum in Gratiano pluſquam mediocrem ad omnem
ſcientiam indolem fuiſſet intuitus, addiſcendique avi-
ditatem, ipſe per ſe faciliimum inter aperuit adoleſcẽ-
ti, ut ad cognitionem nobilium diſciplinarum perve-
niret. Neque de alumno vana ſpes Domini fuit; ita-
que varia, amæniorique literatura, muſiſque ſeverio-
ribus tandem excultum, cœpit Gratianum Cardina-
lis à ſecretis habere, itaque ejuſdem probabat judicium,
ut in illis legationibus, quibus in Germania ad Cæſa-
rem, Regemque Poloniæ functus eſt, nihil ſine Gra-
tiani conſilio egerit, expedieritque. Cardinale Com-
mendone defuncto, ambitioſas aulæ opes Gratianus D
damnavit: Romamque vecordium illecebrã fallaciſſi-
mam relinquere cogitabat. Sed vix in patriam reditũ
adornaverat, cum Sixtus V. Pont. Max. jam jam abi-
turum virum retraxit in curiam, illumque Pontificiis
Latinis literis præfecit, ejuſdemque curæ Cardinalis
Montalti adhuc admodum adoleſcentis demandavit
inſtitutionem. Interea cum importuna mors Sixtum
Pontificem rapuiſſet, intraque ſpatium 14. menſium
tria creandorum Pontificum comitia fuiſſent celebra-
ta, inque iis creandis omnes omnium oculi in unum
Montaltum, qui pluribus ſuffragiis per id tempus va-
lebat, viderentur reſpicere, Gratianus Cardinalem
ſuum ita armavit, ſuccinxitque conſiliis, ut graviſſi-
mis negotiis, ac vix ſatis explicabilibus, tametſi juve-
nis, ſenilem attuliſſe prudentiam videretur. Noverãt
omnes adoleſcẽti Montalto unius Gratiani induſtriã
deſudare. Quamobrem apud omnes ſummam pruden-
tiæ famam collegit; præcipuè autem Clementi VIII.

A ob præclaras animi dotes adeo charus fuit, ut vix ſum-
mus renunciatus Pontifex, Gratianum de Eccleſia
optimè meritum, Amerinum adlegerit Pontificem die
17. menſis Februarii 1592. Addiditq; digno honoribus
viro honores. Siquidem cum per ea tempora ex Pan-
noniæ finibus Turca Auſtriacis intentaret arma; Cle-
mens ad Nuncium bellici apparatus trepidus, Gratia-
num ad Principes Chriſtianos legavit, ut fœderatos
contra communem hoſtem armaret in prælium. Eodẽ-
que munere legationis apud Venetos Pontificis nomi-
ne diuturniori mora perfunctus eſt; deinde ad eccleſiã
ſuam reverſus ſcripſit in otio ſapientiam, eaque mo-
numenta ingenii poſteris reliquit, quæ ſapientiã illius
prodant, & poſteritatem ad probitatis provocent e-
xempla. Igitur vitam Card. Cõmendonis veteris Do-
mini libris quatuor complexus eſt, diverſique argumẽ-
ti magnum epiſtolarum volumen edidit, hiſtoriamque
de Cypri Regno emittendam reliquit, in qua quidem
Liviana ubertas, & copia, haud deſiderari poſſe vide-
tur. Hanc in manibus habent docti omnes, beneficio
B Caroli Gratiani nepotis, qui illam, ut poſteritatem
promereretur, edendam curavit. Cæterùm Gratianus
jam ſenex defunctus eſt anno 1611. ſepultuſque eſt in
Cathedrali non ſine Amerinorum lachrymis, quibus
inter ſpatium 19. annor. jus dixit Divinum. In mar-
moreo lapide ſupra illius ſepulchrum erecto, hoc ſub-
jectum epitaphiũ legitur, quod vivens adhuc, ſed ubi-
que, & ſemper memor mortis ipſe ſibi procuderat.

D. O. M.

Antonius Maria Gratianus à Burgo S. Se-
pulchri Epiſcopus Amerinorum, memor ſupre-
mi illius diei, quo reviviſcens humanum genus
æternas ſeu præmiorum, ſeu pœnarum ſedes, ut
cujuſque meritũ fuerit, judicio Dei eſt acceptu-
rum, hoc in loco condi, & lapide tegi juſſit anno
ab ortu Chriſti M.D.C. Vixit an. lxxv. menſ.
xi. dies xxv. Obiit anno ſalutis M. DC. XI.
Qui legis pia prece Deum viventi interim ſine
corpore animæ ejus propitiare, ne graveris.

49. ANTONIUS MARIA Franceſchinus Spo- XL
C letinus Scipionis Card. Burgheſii à ſecretis, Gratiano VII.
ſucceſſit, creatus à Paulo V. 1611. die 18. menſ. Maii.
(,, *cum eſſet I.V.D. ætatis an. 34. & Rector Eccleſiæ S.*
,, *Chriſtophori Lyſciani Perusinæ Diœceſis.* Luc.) Supra
paucos menſes annum integrum ſedit, deceſſitq; apud
ſuos Amerinos cum maximo eorumdem mærore, qui
in eo anteceſſoris Gratiani virtutes ſe recuperaturos
arbitrabantur.

50. FRANCISCUS Cenninus de Salamandris XL
Senenſis, antiqua, & nobili proſapia ſatus, aulicus VIII.
Card Auſculani. Hic Bernerio Card. demortuo, Sci-
pioni Card. Burgheſio ſub nomine Auditoris à conſi-
liis fuit, atque ab ejuſdem patruo Paulo V. Amerino-
rum Pontifex declaratus eſt ann. 1612. 1. die ineuntis
Octobris, creatuſque Hieroſolymitanus Patriarcha,
ac Hiſpaniarum Nuncius. Demum 1620. ab eodem
Paulo V. electus eſt presb. Cardinalis. Urbano VIII.
verò ſedente, Eccleſiam Faventinam ſuſcepit regen-
dam, cum legatione Ferrarienſi prius condecoratus
fuiſſet. Vivit adhuc, populumque Faventinum cum
D pari pietate prudentiaque gubernat. (,, *Conſule de hoc*
Ugurgerium in Pompis ſenen. p. 88.)

51. DOMINICUS Pichius de Monte Rotundo, XLIX.
poſt Card. Cenninum, ab Urbano VIII. Epiſcopus di-
ctus eſt anno 1623. die 20. menſis Novembris. Eodem
anno, die S. Stephani, Urbem ſolemniter ingreſſus, &
ſequẽti die Epiphaniæ primum ſacrum in Cathedrali
fecit. Deceſſit 1633. die 4. Maii. (,, *Hic Romana civita-*
,, *te donatus, diuque in Rom. Curia Advocatus, edidit an.*
,, 1615. *de Contractibus ſine certa ſolemnitate non vali-*
,, *turis ad c. 151. lib. 1. ſtatutorum Urbis Commentaria.*
,, *Meminit de eo Leo Allatius in Apibus Urbanis p.* 83.
,, Mandoſius.)

52. TORQUATUS Perottus Saxoferratenſis, L.
Urbani VIII. Major Capellanus, Priorque S. Mariæ
in Via lata de Urbe, ab eodem electus eſt anno 1633.
die 20 menſ. Junii b, Obiit ipſo an. 1642. menſe Sep-
tembri. Iacet in Cathedrali. (,, *Plura ſcripſit, ut videre*
,, *licet apud Oldoinum in Athen. Aug.*)

b Julii Luc.

53. GAU-

LI. 53. GAUDENTIUS Polus de Caſcia, Fauſti Poli Archiepiſcopi Amaſeæ (,, *poſtea Cardinalis*) nepos, non minus ſuavitate morum, quã prudentia, vivaciſq; ingenii dexteritate ſpectabilis, poſt multas eccleſiaſtici Imperii Urbium adminiſtrationes, in demortui Perotti locũ, Amerinus Epiſcopus ab Urbano VIII. electus, ſumma omnium gratulatione excipitur Aprile menſe hoc anno 1643. Sedet nunc feliciter, maximo populorum bono, bonus ipſe paſtor, nobiliſque indolis Præſul.

ADDITIO.

(,, *Obiit charus* (1) *omnibus, plurimis ſuæ Paſtoralis* ,, *curæ monumentis relictis, quæ inter eminet Cathedrale Templum, in tanti Parentis obſequium, ab Amerinis* ,, *funditus, & magnificentiſſime readificatum.*

LII. (,, *JOSEPH Saluſtius Fadulphus Nob. Interamnẽſis, V. S. Refer. pluribus jam egregiè peragratis Romana Aula muniis, Amerino in Throno jubetur inſidere* ,, *27. Novemb. 1679. Inde ad Aſculanum tranſlatus eſt.*

LIII. (,, *JO. BAPTISTA Antici* a *Nob. Recanatenſis, & Recanatenſis Cathedralis Præpoſitus I.V.D. qui* ,, *cum aliquandiù Vicariatum Generalem in patria geſſiſſet, ſuis virtutibus adeò delenivit Romanæ Aulæ animos, ut cum inde recederet, quo acceſſerat pro ſuo Epiſcopo limina Apoſtolorum inviſurus, ex inopinato nũcio intellexit ſe Epiſcopum Amerinorum deſignatum,* ,, *acquievit fere invitus, excepitque onus die 9. Aprilis* ,, *1685. quod ſuſtinuit Eccleſiaſticarum legum obſervantiſſimus. Deceſſit in patria 15. Iulii 1690.*

a De hoc conſule Diſcum Calcagnii in Memor. Civitatis Recanat. p. 221. Mand.

LIV. (,, *JOSEPH Criſpinus Aquinatenſis Diœceſis, Epiſcopus Vigiliarum Provinciæ Terræ Baris, ad Amerinam tranſlatus eſt ſedem 13. Novembris 1690. Statim atque ad ſibi concreditum ovile acceſſit, deſudare* ,, *cœpit, ut Clerus Eccleſiaſtica diſciplina, & populus* ,, *Chriſtianis moribus inſtrueretur. Modici redditus ex* ,, *injuria temporum menſam Epiſcopalem contemplatus,* ,, *ejus ſublevanda inopia, & propria tuenda dignitati as* ,, *ſuum, & aliunde ſibi proveniens munificentiſſimè adhibet: beneficus in pauperes, ſtudioſus in omnes. Probitates, & ſcientiarum ea ſupellectili ornatiſſimus, qua ad* ,, *celſiſſimas Epiſcopales dignitates gradum fecit, nil ſuo* ,, *nomini utilius, & glorioſius cumulandum cenſet, quam* ,, *probos, doctos, & religioſos viros totis viribus fovere,* ,, *Inter Paſtorales curas literarum ſtudiis immerſus nonnulla ingenii ſui evulgavit monumenta* b. *Vivit nunc* ,, *gregi ſuo nedum proficuus, ſed & orbi literario magis* ,, *profuturus.*

b Vide Toppium in Bibl. Neapol. pag. 170. eiuſq; que Auctarium p. 146. Mand.

ANAGNINI (2)

EPISCOPI.



ANAGNIA, c olim Hernicorum, antiquiſſimorũ Latinorum, caput, in prima Italiæ regione numeratur à Plinio, Strabone, atque Ptolomæo, quam Ananiam ferè vocant. Tacito verò in 19. l. hæc civitas Anagnina eſt: eam Silius Italicus l. 8. prædivitẽ vocat.

c Seu Anagninum vulgo Anagni.

Queis putri pinguis ſulcaris Anagnina gleba.

A Virgilio item dives vocatur.

Hernica ſaxa colunt, quos dives Anagnia paſcit.

Eiuſdem pluribus in locis meminit Livius, præſertim autem narrat in 9. Anagninos congregaſſe concilium in Circo maximo quod (Alatrinis, Verulaniſque exceptis) omnes circumvicini populi explebant, decreviſſeque, Hernicis ſibi adjunctis ſociis, bellum contra

A Romanos, P. Cornelio Arcina, M. Tremulo Coſs. Quod deinde bellum cum Anagninis, eorumque ſociis infeliciter cecidiſſet, tametſi ex populi Romani clemẽtia, intra Anagninos muros permiſſi ſunt commorari, eiſdem tamen à conſiliis, fereodiſq; in Magiſtratibus ſuffragiis imperata abſtinentia eſt, cumque ſacrificulis ſolis conſuetudo permiſſa.

Fuit deinde Anagnia non ignobile Populi Romani municipium, ſi fides adhibenda eſt Ciceroni in Orat. pro domo ſua, nec multò poſt eiuſdem Populi Colonia adjecta eſt, ut narrat Frontinus lib. de Coloniis, temporibus Druſi Cæſaris. Narrat Strabo non modo priſcis illis temporibus Anagniam fœtam fuiſſe opibus, invidioſiſque fortunis ſuffultam, ſed etiam adeò antiquæ fundationis, ut in ejus origine perquirenda plerũque vacillent Scriptores. In qua quidem fortuna non modo ſub populi Romani Imperio, ſed ſub Eccleſiaſtico etiam floruit. Deinde cũ ſua culpa fluctuare cœpiſſent civilibus bellis, cumque Sciarra Columna contra Bonifacium VIII. impium iniiſſet fœdus, ita ut cõ-

B civem, atque è domo paterna extractum Pontificem, rebellibus, ac factioſiſſimis exulibus violandum obiiceret, brevi divinum numen violatæ Pontificiæ Majeſtatis ultor apparuit. Quippe Anagnini, perpetratæ perfidiæ furiis agitati, in ſe ipſos ſeditionis arma verterunt, ita ut continentibus deinde bellis conſumpti, opibus, fortuniſque exciderent, murique ipſi habitatoribus deſtituerentur.

Narrat Aleander Albertus in ſua deſcriptione Italiæ, ſe aliquando Anagniæ commorantem, ejus civitatis ſolitudinem, excidiumq; fuiſſe demiratum, quæſiſſeque cauſas ex iis, qui provectioris eſſent ætatis, illoſque ejuſmodi deſolationis in priſcos cives, qui Pontificiam violaverant majeſtatem, retuliſſe cauſas, inque eccleſiaſticas cenſuras, quibus uſque ad tempora VII. Clementis fuiſſent oppreſſi, à quo demum per Epiſcopum illuc delegatum illis vinculis abſolutos, nondum ſe videre, quis illarum miſeriarum finis eſſet futurus. Anagnia hæc civitas hodie eſt S. Sedis Apoſtolicæ in temporalibus, & ſpiritualibus immediatè

C ſubjecta. Parturiit illa civitas per omne tempus viros illuſtres, & fortes, ac præcipuè quatuor Pontificum natalibus illuſtrata eſt, Innocentii videlicet III. Gregorii IX. Alexandri IV. ex clariſſima Comitum familia, ac Bonifacii VIII. Cajetanæ gentis Pontificũ, & Cardinalium Romanorum Seminarii alumni. Nec parum eidem attulit ſplendoris Joannes Anagninus Archidiaconus Bononienſis, Juris Conſultiſſimus vir, qui in canonica lege ſapientiſſimè ſcripſit, inque Bononienſi ſtudio multos ad jus Divinum, humanumque inſtituit, ibidemque 1457. deceſſit. Sed longe illuſtrior hæc civitas evaſit poſt acceptum jam inde ab Apoſtolorum temporibus lumen Evangelii, ob illuſtriſſimos, clariſſimoſq; Martyres, qui in ea, ut ſemel recepta fides Chriſtiana confirmaretur, per ſæviſſima tormenta nunquam deſituram, tulere palmam martyrii; in quibus enituere Secundina virgo, & martyr, Aurelia, Neomiſtiaque d, aliique quam plures, quorum apud Martyrol. Romanum extant invictæ Coronæ. In Cathedrali eccleſia Deiparæ Virginis Annunciatæ con-

d Al. Neomiſſa.

D ſecrata S. Magnus Epiſcopus Trancoſis quieſcit, quẽ Ferrarius, Baroniuſq; volunt Anagninum fuiſſe Epiſcopum, quos planè errare ſuo loco poſtea demonſtrabimus. In eodem templo S. Oliva virgo tumulatur, una cum SS. Secundina, Aurelia, & Neomiſtia, cujus feſtum 3. die Junii habetur celebris. Cathedralis una tantum inſignitur dignitate, (*ſub titulo Præpoſituræ*) 20. Canonicis, quorum unus theologalem, alter pœnitentialẽ præbendam obtinet, beneficiatis octo, aliiſq; clericis, & miniſtris. Animarũ cura per proprium Parochum ad nutum Epiſc. admovibilem exercetur, ſicut in aliis quinque Parochiis civitatis per proprios, & titulares Curatos. (*Quibus ſubſunt 4000. circiter animarum.*) Sanctimonialium monaſterium unicum reperitur, virorum quatuor, totidemque laicorum confraternitates, hoſpitale unum, necnon ſeminarium pro alendis duodecim pueris, qui diebus feſtivis Cathedrali in-

(1) De Gaudentio tractat Juſtinianus in Opere de Gubernatoribus Tiburtinis pag. 283. Romæ in Eccleſia S. Chryſogoni Regionis Transtiberinæ extat effigies Fauſti, & Gaudentii Poli cum inſcriptionibus in ſacello hujus familiæ S. Angelo Cuſtodi dicato. *Mand.*
(2) In libris Conciliorum denominatur hic Epiſcopus Anagninus, Anaienſis, & Anagnienſis. *Laurent.*

ii inſerviunt. Diœceſis ſatis ampla duodecim („ *unde-* „ *cim*, Videlicet. Carpineto. Gorga. Scutcula. Moro- „ lo. Piglio. Acuto. Auticoli. Filettino. Valle. Pietra. „ Porciano. *In quibus ſupra* 10000. *Mortalium*,) oppida continet, quorum unum, Acutum denominatum, ſub temporali ditione Epiſcopi eſt ſubjectum. Redditus taxantur in lib. Cameræ ad florenos 300. verus valor ſcuta mille. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem modo ejuſmodi dabimus, qualem ex antiquiſſimis ſcriptis eruere poruimus; ſunt autem ii, qui ſequuntur. A

I. („ FELIX *nobis ſe prodit in Concil. Rom. ſub Felice* „ *III. an.* 487. Lucent.)

II. 1. * FORTUNATUS Epiſcopus Anagninus interfuit Rom. Synodo ſub Symmacho an. Chriſti 500. 501. 502. („ *Et an.* 503. 504. *& antea* 499. *ſubſcripſerat* „ *pro ſe & pro Sanctulo Epiſcopo Signino*. Lucent.) „ *Ejus item memoria an.* 495. *in Concil. Rom. ſub Gela-* „ *ſio, ut ex noviſſ. Conciliorum Editione Harduini tom.* „ 2. *patet*.)

* Ex Ap. i. 7.

III. 2. PELAGIUS Epiſcopus Anagninus interfuit Romano Concilio celebrato ſub S. Gregorio Papa, B cui præclara geſta cognomen Magni ad perennitatem pepeterunt anno (1) 593.

3. PETRUS (2) Epiſc. Ananiæ reperitur ſubſcriptus in privilegio S. Medardi Sueſſionenſis à Gregorio Magno conceſſo ann. 593. an hic Petrus Epiſcopus fuerit Anagniæ, & quænam illa fuerit Anania civitas prorſus ignoro.

IV. 4. DOMINICUS (3) in ſynodo Romano ſub Gregorio I. anno 596. 5. Julii. Ex cod. Vatic. n. 1353.

V. („ OPPORTUNUS, *qui hic debet inſeri, ſuppletur* „ *ex Concil. Lateranen. ſub Martino I. an.* 649. Lucent.)

5. MAURITIUS, in Conc. generali ſub Agathone Pontifice celebrato, (4) inter Patres numeratus eſt anno 680.

VI. 6. GREGORIUS *a* in Concilio Rom. ſub Gregorio II. an. 721. non. Apr. ind. 4. habito, ſubſcripſit decreto adverſus illicita conjugia, ex Cod. Vat. n. 1353.

a Georgius dicitur in noviſſ. Concil. Hard. editione.

VII. 7. AMBROSIUS, apud Baronium reperitur anno 743. („ *Interfuit Rom. Synodo* 747.)

VIII. 8. CONSTANTINUS apud eundem Baroniū C anno 761. („ *Item in Rom. Concil. ejuſdem anni*.)

IX. 9. ROMOALDUS, in Concilio Romano anno 826. ſub Eugenio II. apud Baronium.

X. 10. SEBASTIANUS poſt Romoaldum Anagninam rexit Eccleſiam.

XI. 11. NICOLAUS. Hujus memoria extat apud Guillelmum, qui Anaſtaſii Bibliothecarii operi additiones adjecit, dum Benedicti III. Pont. vitam enarrar. Etenim cum poſt mortem IV. Leonis, Benedictus iſte ſummus Pontifex acclamatus fuiſſet anno 855. & quæreretur, ex more temporum, electioni jam factæ momentum, clerus ad Imperatores Lotharium, ac Ludovicum, hunc ipſum Nicolaum cum Mauritio militiæ Magiſtro legavit. Cumque Arſenius Eugubinus Epiſcopus ſuis perſuaſionibus, promiſſiſque pervertiſſet Legatos, Anaſtaſium quendam factioſum hominem, eccleſiaſticis cenſuris innodatum, atque à Leone IV. in ſynodo omnium dignitatum titulis denudatum, per ſummam vim in Patriarchium Lateranenſe intruſerunt; invaluiſſetque ſchiſma, omnium, D quæ ad eam diem ebullierunt, teterrimum, niſi ex pietate conſtantiaque Romani cleri Benedictus ritè electus emerſiſſet ad ſedem. Cum autem deinde hæc ſeditionis procella detonuiſſet, Nicolaus Anagninus ad veri Pontificis genua provolutus, perpetrati ſceleris veniam impetravit. Indignus ſanè, cujus memoria apud mortales perennet, qui ſibi ipſi, univerſæque eccleſiæ Chriſti injurius, conatus ſit Anaſtaſium, quem paulò ante cum Leone Pontifice damnarat in ſynodo, per ſummam Romani cleri contumeliam, evehere ad ſedem, 853. XII.

12. ZACHARIAS Epiſcopus Anagninus, à Nicolao I. Pontifice, cum Rodoaldo Epiſcopo Portuenſi, Conſtantinopolim Legatus eſt, anno 860. eo conſilio, ut uterque dejecti Ignatii, intruſique Photii cauſas cognoſceret, utque toties definitam cauſam de cultu SS. Imaginum decreto firmarent, prohibitique ſunt cum Photio communionem inire. Qui ambo corrupti muneribus non modo cum Photio communicarunt, ſed etiam indignam, injuſtamque Ignatii depoſitionē ratam habuerunt. Quamobrem Romam reverſos, Nicolaus Pontifex Provincialibus Epiſcopis convocatis, in Laterano primùm, mox etiam in Conſtantiniana Baſilica illos damnavit, cenſuraq; eccleſiaſtica transfixit, omnibuſque exuit dignitatibus. Verùm cum deinde Zacharias ſe reum confiteretur, agnoſceretque Ignatium verum Patriarcham, Photium verò intruſum, ac Conſtantinopolitani throni invaſorem, ab Hadriano II. Pontifice reſtitutus eſt in gradum priſtinum anno 867. Hos rerum ſucceſſus Anaſtaſius pleniſſimè narrat Bibliothecarius in vita Nicolai I. ſanctiſſimi Pontificis. Hic demum Zacharias ſubſcriptus reperitur in bulla Papæ Joannis VIII. Papienſi Eccleſiæ indulta. (*Et ſubinde interfuit Conciliis Ravennaten-* „ *ſi an.* 877. *& Rom.* 879. Lucent. XIII

13. ALBOINUS ſynodo *b* octavæ ſubſcripſit ſub Hadriano I. celebratæ anno 871. In aliis codicibus legitur Epiſcopus Ananienſis, ſed in Nonantulano vetuſtiſſimo codice Anagninenſis; Quod ita legendum eſſe arbitror ex antiquitate codicis, quia Alboini tempora potuit exæquaſſe. XIV.

b Synodo Rom. pro Synodo VIII. Generali.

14. STEPHANUS Romanus, Epiſcopus Anagninus, ſummus Eccleſiæ Pontifex renunciatus anno 896. Stephanus VI. dictus eſt. XV.

15. JOANNES interfuit Rom. *c* Concilio an. 963. („ *Et anno ſequenti* 964. *interfuit Concil. Rom. au-* „ *ctoritate Papæ Joannis congregato, quo Leo ſchiſmati-* „ *cus Pſeudopapa eſſe declaratur, actaq; præcedentis Cō-* „ *ciliabuli Romani improbantur, ut videre eſt in noviſſ.* „ *Harduini Concil. editione tom.* 6.) XVI.

c Conciliabulo contra Ioan. XII.

16. JOANNES item alter hanc ſedem tenebat anno 993. XVII.

17. LUITARDUS, ſeu Litardus poſt Joannem fit Epiſcopus. XVIII

18. BENEDICTUS Epiſcopus Anagninus, ſubſcripſit privilegio Joannis XIX. eccl. S. Rufinæ & Sylvæ Candidæ anno 1027.

19. RAYNERIUS Epiſcopus Anagninus (5) in ſynodo habita pro eccleſia Sylvæ Candidæ à Joanne XIX. anno 1028. vide ſupra in eccleſia Sylvæ Candidæ, ubi totum retulimus decretum. XIX.

20. GRIMANDUS anno 1048. vel Riminaldus de quo legitur in pavimento eccleſiæ extra oſtium magnum verſus campanile in pariete. XX

Rinaldus indignus Epiſcopus.

21. S. PETRUS Epiſcopus Anagninus inauguratus eſt anno 1062. Hic Salernitanos Principes parentes habuit, educatores verò à puero Monachos S. Benedicti Salernitani Cœnobii, à quibus cum uberrimè Chriſtianam pietatem hauſiſſet, elatis parentibus, eidemque cœnobio invidioſis attributis fortunis, monachus effectus eſt; cumque ſub patruo ejus Monaſterii Abbate ſolemni ritu vota nuncupaſſet, adeò in perfectione monaſticæ vitæ progreſſus eſt, ut ejus ſanctitatis fama diffuſa, Ildebrandus Cardinalis, is, qui poſtea Pontifex factus Gregorius VII. appellatus eſt, Salernum aliquando profectus, Petrum de Abbatis licentia

extra-

(1) Hoc anno licet plurima legantur celebrata Concilia, nullum tamen Romæ à M. Gregorio habitum fuit. Prima Synodus à Gregorio celebrata eſt in cauſa Aquileienſis Patriarchatus 1. anno ſui Pontificatus, Chriſti vero 590. Et ſiluit uſque ad an. 595. quo die 5. Julii ſecundam egit. Primo Concilio licet multi interfuerint Epiſcopi, nullum tamen album aſt, quod eorum ſonat nomina. Alterius de an. 595. nomina recenſentur, & poſt Magnum Gregorium nono loco deſcribitur *Pelagius Anagninæ Eccleſiæ Epiſcopus*. Idem Pelagius ſuam ſententiam dixit in tertio Rom. Concil. ſub eodem Gregorio an. 601. *Lucent*.

(2) Supra in Olvenſibus, & ſucceſſive, à nobis tanquam fictitium, & mendaciſſimum Privilegium S. Medardi enunciatum eſt. Unde nulla ex eo fides hujus Petri exiſtentiæ. *Lucent*.

(3) Hic dupliciter fallitur Ughellus, in anno, cum illa Synodus ſub die 5. Julii peracta fuerit an. 595. & in nomine, vice Pelagii Anagninæ ſedis Epiſcopi, reſpiciendo in Dominicum Comunicellenſis, qui Pelagio immediate præcedens eſt. Quare & Dominicus iſte tanquam ſuppoſititius eſt expungendus. *Lucent*.

(4) Subſcribitur Epiſtolæ Agathonis Papæ, & Romanæ Synodi pro ſexta Oecumenica celebranda. *Lucent*.

(5) Benedictum prædictum, & Raynerium hunc [illegible] monumenta adducta pro Eccleſia Sylvæ Candidæ ſecundum allegationem Ughelli. Privilegio unus inſcriptus Benedictus, & hic Archidiaconus ibi intitulatur. Concilio verò interfuit Benedictus S. Eccleſiæ Anagninæ Epiſcopus. Item Raynerius Diaconus & Diaconus S. Georgii, & alter Raynerius Epiſcopus [illegible] Eccleſiæ; nullus Anagninæ. Meo igitur judicio expungendus Raynerius, & Benedictus [illegible] ex privilegio, ſed ex Concilio pro Sylva Candida adnotandus. *Luc*.

extractũ de clauſtro, ad Alexandrũ II. Pontif. ſecum adduxerit. Quem cum Alexander ex Ildebrandi commendatione, graviſſimis eccleſiaſticis negotiis præfeciſſet, pareſque oneri humeros attuliſſe videretur, vacuæ Anagninenſi Eccleſiæ demum attributus Epiſcopus eſt, qui tametſi invitus, ac reluctans propemodum, eandem Eccleſiam ſummo pietatis ſtudio rexit. Ambiguum per id tempus erat; qua parte templi S. Magnus martyr invictus conquieſceret. Itaque Petrus, ut illius reliquiis, tanquam ingenti theſauro potiretur, paralyticam mulierem ibi collocandam curavit, ubi ſuſpicio erat requieſcere ſanctum. Vix illa tetigerat locum, cum aluctato morbo index fuit in ea inquiſitione non aberraſſe Petrum. In Orientem uſque Petrus legatione functus eſt, Alexandro II. ſedente anno 1072. ad Michaelem novum Orientis Imperatorem, quem ſola manuum impoſitione à periculoſa ægritudine corporis exolvit. Quamobrem ingentibus muneribus ab Imperatore cultus eſt, quæ omnia ad ſuæ Cathedralis ornamentum deſtinavit. Cæterum non uſque adeo ſemper virtus felix eſt, ut non quandoque invidorum patiatur calumnias. Quippe ad ſuos Anagninos poſt legationem egregiè functam reverſus Petrus, ſenſit adverſarios, quibus loco parentis eſſe debuerat. Itaque illorum inſectatione defatigatus, peregrino cultu Anagnia excedens Hieroſolymam profectus eſt eo conſilio, ut ubi Chriſtus ſupremum effuderat ſpiritum, ibidem ipſe ſanctis operibus intentus diem clauderet extremum. Sed hæc illum cogitantem S. Magnus martyr, quaſi ſui corporis inventori gratã vicem rependeret, acrioribus verbis caſtigavit, ſuaſitque, ut ad deſerta m remearet Eccleſiam. Paruit ille, novoque robore indutus, ſpretiſque, quæ poſſent ingruere, adverſis, Anagninam Eccleſiam per 48. annos ſanctiſſimè adminiſtravit, deinde clarus meritis, fulgenſque miraculis, evolavit ad cœlum 3. die menſis Auguſti 1105. hoc eſt tempore Paſchalis II. à quo in Albũ ſanctorum relatus eſt, ut Baronius narrat tom. 12. Ejus vitam S. Bruno Signiæ Epiſcopus deſcripſit, qui per id tempus florebat.

XXI. 22. ODDO ex Primicerio poſt S. Petrum an. 1105. parum ſupervixit, de quo mentio in vita ejuſdem S.

XXII. 23. PETRUS ſucceſſit Oddoni, ex Archipresbytero, ad quem ſcribit Paſchalis II. dum Petrum prædeceſſorem in SS. numerum referre ſtatuiſſet; de quo hæc habet S. Bruno Epiſcopus Signinus in vita ejuſdem Sancti. *Hic S. Petri Epiſcopi, & Confeſſoris corpus miraculis clarum revelatione devota, & ſancta D. Paſchalis Papa II. cum hymnis, & laudibus in cathecumbis inferius tranſtulit, & juxta B. Magnum mauſoleum collocavit. Hic etiam Petrus ſucceſſor cum Aldiſino, & Alemano Epiſcopis præ guerrarum deſolatione propriis dejectis ſedibus, hoſpitalitatis gratia ab ipſo Petro receptis D. Paſchalis prædicto Anagniæ reſidente de tranſlatione B. Magni Verulas, deinde Anagniam, & miraculis ipſius Anagniæ factis, codicem conſcriptum reliquit. Rexit ampLo tempore Eccleſiam, & in pace quievit, cui ſucceſſit Ojolinus.* Petrus idem interfuit conſecrationi Eccleſiæ Prænestinæ anno 1117.

XXIII. 24. OJOLINUS Vicedominus Eccleſiæ Cathedralis Petro ſuffectus eſt. Laudatur ab eodem Brunone Signino.

XXIV. 25. LOTHARIUS ſubſcriptus reperitur in bulla quadam Hadriani IV. anno 1155.

XXV. 26. NOCER, ſeu Naudemus, vel Nauderius *a* an. 1158. De eo etiam in monumentis ejuſdem eccleſiæ habetur mentio anno 1176.

a Al. Naudelerius.

XXVI 27. ASAEL Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. anno 1179.

XXVII. 28. JOANNES Epiſcopus Anagninus conſecrationi S. Mariæ de Ceccano, quam de Flumine appellant, à Card. Jordano de Foſſa Nova peractæ an. 1196 interfuit. Chronic. Foſſæ Novæ. Is Ann. 1208. 26. Auguſti de conſenſu fratrum ſuorum donat, & confert Eccleſiam S. Auxentii, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Hugolino Epiſcopo Card. Oſtienſi, ad effectum ut inibi erigatur Hoſpitale juxta Cruciferorum inſtitutum. Hanc donationem confirmat Honorius III. ann. 1. Kal. Novembr. eandemque confirmat Gregorius IX. anno 8. Pontif. 10. Kalen. Auguſti. Idem Joannes interfuit conſecrationi Eccleſiæ D. Annunciatæ extra Urbẽ an. 1220. ab Honorio peractæ, ut appoſita ibidẽ marmorea tabula refert, eodẽq; an. obiit.

29. JOANNES Joannem excepit, conſecratus ab Honorio III. anno 1221. ex regiſt. Vatic. XXVIII

30. ALBERTUS magni nominis, & rerum geſtarum illuſtris Anagninus Epiſcopus Joanni ſucceſſit, ab Honorio conſecratus circa an. Dom. 1224. Jura ſuæ Eccleſiæ mirum in modum auxit, Abbatem S. Theodori, cujus Eccleſia olim fuerat Cathedralis, poſt diutinam concertationem, ad ſe cognoſcendum, tanquam Diœceſanum Paſtorem, compulit auctoritate Gregorii IX. è Comitibus Anagninis; qui 1. Pontificatus anno tali favorabili reſcripto Albertum, ſucceſſoreſque munivit, ex archivio ejuſdem Eccl. deſũpto. XXIX

GREGORIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

VEn. fratri Alberto Epiſcopo Anagnino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet ſollicitudinis noſtræ labor debeat ad omnes extendi, quia ſapientibus ſumus, & inſipientibus debitores, præ quiete tamen Eccleſiarum, quæ de patrimonio Apoſtolicæ ſedis exſiſtunt, quo vicinioreſ ei ſunt, & ſpecialius ad ipſam pertinent, ſollicitudine laborare debemus, ut tranquillitate habita in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiant incrementum, cum parvæ res creſcant concordia, & magnæ diſcordia dilabantur. Dudum ſiquidem tempore fel. record. Innoc. PP. prædeceſſoris noſtri Ven. frater noſter Epiſcopus quondam Anagninus prædeceſſor tuus contra Eccleſiam S. Theodori de Trebis ſuper ſubjectione Epiſcopatus, & aliarum Eccleſiarum tam loci ejuſdem, quam Caſtrorum Filectini, & Vallepetrarum moverat quæſtionem, quæ cum remanſerit indeciſa, tempore ejuſdem bonæ mem. Honorii Papæ prædec. noſtri extitit ſuſcitata, eo petente omnia jura Epiſcopalia in Eccleſiis ſupradictis, & reſpondente parte contraria, quod non recognoſcebat Diœceſanum ſuum fore Anagninum Epiſcopum, & ſi ſuus eſſet, legitima erat præſumptione munita. Cumque multipliciter viſus fuerit ſuam intentionem fundare, ac pars adverſa in defenſionem ſuã inter cætera propoſuerit, quod Eccleſia S. Theodori olim fuerat Cathedralis, & ad ipſam aliæ prædictæ Eccleſiæ pertinebant, multi teſtes hinc inde producti fuerunt, plura inſtrumenta exhibita, & diverſæ rationes, & variæ introductæ. Porro cum pars quæ longo tempore laboribus, & expenſis fuerant fatigata, adhuc coram nobis ſuper hoc ducerent contendẽdum, demum ad commonitionem noſtram ſaniori uſæ conſilio, ſe proviſioni noſtræ, poſito in manibus noſtris toto negotio, ſubmiſerunt. Nos itaque utrique parti volentes dare quietem, attendentes quoque, quod a tempore, cujus non extat memoria, Anagnina Eccleſia ſemper in Eccleſiæ Rom. devotione permanſit, à qua eam nulla potuit adverſitas ſeparare, & quod prædicta Eccleſia S. Theodori licet forte aliquando Cathedralis honore præfulſerit, propter paupertatem redituum, & raritatem populi, Epiſcopali non convenit dignitati, dignum inſuper reputantes, ſi prædec. noſtros Romanos Pontifices non ſolum imitemur, ſed etiam ſuperemus in gratia, quam fecerunt eidem Eccleſiæ Anagninæ pro eo, quod de civitate Anagnina ortum trahimus, & olim fuimus ejuſdem Eccleſiæ filius, licet modo ſimus pater ipſius. De fratrum noſtrorum conſilio, præfatam S. Theodori, & omnes alias ſupradictas Eccleſias tibi, & ſucceſſoribus tuis, tanquam Diœceſanis Epiſcopis de prudentia conſtituimus quoad correctionem, reformationem, inſtitutionem, & deſtitutionem, & ad omnia alia jura Epiſcopalia perpetuo eſſe ſubjectas, quarta parte decimarum excepta, quam Abbas S. Theodori quietè percipiat in Eccleſiis prænotatis. Anagninus tanquam Epiſcopus apud eamdem Eccleſiam S. Theodori in expenſis ejuſdem Eccleſiæ, ſicut conſuevit hactenus, commoretur, & ut etiam idem Abbas habeat ampliorem honorem inter alios Eccleſiarum Diœceſis Anagninæ prælatos, cum ad Eccleſiam Anagninam venerit, honorent, prout conſueverat honorari, & S. Laurentii, & S. Nicolai Eccleſiis Trebarum inſtitutionem obtineat, de Epiſcopi Anagnini, qui pro tempore fuerit, generali mandato, aliis omnibus juribus epiſcopalibus præter quartam decimam eidem Epiſcopo reſervatis. Cæterum tam in S. Theodori, quam in aliis dictorum locorum Collegiatis

Eccle-

Eccleſiis Prælatorum electio ad Collegia, examinatio vero, & confirmatio ad ſe, ac tuos pertineat ſucceſſores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Si quis autẽ &c. Datum Anagniæ Idib. Aug. Pontif. noſtri An. I.

Idem Gregorius IX. eidem Alberto Epiſcopo, ſucceſſoribuſque ſuis confirmat omnia bona, & jura Epiſcopatus Anagnini, eundemq; ſub protectione S. Petri ſuſcepit, ſequenti diplomate, ex reg. Vatic. deſumpto.

GREGORIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Alberto Epiſcopo Anagnino, ejuſque Succeſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum &c.

IN eminenti Apoſt. ſedis ſpecula &c. uſque ſollicitudine providere. Quocirca ven. in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S. Mariæ Anagninæ, cui authore Deo præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præ. ſcrip. privileg. communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem eccleſia &c. uſque illibata permaneant. In quibus hoc &c. uſque vocabulis, Eccleſiam S. Mariæ Anagninæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & S. Angeli, & S. Andreæ, & S. Petri de vineis, ac omnes alias Eccleſias Civitatis Anagninæ cum omnibus pertinentiis earundem, Caſtri moroſi, Caſtri Vitellini, Caſtri ſculculæ, & Caſtri de Montigrani Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem, Caſtri montis longi, caſtri de Gurga, caſtri Primi, & caſtri Carpineti Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem, caſtri Viccimereccini, & caſtri Pulliani Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem, Eccleſiam S. Petri de Colle in Civitella cum omnibus pertinentiis ſuis, caſtri Collialtuli, caſtri Gone, caſtri Montis Antenini, & caſtri Montis Porcarii Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem. Præterea S. Theodori de Trebis, & omnes alias Eccleſias loci ejuſdem, ac caſtrorum Filleclini, & Vallis Petrarum, omnes Eccleſias, ſicut in proviſione quam fecimus ſuper eadem Eccleſia S. Theodori, & aliis Eccleſiis de Trebis, Filleclini, & vallis Petrarũ plenius continetur. Cujus proviſionis tenorẽ de verbo ad verbum duximus præſentibus inferendum. Qui eſt talis. Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri Alberto epiſcopo Anagnino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet generalis ſollicitudinis noſtræ labor debeat ad omnes extendi, quia ſapientibus ſimus, & inſipientibus debitores, pro quiete tamen Eccleſiarum, quæ de patrimonio Apoſt. ſedis exiſtunt, quæ viciniores ei ſunt, & ſpecialius ad ipſam pertinent ſollicitius laborare debemus, ut tranquillitate habita in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiat incrementum, cum parva recreſcant concordia, & magna diſcordia dilabantur. Dudum ſiquidem tempore fel. record. Innocentii Papæ præd. noſtri extitit ſuſcitata, te petente omnia jura epiſcopalia in eccleſiis ſupradictis, & reſpondente parte contraria, quod non recognoſcebat Diœceſanum ſuum fore Anagninum Epiſcopum, & ſi ſuus eſſet, legitima erat præſcriptione munita. Cumque multipliciter viſus fueris tuam intentionem fundare, ac pars adverſa in defenſionem ſuam, inter cætera propoſuerit, quod Eccleſia S. Theodori olim fuerat cathedralis, & ad ipſam aliæ prædictæ Eccleſiæ pertinebant, multi teſtes hinc inde producti fuerunt, plura inſtrumenta exhibita, & diverſæ rationes, & varia introducta. Porro cum partes, quæ longo tempore laboribus, & expenſis fuerant fatigatæ, adhuc coram nobis ſuper hoc ducerent contendendum. Demum ad commonitionem noſtrã ſaniori uſæ conſilio, ſe proviſioni noſtræ, poſito in manibus noſtris toto negotio, ſubmiſerunt. Nos itaque utrique parti volentes dare quietem, attendentes quoque, quod à tempore cujus non extat memoria, Anagnina eccleſia ſemper in Eccl. Romanæ devotione permanſerit, à qua nulla eam potuit adverſitas ſeparare, & quod prædicta eccleſia S. Theodori, licet forte aliquando cathedrali honore præfulſerit, propter paupertatem reddituum, & raritatem populi, epiſcopali non convenit dignitati. Dignum inſuper [illegible] cantes, ſi præd. noſtros Romanos Pontifices non ſolum [illegible] temur, ſed etiam ſuperemus in gratia, quam fecerant eidẽ eccleſiæ Anagninæ, pro eo quod de Civitate Anagnina ortum traximus, & olim fuimus ejuſdem eccleſiæ filius licet modo ſimus pater ipſius, de fratrum noſtrorum conſilio præfatam S. Theodori, & omnes alias ſupradictas eccleſias tibi, & ſucceſſoribus tuis tanquam Diœceſanis Epiſco-

A *pis de providentia cõſtituimus, quoad correctionem, reformationem, inſtitutionem, & deſtitutionem, & ad omnia alia jura epiſcopalia perpetuo eſſe ſubjectas, quarta parte decimarum excepta, quam Abbas S. Theodori quieto percipiat in eccleſiis prænotatis. Anagninus tamen Epiſcopus apud eamdem eccleſiam S. Theodori in expenſis ejuſdem eccleſiæ, ſicut conſuevit hactenus commoretur, & ut etiam idem Abbas habeat ampliorem honorem inter alios eccleſiarum Diœceſis Anagninæ prælatos cum ad Eccleſiam Anagninam venerit, honoretur, prout conſueverat honorari, & in S. Laurentii, & in S. Nicolai eccleſiis Trebarum inſtitutionem obtineat, de Epiſcopi Anagnini, qui pro tempore fuerit generali mandato, aliis omnibus juribus epiſcopalibus, præter quartam decimarum eidem Epiſcopo reſervatis. Cæterum tam in S. Theodori, quam in aliis dictorum locorum Collegiatis Eccleſiis prælatorum electio ad collegia, examinatio vero, & confirmatio ad te, ac tuos pertineat ſucceſſores. Nulli ergo &c. noſtræ proviſionis infringere. Si quis autem &c. Datum Anagniæ Id. Auguſti Pontificatus noſtri anno I.*

B *Et quicquid in prædictis locis, & Eccleſiis ſpirituale, & temporale habere dignoſceris, aut habere poteris in futurum, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in viis, & ſemitis, cum libertatibus, & immunitatibus ſuis maneat illibatum. Ad hæc cœmiteria Eccleſiarum &c. uſque cenſura canonica compeſcatur. Præterea quod communi aſſenſu capituli tui &c. uſq; ratum, & firmum volumus permanere. Prohibemus inſuper, ne excommunicatos vel interdictos, ſuos &c. uſque oporteat ligatum abſolvi. ſacrorum quoque Canonum authoritatem ſequentes, ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus ſine Anagnini Epiſcopi conſenſu conventus celebrare, cauſas etiam, vel eccleſiaſtica negotia in Anagnina Diœceſi, niſi per Romanum Pontificem, vel ejus legatum fuerit eidem injunctum, tractare præſumat. In Eccleſiis quoque Anagninæ Diœceſis, quæ ad alios pleno jure non pertinent &c. uſq; ſine conſenſu Diœceſani præſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare &c. uſque profutura. Salvo mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Si qua igitur in*

C *futurum &c. uſque ſubjaceat ultioni. Cunctis autem &c. uſque inveniant. Amen. Datum Anagniæ per manum Magiſtri Sinibaldi S. Rom. Eccleſiæ Vicecancellarii. Idus Sept. ind. 15. Incarn. Dom. An. 1227. Pontificatus D. Gregorii Papæ IX. Anno. &c.*

Eodem anno 1227. qui fuit primus Gregorii IX. aucta eſt ab ipſo Pontifice Epiſcopalis menſa Anagnina, Canonicorumque Collegium Alberto Epiſcopo, cui pia liberalitate, & amore in perpetuum conceſſit Eccleſiam S. Salvatoris poſitam in territorio Anagnino cum omnibus pertinentiis ſuis, ex Diplomate à tabulario Cathedralis Eccleſiæ accepto.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerab. Fratri Alberto Epiſcopo Anagnino, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

ANagninam Eccleſiam, cujus olim in tenera ætate fuimus filius, licet nunc ſimus pater ipſius, communi debito tenemur diligere, & ex ſpeciali affectu, quem
D *habemus ad ipſam, ſpecialem ei gratiam impertiri. Ea propter, Ven. in Chriſto frater, communis tuæ menſæ, ac Canonicorum tenuitatem ſicut convenit, attendentes, eccleſiam S. Salvatoris cum omnibus pertinentiis ſuis, poſitam in territorio Anagnino pia liberalitate menſæ concedimus ſupradictæ. Statuentes authoritate præſentium, ut eccleſia ipſa perpetuo in dominio ejuſdem menſæ conſiſtat, nec ab ea ulterius aliquando ſeparetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Laterani vi. Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno I.*

Anno 1231. ut legitur in reg. Vat. adſtante Alberto lata eſt ſententia à Lando Archiepiſcopo Rhegino, & Raynaldo Epiſcopo Oſtienſi, & Velitesnenſi electo, pro [illegible] diſcordiis inter Rectores, milites, populumque Anagninum vertentibus, quam confirma-

vit Gregorius IX. 3. id. Aug. an. 5. Rectoribus, Militibus, & Populo Anagnino.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Rectoribus, Militibus, & Populo Anagnino. Ea quæ judicio, vel concordia &c. uſque communiri.

CUm itaque Ven. frater noſter Archiepiſcopus Rheginus, & dilectus filius R. Oſtienſis electus pro ſedandis diſcordiis inter vos, Diabolo inſtigante, ſubortis, de mandato noſtro Anagniam accedentes, certam ſuper his ordinationem juxta quod à nobis in mandatis receperant, duxerint faciendam, prout in inſtrumento publico exinde confecto plenius continetur. Nos quæ per eos acta ſunt, grata, & rata habentes authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem ipſius inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum, qui eſt talis. In nomine D. N. J. Chriſti. Amen. Nos Lando Dei gratia Rheginus Archiepiſcopus, & Raynaldus Oſtienſis, & Veletrenſis, electus de ſpeciali mandato D. Papæ, pro ſedandis diſcordiis inter milites & populares Anagninos, humani generis inimico cooperante, ſubortis, Anagniam accedentes, taliter duximus ordinandum. In primis igitur volumus, & mandamus, ut unus de militibus ab eis, & unus de popularibus ab ipſis omni anno, quando Rector, vel Poteſtas, ſeu Conſules eorum eligentur, electi fructus molendinorum communium teneant, & faciant de ipſis, quod convenerint ambæ partes. Item volumus, & mandamus, ut dicti duo electi teneant proventus macelli civitatis eorum, quod militibus, & popularibus communiter, ſalvis bandis Rectoris, Poteſtatis, ſeu Conſulum, qui pro tempore fuerint de gratia D. Papæ conceditur, ita quidem, ut ſi contigerit eos exercitum, vel maſnadam facere ultra Urbem, proventus iſto anno de macello percepto pro exercitus, & maſnadæ expenſis expendant, qui ſi non ſuffecerint, populares de propriis teneantur militibus in exercitu, vel maſnada commorantibus reliquas expēſas neceſſarias miniſtrare. Et ſi quid de proventibus macelli tūc ſupereſſe cōtigerit, vel exercitū vel maſnadam illo anno non fecerint ultra Urbē, medietas eorum, quæ proveniunt de macello poſt completum annum militibus, & reliqua medietas popularibus aſſignetur, ſi vero contigerit, vel ſolos milites, vel ſolos pedites, vel aliquos milites cum aliquibus militibus, dummodo non vadat tota communitas, alias pro communi utilitate tranſmitti, populares dent eis omnes expenſas, & in ipſis expenſis nullus miles, uxor, aut filius militis teneatur quicquam conferre, & Rector, vel Poteſtas, aut Conſules provideant ipſis militibus de ſcutiferis Maſſariorum, & Equis, ſicut Rectori, vel Poteſtati, aut Conſulibus, qui pro tempore fuerint, videbitur expedire. Rector qui pro tempore fuerit, teneatur ad faciendum expenſas militibus fidelem aliquem deſtinare, qui juratus expenſas miles, & neceſſarias & non alias facere teneatur, & poſt reditum de ipſis expenſis manibus Rectoris fidelem reddere rationem. Milites vero, & filii militum jam adulti, qui poſſunt tenere equos, à Rectore cogantur ad equos tenendos, ſi vero milites vel filii militum ad inopiam devenerint, in nullo graventur, niſi ad fortunam venerint pinguiorem, & ex tunc ad retinendum equos per Rectores, qui fuerint pro tempore compellantur. Item volumus, & mandamus, ut in collectis in quibus milites dare tenentur, tantum det unus bonus miles, quantum unus bonus Maſſarius, & ſic de gradu in gradum fiat ſolutio iſta. Item mandamus, quod Maſſarii, qui à collectis aliquo tempore ſunt exempti, exemptione hujuſmodi non obſtante, aut in collectis ſolvant, ſicut Maſſarii, aut ſicut milites ſerviant civitati. Hæc omnia; quæ ſuperius ſunt expreſſa ſub pœna excommunicationis, & ſub debito juramenti noviter præſtiti, & ſub pœna marcarum D. Papæ Cameræ applicanda, diſtrictè præcipimus obſervare. Prolatum fuit mandatum hoc in eccleſia Anagnina, & tam à militibus, quam à populo, pulſante campana ibidem collecto, ſponte receptum anno Domini 1231. Pontificatus D. Gregorii IX. Papæ anno V. ind. 4. menſe Julii, die 22. in præſentia D. Alberti Anagnini Epiſcopi, D. Gregorii de Romania D. Papæ ſubdiaconi, & Capellani Campaniæ, maritimæque Rectoris, D. Andreæ de Francia presbyteri, Joannis Magiſtri Nicolai Capellanorum, D. Oſtienſis, & Veletrenſis electi, & multorum aliorum ibidem aſtantium.

Ego Joannes Mel Scriniarius civitatis Anagninæ prolationi hujus mandati præſens interfui, & ipſum de mandato ſupradictorum Dominorum Rhegini Archiepiſcopi, & Oſtienſis, & Veletrenſis, electi in publicam formam redegi, & ſolito ſigno ſignavi. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere, &c. ſi quis autem &c. Datum Reate, 3. id. Auguſti, pontificatus noſtri anno V. &c.

Obiit Albertus noſter anno 1238.

31. PANDULPHUS electus anno 1237. huic electo ſcribit Gregor. IX. ep. 13. n. fol. 300. regeſt. Vat. 9. id. Junii an. 11. An. 1250. ad petitionem Pandulphi, Innocentius IV. in Eccleſia Anagnina, ubi tantum unicus reſidebat ſacerdos, nec ullus diaconus, vel ſubdiaconus, paucique alii clerici erant, duos diaconos, totidemque ſacerdotes inſtituit. En diploma. XXX

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Epiſcopo Anagnino.

LIbenter petitionibus illis benignum accommodamus auditum, quæ pro augmentando cultu divino principaliter porrigi dinoſcitur. Ex parte ſiquidē tua fuit nobis hoc ſupplicatum, ut cum in Eccleſia Anagnina tantum ſit unicus ſacerdos, nullusque diaconus, vel ſubdiaconus, & pauci alii, qui in ea reſident, non poſſint ad ſacros ordines abſque gravi ſcādalo promoveri, præſertim cum quidam ex ipſis ſenex, quidā le firmi, & debiles, alii verò pueri, & inutiles prorſus exiſtant, propter quod eccleſia ipſa debitis obſequiis defraudatur, providere ſuper hoc paterna ſollicitudine curavemus. Tuis ergo ſupplicationibus inclinati authoritate noſtra recipiendi una cum Capitulo Anagnino in prædicta Eccleſia duos diaconos, & totidem presbyteros qui velint, & poſſint in ipſa reſidentiā facere perſonalem, & in ſuis ordinibus miniſtrare in canonico, & in F. & providendi eis ſicut uni ex aliis ejuſdem Eccleſiæ canonicis, juxta conſuetudinem ipſius, quam præcipimus inviolabiliter obſervari, necnon contradictores per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendi tenore præſentium fraternitatis tuæ concedimus facultatem. Non obſtāte certe canonico ipſius Eccl .... juramento confirmation. ſedis Apoſtolicæ, ſeu qualibet firmiori alia re, ſeu ſi per alios &c. quibus volumus &c uſq; gravari, aut ſi ejus perſonis à ſede ſit indultum eadem quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus, ſive adhibendum quotidianas contributiones, vel victualia aliquibus receptis, vel recipiendis donec ipſi juxta receptionis ſuæ ordinem beneficia ibidem fuerint aſſecuti, canonice minime teneantur, vel quod per literas ſedis præfatæ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint niſi in eis de indultis hujuſmodi expreſſa mentio habeatur, ſive qualibet alia indulgentia impetrata vel impetranda, per quam hujus proviſio impediri valeat, vel etiam retardari, & de qua in noſtris litteris plenam, & expreſſam de verbo ad verbum oporteret fieri mentionem. Datum Lugduni 2. Kal. Martii an. VIII.

* Idem Innocentius IV. I. ſui pontificatus anno, inſtante Pandulpho Epiſcopo, ad favorem Anagninæ Eccleſiæ, Canonicorumque ejuſdem ſcripſit epiſtolam Rectoribus Anagninæ civitatis, quam ab exemplari Anagnini Epiſcopii hic exſcribemus. * Ex Ap. tom. 9.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Rectoribus, & Conſilio Anagnin. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram Ven. fratre noſtro Anagnino Epiſcopo ſignificante pervenit ad nos tam ejuſdem Epiſcopi, quā Clericorum civitatis Anagnin. familiares & ſervientes ad forum veſtrum pertinere dicen in ipſis, ſicut in alios homines prædictæ civitatis juriſdictionem veſtram nitimini exercere in ſuum & eorundem Clericorum præjudicium, & gravamē, quodque idem Epiſcopus paratus exiſtat univerſis conquerētibus de prædictis familiaribus, & ſervientibus exhibere coram ſe juſtitiæ complementum. Volentes itaque vos ab Eccleſia, & virorum Eccleſiaſticorum injuriis abſtinere Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod vobis liceat in hac parte providere cogitantes, ab hujuſmodi prædictorum Epiſcopi & Clericorum gravamine penitus deſiſtatis, familiares & ſervientes prædictos ad veſtrum trahere judicium nullatenus præſumendo mandatum noſtrum taliter impleturi, quod ſuper hoc providere aliter non cogamur. Datum Laterani 111. Kal. Ian. pontificatus noſtri an. I.

A Pro hac eadem re, ac fortaſſe ſedente Pandulpho ſcripſit Alexander IV. ad Matthiam Gregorii IX. nepotem, Poteſtatem Anagninæ civitatis, ſequentem literam ad favorem Capituli Anagnini, quæ valde utilis eſt ad conſervandam eccleſiaſticam immunitatem; aſſervatur in eodẽ ſupracitato archivio in hoc tenore.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis nobili viro Matthiæ nepoti fel. mem. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri Poteſtati, Iudici, & Conſilio Anagnino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum tu fili Poteſtas, ſi diligenter attendis, per Romanam Eccleſiam grata ſis beneficia per Dei gratiam plurima conſequutus, profecto providere te convenit, ut ſaltem pro reverentia noſtra, non ſolum tibi, & aliis Eccleſiis, Eccleſiaſticiſq; perſonis honorem per gratam viciſſitudinem recompẽſes, ſed etiam quantum in te fuerit, earum jura ſtudeas pro viribus defenſare. Sanè accepimus, & non poſſumus non mirari, quod ſicut conquerentibus dilectis filiis Capitulo & Clericis Anagnin. nobis innotuit, vos minus attendentes, quod in eos nullã B *prorſus juriſdictionem habetis, cum ſervus Domino ſuo ſtet, & cadat, per Eccleſiaſtica hæreditaria, ſive per emptionem, aut quovis juſto titulo acquiſita bona ipſorum pro quacunque occaſione, vel cauſa compellatis ipſos in veſtra Curia reſpondere pro veſtræ libito voluntatis. Quare nequeuntes hæc in noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis præſumpta contemptum, & in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ attenta conniventibus oculis præterire, univerſitati veſtræ ſub pœna gratiæ noſtræ, ac fidelitatis debito, quo Eccleſiæ Romanæ tenemini, per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus cõſiderato providenter quod in hac parte in Clericorum ipſorũ offenſis nos offendimur vehementer, quodque de cætero hujuſmodi offenſas non poſſemus impunitas ſub ſilentio pertranſire, protinus corrigatis, præmiſſa taliter per vos ipſos in perſonis, & rebus eorum, nequaquam ſimilia de cætero præſumpturi, quod hæc ulterius auribus noſtris nullatenus perferantur. Datum Laterani 6. Id Apr. pontificatus noſtri an II.*

Pandulphi memoria ſpectatur in lapide ante oſtium ſacelli Dominorum de Caietanis in Cathedrali, hiſcę verbis in ſepulchro exaratis.

C *Pandolphus quondam Epiſcopus Anagninus.*

XXXI. 32. NICOLAUS anno 1257.

XXXII. 33. IOANNES reperitur an. 1258. quo Alexander IV. olim hujus eccleſiæ Canonicus Caſtrum Acuti ab anteceſſoribus Epiſcopis alienatum, eidem Eccleſiæ Anagninæ ſequenti diplomate reſtituit, quod è tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumptũ, hic retulimus.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

EX aſſumpto Apoſtolatus officio ad univerſas proſpicientes Eccleſias, in eo præcipuè debemus vigilantis ſollicitudinis adhibere ſtudium circa eas ut cum Dei adiutorio ipſas in ſalubri ſtatu regamus, & proſpero, & earum iura opportuno ad hoc impenſo munimine integra conſervemus ad vitanda pericula, quæ in iis eiſdem ingruere poſſent eccleſiis neceſſaria remedia. prævidentes hanc inter alias Eccleſias Anagninam noſtræ quidem nutricem adoleſcentiæ, ac magiſtram affectu nimirum diligimus ſpeciali, & dulcedinis uberum ejus memores merito vehementer accendimur, ut ipſius honorem, & commodum attentius procuraremus. Ibi enim baſes ſumpſimus D *noſtri ſtatus, ibi noſtræ provectionis exordia pullularunt, ipſa profectibus noſtris dedit initium, ipſa ut mater noſtra ſuis beneficiis pueritiam educavit, & ad ſalutaria documenta, eccleſiaſticis erudivit, illi nos & in annis teneris, & per incrementa firmioris ætatis ſedulum impendimus famulatum, & ab illius procedentes gremio potiorum miniſteriorum ſubivimus onera, de quibus poſtmodum in ſublimius honores noſtri rapuere, præcelſi. Quare convenit ut pro ejus indemnitate propenſius, & inſtantius vigilemus. Quia igitur in ipſa Eccleſia, cujus canonicus fuimus, diu continuam reſidentiam fecimus, & in ſuis obſequiis longa decurrimus tempora, & explevimus plures annos, plenè utique novimus jura eius, munimenta ſuper ipſius pertinentiis manifeſta ſunt nobis, & de ſuis rationibus plenariam certitudinem obtinemus, ſicut qui vidimus, & pertractavimus, & qui curæ hujus plurimum extitimus ſtudioſi, certificati nihilominus ex dictis ſinceris, & puris aſſertionibus antiquorum. Unde quia veraciter, & pro certo ſcimus,*

A *& tanquam de re omninò notoria, & evidentiſſima planè conſtat nobis, quod Caſtrum Acuti Anagninæ diœceſis jam dudũ ab eadem eccleſia quondam Ildicio Iudici civi Anagnino, & eius ſucceſſoribus, vel hæredibus, ſeu poſteris uſque in tertiam generationem ſub certo tenore locatũ ad eccleſiam ipſam pleno jure pertinet, & ſui juris, & proprietatis exiſtit, ac ad eam temporale, ſive ſæculare ipſius Caſtri dominium, omniſque illius juriſdictio plenè ſpectat. Nos ne de hoc ambigi poſſit in poſterum, ne ſuper eodem Caſtro calumniam aut moleſtiã aliquo tempore prædicta eccleſia patiatur, dicimus, aſſecuramus & firmiter atteſtamur, quod præfatum Caſtrum Acuti, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eiuſque proprietas, dominium, & iuriſdictio integrè ut præmiſſum eſt, ad eccleſiam pertinet memoratam, & ad firmam, & plenam huius rei certitudinem, ac ad efficacem cautelam, perpetuamque memoriam præſentes teſtimoniales, quod ſuper has literas eidem eccleſiæ de Apoſtolica providentia exhibemus. Statuimuſque, itaque authoritate Apoſtolica, ut hæ literæ vim, robur, ac vigorem, & valorem legitimarum, & ſufficientium probationum, ſeu legitimorum, & efficacium documentorum per omnia prorſus obtineant. Ita quod de hac re tam in iudicio, quam extra iudiciũ,* B *etiam ſi nulla alia inſtrumenta, ſeu documenta ſuper hoc apparuerint, ſolis eiſdem literis firmiter abſque ulla dubitatione credatur, ipſæque de hoc cunctis omnimodam certitudinem tribuant, ut faciant plenam fidem. Nulli ergo, &c. contraire. ſi quis autem, &c. incurſurum. Dat. Viterbii 6 idus Septembr. Pontificatus noſtri anno IV.*

* Subſequenti anno, ac Joanne præſule idem Alexander IV. dedit epiſtolam poteſtati Anagninæ civitatis pro conſervanda Eccleſiaſtica libertate ad favorem Clericorum Anagninæ Eccleſiæ, pro qua conſervanda deinde ad Epiſcopum ipſum, & Capitulum privilegium conceſſit pernecellarium in hac forma verborum conſcriptum, ex eodem tabulario. * Ex App. tom 9.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Poteſtati, & Conſilio Anagnin. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram, vener. fratri noſtro Anagnino Epiſcopo ſignificante pervenit, quod vos, tam ejuſdem C *Epiſcopi, quam dilectorum filiorum Clericorum civitatis Anagninæ familiares, & ſervientes ad forum veſtrum pertinere dicentes, in ipſos, ſicut in alios homines prædictæ civitatis juriſdictionem veſtram nitimini exercere in ſuum, & eorundem Clericorum præjudicium, & gravamen, quamquam idem Epiſcopus paratus exiſtat univerſis conquerentibus de prædictis familiaribus, & ſervientibus exhibere coram ſe juſtitiæ complementũ. Volentes itaque vos ab Eccleſię & virorum Eccleſiaſticorum iniuriis abſtinere, Univerſitati veſtræ ad inſtar fel. record. Innocentii Papæ præd. noſtri per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, quod vobis liceat in hac parte providere cogitantes, ab hujuſmodi prædictorum Epiſcopi, & Clericorum gravamine penitus deſiſtatis; familiares, & ſervientes prædictos ad veſtrum trahi judicium nullatenus præſumendo, mandatum noſtrum taliter impleturi, quod ſuper hoc providere aliter non cogamur. Datum 10. Kal. Junii pontificatus noſtri an. V.*

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

D *Ven. fratri Epiſcopo & dilectis filiis Capitulo Anagn. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Meritis veſtræ devotionis inducimur, ut vos favore benevolo proſequamur, & in his quæ digne cupitis habeamus providentiæ ſtudiũ efficacis. Sane lecta corã nobis veſtra petitio continebat, quod poteſtas, Conſilium, Populus civitatis Anagnin. familiares, & ſervientes veſtros ad ſolvendum, contribuendum cum aliis civibus Anagn. in datiis, collectis, angariis & perangariis, expenſis, & aliis oneribus ſupradictæ civitatis propria temeritate compellunt in veſtrum præjudicium, & gravamen, quare humiliter petebatis à nobis, ut providere ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos itaque veſtris in hac parte gravaminibus occurrere cupientes, ut familiares, & ſervientes veſtri, commenſales dumtaxat, in datiis & aliis præmiſſis ſolvere & contribuere minime teneantur, nec ad ea compelli valeant ſine ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ faciente plenam, & expreſſam de præſentibus mentionem, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus. Nulli ergo

omni-

omnino hominum liceat hanc paginam noſtra conceſſionis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagn. Id. Junii, pontificatus noſtri anno V.

XXXIII. 34. LANDUS vixit anno 1263.

XXXIV. 35. PETRUS Viaticus *a* civis Anagninus Patruus Bonifacii VIII. cum eſſet Epiſcopus Tudertinus anno 1276. in Anagninam ſedem translatus eſt. Exceſſit anno 1277. („ *Sepelitur in Sacello Cajetanorum ſub hac inſcriptiuncula: In iſto tumulo requieſcunt „ oſſa D. Petri Epiſcopi, qui nutrivit Bonifacium Papam VIII.* Lucent.)

a Cajetanus.

XXXV. 36. NICOLAUS anno 1278.

XXXVI. 37. PETRUS de Aquino anno 1285.

XXXVII. 38. GERARDUS *b* Epiſcopus Anagninus anno 1291. 4. non. Maii ad Spoletanam Eccleſiam translatus, inde ad Atrebatenſem in Gallia, ex regeſt. Vat.

b Atrebatenſis Gallus.

XXXVIII. 39. PETRUS de Brunacho *b* Hiſpanus, à Capitulo electus ex Epiſcopo Signino confirmatur à Nicolao IV. anno 1291. *c* id. Maii, ex regeſto Vat. ep. 181. f. 31. anno 4. obiit anno 1295.

c Al. de Brunacho.

d 4. id. Maji.

XXXIX. 40. PETRUS de Turrite Canonicus Paduanus, & Bonifacii VIII. Capellanus, Petro ſucceſſit anno 1295. 12. Kal. Octobris translatus poſtea ad Averſanam Eccleſiam anno 1300. ex reg. Vatic. Hujus meminit Julius Cæſar Capaccius in Neapolitana hiſtoria, confundit tamen eum cum Petro ſuperiori. Dum hic Anagniæ divinum jus diceret, ibidem deceſſit Henricus de Villariis Gallus Archiepiſcopus Lugdunenſis, quem Petrus cum effigie ſepulchro inſculpta Gentilitiis inſignibus, atq; hoc inſulſo elogio in eccleſia S. Jacobi extra muros Anagn. ſepeliendum curavit.

Immaculata caro Procerum de ſanguine claro,
Hic jacet Henricus de villariis benedicti
Debet virtutum, vas Eccleſiæque ſecretum
Dapſilis ornatus, animi gravitate probatus
Eſt pius ex iſto precor, ipſum vivere Chriſte
Defunctum mundoque ſuum proteſte ſitendo,
Lugduni Chriſto fuit, Archiepiſcopus iſte,
Ut cum ſanctis teſte evoletur cum ſibi iſte.
Octavo decimo Julii, poſt Mille trecentos
Annos in primo moriens, eſt traditus humo.

XL. 41. LEONARDUS ex Canonico Cathedralis deligitur, à Bonifacio VIII. anno 1300. 3. Non. Auguſti ex regeſt. Vatic. ep. 268. fol. 195. ann. 5. Leonardo Præſule Bonifacius idem VIII. in Anagnina olim Eccleſia à puero educatus eam in viſceribus charitatis ita dilexit, ut indulta privilegia ab aliis prædeceſſoribus benigno favore confirmaverit, in eaque dignitatem Præpoſituræ inſtituerit anno 1301. Aſſervatur diploma in tabulario ejuſdem eccleſiæ, cujus tenor talis eſt.

BONIFACIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

INter cæteras Orbis eccleſias, quibus ſupernæ diſpoſitionis arbitrio præſidemus Ven. Anagninam Eccleſiam devotam ſedis Apoſtolicæ filiam favoris præcipui exhibitione proſequimur, & ſpecialiter gerimus in viſceribus charitatis, ſummis quippe reficimur gaudiis, fecundæque dulcedinis rore perfundimur, cum ipſius ſtatus Eccleſiæ felicibus circumfertur eventibus, & ſucceſſibus proſperis confovetur; Non enim in oblivionem deduximus, quin potius recenti memoria retinemus, quod nos olim in annis teneris conſtitutos ejuſdem Eccleſiæ copioſa benignitas propriis lactavit uberibus, dilexit ut mater, tractavit ut genitrix, educavit, ut nutrix prævenit gratiis, beneficiis honoravit; Ideoque dignè agimus, & rationabilibus motibus excitamur, quod paternæ ſollicitudinis ſtudio tranquillum, & proſperum ſtatum ejus exquirimus, & ad ſuorum incrementa profectuum opem, & operam ſollicitam impertimur. Ab olim ſiquidem poſt noſtræ promotionis auſpicia frequenti conſideratione diſcuſſimus, & intendimus diligenter quod honore, & commodo ejuſdem Anagninæ Eccleſiæ quamplurimum expedire dinoſcitur ut in ea perſonatus, vel dignitas habeatur pro eo, quod is, qui perſonatum, vel dignitatem hujuſmodi pro tempore obtinebit, quaſi ſpecialis Dux, & auriga præcipuus exiſtet Capituli

A *Anagnini, & circa bona, & jura ipſius ſolliciti adminiſtratoris effectum jugiter exercebit, ac propterea non immeritò cupientes ut hujuſmodi noſtra digno, & laudabili conſid. ratio tranſeat in effectum, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ordinamus, & volumus ut ex nunc in eadem Eccleſia Præpoſituræ dignitas habeatur perpetuis futuris temporibus duratura, quodque Præpoſitus, qui pro curſu temporis in Eccleſia fuerit ſupradicta bona omnia memorati Capituli gubernet fideliter, & ſollicitè adminiſtret, cujus electionem ad Capitulum prædictum, & ejuſdem electionis confirmationem ad Venerab. fratrem noſtrum Leonardum Epiſcopum Anagninum, ejuſque ſucceſſores qui pro tempore fuerint decernimus pertinere. Qui quidem Præpoſitus de mortuariis omnibus, & fructibus pervenientibus, redditibus, & obventionibus univerſis ejuſdem Eccleſiæ, qui quomodocumque, qualitercumque, ac undecumque ad dictum Capitulum, ſeu canonicos pervenient Anagninos, tantum annuatim percipiat quantum percipiunt, vel percipient duo ex Canonicis ſupradictis. Et teneatur præfatus Præpoſitus ter in anno quolibet in Capitulo Epiſcopo ipſo præſente, vel ejus ſucceſſore, qui pro tempore fuerit, ſi vocatus voluerit intereſſe, de his quæ ad eumdem*

B *noſcuntur Epiſcopum pertinere, & de aliis eodem irrequiſito Epiſcopo reddere rationem. præanominatus quoque Præpoſitus, cum ipſum aſſumi contigerit, præſtet corporaliter juramentum, quod bona omnia ipſius Eccleſiæ fideliter adminiſtrare curabit, ac ea, vel ipſorum partem aliquam non alienabit quoquomodo. Poſſit inſuper idem Præpoſitus auctoritate propria interdicere, ſuſpendere, & excommunicare Canonicos, & Clericos Eccleſiæ ſupradictæ, ſtatuta ipſius temerè non ſervantes, at etiam chorum, cultumque divinum in præfata Eccleſia ordinare, ac exceſſus leves corrigere, qui ab eiſdem Canonicis, & Clericis in choro prædicto, vel etiam extra ipſum pro tempore committentur. Enormes verò exceſſus eorum Epiſcopus, & ſucceſſores præfati pro tempore exiſtentes correctionem exigere valeant, cum Præpoſito, & capitulo ſupradictis. Nec poſſit idem Epiſcopus, vel quivis de ſucceſſoribus memoratis in civilibus, vel criminalibus in eumdem Præpoſitum interdicti, vel ſuſpenſionis, aut excommunicationis ſententiam, niſi cum totius capituli Anagnini conſenſu, vel duarum eius partium promulgare, dictuſque Præpoſitus*

C *in Choro, & Capitulo, ac proceſſionibus quibuſcumque habeat, & teneat primum locum, ſitque in omnibus ſuper Canonicis ſupradictis, ac electionis tempore de dicto Præpoſito faciendo, is, quem contigerit eligi, ſit, & eſſe debeat in ſacris ordinibus conſtitutus, alioquin ejus electio nullius penitus ſit momenti. Præfatus etiam Præpoſitus diſtributiones, & obventiones alias ejuſdem Eccleſiæ poſſit eiſdem Canonicis, ac ſtipendiatis etiã ipſius Eccleſiæ, qui pro ejus negotiis de præfati licentia, vel mandato Præpoſiti laborabunt liberè exhibere, poteſtate, quam in hoc idem Epiſcopus, ejuſque Vicarius ex ſtatutis ejuſdem Eccleſiæ hactenus obtinebant, eis penitus interdicta. Pecunia præterea, quæ ipſi Eccleſiæ pro eius opere à quibuſcumque relinquitur, ſive datur, cuſtodiatur ſollicitè per Epiſcopum, & Præpoſitum ſupradictos, ac per eos communiter expendatur, omneſque ſumptus in cera, Oleo, & reparatione, & conſervatione ipſius eccleſiæ pro tempore faciendos. dictus Epiſcopus de bonis ſuis pro tertia parte facere teneatur, quemadmodum partem ſimilem recepit de oblationibus antedictis. Ac idem Præpoſitus in Caſtro ejuſdem Eccleſiæ cameram habeat, illamque videlicet, quæ ſub refectorio cernitur conſtituta ipſius Eccleſiæ ſumptibus re-*

D *parandam. Quæ quidem omnia, prout ſuperius continentur ex tunc decernimus in eadem eccleſia perpetuis futuris temporibus obſervanda, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis vel aliquo præmiſſorum ſcienter, vel ignoranter quavis auctoritate à quoquam contigerit attentari. Nulli ergo &c contraire Si quis autem &c ſe noverit incurſurum. Data Anagniæ 8. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno VII.*

Anno 1303. Benedictus XI. ad favorem Capituli, & Canonicorum Anagninæ Eccleſiæ Leonardo Præſule ſequens favorabile dedit Diploma, inter monumenta ejuſdem Capituli repertum.

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ven. fratri . . . . . Epiſcopo, & dilectis filiis Præpoſito, & Capitulo Anagnino ſalutem. & Apoſtolicam benedictionem.

DIgnum eſſe, & quaſi debitum arbitramur, ut Eccleſiam Anagninam Apoſtolici favoris attollamus præſidiis, &

cauſa poſuit. MDLXXXVIII.

LII. 53. ODDO de Vannis Anagninæ Eccleſiæ adminiſtrator fuit 1428. Martinique V. Theſaurarius.

LIII. 54. FRANCISCUS Sueſſanus à Martino V. electus eſt, ac 2. ipſos annos illam Eccleſiam adminiſtravit anno 1429. deinde ſub Nicolao V *a*. ſponte illo munere ſe abdicavit.

a an. 1451.

LIV. 55. SALVATOR è Genazano Anagninæ Cathedralis Canonicus à Nicolao V. ejuſdem Epiſcopus electus eſt an 1451. 18. Kal. Martii. Deceſſit an. 1480.

LV. 56. GENTILIS electus eſt à Sixto IV. 1480. 5. id. Sept. de quo acta Conſiſt. Deceſſit 1484.

LVI. 57. FRANCISCUS Machabrunius Tudertinus, Benevento oriundus, Canonicus S. Joannis in Laterano, electus eſt 1484 13. die Octob. Deceſſit dum ſuam Eccleſiam adminiſtraret, tumulatuſque eſt in Cathedrali, ubi in pavimento ejus ſepulchrum cum hac inſcriptione perſpicitur.

Hoc in ſarcophago Franciſcus nomine dudum
Præſul Anagninus conditus. Spiritus Chriſti
Recolit Sedes. Tenet oſſa Tellus.

LVII. 58. FERDINANDUS de Gaziano ann. 1510. Ejus memoria extat in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. Deceſſit 1515. ex actibus Conſiſtorialibus.

LVIII 59. JACOBUS, Bongallus de Filacciano, familiaris Leonis X. Pont. Max. ab eodem electus eſt an. 1515. 17. die Decemb. Vix annum integrum ſedit, cum Nepeſinus, Sutrinuſque Epiſ. renunciatus eſt.

LIX. 60. FRANCISCUS Soderinus Card. Florentinus à Leone X. Pont. Max. hujus Eccleſiæ adminiſtrator præpoſitus eſt 1516. die 5. menſis Nov. qui poſt 7. annos, hanc eandem in ſequentem virum contulit dignitatem.

LX. 61. LUCAS JOANNES *b* Volaterranus, Card. Soderini intimus familiaris, ejuſdem favore ad Anagninum Epiſcopatū pervenit anno 1523. die 4. menſ. Martii. Sed opinione citius ejus oneris pertæſus illud abjecit, Volaterraſque reverſus, uſque ad annū 1541. tranquillam vitam peregit: deinde è vivis exemptus 25 die Septembris, apud Eccleſiam S. Franciſci tumulatus eſt, in nobili marmoreo ſepulchro, quod olim eidem ſuorum pietas munificētiſſimè ſine inſcriptione erexerat. („ *Medicæ Profeſſionis fuiſſe, & medicas* „ *adhibuiſſe manus Card. Soderino ex Schedis docemur* „ *Ciampini* Lucent.) *Ejus cum laude meminit Aonius* „ *Palearius in Epiſt. 63. 65.*)

b Sive Joannius.

LXI. 62. Epiſcopatus munere Lucæ Joāni ultro abeunti ALEXANDER Card. Farneſius à Clemente conſtitutus adminiſtrator, ſucceſſit die 3. menſis Aprilis ejuſdem anni, uſque ad 7. diem *c* Maii, ex quo illum liberè in manus Pontificis reſignavit.

c Junii 1525. ex Actis.

LXII. 63. CONRADUS de Carbonaria *d* à Clemente VII. factus eſt Epiſcopus an. 1525 *e*. Deceſſit 1534.

d Cervan. ex Actis. e 27. Junii.

LXIII 64. JO. VINCENTIUS Card. Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus Anagninæ Eccleſiæ extitit Adminiſtrator anno 1534. die 18 menſis Decemb. illamque obtinuit uſque ad annum 1541. contulitque deinceps illam in hunc, qui proximè ſequitur.

LXIV 65. PETRUS Sarmenius Hiſpanus Compoſtellenſis Card. Anagninæ Eccleſiæ poſt Caraffam Adminiſtrator evaſit anno 1541. *f* quam deinceps obtinuit uſque ad 6. diem Aprilis ejuſdem anni. Deceſſit Epiſc. Card. (1) Albanus 1571. conſule quæ ſupra narravimus.

f 18. Januarii.

LXV. 66. MICHAEL Torelius, Aliſanus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1541, die 6. menſ. April. poſt cujus exceſſum, Anagnina adminiſtratio ad Card. Compoſtellanum rediit.

LXVI 67. BENEDICTUS Card. Lomellinus Genuenſis, non ſolùm natalibus nobilis, ſed etiam rariſſimis animi dotibus, Paulo IV. in paucis charus, ab ipſo Apoſtolicæ Cameræ Clericus effectus eſt, poſtea Vigintimilienſis Epiſcopus, deinde ad Lunenſem, ac Sarzanenſem pertranſiit, Caroloque Caraffæ Card. ad Regem Hiſpaniarum Legato, attributus conſiliarius, ſecretorumque particeps. Demum à Pio IV. creatus eſt presb. Card. tit. S. Mariæ in Aquiro anno 1565. deinde Sabinenſis (2) Epiſcopus, nec multo poſt Anagninus declaratus eſt anno 1572. die 17. menſis Martii, quam quidem Eccleſiam egregiè adminiſtravit, clerumque tantiſper lapſum ad meliorem frugem traduxit ex præſcripto Sacroſancti Tridentini Concilii; ſervata fama virtutis, ut vixerat, glorioſè deceſſit, Gregorio XIII. ſedente 1579. 7. Kal. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Sabinam, cujus titulo inſignitus erat, cum hoc ſubjecto epitaphio.

D. O. M.

Benedicto Lomellino, qui eruditione inſignis, Romana Aula varios honores emenſus, a Pio IV. Pont. Max. in Card. Colleg. fuit adlectus, cuique ob eximiam pietatem, fidem, juſtitiam, ſummamque humanitatem major voto hominum praoptata dignitas morte prærepta gloria intendit. Lofredus Lomellinus ſuppl. libellorum magiſter, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Commiſſarius Generalis, ad memoriam gentilis, & Patroni optimi conſervandum poſuit.

Obiit vii. Kal. Auguſti anno à Salvatore nato MDLXXIX. Annum agens LXII.

68. GASPAR Vivianus Urbinas à Gregorio XII. ſummo Pontifice ad hanc Eccleſiā promotus eſt 1579. die 3. menſ. Auguſti. Ad multos annos illam rexit Eccleſiam, atque è vivis exemptus anno 1605. ſepultus eſt in Cathedrali, in tumulo quod ſibi, ac ſucceſſoribus vivens poſuerat cum hoc epitaphio. LXVII.

Gaſpar Vivianus Urbinas Epiſcopus Anagninus, ut moriturus, vivens ſibi, ac ſucceſſoribus poſuit. Vixit annos LXXX. Obiit Epiſcoporum (3) decanus. Die XXVI. Maji MDCV.

Urbini in Eccleſia S. Franciſci hoc ejus honorarium in marmore ſpectatur epitaphium.

D. O. M.

Gaſpari Viviano Epiſcopo Anagnino pietate, litteris, & moribus inſigni ad Typographiam exterarum Gentium inducendam, ad Collegium Græcorum erigend. ac in eorum linguam Concilium Florentinum convertendum, ex Creta dum Sytienſis Epiſcopus a Paulo IV. à Gregorio XIII. Sum. Pont. in Italiam vocato Jo: Baptiſta I. V. D. & Jo: Maria poſuere ſibi fratris mæſtiſſimi Patruo benemerenti.

MDCV.

69. VICTORIUS Guarinus Privernas à Paulo V. electus eſt ann. 1605. die 4. menſ. Julii. Duos omnino annos Anagninis jus divinum dixit *g*. Deceſſit anno 1607. ſepultus in patria, in Eccleſia Majori hoc habet epitaphium. LXVIII.

g Hujus perbelle meminit Theodorus Valle in hiſt. Privern. lib. 2. pag. 160. Mand.

D. O. M.

Victorio Guarino Privernati Epiſcopo Anagnino, qui Ptolomæo Gallio Card. Comenſi in primis charus, multiſque per diu apud eum muneribus egregie functus. Ob inſignem virtutem, vitæque integritatem ad Epiſcopatum evectus dum gregi ſuo invigilat ad paſtorem animarum Deum evocatus, è vita migrat, anno Domini MDCVII. ætatis ſuæ anno XLVII. Ptolomæus Guarinus eques S. Stephani fratri optimo mon. poſ.

70. ANTONIUS Seneca Nurſinus, quem multæ, exaggeratæque exornarunt virtutes, unus ex Reformatoribus ſub Clemente VIII. à ſacra Congregatione adſcitus, à Paulo deinde V. Anagninus Epiſcopus ſubſectus eſt anno 1607. die 25. menſ. Junii *h* Deceſſit Romæ 1626 die 11. menſ. Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Apoſtolum. In Anagnina Cathedrali * Eccleſia corpus deinde ejus opera Alexandri Rauli tunc Canonici, poſtea Epiſcopi Viciaquenſis in ſacello S. Caroli à familia nobili Raula conſtructo, cujus Divi olim Me- LXIX

h Hujus meminit Dominicus Regi in Notit. hiſtor. Miniſtr. integrat. p. 110. Mandoſ.
** Ex Ap. t.g.*

Italia Sacra Tom. I. O 3

(1) Deceſſit Presb. Card. SS. XII. Apoſtolorum, non autem Epiſcopus Card. Albanenſis, ut hic arbitratur Ughellus, & nos oſtendimus in ſerie Albanenſium. *Lucentius.*

(2) Error irrepſit in Ughello, cum ſcripſit poſt titulum S. Mariæ in Aquiro creatum fuiſſe Epiſcopum Sabinenſem, cum multum ab ea optione diſtaret, & voluiſſet ſcribere Presbyterum S. Sabinæ. *Luc.*

(3) Dicitur Epiſcoporum Decanus. Qui nonaginta enim ferè annos tranſegerat in Epiſcopali dignitate, cum jam primum Sithienſis fuerit creatus Antiſtes an 1556. & an 1557. obtinuerit Hierapetrenſem propter unionem perpetuam cum Sithienſi: ita accepi ex Schedis Ciampini. Inſigne Vivianorum eſt pes herbæ, vulgo nuncupatus *Sempre vivo*, cum fructibus rubris in campo argenteo. *Luc.*

Mediolani diu fuerat Vicarius, reconditum fuit: cujus ſepulchrum hoc epitaphio exornatur. A

D. O. M.

Antonio Seneca Epiſcopo Anagnia, Cujus egregiè navata opera in Eccleſia Mediolanenſi apud Archiepiſcopos Carolum cardin. Borromeum, Gaſparem Vicecomitem, Federicum Card. Borromæum, Romæ in Principe religionis æde apud Clementem VIII. Paulum V. & Urbanum VIII. PP. MM. famam immortalitati commendavit. Vixit annos LXXXIII. menſes VII. dies XII. Obdormivit in Domino Sabato xxix. Auguſti MDCXXVI.

LXX. 71. JO: GASPAR Melis de S. Victoria Picenus ab Urbano VIII. electus anno 1626. die 15. menſ. Septembr. Vir integerrimus, ac morum ſuavitate ſpectabilis, cui me plura debere profiteor; ejus etenim ſtudio, & propenſiori benevolentia erga me, ad hunc qualemcumque laborem antiqua Anagninæ Eccleſiæ monumenta mihi patuere. Obiit ann. 1642. menſe Januarii, ſepultus in Cathedrali. B

LXXI. 72. SEBASTIANUS Gentilis *a*, nobilis Fulginas Io: Baptiſtæ, & Flaminiæ Spinulæ filius, V. S. R. Sacræ Conſultæ (1) Præfectus, Vicarii Urbis Locumtenens, ab Urbano VIII. Epiſcopus Anagninus electus ann. 1642. menſe Februar. munus conſecrationis ſuſcepit 25. Martii ab Alexandro Card. Cæſarino in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam. * Præfuit ferè an. 4. inciditque in malam valetudinem, ob quam ab Innocentio X. Pont. Max. obtinuit liberam Epiſcopatus dimiſſionem. („ 3. *Octob.* 1646.)

a De eo Jacobillus in Biblioth. Umbriæ pag. 245. *Mandoſ.*

* Ex Ap. t. 5.

LXXII. 73. PETRUS Franciſcus Philonardus Romanus cedenti Sebaſtiano ſubrogatus eſt ab eodem Innocentio X. an. 1646. die 3. Decembris.

ADDITIO.

(„ *Sui deſiderium fecit anno* 1662.

LXXIII. „ JO. LAURENTIUS *Caſtellioneus I. V. D. Diœ-* „ *ceſis Aquæ-pendentis ad hanc ſedem promotus* 13. *Mar-* „ *tii* 1662. *Aquæ pendentis olim fuerat Vicarius Gene-* „ *ralis, & deinde Neapolitana Nunciatura Generalis* „ *Auditor. Demum ad Eccleſiam Aquæ-pendentis* „ *translatus eſt* 9. *Decemb.* 1680. („ *Hujus evulgata ſunt* „ *elogia in Canonizatione SS. Petri de Alcantara, &* „ *Mariæ Magdalenæ de Pazzis in opere, cui titulus:* A- „ cta Canonizationis SS. Petri de Alcantara &c. pag. „ 191. 246. *Mandoſius.*) C

LXXIV. „ BERNARDINUS *Maſſarius Peruſinæ Diœce-* „ *ſis I. V. D. Sac. Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, & in* „ *Nunciatura Neapolitana Generalis Auditor, ætate* „ *jam ſexagenarius ſacro Anagninæ Cathedræ Diade-* „ *mate redimendus eligitur* 23. *Junii* 1681. *Hujus eximia* „ *beneficentia potiſſimùm illuxit, cum Alatrinus Epiſ-* „ *copus Michael Angelus Maria Brancavalerius im-* „ *proborum calumniis impetitus Anagniam receſſit, quem* „ *apud ſe excepit, fovit, adſtititque ægrotanti, & morte* „ *ſublatum inferiis funebribus in ſua Cathedrali deco-* „ *ravit. Solemni quinq; Sanctorum Apotheoſi, habita ab* „ *Alexandro VIII. ſuo ſuffragio adfuit. Luc.*)

(„ *Obiit Bernardus an.* 1696.

LXXV. „ PETRUS *Paulus Gerardus, Anagninas, quem* „ *tamen Romæ natum nonnulli affirmant, Anagninæ* „ *Eccleſiæ præfectus die* 3. *Martii* 1696. *atque die* 29. „ *Maij ejuſdem anni conſecratus: qui, cum* 12. *annos ſa-* „ *crum Anagninis jus dixiſſet, fato raptus eſt die* 31. „ *Maij* 1708. *in ſua Reſidentia.* D

LXXVI. „ IO. BAPTISTA *Baſſi Presbyter de Oppido Fe-* „ *lettis nullius Diœceſis Provinciæ Taurinenſis anno-* „ *rum* 63. *I. V. D. Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ* „ *Taurinenſis, & Vicarius Apoſtolicus in Civitatibus,* „ *& Diœceſibus Anagninen. & Ferentinen. aſſumptus* „ *eſt ad Eccleſiam Anagninam die* 3. *Octob.* 1708. *Fue-* „ *rat Vicarius Generalis Archiepiſcopi Taurinenſis,* „ *nec non munus Internuncii Apoſtoli in eadem Civitate* „ *exercuerat, ac S. Officii Conſultoris, & Vicarii Apo-* „ *ſtol. in Civitate Auximana officia laudabiliter exple-* „ *verat.*

ANCONITANI

EPISCOPI.



ANCONA Civitas, ab antiquis inter Gallos, Italoſque ut definitus terminus ponitur, unde ſcilicet, terminata Italia, Senones Galli, totaque togata Gallia principium ſumeret. In Marchiæ hoc tempore civitatibus numeratur, ita ut totius Marchiæ, quam ex ejuſdem nomine Anconitanam vocamus, caput, ſedeſque conſtituatur. Quippe in ea Longobardorum præfecti, cæteris Picenatibus tanquam è digniori loco legem ſcripturi, Thronum olim præfixerant, atq; è Marchia, Marchionum, qui illam Provinciam adminiſtrabant, nomen profluxit. In Promontorio Cumerio ſita eſt in ipſo flectentis ſe oræ cubito, unde è Græco verbo, angeon *a*, quod cubitum ſonat, nomen ſortita eſt. Quare Plinius lib. 3. c. 13. ita inquit. *Ancona adpoſita Promontorio Cumerio in ipſo flectentis ſe oræ cubito.* Strabo autem lib. 5. *Sita eſt Ancona in Promontorio, quod ſuo verſus Septentrionem flexu Portum includit.* Procopius vero Gothicarum rerum lib. 2. *Ancona iſta rupes quædam eſt anguloſa, unde etiam nomen ei quæſitum, quippe inflexo cubito quam ſimillima eſt.* Mela item lib. 2. c. 4. *Flumina Methaurus, atque Æſis, hinc illa in anguſto illo duorum Promontoriorum ex diverſo coeuntium ſinu inflexi cubiti imagine ſedens, ac ideo à Græcis dicta Ancon.* De ejus fundatione diverſa diverſi protulere Auctores, tametſi veroſimiliorem ſententiam arbitrentur plerique à fundata Roma anno 350. Ante verò Chriſtum natum ann. 400. ab exulibus Siculis, qui Dionyſii Tyrannidem excuſſuri, eò loci profugerant, Anconam habuiſſe principium. Quod ipſum pauciſſimis verbis, ſed perſpicuè, loco ſupra citato, Strabo commonſtrat. *Græca eſt urbs Ancon, à Syracuſanis condita, qui Dionyſii fugerant Tyrannidem.* Solinus verò cap. 8. *Notum eſt Ancon à Siculis conſtitutum.* Plinius demum lib. cit. *Humana à Siculis condita, ab iiſdem colonia Ancon*; quanquam non deſint, qui velint Anconam à Græcis Doricis exordium habuiſſe, illud ipſum ex illo Satyrici Juvenalis carmine. Satyr. 4. ſuſpicati.

Ante domum Veneris quam Dorica ſuſtinet Ancon.

Qui cum hoc dicunt nec illi certè falluntur, ſi cum Poeta germanum ſenſum velint amplecti; ſiquidem Doricam Anconam Juvenalis appellat, ut innuat à Syracuſanis fuiſſe fundatam, quos iterum Græci Dorici progenuere. Cæterùm ſatis ridiculè illi, qui Ancum Romanorum Regem Anconam fundaſſe, nullo fundamento veritatis innixi, comminiſcuntur. Conſtat tamen à Romanis factam fuiſſe Coloniam, tametſi ignoretur quo præcipuè tempore. Suſpicantur tamen, qui veterem hiſtoriam callent, poſt Tarentinum bellum id accidiſſe, cum ſcilicet P. Sempronius Con-

a ΑΓΚΩΝ.

(1) At alio officio, quam præfectura functum fuiſſe cenſendum in ea Congregatione. Præfecti ſiquidem munus ſemper reſidet penes aliquem ex Cardinalibus, & apud eum ſanè, cui apud Summum Pontificem pro tempore totius Eccleſiaſticæ ditionis regimen proximè incumbit. *Laurent.*

Conſul Picentinos perdomuiſſet, Romanoſque fines, uſque ad Æſim fluvium, in Italiæ finibus feliciter extendiſſet, diviſiſſetque per centurias territorium ad Gracchianos limites attributum colonis, ut in libro de limitibus facilè perſpici poteſt. Itaque cum Romanum Imperium ſubiiſſet Ancona, opportunitate portus ſemper apud Romanos in pretio habita eſt, ut lib. 41. affirmat Livius. Adverſus Illyricorum claſſem creati Duumviri navales erant, qui ad tuendam an. navibus maris Superi oram, Anconam, velut cardinem haberent. Trajanus ſumptuoſo opere, ac planè pluſquam regio Anconitanum portum reſtauravit, in cujus honorem S.P.Q.R. ibidem triumphalem fornicem munificentiſſimè erexit, cujus adhuc veſtigia nonnulla, (1) quæ temporum eluſerunt injuriam, cernuntur. Quin hoc tempore etiam Pontificum Romanorum accurata ſolertia Anconitanus portus, munimentis, Populorum frequentia; nobilium etiam mercium multitudine inter Europæos nulli habetur ſecundus. Itaque cum diu ſub Populi Romani majeſtate, nulli externarum gentium injuriæ opportuna Ancona conquieviſſet, cum ruina tandem Populi Romani, totius quondam orbis victoris, & ipſa concidiſſe viſa eſt, deſidenteque Conone Juſtiniani Imperatoris copiarum ductore, à furentibus Gothis (2) tale excidium paſſa, ut plus dimidia parte miſerabili ruina conciderit. Acceptæ deinde cladis maculam Narſetes egregiè ultus eſt, quippe occiſis, fugatiſque Gothis Anconam iterum in priſtinam libertatem aſſeruit. Demum Lothario imperante, ſedenteque Sergio Pontifice, Longobardi ferro, flammaque ſuccincti eandem civitatem, uſque ad extremum (3) propemodum excidium depopulati ſunt, ut Blondus narrat. Cæterùm ex Anconitano populo, qui hoſtium rabiem ſævientem effugerant, in deſolatam penitus civitatem remigrarunt, inductaque quadam publicæ rei libertatis imagine, rem omnem per annuos Magiſtratus adminiſtrabant, pontificiorum Adminiſtratorum, qui illuc à Romanis adlegari ſolebant, excuſſo fræno. Quam illi ex miſeriis recuperatam libertatem, uſque ad VII. Clementis tempora, mordicus tutati ſunt, donec Pontifex per Bernardinum Barbam Caſalis Epiſcopum, Aloyſiumque Gonzagam eccleſiaſticæ militiæ ducem promptiſſimum, prævalida conſtructa arce, perque vim, perque dolum majoribus tormentis inſtructa, excluſaque juventute, quæ per ſpeciem auguſtioris pompæ advenienti legato prodierat, Anconitanos Magiſtratus ad Romanorum Pontificum Imperium redire coegit. Profuit Pontificiorum actus depoſitæ civitati, ſiquidem ex eo cœpit nobilius frequentari, opibuſque adauctis, in priſtinum ſplendorem ita viſa eſt rediiſſe, ut meritò ſub Pontificibus Anconitanus Portus totius Italiæ longè nobiliſſimus poſſit haberi. Neque tamen his deſituris fortunis magis Ancona ditata eſt, quàm ſpiritualibus bonis; etenim in ea ad munimen ſalutis, plura SS. Martyrum corpora conquieſcunt, qui ſub furente gentilitate animam profuderunt, & ſanguinem, ut SS. Peregrinus, Heraclius, ac Flavianus, qui Diocletiano, ac Maximo, non tam imperantibus, quam in Chriſtianum populum debacchantibus, glorioſè martyrii metam decurrerunt. Quorum paſſio ib. die menſ. Maii habetur celebris. Ditant etiam eandem civitatem S. Liberii confeſſoris, Joannis Armeniæ Minoris Regis filii, SS. Palatiæ, & Laurentiæ virginum, & martyrum reliquiæ, quos inter tutelares Divos Ancona veneratur, & colit. Princeps tamen civitatis protector S. Cyriacus Epiſcopus eſt, cujus nomini nobiliſſimæ architecturæ templum dedicatum eſt, quod nonnulli hoc illud eſſe celebre Veneris templum arbitrantur, in Promontorio Cumerin ad perennitatem ædificatum, cujus hoc tempore, ne tenuia quidem apparent veſtigia. Epiſcopali dignitate hæc civitas jam inde à proſeminato evangelio condecorata eſt, ejuſdemque Præſulum antiquiſſima memoria habebatur, ſed antequam Diocletianus Imperator per ſummam impietatem Chriſtianæ Religionis, ejuſdemque privatarum Eccleſiarum acta convelleret. Ex eo, rebus eccleſiaſticis denſiſſimæ tenebræ cœperunt effundi, ſi ex antiquis Romanis Martyrologiis prodeuntem lucem exeipias. Eccleſiæ Anconitanæ Humana juncta eſt à Martino V. Columna, anno 1422. Quamobrem ex eo tempore Anconitani Antiſtites utroque dignitatis titulo gaudebant, ut poſtea dicemus.

ADDITIO.

(„*Stephani Eccleſiam antiquitus pro Cathedrali „Epiſcopis, inſerviſſe habemus, deinde eam S. Laurentii majoris, quæ modò nomen Cyriaci ſuſtinet, cujus „corpore geſtit, aliiſque plurimis reliquiis, inter quas „Saxum, quo lapidatus fuit D. Stephanus, celebre „apud S. Auguſtinum. Nobili Clero eadem Cathedralis illuſtratur, videlicet tribus dignitatibus, Archidiacono, Archipresbytero, & Primicerio cum 12. „Canonicis, & 2. Manſionariis, ſive Canonicis ſupranumerariis, cum inferiori clero, & Clericorum „Seminario. Decem Parochiales Eccleſiæ populo ſacra miniſtrant, inter quas inſignis eſt Collegiata ſub „nomine S. Mariæ della Piazza, fulgens dignitate „Præpoſitura, & 6. Canonicis; alia etiam eſt Græci „ritus, quæ S. Annæ dicatur. Monialium ſepta q.cum „puellarum miſerabilium conſervatorio. Virorum Cœnobia 12. quibus adde Domum Sacerdotum Oratorii. „Ex his patet Collegium S. I. nobilioribus quibuſque „diſciplinis excolendis animis, & Schola Pia pueris „inſtruendis. Laicorum Confraternitates plures, Hoſpitalia 4. & Mons Pietatis. Epiſcopus nullam aliam „præter ordinariam juriſdictionem habet, licet intituletur Comes Humanæ. Cæterum ipſa civitas 12000. „circiter Mortalium enumerat, comprehenſis 1000. „ferè Judæis. Univerſa diœceſis ad 16000. aſcendit, „quibus per 24. Parochos ſacra miniſtrantur. Singula „loca habent ſuas Laicales Confraternitates, & ferè „ſingula montem Frumentarium. Sparſim per diœceſim 5. virorum Cœnobia ſpectantur, quorum præcipuum eſt Abbatia Camaldulenſium in Monte Conero. „Taxa Cameralis hujus Eccleſiæ eſt flor. 443. Redditus menſæ Epiſcopalis plus minuſve 4000. ſcutorum „ſunt. Loca Diœceſeos, nonnulla Plebania rurales, „quæ pluribus animarum centenis coaleſcunt, cætera „oppida munita ſunt.* Cura delle Gratie. Pietra della Croce. Montagnolo. Caſtro. Torette. Humana. Polverigi. Paterno. Maſſignano. Galimano. Poggio. Varano. Caſtel d'Emilin. Camerata „Caſſero. Mont'acuto. Sirolo, *ubi celebre Crucifixi expirantis imago, & templum.* Falconara. Gugliano. Sappanico. Caſtel Ferretti. Camurano. „Monteſicuro. *Luc.*)

Sequens catalogus Anconitanorum Epiſcoporum, quẽ modo, amice Lector, proferimus, ingenti labore à nobis erutus eſt à plurimis, diverſiſque manuſcriptis, ejuſq; eccleſiæ publicis tabulis. Qui ſi minus tibi completus videbitur, injurias temporum incuſato magis, quam noſtrum hunc qualemcumque conatum. Primus igitur, qui inter Anconitanos Epiſcopos occurrat antiquior, ſequens eſt.

1. S.

(1) Viſitur adhuc integer, ornatu tantum ſtatuiſque denudatus, inter quas Trajanus ipſe ex ære aurato inſidens equo exurgebat. Equeſtrem hanc molem pro ſtemmate efferre Anconæ Civibus indulſit ipſe Trajanus, quam admiſere deletis è ſcuto gemino, ſeu Pardo, ſeu Leone. *Luc.*

(2) Excidium paſſam à Gothis Anconam, ut plus dimidia parte conciderit, mendosè pronunciatum à Blondo habemus, qui ſanè id afferendi Ughello Auctor fuit. Sigonius ſiquidem, Procopius, aliique narrant: Italiam ſub Gothorum jugo marceſcentem an. 549. adhuc in ſuo robore permanentes inſperaſſe Anconam, Anconam &c. Igitur Totila Gothorum rex VIII. ſive VII. Anconam obſidet: & cepiſſet, ni claſſe imperiali adveniente fugatus fuiſſet an. 552. unde à Gothorum peſte liberata Italia. *Luc.*


(3) Hic iterum claudicat Ughellus. Nam Italia, Gothis deletis, Longobardorum alluvione oppreſſa, Ancona ex paucis una, adhuc ſibi conſtans poſt annos 160. nullis clade, nulla armorum vi tandem Luitprando ejus ſtirpis X. Regi nomen dedit, & jura an. Chr. 717. Inde Longobardi ſedem, & domicilium in Ancona ponentes Anconitani ſunt appellati: indeque tamquam è digniori loco cæteris Picentibus legem ſcripturi Præfecto Marchionis nomen indidere & tunc primum ejuſmodi titulus effluxit. Paucis deinde elapſis annis Carolus M. Italiam vacuam Longobardis fecit, & tunc an. 773. Anconitani in Clientelam S. Sedis ſeſe receperunt annuo cenſu exhibito. Donec ſeculo nondum decurſo à recuperata libertate Saraceni Duce Sabba Anconam ferro, flammaque delevere. Et tunc qui reliqui erant Anconitani, et brevi longarunt, & per ſeſe adminiſtrarunt uſque ad Clementis VII. tempora. *Lucend.*

I. 1. S. CYRIACUS (1) Anconitanus Epiſcopus. Hic cum Anna Matre SS. fœmina, ut S. Hieroſolymitana loca inviſeret, paterna domo digreſſus, repertuſque Chriſtianus, ſub Juliano Apoſtata per diverſa, exquiſitaque tormenta nobile conſumavit martyrium. a 4. Non. Maji an. 162. Neque matrem, quæ ad hujuſmodi agonem filium fuerat adhortata, ignobilior manſit palma martyrii. Siquidem & ipſa cõprehenſa poſtera die, capillis illigata pependit, ignitoq; ferro cruciata evolavit ad cœlũ. Ejus corpus ibidẽ ſepelierunt Chriſtiani. Quorũ deinde corpora Galla Placidia Auguſta Anconam transferenda curavit, inq; Cathedrali condenda, quæ communi conſenſu Anconitanorum S. Cyriaco deinde conſecrata eſt, tanquam ejus civitatis Protectori præcipuo. Horum feſta dies ſupra memorato die concelebratur. * Ex App. c. 2. * De quibus quæ narravimus, ex antiquo mſ. codice hædino Nooantulano, quem Sanctuarium vocant, accepimus. Illorum meminit Martyrologium Rom. Beda, Uſvardus, & alii. Quorum tamen acta, ut in notis ad Romanum Martyr. recte notat Baronius, indigent correctione, quippe quæ inverſo hiſtoriæ ordine Cyriacum Hieroſolymitanum Epiſcopum faciant. Qui error Ferrario in Catalogo Italorum Sanctorum, ex Jacobo de Voragine, aliiſque impoſuit. Appoſitè autem argumentatur Baronius non potuiſſe Cyriacum Hieroſolymitanum per ea tempora Epiſcopum eſſe, cum illi eccleſiæ Cyrillus præeſſet, qui fuit ſuperſtes uſque ad tempora Theodoſii Imperatoris, interfuitque Conſtantinopolitano Generali Concilio. Igitur Cyriacus fuit Anconitanus Epiſcopus, ſed cum per ea tempora ad loca S. in Hieruſalem celebris peregrinatio eſſet, ut ſcribit Hieronymus ad Euſtochium in præfat. ad Ezechielem Prophetam, ipſe quoque cum matre Anna illuc peregrinatus eſt, adeptuſq; palmam martyrii. Itaque cum Epiſcopus eſſet, ac in Hieruſalem Martyr fuiſſet effectus, potuit in ejuſdem actibus ex incogitantia ſcriptorum irrepſiſſe, fuiſſe illum Hieroſolymitanum Epiſcopum; tum quod Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanus potuit apud vecordes, minuſque curioſos in Cyriacum degeneraſſe. Utcunque res ſit, hujus noſtri Cyriaci Anconitani vitam egregiis carminibus complexus eſt Baptiſta Mantuanus egregius per ea tempora Poeta, quem tamen non minus quàm Ferrarium idem error tranſverſum egit. Quem quidem errorem, ut doctè, ſcitèque Baronius jugulat, ſic etiam ex eo redargui poſſe videtur, quod Anconitana Cathedralis ejus nomini conſecrata eſt, ex more, uſuque illorum temporum, in quibus Principi paſtorum cujuſcumque civitatis nobilius templum conſecrari ſolebat.

Quæ porro aliqui, ut probent D. Cyriacum Hieroſolymitanam, non Anconitanam Eccleſiam geſſiſſe, Menologii Græci, ac cujuſdam Pauli Palæologi, olim Hieroſolymitani, dein Conſtantinopolitani Patriarchæ, adducta auctoritate congerunt, levioris momenti ac nullam rei difficultatem afferre, ac potius eorum opinionẽ infringere, ac labefactare videntur. Ille enim, in eo donationis certarum reliquiarum à ſe Eccleſiæ Anconitanæ anno 1380. factæ edito inſtromento hactenus in eadem Eccleſia aſſervato, D. Cyriacum XXVII. Patriarcham Hieroſolymitanum extitiſſe aſſeverat, ac Menologium Græcorum 28 Octobr. Cyriacum poſt ſanctiſſimæ Crucis Inventionem ſacro baptiſmo tinctum celebrat, ac poſt Marcianum, ſive Macarium Hieroſolymitanæ Eccleſiæ adminiſtrãdæ incubuiſſe. Verũ illud, quod Panuinius, ac Genebrardus, quos alii plures inſequuti, tenuere, certiſſimũ eſt, excurrente anno ſalutis noſtræ 169. XXVII. Patriarcham Maximum extitiſſe. Quomodo ergo tandẽ Cyriacus, qui ut conſtat, an. 324. vixit, ac an. 362. ſub Juliano Apoſtata martyrii palmam meruit, XXVII. eſſe poterit, ac 193. antea circiter an. Patriarchatũ tenuiſſe? Adde Euſebiũ Cæſarienſem in illa hiſtoria, quã D. Hieronymus proſequutus eſt in vita Cõſtantini lib. 4. c. 41. 44 46. tum Sozomenum lib. 2. cap. 13 cũ ejus Cõcilii Tyri celebrati mentione facta, Cyriacum Hieroſolymorum Epiſcopum ne quidem appellaſſe; qui ſi illi præfuiſſet, ab eo altiſſimo ſilentio, cum adeo ejus fama latè circumferretur, non præteritum iri, illuſtre, & cõſpicuum eſt: nec Theodoretum pariter in ſua hiſtoria, Rufinum, Bedam in ſuo Martyrologio, eum Epiſcopum non Anconitanum, Hieroſolymitanum, celebraturos, idem in aliis Martyrologiis m. ſs. in quibus Epiſcopus ſimpliciter, ut in iſto vetuſtiſſimo noſtri Monaſterii SS. Vincentii, & Anaſtaſii extra Urbem, vulgo Trium Fontium dicti, 4 Maii clarè perſpicitur, appellatus occurrit, in quo inſuper loci martyrii mentio fit, ac civitate cujus Epiſcopus foret, in hunc modum, ſilentio præterita, dignitate tantum eum Epiſcopali inſignivit hiſce verbis, *Hieroſolymis: paſſio B. Quiriaci Epiſcopi, ſub Juliano Imperatore*. Quæ ſupra à nobis dictis optimè congruunt, Cyriacum Epiſcopũ Anconitanum cum matre Hieroſolymas profectum, ibi ſub Juliano Apoſtata Martyrii palmam retuliſſe, cujus corpus, cum Hieroſolymis Anconam translatum eſſet, Hieroſolymitani cognomen eo modo traxit, quo D. Hadrianus Papa S. Hieronymum, quamvis genere Dalmatam, ob longiorem ibi factam moram, Hieroſolymitanum appellavit. Cujus ſanè plurima exempla eorum ſimillima, qui ob diuturniorem certo in loco commorationem, vel explicitum inſigne facinus ſibi locorum nomina pepererũt, congeri, cumularique poſſent. Quidni ergo Cyriacum ob palmam Martyrii obtentam Hieroſolymis, vel ob longiorem moram, cum poſt conſtantiſſimè latum Martyrium ejus corpus ibi conquievit, donec Anconam perlatum eſt, Hieroſolymitani nomen ſibi conciliaſſe aſſeramus? Martyrologium certè Rom. cum de Cyriaco loquitur, hæc ſubjecit: *qui cum loca S. viſitaret ſub Juliano Apoſtata caſus eſt*. Quæ verba ex actis vetuſtiſſimis decerpſit, quæ perſpicuè Cyriacum cum Hieroſolymis palmam ſubiret martyrii, alterius Eccleſiæ Epiſcopum, ſacra loca luſtrantem extitiſſe demonſtrat. Ea enim, ſi eorundẽ Hieroſolymorum Epiſcopatum geſſiſſet, non dicerentur. Petrus verò de Natalibus in ſuo Catal. SS. id ferè inſtuere videtur, dum retulit Julianum Apoſtatã Hieroſolymam venientem Quiriacum Epiſcopum teneri feciſſe, non Quiriacum Hieroſolymorum Epiſcopum. Quibus omnibus rationibus permotus firmiſſimè in animũ induxi, Cyriacũ nõ Hieroſolymitanæ, Eccl. ſed Anconitanæ præfuiſſe, ea verò, quæ ab illo Paulo Palæologo Patriarcha dicto ſupra inſtrumento inſerta ſunt, ſine fundamento gratis afficta fuiſſe, vel eũ forte illorum errore implicitum, qui cum Voragine D. Cyriacum non Anconitanam, ſed Hieroſolymitanam rexiſſe aſſerverunt. Verum præter ſuperiora movet, cõvincitque ratio Baronii in ſuis ad Martyrologium Romanum notis, ut ſupra inſinuatum eſt, Juliani Apoſtatæ, ſub quo Cyriacus Martyrii corona redimitus eſt, tẽporibus, Cyrillum qui in Patriarchatu 29 annis vixit, Patriarcham Hieroſolymitanum ſediſſe, ac Heraclium excepiſſe, Cyrillo vero Joannem ſucceſſiſſe. Taceo Panuiniũ, ſileo Genebrardum, Luſignanum nõ commemoro, prætereo Alexandrum Scultetum, alioſque, qui Eccleſiaſticam chronologiam texuerunt, ac de Patriarchis Hieroſolymitanis diſſeruerunt, nullã que, vel tenuiſſimam Cyriaci Epiſcopi Hieroſolymitani mentionem ediderunt. Ego ſanè adducor cõjectura, facillimè in Menologium Græcorum Cyriacũ pro Cyrillo irrepſiſſe, eaque omnia, quæ Cyrilli erant propria, ut S. Crucis Inventionẽ, Cyriaco adſcripta fuiſſe. Ac quamvis non alia ratio quam iſta urgeret, Juliani Apoſtatæ temporibus, ſub quo Cyriacus lauream martyrii collegit, Cyrillum vixiſſe, ac longo poſt tempore vitam propagaſſe, Cyriacum Epiſcopum Anconitanum, cũ ejus civitatis Divus tutelaris extiterit, lapſiſque retro temporibus ſummis honoribus cultus fuerit, extitiſſe conſtaret. Prætermitto Anconitanos populos iis temporibus, quibus nummos percuſſere, effigiẽ, nomenque illius ſanctiſſimi Epiſcopi ſui in iis exaraſſe, quorum unum apud me aſſervo, ejuſq; ſimillimum, ut lectori facerẽ ſatis, imprimi typis, ac exarari juſſi.

2. PRI-

(a) Papebrochius in Actis Sanctorum menſis Maji t. 1. 5. Cyriacum Anconitanum Epiſcopum minime fuiſſe, neque ſub Juliano paſſum, ejuſq. Acta omnino apocrypha oſtendere conatur. Conjicit autem Judam Hieroſolymitanum Patriarcham XV. Cyriacum cognominatum, atque ſub Hadriano à rebellium Judæorum Duce Barchocheba multos Chriſtianos necante interfectum an. 134. [illegible] ſecundo. At, ut verum ſit S. Quiriaci Acta eſſe apocrypha, cum cætera omnia dubia penitus ſint, & incerta, hic ab Auctoris ſententia recedere non placuit, donec certiora proferantur.



2. **PRIMIANUS** Epiſcopus, ac martyr illuſtris, cujus feſtum celebre(1)habetur die 23. menſis Februarii, dubitatur à pleriſque an Anconitanus fuerit Epiſcopus. Hic quo tempore floruerit, tuleritque palmam martyrii, haud ſanè conſtat. Ejuſdem tamen ſepulchralis inſcriptio prodit illum natione fuiſſe Græcum, templumque in quo quieſcit, ejus nomini fuiſſe conſecratum, tametſi hoc tempore à S. Franciſco de Paula, quorum alumni ibidem divinum opus perurgent, eccleſia S. Franciſci corruptè appelletur, de quo Ferrarius in Catalogo Sanctorum.

II. 3. **MARCUS** Lateranenſi Concilio (2) interfuit anno 463.

a Creatus 22. Nov. ann. 498. Symmacho I Pontif. Saracinus.

4. S. **TRASO** eximiæ ſanctitatis Antiſtes a. Hic ex divino inſtinctu, ac revelatione corpus S. Liberii Confeſſoris invenit, filii Regis Minoris Armeniæ, qui Anconæ è vivis exemptus eſt, dum ad S. Orientis loca peregrinatus per Italiam reverteretur in Armeniam. Ejus exanime corpus requieſcit in templo ejus nomini conſecrato, interque divos Tutelares Anconæ numeratur, & colitur. Traſo itaque cum ſibi creditam ſanctiſſimè rexiſſet Eccleſiam, tranquilliſſimè exceſſit è vivis circa ann. D. 550. ut antiquæ Anconitanæ tabulæ produnt.

III. 5. S. **MARCELLINUS** *b* Anconitanus Epiſcopus, cujus ſolemne feſtum intercurrit 9. die menſis Januarii. Hujus eximia miracula, tam quæ vivens patravit, quam quibus poſt mortem viſus eſt inviſſe mortales, Magnus Gregorius Papa in primo ſuorum dialogorum narrat ex fide. In quibus illud ſanè mirabile fuit, quod cum aliquando civitas maximo incendio deflagraret, Marcellinus in Imagine Crucis protenſa manu debacchantem flammam repreſſit, atque extinxit. Poſt ejuſdem autem exceſſum, cum iterum Trajanum vicum, ut vocant, ignis corripuiſſet, appareretq; uſque ad excidium loci ignem edaciſſimè progreſſurum, ejus in Epiſcopatum ſucceſſor Thomas ſublato libro, quem Marcellinus tenere manu ſolebat, editoq; cum libro contra ignem ſalutifero ſigno Crucis, repente ita flamma elanguit, ac ſi pro ſigno frigida fuiſſet inſperſa. Floruit Marcellinus circa an. Domini 550 *c*. cumque obdormiiſſet in pace, in Cathedrali ſepultus eſt honorificentiſſimè. Hujus meminit Martyrologium Rom. ſuperius memorata die, Petrus de Natalibus lib. 1. c. 59. & Ferrarius in Cat. Ital. Sanctor.

b E' nobili Boccamajori Anconit. familia. Saran.

c Creatus Epiſc. Vigilio Pōt. 26. April. 539. Obiit 7 Jun. 555. Saran.

IV. 6. **THOMAS** Marcellino ſucceſſit, cujus ſanctimoniam vitæ propius æmulatus eſt; ac is ille fuit, qui per codicem S. Marcellini ſupradictum miraculum edidit contra ignem. Floruit anno Domini 576. ex tabulis Anconitanis.

V. 7. **SEVERUS**, cujus meminit S. Gregorius Papa lib. 7. ep. 13. an. verò 598. Auximanæ(3)Eccleſiæ ab eodem Pontifice Viſitator Apoſtolicus declaratus eſt.

8. **JOANNES**, (4)cujus item meminit Gregorius Papa, lib. 12. Epiſt. Floruit circa ann 602. obiit circa ann. 604. nam hoc anno, hac ſede vacante, delectus eſt ad eam Florentinus Archidiaconus, etiamſi doctus à S. Gregorio minimè probatus fuit, eo quod & ſenectute confectus, & tenaciſſimus eſſet, ut nunquam domum ejus amicus ad charitatem introiret, ſed & illud additum tradidit impedimentum, quod juraſſet nunquam ad Epiſcopatum accedere, lib. 12. epiſt. 6. ind. 7.

(„ **RUSTICUS** *ergo Archidiaconus Ravennæ, ſive „ quis alius, demortuo Severo ſubrogatus, ita mandante „ S. Gregorio, divinum jus Anconitanis an. 604. dicebat, „ ut etiam antiqua hujus Eccleſiæ monumenta innuunt.* „ Lucentius.) VI.

9. * **MAUROSUS** Epiſcopus Anconitanus interfuit Concilio Lateranenſi an. 649. VII.

** Ex App tom 7.*

10. **JOANNES** interfuit VI. Concilio Conſtantinopolitano(5)ſub Agathone Papa anno 680. VIII.

(„ N.... *Anconitanus Epiſcopus, qui ex Baron. aderat Conc. Rom. ſub Zacharia an. 743. Nomen non exprimitur. Saracinus* Villateum *hunc nuncupat, fuiſſeque Anconitanum patria, & a Zacharia ad id muneris evectum an. 744. quod nobis non conſonat, cum ſuperiore anno memoretur Epiſcopus.* Lucentius.) IX.

11. **TIGRINUS**, anno 826. in Concilio Romano *d* ſub Eugenio II. apud Baron. X

d Deſcriptus legitur Tigrinus Anconitanus.

12. **LEOPARDUS** *e* à Nicolao I. Pontifice ad diſſeminādum evangelium in Bulgariam Legatus eſt an. 866. Conſule Guillel. Bibliothec. in vita Hadriani II. XI.

e Anconitanus ex Saracino.

13. **PAULUS** *f* à Joanne Papa VIII. cum Eugenio Epiſcopo Oſtienſi, in Orientem Legatus eſt, ut Conſtantinopolitanam Eccleſ. ſub Photii factioſa ambitione laborantem ſuſtentarent, anno 878. qui ambo ſordidiſſima levitate cum in partes Photianas conceſſiſſent, in Conciliabulo ab ipſo Photio agitato propudiosè ſederunt, indignante Romano Pontifice, tam præpoſteros habuiſſe legatos, ut ſalubrium præceptionum obliti, contraria quæque per ſummum dedecus ſtatuiſſent. Indignitatem facti ad hunc ipſum annum narrat Baronius in eccleſiaſt. Annal. Sigoniuſque de Regno Italiæ. XII.

f Anconitanus ex Saracino.

14. **BNOLERGIUS** *g* anno 887. quandam donationem factam à Theodoſio Firmano Epiſcopo, in favorem Monaſterii S. Crucis, præſente Carolo Imperatore, ſubſcripſit. A quo deinde Epiſcopo 100. annorum omnino intercurrit hiatus, quo nomina, cognomina, reliq; geſtæ Præſulum Anconitanorum ita abſorptæ ſunt, ut ne levis quidem memoria apparere videatur. XIII

g Sive Erlongerius.

15. * **ERFERMARIUS** Epiſcopus Anconitanus ſubſcripſit Synodalibus literis Jo: XIII. Papæ datis adverſum Salburgenſem Archiepiſcopum in Synodo Ravennatenſi ann. 967. apud Lud. Hund. in Metrop. Salzbur. XIV

** Ex Ap. t. 7.*

16. **TRASONUS** teſtis in ſententia data ad favorem eccleſiæ S. Floræ Aretinæ ab Othone IV. Imperatore anno Regni ejus in Italia 1. qui fuit ſalutis 983. ubi alii Epiſcopi recenſentur. XV.

Poſt Traſonum, qui dictæ Eccleſiæ Anconitanæ curam, adminiſtrationemque geſſit, ſuccedentium ſibi invicem in ea plebe, pietate, ac divino verbo excolenda, imbuendaque, Epiſcoporum ſeriem, 200. fermè annorum ſpatio, corruptis amiſſiſque injuria temporum commentariis, archivoque non ſolum ante ann. 983. quo Sarraceni civitatem cepere, ferroque, & igni delevere, verum etiam anno 1179. iterum flammis abſumpto ad dictum ann. 1179. non reperimus. Eo porrò tempore, Gentilem illi Epiſcopatui gerendo præfectum, certiores ſumus: ac dein infelix civitas cum tota Italia Guelphorum, ac Ghibellinorum factionibus ardere

(1) Celebritas ejus quotannis habetur Dominica II. Quadrageſimæ, cum ejus ſacri cineres ſerico linteo involuti, intra lapideam Urnam primò apparuere in Eccleſia S. Mariæ de Turriano, unde poſtea à Card. Carolo de Comitibus in ipſi templum dicatum, ſolemni ritu tranſlati poſtmodum fuere die 7. Maii an. 1609. Bernardinus Campelli in hiſt. Spol. lib. 6. aſſerit hunc capite obtruncatum obiiſſe Spoleti die ultima Auguſti an 303. fuiſſeque Patria Anconitanum. Cæterum cum neque Epiſcoporum indiculi Eccleſiæ Anconitanæ, neque antiquorum traditiones, neque ulla alia monumenta produnt hunc fuiſſe Epiſcopum Anconitanum, inter horum ſeriem illum recenſere non libet. *Luc.*

(2) Hic Marcus quoque ex hoc expungendus Catalogo, cum neque tale Concilium, neque in Conciliis quiſquam nomine Marcus ex Anconitana Cathedra interfuiſſe uſque nunc reperiatur. *Luc.*

(3) Æſinæ, non Auximanæ. Auſinæ ſcribit Gregorius pro Æſinæ. Huic etiam cauſam definiendam injungit ad inſtantiam Epiſcopi Firmani. *Lucentius.*

(4) Ughellus hic deceptus eſt titulo Epiſtolæ M. Gregorii. Sic enim poſitus eſt: *Gregorius Joanni Epiſcopo Anconitano* { *de eligendo.* Vacante enim Anconitana Eccleſia per obitum Severi, tres ſubiecti fuere, ut melior inde deligeretur: Florentius Anconitanæ Cathedralis Archidiaconus: Ruſticus ejuſdem Eccleſiæ Diaconus, quem Pſalmodiæ ignarum, erant qui dicebant: & Ruſticus Ravennas Archidiaconus. Sed quia ejus conditio ignota, Gregorius rem diſcutiendam committit Joanni, in quo deceptus Ughellus, & Armenius. Quorum ex verum veritate perſpecta, duobus prioribus excluſis, ni crimen aliquod obſit, & Archiepiſcopus Ravennat conſentiat ſibi Archidiaconum adimi, eo anniment tertium. Ita Gratianus ex Epiſt. Greg. Decr. p. p. diſt. 85. c. 1. Fueritne dignatus hac infula, incertum. *Luc.*

(5) Joannes non interfuit Concil. Conſtantinopol. Sed ſubſcripſit Romæ Epiſtolæ Synodali cœtum Agathone Papa pro VI Synodo celebranda, quæ fuit in Conſtantinopol. ann. 680. & legitur ibi ſecundum vetuſtiora exemplaria. *Joannes Anconitanenſis Epiſcopus*. Hunc Nobilem Anconitanum dicit Saracinus in ſua hiſt. ſed neſcio quo niſus fundamento. *Luc.*

dere cœpiſſet, eamdem ipſa fortunam paſſa, diſciſſis in varias partes civibus, ingentes calamitates excepit. Prætereitis igitur obſcuris illis temporibus ad illuſtriora tranſilientes, cœptumque catalogum proſequemur.

XVI. („ N. . . . . . . *Anconitanus Epiſcopus an. 1118. „ quo Gelaſius Papa litem dirimendam inter Epiſcopum Anconitanum, & Conſtantinum Anuſcana Eccleſia commiſit Maximo, & Euſebio Epiſcopis definiendam ad favorem Conſtantini. Gratian. 2. p. decret. cauſa 16. q. 3. c. 3. Qua vero fuerit Anuſcana civitas ignotum. Una ſiquidem Nuſcana, ſive Auuſtana in Arpinis longe diſtans ab Ancona reperitur hoc Conſtantino tunc temporis vacua. Veriti ſumus Anuſcanam pro Auximana interpretandam, tum Gloſſa dicat hujuſmodi Epiſcopatus conterminos, ſed in Auximanis nulla extat Conſtantini mentio, neque nos in re dubia aliquid pro certo affirmare audemus.* Lu c.)

XVII. 17. GENTILIS Concilii Lateranenſis decreta ſubſcripſit ſub Alexandro III. anno 1179. ut acta illius teſtantur. Quo tempore Gentilis Epiſcopus præerat Anconitanæ Eccleſiæ, Ruſticus Abbas Monaſterii D. Mariæ Noviportus diœceſis Anconitanæ ampliſſimum privilegium, in favorem Monaſterii, ab Alexandro III. an. 1177. Venetiis agente, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus comparavit. Iſtud porrò Monaſterium eſt, cujus bona, ab Eugenio IV. Anconæ capitularibus Canonicis, qui iis hactenus potiuntur, attributa fuerunt; ipſum verò privilegium ex authentico in archivio Canonicorum aſſervato, Juliani Saracini ejus Cathedralis Canonici, cui ego propterea ingenti obſtrictus beneficio memoriam ejus ſuaviſſimè colo, opera delibatum, inſerendum duxi. In hunc modum diploma jacet.

ALEXANDER EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei,

Dilectis filiis, Ruſtico Abbati Monaſterii S. Mariæ de Novo Portu; ejuſq; fratribus tam præſentibus, quam futuris Regularem vitam profeſſis.

QUotieſcunque illud a nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Dominum, & B. Benedicti regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis procurante Domino poterit adipiſci; firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc vobis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum portu, & ſilva, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Severini. Eccleſiam S. Laurentii. Eccleſiam S. Blaſii in Caſtro Podii cũ Parochianis ſuis. Eccleſiam S. Joãnis. Eccleſiam S. Gervaſii cum omnibus pertinentiis ſuis. Vineas, & Agros circa Curte Podii, quæ ad manus veſtras tenetis. Agros Corſiciani. Eccleſiam S. Marcellini. Eccleſiam S. Angeli vel Archangeli cum omnibus pertinentiis ſuis. Quidquid habetis in curte Varani, tam in terris, quam in vineis. Eccleſiam S. Joannis, Eccleſiam S. Damiani, Agrum Tripõtii. Eccleſiam S. Mariæ Umbriani cum Parochianis ſuis, & cum Curte Caſtelli, & poſſeſſiones, quas habetis in curte Umbriani, Caproſici, & conſortis, & Buranacis, Eccleſiam S. Petri in Caſtro Camurani cum Parochianis ſuis, Agrum Plagæ, & Vineam plani, & magnam vineam, juxta Vallum Camurani, & alias poſſeſſiones, quas habetis in curte Camurani. Eccleſiam S. Senis cum omnibus pertinentiis ſuis juxtà Lotentiam. Eccleſiam S. Terentiani, & Eccleſiam S. Georgii, & poſſeſſiones, quas habetis in curte offaniæ, & poſſeſſiones, quas habetis in curte Puliniani, & in fundo Aſpie: In civitate Anconitana Eccleſiam S. Nicolai. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus colitis, aut ſumptibus colitis; ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus a vobis Decimas præſumat exigere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamẽ juſtitia illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Liceat præterea vobis, Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionẽ veſtram recipere, & eos abſque ullius contradictione in veſtro Monaſterio retinere. Prohibemus inſuper, ut nullus poſt factam in eodem loco profeſſionem ſine licentia Abbatis ſui aliqua levitate motus, de clauſtro diſcedere: diſcendentem vero abſque communium literarum cautione, nullus retinere audeat; niſi ad ſtrictiorem vitam, voluerit tranſmigrare. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Ad hæc libertates, immunitates, & antiquas, & rationabiles conſuetudines eccleſiæ veſtræ integras, & illibatas præſenti decreto manere ſancimus. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel ſuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo &c. Ut nulli &c. Cunctis autem &c. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Gualterius Albanen. Epiſcopus.
Ego Chunradus Magontinus Archiep. Sabinen. Epiſc.
Ego Guglielmus Portuenſis Epiſcopus.
Ego Manfredus Perneſten. Epiſcopus.
Ego Adebrandus Baſilicæ XII. Apoſt. presb. Card.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Bobo presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.
Ego Theodorus presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.
Ego Petrus presb. Card. titulo S. Suſannæ.
Ego Jacinctus Diaconus Card. S. Mariæ Coſmedin.
Ego Arditio Diaconus Card. S. Theodori.
Ego Cinthyus Diac. Card. S. Hadriani.
Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
Ego Hugo Diac. Cardinalis S. Angeli.

Dat. Venetiis in Rivo alto per manum Magiſtri Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii 4. Kal. Julii ind. x. Incarnat. Dom. Anno M.C.LXX.VII. Pontificatus verò D. Alexandri Papæ III. Anno XVIII.

Idem privilegium paulo poſt à Lucio III. ſuperſtite forſitã adhuc Gentili Anconæ Epiſcopo, iiſdem verbis, quibus ab Alexandro conceſſum, confirmatum eſt. Pontificis verò, & Cardinalium ſubſcriptiones, cum die illis adſcripta, ſequenti modo jacent.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theodinus Portuenſis, S. Ruſinæ ſedis Epiſcopus.
Ego Theobaldus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Marci.
Ego Laberans presb. Card. S. Mar. Traſt. ti. Callixti.
Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card.
Ego Soffredus S. Mariæ in Via lata Diac. Card.

Datum Anconæ per manum Hugonis S. R. E. Notarii xv. Kal. Julii indict. 2. Inc. Dom. MCLXXXIII. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno III.

18. * RODULPHUS Epiſcopus Anconitanus, cujus memoria extat in quodam documento Cœnobii Angelorum de Florentia Ord. Camaldulenſis, ubi dicitur olim Epiſcopus Anconitanus an. 1192. quo adhuc in vivis erat; oportet illum ante Beroaldum hanc rexiſſe Eccleſiam, cum in eodem documẽto idem etiã Beroaldus Epiſcopus Anconitanus memoretur. XVIII

* Ex App. tom. 5.

19. BEROALDUS ſubſcriptus reperitur cuidam privilegio Henrici Imp. Novi porti Abbati indulto anno 1186. En diploma ex autographo Canonicorum capituli exſcriptum. XIX.

Henricus divina favente Clementia Romanorum Rex, & Imperator Auguſtus.

QUoniam regali quo fungimur officio unumquemque in ſuo jure tenemur conſervare dignũ attendimus, & apud Regem ſaluti noſtræ proficere ſperamus, ut Eccle-

ſiæ

ſia Dei, & loca Religioſa noſtra protectione in quieta pace, & tranquillitate ab infeſtantium injuriis perſiſtant ſecurè. Notum igitur facimus Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris; quod nos Abbatem, & Fratres Monaſterii S. Mariæ de Novo portu, cum omnibus bonis ſuis, tam perſonis, quam terris, & vineis, & villa ſua circa nos poſita maximè autẽ cum Xenodochio circumvallato in loco, qui Umbrianum dicitur, in majeſtatis noſtræ protectione accepimus; ſtatuentes, & Regali auctoritate diſtrictè præcipientes, ut nulla omnino perſona humilis vel alta, ſecularis, vel eccleſiaſtica, prædictum Monaſterium in bonis ſuis, quæ juſtè poſſidet, audeat gravare, vel aliquam inferre moleſtiam. Sancimus quoque, ut homines de Camurano, cum ab eis requiſiti fuerint de juſtitiis ſuis, plenè ipſis reſpondeatur & ab eis non exigãtur reddita. Quicunque autem contra hanc Majeſtatis noſtræ protectionem, prædictum Monaſterium in aliquo moleſtare præſumpſerit xxx. libras auri pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum paſſis injuriam. Hujus rei teſtes ſunt, Bertaldus Anconitanus Epiſcopus, Ruffinus Ariminenſis Epiſcopus, Rufolſus Imperialis aulæ Protbonotarius, Beroldus Legatus Italiæ, Conſalvus Dux Spoleti, Comes Fredericus de Kembre, Comes Cunradus de Dorẽberch, Otto Fangenſpanã, Leo de Monumẽtis, Kemyriatæſta Mariſcalcus, & alii quãplures.

Datum apud Eſimens an. Dom. M. C. LXXX. VI. ind. 4. 5. Kal. Decembris.

{,, *De hoc in Eccleſia Cathedrali jam hac olim legebatur inſcriptio marmori inſculpta*: In Nomine Do-
,, mini Jeſu Chriſti: Hoc eſt factnm, poſtpartum Vir-
,, ginis actnm, anno milleno, centeno, nono, Ottoge-
,, no; Federico, Martis Amico, Secla urgente; quarto
,, Clemente, Petri ſedem retinente; præſule Bebaldo,
,, lapidumque Fabro Leonardo *Saracinus*.)

XX. 20. Fr. RUFINUS Lupatus Patavinus, Ord. Minorum, vivebat anno 1222. Hujus meminit Petrus Rodulphus Toſſinianus in Seraphica hiſtoria. Ad hũc Epiſcopum ſequentem ſcripſit epiſtnlam Gregorius IX anno 1233. ut Poteſtatem, & Coofilium Anconitanum rebellibus, ac inimicis S. R. E. adhærentem, ad veram nbed ẽtiam, & obſeqnium revocaret, alioquin ipſos excommunicaros denunciaret.

GREGORIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.
Poteſtati, & Populo Anconitano.

VEſtris eſt exceſſibus imputandum, quod noſtræ ſalutationis alloquium nos vobis cogitis denegare, cum exigentibus culpis veſtris & reddideritis vos indignos. Dum enim rebellionis veſtræ protervitas dum enormitas veſtrorum exceſſuum diverſorum ad memoriam reducuntur, non ad præmia conferenda, ſed ad inferendam pœnam potius provocamur. Vos autem Divinæ patientiæ improvidi abuſores gratiæ noſtræ gratis ingenti, & obliti beneficiorum à ſede Apoſtolica perceptorum non attendentes, qualiter monetam, Comitatum, Portum, & alia jura, quæ nullis de Marchia ſunt conceſſa, ad noſtram Curiam pertinentia, Eccleſia Romana vos ſubſtinuit hactenus habuiſſe, olim Othoni tunc excommunicato abalienati retrorſum matris veſtræ dulcedine abutentes, nec nõ & Comiti Celatenſi, & aliis Eccleſiæ inimicis, violata religione fidei, adhæſiſtis, ac cæteris redeuntibus, vos in pertinacia veſtra perſtitiſtis diutius nimium impudenter, & quia non iſta ſufficerent, converſa dextera in viſcera matris veſtræ conſpirationes, & conjurationes cum quibuſdam ſequacibus veſtris contra Ven. fratrem noſtrum Beluacenſem Epiſcopum tunc Rectorem Marchiæ damnabiliter iniſtis abſque noſtra injuria manifeſta, & quia Romana Eccleſia hæc hactenus per patientiam toleravit, ut vos ad pœnitentiam revocaret, propter quod pœnitentes exceſſuum commiſſorum, à committendis debueratis cautius abſtinere, vos peccata peccatis addentes proterviores effecti, nec per ſicut accepimus, & non utique accepiamus, immo grave gerimus, & moleſtum, cum Auximanis excommunicatis conjurationes de novo, & conſpirationes alias facere præſumpſiſtis contra conſtitutiones, & pœnas ſuper hoc editas, & excommunicationis ſententiam dilecti filii noſtri &c. tit. S. Praxedis Presb. Card. Rectoris Marchiæ temere veniendo in noſtram, & Apoſtolicæ ſedis injuriam, & contemptum. Quia vero nihil

A *eſt infelicius felicitate peccantium, quàm pœnalis impunitas ſuſtinetur, & frequenter miſericordia eſt invicta, quia facilitas veniæ incẽtivum tribuit delinquendi, cum non attendatis obducti cæca caligine prærogativam honoris, & gratiam quam vos ſæpius à ſede Apoſtolica percepiſtis, & dignum ſit, ut qui ex proſperis inſaniunt, vos adverſa proſternant. Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta ſub debito fidelitatis, & pœna mille marcarum argenti diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus præter juratoriam idoneam, & ſufficientiſſimam cautionem, de ſtando præciſè mandatis noſtris, Vicarius Rectoris ejuſdem infra unius menſis ſpatium, à præſentium receptione præſtetis, & tu Poteſtas cum Syndico, & ſex de majoribus civitatis noſtræ plenum à communi mandatũ habentibus, ad præſentiam noſtram accedas mandatum Apoſtolicum recepturus. Alioquin, cum privilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, omnibus præmiſſis beneficiis, & privilegiis, ſeu cõceſſionibus ſuper hoc obtentis à ſede Apoſtolica vos privamus, dantes ven fratri noſtro Auximan. Epiſcopo, & dilecto filio*
B *magiſtro Cæſario Vicario Rectoris ejuſdem noſtris literis in mandatis, ut vos privatos hujuſmodi beneficiis, & privilegiis, ſeu conceſſionibus juxta mandatum noſtrũ, ac te Poteſtatem, & conſilium excommunicatos per totam Diœc. Anconitanam, & partes vicinas publicè nuncient, & faciant ab omnibus tanquam excommunicatos arctius evitari, ac vicinarum interdici vobis commercia civitatum, & Civitatem ipſam ſupponant Eccleſiaſtico interdicto. Cõtradic. &c. Dat. Laterani 10. Kal. Dec. an. VII.*

Eodem anno 1222. quo Rufinus Eccleſiæ Anconitanæ præerat, Honorius III. Stephano Novi portus Abbati, ea omnia quæ ab Alexandro, & Lucio anteceſſoribus, Ruſtico erant indulta conceſſaque, nova edita bulla, iiſdemqne verbis confirmavit: ac præter ſuperiora, appoſita tantummodn dies, ac Cardinalium, inter quos Alebrandinus Epiſcopus Sabinenſis, qui hactenus eos qui Pootificum Cardinalium vitam, ac res geſtas, ſcriptis commendavere, latuerat, ſubſcriptus conſpicitur, adiectæ ſubſcriptiones perlegnotur; eæ vero ſequenti modo appoſitæ.

C *Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
Ego Alebrandinus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Guido Peneſtrenſis Epiſcopus.
Ego Gregorius tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Presbiter Card.
Ego Ioannis tituli ſanctæ Praxedis Presb. Card.
Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card.
Ego Romanus ſancti Angeli Diac. Card.

Datum Laterani per manum Guidonis Capellani noſtri 3. Idus Iunii indict. 10. Incaru. Dominicæ anno 2222. Pontificatus vero D. Honorii Papæ III. anno 6.

Hic ille eſt Epiſcopus, qni anno 1225. rediligenter diſcuſſa perpenſaq; numerum Canonicorum, ne duodecim in Cathedrali Eccleſia excedereot, circumſcripſit; qui numerus ſine liceotia ſedis Apoſtolicæ, conſẽſu Capituli, ac reddituum capitularium amplificatione, augeri non poſſe firmiſſimo decreto ſanxit; quod eodem anno Hnnorios III. ſua auctoritate confirmavit, ac corroboravit; cujus rei Breve in Canonicorum Archivio aſſervatur.

21. IOANNES Bonus, Civis, atque Canonicus XXI.
D Anconitanus, ſuæ patriæ à Capitulo electus Epiſcopus eſt ab Innocentio IV. an. I. ſui Pontificatus, Chriſti vero 1243. confirmatur, 6. Idus Ianuarii Epiſt. 369. ſolio 61. Ioannis iſtius optimi Epiſcopi temporibus, Eccleſiæ Anconitanæ ſtatuta, ac decreta, ut nullus qui ann. 25. non attigiſſet, ac non tribus annis literis operam navaſſet, beneficium conſequi poſset, Innocentiũ IV. confirmaſse, ſilentio præterire non debui. Eius rei breve anno 1246. 1. Febr. anno 3. Pontif. Dat. Lugd. in Canonicorum Archivio aſservatur. Extant in Reg. eodem tres ad hunc Epiſcopum datæ epiſtnlæ Innoc. ann. 1247. 5. Id. Maii Pontif. 4. 101. & 2. in quibus oarratur, quod Ancnnitana Eccleſia ab Auximanis Friderici Imperatoris ſequacibus, quaſi ad nihilum ſit redacta; eundem exhortatur ad jura ſuæ Eccleſiæ recuperanda, ideoque in tertia ipſnm abſolvit à debitæ Apoſtolicæ ſedis viſitatione malitia temporis impeditũ: is epiſtolæ tenor.

IN-

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Epiſcopo Anconitano.

A

IN devoti Deo, & Eccleſiæ, nonnulli de civitate Auximan. poſtquã F. quondã Imperatori damnabiliter adhæſerunt ſuam in hoc potiſſimè moliti ſunt experiri ſævitiam, quod Anconitanam Eccleſiam & injuriis diris afficerent & jacturis enormibus deformarent. Cum autem propter hoc ipſa Eccleſia quaſi ad nihilũ, ſicut accepimus, ſit redacta, nos eam debita conſolationis volentes deliniere remediis, & ejuſdem perſecutoribus condignis merita compenſare mercedis, præſentium authoritate ſtatuimus, ut dicti Auximan. omnia quæ per ipſos, vel eis procuratoribus per exercitum præfati F. à tempore quo ipſe occupavit Marchiam, de jam dictis bonis Eccleſiæ ſunt conſumpta, reſtaurare teneantur. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c. Datum 5. Idus Maii anno IV. &c.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Epiſcopo Anconitano.

B

NE glorientur reprobi ſuæ perverſitatis operam ſine condignis meritorum ſtipendiis præteriri, gementibus Eccleſiæ filiis quod multis per ſuos gravati fuerint detrimentis, decet providentiam Sed. Apoſtol. ſuper hoc ad conſolationem menſium ſalubriter providere. Sane tua inſinuatione percepimus, quod nonnulli Æſini, Senogallien. & Auximan. civitatum, & Diœc. contra prædictam Eccleſiam F. quondam Imperatori damnabiliter adhærẽtes, Anconitanam Eccleſiam cujus quidem ex eis Feudatarii, alii vero Cenſuales exiſtunt, turbare diverſis injuriis, & gravibus præſumpſerunt affligere nocumẽtis. Ut autem eis digne ſit in diſpendium, quod ab iniquitate ipſorum taliter eſt præſumptum, fraternitati tuæ, ut terras, poſſeſſiones, & alia, quæ in feudũ, ſeu ſub annuo cenſu ipſi ab Anconitana Eccleſia tenere noſcuntur, ad manus tuas liberè revocare valeas, & conferre perſonis aliis Apoſtolicæ Sedis devotis, authoritate præſentium concedimus facultatẽ, nulli ergo &c. noſtræ cõceſſionis &c. Dat. ut ſupra.

Eidem.

Impedit malitia temporis, quod ſedis Apoſtolicæ impertiri non poteſt debitæ viſitationis honorẽ, ſicut deſideras, & teneris. Quia verè devotionis tuæ ſinceritas dudũ meruiſſe dinoſcitur, ut apud ſedem eamdem, quæ ſunt favoris, & gratiæ conſequatur, nos devotionis tuæ fraternitatis precibus inclinati, præſentium tibi authoritate concedimus, ut quamdiu duraverit guerra, ad viſitationem dictæ ſedis minimè tenearis. Datum 5. idus Maii anno IV.

C

Fuit noſter Ioannes Bonus Generalis Vicarius in terra Bari, Octaviani Ubaldini S. Mariæ in via Lata diac. Card. Apoſtolicæ ſedis Legati in regno an. 1256.

CXII. Nobilis Iterbien-

22. (1) PETRO Capoccio *a* Epiſcopo Anconitano ſcribit Honorius IV. an. 1285. 4. non. Iulii, ut bona Monaſterii SS. Andreæ, & Sylveſtri Civitatis Caſtellanæ defendat, ex reg. vatic. ep. 6. f. 123. anno 1. translatus eſt Petrus ab Anconitana ad Viterbienſem Eccleſiam anno 1286.

CXIII

Seù 16.

23. BERARDO, ſeu BERNARDUS de Podio Lucenſis ex Apoſtolico Capellano ab Honorio IV. electus Epiſcopus Anconitanus 1286. 8. *b* Kalend. Septemb. reg. Vatic. ep. 104. fol. 156. Hunc Bonifacius VIII. ad Eccleſiam Reatinam tranſtulit ann. 1296. 2. nou. Febr. ann. 2. pontif. reg. Vatic. ep. 104. f. 25. eodem anno 2. Kal Maii Anconitana Eccleſia data eſt ab eodem Bonifacio in adminiſtrationem Pandulpho Epiſcopo Pactenſi, ut in eodem reg. habetur ep. 169. f. 37.

D

XXIV

Anconitanus Ord. Min. Conventual. Sarac.

24. NICOLAUS de Ungaris *c* ſucceſſit Berardo, à Bonifacio VIII. electus an. 1299. 4. Kal. Octob. an. 2. pontif. reg. vatic. ep. 347. fol. 213. Hic fratrum Minorum templum dictæ civitatis fundavit 1323. ut marmorea tabula clauſtro affixa prodit.

Anno MCCCXXIII. in feſto Aſſumptionis
Dominæ, iſta Eccleſia conſtructa eſt per D.
Nicolaum Anconitanum in honorẽ S. Ma-
riæ Majoris tẽpore D. Ioannis Papæ XXII.

(„ *Alia item marmorea inſcriptio in Cathedrali viſebatur, quæ nunc inſervit pro ſuppedaneo divini verbi enunciatoribus, his verbis exarata:* Anno Domini „ MCCCVI. Conſecratum eſt hoc Altare in honor„ B. Mariæ Virginis, in die Nativitatis ejuſdem per „ D. Fr. Nicolaum, de Ordine Minorum, Epiſcopum „ Anconitanum. *Saracinus.*)

XXV. *d* Minimus. * Ex App. tom. 2.

25. THOMAS *d* * de Murro Joannis Card. hujus cognominis nepos, Epiſcopus Cæſenatenſis huc translatus 16. Kal. Julii ann. 1326. ex reg. Vatic. Obiit idem anno 1342.

XXVI *e* De Frangipanibus.

26. NICOLAUS de Fraiapanibus *e* Romanus Canonicus Lateranæ Baſilicæ, fuit electus ann. 1342. die 15. Kal. Auguſti à Clemente VI. ex reg. Vatic. ep. 13. fol. 125. exceſſit an. 1343.

XXVII.

27. AUGUSTINUS de Podio Lucenſis ex Canonico S. Romualdi Camerinæ Diœceſis in demortui Nicolai locum, Epiſcopus Anconitanus, repulſa prius Capituli poſtulatione de perſonis Peregrini Benuſi Canonici, & Simeonis Epiſcopi Humanatenſis, delectus à Clemente IV. ann. 1344. 8. idus Febr. ex reg. Vatic. ep. 49. fol. 74. defunctus eſt in loco Aranone diœceſis Vtinenſis in Gallia anno 1348.

XXVIII.

f Seù obiit.

28. HUGO de Monaſterio de Auriaco Gallus prior Monaſterii de Gudella Ord. S. Benedicti Vienenſis diœceſis demortuo Auguſtino ſucceſſor deſignatus ann. 1348. qui literis nondum expeditis libere ceſſit, *f* ex reg. Clementis VI. an. 7.

XXIX. * Ex App. tom. 7.

29. * Fr. LANFRANCUS Salvettus Ord. Minorum creatur Epiſc. Anconitanus in locum Hugonis electi, qui ante conſecrationem libere nuncium remiſerat, 5. Non. Octobr. 1348. Clementis VI. Pontif. an. 7. ſequenti anno translatus ad Bergomenſem, ex reg. Vat. ejuſdem Pontificis.

XXX. *g* Nobilis Ancon. Sarac.

30. IOANNES de Tudeſchis, *g* ex Epiſcopo Capitolien. electus eſt 1349. 10. Kal. Novemb. ex eodem reg. ep. 74. f. 48. lib. 3. Pontif. anno 8. Ad multos annos Anconitanam rexit Eccleſiam, cum ſumma laude prudentiæ, pietateque in populum.

XXXI *h* Clarius.

31. Fr. BARTOLOMÆUS Ularius *h* Patavinus Ord. Minorum electus eſt Epiſcopus 1381. Urbani VI. divinum Ius dicente; an. vero 1386. ad Eccleſiã Florentinam translatus eſt, ac paulo poſt vocatus ad Purpuram. Plura proferemus de eo, cum de Epiſcopis Florentinis dicere aggrediemur.

XXXII. *i* Seu Normandis.

32. GUILLELMUS de Normannis *i* Romanus, ex Ord. D. Benedicti Monachus Sublacenſis in canonica lege Conſultiſſimus, illiſque temporibus pro oraculo habitus, ab Urbano VI. electus Epiſcopus Anconitanus, ejuſdemque fuit generalis Theſaurarius ann. 1386. ex lib. proviſ. A Bonifacio verò IX. in Belgium legatus eſt, ut illã Provinciam ad imperium veri Pontificis pertraheret contra Clementem Antipapam, ut narrat Ægidius de Roia in Chronico Belgicarum rerum. Hic ad Tudertinam deinde Eccleſiam trãslatus eſt ab Innocentio VII. an. 1405. *k* infra de eo plura.

k 2. Non. Iunii.

XXXIII. *l* Romanus oriundus è Saxo Ferrato. Sarac.

33 CAROLUS de Actis, *l* de Saxoferrato, Monachus S. Georgii Venetiarum, Ord S. Benedicti, Innocentii VII. Cubicularius, electus poſt translationẽ Guillelmi 1405. die 2. menſis Iunii, Theſaurarius, atque à ſecretis Confeſſionibus eidem VII. Innocentio fuit, ſub quo è vivis exemptus eſt Romæ an. 1406.

XXXIV.

34. LAURENTIUS Riccius Florentinus Canonicus ac Doctor Utriuſque juris, cum propius ſe in Innocentii VII. familiaritatem commendatione ipſa virtutum inſinuaſſet, ab ipſo ſublectus eſt Epiſcopus Anconitanus an. 1406. 7 Kal. Junii. Hic filius fuit Ardinghi Curſi filii, qui 1389. Vexilliferatum Iuſtitiæ, ſupremum in Florentina quondam Republica Magiſtratum, ſumma cum prudentiæ laude adminiſtravit. Quæ dignitas per quatuordecim Vices Ricciam familiam nobilitaverat. Multi arbitrati ſunt hanc familiã è Germania oriundam fuiſſe; quod ipſum Verinus videtur innuere, cum de illuſtribus Florentinis familiis agit. Ut cumq; res ſit, conſtat eam gentem ubique, & ſemper digniſſimos protuliſſe homines, cujus prudentia, dignitateq; ipſa Magiſtratuum decora nobilitarentur. In quibus ſanè fuiſſe Petrus Riccius Archiepiſcopus Piſanus, atque Iulianus hujus Clariſſimus pronepos, qui & ipſe Piſana Archiepiſcopali ſede condecoratus

(1) Petro Romanello demandatum fuiſſe hanc Eccleſiam poſt Joannem ſcribit Saracinus, idque aſſerit ſe decerpſiſſe ex Ughello, quem de tali Petro altum Silentium tenuiſſe ſcimus. *Lucent.*

Digitized by Google

ratus eſt. Antonius Riccius etiã, dum hæc ſcribimus, Aretinorum Præſul Iusdivinum dicit, geotiſque Ricciæ Catharina illa in Prato Monialis Ord. Prædicatorum Alumna fuit, cujus ſanctimonia vitæ, virtutes, clariſſimaq; miracula non modo gentem ſuam, ſed Patriam, ſed Etruriam toram mirum in modum illuſtrarunt. Quod vero ad Laurentium Riccium attinet, Anconitanis præfuit ſumma cum laude prudentiæ, donec à Ioanne XXIII. ad Senogallienſem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1412. a 8. Kal. Ianuarii. Sed cum ante procuſum diploma tranſlationis, Ioannes ad Conſtantienſe Concilium profectus fuiſſet, atque ab eodem Concilio Pontificali munere juſſus fuiſſet abire, Laurentii tranſlatio ita ſuſpenſa manſit, donec à Martino V. Columna ad idem munus fuiſset aſsumptus 1417. Kal Decembris. Moderatiſſimè Laurentius vixit, deceſſitque poſt annum 1456. Epiſcopus Ravellenſis in Regno, quam Eccleſiam aſsumpſit anno 1435. relicta Iſclana, ad quam tranſlatus fuerat à Martino V. anno 1419. 4. id Iunii. cum abſolutione Iuris ſi quid haberet in Eccleſia Senogallienſi. Tametſi autem Ammiratus cum de Alumnis hujus clariſſimæ gentis ſcriberet, hujus Laurentii non meminerit, in publicis tamen ſcripturis Archivii Reformationis, ut vocant, extat illius memoria, & obitæ Epiſcopatus dignitatis.

a Sed. 1413

XXXV. 35. *Fr. SIMON de Vigilantibus, („ *Anconitanus*) Ord. Eremitarum S. Auguſtini Generalis in locum Laurentii Epiſcopus Anconitanus electus ab Alexandro V *b*. ſed cum electio iſta non placuiſſet Joanni XXIII. Alexandri ſucceſſori, invitum tranſtulit ad Senogallienſem Eccleſiam, forte cedente Laurentio, qui paulo antea ad eam Eccleſiam regendam vocatus fuerat. Simeonis tranſlationem habemus ex diplomate Joannis dat. Romæ anno 1413. Cæterum extante ſchiſmate, cum pleræque proviſiones, tum Joannis, tum Gregorii XII. nullæ declaratæ fuiſſent, iterum à Martino V. legitimus Senogallienſis Præſul Simeon declaratus 1419. 10. Non. Feb. in qua dignitate in patria obiit ann. 1423. ſepultus in Eccleſia S. Franciſci nobili tumulo, operis Andreæ de Florentia, qui Ladiſlai Regis Neapol artifex mira ſtructura cælavit, ubi legentibus proſtat inſcriptio.

* Ex App. tom. 7.
b Gregorio XII. cum jam Alexander obiiſſet.

P. R. D. Simoni de Vigilantibus, qui cum ob ſacrarum litterarum excellentem peritiam, & Chriſtianæ orationis præſtans eloquium, ſui Ord. Eremitarum Magiſter eſſet, Ancona patria, Senogallia Epiſcopus conſecratus. Vixit annis lxiii. obiit Ancona ann. M. C C C. XXVIII. Palmerius Piſanellus nepoti pientiſſimo fieri fecit.

(„ *In Concilio Conſtantienſi ſeſſione* 20. *ſubſcriptus* „ *reperitur ut Anconitanus Epiſcopus ann.* 1416. *ſcripſit* „ *librum de Conciliatione Ariſtotelis atque Platonis.* „ Saracinus.)

XXXVI. 36. *PETRUS patria Anconitanus, Comitis Liverotti de Ferrettis filius, in patris ſuæque gentis nobiliſſimæ gratiam à Joanne XXIII. in locum Simeonis Epiſcopus Anconitanus declaratus eſt 14. Kalend. Januarii 1413. ex diplomate ejuſdem quod extat apud Ferretti Comites. Rex Ladiſlaus Petrum electum ſuis litteris commendavit Communi, & Antianis Anconitanæ urbis, ut poſſeſſionem Epiſcopatus libere adipiſci poſſet per ſe, vel per procuratorem. Interea Petrus tametſi poſſeſſionem iniiſſet, non abſque animi perturbatione aliquando cum Simeone decertavit, qui jus ſuum mordicus tutatus eſt, donec Martinus V. ut publicæ paci conſuleret, Petrum ad Aſculanam, Simeonem iterum ad Senogallienſem, & Laurentium ad Iſclanenſem tranſtulit Eccleſias, ſicque pax tribus iis Eccleſiis donata eſt, unicuique proprio attributo Paſtore. Porro tranſlationis Petri ad Aſculanam Eccleſiam, mentio in Martini diplomate habetur. Exceſſit tandem Petrus Aſculanus Epiſcopus ann. 1422. cui in Aſculano Sacerdotio ſucceſſerat anno 1419. Aſtorgius Agnenſis.

* Ex App. tom. 7.

XXXVII. 37. ASTORGIUS Agnenſis Neapolitanus, Epiſcopus primum Melitenſis, deinde etiam Melphitenſis, à Martino V. Columna tranſlatus eſt ad hanc Eccleſiam. anno 1422 *c*. 7. Kal. Septemb. Idemque Pontifex Epiſcopatum Aſculanum in Piceno Aſtorgio demandavit, in Epiſcopatum Anconitanum eidem ſubrogato Paulo in Corſica Epiſcopo Adjacenſi; ſed cum hujuſmodi commutationem, ea conditione, effectum ſortiri Pontifex voluiſſet, ſi ita collibuiſſet Aſtorgio; illeque abnuiſſet transferri, factum eſt, ut Aſculanus Epiſcopatus Paulo Adjacenſi obvenerit die 4. menſis Novembris, ejuſdem anni; Aſtorgius verò ad Anconitanum clavum ſederet uſque ad annum 1436. Deinde ab Eugenio IV. renunciatus eſt Archiepiſcopus Beneventanus, à Nicolao vero IV. Purpuratus Senator, de quo alibi plura dicemus. Anno 1422. Martinus V. Humanatenſem ſive Numanarenſem Eccleſiam cũ Epiſcopatu Anconitano conjunxit, ſanctione perpetuò duratura; quod jam illa Civitas, ſolitudine, excidioque ſqualeret. Quamobrem in poſterum Præſules Anconitani etiam Humanatenſes dicti ſunt, primuſque qui utroque titulo fuerit inſignitus, Aſtorgius fuit, ſub cujus Epiſcopatu utriuſq; illius Eccleſiæ fœdus coierat. („ *Unde Aſtorgium ſubſcriptum reperimus in quodam* „ *ſtatuto Recinetẽſis urbis, dum Piceni legatus, & The-* „ *ſaurarius Maceratæ morabatur*: Die 25. Octob. A- „ ctum Maceratæ in Domibus Reſidentiæ D. Aſtorgii „ Epiſcopi Anconæ, & Humanæ. *Nec ſilendum pro* „ *Aſtorgii coronide, quod à Martino V. delegatus fuit* „ *una cum magiſtro Generali Ord. Prædic. & Jacobo de* „ *Monte Prandone pro extirpanda Fraticellorum hære-* „ *ſi, quæ jam fere univerſam Piceni regionem devaſtabat.* „ *His locus tutiſſimus erat Oppidum* Majolati *Æſinæ* „ *Diœceſis, quod ita annuente Aſtorgio funditus everſum* „ *fuit*. Lucent.)

c An. 1419. An vero 1422. Aſculanæ ſedi addictus.

38. JOANNES Epiſcopus Signinus (1) tranſlatus ad Anconitanam in locum Aſtorgii anno 1436. 1. die Martii, ex reg. Vatic. Datum. Bononiæ. Paulo poſt defunctus eſt. XXXVIII.

39. JOANNES Caffarellus Romanus antea Forolivienſis Epiſcopus, ab Eugenio IV. ad Anconitanam Eccleſiam, atque Humanam tranſlatus eſt ann. 1437. die 6. menſis Martii. Hic Florentino Concilio interfuit, vir æquè literis, ac moribus bonus. Quamobrem diverſa ſub diverſis Pontificibus munera de graviſſimis rebus obivit. Deceſſit Romæ menſe Aprili anno 1460. ſepultuſque eſt in Aracœli. E Caffarella gente noſtro hoc ſeculo Scipio Caffarellus Burgheſius prodiit, ideò vulgo Card. Burgheſius dictus, quod Pauli V. Pont. Max. ex ſorore Nepos eſſet. At Caffarella Gens plures Eccleſiaſticis muneribus candidatos protulit, quos infra meliori occaſione, ac tempore referemus. XXXIX.

40. AGAPITUS Cencii è Ruſtica gente nobilis Romanus demortuo Caffarello ſucceſſit anno 1460. in utroque Jure vir conſultiſſimus, omniumque nobilium diſciplinarum refectus ſcientia, ac præcipuè ita vaſia, amœnioriquе literatura clarus, ut de eo Pius II. Comment. lib. 4. hoc encomium reliquerit ad perennitatem; *Cat*, ideſt Agapito Ruſtico, *& proſa eleganter ſcribere, & carmen facere promptiſſimum fuit*: Et lib. 8. eorumdem Comment. *Agapitus Epiſcopus Anconitanus, civis Romanus, incertum Juris Interpres, an Orator vel Poeta præclarior*. Vaticanæ Eccleſiæ Canonicus erat, cum à Pio II. ob præclaras ingenii dotes ad S. ſedis graviſſima negotia admotus eſt, Pontifici familiaris, Referendarius, Auditorque Apoſtolicæ Rotæ. Demum procedentibus meritis, ab eodem Pontifice ad Camerinum Epiſcopatum tranſlatus eſt 1463. ex quo Alexander Oliva Saxo Ferratenſis exceſſerat. Illius Eccleſiæ Epiſcopus diuturniori tempore vixit Agapitus. Ac ſub Sixto IV. Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. M. ſuper Minervam pulcherrimo marmoreo ſepulchro tegente, quod Pauli fratris ſepulchro è regione reſpondit. Gentilitia Ruſticorum Romanorum inſignia, dimidiatum alatum leonem continent, qui pluribus locis ad perennitatem infixus ſpectatur, quod ea gens antiquiſſima eſſet, ac præclariſſimis in omni memoria ultra quam credi poteſt, fœcunda. XL.

41. ANTONIUS Fatatus nobilis Anconitanus. XLI.

(1) Ughellus hunc dicit primum fuiſſe Signinum Epiſcopum. Verum de eo nullam inter Signinos mentionem facit, ejuſque ovilis Paſtorem refert Jacobum Zancatum ab an. 1435. ad an. 1443. Luc.

Canonicus & Archipresbyter Cathedralis Eccleſiæ, Epiſcopatus Senenſis anno 1444. Generalis Vicarius, & Apoſtolicus Commiſſarius in ea Provincia. A Nicolao V. Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Vicariuſque ab eodem Cubicularius, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Marchiæ Anconitanæ Theſaurarius, & Gubernator, Epiſcopus Aprutinus electus ann. 1450. ſummis laudibus celebratur ob literarum ſcientiam, vitæque ſanctimoniam. A Pio II. anno 1459. collector & commiſſarius decimarum per totam Italiam conſtituitur *a*, à quo anno 1463. ad Anconitanum hoc eſt, patriæ ſuæ dignissimum Epiſcopatum translatus eſt; quam paſtoralem curam perurſit egregiè, uſque ad ann. 1475. Quo quidem tempore Epiſcopatu ſe abdicavit, (1) boniſque operibus ſemper intentus, diem clauſit extremum ann. 1484. die 9. Januarii. ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi integer adhuc, & incorruptus ſpectatur. Colitur tanquam beatus. Pium II. munificentiſſimè excepit *b*, dumque Pontifex ſuccinctus prævalida claſſe contra Turcam adornat procurſum, in Fatari aula ingenti totius Chriſtianitatis mœrore è vita diſceſſit. Adeo mortalium ſpes fallaces ſunt, adeò cogitationes incertæ, quæ antequàm portũ poſſint videre, frãgũtur in curſu.

a Ex Senenſis ſuffraganeus.

b an. 1464.

XLII. 42. BENINCASA de Benincaſis civis Anconitanus, ac S. Petri in Vaticano Canonicus, ab Innocentio VIII. electus eſt patriæ Epiſcopus anno 1484. 3. idus Novemb. deceſſit 1502. In aliquibus notis erutis ex Archivio Anconitanæ Eccleſiæ in eorum præſulum ſeriem relatum reperi Sebaſtianum quendam Bonfilium brevem illum ſanè Epiſcopum, ſed cum deinde illorum temporum acta Conſiſtorialia diligentius diſcuſſiſſem, haud ullam Sebaſtiani Bonfilii potui reperire memoriam, quin potius Sacci adminiſtratio ibi legitur continuata uſq; ad annum 1505. in quo cum fato ceſſiſſet, Petrum Accoltium habuit ſucceſſorem. Maneat igitur Sebaſtianum Bonfilium nunquam fuiſſe Anconitanum Epiſcopum, tametſi in illius Eccleſiæ notis ex alicujus incogitantia irrepſerit.

XLIII 43. JOANNES Saccus, *c* Benincaſæ ſucceſſit, an. 1502. patriamque Eccleſiam per tres ipſos annos conſultiſſimè adminiſtravit, cum eſſet Archiepiſcopus Epidaurenſis, inque rebus graviſſimis variis legationibus perfunctus eſt. Cum verò anno 1502. Benincaſa Anconitanus Epiſcopus, vita functus fuiſſet, Alexander VI. Pontifex orbatæ Eccleſiæ curam Sacco demandavit adminiſtrandam die 15. menſis Julii. Deceſſit Romæ ſub Julio II. anno 1505. ſepultuſque eſt apud S. Onuphrium in nobili marmoreo ſepulchro, cum gentilitiis inſignibus, in quibus exertis unguibus, leo anhelat, quem regula quadrantalibus diverſis coloribus interpuncta ex obliquo medium ſecat, cum hac inſcriptione.

c E comitibus Conteſſ. Simil Dominis, Anconitanus. Ser.

Joann. Sacco Anconitano Archiepiſcopo Raguſino, Epiſcopo Anconitano, Innoc. VIII. & Alex. VI. Datario Refer. qui & aſſiſtenti Pontificia legationi honorificẽtiſſime ad Francorum Regem miſſa Principis morte Alex. VI. illo tumultu formidabili ad Urbem Rom. quam antea diu rexerat, communi Patrum decreto cum valido præſidio gubernandam præfecto; togata Gallia bello ardente, imminenteque hoſte potentiſſ. à Julio II. Bononiæ, & Romandiolæ Gubernat. præpoſito, pleriſque Civitatibus receptis, provincia pacata, bonorum pleno, probato populo, patribus caro, in ſumma licentia moderationis, doct. abſtinen. integritatiſq; ingentem laudem adepto, bonorũ omnium magno mœrore, ſummaque curia Pontificiæ jactura extincto. Vixit ann. LVI. menſ. viij. dies iij. Antonius Epiſcopus Præneſtin. Card. S. Praxedis & Jo: Epiſcopus Tuſculanus Card. Alex. cum fratre Cherubino Ferrarien. hujus Cœnobii priore execut. Ponen. cur. M. D. V.

XLIV 44. PETRUS Accoltius Florentinus, oriundus ex Aretio, Romanæ Rotæ conſultiſſimus Auditor, à Julio II. electus eſt Epiſcopus Anconitanus an. 1505. die 4. menſis Aprilis, à quo poſtea anno 1511 *d*. creatus Cardinalis tit. S. Euſebii, vulgo appellatus eſt Cardin. de Anconæ. Accoltius natus Florentiæ eſt ex Benedicto Accoltio, in Publica Florentina re viro Clariſſimo, quique primus Urbis illius ob claras opes, doteſque animi ſingulares civitatem eſt aſſecutus, & ex Laura nobili Florentina Federighia. Igitur cum ſub iis Parentibus excultus ac perpolitus fuiſſet, ita bonas artes eſt proſecutus, ut brevi, inſigniterque fuerit aſſecutus. Præcipuè autem ita juris prudentiæ laude floruit, ut non modo in umbra, & otio graviſſimas enodaverit cauſas, ſed etiam in publico Piſano Gymnaſio publicus Profeſſor factus, diuturniori mora, in lege inſtituerit multos. Itaque clarior ejus in juris prudentia fama haud illum ſivit Piſis quieſcere. Quippe temporibus Innocentii VIII. amicis illum invitantibus, Romam profectus eſt, ſubque illo Pontifice graviſſima negotia explevit, trepidaque diſcuſſit conſilia; quamobrem ab Alexandro VI. Apoſtolicæ Rotæ Auditor effectus eſt. Inde ſub II. Julio ad Purpuram pervenit *e*. Epiſcopatum Anconitanum adminiſtravit uſque ad annum 1514. illumque ex beneplacito deinde contulit in Nepotem Franciſcum. Cæterùm tametſi ille dignitatum gradus defugeret, dignitatum tamen decora illum vel reluctantem conſequebatur; etenim Gaditana in Hiſpania nobili dignitate inſignitus eſt, Maleacenſi deinde in Gallia, Atrebatenſi in Belgio, inque Inſubria Cremonenſi, demum à VII. Clemente Archiepiſcopus Ravennas renunciatus eſt anno 1524. quam item maximam, ac opulentam dignitatem in Benedictum Nepotem contulit, annuente Clemente, à quo Benedictus, in gratiam patrui, Senatoria eccleſiaſtica purpura etiam ornatus eſt. Petrus autem cum jam exactæ eſſet ætatis, omniumque honorum, dignitatumque titulis effulſiſſet, meritis gravis, deceſſit Romæ ann. 77. ſuæ ætatis, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo, ut narrant acta Conſiſtorialia. Tametſi Hieronymus Rubeus in Raven. Hiſtor. dicat illum tumulatum fuiſſe apud S. Euſebium anno 1532. menſe Decembri. Accoltii autem honorificè meminit Petrus Bembus in iis Epiſtolis, quas X. Leonis nomine ad Franciſcũ 1. Gallorum Regem elegantiſſimè ſcripſit.

d Die 11. Martii.

e Et ita ſe ſubſcripſit Concil. Lateran. 1512.

45. FRANCISCUS Florentinus Card. Accoltii Nepos, per reſignationem purpurato Patruo ſucceſſit ann. 1514. die 6. menſis Aprilis X. Leone ſedente. è vivis exemptus eſt anno 1523. * Romæ ex peſte, de quo Joannes Pierius Valerianus lib. 1. de Litter. infelicitate. *An non, inquam, inter calamitoſos fortes homines adnumerandus etiam eſt Franciſcus Accoltius, Petri Card. patrui beneficio Anconitanus Præſul. Namque is egregiæ indolis, & elegantis litteraturæ juvenis fatorum primum acerbitatem tunc expertus eſt, cum repentino de cœlo tactus fulmine veſtimentis ob os incenſis, ita territus eſt, ut parum abfuerit, quin extingueretur; paulo poſt peſtilentia illa correptus, qua cum Adriano VI. advecta Romam invaſit, uti ejuſmodi in contagione fieri ſolet, à clientibus omnibus derelictus, unius Benedicti fratris germani, qui nunc ſacerdos Card. eſt, ope & officio ſuſtentatus, qui pietatem erga fratrem, multis abhinc ſeculis rariſſimam profeſſus, dum ejus morbum ſuis ipſemet manibus curat, cibum miniſtrat, ulceribus medetur, eadem ipſe quoque mox peſte contactus nunquam abſterreri potuit, quin operam illi aſſiduam navaret, Franciſco precibus identidem depoſcente, ut abſtineret, vitaque ille ſuæ parceret, quando ipſe omnem ſalutis ſpem abjeciſſet; ſæviente autem morbo paucorum dierum intervallo peremptus, magna, quæ de profectu ejus excitata erat, ſpes eum cum omnium mœrore fefellit.* De hoc Acta Conſiſtorialia. XLV.

* Ex App. lom 7.

46. BALDUINETTUS de Balduinettis *f* nobilis Florentinus, ac Petri Accoltii ex ſorore nepos, conſobrino ſucceſſit anno 1523. die 26. Martii, Paulo III. Imperante, fato functus eſt anno 1538. Fuit hic vir ſolers, ac ſagaciſſimus, qui gentis ſuæ nobilitatem, quæ quondam Vexilliferatus graviſſimo munere functa fuerat, literarum ſingulari cultura exornavit, comes idem, ac gravis, ita ut Card. patrui commodiſſimum ad omnia ingenium ad vivum crederetur referre. Poſt Balduini exceſſum, à Paulo III. Pontifice Anconitani admi- XLVI

f Sive Balduinettus, vulgo Baldovinetti.

(1) Ughellus ait an. 1475. Epiſcopatu ſe abdicaſſe. Sed cum ſucceſſorem non acceperit ante an. 1484. quo mortuus eſt, dicendum ipſum permanſiſſe in Epiſcopatu uſque ad obitum. Aliis dicendum erit has Eccleſias decem fere annos fuiſſe viduatas Paſtore. Hic Antonius Abbatiam S. Petri in Monte Coneſo ſibi commendatam Camaldulenſibus Monachis libere ceſſit, ut divinum opus ex iis redditibus ibidem uberius expleretur. Fuit etiam conſiliarius, & Regni Commiſſarius Alphonſi de Aragonia Regis Neapolitani. Lec.

adminiſtratio Epiſcopatus Alexandro Farneſio demum demandata eſt, die 12. menſis Auguſti, quam deinde m. Novemb. In Hieronymum Granderonium, patruo Pontifice annuente, contulit.

XLVII. 47. HIERONYMUS Granderonius a Senenſis Archiepiſcopus Amalphitanus, ac Maſſæ Antiſtes ad Eccleſiam Anconitanam tranſlatus eſt ann. 1538. die 15. menſis Novembr. (,, *a Paulo III. cujus erat af-* ,, *finis*.) Qui illam Eccleſiam haud integra laude prudentiæ, probitatiſque adminiſtravit uſque ad annum 1550. in quo conſtat illum depoſuiſſe onus. Illius alibi memoria occurret, quam quidem perpetua oblivione obrui præſtaret, niſi candor, quem in ſcribendo ſemel profeſſi ſumus, ad ipſius nos repetendam memoriam, jure quodammodo Hiſtorico videretur compellere. Scribit Ciaconius Joann. Podium Card. Epiſcopum Anconitanum fuiſſe, idem Paſchalinus affirmat ab ipſo fortaſſe deceptus; ſed uterque fallitur cum Granderonio Joannes Matthæus Luchius Bononienſis immediate ſucceſſerit, ut incorruptè habent acta Conſiſtorialia Julii III. Summi Pontificis.

XLVIII. * 48. JOANNES Matthæus Luchius, Lucæ filius b Bononien. à Julio III. electus eſt 1550. die 23. menſ. Maji. Sedit annos ſex, poſt quos tranſlatus eſt ad Eccleſiam Tropejam in Neapolitano Regno 1556. die 6. menſis Februarii. Deceſſit Romæ 1558.

XLIX. 49. VINCENTIUS Luchius Bononienſis, frater ſupramemorati Jo: Matthæi, fratri eo muneri abeunti ſucceſſit 1556. die 6. menſ. Februarii. Hic inter Concilii Tridentini Patres numeratus eſt, reverſuſque ad ſibi creditam Eccleſiam è vivis exemptus eſt 158 . die 24 menſis Februarii. Sepultuſque eſt in Cathedrali, cum hac marmorea inſculpta epigraphe.

D. O. M.

Vincentio de Luchis Bononien. Epiſc. Ancon. & Humana, vero Religione, Caſtitate, & liberalitate, & in pauperes charitate, præclaro, ætatis LX. Epiſcopatus vero XXIX. anno M. D. LXXXV. pridie Kalend. Feb. maximo Ancon. dolore obiit.

L. 50. CAROLUS de Comitibus Romanus, Poli Ducis frater, Epiſcopus Anconitanus, electus ann. 1585 c. inde à Clemente VIII. electus 1. die exordientis Julii anno 1604. Senatorque purpuratus renunciatus, titulum S. Chryſogoni obtinuit à Paulo V. Pontifice, ſub cujus Pontificatu vita functus eſt 3. non. Decemb. 1615. repentina morte ſublatus, ſepultuſque eſt in titulo S. Laurentii in Lucina, quem non ita pridem obtinuerat, donec Polium in majorum ſuorum ſepulchrum inferretur. (,, *Hic fuit Torquati Poli Ducis, &* ,, *Violantis Farneſii filius. Romæ in humanioribus litte-* ,, *ris detentus in Collegio Germanico, deinde in Cæſareo* ,, *Pontificioque jure Peruſiæ excultus, ita in Aula Rom.* ,, *eluxit, ut Referendarius factus fuerit. Anconitanus E-* ,, *piſcopus Cæſarem Nuncius Apoſtolicus extraordinem* ,, *juſſus fuit adire: Clementem VIII. Ferrariam adeun-* ,, *tem in ſuis ædibus excepit, & convivatus eſt uſque dum* ,, *Romam rediit, à quo Legationis Avenionenſis primum* ,, *regimen ſuſcepit, inde Senatoriam Eccleſiæ togam, ro-* ,, *gante Parmenſi Duce conſanguineo ſuo. In Purpurato o-* ,, *nere nullis Eccleſiaſticis redditibus præter ſolius An-* ,, *conitani Sacerdotii, & quidem graviori penſione dimi-* ,, *diati auctus non fuit*. Lucent.)

LI. 51. JULIUS Sabellus Romanus d presbyter Card. à Paulo V. creatus (,, *Poſt multas Præfecturas, & mu-* ,, *nia egregiè obita*) ab eodem Pontifice Anconitanus Epiſcopus electus eſt die 11. menſis Januarii 1616. illam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1622. deinde ad Salernitanam Eccleſiam tranſlatus eſt. Legatione Bononienſi perfunctus, quo munere cum æterna nominis fama, tempore legationis elapſo, abiit.

LXII. 52. ALOYSIUS Gallus Auximates, Antonii Mariæ Card. Galli nepos, à Gregorio XV. delectus eſt die 7. menſis Maji anno 1625. ab Urbano verò VIII. ad Ducem Sabaudiæ Nuncius directus eſt, difficillimiſque temporibus ſubſervivit Eccleſiæ; reverſuſque ad Eccleſiam ſuam, ita illam piè, ſanctèque adminiſtrat, ut ad decus Anconitanæ Eccleſiæ, Populorumque ſalutem, longam illi vitam, ſoſpitemque precari poſſimus.* Obiit an. 1657. Auguſto menſe.

ADDITIO.

(,, *Sepelitur in Principe Eccleſia S. Cyriaci.*

LIII. (,, JO: NICOLAUS *de Comitibus Domicellus Roma-* ,, *nus Lotharii Poli Ducis, & Juliæ Urſinæ filius Epiſco-* ,, *pali Anconitanæ Eccleſiæ in ordine adnumeratus fuit* ,, *poſt diuturniorē vacationē 29. Martii an. 1666. Syno-* ,, *dum habuit; Chriſtinam Suecorum Reginam hoſpitio* ,, *excepit, ut & Archiepiſcopum Raguſinum una cum 64.* ,, *Monialibus, quas in noviter ſubſtructum Cœnobium pro* ,, *monialibus Capuccinis in eo excitandis, introduxit,* ,, *donec ad propria remearint Vaticanis Comitiis pro no-* ,, *vo eligendo Pontifice quinquies interfuit: Variis Cardi-* ,, *nalium Congregationibus fuit adnumeratus*. Luc.) (O- ,, *biit denique optimus Præſul in ſua reſidentia an. 1698.*

LIV. ,, MARCELLUS *Card. de Aſte Romanus præfe-* ,, *ctus eſt in Epiſcopum Eccleſiæ Anconitanæ die 3. Fe-* ,, *bruarii ann. 1700. Obiit non ſine magna Sanctitatis o-* ,, *pinione, Bononiæ in conventu S. Dominici an. 1709. 3.* ,, *Idus Junii. Ejus vitam perſcripſit, atque Romæ edidit* ,, *an. 1711. Ludovicus Maria Pandolphinus.*

LV. ,, JO: BAPTISTA *Buſſius Viterbienſis, Archiepiſc.* ,, *Tarſenſis, ad tractum Rheni, aliaſque inferioris Ger-* ,, *maniæ partes Nuncius Apoſtol. tranſlatus eſt ad Ec-* ,, *cleſiam Anconitanam cum retentione tituli Archie-* ,, *piſcopi, 19. Febr. 1710. Fuit deinde a SS. D. Clemente* ,, *Papa XI. creatus Cardin. tit. S. Mariæ in Aracœli 18.* ,, *Maji 1712.*

a De Glanderonibus, ſeu Landeronibus.

b Io: Podii Card. nepos.

c dum agebat ætat. ſuæ an. 30.

d Ex Principe Albani Bernardino genitus.

* Ex App. tom. 7.

APRUTINENSES

Seu Interamnates, ſeu Terami.

EPISCOPI.



TRES ſunt in Italia civitates, quæ Interamnes eodem nomine appellantur, ita ut inde earum non ſemel naſcatur confuſio. Quarum prima, de qua nunc nobis ſermo eſt, in Picenatibus ſita, quam hodie vulgo Teramum appellamus, ſecus fauces Tordini fluminis, quod antiquis olim Albula fuit. Secunda in Umbria eſt, ad Ripam fluminis Naris, olim Interamnia, Nart, ac Interamna Flaminiæ vocata, quam hoc tempore, *Terni*, vulgus appellat. Tertia novum Latium nobilitat: prope flumen Lirim, diciturque Interamna Lirim. Quibus poſtremis omiſſis, de prima narrationem inſtituemus, quæ Interamnia, ſive Intertana Prætutiana, aut Paleſtina Piceni Plinio, Ptolomæo aliiſque Scriptoribus olim fuit. Hæc ſatis antiqua civitas eſt, quæ cum à tribus fluminibus alluatur, Interamniæ nomen invenit, quaſi inter tres amnes ſita, quod ipſum nomen vulgus etiam, ſed corruptè retinuit, cum illam modo Teramo appellet. Caput autem eſt totius Aprutinæ Provinciæ. Quamobrem ipſius Præſul non Interamniæ, ſed Aprutinenſis denominatur Epiſcopus ab immemorabili, Princeps autem Interamniæ, ac Biſignæ Comes, cujus habetur mentio in Decretalibus in c. bene 61. d. Epiſcopus Aprutinus nullius Metropolitani reveretur arbitrium, ſed unius Romani Pontificis proximè faſces adorat, ut legitur in Romano Provinciali Diœceſis ampla eſt totam ferè Aprutinam Provinciam continet. Limites, fineſque illius Victor Papa II. ann. 1057. aſſignavit, quos inde Anaſtaſius IV. anno 1153. confirmavit. Habet Aprutinus Epiſcopus, tenuit, & poſſedit ex conceſſione Regum Siciliæ in feudum à Regia curia de demanio in demanium dictam Teramnenſem Civitatem, alia-

que multa oppida, & bona feudalia cum hominibus, & vaſſallis, ut in Regiis ſpectatur diplomatibus. Guido Epiſcopus civitatem combuſtam, ac deſolatam à Roberto Loretello Comite reædificavit, habuitque à Rogerio Rege perpetuum dominium; titulum, ac dignitatem Principis uſque in hodiernum diem retinet. Confirmabat Judices, Rectoreſque civitatis, recipiens ab ipſis fidelitatis juramentum, Regio Gobernatori baculum in ſignum juriſdictionis tradebat. Judices appellationum hucuſque pacificè inſtituit, temporale dominium in omnibus cauſis civilibus, criminalibuſve ac merum, & mixtum Imperium cum poteſtate gladii in Comitatu Biſignii, cujus Comes nuncupatur, exercet. Conſiſtit enim Imperium in tribus Caſtris, ac 42. villis, nec non in vaſallis ejuſdem civitatis. Antonius Campanus hujus Eccleſiæ Præſul in epiſt. de Interamniæ ſeu Terami deſcriptione ad Cardin. Papienſem jura, ac dignitates nonnullas recenſet; *Habet* (inquit) *hoc dignitatis Antiſtes urbis, ut venari liceat, & ferre haſtam, & venabulum, & ſi opus ſit, incedere armatus, purpuraque veſtire, etiam Judices cauſis cognoſcendis ſtatuere teſtamentiſque tabuliſque conficiendis, que res præter ſolum Regem permiſſa eſt, alteri nemini, & unus ex Regiis Conſiliariis in Comitiis Regni reſidet. Miſſam ſolemniter armatus celebrat uſque in hodiernam diem.* Bona ſtabilia hujus Eccleſiæ olim ad 16000. modiorum numerum excedebat, hodie fere omnibus ſpoliata, paucis contenta eſt. Cathedralis Eccleſia ſacratiſſimæ Virginis Aſſumptæ dicata, in medio ſita Civitatis Terami, in eaque 16. Canonici ſunt, quorum primus eſt Archidiaconus, aliique presbyteri, & clerici divinis inſervientes multi numerantur. Quinque virorum Monaſteria, (,, *Monialium item duo.*) extra verò mœnia duo ſolum ſpectantur. In tota diœceſi inter Curatas, & parochiales Eccleſias ad 130. aſcendunt, præter alia pia loca, & oratoria. Campli oppidum, ejuſdemq; collegiatam Eccleſiam S. Mariæ una cum aliis 23. Eccleſiis, olim hujus diœceſis, nunc Clementis VIII. auctoritate in Civitatem, & Eccleſiam in Cathedralem erectam proprium habet Epiſcopum, cum Oppidenſi unitum. Lumen Evangelii hauſit jam inde Apoſtolorum temporibus, dignitateque Epiſcopali ab iiſdem inſignita eſt, tametſi ſupra annum ſexenteſimum nullam Aprutinorum Præſulum memoriam aliquam fecerint ob continentia fere bella, Italicaſque ruinas. Conſtat Magnum Gregorium *a* jam diu orbatæ Aprutinæ Eccleſiæ quæſiviſſe Paſtorem. Epiſcopi autẽ qui pro tempore illam rexerunt Eccleſiã, ſunt qui ſequũtur, quorũ ſeriem ingẽti labore expiſcati ſumus. Ib. m. ill. 18. 2.5.

A D D I T I O.

(,, *Intra mœnia animæ numerantur ter circiter mille.*
,, *Capitulum Cathedralis habet cum fonte Baptiſmali*
,, *curam animarum, quam exercet, ſive per ſuos Canonicos, ſive per Presbyterum Vicarium ad nutum amovibilem; caret tamen ad ſui pleniorem decorem prœbendis Theologali, & Pœnitentiaria, necnon puerorum ſeminario, & Monte Pietatis; decentes verò exhibet Epiſcopo ſedes ſibi conterminas. Diœceſis ſatis ampla eſt, & ad 30. mille paſſus ſe extendit plurima continens loca. Hæc Eccleſia in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatur ad flor. 300. annuus cenſus pro Epiſcopo eſt Scutorum* 1400. Lucent.)

I. 1. OPPORTUNUS à M. Gregorio incomparabili viro electus eſt in Epiſcopum Aprutinum, an. noſtræ ſalutis 600. de quo cap. 100. de elect. diſt. 50.

II. 2. SIGISMUNDUS interfuit conſecrationi, ſive coronationi Ludovici filii Lotharii Longobardorum Regis factæ à Sergio II. Pont. Max. in baſilica S. Petri an. 844.

III. Ex App. 3. (1) JOANNES, ad quem Joannis Papæ VII. extat ſcripta epiſtola anno 874. * Vixiſſe videtur Joannes ad annum uſque 886. quo ipſo anno, regnante Carolo Craſſo anno 6. regni ejus in Italia, ipſe Joannes quædam bona cum Leoperto presbytero commutavit in hunc modũ in citato regeſto exſcriptũ; extat documentum barbare ſcriptum, ut illa ferebat ætas.

In Nomine Domini Dei, & Salvatoris Jeſu Chriſti.

Karolus Dei ordinante providentia Imperator Auguſtus anno imperii ejus Deo propitio in Italia ſexto, menſe Julio, Indict. IV. Ideoque ego Leopertus presbyter filius quondam Perſoni cambiavit, & ad præſentem tradidit tibi Dominus Johannes vir venerabilis Epiſcopus ſedis S. Aprutienſis epiſcopii ad partem epiſcopii ſui, id eſt de re mea in caſale, quod dicitur Roſario Beleri vocabulo ſeriole in una petia in ipſo Roſario, ad interſiato cambiavit tibi terram S. Angeli, & da capo terra S. Angeli, & eſt terra Ardarici, & terra S. Petri à Pederigo, & in ipſo Roſario vocabulo Biſbiano in una petia cambiavit tibi terra modio uno, & ſemodiale unum quæ conjuncta eſt de uno latere terra S. Mariæ, & de alio latere terra de illi filii Taſſiloni à capo fine terra Adelperge, à pede limite publico, & in ipſo caſale belcri in ipſo jam dicto ſeriole una petia cambiavit tibi jam dicto D. Johannes Epiſcopus terra modia duo & ſeſtaria ſex quæ conjuncta eſt de uno latere terra Teudeſmdi, & terra, quæ fuit Taſſiloni, & de alio latere fine illa fonte, & da capo terra S. Benedicti ipſa . . . . ego, qui ſupra Leopertus presbyter cambiavit tibi D. Johanni Epiſcopo ad partem epiſcopii tui ad proprietatem cum arboribus, & omnia ſuper ſe habẽtes per quia ego Leopertus presbyter recepit a te D. Johannes Epiſcopus in cambio ad meam proprietatem de res epiſcopii ſui pro iſta . . quam ego tibi dedit in caſale, quod dicitur Amiano in colle, & in valle, & in Ranigeto in decem petias terra modiorum ſex, & ſemodiale unum, quod conjuncta eſt illa una petia.

Joannes vero eodem anno 886. cum ſequenti anno in ea ſede reperiatur Rogerius. (,, *Huic Joanni* ,, *Joannes VIII. an. 879. Committit cauſam definiendam de* ,, *muliere, quæ vi minisque coacta religioſum habitum ſuſceperat. Extat Commiſſionis Epiſtola in noviſſima Harduini Concil. editione tomo 6.*)

4. * ROGERIUS Epiſcopus Aprutinus, reperitur ſubſcriptus cuidam donationi à Theodoro Epiſcopo Firmano indultæ Monaſterio S. Crucis an. 887. IV. * Ex App. 1.5.

5. * JOANNES hujus nominis II. in ſerie prætermiſſus, ſucceſſit Rogerio, cujus prima mentio habetur in regeſto anno 891. anno 1. Vuidonis Regis, in chartula commutationis quorundam bonorum facta cum Adelberto Comite Aprutino, quæ eſt hujuſmodi. V. * Ex App. 1.5.

In nomine Domini, & Dei noſtri Jeſu Chriſti.

Vuido gratia Dei Adelberto ordinante providentia Imperator Auguſtus imperii ejus in Dei nomine in Italia primo, mente Madius per indictione nona. Ideo conſtat me Adelbertum comitem de Aprutio, filium quondam Joduini, propria mea bona voluntate concambiaſſe, atque concambiavimus tecum Johanne venerabilis ſedis S. Eccleſiæ Aprutinenſis epiſcopo, vel in ipſo veſtro epiſcopio id eſt de re mea, quæ mihi obvenit de meo conquiſito in Aprutio in caſali, quod nominatur Fonte coperta in omnibus qualiter mihi obvenit à Scigelberga ancilla Dei relicta, quod totam per ſolitam cartulæ ſanctæ ſuam legem de illa ſua tertia portione, quæ eſt ad locum ubi dicitur Fauniano, quod eſt inter terram Alberge permanſura in una petia in curte de terra modiorum decem, & ſeptem, cum caſis terris, & vineis, cum pomis, & arboribus, & cum omnia ſuper ſe habentes, quæ eſt a capo fine via pede uſque in flumine vezola de duabus partibus fine terra Adelberge, & in alia petia ibidem in ipſo caſale terra ſilva modiorum XII qui eſt a capo cxhab. uno latere conjuncta cum terra S. Mariæ, de alio latere fine terra, & ſilva S. Mariæ da pede fine illa bezola, & in alia petia in ipſo ſuperſcripto caſale terra modiorum quatuor, & ſemodiale de duo latere fine terra Adelberge da capo fine via de pede fine illa ripa, & in alia petia terra modiorum, quæ eſt ex omni parte fine terra Adelberge, & in alia petia ibidem in ipſo ſuperſcripto caſale terra ſilva modiorum VII. & ſemodiale quæ eſt a capo, & pede fine via de duabus partibus fine terra Adelberge, quæ eſt in alia petia terra modiorum IV. da uno latere conjuncta cum terra S. Mariæ de trib partibus fine terra Adelberge, & in alia petia in ipſo caſale terra modiorum XXX. de duabus partibus fine terra Adelberge, & de alio latere fine illo limite, & fine via, quæ eſt in alia petia in curte terra modiorum VI cum caſa, & vinea, pomis, & arboribus, & cum omnia ſuper ſe habentes, quæ eſt a capo fine via, & pede fine ripa de duab. partibus terra Adelberge, & in alia petia ſuper via terra modio uno, quæ eſt a pede fine via de trib partibus terra Adelberge, & in alia petia terra modiorum quatuor de capo fine via pede

(1) Hieremiam Aprutinum Epiſcopum poſſet quis contemplari, ſi vellit id referre ex ſubſcriptione Rom. Concilii ſub Leone Papa IV. an. 853. facta à Rampetto Presbytero pro Hieremia, cujus vicem geſſit in dicta Synodo. Verum cum varii Codices varie legendum præſient, videlicet, *Aprutienſe*, *Aprotienſe*, *Petienſe*, & *Apatrienſe*, nos, an ſit hic Hieremias his inferendus Epiſcopis, judicio prudentum relinquimus. *Lucent.*

de fine ripa de duabus partibus terra Adelberge, & in alto caſale, quod nominatur Scapriano terra modio uno, quæ eſt ab uno latere fine terra Adelberge da pede fine terra per te fuſiquia, & in alto caſale, qui nominatur Sacrimano terra modio unum de trib partibus fine terra Aimeradi, & in alia caſale, quod nominatur Petromano terra modio uno, quæ eſt ex omnib partib terra Adelberge, quia in alto caſale in Cerreto maxima terra modiorum quatuor da capo de la oltbola conjuncta cum terra S Mariæ ab uno latere, & a capo fine illa cipa da pede fine illo rivo iſta ſupraſcripta res cum omnia ſupra ſe habente, ſic ego Adelbertus Comes concambiavi tibi Johanni Epiſcopo, vel in ipſo veſtro epiſcopio, & ad proprietatem Epiſcopi jure, & unde recepit ego Adelbertus da te D. Johanne Epiſcopo, in cambio de reb. proprietatis epiſcopii veſtri per conſenſum de primatis ſacerdotibus de ipſo veſtro epiſcopio in caſale, quod nominatur caſule, in una petia modiorum vi. & ſeſtaria iv quæ eſt a capo fine via duo partibus conjuncta cum terra mea, & in alia petia terra modiorum quatuor de trib partibus conjūcta cum terra mea da pede limite, & in alia petia terra modiorum xiv quæ eſt a capo fine via pede fine illo rigo, & in alto latere fine terra de curte tua de S apriano, & in alto caſale, quod nominatur Ceſtmano, in una petia terra modiorum vi & ſeſtaria viii da uno latere fine terra Teutoni, de alto latere fine terra S. Petri da pede fine via & in caſale nomine Ancariano terra modiorum duo, & ſeſtaria quatuor, quæ eſt a capo, & ab uno latere fine via dab alio latere, & a pede terra candoni, & in alto caſale, quod nominatur Optalano in una petia terra modiorum xix. qui eſt a capo fine via ab uno latere S Petri de ab alto latere Candoni da pede E vardi, & in alia petia in ipſo caſale terra modiorum ſex quæ eſt a capo fine via de trib partibus fine terra S Petri, & in alia petia in ipſo caſale terra modiorū xii ab uno latere, & pede fine via & ab alio latere S Petri, & capo fine terra Gualteri, & in aliæ duæ petiæ terra modiorū quinque da capo & ab uno latere fine via, & pede Gauprandi, & de alio latere S Petri, & in alia petia terra modiorum decem de duabus partibus terra S Petri da capo fine via da pede fine fluvium infra ſupraſcripta res cum caſis terris, & vineis cum pomis & arboribus, & cum omnia ſuper ſe habente; ſic ego Adelbertus recepi a te D Johanne Epiſcopo in contambio per conſenſum de primatis ſacerdotibus ad meā proprietatem, & eſt in meum congruum, quod apud me deſignat; etiam habere in iſto ſupraſcripto cōcambio fut miſſus di pars rei aperto ſclabot de pars Pontifici Pet. Archidiaconus, & vice Dominus, & tres boni homines, quorum fides admittitur. Nomina eorum Lupo, & Grimaldo, & Aldo qui interfuerūt, & in omnibus eorum compoſuit ut plus, & melioratam rem recipere ad pars epiſcopii, quam illa quod ego recepi. Et hoc repromitto ego q. S Adelbertus tibi Johanni Epiſcopo, ut ſi ego, vel meis hæredibus tibi, aut tuis ſucceſſoribus aliqua cauſatione mittere præſumpſerimus de ſupraſcripta re, quæ ego tibi, vel in ipſo epiſcopio veſtro concambiavi, aut a quolibet homine defendere, & anteſtare enim potuerimus talia tales res dupla, & meliorata ego Adelbertus, vel meis hæredibus tibi Iohanni Epiſcopo, vel tuis ſucceſſoribus ſimus compoſiturus in ipſi manus caſali unde hac cartula concambiationis a me Adelbertus.

† *Ego Adelbertus Comes in hoc cambio a me facto manum meam ſubſcripſi.*

† *Ego Perto Sclabino eo miſſo in hac concambiatione interfui & manus meas ſubſcrip*

† *Ego Lupo in hac cambiatione interfui, & manus meas ſubſcripſi*

† *Ego Gr maldus in hac cambiatione interfuit, & manus meas ſubſceipſi.*

† *Ego Aldo in hac cambiatione interfui, & manus meas ſubſcripſi.*

† *Ego Atto rog ab Adelberto manus meas ſubſcripſi.*

† *Ego Benedictus rog ab Adelberto manus meas ſubſc.*

Adelbertus idem Comes anno 894. Vuidonis Regis quarto, alia permutavit bona cum Joanne Epiſcopo. Ita in eodem regeſto extat documentum.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Guido, grandi divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus anno imperii ejus, Deo propitio, quarto, ſed regnante Lamberto filio ejus Imperatore vero tertio, ſed a tertia die menſe Maii per indictione XII. Ideoque ego. Adelbertus Comes de Aprutio filius quondam Lodoym, cumcambiavimus, atque cumcambiaſſe tecum Iohanne Epiſcopo ſedis S. Aprutienſ. Epiſcopi. Itaque cumcambiavi tecum de res mea in Aprutienſis tertorio in caſale, quod nominatur campi, qui eſt permanſura in una petia in uno teneuse, terra modiorū mille nongenti triginta cum ſylva, & omnia ſuper ſe habente tecum Iohannes Epiſcopus cumcambiavi ad proprietatem ad pars epiſcopii veſtri: & dedit tibi D. Iohanni Epiſcopo in concambium ibidem in campi cōjuncta cum ipſa ſuperſcripta res terra permanſura modiorum centum ſeptuagiata cum omnia ſuper ſe habente pro ipſa Eccleſia, quæ ædificata eſt in honore S. Petri, quæ ſita eſt in caſale, quod nominatur Tocciano, & eſt conjuncta iſta mea res de uno lato fine rigo, de alio lato fine fluvio Comano, & de alto lato fine rigo de capo fine Iſmite. Iſta omnia ſupraſcripta res, quod ſuper continet faciunt inſimul terra modiorum duo millia centum cumcambiavit tecum D. Iohannes Epiſcopus ad pars epiſcopii veſtri pro ipſa res, quā D. Iohannes Epiſcopus mihi in cambio dediſti, in caſale nomine Tocciano, qui eſt permanſura terra modiorum quingenti, & duodecim, quæ eſt conjuncta à capo via de uno latere terra mea Adelberti Comes, & de alto lato fluvio Truſino, in alia petia terra modiorum duodecim, quæ eſt conjuncta cum mea terra, & duo petię terra modiorum decem, & ſeptem conjuncta cum mea terra, qui eſt tres petiæ terra permanſura modiorum ſex, & ſeſtaria quatuor, qui eſt conjuncta cum mea terra, & tres petiæ permanſura modiorum tres, & ſeſtaria quatuor, quę eſt conjuncta cum terra mea in freds, iterum in alia petia in ſupraſcripta terra modiorum ducenti, & ſexaginta cum ipſa Eccleſia, quæ vocabatur S. Petri cum cellis, & cum omnia ſuper ſe habentem, quæ eſt conjuncta de pede via de lato fine terra mea, & in alia petia terræ modiorum decem, quæ eſt cōjuncta de duobus partibus via, & in alia petia terra modio unum, & ſeſtaria decem quæ eſt conjuncta fine terræ de Senaldi iſta mea res, quæ eſt in caſale nomine Tacciano dictum D. Iohannes Epiſcopus in eodem cambio recepit pro ipſis rebus, quæ tibi ad op epiſcopio veſtro, quæ in cambio dedit recepit a te D Iohanne Epiſcopo in ipſo cambio in caſale nomine Coramano, in ſex petiis cum omnia ſuper ſe habente terra permanſura modiorum ſeptoagima duo, & ſeſtaria quatuor, quæ eſt conjuncta cum terra mea, quæ mihi de toto ejus ſodictitio, & longem per cartulæ obvenit, & recepit a te in eundem cambium in caſale ſardeuaria, & in caſale maſſiano terra modiorum ſex, & ſeſtaria ſeptem in ſex petiis cum omnia ſuper ſe habente, conjuncta eſt cum mea terra, & de monaſterio S. Mariæ, iterum & in alio caſale, quod nominatur Arelliano in tres petios modio uno, & ſeſtaria una conjuncta cum mea terra Adelberti Comes, quia & in caſale nomine Lippidio in tres petias terræ modiorum novem, quæ eſt conjuncta cum mea terra, ſed recepi ego in eodem cambio in alio caſale, quod nominatur Serriano terra modiorum quatuor in duas petias conjuncta cum mea terra, & in caſale Peſeniano in due petie terra permanſura modiorum 45 & ſeſtaria ſex cum caſa, & vinea, omnia ſuper ſe habente, quæ eſt conjuncta ipſa terra de duas pars fine terra S Petri, de alias pars foſſato de pede rivo, & recepi ego Adelbertus Comes in eodem cambio a te D Iohanne Epiſcopo ſuptu ceſenans in loco qui dicitur Arelliano una petia de terra modiorum ſeptuaginta, & duo, cum ſilva, & omnia ſuper ſe habente quæ eſt conjuncto a capo via pede rivo, & de alia pars terra Luponi, & de conſorts ſui, quod recepit in eodem cambio a te D Iohannes Epiſcopus de res epiſcopii veſtri in una petia terra quadrigenti cū ſilva, & omnia infra ſe habente, quæ eſt conjuncta di uno lato fine terra mea de Coperiano, & terra in borge, & de alio lato ſimiliter, & mea & Ramborge de capo, fine terra S Stephani, & in alia petia ibidem ſubtu Eccleſia S. Stephani, qui eſt da borsa in una petia terræ modiorum ducenti cum ſylva, & cum omnia ſuper ſe habente, quæ eſt conjuncta, & da capo fine terra S. Stephani de pede Iſoni Gaſtaldo de duos latere fine terra Ramborge, & Teuroni, & recepi a ſe in eodem cambio in caſali, quod nominatur Birgiliano, & in caſtangeto, & viginti & duo petii terea permanſura modiorum centum cum ſylva, & omnia ſuper ſe habente, & ſunt iſtæ 22 petiæ conjuncta cum terra Elpini, & Amelfridi, & terra quæ fuit Teubaldi, iſtæ omnes ſuperſcriptæ res, qui eſt meo caſali, eſt ipſa ſupraſcripta Eccleſia B. S. Petri, qui eſt meo caſale Tocciano in eodem cambio da te D. Iohannes Epiſcopus recepit, cum omnia ſuper ipſis rebus, cum omnia ſuper ipſas res habente pro ipſa omnia mea res, quæ ego Adelbertus Comes a tibi Dom Iohanni Epiſcopo ad pars epiſcopii veſtri in caſale nomine Campli in cambio dedi & ac ſuper verum ambarum cambium venerunt miſſus de pars Pontificis hoc eſt Albertus presbyter, & manſionarius, &

da pars regi fuit miſſo dilecto Perto Calbu, & tres homines cum quorum fides admittitur, hoc eſt Aimelfredo, & Creſpo, & Teuderico, & eorum hominis comparuit, quia plus, & meliorata res recipiebat ipſe Iohannes Epiſcopus ad pars epiſcopii ſui, quod ipſe Adelbertus Comes da pars epiſcopii recepiſſet, & hoc repromitto ego Adelbertus Comes tibi Dom. Iohanni Epiſcopo, ſi ego vel meis hæredibus tibi D. Iohanni Epiſcopo, vel ad tuis ſucceſſoribus de ipſo ſuprascripto meo cābio, quod tecum concambiavi ad pars epiſcopii veſtri aliquam cauſationem mittere præſumſerimus, & a quolibet homine defendere non potuerimus, alia talia res duppla, & meliorata ego, vel meis hæredibus tibi D. Iohanni Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus ad pars epiſcopii veſtri ſum cōpoſiturus in ſuprascripto caſale, & cartula a me facta Giandolfe notario ſcribere rogabit actum in Aprutio.

- † *Ego Adelbertus Comes in hoc cambio à me facto manus meas ſcripſi.*
- † *Ego Perto Sclabino, & miſſo in hoc cambium interfui, & manu mea ſcripſi.*
- † *Ego Mailfredo in hoc cambio interfui manu mea ſcripſi.*
- † *Ego Feuderico in hoc cambio interfui manu mea ſcripſi.*
- † *Ego Perteſuſo rogatus ab Adelberto Comite manu mea ſcripſi.*
- † *Ego Teuto rogatus ad Adelberto Comite manu mea ſcripſi.*
- † *Ego Lupo rogatus ad Adelberto Comite manu mea ſcripſi.*

Ultima mentio Joannis Epiſcopi in eodem regeſto habetur in charta, & notitia de Mutiano, ſcripta anno Domini 897. coram Judicibus Lamberti Imperatoris, ubi memoratur Mauritius Aſculanus Epiſcopus, in noſtra ſerie illius Eccleſiæ prætermiſſus: documentum tale eſt.

In Dei nomine.

Notitia judicati qualiter in caſtro a S. Flabiano in placito reſidentes Leudericus, & Giſumiſſi D. Imperatori pro ſingulorum hominum juſticia fieri faciendum, vel liberandum iatentiune, ibique reſedentes Mauriſius Epiſcupus de Aſculo, Elperinus gaſtaldius de Aſculo, Teutobaſſus D. Imperatoris Adduirsperto, Treſidius ſculdaſius de Aprutio, Sichelmus caſtaldus de Aſcalo, Ubaldebertus Aldoteudi, ſcaldasrodolſius Eliſeimajon, Scambertus, Pertefredus, & Aliopertus mango, Armericus, Coobteramus, Rodaldus, & reliqui plures in nuſtris omnibus meis preſeatia veniens D. Johannes Epiſcopus ſedis S. Aprutienſis cum Alberto advocato de ipſo epiſcopio, & querelam nobis reddens ſuper Ladeperto, qui advocatus erat de regi parte de comitatu Aprutio judicante nobis de iſto Ladeperto, quia contradeade nobis ipſas res de Muſiano, & ipſo Gualdo de Gomano qui pertinet de ipſa noſtra curte de muntone quem D. Carolus Imperator in S. Maria, & in S. Flabiano, pro mercede anima ſua per iſtum preceptum quod in manus tenemus, & ante nos oſtendimus pro anima ſua confirmavit, & dedit. Tunc aut dicti Judices legere fecimus ipſum præceptum. Continebant in ipſo precepto, quod D. Carolus Imperater fecerat quomodo ipſa curte de Muntone cum omnia pertinentia, vel adjacentia ſua cum ſervis, & ancillis mobile vel immobile omnia, & in omnibus terris, & vineis, olivetis, pomis, arboribus, ſylvis, gualdiſaquis, & uſu aquarum omnia, & in omnibus ad ipſam curtē pertinentib. de Montone S. Maria, & S. Flaviani pro mercede anima ſua in integrum concederat. Tunc nos dicti Judices interrogavimus ipſum Ladepertum advocatum de regi parte, qui de hac cauſa dicere, vel reſpondere voluiſſes. Tunc ipſe Ladepertus ad hac reſpondebat, & dixit quia ipſa res de Muſiano, & ipſe Gualde de Gomano, quia iſte Albertus advocatus Johannis Epiſcopi de ſuo epiſcopio mihi querit, quia eis contendere, quia de illa curte publica de paroniano nunq; pertinet, tum ipſe Albertus contra Ladepertum dicebat, nec ſatiar uſq; ſia fiat dictum, quod tam i queſit de illa curte publica de paroniano, nunquam pertinet quia ego dicu nomine talos homines, qua de iſta cauſa vobis veritatem dicant, tunc ipſe Albert. advocatus hac preſeas in ipſo placito dixit, Inquirite iſtos homines. hoc fuerit Brunengo, Inſari, Chriſtoſan. Icand. Onor. Iſenardus, interrogate, & inquirite de iſta cauſa vobis veritatem dicant ab eo iſti, & aliis tunc ipſi dicti miſſi, & Judices fecerunt interrogare ipſos Bruneagum, & Inſari Criſtoſanum, Icandum, Onorium, Iſenard. quem de ipſa res, quem iſte Albert. cum Ladeperto intentionem habet, ut exinde vobis veritatem dicat, & ipſo Brunengus, & Iaſari, Chriſtoſanus, Icandus, Onorius Iſenardus dixerunt, & profeſſi fuerunt, quia ipſa res de Muriano, & ipſe Gualdo de Gomano per oblicum vobis exinde veritatem dicimus, quia plus pertinet ad Muntonem ad ipſam curtem, quæ ad Parumanum nunquam pertinet, nec pertinuit, tunc nos dicti miſſi, & judices interrogavimus ipſum dictum Ladepertum, qui advocatus erat de ipſo comitata de Aprutio de regi parte, ſi habuiſſet tales homines qui contra iſtus homines aliquid dicere, aut contendere voluiſſent. Tunc ipſe Ladepertus, hic preſeas renunciavit, & dixit quia non habeo, nec poſſum habere tales homines, qui intra iſtes homines aliquid de iſta inqueſitione aliquid contendere poſſint. Tunc nos dicti miſſi, & Judices taliter audiſſemus ipſum Ladepertum dicere, qua non habebat tales homines, qui contra ipſam inquiſitionem dicere potuiſſet: rectū nobis paruit, & ita, & renunciavimus ipſi Johanni Epiſcopo, & Alberti advocato de ipſo epiſcopio, ut ipſas res de Muſiano, & de ipſo Gualdo de Gomano recolligere ad partes de ipſu epiſcopio, & ipſe Ladepertus de parte regis ſe requieſcere. Et vere diximus pro ſecuritate de ipſa epiſcopio, vel propter futaris temporibus memoriam. Ego Cōſtantinus notarius ex dicto de dictis miſſis. Ego Conſtantinus notarius ſcripſi in anno 5. Lamberti Imperatoris menſe Martio per Indictione xv.

- † *Ego Leo de Rito ibi fui.*
- † *Ego Teuto ibi fui.*
- † *Ego Baſſus ibi fui.*
- † *Egu Mauriſius Epiſcopus ibi fui.*
- † *Ego Elperino ibi fui.*
- † *Ego Porto ibi fui.*
- † *Ego Treſedio ibi fui.*
- † *Ego Mango ibi fui.*
- † *Ego Siebelmo ibi fui.*
- † *Ego Adom ibi fui.*
- † *Egu Texdorardus ibi fui.*
- † *Ego Gualdepertus ibi fui.*
- † *Ego Eliſeas ibi fui.*
- † *Ego Majo ibi fui.*
- † *Egu Rudolſus ibi fui.*
- † *Ego Eſcatbertus ibi fui.*

Legitur in eodem regeſto quædam donatio, quam fecit Manfredus Comes Eccleſiæ S. Mariæ Aprutinenſis Epiſcopatus Matrici anno 926. an. vivente Joanne Epiſcopo, vel alio ejuſdem ſucceſſore incertum, cum ibidem nulla habeatur mentio. Tamen dignum viſum eſt documentum, ut hic recenſeatur.

In Dei nomine.

Ab Incarnatione D. N. J. Chriſti ſunt anni nongenteſimi vigeſimi ſexti, & regnante D. Ugone gratia Dei rege Imperatore Auguſto ſexta decima. Ideoque ego Manfredus Comes bona expontanea mea voluntate cogitavi die mortis mea, & æternum judicium pro redemptione, & ſalvatiune anima mea, & genitoris mei, & uxoris mea, & matris mea per hanc cartulam judicavi, & tradidi in ipſa Eccleſia S. Maria, qua ſita eſt in territorio Aprutiē ſe in locum ubi inter amnes vocatur ad proprietatem poſſideadum, hoc eſt de rebus proprietatis mea, qua mihi a me conquiſitum advenit in ſupradicto Aprutio in locum, qui nominatur Scapriano, cum caſtro, qui nominatur viſice, & cum fociliano, & cum ecciano, cum terra cum vinea, cum pomis, cum olivetis, cum ſilvis, & ſalectis, cum molendinis, & cum omnes ſupradictas res integrum, & in omnibus ſic judicavit, & dedit, quod ad illam curtē Scapriano pertinet, & cum omnes ſupradictas res infra ſe, vel ſupra ſe habentes omnia in integrum judicavi, & tradidi, ego dictus Manfredus Comes pro redemptione, & ſalvatione anima mea, & progenitore meo, & matre mea, & uxor mea in ipſa prædicta Eccleſia ad proprietatem poſſidendam, ea vero ratione in edictis Longobardorum continet pagina, qua loca Sanctorū, aut in ſynodochia pro anima ſua aliquid dederit ſtabile debeat permanere, nec tiais, nec lauſxegil impedire debet, & ego qui pro anima mea, & progenitore meo, & matre mea, & uxore mea in ipſa prædicta Eccleſia judicavi, & dedi ad proprietatem poſſidendam promitto, & obligo me ego dictus Manfredus Comes, vel meis hæredibus in ipſa prædicta Eccleſia anſi-

ſtare,

ſtare, & defendere debeamus ad omnes homines, & ſi á quolibet homine antiſtare, & defendere non potuerimus, aut noluerimus, aut ſi ego dictus Manfredus Comes, vel meis hæredibus de ipſa ſupradicta re, quod ego pro anima mea, vel genitore meo, & matre mea, & uxore mea judicavi, & dedi in ipſa prædicta Eccleſia S. Mariæ aliquam cauſationem exinde mittere quæſierimus pro quolibet ingenio anathemati ſimus ſicut fuit Judas, Nathan, & Abiron, & inſuper componamus ego dictus Manfredus Comes, vel mei hæredes in ipſa prædicta Eccleſia mancuſos aureos mille, & poſt pœna hæc chartula qualiter ſuperius legitur, taliter omnique tempore ſemper firma, & ſtabilis permaneat, hanc enim chartulam rogatus a dicto Manfredo Comite, ſcripſi ego Atmo Judex, & notarius. actum Aprutio feliciter.

† Ego Tebaldus rog. adfui, & manus meas appoſui.
† Ego Teſmarus rogatus manus meas appoſui.
† Ego Johannes rogatus manus meas appoſui.

VI. („ N. . . . . hujus Eccleſiæ Epiſcopus erat an. 926. „ quo recenſetur donatio præſente Aprutino Epiſcopo cu„ jus nomen reticetur, ad favorem ejus Eccleſiæ á Man„ fredo Comite facta, & proximé ab Ughello relata. E„ juſmodi Epiſcopum alium eſſe á memorato ſuperius Jo„ anne, & alium á ſequente non injucundé cenſemus ex „ diuturniori temporum diſtantia. Luc.)

VII. 6. LANDULPHUS, anno 940. conceſſit Raynerio filio quondam Teutoni Curtem de Avenano in Comitatu Pinnenſi ad Epiſcopium Aprutinenſe pertinente, ad tertium uſque generationem. Conceſſio eſt talis, ex archivio ejuſdem Eccleſiæ, ſicut & cætera monumenta infra relata, deſumpta, ut jacent ipſiſſimis verbis ut illa ferebat ætas.

In Dei nomine &c.

Qualiter Ego Raynerius filius quondam Teutoni feci convenientiam inter nos, ut ego ſupraſcriptus Raynerius precavi ad te Landulfum, vir Venerab. Epiſcop. de rebus juris proprietatis S. veſtri Epiſcopii ſedis veſtræ Eccleſiæ, ut tu mihi, ſeu, & ad filios, vel nepotes meos, & uſque in tertiam meam legitimam generationem, unaque per voluntatem, & conſenſum de primatis Sacerdotibus, qui prærordinati ſunt in officio de veſtro Epiſcopio nobis conceſſiſti ad uſufruendum, ideſt ipſa Curte, vel rebus, quæ nominatur Avenano, cum omni pertinentia, vel adjacentia ſua quantum ad ipſam jam dictam Curtem pertinet, vel pertinere debet per loca, ubi dicitur Barviano, & in Romano, & in Roſſiano, ſive pro eorum vocabolis, ſive terris, & vineis cultas, vel incultis de pomis, & arboribus, & jus ſalictis, cannetis, aquis, aquarumque decurſibus ſuis, ſeu cum ipſo molino, quod ædificatum eſt joxta fluvium Germanum cum aquis, aquarumque decurſibus ſuis, ſeu ſicut ad ipſam jam dictam Curtem pertinet, vel pertinens eſſe videtur, omnia, & in omnibus, quæ ſunt inter vineas, & terras cultas, & incultas per ſingolas petias pro menſura inſimul, faciunt modii trecenti, & ſunt intra fines, & loca deſignata fine fluvio Gomano, & fluvio Tratino, & Matrice, & fine ipſo Rigo de Goriano, quomodo pergit in fluvio Gomano, & ſi amplius fuerit infra prædictos fines de ipſis rebus, quæ ipſam Curtem pertinēt ſuper ipſam menſuram, quam inter ſe continet in integrū ad uſufruēdū nobis in præſtita dediſti, ſeu & dediſti nobis infra territorio Pinnenſe ipſas res ex ſubſtātia in Locaniano, qui ad ipſam ſupraſcriptam Curtem de Avenano pertinet cum terris, & vineis, & omnia ſoper ſe, vel infra ſe haben. ipſis rebus, & ſunt inter vineas, & terras menſuratas per ſingulas petias infra ipſo ſupraſcripto Locaniano, & pro eis vocabulis inſimol faciunt mod. quinquaginta, qui eſt per fines, & loca deſignata fine fluvio Gomano, & fine Montarea de Roſeto, & ſi amplius fuerit ſuper ipſa menſora, qoam ſup. continet, ſic ego ſupraſcriptus Raynerius tibi ſupraſcripto Landulfo Epiſcopo, vel ad ſupraſcriptam legitimam generationem precavi, cum omnibus ſuper ipſis rebus pertinentibus; vel quomodolibet ad ipſā ſupraſcriptam Curtem de Avenano pertinet, vel pertinere debet tenore uſufruen. laboran. non in vendendum, vel donandum, neque per nullum ingenium in alterius poteſtatem ad proprietatem dandum, aut transmigrandum, niſi . . . . ad uſufruendum, & ad proprietatem ſancti veſtri Epiſcopii conſervandum, & de fragibus, & de ipſo molletto, & de molino omnia exinde faciamus, quod nobis opportunum fuerit facien. ſine calumnia, ſeu, & dediſti nobis in præſtito ipſos ſervos, & ancillas cum caſis, & fœminis ad ſerviendum, qui de ipſa Curte pertinet, vel habituri ſunt, ſic præſtaſti tu Landulfus Epiſcopus per conſenſum de ſacerdotibus tuis, videlicet ad ſupradictam meam legitimā generationem ad ſerviendum, & ad operandum de omnibus licentiam nobis dediſti de ipſis ſervis, & familiis ad operandum licēntiam, & poteſtatem habeamus ipſis ſervis, & familiis reprehendendis, & in ipſa Curte retinere qualiter tu ſupraſcripto Landulfus Epiſcopus, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis facere faciamus ſine omni calumnia, unde cenſum perſolvere, vel dare . . . . . familiis in præſtito habuerimus tibi ſupradicto Landulfo Epiſcopo, & ſucceſſoribus tuis per omne annualiter, aut per miſſos noſtros ſuper ipſo Altario Interamne in ipſo Epiſcopio dare de argento, aut de panno, aut cera, aut de oleo baliento denarios 12. Pro ea re tu ſupraſcriptus Landulfus Epiſcopus cum voluntate de ſuprad. ctis ſacerdotibus mihi Raynerio, vel ad meam generalitatem ſuper dicta Curte, & rebus, vel familiis in præſtito dediſti, qoiaeo, & ſupradicto Rayner. de . . . . de rebus proprietatis meæ ad proprietatem de veſtro Epiſcopio in unam petiam de terra, quæ mihi a genitore meo in hæreditatem obvenit. Eſt infra territorium Aprutienſe in caſale nomine Scapua vocabulo ad S. Maroto, qui eſt ipſa petia de terra per menſuram modiorum 10. & habet finis de capo finem terra S. Mariæ de pede de conſortibus meis de uno lato S. Petri, de alio lato, de quodam Deſpaldi cum omnia ſuper ſe haben. in integrum, ſeo & dedi nobis de mea mobilia inter aurum. & argentum, & cavallos, & alia mobilia baliens. ſolidos 100. quæ tu ſupradictus Epiſcopus recepiſti cum tuis ſacerdotibus.

Et hoc me repromitte; Ego Raynerius, vel ipſa mea generat. quæ rebus ipſis idem ipſa Curte de ſupradictis famulis in præſtitu habuerimus, qualiter ſi nos ipſo cenſu annualiter non dederimus, ut omnia ſic non adimpleverimus, vel obſervaverimus, qualiter ſopra ſcriptum eſt repromitto, & obligo me, ego Rayner. & ipſam meam generationem, ut componamus, ſi de noſtris culpa apparuerit tibi Landulfo Epiſcopo, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis argentum marc. 100. & ipſa ſupra Curte, & rebus, & familiis ad vos recolligatis ſine omni calumnia, quia noſtra talis fuit convenientia. Quam veram hanc precariam rogatus a ſupraſcripto Rayner. ab incarnatione D. N. J. Chriſti ſunt anni nongenteſimi quadrageſimi, imperante D. Lotharso, ac Rex anni Regni ejus . . . in die 18.

Ego Raynerio in hac precaria teſto rogato.
Ego Lupo rogatus a te Raynerio m. m. SS.
Ego Adelberto à te Raynerio rogatus m. n. m. SS.

* Ejuſdem Landulphi mentio extat in eodem regeſto in charta permutationis Caſtellonis, aliorumq; bonorum, ſcripta anno 959. quæ ita eſt. * Ex Ap tom. 5.

In Dei nomine.

Ab Incarnatione D. N. J. Chriſti ſunt anni nongenteſimi quinquageſimi noni, regnāte D. Beringario, & Alberto filio ejos gratia Dei Reges, annus regni eorū Deo propitio bona, & ſpontanea mea voluntate commutaſſe, & commotavimus modo a die preſente cāmutationis nomine tradidi vobis Landolfo Epiſcopo S. ſedis Aprutinenſis S. Mariæ, ſita in loco ubi inter amnes vocatur, ad proprietatem prædictæ urbis ex io ampliata, & meliorata, & eſt in ſupraſcripto Aprutio in ipſa monte de Collina, terra petia una, per menſuram modiorum xxiiii. cum ipſo monte, qui vocatur Caſtellione, qui ſupra ipſis rebos ſtare videtur cum introitu, & exoitu ſuo, & cum vinea, & pomis, & arboribus, & cum omnia infra ſe, & ſuper ſe habentem integrom vobis dicto Landulfe Epiſcopo, commutavi, ad proprietatem prædictæ urbis Epiſcopio poſſidendum, unde recepimus in cambio, & in commatatione a nos qui ſuper jus Petro, & Leuto ad noſtram proprietatem noſtriſque hæredibus poſſidendum da vobis dicto Landulfo Epiſcopo per conſenſum ſupradictis ſacerdotibus, cum quo iſtam commutationem facimos de rerum juris S. veſtri Epiſcopii in dicto Aprutio in caſalo, qui vocatur Scarfagiano terra petia ona per menſuram modiorum xxii. & cum ipſo monticello qui ſuper ipſis rebus ſtare videtur, cum petra, cum lignamum, & cum vinea, & pomis, & arboribus ſuis, & cum omnia infra ſe, & ſuper ſe habentem in integrum, & eſt infra finem a capo fine Trecallio pede & uno lato

fine

A *ſine via de alio lato, ſine terra noſtra Petri, & Teuto da vos receperimus in cambio, & in commutatione a noſtra proprietate noſtriſque heredibus poſſidendum, & quando iſtum prædictum cambium factum fuerit ſuper ambarum rerum interfuerimus directi miſſi, ut provideremus ipſam dictam commutationem, & concambiationem. Interfuit miſſus Lupo à parte Regis, & Merico miſſus à parte judicis, & Joanne Archipresbyter miſſus à parte veſtra Pontifice, una cum trib. hominib. eſtimatoribus, quorum ammittitur. Nomina eorum Johannes, & Petrus, & Lupus. Ipſi vero extimantis, viderunt, & exſtimaverunt, & apparuit eis, & renunciaverunt vobis, & dirit, quod ampliata, & melioratatares fuiſſet, ... quæ ſuperius Landolfus Epiſcopus ad proprietatem prædicti veſtri Epiſcopii quam fuiſſet ipſa res, quod vos nobis commutaſtis ad noſtram proprietatem, noſtriſque hæredibus ad poſſidendam; & hoc repromittimus, & obligavimus vobis Lãdolfo Epiſcopo, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ut ipſa ſupradicta noſtra commutatio, atque concambiatio, quam vobis commutavimus ad proprietatem prædicti veſtri Epiſcopii, poſſidendam ab omni homine antiſtare, & defen-* B *dere debeamus vobis. Et ſi à quolibet homine, antiſtare, & defendere non poterimus, aut ſi exinde aliquid retolere, vel minuare, aut aliquam cauſationem contra vos exinde retinuere quæſierimus de ipſa noſtra commutatione, de aliis noſtris propriis rebus dupla, & meliorata pena nobis componere obligamus ſecundum edictum noſtrũ quantum Aldo Scavino, & notario ſcribere rogavimus. Actum in Aprutio feliciter.*

† *Ego Teuto in hoc cambio a vobis facto.*
† *Ego Joannes Archipresbyter interfui miſſus a parte Pontifici, &c.*
† *Ego Mauricus in hoc cambio a pars Judici interfui m. m. ſubſc.*
† *Ego Lupus in hoc cambio a parte Regis interfui m. m. ſubſc.*

Cartula concambiationis de la rocca, & de caſtilione explicit.

Anno 960. Joannem Comitem Pinnenſem plura donaſſe Eccleſiæ Aprutinæ Præſule Landulpho docet monumentum, quod extat in eodem regeſto. C

De Landulpho mentio etiam habetur in eodem regeſto ad annum uſq; 963. Hinc colligitur eundem fuiſſe Epiſcopum Aprutinum, qui in Comitatu Pinnenſi, ſimul cum Epiſcopis Pennenſi, Theatino, Valvenſi, & Martiano interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Bartholomæi exſtructæ à Bernardo filio Lindani Comitis Pennenſis, cui fuerat donata pars brachii ejuſdem Apoſtoli per Landulphum Archiepiſcopum Beneventanum illius conſanguineum anno 962. Rem narrat Chronicon. M.S. apud me monaſterii S. Bartholomæi de Carpineto; cœnobium hoc fundavit idem Bernardus Comes Eccleſiæ conditor, ac divitiis auxit, quod per aliquot ſecula Benedictini Monachi incoluerunt, deinde Ciſtercienſi Ordini traditum, Caſæ novæ nobili in Pennenſi diœceſi monaſterio fuit unitum, de quo alibi redibit ſermo. Meminit ejuſdem Eccleſiæ conſecrationis, amicus noſter eruditus vir Vincentius Ciatlantes Iſernienſis in Sammii hiſtoria lib. 3. cap. 30.

VIII. * Ex App. tom. 5. 7. * PETRUS Epiſcopus Aprutinus, cujus frequens mentio eſt in eodem regeſto ab ann. 1000. uſque ad annum 1036. an is ſucceſſerit Landulpho, vel alius adhuc ignotus, mihi incertum, quemadmodum & Petrus idem, niſi forte regeſtũ ipſum me docuiſſet, quem ſuo loco hic repoſuimus. Primum documentum Petri incidit in annum 1000. regnante Othone Imper. de quadam precaria loci Anteſiani conceſſa Aldoni filio q. Elpormi, & aliorum. D

In Dei nomine, &c. in fine *ab Incarnatione D. N. J. Chriſti anno* 1000. *& Imperante D. Othone grandi Imp. Aug. anno imperii ſui propitio in Julio 4. menſ. Auguſto per indict. 13. Actum in Aprutio.*

Anno 1027. Petrum litem habuiſſe (1) cum Abbate S. Salvatoris Comitatus Reatini, docet chartula refutationis ejuſdem Abbatis facta coram Emeardo Comite, Bernardo Vicentino, & Othone Novarienſi Epiſcopis Imperatoris Nunciis, ac miſſis in Aprutinenſi Comitatu.

A *In Dei nomine.*

Breve recordationis, rememorationis, qualiter actum fuit in territorio Aprutienſi ad ipſum monaſterium D. Salvatoris in loco qui nominatur Bernizi, ibi reſidebat Emardus miſſus D. Imperat. & Epiſcopus Bernardus de Vicentia, Otho Epiſcopus, & Cancellarius de Novaria. Venit Petrus Epiſcopus S. Sedis Aprutienſis in præſentia de ſupra jam dictis miſſis D. Imperatoris, & reclamavit ſuper D. Petrum, Abbatem de monaſt. S. Salvatoris, de comitatu Reatino de ipſa re quæ pertinet ad ipſum jamdictum Epiſcopum S. Sedis Aprutienſis, id eſt de ipſo caſtro de Civitella, & de ipſo jam ſupradicto monaſterio de Beczin, & de plurib. aliis beneficiis, quæ injuſte tenebat. Venit D. Petrus Abbas in præſentia de ipſis jam ſupradictis Emardi, & Epiſcopi Bernardi, Othonis Epiſcopi, & Cancellarii de Novaria, & aliorum plur. boni hominum aſtantium, vel ſedentium de Comitatu Aprutienſi; in eorum præſẽtia venit D. Petrus; Abbas refutavit, & renunciavit, ad D. Petrum omnes ipſas res, quæ pertinent ad Epiſcopum S. Mariæ, & S. Flaviani, quæ injuſte tenebat.

B *Ibi fuit Petrus Archipresbyter.*
Ibi fuit Joannes manſionarius S. Flaviani.
Ibi fuit Uſo presbyter.
Ibi fuit Peregrinus.
Ibi fuit Guarinus.
Ibi fuit Petrus filios Martini.
Ibi fuit Adelbertus.
Ibi fuerunt plures alii boni homines.

Petro Epiſcopo, Petrus Traſmundi filius an. 1306. pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorũ Epiſcopio Aprutinenſi in S. Flabiano ſito, plura elargitus eſt bona, cujus donationis documentum ita incipit in eodem regeſto.

In Dei nomine ab Incarnat. Dom. N. Ieſu Chriſti ſunt ann. 1306. *& Imp. D. Conrado gratia Dei Imp. Auguſt. ann. Imperii ejus Deo propitio, & menſ. Octob. per indict. quarta, &c.*

8. * SANSON Epiſcopus Aprutinus prætermiſſus ſucceſſit Petro, cujus memoriam perennavit ſæpe citatum regeſtum in documento, quod ipſe confecit an. 1041. cujus tenor incipit. *In Dei nomine ſcriptum libellum, ſeu convenientia qualiter ego Sanſon S. ſedis Aprut. Eccleſiæ S. Mariæ, quæ ſita eſt in loco, ubi inter amnes vocatur, unaque per voluntatem ſacerdotibus &c. In fine; Ab Incarnat. Dom. noſt. Ieſu Chriſti ſunt ann.* 1041 *& regnante D. Henrico Imp. gratia Dei Imp. Auguſto, Imperii ejus Deo propitio in Italia* 2. *an menſe Febr. per indict. 9. Act. in Aprutio feliciter.* IX. * Ex App. tom. 5. C

Parum vixiſſe in ea dignitate Sanſonem apparet, cum in eo regeſto nulla de ipſo alia habeatur mentio.

9. * SICHERIUS, vel Suiguet, ita varie legitur in dicto regeſto, quod nomen ſonat Longobardicum. Erat is Epiſcopus anno 1407. quo ſcriptum eſt documentum cujuſdam precariæ, ubi Sichelmus vocatur, & ann. 1052. quo Suiger in alio enunciatur. Porro documentum eſt in relato regeſto, cujus initium eſt. *In Deo nomine ab Incarnat. Dom. noſt. Ieſu Chriſti an.* 1047. *& imperante Dom. Henrico grandi Imp. Aug. an. Imperii ejus Deo propitio, in Italia primo, & men. Apr. per indict.* X. * Ex App. tom. 5.

De Sicherio præter hæc ſupra relata nil reperitur, quem ſuo loco notavimus, in priori ſerie prætermiſſũ.

D 10. * PETRUS proxime ſucceſſit Sichelmo, ſiquidem ejus mentio prima recenſetur in eodem regeſto anno 1056. cum apud Victorem Papam juſtitiam petiturus accurriſſet. Suæ namque Eccleſiæ quoddam caſtrum, & alia bona à malevolis occupatum repetiit, tulitque ad favorem Epiſcopii laudabilem ſententiam, cujus judicii ſeries recitatur ibidem in hunc modum. XI. * Ex App. tom. 5.

In Dei nomine.

Notitiam judicatam, quia ab omnibus eſt cognitum, & a pluribus videtur eſſe manifeſtum qualiter actum eſt in comitatum Aprutienſi ante ipſum caſtrum de la Vitice, quia ibi erat Victorius, Sedis Apoſtolicæ Præſul Urbis Romæ gratia Dei Italiæ egregius univerſali PP. regimine ſuceſſus, Marcam, Firmanam, & Ducatum Spoletinum, dum in placito reſideret, & cum eo Stephanus Iudex Romanæ Sedis, & Angelus Iudex Anconitan. & Adammo Iudex Teatinenſis, & Tranſmundus Comes Teatinus, Traſ-

(1) At Illis hanc compoſitionem verius attribuendam eſſe cenſemus ipſi juniori Petro, ut in Vicentinis obſervabimus. *Lec.*

Traſmundu filius Pandulphi ibi erat Bambe, & Ferro filius Taſet Leardi, & Traſmunde fratre ſuo, & Berardus Comes de Ancona, & Petrus Comes de Foſſambrone, & Ruſticus filius Johanni, & Ofredus filius Munaldi, & Acto Comes, & aliis pluris circumaſtantibus, atque reſidentibus liberorum hominum, venit Petrus Epiſcopus ſedis S. Aprutina cum ſuis clericis, qui praordinati ſunt in officio de prædicto epiſcopio, & ejus adiutorio Bernardus Epiſcopus Aſculanus, & Guillelmus Epiſcopus Umana, & tunc reclamavit ſupradictus Petrus Epiſcopus ad ſupradictum Papam Victorium de ipſo caſtro de la Vitice, quod per præceptum aliam ereditam de ſua Eccleſia Beata S. Maria in qua praordinatus eſt, & ſuos anteceſſores reclamationem fecerant ſuper Teuto, & filiis ſuis, quod ipſi jam dictum caſtellum, & ſua pertinentia male ordine poſſidebant. Dum talia audivit prædictus Papa, miſit Girardum Comitem ſuum, & fecit eos ut ad placitum venirent, & juſtitiam facerẽt ad prædictum Epiſcopum de ſuo epiſcopio, ſicut lex continet, & compellatio facta eſt ſemel, bis, & uſque ad tertium, & legem facere, & juſtitiam facere, & in placito præſentare rebelles fuerunt. Tunc prædictus Papa cum conſilio de ſuis Epiſcopis annuatim aſtimaverunt, comprehendere caſtrum, & illos rebelles, & poſtea fecerunt congregare hos omnes, & alios plures, quorum nomina longum eſt enarrare, tunc poſt omnes congregatos, fecit prædictus Papa cum legali judicio de dicto Iudicibus inveſtivit Petrum Epiſcopum ad partem de dicto S. epiſcopio S. Maria de ipſo caſtello de ipſa Vitice, & de ejus pertinentia, & poſt veſtituram factam, fecit omnes circumaſtare, & Adame Iudice Teatenſe in medium, & fecit mittere bandũ de parte Regis Enrici, & de ſua parte, ut ſi qui rebellis, aut contemptor extiterit, aut quicunque in ipſo caſtro de ipſa Vitice reconſtruere, vel redificare voluiſſet, aut quicunq; adiuter, aut defenſor eorum fuiſſet, aut qualecunque rebus proprietatis de ipſo Epiſcopo, qui infra ipſo comitato fuiſſet, quod ad ipſum S. Epiſcopũ pertinet, invaſor fuiſſet. Ut ſciat ſe compoſiturus ad partẽ Camera Regia libras 50. & ad partem Camera ſua alias 50. libras, & ad opus S. Maria, & dicto Epiſcopo perſimiliter libras 50. & cauſa ipſa ſine omni lite revertat ad ſupradictum S. Epiſcopium, & cum hoc audierunt Epiſcopi, & comites omnes, laudaverunt, & dixerunt, quia lex judicaſſe, & ipſe Dom. Papa laudavit, & ſic conſtituit, ut nullus Comes, nec Viſecomes, nec Dux, nec Marchio, neque quilibet miſſus Dominicus removere præſumat, & ſi quis vero hoc quod nos inſtituimus corrumpere, aut falſure temptaverit ſciat ſe compoſiturus ad pars dominica 150. libras auri medietatem Regi, & medietatem a prædicto Epiſcopo. Quam, & de rogatu Victorii Papa, & de dictis omnibus laudatoribus ſcripſi ego Adã Iudex Teatenſis ab Incarnatione D. N. I. Chriſti anni ſunt milleſimo quinquageſimi ſexti, & dies iſtius, & menſis Iulius per indictione nona. Actum in Aprutio feliciter.

† Epiſcopus de Arimano ibi fuit.
† Epiſcopus Aſcalane ibi fuit.
† Epiſcopus de Uman. ibi fuit.
Tranſmundo comes Teatenſe ibi fuit.
Tranſmunde filio Pandulfi ibi fuit.
Ferro filio Taſelleardi ibi fuit.
Tranſmunde filio Taſelleardi ibi fuit.
Longini filio Zuponi ibi fuit.
Bambe ibi fuit.
Rogeri ibi fuit.
Ruſtico ibi fuit.
Exmilo ibi fuit.
Petrus comes ibi fuit.
Berardus comes ibi fuit.
Odemunde filio Ziolfi ibi fuit.
Odemunde filio Guidoni ibi fuit.
Petrus ibi fuit. Quæ ſcripſit Adamo Iudice adiutorio S. Maria, & Petrus Epiſcopus.

Item in eodem regeſto plura ſunt monumenta ejuſdem Petri Epiſcopi uſque ad annum 1076. Sub quo Petro, eoq; inſtante, adverſus Abbatem S. Salvatoris actum fuit ſequens judiciũ an. 1057. ex eodem regeſto.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Dum reſideret D. Gerardus Comes de comitatu Aſculano, & Aprutienſi miſſus D. Victoris Papæ in generali placito in locum, qui dicitur Graſſiano de comitatu Aprutienſi, & cum eo reſidebat D. Bernardus Epiſcopus Aſculanus ab uno latere, ab altero Petrus Aulicus Iudex, cum Adam Longobardo Iudice reſidebat ſimiliter, tunc juſſione prædicti Comitis, & Iudicis ſurrexit advocatus D. Epiſcopi Petri Aprutienſis in præſentia præfati Epiſcopi, & queſtus eſt adverſus D. Petrum Abbatem de monaſterio S. Salvatoris de Rieti de uno caſtro, quod vocatur Cuvitella, & de monaſterio uno, & de aliis multis pertinentiis, cui ipſe iratus, excitatus jam per peremptorium edictum, ut lex præcipit, & faciens injuriam, & dicens concitata verba jam per tres dies D. Epiſcopo Bernardo, & Petro Iudici noluit reſpondere, iterum interrogatus a Iudice reſpondit irato animo, quod non haberet advocatum, neque tunc vellet habere, neq; quod S. Salvator habebat, ipſe non id quæſierat: ideo pro nullius Iudicis judicio alicui non daret, & inſuper adiunxit cauſa dilationis, quod eſſet ibi paratus de chartis, quas ibi non haberet, tunc dictum eſt Comiti quatenus ipſe habebat, ſed pro cõtumacia oſtendere nolebat, cui ipſe Comes taliter locutus eſt, aut acciperet advocatum, & cum eo feciſſet legem, & juſtitiã, aut dediſſet aliquem hominem, qui juraret quatenus ipſe, neque Chartulam ibi haberet, neque habere potuiſſet infra toto illo termino, quod ſibi jam legaliter datum erat, quod ſi hoc feciſſet, daret ſibi inducia, & ſi non hoc faceret, vel redderet poſſeſſionem ad ſalvandam querelam Epiſcopo Petro ſolummodo de jam dicto caſtro, & de aliis rebus. Ad hæc ipſe ſurrexit iratus, & dixit, ſe enim parere omnibus ſupradictis juſſionibus fregit placitum, & cum multis hominibus, qui diſtrictis gladiis, & terribiliter vertebant oculos, etiam aſcenderunt equis, tunc Comes accepto conſilio a judice ſuo vocavit Epiſcopum Petrum, & per baculum quem in manum tenebat fecit ſibi inveſtituram de ipſo caſtro ad ſalvam querelam, & inſuper miſit bannum ſuper eum, ut nemo eſſet ſibi contrarius in illa inveſtitura. Facto placito ſcripſi ego Petrus notarius ab Incarnatione D. N. I. Chriſti ſunt anni milleſimi quinquageſimi ſeptimi, & menſe Iulii per Indictione 10. feliciter. In præſentia Comitis, & Giſo filii Giſenis, & Acti filii Actonis, & Traſmundi filii Pandulfi, & Odemundi filii Guidonis, & Giſiverti filii Odemundi, & alterum multorum aſtantium, & ſedentium.

† Ego Girardus Comes una notitia fieri juſſi.
† Ego Petrus Aulicus judex.

Petri hujus non memini in priori ſerie, qui ſuo loco eſt collocandus, quemadmodum, & ſequens, poſt ipſum, Ugo.

11. * HUGO de quo tantum in documento ejuſdẽ regeſti unica reperitur memoria anno 1086. XII. * Ex App. tom. 5.

12. * GUIDO creditur proxime ſucceſſiſſe Hugoni, quem cum prætermiſiſſem, hic ſuo in loco collocavimus: ejus tantum memoriam reperi in eodem regeſto anno 1100. & anno 1101. quo tempore plura bona ab Odemundo Tranſmundi filio, & Raynerio Siſridi Epiſcopio Aprutinenſi dono ſunt data. XIII. * Ex App. tom. 5.

13. * UBERTUS ſucceſſor Guidonis, de quo memini in catalogo tanquam S. Bernardi prædeceſſor: de eo prima mentio in citato regeſto ſpectatur in ann. 1103. XIV * Ex Ap. tom. 5. In chartula Gurberti, quam fecit eidem Uberto. Ann. 1105. eidem Uberto, Giſo filius Raynerii pro ſalute animæ ſuæ partem Collis veteris S. Aprutinæ Eccleſiæ contulit. Idem etiam Ubertus ann. 1108. litem habuit cum quibuſdam Guidonis nepotibus, quæ ita coram Attone Comite exagitata eſt.

Anno Dom. Incarnationis 1108. Indict. 1. 4. id. Januarii, tempore D. Papa Paſchalis, reſidente Attone Comite in ſuburbio S. Flaviani in Eccleſiam S. Maria juxta mare ſitam. Sedenteq; cum eo Corzone judice, & Guidone judice cum aliis cauſidicis, & Abbate S. Johannis in Venere cum aliis Abbatibus, & nobilibus equitibus, aliiſq; hominibus Aprutinis, in præſentia popularis, & militaris, ſeu clericalis conventus, Ubertus Epiſcopus cum ſuis cauſidicis, & multis Eccleſia ſua fidelibus ibi aſſiſtens per judicem Eccleſia advocatum nomine Guidonem, proclamationem fecit ſuper filiis, & nepotibus Guidonis de terris cultis, & incultis, ſcilicet de Antiſiano, cum 12. villanis, & de campo deſolata, & de uno villano, quem Ligiſus Rocimondus dederat Eccleſia pro anima ſua, & de parte Guidonis filii Petri de ſilva de Ruſcaria in Lavarũ. Qua, Eccleſia poſſidente, ipſi invaſerant, & de 3. villanis, &

de

de presb. Petro filio Aczonis in Scaccano, & de Seſſiano magiſtro, & de 10. villanis cũ ſuis tenoamẽtis in cãtuano, & de caſtello Monticello, & de 5. villanis, qui vocabãtur partitores cum ſuis tenoamẽtis in Vaſſiano, & de Cerroto maximo, & de 10. modiis de terra in plagiamẽtis de melatrao, & de 20. modiis in gualmim. & de uno beneficio, & de 6. modiis de terra in Malligianello, & de homine uno cũ ſuo tenoamẽto, quẽ Guido injuſte tenet in Laiſcla, & de diverſis petiis de terra in fõte coperta, & unũ amiſſitũ de Malſicanis, & ſervitium de filiis Petri Albi, & beneficium de ligniſcos, quæ adores Eccleſiæ pertineatis, filii, & nepotes Guidonis injuſte detinebant. Cauſidicus illorũ reſpondit per aequiſſimam poteſtatem Normannorum prædictum Antiſtanum, & 4. homines in Scasiana, & cãpum deſolata, & campum depraſa eos Eccleſiæ reſtituiſſe, & ipſa recedente unumquemq; eorum poſſeſſionem Eccleſiæ reſtitutam iterum apprehendiſſe. Alias vero prædictas nec dixit eos neſciſſe ad Eccleſiam pertinere. Cauſidicus Eccleſiæ petiit fieri ſatiſdationes judicio ſiſti, & judicaverunt ſolvicum cæteris clauſulis. Ad hæc Cauſidicus illorum dixit non debere ſatisdari, niſi prius conſtaret actionem competentem. Cauſidicus Eccleſiæ legaliter oſtendit poſt narrationem, & reſponſionem ſtatim debere fieri ſatiſdationes. Ad hæc adverſariorum Cauſidicus petiit eds actionem. Eccleſiæ Cauſidicus de rebus invaſis proponit tribus actiones, ſcilicet in rem conditionem, ex lege, & interdictum, unde Judex his vero rebus injuſte ab eis poſſeſſis propoſuit actionem in perſonam, & in re, & hypothecatias: deinde Epiſcopo præparante ſe ad ſatiſdationem præſentes fidejuſſoribus, Comes allocutus eſt, ſic dicens ſecundum pactionem ſecularium poteſtatum competere ſibi jus exigendi in villam aperto villa. Allegans jus, hoc neque Epiſcopali authoritate, neque judiciali ſententia poſſe ſibi conferri, ſed quia erat ei obſtrictus vinculo firma ſecuritatis, petiit ab eo licentiam, ut ſua authoritate poſſet tollere à parte villa, quod jure ſecularium poteſtatum ſibi competens, & non nominans quid, aut quantũ, vel cur. Epiſcopus dixit omnem adminiſtrationem ad diminationem rerum Eccleſiæ pertinentem præter neceſſaria ab Apoſtolica Sede ſibi interdicta eſſe, & talem licentiam. . . permiſſum Romani Pontificis dare non poſſe. Tunc Comes admonuit Epiſcopum ut in capite, vel peteret Romanam Sedem inſtructam, & præparatam ad juſtitiam faciendam, & recipiendam promittens ſe ibi perrecturum, & prædictos adverſarios Eccleſiæ ad juſtitiam faciendam, & recipiendam coaſtricturum.

Anno verò 1114. Bernardus Mutus unam donationẽ fecit Eccleſiæ Aprutinæ ipſo Uberto adhuc vivẽte.

XV. *a Al. Berardus.*

14. S. HEBERARDUS ſive Berardus a è clariſſima gente de Comitibus Pallæ Aureæ, Monachus Caſinen. à puero ingreſſus Monaſterium S. Joannis in Territorio Auxonenſi, adeò longè in ſanctimonia vitæ brevi progreſſus eſt, ut cum Aprutinus Epiſcopus fuiſſet defunctus, concordibus ſuffragiis illi, ad quos ſpectabat, in demortui locum Berardum elegerint, an. 1115. Hic quàm ægrè cæteris imperaret, ex moderatione vitæ, totiuſque converſationis rigore planè oſtendit. Pauperes impenſe fovit, ſibiq; concreditos Populos adeò dilexit, ut nihil ſupra. Claruit miraculis dum viveret, defunctus etiam potentior factus majora edidit. Tandem poſt ſeptem annos, quibus Aprutinam adminiſtravit Eccleſiam requievit in Domino anno 1122. 14. Kal. Januarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali, vitamque eius edidere Venetiis ann. 1600. Ejuſdemque Ferrarius meminit in ſuo Catal. Italicorum ſanctorum. In Aprutina Eccleſia Eberardi memorati ſupradicta die celebre habetur feſtum, tametſi nulla memoria extet quando, aut à quo in numerum SS. fuerit relatus. Zazera de familiis Neapolitanis Neapolitanum hunc Eberardum contendit, nonnulli è Comitibus Marſorum fuiſſe, atque à Paſchali II. Pontifice Purpuram accepiſſe, fatoque ceſſiſſe ann. 1130. & mea quidem ſententia errat, cum hunc Cardinalem fuiſſe narrat. Confundit enim hunc ſuum Eberardum è Comitibus Marſorum, Marſorumque Epiſcopum cum hoc noſtro è Comitibus Pallæ Aureæ, qui Aprutinus tantum Epiſcopus fuit, non Cardinalis, deceſſitque anno 1122. ut ejuſdem vita ex antiquiſſimis eruta ſcripturis manifeſtiſſime prodit. Zazeræ aliiſque autem ex eodem nomine, eademque Marſorum gente, inſtitutoque monaſtico facile fuit utrumque confundere, præcipuè autem cum iiſdem temporibus floruiſſent. Anno ultimo Berardi pontificatus, Fantolinus de Nereto ſequentem Epiſcopio Aprutino magnam fecit donationem, quam hîc è tabulario ejuſdem Eccleſiæ non piguit poſteritati conſecrare.

In Nomine D. N. J. Chriſti, anno ab Incarn.
Domini 1122 menſe Auguſto pro indict. 14.

Ego Fantolinus de Nereto propria, & ſpontanea mea voluntate pro remedio animæ meæ, & parentum meorum dedi, & tradidi Eccleſiæ S. Mariæ Teramnenſi, quæ eſt caput Epiſcopatus Aprutini, omnia quæ habeo, & quæ juris mei ſunt abſque ulla retentione, ut habeat, & poſſideat jure proprietatis in perpetuum, ſcilicet partem meam quam habeo in Mereto, & in caſtello, quod vocatur Ripa, & in caſtello Altino, & in caſtello Roca, & in caſtello Pojo, & in caſtello Vena, & in caſtello Tica, & præterea quicquid habeo à Roca uſque in Moſa Sumatina, & à Moſa Sumatina uſque in Plano majore ſicut eſt finis inter comitatum Aprutinum, & Eſculanum in villis, in Eccleſiis, in ſylvis, in molendinis, & in curſibus aquarum, & partem Eccleſiæ S. Anclis, & partem Eccleſiæ S. Fælicitatis, & totam Eccleſiam S. Anatoliæ, & partem Eccleſiæ S. Petri de Neceto, & S. Nicolai de Plano, & partem Eccleſiæ S. Feli, & partem Eccleſiæ S. Mariæ de florano, & partem Monaſterii S. Petri de Arano, & partem S. Petri de ſpazano. Hæc omnia quæ ſupradicta ſunt, & ſi qua alia ſunt, quæ pertinent, quæ hic nominata non ſunt, in integrum dedi, & tradidi S. Mariæ laudantibus, & confirmantibus uxore mea Guibelina, & filia mea Guntilda, & alia filia mea Giburga, & Raimundo Nepote meo filio Guntildæ, & Gualterio & Stabilis ſimiliter nepotibus meis filiis Giburgæ, qui omnes rogaverunt Judicem cartulam iſtam facere. Et ſi ego vel filiæ meæ, vel nepotes, qui hanc Cartam rogaverunt fieri de hac donatione litem prædictæ Eccleſiæ fecerimus, vel contra omnes homines juſtè non defenderimus, pœna centum bizantinorum prædictæ Eccleſiæ nos obligamus, & poſt pœnam ſolutam cartula iſta firma permaneat. Præterea quicumque hanc donationem deſtruere molitus fuerit, & ea quæ dedi Eccleſiæ S. Mariæ volens & ſciens abſtulerit, maledictus ſit, & excommunicatus, & perpetuo anathemate condemnatus ab omnipotenti Deo, & S. Maria, & SS. Apoſtolis, & omnibus ſanctis, & cum Iuda proditore Domini, & omnibus impiis partem ſuam habeat in inferno inferiori, donec ad veram ſatiſfactionem, & emendationem veniat. Hanc donationem feci Ego, & Pater D. Bernardi Epiſcopi in manu Gitonis Præpoſiti, & Guidonis canonici præſentibus, Actone Petri Domchi, & Odemundo, & Tranſmundo.

S. Banioli filii ugizonis hujus donationis rogati teſtis
S. Ireſi filii Tranſmundi ſimiliter rogati teſtis
S. Ioannis filii Tranſmundi ſimiliter rogati teſtis
Ego Landricus Iudex rogata omnium ſupradictorum hanc cartam ſcripſi.

* De hoc Heberardo inter multa, hæc monumenta in citato regeſto obſervavi. ** Ex App. tom. 5.*

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab incarn. Dom. 1116. per Indict. 9. Ego Atto Comes Aprutinus propria, & ſpontanea mea voluntate pro remedio animæ meæ, & parentum meorum dedi, & tradidi tibi Bernardo Aprutino Epiſcopo, & Eccleſiæ S. Mariæ Interamnenſi, quæ ſedes Epiſcopatus eſt, Caſtellum, quod Lucum nomine vocatum eſt, ſitum in Pinnenſi Comitatu, juxta fluvium Gomanum, quod a fratre tuo emeras nomine Rainaldo, me laudante, conſentiente, & præcipiente a quo prædictus frater ipſum caſtellum tenebat. Laudantibus quoque, & confirmantibus, & hominibus, & jam tibi facientibus omnibus militibus prædicti caſtelli, quod prædictus frater tuus, ut homines tui, & fideles tui eſſẽt tibi, dedit, ac tradidit, acceptis a te 30. bizantiis. Hoc autem eſt, quod tibi in ſupradicto donavi caſtello, ſcilicet vocare, & cogere eos ad exercitum, & colloquium tibi faciendum, & omnia, quia de prædicto caſtello ad me pertinent, qualicunque modo pertineant, tibi & Eccleſiæ tuæ S. Mariæ Interamnenſis, in integrum donavi abſque ulla retentione ut habeatis, teneatis, & poſſideatis in perpetuũ, & quicquid vobis placuerit, de eo faciatis. Hoc autem abſque fraude & dolo vobis facio. Et ſi ego, vel hæredes mei hanc donationem revocare ſtuduerimus, vel aliquo modo revocaverimus de reddendo duplo prædictæ Eccleſiæ, vel tibi Berardo, me & eos obligo.

Sig.

Sig. Barunelli hujus rei rogati teſtis.
Sig. Rainfredi hujus rei rogati teſtis.
Sig. Bernardi canatoris hujus rei rogati teſtis.
Ego Landricus Judex rogatu omnium ſupradictorum hanc chartam donationis ſcripſi.

XVI. 15. GUIDO ſuffectus eſt anno 1147. Qui cum in illo calamitoſo tempore incidiſſet, quo Interamnenſis Civitas à Comite Roberto Loretello, Rogerii Normandi Neapolitani Regis nepote, funditus diruta, & combuſta fuiſſet, ille ut pius Paſtor, redactis in unum diſperſis civibus, paulo poſt à Guillelmo Rege Rogerii filio, habita auctoritate, non longè à priori, eam quam nunc videmus Civitatem, cœpit ædificare, quam cum muris vallaſſet, civeſque ad patriam revocaſſet, quaſi novus Urbis ædificator, & Pater patriæ appellatus eſt, obtinuitque ab eodem Rege in feudum Civitatem ipſam, una cum toto territorio Aprutino, pro ſe, ſuiſq; ſucceſſoribus, ſub titulo Principatus, quo huc uſque inſignitur. De Teramnenſis Civitatis deſolatione, ejuſdemque ædificatione, & de miraculo in eundem Guidonem, meritis S. Bernardi patrato, hæc habetur in vita ejuſdem Sancti; *Tempore quoque Guidonis Aprutinorum Præſulis, anno 30. ab obitu S. Berardi, regnante Rege Rogerio, Teramnenſis Civitas quondam Roberti Loretelli Comitis bellorum incurſionibus pugnarũque jurgiis, ac combuſtione fervente tota combuſta eſt. Et Eccleſia, in qua S. viri Corpus venerabatur, eodẽ ardore ſuccenſa, & ædificiis deſtituta funditus obruit. Præfatus itaq; Guido videns ipſam Eccleſiam ad ſtatum ſuum priſtinum poſt tam gravem ruinam reduci non poſſe, aliam centum fere paſſibus à prima diſtantem inchoavit: Dum his, & aliarũ rerum ſollicitudine angeretur, & ipſius Berardi Confeſſoris minus devotè celebraretur memoria, tantum oculorum incurrit dolorem, ut illorum luce penitus careret, cum ipſi oculi quaſi propriis locellis prominentes ex tumore frontem ſuperare viderẽtur. Qui cum ob ipſam infirmitatem Medicos per ſingulas Provincias ſollicitaſſet, & eorum curam expertus nulla poſſet infirmitatis munere juvamina, inde liberari diffidebat. Demum D. Berardi ſanctitatem, & ejuſdem celebrationis oblivionem ad mẽtem revocans, ejus miſericordiam lachrymabiliter depoſcebat; Proſtratus itaque hujuſmodi fundebat preces. Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus es, non me in ira tua arguas, neque in furore tuo corripias, ut vita miſera, & infelix taliter deficiat, ſed per Beatiſſimum famulum tuum Berardum indulgentiæ manum ſuper me imponere digneris, ut quem in terris te donante Patrem, & Paſtorem cognovi, eundem interceſſorẽ te largiente ſentiens, ejus merear precibus liberari; Tunc S. Berardus oculos ejus in proprias ſedes reduxit, ac priores lucis reſtituit vigorem.*

Ann. 1153. Guido novæ Civitatis reparatione intentus ſpiritualia, Iuraq; ſuæ Eccleſiæ haud neglexit; tunc enim inter ipſum, & Aſculanum Epiſcopum de confiniis diœceſum erat concertatio, quæ olim Victor II. ſuo diplomate, ac præſentia ſtatuerat, ad Anaſtaſium IV. Pontif. Max. pro confirmatione Victoriani diplomatis confugit. Is benigne cum Guidonem recepiſſet, ad pacem, ac nobilitatem Aprutinæ Eccleſiæ conſervandam, jura ejuſdem confirmavit, fineſque Epiſcopatus ſequenti bulla deſignavit, quam è Tabulario ejuſdem Eccleſiæ ſuſcepimus.

ANASTASIUS EPISCOPUS.
Servus ſervorum Dei.

Ven. Fratri Guidoni Aprutinæ Eccleſiæ Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis.

Sicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, nec legitimè deſiderantium non eſt differenda petitio; tuis itaq; dilecte in Chriſto Frater Epiſcope, precibus annuentes ad perpetuam S. Aprutinæ Eccleſiæ pacem, & nobilitatem præſentis decreti ſtabilitate ſancimus, ut univerſæ parochiæ fines (ſicut à tuis prædeceſſoribus uſque hodie poſſeſſi ſunt) ita omnino tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus in perpetuum conſerventur. Qui videlicet fines à capite Vomani per ipſam ſummitatem montis, uſque in rivum qui decurrit inter Aſculanum Comitatum, & Aprutinum, & per Carruſum, uſque trans fluvium Tronti, ad confinium, quod ibi decernitur uſque in mare, & per maris uſque in fluvium Vomani eſſe cernuntur, inter quos fines, quæcumque oppida, quæcumque villæ, quæcumque plebes, quæcumque Eccleſiæ ſitæ ſunt, aut impoſterum fuerint ſub tua, & tuorum Catholicorum ſucceſſorum Epiſcopali providentia, & diſpoſitione permaneant, & ex eis omnibus Epiſcopalia vobis jura ſolvantur, tam in clericorum ordinationibus, & Eccleſiarum conſecrationibus, quam in redditu decimarum, & oblationum, ſive in correctionibus delinquentium. Sane illam monachorum pravam præſumptionem, quæ (partim Epiſcoporum abſentia, partim eorum pervicacia) in Aprutinorum finibus inolevit, modo inhibemus, ut nec bapteſimum ulterius in monaſteriis faciant, nec ad infirmorum unctiones de clauſtris ſuis progredi audeant, nec ad pœnitentiam injungendam populares perſonas admittant, nec ab Epiſcopo excommunicatos ad communionem, nec interdictos ad officia ſacra ſuſcipiant. Porro eccleſiam B. Mariæ Matricem ſemper haberi (ſicut hactenus habita eſt) & illic Epiſcopalem decernimus ſedem permanere, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum (juſtè, & canonicè) poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis (Deo propitio) poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Abbatiam S. Benedicti in Catrula, Abbatiam S. Mariæ in Catanero, Abbatiam S. Joannis in Peſula, Abbatiam S. Joannis in Scorciono, Eccleſiam S. Flaviani, cum Caſtro, Portus, & omnibus pertinentiis ſuis, Canonicam S. Sylveſtri in Salino, Plebes S. Mariæ in vico, S. Mariæ in Vellete, S. Petri in Romanu, S. Petri in Abrelio, S. Victorini in Canali, S. Mariæ in Brazzano, S. Salvatoris in Pagliarolo, S. Laurentii in Feſtiniamu, S. Martini in Junipero, S. Mariæ in Predi, S. Pauli in Ablata, S. Laurentii in Civitella, Monaſterium S. Sebaſtiani in Gomano, Civitatem Interamnem, cum Vitica Carticula, Suburbium S. Flaviani, cum Inſula. Montonem, Ripam de Tertoreto, & Lauro, medietatem Preculi Lazaroni, Neretum, Turanum, Partem Guſberti in Oſoriano, Terram filiorum Montacelli Gualterii, & Raynerii, Lucum, Collem vetulum, Rapinum, Mianum, Terrarum filiorum Albertinis, Fortellam, Capraſicum, Terram Canonis de Guictaris, Podiũ ſcilicet Cantalupum, medietatem Germaniani, Partem Bizini, Civitellam Coloniam, partem de Gazino, & de tota Terra S. Nicolai. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas ditinere, vel injuſtè datas, ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur tam ejus, quam clericorum, & pauperum uſibus profutura (ſalva in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate) ſi quis igitur in poſterum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, V. Comes, Judex, Caſtaldio, aut Eccleſiaſtica, ſæcularis ſive perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere tentaverit, &c. Amen.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Gregorius presbyter Cardinalis tit. S. Calixti.
Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Sabinæ.
Ego Albertus presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Octavianus presb. Card. S. Cæciliæ.
Ego Joãnes presb. Card. tit. SS. Jo. & Pauli Pamachĩi.
Ego Centius presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Oddo diac. Card. tit. S. Geor. ad velum Aureum.
Ego Guido diac. Card. tit. S. Mariæ in Porticu.
Ego Joannes diaconus Card. tit. SS. Sergii, & Bacchi.
Dat. Laterani per manus Rolandi S. R. E. presb. Card. & Cancellarii 5. Kal. Decemb. Ind. 2. Incarn. Dom. anno 1153. Pontiſ. D. Anaſtaſii Papæ IV. anno I.

Cæterùm Guido poſt multa præclara geſta exceſſit anno 1170. non ſine populorum lachrymis, in Cathedrali humatus, quam à fundamentis ædificare cœperat una cum ipſa civitate.

XVI. * GUIDO videtur ſucceſſor Bernardi, cum in præcitato regeſto ab anno 1123. ad annum uſque 1154. de eo habeatur expreſſa mentio, pluraque monumenta, eo Præſule, facta recenſeantur. Delendus igitur mihi videtur Atto ille in octavo loco poſitus in noſtra ſerie,

* In Appen. tom. 5.

quem

quem vixiſſe aſſerui eodem anno 1123. & obiiſſe anno 1147. deceptus à tabulis ab ea Eccleſia tranſmiſſis, ac ſimplici nota expreſſis, niſi forte divinare velimus eodem anno Attonem illum electum, ac defunctum, quod dicere non audeo. Guido itaque ſucceſſor Bernardi aliqua condidit monumenta ad favorem cujuſdam Guillelmi ann. 1123.

Guidoni, ſeu Vidoni Epiſcopo in hunc modum fidelitatem jurarunt Robertus, & Guillelmus Aprutini Comites.

Ego Comes Robertus, & Guillelmus juro tibi Dom. Aprutino Epiſcopo, quod non ero in facto, vel in conſilio, ut perdas vitam, vel membrum, aut ſis captus mala captione, & perdaris tu, & Eccleſia S. Maria Interamnenſis, ea qua nunc tenetis, & in antea acquiſieritis, vel rationabiliter cauſare potueritis tam mobilium, quam immobilium. Et ſi aliquis abſtulerit hac vel invadere tentaverit Eccleſiam S. Mariæ, & te ſine fraude, & malo ingenio fideliter adjuvabo. Et ſi forte factum fuerit factum per me vel per meos bajulos, poſtquam requiſitus fuero, ſine fraude, ſive per judicium, ſive per concordiam, emendabo uſque ad 40. dies, ſi in Comitatu Aprutino fuero. Et hoc ſacramentum obſervabo tibi, & Eccleſia tua, & ſucceſſoribus tuis canonicè intrantibus, qui mihi hanc conceſſionem facient, & obſervabunt.

Ego Robertus Comes, juro tibi G. Epiſcopo Aprutino, quod in facto, vel in conſilio, ut perdas vitam, aut membrum, aut ſis captus mala captione non ero. Et non ero in facto, aut in conſilio, ut tu, & Eccleſia S. Mariæ, cui tu præordinatus es, perdaris eas res, quas tenetis, nec in terra Domini mei, & meorum hominum, vel qua in antea acquiſieritis. Et ſi quis auferre tentaverit de his rebus ſupradictis omni tempore dum neceſſe fuerit, ſine fraude, & malo ingenio, per me, & meos homines vos adjuvabo, & eas res, quæ nunc tenetis in terra domini fratris mei, & hominum ejus ſi per pacem, aut per guerram in dominiu meo, aut meorum hominum venerint, vel ea, quæ in antea acquiſituri eritis ſimiliter vos adjuvabo, & obſervabo. Et donec ſim in dominio ejus ſalvo ſacramento unde teneor ei ſimiliter ſine fraude vos adjuvabo omni tempore.

Anno 1124. Guidone Præſule, Giſo Traſmundi filius obtulit Eccleſiæ Aprutinæ Caſtellum Baſtiani. Idem Guido planam conceſſionem fecit Canonicis ſuis anno 1127. Eodem anno 1127. aliud reperitur monumentum Guidonis. Ultima Guidonis mentio in eo regeſto incidit in annum 1154. 5. Kal. Aprilis, quo ipſe cum ſuis Canonicis quædam conceſſit bona Guidoni Ramonis filio; poſt hæc vixit Guido uſque ad ann. 1170. ut diximus.

XVII. 16. DIONYSIUS Aprutinæ Eccleſiæ præfuit anno 1170. qui cum annis 4. hanc Eccleſiam benè geſſiſſet, ad Almaphitanum Archiepiſcopatum tranſlatus eſt. De eo habetur mentio in vita S. Berardi. Conſule quæ infra de Archiep. Amalphitanis ſcripſimus.

XVIII [a] 17. ATTO II [a]. ex Archipresbytero S. Flaviani ad hanc ſedem aſcendit anno 1174. Corpus S. Berardi in decentiorem locum tranſtulit, de quo hæc in vita S. Berardi. *Hic cum propter canonicorum abſentiam, & civitatis combuſtionem, & Eccleſia ruinam S. viri corpus, minus ſolemniter venerari conſpiceret, jugiter cogitare cœpit, qualiter in ejus laude ad ſepulchrum ejus aſſiduè permaneret. Quod ergo animo conceperat, canonicis ejus pandit, & unanimi eorum, & Capituli conſenſu beatiſſimi confeſſoris corpus ad ſuperiorem Eccleſiam transferre decrevit, terminumque dicta tranſlationis præfixit. Statuta igitur die, ferè provincia tota tanta exultationis gloria devotiſſimè convenit. Tunc præſul paſtoralibus indumentis ornatus ad locum, in quo S. corpus jacebat, acceſſit, & illud in ſuis ulnis devotè ſuſcipiens (turba circumſtante, laudes Domino referente) ad ſuperiorem Eccleſiam ſolemniter deportavit, & in ea juxta ſiniſtrũ angulum venerabiliter recondidit. Ubi quadam mulier dæmoniaca in conſpectu multorũ civiũ tres carbones evomuit; & cum in terrã collapſa aliquantiſper veluti exanimis jacuiſſet, penitus liberata ſurrexit.* Hactenus codex.

[a] Seu primus.

XIX. 18. GUIDO II. Aprutinus Epiſcopus Actoni ſucceſſit, qui anno 1187. Guillelmo Siciliæ Regi in ſubſidium terræ S. auxiliares 24. milites obtulit, ut in monumento Regii regiſtri Neapolit. habetur fol. 57. nu. 1322. *Guido*, ait monumentum, *Epiſcopus Aprutii dixit, quod tenet in Aprutio Teramum, & S. Benedictum, & Forcellam, & Capriſicium, & Laveronem, & Ripam, & Torontum, & quoddam tennimentum in S. Flaviano, & collem Vetulum, & Majanum cum ſuo tennimento, & quoddam tennimentum in Monterio, & in Penne tenet lacum, qua ſicut dixit ſunt feuda 10. militum, & cum augmento obtulit milites 24. & ſervientes 40.* Nulla alia de noſtro Guidone mentio habetur.

XX [b] 19. ATTO III [b]. cujus memoria habetur in donatione Henrici VI. Imper. quam fecit Berardo Aſculano Archidiacono, mox Meſſanenſi Archiepiſcopo de oppido Omero ann. 1195. 4. idus Aprilis, Mortuus eſt Atto ann. 1002.* Hujus prima mentio an. 1193. in privilegio Henrici VI. Imp. Eccleſiæ Aſculanę conceſſo.

[b] Vel II.

* Ex App. 1. 5.

XXI 20. * MATHANCIANUS Epiſcopus Aprutinus, cujus non memini, addendus videtur poſt Attonem, cujus etiam obitus dies notatur accidiſſe in annum Dom. 1205. in vetuſto pergameno martyrologio, ſeu mortuale ejuſdem Eccleſiæ. Præter hæc pauca nil certi de eo reperitur.

* Ex App. tom. 5.

XXII 21. SASSO Innocentii III. familiaris electus eſt ab eo Epiſcopus anno 1205. Hic laborem Interamnenſis Civium, tam in aggeribus, quàm in ædificiis novæ civitatis pia conſideratione animadvertens, libertatem, & immunitates à ſuis Anteceſſoribus conceſſas non ſolum confirmavit, verum plura alia elargitus anno 1207. ut ex ſequenti monumento ex archivio ejuſdem Eccleſiæ deſumpto liquidius patet.

In Dei nomine.

Anno Dom. Incarnationis 1207. 10. Ind. menſe Februarii.

Regnante glorioſiſſimo Rege Federico.

JUſta Subditorum petitio pia debet proſequutione compleri, quatenus & eorum ſtudium in augmentum uſquequaque proficiat, & recta fides in ſtudio gratioſior eniteſcat. Ea propter Ego Saſſo Divina miſeratione Aprutinus Epiſcopus conſiderans veſtrum laborem, tam in aggeribus, quàm in ædificiis murorum civitatis, veſtriſque ſiquidem petitionibus (Popule Terami) condeſcendens, & noſtrorum Prædeceſſorum veſtigiis inhærens, ut hæc civitas Teramnenſis, quæ de tanta multitudine ferè depopulata conſiſtit, tam ab hæreditariis, quàm ab extraneis reſtauretur, & inhabitetur, concedimus, & confirmamus illam vobis hominibus Terami habitatoribus libertatem, quam prædeceſſores noſtri primò conceſſerunt, condonaverunt, & remiſerunt, & quædam de beneplacito noſtro largimur, & concedimus videlicet Sanguinem, livorem, & Bandaſiam, poteſtatem, & Iudices, prout inferius legitur. Quicumque enim in hac civitate habitant, vel ad habitandum venerint, concedimus, & confirmamus eis inſuper hanc libertatem, ut nemo eorum ſit captus mala captione, nec exhæredatus, niſi tale ſortis factum fecerit, quod emendare non potuerit, aut noluerit, prout noſtri boni homines hujus Civitatis iudicaverint, aut concordaverint. Concedimus etiam vobis veſtrarum rerum libertatẽ, ut nec à vobis, nec ab aliis, qui terram in hac civitate tenent ab Eccleſia aliud à vobis exigatur, niſi conſtitutum ſervitium, quod quiſque de poſſeſſione, quam tenet facere debet (ſalvo tamen juſtu ſervitio, quod eccleſia, & alii Domini à vobis recipere debent) ab hoc in antea refutamus, & perdonamus vobis, veſtriſque hæredibus omne ſuppoſitum ſervitium, & omne injuſtum, quandocumq; vobis factum, ſive à me, ſive à miniſtris meis. Concedimus etiam, ut ſi quis neceſſitatis, vel paupertatis cauſa de ſua hæreditate vendere, aut donare voluerit, poteſtatem, ſed non in aliud dominium transferre, niſi S. noſtræ Eccleſiæ, aut ipſius Domini, cujus ipſe homo fuerit. Si quis veſtrum ultro debitum ſervitium, quod facere debet non fecerit, &, poſt octo dierum requiſitionem non emendaverit, duplum ipſum debitum reſtituat. Concedimus namque vobis, veſtriſque hæredibus ſanguinem, livorem, & bandaſiam. Et concedimus quoque vobis Iudices, & poteſtatem perpetuo jura veſtra exercere, ſed hoc modo; cum tempus etenim poteſtas eligendi venerit, Epiſcopus hæreditariis hominibus hujus civitatis Medianum inveniat hominem, videlicet, idoneum, convenientem, & non diffamatum, & non clericum, quem Medianum Epiſcopus populo aſſignet, & populus faciat ipſum Medianum jurare. quod ſine fraude, & malo ingenio eligat hominem convenientem, & idoneum in poteſtatem, prout Deus ſibi permiſerit ad honorem Dei, & S. Mariæ, & Epiſcopi, & populi civitatis, & ſi Medianus in continentem non providerit per totum

ipſum

ipſum diem ſpatium eligendi habeat, & poſtquam poteſtas electa fuerit, populus accipiat ipſam poteſtatem, & eam ad Epiſcopum perducat; & Epiſcopus una cum populo poteſtatem jurare faciat, quod ſine fraude, & malo ingenio injunctū ſibi offi. iū bona fide, ac fideliter tractaverit ad honorem Eccleſiæ, Epiſcopi, & populi civitatis; Et ſi ipſe, qui electus fuerit in poteſtatem, hoc ſacramentum jurare noluerit, ipſi Medianus eligat alium in poteſtatem, & ſecundum præſcriptam formam ducatur, & firmetur, & qui jurare noluerit pro poteſtate non teneatur. Et poſtquam poteſtas firmata fuerit, Epiſcopus det judices populo, & una cum populo, judices jurare faciat, prout ratio requirit, & hoc tam de judicibus, quam de poteſtate annuatim renovetur. Et cum renovatio poteſtatis fieri debet, ſi Epiſcopus fuerit præſens, aut in parochia in ſpatio 15. dierum tribus vicibus à populo requiratur, ut Medianum, aut per ſuas literas populo aſſignet, & ſi Epiſcopus factis dictis requiſitionibus Medianum, nec per ſe, nec per ſuas literas dederit, populus poteſtatem per Medianum, ſicut præſcriptum eſt faciat, & poſtquam poteſtatem, Epiſcopus in beneplacito recipere noluerit, populo annuntiet, & populus poteſtatem Epiſcopo perducat, & Epiſcopus poteſtatem per ſacramentum. quod fecerat, conjuret, ut officium ſibi injunctum fideliter, & benè ad honorem Eccleſiæ, & ſui, & populi tractet non aliter ipſa cogat, & ſi Epiſcopus extra parochiam fuerit, & populus per literas ſuas de Mediano copiam non habuerit, per Medianum modo prædicto poteſtatem faciat, & prædicto modo poſtquam tempus redierit, populus ei poteſtatem repræſentet, & Epiſcopus (ſicut ſupraſcriptum eſt) poteſtatem conjurando cogat Hoc idem fiat ſi Eccleſia vacat à Paſtore, cum Paſtorem rehabuerit. Et ſi populus prædictam formā, & rationem Mediani, poteſtatis, & iudicis Epiſcopo auferret, & poſt tertiam requiſitionem in ſpatio C. dierum, et emendaret quidquid populo conceſſum eſt de Mediano, poteſtate, judicibus, ſanguine, & livore perdat: Et ſi Epiſcopus ſupradicta populo frangeret, & poſt tertiam requiſitionem ſpatia C. dierum non ei emendaret quidquid rationis in Mediano, poteſtate, & iudicibus habet perdat, & populus Medianum poteſtatem, & Judices pro ſe ipſo, ſine Epiſcopo faciat. Et ſi poteſtas aliquid de rationibus Epiſcopi, aut de rationibus populi acceperit per manus iudicum, qui terram illam illo anno iudicaverunt, rationem faciat, & cui tenetur de aliqua ſua ratione, & quantitate emendet. Et ſi neceſſitas ſe ingeſſerit, aut guerra, aut alia fortuna, quod infra tempus unius poteſtatis pro futuro anno ad coadiuvandum nos per duos, vel tres menſes ante terminum fecerimus. quidquid rationis ſit poteſtatis in tempore illo inſimul ſortiantur, & tamen prima poteſtas perficiat tempus ſuum. Hæc quoque facimus, concedimus, & confirmamus ex conſenſu, & voluntate canonicorum fratrum noſtrorum, videlicet, D. Odemūdi Præpoſiti, D. Bartholomæi, D. Blaſii, D. Matthæi, D. Petri, D. Nicolai, D. Guidonis, D. Benaldi, D. Vinciguerræ, D. Leonardi, D. Andreæ, D. Petri, D. Philippi, D. Rainaldi, D. Matthæi, D. Tranſmundi, D. Raineri, D. Marchiani. Et ſi aliquo tempore Nos, vel Succeſſores noſtri, ſeu alii, qui terram in hac civitate tenent, hoc removere, aut frangere præſumpſerimus, aut aliquid vobis iniuſtè, & ſine ratione abſtulerimus, in duplum vobis reſtituamus. Et chartula iſta firma, & immobilis permaneat omni tempore. Quam chartam ego Petrus Aprutinæ Eccleſiæ notarius ſcripſi. Si quis autem iſtius terræ habitator, hoc frangere præſumpſerit, & non emendaverit, perdat hæreditatem, quam hic habet, & extra hanc terram eiiciatur.

Locus Signi.

Ego Gulderius de Podio.	*Ego Spes.*
Ego Vinciguerra de Hereto.	*Ego Turrus.*
Ego Gualderius Tranſmundi.	*Ego Coreculus.*
Ego Philippus Bonfilii.	*Ego Terramanus.*
Ego Peregrinus Mavaniani.	*Ego Valentinus.*
Ego Leoninus.	*Ego Gualderius.*
Ego Bernardinus de Turre.	*Ego Albertus.*
Ego Vincentius.	*rogati teſtes ſumus.*

XXIII a Sec. III. 22. ATTO 4 a. ab Honorio III. conſecratus anno 1221. ut in reg. Vatic. habetur. Extat ibidem ejuſdem Honorii epiſtola ad Epiſcopum Penneoſem, ut perſonaliter inducat capitulum Aprutinum ad novum eligendum Epiſcopum, unius menſis ſpatio., caſſata electione non legitimè celebrata de Magiſtro Petro Machaniani, non. Auguſti ann. 5. epiſt. 17. fol. 4.* Obitus ejus dies ignoratur.

* Ex App. t.5.

XXIV * Ex App. tom.5. 23. * SYLVESTER, ejus mors notatur in eo mortuale an. 1235.

XXV. * Ex App. tom.5. 24.* ATTO, an idem cum ſuperiori, non reperi, mortuus dicitur in relato Martyrologio an. 1242.

XXVI 25. MATTHÆUS de Balato, ex nobili genere procreatus, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ ab Innocentio IV. ann. 1251. electus, & conſecratus, ab eodem Capitulo commendatur 2. Kal. Ianuarii, anno Pontificatus, ex regeſt. Vatic. ep. 602. f. 211. Eo Præſule cives, & Poteſtas Aſculani, Teramnenſis civitatis inimici anno 1252. irruentes in eam, mœnia ipſius funditus everterunt, valvas civitatis Aſculum aſportarunt, populum in ſervitutem abduxerunt, ac contra jura Epiſcopatus reclamante Epiſcopo multa mala congeſſerunt. Ea propter Epiſcopus, populuſq; ad Innocent. IV. confugere, ac de illatis injuriis conqueſti, ſollicitudinem Apoſtolicam, ut miſeris opem ferret, inſtantiſſimè implorarunt. Motus tantæ rei atrocitate Innocētius, Petro tit. S. Georgii diaconi Card. Apoſtolicæ ſedis legato commiſit, ut quantocitius præfatū Epiſcopum, Capitulum, & Eccleſiam Aprutinam, per ſe, vel per alium in priſtinam libertatem reſtitueret, compelleretque Aſculanos ad ſatisfactionem. Extat in tabulario Aprutino ejuſdem Petri Card. epiſtola, una cum Innocentii diplomate, quam hic non pigebit tranſcribere; ſic enim ſe habet.

Ven. in Chriſto Patri, Dei gratia Epiſcopo, & dilectis in Chriſto Capitulo, necnon Poteſtati, Concilio, & communi Civitatis Terami. Petrus miſer. divina, S. Georgii ad velum Aureum Diac. Card. A. Sedis Legatus, ſalutem in Domino.

EX parte D. Papæ recepimus litteras in hunc modum. Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Petro S. Georgii ad velum Aureum diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte Vener. Fratris noſtri Matthæi Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Aprutini querelam recepimus continentem, quod poſtquam homines Terami civitatis ſuæ ad requiſitionem ſuam per ſuos ſyndicos exhibuerunt de parendo mandatis Eccleſiæ juramentum, Aſculani cives, & eorum poteſtas per illatā cum armis ipſis hominibus violentiam a præfatis ſyndicis juramento extorto, quod eorum mandatis dicti homines pariter obedirent, receptiſque obſidibus de civitate prædicta muros ipſius poſt prohibitionem tuam funditus deſtruxerunt, & valvas civitatis ejuſdem Aſculum aſportātes, velut captivos dictos obſides, arcta cuſtodia mancipārunt, ponētes in civitate præfata, & ſuburbio S. Flaviani (quod immediatè pertinet ad Eccleſiam Aprutinam) in eorundem Epiſcopi, Capituli, & Eccleſiæ præjudicium contra juſtitiam poteſtatem, intus ibi ſtatutis iniquis, tamque ſibi Eccleſiam, Civitatem, & ſuburbium memorata intenderint ſubiugare. Quare dicti Epiſcopus, & Capitulum humiliter petierunt Apoſtolica ſua ſuper hoc ſollicitudine miſericorditer providere. Quo circa diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus (quatenus ſi eſt ita) præfatū Epiſcopum, & Capitulum, & Eccleſiam, per te, vel per alium quoad omnes libertates, jura, vaſſallos, & poſſeſſiones ſuas, ſicuti juſtum fuerit, plene reſtituens, ac reſtitui faciens, reſtitutoſque defendēs, non permittens ipſos de cætero ſuper ipſis ab aliquibus indebite moleſtari: contradictores, & moleſtatores, ſi qui fuerint authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis, & conceſſionibus, quæ ſuper iis præoccupatione feciſſe diceris eiſdē civibus Aſculanis. Dat. 1. menſ. Iulii, Pontificatus noſtri anno 9. Nos igitur attendentes, quod in noſtra præſentia dicti Aſculani contra inhibitionem, & mandatum noſtrū muros civitatis veſtræ perperam diſtruētes vos ad plures conditiones, & pacta per violentiam, quæ poterant in conſtantes cadere compulerant, propter quod omnia privilegia, quæ conceſſeramus eiſdem, duximus haſtenus revocāda, eaſdem conditiones, & pacta quæcumque fuerint, etiā quaſdam conceſſiones contra Eccleſiam, vel Cōmune veſtrum factas eiſdem Aſculanis, litterarum auctoritate noſtrarum, caſſamus, & annullamus, eaſque nullius eſſe decernimus firmitatis: reſtituentes Eccleſiam, vos, & Commune veſtrum ad omnes libertates, jura, vaſſallos, & poſſeſſiones, quæ primitus habuiſtis; ut autem præmiſſa robur

obtineant firmitatis, præſens privilegium inde fieri fecimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Hadriæ 10. Kal. Octobris anno Domini 1257.

* Ex App. tom.5.
Obiit Matthæus * Juxta mortuale an. 1263. in Tabulis verò 1267. Sepultus jacet in Cathedrali. In eadē citato mortuale notatur obitus cujuſdam Matthæi de Barilibus Epiſcopi Aprutini ann. 1260. forte hic fuit electus, non tamen confirmatus ab Apoſtolica ſede, cum de eo nulla habeatur mentio in regeſtis Vatic.

XXVII.
26. GENTILIS de Sulmona in demortui Matthæi locum a Clemente IV. electus ann. 1267. 10. Kal. Auguſti. Ita habetur in regeſt. Vatic. ann. 3. epiſt. 7. fol. 161. Deceſſit an. * 1270. ex eodem mortuali.

* Ex App. tom.5.
XXVIII.
27. RAYNALDUS de Barilibus, illuſtri familia exortus, Aprutinæ Eccleſiæ Canonicus, à Gregorio X. anno 1272. 15. Kal. Auguſti Gentili ſufficitur, quem Stephanus Colettus in catalogo hujus ſedis Antiſtitum perperam Ricardum vocat; nos verò tum ex reg. vatic. tum ex monumento Camplenſi, quod mox ſubjiciemus, Raynaldum vocamus. Is Patrem habuit Henricum è Comitibus Marſorum, à quo Neapolitana familia de Barilibus, inter regni primarias Caivani Ducatu, aliiſque inſignibus feudis nobiliſſima ſuam duxit originem. Raynaldi contemporaneos fuit ille Eccleſiæ lumen Fr. Thomas de Ocra Aquilanus, nobilis & ipſe Marſorum Comitum ſurculus, Raynaldi noſtri affinitate conjunctus, qui anno 1294. à Cœleſtino V. presb. Card. tit. S. Cæciliæ creatus eſt. Eadem enim eſt familia de Ocra, de Foſſa, de Barilibus, ac de Albe, à Berardo Marſorum Comite Raynaldi filio, qui ante annum milleſimum noſtræ ſalutis vixit, propagata: hæc deinceps à variis feudis, quæ in Aprutina provincia, aliiſve locis poſſidebat, varios in ramos diſtincta, alia de Ocra, altera de Barilibus, aliaque de Foſſa ſuam denominationem ſuſcepit. At de his inferius, dum de Epiſcopis Aquilanis ſermonem inſtituemus. Raynaldus verò magnæ virtutis Præſul, è vicinis locis evocatis familiis ſua prudentia effecit, ut Teramnenſis civitas populorum numero, & potentia ad miraculum creverit. Jure igitur merito tanquam unus è fundatoribus Urbis prædicatur, coliturque poſteris. Fato functus eſt anno 1282. cum ſediſſet plus minus annos 10. humatus in Cathedrali. Monumentum verò Camplanum, quod modo commemoravimus, eſt tale.

Die 9. Novembris, 6. indict. 1278. Bernardus filius D. Ugonis de Rocca, & Odemundus filius D. Raynaldi de Rocca donant D. Joanni Jacobo Machabeo de Camplo Juſpatronatus, quod habent in eccleſia S. Laurentii ad Ceſenanum in pertinentiis Campli. Actum Terami præſente, & ſuum conſenſum præſtante D. Raynaldo de Barilibus Ven. Epiſcopo Aprutino, ex regeſto Notarii Guidonis de Camplo.

Die 14. ejuſdem menſis, & anni, Berardus, & Ugo filii D. Raynaldi de Rocca eorum patrui, & tutoris, præſente D. Bella eorum matre, aſſiſtentibus, & laudantibus D. Berardo de Nontino, & Odemundo filio uti proximioribus donant eorum penſionem ejuſdem Juriſpatronatus eidem D. Joanni Machabeo, mediante conſenſu D. Raynaldi de Barilibus, Ven. Epiſcopi Aprutini Actum Clarani, ex regeſto ejuſdem Notarii.

XXIX.
28. ROGERIUS, ex Præpoſito, à Capitulo poſtulatus in locum Alexandri de Verulis Eccleſiæ S. Eraſmi Canonici, qui poſtulationi de ſe factæ ſuum præbere conſenſum noluit, factuſque eſt Frater Minor, à Martino IV. confirmatus anno 1282. 16. Kalen. Decembris, ex regeſt. Vatic. epiſt. 64. fol. 65. Hic corpus S. Berardi inventum in Cathedralem tranſtulit anno 1284. 8. Maii; Obiit verò anno 1294. quo defuncto Capitulum, Conradum de Brunforte Apoſtolicum Capellanum poſtulavit, qui renuit conſentire, iterumque reſtauratis ſuffragiis, Fr. Hugolinum de Brunforte poſtulavit, quem Bonifacius VIII. confirmare noluit, ac ſequentem Franciſcum de plenitudine poteſtatis præfecit in Epiſcopum.

XXX.
29. FRANCISCUS à Cœleſtino V. Epiſcopus Theatinus deſignatus, in Epiſcopum Aprutinum à Bonifacio VIII. aſſumptus eſt an. 1295. id. Decemb. an. 1. pontif. ex reg. Vat. ep. 578. fol. 134. obiit anno 1300.

XXXI
30. RAYNALDUS Aquaviva, ſucceſſit ex Archidiacono Caſtri Lidii in Eccleſia Cenomanenſi à Capitulo poſtulatus; confirmatur à Bonifacio VIII.

A anno 1300. 8. id. Novemb. pontif. 7. ep. 291. f. 77. reg. Vatic. Stephanus Colettus in ſuo refert catalogo, Joannem quendam Aquavivam an. 1307. fuiſſe Aprutinum Epiſcopum; at ex reg. Vat. poſt Raynaldum Nicolaum ad hanc ſedem perveniſſe clarè videtur. Obiit enim Raynaldus an. 1315. quo defuncto duo à Capitulo in ſchiſmate eliguntur, Nicolaus Andreæ Canonicus Reatinus, & Guillelmus de Civitella Ord. Minorum, qui diu in Curia litigarunt: tandem electionibus de ſe factis liberè ceſſerunt. Pontifex Joannes ſequentem Nicolaum evexit ad ſedem. De Raynaldo in regeſtis Neapolitanis anno 1311. ejus habetur mentio, ut mihi aſſerit Camillus Tutinus Neapolitanos, vir eruditiſſimus, & ejus Regni antiquitatis ſtudioſiſſimus.

31. NICOLAUS de Arcionibus, nobilis Romanus, Canonicus Tranenſis, creatur Epiſcopus anno 1317. 5. Kalend. Julii. Conſecratur in Curia per Berengarium Epiſcopum Card. Sabinen. ex reg. Vatic. cui confirmavit Carolus Neapolitani Regis filius omnia bona ſeudalia ipſius Epiſcopatus, ut habetur in ſe- XXXII.
B quenti privilegio è tabulario Aprutino deſumpto.

Carolus &c. Juſtitiario Aprutii, ultra flumen Piſcariæ fideli Regio, devoto ſuo, &c.

VEnerab. Pater D. Nicolaus Epiſcopus Aprutinus, paternus devotus, & noſter, nobis nuper expoſuit, quod prædeceſſores ejus in conceſſione dudum Catholicorum Regum Siciliæ tenuerunt, & poſſederunt hinc hactenus in feudum à Regia curia, ipſeque ſimiliter pro ſe, dictaque Aprutina Eccleſia tenet, & poſſidet de demanio in demanium ſubſcriptas terras, & bona feudalia ſub diſtrictu, videlicet, civitatem Terami, alias dictam civitatem Interamnem, cum Victica Patroniano, Curticulo Naceto, & Tarricella Terzanum, ripas de Tortoreto, partem Gaſberti in Efferano, Lucum, Collevetolum, Rapinum, feudum in Torcella, Planellum, Capraticum, terram Cervonis de Equitano, Podium, terram Alberti Petri, Gualterii, & fratrum ſuorum, barones Guidoniſcos, Rutoriſcos, & Siffredianos, & Roccam S. Mariæ, cum omnibus vaſſallis, juribus, rationibus, & pertinentiis omnibus terrarū, & bonorum feudalium eorundem ſub feu-
C *dali ſervitio, ſeu Adohamento unciæ unius terrarum, unius & gr. decem Regiæ Curiæ, propterea faciendo, ac inſuper ſe habere aſſerit, quæ occupata per alios teneri dicuntur ad præſens medietatem Porticuli, quæ eſt in Montecilo, quam tenuerunt Guillelmus Odmundi, & Berardus Sanſonis, terram Lavarani Tſclam, terram filiorum Mōtanelli, in Montorio Gualterii, ſcilicet, & Rayneriis, reliquam partem Forcellæ, Cantalupum, medietatem Germaniam, partem Patens in Bizino, Coloniam, Civitellā, partem Paceriæ in eccleſia S. Nicolai in Urontino, & totius terræ ſuæ, cum omnibus vaſſallis, juribus, rationibus, & pertinentiis omnibus, cæterorumque bonorum omnium prædictorum, devota per eundem Epiſcopum ſupplicatione ſubjuncta, ut cum ipſe in Aprutinum Epiſcopum de novo per ſedem Apoſtolicam ſit creatus, aſſecurari eum ab omnibus, & vaſſallis, tam de civitatis Terami, quàm aliarum terrarum, Caſtrorum, & bonorum ipſorum, quæ juſtè tenet, & poſſidet, ut præſens juxta Regni conſuetudinem benignius mandaremus; cujus ſupplicationibus in-*
D *clinati, quia de conceſſione ipſa prædictorum bonorum facta eidem Aprutinæ Eccleſiæ per privilegia dictorum Catholicorū Regum Siciliæ, alias præsētata, & viſa in Regia curia ſupradicta ipſi curiæ cōſtitit, idemq; Aprutinus Epiſcopus in generali, & communi forma etiam prolatis in dicta fidelitatis nobis ſacramētū præſtitit, & pro Caſtris, & bonis feudalibus prænarratis, quæ ipſe, ut prædicitur ab eadem regia curia tenet, & habet in feudum præfatus Epiſcopus nobis pro parte Rev. D. Genitoris noſtri, ac noſtra ligium fecit homagium, & fidelitatis à vaſſallis debitæ ſolitum exhibuit juramentum, devotioni veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus recepto prius pro eodem D. Genitore noſtro, ac nobis juramento fidelitatis ſolito ab hominibus, & vaſſallis iiſdem quos prædeceſſores ipſius Epiſcopi nomine, & pro parte jam dictæ Eccleſiæ juſtè, ac rationabiliter tenuerunt, & poſſederunt, idemque Epiſcopus ex cauſa prædicta juſtè, ac rationabiliter tenet, habet, & poſſidet. Faciatis deinde jam dicto Epiſcopo ab eiſdem hominibus, & vaſſallis juxta uſum, & conſuetudinem*

me-

memoratas aſſecurationes debitè ſacramenta præſtari, ſibique iurandi, & reſpondere de omnibus, in quibus tenetur, & debent fidelitate paterna præſcripto quoque feudali ſervitio pro civitate, caſtris, terris, & bonis eiſdem ipſi curiæ debito, & majori, ſi majus propterea ipſi curiæ debeatur regiis, & cujuslibet alterius juribus ſemper ſalvis facturi fieri de executione præſentium, cum forma earum publica competentia conſimilia inſtrumenta, quorum uno vobis retento veſtris ratiociniis tempore producendo alio præfato Epiſcopo, ſeu ejus procuratori tradito tertium mittatis ad curiam in archivio ipſius curiæ conſervandum. Datum Averſa, per D. Bar. de Capua &c. anno Domini 1328. die 20. Septemb. 2. indict. Regnorum d. Domini Patris noſtri anno 20. &c. Eadem die recepta ſunt ibidem à Ven. in Chriſto Patre D. Nicolao Epiſcopo Aprutino produpla adohamenti, ſeu feudalis ſervitii dicti anni 8. indict. ad quod Regia Curia tenetur pro ſubſcriptis bonis feudalibus, quæ dicitur tenere ab ipſa curia in feudum antiquum in prædicto Juſtitiariatu Aprutii ultra flumen Piſcariæ major Eccleſia Aprutina, ſub Adoha C. unc. 1. tar. 5. & gr. 10. ſicut nuntius ejus aſſeruit in Carlenis argenti, unc. & tar. 3. Prædicta vero bona feudalia hæc eſſe ponuntur. Teramum cum Ranone, ſive Myano, & aliis pertinentiis, Lirami, Rapinum, Lucumen, ſeu Luccum cum caſalibus ejus, Collevetus cum caſali S. Sebaſtiani, Rocca S. Mariæ. Duodecima pars Forcella. Ripa de Turtoreto cum laureto, quæ eſt quarta pars Turtoreti. Medietas Caſtri Victorici, Medietas Biſingis, certa bona feudalia in Teczano in diverſis petiis Terrarum, Montanum, Civitella, Suburbium S. Flaviani, Certa bona feudalia conſiſtentia in certis manſis, & vaſſallis poſitis in pertinentiis Roccha Theotoniſcæ.

Sequenti verò anno alia bona, & feuda Epiſcopatus recuperavit. En Caroli, Roberti Regis filii, Ducis Calabriæ diploma.

Carolus Illuſtris, Ieruſalem, & Siciliæ Regis Roberti primogenitus, Dux Calabriæ, ac ejus Vicarius Generalis, Iuſtitiarii Aprutii ultra flumen Piſcariæ fideli paterno, & ſuo ſalutem, & dilectionem ſanctam.

Pridem vobis ad petitionem Ven. Patris Aprutini Epiſcopi ſcripſiſſe recolimus in ſubſtantia continentia poſt ſalutem. Pro parte Ven. Patris Aprutini Epiſcopi fuit querela coram nobis expoſitione monſtratum, quod dum pridem ad mandatum noſtrum terras omnes, quas D. Corradus de Aquaviva poſitas in veſtra iuriſdictione tenebat, faceretis ad manus Curiæ diligentibus ſtudiis revocari, ponitur contigiſſe, quod prætextu revocationis terrarum ipſarum, tertia pars Caſtri Riperatterii, quam præfatus Epiſcopus nomine ipſius majoris Eccleſiæ Aprutinæ juſto titulo, & bona fide tenebat, ac pacificè poſſidebat. fuit etiam revocata, ſeu in ipſa revocatione in ipſius Epiſcopi, & Eccleſiæ præjudicium involuta ſuper quo noſtra proviſione petitione petita devotioni veſtræ, Vicariatus autem, quo fungimini diſtrictè præcipimus, quatenus ſi tempore deſtitutionis, ſeu revocationis terrarum ipſarũ, quas Corradello, ipſique D. Corradi nepoti, ex quadam conſideratione præhabita reſtitui juſſimus certo modo vobis in litteris noſtris, aliis ſpecialiter deſignato præfatus Epiſcopus, & ejus Eccleſia erant in poſſeſſione pacifica tertiæ partis ejuſdẽ ſtatim tertiam partem ipſam D. Epiſcopo, & ipſi Eccleſiæ indilatè reſtitui faciatis, cum non fuerit intentionis noſtræ, nec in noſtra credimus cecidiſſe, qui propter revocationem jam dictam privetur præfatus Epiſcopus, & Eccleſia iure ſuo. Datum Neapoli anno Domini 1319. die 11. Maij 2. indictionis, Regnorum dicti D. Patris noſtri anno 10. Et ſubſequenter ſcripſiſſe recolimus etiam in ſerie infraſcripta. Carolus Illuſtris Ieruſalem, & Siciliæ Regis Roberti primogenitus, Dux Calabriæ, ac ejus Vicarius Generalis Iuſtitiario Aprutini ultra flumen Piſcariæ fideli paterno, & ſuo ſalutem, & dilectionem ſinceram. Proceſſit pridem de ſpeciali mandato noſtro vobis inde directo, ut bona feudalia omnia D. Corradi de Aquaviva propter contumaciæ ſuæ culpam ad manus Regiæ curiæ revocata, quæ quidem ipſe miles ante tempus, & tempore revocationis illorum in juriſdictione veſtra tenebat, Corraducio pupillo nepoti ſuo reſtitui faceretis. Sicut autem habuit pro parte dicti pupilli nobis nuper oblata petitio, licet bona hujuſmodi avi ſui in juriſdictione veſtra ſiſtentia ſibi faceretis, ex vigore dicti mandati noſtri reſtitui &c. prout tota forma ſcripta in præſenti quaterno pro eodem Corraducio uſque, Dat. Neap. per Andream Cuminum iuris civilis profeſſorem locum tenentem prothonotarii Regni Siciliæ, anno D. 1314 die 4. Julii, 2. indictionis Regnorum d. D. Patris noſtri anno 11. Deinde hic ſequitur, licet autem nunc pro parte jam dicti Epiſcopi habuit compoſitio facta nobis præſcriptæ litteræ ſic per vos conceſſæ pro dicto Corraducio impetratæ fuerunt tacita veritate, cum Epiſcopus ipſe ante tempus, & tempore revocationis bonorum feudalium D. Corradi jam dicti teneret, & poſſideret, ut aſſerit dictam tertiam partem præfati Caſtri Riperatterii quietè, & pacificè pro parte ſuæ Eccleſiæ memoratæ. Super quo proviſionis noſtræ remedio ſuppliciter implorato fidelitatis veſtræ Vicariatus, quo fungimur auctoritate mandamus quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, faciatis inde juxta præſcriptarum ambarum literarum noſtrarum tenorem, quod juſtitia ſuadebit. Datum in hoſpitali Montis Virginis, per Andream Cuminum de Neapoli &c an. Domini 1314 die 3 Auguſti 2. indictionis Regnorum Domini Patris noſtri anno 11.

Nicolaus vero noſter partem ſuperiorem novæ Cathedralis, una cum ſacello ædificavit, in quo jacet extinctus, an. 1355. cum hoc Epitaphio.

Hic requieſcit D. Nicolaus in Urbe.
Epiſcopus Aprutinus, qui obiit anno D. MCCCCLV.

Ibidem ad parietem ejuſdem ſacelli in marmore.

Urbe ſolaſato vocem intulis Archion,
Quem los patris habet proprio ſub nomine Colam,
Et geminis decem ſecundus arce Monarcus
Joannis cathedrat latum ſub tenerit annis
Pontificat luſtris pluris, quam iſte ſeptenis,
Et vixit multo populi ſub fœmine fœlix,
Hic jacet in aula dicata nomine ſancta,
Quos una dies par pœna, locuſque peremit,
Ad gloriam parem gladius, nec defuit idem
Haud exitus ſpargit, quos vita cara accreſcit
In charitate quorum plebs altera duodena
Ad Regna Polorum Præſulem deducet amœna.

32. STEPHANUS de Teramo, ex Canonico electus Epiſcopus ann. 1355. 2. Kal. Aug. ex reg. Vatic. XX
obiit ann. 1363. XIII.

33. PETRUS de Valle, ſeu de Avello civis, & Ca- XXX
nonicus Aprutinus creatus 1363. 13. Kal. Januarii, fra- IV.
trem habuit Antonellum Teramnenſis civitatis Tyrannum ab Henrico Melarino occiſũ an. 1390. Petrus verò mortalitatẽ explevit an. 1396 ex lib. oblig. Prope Cathedrale templum legĩtur hæc ex marmore verba.

Omnes iſta Apotheca fuerunt facta tempore
Rev. in Chriſto Patris D. D. Petri de Valle
de Teramo Epiſcopi Aprutini anno Domini
MCCCLXXXI. Quinta indictionis.

Inſignia hujus Epiſcopi, Agnus Dei &c.

34. CONRADUS Melatinus civis, Canonicuſ- XX
que Cathedralis, fuit electus à Bonifacio IX. ſummo XV.
Pontifice anno 1396. 6. Kal. Aprilis. Deceſſit 1405. ex eod. lib. ſacellum in Cathedrali extruxit.

35. ANTONIUS Melatinus Aprutinus Cano- XXX
nicus, electus eſt Aprutinæ Eccleſiæ, tam in ſpiritua- VI.
libus, quàm in temporalibus, poſt mortem Conradi adminiſtrator, anno 1405. 13. Kal. Decemb. Haud arbitror hunc in Epiſcoparum ſucceſſiſſe Conrado. Comperi enim hunc ipſum, qui ſequitur, demortuum excepiſſe Conradum.

36. MARINUS de Zacco a Theatinus, quem XX
nonnulli ſcriptores Martinum appellant, R. Rotæ XVII
Auditor, dum ſumma cum laude Iuriſconſultor verſaretur in Curia, electus eſt Epiſcopus ann. 1407. die 14. menſ. Februarii, XII. Gregorio ſedente. Cujus cum difficillimis temporibus fortunam ſecutus, cum ejuſdem ruina & ipſe corruit tandem. Quippe cum Gregorius in Piſano Concilio deturbatus fuiſſet de ſede, habuiſſetque ſucceſſores Alexandrum V. Joannemque XXIII. & nihilominus tamen ipſe Greg. XII. partes toties jugulatas vellet fovere, à Joanne Pontifice excõmunicatus coactus eſt inſignia Epiſcopatus deponere 1412. ſed cum deinde abjurato ſchiſmate cum Conſtantienſi Concilio rediiſſet in gratiam, & ipſius Concilii Auditor fuit, & à Martino V. an. 1418. ad Recanatenſem, & Maceratæ Epiſcopatum translatus eſt; Inde poſtea ad Theatinam regendam Eccleſiam tran-

a Non de Zacco, ſed de Tocco. De eo Toppius in Bibl. Neapol. pag. 210. Mandoſ.

A ſitum fecit. Hujus memoria extat in archivo Abbatiæ S. Salvatoris de Monte Amiato, in quadam ſententia in favorem ejuſdem Monaſterii ab ipſo lata contra Clusinum Epiſcopum anno 1407. die 19. menſ. Martii, in qua ſe Aprutinenſem electum appellat. Hic in Concilio à Gregorio XII. in civitate Auſtriæ, diœc. Aquilejenſis celebrato contra Alexandrum V. legitimum creatum Pontificem ſententiam tulit, ac publicè pronunciavit. Acta ejuſdem Conciliabuli.

XXXVIII. 37. STEPHANUS, è clariſſima gente Carrara, Patavii Domina, cum eſſet olim Patavinus Epiſcopus & Archidiaconus, à Joanne XXIII. poſt depoſitionem Marini, electus eſt Aprutinus Epiſc. ex Nicoſienſi, ano. 1412. 9. Non. Octob. cujus Epiſcopatus poſſeſſionem, contranitente Marino difficillimo ſanè, ancipitique conatu aſſecutus eſt. Sed cum deinde Marinus à Martino V. ut ſupra docuimus, ad Recanatenſem Epiſcopatum fuiſſet translatus, Stephanus Aprutinum ſuſcepit regendum, uſque ad ann. 1427. donec & ipſe à Martino V Eccleſiæ Tricaricenſi in Neapolitano Regno admotus eſt. Hic juramentum fidelitatis à Judice cauſarum civilium civitatis Teramnenſis recepit anno 1415 Forma autem juramenti præſtari ſolita hæc eſt, à tabulario ejuſdem Eccleſiæ recepta.

B *Sub anno Dom. 1415. die 1. menſis Septembris 9. ind. prout moris eſt fieri præſtari Juramentum per Judicem cauſarum civilium civitatis Terami, notarium Capitulorum, & Camerarium d. civitatis, in manibus Rever. in Christo Patris, & D. D. Epiſcopi Aprutini de jure, & antiqua conſuetudine, cujus in contrarium memoria hominum non exiſtit, vir egregius Illuſt. Doct. D. Benedictus de Monte Regali, electus ab univerſitate, & civibus civitatis Terami ad officium Judicatus civilium cauſarum civitatis prædictæ conſtitutus coram Rev. in Chriſto Patre, & D. D. Stephano de Carraria Epiſcopo Aprutino, ſacroſanctis tactis ſcripturis in manibus dicti Epiſcopi juravit ad S. Dei evãgelia facere, & exercere ſuum officium Judicatus pro ſex menſibus futuris ad fidelitatem, & honorem ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ, Reginaliſque Majeſtatis, videlicet D. & Sereniſſimæ Reginæ D. Joannæ II. necnon ad honorem, reverentiam, & fidelitatem d. Reverendi Patris D. Stephani Epiſcopi prælibati, & ſuorum ſucceſſorum, & d. Majoris Eccleſiæ Aprutinæ, ſeu Epiſcopatus, ſuoque juramento firmavit nunquam venire contra dictum D. Epiſcopum, ſeu Eccleſiam prælibatam, immo ſi ipſe D. Benedictus aliquid ſentiret, quod verteret ad damnum, ſeu detrimentum perſonæ dicti D. Epiſcopi, ſeu contra ejus ſtatum, vel contra Eccleſiam præfatam, eidem D. Epiſcopo annunciabit, ſeu referet per ſe ipſum, quod ſi non poſſet per ſe ipſum, per fidelem nuntium intimabit, jurabit reddere juſtitiæ complementum omnibus, & cunctis, & in dicta juſtitia ita Magiſtrum iudicare, ut ſervum, & quod non erit apud ipſum exceptio perſonarum & ſervare officias, & ſtatuta dictæ civitatis, & in defectũ ipſorũ iura cõmunia ſervare ſuo iuramẽto firmavit.*

C *Eodem die Joannes Conſtantino de Aſſiſio electus pro notario Capitulorum ab univerſitate, ſeu hominibus civitatis Terami pro futuris ſex menſibus conſtitutus in præſentia Rev. Patris, & D. D. Stephani de Carraria Epiſcopi Aprutini ſacroſanctis tactis ſcripturis, prout moris eſt fieri de antiquitate, & antiqua conſuetudine in manibus dicti D. Epiſcopi præſtitit juramentum de exercendo dictum notariatus officium pro dictis ſex menſibus ad honorem, & ſtatum ſemper Reginalis Majeſtatis, necnon ad honorem, & ſtatum dicti Rever. Patris, & D. Epiſcopi Aprutini, ſuæque Eccleſiæ Aprutinæ; contra cujus D. Epiſcopi perſonam, ſeu ſtatum facere, ſeu attentare aliquid non venire juravit. Immo ſi aliquid ſentiat ipſe contra perſonam, & ſtatum dicti D. Epiſcopi, eidem D. Epiſcopo per ſe, vel alium intimabit: & ſecundum Aſſiſias, & ſtatuta dictæ civitatis, vel juris communis in defectu ipſarum omnibus reddet juſtitiæ complementum, neminem injuſtè ſedendo in condemnationibus, & aliis, quæ ad ſuum pertinent officium &c.*

D Diu anceps, dubiuſque fui, an hic Stephanus cum altero Stephano idem eſſet, qui item è Carrara nobili gente ad Patavinum Epiſcopatum aſſumptus eſt, tum quod idem nomen ſortitus eſſet, ejuſdemque Carrariæ Gentis eſſet alumnus, quæ per ea tempora, Venetis impugnantibus, Patavina poſſeſſione exciderat coactuſque fuerat tanquam Reipublicæ Venetæ perduellis, Epiſcopatus demutare ſedem; ſiquidem in libro Proviſionum Prælatorum ex Archidiaconatus tantùm munere, narratur ad Aprutinenſem Epiſcopatum aſcendiſſe, de Epiſcopatu Patavino nulla habita mentione. Quamobrem in animum induxi meum, ut crederem diverſos fuiſſe è Carraria gente Stephanos diverſis eccleſiaſticis muneribus candidatos, donec inſcriptio marmorea ad ejus tumulum Romæ in Eccleſia S. Clementis appoſita hanc mihi dubitationem exemit, unum eundemque fuiſſe Stephanum de Carraria, non plures, qui ſucceſſivè Eccleſiis Patavinæ nempe, Aprutinæ, ac Tricaricenſi, ſucceſſivis temporibus præfuit, quod clarè in ipſa inſcriptione habetur; & ſi in libro proviſionum, ex Archidiacono Patavino ad hanc ſedem Aprutinam aſcendiſſe perhibeatur, nulla de Epiſcopatu facta memoria, potuit enim cum eam Eccleſiam cum Nicoſienſi permutaſſet, Patavinum etiam Archidiaconatum ad ſui ſuſtentationem recepiſſe, inde Aprutinum Epiſcopatum. Inſcriptio in marmore ſculpta una cum inſignibus eſt hujuſmodi.



Stephanus De Cararia Epiſcopus Paduanus, Aprutinus, & Tricaricenſis: Hic requieſcit. An. Domini. MCCCCXXXXVIIII. die X. menſis Julii. Amen.

XXXIX. 38. BENEDICTUS Guidalottus Peruſinus, Aquilejenſis Eccleſiæ Præpoſitus, an. 1427. die 20 menſis Maji electus eſt Epiſcopus Valvenſis, ac Sulmonenſis, eodemq; anno à Martino V. translatus ad Eccleſiam hanc 4. Kal. Nov. Hic idem fuit etiam Cameræ Apoſtolicæ clericus, ac Vicecamerarius; mox fuit Epiſcopus Maceratenſis, & Recanatenſis.

39. JACOBUS electus 1429. 7. Id. Jan. Martino V. ſummo Pont. imperante. (" *Sedit in Concilio Ferrarien. an.* 1438.) XL.

40. FRANCISCUS Monaldeſcus Epiſcopus Urbevetanus ad Aprutinã translatus Eccleſiam an. 1443. 8. Id. Septemb. inde ad Aſculanã 17. die Martii 1450. XLI.

41. ANTONIUS Fatatus Anconitanus, electus à Nicolao V. Pontifice, cum eidem Pontifici eſſet à ſacrificiis anno 1450. die 12. menſis Nov. ab Alphonſo Rege in Regium Conſiliarium eligitur, humaniſſimè recipitur ſumma cum ejus laude. A Pio II. Eccleſiæ Senenſis ſuffraganeus conſtituitur ann. 1460. & ab eodem translatus eſt ad Anconit. Eccl. eo ipſo anno, in cujus gratiam Ferd. Rex Neapol. Aprutin. Eccl. jura lubenti animo confirmavit an. 1458. XLII.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ, univerſis, & ſingulis præſentes litteras reſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris.

QUæ per nos benè geſta, & proviſa exiſtunt, licet de per ſe ſatis valida ſint, & firma, ad majoris tamen cautelæ ſuffragium libenti animo confirmamus. Cum itaque exhibitis, & præſentatis nobis quibuſdam capitulis pro parte nobilium, & egregiorum virorum univerſitatis, & hominum civitatis noſtræ Terami de Provincia Aprutii ultra . . . . . fidelium dilectorum, eadem Capitula decretari fecimus, prout in pede uniuſcujuſque Capitulorum eorundem latius demonſtratur. Quorum Capitulorum tenor ſequitur.

Obmiſſis aliis &c. 19. Che ſua Maeſtà ſe degne confirmare, & di nuovo concedere, allo Epiſcopato Aprutino, & Veſcovo prefato tutti, & ſingoli privilegii, immunità, & gratie concoſſe allo detto Epiſcopato, per il Rè, & Regine paſſati, & per la felice memoria del Rè Alfonſo, e maſſime che lo prefato Epiſcopato, & Epiſcopo d'eſſo in cauſis civilibus, & criminalibus, & mixtis habeat merum, & mixtum Imperium, & gladii pote-

ſta-

ſtatem in li vaſſalli, & terre, & luoghi d'eſſo Epiſcopato, & Epiſcopo manutenere nella poſſeſſione in la quale al preſente ſtà, & è ſtato al tempo della felice memoria del Rè Alphonſo circa le prefate coſe, & confirmare tutte l'antiquate conſuetudini in lo prefato Epiſcopato, e luochi di eſſo. Quod Capitulum decretari juſſimus in hunc modum Placet Regiæ Majeſtati ſi, & prout melius in ipſorum privilegiorum poſſeſſione, & quaſi fuerunt, & ſunt, & omiſſis aliis ſequitur, demum videlicet; & ſupplicato noſtræ Majeſtati ſubinde pro eorundem univerſitatis, & hominum parte, ut ipſa præinſerta capitula, & omnia contenta in eis confirmare de noſtri clementia dignaremur. Nos autem intendentes omninò, ut quæ per nos proviſa exiſtunt firmiter, & illæſa ſerventur, præſentium tenore de noſtri certa ſcientia, & conſultè capitula præinſerta omniaq; & ſingula in eis contenta, appoſitaq; narrata juxta continentias, & tenores decretationum noſtrarum in pede cujuslibet Capitulorum eorundem poſitarum, & affixarum, quæ licet valida ſint, & firma, ad majoris roboris firmitatem, quæ prodeſſe, & non afficere conſuevit, confirmamus, ratificamus, acceptamus, & approbamus, volentes, & expreſſè jubentes, quod præſens noſtra confirmatio, ratificatio, acceptatio, & approbatio firma ſit, & eiſdem ſupplicantibus perpetua, & fructuoſa, nullumque diminutionis incommodum, ſeu dubietatis involucrum, ullo unquam tempore quomodolibet pertimeſcat, ſed in ſuo ſemper robore, & efficacia perſeveret. Et nihilominus in augmentum gratiæ potioris præmiſſa omnia, & ſingula in dictis capitulis, & privilegiis contenta, quorum tenores præſentibus haberi volumus de noſtri certa ſcientia, & dominica poteſtate pro expreſſis, & ſpecificè declaratis de novo concedimus, & donamus. Illuſtriſſimo propterea, & Cariſſimo filio, & Locumtenenti noſtro generali Alphonſo de Aragonia Principi Capuæ, & poſt felices dies noſtros in eodem Regno ſucceſſori intentum noſtrum declarantes, dicimus, & mandamus Illuſtriſſimis ſpectabilibus, & Magnificis viris ejuſdem Regni Magiſtro Juſtitiario, & magno Camerario, eorumque, & cujuslibet ipſorum Locumtenenti, & Judicibus delegatis, & delegandis, Regenti, & Judicibus magnæ Curiæ præſentibus, & rationalibus Cameræ noſtræ ſummariæ Vicegerentibus, Juſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, & Officialibus quibuſcumque quavis auctoritate officio, & iuriſdictione fungentibus, ad quos, ſeu quem ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris, quatenus forma præinſertorum Capitulorum per eos, & ipſorum quemlibet diligenter, ac attentè illa juxta præfatarum noſtrarum decretationum continentias pleniores obſervent inviolabiliter, & perpetuò doceant, mandent, & faciant tenaciter obſervari. Nihilque in contrarium faciant, quanto gratiam noſtram caram habeat, & pœnam mille ducatorum cupiant non ſubire. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium, & inde fieri juſſimus regio paterno impendenti ſigillo munitum, cum noſtra nondum ſint expleta. Datum in noſtris felicibus Caſtris propè Capuam per ſpectabilem, & magnificum virum Honoratum Gaitanum Fundorum Comitem, & hujus Regni Locumtenentem, & Prothonotarium Collateralem, Conſiliarium fidelem pro nobis pronunciatum, die 20 Julii, 6 Indict. ann. Dom. 1458. Regnorum noſtrorum anno 1. Rex Ferdinandus &c.

XLIII 42. Jo. ANTONIUS Campanus, Epiſcopus Crotonēſis à Pio II. translatus eſt ad hanc Eccleſiam anno 1463. Hic ille Campanus eſt, qui ſui ſeculi omnium varié literatorum egregiam laudem tulit, tametſi vilibus, ruſticiſque ortus parentibus in Cavella à Galluſio non procul ignobili oppido, unde ille traxit cognomen. Quam ille ſuam obſcuram originem his verſibus adamuſſim expreſſit.

Galluſii in primis mœnia parva mei.
Parva ſed ingenio cognita rara meo.
Mittere nil gratius noſtra potuere Cavella.
Texere ingenium rura paterna meum.

Hunc mater ſub Lauro enixa eſt, cum exantlati in agro ab ea labores viam aperuiſſent ad partum, haud obſcuro ſanè præſagio, fore, ut aliquando puer eximia poetica laude floreret. Parentibus jam inde à puero orbatus eſt, orbatumque affines, in quorum fide, poteſtateque erat, tenuioris fortunæ ſordidis miniſteriis illum exercuerunt, ita ut etiam paſcendo pecori deſtinaretur. Elucebat tamen in Puero, quaſi ex intervallo, nobilior indoles, quàm quæ ſordidis illis muneribus diutius detineri poſſe videretur. Itaque rurali Sacerdoti in ſervitutem datus, ab eo latinæ linguæ rudimenta excepit, ſed cum majus in dies ingenium diſcēdo proderet, quam quod unius Magiſtelli præceptionibus excoli poſſet, miſſus Neapolim eſt, unjuſque ejus inclytæ civitatis Patritii ita favore adjutus, ut amœniarum muſarum uberrimè fontes exhauſerit. Volutabat Priſcorum ſcripta, ſelectiora quæque mandabat memoriæ, atque ad illarū imitationem ſubindè exercebat ſtylum, itaut brevi Poetarum ſui ſeculi cultiſſimus planè evaſerit, haud falsò omine primos vitales ſpiritus hauſiſſe ſub Lauro. Immortalis memoriæ præceptoribus uſus eſt, ſed Laurentio Valla præcipuè, cujus tanta eruditio erat, ut ex illorum ſchola prodiiſſe videretur.

Quos Orbilius ferula, ſcuticaque cecidit.

Ad labyrinthos deinde legum properare aggreſſus, vix Senenſium confinia attigerat, cum repentino procurſu à graſſatoribus circumventus, ac ſpoliatus nudus penè devertit Peruſiam. Ibi cum jure evaſiſſet cōſultus, nihilominus tamen publicæ utilitatis gratia, humaniores literas profeſſus eſt, tanta vel auditorum admiratione, vel utilitate, ut honoris ergo inter cives ſuos Senatus Peruſinus aſciverit. Verum non modo Peruſiam, ſed alias etiam Italiæ Academias ſua ſapientia illuſtravit Campanus; Patavii verò jam adultæ eruditionis, non tam ſe Doctorem, quàm diſcipulū præbuit. Quippe ſub Demetrio Chalchondyla græcā eruditionem ubertim potavit. Reverſus inde Peruſiam Bracii fortiſſimi Ducis vitam perſcribere aggreſſus eſt, & perfecit, in quo quidem opere, ſi ab affectu liber, ab adulatione procul fuiſſet, futurum erat, ut hæc ejus Braciana hiſtoria ob ſtyli elegantiam poſſet cum priſcis conferri. Igitur cum eloquentiæ fama apud Italicos Principes maximè inclaruiſſet, à Callixto III. ſummo Pontifice Romam accitus eſt, ut à Pontificiis epiſtolis eſſet. Sed vix intraverat Romam, cum morte Pontificis ſenſit ſpes ſuas fuiſſe deluſas. Cæterum cum Pii II. ſucceſſoris ſimilitudine ſtudiorum ſe in familiaritatem inſinuaſſet, Magiſter domus Card. Saxoferratenſis effectus eſt, quippe cui tam literis pertractandis, quàm explicandis negotiis habile foret ingenium; Jacobo Ammannato Papienſi Card. familiariter uſus eſt, ut etiam cæteris Italicis Principibus in pretio fuit. Demum à Pio eodem ob ſpectatas virtutes ad Epiſcopatus dignitatē ſubvectus eſt, ſub quo Crotoniēſis primùm fuit Epiſcopus, mox etiam Aprutinus, cum ſpe tandem perveniendi ad purpuram, ſi diuturniori mora Pontifex Pius ſuperſtes fuiſſet. A Paulo deinde II. ſucceſſore, à quo non minus, quam anteceſſores feciſſent, liberaliter cultus eſt, S. Euſtachii Archipresbyteratum præpingue ſacerdotium accepit; cumque Franciſco Piccolomineo Card. in Germaniā comes legationis, ac particeps conſiliorum ab eodem Pontifice deſtinatus, in publico Principum Germanorum conventu ad miraculum peroravit, ut bellicoſam illam nationem in imminentes propemodum Turcas armaret. Adhuc II. Paulus imperabat, cum in Italiam reverſus Tudertum civitatem ſuſcepit adminiſtrandam, ſubque Sixto IV. Pontifice Fulginatibus, Caſtellanæque civitati etiam jura dixit, Quo quidem munere Campanum fungentem repente fortuna deſtituit. Quippe cum factioſa civitas ſeditionibus, citra culpā Præfecti, exæſtuaſſet, ita facinus ſuſpicioſum pupigit Pontificem, ut Campanum, tanquam rebellionis conſcium, repentino edicto, & munere deturbaverit, & extra eccleſiaſticam ditionem juſſerit exulare. Non potuit ipſe per ſe, non valuerunt amici illius ſuſpicionis apud obduratum Pōtificem excuſare Campanum. Expertus eſt ille demum apud pleroſque, vel innoxiū ardere invidia, quem ſemel defatigata fortuna deſeruiſſet. Ex eo, vitam ærūnoſam traduxit ſubinde mutando exilia. Modo enim apud Ferdinandum Neapolitanum Regem, modò apud Senenſes Pii II. memoria recreatus moras trahebat, viſurus, an amœniores muſas ad ſui contubernium iterum excitare valeret. Sed vix compoſuerat animum, cum dolor rurſus amiſſæ gratiæ ita ægrum animum angebat, ut ipſe omni melioris fortunæ damnata ſpe animum penitus deſponderet. Quamobrem, partim ærumnis, partim comitiali morbo confectus Senis interiit ann. 1477. id. Quinti-

ler. Supra regiam gazam, atque theſauros literariam amplam, pretioſamque ſupellectilem poſteritati reliquit; quam ad publicam utilitatem Michael Faernus in lucem emittendam curavit. Memoriam demortui Campani plurium Poetarum diverſa carmina illuſtrarunt, ſed ea tantum, quæ in ejuſdem laudem, quæque apud ſacellum S. Jo. Baptiſtæ in Cathedrali, ubi ſitus eſt, inciſa leguntur, placuit hic adſcribere.

D. O. M.

Campanus jacet hic, noſtri clarum decus ævi
Eloquio reſonans, carmine, & hiſtoria,
Nec tamen hic totus, ſola hic ſunt oſſa, petivit
Cœlum anima, aſt Orbem gloria, corpus humum,
Interiit corpus, vivit ſed gloria, vivit
Spiritus, in ſolo corpore mors potuit.
Vixit annos L. obiit anno 1477.

Cāpanus ipſo ſibi gentilia effinxit inſignia, in quibus uberrima oliva, expanſis in Cœlum ramis, cui deſuper plenior luna affulget, exurgit; monens fortaſſis eo erudito commento poſteritatem, non ſine Cœlitum ope ſibi feraciſſimum adfuiſſe ingenium. („ *De eo rite* „ *tractat Gaddius de Script. tom. 1. Oldoinus in Athen.* „ *Auguſto p. 23. Jovius in Elogiis, Nicodemus in Additionibus ad Toppii Bibl. Neapol. p. 16.* Mandoſius.)

XLIV 43. **PETRUS** Minutulus Neapolitanus Campano in Epiſcopatum ſucceſſit anno 1478. 4 Kal. Decēb. Hic Baſilicam Vaticanam eccleſiaſtico cultu, librisque donavit, ut antiquum ejuſdem Eccleſiæ Martyrologium prodit ſub die 4. Non. Decemb. de quo etiam acta Conſiſtorialia.

XLV. * Ex App. t. 5. a Anno 1479. 44. **FRANCISCUS** * de Pezzetis, Hiſpanus Barcinonenſis ſufficitur a die 27. menſ. Januar. An. 1489. translatus eſt ad Tarentinum Archiepiſcopatum.

XLVI b Senenſem dicit Ugurgerius in Pōpis Seneoſibus p. 1. pag. 113. Mandoſ. 45. **JO.** Baptiſta Petruccius Neapolitanus b, Antonii filius, Neapolitani Regis ſecretarii, cum in favorem ſupra memorati Franciſci Tarentino Archiepiſcopatu ſe abdicaſſet, titulo Archiepiſcopatus Madicenſis inſignitus eſt, declaratuſque Aprutinus Epiſcopus 1489. 7. Kalen. Febr. quam eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1493. deinde libēs, volenſq; eo munere abivit, ut habent acta Conſiſtorialia.

XLVII. 46. **PHILIPPUS** Pinellus Genuēſis, poſt Petrucciam electus eſt 1493. die 18. menſis Octob. Alexandro VI. ſedente. Repertus eſt an. 1517. quidam Philippus Aprutinus Epiſcopus poſtremum obiiſſe diem, quem arbitratus ſum hunc ipſum Pinellum eſſe, quo ut erant illorum temporum mores, potuit ſequenti Epiſcopo dignitatem illam cum futuro regreſſu renunciaſſe, ac poſt Raphaelis exceſſum, iterum illius Eccleſiæ adminiſtrationem iniiſſe.

XLVIII. 47 **RAPHAEL** Rota, Epiſcopus Aprutinus, Dominici Jacobatii, Romæ Vicarii Viceſgerēs, Reipub. Senenſi literas dedit 1511. quæ quidem ep. adhuc in archivio dictæ civitatis aſſervatur.

XLIX. * Ex App. tom. 5. 48. **PHILIPPUS** Porcelius Neapolitanus, * ex familia Porcella, cujus inſignia ſus ſub arbore quercus paſcens, anno 1517. Deceſſit Leone X. ſedente, ex actibus Conſiſt.

L. * Ex App. tom. 7. 49. **CAMILLUS** Porcarius, ſive Portius, nobilis Romanus, S. Petri Canonicus à Leone X. creatus eſt anno 1517. die 4 menſis Martii. Deceſſit 1522. * Sepultus in ſua Cathedrali, vir varia literatura clarus, cujus cum laude meminit Jo. Pierius Valerianus Valentinus lib. 1. de Literatorum infelicitate.

LI. c lege Chrigatus Mandoſ. 50. **FRANCISCUS** Chrigattus c, nobilis Vicētinus, vir doctiſſimus, Leonis X. familiaris, ſub quo in Pruſſia, Moſcoviaque nobili legatione functus eſt, aliiſque explicandis negotiis præcipua dexteritate mirabilis, ab Hadriano VI. electus eſt Epiſcopus Aprutinus 1522. die 7. menſis Septembris. Cæterùm propriæ Eccleſiæ commoda magis per alios, quàm ſua præſentia urſit, ſub Clem. VII Pauloque III. ſumm. Pontificibus, publicis ferè ſemper implicatus negotiis. Poſtremum clauſit diem ſub Paulo III. 1539. Ex hac nobiliſſima gente prodiit Daniel Concordienſis Epiſcopus, aliique quamplures tum literis, tum armis longè clariſſimi viri, quorum cum laude meminit Jacobus

A Marzarius in 2. lib. Vicentinæ hiſtoriæ.

LII. 51. **BARTHOLOMÆUS** Guidiccionius Lucēſis, Romæ Vicarius, electus anno 1539. die 12. menſ. Decembris, nec multo poſt à Paulo III. Pontifice creatus eſt presb. Card. Epiſcopuſque Lucenſis. De quo ſuo loco poſtea plura.

LIII. 52. **BERNARDINUS** Sylverius (1) Piccolomineus Aragonenſis, Antonii, & Laudemiæ Pii II. ſororis filii, proximus affinis, vir nobiliſſimus, ſed Angelicis propemodum moribus longe illuſtrior, excesſione Card. Guidiccionii, Aprutinus Epiſcopus electus eſt anno 1542. anno verò 1545. * liberè ſe abdicavit.

* Ex App. tom. 7.

LIV. 53. **JACOBUS** Card. Sabellus, Aprutinam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1545. 12. die menſis Aprilis, ſed antequam convolveretur annus, oneri ſe libens ſubduxit.

LV. 54. Fr. **JACOBUS** Barba Neapolitanus, Procurator Ord. S. Auguſtini, ac Pauli III Sacriſta, ab ipſo electus eſt 1546. die 25. menſis Maii; à Iulio vero III. ad Interamnenſem Eccleſiam in Umbria translatus eſt

B 1552. die 3. menſis Iulii.

LVI. d Anno 1561. 55. **JACOBUS** Sylverius Piccolomineus, Bernardini nepos, electus eſt 1553. die 30. menſ. Auguſti. Concilio Tridentino interfuit d, ubi armatus more ſuorum Anteceſſorum ſacrum celebravit, non ſine admiratione Patrum. Deceſſit 1581. („ *Hic Patria fuit* „ *Celanenſis Marſus, atque Celani in Eccleſia Monachorum Cœleſtinorum, quo eius oſſa translata fuere, ſequens legitur Epitaphium.*

„ *Jacobo Silverio Piccolomineo Therami Principi*
„ *Comitique Biſennis S. Secundi, & Turris Maioris perpetuo Commendatario, Generis nobilitate,*
„ *Vita integritate, Divini humanique iuris, & aliarum diſciplinarum eruditione inſigni, ac Liberalitate ſingulari; Qui cum Therami in magno civium diſſidio, tumultuque ſumma cum omnium*
„ *laude Anno XXVIII. rexiſſet Eccleſiam, multis*
„ *in Concilio Tridentino laboribus egregiè ſuſceptis,*
„ *Neapoli vita functus magnum ſui deſiderium omnibus reliquit. Vixit annos LIII. menſes VI. Dies*

C „ *XV. Obiit ſexto Kal. Octob. MDLXXXI.*

„ *Alexander Silverius Piccolomineus Frat. ex Teſtamento heres huc oſſa reducenda curavit, & ſua impenſa mæſtiſſimus Poſuit.* Corſignanus.)

LVII. 56. **JULIUS** Riccius Firmanus, Epiſcopus Muranenſis, poſtea Gravinenſis, ad Eccleſiam Aprutinā translatus eſt anno 1582. Deceſſit 1592. ſub Sixto V. Urbis Viceſgerens. Synodum celebravit, vir vitæ venerabili, & omni genere ſcientiarum eruditus.

LVIII e Ut mihi conſtat, fuit ex familia Morgatti Mandoſ. 57. Fr. **VINCENTIUS** e, Ord. Prædicatorum è Monte Sancto in Piceno, ex Generali Commiſſario S. Officii Inquiſitionis, Iulio in Epiſcopatum ſucceſſit 1592. die 23. menſ. Octob. Eccleſiaſticæ libertatis propugnator acerrimus, ſynodum celebravit, Seminariū erexit, pauperes fovit, verè Paſtorem, & Patrem in omnibus ſe præbuit, ut ab omnibus amaretur. Aprutinā Eccleſiam adminiſtravit cum laude per 17. annos, eoque munere fungens deceſſit ſub Paulo V. an. 1609. ſacro die Epiphaniæ, ſepultus in eccleſia S. Dominici.

LIX. 58. Fr. **IO. BAPTISTA** Vicecomes, Comitis

D Octavii frater, Mediolanenſis, Eremitani Ord. Congregationis Longobardiæ alumnus, inſignis Theologus, à Paulo V. electus eſt an. 1609. die 23. menſis Februarii. Non minori animi integritate, pietate, ac prudentia Vicecomes hanc rexit eccleſiam per annos 29. quam ejus dignus prædeceſſor, nam eccleſiaſticam libertatem acerrimè tutatus, & in pauperes effuſa charitate, in omnibus munificentiam ſuam palam fecit. Cathedralis Eccleſiæ cenſus auxit, in eaque duos Capellanos perpetuò inſtituit, eidemque dum viveret, omnem ſuam ſupellectilem dono dedit. Fato functus eſt an. 1638. die 11. menſis Maii, nec ſine lachrymis in Cathedrali humatus fuit.

LX. 59. Comes **HIERONYMUS**, ex nobilibus Capitaneis de Figino, Mediolanenſis, I.V.D. publicè in Academia Parmenſi docuit, cum ipſe prius ſub celebri Oddone Sforza juri operam dediſſet; in Romana curia

(1) Bernardinus iſte non fuit ex vera familia Piccolominea, ſed ex Silveria gente Celani in Marſis nobiliſſima ex Baronibus Balzanni, quæ ob matrimonia contracta cum Piccolomineis, Silveria ſimul, & Piccolominea dicta eſt. *Corſignanus.*

ria V.S. Referendarius omnibus notus, urbes nonnullas, tum in Flaminia, tum in Umbria ita rexit, ut ab Urbano VIII. in præmium virtutis, Epiſcopus Aprutinus ann. 1638. a electus ſit, à quo monumenta hujus Eccleſiæ recepimus, ab ipſo non ſine labore expiſcata, quem Deus diù incolumen ſervet.

a Die 9. Februarii.

A D D I T I O.

(,, *Jus ſacrum ſapientiſſimè dixit uſque ad an. 1659. ,, quo deſiit eſſe inter mortales.*

LXI. ,, *ANGELUS Manſonius nobilis Aquilanus ſucceſ- ,, ſit 10. Novemb. 1659. qui concreditum ſibi Dominicum ,, Gregē omni ſolertia fovit uſque ad an. 1665 quo deceſſit.*

LXII. ,, *PHILIPPUS Menteus Firmanus I.V.D. Neapo- ,, litana Nunciatura quinque annis tum arduas ſuſtinuiſ- ,, ſet curas ejus generalis Auditor, hunc Epiſcopatum ob- ,, tinuit ann. 1666. 11. Januarii; ad Aſculanam Piceni e- ,, vaſit 2. Jun. 1670.*

LXIII ,, *JOSEPH Armenus nobili ortus genere in Civita- ,, te Pennenſi I.V.D. & Epiſcopi Pennenſis, ac Hadrien- ,, ſis Vicarius Generalis, Aprutinus Epiſcopus factus eſt ,, 30. Junii 1670. Feliciori omni progreſſu Eccleſiam ſuā ,, in dies dum ſatagit inſtruere vigilantiſſimus Præſul ad ,, immortalem vitam vocatur 1693.*

LXIV ,, *LEONARDUS Caſſianus Reſſanenſis I.V.D. qui ,, varia munia tum in Civitate Neapolitana, tum in Ur- ,, be integerrimè cum geſſiſſet, ad regimen hujus Eccleſiæ ,, aſſumptus eſt 24. Aug. 1693. Ex vero Paſtoris zelo ſub- ,, ditorum urgeri ſalutem, dum ſui muneris eſſe conſpicit, ,, indefeſſis conatibus ad puriores mores clerum, populū- ,, que trahere ſatagit. Nec ulla terretur refractariorum ,, vi, ſacra viſitatione, ſanctiſſimis legibus, verbo, & exē- ,, plo quæ ad Dei cultū pertinent promovere ſtudens.* Luc.)

A Q U I L A N I
E P I S C O P I.



AQUILA, hoc tempore, notæ opulentiæ civitas in Aprutiis inter Amiternum, Furconiumque antiquiſſimas civitates, alto in monte ſita eſt, quæ à Longobardis miſerabile excidium paſſæ Aquilæ exordium fecerē ex ſuiſmet ruinis, pervenitque excidiū ad antiquam Veſtinorum Provinciam, attiguamque Sabinam, ſic ut incolæ tectis, laribuſque nudati, ad montes ſe tutaturi profugerent. In collibus, ubi cœpiſſent oppida excitare, tametſi aliquandiu ſine Duce, & Magiſtratibus publicam rem adminiſtraſſent, ſenſim tamen, ut caries in ligno, exorti Tyrannunculi ſunt, qui in cæteros quietē agentes ſibi uſurparent imperiū. Quorum inſolentia cum pleroſque ad audaciam compuliſſet, facta conſpiratione, omnes ad unum occiderunt, ſeque in priſtinam vindicarunt libertatem. Quia tamen timor erat, ne deinceps imbellis plerumq; ſparſuſque populus externæ pateret injuriæ, publico decreto in illam ierunt ſententiam, ut qui diſſiti erant, in unum coaleſcerent, populique ampliori celebritate nō temnendam efformarent Rempublicam. Itaque agri partes cum attribuiſſent ædificaturis, brevi intra circuitum murorum ædificia exſurrexerunt, naſcentiq; vixdum civitati Aquilæ nomen imponere placuit, ut ſicut illa cæterarum avium Regina eſt, ac domitrix, ſic Aquila civitas ex omine feliciori cæteras debellare, nō debellata, addiſceret civitates. Nec omen viſū

A eſt cecidiſſe incaſſum, ſiquidem hoc tēpore illius Provinciæ præpotētior civitas habetur, armis, paciſq; artibus illuſtris. Quo autē tempore hæc contigerint, vix apud aliquem ſcriptorum ad calculos revocatum reperias (1) Illud conſtat Aquilæ fieri mentionem jam inde à Nicolai II temporibus, hoc eſt 1060. cum Ducatum Apuliæ Roberto Guiſcardo ille Pontifex ex pactione Aquilæ facta dilargiretur. Unde facilè poſſunt redargui Collenutius in Neapolitani Regni hiſtoria, Ranzanus, & alii, cum aſſerunt ad Imperium Friderici II. Beneventanos, Caſſinos, Soranoſque populos, quorum oppida deleverat Fridericus, Aquilam civitatem fundaſſe, eoque nomine in honorem Imperii, cujus inſigne Aquila eſt, appellari voluiſſe. Alii ſcripſere à Carolo I. Siciliæ Rege habuiſſe principium. Nec deſunt, qui recentiorem Aquilæ originem comminiſcantur, hoc eſt, à Carolo Martello Neapolitano Rege, anno 1309. Cum interim anceps non ſit, ab Amiterni, Furconiique populis ante Milleſimum fuiſſe fundatam, celebritateque populi, opibuſque ſubinde adauctam.

B Haud negaverim tamen à ſupramemoratis Principibus potuiſſe Aquilam vel ornamenta, vel opes, vel munimenta potiora accipere, ſed nemo non videt, quàm perverſum ſit cum fundatione reſtaurationem confundere. Quoniam verò hac noſtra ætate uſus invaluit, ut ea ſola civitas appelletur, quæ Epiſcopali dignitate eſt exornata, Aquila vero ab Alex. IV. tantum temporibus eò dignitatis provecta eſt, ut ex Bulla ejuſdem Pontificis, mox ſubiicienda depromam: inde eveniſſe nemo non dubitat, ut recentior civitas haberetur, quod ſerò in ea Epiſcopus jus divinum dixiſſet, cum tamen multo ante, tum opibus, tum armis, cum quavis civitate videretur poſſe conferri. Dum adhuc proprio Paſtore careret, Furconenſi Epiſcopo ſubdita erat, Cui poſtea tam Amiterna diœceſis, quàm Furconenſis S. Maximi in poſſeſſionem ceſſere, ac utriuſque Præpoſitum Præſulem declaratum, Aquilanum Epiſcopum appellaverunt, qui veterum Præſulum excuſſo fræno, unam hoc tempore S. Apoſtolicam Sedem ve-

C neratur, & colit. Cathedralis SS. Maximo, ac Georgio præclaris martyribus dedicata eſt, præter ea, quæ è Furconio, Amiternoque antiquis civitatibus tranſlata ſanctorum corpora ibidem honorificè conquieſcunt. Una tantum in ea eſt dignitas, nempe Archidiaconatus, undecim canonici, inter quos eſt præbenda pœnitentialis, & decem capellani choro inſervientes. (,, *In ,, ea abeſt animarum cura, quæ exercetur à Presb. per ,, Capitulum deputato.*) In civitate 26 b. adſunt eccleſiæ parochiales, quarum 18. ſunt Collegiatæ, ſuam habentes primam dignitatem, titulo Abbatis, vel prioris ornatam cum canonicis, & in illis adeſt fons Baptiſmalis; 18. in ea numerantur virorum 11. ſanctimonialium Monaſteria. Domus piæ duæ, altera pro alendis pauperibus puellis, altera pro mulieribus ad meliorem frugem converſis, tria Xenodochia, domus pietatis, & ſeminarium. Diœceſis eſt ſatis ampla. (,, *Et 50. circi- ,, ter loca complectitur.*) Epiſcopatus eſt ad regiam præſentationem. fructus taxantur in libris Cameræ 626.

b 24.

D $\frac{2}{3}$. florenos, verus valor ad 1000. nummos aureos aſcendit c. Animæ numerantur in civitate viginti millia. Cæterum Aquilanis optimis civibus cumulus felicitatis fuit, Bernardinum Senenſem, lapiſ Italiæ ſanè præclarum Apoſtolum, inter tutelares Divos habuiſſe, qui ut olim Italiam totam, verbo exempliſque mirificè illuſtravit, ſic modo unam Aquilam ſpectabilem reddit, in cujus complexu, divino nutu, illi contigit ſpiritum exhalare. Claruit Aquila viris pietate, doctrina, & bellica laude illuſtribus. (,, *Celebris eſt etiam ,, hic Abbatia de Colle-Madio Congregationis Cœleſti- ,, norum, in qua aſſervatur S. Cœleſtini Papæ V. Corpus.* ,, Lucent.) Ager mira cum aliarum rerum, tum croci copia fœcundus. Hujus Civitatis Præſulum ſtatim ſeriem ex monumentis illius Eccleſiæ, actiſque Romanis proferemus, ſi prius Furconenſes Pontifices, nonnullaque monumenta referamus, mox, ut polliciti ſumus,

c Nunc redditus vix ſuppu- tantur 700. Scuta Rom.

(1) Aquilanæ civitatis exordium recitat Anonymus de rebus geſtis Friderici Imper. cujus pervetuſtum exemplar exſcripſit noſter Ughellus tom. IX. Ital. Sacr. ubi habetur: Aquilam primùm emerſiſſe an. Dom. 1252. favente Conrado Rege in odium Baronum illius Contractæ; ſed illicò ſuperbiens de ſuis viribus tanquam rebellis exciſa eſt an. 1258. non adeo tamen in nihilum redactam credimus, quin conſidere adhuc potuiſſet Epiſcopus ibi, cum ſuperiori anno in eam translata fuerit Epiſcopalis ſedes, eaque continuaverit continuata ſucceſſione. Luc.

mus, ejus Epiſcopatus fũdationis bullã ſubiiciamus(1)

Furconium olim in Bruttiis præpotentem Urbem, quæ & forum Conii, & Avia dicta eſt, poſt dirutum à Sylla Amiternum, ab ejuſdem civibus reædificatam non eandem eſſe cum illa, quæ hodie Aquila dicitur, Volaterranus inquit, & Platina in Paſchali II. ſed aliã in montibus ſitam ab Aquila octo M. P. diſtantem, è cujus ruderibus poſt ejus everſionem enatam Aquilam docent alii; ejus ruinæ uſque ad hæc tempora ſpectantur. Furconienſis Eccleſia antiquiſſima eſt, cujus Epiſcopi ſæpe recenſentur in Conciliis tum ſub Furconenſi titulo, tum verò cum S. Maximi denominatione: idem enim & Furconenſis, & S. Maximi Epiſcopus fuit, cujus corpus in Cathedrali aſſervabatur. Epiſcopalem dignitatem una cum Clero, Sanctorumque Reliquiis à Furconio Aquilam tranſtulit Alexander IV. ut ſupra diximus, ſupreſſitque Cathedralem, totamque diœceſim una cum Amiternina novo Aquilenſi Epiſcopo ſubjecit. Otto Imper. anno 956. totum Furconienſem Comitatum in honorem S. Maximi, Epiſcopo, & Eccleſiæ Furconienſi dono dedit, tradiditque alia bona, & jura conceſſit, cujus donationis chartam hic duximus emittendam, ſic ſe habentem.

In nomine Domini, & Salvatoris JESU CHRISTI.

*Anno ab Incarn. Dom. 956. Ego Otto Imperator Auguſtus, Divina ordinationis Clementia, Anno Imperii mei 16. menſe Junio Indict. XI. hoc preceptum fieri precepi, ad honorem, & reſtaurationẽ B. Maximi Martyris, ideo conſtituis me Ottonem gratia Dei Imperatorem Italici Regni defenſorem de Aſia Palatio habitum ſana mente, & spontanea mea bona voluntate, & pro his miraculis, qua Dominus dignatus eſt oſtendere pro te B. Maxime, & pro tuo S. corpore, de quo humiliter rogo, ut aliquantulum nobis comportare conſentias, pro quo juſiurandum tibi feci, quatuor tantum plus dare, quam tu hic habeas, in noſtris partibus, ſcilicet ultramontanis, & facere tibi quod S. Angelus Michael per Epiſcopum nobis mandavit, quamobrem trado, concedo, atque dono tuo Epiſcopatui totum Furconenſem Comitatum, finis cujus hic eſt. A ſeptentrionali parte incipit à loco, qui dicitur Rodianus ſimul cum toto Guoſto, ubi ſunt mille millia modiola terra, & revertitur ad occidentalem partem per medium locum Poppleti, & ſic pertranſit per Tſiculiolum, & per medietatem Fornli, ubi ſunt mille modiola de terra, qua tenent uſque ad S. Sylveſtrum, deinde tranſit per Vilianum uſque ad S. Stephanum cum 10000. modiolis de terra uſque ad montem ſuper Petram cornutam, deinde tranſit meridianam partem per montem ſucclintanum, & per ſaltum felicem, qui cum omni ſua poſſeſſione pertinens eſt eidem Epiſcopatui, & egreditur cum hoc fine uſque ad roborem, ſicq; revertitur ad orientalem plagam pertranſiens Anzedonam Civitatem, & pergit per Bleſimum montem uſque in Brizanum, duo millia modiola de terra, qua tendunt uſque ad locum, qui dicitur Badus, & ſic revertitur ad priorem finem. Jubeo ego Imperator, ut infra hos fines non dominetur alter Epiſcopus, nec Comes, niſi tantum Epiſcopus S. Maximi. Adhuc intus jacent alia petia terra Aſtetici, qua tendunt uſque ſupra Paganicam, & uſque ſupra dictum Badum, & uſq; ſupra Picentiam, in quo fine ſunt mille modiola de terra, & in iſto eodem fine intus jacet Eccleſia S. Euphemia in 500. modiolis de terra; ibi etiam eſt Eccleſia S. Juſtini, & Eccleſia S. Maria de Paganica cum 300. modiolis de terra ſimul cum alia petia de terra, ubi requieſcit Corpus B. Juſta ſuper illum pogium, & ſub illo monte eſt medietas ipſius, qua amba terra procedunt ex duabus partibus, uſque in aquam cum 200. modiolis de terra ſimul cum ipſo poggio, qui ſuper ipſa eſt: qua omnia ſunt Eccleſia S. Maximi. Similiter concedo eidem Epiſcopatui 3000. modiola terra incipiunt in illo loco, ubi Corpus S. Euſanii requieſcit, & protendunt uſque ad locum, qui Vallis dicitur & uſque ad illum locum, qui Sara vocatur, & protenditur uſque ſuper Eccleſiam S. Savini. Et adhuc trado jam dicta Eccleſia tres petias terra in comitatu Marſicano jacentes, quarum una eſt Marentino, qua continet in ſe modiola 300. cujus fines ex duabus partibus eſt terra Elpici, & ex aliis duabus partibus eſt territorium S. Savinum: ſecunda petia jacet in loco ubi adificatus eſt S. Marcellus, qua ſimiliter continet in ſe modiola 100. & piſcationem infra aquam Fucinii mille millia deſtri, & per longitudinem uſque in paternum ſunt 10. millia deſtri, cujus finis eſt de tribus partibus terra Apici, & de conſortibus ejus, & ex quarta parte terra aliorum hominum. Sed & de Aqua pracipio, ut quicunque ibi piſcaverit, ſemper de 30. piſcibus, pradicto Epiſcopatui unum reddat: tertia petia terra jacet in loco ſelimine, qua continet in ſe modiola 400. cujus fines ſic continentur; De una parte eſt Fucinus cum ſua piſcatione, in quo quicunque piſcaverit, reddat ut dictum eſt ſuperius, & ex alia parte eſt terra Luidinis, & ex tertia parte eſt via, & ex alia parte terra aliorum hominum: inſuper trado ſupradicta Eccleſia in comitatu Aprutii, in loco qui S. Flavianus vocatur, unum Portum, qui reddat centum pondera inter aurum, & argentum, & etiam ferrum, & ſal, qui Portus continet infra ſe 5. millia modiola inter terram, & aquam intra mare; ſimiliter in civitate de Aterno dono 7. millia modiola terra cum quinta parte illius Portus, & cum quinta parte ipſius Civitatis, & cum quinta parte tributi ipſius Civitatis, & etiam modiola 500. in terra, qua vocatur Collemonte, cujus finis ſic eſt; de duabus partibus eſt Terra Zoſani, & ex aliis duabus partibus terra aliorum hominum: do adhuc totum Caſtellum de Roge, excepta terra Aſtonis, & Guiniſii, & aliorum minorum hominum, cujus Caſtelli finis cum villa ſua tenet uſque ad Mozanum, juxta terram Aſtonis, & uſque ad S. Mariam Japhanis de ſylva plana, & uſque ad Lardezanum, & tranſit inde per medietatem Caſtri de pradicto Caſtello de Collemonte, cum tota ſylva de Caſamayne, & revertitur uſque ad Furcam de jam dicto Roge, & uſque ad pilam, & tranſit per illum Campum de Popleto uſque ad Mozanum, infra hos fines ſunt mille millia modiola de terra qua omnia pradictus Epiſcopatus poſſidet, & inſuper illam terram do, qua jacet per medietatem Banie uſque ad flumen, & uſque ad terram de Caſtillione, & tranſit per Cacurazzum, habens ſecum totum collem Pudenis, & ſic revertitur ad flumen, & infra hos fines nemo habet hereditatem, niſi tantum Aſto, Bueſto, & Guiniſius qui ſunt hereditarii hujus terra, & ſimul mecum dotaverunt hanc Eccleſiam de illis terris, qua continentur infra hos finitios, quos modo diximus fines, quarum terrarum, quas in dotem miſerunt, hac ſunt. Prima petia de terra jacet in illo loco, qui dicitur Solagno, qua continet in ſe 500. modiola, cujus finis eſt totum illum pratum de Pantano tendens uſque ad canalem, & uſque ad Caput de via, qua revertitur in Caſtilionem, & ſic vadit per illos fines de ſilva uſque ad Velubrum, & revertitur in fontezuli, cum toto illo colle de Solagno uſque in muris, & uſque ad pedem de ſupradicto prato. Secunda petia de terra jacet, ubi Eccleſia S. Juſtini eſt adificata, qua eſt per menſuram modiola centum. Tertia petia de terra jacet, ubi dicitur Caſale, qua continet ſe modiola 12. cujus finis eſt ab una parte aqua de lacu, & de duabus aliis partibus, eſt terra ejuſdem Aſtonis. Quarta petia de terra jacet, ubi Fontemayana dicitur, qua continet 800. modiola, cujus finis eſt ex una parte via, qua tranſit per ponticellum per viam Salariam, & per pedem de ticulo, & ſi revertitur uſque in muris. Quinta petia de terra jacet ibidem ad Forcellam, qua continet mille modiola, cujus finis incipit per pedem de Ronca, & tranſit uſque ad viam Salariam, & de alio latere vadit per viam illam de ſorcilla uſque ad flumen, & à pede illius fluminis extenditur uſque in viam de limite, & veniens per eandem viam limitis, pergens per medietatem civitatis Cona, & per medietatem lacus, cujus alia medietas eſt Aſtonis, & ſic revertitur ad viam Salariam. Pro hic terris, quas modo deſcripſimus dedi ego Otho Imperator illis tribus hominibus Aſtoni, Bueſto, atque Guiniſio duo millia libras pro pretio, & quantum plus valerent, donanda una mecum dederunt B. Maximo, pro redemptione animarum ſuarum totum hoc quod ſuperius ſcriptum eſt. Ego Otho Imperator Eccleſia tua B. Maxime, pro redemptione anima mea, & etiam propter hoc ut aliquantulum tui corporis permittas deferri, dono, concedo, confirmo, & ſemper firmiter permanere volo; & quicumque hoc defraudare, vel aliquo malo ingenio minuere, vel ſubtrae-

(1) Amiternenſium Epiſcoporum ſeriem, prout haberi potuit, cum hic Ughellus de illis taceat, vide in tom. X. hujus operis, ubi de Epiſcopatibus deperditis agemus.

trahere voluerit, vẽdendo, cambiando, donando, ſive præſtativum alicui faciendo, niſi ad utilitatem, & honorem ejuſdem Eccleſiæ, ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & B. Maximi Martyris, & omnium ſanctorum, & noſtram ſimul cum omnibus nobiſcum manentibus, maledictionem habeant in perpetuum, & cum Juda, qui tradidit Chriſtum, & cum Anna, & Caypha, qui Dominum crucifixerunt, aſſocientur. Et inſuper illud quod fecerint, ſit vanum & inutile, & qui comparuerit, vel aliquo malo ingenio tenuerit, niſi ſicut ſupra ſcriptum eſt, ſit debitus legaliter componere, ſicuti peſſimus præſumptor, qui præceptum frangit imperiale. Unde pro ſtabilitate hujus rei Ego Otho Imperator præcepi Bonifacio notario, hanc cartam ſignatam mea manu, & manu Epiſcopi Ceſſi, & laudatam, & confirmatam ab omnibus ibidem ſtantibus, ſcilicet Epiſcopis, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, ac Populo, & teſtibus ſubſcriptis, ut feliciter in perpetuum permaneat.

† *Signum manus Otthonis Imperatoris, qui hanc cartam ſcribere rogavit, & ſignum S. Crucis impreſſit.*
† *Signum manus Epiſcopi Ceſſi, cui Angelus hanc cartam manifeſtavit, & rogatus ab Imperatore, ſignum Crucis impreſſit.*
† *Signum manus Aſtonis, qui conſenſit, & confirmavit hanc cartam, & ſignum Crucis fecit.*
† *Signum manus Burſtonis, qui ſimiliter conſenſit, & confirmavit hanc cartã, & ſignum Crucis impreſſit.*
† *Signum manus Guiniſii, qui conſenſit, & confirmavit hanc cartam, & ſignum Crucis impreſſit.*
† *Signum manus Ruydis Marchionis, qui rogatus ab Imperatore ſit teſtis, ſignum S. Crucis fecit.*
† *Signum manus Alberti Marchionis, qui rogatus ab Imperatore ſit teſtis, ſignum S. Crucis fecit.*
† *Signum manus Roberti Marchionis, qui rogatus ab Imperatore ſit teſtis, ſignum Crucis fecit.*
Ego Bonifacius Index, & Notarius rogatus omnibus complevi, & finivi.

Ejus exemplar ex Aquilanæ Eccleſiæ tabulario, mihi Roma Florentiam tranſmiſit, vir genere, & doctrina clariſſimus Gaſpar de Simeonibus, cujus familiam antiquiſſimæ, & primariæ nobilitatis in urbe Aquila, diuque per inſignia militiæ, ac togæ munera Neapolitanis Regibus, Andegavenſibus præſertim, atque Aragoniis probatam, ex eadem Furconenſi civitate pluribus abhinc ſeculis ortum ducere comperio; ea namque familia in primæva ædificatione Aquilæ, ſeſe in illam inter ditiores, ac præpotentes, tranſtulit, & Cathedralem ipſam, quæ dudum Furconienſis fuerat, ſibi Parechiam deligens, gentilium ibi ſacellum, quod nunc vetuſtiſſimum cernitur, conſtruxit, in eoque amplum Sacerdotium inſtituit, cujus præſentandi jus ad poſteros continenti ſerie tranſmiſſum, per 400. fere annos, viri ejuſdem familiæ hodieque habent. Aliæ Furconienſes antiquæ proganies, ac nobiles in Aquilana Civitate numerantur. At Furconienſes Epiſcopi hi tantùm à nobis fuerunt obſervati.

I. 1. FLORUS in Concilio ſub Agathone Papa ann. 680. reperitur inter cæteros Patres conſcriptus.

II. 2. JOANNES Furconienſis Antiſtes in Concilio Romano contra Anaſtaſium Presbyterum, & ipſe ſententiam dixit anno 853.

III. 3. CESUS Epiſcopus S. Maximi anno 956. quo ſedente Imperator Otho Furconienſem Comitatum Epiſcopio Aquilæ contulit, ut vidimus ſupra.

IV. 4. GUALDERICUS, vel UVALDERICUS, a ſic legitur in chronico. S. Vincentii de Vulterno lib. 4. Epiſcopus S. Maximi ann. 968. & anno 970. ſubſcripſit, ac teſtis fuit Judicatui S. Mariæ Apinianici.

a Al. Gualderius.

V. 5. BERARDUS Furconienſis Epiſcopus Caſtellum Collepaidonis in ſua Diœceſi ædificavit, obtenta facultate à Rogerio Rege, à quo caſale S. Euſanii accepit anno 1147. Rogerii diploma Innocentius III. ad petitionem Joannis Epiſcopi Furconienſis confirmavit, cum inſeritione ejuſdem Regis Diplomatis anno 1204. an. 7. Pontif. extat in reg. ejuſdem Pontificis ep. 100. fol. 131. Sic enim ſe habet.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Epiſcopo Furconienſi.

Solet annuere &c. uſq; impertiri. Ea propter Ven. in Chriſto frater, tuis juſtis precibus annuentes, donationẽ Caſalis S. Euſanii ab incly. re. Rogerio Rege Siciliæ factam bonæ memoriæ Berardo Epiſcopo Furconienſi, prout in ejuſdem Regis authentico continetur, auctoritate Apoſtol. confirmamus &c. uſque communimus ad majorem autem hujus rei firmitatem habendam authenticũ Regis prædicti de verbo ad verbum huic noſtræ paginæ duximus inſerendum. Cujus tenor talis exiſtit. In nomine Domini, & Dei æterni, & Salvatoris N. J. Chriſti. Rogerius Divina favente Clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Reſidentibus nobis in Palatio noſtro Tarentino apud Salernum cum reverendiſſ. filio noſtro Rogerio Duce Apuliæ. & Comitibus & Magnatibus, aliiſque Baronibus Regni noſtri. Berardus Ven. Furconienſis Epiſcopus ad nos veniens, noſtram admodum deprecatus eſt clementiam, quatenus in Territorio ſui Epiſcopatus Caſtellum fieri, & concedimus, quod Collepaidonis vocatur. Nos autem de more ſolito precibus eius annuentes, et poſtulata conceſſimus. Inſuper etiam Caſale S. Euſanii, de quo altercatio inter prædictum Epiſcopum, & finicen. coram noſtra præſentia facta fuit & Judicio Curiæ ad noſtra regalia pervenit, eidem Epiſcopo ex noſtra ſolita largitate, & pietate conceſſimus, credentes prædictum Epiſcopum fore inde fideliorem. & obedientiorem Regno noſtro. ad hujus ſanè dationis & cõceſſionis noſtræ memoriam. & inviolabile firmamentum præſens ſcriptum ſigillo noſtro inſigniri, & per manũ Roberti notarii noſtri ſcribi fecimus. Dat. in civitate Salerni per manum Roberti Cancellarii anno Incarn. Dom. 1147. in menſe Novembris Indict. 11 anno verò regni D. Rogerii Dei gratia glorioſiſſ. Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ 17. feliciter amen, Amen, Amen. Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ confirmationis. Si Quis autem &c. Datum Laterani 17. Kal. Julii.

Idem Berardus anno 1187. obtulit Guillelmo Bono Regi Siciliæ pro ſervitio terræ S. milites ſex, & ſervientes 12. ratione feudorum, quæ ab ipſo Rege tenebat, *Civitatem nempe S. Maximi in Furcone, qua ſicut dixit eſt feudum unius militis, Caſtellum Roga quod eſt feudum unius militis, & Caſale S. Maximi, quod eſt feudum unius militis; ita in Regiſtro Neapolitano ſignata 1322. lit. A. fol. 13.*

6. JOANNES b Furconienſis Epiſcopus, an. 1204. ab Innocentio III. omnium privilegiorum Romanorum Pontificum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis confirmationem obtinuit. Diploma eſt hujuſmodi, quod in archivio Vaticano aſſervatur in reg. ejuſdem Pontif. 7. ep. 119. f. 138. VI.

b E Comitum familia Innocentii III. proxime affinis. Lav.

Innocentius Epiſcopus &c. Dilecto I. Epiſcopo Furconienſi, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti Ap. ſe. ſpecula divina diſponente clementia conſtituti, fratres, & Coepiſcopos noſtros debemus ampliori charitate diligere. & Eccleſias eorum gubernationi commiſſas S. Apoſtolicæ patrocinio communire. Ea propter &c. uſque munimus, & ad exẽplar felicis record. Alexandri Papæ Præd. noſtri Eccleſia Furconenſem, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus &c. uſque communimus, ſtatuentes & quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia &c. uſq; vocabulis exprimenda, Eccleſiam majorem S. Maximi, cum villa quæ vocatur Civitas, cujus medietas eſt ejuſdem eccleſiæ cum hominibus & poſſeſſionibus ſuis, eccleſiam S. Euſanii cum Capella, & hominibus, & tenimentis ſuis, Caſtrum Collepaidonium cum eccleſia, & tenimentis ſuis, Rodium cum eccleſiis, & tenimentis ſuis eccleſiæ S. Juſtæ cũ Capella, & hominibus ſuis, et tam tenimentis. eccleſiam S. Juſtini cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Paganica cum Capella. & hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Euphemiæ cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Guaſto cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Nicolai de Lagenca cum poſſeſſionibus ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Picentia cum poſſeſſionibus ſuis, eccleſiam S. Martini de Picentia cũ hominibus, & tenimentis ſuis, Eccleſiam S. Angeli de Beſegne cum hominibus. & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Petri de Limignano cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Martini de Oricela cum Capella, hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Scholaſticæ cum tenimentis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de unda cum tenimen

tis ſuis, eccleſiam S. Candidi cum Capella, & hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de planule cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Bannico cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Marini cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Laurentii de Saxa cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Bacano cum hominibus, & tenimentis ſuis, eccleſiam S. Felicis de mõte cum tenimentis ſuis, eccleſiam S. Thomæ de Grotta cum tenimentis ſuis, eccleſiam S Stephani de Rocca cum Capella, & hominibus, & tenimentis ſuis. Præterea ſubſcripta Caſtella Diœceſana tibi lege ſubjecta, ſicut ea rationabiliter poſſides, tibi nihilominus confirmamus, Bagnum ſcilicet cum villis, eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Caſtellionum Baccanum, & Paganicam cum Eccleſiis, villis & pertinentiis ſuis, Aſſezeze cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Felettum cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Intuceeram cum Eccleſiis, villis, & pertinentiis ſuis, Camardiam cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Podium & villam de Picentia cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Guaſtum cum eccleſiis, villis, & pertinentiis ſuis, Collebreagunum cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Ragnum cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Peſcum Majorem cum eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Sinicium cum S. Demetrio, & S Joanne, & S. Martino, & S. Mauro cum pertinentiis ſuis, Iſſiam cum eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Barrile cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Roccam, & Celicium cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Roccam attoneſcam cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Ove, & foſſam cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, villam de unda cũ Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Turrim cum Eccleſiis, Villis, & ſuis pertinentiis, Gignanum cum Eccleſiis, villis, & ſuis pertinentibus, Rodium cum Eccleſiis, villis, & ſuis pertinentiis, Pile cum Eccleſiis, villis, & pertinentiis ſuis, Saxam cũ Eccleſiis, villis, & pertinentiis ſuis, Podium S. Mariæ cum Eccleſiis, villis, & pertinentiis ſuis, Luculum cum Eccleſiis, villis, & aliis pertinentiis ſuis, Colomentum cum Eccleſiis Villis &c. Roccã S Viti cũ Eccleſiis Villis &c. Torna partem cũ Eccleſiis, villis &c. Civitatem Forule cum duabus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Roccam S. Stephani cum villis ſuis, Caſtellionem de Ballo cum Eccleſiis &c Eccleſiam S. Joannis de Colimentis cum capellis, hominibus, & tenimentis ſuis, Eccleſ. S. Angeli de Lupleſco cum capellis, & hominibus, &c. ſtatuimus præterea ut nullus clericus cujuſque ordinis &c. uſque irritum habeatur &c. Prohibemus autem, ne Præpoſiti, vel presbyteri &c uſque revocatur, ab hoc præſenti decreto die. Inhibemus ne aliquis in Diœceſi tua Eccleſiam, vel oratorium aliquod ſine tuo, vel ſucceſſorum aſſenſu conſtruere de novo præſumat, ſalvis tamen privilegiis Pontificum Romanorum; libertates præterea, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris &c. uſque communimus. Decernimus ergo &c. ſalva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Datum Laterani per manum Joannis S. R. E. ſubdiaconi, & notarii Kal Junii indict. 7 Incarn. Dom. anno 1204. Pontificat. verò Innocentii Papæ III. an. 7. Joannes verò tranſlatus fuit ad Eccl. Peruſinam 1208.

VII. 7. ANFUTUS ſeu Anſuletus Epiſcopus Furconienſis anno 1208. interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Pamphili Sulmonenſis: idem memoratur in quodam inſtrumento Eccleſiæ S. Auſanii.

VIII. 8. THEODORUS Epiſcopus Furconienſis ao. 1220. ſententiam tulit ad favorem Epiſcopi Reatini contra Abbatem S Sylveſtri de Petra Battuta die 12. Jan. indict. 8. ex tabulario Reatino à doctiſſimo viro Gabriele Naudeo Pariſino collecto

IX. 9. * RAYNERIUS Epiſcopus Furconienſis obiit miraculis clarus circa an. Dom. 1225. de quibus Honorius III. inquiſitionem commiſit Epiſcopo Pennenſi, ut in epiſt. 68. & 89. ao eodem Vat. reg. vidimus, prima incipit mirificans &c. Datũ Reate Kal. Octob. an. 10.

* Ex Ap. tom. 5.

X. 10. T. . . . . electus Furconienſis ex capellano & ſubdiacono Apoſtolico anno 1225. Honorius III. confert præbendam T. tunc ſubdiaconi & Capellani Apoſtolici nunc electi in Epiſcopum Furconienſem vacantem in Eccleſia Paduana, Joanni Clerico filio nobilis viri Matthæi de Gravario, 3. non. Julii anno 9. ep. 349. fol. 64. reg. Vat.

XI. 11. BERARDUS a de Padula, Raynaldi de Comitibus Card. Oſtienſis, qui poſtea fuit Alexander IV. conſanguineus; ab Innocentio IV. anno 1252. 10. Kal. Junii Furconienſis Epiſc. delectus habetur in reg. Vat. ep. 242. f. 168. Ille eſt Berardus, qui poſtremus Furconienſem rexit Eccleſiam, quem Alex. IV. ad Aquilanam tranſtulit, fuitque primus Aquilanus Epiſcopus, ut ex ſequenti Alexandri diplomate clarè videtur.

a Al. Bernardus.

Alexander Papa IV. communi Aquilanen. fidelibus noſtris in perpetuum. Pura fides charitate conſpicua terra veſtra, & lucidis in ſe, & magnificis proficit actibus, & aliis Civitatibus Regni Siciliæ, ſpectabili ſectanda probitatis exemplo libertatis amplectenda profectum manifeſtè propinat, propter quod Terra eadem, quæ à morum fundatione, morum, geſtorum nobilis ingenuitate conſpicitur, ſic apud proximos, & remotos multipliciter redditur ſuorum proceſſuum ſtrenuitate laudabilis, & penès nos, & Apoſtolicam ſedem præcipuis attollenda favoribus, & gratiis potioribus honoranda, quod non ſolum per ſingulas ejuſdem Regni urbes claro reſonat ſua præconium bonitatis, ſed longius turba inſonat laudes ejus, ſuaque remotius acta volantis famæ diffuſione noteſcunt, & nos, dictaq; ſedes totis affectibus ducimur, ut congruis eam ſublimemus honoribus, & condignis gratiis exaltemus. Attendentes igitur ſinceræ devotionis conſtantiam, & indeficientis fidei firmitatem quibus Terra eadem erga Rom. Eccleſiam pollere dignoſcitur, ac volentes ex hoc affectus noſtri plenitudinem, quam habemus, ad illam oſtendere per effectum, penſantes etiam quod omnes ferè habitatores Furconis videlicet, & Amiterni, hoc eſt ab Orno potrido, & Beffi, ac rivo ambario uſque Carnu & Montem Regalem, incolatum ſuum apud prædictam terram tranſtuliſſe dicuntur; Conſiderantes inſuper, quod vos tanquam Orthodoxæ cultores, & amatores fidei Eccleſiam SS. Maximi, & Georgii de Aquila, quam de novo conſtruxiſtis, & quam cum inſtantia petiſtis in Cathedralem Apoſtolica auctoritate erigi, bonis veſtris temporalibus ſecundùm facultates veſtras jam laudabiliter dotare cœpiſtis, & unum molendinum, & dimidium, ac duo alia ſedilia pro conſtituendis duobus aliis Molendinis liberaliter concedendo, prout in Inſtrumẽto publico confecto exinde plenius conſpeximus contineri, veſtris ſupplicationibus inclinati, prædictam Terrã Aquilæ ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus de fratrum noſtrum conſilio, & plenitudine poteſtatis ſtatuimus eſſe de cætero Civitatem, Epiſcopalem dignitatem concedentes eidem, & Furconenſem ſedem cum omnibus ſuis Juribus, dignitatibus, & honoribus, præſertim cum ad id Ven. fratris noſtri Epiſcopi Berardi, & dilectorum filiorum Magiſtri Angeli capellani noſtri Archipresbyteri, & capituli quondam Furconenſis vota concurrant ad prædictam Eccleſiam SS. Maximi, & Georgii de Aquila, quam deinde Cathedralem eſſe decernimus, transferentes. Conſtituendo ut de cætero loci Præſul, non Furconen. ſed Aquilanus Epiſcopus nominetur. Nulli ergo &c. noſtræ protectionis, Conſtitutionis, & translationis, &c. indignationem &c. incurſurum. Amen, amen. Datum Laterani per manum Magiſtri Rolandi S. R. E. Vicecancellarii 10 Kal. Martii Indict. 15. Incarn. Dom. anno 1257. Pontificatus autem D. Alexandri Papæ IV. anno 3.

Alexander Clero Civitatis, & Diœceſis Aquilanæ. Cum Terram Aquilæ de fratrum noſtrorum conſilio ſtatuerimus eſſe de cætero Civitatem, Epiſcopalem dignitatem concedentes eidem, ac Furconenſem ſedem cum omnibus ſuis juribus, & dignitatibus & honoribus, præſertim cum Ven. Fratris noſtri Epiſcopi, & dilectorum filiorum Archipresbyteri, & capituli quondam Furconen. nunc Aquilan. ad id vota concurrerint ad Eccleſiã S. Maximi, & Georgii de Aquila, quam Cathedralem deinceps eſſe decrevimus transferentes conſtituendo, ut de cætero loci Præſul non Furconenſis, ſed Aquilanus Epiſcopus nominetur. Noſque prædicto Epiſcopo quondã Furconen. nunc Aquilano ſub certa forma dedimus his in mandatis, ut ad prædictam Civitatem Aquilanam accedens, ſeq. de cætero nominans, ac nominari faciens Epiſcopus Aquilanus & populo Civitatis ipſius gerat tanquam veſter Epiſcopus ſollicitudinem. Univerſitatẽ veſtram monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta diſtrictè mandantes præcipiendo, quatenus eundem Epiſcopum tanquam Patrem, & Paſtorem veſtrarum animarum devotè ſuſcipientes, obedientiam ſibi, & reverentiam debitam impẽdatis, ejus monitis, & mãdatis ſalutaribus intendendo. Alioquin ſententiam quã

idem

idem ratè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & eam faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam appr. inviolabiliter obſervari. Dat. Laterani 10. Kal. Januarii Pontif. noſtri anno 3.

AQUILANI EPISCOPI.

I. 1. BERARDUS de Padula poſtremus Epiſcop. Furconienſis, ab Alexandro IV. adlectus primus Epiſcopus Aquilanus anno 1257. 10. Kal. Martii, cui ſcripſit Alexander ſequens Diploma.

Alexander &c. Epiſcopo Furconien. quondam, nunc verò Aquilano. Cum nos Terram Aquilæ de fratrum noſtrorum conſilio, ſtatuerimus eſſe de cætero civitatem, Epiſcopalem dignitatem concedentes eidem, & Furconien. ſedē cum omnibus ſuis juribus, dignitatibus, & honoribus, præſertim cum tua, & dilectorum filiorum Archipresbyteri, & capituli quondam Furconenſis, nunc Aquilani ad id vota cōcurrerint, ad Eccleſiam SS. Maximi, & Georgii de Aquila, quam Cathedralem deinceps eſſe decernimus, transferentes, conſtituendo ut de cætero, loci Præſul, non Furconienſis, ſed Aquilanus Epiſcopus nominetur. Fraternitati tuæ per Apoſtolica Scripta mādamus, quatenus ad prædictam Civitatem Aquilanam accedas, teque de cætero nominans ac nominari faciens Epiſcopum Aquilanum, de Clero, & Populo, Civitatis ipſius geras tanquam ipſorum Epiſcopus ſollicitudinem diligentem. Datum ut ſupra, &c.

Hic Aquilanum, Furconiumque Clerum in unum coaleſcere juſſit, quē deinde in Canonicos ſimplicesq; Sacerdotes diſtinxit, ut illis ordinibus, gradibuſque dignitatum Eccleſiam Aquilanam ornaret, latiſque ſaluberrimis legibus, Monaſterium S. Mariæ de Aquilis ab omni Iuriſdictione liberum fecit. Archipresbyterū S. Victorini de Amiterno, qui nunc S. Blaſii vocatur intra civitatem Aquilanam & liberè obedientiā præſtante, benigne recepit, nonnullis pactis, ac conditionibus, ac præſertim ut ipſe, ac ſucceſſores ejus Epiſcopi Aquilani eum defenderent, ac conſervarent in ſua immemorabili juriſdictione, juxta privilegia ipſius Archipresbyteri, quæ omnia Beradus ſub ea conditione ſuſcepit, ut in publico habetur inſtrumento. Septem ipſos an. novam rexit Eccleſiā, cū deinde decedens, hoc eſt 1264. ſepeliendum ſe juſſit in Furconienſi Eccleſia.

II. 2. NICOLAUS de Siniſtro, Aquilanus Monachus, & Abbas SS. Vincentii, & Anaſtaſii de urbe Ord. Ciſterciēſis, electus Epiſcopus Aquilanus à Clemente IV. an. 1267. Datum Viterbii 11. Kal. Ianuarii ann. Pontif. 3. ex reg. Vatic. epiſt. 127. quæ incipit. *Debitum officii &c.* & ep. 118. clero Aquilano, ſol. 180. & 181. Hic interfuit, aſſenſuſque eſt donationi ab Aquilana Republica factæ Monaſterio S. Mariæ ad Graianum. * Hic etiam ann. 1292. conceſſit monaſterio Caſenovæ Ord. Ciſtercienſis Pennenſis diœceſis, ut in Eccleſia S. Mariæ Novæ de conſenſu ejus in Aquilana civitate condita, poſſint Altaria, & Cœmeterium ædificare, ac ibidem divinum penſum perſolvere. Indulgentiam item elargitus eſt in hunc modum ex membranacea chartula tabularii Caſæ-Novæ.

* Ex App. tom. 7.

Nos Fr. Nicolaus miſeratione divina,
Epiſcopus Aquilanus.

Ob reverentiam, & honorem Dei, & D. N. J. Chriſti, & SS. ſemperque virginis Mariæ Genitricis ejus conſiderantes religionem Sanctis quoque placentem permittimus hominibus per exemplum vener. monaſterii Caſæ-Novæ Ciſtercien. Ord. Pennen. diœceſis, & attendentes fervida devotionis affectum, quem Abbates, & Fratres omnes monaſterii ſupradicti habuerunt inceſſanter, & habent ad noſtram Eccleſiam Aquilenſem. Concedimus Abbati, & Conventui ipſius monaſterii quod ejuſdem monaſterii nomine, ac pro parte, apud locum ſeu Eccleſiam dicti monaſterii conſtructam intra mœnia noſtræ civitatis Aquilæ ad honorem, & nomen præfatæ Dei Genitricis, quæ vulgariter nominatur S. Maria Nova; cujus fundationi, ſeu ædificationi Nos expreſſum, & benignum de ſpeciali gratia præbemus aſſenſum; Decernentes eam eſſe Eccleſiam divinis obſequiis mancipatam, liberè habeant altaria ad divina myſteria celebranda, Cāpanas, & Cœmeterium, & plenam libertatem de noſtra licentia per hæc noſtra ſcripta eis conceſſa, recipiendi vivos ad audiendum in ea divina Officia, & defunctos fideles Chriſti ſepeliendi in Cœmeterio ſupradicto juxta ipſius Ciſtercien. Ordinis, & monaſterii prælibati ab Apoſtolica Sede conceſſa privilegia, & indulta. Inſuper quia dicta Eccleſia . . à Chriſti fidelibus pro reverentia ſuæ Matris, in cujus eſt conſtructa, honore, ac nomine, venerari, omnibus verò pœnitentibus, & confeſſis qui ejuſdē limina in feſtivitatibus D. N. J. Chriſti omnibus SS. Matris, & BB. Patrum Benedicti, atque Bernardi, & per octavas earum devote viſitaverint annuatim, confiſi de omnipotentis Dei gratia, & patrocinio Sanctorum ipſius, 40. dies de injuncta eis pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus, ratas, & firmas habentes indulgentias datas, & dandas ſecundum Canonicam formam Eccleſiæ à quibuſcumq; Catholicis Epiſc. in Eccleſia memorata. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum fieri fecimus, & appenſione noſtri ſigilli muniri.

Actum Aquilæ anno Dom. 1292. Sexto Septembris 6. Ind. Deo gratias. Amen.

In appenſo ſigillo ex cera, effigies viſitur Epiſcopi, circumcirca leguntur hæc verba *S. Fr. Nicolai Epiſcopi Aquilani.*

Cumque per aliquot annos Aquilanam gubernaſſet Eccleſiam, vita functus eſt an. 1299. Quo tempore diademate Pontificio inſignitus eſt Cœleſtinus V. in Porticu S. Mariæ de Colle medio, quo, ut Eremicolam in ſummum Pontificem electum, poſt diuturnius interregnum, contuerentur, ducenta fermè hominum millia confluxiſſe narrantur. Sequentem hanc perpetuam indulgentiam eidem Eccleſiæ conceſſit Cœleſtinus ad futuram rei memoriam.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Inter ſanctorum ſolemnia S. Ioannis Baptiſtæ memoria eo eſt ſolemnius honoranda, quo ipſe de alvo ſterilis matris procedens fœcundis virtutibus ſacris eloquiis, & fœcundans fons, Apoſtolorum labium, & ſilentium Prophetarum in terris Chriſti præſentiam caliginoſis mundi lucernam ignorantia obtenſis tenebris verbi præconio & indicis ſigno mirifice nunciavit, propter quod eo glorioſum Martyrium mulieris impudicæ indictum intuitu miſerabiliter eſt ſecutum. Nos in ipſius S. decollatione capitis in Eccleſia S. Mariæ de Colle medio Aquilenſi, ordinis S. Benedicti, ſuſcepimus Diadematis impoſita capiti noſtro inſignia, Hymnis, & cāticis, & fidelium devotis oraculis cœpimus venerabilibus honorari; ut igitur ipſius decollationis feſtivitas in dicta Eccleſia præcipuis extollatur honoribus, & populi Domini decorata frequentia, tanto devotius, & frequentius honoretur, quanto nobis quærētium Dominum ſupplex poſtulatio gemmas Eccleſiaſticæ honeſtatis ſitientes, ſpiritualibus ſibi repertas in æternis Tabernaculis profuturas; omnes vero pœnitentes, & confeſſos, qui veſperis ejuſdem feſtivitatis Vigiliæ uſque ad Veſperas feſtivitatem ipſam immediatè ſequentes ad præmiſſam Eccleſiam acceſſerint, annuatim de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorū ejus confiſi, ab Baptiſmo abſolvimus à culpa, & pœna, quam pro ſuis merentur commiſſis omnibus, & delictis. Datum Aquilæ 3. Kal Octobris Pontif. noſtri anno I.

3. Fr. NICOLAUS (1) de Caſtrocello à Cœleſtino V. tertius Epiſcopus Aquilanus electus eſt. Hic anno 1296. cum jura Archipresbyteratus S. Victorini attentius evolviſſet, convocato Aquilano Capitulo, ad favorem ejuſdem Archipresbyteri ſententiam tulit, aſſerens Archipresbyterum, ejuſque prædeceſſores ab eo tempore, cujus memoria non extabat, exercuiſſe ſpiritualem ac temporalem juriſdictionem in iis, quæ ſpectant ad formam eccleſiaſticam in Caſtris Portiani, Pizzuli, Clareni, S. Victorini, ac Rocchæ de Venia. Deceſſit Nicolaus ſub Bonifacio VIII. an. 1303. Tumulatuſque eſt in veteri Furconienſi Baſilica. Ejus varia ſplendidaque ſupellex cum argenteis vaſis, cathedralem mirum in modum adauxit. * Ante paucos menſes ab ejus deceſſu tulit ſententiam ad favorem mona- III.

* Ex App. tom. 7.

(1) Tacet Auctor, cujus Inſtituti ſectator extiterit hic Fr. Nicolaus. Per hæc tempora Fr. *Leonardum* Romanum Ord. Prædic. à Bonifacio VIII. creatum Aquilanum Epiſcopum aperte teſtatur Olmedi, B. Antoninus, aliique citati à Fontana in Theatro Dominicano pag. 127. Forſitan hic. Nicolaus erit idem, quem Dominicani Leonardum appellant. Ex Fontana loco citato. *Mansi.*

monaſteriorum, locorumq; Ord. Ciſtercieſis, præcipuè tamen monaſterii Caſæ Novæ, S. Spiritus, S. Mariæ de Monte, & S. Benedicti prope Aquilam, eaque exēpta à decimarum ſolutione declaravit juxta tenorem Apoſtolicæ Sedis, & ſpeciatim privilegii Alexandri IV. Sententiæ tenor ab exemplari membrana tabularii Caſæ-Novæ ſic habet.

In nomine Domini, Amen.

Nos Frater Nicolaus Dei gratia Epiſcopus Aquilen. Attendentes Ordini Ciſtercienſi per Sedem Apoſtolicam generaliter eſſe indultum, atque conceſſum, quod Ordo ipſe, & loca ejuſdem exempta ſunt à decimarum ſolutione, de fructibus Molendinorum, Piſcatiorum, Balcatariorum, paſcuorum animalium, & quod de iis non tenentur, nec cogi poſſunt decimas ſolvere Parochialibus Eccleſiis, Prælatis, Rectorib. & Clericis earundem, quod apertè didicimus ex inſpectione dictorum privilegiorum nobis oſtenſorum per religioſum virum Fratrem Jacobum de Valle Priorem monaſterii S. Spiritus, & procuratorem generalem monaſterii Caſæ Novæ Pennēſis diœceſis Ciſtercien Ordinis, & per eundem de iis nobis facta eſt plena fides. Attamen quidam Prælati, & Clerici noſtræ diœc. d. monaſterium Caſæ-novæ, & loca ipſius, videlicet monaſterium S. Spiritus, & S. Mariæ de Monte, & S. Benedicti noſtræ diœceſis ſuper iis nituntur multipliciter impugnare, ſicut nobis cum querela aſſeruit idem Prior. Volendo à Monachis, & perſonis dictorum locorum decimas extorquere de molendinis, balcheteriis, piſcariis, hortis, paſcuis, virgultis, & nutrimentis animalium eorundem locorum contra indulta, & privilegia Romanorum Pontificum, & maxime Dom. Alexandri olim Summi Pontificis Papæ IV. conceſſa de ſpeciali gratia eidem Ordini, & monaſterio Caſæ-Novæ, & locis ipſius, unde volentes dicta privilegia illibata ſervari, & quod dictum monaſterium Caſæ-Novæ, & loca ipſius videlicet S. Spiritus de Orra, S. Mariæ de Monte, & S. Benedicti propè Aquilam contra tenorem privilegiorum ipſorum non moleſtentur indebitò, nec etiam perturbentur, Declaramus, & ſecundum tenorem privilegiorum prædictorum ſententialiter pronunciamus dicta monaſteria, ſeu loca non teneri, & non poſſe cogi nec debere perturbari ad ſolutionem decimarum prædictarum rerum, & ab eiſdem locis, & perſonis eorum non poſſe nec debere exigi decimas de molendinis, balcheteriis, hortis, virgultis, & piſcationibus, & nutrimentis animalium, quæ habent loca prædicta in civitate, & noſtra diœceſi Aquilenſi. Interdicentes, & inhibentes omnibus Prælatis, Rectoribus, Clericis, & laicis Civitatis & Diœceſis prædictarum ſub excommunicationis pœna, nec non indignationis Dei Omnipotentis, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, quam privilegia prædicti Ordinis continent, ſe incurſuros formident, ut dicta loca, & perſonas eorum ſuper iam dictis decimis non moleſtent, nec modo aliquo inquietent; unde ad hujus rei futuram memoriam, & dictorum locorum cautelam prædicta omnia quæ in privilegiis Apoſtolicæ Sedis plenè proſpeximus contineri, præſenti ſcripto publico univerſis Prælatis, Rectoribus, & Clericis Eccleſiarum noſtræ Diœceſis declaramus, & de prædicta noſtra declaratione, inhibitione, & ſententia per Joannem de Balneo Notarium noſtrum prece, & rogatu prioris, & procuratoris prædicti fieri fecimus publicum Inſtrumentum Lata, & declarata eſt hæc ſententia, & ſententialiter pronunciata per ipſum D. Epiſcopum in anno Dom 1303. die 18. menſis Januarii 2. Indict. Pontificatus D. Bonifacii Papæ VIII. anno 8. & regnante D. noſtro Carolo II. inclyto Rege Jeruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Provinciæ, & Forcalquerii Comite regnorum ejus anno XIX. Aquilæ in Palatio dicti D. Epiſcopi præſentibus D. Beratdo de Bodio, Ser Paulo Pauli Canonico Aquilen. Theodino Nicolai de Pizzolo, Notario de Gimano, Domno Petro Traſmundo de Balneo, Jacobo Notarii Petri de Bazzano, & Dominico Petri de Bariſano, & aliis pluribus teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

Et ego Joannes de Balneo Apoſtolicæ Sedis auctoritate Notarius prolationi ſupradictæ ſententiæ & declarationis interfui, & prædicta omnia de mandato dicti D Epiſcopi, & prece, & rogatu dicti Procuratoris ſcripſi & publicavi, meoq; ſigno ſignavi, & ſuperius in ſexta linea dimiſi de cero hic in fine poſui, & ſignavi, in ſeptima decima ubi dimiſi de paſcuis *hic etiam in fine poſui, & ſignavi, & ad majorem cautelam idem D. Epiſcopus ſuum ſigillum appoſuit.*

Sigillū ex cera eſt, ubi ſpectatur ejuſdē Epiſcopi effigies phalerata & baculo lōge diverſa ab alia Nicolai anteceſſoris: circum circa hæc verba inſculpta ſunt.

S. Fratris Nicolai Epiſcopi Aquilani.

4. BARTHOLOMÆUS ex Comitibus a Monopellii canonici juris conſultus, electus à Capitulo, & à Bonifacio VIII. confirmatus, Epiſcopatu nobilitatus eſt anno 1303. 5. id. Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 185. f. 350. Hic in Cathedralis ſacra Turri campanā collocavit, paſtoralemque baculum in ſucceſſorum uſum efformandum curavit. Menſæ Epiſcopali Præpoſituram S. Euſanii de Furconio adjecit anno 1310. aſſenſum præbente Thoma de Foſſa Præpoſito, Gauderici de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii Nepote. Publicæ ejus rei tabulæ extant ita conſcriptæ.

IV.
a Manupellus quidem familia, ſed non ex Comitibus Monopellii, ut notat Toppius in Biblioth. Neapol. ubi de Bartholomæo plura. Mandaſ

In Dei nomine Amen. anno Domini 1310. die 12. mēſis Martii 8. Ind. apud Aquilam in Domo D. Tomaſii Præpoſiti de foſſa Pontificatus SS. Patris, & D. noſtri D. Clementis Papæ V. anno 5. & regnante Exc. D. Noſtro Roberto, Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Rege Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Prov. Forcalquerii, ac Pedemontis Comite Regnorum ejus an. 1. feliciter.

Nos Angelus Margariti de Balneo civis Civitatis Aquilæ publicus civitatis præd. Regia auctoritate Notarius, & teſtes infraſcripti, videlicet Fr. Franciſcus de Spoleto Prior S. Auguſtini de Aquila de ordine Heremitarū, Fr. Paulus de Oſaviano de dicto ordine, Ser Valentinus canonicus Eccleſiæ S. Mariæ de Papanica, Teodinuccius & Benedictus filii Ser Teodini de Podio, Homaſius S. Donati, Petrus Matthei, Savinus de Saxa, Joannes Abbas de Caſali, Comes Nicolaus Albertuſii de Manupello, Donatus de Spoleto, & Honuphrius de Terranigra præſentis ſcrivario publico, declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod diſcretus vir D. Thomas dictus Præpoſitus de Foſſa, qui ſe Præpoſitum Eccleſiæ S. Euſanii de Furcon. Aquilen. diœc. gerebat, & ſic communiter habebatur, necnon Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, videlicet, D. Thomas Raynaldus, D. Thomaſii de Barilibus, Andreas Bartholomæi, D. Matthæus Gregorii, Marcus Jacobi, Gentilis de Sinitio, Joannes de Caſtroeli, Jo: Nicolai Comitis de Paganica, Nicolaus Thomaſii de Foſſa, & Maximus Riczardi, in domo ejuſdem Præpoſiti, in civitate Aquila convenientes in unum, ſponte, ac unanimiter, ex certa ſcientia recognoverunt, dixerunt, & publicè, & conſtanter confeſſi fuerunt in noſtri præſentia, præſente etiam, & audiente Rev. in Chriſto Patre, & D. noſtro D. Bartholomæo ven. Epiſcopo Aquilano, quod dicta Eccleſia, ſive Præpoſitura S. Euſanii, nullo medio, & pleno jure ſpectet, ſpectare debet, & pertinere, ſolum ad jus, & proprietatem menſæ Epiſcopi Aquilen. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, & eſt, & eſſe debet ſpecialiter de jure menſæ piæ, & hoc fuit, & eſt ſemper notorium ſaltem fama, tam in Eccleſia Aquilana, quàm in dicta Eccleſia S. Euſanii, & aliis Eccleſiis, & locis circumjacentibus, adjacens dictus Præpoſitus, quod vidit bo. me. D. Anſuſum, q. Epiſcopum Furconenſem, cujus ſedes per tranſlationem canonicam, nunc dicitur Aquilenſis, tenere, ac poſſidere pro iure, ac nomine, & pro parte dictæ menſæ tunc Furconenſis, nunc Aquilan. pleno iure, ad manus ſuas dictam Eccleſiam, ſive præpoſituram S. Euſanii cum juribus, & pertinentiis ſuis, & diſponere de ea, ſicut de aliis dictæ menſæ pro ſuo libito voluntatis. Et quod D. Gualderius de Ocra, qui Regni Siciliæ Cancellarius Avunculus ipſius præpoſiti, velut tunc potentiſſimus, d. D. Anſuſum poſſeſſionem prædictam, ſic violentam ad manus ſuas perveniſſe, idem Præpoſitus recognovit, & volentes dicti Præpoſiti, & Canonici, ſive Canonici, ſive clerici Eccleſiæ prælibatæ propriæ ſaluti conſulere, indemnem reddere, in quantum poterant in d. menſam dederunt eidem D. Bartholomæo Epiſcopo Aquilano liberam poteſtatem, & conſenſerūt, & expreſſo, quod ſua ordinaria authoritate, & proprio jure poſſit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis nomine dictæ menſæ d. Eccleſiam, ſive Præpoſituram S. Euſanii, cum juribus, & pertinentiis ſuis, ad manus ſuas pro Epiſcopali iure dictæ menſæ tenendam, & ad maiorem d. iuris, & traditæ pietatis evidentiam, & uberiorem cautelam dictæ menſæ, ac dicti D. Epiſcopi, & ſucceſſorem eius prædictus D. Bartholomæus Epiſcopus Aquilanus, cum conſenſu Capituli Aquilani conſentientibus etiam expreſſe prædictis Præpoſito, & Capitulo, ſive Canonicis S. Eu-

ſa-

ſanti prædictam Eccl. ſive Præpoſituram S. Euſanii, cum juribus, & pertinentiis ſuis prædictæ menſæ Epiſcopi Aquilani univit, & incorporavit, & tam idem D. Epiſcopus Aquilanus, Capituli Aquilani accedente conſenſu, quoniam dictus Præpoſitus Capitulum, ſeu Canonici S. Euſanii tractatu legitimo præcedente, & moroſa, ac diligenti deliberatione habita, inter ſe ſponte, & unanimiter, & concorditer d. Eccleſiam, ſive Præpoſituram S. Euſanii, ipſe Præpoſitus, & Canonici, cum juribus ſuis, & pertinentiis, incorporarunt menſæ Epiſcopi Aquilani, & ex cauſa hujuſmodi incorporationis, & unionis ſe, & dictam Eccleſiam, ſeu Præpoſituram, cum juribus, & pertinentiis incorporarunt, Capitulum, & Canonici Eccleſiæ S. Euſanii, rogaverunt me Angelum Margariti de Balneo Regia auctoritate notarium, quod ad futuram rei memoriam, & perpetuam cautelam d. menſæ Epiſcopi Aquilani & ſucceſſorum ejus præmiſſa omnia redigere in prædictam nominationem, ſigno, & ſubſigno meo, ſignis, & ſubſignationibus prædictorum teſtium roboratum ad præmiſſa vocatorum, & rogatorum, unde ad futuram rei memoriam, & ipſius D. Epiſcopi ſucceſſorum exinde factum per manus meas ſolut. roborat. &c.

Et ego Angelus Margariti de Balneo, civis civitatis prædictæ Regia auctoritate notarius, prædictis omnibus interfui, & ſcripſi, & in publicam formam redegi rogatus, meoque ſolito ſigno ſignavi, &c.

Ego Valentinus, qui teſtis prædictâ teſtor, & ſigno.

Ego Theodinus Ser Theodini de Rodio, qui teſtis, me ſubſcripſi, & ſignum feci.

Nos abs re erit hic Cœleſtini V. diploma exponere, una cum Neapolit. Regum immunitatibus, exemptionibusque ab ipſis conceſſis nobilibus de Ocra, de Foſſa, de Alba, & Barilibus familiis conſortibus, quibus clarè patet has nobiles familias ab una radice prodiiſſe, quam ſupra è Comitibus Marſorum ſuam duxiſſe originem retulimus in Epiſcopis Aprutinis; ſic enim ſe habent.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Raynaldo Vitalis, Petro Vitalis de Ocra, Benedicto Andreæ, & Petro Thomæ Rogerii de Foſſa, Bartholomæo, Thomæ, & Matthæo filiis, & heredibus quondam Iacobi Berardi Sanctori, Goalterio Dominici de Villa S. Martini, & Franciſco Thomæ de Caſentino, & eorum heredibus de Ocra Aquilanæ diœceſis, ſalutem, & Apoſtol. benedictionem. Oblata nobis veſtra petitionis ſeries continebat, quod nuper chariſſimus in Chriſto filius Carolus Rex Siciliæ Illuſt. diligenter attendens grata, & accepta ſervitia, quæ ſibi dilectus filius noſter frater Thomas, tit. S. Cæciliæ presb. Card. cujus cõſanguinei eſtis, apud ſedem Apoſtolicam ſtudioſè impendit hactenus, & impendere poterat in futurum, vos intuitu Cardinalis ejuſdem ab omnibus, & ſingulis fiſcalibus mutuis, & collectis exactionibus, functionibus, gravaminibus, oneribus, aliis quibuſcumque in terris Aquilæ, & Ocra pro tempore imponendis, duxit per ſuas patentes literas in perpetuum eximendos, dantes per eaſdem literas Iuſtitiariis ſecretis, & officialibus aliis Aprutii, necnon capitaneis civitatis Aquilæ, Baiulis, Iudicibus, executoribus, & collectoribus, ac univerſis hominibus civitatis ejuſdẽ, & Ocræ præſentibus, & futuris diſtrictius in præceptis, ut exemptionem, ſeu immunitatem prædictas vobis, & heredibus veſtris in perpetuum illæſas obſervent, & faciant tenaciter obſervare, ita quod exemptionem, ſive immunitatem præfatis in perpetuum ſine perturbatione ſinamini, atque gaudere liberè valeatis, prout in eiſdem literis Regiis plenius continetur. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut exemptionem, & immunitatem præfatas ex certa ſcientia confirmare, ac literarum prædictarum tenorem præſentibus inſeri faceremus. Nos igitur perſonas veſtras ab tempore Cardinalis ejuſdem, quem claris ſuis exigentibus meritis ſyncera charitate complectimur, & eximiis favoribus confovemus, gratioſè proſequi intendentes, veſtris ſupplicationibus inclinati exemptionem, ſeu immunitatem prædictas ratas, & gratas habentes, & etiam ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica confirmare, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor verò literarum prædicti Regis talis eſt.

Carolus II. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, & Forcalquerii Comes, Iuſtitiariis ſecretis, & officialibus aliis Aprutii, necnon Capitaneis civitatis Aquilæ, Bajulis, Iudicibus, & executoribus, Taſſatoribus, ac collectoribus, ac univerſis hominibus civitatis ejuſdem, & Ocræ præſentibus gratiã ſuam, & bonam voluntatem. Si benemeritorum devotiones attendimus, & fovendas in caſibus amplexamur amicorum noſtrorum utilium, debemus promptitudinem cernere, ſuoſque in eis, cum tempus expoſtulat gratiam proſequi, & favere, ſicque penſantes, quod ven. in Chriſto Pater, & amicus noſter chariſſimus D. Thomas tit. S. Cæciliæ presbyter Card. erga nos, & noſtra negotia omnem pro viribus, cum cauſa depoſcit, promptitudinem devotionis exercet, non ſolum eum, ſed ſuos, in eo vere immerito facimus ſi fovemus, cujus rei gratia tenore præſentium aperimus. Quod Raynaldum Vitalis, Petrum Vitalis de Ocra, Benedictum Andreæ, & Petrum Thomaſii Rogerii de Foſſa, Bartholomæum Thomæ, & Matthæum filios, & heredes q. Iacobi Berardi Sanctori, Gualderium Dominici de Villa S. Martini, & Franciſcum Thomæ de Caſentino de Pera, & heredes eorum in perpetuum conſanguineos D. Cardinalis ejuſdem fideles noſtros, cujus intuitu ab omnibus, & ſingulis fiſcalibus, ſubventionibus aliis quibuſcumque in prædictis terris Aquilæ, & Ocræ pro tempore imponendis duximus de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia tenore præſentium in perpetuum eximendos, ſed quia per immunitatẽ conceſſam hujuſmodi onus non intendimus adjici hominibus aliis dictarum terrarum, nec totum, quod de ſubventionibus, & præſtationibus ipſius prænominatos Raynaldum, & alios, heredeſque ipſorum pro rata contigit, aut reſpicit, nobis detrahi volumus, & in noſtram curiam retorqueri, & propterea fidelitati veſtræ diſtrictè præcipiendo mãdamus quatenus mandatis, & ordinationibus quibuſcumque contrariis factis, aut in antea faciendis non obſtantibus quoquomodo prædictam noſtram gratiam prænominatis fidelibus noſtris, & heredibus eorum in perpetuum tenaciter obſervetis, & obſervare faciatis illæſam, eos, vel eorum aliquem probationis eorum præſentibus, aut futuris contractam, in nullo penitus moleſtetis, vel patiamini moleſtari, ita quod immunitate ipſa in perpetuum liberè gaudeant, & ſine perturbatione fruantur cauti, quod vos Iuſtitiarii, vel capitanei Aquilæ non detis vobis alterutrũ in pendenti, quod de præſtationibus, & oneribus ipſis, quibuslibet prænominatos fideles noſtros pro rata contigit, ex quo nobis ut ſupra diſjungitur, & non hominibus terrarum ipſarum computari volumus, & adſcribi, præſentes autem literas, quas fieri juſſimus duplicatas poſtquam eas, in quam fuerit expediens inſpexeritis pro cautela reſtitui volumus præſentanti tam ad nos, quam ad ſingulos ſucceſſores noſtros in antea firmiter valituras. Datum Aquilæ, per Bartholomæum de Capua militem Domini PP. notarium prothonotarium Regni Siciliæ anno Dom. 1294. die 24. Sept. VIII. indict. Regnor. noſtror. an. 10.

Nulli ergo &c. ſiquis autem, &c. Datum Neapoli, 8. Kal. Decembris Pontificatus noſtri an. 1.

Thomas de Ocra tit. S. Cæciliæ presb. Card. Ordinis Cœleſtinorum monachus, de qua hic habetur mentio, Neapoli ex hac luce migravit anno 1300. 29. Maji in feſto Pentecoſtis, ex lib. oblig. Suum ultimum condidit teſtamentum 23. ejuſdem menſis, cujus exemplar ex originali deſumptum ab archivio S. Spiritus Muroneoſis cœnobii prope Sulmonam vidimus, in quo præter cæteros nepotes ejuſdem Card. memoratur Thaddæus de Barilibus, cui reliquit florenos aureos viginti.

Bartholomæus tandem Viennenſi generali Concilio ſub Clemente V. variis criminibus accuſatus adfuit anno 1312. ubi morte præreptus menſe Maji in Metropolitana Eccleſia tumulatus eſt. Extat ejuſdem Pontificis ad Epiſcopum Reatinum, & Abbatem S. Praxedis contra ipſum ſequens epiſtola anno ſuperiori data, unde ille ad ſe purgandum ad curiam acceſſerat; Sic enim ſe habet in tranſumpto apud me.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Ven. fratri Epiſcopo Reatino, & dilecto filio Abbati Monaſterio S. Praxedis de Urbe.

Grave nimis, nec immeritò gerimus, & moleſtum quamplurimum redditur auribus noſtris, cum Eccleſiarum Prælati, qui ex debito Paſtoralis officii laudabi-

lium actionum exemplum tenentur cæteris exhibere, per amplam vitiorum viam incedere auſu damnabili præſumentes nephandis actibus relaxatis habenis ea committere, nec verentur per quæ Divina Majeſtas offenditur, fama derogatur, ipſorum ſaluti detrahitur, menteſque fidelium gravi ſcandalo perturbantur. Quamobrem dignis motibus ducimur, & rationabilibus ſtudiis excitamur, ut cum de Prælatis ipſis auribus noſtris talia referuntur, ne ſi relinquantur negligentia, præſtent aliis audaciam committendi pejora, ſuper his opportunè proviſionis accelerare remedium debeamus. Sanè nuper ad noſtrum pervenit auditum, quod Bartholomæus Epiſcopus Aquilanus pontificalis honeſtatis oblitus, ſalutis propriæ immemor, famæ prodigus, & proprii perſecutor honoris quondam Gugium Matthæi Taſcioni civem Aquilanum, pro eo, quod ad mandatum ſuum quandam mulierem noluit recipere in uxorem, per conſanguineos mulieris ejuſdem frequentibus inſtigationibus, & inductionibus occidi nequiter procuravit, ſeque gravibus adverſis invertendo criminibus pecuniam ſuam, quam in cibos pauperum convertendo debuerat Domino fœnerari, per mercatores diſtribuit ad uſuras, Eccleſias, & eccleſiaſtica beneficia contulit, & confert per ſimoniacam pravitatem, clericis Epiſcopatus ſui conferre ordines, niſi ab ipſis pro eiſdem ordinibus certa ſibi ſumma pecuniæ perſolvatur. In S. Pauli de Lavareto, & S. Nuntii de Cognano, & S. Antimi, & S. Angeli de Vigio, Eccleſiis Aquilanæ diœceſis quoſdam canonicos inſtituit per labem ſimoniæ pravitatis, recipiendo quaſdam pecuniarum ſummas pro hujus canonicatibus ab eiſdem, presbyterum Angelum de Aſſerito Rectorem Eccleſiæ S. Martini de paſculo majori ejuſdem diœceſis, Rectoriam S. Martini, & Berardum Vitalis Archipresbyterum S. Mariæ de Intrencſis Aquilanarum eccleſiarum, Archipresbyteratu S. Mariæ prædictarum eccleſiarum, ex certis confictis cauſis privavit, dictumque presbyterum Angelum in Rectorem ejuſdem S. Martini, & Berardum præfatos in Archipresbyterū S. Mariæ de Internetis eccleſiarum prædictarum de novo inſtituit, receptis quibuſdam pecuniarum quantitatibus ab eiſdem, contra Gentilem quondam Præpoſitum S. Andreæ de ſaſia ejuſdem diœceſis pro eo, quod juxta mandatum ejuſdem Epiſcopi ſe non fecerat in presbyterum promoveri, ad privationem ſententiam procedere intendebat, ſed recepta ab eo propter hoc quadam ſumma pecuniæ non proceſſit, ſed mandatum hujus revocavit. A ſorore Agatha Abbatiſſa olim monaſterii S. Mariæ ad Gruxanum, ordinis S. Benedicti Valven. diœceſis, quæ ſententialiter privata fuerat ejuſdem regimine Abbatiæ, quādam ſummam pecuniæ, jocalia, & res alias dicitur recepiſſe, dictamque Agatham ex tunc manutenuit, & defendit in regimine monaſterii antedicti. Plures quandq; ex appellantibus Apoſtolicam ſedem ab ipſo, ejuſque proceſſibus, ex aliquibus juſtis cauſis, diro carceri mancipavit, in ipſos nihilominus excommunicationis ſententiam fulminando: Ita quod nullus deinceps à proceſſibus ejus injuſtis ad dictam ſedem, quæ conſuevit eſſe refugium oppreſſorum, audet quomodolibet appellare; clericos ſuæ diœceſis abſque rationabili, vel ſaltem pro leviſſima cauſa capit, & incarcerat, & ſic ab eis extorquet immiſericorditer quicquid habent. Excommunicationis, & interdicti ſententias in ſuos ſubditos pro nihilo fulminat, monitione aliqua non præmiſſa. Ab eccleſiis, & clericis civitatis, & diœceſis prædictarum procurationes ratione viſitationis debitas iiſdem clericis invitis, & renitentibus recipit in pecunia numerata, licet nullam ſuper hoc habere indulgentiam Apoſtolicam dinoſcatur, & quoties eccleſias viſitat ſuæ diœceſis, toties expenſas recipit neceſſarias, & nihilominus extorquet ab ipſis certam pecuniæ ſummam pro proviſionibus ſupradictis. A meretricibus publicè proſtitutis in civitate prædicta quolibet menſe recipit pecuniariam penſionem, & ſic ipſas manutenet, & tolerat in proſtibulis earundem, ejuſque oculos ſæva cupiditas adeo dicitur excæcaſſe, ut quoſdam de Guaſto, & de Rocca S. Sylveſtri presbyteros ejuſdem diœceſis reatu homicidii publicè irretitos, recepta quadam ſumma pecuniæ ab eiſdem, Miſſarum ſolemnia, & alia divina officia permittit publicè celebrare, idem quando Epiſcopus propter præmiſſa modum avaritiæ non imponens de decimis, quæ per ſedem Apoſtolicam pro tempore in illis partibus imponuntur, nihil omnino perſolvit, ſed recepta taxatione de certa ſumma pecuniæ pro dictis decimis perſolvenda pro ſe, & clero civitatis, & diœceſis prædictarum impoſitionem taxationis hujus integraliter exigit à clero, & eccleſiis civitatis, & diœceſis earundem. Ad Deum prætereà, reverentiam debitam non oſtendens, quoties ipſum contigit miſſam ſolemniter celebrare, etiam in conficiendo reverendum Euchariſtiæ Sacramentum, mitram de capite non deponit, ſed irreverenter caput retinet coopertum. Nos itaque, qui licet immeriti ſumus in ſupremo ſpeculationis vertice, divina inſpirationis munere conſtituti attendentes, quod præmiſſa, ſi opere muniantur impleta, & graviori ſunt in eodem Epiſcopo animadverſione plectenda, quia in eam eminentis dignitatis gradu conſeri debent exceſſus, merito graviores, ipſaque ſub diſſimulatione tranſire ſalva conſcientia, nequeuntes, vobis in virtute S. obedientiæ per Apoſtolica ſcripta diſtricto præcipiendo mandamus, quatenus ad civitatem Aquilanam, vel alia loca vicina, de quibus videritis expedire, vos quantocius illuc conferentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, ſi ſuper præmiſſis famam ejuſdem Epiſcopi eſſe læſam inquiratis ſuper iis, & aliis criminibus ſuper quibus eum inveneritis diffamatum ſollicite veritatem, quam inveneritis in ſcriptis redactam nobis ſub ſigillis veſtris per fidelem nuntium tranſmittamini. Cæterùm ne ob defectum expenſarum veſtrarum contingat hoc negotium impediri, volumus, & Apoſtolica vobis auctoritate concedimus, ut vobis faciatis de bonis menſæ ejuſdem Epiſcopi Aquilani, tibi videlicet fr. Epiſcope in duobus, tibi verò fili Abbas in uno flor. aur. pro veſtris neceſſariis diebus ſingulis, quibus negotio inquiſitionis hujus inſiſtendum duxeritis, miniſtrari, contra &c. auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Avenioni 10. Kal. Junij anno 6.

5. Fr. PHILIPPUS Lucenſis ex Eremitano S. Auguſtini Ordine alumnus, concionator eximius, nobiliumque diſciplinarum ſcientia clarus, ſub Clemente V. Aquilanum Epiſcopatum adeptus eſt anno 1312. 2. non. Junii; conſecratur Avenione, Pontificis juſſu, per Martinum Archiepiſcopum Bracharenſem. Hic novum Cathedrale templum à fundamentis ad perennitatem ſui nominis, Deique gloriam munificentiſſimè erexit, ac poſt 15. ſuæ adminiſtrationis annos Lucæ ex hac mortali luce migravit, tumulatuſque eſt apud ſuos Auguſtinianos, unde lac pietatis primum ſuxerat. V.

6. Fr. ANGELUS Acciajolus nobilis Florentinus, Ord. Prædic. ſextus Aquilanus Epiſcopus fuit an. 1328. 6. idus Junii, ex reg. Vatic. Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit uſq; ad ann. 1342. deinde ad Eccleſiam Florētinā tranſlatus eſt, ubi poſtea de ipſo plura. VI.

7. PETRUS GUILLELMI de Tocco Canonicus Theatinus, Angelo Acciajolo ſucceſſit 1343. 17. Kal. Auguſti à Clemente VI. electus. Hic Decretalium peritia ſatis clarus habitus. Contagioſa lue extinctus eſt ann. 1346. poſt cujus exceſſum Aquilanæ Eccleſiæ trium annorum interregnum fuit. VII.

8. PAULUS de Bazzano, Raynaldi filius, ex Præpoſito Eccleſiæ S. Juſtæ de Barzano, Aquilanæ diœceſis à Clemente VI. electus eſt anno 1349. 3. Kal. Aprilis reg. Vatic. epiſt. 142. f. 115. ann. 7. p. 1. lib. 4. anno verò 1353. ab Innocentio VI. tranſlatus eſt ad Aſculanam Eccleſiam, quam duos ipſos annos adminiſtravit, deinde ad priſtinam ſuam Aquilanam Eccleſiam rediit, quàm cum repetitis vicibus per 24. annos ſanctè rexiſſet, è vivis exemptus eſt 1377. die 25. menſ. Jan. ſepultuſque eſt in Cathedrali. VIII.

9. ISAACUS a de Caſtro Arcionio Peruſinus, aliis Aſculanus è Byndia familia, Monachus S. Benedicti, Abbaſque S. Michaelis de Candiano Patavinæ diœceſis, cum eſſet Pontifex Aſculanus, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Aquilanam an. 1353. 6. id. Maji, reg. Vatic. ann. 1. epiſt. 84. fol. 52. ac cum poſt duos annos ad primam Eccleſiam ſuam rediiſſet, Aſculi defunctus eſt, ſepultuſque apud S. Auguſtinum. Hic eruditione, nobiliumque aliarum diſciplinarum peritia clarus fuit, quam è clauſtro, tanquam è ditiſſimo omnium bona- IX.

a De Iſaaco Oldoinus in Athen. Aug. cum laude meminit tanquam de homine literatiſſimo. Lur.

eum

rum artium penu, in communem utilitatem viſus eſt attuliſſe.

X. * Ex App. tom. 9. 10. JOANNES * Piſtorienſis Ord. Prædicat. electus an. 1377. die 4. Maji, Gregorio XI. Pontifice ſummo ſedente. Ejus mentio extat in lib. de proviſ. Prælator: qui aliàs brevi Pontifex fuit, quippe qui diem clauſit extremum anno 1381. Peruſiæ; qui aliquando partes factioſiſſimas Clementis VII. ſecutus, ex ægritudine deinde decumbens Urbani VI. veri Pontificis ipſa confeſſione adoravit pedum beatorum veſtigia, ſepulchrumque accepit apud Fratres Minores.

11. Fr. BEROALDUS, ſive Berardus, ex Interamne Aprutinus, Ordinis S. Dominici, à Clemente VII. Antipapa, in gratiam Reginæ Joannæ in Aquilanum Epiſcopatum intruſus eſt anno 1382. iniitque ſolemni ritu ejus Epiſcopatus poſſeſſionem 9. die menſis Septembris, cum in Cathedrali inauguratus fuiſſet ab Albienſi Aſſiſinate, ac Montis Faliſcorum tribus Epiſcopis, ejus inaugurationi a Duce Calabriæ Ludovico Andegavenſi ſua præſentia pompam implente. Fuit hic Beroaldus ſceleroſus vir, ac per 10. ipſos annos, quibus in Eccleſiam Aquilanam exercuit tyrannidem, cives illius civitatis in noxioſiſſimas partes diviſit; quamobrem, cum jam illum Deus, hominesque peſſimè odiſſent, accidiſſet conſternatos ad arma cives in publica platea, ſtrictia enſibus tumultuari, die S. Joannis Baptiſtæ ſacro, anno 1392. Beroaldus decertantibus intercurrens, tanquam flammas ſeditionis, quas ipſe ſuccenderat, extincturus, per tumultum vulneribus confectus, ut meritus erat, interiit; enituitque tunc demum, quam uſitatum foret, divinam ultionem inſidiarum ſubdolos architectos, plerumque in foveam, quam paraſſent, impellere. Sepultus eſt in Cathedrali ante maximam Aram.

Poſt cujus mortem à Benedicto XIII. Antipapa in eundem Aquilanum Epiſcopatum intruſus eſt Jacobus Rodianus 1392. qui cum per aliquot annos ejus Eccleſiæ Pſeudopontifex jus dixiſſet: cum Bonifacii IX. demum veneratus fuiſſet Imperium, ab eodem legitimus Aquilanus Præſul ſublectus eſt 1401. ut infra narrabimus.

XI. 12. STEPHANUS Epiſcopus Aquilanus, ab Urbano VI. electus anno 1381. pauloque poſt cum ad partes Clementis Antipapæ aufugiſſet, Epiſcopatu privatus, captus in manibus ejuſdem Urbani pervenit. Extat epiſtola Urbani ad Præfectum Peruſiæ an. IV. 5. non. Octob. data, ut Stephanum olim Epiſcopum Aquilanum comprehendat, ex reg. Vat. fol. 126 Hic ille Epiſcopus Aquilanus eſt, de quo Theodorus à Niem in ſua hiſtoria de ſchiſmate meminit, quem VI. Urbanus prius crudeliter tortum, tanquam conſpirationis in ſe conſcium ſæviſſimè in itinere interfici juſſit; & Theodorus quidem ita inquit.

Unde ſtatim vocavit ſecretarium dicti Franciſci de Amalfia. Illo vocato, inveſtigavit ab eo, ubi eſſet confeſſio Epiſcopi Aquilani, quem eadem de cauſa in eculeo inhumaniter pridie torqueri fecerat, qui metu tormentorum plura confeſſus erat, & aliquos de ipſis captivis Cardinalibus hujus facti fore conſcios affirmavit. In exordio poſtea c. 55. primi lib. ita inquit.

Dum Urbanus iter ageret ad Portum fluminarum ſemper ſecum captivos abduxit præfatos Cardinales, & Epiſcopum Aquilanum, & eos juxta ſe equo vehi, & quemlibet eorum per ſatellites, ne per viam evadere poſſent, diligenter fecerat cuſtodiri, ſed quia prædictus Epiſcopus habuit equum parvum utilem, atque invalidum, quo vehebatur, ſimulque propter tormenta adhuc membris confractis extiterat, ſicque ita cito equitare non poterat, ſicut Pontifex affectabat, unde Papa credens ipſum Epiſcopum, ut evaderet, ſic in via tardare, furore ſuccenſus, à carnificibus mactari mandavit, ipſi carnifices erant de obedientia dicti Clementis, eum trucidaverunt, multis ſibi vulneribus inflictis, ac corpus exangue inſepultum reliquerunt ibidem. Hactenus Theodorus à Niem maledicè uxtà morem ſuum.

XII. * Ex App. tom. 5. 13. CLEMENS * Ex nobili familia Secenaria. ſeu Ceſenaria, Reatinæ civitatis, ab Urbano VI. an. 1382. inde demoti Stephani locum electus, cui Urbanus ſcribit, ut moneat ad reſtitutionem quarundam pecudum Raynaldum, & Joannem de Urſinis, & A quoſdam de Talliacotio ſubditos eorum, Kalend. Decembr. an. 4. fol. 143. reg. Vatic.

XIII. 14. ODDO ab Urbano VI. electus eſt ann. 1386. deceſſit autem 1388.

XIV. 15. LUDOVICUM Colam Canonicum Reatinum Bonifacius deinde IX. in Aquilanum Epiſcopum cooptavit anno 1388. poſtquam 10. annos ab eodem Pontifice ad Reatinam Eccleſiam translatus eſt 1399. adminiſtratore Aquilanæ Eccleſiæ deputato Corrado de Camponiſſis.

XV. 16. JACOBUS de Donadeis, è Rodiano prope civitatem Aquilam Caſtello, olim in Aquilanum Epiſcopatum intruſus, à Benedicto XIII. Antipapa, cum demum Bonifacium IX. verum Pontificem adoraſſet, ſeſeque ab omnibus iis muneribus, quæ à Pſeudo Pontifice acceperat, abdicaſſet, à Bonifacio Capellanus, Auditorque ſacri Palatii declaratus eſt, anno verò 1401. 10. Kal. Februarii ſublectus eſt legitimus Epiſcopus Aquilanus. Hic cum in ejuſdem Eccleſiæ ſinu jam inde à puero fuiſſet educatus, atque ob egre- B giam indolem, aptamque ad omnia Canonicus evaſiſſet, demum diuturniori mora Aſculanus Vicarius fuit atque Archidiaconus, unde poſtea Aquilanus Præſul effectus eſt, illamque Eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude adminiſtravit uſque ad annum 1431. Deceſſit autem in die Apparitionis Domini, ſepultuſque eſt in Cathedrali, mœrentibus filiis, quos ad vitæ paſcua deducebat.

XVI. 17. AMICUS Agnifilus de Rocca medii Aquilanus, filius Colletti viri ſummæ exiſtimationis, ac nobilis, ut illius civitatis publicæ ſcripturæ produnt; quæ Urbano Felicio viro docto, & gravi, quique paulò ante Policratenſis Epiſcopus defunctus eſt, maximè probabantur. Etenim hic vir planè candidus, earum ſcripturarum teſtimonio convellere conabatur quorundam inveteratam opinionem, qui arbitrabantur hunc Amicum ruſticis parentibus fuiſſe prognatum, atque ex tenuioris fortunæ conditionibus, quandoque paviſſe gregem tanta egeſtate, ac penuria, ut aliquando tandem ſortis ſuæ pertæſus, melioris fortunæ ſpe ſolum C verterit, inveneritque, quorum ope ad nobiliores artes ſibi pararet aditum, indeque Patriæ ſuæ Epiſcopum, ac poſtea Cardinalem factum, ingenioſo commento ſibi gentilitia ſtemmata effinxiſſe, quæ jacentem ovem geſtarent, cujus capiti liber immineret ſupernè, ut inde contuentes doceret, quamlibet abjectam ſortem poſſe ſtudiorum ope ad altiſſima quæque ſublevari. Sed ut ut res ſit, ſive ille cum nobilitate virtutem conjunxit, magnus utique fuit, quippe qui non potuerit felicitate corrumpi, ſive ille ignobilis natus, & ſola virtute, conatibuſque ad tot dignitatum titulos ſibi comparavit præſidia, ſeipſo major evaſit, quem ſcilicet veræ nobilitatis adeo rapuit amor, ut quæ natalium ſors omnino negaverat, etiam aliud agens fuerit aſſecutus. Bononiæ bonis artibus operam dedit, in qua deinde civitate ad legem Canonicam inſtituit multos. Reverſus autem in Patriam, Cathedralis Canonicus fuit effectus, atque Archipresbyter S. Pauli de Cavoreto. Dum in curia Romana moratus eſt in honorariis Aulicis Dominici Capranicæ numeratus eſt, qui illum D ob egregias animi dotes maximè ſuſpiciebat, cujuſque favore S. Mariæ Majoris obtinuit Canonicatum. Ab Eugenio deinde IV. Epiſcopus Aquilanus declaratus eſt, qui Amici virtutes magni exiſtimabat anno 1431. die 4. menſis Maji, magna quidem civium ſuorum gratulatione, qui Amicum cum Collucio de Valle ad Eugenium legaverant, ut ab eo optimum Paſtorem impetrarent. Itaque impetrarunt concivem, qui ſolemni ritu per tres Epiſcopos, hoc eſt per Franciſcum Leſinenſem Antiſtitem, Nicolaum Aquilanum Præſulem Salpenſem, ac Petrum de Ariello S. Angeli Lombardorum Pontificem inauguratus eſt, die 14. menſ. Maji, hoc eſt die Dominica in Cathedrali, cum poſſeſſionem iniiſſet die 12. ejuſdem menſis. Cum Epiſcopus effectus eſt, 33. annos omnino natus erat, inque primo ſuæ adminiſtrationis ingreſſu, cum penè everſum templum offendiſſet, ingenti animo, conatuque aggreſſus eſt ejuſdem reſtaurationem, in quam adeo ſpectabilia contulit ornamenta, ut meritò ejus viſendi templi poſ-

ſit Fundator appellari. Siquidem labantibus pene muris nova fundamenta jecit, ſacram turrim erexit, fornicibus eccleſiaſtica atria texit, ſubſellia ad chorum, & pſalmos comparavit, precioſa denique ſupellectili, cælatiſque ex argento vaſis ſacrarium perditavit, itaut jam templum illud ex Amici munificentia videatur cum Italiæ nobilioribus poſſe conferri. Sed & ad Præſulum commodum, cum divinis rebus prius conſuluiſſet, Epiſcopale Palatium, quod ſatis anguſtum, omnique Pontificali cultu deſtitutum repererat, ampliavit, adauxit, in majori aula ſuis anteceſſoribus depictis ad perennitatem. Epiſcopalem menſam acceſſione monaſterii S. Mariæ ad Gordianum reddidit pinguiorem ex Apoſtolico indulto. Iterum Aquilano Capitulo, collegioque Eccleſiam S. Antonii conjunxit, quam ab eo in ſchiſmate factioſi diſtraxerant. Denique in uſum, utilitatemque ſibi creditæ eccleſiæ adeò magna contulit, quanta qui illum anteceſſerant, viderentur non poſſe cogitatione comprehendere. Cæterùm præſtitiſſet majora, ſi in commodum univerſalis Eccleſiæ non tandiu à propria Eccleſia abfuiſſet. Etenim anno 1440. in Etruria S. Petri Patrimonii Rector fuit, inque exordio Pontificatus Nicolai V. Spoletinis jus dixit, mox etiam Urbevetanis. In commodum Eccleſiaſtici imperii Nepeſini, atque Aysberniæ ejus diœceſis arcem, conſilio, manuque promptus recuperavit, tyrannorum munimentis exciſis, ibidemque inexpugnabili arce fundata. Sub Paulo II. anno 1463. Anconitanæ Marchiæ generalis Theſaurarius fuit. Milleſimo verò quadrigenteſimo ſexageſimoquarto presbyter Card. electus eſt tit. S. Mariæ Tranſtiberim, ſed haud vulgatus uſque ad annum 1467. quo quidem tempore apud S. Marcum à Paulo II. Veneto ſolemni ritu roſeo pileo condecoratus eſt. In illa autem purpurata fortuna adeo ſuæ Eccleſiæ non oblitus eſt, ut in illam etiam adiecerit, tum picturæ, tum amplioris eccleſiaſtici cultus ornamenta majora conferre. Cum verò eccleſiaſtica negotia jam purpuratum illum magis magiſque diſtinerent, coactus eſt Aquilanæ Eccleſiæ abiicere onus, quod in nepotem ſuum conferendum curavit anno 1472. ſed cum Franciſcus nepos, qui ei ſucceſſerat, vitam ultra tres annos non extendiſſet, Cardinalis Amicus iterum Aquilanam Eccleſiam ſuſcepit regendam, paternoque affectu illam adminiſtravit uſque ad annum 1476. quo tempore cunctis, qui illum noverant mœrentibus, diem clauſit extremum; ſepultuſque eſt in Cathedrali prope majus altare in marmoreo ſepulchro cum hoc epitaphio.

Quatuor & denos quater egit Epiſcopus annos,
Cardineumque decem geſſit Amicus onus.
Pauperibus largus, prudens, canonumque profundus
Interpres Patriæ, progeniaque decus,
Divitiis templum hoc ornavit, & ædibus ædes,
Mente Deum petiit, hic tenet oſſa locus.

Obiit ann. 1476. Pontificatus Sixti Papæ IV. ſexto die, 5. Kal. Novemb.

XVII. 18. FRANCISCUS Agnifilus Amici Cardin. nepos V. I. Doctor Aquilanus Canonicus, Capellanus, Acolythuſque, ut vocant, Pauli II. Pontificis, Apoſtolicus Reſendarius à Sixto IV. electus ex reſignatione patrui Card. pridie Kal. Aprilis anno 1472. Reatinis, Interamnatibuſque jus dixit, Patriæque Antiſtes poſt tres annos deceſſit 1475. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XVIII 19. LUDOVICUS Borſius Neapolitanus Amico Card. ſucceſſit anno 1477. 9. Kalend. Februarii, deceſſit 1485. cum Romæ moraretur die 2. idus Novembris, cum monaſterii Caſinenſis Gubernator exiſteret in manuſcript. Kalendar. Caſinen &c. („ *Hic præſens* „ *fuit, cum Jo: Cardinalis de Aragonia Abbas Com-* „ *mendatarius Caſinenſis Monaſterii corpora SS. Bene-* „ *dicti, & Scholaſticæ perquiſivit, invenitque: non ſine* „ *tamen curioſorum inſpectorum punitione, ut refertur* „ *factum in Bullario Caſinenſi Margarini tom. II. Con-* „ *ſt. 376. ibique hic Ludovicus aſſeritur Auditor præfati* „ *Cardinalis, & nuncupatur Ludovicus de Borgis. Cu-* „ *rioſa SS. corporum inſpectio evenit anno 1484. die 18.* „ *Novembr.* Lucent.)

XIX. A 20. JO: BAPTISTA Galioſſus Aquilanus, Abbas ſecularis S. Joannis Colimali Ordinis S. Benedicti, ab Innocentio VIII. declaratus eſt Epiſcopus die 9. menſis Januarii anno 1486. qui cum conſilio præcipuaque prudentia polleret, in maximis, trepidiſque negotiis cum laude verſatus eſt. Accidit autem, ut cum aliquando in palatio S. Petri ad Vincula commoraretur, miſerabiliter una cum naturali filio occideretur, inſtitutaque ejus ſceleris quæſtione, nulla unquam diligentia deprehendi potuerit ſceleris auctor. Sedente Joanne Baptiſta anno 1488. poſt maximas lites inter Archipresbyterum S. Blaſii, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ per Commiſſarium, tum Apoſtolicum tum Regium coram Aquilano Magiſtratu decretum fuit, quod dictus Archipresbyter in publicis ſupplicationibus Synodo, cæteriſque actis publicis poſt Vicariū primū locum obtineret, ac Canonicos præcederet. Quod Innocentius VIII. anno 1489. ex ſpeciali bulla confirmavit, aſſerens dictam Archipresbyterum ab immemorabili exercere juriſdictionem, conferre di- B gnitates, & Canonicatus, ideoque decernit ipſum eximendum fore, prout exemit ab omni juriſdictione Epiſcopi Aquilani, & ſubjecit tantummodo ſedi Apoſtolicæ, quamdiu ipſa Eccleſia S. Victorini, ſeu S. Blaſii Archipresb. haberet, eidemque conceſſit annulum, mithram, & baculum paſtoralem, nec non poteſtatem conferendi primam tonſuram, quatuor minores ordines, veſteſque Eccleſiaſticas benedicendi, & benedictionem ſolemnem Populo ſubjecto largiendi. Inſuper ſtatuit primum locum poſt Epiſcopum Aquilanenſi in ſynodo habere. Extat ejuſmodi bulla in Archivo S. Blaſii cum cæteris privilegiis Eccleſiæ Amiterninæ.

XX 21. JOANNES de Leonibus Capuanus, Caſertæ Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt ao. 1493. die 23. menſis Auguſti. Deceſſit autem 1502.

XXI. 22. GUALTERUS Suardus Tuſcus Aretinus S. Benedicti Monachus, Alexandri VI. familiaris, ab ipſo Epiſcopatu condecoratus eſt die 14. menſis Maji ann. 1502. cui adminiſtrationi vix præfuit ad duos annos, cum deinceps ea ſe cura exolvit ſub II. Julio.

XXII C 23. JOANNES Tuſcus Pratenſis, non procul Florentia nobili oppido, ortundus, Monachus S. Benedicti, fuit philoſophia, ac medicinæ artis peritia clarus, ideoque Julio II. in paucis charus, ab eodem Pontifice Epiſcopatus creatus eſt anno 1504. die 7. Menſis Martii, itaque illam Eccleſiam, non ut Pontificem decebat, ſed ut philoſophicæ commentationi intentum, adminiſtravit. Demum X. Leone ſedente Epiſcopali illa cura ſe abdicavit, factuſq; Thebanus Epiſcopus, paulò poſt, hoc eſt 6. die Martii è vivis deceſſit anno 1515.

XXIII 24. JO: FRANCISCUS, filius Ludovici Franchi Montorii Comes, adhuc adoleſcens Epiſcopus à Leone X. electus eſt die 31. menſ. Auguſti an. 1515. Quam curam ille geſſit, non adhuc ſacris initiatus ordinibus, nec ad ſedem inauguratus per octo ipſos annos, ex peculiari privilegio Papæ; ſed cum deinde Eccleſiaſticam vitam ingenio ſuo omnino adverſam arbitraretur, religioſam cum militari vitam mutavit.

XXIV 25. JOANNES Card. Piccolomineus Archiepiſ- D copus Senenſis ab Adriano VI. hunc Epiſcopatum adminiſtrandum ſuſcepit 1523. die 6. menſis Julii; eandemq; ex beneplacito Pontificio, cum regreſſu, ut tunc moris erat, contulit in Card. Columnam, qui cum paulò poſt fato ceſſiſſet, Aquilana adminiſtratio Piccolomineo obvenit, illamque Eccleſiam ſapientiſſimè rexit, uſque ad annum 1538. quo è vivis exceſſit. Sed de Joanne poſtea plura.

XXV. 26. POMPEJUS Card. Columna hujus Epiſcopatus adminiſtrator fuit à 3. die menſis Julii 1525. uſq; ad ad annum 1531. quo eodem ipſo anno, vitam finivit.

XXVI 27. BERARDUS a Sanctius Reatinus, Advocatus Conſiſtorialis, Caroli V. Imperatoris conſiliarius, vir omnium exiſtimatione præclarus, ob inſignem ſcientiam, prudentiamque, ab ipſo Carolo Imperatore Epiſcopus diligendus deſignatus eſt, à Paulo III. Pontifice ejuſdem civitatis declaratus Epiſcopus anno 1538. die 14. menſis Julii. Abſens eidem Eccleſiæ jus dixit per 15. annos, cum ſub eodem Pontifice in Belgio tum

a Bernardus ab Angelotto in deſcript. Urb. Reatinæ vocatur, de quo conſule Cartarium in ſyllabo Advocat. Conſiſt. pag. 104. Mandoſ.

in Ger-

io Germania Nuncius Apoſtolicus fuiſſet; Romæ olim ſub Clemente VII. Gubernator; pro Catharina Angliæ Regina candidè ac doctè legale cōſilium ſcripſit cōtra Henricū VIII. Regium Catharinæ maritū.

XX VII. 28. ALVARUS de la Quadra Hiſpanus, Epiſcopus Venuſinus, translatus eſt ad hanc Eccleſiam die *a* 24. menſis Septembris 1553. ſedit annos octo, deinde libens, ac volens eo munere abiit.

a 23. Ex Actis.

XX VIII. 29. JOANNES de Acagna Hiſpanus electus à Pio IV. 1561. die 15. menſis Januarii. Hic eſt ille Joannes Aquilanus Epiſcopus, qui poſt Concilii Tridentini publicationem prætendere cœpit Amiterninum Archipresbyterum non potuiſſe cognoſcere cauſas criminales, & matrimoniales, dicto Concilio obſtante ſeſſ. 24. cap. 20. At cauſa ad ſacram congregationem Concilii delata anno 1573. auditis partibus, declaratum ab ipſa fuit non obſtare dictum Concilium immemorabili Archipresbyteri S. Victorini, quem dicit hodie eſſe eundem, qui vocatur S. Blaſii Civitatis Aquilanæ, ideo exercere poſſit, & poſſe, ac &c. Extat decretum ſub die 1. Julii 1573. datum nomine ipſius congregationis à Philippo Card. Boncompagno ejuſdem congregationis Præfecto &c. quod in Archivio S. Blaſii aſſervatur. Præſuitque Aquilanæ Eccleſiæ ad 15. annos, plenuſque meritis deceſſit 1579. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in cujus ſepulchro hoc epitaphium legitur inciſum.

Joanni de Acugna, Epiſcopo Vigilantiſſimo, & vita ſanctitate integerrimo, de ſacris his Ædibus, de ſacrifitiis, ac de omnibus benemerito, quod immenſis ſumptibus ſacrarium adificaverit, ſacraque pretioſa ſupellectile idem ditaverit, quod vaſta mole turrim erexerit,

Quod ſua demum omnia condonaverit, Urbe Aquila, Sacerdotumque Cœtus in rerum benè geſtarum recordationem P. P.

Obiit VIII. Kalendas menſis Auguſti MDLXXIIX.

XXIX 30. Fr. MARIANUS Rocciacarus Tyburtinus Ordinis minorum de obſervantia, („ *S. Theol. Profeſ-„ſor, & celebris concionator*,) electus anno 1579. die 3. Julii. Deceſſit autem 1592. die 24. menſis Martii, tumuloque exceptus eſt in Cathedrali.

XXX 31. BASILIUS Pignattellus Neapolitanus, ſub nomine S. Jacobi equeſtris ordinis, vir natalium nobilitate, rariſque virtutibus longè clariſſimus, cum mundi fallaciſſimas ſprevìſſet illecebras, clericus Regularis ex ordine Theatinorum effectus eſt, in eoque vitæ genere tanto perfectionis amore progreſſus eſt, ut fama apud pleroſque ejus virtutes vulgante, à Clemente VIII. in ſeligendis Eccleſiaſticis Paſtoribus emunctæ naris Pontifice in Epiſcopum Aquilanum ſit cooptatus anno 1593. die 18. menſ. Auguſti; ſed cum poſt ſuæ dignitatis annos 6. actuoſæ vitæ illum cepiſſet tædiū, incendiſſetque amor quietis, libens, volenſque Epiſcopali abivit munere, propriæ ſaluti ſanctius libaturus, anno 1599. („ *Frater hic fuit Ducis Montis Leonis. „Præpoſitus Domum Venetam C. R. Theat. S. Nicolai „Tolentinatis verbo, & exemplo laudabiliter rexit: in „Epiſcopatu adeo pauperum amans, ut quidquid annuo-„rum redditũum à ſua Eccleſia cenſu ſibi proveniret, in „eoſdem magnificè erogaret. Cæterum de eo plura refert „Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. p. 43. & par. 3 p. 58. & „Carolus de Lellis in Familiis Neapol. part. 2 pag. 168 „laudaturque à Clemente Piſello in Notitſ. hiſtor. Cle-„ricorum Regul. Min. lib. 1. cap. 1. pag. 2.* Mandoſ.)

XXXI 32. JOSEPHUS Rubeus, è caſtello Paganico, Aquilanæ Diœceſis, in utroque jure conſultus, aliquando Pontificiorum Oratorum Auditor in regno, deinde Epiſcopus Ugentinus, Aquilanæ Eccleſiæ regendæ admotus eſt ann. 1599. die 29. menſis Martii; quam curam annos tantùm 7. geſſiſſe narratur, ex eo Acheruntinus Archiepiſcopus, & Materanus renunciatus. Deceſſit in patria, ibidemque tumulatus eſt 1610. die 5. menſis Februarii.

XX XII. 33. GONDISALVUS de Rueda Hiſpanus, à Rege Catholico præſentatus eligendus, à Paulo V. Epiſcopatum obtinuit anno 1605. die 19. menſis Decembris; deinde ad Eccleſiam Gallipolitanam translatus eſt anno 1622. *b* Gregorio XV. Bononienſi ſedente.

b die 11. Maji.

34. Fr. ALVAREZ de Mendoza Hiſpanus Ord. Minor. de Obſervantia, ſublectus eſt 1622. die 14. menſis Nov. à Gregorio XV. translatus inde fuit ad Eccleſiam Jacenſem in Hiſpania die 24. Maji anno 1628. XX XIII.

35. GASPAR de Gajoſo Hiſpanus, electus die 11. Decembris 1628. Vivit adhuc, ideoque viri modeſtiam laudibus modo non onerabimus importunè.* Obiit ſub Innocentio X. („ *Hic ex nobilibus parentibus „ortus Presbyter primò fuit Aſtoricenſis Diœceſis, & „in jure Canonico Licentiatus, necnon S. Offitii Con-„tra hereticam pravitatem in Civitate Cordubenſi „conſultor.* Luc.) XXX IV.

* Ex App. tom. 5.

36. CLEMENS de Pezzo, Epiſcopus Porphirienſis, Gaſparo datus eſt ſucceſſor ab Innocentio X. ann. 1646. die 17. Decemb. Quinque ferè annos hanc rexit Eccleſiam, & ad Caſtri maris ſedem translatus eſt an. 1651. die 27. Novemb. („ *Fuit Clemens ex Principi-„bus S. Pii Clericus Regul. Theat. atque humanis divi-„niſque literis apprime imbutus; & dicendi facultate „adeò excellens, ut à Prorege Neapolitano Ramiro „Guſmano Medina à Turribus Duce ſemel, ac iterum, „& tertiò in Germaniam ad aulicum Ferdinandi Ca-„ſaris conſilium legaretur. At de eo conſulendus eſt „Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 2. pag. 366. & Toppius „in Biblioth. Neapol. pag. 66.* Mandoſ.) XX XV.

37.* Fr. FERDINANDUS de Leon Hiſpanus, electus eſt Epiſcopus Aquilanus per translationem Clementis de Pezzo ad Stabienſem Eccleſiam 2. die Junii 1654. XXX VI.

* Ex App. tom. 7.


ADDITIO.

(„ JOANNES *de Torecilla, y Cardena, Nobilis „Hiſpanus, Sac. Theologiæ Magiſter, & inter dignita-„tes Cantor Eccleſiæ Almerienſis, huic gregi attribu-„tus 19. Octob. 1676. translatus deinde eſt ad Brunduſinam 1681. 17. Martii.* XX XVII.

„ *Fr.* ARCHANGELUS *de Chilento Hiſpanus, „Ordinis Minorum de Obſervantia Lector Jubilatus, „& per plures gradus egregiè probatus ætatis anno 65. „renunciatur Epiſcopus Aquilanus 2. Junii 1681. præ-„propera morte ſublatus eſt cunctis lachrymantibus o-„ptimum Paſtorem tam citò deperditum.* XX XVIII

„ *Fr.* IGNATIUS *de la Cerda Hiſpanus ordinis „Eremit. S. Auguſtini Magiſter, & Egregius concio-„nator, cujus Virtutum fama Catholicus Rex permo-„tus ad ejus nominationem huic Eccleſiæ attributus eſt „die 11. Januarii 1683. Obiit autem Reate die 29. Se-„ptembr. 1702.* Luc.] *Exinde vacat hæc eccleſia.* XX XIX.

AQUINATES EPISCOPI.



AQUINUM, hodie parva civitas, olim autem propè fluvium Melphim antiqua Civitas fuit. Ptolomæus vult illam ſitam eſſe in Latio, Plinius in prima Regione Italiæ, nec deſunt qui illam in Aprutiis, alii in Samnio collocatam velint. Conſtat illam numeratam fuiſſe in Volſcis celebritate populi, opibuſque enituiſſe. Quamobrem ita de ea Strabo lib. 5. *Aquinum Urbs eſt magna, quam magnus præterfluit amnis Melphis.* Item Cicero frequēs dixit eſſe Aquinum municipium. Colonia Romanorum fuit, ut affirmat Frontinus, Plinius, Taciruſque. Livius ejuſdem meminit lib. 26. Silius autem Italicus libro 12.

. . . . mox & vicinus Aquinas,
Et qua fumantem texere Giganta Fregellæ
Agmine carpuntur volucri. . . .

Aquini magnitudinem adhuc extantia veſtigia, ipſæque ruinæ produnt, certiſſimi homanæ inſtabilitatis teſtes, atque invidæ vetuſtatis; Quæ modo temporum, bellorumque paſſa ineluctabiles injurias, imaginem Caſtelli verius, quam ſpectabilis Civitatis referre videtur; tametſi etiam nunc Comitatus, Epiſcopatuſque dignitatibus condecoretur. Peperit illa ferè ſemper viros, & doctos, & fortes, in quibus Juvenalis Satyricus, Victorinus Geometra. Chriſtianus Feſcennius Niger Imperator Romanus Aquini natus eſt, ut ſcribit Herodianus libro 2. Sed qui poteſt eſſe inſtar multorum, Thomas Aquinas eam mirum in modum illuſtravit, Dominicanæ Religionis gloria, Theologorum Princeps, decuſque univerſæ Eccleſiæ, itaut ſi neminem præterea protuliſſet Aquinum, unde ei ſplendor poſſet accedere, ſatis gloriæ habitura erat ea civitas ea uno iſto immortalis nominis doctore. Ex eadem pervetuſta ac nobiliſſima Aquina Neapolitani Regni primaria gente pattum noſtrorum memoria Ferdinandus de Avolos prodiit, Comes Aquini, atq; Peſchariæ Marchio, belli fulgur, Italicæque militiæ gloria. Aquini olim, ut ſcribit Blondus, à Gregorio VII. incomparabili pompa Robertus Nortmandus Dux Apuliæ, Calabriæque creatus eſt 1073. Cæterum Epiſcopalis dignitas exornavit Aquinum jam inde à primis exordiis, quibus imbiberat. Evangelium Aquinas Præſul unum Pontificem Romanum reveretur, ac Metropolitanum, præterea neminem, quam immunitatem hactenus etiam adeò mordicus tuentur Aquinates Epiſcopi, ut Capuano Archiepiſcopo obſequium denegent ſubjectionis, antiquo illo jure ſuffulti. Hujus dignitatis mentio fit c. de Pignn. Hæc Civitas, cum à barbaris crudele excidium paſſa fuiſſet, diuturniori mora orbata paſtore eſt, ut Gregorius Magnus Pontifex in Libro Dial. ſcribit. Quamobrem, ne, Lector, mireris, ſi hæc Aquinatium Præſulum ſeries, quam nullius ſtudio, diligentiaque adiuti, è diverſis ſcripturis, monumentiſque M.S eruimus, macilenta ſit ac jejunia: viſum namque nobis eſt magis præſtare nudæ veritati litare, quàm ex incerta divinatione vana proferre.

ADDITIO.

(„ *Aquinum hodie parva urbs eſt in Provintia Terræ* „ *Laboris in planitie, 55. focularia circiter enumerans in* „ *Regno Neapolitano, utilis Dominis Ducis Soræ Gentis* „ *Boncompagnæ ſub titulo Comitatus. Antiqua Cathedralis Eccleſia penitus eſt diruta. Pontificalis functiones exercentur in ea S. Petri Aquini, ubi unita extat* „ *dignitas Archipresbyteri cum ſex Canonicis, tribus* „ *Beneficiatis. Archipresbyteri cenſus eſt* 100. *Scut. Canonici cujuſque* 80. *Beneficiati* 25. *In Collegiata Eccleſia S. Bartholomæi loci de Ponte Cervo ditionis Pontificiæ adeſt præbenda Theologalis, ubi etiam Epiſcopus reſidere ſolet, & Pontificalia exercere. Deſum adeſt* „ *pro Epiſcopo, deeſt mons Pietatis, & Pœnitentiaria;* „ *Seminarium habetur in terra P. Corvi. Diœceſis ſufficiens eſt. Taxatur in lib. Cam. Flor.* 120. *Cenſus eſt* „ *Scut.* 700. Lucent.)

I. 1. CONSTANTIUS, ſive CONSTANTINUS Concilio Romano interſuit ſub Hilario, ac Felice Pontificibus anno 465. (& 487.)

II. 2 ASSUERIUS(1) Concilio Romano præſens fuit ſub Pontifice Symmacho celebrato annò 499. contra Laurentium Schiſmaticum.

III. 3. JOANNES, ad quem Joannes III. literas dedit in c. ex lit. de Pigno.

IV. 4. S. CONSTANTIUS, ejuſdemque civitatis Divus tutelaris, ſub Joanne Pontifice floruit circa annum Domini 566. Quo etiam tempore S. Benedictus Patriarcha ſanctitate florebat. Hujus meminit S. Gregorius Papa in lib. 11. Dialog. cap. 16. & lib. 3. cap. 8. ejuſdem vitam perſcripſit Petrus Diaconus Bibliothecarius Caſinenſis, ut idem teſtatur Diac. de viris Illuſtr. montis Caſini, quam temporum ingluvies devoravit. Hujus feſta dies celebratur 1. die Septembris, ut habetur in Romano Martyr. Inter cætera dono prophetiæ maximè claruit. Quamobrem de ipſo magnus narrat Gregorius, ſub vitæ finem Clero lachrymanti, interrogantique futura, duos continentes ſibi ſuccedentes Aquinates Pontifices cum Civitatis excidio, poſt ſuum exceſſum prædixiſſe cum diceret: *Poſt Conſtantium Mulionem, poſt Mulionem Fullonem, poſt Fullonem finem habebit Aquinum.* Nec defuit dicto fides, etenim cum ipſe fuiſſet defunctus, Andream Diaconum ſucceſſorem excepit, qui per diuturnum tempus in ſtabulis curam geſſerat jumentorum; poſt Andream Jovinus Epiſcopus effectus eſt, qui fullonicam aliquandiu exercuerat, ſub quo à Barbaris Aquinum civitas penè deleta eſt, itaut extinctis omnibus, etiam ad moltos annos Paſtore caruerit.

5. ANDREAS ſucceſſit Conſtantino, ut dictum V.
eſt; („ *de quo Baronius ad an.* 572.)

6. JOVINUS verò Andreæ, poſt quem viduata A- VI.
quinas Eccleſia multo tempore manſit.

7. ANGELUM rerum Eccleſiaſticarum prodi- VII.
gum, ac Neophytum, à Leone IX. excommunicatum, Nicolaus II. Pontifex omni dignitatis honore expoliavit, circa annum Domini 1060. ut Leo Oſtienſis narrat lib. 3. c. 15. in Chron. Caſinen.

8. MARTINUS Etruſcus Florentinus Monachus VIII.
Caſinenſis vir prudens, ac optimis moribus præditus, à Nicolao II. in locum depoſiti Angeli Epiſcopus ordinatus eſt anno 1060. Conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ſub Alexandro II. interfuit ann. 1072. hujus honorificè meminit Leo Oſtienſis loco citato.

9. LEO ſucceſſit Martino *a*, qui Caſinenſis Eccle- IX.
ſiæ SS. Apoſtolorum altare conſecravit 4. Id. Septemb. anno 1076. ex Anonyno Chron. Caſinen. („ *A Gregorio VII. conſecratus in Epiſcopum Aquinenſem habetur ex lib. Epiſt. Ejuſdem Gregorii in obſervat. poſt* „ *Epiſt.* 85. *tom.* 10. *Concil. ed. Labbeana.* Lucent.)

a Anno 1071.

10. LANDUS Monachus, Caſinenſis. Ejus repe- X.
ritur obitus 6. Idus Novemb. in antiquo Menologio Caſinenſi.

11. GUARINUS, cui Petrus Diaconus Caſinen- XI.
ſis S. Cōſtantii vitam ejus anteceſſoris inſcripſit circa an. 1125. ut ipſe affirmat in lib. 4. c. 48. Chron. Caſ.

12. REGYNALDUS Monachus Caſinenſis La- XII.
teranenſi Concilio interſuit ſub Alexandro III. anno 1179. Hujus memoria extat uſque ad ann. 1192. ejuſdem obitus incidit in 9. diem menſ. Februarii, ut in antiquo Menologio Caſinenſi. Regynaldi etiam meminit Arnoldus Wion. lib. 2. lig. vitæ. Subſcripſit ſe privilegio Henrici VI. anno 1191. eccleſiæ Caſinen.

13. GOFREDUS Monachus Caſinenſis, & Epi- XIII.
ſcopus Aquinas obiit non. Novembris, ex Menologio antiquo Caſinenſi; annos non exprimitur.

14. GREGORIUS Florentinus Monachus Or- XIV.
dinis Vallis Umbroſæ Abbas S. Joanni Gualberto proximus affinis, à Cœleſtino III. ſummo Pontifice Epiſcopus electus eſt circa an. Dom. 1194. Aquinam Eccleſiam magna cum laude prudentiæ adminiſtravit; ejus obitus incidit in 2. diem Februarii. („ *De* „ *hoc noviſſimè mentionem facit Venantius Simius in* „ *Catalogo Virorum Illuſtrium Congregationis Valliumbroſæ pag.* 122. Mandoſius.)

15. GREGORIUS Gregorio ſucceſſit, cum mo- XV
nachus eſſet, decanuſque montis Caſini, Innocentio III. ſedente anno 1206. & ut ipſe dicit in quodam ſuo diplomate dato Laterani Kal. Aprilis, cum difficili morbo præpeditus lecto decumberet. Eundem Caſinenſem Gregorium non potuit ipſe per ſe ordinare, ut habebat in votis, ſed hebdomadæ S. 7. die per Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem ipſo die Paſchatis conſecrandum curavit.

(„ *N. . . . cujus nomen non habemus, Aquinaten-* XVI.
„ *ſis erat Epiſcopus an.* 1239. *quo una cum Caſinēſi, Theanenſi, & Venafrano Epiſcopis exul factus eſt ab impio* „ *Friderico Imp. ut deſumimus ex Chron. Richardi a S.* „ *Germano. Exſcribitur. in Ughello tom.* 3. *allegatur in* „ *Venafranis n.* 8. *licet hic Aquinas Epiſcopus in Aquinatibus omiſſus ab eo fuerit.* Luc.)

16. PETRUS de S. Elia Capellanus Stephani XVII.
tit.

(1) ASTYRIOS. Ita ſemper legitur in Romanis Conciliis ſub Symmacho 501. 502. 503. 504. Nec Aſſuerium invenio in Concilio habito an. 499 ut Ughellus ſcripſit. *Lucent*

tit. S. Mariæ Tranſtiberim electus Epiſcopus à Petro diac. Card. Legato Regni Siciliæ, ab Innocentio IV. confirmatur 4. Kal. Martii anno 8. Pontif. Chriſti verò 1251. Scribit Innocentius Epiſcopo Oſtienſi, ut eidem Petro munus conſecrationis impendat. Datū ut ſupra Lugduni ex reg. Vatic. ep. 346. f. 51. Hunc Clemens IV. poſt ſuam aſſumptionem ad pontificatum adminiſtratorem Epiſcopatus Sabinenſis conſtituit, 3. non. Martii an. 1. ep. 5. fol. 2. deceſſit an. 1271. 11. Kal. Octobris.

XVIII 17. JOANNES Montis Caſini monachus, vivebat anno 1290. (1) Obiit 1294. ſub Cœleſtini V. pontificatu, qui Berardum decanum monaſterii Caſinenſis elegit. Verum cum ille pontificatu ſe abdicaſſet, Bonifacius caſſata Berardi electione, ſequentem Guillelmum præfecit, ut in reg. Vat. habetur.

XIX. 18. GUILLELMUS de Maſtinis, cum Calli patriæ ſuæ Epiſcopus eſſet, à Bonifacio VIII. Pont. Max. ad Aquinatem Eccleſiam translatus eſt anno 1295. 5. Kal. Aprilis ex reg. Vat ep. 79. fol. 21.

XX. 19. Fr. LAMBERTUS Epiſcopus Veglenſis huc translatus à Bonifacio VIII. anno 1297. 8. Kal. Junii, ex reg. Vat. interfuit conſecrationi Eccleſiæ Fontis laureati, cumque aliis Epiſcopis eidem Eccleſiæ indulgentias amplas conceſſit, anno 1298. ex Chron. Foſſæ Novæ. Obiit 1309.

XXI. *a* Aquinas. 20. THOMAS *a* ex Canonico à Capitulo electus, à Clemente V. confirmatur anno 1309. 12. Kal. Julii ex reg. Vat. an. 4. ep. 448. fol. 96. Obiit 1313.

XXII. 21. LEONARDI Epiſcopi Aquinatis mentio fit in regeſt. Neap. anno 1322. electus habetur an. 1313. à Capitulo ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ à Clemente V. confirmatus 8. id. Octob. ex reg. Vat. ep. 625. f. 201. Obiit Leonardus 1340. Extat Benedicti epiſtola Epiſcopo Caſinenſi data, in qua reſervat ſibi proviſionem Eccleſiæ Aquinatenſis, tunc vacantis per obitum Leonardi, 15. Kal. Aprilis ann. 5. epiſt. 15. Vacavit Eccleſia ferè triennio integro.

XXIII *b* Al. 1343 22. JACOBUS Falconerii Neapolitanus, à Clemente VI. anno 1342. *b* 17. Kal. Auguſti, electus fuit, rejecta poſtulatione capituli de perſona Petri Canonici Theatini, & electi Aquilani, ex reg. Vatic. ep. 36. Deinde translatus eſt ad Eccleſiam Bituntinam 1349. *c* ex reg. Vatic. apud Uvad.

c 1348. 4. id. Novemb. Luc.

XXIV 23. Fr. THOMAS de Bojano, Ord. Minorum, electus eſt Epiſcopus Aquinas 1349. 3. Kal. Aprilis, ex reg. Vatic. ep. 178. f. 108. („ *Obiit an.* 1354.)

XXV 24. GUILLERMUS Archipresbyter Montis Roſarii, Beneventanæ diœceſis, ſucceſſit Thomæ demortuo an. 1354. id. Octob. ex reg. Vat. ep. 82. fol. 65.

XXVI 25. ANTONIUS Epiſcopus Aquinas floruit an. 1361. 30. die Maii, ex eodem lib.

XXVII. („ JOANNES *Aquinas Epiſcopus eo jam erat* „ *tempore, cum electus eſt Pontifex Urbanus VI. qui* „ *factus ſchiſmaticorum Dux a Petro Caſinenſi Abbate de mandato Pontificis anathemate innodatus eſt,* „ *& omni Epiſcopatus honore denudatus*. Lucent.)

XXIX. 26. (2) JACOBUS de Antiochia electus 1387. ab Urbano, 23. Februarii, ad Eccleſiam Soranam translatus 1399. id Auguſti.

XXX. 27. JOANNES electus à Clemente VII. Antipapa an. 1390. cum Jacobo ab Urbano VI. olim electo diuturniori mora de electione certavit, ſed cum deinde eo honore à Bonifacio IX. ſpoliatus fuiſſet, atque ad Eccleſiam Soranam translatus, idem Jacobus à Bonifacio Pontifice ad Aquinatem Eccleſiam promotus eſt an. 1399. idus Auguſti, tametſi illam Eccleſiam brevi tempore adminiſtrarit. Ex largitate autem Romani Pontificis populos Montis Curvi ab excommunicatione exſolvit, quam ex communione Honorati comitis Fundani Clementis VII. Antipapæ fautoris contraxerant.

XXVIII. *Ex App. tom. 1.* 28. ANTONIUS *d* Archeonius Romanus * Filius Cecchi quondam Fulci de regione Montium, iterum in Aquinatenſi Eccleſia ſucceſſit, poſtea Aſculanus in Piceno, inde ad Aretinam Eccleſiam translatus eſt, deinde etiam ad ſuam Aſculanam Eccleſiam rediit, poſtea anno 1404. ab Innocentio VII. Senator purpuratus electus eſt tituli S. Petri ad Vincula, inſecutoque anno deceſſit 1405. plura de eo in Epiſcopis Aſculanis.

d Hic ponendus eſt ante Jacobum de Antiochia.

29. JACOBUS *e* electus ab Urbano VI. an. 1389. de quo mentio die 14. Julii ejuſdem anni in lib. oblig.

e Hic, ut diximus in nota, eſt expungendus.

30. JACOBUS de Briciis de Cave, electus 1420. deinde translatus eſt ad Eccleſiam Spoletinam 1424. demum Romæ deceſſit Epiſcopus Carpentoratenſis in Galliis, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, appellaturque Jacobus de Camplo, & non de Cave, ſi tamen eundem cum iſto velimus aſſerere, ut commodius, meliuſque explicabimus in Epiſcopis Spoletinis. *f* In ejus ſepulchro marmoreo ejuſdem ſpectantur inſignia gentilitia, parma ſcilicet, in qua cantherium cum duobus aſtris in ſuperiori parte, in inferiori verò luna viſitur, cum hoc epitaphio. XXXI

f De Jacobo hoc tractat Fantonus in hiſt. Avenionenſium. lib. 3. p. 13c. Videndus quoq. Toppius in Bibl. Neapol. pag. 110. Mandoſius.

Hic requieſcit corpus bonæ mem. D. Jacobi de Camplo, Epiſcopi Carpentoratenſis, qui obiit anno D. MCCCCXXIV. die xi. menſis Novembris, pro cujus anima, quæ requieſcat in pace, hæc capella in honorem B. M. prout ipſe in ſuo teſtamento reliquit pro dominæ Capellano fundata, & dotata eſt.

31. Fr. FRANCISCUS de Tedulinis Romanus, Ordinis Minorum, electus eſt à Martino V. 1424. 4. Kal. Julii. Deceſſit 1430. („ *Hujus meminit Theulus* „ *in Apparatu Provinciæ Rom. p.* 5. Mandoſius.) XXXII.

32. LUCAS Albetinus nobilis Romanus, ex Jacobo, Franciſcaque Anguillaria, cum Vaticanæ Baſilicæ Canonicus eſſet, ab Eugenio IV. creatus anno 1430. 17. Kal. Novembris. Semel ſuſceptam Aquinam Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ adminiſtravit, ſuæ gentis majoribus planè ſimillimus. In quibus præ cæteris ſub Paſchali II. Pontifice enituit Petrus Albertinus Monachus Caſinenſis, poſtea Cardinalis, ac Petrus alter Epiſcopus Marſicanus, Ord. Prædic. S. Palatii Magiſter. Lucas verò Romæ deceſſit anno 1452. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Monterone ſub marmoreo lapide, in quo ejuſdem effigies pontificali cultu induta, inſculpta proſpicitur, cum gentilitiis Albetinæ gentis ſtemmatibus, in quibus tres deciſi baculi ex obliquo Turrim deſecant, cum ſequenti inſcriptione. XXXIII.

Lucæ Albertino, Jacobi F. Præſuli Aquinatium integerrimo, qui vixit an. LVIII. Joannes Albertinus Fratri pientiſſimo P. C. Moritur anno D. MCCCCLII. Kal. Aug.

33. ANTONIUS, electus à Nicolao V. Pontifice 1452. die 19. menſis Auguſti. („ *Fuit iſte Antonius* „ *Vicarius Generalis Ludovici Scarampi S. R. E. Card. & Abbatis Commendatarii Caſinenſis in univerſa Diœceſi Caſinenſi cum facultatibus exercendi* „ *Pontificalia, & conferendi beneficia*. Lucent.) XXXIV.

34. * SALVATOR Epiſc. Aquinas, cujus mentio habetur in regeſto Regio Neap. anno *g* 1490. in libris verò obligationum, proviſionum, ac conſiſtorialium actuum Innocentii VIII nulla de Salvatore extat memoria. XXXV.

* *Ex App. tom. 1.* *g* 1490.

35. ROBERTUS de Liccio, Ord. Minorum, in poſtremo anno *h* à Sixto IV. Pontifice translatus eſt ad Eccleſiam Licienſem. Sed cum interim Sixtus IV. fato ceſſiſſet, ac proinde cum ejus translationis non potuiſſent diplomata expediri, Robertus Aquinatem Pontificatum retinuit, donec anno 1495. è vivis fuiſſet exemptus. * Jacet Robertus in patria in Eccleſia S. Franciſci in nobili marmoreo tumulo, ex publico decreto optimo præclariſſimoque Civi erecto, Epitaphiū, quod ibidē legentibus proſtat, doctiſſimus ille Her- XXXVI.

h Idest an. 1484.

* *Ex App. 1. b.*

(1) Joannes iſte erat Aquini Epiſcopus circa an. 1285. quo in Abbatiæ Caſinenſis interregno una cum Laurentio Abbate S. Laurentii de Averſa Caſinenſis ditionis curam ſuſtinuit. Luc.

(2) Hæc ſeries æquior erit, ſi commutato ordine in Ughelliana ſervato, ad calculum Pontificatus Urbani VI qui præfuit ab an. 1378. ad 1389 poſt proxime recenſitum Antonium, alterum Antonium de Archeonibus ponamus. Hic enim cum ad Aſculanam tranſiiſſet Eccleſiam ann. 1386. ut ibi videre eſt, Jacobum de Antiochia debuit præcedere. Et ſi Jacobo de Antiochia ad Soranam translato ann. 1399. cum quo novem annis decertavit Pſeudo-Epiſcopus Joannes, hic idem Joannes per juſtam electionem Bonifacii IX. legitime tandem eo anno ſucceſſit, non eſt opus cur ſtatuamus alium Jacobum poſt Joannem & Antonium de Archeonibus, inverſo ordine numeratos, ab Urbano VI. electum an. 1389. Luc.

Hermolaus Barbatus inſcripſit. Tenor eſt hujuſmodi.

Maximus Eccleſiæ, ceu Paulus, præco Robertus,
Quinquaginta annos concionatus obiit.
Caracciolus fuerat Lycienſis, Præſul Aquinas
Hoc tectus tumulo corpore, mente Polo.

Ibidem verò alii duo ſequentes verſus leguntur.

Ille Robertus hic eſt, Chriſti quo Præſule Vatum
Nemo poſt Paulum clarior Orbe fuit.

Quibus conſonat id, quod Pontanus ejus coætaneus de eo ſcriptū reliquit. *Nemo poſt Paulum Tarſenſem, melius Roberto Lycienſis divina tractavit eloquia.* Narrat Julius Infantinus in ſua ſacra Lycienſi hiſtoria, Roberti cadaver ſumma omnium admiratione anno 1513. incorruptum tanquam de recenti humatum apparuiſſe; cujus acta præclara doctrina, ac vitæ ſanctimonia dabit aliquando Waddingus noſter tom. 6. Annal. Minorum. („ *Roberti hujus cum laude meminerunt Marraccius in Bibliotheca Mariana par. 2. „ p. 383. Waddingus de Script. Ord. min. p. 307. Bergomenſis in ſupplemento hiſtor. lib. 15. Toppius in Biblioth. Neapol. p.* 270. Mandoſius.)

a Bernardinus de Lunate Papienſ.

Poſt cujus exceſſum *a* Lunati Card. Eccleſia Aquinas traditur adminiſtranda, die 10. menſis Julii ejuſdem anni, eandemque curam urſit uſque ad diem 13. menſis Nov. in qua Baptiſtæ de Bufalo nobili Romano, Pontifice Romano annuente, renunciavit.

XXXVIII. 36. BAPTISTA de Bufalo nobilis Romanus, Canonicus S. Mariæ Majoris, ab Alexandro VI. electus 1495. 13. die Novemb. Hic ille Baptiſta Bufaleus eſt, qui à Iordano Monte digreſſus, in quo Cardinalē Urſinum familiarem ſuum officioſè convenerat, ut domum rediret, repentino incurſu in meridiana luce ab inimico lætiferum vulnus accepit; cæterum elapſus, ignobilis apothecæ latebra deſævientis hoſtis iram eluſit, itaut etiam diu ſuperſtes poſtea Lateranenſi interfuerit Concilio ſub X. Leone Mediceo, ann. 1513. ſub quo deinde fato ceſſiſſe conſtat.

XXXIX. 37. JACOBUS Gherardi Volaterranus, Nicolai filius, magnæ exiſtimationis Præſul, quippe ſub Innocentio VIII. ad Mediolani Ducem, Florentinam Rēpublicam, Ferdinandumque Neapolitanum Regem trepidis legationibus egregiè perfunctus fuiſſet. Hic igitur cum etiam ſub X. Leone in expediendis negotiis dexteritatem ſuam probaſſet, ab ipſo Aquinatiū Pontifex renunciatus eſt an. 1515. (1) impari ſanè clariſſimi viri meritis dignitate; ſed fortuna viris invida fortibus non ſemper æqua præmia dividit. Interea cū Iacobum jam nonageſimus annus gravaret, brevi Romæ deceſſit menſe Septemb. anno 1516. ubi tumulatus quieſcit.

XL. 38. MARIUS Maffejus, nobilis Volaterranus, clariſſimi hominis Raphaelis cognomento Volaterrani affinis, cujus clariſſima opera omnes docti novere, ſuoque gentili non minus doctus, ac eruditus, cum Volaterranæ Eccl. Archipresbyter eſſet, ac S. Petri Romæ Canonicus, à Leone X. Pontiſ. Max. ſublectus eſt Aquinas Epiſcopus an. 1516. die 5. menſ. Novembris, cui Eccleſiæ præfuit uſque ad ann. 1525. ac deinceps translatus eſt ad Eccleſiā Caballicenſem in Galliis. Abbatiam S. Iuſti Volaterræ commendatam habuit, illamque ex Pontificio beneplacito ſumma cum magnificentiæ, ac moderationis laude contulit in Camaldulenſes. Inde reverſus in patriam, cum ſenio jam confectus eſſet, Epiſcopali abire munere voluit, ſed fato præventus ſexagenarius, fractuſque honeſtiſſimis laboribus deceſſit, an. 1536. *a* die 24 menſ. Junii, inque ſumma Æde lachrymantibus cunctis, nobiliſſimo ſepulchro clauſus, cum ejuſdem ad vivum expreſſa effigie, * hac inſcriptione meritas viri deprædicante laudes, inſculpta, quamvis omnium literæ præ viri clariſſimis meritis elingues viderentur futuræ.

a 1537. ex Epitaphio.

* Ex App. tom 2.

D. O. M.

Mario Maffeo Pont. Cavalicen. Religionis, Patriæque cultori, admirabili ingenii acumine, omni diſciplinarum genere, omnium virtutum magnitudine præſtantiſſimo, qui licet Romæ tot viros ornatiſs. collegas longe authoritate, nec ſine laudatorum gratia præſtiterit, tamen ſuis haud parem meritis dignitatem eſt conſequutus. Vix. ann. LXXIII. menſ. X. Obiit viii. Kal. Quintil. ann. ſalutis MDXXXVII. Paulus Maffeus, & Julius ejus filius, Equites B. M. P.

Suæ patriæ Cathedralem quamplurimis pretioſis muneribus auxit, in quibus S. Marii caput, quod à Leone X. dono acceperat, argentea theca concluſum, ideoque illuſtre donum præfulſit. *b* Hæc Maffeia familia ubique, & ſemper doctorum hominum ſeminarium fuit. Conſtat autem Maffeiam nobilem Romanam gentem inde fluxiſſe, unde poſtea tres Purpurati Patres prodiere, Præſuleſque non pauci. De hac nobili familia Ioannes Nicola Commentarium ſcripſit, quod domi Marii Maffei S. Petri Canonici, ac Horatii Card. nepotis manuſcript. aſſervatur, quo ab ejus humanitate communicati ſumus, ut inde tam nobilis Proſapiæ exordium eruere poſſemus.

b De Mario cum laude tractat Sebaſtianus Fantonus in hiſt. Avenion. l. 2. pag. 139. Mandoſ.

XLI. 39. ANTONIUS * Corradius *c* nobilis Neapolitanus à Clemente VII. electus eſt 1525. 7. die Aprilis. Obiit *d* Neapoli, ibique ſepultus jacet in Eccl. S. Auguſtini, ubi in ſacello Corradæ familiæ, una cum Nicolao germano fratre hoc habet epitaphium.

* Ex App. t. 2.

c ſive de Contro, ut habet. in Actis.

d Anno 1534.

Antonius Corradius Aquinatum Pontifex
nobilitate clarus
virtute clarior
pietate, ac religione clariſſimus
hic ſitus eſt.
Daria Gregoria de Aquino
Leviro benemerenti
ex ſuo poſ.
Anno ab ortu ſalutis.
Nicolao Ioanni Corradio Urſoniæ Domino
Arcis Præfecto Acuariæ
Viro cum animi integritate, tum fidei præſtantia,
quam multis in rebus oſtendit laudatiſs.
ac omnibus Davolorum Principibus
Præſertim Inaco Iſtonii Marchioni maximè charo,
à quo plurimis fuit muneribus honeſtatus,
Daria de Aquino cognomento Gregoria
Conjugi opt. & benemerentiſſ.
ob lachrimarum, quas ille perpetuo comites reliquit
Teſtimonium
Anno à Virginis partu M. D. XXXIV.

XLII. 40. INICUS Davolos *e*, è S. Thom. Aquinatis familia, Monachus Olivetanus, Aquinatium Pontifex fuit 1536 *f*. deceſſit 1543. ann. agens 57. Hic primus Epiſcopus fuit Iovis ſani, (2) electus die 2. Septembris 1530. ea tamen conditione, ut altera dignitate ſe abdicaret, alteram tantum retenturus, qui Patriæ poſthabens Iovis Fanum, Aquinatem Eccleſiam uſque ad mortem adminiſtravit. („ *Hujus meminit Lancellotus in Hiſt. Olivetana* p. 195. Mandoſius.)

e De Avolos.

f Electus die 4. Septemb. 1536. Zac.

XLIII. 41. GALEATIUS Florimōtes Sueſſanus, homo doctiſſimus, cujus dialogi Platonis teruntur à doctis, inque Ariſtotelis Ethicam ſelectiſſima commentaria, aliaque monumenta ingenii. Marchionis de Vaſtio primum Conſiliarius fuit, deinde à Paulo III. Aquinas Epiſcopus electus eſt, an. 1543. die *g* 27. menſ. Aprilis, cum diſpenſatione defectus natalium. S. Lauretanam Domum adminiſtravit, pluribuſque aliis eccleſiaſticæ ditionis civitatibus jus incorruptè dixit. Unus è quatuor Tridentini Concilii Iudicibus fuit *h*, jam ad Patriæ piæ translatus Eccleſiam à Iulio III. diplomatum Pontificiorum ſecretarius effectus eſt. A Paulo IV. accitus Romam eſt, ut cum Paulo Sadoleto Epiſcopo Carpentoratenſi in Galliis Eccleſiam reformaret. Omnibus Principibus Chriſtianis maximo in pretio erat, in primis autem Philippo Hiſpaniarum Regi, à quo Brundiſinus Archiepiſcopus deſignatus, eam curam detrectavit accipere. Igitur ad Eccleſiam ſuam reverſus, ibidem ſenex 89. annorum deceſſit, ſepultuſque

g die 4. Maji ex Actis.

h An. 1545. & 1546.

(1) Verum anno 1513. ſtatim poſt obitum Baptiſtæ anteceſſoris electum eſſe Jacobum Aquinatenſem Epiſcopum illud evincit, quod Jacobus Aquinatenſis interfuiſſe legatur ſeſſioni Octavæ Concilii Lateranenſis habitæ 17. Decembris ejuſdem anni. Et paulo antea omnino Baptiſtam clare deducitur ex eodem Concilio, cujus ſeptimæ ſeſſioni habitæ eodem anno 17. Junii interfuerit. Præſens etiam, de inde fuit Jacobus IX. ſeſſioni ejuſdem Concilii habitæ 5. Maji an. 1514. id omne conſtat ex novissima Harduini Concil. editione tom. 9.

(2) Unde hæc expiscaverit Ughellus, ignoramus, in actis ſiquidem Conſiſtorialibus talis electio, ſeu Iovis Fani in Epiſcopatum erectio non reperitur. Zac.

que eſt in Cathedrali ejuſdem civitatis,cum hujuſmodi epitaphio. A

Galeatio Florimontio Sueſſanorum Pontifici, ſumma pietate viro: Patriæ, ac pauperum Patri, Chriſtianæ pietatis ad veterem normã reſtitutori. Cujus poſt annos lxxxix. immatura omnibus mors viſa eſt. Senatus Populuſq; Sueſſanus luctu publico mœſtiſſim. poſuere.

[„ *De hoc doctiſſimo Galeatio meminit Hieronymus „ Mutius in epiſt. Catholicis lib. 4. pag. 299. ubi de ejus „ Epiſtola ad ſceleſtiſſimum Ochinum. Argutiſſimum „ Galeatii dictum factumque refert Ludovicus Dome- „ nichi facetiarum lib. 4.* Mandoſius.)

XLIV 42. HADRIANUS Furconius a Romanus („ *J. „ U. D. Literarum Apoſtolicarum Abbreviator, fami- „ liaris, & continuus commenſalis Sanctiſſimi ætat. 27. „ annor. clericali tantum caractere inſignitus*) electus eſt anno 1552. die 22. menſ. Octobris. Interfuit Tridentino Concilio b. Sedit annos 27. effœtæque ætatis Aquinate munere volens abivit 1579.

a al. Fuſconius.

b an. 1563.

XLV. 43. JO: Aloyſius Guarinus („ *Presbyter Licienſis, „ Decretorum Doctor, Verbi Dei Prædicator, & Rector „ Eccleſiæ Parochialis S. Benedicti ad Regulam de urbe, „ alias SS. Trinitatis*) ſucceſſit Furconio 1579. die 3. c menſ. Martii. Sed brevi Pontifex fuit, ſiquidem eodem anno defunctus eſt, menſe Novembri. B

c 159.

XLVI 44. FLAMINIUS Philonardus à Bauco Hernicus, nobilis Romanus, Ennii pronepos Cardinalis quondam Pauli III. electus eſt Epiſcopus Aquinas anno 1579. die 13. menſis Novembris. Deceſſit autem 1608. 12. Septemb. ætatis ſuæ 67. Bauci ſepultus.

XL VII. 45. PHILIPPUS Philonardus, nepos ſupramemorati Flaminii, Scipionis filius, ac Brigidæ de Ambroſiis nobilis Anagninæ, frater Pauli Æmilii Archiepiſcopi Avenionenſis, ac Alexandri Epiſcopi Aquinatis, natus eſt anno* 1577. menſe Junio; atque à puero humanioribus literis imbutus in publica Academia Piſana deinde juriſprudentiæ lauream tulit, Romamque reverſus, etiam adoleſcens Juriſconſultiſſimus habitus eſt: adeo enodabat implicata legum, adeo in ferendis judiciis non aberrabat. Quamobrem poſt Flaminii Patrui mortem à Paulo V. Aquinas Epiſcopus ſubiectus eſt die 24. menſ. Novembris anno 1608. nec multo poſt Vicelegatus, ac Gubernator Avenionis. In quo quidem munere cum Pontifici Paulo maximè diligentiam ſuam, integritatemque probaſſet, ab ipſo purpuratus Senator declaratus eſt, ac Collegatus Avenionis anno 1611. die 17. menſ. Auguſti. Venit Romam anno 1614. acceptoque roſeo pileo ſub tit. S. Mariæ de Populo, Congregationes Epiſcoporum, ac Regularium, Indicis, bonique Regiminis, ac ſecretioris conſultationis ſuis conſiliis implevit; in quibus muneribus adeo vigilanti Pontifici ſua dexteritate, ſolertiaque placebat, ut nihil ſupra. Comitiis, in quibus Gregorius XV. creatus eſt, honorificè interfuit, ac paulo poſt implicitus acutiſſima febri, Romæ deceſſit anno 1622. menſ. Septemb. cum 40. tantum annum attigiſſet; ſepultuſque eſt apud S. Carolum de Catinariis, Baucum deinde transferendus in Hernicis, ne à ſepulchro ſuorum Majorum excluderetur. C

* Ex App. tom. 5.

XL VIII. 46. ALEXANDER Philonardus, frater ſupra memorati Cardinalis, cum Aquitanenſe onus in purpurata fortuna Card. depoſuiſſet, ipſe annuente Pontifice ſubivit anno 1615. 18. die menſis Maii. * Obiit die 21. Januarii 1645. ſepultus in Cathedrali. („ *Alexandri Philonardi legitur ſuffragium in Canonizatione S. Andreæ Corſini.* Mandoſ.)

* Ex App. tom. 5.

XLIX. 47. Fr. ANGELUS Maldachinus Viterbienſis Ord. Prædic. fit Epiſcopus Aquinas ab Innocentio X. an. 1645. die 15. Maji; deinde evaſit Epiſcopus S. Severini in Piceno die 19. Novemb. 1646.

L. 48. FRANCISCUS Antonius de Pace electus Aquinas Epiſcopus die 13. Decemb. 1646.

A D D I T I O.

(„ *Cujus clarum regimen viguit uſque ad ann. 1655. „ quo obiit.*

LI. „ MARCELLUS *Nob. Philonardorum genere „ procreatus U. S. R. & Papæ familiaris, Aquinatenſem „ Cathedram quartus è Philonardo ſtipite adeptus eſt „ die 11. Octob. 1655. Effœta jam ætatis deceſſit in oppido „ Pontis Corvi anno 1689. ineunte menſe Majo; ibique „ in Principe Eccleſia ſepelitur.* („ *Hujus extant elogia „ in Canonizatione SS. Petri de Alcantara, & Mariæ „ Magdalenæ de Pazzis in libro, cui titulus: Acta Canonizationis Sanctorum Petri de Alcantara &c. pag. „* 187. 243. Mandoſ.)

(„ JOSEPH *Ferrari ex Nobili genere Ceperani „ natus Diœceſis Verulanæ, I. V. D. varia Apoſtolicæ Cameræ, Aulæque Romanæ implevit negotia. Jo. Franciſco Nigronio Bononienſi Legatione, & Faventino Epiſcopatu implicito proximo cum inſerviret in Auditoratus munere, Aquinatenſi throno condecoratus eſt die „ 17. Aprilis anno 1690. ætatis annum agens 53. Cum autem nonum expleſſet præſulatus annum lacrymabile „ ſui deſiderium fecit.* Luc.) LII.

A R E T I N I B

E P I S C O P I.



CONSTAT Aretium inter nobiliſſimas Etruriæ Urbes à Livio fuiſſe numeratum, Poſthumo Megello, & Marco Attilio Regulo Conſulibus, cum ita inquit. *Tres nobiliſſimæ Urbes, Etruriæ capita, Volſinis, Peruſia, Aretium pacem petiere.* Ejuſdemque apud eundem pluribus aliis in locis mentio extat; inſuper apud Strabonem, Ptolomæum, Silium, Cæſarem, Ciceronem, Halicarnaſſeum, Diodorum, Stephani Epitomatorem, Polybium, atque Plinium, qui inter Aretinos veteres, novoſque diſtinguit, veteres Fidentes, novos autem Julienſes appellans. Illi dicebantur Fidentes, quod maximam fidelitatem præſtitiſſent populo Romano, hi vero Julienſes in honorem Julii Cæſaris, vel Auguſti Cæſaris, qui illuc Coloniæ nomine, poſt Syllanum excidium Aretinis illatum, illos deducendos curaverat, ſi ulla Frontino fides lib. de Coloniis, ubi ita inquit. *Aretio muro ducta, Colonia lege Triumvirali deducta eſt*, & alibi; *Aretium lege Auguſta cenſita, limitibus Gracchianis.* Eodemque Frontino auctore, Romanorum etiam municipium fuit. *Aretium municipium Coloni, vel familia Imperatoris Veſpaſiani juſſu acceperunt.* Idem teſtatur Cicero in Orat. pro A. Cecinna, inque epiſt. 16. ad Atticum lib. 1. Aretium maximo auxilio Romanis fuit, dum Scipio ſuccinctus armis contra Carthaginenſes in Africam trajiceret, ut Livius narrat, illiſque priſcis temporibus ex D illis Etruriæ civitatibus fuit, quas Populus, Senatuſque Romanus, miſſis Legatis, enixius exorarunt, ne fracto jam, fugatoque Tarquinio ſuppetiæ mitterentur. Tam olim ante fundatam Urbem in præpollentibus 12. Etruriæ civitatibus numerata eſt, atque ante Trojanum bellum ſuæ fundationis exordium ſumpſit. Ab Umbris, Pelaſgiſque, qui Regionem illam olim incoluerunt, fuiſſe ædificatam probabiliter arbitrantur plerique, quicquid fabuletur Annius in Comment. de Jano, Aretiaque ejus uxore, à qua Aretium vult fuiſſe appellatam; minuſque placet, quod alii, Annio in confingendis fabulis propiores, comminiſcuntur ab aratura, ſive ariditate Aretium fuiſſe dictam; ſi quidem undique flumine Arno, aliiſque uberrimis aquis alluitur ad perennem felicitatem. Temere igitur antiquiſſimarum civitatum nomen, fundationemque expiſcari aggrediuntur ſcriptores, cum multa obſtent, quominus veritas plenius indagari poſſe videatur; quamobrem cum id conantur, ut aliquid videantur fe-

ciſſe,

A ciſſe, recurrunt ad ſabulas, ſuique cerebri vaniſſimas divinationes, quibus vulgus ſuſpendant, imponant incautis. De Aretio uno verbo videtur veriſſimè dicendum antiquiſſimam, pulcherrimamque fuiſſe civitatem, opibuſque, armiſque præpollentem, donec à Lucio Sylla propemodum exciſa, Romanorum tandem jugum ſubiret; à quibus iterum refecta, reſtaurataque, Gothorum, Longobardorumque aliquandiu furorem uſque ad deſolationem miſerabiliter eſt perpeſſa. Deindè illorum etiam dimiſſo fræno, pacem, libertatemque redemit, qua tamen Ghibellinorum, Guelphorumque noxioſiſſimis diſciſſa ſtudiis haud diu frui licuit, quin ut plerumque tulerat fortuna, partium ſordidiſſimis plerumque Dominis, Tyranniſque ceſſit in prædam, in quibus Epiſcopus Vido Petramala numerari poteſt, qui illam muris concluſit ad arcendos hoſtium incurſus, & in illam juriſdictionem exercuit. Cæterùm cum gliſcens jam Florentina potentia Imperii haud videretur poſſe pati cancellos, Aretium oppugnavit, expugnavitque, rurſuſque coegit ſic, ut B ſub eorum ditione in totum libertatem amitteret, quam tamen ſub ſplendidiſſimo Mediceorum Principatu, cum cæteris Etruriæ Urbibus viſa eſt feliciter recuperaſſe. Peperit omni memoria hæc civitas viros illuſtres, & fortes, perſpectique ingenii acuminis, in eaque Mæcenas ille, ſi Macrobio, aliiſque fides eſt adhibenda, Atavis Regibus editus, educatuſque eſt, in omem ſelicius fore aliquando, ut illa civitas viros literatos produceret, unde literatorum patronus primos ſpiritus hauſiſſet. Ut autem ſub vana gentilitate Aretium illuſtris famæ fuit, ſic non minoris gloriæ fuiſſe memoratur, cum Chriſtiana ſacra, Romulo Etruriæ Apoſtolo evangelium promulgante, ſuſcepiſſet: tametſi enim ob perſecutionum rabiem, ſenſim tunc evangelii lucem admitteret, Decii tamen temporibus ita Chriſtiana fides altas ibi radices egit, ut Laurentius, Peregrinuſque fratres, Chriſti veri Dei fortes Athletæ, ſtrenuique Prædicatores, adhuc imberbes, haud dubitaverint palmam ſubire martyrii, quorum dies feſtus toti Eccleſiæ celebris eſt 3. die Junii: illorum C autem corpora Pergentina ſoror, uno tantùm milliario procul ab Aretina civitate ſepelivit. Semel Aretii deinde plantatam fidem, mirificiſque progreſſionibus dilatam, Donatus Epiſcopus ac martyr illuſtris, ſuo exemplo, ſuoque ſanguine ad perennitatem conſtabilivit. Ad fidem enim Chriſti convertit, ſacroque fonte illuſtravit Zenobium Tribunum Lauderici Romani Senatoris filium prædivitem, potentemque, qui Aretinam deinde Eccleſiam latiſundiis ampliſſimis, Caſtelliſque mirificè adauxit, ut narrat Volaterranus lib. 5. Geo. Quam planè regiam munificentiam, Reges ipſi, ac Cæſares æmulati, tum novis largitionibus cumularunt, tum ampliſſimis privilegiis confirmarunt, ne in poſterum pateret injuriæ. Aretinus Epiſcopus Principis Imperii titulo inſignitur, immediatèque tum elapſis temporibus, tum hoc tempore ſubeſt Romano Pontifici, eoque cenſu ditatur, qui ſatis ſit ad quammaximam dignitatem alendam. Cathedralis nova, beatiſſimæ Virgini Mariæ, ac D. Donato Epiſcopo tutelari conſecrata, pulcherrimo opere aſſurgit, D pretioſiſſimis reliquiis adornata. Superbit enim S. Donati, aliorumque, ac B. Gregorii Papæ X. ſacris ſpoliis, qui ibi animam efflavit, ac ſuam innumeris miraculis explicuit ſanctitatem; ab Aretinis, à quibus ſumma veneratione colitur, in protectionem publicis, ac ſolemnibus votis aſcitus eſt, incredibili ſanè deſiderio ardentibus, ut in ſanctorum numero à Pontifice ſummo collocetur, cui rei Romæ navatur opera. Inſignitur ea Cathedralis nobili clero, & ingentibus privilegiis illuſtratur. Sparſa per Urbem, ac diœceſim plura monaſteria, templaque magnificè culta, certiſſimo Aretinorum in Deum pietatis argumento viſuntur. Eminet in iis D. Floræ, Ord. S. Benedicti, nobile cœnobium ingentibus redditibus, ampliſſimiſque privilegiis ab Imperatoribus, ac Regibus obtentis potitur. Diœceſim, quæ olim ampliſſima fuit, à Pontificibus, novis Epiſcopatibus, ut Cortonenſi à Joanne XXII. Pientino, ac montis Alcini à Pio II. Montis Politiani à Pio IV. conſtitutis, plures ab ea loci divulſi fuerunt, & tandē c

Leo X. cum Burgi S. Sepulchri, eccleſiam S. Joannis in Cathedralem erexiſſet, diœceſis partem, quæ Aretino Epiſcopo parebat, illi attribuit. Longo tempore Epiſcopus Aretinus de limitibus diœceſis litem exercuit, cum Senenſi Epiſcopo, cujus Epiſcopatus iis locis ex Aretino ſibi collatis admodum amplificatus fuit. Quamvis verò Aretinus toties diſciſſus fuerit, amplitudine tamen non vulgari, oppidiſque nobiliſſimis effloreſcit. Ex Aretina Eccleſia multi ſancti, præclarique Præſules prodiere, in ejuſque diœceſi, olim Mons Olivetanus, ampliſſimus Ordo ortum habuit. Præſulum autem Aretinorum catalogum Jacobus Buralius, & Scipio Ammiratus ſenior præſtantiſſimus hiſtoricus olim compoſuit, quod poſthumum opus, Junior deinde Scipio eruditus, candiduſque ſcriptor mihi amiciſſimus, multis additis, illuſtratumque emiſit in lucem, unde hæc noſtra eorundem Præſulum ſeries, aliiſque ex monumentis, ad legentium utilitatem, jucunditatemque prodire eſt auſa.

ADDITIO.

(„ *Aretinus Epiſcopus plurima olim pollebat Auctoritate, qua ipſi Aretio, aliiſque conterminis locis ampliſſimo dominio præerat: modo unico Caſa comitata vulgo in* Valdichiana *utitur, ſervatque in inſignibus prope mithram militarem galeam, & denudatum enſem. Ejus diœceſis, quæ hactenus ſupereſt, 150. mille paſſuum circuitu extenditur, longitudine fere 50. Numerat 12. nobiliores Terras, oppida ultra centum, Villas, & pagos plures: Loca præcipua ſunt:* Caſtigliona Aretino. Montecchio. Lucignano. Fojano. Marciano. Monte Savino. Rigomagno. Armajolo. Rapolano. Aſciano. Monte fatucchio in Valdichiana, Monte longo. Barca, e Caſtelnuovo nel Territorio di Siena. Alloro. Terra nova, e la Terina. Bucine. la Torre. Mercatale. Civitella. Caſtiglion Fabocchi. Pieve. San Martino. Poppi, Bibiena. Anghiari. Raſſena. Talla. Caſtelnuovo. Subbiano. *Extra verum magni Ducis ſolum in Eccleſiaſtica ditione Peruſiam verſus continet duos liberos comitatus Montis Auri Barbolanæ gentis, & Chiſignani Albertinorum. In tota vero Diœceſi ſunt 445. Parochiales Eccleſiæ. Templa abſque animarum cura circiter 200. Beneficia certis Capellaniis annexa, ſive liberæ collationis, ſive jurispatronatus ferè 300. inter quæ Conſiſtorialis Abbatia, olim Monachorum Camaldulenſium Bartholomæi de Anghiari, cujus annuus cenſus ſunt 1000. Scuta circiter; Hoſpitalia ultra 50. Laicorum ſodalitia ultra 160. Monialium ſepta in Diœceſi 14. Virorum circiter 60. inter quæ eminet Alverniamons, & Sacra Camaldulenſium Eremus inter Apenninos excelſa. Ipſa modo Civitas partim in planitie, partim ſupra collem placide extenditur, murorum ambitu duobus mille paſſuum cingitur, pulchris expletur ædificiis, quæ incolunt octo, & amplius millia mortalium. Laicale jus ibi per Commiſſarium à Sereniſſimo Magno Duce exercetur, reſervata quarundam rerum adminiſtratione penès Aretinum Magiſtratum. Fori Eccleſiaſtici jura extenduntur cum privativa, quoad omnes Judices Laicales, ſive cauſa activa ſint, ſive paſſive cum Laicis, & ſub pœnis cavetur; ne quis Clero adſcriptus, abſque licentia Epiſcopi, quempiam Laicorum conveniat coram foro ſeculari. Cauſis omnibus expediendis unus Vicarius Generalis incumbit, cui ſubſunt 13. Vicarii ſoranei, ſive plures, ſive pauciores ad placitum Ordinarii: pro Regularibus Conſervatores extant deputati in cauſis paſſivis, ubi vero eorum actio eſt, coram foro Epiſcopali ex decreto Gregorii XV. hæc debet eſſe: Monialium ſingulis Cœnobiis adminiſtrandis rebus temporalibus tres, ſeu 4. Viri nobiles Operarii præſunt, qui cum a Magno Duce deputentur, nuncupantur homines Ducales. Nova Cathedralis opere Gothico pulcherrimè ordinata S. Petro Apoſtolorum Principi, & S. Donato Epiſcopo Tutelari dedicatur, quam vulgus vocitat* S. Pietro Maggiore *ad differentiam alterius Eccleſiæ, quæ eidem Beatiſſimo Apoſtolo in ea Civitate intitulatur. Plurimis ſuperbit SS. Reliquiis, inter quas colitur S. Donati Corpus, quem pro Tutelari habent, præcipuus tamen Civitatis Patronus eſt S. Stephanus Prothomartyr, SS. etiam Lo-*

„*ren-*

,, *rentino, & Pergentini feſtum ſolemniori celebritate ex-pediunt ſingulis annis die 3. Junii. Corpus B. Gregorii Papæ X. præcipua devotione in eodem Templo aſſervatur. Clerus, qui divina peruget in hac Aretinorum Principe Eccleſia, ſunt Canonici 16. & 4. dignitates, quarum prima eſt Præpoſitus, cujus redditus cum florentiſſimi ſunt, ſummam 500. ſcutorum attingunt. Poſt ipſum ſequuntur Archidiaconus, Primicerius, & Decanus; Canonici annuatim ſcuta 100. circiter percipiunt, majorem partem dignitates, tertiam Archidiaconus, quartam Primicerius, quintam Decanus. Canonicorum alter Pœnitentialis, alter Theologali præbenda gaudet. Una Theologalis eſt collationis Epiſcopi, cæteri Canonicatus, tribus exceptis juriſpatronatus familiarum Natta, Redæ, & Tortella, in menſibus, qui non ſunt Romanæ Dataria, à Capitulo conferuntur. His adduntur Manſionarii 11. & 3. Clerici ad nutum amovibiles, 9. Beneficiati juriſpatronatus familiæ Spadaræ, ſed à Capitulo providentur 25. inferiores Clerici, ſeu Presbyteri, qui dicuntur aggregati. Præter Cathedralem, aliæ duæ inſignes Eccleſiæ viſuntur, in quibus divina miniſtrant; in una S. Mariæ in Cœlum Aſſumptæ de Plebe nuncupatæ Archipresbyter cum Decano., & 14. Canonici reſident, qui ex mente Sacræ Romanæ Rotæ Capitulo Cathedralis uniuntur, & quorum juris eſt in menſibus extra Datariam conferre vacantes Canonicatus, his accedunt 16. Manſionarii: Altera nobilis ſtructura ſub invocatione Sanctiſs. Annunciatæ, cui inſerviunt 8. Presbyteri amovibiles ad arbitrium Confraternitatis ejuſdem intitulationis. Animarum cura in 14. Parochias diſtinguitur, prima Capitulo Cathedralis commendatur, ejuſque exercitium perficitur per Manſionarium, ſeu alium amovibilem Sacerdotem; altera S. Mariæ de Plebe à Canonicis per ſimilem Capellanum adminiſtratur, tres Religioſorum Cœnobiis incumbit, cætera Presbyteris ſecularibus. Regularium ſepta virorum 11. Monialium totidem, & hæc certo 560. numero perſonarum coaleſcunt, unà in eadem via, quæ idcirco ſacra dicitur, aptiſſimè ordinantur.. Proſtat etiam Conſervatorium pro fœminis pauperibus, derelictarum nuncupatum, in quo ſummoperè puellæ excipiuntur, & ad omnem pietatem educantur. Decem eluceſcunt Hoſpitalia, quorũ majus S. Mariæ de Ponte præcipuè ordinatur natis fovendis, quos parentum pauperies, ſive improbitas projicit; duo Montes Pietatis ampliori Cenſu divites, Laicorum Sodalitia 17. & ſingula per Laicos Magiſtratus adminiſtrantur. Extant literaria palæſtra ad inſtruendos Juvenes, Clericorum Seminarium ad normam Concilii Trid. & in Collegio Piſano, 11. alii expenſis præfatæ Confraternitatis de Miſericordia Cives ſuos, qui ob redditum diminutionem, ad octo redacti ſunt. Nec prætereundum jam jam Lyceum Societatis JESU Religioſorum poſtremam lapidem ſuper impoſitum præferre, & in eo confluentes habere, qui aptè ex forma ejus inſtituti inſtruantur. Epiſcopus è conſpectu ſacræ Domus ſuas ædes habet; Cenſu, qui colligitur ex frugibus, variiſque terræ fructibus ſeptem mille ſcutorum locupletatur, ſed impræſentiarum ſe-mujor eſt. Conſtat ſanè ex proximo retro elapſis annis ad favorem Card. Nerii Corſini ſcutorum 3130. penſione gravatum fuiſſe. Ejus Taxa Romana eſt flor. 600. Lucent.)*

I. 1. S. SATURUS, primus Aretinorum Præſulum eſt, qui occurrat ſcribenti. Hic ille eſt, qui S. Donatum, tyrannorum perſecutionẽ fugientem, excepit, inauguravitq; in ſacerdotẽ, ut in vita ejuſdem ſancti narratur. Floruit autem Saturus Magni Conſtantini tẽporibus.

II. 2. Huic defuncto Epiſcopo, S. DONATUS, natione Nicomedus, Romæque ſub diſciplina Pigmenii presbyteri educatus, ſuffectus eſt. Siquidem cum Romæ eſſet, æſtuaſſetque Diocletiani teterrima perſecutio, in qua Pigmenius cum Donati parentibus crudeliter tortus interiit, Donatus, publicis Eccleſiæ commodis deinceps victurus, profugit Aretium, ubi Hilarinum S. Monachum, locique Epiſcopum benevolos receptores invenit, à quibus jam lector inſtructus, & ordinatus tanto ardore fidei evangelium Aretii divulgavit, ut etiam editis præclaris miraculis, vaniſſimum Idolorum cultum ex toto eliminaverit, tuleritque laudem extinctæ impietatis. Itaque cum contigiſſet Saturum è vita diſcedere, Julius Pontifex ad eum thronum Donatum evexit circa annum Domini 346. Quam ille deinceps Eccleſiam uſque ad Juliani Apoſtatæ tempora rexit. Cum igitur Donatum præclara ad Dei majorem gloriam molientem Quadratianus Auguſtalis comprehendi juſſiſſet, ſimul cum monacho Hilarino, exquiſitis tentatus tormentis capitali punitus ſententia interiit anno 362. ſuitque non procul à civitate ſepultus, cum Hilarinus præceſſiſſet Donatum ad coronam aliquot dies, ſiquidem ille 16 die menſis Julii, hic 7. menſis Auguſti evolavit ad Cœlos. a Cæterùm Aretini Donatum tanquam protectorem, ac præſidem civitatis meritò venerantur, & colunt, quod in totum jugulaverit impietatem, quod baptizato Zenobio divite præpotenti, ac nobili Epiſcopales cenſus ad miraculum locupletaverit, ut ex ſequenti monumento in Cex originali à Burali, ut ipſe habet, deſumpto, mihi tamen inſpecto, perſpicitur; cujus tenor talis eſt.

a Vide, quæ refert Baronius in ſuo Martyrologio ad dictam diem 7. Auguſti.

In Chriſti nomine, Amen.

Milleſimo centeſimo anno, quo Roma condita eſt, à nativitate Domini uſque nunc ſunt anni trecenti prope ſeptuaginta, in ſecundo anno ordinationis Damaſi Papæ reſidentis in ſede B. Petri Apoſtoli, menſe Majo, in die Pentecoſtes in fine tertii luſtri anno 4. Imperii Valentiniani Imperatoris Auguſti, baptizavit B Donatus Zenobium Tribunum filium Landerici, qui fuit ex Senatu Romano, qui & ipſi progenitores ædificarum caſtri Senenſe tẽpore Bruti Conſulis.

A die à qua ipſe Tribunus recepit Chriſtianitatem, non ceſſabat jejunare, & eleemoſynas facere, & orare, non recedebat à Donato Epiſcopo, quia ipſe inſtruebat eum inſtitutis ſalutaribus, & mittens ſervos ſuos per univerſas curtes ſuas, faciebat conſtruere eccleſias.

Primam Eccleſiam fecit ad honorem Dei Genitricis juxta caſtrum Senenſe, & dedit ibi medietatem de curte ſua.

Secundas Eccleſias fecit conſtrui in fine Comitatus Senẽſis in caſali Mejani, ad honorem S. Dei Genitricis, & S. Joannis Baptiſtæ, & S. Helenæ, & dedit ibi terram arabilem CL. ſtadia ad legitimas menſuras, & totam, & cunctam ſylvam de Chirigiano, una cum domo, & colle, ubi Bibianus habitat, una cum plantitiis ſuis uſque in viam Aretinam.

Item conſtrui fecit oratorium S. Petri & S. Viti juxta palatium ſuum, quod Rutilianus Miniſterialis cuſtodiebat, ipſe Rutilianus filius Buſini, homo Chriſtianiſſimus, cum non haberet eccleſiam, habebat duo cœmeteria, unum prope palatium pro ſe, & pro familia ſua, alterum longè juxta Alpiolam, ubi viri Chriſtianiſſimi ſepeliebatur, qui in villis moriebantur.

Cum dictus ſuum ædificaſſet oratorium, valde lætificatus eſt, & dedit ſuprascriptæ eccleſiæ omnes caſales Rutiliani, uſque in fontem Porcium, & ſupra fontem qui vadit in Caviciam, juxta ripam ſaxi, & ſupra ipſum ſaxum paſſus 50. ubi duo petræ erectæ ſunt, & ſuper ripam per ipſum planum, qui devenit juxta donum Corſiliani filii Corſi, deinde juxta aliam Cavitiam, quæ cuſtodit ad fontem Rutiliani.

Poſtea conſtruxit aliam eccleſiam juxta murum antiquiſſimum in caſalibus Palatini in honorem S. Quirici, & dedit ibi medietatem de curte ſua de Oſenna.

Quintam eccleſiam conſtruxit juxta fluvium Axum, non longe à fluvio Urcia, in honorem S. Petri, & S Martini, & dedit ibi inter campos, & ſylvas 30. manſos, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut decurrit Urcia non lentè. & devenit per finem juxta montem de Arva, deinde per ſylvam montis Capiſtoli uſque in monte verbi demum in Axo.

Sextam eccleſiam conſtruxit juxta caſtellum de Openna ad honorem Dei Genitricis, & S. Jo Baptiſtæ, & S Reſtitutæ, & dedit ibi ad regimen ſuum à foſſato Draconis per Umbronem, deſcendens uſque ad Urciam, & per ipſum flumen de Urcia, uſque ad foſſatum Mongelli, & per ipſum foſſatum Mongelli, uſque ad foſſatum Bulgari, uſque ad foſſam de Civitella, ubi terminus poſitus eſt; & demum per Serram Funiani, ad Carciolum, deinde ad caput de Lupo, ubi terminus eſt; & ibi incipit foſſatum Draconis.

Septimam eccleſiam conſtruxit; in illa eademque curia de Opeana, non longè à fluvio Urciæ in loco, qui dicitur Sextus ad honorem Virginis Mariæ, & B. Proſperi, & B. Jo Baptiſtæ ibi ſupra dictos foſſatos Bulgari, uſque ad Civi

tellam

tellam, & uſque ad foſſatum deſcendentem de Arva, uſque ad fluvium Urciæ.

Poſtquam conſtructæ ſunt eccleſiæ, rogavit Tribunus Donatum Epiſcopum ut conſecraret, & dedit in ſua poteſtate; biennio poſtquam baptizatus eſt, cogitavit ſe de Dei timore, & de æterna retributione, cum non haberet filium hæreditarium, pro redemptione animæ ſuæ, & animæ filii ſui, qui nuper defunctus erat, ut Dominus de peccatis ſuis abſolvere dignaretur. Rogavit hanc chartam in præſentia Miſſi Damaſi, & Petri Præpoſiti S. Pauli, & Julii Chartularii Miſſi Imperatoris Valentiniani, & in præſentia teſtium, quorum nomina interleguntur, in præſentia clericorum, & laicorum, nobiliumq; hominũ in atrio S. Mariæ, ad quã ipſe Epiſcopus ad conſecrandam venerat, in atrio ſuperius ſupraſcripto.

Ego Zenobius filius Landerici, do, trado, & offero, omnemque hæreditatem, quæ eſt in comitatu Senenſe, trado tibi ad honorem Eccleſiæ Aretinæ, quæ ædificata eſt ad honorem Dei Genitricis, & S. Stephani protomartyris, ut tu Pater Donate, & poſteri ſucceſſores tui habeatis, & teneatis ad utilitatem, & obſequium ſupraſcriptæ Eccleſiæ, ſine mea, & humana contradictione, quoniam dare facio omnia, quæ tibi do hodie.

In primis iſtam eccleſiam, in cujus atrio ſumus; quæ eſt prope caſtrum Senenſe, cum medietate de iſta curte, & integra curte mea, quæ eſt juxta flumen Arbia, alia curte media, quæ eſt juxta Gueſconam uſque in Umbronem, deinde ſicut decurrit Umbronem, & jungit ſe in Urcia, & per ipſum flumen Urcia uſque ad flumen Creſam, & per ipſam Creſam uſque ad viam Aretinam, & per ipſam viam Aretinam uſq; in verticem montis, unde Clanæ poſſunt intueri; demum in colle Arrianelli, ubi habitaverunt Arriani, deinde in montem ubi reperitur vena ferri, quam Banuiane miniſteriale recepit, deinde de monte tertio vertitur in ſylva uſque in balneo Rapulani, demum omnes ſylvæ uſque in Brolio. Extra infraſcriptos terminos ſunt fines de Comitatu Senenſi ex tribus partibus, quia quod infra iſtos terminos habeo, & teneo, omnia ſunt in tua poteſtate, & ſucceſſorum tuorum.

Item medietatem de omnibus montibus excelſis, & omnibus ſylvis in prima curte infraſcriptis in Seſciano, ſecunda in balneo Rapolano, tertia curte in monte Cænamolo, quarta in ſaltu, quinta, & ſexta in Openna, juxta fluvium Furiani venatoris, ſeptima, juxta Aſſum, ubi jam conſtructa eſt eccleſia, octava, in Oſenna quæ tradita eſt in honorem S. Quirici, una cum monte Saturno, uſque in Urcia.

Nona curte in ripa Cortiniani, ubi Corſinianus filius ſuus ſupra ripam reſedit, & iſta eſt domus mea in caſalibus Ruſtiliani Miniſterialis, in ſupradictos caſales Ruſtiliani, & Corſiniani dedit S. viro.

Modo adungo alpiolam, cum planiciis, & pendiciis ſuis, uſque Telonica, & uſque Medilsalla, & uſque ad ripam montis Fanuli, & totum collem Porciani, ſicut de uno latere excurrit fons Porciani, & caſales, quæ ſunt juxta montem Rotas, & caſales Sylvoli, deinde uſque in verticem montis Rotundi, qui alio nomine dicitur monte Urcino, pendiciia ſua vadunt in Urciam, de alio latere currit Creſa, & integris duobus manſus in ſummitate montis Luciniani uſque in Rigo, & toto prato ad montem uſque ad fontem Urcinam, in Caſolo, & in ſylva Cancelli, cum ſupraſcripta eccleſia, quæ conſtructa eſt in caſalibus Maſani, & cum omnibus, quæ ibidem dedi, una cum eccleſia S. Viti, & S. Quirici, quæ eſt juxta murum antiquiſſimum.

Omnes alia terra, & ſylva, montes, & colles, prata, & paſcua, & paludes, & fontes aquarum, campis cum vicis, & vilis, aldionibus, & omni aaſicio eorumdem, hæc omnia, infra ſe, & ſupra ſe habentes, ſint in tua poteſtate Pater Donate, & eccleſia tua.

Quod ſi ego, aut aliquis ſuperbus, qui hanc infraſcriptam chartulam offenderit, & non emendaverit, maledictus, & excõmunicatus à conſortio omnium Chriſtianorum ſit, & cum Iuda proditore habeat portionem. Unde ſciatis omnes, qui uſque nunc pro me habuiſtis, & tenuiſtis; fideliter obediſtis, jam amplius, pro ſupraſcriptis beneficiis, non obediatis, ſed obedite Deo, & veſtro Donato Epiſcopo, & poſteris ſuis rectoribus Eccleſiæ ſua, ita ut in unaquaque curte eccleſiam baptiſmalem conſtituat & omne ſervitium, & tributum, quod ſoliti eſtis mihi, ad Rectores ſupraſcriptæ Eccleſiæ date vos, & hæredes veſtri in perpetuum.

A *Quum verò hanc chartulam bono animo fece Heutolmio Iudici tradidi ad ſcribendum. Ego Heutolmius Iudex ante eum legi, & ipſe Tribunus firmavit manu ſua in hunc modum. Signo manus Arnaldi, & Hibaldi filii Agmidei rogati teſtes. Ego Propertius laudo, & manu mea ſcribo. Signo manu Elprandi Vicecomes, manu ſua ſcribere rogavit ſigno manus. Ego Bernardus teſtis ſcripſi. Ego Ioannes Eccleſiæ Romanæ miſſus, ex parte Damaſi Pontificis, laudo, & firmo manu mea. Ego Iulius Chartularius firmo omnia, quæ Imperator Philippus, & Diocletianus, & Conſtantinus per præcepta ſua firmaverunt, ab Avis, & Atavis Zenobii dederunt, & tradiderunt; omne placitum, & tributum, quicquid ſoliti erant habere, ego firmo ex parte mei Imperatoris, ut eccleſia B. Donati Epiſcopi habeat ſine ulla moleſtia. Ego Heutolmius ſcripſi, & complevi.*

Presbyter Rannuius Archipresbyter Monti Alcini.

Presbyter Iacobus, & Orlandinus ad hoc exemplum legendum, & auſcultandum, cum authentico Inſtrumento, & huius rogati ſunt teſtes.

B *D. Ranucceus Archipresbyter Montis Alcini. Ioannes presbyter. Ioannellus Diaconus, & ad hoc exemplum legendum, & auſcultandum fuerunt, & nihil invenerunt additum, vel minutum, præter punctum, vel ſyllabam, quæ ſenſum non mutant, hujus rei ſunt teſtes.*

Ego Palmerius quondam Iacobi notarius, ſecundum quod vidi in inſtrumento confecto per manum Petri notarii, & Præpoſiti S. Pauli, ita in hoc præſenti ſcripto non addens, nec minuens, & illud exemplavi, & ſubſcripſi ſub an. Domini 1275. indictione III. die 19. Septembris.

Hoc ego inſtrumentum, ſive donationem à Zenobio Eccleſiæ Aretinæ, ac D. Donato collatam in medium adduxi, non quod, ut ex meo diſcurſu colligo, verum illud arbitrer, ſed ut lectorum curioſitatem expleam, qui aliquorum hominum artes, qui vel ad ſuam illuſtrandam, exornandamque patriam, vel ob alias utilitates aucupandas, fabulas elegantes adornant, ac inſtruunt, inſpicere delectantur. Hujus inſtrumenti diverſa ego exempla inſpexi, quæ ex primario exemplari in archivo Cathedralis Eccleſiæ decerpta prædi-C cabantur, eaque omnia ab anno fundatæ Romæ 1083. incipiunt, eo excepto, quod Iacobus Buralius protulit, & ab an. Urbis conditæ 1100. Valentiniani 4. inchoat. Annus verò fundatæ Urbis 1100. in ann. Chriſti 370. incidit, ex quo exempla illa vacillare, ac fide ancipiti laborare conſpicuum eſt, & conjectura magis, quam certis argumentis ad aſſequendam, vaticinandamque veritatem duci. Verum animi gratia inſtrumentum excutiamus, ejus hæc verba ſunt. *In Chriſti nomine Amen.* 1083. *anno quo Roma condita eſt, & à nativitate Domini uſque nunc ſunt anni ferè.* 370. Hic annus 1083. in ſextum annum imperii Conſtantini Magni incurrit, cum ſolus, Baſſo, & Ablavio Conſulibus an. Chriſti 333. imperaret, in eoque calculo ante Valentiniani imperium 37. anni excurrunt; præter adulterinum hoc annorum computum, nullum Valentinianum ſolum imperium geſſiſſe reperitur, anno enim 370. Urbis autem conditæ 1120. Flavio Lupicino, & Flavio Iovino Conſulibus, Valens cum Valentiniano imperavit: ita utriuſque Auguſti mentio fieri, ac committi D inter ſe tempora ac componi debuerunt. Ait præterea in ſecunda ordinatione Damaſi Papæ, reſidentis in ſede Petri Apoſtoli menſe Majo. Hic annus, ſecũdum ejus, qui inſtrumentum finxit, ſententiam in annum 369. Majo menſe incidit, & cum Gratiano ſecũdo concurrit. Proſequitur inſtrumentum in fine tertii luſtri; luſtri mentio ſupervacanea eſt longè ante prætermiſſa: adde quod annus Romæ conditæ 1083. in tertii luſtri finem non cadit, quare ita dicere oportuit tali anno, luſtri talis. Adiice poſt deletam, obrutamq; Paganiſmi ſuperſtitionem annos fundatæ Romæ, in uſu, ac conſuetudine non fuiſſe, ſed tempora annis ſalutis noſtræ ſolita diſtingui, & inſigniri. Adde eos, qui in ſcriptis latinis exerciti ſunt, cum diverſa temporũ ſerie immutata fuerit latinitas, eos hoc inſtrumentũ ab hinc ann. 400. vel 500. atque ſubornatum agnoſcere, cum etiam perſonarum in dicto inſtrumẽto occurrentium nomina, poſt Longobardos fingi cœperint, nec temporibus Valentiniani vigere, vel uſurpari po-

tuerint. Porro illud nomen, caſtrum Senenſe, antiquũ eſſe non poteſt, cum Valentiniani temporibus coactæ in unum domus, quæ mœnibus cinctæ eſſent, civitates, quæ non circumdata, ſuburbia, ut ex Antonini Auguſti itinerario facile colligitur, dicerentur. Illa verò vox (Caſtrum) Friderici I. temporibus, vel non multo ante in ea ſignificatione emerſit. Plura verò alia verba inſtrumento ſparſa ante Carolum Magnum neque in publicis, nec in privatis ſcripturis, ut Iudea, Chartularius, Miſſi, Aleodæ, Curtes, Caſales, Stadia, & Chriſtianitas, non frequentabantur. Præterea privati ab inferioribus tributa exigere non poterant, aut acta ad juriſdictionem pertinẽtia Imperatorum temporibus edere, ne imperium aliquo modo affectare viderentur. Valentiniani etiam temporibus ſcripta publica literis majuſculis, non minuſculis, conſcribebantur. Tum in hoc inſtrumento collega Bruti Conſulis non appellatur, cum tamen in ſcriptis publicis ambo Conſules apponerentur, adeo ut olim cum Bibulum, ut ignavum hominem nollent adſcribere, Iulio, & Cæſare Coſs. unico nomine in duo diſtincto appoſuerint, ne ab illius temporis ſtylo, ac conſuetudine diſceſſiſſe viderentur. Inter ſubſcriptiones unus ita ſubſcriptus reperitur; *Presbyter Ranutius Archipresbyter Montis Alcini*, ac paulo poſt idem in alia; forma repetit; *Dominus Ranuccius Archipresbyter Montis Alcini*; modo Ranutium, modo Ranuccium appellat; primò, Presbyterum vocat; ſecundò, Dominum: illa porrò vox Archipresbyter ea tempeſtate parum uſurpabatur. Cum primis illis temporibus non ita in eos ordines clerus diſtinctus eſſet, ſed tantummodo poſtquam Imperatorum perſecutiones extinctæ fuerunt. In eo habentur inſuper aliquorum fluminum nomina, quæ eorum temporum ratione habita apud veteres auctores non reperiantur. Convincit præter ſuperiora ejus falſitatem; quod Senas non ea celebritate, ac amplitudine velit tunc floruiſſe, ut proprio Epiſcopo gauderet, ſed ſpeciatim Aretinæ Eccleſiæ in ſpiritualibus ſubiacuiſſe, cum, uti videbimus ad an. 310. Lucifer Senenſis Eccleſiæ Epiſcopus extiterit, ac Florianus Senenſis Epiſcopus, ſub Melchiade Papa ann. 331. Concilio Romano interfuerit, longo ante Valentinianum Imperatorem temporum intervallo. Quæcumq; verò hujus inſtrumenti fingendi cauſa extiterit, cognoſcere parum intereſt; illud tantummodo ſuffecerit ob dictas rationes contra venerandæ antiquitatis hiſtoriã rem inſtructam, ac ſubornatam, ac puram fabellam mihi videri; ac quamvis aliqui meam conjecturam, & ſententiam alienam à veritate arbitrentur, non tamẽ innumeris, rem ab annis circiter 400. comparatã, confictamque ſentientibus ſcrupulus non eximetur. Nec verò hæc in eorum contemptum, qui contrarium ſenſerint, dicta, ac exarata velim, cum quiſque, iis quamvis fabellis, ac ingenioſis commentis fidem adhibere libere poſſit:

Hilarini autem oſſa, de quo ſupra habetur mentio, ad Oſtia Tiberina condita jacent, quo poſt ejus glorioſum exceſſum tranſtulere Chriſtiani.

III. 3. GELASIUS Donato ſucceſſit circa ann. Dom. 366. abluit ſacro fonte S. Andream cum 50. aliis ejuſdẽ familiæ nobiliſſimæ Aretinæ, ex vita S. Gaudentii.

IV. 4. DONATIANUS *a* floruit anno 371. cujus oſſa ſub altari majori cathedralis requieſcunt.

a al. Domitianus.

V. 5. SEVERIANUS *b*, ſive SEVERUS 372. Iſte eſt, qui vitam S. Donati ſcripſit, quam arbitratur Baronius fuiſſe depravatam, cum multa continere videatur, quæ veram hiſtoriam minimè addeceant; ejuſdemque ſancti vitam narravit Silvanus Razius, ex Mombritio, & Petro, aliiſque in Catalogo &c. Cæterum Severianus cum ad duos annos Præſul Aretinus vixiſſet, cum eximia ſanctimoniæ laude vitã finivit.

b Seu Severinus.

VI. 6. FLORINTIUS *c* Aretinorum Pontifex fuit 375. ivit ad ſuperos anno 377.

c Al. Florentius.

VII. 7. MAXIMUS ea eadem ſede jus dicebat an. 377.

VIII. 8. EUSEBIUS ad eandem ſedem aſcendit an. 380.

IX. 9. S. GUADENTIUS Aretinus Epiſcopus, cum Coſmatio ejuſdem Eccleſiæ Diacono Imperante Valentiniano Cæſare, Marcellino verò Aretino Præſide, nobilem palmam ſumpſere martyrii. Quamquam enim Valentinianus chriſtianæ pietati faverit, nulluſque jam eſſet Aretii, qui Chriſtiana ſacra publicè non profiteretur, Marcellinus tamen pertinaci crudelitate debacchabatur in Chriſtianos, in quibus enituere, ut non ſemel dicimus, Gaudentius, atque Coſmatius, quorum corpora ſequenti die Decentius Presbyter haud ab Aretio procul, quam potuit decentius ſepelivit prope theatrum, fluviumque Caſtrum. Horum meminit Martyrologium Romanum hac ipſa die. Haud verò miretur Lector, ſub Imperatore Chriſtiano, viros Chriſtianos, ac ſanctimoniæ laude florentes potuiſſe crudeli, violentaque morte mulctari. Valentinianus enim in ſui Principatus exordio, civitatum adminiſtris Gentilibus uſus eſt, qui ſæpius vel diſſimulanter concitata turba ſoliti erant in Chriſtianos ſævire, ſicut Gaudentio, Coſmatioque accidiſſe Romanum Martyrologium narrat. A furenti etenim Populo contrucidati narrantur. Gaudentius ad Aretinam ſedem aſcendit anno 381. pauloque poſt palmam promeruit martyrii.

10. DECENTIUS Presbyter planè Sanctus, qui Martyrum præfatorum corpora ſepelierat, in Epiſcopatũ ſucceſſit 382. pieque deceſſit poſt Aretinam per aliquot annos adminiſtratam eccleſiam anno 422. X.

11. LAURENTIUS, Decentii ſucceſſor fuit 422. ſub cujus Pontificatu Aretii coronati martyrio, ſunt Juſtus, Armenius, Aſterius, Caſſiaque ejuſdem filia, atque Marcellus. XI.

12. EUSEBIUS Epiſcopus Aretinus creat. eſt 444. XII.

13. GALLIUS autem, anno 447. XIII.

14. BENEDICTUS, anno 501. XIV.

15. OLIBRIUS, ad Aretinam ſedem pervenit anno 520. XV

16. UNDICIANUS vero anno 550. XVI.

17. CASSIANUS Undiciano ſucceſſit ann. 563. XVII.

18. DATIUS, ſive Dativus, Aretinorum Præſul fuit anno 580. XVIII

19. DULCISIUS verò anno 590. XIX.

20. INNOCENTIUS, cujus extat mentio in quodam privilegio Agiulphi Regis Longobardorum Eccleſiæ Aretinæ indulto anno 599. XX.

21. MAJORANUS, quem alii Maurianum vocant, præfuit Aretinis anno 617. XXI.

22. SERVANDUS floruit anno 630.

23. CYPRIANUS autem anno 654. XXII.

24. BONHOMO in Aretina ſede fulſit ann. 659. vixit ad annos 17. divinumque cultum perurſit in S. Maria ad Gradus tunc Cathedrali. XXIII

25. VITELLIANUS eandem obtinuit ſedem anno 676. XXIV

26. CYPRIANUS Sextam Synodum(1) Conſtantinopolitanam ſub Agathone Papa ſubſcripſit anno 679. an verò cum ſuperiore Cypriano, hic idem ſit, mihi ſanè, incertum. Suſpicor eundem eſſe ex ſuperiorum temporum ſcriptorum incuria. XXV XXVI

27. ALPHATIUS, qui etiam eſt Alparius, floruit anno 685. XXVII.

28. DEODATUS ſedebat ann. 707. XXVIII.

29. ABJEUS, quem alii Eliſæum vocant, Aretino throno nobilitatus eſt annu 713. XXIX

30. LUPERTIANUS, ſive Impartianus, vixit anno 745 *d*. Hunc Epiſcopum Alexander II. memorat in quadam Bulla Aretinæ Eccleſiæ indulta, ut infra ſuo loco dicetur, retulitque à Luitprando Longobardorum Rege hoc, quod ſequitur ejuſdem farinæ cũ ſuperiori donatione Zenobii Tribuni, gratioſum Privilegium à Burallo relatum *e*. Fides apud ipſum eſto. XXX

d 715.

Dum in Dei nomine ex juſſione Piiſſimi, & à Deo conſervati Domini Luitprandi Regis directus fuiſſem. Ambroſius Illuſtris Majordomus partibus Tuſcia . . . . in Civitate Aretina, ibique veniens ad nos beatiſſimus vir Lupertianus Epiſcopus hujus Aretinæ civitatis Eccleſiæ, ſuggeſſit nobis, eo quod multas violentias ſuſtinuerit ab Epiſcopo Senenſi nomine Deodato de Eccleſiis, vel Plebibus, quas à tempore Romanorum ſedes S. Donati poſſidebat. Hoc audito fecimus ſupraſcriptum Adeodatum una cum Tasperto Caſtaldio Senenſis Civitatis

e Nos hic illud contexinus, prout refertur in Hiſtoria Aretina mſ. Franciſci Mariæ de Actis.

S tatis

(1) Subſcripſit in Synodo Rom. Epiſtolæ Agathonis Papæ pro VI. Synodo C.P. an. 680. Laurent.

A catis . . . . in noſtram venire præſentiam; quatenus, cum jam dictus Lupertianus Epiſcopus Aretinæ civitatis, de prædictis Eccleſiis cauſam dicere deberet: ſed cum ſe ambæ partes in noſtros conjunxerunt præſentes in Curte a Domini Regis; in loco qui dicitur ad S. Martinum; aſſerebat . . . . prænominatus Lupertianus Epiſcopus dicens; quod baptiſterium S. Felicis; baptiſterium S. Mariæ in Pacina, baptiſterium S. Viti juxta Veſcona, baptiſterium S. Joannis; baptiſterium S. matris Eccleſiæ in Seſciano; baptiſterium S. Andreæ in Malceno; baptiſterium S. Andreæ Aſciano b; baptiſterium S. matris Eccleſiæ in Coſona, baptiſterium S. Valētini in Urſino c; baptiſterium S. Matris Eccleſiæ in Caſtello Peliſsano, baptiſterium S. Viti in Rutiliano; baptiſterium S. Quirici in Oſeona; baptiſterium S. Matris in Eccleſia in Pava; baptiſterium S. Reſtitutæ, baptiſterium S. Matris Eccleſiæ in Miſula, nec non Monaſterium S. Angeli in Luco; Monaſterium S. Petri in Axo, una cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis: ad prænominata baptiſteria, à tempore Romanorum Imperatorum ſemper ſedes S. Donati ipſas Eccleſias prænominatas ordinavit; & Sacramentum in Presbyteros fecit, & Chriſma ſemper de eadem ſede petierunt, & Presbyteros, qui modo præſentes in iſtis Eccleſiis eſſe noſcuntur, anteceſſores noſtri, & nos ibidem ordinavimus. Ad hæc reſpondebat prænominatus Deodatus Epiſcopus Senenſis Civitatis; quod Eccleſia iſta vel Tiocia d, unde agimus in territorio Senenſi poſita ſunt, & ad Senenſem Eccleſiam debent pertinere, quia dum Longobardi Tuſciam occupaſſent, in Senenſe Civitate minimè Epiſcopus fuiſſet ordinatus: Epiſcopus ille, qui in Aretino tunc temporis erat, eccleſias iſtas poſſidebat, & etiam quod certum eſt presbyteros ordinavit, & ſacrationem in ipſas fecit, ſed per noſtram petitionem; eo quod Sena minime haberet Epiſcopum; & poſt quam Longobardi in Italiam ingreſſi ſunt, primum quidem tēpore Rotarii Regis, ordinatus eſt in civitate Senenſi Epiſcopus nomine Maurus, & ſi per veſtram petitionem ipſas Eccleſias ordinaſſet, cur eas nobis ab ipſo Epiſcopo, vel ab ejus poſteris dimiſſa ſunt, ſicut eas antea tempore Romanorum poſſidemus ſicut Longobardorum tempore, ſine aliqua querela a jure S. Donati, pertinuerunt ſemper, & ut completum cognoſcas eſſe manoſcriptum Presbyterorum, qui fecerunt ad ſedem S. Donati, quando in honore ſuo, à nobis ordinati ſunt, & . . . . Sacramenti ubi juraverunt ad prædictam ſedem, ſecundum qualiter conſuetudo eſt. Nunc nos qui ſupra Ambroſius majordomus illuſtris, dum ad tantorum annorum curricula poſſeſſionem S. Donati in prædictis baptiſteriis, vel Tiociis e eſſe cognoviſſemus; juſtum nobis paruit, ut qualiter, quo tempore, quo Longobardi Italiam ingreſſi ſunt, uſque in præſenti tempore, ſedes S. Donati ſupra ſcriptas Eccleſias poſſedit; modo, & deinceps ſine aliqua taxatione, eas liceat Canonico ordine iudicare, & ordinare, & nullam facundiam f habeat, neque Adeodatus Epiſcopus Senenſis; nec poſteri ſucceſſores ejus, contra Lupertianum, & ſucceſſores ejus . . . . loquendi, vel cauſandi: ſed in omni tempore in eadem deliberatione, ambæ partes debeant permanere.

a Al. Cuna.

b Al. Acciano.

c Al. Urſino.

d Al. Dioecia.

e Al. Dioceſis.

f Al. Facultatem.

Unde hanc notitiam pro perpetua firmitate Sigifredum Notarium Regis ſcribere admonuimus, facta notitia menſe Auguſti, Regnante Excellentiſſimo D. Loitprando Rege Anno III. indictione 31. Actum in Curte Domini, Regis in Civitate Senis.

D Flavius Luitprandus Perexcellens Rex viro venerabili Patri noſtro Lopertiano Epiſcopo.

OBtuliſti in præſentia regni noſtri judicatum illuſtris majordomi noſtri Ambroſii, in quo continebatur, eo quod cauſa, quæ vertebatur inter te, & Deodatum Epiſcopum civitatis Senenſis, de Eccleſiis ſanctorum Dei in quibus baptiſma conſuetudo eſt faciendi, audierat, de qua reſpiraſti ad noſtram præexcelſam poteſtatem, per Aldion g fidelem noſtrum, et ipſum judicatum qualiter à ſuprascripto Ambroſio finitum eſt, per noſtrum præceptū firmare deberemus. Nos quidem ipſius audientes . . . . & cognoſcentes per ipſum judicatum, ſeu & per Taupertum Caſtaldium; quia tua jam dicta Eccleſia Lupertiane longa eſt poſſeſſio; propter mercedem animæ noſtræ præſens firmitatis noſtræ præceptū tuæ beatitudini emitti præcepimus; ita ut admodo eas dictas Eccleſias, quæ in

g Al. Aldohnum.

A judicato leguntur, univerſa in tua poteſtate, ordinatione, atque Dominatione permaneant; ſicut à longo tempore uſque hactenus permanſerunt . . . . . Ad te vel tuos ſucceſſores futuris temporibus conſerventur, & cuſtodes in eas ordinentur ſeu & Presbyteri, vel omnis ordinatio à vobis Canonicè, & regulariter fiat, atque baptiſterium, & nullam facundiam jam dictus Adeodatus Epiſcopus, contra te vel tuos ſucceſſores habeat, aliquod de ſuprascriptis Eccleſiis loquendi: ſed nec de conſecratione earum, aut Presbyterorum, aut qualemcumque ordinationem, aut diſpoſitionem: ſed ut ſupra præfati ſumus per tuam inſtantiam, atque per ſucceſſorum prædicta Eccleſiæ ordinentur, atque . . . ſicut textus judicati noſcitur continere; vel a ſupradicto Ambroſio deffinitum, atque ſancitum eſt. Quatenus ab hodierna die nullus Dux, Comes, Caſtaldus, vel actionarius noſter contra præſens noſtræ firmitatis præceptum ire quandocunq; præſumat, ſed ne ſupradictum eſt, jam præfatæ Eccleſiæ in tua atq; ſucceſſorum tuorum permaneant poteſtate, ſecundum antiquam conſuetudinem ex edicto D. Regis per Poſonem

B Notarium, & ex edicto Sigifredi notarii.

Datum Ticini in Palatio Regio 6. die menſis Martii an. feliciſſimi Regni noſtri III. Indict. XIII. feliciter, & ut verius credatur de annulo noſtro ſubtus ſigillavimus.

31. STABILIS, Aretinæ ſedis ſtabilem poſſeſſionem accepit anno 741. XXXI

32. COMNIMUNDUS, natione Longobardus Aretinam rexit Eccleſiam anno 751. ad viginti quatuor omnino annos. XXXII.

33. Ad eandē ſedē ſublectus eſt ELVETUS 755 b. XXXIII.

34. ARIPERTUS, ſive ELEMPORTUS, Lampertus vocatur in Concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826. qui etiam eſt Arimbertus. In quodam Caroli Magni Privilegio memoratur indulto Aretinæ Eccleſiæ anno 795. in quo quidem Buraliū hallucinatum eſſe crediderim, qui duos Aripertos induxit. Ego verò hunc illum eſſe ſuſpicor, qui diuturnam litem Senenſi Epiſcopo intentavit, exercuitque; retulitque à Carolo Magno hoc ſequens Laudum, privilegiumque. b 775. XXXIV.

C Karolus Gratia Dei Rex Francorum, & Romanorum, atque Longobardorum.

QUicquid in noſtra, & in Procerum noſtrorum præſentia, juſto, ac recto tramite diligenti examinatione, ſecundum juſtitiam SS. Patrum, fuerit terminatum, vel deffinitum, oportet noſtris confirmare oraculis; ita ut Chriſti propoſitum perpetuis temporibus maneat inconcuſſum.

Igitur notum ſit omnibus, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Guaſtaldis, ſeu reliquis Tronariis, & cunctis fidelibus noſtris, præſentibus, & futuris. Quia dum nos Domino protegenti Romā, ad limina SS. Principum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, pro quibuſdam cauſis S. Dei Eccleſiæ, ac D. Leonis Papæ perveniſſemus; ibique una cum ipſis Ducibus, Guaſtaldiis, ſeu reliquis fidelibus, ac Proceribus noſtris reſidentes.

Pervenit Aribertus S. Aretinæ Urbis Eccleſiæ Ven. Epiſcopus, in præſentia noſtra ſuggerendo, ac proclamando ſuper Andream S. Senenſis Urbis eccleſiæ ven. Epiſcopum dicens.

D Quia Diœceſis Eccleſiæ ſuæ, quam à priſcis temporibus prædeceſſores ſui Epiſcopi, vel ipſe tenebat, tempore Aariani quondam Papæ, invaſiſſet Redobertus quondā S. Senenſis Urbis Eccleſiæ Epiſcopus, & poſtmodum eā detinuiſſet Haime quondam Epiſcopus ſupradictæ Senenſis Eccleſiæ, & uſque nunc eam detineret præfatus Andreas Epiſcopus ante dictæ Senenſis Eccleſiæ, id eſt Monaſterium S. Anſani, ubi ipſe corpore requieſcit, cū reliquis Eccleſiis. Et dum inter eos pro ea re maxima verteretur contentio, rogavimus ſanctiſſ. ac Reverendiſſ. D. & in Chriſto Patri LEONI ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, ut ſecundum canonicam authoritatem eos una cum ſuis Sacerdotibus pacificare deberet, ſicut & fecit, unde & judicatum, & præceptum authoritatis ſuæ, ſupra nominato Ariberto S. Aretinæ Eccleſiæ Urbis Epiſcopo quatenus deinceps ad partem Eccleſiæ Parochiam ſuam cum omni integritate, ſicut ab antiquitus fuit, tenere, & poſſidere debeat.

Sed pro integra firmitate petiit ſerenitati noſtræ me-

mora-

moratus vir ven. Aribertus ſupraſcriptæ S. Aretinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ut et nos demus, circa ipſam S. Eccleſiam Dei; Secundum quod D. noſter Leo ſummus Pontifex, & ven. Papa, cum venerabilibus omnibus cæteris fidelibus S. Eccleſiæ, juſto tramite, & æquitatis ordine diffinivimus, & per præceptum authoritatis ſuæ confirmavit, pleniſſima deliberatione cedere, & confirmare deberemus. Cujus poſitionem pro Divino cultu, & reverentia ipſius S. Eccleſiæ denegare nolumus; ſed in omnibus ita conceſſiſſe, vel confirmaſſe cognoſcere præcipientes. Ergo jubemus quod perpetualiter dictam commemoratam ſanctam Dei Eccleſiam jure firmiſſimo manſuram eſſe volumus, & inſpecta ipſa authoritate, vel confirmatione, prædicti D. bonæ memoriæ Patris Leonis ſummi Pontificis, & univerſalis PP. ſicut per ipſum declaratum, ita deinceps valere ſupranominatus Aribertus S. Aretinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſuique in perpetuum ſucceſſores, qui fuerint Rectores in S. Dei Eccleſia ſua, & monaſteria, & baptiſteria, ſicut à priſcis temporibus tenere, & poſſidere, juxta SS. Patrum, & æquitatis ordinem regere, & gubernare. Et ut hæc authoritas firmior habeatur, & per tempora melius conſervetur, manu propria ſupra firmavimus, & de annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Karoli Magni † Imperatoris.

Data 4. Nonas Martias, 33. & 34. anno Imperii noſtri. Actum Romæ in Eccleſia S. Petri Principis Apoſtolorum, ubi ipſe in corpore requieſcit feliciter.

XXXV. 35. PETRUS Aretinorum Præſul adlectus eſt an. 833. in quo ipſo anno Lotharius Imperator hoc ſequens privilegium Aretinæ indulſit Eccleſiæ, quod retulit in ſuo Catalogo his verbis Buralius.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.
Lotharius, Divina ordinante providentia Imperator Auguſtus.

Quicquid Divini amoris ductu locis conferimus Deo devotis, id veris, & æternis munificentiis reſpondendo minime dubitavimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ, & noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris, quia nos ad precationem Petri ven. Aretinenſis Eccleſiæ Epiſcopi, conceſſimus ad eccleſiam S. Donati, ubi ipſe in corpore requieſcit, & ſedes Epiſcopi eſſe dignoſcitur, pro emolumento animæ noſtræ, quandam eccleſiam in honorem S. Petri conſtitutam, cum omnibus pertinentiis, & adherentiis ſuis, ſitam in loco, qui dicitur Caſtellus in territorio Aretino conſtitutam videlicet, quã pridẽ Avunculo noſtro PIPINO glorioſo Regi, Barbatianus quendam presbyter, ex ſua proprietate contulerat ad habendam, & præſenti tempore Aliprãdus presbyter ſub annualem redditionem, & noſtra munificentia habere dignoſcitur, ſed pro firmitatis gratia, ad eundem ſanctum, & venerab. locum, hanc noſtræ authoritate fieri juſſimus, ut nullus quilibet, vel qualibet publica perſona, præfatæ eccl. vel Rectoribus ejus, ullo unquam tempore, de præfata eccleſia, cum omni pertinentia, vel adhærentiis ſuis, ac pertinentiis, quamlibet præſumat inferre moleſtiam, aut controverſiam, ſed quietè, & ſecurè liceat eandem eccleſiam, cum omnibus ſuis pertinentiis, & adherentiis, Rectoribus ejuſdem poſſidere, atque ſecundum illius loci utilitatẽ, prout libuerit regere, atque diſponere. Et ut hæc authoritas largitionis noſtræ pleniorem, in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria ſubterſcripſimus, & Annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Lotharii † Imperatoris Inviciſſimi Auguſti.

Protomus ſubdiaconus, atque notarius ſcripſi.

Data, II. nonas Octobris, anno Chriſti propitio DCCCXXXIII. Imperii D. Lotharii Imperatoris xiii. indict. IV. apud . . . .

In Dei nomine feliciter.

Petrus Romæ fuit anno 845. *a* interfuitque Concilio celebrato ſub Leone IV. an. 853. at verò, à Lothario Imperatore ampliſſimum retulit privilegium.

a Hunc Petrum ſolum facit à ſuperiori Buralius.

XXXVI. 36. JOANNES Epiſcopus Aretinus, Palatinusq; Comes, Caroli Calvi Imperatoris conſecrationi interfuit, celebratæ ab Aſperto Archiepiſcopo Mediolanenſi anno 876. Fuit legatus Apoſtolicus, dum juramentum fidelitatis eidem Carolo Calvo præſtaretur anno 877. Ejuſdem etiam Joannis mentio extat in quodam privilegio Sigifridi Ducis anno 858. Illiuſque meminit Baronius ad annum 876. (,, *Interfuitque Concil. Pontigonenſi, Ticinenſi, & Ravennati.*) Ab Oſtia Tiberina tranſtulit Aretium corpora SS. Floræ, Luciliæ, Eugeniique Regis Africani, de quo Petrus Damianus, Baroniuſque in notis ad Martyrologium Romanum die 29. menſis Julii.

37. PETRUS, hujus nominis III. (1) Aretinorũ narratur fuiſſe Epiſcopus, ex privilegio Ludovici Regis Italiæ an. 901. & ex monumento Lucenſis Eccleſiæ an. 905. ut infra in Epiſcopis illius videbimus. XXXVII.

38. THEODORICUS, *b* ſive Theodecius Aretinis divinum jus dixit anno 922. XXXVIII.

b Al. Theodoſius.

39. GUILLELMUS, creatus anno 955. XXXIX.


40. EVERARDUS, ſive Bernardus, de quo Luitprandus, Romæ Concilio interfuit, quod Otho Imperator ibidem celebrandum curavit anno 963. *c* In quo Joannes Papa XII. deturbatus de ſede eſt, ſublectuſque Leo VIII. (,, *Interfuit etiam Concil. Ravenn. anno 967.*) XL.

c Hucuſque legitur Everardus Aretinenſis, pro Aretinenſis.

41. ALPERTUS, ſive Edembertus an. 972. Canonicis Aretinæ Cathedralis plura privilegia indulſit, ut in communem convictum facilius cõſpirarent, atque ad ejuſdem preces Otho Imperator Canonicam Aretinam ampliſſimis privilegiis exornavit. XLI.

In Nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Amen.

Otto, Divina favente clementia ſemper Auguſtus Romanorum Imperator; Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris notum eſſe volumus; quomodo nos pro Dei amore, animæque noſtræ remedio, canonicos Aretinenſis Eccleſiæ, Bernardum videlicet Archipresbyterum, Vuillelmum Archidiaconum, Martinum clericum, & cuſtodem, & Sigizonem ſcolæ cantorem præſentes, & ſequentes, omneſque alios majores, & minores, cum jam dicta Eccleſia S. Donati canonica, & cum omnibus, quæ ipſi de ſua parte habent, vel habere poterunt, ſub noſtro Mundiburdio recepimus, eo videlicet ordine, ut nullus Rex, Archiepiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, ſculdatius, Gaſtaldius, nullaque noſtri Regni magna, parvaque perſona, omnes jam dictæ eccleſiæ canonicos, inquietare, moleſtare, aut de rebus ipſius Canonicæ (ſicut in eorum præcepto legitur) diſveſtire ſine lege præſumat. Si quis autem hoc noſtrum Mundiburdium, & defenſionem rumpere tentaverit, componat centum libras auri puri, medietatem Cameræ noſtræ, & Canonicæ adſcribi, & ut verius reddatur, & ab omnibus obſervetur, ſigillo noſtra ſigillari juſſimus.

Signum Othonis  *Tertii Inviciſſimi Imperatoris Auguſti.*

Henricus Cancellarius Vice Petri Cumani Epiſcopi.

Data 6. nonas Maii anno Dom. incarn. 984. ind. 12. anno III. Othonis Regis xiii. Imperii I. Actum Romæ feliciter.

42. ELIMPERTUS, ſive Elimptus, ſeu Humbertus, electus eſt anno 987. hic plures, ſplendidaſq; fortunas in Canonicos Cathedralis transfudit anno 1009. hoc eſt anno xxii. ſui Præſulatus. Ab hoc Epiſcopo opem imploravit Romualdus, dum ſacrum Camalduienſem Eremum fundare fuiſſet aggreſſus, idemque Elimbertus Abbatiam Praraliæ inſtituit anno 1009. Adhuc ſuperſtes ſubſequentem Theodaldum coadjutorem, & coepiſcopum habuit, cum futura ſucceſſione, ut inde videre lector poſſit, jam tum iſtum morem apud eccleſiaſticos inoleviſſe, atque uſque ad hæc noſtra tempora perduraſſe. Deceſſit anno 1013. XLII.

(1) Secundus, ni velimus cum Buralio aſſerere Petrum, qui Romano interfuit Concilio ann. 853. diverſum eſſe à Petro, qui privilegium à Lothario impetravit.

XLIII 43. ALBERTUM (1) Aretinorum Epiſcopum, Baralius reiicit in annum 1013.

XLIV 44. THEODALDUS, ſeu Thedaldus, Thedaldi, & Guillæ filius, frater Bonifacii Marchionis Etruriæ, Comitiſſæ Mathildis Patruus, Elimperti fuit coadiutor, ut reperitur anno 1006. eidemque defuncto a ſucceſſit. Theodaldi meminit Donizo in vita Mathildis Comitiſſæ cap. 4. agens de uxore, & filio Theodaldi Marchionis Avi Comitiſſæ; ſic habet.

a Poſt Albertum.

Uxor Thedaldi fuit Guillia dicta Ducatrix.
Hæc placuit parvis, pietate placebat & altis,
Hæc tres perſonas mundo genuit ſpecioſas
Urbis Aretinæ Theodaldi Præſulis inde,
Atque Dulcis celſi Bonifacii ſapientis
Militis, & docti Chonradi ceu Leo fortis.

Apertè demonſtrat auctor, Theodaldum Aretinum fuiſſe Epiſcopum, ac primogenitum Theodaldi Marchionis, avi Comitiſſæ, cujus etiam primo loco & à dextris ponit effigiem ſub parentibus ſuis, ibi (ut ſi eſt moris) depictis, ſedentis in curuli ſella in Epiſcopali habitu, & thiara dextra benedicentis, & ſiniſtra baculum Epiſcopale geſtantis; ad cjus pedes hæc verba ſcripta leguntur; *Theodaldus Epiſcopus*. Agit de eo, idem Donizo, cap. 5. dum canit; *Præſul Aretinus Chriſti Thedaldus amicus*, &c. & ubi ejus animi dotes enumerat, celebrat inter cœteras Thedaldi caſtitatem raro illo exemplo, ita cecinit.

. . . Ve, va mihi ſi modo raram
Flammiculam vilem aequeo ſufferre, perire
Si me contingat, barathri flammam miſer illam,
Quomodo ſufferre potero?

In alio MS. exemplari Donizonis ſoluta oratione, de Theobaldi caſtitate aliiſque virtutibus, ſic ſcriptum ab eodem inſpeximus.

Thedaldus autem Bonifacii frater Aretinus Epiſcopus Religionis ſanctæ maximus cultor commiſſum Epiſcopatum ſibi fideliter gubernavit, de quo fertur non omittendum exemplum. Hic enim dum in tempore gravi quadam laboraret ægritudine corporali, & de ſanitate ipſius medici deſperarent omnino, niſi adulterium committeret, & ejus amici ad illud patrandum inducentes pro muliere miſerunt, quæ cum advenisset ſtatim ante lectum ſuum ignem juſſit accendi, qui lecto appropinquans, & jam flammarum incendium ſentiens ſubito lachrymatus exclamavit, Væ, væ mihi, dum hanc modo tenuem flammulam ſufferre non poſſum, quomodo ſi me perire contingat, potero barathri incendia ſuperare, ſcelus quippe iſtud ad illum me puteum introducet, in quo funditus ſub æterno igne patiar cruciatus. Abſit itaque, ut pro temporali ſanitate æterna me contingat ſalute privari. Tali igitur exemplo prudens Antiſtes ſubditum ſibi gregem monuit, & Deo annuente meruit ſanitatem.

Hactenus ille. Mirum etiam in modum deteſtatus eſt ſimoniacam pravitatem illo ſeculo maxime vigentem, ut etiam ibidem habet idem auctor, addens Guidonem Aretinum monachum, ipſi Thedaldo Epiſcopo dicaſſe librum ſuum, ab eodem Mycrologum appellatum, qui quidem Guido dicitur novæ muſicæ modulationis inventor, quæ noſtris hiſce temporibus eſt in uſu. Thedaldi virtutes non tacuit noſter Franciſcus Maria Florentinius Lucenſis virtute, & eruditione clarus in lib. 1. rerum memorabilium Comitiſſæ Mathildis, & Sebaſtianus Vanninus Senenſis Phyſicus doctus, nec minori eruditione in vita ejuſdem Comitiſſæ, quæ præ manibus habet. Hic Thedaldus Epiſcopus induiſit, auxitque privilegia Aretinis Canonicis, ſummæque Ædis tribunam olim templum Apollinis, exornandam curavit, ubi hæc carmina legebantur.

Theodaldus fierique ſimul præcepit honorus
Anno Millena ter deno inſtante ſecundo.

Corpus etiam S. Donati à S. Maria ad Gradus tranſtulit in Cathedralem 12. menſis Novembris.

XLV. 45. IMMO, HAYMUS etiam appellatus, natione Francus, Theodaldo ſucceſſit anno 1037. Hic omnia, quæ ſuus anteceſſor ſacræ Camaldulenſi Eremo olim dilargitus fuerat, rata habuit, confirmavitque 1037. ipſeque à Conrado Imperatore privilegiis fuit exornatus anno 1038.

46. ARNOLDUS ab Henrico Imperatore in favorem ſuæ Eccleſiæ perampla privilegia obtinuit; extatq; ejuſdem memoria in quadam charta Gothifredi Ducis, Marchioniſque Etruriæ anno 1058. Refertque de eo Buralius, Aretinis Canonicis medietatem Eccleſiæ S. Miniatis donaſſe, aliaque quamplura, aſſeritque dimanaſſe Privilegium 8. id. Novembris an. Dominicæ Incarnationis 1058. indict. XI. anno verò 6. ſui Epiſcopatus; unde facile erui poteſt Arnoldum in Epiſcopum Aretinum fuiſſe electum anno 1052. Cæterùm cum Arnoldus, ut ſuis privatis neceſſitatibus conſuleret, cuidam monaſterio alioquin ſibi ſubiecto aureum calicem ademiſſet, habuiſſetque venalem, admonituſque per quendam Eremitam non reſtituiſſet ablatum, ita meruit iram Numinis, ut repentino, vehementique capitis dolore, dum animi gratia falleret tempus, exanimaretur, vixque ſalutari hoſtia ſumpta ſpiritũ exhalaverit, exactius ſtrictiuſq; etiã apud inferos temerarii auſus pœnas daturus. Præſul alioquin acumine ingenii, aliiſq; animi dotibus præclarus, facundia autem tanta, ut audientibus plerumque foret admirationi. Conſule Petrum Damianum Card. lib. 2. epiſt 16. ad Deſiderium Abb. Caſinenſem, & Card. Stephanus IX. Pontifex narratur hoc ſubjectum privilegium eidem induliſſe Epiſcopo. XLVI

STEPHANUS Servus Servorum Dei.

CONvenit Apoſtolico moderamini, pia Religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis, alacri affectione impertiri ſuffragium. Quapropter notum ſit omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris, quod nos interventu Arnaldi Epiſcopi Aretini ſequentes veſtigia beatiſſimæ mem D. Victoris prædeceſſoris noſtri, confirmamus, & noſtra Apoſtolica authoritate corroboramus, omnia quæcumque canonicis S. Aretinæ Eccleſiæ, juſtè data, & legaliter collata ſunt, ſive à Regibus, ſive à Præſulibus S. Aretinæ Eccleſiæ, ſive etiam ab aliquibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus pro redemptione animarum ſuarum conceſſa ſunt.

Si quis verò deinceps in eandem Canonicam B. Donati Aretini Epiſcopi, & martyris de rebus propriis aliquid conferre voluerit, tam in Comitatu Caſtello, quam in aliquibus aliis locis noſtra fultus authoritate licentiam dandi, & pro remedio animæ ſuæ, largiendi B. Donato, ad uſum & ſumptum fratrum canonicorum, in eadem B. Donati Canonica famulantium, ſine alicujus magnæ, parvæque perſonæ interdictu, ipſaque donatio, ſive largitio, ab omni fiſcali illæſione perpetuò maneat abſoluta. Quicunque verò hujus noſtræ cõfirmationis, ſeu largitionis violator extiterit, noſtra Apoſtolica authoritate excommunicatus, perpetui anathematis jaculo feriatur. Scriptum per manus Gregorii Notarii, & Camerarii S. Apoſtolicæ Sedis, in menſe Novembris die 19. ind. 2. Datum Romæ 10. Kal. Decembris per manus Humberti dicti Epiſcopi Sylvæ Candidæ, & Bibliothecarii S. R. & Apoſtolicæ Sedis, ann. Deo propitio 1057. Pontificatus D. Stephani IX. primo, indict. 2.

47. CONSTANTINUS Epiſcopus Aretinus, Comes Palatinus, ſacrique Romani Imperii Cancellarius, quem è Comitibus Guidiis fuiſſe arbitrantur nonnulli, in favorem Ruſtici ſacræ Camaldulenſis Eremi Majoris, omnia rata habuit, quæ aliquando ſui anteceſſores eidem Eremo fuerant dilargiti, obtinuitque ab Alexandro II. Pontifice confirmationem omnium privilegiorum Aretinæ Eccleſiæ ab aliis Pontificibus conceſſorum, ut ex ſubiecto monumento perſpici poteſt, quod hic duxi ſubiiciendum. XLVII.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Coſtantino Epiſcopo Aretinæ Eccleſiæ, ejuſque ſucceſſoribus promovendis in perpetuum.

CONvenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impertiri, aſſentimus ut ea, quæ mota & legaliter examinata ſunt, atque Apoſtolica authoritate firmata, perpetuis temporibus maneant inconcuſſa. Quapro-

(1) A Barali Albertus quidem inter Epiſcopos Aretinos enumeratur, excurrente an. 1013. quem proximè ſucceſſiſſe Theodaldo conſentiente cenſendum eſt, cum certum, ut Theodaldo Elimperti lobus cedere debuiſſet. Edit.

propter noſtræ Pontificatus authoritatis præcepto fieri decrevimus; confirmantes ſcilicet S. ſedis Aretinæ Eccleſiæ omnia, quæ ab anteceſſoribus noſtris, Leone videlicet, & Stephano, atque Paſchali, Hadriano, Victore, item Stephano Pontifice IX. per Apoſtolici privilegii ſeriem juſtè, canonicè, & perpetuo jure firmata ſunt, videlicet. Plebem S. Felicis in Brolio, plebem S. Mariæ in Pacina, eccleſiam S. Anſani, cum omnibus ſuis pertinentibus, plebem S. Victoris, plebem S. Viti in Verſure, plebem S. Andreæ in Maleno, plebem S. Stephani in Acinano, plebem S. Mariæ in Papa, plebem S. Mariæ in ſaltu, plebem S. Agathæ, & plebem S. Joannis in Veſcona, plebem S. Viti in Corſignano, plebem S. Mariæ in Coſona, plebem S. Donati in Sinigliano, monaſterium S. Petri in Aſſu, cum omnia ſua pertinentia. Præterea confirmamus eidem S. Aretinæ Eccleſiæ præfatam Eccleſiam S. Anſani, cum omnibus ſuis pertinentibus: itaut ſynodica Sanctio (quæ tempore Luitprandi Regis Longobardorum) inter Adeodatum Senenſis Eccleſiæ Epiſcopū, & Lupertianū Aretinū Epiſcopum; necnon quæ tempore Karoli Magni inter Aribertum præfatæ Eccleſiæ Aretinæ Epiſcopum, & Andream Senenſem Epiſcopum, nihilominus canonice data eſt. Hæc noſtra authoritate perpetuò firma, ac rata habeantur, nec ulla deinceps calumnia Senenſium Epiſcoporum audiatur. His ita corroboratis, apoſtolica cenſura, ſub Divini nominis conſtitutione, atque diſtricti decreti anathematis interpoſitione interdicimus, ut nulla quamlibet quantumlibet, & quantumlibet, magna vel parva perſona, ſeu cujuſcunque conditionis homo, tam de præfatis plebibus, & S. Anſani Baſilica, quàm etiam ex cunctis, quæ S. Aretinæ Eccleſiæ de jure competunt, rebus mobilibus, vel immobilibus, ſeſe moventibus eam inquietare, ſeu diſveſtire, vel calumniare præſumat. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc, noſtræ conſtitutionis edictum, temerario auſu inſurgere tentaverit, quod molitus fuerit, annihiletur, & inſuper Divino anathemate percuſſus, niſi fortè ſatiſfaciendo reſipiſcat, damnetur. Conſervator verò hujus noſtri apoſtolici privilegii benedictionis gratia donatus, intra Paradiſi mœnia, cum ſanctis omnibus in ſempiternum gaudeat Amen.

Data in Epiſcopatu Aretino 6. idus Junii per manus Petri clerici, fungentis vice Petri S.R.E Card anno ab Incarn. Dom. 1070. Pontific. autem D. Alexandri II. nono ind. VIII.

Anno verò 1071. & 1084. aliquot latifundia monaſterio Prataliæ, dono dedit. Ad hunc etiam Epiſcopum, alioſque Etruriæ Præſules VII. Gregorius Pontifex literas dedit, facitque poteſtatem pœnas excommunicationis infligendi Rodulpho Senenſi Epiſcopo, qui cum Henrico Rege excōmunicato communicaverat, iterumque eundem abſolvendi à cenſuris, quod enixis precibus ſe abſolvi à Pontifice poſtulaſſet.

XLVIII. 48. ELIMPERTUS adiectus eſt anno 1087. Ejus memoria extat in Camaldulenſi hiſtor. quod 1. an. ſui Pontificatus ſacræ illi Eremo plura munificenter donaſſet.

XLIX. 49. GREGORIUS anno 1095. ſui verò Epiſcopatus 2. donationem cujuſdam Bernardini filii Sidoniæ in favorem ſacræ Camaldulenſis Eremi ratam habuit.

L. 50. REGIUS Viſdominus, civis, atque Epiſcopus Aretinus, floruit anno 1108.

LI. 51. GUALTERIUS, anno 1109. ſuis Canonicis, ſacræque Camaldulenſi Eremo plura dilargitus eſt.

LII. 52. VIDO monachus, cui à diſtorto ore, Bucca torta fortaſſe fecere cognomen, Aretinorum Præſul fuit; annoque 1116. menſe Octobris ſuorum anteceſſorum donationes omnes in favorem S. Camaldulenſis Eremi favorabilibus ſcriptis confirmavit, Abbatemque cœnobii Prataliæ quibuſdam bonis inveſtivit an. 1124. Hunc narrant Vidonem Monachum Camaldulenſem fuiſſe è Comitibus Guidiis, in quibus Buraliuſ eſt, diuturnaque lite cum Gualfrido Senenſi Epiſcopo decertavit, armiſque ſuccinctus multa ſuæ ditionis recuperavit, quæ illi per vim, perque dolum dictus Epiſcopus videbatur ademiſſe. Reperitur etiam ſubſcriptus cuidam bullæ Honorii II. Pontificis Eccleſiæ Piſanæ indultæ anno 1126. 17. Kal. Auguſti ind. 4.

LIII. 53. BIVIARIUS a, Epiſcopi, Comitiiſque Aretii 1130. titulo inſignitus, quæcumque ſui anteceſſores Camaldulenſis Eremi majoribus dono dediſſent, gratioſis literis confirmavit, additis pluribus aliis donariis, quæ munificentiſſimum virum decorant.

a Al. Bojanus.

LIV. 54. MAURUS Azoni Camaldulenſium Eremicolarum Majori omnia confirmat, quæcumque aliquando ſui anteceſſores eidem ſanctæ Eremo donaſſent, perque contiuuatam ſeriem à Theodaldo ad ſe memorat omnes Epiſcopos Aretinos, qui ea largitatis laude aliquando floruiſſent. Hic Maurus Biviarii primum coadiutor adlectus eſt cum futura ſpe ſucceſſionis, eidemque defuncto ſucceſſit anno 1138. Deceſſit 1144. cum Coadiutorem ſuum ſequentem Hieronymum adlegiſſet.

55. HIERONYMUS Canonicus Regularis, Priorque S. Fridiani Lucenſis, Epiſcopus fuit ann. 1144. ſacræque Camaldulenſi Eremo omnes prædictas donationes confirmavit 8. Kal. Martii, indict. 7. Fridericique Ænobarbi partibus acceſſit. Scripſit Hieronymus ſermones Dominicales totius anni ad Hubaldum Epiſcopum Oſtienſem, qui fuit inde Lucius Papa III. extat in vaticana Bibliotheca m.ſ.n. 1248. LV.

56. CONSTANTINUS, anno 1177. ſibi coadiutorem adiunxit Heluiſum, ſive Helioctum, qui ante ipſum Conſtantinum vita functus eſt anno 1188. LVI.

57. FRANCISCUS, anno 1188. à Philippo filio Friderici Imperatoris, Etruriæ Ducis, in favorem ſuorum Canonicorum hoc ipſum, quod ſequitur obtinuit privilegiū, ex tabulario ejuſdē eccleſiæ deſcriptū. LVII.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Philippus, Divina favente clementia, Dux Etruriæ.

Dignitas, & excellentia Ducalis officii piè ſemper agere, & eccleſias Dei ſuo munimine defendere, & manutenere conſuevit, & Ducem, vel aliquem alium, in magna dignitate poſitum nihil magis, quàm clementia decet, cujus cōſilia, cujus opera, in omnibus, & per omnia dulcedine gratiæ ſemper debent exuberare. Nos igitur Fratris, & Patris noſtri Divorum Auguſtorum Imperatorum honeſta exempla ſequentes, qui Eccleſias Dei Imperio ſuo conſtitutas majori effectu dilexerunt, & congruis honoribus ditaverunt, idem ſapere, id ipſum & facere, pio zelo in noſtro Ducatu intendimus, ipſaque loca Divino cultui mancipata, quæ & eccleſiaſtica diſciplina commendat, Religio ſancta illuſtrat, non majori gratia fovere, amplecti, & diligere decrevimus. Ea propter agnoſcant univerſi fideles Ducatus noſtri, per Tuſciam conſtituti, præſentes, & futuri, qualiter Aretinæ Eccleſiæ Præpoſitus presbyter una cum eo Chriſtophorus Primicerius & Gregorius Canonicus noſtræ Celſitudini Majeſtati adierant humili devotione, pro ſe, & pro tota Eccleſia Aretina poſtulantes, quatenus prædictæ Eccleſiæ bona à Regibus, & Imperatoribus collata, & Eccleſiam Aretinam, omneſque canonicos ejus, cum omnibus bonis, & pertinentiis ipſorum, ſub noſtra tutela, & protectione ſuſciperemus, & noſtro privilegio munire, & confirmare dignaremur, & univerſa bona à cunctis fidelibus, quolibet juſto titulo acquiſita, vel data, noſtra Majeſtate eis roboremus; quorum juſtis precibus clementer annuentes Eccleſiam Aretinam, omneſque canonicos ejus, cum omnibus bonis, & pertinentiis ipſorum ſub noſtra tutela, & protectione ſuſcepimus, & ex noſtra Ducali benignitate eis concedimus, & roboramus, bona Eccleſiæ, juſtè, & legitimè collata, ſicut in ſequentibus per ordinem continetur. Plebem S. Quirici in Oſenna, cum ſuis pertinentiis, plebem S. Viti in Corſignano, plebem S. Victoris in Rapolano, plebem S. Ioannis in Vaſcona, & omnes plebes, ſeu monaſteria, & omnes eccleſias, quæ habent in Comitatu Senenſi, & Florentino, & Cluſino, plebem S. Stephani in Claſſe, plebem S. Viti in Crete, cum omni ſua pertinentia, eccleſiam S. Mariæ in Petrognano, cum his, quæ ad eam ſpectant; Capellam S. Angeli in Caſtellare, plebem de Vajalla, Capellam S. Angeli de Farciona, & Eccleſiam S. Angeli de Colonaria, & omnes eccleſias, quas habent in Epiſcopatu Aretino. Campum de Loagaria, campum de Pibonæ, Campum de Graticeio, Cāpum de Monte Puppi, Campum de Prato, Campū de Vitavtale, & omnes terras, quas cives Aretini injuſtè detinent, ſine eorum voluntate, & terram, & hoſpitale S. Angeli; quicquid habent etiam in Montagnano, in Lucignano, Olveto, & Bulgari, Caſa vetere, Montotio, Querata, & Galbenzano, in Subbiano, Caltiano, & in Nuſſa, & eorum pertinentiis, & Curtibus; in Marcina, & Curte ſua, Caſtellum de Vajalla, cum vico, & pertinentia ſua, Molendinaque omnia, quæ habent in flumine Arni, & cætera molendina, quæ habent, vel adhuc juſtè habituri ſunt, Caſtrum, & Turris de Claſſe, cum ſuis pertinentiis, Caſtrum de Toppole, ſicut eis ex Concambio à Camaldolenſi, & Abbate campo Reggiano, & à filiis Bernar-

dini, & nepotibus eorum per emptionẽ, & ab eiſdem in Verrazzano, Succiniano, & Thecena, & eorum pertinentiis, & curtibus juſtè, & legitimè obvenerunt, ſicut per inſtrumenta publica patet, Sanetum, cum Majano, & ſuis pertinentiis, quicquid habent in Bivignano, Pulli, Marciano, & Puteo, & in Aſciano, & in Vacchareccia, & Vado, Pievle, & ſuis pertinentiis, ſicut eorum authenticum inſtrumentum monſtrat; quicquid habent in Anglare, Viario, S. Cruce, & quæ juſtè acquiſituri ſunt. In Comitatu quoque Caſtellano, Ripoli, Pitigliano, Silice, & Curte de S. Andrea. Caſtrum de Miliſciano, cum eorum pertinentiis, & omnes Terras, quas habent in Comitatu Aretino, Caſtellano, & Cluſino, vel in antea acquiſituri ſunt, cum omni utilitate, videlicet, paſcuis, pratis, ſilvis venationibus, fluminibus, rivis, aquis, ramis, aquarum decurſibus, piſcationibus, ripaticis, toloneis, paludibus, terris, cultis, & incultis, & cum cæteris omnibus emolumentis, quæ de prædictis bonis juſtè, & rationabiliter poterint pervenire dictis canonicis, & totæ Aretinæ Eccleſiæ noſtro Ducali privilegio confirmamus, ſalva per omnia Ducali juſtitia. Adjicientes, quod ex gratia concedimus, ut quicunque ſpiritu Dei ductus, terras, caſas, vicos, caſtella præfatis conferre voluerit, libera ſit facultas donandi, vendendi, vel commutandi, ſalva cujuſcumque juſtitia. De cætero Ducali edicto ſtatuimus, ut nullus Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque perſona magna, vel parva, nulla civitas, nulla omnino poteſtas præfatos fratres, eorumque Colonos, nec Eccleſias, nec capellas, aliquo modo audeant moleſtare, vel diſveſtire, vel inquietare, vel aliquam exactionem, vel aliquod frodrum exigere, vel accipere, excepto ſolo miſſo veſtro, quem ad hoc ſpecialiter deſtinaverimus: præcepimus etiam, ut neque Epiſcopus, neque ipſe Præpoſitus, vel alia quælibet perſona, aliquam habeat poteſtatem, prædicta bona Eccleſiæ Aretinæ, quæ nunc habent, & in futurum juſtè acquiſiverint, vendendi, donandi, vel aliquo modo alienandi. Si quis verò hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Canonicis Aretinæ Eccleſiæ pro tempore conſtitutis. Quod ut uberius credatur, & ab omnibus ſemper inviolabiliter obſervetur, præſentem inde fieri paginam conſcribi, & impreſſione ſigilli juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus corroborari quorum nomina ſunt hæc

Comes Gotiſredus Verengen.
Corradus de Staffetta.
Hermannus de Cotona.
Hieronymus Taſſus.
Berlingherius de Orten.
Guido de Cummam.
Iovanes de Berardo de Caſtiglione Aretino.
Aſtancollus, & Marçialaus Camerarius, & multi alii.

Signi locus.

Acta ſunt hæc an. ab Incarn. Domini 1196. ind. IV. 8. nonas Maii, regnante Henrico Imperatore glorioſiſſimo ann. Imperii ejus 5. Ducatus verò D. Philippi II.

Datu apud Aretium, per manum Helfrici notarii.

LVIII 58. AMAEDEUS anno 1196. decrevit, ut ſanctiſſimæ Trinitatis Abbas in Rondine oppido Eccleſiam poſſideret; ejuſdemque temporibus auctoritate Innocentii III. Cathedralis Aretina, quæ ad illam diem foris conſtructa ſpectabatur, intra ſepta murorũ Aretinæ civitatis tranſlata eſt, ut ex ſequenti diplomate clarè perſpicitur in reg. ejuſdem pont.

Epiſcopo Florentino, & Abbati Vallis Umbroſæ.

EX parte Ven. Fr. N. Epiſcopi, & dilecti filii Præpoſiti, canonicorum, & nob. viri A. poteſtatis Aretinorum fuit nobis ſæpe petitio præſentata, & tam per literas, quam per nuncium ſupplicatum, ut pro pace civitatis, & Eccleſiæ Aretinæ, ac utilitate communi, eis licentiam præberemus cathedralem eccleſiam cum canonicorum reſidentia, & omni jure, ac univerſis privilegiis ſuis ad locum, ad quem convenirent ad invicem infra civitatis mœnia transferendi. Nos autem habito cũ fratribus noſtris diligenti tractatu, petitionem hujuſmodi ſub eo tenore vobis duximus admittendam, quod ſi forſan eidem Eccleſiæ aliam infra civitatem poſitam peteret in unam eccleſiam cathedralem uniri, nobis erat, quæ eccleſia ipſi jungi deberet primitus intimandum, & utrum ipſa tantum ad jus pertineret eccleſiæ Aretinæ, an alii eſſet ſubjecta, ut ſine illius aſſenſu cui ſubd ta eſſet non conſurgeret in eccleſiam cathedralem. Præterea exponendum erat nobis, privilegium libertatis juris, & honoris augmentum, quod eadem eccleſia conſequeretur ex hujuſmodi unione, ut ſuper omnibus per eorum relationem inſtructi diſcerneremus melius quid amplius expediret. Ipſi verò ſub hac noſtra reſponſione recepta nobis humiliter intimarunt, quod ad ſedandam diſcordiam, & inveteratum odium extinguendum, quod tam eccleſiam Aretinam, quam civitatem ſæpè turbavit eccleſiam S. Petri majoris, cum omni jure, & pertinentiis ſuis, quæ habet tam in civitate, quàm extra pari voto, & voluntate concordi elegerant uniendam eccleſiæ cathedrali; ita quod ut monaſterium S. Floræ ad Eccleſiam Aretinam nullo modo pertinens mediante, cui eccleſia illa noſcitur eſſe ſubjecta ſervitiorum omnium, quam annuatim ex ea percipere conſuevit recompenſationem, juxta boni viri arbitrium recipere debeat competentem, quod ſibi ſupplicatione devota in eccleſiam cathedralem à benignitate Apoſtolicæ Sedis poſtulavere concedi firmiter promittentes, quod eccleſiæ nominatæ, tàm in feſtivitatibus, quàm hominibus ſingulis, qui ab aliis civitatibus ſuis cathedralibus eccleſiis exhibentur, tàm à clero, quam à populo civitatis Aretino de cætero reverentiam omnimodam, & honores conſtituerit exhiberi, non obſtante, quod ab eis obſervatum eſt hactenus uſque ad hæc tempora propter diſſidium, quod inter civitatem, & eccleſiam jam dictam emerſit. Præterea poteſtas, cum toto conſilio, & communi Aretinen civitatis de mera, & conſona voluntate prædictam eccleſiam ab omnibus angariis, & exactionibus ſtatuit liberam, & immunem omni tempore permanere. Jura quoque, & caſtella Epiſcopatus, & canonicæ Aretinæ honores cum poſſeſſionibus aliis, ac communi civitatis ipſius ubique manuteneri ſtatuit, & defendi. Nos igitur concordiæ civitatis, & utilitati Eccleſiæ providere volentes, præſertim cum dicta eccleſia S. Petro ſit Aretinen. diœceſis, lege ſubjecta diſcret. V. P. A. S. mandamus quatenus Abbatem, & fratres monaſterii memorati monere attentius, ac inducere, & ſi neceſſe fuerit per deſtructionem eccleſ. appell. rem compellere procuretis, ut ad hoc quod eccleſia illa cathedrali eccleſiæ uniatur favorem præbeant, & aſſenſum, ac ipſi prius juxta bonorum virorum arbitrium competenti recompenſatione recepta, Præpoſitumque, ac canonicos Aretinos in corporalem poſſeſſionem &c. vel appellatione obſtante authoritate apoſtolica, inducatis, ita quod ad minus quatuor canonici, & duo clerici in eccleſia priori permaneant, per quos & ſufficienter, & congruè ſerviant. Præterea eidem eccleſiæ ſuper libertatibus, & immunitatibus, & aliis ſupraſcriptis ſufficientiſſimè caveatis ne ſuper eis aliquo unquã tẽpore valeat moleſtari. Dat. Laterani X. Kal. Maii.

59. GREGORII Aretinorum Epiſcopi in aliquibus monumentis ab Aretina Eccleſia mihi tranſmiſſis extat memoria anno 1206. Teſtis reperitur in privilegio Othonis IV. populo Fulginatenſi conceſſo ann. 1209. Hujus Epiſcopi temporibus Patres Dominicani Aretii templum, monaſteriumque ſui ordinis fundarunt. Deceſſit autem Gregorius an. 1225. LIX.

60. MARTINUS reperitur Aretinis jus divinum dixiſſe 1225. ejuſque conſenſu Aquani Abbas die 26. menſis Auguſti cum Aretino publico omnes terras, quas ab Aretino muro uſque ad murum veterẽ olim poſſederat, pertinebantque uſq; ad portam propè foſſam, aliaque confinia cum aliis bonis commutavit, annoq; 1225. monaſterio Pratagliæ decimas indulſit, obtinuitque ſequens privilegium à Friderico Imperatore II. ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ. LX.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

FEdericus Secundus divina favente clementia Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ ſemper Auguſtus. Cum divina miſericordia, cujus magnitudo intellectum excedit humanum, incrementa in nobis aſſidua ſentiamus, tunc melius, & dignius gratiarum, & obſequiorum gratias impendimus, ſi ſacroſanctas Eccleſias, & loca religioſa, ubi jugiter ipſe laudatur, & colitur, munificentia noſtra beneficiis augemus. Inde eſt igitur, quod Martinus Ven. Aretinus Epiſcopus fidelis noſter, quoddam privilegium a D. quondam Imperatore Henrico Divo Auguſto chariſſimo Patre noſtro, memoriæ recolendæ, olim Eccleſiæ Aretinæ indultum, per Benedictũ Capellanum ſuum noſtro culmini præſentavit, ſupplicans humiliter, & devotè, quatenus privilegiũ ipſũ cõfirmare de noſtra gratia juberemus. Cujus privilegii tenor talis eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus Sextus Divina favente clementia Romano-

rum

rum Imperator, & Rex Sicilia.

AE Quum attendimus, & ſalubre, ut Eccleſias Dei, & Eccleſiaſticas perſonas, nobis, & Imperio devotas, & fideles in ſuo jure conſervemus, atque pacem, & quietem tranquillam diligenter provideamus; qua ſane conſideratione, ad imitationem anteceſſorum noſtrorum Imperatorum, ſive Regum, & ſpecialiter Henrici II. Romanorum Imperatoris, Eccleſiam Aretinam, & fidelem noſtrum Amodeum præſentem nunc ejus Epiſcopum, omneſque ſuos ſucceſſores, univerſa bona, Homines, Villas, Caſtella, Eccleſias, Capellas, Poſſeſſiones, Terras cultas, vel incultas, & univerſa alia, quæ nunc juſte habet, vel in poſterum, dante Domino, juſto acquiſitionis titulo, poterit obtinere, in Imperialem Majeſtatis noſtræ protectionem recepimus, atque defenſionem Imperiali authoritate confirmantes eidem Eccleſiæ Aretinæ in honorem B. Donati martyris conſtitutæ, qui ibidem requieſcit, omnia quæ in privilegio Henrici II. Anteceſſoris noſtri Romanorum Imperatoris continentur, excepta Curte de Caſtro de Caſtilione Aretino, qua ad tuitionem noſtrã, per Vicarios, & Comites noſtros ſpecialiter retinetur.

Sancimus igitur, & præcipimus, ut in Eccleſia Aretina, nullus Marchio, Comes, Vicecomes, vel qualibet judiciariæ poteſtatis perſona, tam in plebibus, quàm in monaſteriis B. Donato pertinentibus ſuper Vaſſallos commendatos, ſervos Aldiones, ſeu reſidentes ipſius Eccleſiæ placita teneat, vel qualibet modo diſtringere, pignorare, angariare cenſus, aut aliquas redibitiunculas, vel aliqua denaria exigat: inſuper omnes diſtrictiones, placita B. Donato, ejuſdemque Vicario Amodeo, ſuiſque ſucceſſoribus ipſis in perpetuum concedimus, & confirmamus Caſtella, poſſeſſiones, & alia quæcumq; bona, quæ per authentica Imperatorum ſive Regum Romanorum aliorum privilegia, vel ſcripta ipſi Eccleſiæ ſunt conceſſa. Præterea de plena benignitatis noſtræ gratia prædicto Epiſcopo Eccleſiæ Aretinæ, ſuiſque ſucceſſoribus concedimus, & indulgemus authoritatem cudendi, & habendi monetam, in loco ſui Epiſcopatus, ſervata omni legalitate in materia, & valore, ſecundum quod ex conceſſione Anteceſſorum noſtrorum noſcitur habuiſſe, inſuper eidem Eccleſiæ Epiſcopo in ſuo jure providere volentes concedimus; quatenus in poſſeſſionibus aut rebus Eccleſiæ moleſtatis, aut injuſte à quacunque perſona detentis, quas repertas, & juſte recuperare voluerit, nulla præſcriptio, niſi 60. annorum, tam in præteritas, quam in futurum ipſi opponatur; decrevimus itaque, & firmiter jubemus, ut hæc Majeſtatis noſtræ cõceſſio in perpetuum rata obſervetur, nullaque omninò perſona parva, vel magna eam infringere præſumat, vel perturbare, quod ſi quis attentaverit, 100. libras auri pro pœna componat, dimidiam cameræ noſtræ, & reliquũ paſſis injuriam, ad cujus rei notitiam præſentem paginam inde ſcribi juſſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri. Hujus rei ſunt teſtes.

Angelus Tarentinus Archiepiſcopus.
Vvalterius Trojanus Epiſcopus.
Albertus Protonotharius Imperialis Aulæ.
Vvernerius Præpoſitus ſancti Joannis.
In Vicem Bura.
Curradus Dux Spoleti.
Thebaldus præfectus Henrici, Pincerna, & alii quamplures.

Signum D. Henrici  *Sexti Romanorum invictiſſimi, & Regis Imperatoris Siciliæ.*


Ego Curradus Ideſeme, electus Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Adulphi, Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii, recognovi. Acta ſunt hæc, anno Dom. Incarn. 1196. indict. XIV. anno Regni ejus 27. Imperii vero, & Regni Siciliæ II.

Datum apud montem Flaſconem 12. Kal. Novembr.

Nos autem prædicti Epiſcopi fidelis noſtri, benignius ſuis ſupplicationibus inclinati, conſiderantes, quantam fidem puram, ac devotionem ſynceram, quam ad noſtrã ſemper habuiſſe dignoſcitur majeſtatem, nec non grata ſervitia, quæ nobis, & Imperio ſemper exhibuit, & quam in antea poterit exhibere, inducunt nos, quod privilegiũ ſuperius ſcriptum juſſimus innovari, ipſum ex continuatione, & eo ſupradicto Epiſcopo, & Eccleſiæ Aretinæ de noſtra gratia confirmantes. Sed quod id valeat, atq; patris noſtri conſervationis memoriam, & perpetuam firmitatem habeat, præſens Privilegium fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri.

Hujus rei ſunt teſtes.

Pada Bergenſis, Marſebrugenſis, & Colonienſis Epiſcopus.
S. Venerius Magiſter Domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum in Hieruſalem.
A. Dux Auſtriæ, & Stiriæ.
Rolandus Dux Spoleti.
Comes S. Defrobirea.
Comes S. de Gurettin.
Rolandus Comes Taſcia Palatinus, & alii quamplurimi.

Signum D. Federici Secundi Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regni Siciliæ. 

Acta ſunt hæc anno Dom. incarn. 1225. menſe Julii, 13. Ind. imperante D. noſtro Federico II. Dei gratia, invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto & Rege Siciliæ. Anno Romani Imperii ejus 5. Regni vero Siciliæ 28. feliciter. Amen.

Datum apud S. Germanum anno, menſe, & indictione præſcriptis.

Adhuc ſuperſtes Martlaus erat anno 1233. eo ſcilicet tempore, cum Comes Marcualdus è Romena, filius olim Comitis Guidii, Angelum de plano Radicis in Plebania Groppina, in Jure Eccleſiæ, atque Canonicæ S. Michaelis confirmavit.

61. THEOBALDUS *a* Epiſcopus Aretinus narratur poſt Martinum fuiſſe adlectus in quibuſdam antiquis tabulis 1229. LXI. *a Al. Thedaldus.*

62. MARCELLINUS Pete (1) patria Anconitanus, ex Epiſcopo Aſculano anno 1237. Theobaldo ſucceſſit, Gregorio IX. ita cenſente, ex Regeſto Vaticano epiſtola 36. folio 71. anno 15. Hic cum eſſet nobiliſſima familia ortus, ac partis Guelphæ Piceni facile princeps, pro Eccleſia, proque Pontifice partem illam ſovente, contra Fridericum egregiè depugnavit, ſic ut non modo cives, ſed agreſtes etiam ad Guelpham partem ſovendam hortatus, largitionibus, auctoritateque compelleret. Sed cum ex Friderici favore Ghibellini contra Guelphos invaluiſſent, cum pleriſque etiam Marcellinus exilio mulctatus eſt, Romamque profectus ſub Innocentio IV. Pontifice exercitus Generalis Dux eſt adlectus, cumque ex Agro Anconitano Cæſarianos crebris incurſionibus perſequeretur, Fridericus excandeſcens Marcellinum cepit, ac aliquandiu carcere maceratum, tandem in Oppido Palmiano per ſacrilegam crudelitatem juſſit illum in furca ſuſpendi. Retulit hanc barbaram Friderici crudelitatem Matthæus Paris in Anglicana Hiſtoria ad an. 1239. Poſt dirum Marcellini fatum haud Ubertino Epiſcopatus poſſeſſio tranquilla fuit; etenim nullus deinceps Pontifex repertus eſt, qui Epiſcopatus honorem ſacrilegè intruſo adjudicaret, tametſi interim uſq; ad annum 1256. Aretinam Eccleſiam adminiſtraſſet. Demum à Pontifice Alexandro ob juſtiſſimas, graviſſimaſque cauſas Aretinus Epiſcopus declaratus eſt. LXII.

Quod

(1) Gamurrinus in opere de familiis Thuſcis & Umbris tom. 3. hunc Marcellinum ex Albergottorum nobili familia fuiſſe cenſet; neque Patria Anconitanum ſed omnino Aretinum, cum per ea tempora non liceret alii Aretino Civi ſolum illud conſcendere. Neque obſtat Innocentii IV. Epiſt. infra ab Ughello citata, in qua Nicolaus Pete frater Marcellini Epiſcopi vocatur civis Anconitanus. Nam ille Nicolaus potuit eſſe uterinus tantum frater dicti Marcellini, & Aretio Anconam potuit tranſmigrare. Idem ſentit Burallus in vitis Præſulum Aretinorum. Plura apud citatum Gamurrinum invenies de hoc Epiſcopo, & apud Saracinum in notitiis hiſt. Urbis Anconæ p. 173. *Manſ.*

Quod minus mirum videri debet, ſi uſque ad illud tempus apud pleroſque titulo electi, non Epiſcopi cenſeretur. Marcellinus autem SS. Viti, atque Modeſti templum legitur conſecraſſe anno 1237. Aretioque Civitati ad munimen circumdediſſe muros; melius vitæ, melius famæ hic utique conſulturus, ſi unum Dei cultum curis ſecularibus abdicatis Præſul jam factus perrexiſſet urgere. Quem enim unquam fortunatior eventus excepit, qui ſemel ſuſcepti inſtituti fines ſacrilega prævaricatione conatus eſt tranſilire? Extat in reg. Vatic. Innocentii IV. anno Pontif. 5. epiſt. ejuſdem Pontif. Nicolao Pete Civi Anconitano fratri bonæ mem. Marcellini Epiſcopi Aretini. Dat. 3. Idus Junii ep. 445. f. 542.

LXIII 63. GUILLELMUS, ſive Guillerminus Ubertiuus (r) Aretii patriæ ſuæ cathedram occupavit ante annum 1249. anno ſequenti 1250. plebem S. Mariæ Cathedrali perpetuò univit, quam unionem Innocentius IV. ratam habuit. Hic ille Guillelmus eſt, qui cum ad multos annos Aretinam rexiſſet eccleſiam, etiam civitatis ejuſdem tyrannus evaſit; vir, ut Villanus inquit, ad arma magis, quam ad divinum cultum promovendum proclivis. Ita autem ex privatis ſuis rationibus variè plerunq; affectus, ut modo Guelphus, modo Ghibellinorum caput patriam ſurſum deorſum videretur miſcere. Cum Senenſibus hoſtiliter conflixit, eiſdemq; S. Cæciliæ podium, incolis ad rebellionem vocatis, ademit, quod deinde, adiuvantibus Florentinis ad fidem, poteſtatemque veterum dominorum Senenſium rediit 1266. Aretinum territorium acerrimè defendit; ita ut cum Manfredi Regis Duces aliquot Aretinæ ditionis caſtella invaſiſſent, Epiſcopus mutato vexillo, ad Guelphos Florentinos defecit, ann. deinde 1287. menſe Junio, ut tulerat dominandi libido, Guelphos Aretinos mulctavit exilio, inſecutoque anno cum Ghibellinis ſuæ factionis, junctis viribus ad Toppiam plebaniam ingentem Senenſibus intulit cladem. Cortonam recuperavit, quæ diuturna rebellione ab Eccleſia Aretina defecerat, illamque publicæ Aretinæ rei donavit. Caſtelli Franchi homines in deditionem accepit, Aretinique Senatus voluit poteſtatem agnoſcere, cujus Aretini olim fuerant poſſeſſores. Statim in ſui Epiſcopatus initiis, Orlandinum, Ubertinumque è Petrogniano, eorundemque nepotes Aretini Epiſcopatus Vicedominos declaravit, acciditque id in exordio menſis Auguſti, anno 1248. quæ prima Guillelmi memoria fuit, quæ antiquitatis indagatoribus occurreret, ſi Ammirato fidem adhibeamus. Antequam Guillelmus inauguraretur haud modicum tempus decurrit, inde eveniſſe crediderim, cur inter Aretinos, Florentinoſq; Guelphos ictis fœderibus electus tantum Aretii nominetur Guillelmus. Sacræ Camaldulenſi Eremo omnia jura donavit, quæ ad ſe videbantur ſpectare, oppidorũ Fraxinetæ, Seravallis, Curtæq; Trignanæ, an. 1269. Cæterùm cum Cardinalis Latinus Urſinus inter Guelphos, Ghibellinoſque Etruſcos generalem pacẽ compoſuiſſet, inter ejus concordiæ teſtes Guilelmus numeratus eſt, cum Barii Archiepiſcopo, Paganello Lucenſium Præſuli, Guidalottoque Piſtorienſi. Sed cum iterum odia recruduiſſent, fractiſque fœderibus, noxioſiſſimæ factiones illæ recurriſſent ad arma, totaque belli moles Aretinos præcipuè impetere videretur, Guillelmus prævalida educta acie, mediiſq; in millibus ardens, in Puppii caſtelli planicie, egregieq; pugnavit, & occubuit, die 11. Junii 1289. tanta fortitudinis laude, ut exanimis hoſtes etiam videretur terrere. Meminit ejus præter Villanum, Jugurtha Thomaſius Senenſibus in hiſtoriis, Sigiſmunduſque Tinſus, omneſque alii, qui illius ævi hiſtoriam perſcripſere *a*. Erat Guillelmus futurus felix ad perennitatẽ, ſi eo ardore animi, quo ſibi adverſas factiones armis inſectatus eſt, ſemel ſibi commiſſas oves pedo correctionis, directioniſque ad paſcua ſalutis promoviſſet.

a Et præcipue Ammiratus ... p. II. I lor. ... tom. ...

LXIV 64. ILDEBRANDINUS, qui etiam appellatur Bandinus, filius Comitis Guidii de Romena Aretinus Epiſcopus ſublectus eſt ex Canonico Cathedralis eccleſiæ, 6. Kalend. Octobris, à Nicolao IV. anno 1290. Hic ſacri Romani Imperii Vicarius fuit, eodemq; anno à Nicolao IV. Pontifice poſt Stephanum Columnam captũ à Polentanis, Comes, Rectorque Æmiliæ provinciæ declaratus 1291. Cumque provinciam illam egregiè adminiſtraſſet, ab eodem Pontifice etiam Pontificius Vicarius dictus eſt. Conſule de eo Rubeum in Ravennate hiſtoria. Qui etiam de eo narrat à Napoleone Card. Urſino è Bononia profugo ſimul cum fratre Aginulpho è Romena in Etruria Comite Palatino, aliquot Æmiliæ provinciæ caſtella accepiſſe cuſtodienda. Vir ſanè ingentis ſpiritus præſtantiſq; animi fuit, quippe qui omnes ferè per Æmiliam civitates, quæ eccleſiaſticum jugum excuſſerant, ad idem jugum compulit Pontificium. Conſule Joan. Villanũ in hiſtoriis. Templum S. Franciſci montis Verniæ conſecravit in honorem S. Crucis, SS. Angelorum, ac D. Franciſci ſimul cum Raynaldo Ravennate Archiepiſcopo anno 1310. Kal. Septemb. Deceſſit Ildebrandinus anno 1313. [„ *In relatione itineris Henrici* „ *VII. Imp. quam deſcripſit Nicolaus Epiſcopus Botrõtinenſis, habetur declaratio facta ab hoc Ildebrandino* „ *coram Imperatore, quod Cortona ſpectares ad Eccleſiã* „ *Aretinam, cujus rei Diploma Caroli M. & aliorum* „ *Cæſarum prodere dum cogitaret, Piſis, ubi cum Im-* „ *peratore morabatur, deceſſit ann.* 1313. *Imperator* „ *vero fidelitatis iuramentum à Cortonenſibus accepit* „ *ſalvo iure Eccleſiæ Aretinæ nondum ſibi declarato,* „ *aut oſtenſo*. Lucent.)

65. VIDO Tarlatus è Petra mala, ex Archipresbitero eccleſiæ S. Mariæ à Capitulo poſtulatus, Ildebrandino ſucceſſit anno 1313. non. Julii, confirmatur à Clemente IV. ex regeſt. Vatic. epiſt. 900. fol. 86. ann. 7. Hic Guillelmino Præſuli bellicoſo ſimillimus; agendo, prælliandoque Aretii Principatum invaſit, Ghibellinorumque caput factus, ac Dux non modo Florentinos, Senenſeſque collatis ſignis provocavit ad arma, ſed ditionem etiam eccleſiaſticam, Civitate Caſtellana Guelphis adempta, infeſtam habuit. Non tulit injuriam Joannes XXII. Pontifex; etenim cum Tarlatus ad Pontificium præceptum ademptum oppidum reſtituere detrectaſſet, atque à civili Aretii dominio ſemel, & iterum juſſus noluiſſet diſcedere, cenſuris eccleſiaſticis innodatum idem Pontifex Avenione in publico purpuratorum Patrum conſeſſu exuit honore Epiſcopatus anno 1322. 12. die menſis Aprilis. Haud autem deſpondit animum Vido, quin inſolentior factus Bavarum Pontificis hoſtem Italicam invitavit ad prædam. E Germania digreſſus ille Mediolanum pervenit, ubi Tarlatus honoris ergo illum prævenerat, cumque Bavarus ſe ferrea corona poſtulaſſet inſigniri, ab Aretino Vidone in templo S. Ambroſii illam accepit, cum id Archiepiſcopus Mediolanenſis facere renuiſſet: deinde Bavarum Piſas uſque deduxit, à cujus liberalitate cum ingentia præmia ipſe præpropera præcipiſſet, ac ſecus quam putarat coram Bavaro connivente, à Caſtrutio Lucenſi ſolennem tuliſſet injuriam, indignatus Tarlatus Aretium profecturus, per Thyrreni maris littus iter extendit. Sed in Montis Nigri caſtello vehementi morbo tentatus, exceſſit è vivis die 21. menſis Octobr. ann. 1327. Cæterùm Vidonem cum morte luctantem ſerò, ſed ſerio ſubiit pœnitentia perfidiæ in Pontificem. Etenim inter fluentes ubertim lachrymas, & errorem faſſus eſt, & ſanctè pollicitus, ſi eluctato morbo, diuturniori vita ſibi frui liceret, ſe ad fidem, poteſtatemque Pontificis rediturum. Vita functo tam ardens votum ſuffecit, ut in Cathedrali honeſtiori pompa funeraretur. Credidere cordatorum plerique hanc ſub vitæ finem reſipiſcentiam, ex divino inſtincto accidiſſe Vidoni, quod ante perfidioſum diſceſſum ex admonitu Deiparæ Virginis veſte candida induiſſet Bernardum Ptolomæum, Franciſcum Patritium, alioſque, qui ordinem LXV

(r) Hunc Guillelmum non de Ubertinorum gente, ſed de Pazzis fuiſſe in validam me pertrahit ſuſpicionem *Dinus Compagni*, qui in Chronico ſui temporis mſ. ſemel atque iterum illum de Pazzis vocitat. Cui utpote qui dicti Epiſcopi tempore vixit, eumque optimè norit, magis deferendum cenſeo, quam Villano, qui poſt Guillelmi tempora floruit. Omnia illius ætatis authentica monumenta, quæ Guillelmi meminere, atque mihi contigit inſpicere, *D. Guglielmum Epiſcopum Aretinum* ſolummodò tacita familia ſemper appellant. At omnem dubitationem ſolvet Auctor obſervationum, quæ cum dicto Chronico propediem Venetiis in lucem emittentur. *Salvinus*.

dinem Montis Oliveti, ſub Regula S. Benedicti fundarunt 1319. quem deinde ordinem nunquam ceſſavit privilegiis augere, quorum hic ſequens duximus adſcribendum in Montis Olivetani hiſtoria à ſecundo Lancellotto oblatum, dum Vidonis Tarlati ſtudium promovendæ pietatis referret.*

* Ex App. t. 9. ubi Auctor hanc Epiſtolam ex ſecunda Lancellotti editione correctiorem, & ut ait, genuinam profert.

Guido miſericordia divina Epiſcopus Aretinenſis. Nobilibus, & diſcretis viris Bernardo quond. D. Mini de Ptolomæis, & Patritio quond. Franciſci de Patritiis de Senis dilectis nobis ſalutem in domino ſempiternam.

Potentia Dei ex alto progrediens, eorum corda illuſtrat, quos elegit, & mentes eorum gratia ſuperna inducens, ad opera charitatis extollit eas quotidie in virtutes: & ut poſſint electi quietius in illius contemplatione perſiſtere, qui elegit, Deo ſe dedicant, & ſua exponunt, & exhibent ſervitio Jeſu Chriſti, ut in illis ſic expoſitis, & collatis ædificentur Eccleſiæ, divina celebrentur myſteria, & ipſum Corpus Chriſti pro redemptione humani generis traditum paſſioni, orationibus inſtitutis in altari per Sacerdotes catholicos immoletur. Sane percepimus B *Bernarde, ac Patriti dilecti noſtri, quod in operibus charitatis ſic hactenus inſudaſtis, ſic in pœnitentia propoſito laudabiliter perſtitiſtis, quod divina gratia inflammati poderia veſtra de Accona, & Melanino in præſentia, & coram Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Aretin. Deo contuliſtis, & Virginis glorioſæ, ad cujus reverentiam Monaſterium in Accona conſtruatur, ſub Regula B. Benedicti, & obſervantia Monachali, & divina in illo celebrentur Myſteria ad laudem ipſorum, & animarum veſtrarum, & Chriſtianorum ſalutem fidelium, ac profectum. Poſtulantes humiliter, ut aliquibus diſcretis viris ſuper dedicatione perſonarum veſtrarum, & ſociorum, quam hodie Deo, & B. Mariæ Matri ejus ſub præſcripta Regula diſpoſuiſtis facere in Monaſterio ſupradicto & ſuper benedicendis veſtibus albis, quas geſtare intenditis, & ſuper induendis ipſis juxta morem ſolitum Monachorum necnon ſuper videndo in Accona, & ordinando locum ibidem conſtruendo Monaſterio magis aptum; & ſuper infigendo in illo Crucem, benedictionem, ſive orationem proferendo, ac per nos benedicendũ* C *lapidem primarium imponendo, vices noſtras committere deberemus. Inſuper exemptiones ipſius Monaſterii, & alia in petitione veſtra contenta, per privilegium noſtrum de aſſenſu Capituli noſtri concedere dignaremur. Nos autem conſiderantes veſtra merita probitatis, & quod ex tranſactis operibus digne laudis inſignia reportatis, conſiderantes quod ex dedicatione veſtra, & erectione Monaſterii Eccleſia Dei extolletur, augebitur cultus divinus, ipſeque Chriſtus, & ejus Mater laudabitur multiplicitérin chordis & organis plurimorum, petitionem veſtram ex certa ſcientia duximus admittendam, & contenta in petitione ipſa de conſenſu præſcripti Capituli ad hæc præſentes, quanto plenius valeat approbamus, & per præſens privilegium concedimus, & largimur. Et ut petita per vos, & in petitione veſtra contenta, continue fidelibus plenius pateſiant, & conceſſio noſtra, & largitio petitorum omnibus clarius innoteſcat, Mandamus ipſa præſenti privilegio deſcribenda. Committimus enim vicem, & auctoritatem noſtram religioſo, & diſcreto viro D. Joanni Monacho Abbatiæ de Saxo noſtræ Diœceſis, nunc in Cathedrali Eccleſia noſtra reſi-* D *denti ad altare in Eccleſia ipſa conſtructum per Cionem . . . quod dedicationem, quam vultis facere vos præſcripti Bernardus, Patritius, & Ambroſius Deo, & B. Mariæ de Oliveto de Accona, in Monaſterio conſtruendo ibidem ſub Regula B. Benedicti, & habitu, & obſervantia Monachali, recipiat vice noſtra, & albas veſtes, quas geſtare vultis, benedicat, & induat illas vobis. Item committimus vicem, & auctoritatem noſtram diſcreto viro Presbytero Reſtauro Capellano Eccleſiæ de Morello, & nunc apud domum fraternitatis ſanctiſſimæ Trinitatis de Aretio commoranti, quod vadat ad podere de Accona, & locum magis aptum Monaſterio conſtruendo in illo deſignet, crucem figat ibidem, benedicat illum cum oratione ſolita in his, & per benedicendum lapidem primarium ibi ponat. Concedimus inſuper auctoritate hujus privilegii, & largimur de aſſenſu Capituli ſupradicti, quod in prædicto loco de Ac-*A *cona noſtræ Diœceſis ſito in Comitatu Senenſi in parochia S. Angeli de Luco plebatu plebis de Saltu Diœc. ſupradictæ Monaſterium erigatur cum Campanili, & Campanis ad honorem Virginis glorioſæ ſub Regula B. Benedicti, & obſervantia Monachali, & vocetur Monaſterium S. Mariæ de Oliveto in Accona, prout extitit poſtulatum. Item quod locus, ſive Monaſterium ipſum per Abbatem dumtaxat regatur, & gubernetur in perpetuum, & nunquam per laicos, ſive clericos ſeculares, ſed ſemper per Abbates, & Monachos permanſuros ibidem in Regula B. Benedicti ſervetur, & obſervantia Monachalis vigeat in eodem. Item ut Abbas, Monachi, Converſi, & alii familiares, qui pro tempore fuerint in monaſterio ipſo liberius, & quietius valeant Domino famulari, monaſterium ipſum liberum facimus, & exemptum ab omni ſolutione decimarum, jure cathedratico, datiis, collectis, impoſuiſtis, & aliis occurrentibus oneribus, & factionibus quibuſcunque & ab omni lege juriſdictionis, & diœceſani. Decernentes, ac mandantes ipſos, ſeu Monaſterium ipſum in prædictis, vel aliquo prædictorum* B *nullo tempore aliqualiter moleſtandos; Confirmatione Abbatum dicti Monaſterii, viſitatione, ac confirmatione ipſius, & degentium in eodem nobis duntaxat, noſtriſque Catholicis ſucceſſoribus reſervatis. Item quod apud ipſum Monaſterium ſit, & eſſe poſſit Cœmeterium, ubi, & in quo ſepeliantur Abbates, Monachi, Converſi, & familiares omnes Monaſterii ſupradicti. Item pro amplianda ipſius Monaſterii libertate, quod Abbas nunc eligendus in ipſo, & qui fuerit ibidem pro tempore, per ſe, vel alium cui commiſerit vices ſuas, poſſit, & liceat ſibi confeſſiones Monachorum, Converſorum, & familiarium omnium dicti Monaſterii audire, & eis pro commiſſis imponere pœnitentiam ſalutarem, corrigere, & abſolvere ipſos omnes, & ſingulos prout fuerit decens. Item quod Abbas, & Monachi monaſterii præfati poſſint in ipſo Conſtitutiones facere inter ſe, quæ ſpectarent ad ipſum monaſterium, quas utiles, & exemptas providerint pro eodem. Item quod Abbas qui pro tempore fuerit in monaſterio ſupradicto, poſſit & liceat ſibi confiteri Sacerdoti, cui voluerit, & cuncta ſacramenta, & abſolutionem percipere ab eodem. Et ordines ab Epiſcopo Catho-* C *lico, quem ad hoc duxerit eligendum, hoc eſt licitum ſit, & poſſint Monachi, Converſi, & familiares, qui pro tempore fuerint in eodem, de licentia tamen Abbatis Monaſterii ſupradicti. Præmiſſa verò conceſſa, & largita per nos, & unumquodque ipſorum valere volumus, & tenere ſine juris præjudicio alieni. Non enim per ipſa volumus nec intendimus alicui præjudicium generari. Addentes, quod Abbas, Monachi, Converſi, & familiares Monaſterii præfati, nec poſſint, nec debeant Parochianos aliarum Eccleſiarum recipere ad divina, vel eis Eccleſiaſtica conferre ſine licentia Rectoris expreſſa illius Eccleſiæ de qua eſſent Parochiani, qui vellent audire prædicta, vel ipſa recipere ab eiſdem. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium ſcribi mandavimus per Guadagnum Cameræ noſtræ ſcribam, & noſtri pendentis ſigilli munimine inſigniri.*

Datum & actum in civitate Aretii in ſala Epiſcopalis Palatii ſub anno Domini à Nativitate 1319. Indictione 2. tempore S. P. D. Joannis XXII. die ... menſis D *Martii præſentibus Beriuldo Maſcii de Petra Mala.*

Ego Guadagnus, &c.

66. BOSUS Ubertinus, in Aretina nobilitate primarius, à Joanne XXII. Pontifice in locum depoſiti LXVI.
Vidonis Præſul Aretinorum renunciatus eſt an. 1326 in cujus electionis odium Tarlatus, non modo æmulum ad dignitatem non admiſit, ſed etiam aliquot Ubertinæ gentis caſtella hoſtiliter excidit. Vix autem deinde Boſus Aretini poſſeſſionem inierat, cum ſe Ghibellinum ſaſſus antiguas Aretii publicas res, collatis ſemel, & ſæpius ſignis, laceſſivit ad nauſeam. In iis Florentini fuere, qui eum aliquando tandem ad irrequietos Boſi, hoſtileſque procurſus ſerio excanduiſſent, in Aretinos totam belli molem verterunt, coegeruntque rebelles jugum accipere ann. 1337. die 7. menſis Martii. Aretii urbe Florentini potiti, ne ſemper rediviva pertinacia belli reſurgeret, nequicquam à Pontifice poſtularunt, ut Boſus alterius Epiſcopatus ſpecioſo titulo Aretio exularet, qui ut Florenti-

nis

nis deinceps eam eriperet ſuſpicionem, cum eiſdem haud bona fide rediit in gratiam 1338. ſiquidem non multo poſt Ubertini in Florentinos inexpiabile odiũ retexerunt, cum ſcilicet opera Franciſci fratris Epiſcopi Caſtillonum oppidum ad Gibellinos defecit. Ceterum cum dolo captus Franciſcus, Ducis Athenarũ, qui per id tempus in Florentinos Tyrannidem exercebat, perveniſſet in manus, capite plexus perfidi facinoris pœnas dedit. Necem fratris Epiſcopus tulit indignè, propriumque aliquando ulturus dolorem odium ſimulando contexit, mox autem & retexit, cum Athenarum Duce pulſo Publica res Florentina cœpiſſet labare. Sed cum iterũ hortatu Simonis Comitis Bottiſollis nova cum populo Florentino fœdera percuſſiſſet 1344. eaſque pacis conditiones coactus fuiſſet accipere, quas malè concoquere videbatur, iterata perfidia ad ingenium rediit, cum Archiepiſcopus Mediolanenſis Vicecomes contra Florentinos arma moviſſet. Hic enim Mugellanum agrum, jucundiſſimum terræ tractum vaſtabat, ille ad vallem Arni ferro, flammaque ſuccinctus, vel quicquid obvium erat, ignibus corrumpebat, vel cædebat gladio, vel injectis vinculis in miſeram adducebat ſervitutem. Eo autem incurſionum æſtu ſedato, inter Mediolanenſem, populumque Florentinum pax demum coivit 1353. à cujus fœderibus noluerunt Boſum excludi. Qui demum Florentini populi amicus factus, vel pertæſus diuturnioris belli, vel planè deſperans, præpotentis, viciniorisque populi poſſe ſe excutere frænum, quoad deinde vixit, fœderibus ſtetit, juraque quorundam oppidorum, ac Bibienæ præcipuè, quæ ad ſuum Epiſcopatum videbantur ſpectare, populo Florentino attribuit, atque conceſſit, cum penſione 150. florenorum eidem publicæ rei quotannis ſolvenda.

Erat Boſus vir pace, belloque ſpectabilis; niſi ex libidine tenendi, proferendique Imperii prodigioſa plerumque morum inconſtantia laboraſſet. Diem clauſit extremum anno 1366a. Illius meminit Matthæus Villanus, prolixè autem Junior Ammiratus, qui illius Epiſcopi res præclarè geſtas ex monumentis Florentinarum reformationum, teſtibus ſcilicet irrefragabilibus veritatis, ſe depromſiſſe teſtatur. Contendit Buralius, Boſio defuncto, Joannem Albergottum ſucceſſiſſe, ſed fallitur, habuit enim Jacobum, qui proximè ſequitur, de Militibus de urbe, Marſicanum paulo ante Epiſcopum, ſucceſſorem, ſi lib. oblig. ulla fides, literiſque populi Florentini ad Pontificem ſcriptis, quibus Aretinis poſtulabat præficiendum Angelum Bindaccii Ricaſolii, nec impetravit.

LX VII. 67. JACOBUS de Militibus de Urbe, olim Marſorum Epiſcopus ad Aretinam Eccleſiam translatus eſt anno 1365. 16. Kal. Januarii. Hic die 27. menſis Januarii pro Eccleſia Marſicana ſolitam penſionem ſacro Collegio ſolvit, ut deinceps ad ſemel commiſſam ſibi Eccleſiam Aretinam poſſet tranſire. Hic an. 1364. tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus Romæ Vicarius fuit, ut ex monumentis Monaſterii trium Fontium Romæ clarè perſpicitur: anno verò 1366. apud Urbanum V. Pontificem de Populo, Senatuque Florentino graviter conqueſtus eſt, quod aliquot Eccleſiæ Aretinæ caſtella violenter in ſe traxiſſet. Cujus litis querelas Cardin. Oſtienſis Papæ Legatus, vel compoſuit, vel ſedavit. Deceſſit Jacobus circa annum Domini 1369. („ *quo die 21. Junii tranſumptum Caroli* „ *M. approbavit, quod ab Ughello recitatur inter Oſtien-* „ *ſes*. Lucentius.)

LX VIII. 68. JOANNES Albergottus, ex Aretina nobili proſapia ortus, („ *S. Benedicti monachus*) ad Patriæ Epiſcopatum aſſumptus eſt ann. 1370. Papæ Gregorii XI. in Etruria Legatus fuit, de cujus Pontificis conſenſu, jam olim ex ſuopte ingenio, factioneque Florentinis adverſus, conatus eſt Aretinos contra eoſdem ad rebellionem compellere. Diſcuſſere conſilium Florentini, ſumptiſque armis, tum Epiſcopum Albergottum, tum ejus nefarii facti conſpiratores, domibus eorum exuſtis, compulere vel invitos vertere ſolum, ut in hiſtoriis narrat Leonardus Aretinus lib. 8. Inſtrumenti fœderis inter Angelum pro Eccleſia Legatum, Florentinos, Piſanos, Seneſes, Lucenſes, Aretinos, Dominumque Cortonæ Arbiter, teſtiſque intervenit; eundemque reperi in Inſubria pro Pontifice fuiſſe Legatum, Abbatiæque Florentinæ Abbatem Commendatarium. („ *Fuit etiam Joannes iſte Florentini Epiſ-* „ *copi Vicarius: atque in Protocollo Laurentii Tani de* „ *Luciano exiſtente in Archivio Generali Florentino* „ *ejuſdem Actui ſub an. 1361. 19. Martii ita legitur ſub-* „ *ſcriptus*: Nos Johannes de Albergottis de Aretio li- „ centiatus in jure Canonico, Prior Prioratus de Cru- „ ce Aretinæ Diœceſ. Rev. in Chriſto P. & DD. Phi- „ lippi Dei & Apoſtol. ſedis gratia Epiſcopi Florenti- „ ni in ſpiritualibus Vicarius Generalis. *Salvinus*.)

69. ANTONIUS Archeonius Romanus, Epiſcopus Aſculanus, an. 1390. à Boniſacio IX. ad hanc Eccleſiam translatus; cumque poſſeſſionem haud inire potuiſſet, ad priorem ſuam rediit Eccleſiam, quam ab alio occupatam invenit, de quo ibi ex lib. proviſionum Prælatorum. LXIX

70. M. ANGELUS de Fiebindaccìis è Ricaſoliis *b*, olim Epiſcopus Soranus, mox Averſanus, inde Florentinus, tum, & Faventinus, Senatus, Populique Florentini precibus ad Aretinam ſedem translatus eſt anno 1391. Boniſacio IX. ſedente. Scipio Senior Ammiratus narrat hunc Angelum Ricaſolium per presbyterum Michaelem S. Reparatæ Capellanum coram Senatu Florentino cognomen, ac gentilitia Ricaſoliæ gentis ſtemmata ejuraſſe, quod ſub Magnorum nomine, quodam quaſi Oſtraciſmo Græco à Reipublicæ muneribus excluderentur, voluitque appellari deinceps de Seraphinis de Florentia, erecto ſcuto, in quodam Angeli erant veſte alba amicti in modum orantium, expanſis alis, ad invicem converſi in quorum medio ad calcem Thiara, ſupernè autem Senatus, Populique Florentini ſtemmata ſpectabantur. Narrationi Ammirati ſane peramplam fidem facere videtur epiſtola hujus Epiſcopi ad Senenſem Epiſcopum ſcripta, in cujus ſigillo hæc eadem ſupra deſcripta ſtemmata impreſſa cernuntur, quam ego apud me hactenus diligentiſſimè aſſervavi. Legi etiã ejuſdem Epiſcopi inſtrumentum quoddam in membranis originariè deſcriptum, in quo plures ejus familiæ alumni nominabãtur, illudq; Carolo Strozzæ nobili ãtiquario dono dedi. deceſſit autẽ Angelus 1403. LXX

b De Fibindaccìis, ſcilicet, de filiis Bindaccii. *Salvinus*.

71. PETRUS Riccius, ex Canonico Florentino, Plebanoque S. Andreæ Emporii, ac ſubcollectore ſpoliorum in Etruria, pro Benedicto S. Ermetis Piſani Abbate ex Ordine Ciſtercienſi, ad Aretinam ſedẽ promotus eſt anno 1403. 4. Kal. Decembris, quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad an. 1411 *c*. ex eo ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt. LXXI

c 1. 14. Octob.

72. CAPPONUS Capponius, Eccleſiæ Florentinæ Præpoſitus, ad Aretinam ſedem ſubvectus eſt 1411. (1) 7. id. Octob. Ioanne XXIII. ſedente, fato functus eſt 1414. („ *Bartholomæi Capponii, atque Liſæ Pe-* „ *tri Bensi filius Capponus Prothonotarius Apoſt. fuit*, „ *atque Præpoſitus etiam Aretinus. Per aſſumptionem* „ *verò ad Purpuram Franciſci Zabarellæ cum vacaret* „ *Eccleſia Florentina, Vicarius Capitularis eſt electus:* „ *obiit demum an. 1413. cum nonniſi duos annos ſediſſet* „ *Epiſcopus Aretinus*. Salvinus.) LX XII.

73. FRANCISCUS* Jacobi Bellarmini (2) filius, nobilis Politianus, Ioannis XXIII. Pontificis admodum familiaris, Prothonotarius, Apoſtolicarum literarum Secretarius, & Abbreviator, in Epiſcopatum Cappono ſucceſſit anno 1414. 11. Kal. Ianuarii *d*. Hic quoad vixit, ſemper abſens Aretinam gubernavit Eccleſiam, Reginamque Ioannam diademate Regio decoravit, cujus negotia ita peruraſit, intimaque conſilia expedivit, ut ubi verſaretur, plerunque ignorarent mortales. Quamobrem bis mortuus creditus eſt, cumque vivus appareret deinde, qui credebatur defunctus, bis illorum ſpes, votumque fefellit, qui Micum Capponium in Aretinam ſedem apud Pontificẽ ſuſ- LX XIII.

* Ex App. tom. 2.

d De hoc Franciſco Spinellus Beneins in hiſt. Montis Politiani pag. 66. *Mandoſ*.

(1) Ad Aretinam ſedem Capponum evectum non an. 1411. ſed 1409. è monumentis Aretinis conſtare affirmat Gamurrinus. t. 2. p. 477. ubi de eo plura. *Mandoſ*.

(2) De *Prendabenis* fuiſſe hunc Franciſcum conſtat ex inſtrumento rogato à Branca Brancaccio exiſtente in Archivio generali Florentino, ſub. habetur: R. P. D. *Franciſcus fil. Ser Jacobi de Prendabenis de Montepolitiano Epiſcopus quondam Aretinus* &c. An autem familia de Prendabenis eadem ſit ac de Bellarminis, ulterius inquirendum. *Salvinus*.

ſufficiendum curabant. Verè tandem exceſſit è vivis anno 1433. petenteſque vacuum Epiſcopatum Marinus Guadagnius, Antoniuſque Peruzzius Florentini, ille in Aula Romana apprimè notus, hic Florentinæ Eccleſiæ ſpectatæ virtutis Canonicus, tametſi à populo, Senatuq; Florentino maximè commendati, à IV. Eugenio tamen tulere repulſam. Cæterum Frãciſcus * Bellarminus, Guelficæ factionis aſſecla, ideoque Sigiſmundo Imperatori in paucis charus, hoc ſequens privilegium in favorem ſuæ Eccleſiæ, ſuorumque ſucceſſorum, ab eodem Imperatore impetravit.

* Ex App. I. 2.

In Chriſti nomine, Amen.

SIGISMUNDUS Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ etiam Rex, Ven. Franciſco de Monte Politiano, electo, & confirmato Eccleſiæ Aretinæ noſtro, & ſacri Imperii Principi devoto fideli, dilecto, gratiam regiam, & omne bonũ. Si benemeritis Principem providere obſequiorum quodammodo pulſando compellit, potius tamen circa eccl. illius munificentia largitas exuberat, ubi laudanda divina contemplatio occurrit, quæ enim cenſetur, ne Princeps humana clementia præſtantior, quam aliis largitionis exhibebit: nullus certe, in quo ſanus viget intellectus; profecto cum ab eo recipiat cuncta, quæ habet humana conditio, neceſſe eſt circa eorundem pleniendo largitatis, in qua luat, ac munificentia gratia de prõptuario plene fiat. Hac igitur conſideratione inducti te, cum prædeceſſores per multa obſequia, hujus Romanorum Imperatoribus, ac Regibus, prædeceſſoribus noſtris hactenus præſtita, in ſupraſcriptis, & aliis multis honoribus, ac dignitatibus paruerunt; quem etiam fides, & devotionis conſtantia, & etiam virtuoſa inſignia gratum reddant, volentes illis gratiis inſigniri, quibus aliis valeas te reddere gratioſũ. Tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate noſtra regia committimus, atque concedimus per præſentes poteſtatem, qua authoritate Imperiali poſſitis in totum Romanum Imperium judices, tabelliones, & notarios publicos conſtituere, ordinare, & facere; à quibus recipere debeatis nomine noſtro, & ſacri Imperii fidelitates, & de dicto officio fideliter exercendo conſuetum, & debitum ſacramentum. Tutores, & curatores, & mundualdos dare in caſibus opportunis. Naturales filios, & alia jura legitima reſtituere prædictis, & genituræ maculam penitus abolẽtes, ut tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio nati, in bonis paternis, & maternis, propriis, & feudalibus acquiſitis, & acquirendis ex teſtamento, & inteſtato ſuccedant, & quod tanquam legitimo matrimonio editi, agnatis, & cognatis parentum ſuorum, & in quovis gradu conſtitutis, agnati, & cognati efficiantur; & reciprocè illi, & ad omnes actus, publicos, & civiles, officia, & honores, ſi ſe omnes ingeſſerint, admittant, & omnibus aliis ſuam exequi actionem, objectione prolis inclytæ quieſcente, & nõ obſtante aliqua lege: illa potiſſime, qua legitimare ſpurios, & naturales, niſi ex certa ſcientia non permittit: & aliis legibus, juribus, & conſtitutionibus ad hujus facientibus contra dictis, vel alicui prædictarum ex nunc ex certa ſcientia derogamus; Illuſtrium tamen Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Procerum dumtaxat natis exceptis; libertatem etiam donare, de quibus omnibus, & ſingulis te commemoratum Franciſcum electum Aretinum nomine Eccleſiæ tuæ præfata authoritate noſtra Regia, & Romani Imperii de novo ſpecialiter inveſtimus, ita ut in omnibus, & ſingulis, in dictis gratiis, honoribus, & dignitatibus, tu, & ſucceſſores tui exercere, uti, & exequi valeatis, per totum Romanum Imperium, authoritate noſtra, & Imperii libere, atque ſine ulla contradictione, & moleſtia qualicumque, hac Auguſtali providentia noſtra duratura, decernentes, etiam ex certa ſcientia, & de uberioris gratia dono ſancientes, quod de terris, caſtris, juribus, juriſdictionibus, ac poſſeſſionibus Aretinæ Eccleſiæ injuſtè detentis, vel alio modo injuſte poſſeſſis ad uſque dictam Eccleſiam Aretinam, nulla perſona, commune, collegium, univerſitas ulla ſe poſſit longi temporis, etiam ſi fuerit centenaria, præſcriptione tueri, & ſuper dicto dilecto, & ſuæ Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus, concedimus fa. ultatem, ut liceat in eis authoritate ſua ingredi poſſeſſionem omnium bonorum, quæ ipſe, vel prædeceſſores ſui juſte alienaverunt, vel injuſte per quoſcunque alienata fuerint, ſeu quæ occupabantur in poſterum poſtquam injuſte poſſeſſiones, ab eo legitime, vel alias amicabiliter requiſiti, & juſtitiam dicere, reſtituerint, non obſtantibus aliquibus ſummiſſionibus factis, vel ſi quæ in poſterum fierent, per homines dictarum terrarum, & cõmunium, univerſitatum, vel aliquarum earum alicui univerſitati loco, vel ſingulari perſonæ, cujuſcunque ſtatut, vel conditionis exiſtat, ſeu aliqua lege, vel conſtitutione, vel interdicto volentes hoc edicto univerſis, & ſingulis Principibus illuſtribus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Judicibus, Communibus, Terrarum, & aliorum locorum quorumcumque, cæteriſque magnis, & parvis perſonis, diſtrictius inhibentes expreſſè, ne quis ipſum electum in Eccleſiam Aretinam, ſeu ſucceſſores ejus, in præmiſſis, vel aliquod præmiſſorum, ullo tempore impedire, vel moleſtare præſumat, vel hanc noſtram paginam infringere, vel auſu temerario contrariare. Si quis autem contra tenorem præſentis indulti, quicquam attentare præſumpſerit, indignationem noſtrã Regiam, & pœnam centum marcharum auri optimi cõponendam, ſe noverit incurſurum, quarum medietas fiſco noſtro Regali, reliqua medietas tibi, vel Eccleſiæ tuæ, ſive tuis ſucceſſoribus veniat applicanda, quam etiã tibi liceat à tranſgreſſoribus exigere, & eam quæ nos, & fiſcum noſtrum cõtigit medietatem nobis, & ſucceſſoribus noſtris fideliter conſignare; decernẽtes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus à quocunque contra prædicta, vel aliquod prædictorum, quomodocumque fuerit attentatum præſentium ſalubris majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum.

Signum Sigiſmundi Imperatoris Invictiſſ. Auguſti.

Datum in civitate Cremonæ, anno Dom. 1414. octavo die menſis Januarii Regnorum noſtrorum Ungheriæ, & Croatiæ 26. Romanorum anno quarto.

* Eodem Franciſco vivente in Romana curia floruerunt Franciſcus alter Bellarminus ejuſdemque nepotes, Angelus, & Conradus viri doctiſſimi, Franciſcus Martini V. à ſecretis, V. S. R. Leodienſis Canonicus, ac magnæ apud omnes exiſtimationis fuit. Conradus vero patriæ Archipresbyter, ſub Nicolao V. Vaticanæ baſilicæ Canonicus, intimuſque ejuſdẽ Pontificis Cubicularius, & in Germania Apoſtolicus Nuncius, non minorem in gentem ſuam, & in patriã retulit. Splendorem. Sed illos omnes ſuperavit Robertus S. R. E. Card. Capuanus Archiepiſcopus vir Sanctiſſimus, Eccleſiæ lumen, hæreticorum malleus, Hetruriæ decus, Patriæ ornamentum, qui noſtro ſeculo Chriſtianum orbem ſanctimonia vitæ, & doctrina nobilitavit, cujus memoria in benedictione erit; de quo fuſius in noſtro 6. tomo in Archiepiſcopis Capuanis.

* Ex Append. I. 2.

74. ROBERTUS de Aſinis, nobilis Florentinus; Franciſco ſucceſſit ann. 1434. die 24. menſis Novemb. cumque diu Aretinam adminiſtraſſet Eccleſiam, Romæ clauſit diem poſtremam 1456. (,, *Synodo Ferrarien. interfuit ann.* 1438.). LXXIV.

75. PHILIPPUS filius Vierii Medicei, ad hanc ſedem promotus eſt 1456. quem Senatus, Populuſque Florentinus, ſemel, & ſæpius Pontifici commendavit, ut inter Purpuratos adlegeretur. Id cum impetrare non potuiſſet, extorſit tamen à Pio II. ut ad Metropolitanã ſedẽ Piſanã transferretur 1461. 14. Janu. LXXV.

76. LAURENTIUS Acciajolus Florentinus, Angeli filius Domini Quaratæ in Regno, ac multoties a Reipublicæ Florẽtinæ Vexilliferi, Philippo ſucceſſit an. 1461 *b*. fato verò functus eſt 1473. Tametſi autem in Aula Bononienſi, ubi nomina, cognomina, ac gentilicia ſtemmata eorum, qui aliquando Bononienſem civitatem adminiſtrarunt, depicta cernuntur, quidam Dominicus nominetur quondam Aretinus Epiſcopus ad ann. 1463. noverit lector ab imperito pictore fuiſſe demutatum Laurentii nomen, (1) nullus. LXXVI.

a Ris. b Menſe Jan.

(1) At nos faciliori affinitate vocis deceptum Pictorem putamus, bene que appinxiſſe Dominicum; errasse tamen in Epiſcopatus nota, pro Reatino ſignando Aretinum. Per hæc ſiquidem tempora Matthæus vir multæ virtutis illuxit, qui multis jam frenatis Eccleſiaſticæ ditionis civitatibus obiit Reatinus Patriæ ſuæ Epiſcopus. Pari deceptus eſt errore Vvaddingus tom. 3 Annal. Min. & ex eo Oldoinus poſtremus Auctarius Ciacconii, cum de Matthæo Cardinali de Aquaſparta verba facit, inquiens; ab eo Jacobum Aretinum Epiſcopum ob malè adminiſtratam Flaminiæ Provinciam Epiſcopatu privatum fuiſſe, qui non Aretinus, ſed Reatinus Epiſcopus fuit an. 1302. ut ſuo loco dicemus. *Lar.*

lus enim inter Laurentium, Gentilemq; qui ſequitur, legitur Aretinorum Præſulum ſeriem interceſſiſſe.

LXXVII. 77. GENTILIS de Bechis Urbinas, Canonicus Florẽtinus, atque in humanioribus literis Coſimi Medicei Patris Patriæ filiorum Præceptor, ad Epiſcopatum Aretinum ingenti Florentinorum lætitia ſubvectus eſt anno 1473. 12. Kal. Novembris; qui cum præclaras ejuſdem animi dotes, inque agendo, expediendoque conſilia dexteritatem perſpectam haberent, illum multoties ad Principes legaverunt Oratorem, præcipuè autem ad Carolum VIII. ut Patris importuno fato condolerent, eidemque gratularentur Regnum, ac deinde ad Alexandrum VI. qui nuper ad Pōtificiam ſedem evaſerat 1492. de qua legatione Guicciardinus enarrat. Cumque Carolus VIII. ad Neapolitanum Regnum recuperandum jam jam arma moveret, per ſuos legatos poſtulavit à Florentinis, ut ab eo fœdere, ſocietatèque belli nollent excludi; cum autem cunctantius, utpote in re gravi, valdeque ancipiti Florentini deliberarent, abiiſſentque penè indignabundi legati, ex miſſu Senatus Gentilis rem omnem, B apud venturum Regem ſervata pace tranſegit. Hujus Epiſcopi temporibus monaſteria S. Marci, & S. Claræ, quas Aretini muratas vocant, ſundata; Monachiſque Montis Olivetani indulſit, ut ex veteri, collapſique amphiteatri ruinis templum, monaſteriumque Aretii poſſent ædificari, ut ex ſubjecto monumento perſpicitur.

Gentilis Dei, & Apoſtolica ſedis gratia Epiſcopus Aretinus, &c.

SAnè cum Chriſtianiſſimus Princeps Carolus Romanorum ſemper Auguſtus, ut ſuo conſtat indulto dum Romam iter faceret, Aretiumque perveniſſet comperiens gymnaſium, quod tunc erat intra domum B. Donati, & flumen Caſtri effectum eſſe proſtibulum in tam digniſſimi loci dedecus, & detrimentum, ut tantum errorem à dicto loco tolleret, & amoveret, illud eccleſia B. Donati, & ſucceſſoribus ſuis, & Imperiali largitate gratioſè, & liberè condonavit: poſteaq; ſexcentis, & ultra annis tunc decurſis bonæ memoriæ Guido prædeceſſor noſter, qui & venerabilibus fratribus Ordinis Montis Oliveti habitum religionis eorundem, & ipſius Montis Oliveti locū C conceſſerat, ut gymnaſium ipſum de bono in melius commutaret, ob ſynceramque devotionem, & fidem, quas erga eoſdem fratres gerebat, cupiens illos in civitate hac Aretina etiam Domino perpetuo famulari, illud etiam dictis fratribus ſponte, & liberè tradidit, atque conceſſit, adeo quod, prævia Dei gratia, fratres ipſi eccleſiam cum monaſterio ad Dei laudem, atque ſub titulo, & nomine B. Bernardi Abbatis tunc ibidem extruxere. Nos vero ejuſdē prædeceſſoris noſtri veſtigia imitari cupientes, &c.

Ego Bernardus q. Chiſtophori de Bezzolis, &c.

(„ *Gentilis Georgii de Becchis filius, Decretorum* „ *Doctor, variis præfectus Plebibus in Etruria, Canonicus Florentinus, atque Piſanus, Papæ ſcriptor, & familiaris inter præclariores, atque Doctiores ævi illius* „ *viros omninò eſt recenſendus. Plures illi conſcripſere* „ *Epiſtolas Marſilius Ficinus, Jo. Antonius Campanus,* „ *Jacobus Card. Ammannatus, Philelphus, aliique. Ejus* „ *item multa cū laude meminere Politianus in ſuis carminibus, Calderinus in Epiſtola Dedicatoria ad Martialem, Valerius in Vita Laurentii Medices, Brutus* „ *in hiſt. Florent. atque alii quamplures. De eo nos fusè* D *egimus in hiſtoria Chronologica Canonicorum Florentinorum, quam ſummo labore, atque diligentia concinnavimus. Obiit anno* 1497. Salvinus.)

LXVIII 78. COSMUS Paſtius a nobiliſſimus Florentinus Leonis X affinis, magno, & excellenti vir ingenio, tū Græca, tum Latina politiori literatura inſignis, ſub Alexandro VI. melioris fortunæ aleam experturus, Romam profectus eſt, ab eodemque Pontifice S. Petri Canonicus eſt primum adlectus, mox etiam Olorenſenſis b Epiſcopus, in Antonium Paſtium affinem canonicatu tranſmiſſo. Eo dignitatis gradu condecoratus, ex Florentini Senatus decreto, cum Franciſco Pepio Juriſconſulto, armato Maximiliano Imperatori Italiæ minitanti, poſtulantique contra Gallos Florentinorum fœdus, cum ſuæ Reipublicæ mādatis occurrit, exque voto Patrum conſilia intrepidè expedi-

a Guillelmi de Pazzis, & Blanchæ Petri Coſmi Medices Filius Sald.
b Oloronenſis.

A vit. Quamobrem è legatione reverſum ad Aretinam vacuam ſedem elegerunt die 17. menſis Aprilis anno 1497. legatumque ad Regem Hiſpaniarum cum Nicolao Neronio deſtinarunt; deinceps nomine Patriæ Ludovico XII. poſt exceſſum Caroli VIII. Gallicanam coronam gratulatus eſt anno 1498. Egitque apud eundem Regem, ut Piſæ Florentinis reſtituerentur: iterumque Lugduni, Petro Soderino collega, cum eodem Rege fœdus percuſſit, quo pollicebantur Florentini haud ſe ſuppetias iis ſummiſſuros, qui Mediolanum recuperare fuiſſent conati. Eodem anno cū Galliarum Rex, ut jura ſua deſenderet, armatus Mediolanum veniſſet, honorificam à Florentinis Legationem excepit, qua cum Coſmo Paſtio, Petro Soderino, Franciſco Gualterotto agentibus ea inter Regem, Florentinoſque ſancita concordia eſt, ut alteris alteri ad communes repellendas injurias præſto eſſent. Valuit Paſtius in explicandis conſiliis, quam qui maximè, orator egregius, & omni diſciplinarum genere cultiſſimus. Nec verò melior eccleſiaſticus, quàm miles B fuit; ſiquidem Cæſari Valentino Florentiam 1501. properanti terrori fuit, captaque Aretio, cum Guillelmo Paſtio parente, ejus civitatis per id tempus commiſſario à Vitellotio Vitellio, quem Valentinus inſtigarat ad facinus, Epiſcopus arcem cum delecto præſidio occupavit. Sed cum anguſtiorem commeatum, quam putarat, nactus fuiſſet, tardioraque à Florentinis præſidia veniſſent, intra quatuordecim dies rebus, corporibuſque ſalvis deditionem fecit, ut obſeſſis magis, quam ſibi conſuleret, ipſe verò cum octo nobilibus ſociis Aretinis victoribus præda ceſſit. At verò cum paulò poſt Aretio Florentini potiti eſſent, Epiſcopus ſervitutem excuſſit, atq; poſt obitum Alexandri VI. ad Pium III. Florentinus legatus honorificè deſtinatus. Sed cum ante gratulationem Pius poſtremam diē clauſiſſet, ad Julium II. ſucceſſorem, Coſmo deducente, Senatores illi gratulatum profecti ſunt. Cui cū apprimè charus Epiſcopus Paſtius evaſiſſet, ab eodem ad Archiepiſcopalem Florentinam ſedem translatus eſt, an. 1508. die 5. menſis Julii, in qua dignitate, cun- C ctis applaudentibus, uſque ad annum 1513. ſuperſtes fuit; vir utique memorabilis, quod florenti, labantique plerumque Patriæ ſuæ commodo fuerit, & ſaluti.

79. RAPHAEL Riarius, in Aretinum Epiſcopatum Coſmo Paſtio ſucceſſit anno 1508. die 5. menſ. Julii, qui poſt tres annos ſponte eo munere ſe exſolvit. LXXIX.

80. HIERONYMUS Sanſonius Savonenſis, à Julio II. Pontifice ſuo affine adlectus eſt 1511. die 5. menſis Novembris, inſecutoque anno Concilio Lateranenſi interfuit. Aretinam adminiſtravit Eccleſiam uſque ad annum 1516. inde ad Laudenſem Epiſcopatum in Inſubriam translatus eſt. LXXX

Poſt hunc Hieronymum contendit Buralius Franciſcum Card. Ermelinum, Aretinum ſucceſſiſſe in Epiſcopatum, perque duos annos in ea ſede floruiſſe; ſed ſi ulla actibus Cōſiſtorialibus fides, planè fallitur, cum, qui ſequitur, Octavius Maria Sſortia ſucceſſerit.

81. OCTAVIUS MARIA Sfortia, filius naturalis Galeazzii Sſortiæ Mediolanenſis Ducis, cum in ſuſpicionem novandarum rerum Gallis veniſſet, coa- D ctus eſt ſub X. Leone Laudenſem cum Aretino Epiſcopatu commutare, anno 1519 die 14. menſis Decembris; quam eccleſiam cum adminiſtraſſet uſque ad an. 1525. Gallique jam Mediolanenſi Principatu fuiſſent exuti, Aretino dimiſſo, ad ſuum rediit Epiſcopatum, in quo haud diuturna mora jus dixit; Cæſarianis enim æquè ſuſpectus, Laudenſi Epiſcopatu ſponte ſe abdicavit, vitamque privatam Mediolani, quoad vixit traduxit, ut poſtea plenius narrabimus. LXXXI.

82. FRANCISCUS Minerbettus, („ *Thomæ Minerbetti, & Bartholomeæ Bernardi Medices filius,*) nobilis Florentinus, („ *Sacrorum Canonum Doctor,* „ *Prothonotarius Apoſtolicus,*) Turritanus antea Archiepiſcopus è Sardinia ad hanc translatus eſt anno 1525. die 6. menſis Martii, nomenque Archiepiſcopi ſemper retinuit. Hic à juventute, ob rariſſimas animi dotes, in Metropolitana Florentina obtinuit Canonicatum, cujus deinde etiam Archidiaconus evaſit. S. Joannis majoris in Mugello Plebania, ac Montopolita- LXXXII

na ſi-

na ſimul auctus eſt, ut miratur Ammiratus: Mediceis addictus fuit, itaut pro illis aliquando viſus ſit periculum capitis adiiſſe. Ann. 1512. cum Joanni Mediceo Cardinali, eo periculo defunctus adhæſiſſet, ab eodem jam Pontifice Turritanus in Sardinia Archiepiſcopus declaratus eſt *a*; deinde à Clemente VII. Aretinam ſedem adminiſtrandam, regendamque accepit. Leoni X. proficiſcenti Bononiam, ad Franciſcum I. Regem Gallorum, nomine Reipublicæ Florentinæ Legatus obvius fuit. Deinde etiam ejuſdem Reipublicæ miſſu, ſuorum collegarum Princeps, ac Dux Clementi VII. novum eccleſiaſticum Principatum gratulatus eſt. Denique anno 1531. cum Vidone Mediceo Archiepiſcopo Theatino ad Ducem Alexandrum Mediceum, Florentina nobilitate mittente, legationem obivit. Aretinam rexit Eccleſiam uſque ad annum 1538 *b*. eoque munere ſponte ſe abdicavit, vixitque deinde Florentiæ piis operibus enixè intentus. Dum conſenuiſſet S. Sylveſtri monaſterium, in quo nobiles Virgines dote caſſæ reciperentur, fundavit ad portam Pinctiam. Nec tamen cum ſe tumultuantibus curis ſubduxiſſet, ad arbitrium ſuum viſus eſt latuiſſe. Primus enim Coſmus Magnus Dux conſiliis explicādis illum adhibere ſolitus erat, cumq; Carolus V. Lucam progrederetur, ut illuc cum Paulo III Pontifice de graviſſimis rebus miſceret colloquia, illum per Franciſcum Minerbettum Epiſcopum omni honoris cultu à Cortonæ confiniis Lucam uſque deducendum curavit. Sexaginta, & ſeptem natus annos deceſſit an. 1543 *c*. atque apud S. Mariam Novellam prope parentem tumulatus eſt, cui nobile monumentum cum hoc epitaphio erexerat.

a Anno 1514.

b 1537.

c Die 21. Januarii. De hoc plura Salvinus in hiſt. Canonicorum Florentinorum.

Thomas Minerbettus Eques cunctis Reipub. honoribus egregiè functus moritur M.CCCCLXXXIX.

Fr. Archiepiſcopus Turritanus parenti piiſſimo.

Pavimentum autem hanc habet inſcriptionem.

Idem Franciſcus Archiepiſcopus annum agens lxx. ut in morte etiam parentum contubernio frueretur ſibi V.P. MDXXXV.

LXXXIII. 83. BERNARDETTUS Minerbettus, („ *Andreæ Minerbetti atque Ermollinæ Corbinellæ filius*, „) nepos Franciſci, ex ceſſione Patrui Aretinum obtinuit Epiſcopatum 1538. *d* die 6. menſis Februarii, cujus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem poſt ejuſdem exceſſum menſe Aprilis anno 1543. Patruo ſimillimus fuit, clarusq; in paucis Coſmo Mediceo Principi, cujus nomine apud Neapolitanum Proregem de rebus graviſſimis legationem obivit anno 1551. anno verò 1557. ſtatus Senenſis decreta cum Coſmo Mediceo ſua præſentia, ac teſtimonio ſanxit. Apud Alphonſū II. & Herculis Ducis Ferrariæ obitum doluit, & eidē noviter adeptum Principatum eſt gratulatus, communemque lætitiam fœderum inter Gallos, & Cæſarem ſua legatione ad Carolum V. mittente Coſmo, cumulavit. Inde apud Philippum filium reſedit Legatus anno 1558. uſque ad annum 1564. Indeque cum Frāciſco Etruriæ Principe, qui Hiſpanica in Aula aliquandiu fuerat commoratus, in Etruriam reverſus, Aretinam Eccleſiam ſuam ita piè, ſanctèque adminiſtravit, ut excedens è vivis anno 1574. 16. Septembris omnibus ſui deſiderium reliquerit inconſolabile *e*. Valuit eruditione, itaut in flore juventutis apud doctos haud tulerit mediocrem laudem Poeſeos, ut lib. 3. Æneidos à ſe lingua Etruſca eleganter donatus abundè teſtatur.

d 1537. ex Actis. Ibidem Clericus Florent. dicitur I. V.D. & 18. an. ætatis. Lau.

e Plura de eo in Notitiis Virorum illuſtrium Academiæ Florentinæ, cujus ipſe unus ex fundatoribus fuit, par. 2. pag. 30. Mandoſ.

LXXXIV. 84. Fr. STEPHANUS Bonuccius, Ludovico cœmentario Patre Aretii natus, ſed è Mutina Inſubriæ nobili civitate oriundus, à Stephano Bonuccio nobili Aretino, ac Servitarum quondam Generali, cujus fuerat alumnus, profeſſionem, nomen, cognomen, dicitur auſpicato traxiſſe; ſi quidem cum Servitarum ordinē fuiſſet profeſſus, in artibus primum ad miraculum profecit, mox per minores dignitatū gradus ad Generalatū ſui ordinis aſcendit. Cumque Hugo Card. Boncompagnus ad Regem Hiſpaniarum Legatus proficiſceretur, Fr. Felicem Perettum Montaltum, Ord. Minorum Procuratorem Generalem, ac Fr. Stephanum Bonuccium Principem Servitarum, collegas legationis, iiſque conſilio habuit. Cum verò prædictum foret, ut ij tres ſummi Pontifices evaderent, ex parte dicto conſtitit fides; Hugo enim ad ſummam ſedem Apoſtolicam ſubvectus, Gregorius XIII appellatus eſt, recordatuſque Bonuccii, Alatrinum illum creavit Epiſcopum, annoq; 1574. 1. die ineuntis Octobris tranſtulit ad Eccleſiam Aretinam; Perettus verò cum à Pio V. inter Purpuratos cooptatus eſſet, Greg. XIII. in Pontificatum ſucceſſit, Sixtus V. appellatus, Purpuraque cohoneſtavit Bonuccium ſub titulo S. Marcellini, quam ille adeò dignitatem fortè implevit, ut omnes præſagirent, fore, ut tertius Pontifex renunciaretur. Cæterum omnium ſpes mors importuna præcidit. Deceſſit enim Romæ anno 1589. die 2. menſis Januarii, ſepultuſque eſt apud S. Marcellum, ubi ejuſmodi legitur epitaphium.

D. O. M.

Fratri Stephano Bonuccio, ord. Servorum Civi, & Epiſcopo Aretino S. R. E. presb. Card. tit. SS. Petri, & Marcellini, cum inſignis religio, prudentia, & doctrina omnium judicio, & votis ei majora pararent extincto ætatis ſuæ anno lxviij. ſalutis humanæ MDLXXXIX. die ſecunda Januar. Ludovicus Bonuccius, & Io: Baptiſta frater Patruo benemerito PP.

In maximo templo Aretinæ civitatis ijdem nepotes ejuſmodi elogio cohoneſtarunt.

D. O. M.

Fr. Stephano Bonuccio S. R. E. tit. S. Petri, & Marcellini presb. Card. quem Tridentum ad ſacrā Synodum Theologum celeberrimū, Hiſpania Hugonis Card. Boncompagni ad Philippum Regem Legati fideliſſimum Conſiliarium, Servitana familia per omnes ejus gradus Gubernatorem optimum, Alatrum, & Aretium paterna civitas Præſulem vigilantiſſimum, Roma ſæpè ad ſummos Pontifices Oratorem, ſacræ Inquiſitionis Cenſorem, Concilij Interpretem, aliiſque muneribus perfunctum, ſapientiſſimum omnis Chriſtiana Reſpublica in omnibus religioſiſſimum, ac demum digniſſimum Cardinalē experta, dum ſpe Pont. Max. expectabant, ex inopinato obeuntem graviter luxere. Obiit verò iv. non. Ianuarii M.DC.XXXIX. anno ætatis ſuæ lxviii. Ludovicus Bonuccius, P. Aretinus, Fabius, & Baptiſta fratres Patruo benemerito PP.

85. PETRUS Uſimbardus („ *Nob. Florentinus*: „ *in Actis Conc. deſcribitur Terra Collis nullius Diœceſis Provincia Florentinæ*, Lucent.) ad preces Ferdinandi Magni Ducis Etruriæ, Stephano Bonuccio ſucceſſit 1589. die 9. menſis Januarii. Cum adhuc adoleſceret, ſecretarii munere functus eſt in Aula Joānis Card. Medicei & filii Coſmi I. Magni Ducis Etruriæ ſub diſciplina Bernardi Juſti Abbatis, eandemque operam præſtitit Ferdinando Mediceo Cardin. qui poſtea Magnus Dux Etruriæ fuit. Plebania S. Mariæ de Limite, ac Cinguli Præpoſitura eſt auctus. Poſt exceſſum Bernardi Juſti apud Ferdinandum Card. primus ſecretarius evaſit, eidemque adfuit in Conclavibus, ubi Gregorius XIII. Pōtifex, & Sixtus V. ad Apoſtolicam ſedem evaſerunt. Deinde cum Ferdinandus Franciſco Magno Etruriæ Duci ſucceſſit, & ſacerdotia, quæ poſſederat, in familiares, aulicoſque conferret, Petro prædives Abbatia obvenit, ac deinceps etiam Aretinus Epiſcopus eſt adiectus. Ex eo, cum ſe aulicis curis ſubtraxiſſet, ut ſibi creditam Eccleſiam præſens adminiſtraret, Laurentium Uſimbardum fratrem aulicis inſerviturum negotiis apud Etruſcos Principes ſuo favore promovit; (Is ille, qui cum in Conſiliarii munere egregius evaſiſſet, inter Purpuratos Florentinos Patres eſt numeratus.) Uſimbardumque alterum fratrem novæ Collenſi civitati Præſulem præficiendum curavit. In qua ipſe monaſterium Monialium ex inſtituto S. Auguſtini fundavit, eidemque peramplum cenſum attribuit. Aretinum clerum ex Concilii Tridentini cenſura correxit, inſtauravit, exornavitque Epiſcopale palatium, cenſuſque, atque fortunas Epiſcopatus adauxit; cumque optimi Præſulis nomen fuiſſet adeptus, diem clauſit extremum anno 1612. 28. menſis LXXXV.

a De hoc item plura in laudatis Notitiis, pag. 177. *Mandoſ.*

Maji, reliquitque Uſimbardam familiam honorum titulis *a*, opibuſque ita firmatam, & adauctam, ut cum qualibet Florentina gente illuſtriori videretur poſſe conferri. Quam tamen hodie ob mortem Franciſci Uſimbardi, olim Cameræ Apoſtolicæ Clerici, in uno Claudio effœto ſene videmus labaſcere.

LXXXVI. 86. ANTONIUS Riccius Florentinus, filius Vincentii Senatoris („ *atque Caſſandra Antonii de* „ *Hieronymis*,) cum Romæ Scipionis Cardin. Burgheſii eſſet familiaris, ea ejuſdem favore Aretinum Epiſcopatum adeptus eſt, anno 1612. die 27. menſis Junii. Ad 25. annos præſens Eccleſiam ſuam adminiſtravit, adeo ſpectata laude prudentiæ, ut Petrum Riccium ejuſdem olim civitatis optimum Præſulem ad vivum videretur referre. Defunctus eſt in exordio anni 1638.

LXXXVII. 87. THOMAS Salviatus Florentinus Patricius, Epiſcopus antea Collenſis ad Aretinam Eccleſiam translatus eſt, anno 1638. menſe Januario. Adhuc in vivis agit, florentis ætatis nobilis Præſul, trium Cardinaliũ ſuæ familiæ virtutes ad vivum repræſentans. B

A D D I T I O.

(„ *Thomas Laurentii Salviati, & Laura de Medicis filius, juris Lauream Piſis an. 1622. adeptus, inde* „ *Romam in aulam Franciſci Card. Barberini profectus,* „ *ibi S. Celſi Canonicus eligitur, atque Archipresbyter* „ *S. Euſtachii, tum Collenſis Epiſcopus an. 1634. demum* „ *an. 1638. die 1. Martii ad Aretinam regendam Eccleſiam translatus eſt. Ibi Clericorum ſeminarium erexit: atque ea pietate vivens emicuit, ut poſt diuturnum Præſulatum decedens an. 1671. die 15. Octob. magnam ſui opinionem in terris reliquerit. In Cathedrali, ut ipſe mandaverat, in communi Epiſcoporum ſepulchro conditus fuit.*

LXXXVIII „ NERIUS *Card. Corſinus electus Epiſcopus Aretii die 8. Febr. 1672. Aretium venit 14. Junii ejuſdem* „ *anni. At cum ad graviores curas Romam evocaretur,* „ *inſulam in manus Pontificis libere remiſit an. 1677. die* „ *8. Martii: inſecutoque anno Florentiæ deceſſit die 29.* „ *Septemb. in Sacello S. Andreæ Corſini in Carmelitarum templo tumulatus. Conſule Ignatium Orſolinum* „ *in Cardinalibus Florentinis.* C

LXXXIX. ALEXANDER *Strozzia, in primis nobili Florentina gente natus, cedenti Corſino ſubrogatur 8. Martii 1677 dum oculos in tanti Pontificis fulgores intendit, Aretinus Populus morte ſublatum defflevit 19. Octob. 1682. Aretinæ in Cathedrali quieſcit communi* „ *exceptus Epiſcoporum ſepulchro. Ejus vitam deſcripſit* „ *Salvinus in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ pag. 603.*

XC „ JOSEPH *Octavius de Attavantis filius Pandulphi, & Leonoræ Martii Medices undequaque ſpectatiſſimis familiis in re Florentina, Florentiæque Archiepiſcopi Americi Martii Medices pronepos. Romæ* „ *inter Convictores Seminarii nobiliter ad ſeptennium* „ *educatus, inde Piſas divertit, ubi humanum, ſacrumque jus emenſus, utriuſque Lauream Doctoralem eſt aſſecutus anno 1670, mox Canonicus factus Florentinæ* „ *Metropoleos 14. annos cum eidem inſerviſſet, ad Aretinam Inſulam vocatus eſt die 24. Maji 1683. poſtrema* „ *die ejuſdem menſis una cum Michaele Carolo Epiſcopo S. Miniatis ſolemnem inaugurationem excepit in* „ *templo Domus profeſſæ ſocietatis Jeſu per manus Card.* „ *Franciſci Nerli Archiepiſcopi Florentini, & Aretium tandem venit die ultima menſis Octobris ejuſdem* „ *anni, quem inter celſiſſimos Heroes ſuaviandum officioſiſſime venerata illico eſt Aretina Gens. At importuna mors citius quàm par eſt, proficua cogitantem bonum ſuſtulit Paſtorem an. 1691. die 9. Januarii in communi Epiſcoporum ſepulchro in Cathedrali tumulatus.* „ *De hoc item Salvinus in opere præclaro de Canonicis* „ *Florentinis agit diffusè.* D

XCI. „ JO. MATTHÆUS *Marchettus nobilis Piſtorienſis I.V.D. Canonicus, & deinde Præpoſitus Eccleſiæ Piſtorienſis, mox Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ* „ *Emporienſis Florentinæ Diœceſis, adlectus 19. Decemb. 169 . Obiit in reſidentia an. 1704. menſe Sept.*

XCII. „ BENEDICTUS *Falconcini, nobilis Volaterranus I.V.D. Præpoſitus inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S.*

A „ *Mariæ Majoris Terræ Piſciæ, cum antea fuiſſet Lector juris Canonici in publica Univerſitate Piſana, ac* „ *Vicarius Capitularis ejuſdem Terræ, annorum 47. ad* „ *Epiſcopatum Aretinum evectus eſt 15. Decemb. 1704.* „ *Vivit adhuc.*

ASCULANI,

ſeu ESCULANI in Piceno

EPISCOPI.



ASCULUM Piceni ideo libuit appellare, ut ab eo oppido, quod in Apulia ſitum eſt, opportunè ſecerneretur. Aſculum ergo perantiqua, ac nobilis Piceni civitas ſupra fluvium Troentum ſedem accepit in ea parte, qua vergit ad Aprutium, in eamque Provinciam à Leandro Alberto conſulto rejicitur, tametſi ſemper ab optimis ferè Scriptoribus appelletur Piceni caput, qua dignitate inſignitæ Plinius, Floruſque præcipuè meminerunt. Quamobrem Plinius de Aſculo ita inquit lib. 3. c. 13. *Colonia Aſculi Piceni nobiliſſima*. Florus vero lib. 1. c. 18. *Domiti Picentes, & caput gentis Aſculum*. Eamdem in Piceno repoſitam Strabo lib. 5. in hæc ferè verba deſcripſit. *In Mediterraneo eſt Aſculum Picenum, locus, in quo mœnia condita, natura munitiſſimus, & Montes circuitu, jugis exercitibus inacceſſis*. Ab aliquibus hæc civitas vocatur Aſculum, C aliis Eſculum, ut ab eo, quæ in Apulia eſt, diſcernatur, tametſi apud nobiliores, antiquoſque ſcriptores Aſculum ferè ſemper appelletur. Hujus meminere Cæſar in Commentariis, Cicero, Vellejus Paterculus, Lucanus, Plutarchus, Appianus, Frontinus, Stephanus, Ptolomæus, Liviuſque diverſis in locis, præcipuè autem in lib. 72. ubi fusè narrat occiſionem, quam Aſculani in Q. Servilium Proconſulem, cæteroſque Romanos cives, qui illic commorabãtur, ſæviſſimè exercuerunt; itaque cum contra jus gentium ante bellum, miſſos à Romanis Legatos interfeciſſent, Aſculum ferro, flammaque exuſtum eſt, ac omnino deletum. Cæterùm in eodem loco, ſed non ejuſdem potentiæ, nobilitatiſque Aſculani muri iterum exſurrexerunt, diſpari, inquam, fato cum olim totius Piceni caput appellaretur, & eſſet. Longitudine occupat milliarium, privatos lares continet bis mille, & quingentos; in quatuor dividitur regiones; duæ ibidem viſuntur arces, turres erectæ 100. demolitæ 50. pontes ſex, mi- D rabili architectura formati, portæ novem cultiſſimæ, latiſſimæque viæ, atque plateæ, ampla fora, ac ſplendida palatia, templa denique religioſorumque monaſteria magnifica.

In primis civitatibus, quæ jam inde ab Apoſtolorum temporibus lucem hauſerunt Evangelii, Aſculum numerari poteſt; diuturnioríque mora ſub Pontificio quievit Imperio; ſed cum vitio temporum noxioſiſſimæ illæ Guelphorum, Gibellinorumque factiones ebullire cœpiſſent, ea ortis tyrannis, qui inter ſe de Imperio decertabant, poſtremum iterum excidium Aſculum civitas paſſa eſt. Etenim cum Thomas Falzetta, ſtultuſque ejuſdem filius Aſculanum tyrannicè ad ſe traxiſſent imperium, Zotto Miglaniſio illos deinceps expellente, tanta rerum civilium perturbatio in Aſculi conſecuta eſt, ut penè omnia tam humana, quam divina ſuſque deque viderentur miſceri. Quievit tandem illa Civilium diſcordiarum procella, ac diuturnitate temporis adeò ſedata eſt, ut ad

Ponrificum Romanorum libens volenſque rediret Imperium. Et hoc tempore quidem ex diuturnitate pacis, juſtitiaque illam adminiſtrantium, opibus, armis, literiſque adeo probè nitet, ut quæ in Italia noſtra tempeſtate florent, illarum nulli videatur ſecunda. Protulit autem illa Civitas ubique, & ſemper viros, qui omnibus ſeculis omnium virtutum laude floruerunt. In quibus olim enituit Betutius Bazzo, quem inter facundiſſimos Oratores Cicero Oratorum princeps numerat; & ſi belli, paciſque artes attendas, Vētidius ille Baſſus longè clariſſimus fuit, Romanæ Reipublicæ olim Conſul, ac Dux, quique primus Parthos, bellicoſiſſimam gentem, victricibus illatis ſignis auſus eſt irritare in prælium: gloriaturque Aſculum Nicolaum V. Pontificem ſummum intra ſuos muros progenuiſſe: nec minus Mathematicis artibus Ciccius Aſculanus patriam illuſtraſſet, niſi ejuſdem admiranda ſanè opera tanquam magicis artibus propiora ſuperior ætas deſpexiſſet, damnatoque auctore dubiam famam traxiſſent.

Jam inde à primis temporibus Epiſcopalem dignitatem obtinuit, primuſque illius Epiſcopus, qui antiquior reperiatur, ſcilicet Emygdius eſt, qui à S. Marcello Papa illic ordinatus Epiſcopus, evulganſque Evangelium Chriſti ſub Diocletiano ſæviſſimo Principe martyrio coronatus eſt, Aſculique tanquam protector præcipuus veneratione ſumma colitur. Aſculanus Epiſcopus nullius Metropolitani ex arbitrio pendet, ſed ab ipſis incunabulis uni Apoſtolicæ ſedi proximè obſequium præſtat. Hujus antiqua Diœceſis ampliſſima olim fuit; fines enim illius ſecundum latitudinem ab Aſo fluvio ad montis Poli uſque radices, ſalinique vada excurrunt; ſecundum longitudinem verò ab Adriatico litore ad Amatricianorum pendices, Spoletanique Ducatus terminos prope Nurſiam pertinent. Caſtra, Oppidaque ſuis cum pagis, plebibus, & Eccleſiis ibidem exiſtentia, in tanto Diœceſis ambitu ſub Aſculani comitatus nomine, Antiſtitum parebant principatui, quippe qui non uno Auguſtorum, Regumque præcepto, nec uno ſummorum Pontificum reſcripto, Civitatis, Comitatuſque hujuſmodi declarati, confirmatique Dynaſtæ, populis ſibi ſubjectis, non divina dumtaxat, ſed humana quoque jura præſcribebant, Vicecomites, Prætoreſque locorum conſtituebant, Caſtra viris nobilibus feudo tradebant, à Domicellis homagium, atque fidelitatis juramentum recipiebant, nundinas ubique, ditiones locorum pro libito inſtituebant, pedagia exigebant, nummos cudebant, & baculos quandoque aureos geſtabant; nunc vero Ancarani Barones, Pontificalis Aulæ Comitum, ſacrique Romani Imperii Principum glorioſa retinent nomina. Diœceſis autem, quæ præſens remanet, multis licet locis ex novarum Cathedralium erectionibus divulſa fuerit, haud tamen exigua eſt; continet enim Civitatem ipſam cum toto fere illius comitatu, paucis exceptis Villulis, & Caſtellis, quorum quædam Firmano Archiepiſcopo, quædam verò, ſive Aprutino, ſive Ripano, ſeu Montaltenſi ſubjacent Epiſcopis. Oppida inſigniora quinque inſuper retinet, Amatricem videlicet, Accumulum in Regno Neapolitano, Arquatum in Ducatu Spoletano, Ophydam, ubi inſignis Eccleſia collegiata 12. Canonicorum una cum Priore, olim Monachorum S. Benedicti cœnobium, in qua corpus S. Leonardi Confeſſoris quieſcit, & montem Gallorum in Piceno, in tota verò Diœceſi ſex, & quinquaginta ſupra centum parochiales Eccleſiæ numerantur. Cathedralis Eccleſia cohærens Epiſcopio, in prima Urbis regione poſita ad Orientem, Deiparæ Virgini aſſumptæ, ac D. Emygdio ſacra, Corinthiaco opere undequaquè vivis, quadratiſque lapidibus conſtructa eſt. Templum non minus ſpatioſum, quam ſpecioſum palm. 309. longitudine 130. latitudine, tres intus habet ex lateribus fornices, quorum medius ſex integris octangulis, quatuor verò dimidiatis fultos columnis, ſingulis quadrato lapide cũ ſuis arcubus ac teſtitudinibus affabrè formatis inferius conſtituentibus pavimentum, ſuper quod aſſurgit cupula ſatis eminens, ſatiſque decora, quatuor arcubus ſuffulta. Inter primum verò, mediumque pavimentum cernuntur organa ſiniſtrorſum opus Antonii Mirorei Antuerpienſis. Tertium denique pavimentum, cæteris ſuperius occupatur à Clero, in cujus medio maxima elevatur Ara cum inſigni ligneo tabernaculo deaurato à Georgio Vaſario Aretino depicto. Ad Pſallentium commoditatem extat tribuna cum Odeo, in quo Chriſti è Cruce depoſiti, Deiparæ, ac aliorum Sanctorum apparent icones, Caroli Crivelli pictoris non ignobilis. Canonici 12. numerantur, & Archidiaconatus unica dignitas. Olim aliæ quatuor dignitates inibi erant, Archipresbyter nimirum, Præpoſitus, Primicerius, & Manſionarius, quorum præbendæ ſuppreſſæ fuere. Cappis utuntur Epiſcopalibus, optioniſque gaudent privilegio, quibuſdam in Parochiis ex veteri conſuetudine animarum inſtituunt Rectores: priſcis temporibus Epiſcopos eligebant, confirmabantque in Caſtris Pemontis, Columnatæ, ac Martignani Vicecomites, Prætoreſque, nunc autem dirutis prioribus Maſignani Barones exiſtunt. Oppidum eſt Aprutii finitimum. Manſionarii numero ſex, iique præbendati perpetui 12. erant ex inſtitutione. Sunt, & alii miniſtri amovibiles. Extant in Templo Altaria 20. illud autem in primis majori cultu reverendum, quod B. Virginis Lauretanæ argentea inſignitur imagine. Alterum olim extabat B. Saladino dicatum, cujus pulveres ibi recludi docent antiquæ Eccleſiæ monumenta. Reliquiis ſacris præter D. Emygdii, ſociorumque corpora, inſignibus decoratur, ubi & fruſtulum ſacræ columnæ, in qua Salvator Chriſtus fuit flagellatus, Caput S. Benedicti martyris, oſſa D. Conſtantini Levitæ, & martyris, ac S. Veneris Virginis, ac item martyris aſſervantur. Ibidem legitur in marmore humatum S. Auguſtinum Eremitam, nec non Hieronymum Tuberum presbyterum, cui quidem ob vitam piè, ſanctèque peractam Canonici monumentum ſtatuere. Major ſacriſtia ampla eſt, & nitida. Ab hujus templi latere ædes ſunt Canonicorum, quas dicunt canonicas. Clericorum Seminarium à Petro Camiano Epiſcopo excitatum non longè adeſt à Templo ſitum, ubi olim erat Xenodochium cum Eccleſia S. Luciæ, auctum inde, & à fundamentis reſtitutum ſub Hieronymo Card. Bernerio, & Epiſcopo Aſculano. Præter Cathedralem quatuordecim intra civitatem numerantur parochiales Eccleſiæ, religioſorum virorum 11. ſanctimonialium 5. venerabilia monaſteria, Collegium ſocietatis JESU, & Congregatio Oratorii ad normam S. Philippi Nerii cum Eccleſia eidem Divo ſacra: ſodalitates laicorum 11. aliaque ſunt oratoria tum intus, tum propè civitatem, quæ quidem antiquitus Cœnobitarum, Monachorumque erant manſiones In Oppidis vero ejuſdem Diœceſis 20. alia virorum, & unum monialium cœnobium ſpectantur, aliæque Eccleſiæ, piaque loca viſuntur, in quibus populi pietas, Cleri charitas, Paſtoris ſollicitudo enituit ſemper.

A D D I T I O.

(„ *Inter Canonicos hujus Cathedralis recenſentur „ Theologus, & Pœnitentiarius. Manſionarii inibi novem ſunt. Archidiaconi jus eſt deputare Vicarium ad „ curam, quæ exercetur in Parochiali. Decem tantum „ Parochias civitas enumerat, in qua item ſunt duo Xenodochia, & mons Pietatis. Secus civitatem duo ſpectantur clauſtra Minorum de Obſervantia S. Franciſci. Ipſa civitas decem mille & amplius habitatores „ complectitur. Univerſa Diœceſis ad 30. millia mortalium aſcendit. Oppida clariora ſunt* Offida, Arquata, „ Appignano, Spinettoli, Monte Calvo, Liſciano, „ Colli, Monte Gallo, & Folignano. *Aſculana Eccleſia taxa Romana eſt flor. 316. menſæ Epiſcopalis valor „ de præſenti 2200. ſcutorum Rom. moneta.* Lucent.)

Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem modo ſubiiciemus, quam noſtro planè non vulgari labore, conatuque ex diverſis monumentis eruimus, in ea verò colligenda multùm adiuti fuimus ab eruditiſſimo, ſummoque viro Sebaſtiano Andreæ Antonello Patricio, & Canonico Aſculano, qui de rebus Patriæ ſcripſit, ſed non edidit a nobile commentarium.

a Exiit in lucem jam. poſt Auctoris obitum an. 1694. Patavii.

I. 1. S. EMYGDIUS natione Germanus primus Epiſcopus Aſculanus a. Hic Diocletiano imperante cum 12. fratribus, tribuſque itineris ſociis, venit Romam, ut ſepulchra martyrum, martyr & ipſe futurus veneraretur. Multa Romæ verſatus, ingentiaque miracula edidit, Evangeliique prædicatione multos ad fidem Chriſti convertit, ſacroque fonte lavavit. Sed illud in primis memorabile viſum eſt, cum ſolo ſigno Crucis Æſculapii ſtatuam, tanquam majoris tormenti fulmine ictam dejeciſſet, inque minuta fruſtra fregiſſet, evolviſſetque in Tiberim. Enim verò tunc Romæ Præfectus exarſit; quæſituſque diu ad necem, à S. Marcello Papa Aſculanus Epiſcopus ordinatus, atque in Picenum ad prædicandum Evangelium miſſus ſæviſſimam quærentium deluſit induſtriam. Picenum penè totum Evangelio Chriſti imbuit. Cumque in idola gentium oratione ſuccinctus uſque ad illorum deſolationem iterum depugnaret, in Polimolii illius provinciæ Præfecti tandem Chriſtiano ſanguine madidas manus incurrit; qui cum Emygdium ingentibus promiſſis muneribus, filiæque connubio expugnare fuiſſet aggreſſus, adeò nihil profecit, ut etiam ipſe expugnatus conciderit. Siquidem S. Epiſcopus Præfecti filiam, cujus nuptiæ præmium violatæ chriſtianæ fidei futuræ erant, ad Chriſtum prædicatione, miraculiſque pertraxit. Ad quod nuncium Præfectus ita furore incanduit, ut ſuper Troenti fluminis ripam pœna capitis mulctaverit ſanctum. Mirabile dictu, ut ſtatim à cætero corpore caput deciſum eſt, protenſis ille manibus ſuum ſuſtulit caput, geſtanſque manibus per 300. ipſos paſſus verſus montem iter aggreſſus, ibique ſubſiſtens diſcipulis ſuis planè oſtendit, ubi ſepulchri ſedem vellet accipere. Ibidem igitur ſepultus eſt, inciditque ejus martyrium, ut notat Baronius, in diem 5. menſis Auguſti, qua ipſa die in Aſculana Eccleſia ſolemnis ejuſdem memoria celebratur tanquam præcipui Divi Tutelaris. Idem Baronius in Eccleſiaſticis Annal. narrat S. Emygdium martyrii tuliſſe coronam ann. 309. ſub Maxentii tyrannide, tametſi Romanum Martyrologium eam crudelitatem Diocletiano, Chriſtianorum acerrimo inſectatori, tribuat. Sed hoc facilè videtur poſſe conciliari, ſi dicamus S. Emygdium paſſum fuiſſe ſub Maxentii tyrannide, cum adhuc in Chriſtianos acerrimè deſæviret. Ejus reliquiæ una cum aliis Sanctorũ corporibus in maximo Templo relatæ, ſub confeſſione in Crypta reconditæ fuere in marmoreo tumulo, ubi verſiculus legitur.

a S. Emygdii vitam ſcripſit, atque edidit Romæ an. 1590. Paulus Antonius Appianus Soc. Jeſu, quem conſule. Mandoſ.

Cum Sociis aliis Emygdius hic requieſcit.

II. 2. CLAUDIUS Epiſcopus Picenæ Provinciæ, Ariminenſis Concilii à ſecretis, ſua induſtria lapſus reparavit Urſacii, & Valentis Arrianorum, clarus S. Hieronymi teſtimonio adverſus Luciferianos, de quo Baron. tom. 3. an. 359. qui interfuiſſe Sardicenſi Concilio creditur ex D. Athanaſii primo Apologet. Hunc inter Aſculanos Epiſcopos reponit Antonellus, nam D. Emygdii ſucceſſores, donec unaquæque civitas in Piceno ſuum haberet Epiſcopum, Picenæ Provinciæ appellabantur Præſules; Emygdius enim, teſte Valentino, Picenorum Apoſtolus, & Metropolitanus Epiſcopus fuit.

III. 3. LUCENTIUS Magni Leonis Papæ Legatus (*In Conc. Chalcedonenſi an. 451.*) Euthychetem, Dioſcorumq; hæreticos damnavit; ſocios habuit in Legatione Paſchaſinum Lilibetanum Epiſcopum, & Bonifacium R. E. Cardinalem, de quo Baronius ann. 451 b. Jura primatus Romanæ Eccleſiæ intrepidè tutatus eſt.

b Et tom. 9. ad an. 551.

IV. 4. QUINTIANUS magni nominis Epiſcopus ſub Felice Papa III. adverſus Gnafeum Antiochenſem intruſum doctiſſimam ſcripſit epiſtolam, quæ ſupereſt, ac ejuſdem duodecim Anathematiſmi leguntur tom. 2. Concil. conſule Baron. ann. 453.

V. 5. S. EPIPHANIUS S. Agapiti Papæ Legatus in Oriente ad eccleſiaſticas res penè collapſas reſtituendas, ſocios habuit in legatione S. Sabinum Cannuſinum, S. Aſterium Salernitanum, S. Leonem Nolanũ, & Ruſticum Feſulanum Epiſcopos. Hi omnes ſubſcripti reperiuntur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna Patriarcha, contra Anthimum, Severum, Petrum, & Zooram hæreticos. Videndus Baron. tom. 7. anno 535. & deinceps an. 536.

VI. 6. FELIX in Synodo Romana ſub Agathone ſubſcriptus reperitur anno 680.

VII. 7. * AUDORIS Eſculanus Epiſcopus temporibus Adriani I. Papæ circa ann. Chriſti 780. interfuit judicio Hildeperti Ducis Spoletani, cum aliis Epiſcopis, ut in magno Farfenſis Cœnobii regeſto habetur o. 110

* Ex App. tom. 1.

VIII. 8. TUPTOLPHUS c vixit ſub Leone III. anno 800. clarus donatione à Ludigaro Aſculanæ Urbis Comite ad illius Eccleſiæ favorem facta, à Carolo Magno Francorum, Longobardorumque Rege confirmata, atque à Pipino Caroli filio Romanorum Patritio, necnon à Vinigeſio Spoletano Duce, & Marchione Saſeprundo, Rodelanto, & Aſtulpho ſubſcripta. Servatur pretioſum donationis monumentum in archivo cathedralis eccleſiæ, ſcriptura quidem incõpoſita, barbaræ locutionis, & à tineis aliquatenus corroſa. Datum Aſculi menſe Junii die 2. ind. VII. anno Caroli Regis in Italia 26 Pipini 18. ducatus vero viri glorioſiſſimi Vinigeſii anno 8. & Comitatus Lodigarii anno 8. En diploma d, nonnullis ſuſpectum, ab erudito Antonello ex autographo deſumpto, mihique tranſmiſſo.

c Al. Tuſtulphus, vel Tuptolphus.

d Purgatius ex ejuſdem Antonelli hiſt. Aſcul. hic exhibimus.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri JESU Chriſti.

REgnante D. Carolo, & Pipino filio ejus excellentiſſimis Regibus Francorum, & Longobardorum, & Patritiis, ſeu Romanorum Regnorum in Chriſti nomine, in Italia, Deo propitio, vigeſimo ſexto, & octavo decimo, iiſdemque temporibus viro glorioſiſſimo Vinigiſo ſummo Duce, anno feliciſſimo Ducatus ejus VIII. ſeu Ludigari Comit. Civitat. Aſculan. menſe Junii die 2. indic. 6. Ideo conſtat, quod Ego Ludigarus Comes civitatis Aſculana conſiderans me de mea retributione, & pro mercede, & redemptione animæ mea dono, & ad diem præſentis trado in S. Matrem Eccleſiam in Epiſcopatu Aſculano, vel in veneratione viri beatiſſimi Tuſtolfi Epiſcopi aliquid de rebus proprietatis meæ, ideſt in Aſculano territorio ipſo monte Columnato cum ſepticenti modiorum, & in Forano modiorum quatuorcenti, & medietate Eccleſia B. Petri, qui ibidem modo extare videtur cum dotis, & ornamentis, & in Triſago modiorum ſexcenti, & in Lamicciano, & in Velariana pro ſingula petia poſita modiorum octocenti, & Eccleſia S. Helena cum dotis, & ornamentis ſuis, & in Valveneria trecenti ſexaginta, & in Cerro modia trecenti nonaginta. Omnia iſta ſuprascripta terra cum pomis, & arboribus ſuis, & cum vineis, & olivetis, canaetis, ſalcetis, cum ripis rivis, cultis, & incultis, ſervis, ancillis, cartulatis, præſtandatis, liberis hominibus, & omnia ſuper ſe habentem in integrum. Et habet fines de Capo fine Umbrida, & rigo majore, de uno latere fine Britta, de alio latere fine Claro, & Clarata, de pede fine Trunti. Iſta omnia ſupraſcripta terra eſt in ſimul tria millia quingenti quinquaginta modiorum, omnia iſta. Scriptas res ſic dono, & ad præſentem diem trado ego ſupraſcriptus Ludigarus . . . Epiſcopio Aſculano, & tibi domine Tuſtolfe Epiſcope, vel ſucceſſoribus tuis ad proprietatem dicti Epiſcopii, & poſſidendũ nullo impediente. Unde pro iſta ſubſcripta donatione mea dediſti mihi tu Domine Tuſtolfo Epiſcope aliquid de rebus Epiſcopii tui, propter ſtare intra civitatem, & extra, ideſt in ipſum caſtellum in Iſola cum ipſa pertinentia, & ipſa curte de Parignano foris Pontem Soleſtanum, & ipſa curte de Caſale, & ipſa curte de Prepi, & ipſa curte Lomeana tantum diebus vita mea, quod apud me habere conſtatus ſum, & hoc me repromitto. Ego ſupradictus Ludigari Comes tibi ſupraſcripto Tuſtolfo Epiſcopo, vel poſteris, ſucceſſoribuſque tuis, Si autem quoquo tempore quæſiero removere, vexare, vel cauſare præſumpſero, aut à quolibet homine defendere, vel anteſtare nea potero, Ego ſupraſcriptus Ludigari Comes, ut alia tanta tale reſtaurare debeo, quæ dicitur Ferquidem quale in illa die videtur eſſe in extimatione in ipſis ſupraſcriptis locis, vel vocabulis, tibi D. Tuſtolfo Epiſcopo, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis ad proprietatem ſupraſcripto Epiſcopio poſſidendum. Cartula iſta in ſua permaneat firmitate. Actum in Aſculo in loco, qui dicitur Carruſa anno ab Incarn. Dom. Noſtri JESU Chriſti octocenti ſeptuaginta quatuor. Quæ vero charta iſta donationis ſcripſi ego El-

mericus Notarius ex rogo Ludigari Comes, qui me ſcribere rogavit.

Ego Ludegari Comes in hac charta à me facta propria manu mea ſignum ſanctæ Crucis feci †

Ego Karolus Imperator hanc cartulam à me laudatam, & confirmatam de rogo Ludigari Comes ſignum Crucis feci †

Ego Pippin Patricius Roman, Imperator ſignum Crucis feci †

Ego Vinigiſius Dux, & Marchio ex rogo Ludigari Comes, teſtis ſum rogatus, ſignum Crucis feci †

Ego Suſeprandus à ſupraſcripto Ludigari comes teſtis ſum rogatus, ſignum Crucis feci †

Ego Rodelantus à SS. Ludigari Comes teſtis ſum rogatus, ſignum Crucis fece †

Ego Aſtolphus à SS. Ludigari Comes teſtis ſum rogatus, ſignum Crucis feci †

Hucuſque donatio, & ſubſcriptiones.

Diu ancipiti cogitatione, & mente dubia diſtractus ſum, utrum, veluti ſuſpectam, barbaramque, ac unaquaque ferè linea ſcatentem ſœlociſmis, exponerem chartulam, illamque veluti ſpuriam ſilentio penitus præterirem, an potius in ejus animadverſione tẽpus inſumerem. Confuſa in ea regnorum, indictioniſque ſupputatio, diverſa quoque annorum ſubſcriptio: ſi enim quieſcimus ſubſcriptioni, donationem à Karolo Calvo, nondum tamen Imperatore, ſed Galliæ potius tyranno, Italiæque invaſore ſubſcriptam, affirmare cogimur: ille namque per ea tempora erat in humanis, annoq; ſequenti, qui erat ab orbe redempto 875. audito Ludovici II. Imperatoris obitu, illicò regnum Italiæ invaſit, & à Ioanne Papa VIII. fuit Romæ coronatus; ipſe tamen nunquam reperitur dictus Rex Longobardorum, nec filium Pipinum nomine collegam habuiſſe in Regno. Pipinus namque, & Carolus illius ex Pipino Rege fratre nepotes, regnum inquietantes, ab ipſomet Carolo Calvo antea capti ſub ann. 852. ac attonſi detruſi fuerant in monaſterium, teſte Sigeberto. Cæterum ſi ad regnorum in Italia, indictioniſque tempora, in donationis principio adpoſita reſpicimus, eam à Karolo Magno confirmatam fuiſſe dubio procul credendum eſt; nam anno illius Regnorum in Italia 26. ut habet donationis chartula, ipſum, dimiſſo honorificè Leone III. iter in Italiam paraſſe, annoque ſequenti fuiſſe Romæ Imperatorem coronatum, latini omnes teſtantur hiſtorici. Vinigeſius inſuper Spoletanus Dux, teſtis in donatione adhibitus, hoc eodem anno regnorum ſcilicet Karoli Magni in Italia 25. cum ſuo exercitu ivit obviam Sanctiſſimo Papæ Leoni, & venerabiliter illum recipiens, perduxit Spoletum, ut inquit Anaſtaſius. Quo circa exploſo ſubſcriptionis errore, cur germanam donationem improbemus, non video, nec rudiſſimi ſcribæ ignorãtia vitiabit ſcripturam. Hinc Regnorum confuſam ſupputationem explicarem, dilucidaremque ita.

In nomine Domini Dei Salvatoris Ieſu Chriſti, Regnante Domino Carolo, & Pipino filio ejus excellentiſſimis Regibus Francorum, & Longobardorum, & Patriciis Romanorum, regnorum in Chriſti nomine in Italia Deo propitio 26. & 18. an. ſcilicet regnorum Caroli 26. Pipini verò 18. Ducatus autem viri glorioſiſſimi Vinigeſij anno 8. & anno 8. Ludigari Comitis civitatis Aſculi, menſe Iunii, die 2. indictione 7. hac enim indictione anno Chriſti 799. habemus, Carolum iter in Italiam inſtituiſſe, ad ulciſcendam injuriam in S. Leonem III. à Paſchali Primicerio, & Campulo ſacellario illatam; in fine autem, quo dicitur, Actum in Aſculo, ſic reſtitue, actum in Aſculo, in loco, qui dicitur Cartuſa, an. ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingẽteſimo nonageſimo nono.

Carruſa, unde illud Imperatoris Caroli reſcriptum exiit, extremus Aſculani Comitatus limes eſt, eaque arx poſtea Bernardo II ann. 1067. à Guilielmo Odemundi filio conceſſa eſt, iſque locus, Anaſtaſij IV. bulla, an. 1153. celebratur, quæ ad Comitatus Aprutinum, & Aſculanum dirimendos terminus eſt definitus. Illa arx hodie exciſa, everſaque eſt, ejuſque adhuc veſtigia in regni Neapolitani limitibus, non leviter impreſſa extant. Ex illius ruinis duorum milliarium

A intervallo excitatum eſt oppidum Ancaranum, quod ab Epiſcopis Aſculanis jus divinum, ac politicum accepit, à quo primum tempore ſtetit. Sub ejus [illegible] ab annis 15. lapis erutus, ac refoſſus eſt, cui antiquiſſimũ diſtichon inciſum legebatur, quo de arcis fundatione conſtabat. Idque poſtea eraſum eſt, ut arma gentilitia Epiſcopi Sigiſmundi Donati inſculperentur: ſed ne illius memoria penitus extingueretur, à Ioanne Petro Pacifico Epiſcopali Cancellario exſcriptum eſt, ac ſequentia ferebat.

Carolus hoc caſtrum Rex magnus condidit, illo
Tempore Carruſa diruta terra fuit.

Hoc monumentum ſcripto Comitis Ludigarij auctoritatem conciliabat, cum certiſſimum videatur iis tẽporibus Carolum eam arcem obſidione cinxiſſe, qua expugnata, & mox ab ipſo ſolo adæquata, ut traditione celebratum eſt, ex ejus ruinis Ancaranum in eo loco conſurrexiſſe, in quo olim magnificentiſſimũ templum Deæ Ancaranæ erat conſecratum, quod fictum, adumbratumq; numen ab Aſculanis pro gentis tutelari celebrabatur, de quo etiam Tertullianus in Apologetico cap. 23. mentionem expreſſit.
B

9. RICCO, ſive Ruo, aut Picua, ut illum Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Sergij II. appellat ann. 844. interfuit conſecrationi Ludovici filij Lotharij in Regem Longobardorum, celebratæ in eccleſia S. Petri, cujus meminit Baronius in Annal. ex Adone Viennenſi ad hunc annum. IX.

10. UVENDERONDUS *a*, an. 853. ſubſcripſit anathemati in Anaſtaſium tituli S. Marcelli presb. Card apud eundem Baronium tom. 10. („ *Pro eo ſubſcripſit UValderanus Presb. ejus in eo Rom. Concil.* „ *Vicemgerens*. Lucen.] X.

a Al. Theuterandus.

11. ARPALDUS duræ cervicis Epiſcopus, à Clericis apud Ioannem VIII. Pontificem accoſatus; ad eundem extat minax epiſtola ejuſdem Papæ circa anno 874. XI.

Reverendiſs. & ſanctiſs. Arpaldo Epiſcopo Aſculano.

SEcundum ſacros venerabilium Patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſe-
C *cratos pro eccleſiaſticis duntaxat neceſſitatibus ad eas, quas nuper ſtatutis diebus celebravimus ſynodos, miſſis ex more auctoritatis noſtræ literis, fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decrevimus. Sed quia cæteris devotè valde venientibus, te minime veniſſe, cum etiam & auditu didiceris nos ſynodum celebrare, neque excuſationem tuam regularè tenore eo tractoria conſcriptam, nobis, & S. ſynodo, cauſa temeritatis, & inobediẽtio tua, ut evidenter apparet, non direxiſſe comperimus, ne dilectionem tuã de hoc indiſcuſſam proteriiſſe videamur, hoc noſtra authoritatis ſtatuto jubemus, eam de præſenti ſine aliqua mora, vel ambiguitate ad nos debere venire, noſtriſque ſe obtutibus preſentare. Nam & clerici eua nos Eccleſia adierunt reclamantes, multa ſe à tua perpeſſos fraternitate enormiter adverſa, & contra regulam eccleſiaſticam injuſtè forè oppreſſos; quorum videlicet obiectionibus coram noſtro præſulatu aſſiſtentem te oportet procul dubio reſpondere. Et ideo hac juſſione noſtra percepta occurrere ſtudeas, antequam Eccleſia tua majus ſchiſma, vel ſcandalum patiatur, quoniam ſi venire jam*
D *modo contempſeris, dignam excommunicationis à ſede Apoſtolica prolatam ſuſtinebis omnino cenſuram. Data 8. Kal. Decembris.*

12. JOANNES interfuit donationi dilargitæ monaſterio S. Crucis à Theodorico Epiſcopo Firmano anno 887. XII.

*13. MAURITIUS Aſculanus, cujus mentio in monumentis Aprutinæ Eccleſiæ an. 897. XIII.

* Ex Apr. tom. 7.

14. CLIEL. . . . (neſcitur nominis terminatio) Epiſcopus, monumentum S. Auguſtini picturis ornavit, ut ex marmore in ſacrario Cathedralis eccleſiæ habetur. Tempus, quo floruerit, ignoratur: neceſſe eſt in obſcuriſſima ſecula incidiſſe; rudis namque, & diu penitus ignota, barbariſmis ſcatens omni ſyllaba; ſic enim ſe habet. XIV.

Hic jacet humatus in terris Amic. . . . Regi æterne Auguſtinus Seſs. cum jenit. . . . S. ſuos pro Xp. . . . Æ. coronatus cai P. P. corpus Cliel. . . . Epiſcopus ex diberſis A moris hac

Pictor . . . . circumdedit decoris, in qua modo. Propter Angelorum decoris Conſortes anima bona illi, qui pro Xpi amore ſuo antracircumfluxit honorem.

XV. 15. FILERUS, cui donavit nonnulla bona in territorio Aſculano Iſelbertus Iſelfredi filius, anno 925. ind. 13. menſe Octob. Monumentum extat in archivo Cathedralis Eccleſiæ, circumpoſito caractere, & penè inintelligibili.

XVI. 16. ELPERINUS præceſſit Adamum, notus donatione Otmundi Sigulfi filij, quam inde confirmarunt Conradus II. & Henricus III. Imperatores.

XVII. 17. ADAM Epiſcopus Aſculanus, & Abbas Farfenſis anno 983. de cujus ordinatione ita habetur in codice Vatic. de deſtructione monaſterii Farfenſis, numero 6216.

Adamus conſtitutus eſt Abbas Farfenſis ab Othone Imperatore, qui Romæ obijt in adventu Othonis III. in Italia, jam Adam ordinatus erat Epiſcopus Aſculanus, ſed adhuc jus ſuum in prædicto monaſterio tenebat, & ab Imp ſpoliatus. Ibidem extat donatio Adami Eccleſiæ S. Benedicti Aſculanæ diœceſis facta, tenoris ſequẽtis.

B

Adam, Divina concedente gratia, Epiſcopus. Omnium fidelium Chriſtianorum, & cunctorum ordinum eccleſiaſticorum agnoſcat induſtria, quam plurimorum noſtrorũ ſacerdotum, atque levitarum noſtra parochia, nobiliumque virorum conſilium ſumpſimus, ut Eccleſia B. Benedicti in territorio Aſculano, loca qui dicitur Sumotii, & ubi dicitur inter caſas, & Paraſolem monaſterium fieri decrevimus virorum Deo famulantium, ut Regi Domino preces pro incolumitate, & pace viventium, & requie mortuorum pleniſſime effundere valeant. Quapropter ordinato ibidem Abbate Azone presbytero humile, & honeſto moribus, conceſſimus in ipſa Eccleſia terras, juxta geometra rationem mod. mill. per loca deſignata. A capite Furcella, quæ dicitur Vetulum, à pede flumine Quetũ, ab omni latere via pergens a confinio, ab alio latere rivus qui dicitur Capus, & concedimus L. A. cap. via publica, & terram Azonis, & Dorici. Apud fluvium Quetum, ab omni latere, terra Alberici Not. de F. & terra S. Quirici, ab alio latere terra Appomanis, & in alio loco, qui dicitur Aqui, & Ripam, concedimus ibidem ſubſtantiam unam, quæ regitur per Joannem filium Luponis, & concedimus ibidem oblationem quantam ad ipſam Eccleſiam veneris. De quibus omnibus interdicimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum diabolica fraude inſtigatus aliquid diripiat, quod animarum remedio agere curavimus. Si autem nos, aut ſucceſſores noſtri pro lucranda oratione, vel veneratione in antiqua ſolennitate ad præfatum locum acceſſerimus, celebrato, peractoque divino miniſterio ſimplici, ac ſalubri benedictione percepta abſque ullo requiſito dono ſtudeamus habere regreſſum. Hucuſque Codex.

C

Hic Epiſcopus multa elargitus eſt bona Canonicis ſuis; donationem confirmavit Otho nono Kal. Julij anno 996. indict. 9. prout in diplomate ſequenti patebit ex originali deſumpto.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

OTTO *Divina favente clementia Imperator. Omnium Jeſu Chriſti Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium, & futurorum noverit univerſitas, qualiter nos pro Dei amore, noſtraque remedio animæ canonicis S. Dei Genitricis Mariæ de civitate Aſculana præceptum à noſtris anteceſſoribus perfectum, videlicet Curticellam de S. Savino pertinentia de communi Aſculano ſub omni integritate in ſua Canonica habendam cum omnibus adjacentiis, & aſpicientibus rebus, ſervis, & ancillis ad eandem curtem pertinentibus; manſa autem ibidem, quæ ſunt in S. Savino manſa duo, in Maltimano manſa ix. in Frondario manſa duo, item in Fundaniano manſa duo, in Tuleniano manſa duo, in Caſelle manſa duo cum ſervis, & uxoribus, & filiis eorum, in Ponticello manſa duo; Curticellam de Ragiano, Curticellam de Gabiano, Curticellam de Cacabe, Curtem de Marciano, cum plebe S. Victoris, & plebe S. Mariæ, & plebe S. Petri, & plebe S. Venantii, & plebe S. Antimi, molendinum de Poſtercula cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis, quæ Adam Epiſcopus ad eandem Canonicam S. Mariæ donavit, per noſtri præce-*

D

A

pti paginam confirmamus, & corroboramus, prout juſte, & legitimè poſſumus. Viri ſacerdotes, qui in ipſa Canonica manere videntur, habeant poteſtatem, qualiter ipſis placuerit more hæreditario, ordinare, & frui, ut... Epiſcopus, qui in ipſa Eccleſia ordinati fuerint.... de ipſa Canonica quocunque modo, vel ingenio auferre, vel in beneficio vel per donationes, aut permutationes, ſeu quocunque pacto, vel modo donare audeat; ſed liceat ſacerdotes de ipſa Canonica in perpetuum habere, & frui, & ordinare, qualiter ſecundum Domini voluntatem eſſe videbitur. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus hominum, Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, ViceComes, vel aliqua noſtri Imperii magna, parvaque perſona prædictos Canonicos de omnibus, quæ ſuperius diximus, inquietare, moleſtare, vel diſveſtire ſine legali judicio præſumat. Qui autem hoc fecerit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatis canonicis; quod ut verius credatur, manu propria præſentem paginam confirmantes noſtro ſigillo . . . juſſimus inſigniri.

B

Signũ D. Ottonis  *inviĉtiſſimi Imp.*
Heribertus Cancellarius vice
Petri Epiſcopi Notarius.

Data viii. Kal. Julii, an. Dom. Incar. DCCCCXCVI. indict. ix. an. verò Tertii Ottonis regnantis xiii. Imperantis verò primo. Actum in Piſtoria feliciter. Amen.

18. FUMO reperitur anno 1000. in antiquis tabulis ejuſdem eccleſiæ. XVIII

19. EMMO, ſive Emmonius[a] Fumoni ſucceſſit, de quo habetur mentio anno 1010. Huic caſtrũ Mazzanum ceſſit Lopus Raibaldi filius, anno 1008. Eidẽque Elperinus, cognomento Bonushomo Edimundi filius tradidit caſtrum Murrii; ipſe verò Emmo caſtrum de Spiniculo Supponi Abbati confirmavit circa annũ Domini 1035. ut refert citatus Vatic. codex. XIX.

[a] Vel Emizo, ut ſubſcribitur an. 1015. in Synodo Rom. Luc.

C

20. BERNARDUS, hujus nominis primus poſt annum 1036. conſecratus Epiſcopus Corradi Imp. temporibus, qui privilegia Imperatorum anteceſſorum Aſculanæ Eccleſiæ conceſſa confirmavit, anno 1037. indict. 5. Regni xi. Imper. 9. Datum Paterbunæ feliciter. En diploma, [b] quod una cum cæteris habuimus à noſtro Sebaſtiano Andrea Antonello, ſic enim ſe habet. XX

[b] Hoc quoque ex ejuſdem Antonelli hiſt. Aſcul. purgavimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

C*Honradus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus Omnium S. Dei Eccleſiæ, noſtrique fidelium præſentium ſcilicet & futurorum noverit induſtria, qualiter fidelis noſter Aſculanus Epiſcopus, nomine Bernardus conſpectui noſtro præceptum quoddam protulit, in quo continebatur quomodo anteceſſor noſter bo. me. Otto Imperator pro Dei nomine, ac pro remedio animæ ſuæ ejuſdem S. Aſculanæ Eccleſiæ Præſuli, nomine Adam, ejuſque ſucceſſoribus donavit, & per præceptum ſuæ confirmationis corroboravit omnem terram ſui Epiſcopii, tàm ad matricẽ Eccleſiam pertinentem infra, & extra civitatem ſuam, quam ad cæteras Eccleſias majores, & minores, videlicet, plebes, & Capellas, ſive monaſteria ad prædictam Eccleſiã reſpicientia, quorum vocabula hæc ſunt; Monaſterium S. Angeli, quod ſitum eſt infra civitatem, & S. Maria in Monte S. & S. Salvatoris juxta fluvium Aſum poſitum, ſeu nominatim terram, quam Otmundus F. Otmundi prænominato Adam Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ per chartulos dedit, & confirmavit, cum omnibus ſuis integritatibus, finibus, & adjacentiis ſuis, ſicut in Otmundi chartula legitur, & quemadmodum Epiſcopus eidem Otmundo per præſtitum dedit, ac ipſe Otmundus Eccleſiæ ſupradicti Epiſcopi, qui per precarium promiſit tantum res, quas per præſtitum ipſe Otmundus accepit, habere debet diebus vitæ ſuæ, aut ſicut inquirere poterit tàm Epiſcopus, quamque ſuus Nuncius, per inquiſitionem trium liberorum hominum ut inveſtitus erat ſæpè nominatus Otmundus de ſua hæreditate, & tenebat cum omnibus finibus, & terminis, quam per chartulam dedit Ec-*

D

cleſia

cleſiæ Epiſcopii, & ſicut inveſtitus erat Elperinus Epiſcopus anteceſſor Adam Epiſcopi, ita inveſtita ſit Eccleſia, abſque moleſtatione omnium hominum, atque in perpetuum poſt ejuſdem Otmundi obitum tam de ſua proprietate, & acquiſitione, quam de ſuæ ipſius Eccleſiæ proprietate, quam ipſe detinuit, nec non omnia munimina chartarum, ſeu aliquorum ſcriptorum eidem Aſculanæ Eccleſiæ pertinentium. Nos inſuper concedimus, & confirmamus eidem ſupradicto Epiſcopo Bernardo ejuſque ſucceſſoribus omnem ipſam terram de Summati, quam Maginardus filius Sigolfi per chartulam, & per traditionem dedit ad proprietatem præfato Epiſcopo, ſuæque S. Eccleſiæ, id eſt caſtellum de Trojone, cum omnibus ſuis pertinentiis, & quidquid ſibi pertinebat per proprietatem, & per ſcriptum in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Canalcele, in Paſtina, in Flaminiano, in Petroniano, in Ilice, cum ipſa Eccleſia S. Pauli, in Griſiano, in Coſe, & in Tellegiano, in Rapino, in Arcezano, in Cornu, in Acumula, in Saxa, in Guaſta pomareſe, in Caſa vetula, in Teraſino, in Pendino, in Colleſpinoſa, in Salle, in Pernice, in Colle de Spada, in Tonzelino, in Carpenolo, in Moſerlo, in Cotiano, in Sculcula, in Matrice, & omnia, quæ prædicto Epiſcopatui tam in prædictorum caſtrorum, quamque & omnia, quæ in Summati ad proprietatem pertinent eidem præfatæ Eccleſiæ, ſicut in chartulis, & precariis Otmundi, & Mainardi filii Sigolfi habetur, & legitur Mercatum etiam ubicunque in toto ſuo Epiſcopatu voluiſſet ſine contradictione cujuslibet hominis, tam infra civitatem, quam extra facere liceret. Monetam etiam in civitate conſtruere ad componendos nummos cujuſcunque generis Aſculana, videlicet ſui Epiſcopi, ac liberè, & ſecurè currentia per totum noſtrū Regnum, & quicquid ad Regiam cenſuram, & poteſtatem noſtram pertinet, transfunderemus in eius, & ſucceſſorum illius ius, & dominium, per præceptum noſtræ confirmationis roborare, & donare, & confirmare dignaremur. Unde vero & nos pia facta anteceſſoris noſtri ad memoriā revocantes per interventum, & petitionem dilectæ Contectalis noſtræ . . . . . gillæ Imperatricis, & Piligrini Archiepiſcopi, ac Brunonis Archicancellarii eidem Epiſcopo Bernardo, ſuiſque ſucceſſoribus omnia prædicta donavimus, & per huius noſtri præcepti approbationem corroboravimus, eo ordine, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Sculdarius, Caſtaldius, aut publicæ rei exactor, magna, parvaque noſtri Regni perſona diſveſtire, moleſtare, inquietare prædictum Bernardum Aſculanæ Eccleſiæ Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores de omnibus ſupraſcriptis, aut à noſtris prædeceſſoribus Imperatoribus, ſive Regibus conceſſis, & à nobis modo per hoc præceptum confirmatis, & datis unquam interponere præſumat, videlicet, tam de mobilibus, quam de immobilibus rebus, ſervis, & ancillis, liberis, etiam hominibus, mercatis, moneta, quam ei donavimus, piſcationibus, portubus, aquis, aquarumque ductibus, molendinis, cultis, & incultis, ſilvis, foreſtis, & omnia, quæ dici, vel nominari poſſunt, Civitatem, & caſtella, & ſi inventus fuerit, qui contra hoc noſtrum præceptum facere tentaverit, ſciat ſe compoſiturū, velle, nolle, mille libras auri optimi, medietatem noſtræ Kameræ, medietatem quidem ſæpè nominato Bernardo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque obſervetur manu propria ſubter confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Chonradi, Romanorum Imperatoris Auguſti.



Bruno Cancellarius, vice Peligrini Archicancellarii recognovi.

Datum anno Dom. Incarn. MXXXVII. ind. v. anno autem D. Chonradi ij. regnante xi. imperante ix. Actum Podelbrannea feliciter.

XXI. 21. BERNARDUS ſucceſſit Bernardo, quem ſæpius ob temporum vicinitatem, nominumque ſimilitudinem ſuſpicatus ſum cum ſuperiori eundem eſſe, niſi ea dubitatione, implicitè mihi ſcrupulum exemiſſet quædam donatio ab hoc Epiſcopo facta Abbatiſſæ, & Monaſterio S. Angeli Aſculani ord. S. Benedicti, ubi in hæc verba ſubſcriptus habetur. Ego Bernardus ſecundus Epiſcopus Aſculanus ſcripſi. Qui cum ejus nominis ſecundum Aſculanum ſe Pontificem vocet, planè à primo diverſum ſe demonſtrat. Donationem autem tametſi rudioribus verbis præſcriptam, & quæ ſeculum illud ſapiunt, tamen hic ſubjiciendam curavimus, ut Epiſcopi Bernardi, tum pietas, tum liberalitas proderetur.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

*D*UM *ab omnibus in cognitione eſt, ſed à pluribus eſt manifeſtum, qualiter ego D. Bernardus S. Aſculanæ Eccleſiæ Epiſcopus non immemor de Dei pietate, ac proſperitate S. Eccleſiæ hodierna die propria mea bona voluntate, una cum voluntate, & per conſenſum de præordinatis ſacerdotibus, vel canonicis meis, qui præordinati ſunt in officio prædicti Epiſcopi. Ego prælibatus Epiſcopus pro redemptione, & abſolutione animæ meæ, ſeu ſucceſſoribus meis, concedimus, & confirmamus omnem ipſam decimationem de ipſis hominibus, quod S. Angelo infra civitatem, & de foris, & in ipſa Pinea & in ipſo Marino, & in ipſa Plaje, & in Ceraſie habet, & de omnibus hominibus, qui ad prædictum monaſterium pertinent, qui ille non fuerunt uſi dare, neque ad Epiſcopatum, neque ad nullam Eccleſiam, ſed ego D. Bernardus Epiſcopus acquiſivi non pugnando, ſed tamen prædic ndo. Concedo ſupradictus Epiſcopus in ipſo monaſterio S. Michaelis Archangeli, quod ædificatum eſt intus infra civitate Aſculana. Et tibi Domina Adelberda Abbatiſſa, & ad tuas ſucceſſores, & ad ipſæ monachæ, qui modo, vel inantea præordinatæ ſunt in ſervitio S. Angeli, & Regulam S. Benedicti cuſtodiunt, concedimus, & confirmamus ego ſupraſcripto Epiſcopus pro anima mea, & pro anima de ſucceſſoribus meis in tali tenore omnem ipſam ſupraſcriptam decimationem in ipſo ſupraſcripto monaſterio S. Angeli, & ad vos ſupraſcripta Abbatiſſa, & ad ſupraſcriptæ monachæ dedi ego ſupraſcripto Epiſcopus in tali tenore, quod vos ſupraſcripta, nec ſucceſſores veſtras non habeatis licentiam non vendendi, non donandi, nec contracambiandi, neque per ullum ingenium in alterius poteſtate dandi, nec alienandi, ſed in omni tempore in jus, & poteſtate de prædicto monaſterio, & de prædictæ Abbatiſſæ, & ſupraſcriptæ monachæ, qui ibi fideliter deſerviunt, & de ipſis frugibus, qui Dominus annualiter vobis exinde dederint, ſcilicet, de ipſa decimatione de intus, & de foris faciatis, quicquid volueritis ad utilitatem ipſius Eccleſiæ, & veſtræ ſine omnia calumnia, & cenſum ſolvere, ac dare debeatis vos ſupraſcripta Abbatiſſa, & ſucceſſores veſtras annualiter in menſe Auguſto, in Annuntiatione S. Mariæ, aut ipſa octava, candela una ad ſupraſcripto Epiſcopo, ſeu per vos, ſeu per miſſos veſtros. Pro ea verò ratione dedi ego ſupraſcripto Epiſcopus ipſam ſupraſcriptam decimationem ad ſupraſcripto monaſterio, & ad ſupraſcripta Abbatiſſa, & ſucceſſores ſuas, & ad ſupraſcriptæ monachæ, & ancillis ancillarum Dei in perpetuum, qui ego ſupraſcripto Epiſcopus, vel ſucceſſores meos debemus habere orationem veſtram, & ut audire mereamur Chriſti Domini vocem: Venite Benedicti, &c. Quod quidem, ſi ego, aut ſucceſſores meos, vel quislibet perſona, quod Deus avertat, calliditate commotus, aut cupiditate præventus ea, quæ ſuperius ſcripta ſunt temerario ſpiritu violare præſumpſerit, & ſi illi non dederint ipſam decimationem, ſicut mihi dederunt omni anno anathema ſit, & cum Juda proditore, ac cum illis, qui dixerunt Domino Deo recede à nobis, in avernis ignibus crucietur, & pœnam ſolvere cogatur biſantios mille, medietatem in Camera Regis, & medietatem in prædicto monaſterio, & poſt pœnam hoc ſcriptum maneat inconvulſum, ſi vos ſupraſcriptæ m. in ſervitio Dei manebitis, & habitationem prædicti monaſterii obſervaveritis, & quomodo ſuperius legitur. Hoc factum eſt aſtante clero, & populo, & cunctis laudantibus, anno Dominicæ Incarnat. Milleſimo ſexageſimo ſeptimo, indictione 5. & menſe Martio, die 20. feliciter.*

Petrus notarius ſcripſi, & ſubſcripſi, Domino Bernardo Epiſcopo jubente.

Ego Bernardus ſecundus Aſculanus Epiſcopus, ſubſcripſi, &c.

Ego Albertus Archidiaconus conſenſi, &c.

Bernardus cujus memoria habetur ab ann. 1045. ad 1069. fuit magnæ exiſtimationis Epiſcopus, ſuoque tempore aucta fuit nimis Aſculani Epiſcopatus juriſdictio. Huic Henricus III. Imperator, Leo IX. Victorque II. Romani Pontifices, multa conceſſerunt

privi-

privilegia, eidemque omnia ſui Epiſcopatus Jura confirmarunt. Diplomata a hic ſemel non pigebit adſcribere in gratiam curioſorum venerandæ antiquitatis.

a Ex conve- nitionplu- ribus in locis ex Antonelli citata hiſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

H*Enricus, Divina favente clementia Rex, omnium S. Dei Eccleſiæ, noſtrique fidelium præſentium, ſcilicet & futurorum noverit induſtria, qualiter fidelis noſter Aſculanus Epiſcopus, nomine Bernardus ſecundus conſpectui noſtro præceptum quoddam protulit, in quo cōtinebatur, quod beatæ mem. Pater meus Chonradus pro Dei nomine, & pro remedio animæ ſuæ ejuſdem Aſculanæ Eccleſiæ Præſuli, nomine Bernardo, ejuſque ſucceſſoribus donavit, per præceptum ſuæ confirmationis corroboravit terram ſui Epiſcopij, tam ad Matricem Eccleſiam pertinentem, quàm etiam ad cæteras Eccleſias majores, & minores, infra, & extra civitatem ſuam, videlicet plebes, Capellas, ſive monaſteria ad prædictam Eccleſiam reſpicientia, necnon omne ſervitium, quod ipſi milites debent dare, vel facere mihi, & meis Nuntiis, & ad Marchiones & eorum caſtra infra Epiſcopatum ſita, ſeu nominatim terram, quam Otmundus filius Otmundi cuidam Adam Epiſcopo ejuſdem loci, ſuæque Eccleſiæ, per chartulas dedit, & confirmavit, cum omnibus integritatibus ſuis, finibus, & circumadiacentijs ſuis, ſicut in Otmundi cartulis habetur, & legitur, quemadmodum idem Adam Epiſcopus eidem Otmundo per præſtitum dedit, ac ipſe Otmundus Eccleſiæ ſupradicti Epiſcopi qui precarium promiſit tantum res, quas per præſtitum ipſe Otmundus accepit, habere debet diebus vitæ ſuæ, ac ſicut inquirere poterit, tam Epiſcopus quā ſuus Nuncius per inquiſitionem trium liberorum hominum, ut inveſtitus erat ſæpe nominatus Otmundus de ſua hæreditate, & tenebat cum omnibus finibus, & terminis, quā per chartulam dedit Eccleſiæ, & ſicut inveſtitus erat Elperinus Epiſcopus anteceſſor Adam Epiſcopi, ita inveſtita ſit Eccleſia abſque moleſtatione omnium uſque in perpetuū poſt ejuſdem Otmundi obitum, tam de ſua proprietate, & acquiſitione, quamq; de ſua ipſius Eccleſiæ proprietate, quam ipſe detinuit, necnon munimina chartarum, vel ſcriptorum eidem Aſculanæ Eccleſiæ pertinentium; Mercatum etiam ubicumque in ſuo Epiſcopatu voluiſſet ſine omni contradictione, tam infra civitatem, quam extra facere ſibi liceret. Monetam etiam in civitate conſtruere ad componendos nummos, cujuſquis generis liberè, ac ſecurè currendos per totum Regnum, & quidquid ad Regiam cenſuram, & poteſtatem pertinere viſum eſt. Unde ergo & nos pia facta genitoris noſtri ad memoriam revocantes per interventum, ac petitionem dilectæ contectalis noſtræ Agnetis Reginæ, & Hermanni Archiepiſcopi, ac Hunfredi noſtri cancellarii eidem Epiſcopo Bernardo, ſuiſque ſucceſſoribus omnia ſupradicta donavimus, & per hujus noſtri præcepti renovationem corroboravimus eo tenore, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Sculdaſius, Gaſtaldus, vel ulla noſtri Regni magna, parvaque perſona diſveſtire, vel inquietare præſumat, prædictum Epiſcopum Bernardum, ejuſque ſucceſſores de omnibus ſupradictis ab anteceſſoribus noſtris Imperatoribus, & Regibus conceſſis, & à nobis modo per hoc præceptum corroboratis, & datis; ſi quis autem hoc noſtrum præceptum in aliquo infregerit, ſciat ſe . . . . auri medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem pro dicto Epiſcopo Bernardo, ſuiſque ſucceſſoribus, quod ut verius credatur, & diligentiſſime ab omnibus in perpetuum inconcuſſum conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus & ſigillo noſtro inſigniri juſſimus.*

Signum † Henrici Regis III. Romanorum Invictiſſimi.

Hunfredus Cancellarius vice Hermanni Archicancellarii recognovit.

Datum iiij. id. Jul. indict. xiij. anno Dom. Incarnationis M.XLV. an. autem Dom. Henrici Regis Tertii xvi. Regni verò vij. Actum Coloniæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum ejuſdem Henrici diploma ſequens eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

H*Enricus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, omnium S. Dei Eccleſiæ noſtrique fidelium, præſentium ſcilicet, & futurorum noverit induſtria, qualiter Bernardus ſecundus S. Aſculanæ Eccleſiæ Epiſcopus, quæ extructa eſt in honorem B. Dei Genitricis Mariæ, & in qua requieſcit corpus S. Emigdii interventu D. Victoris PP. ac petitione dilectæ contectalis noſtræ Agnetis Imperatricis, & Gebehardi Ratisbonenſis Epiſcopi, & Guntheri noſtri Cancellarii, & à ſecretis noſtris adiens præfatus Epiſcopus Imperialem Excellentiam petiit, quatenus pro Domino, & pro anima bonæ memoriæ Conradi noſtri patris remedio, tam ipſi, quàm ſuæ Eccleſiæ res omnes Aſculano Epiſcopio, quolibet jure pertinentes, à ſuiſque etiam prædeceſſoribus inibi acquiſitas, noſtra præceptalis authoritate, prout juſtè, & legaliter poſſumus, cum omnibus mobilibus, & immobilibus, ſuperioribus, & inferioribus, vel etiam cum omnibus pertinentiis, & adventitiis ſuis, ſecundum præcepta noſtrorum anteceſſorum Imperatorum, aut Regum, confirmare, atque corroborare dignaremur. Cujus dignis petitionibus autem accomodantes prænominatæ Eccleſiæ Aſculanæ dedicatæ in honorem S. Mariæ, & S. Emigdii, prout juſtè, & legaliter poſſumus, corroboramus, & confirmamus omnes res, ac proprietates, ac familias, ad eandem Eccleſiam pertinentes, civitatem Aſculanam ex integro, cum ipſa ſua portione de monaſterio S. Angeli, monaſterium S. Mariæ in Monte ſancto poſitum, monaſterium S. Salvatoris ſitum juxta fluvium Aſum, plebes, & capellas majores, & minores, juſte ad eamdem Eccleſiam reſpicientia, ſive nominatim terram, quam Otmundus filius Otmundi præfato Epiſcopio ad proprietatem dedit, & per chartulam confirmavit. Nos inſuper concedimus, & confirmamus eidem ſupraſcripto Epiſcopo Bernardo ſecundo, ejuſque ſucceſſoribus omnem ipſam terram de Summata, quam Maginardus filius Sigolfi ad proprietatem dedit, & per chartulam confirmavit jam dicto Epiſcopio, id eſt caſtellum de Tiozeno, cum monaſterio S. Laurentii, atque omnibus ſuis pertinentiis, & quidquid prænominato Maginardo pertinebat ad proprietatem, & præſcriptum in Maſſa, in Marte, in Bagano, in Villa magna, in Flaminiano, in Tlica, in Spinetule, in Api, in Griſiano, in Tellemano, in Belenterio, in Coſo, in Bapino, in Colle ſpinoſo, in Canalide, in Parſena, in Petroniano, in Anniano, in Cernu, in Acumule, in Salla, in Portico, in Filetto, in Colle de Spado, in Tonzolino, in Carpenolo, in Muſide, in Cotiano, in Scucula, in Matrice, & omnia, quæ prædicto Epiſcopatus, tam in ſupradictorum caſtrorum, quamque & omnia, quæ in Summati ad proprietatem pertinent; eidemque præfatæ Eccleſiæ, ſicut in chartulis, & precariis Otmundi, & Marginardi filii Sigolfi habetur, & legitur. Inſuper confirmamus noſtra præceptali pagina omnes inſcriptiones communitatum, quas prænominatus Epiſcopus Bernardus ſecundus à bonis hominibus in præteritis temporibus acquiſivit, & in futuris eidem ſuperius nominatæ Eccleſiæ acquirere poteſt, tam ipſe, quam ſui ſucceſſores. Acquiſita autem in ſuis temporibus nominatim ſunt hæc; Caſtra, Aquilaria, Lucu, Turre Luciana, Scalelle, Civitella, Caſula, Cintano, Auſulo, Venarupta, Colonnata Poſtmonte, Affiano, Pojo de Villa magna, Fileriano, Octavo, Montecoci, atque Spinotulo, Ripa, Pojo Sigolfi, Ilice cum Turre Seſtelana, Elicetum, Cilinule, Corata, Colondelle, Saletto, Maſſa, Deramata, Caſelle, cum omnibus illorum pertinentiis, Sancimus etiam eidem Eccleſiæ ut ſi charta, & firmitates eidem Eccleſiæ aliquo caſu ab igne crematæ fuerint, ſeu à pravis hominibus furatæ, vel ablatæ, ex noſtra authoritate liceat Epiſcopum ibi pro tempore ordinatum ſe in placido defenſare, & inveſtituram terræ, de qua contentio orta fuerit, tenere ſecundum quod ejus anteceſſor inveſtitus fuit, & detinuit, donec . . . ad placidum ſe conduxit. Super hæc omnia permittimus ei, quoniam in noſtra fidelitate perſudavit, conſiderantes eo magis, quia in reſtauratione ſuæ Eccleſiæ optimè vigilat, donavimus ei, quicquid nobis pertinet de Comitatu Aſculano, in fodere, & in placito, ſuiſque ſucceſſoribus. Mercatum etiam ubicumque in ſuo Epiſcopatu voluiſſet ſine contradictione cujuslibet hominis, tam intra civitatem, quam extra facere liceat; Monetam etiam in civitate conſtruere ad componēdos nummos cuiuſvis generis, Aſculana videlicet ſui Epiſcopii, liberè, & ſecure currendos per totum noſtrum regnum, & quidquid ad regiam cenſuram, & poteſtatem noſtram pertinet in eius transfundere, & ſucceſſorum eius Jus, & dominium per præceptum noſtræ confirmationis*

dona-

donamus, & corroboramus eo ordine; ut nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Sculcarius, Caſtaldus, aut publicæ rei exactor, magna, parvaque noſtri regni perſona diſveſtire, moleſtare, inquietare prædictum Bernardum ſecundum Aſculanum Epiſcopum, eiuſque ſucceſſores, de omnibus ſupraſcriptis à noſtris prædeceſſoribus Imperatoribus, ſive Regibus conceſſis, aut à nobis modo per hoc præceptum confirmatis, & datis unquam in tempore præſumat, videlicet, tam de mobilibus, quam de immobilibus rebus, ſervis, & ancillis, liberis etiam hominibus, mercatus, monetâ, fodrum, & placitum, quæ ei donavimus, piſcationes, cum portibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, pratis, paſcuis, cultis, & incultis, ſylvis cervorum, cæterarumque ferarum foreſtis, armentis, gregibus, & omnia, quæ dici, vel nominari poſſunt, eidem juſte faventibus. Si quis igitur, quod minimè credimus, hujus noſtræ confirmationis præcepti temerarius violator aliquando extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Bernardo ſecundo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, quibus violentia illata fuerit, quod ut verius credatur, firmiuſq; ab omnibus obſervetur manu propria robrantes noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Tertii † Romanorum Imperatoris Auguſti.

Guntherus Cancellarius, vice Herimanni Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi. Datum 6. Kal. Junii anno Dom. incarnationis 1036. indic. 9. anno D. Henrici Tertii ordinat: ejus 28. Regni verò 18. Imper. II. Actum Florentiæ in Dei nomine feliciter. Amen. Adeſt magnum ſigillum cujuſdam mixturæ, in quo inſculpta Imperatoris imago, dextera manu pallam rotundam tenentis cum Cruce, & ſiniſtra baculum, ſedentis, & circumcirca legitur HEINRICUS. &c.

Leonis IX. diploma tale eſt ab originali deſumptū.

LEO EPISCOPUS.

Servus ſervorum Dei.

B*Erardo Secundo Epiſcopo Eccleſiæ, & Epiſcopatus S. Dei Genitricis Virginis Mariæ, & beatiſſimi Chriſti Martyris Emigdii, poſitæ in Comitatu Eſculano intra civitatem, cunctiſque ſuis ſucceſſoribus canonicè illuc intrantibus in perpetuum. Quia divina largitate gratiæ B. Petro Apoſtolorum Principi regere, diſpenſare, & ab omni pravorum infeſtatione defenſare, omnis commiſſa eſt Eccleſia, ut cujus paſcitur doctrina, ejus muniatur & tutela. Convenit nos, qui ejus vice Apoſtolatus fungimur culmine, ſingulis Eccleſiæ juſtæ protectionis manus porrigere, quatenus, quod illis ad tutamintis proficit fulcimentum, nos expediat à debito quod debemus omnibus. Proinde rogatu D. ſupranominati Bernardi Epiſcopi S. Eccleſiæ Eſculanæ Apoſtolicæ authoritatis munimen concedentes, & per eam præfato epiſcopo, cunctiſque ejus ſucceſſoribus canonicè inibi inthronizatis, quæ ad honorem Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ eſt dedicata, nec in inferioris liberalitatis præſcriptum, ſed obſtaculum, & totius protectionis clypeū privilegii munimen conferimus, ut Eccleſia, quæ nomini ſummi omnipotentis Regis Martyrum eſt dedicata, ſit etiam ſummi Militis ejus filii ſcripto protecta, gladioque defenſa. Ideoque Apoſtolica authoritate providentes ſingula, quicquid juſte eidem deferretur Eccleſiæ, confirmamus, & corroboramus tibi, ut nemo exindè eum audeat diſveſtire, vel moleſtare, ſeu aliquam inquietudinem illi inferre, ideſt Civitatem Eſculanam ex integro cum ipſa ſua portione de monaſterio S. Angeli, quod in ipſa civitate eſt conſtructum, & monaſterium S. Mariæ, in ſancto monte poſitum, cum omnibus juſtè ſibi pertinentibus, vel quæ in antea aliquorum juſta datione legaliter pertinere poterunt Caſtellum, quod dicitur Trione cum Monaſterio S. Laurentii cum omnibus pertinentiis ſuis, curtem de Maſſa cum ipſo Pojo de valle lucida, curtem de Monte, curtem de Pazano, ſicut in cartula Maynardi filii Sigolfi habetur, & legitur. Caſtra, quæ dicuntur Sculcula, Matrice, Spinetula; curtem de Ilica; curtem de Cariano, curtem de Core, curtem de Belenterio, curtem de Flaminiano, curtem de Api, curtem de Tarratina; curtem de Bapino, curtem de Vuaſto Pomareſe, curtem de Saxa, curtem de Salli, curtem de Patarco, curtem de Villa Magna, & omnia quæ prædicto epiſcopatui, tam in ſupradictorum caſtrorum quam curtem de Montariolo intus Civitatem Spoletanam, curtem de Paterno in loco, qui Ponte dicitur, curtem de Primo caſu, Gualdum de Laguine, in Nurſiam Caſam, & curtem infra locum, ubi olim fuit civitas: curtem de Sala in eadem Nurſia, Gualdum de Feſſo, curtem Savelli, in Comitatu item Eſculano, in loco, qui Aqua dicitur caſtellum de Luco, & turrim de Fotiano, & Pojum de Quintodecimo, curtem Mazzanam cum ſalinis ſuis, caſtellum de Murro, caſtrum Fundanianum, montem Purum cum foreſtis, & ſylvis, cum Pojo, quod clamatorium dicitur, Plage cum caſtro Luſiano, Villa magna cum Pojo, & caſtello, Ciciliianum, Montem Calvum, Bajanum, caſtrum de Gualdo, curtem Agelli, caſtrum Liguniianum, curtem Pupilianam, curtem S. Stephani, curtem de Paterno, & caſtrum de Spelunca cum ipſa curte de Valeriano, curtem de Beſiano, montem Andreæ Pojum Silviſtum quod eſt ante caſtellum Guſianum, nec non & caſtrum de Spiactulo cum curte ſua, quæ Franciſca dicitur, curtem Faſſianam, curtem preſtitulam, Pojum Valentecium, caſtellum de Ottavo. Poium Gaminaldum, curtem Cervinariam, curtem Chriſtianam, curtem de Vtvario, curtem S. Felicis, Poium de Pignole, curtem S. Martini, caſtrum de Corato cum Poio Helceti, & Ciſimulæ, curtem Popiliano. curtem Laurettianam, curtem Maltinianam, caſtellum Caſtelli, in Frondaria curtem Porilem, curtem Dianam, curtem de Quarto, Caſtellum de Poſtmontes, curtem Capitiniulam, curtem Paternionis, cum Pojo Avignonis, caſtellum de Callonnata cum ſuis curtibus, curtem Ciatani cum ſuo caſtello, curtem de Caſule, & caſtellum de Vina. Hæc omnia ſupranominata cum plebibus, & Eccleſiis ſingulis earumque dotalibus, cum ſervis, & ancillis, villulis, maſſaritiis, commendatitiis, & colonis ſingulis, cum alpibus, & montibus, ſylvis, pratis, paſcuis, vineis, olivetis, cultis, & incultis, aquis, molendinis, piſcariis, piſcationibus, ſalinis, aquarumque decurſibus, nec non & armentis, equorumque foreſtis, ſeu omnibus, juſtè ſibi pertinentibus in integrum confirmamus, atque Apoſtolica authoritate corroboramus. Decimas etiam, ſeu primitias, & cunctas oblationes fidelium vivorum, & mortuorum eidem Epiſcopatui juſtè, & canonicè pertinentes tibi juxta canonicam inſtitutionem SS. Patrum concedimus. Nec non & illud ſtatuendo decernimus, ne aliquis Epiſcopus, alicujus authoritate, vel poteſtate ſuffultus audeat abſque licentia inibi juxta præfati Epiſcopi ordinationes, ſeu conſtitutiones aliquas facere, vel iudicia diſponere, ſeu Clericos, aut Presbyteros Synodo qualicumque diſtringere, vel fatigare. Statuentes igitur Apoſtolica authoritate, quæ ſervanda eſt ab omnibus, & in omnibus ſtatuimus, & ſub anathemate conſtringimus, ut nullus Imperator, ſive Rex, nullus Dux, vel Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldus, vel quilibet publicè pariter exactor, ſeu cuiuslibet hominis perſona, cujuſcumque ſit ordinis, vel dignitatis, ſeu religionis, hanc pragmaticam privilegii ſanctionem audeat refragare, vel in quoquam confringere, quod qui tentaverit à B. Petro Apoſtolorum principe Anathemate divino percuſſus intereat, quia Dei Genitricem, eique famulantes offendere non timuit, Deumque hoc inſpicere pro nihilo duxit. Conſervator verò benedictione ſuffultus Apoſtolica à Deo Omnipotente vitam conſequatur æternam.*

Data Kal. Julii per manus Friderici Diaconi S. R. E. Bibliothecarii, & Cancellarii vice D. Herimanni Archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi anno D. Leonis IX. Papæ 4. indict. 3. actum Beneventi in Dei nomine feliciter. Amen.

Victoris verò II. eidem Bernardo conceſſum diploma eſt eiiſdem verbis deſcriptum cum ſuperiori Leonis. Subſcriptio vero eſt quæ ſequitur. Ita in plumbo addita in medio hæc verba *IESUS CHRISTUS. Petrus. Paulus.*

Victoris primæ ſedis Epiſcopi, & univerſalis Papæ II. Data 4. Non. Ianuarii per manus Hildebrandi S. R. E. Subdiaconi vice Hermandi Apoſtolicæ Sedis Archicancellarii an. primo D. Victoris Papæ II. indic. 8. Datum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Interfuit hic noſter Bernardus II. Concilio Romano ſub Nicolao II. celebrato a anno 1059. menſe Aprili. Nec abſre erit hic Henrici III. Imp. ſententiam referre ad favorem Bernardi latam contra Albaſiam Abbatiſſam anno 1074. in qua præter alios Sigemannus memoratur Epiſcopus Fulginatenſis, hucuſque ſcriptoribus ignotus. Monumentum tale eſt.

a Ibique Berardus dicitur ex Concil. Harduini editione tom. 6.

Dum in Dei nomine in Comitatu Firmano in locum, ubi dicitur ad S. Marottum in Placito reſidebat D. Henricus Imperator cum Henrico ſacri Palatii cancellario ad juſtitiam faciendam, & deliberandam, reſidentibus cum eo Bonofilio Judex Imperialis, & Papienſis Ugo filius Grimaldi, Tranſ-

mun-

A mundus filius Raſelgardi, Atto filius Odemundi ,Giſelbertus filius Giſelmandi ,Epiſcopus Eremannus de F.emo. Epiſcopus Sigemanno de Fuligno , Fulcho filius Alberici, Ugo filius Petri , Lando filius Carboni , & reliqui plures . Ibique eorum veniens præſentia D Bernardus II. Epiſcopus Epiſcopii S. Eſculanæ Eccleſiæ ſimul cum Urſo advocato ſuo, & cepit dicere: Domine ſeniorum Imperator iam plures vices me reclamavi ad vos de Albaſia muliere Panduſi de illa Curte de Heliceto , & de illo caſtello de Corata cum omnia ſua pertinentia quod ipſa tenet contra me malo ordine,& contradicte: tunc Dominus Imperator quando tale audivit interrogavit ſupradicta Albaſia quid ſibi pertinuiſſet ſupradicta res , illa reſpondit quod ſuus maritus commutaſſet cum Acto filius Choni ; tunc ſupradictus Imperator interrogavit ſupradicto Judice quis exinde fuiſſet lex , tunc dixit ſupradicto Judice Domine interrogate eam ubi eſt ſuum doctorem , vel ſi habet teſtimonii; tunc interrogavit ea ſuprad Imperator ſi habuiſſet doctorem , vel teſtimonii: tunc dixit ſupradicta Albaſia ; non poſſum hic habere doctorem, neque teſtimonii, quia ego deprecavi vos , ut veſtram Epiſcopalem illis mandaſſetis , illi nolunt venire mecum in veſtram præſentiam In eadem hora B D. Imperator ,quando tale audivit, dixit ſuprad Judice , qui exinde fuiſſet lex, tunc ſuprad Judice Bonofilio reſpondit,& dixit , Domine lex eſt , ut facias illam refutare ad ſupradictum Epiſcopum illam inveſtituram de illa ſupradicta res, quod feciſtis facere infra ſe ipſum Epiſcopum à ſupradicta Albaſia, ſalva querela , & vos debetis inveſtire ſupradictum Epiſcopum, & ſuum advocatum in perpetuum Tunc D. Imperator,quando tale audivit,fecit ſupradicta Albaſia ad ſupradictum Epiſcopum refutare ipſas præfatas res , ſicut ſupradicto Judice judicavit; & per fuſtem , quem in manu tenebat ſuprad Imperator inveſtivit ipſus ſupraſcriptas ad ſupraſcriptum Epiſcopum , & ad ſupraſcriptum advocatum ad ſupraſcriptum Epiſcopatum in perpetuum. Inſuper miſit ſuum bannum ſuper prædictum Epiſcopum , & ſuper jam ſupradicta curte Heliceto,& ſupradictum Caſtellum cum ſua pertinentia,ut nullus quilibet homo audeat jam dictum Epiſcopum , vel ſuum ſucceſſorem vel partem jam dicti Epiſcopi exinde diſveſtire , moleſtare , vel inquietare ſine legale iudicium. Qui cum fec.eit centum libras aurei ſe compoſiturum C agnoſcat; medietatem Cameræ noſtræ , & medietatē prædicto Epiſcopo . ſuiſque ſucceſſoribus , & an notitia qualis acta eſt cauſa fieri ammonuerunt . Quidem & ego Falcho Notarius ſacri Palatii ex juſſione ſupradicti Imperatoris , & Judicum ammonitione ſcripſi Anno ab incarnatione Dom. N J. CHRISTI 1047 ind XV Imperii verò D Secundi Henrici Deo propicio primo . Actum in Comitatu Firmano ad S. Marotum in Dei nomine feliciter Amen .

Ego Henricus Imperator ſubſcripſi .
Ego Henricus Cancellarius ſubſcripſi .
Ego Pantfilius Imperialis Judex,& Papienſis interfui .
Ego Ademo Judex . Firmanus interfui .
Ego Adelbertus Judex ſubſcripſi.
Ego Ugo Ravennenſis interfui .
Ego Bonus Homo Judex ſubſcripſi.

XXII. 22. STEPHANUS poſt Bernardum invenitur anno 1069. qui in menſe Septembri ind. 7. à Sciolſo Tranſmūdi filio medietatem Caſtri Civitellæ,aliaq; multa bona recepit. Conſule documentum donationis ſervatæ inter alia monumenta Cathedralis Eccleſiæ.

XXIII („ *Joannes interfuit Eccleſiæ SS. Trinitatis ad Cavam Metellinam conſecrationi anno 1092. „ ſubſcripſitque privilegio Urbani II. eidem Monaſterio conceſſo , ut ad dictum annum ſcribit Baronius . „ Anno verò 1090. in ipſius Joannis gratiam facta fuit „ donatio multorum bonorum à Tranſane Mayrandi „ F. Cive Aſculano, ex cogito, vel Actis cujuſdam Al- „ berti publici Notarii.* Antonellus.)

D

XXIV 23. ALBERICUS ab anno 1098. uſque ad annum 1125. reperitur in monumentis Aſculanis.

XXV. 24. PRESBYTER Epiſcopus diu hanc rexit Eccleſiam anno 1131. Huic Lotharius Imperator privilegia ab aliis Imperatoribus Aſculanæ Eccleſiæ conceſſa confirmavit anno 1137. talis tenoris .

In nomine Sanctæ , & individuæ Trinitatis .

Lotharius divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus .

JUſtum eſt, & omnino imperiali decet magnificentiæ , inter cæteras Eccleſias, eas potiſſimum amplecti , quæ de

A *imperio ſunt, & ad noſtram ſpecialiter ſpectat defenſionem. Proinde omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum , quàm præſentium induſtriam noſſe volumus; Qualiter nos inſtinctu conſortis noſtræ Richinzæ, annuente fideli noſtro Henrico Ratiſponenſi Epiſcopo, & Archicancellario noſtro Eſculanæ Eccleſiæ omnem ſuæ dignitatis integritatem conſervare neceſſarium duximus Ad quod , & exemplo anteceſſorum noſtrorum Regum, & Imperatorum informamur, & non minus devotio, & ſervitium ejuſdem Eccleſiæ ven. Epiſcopi Presbyteri nomine ad id nos accendit. Quem Imperiali liberalitate per omnia amplectentes confirmamus ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus , & donamus Comitatum Eſculanum ex integro, omneſque pertinentias ,quas vel modo tenet, vel jure tenere debet. Confirmamus, & donamus ei, ſuiſque ſucceſſoribus Eſculanam Civitatem, cum omni diſtrictu Imperiali , nec non familiis, & pertinentiis ipſius : monaſterium videlicet S Angeli in eadem civitate conſtructum, quod juris noſtri eſſe dignoſcitur, quod donamus , & confirmamus eidem Eccleſiæ Eſculanæ, attendēſes devotiſſimum prædicti Epiſcopi Presbyteri ſervitium: monaſterium quoque S Mariæ in* B *monte ſancto poſitum: monaſterium S Laurentii juxta Caſtellum Trojone poſitum cum omnibus pertinentiis ſuis : monaſterium etiam S Petri in Cerreto, quod Tranſaricus filius Teodini pro remedio animæ ſuæ prædicto Epiſcopo, & Eſculanæ dedit Eccleſiæ. terram quoque , quam Otmundus filius Otmundi eidem dedit Eccleſiæ. Confirmamus , & donamus ipſi terram de Summati quam Maynardus filius Sigolfi eidem obtulit tempore Bernardi Secundi Epiſcopi ; id eſt caſtellum de Frojone, Vallelucida . . . tonem . & quidquid prænominato Maynardo proprietatis jure pertinebat in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Villa magna in Fiamiano, in Ilica, in Spinetule, in Api , in Giſiano , in Telleniano , in Bellentario, in Core, in Bapino, in Sala , in Guaſto Pomareſe, in Caſa Vetula, in Terallino, in Pennino in Colle Spinoſo, in Cananicle, in Paſtina, in Petroniano, in Anezano, in Cornu, in Acumulo, in Saſſo, in Pernice , in Tiletta . in Colle de Spada, in Tonſolino, in Carpenoſo, in Muſco, in Cottano , in ſculcula . in Matrice : caſtellum Colle altum cum eremo , & pertinentiis ſuis, omnia quoque tempore prædicti Bernardi Epiſcopi acquiſita, Aquilariam videlicet , Lucum , Turrim* C *Fucianam. Scalellam, Civitellam, Caſulam, Areſulum, Columnatam, Poſmontem. Offianum, Potum de Villa magna , Feltrianum , Podium de Iuliano , Caſtmanum Octavum , montem Cocum , Spinetulum , montem de Caſtanea , ripam cum ipſo Poio Sigolfi, Ilicem cum Turre Siſterana, Licetum, Sinule, Corata, Ancarianum, Calandelle, Saletto, Carruſa , Maltinianum, Cantalupum cum ripa Cervaria, & alias ripas. Malta. Reſamata, Caſelle , Murjum , quod vi ablatum prædicto Epiſcopo Presbytero reſtituimus, Fundanianum , Pineam, Liſianum, Telenianum, ripam cum Podio de Vallicella , Pordanum , montem Andreæ cum eccleſia S Mariæ , Podium , Meghenardi : præterea terram , quam dedit filius Tranſmundi prænominatæ Eccleſiæ. Venam ruptam, Olivolum , Palumbianum , Valerianum . Confirmamus etiam ejuſdem proprietatis Olettam, & de alia oblatione medietatem de caſtello Patrinione, cum omnibus poſſeſſionum prænominatarum pertinentiis. Super hæc omnia remittimus , & condonamus eidem Eccleſiæ pro ſervitio fidelis noſtri ſæpius nominati Epiſcopi , quidquid nobis pertinet in comitatu Eſculano, in Fodro & in Placito . Mercatum quoque ubicūque* D *in toto ſuo Epiſcopatu voluerit infra, & extra Civitatem Epiſcopii dictæ Civitatis liceat abſque contradictione alicuius; monetam quoque ubi voluerint habeant, & faciant horum omnium ſupradictorum, jus, & dominium eidem Eccleſiæ authoritate privilegii noſtri eo ordine confirmamus , & nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes , Vicecomes, nulla denique magna, parvaque perſona, in his omnibus ſupradictis præfatam Eccleſiam moleſtare, diſveſtire , aut inquietare præſumat. Si quis verò contra hoc, quod non credimus, præſumpſerit , centum libras auri Cameræ noſtræ, & totidem ipſi componat Eccleſiæ Quod ut verius credatur & ab omnibus diligentius cuſtodiatur , præſentem inde chartam ſigillo noſtro inſigniri juſſimus .*

Signũ D. Lotha-nurum Impera-  rii Tertii Romatoris invictiſſimi.

Ego Riccardus vice Henrici Archicancellarij recognovi.

Data anno Incarnationis Dom. 1137. indict. 15. Decimoquintu Kal. Decembris anno vero Regni Regis Lotharij 12. imperij 6. Actum Salernj in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Præſens fuit Presbyter conſecrationi Eccleſiæ Cathedralis Fulginatenſis anno 1146. Synodoque celebratæ in eodem Templo à Julio Card. tituli S. Marcelli Eugenij III. legato. Anno verò 1150. fuit adſcriptus ab Imp. Conrado in Principum conſortium, eiq; ab eodem confirmata ampliſſimè omnia per ipſum poſſeſſa, ſub datum pridie idus Martij Norimbergæ. En diploma.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.
Chonradus divina ſavente gratia Romanorum Rex Secundus, ac ſemper Auguſtus.

DEcet imperialem magnificentiam eas Eccleſias potiſſimum ſovere, & amplecti, qua de imperio ſunt, & ſpecialiter ad noſtram defenſionem ſpectare dignoſcũtur. Quocirca fidelium noſtrorum omnium, tam præſentium, quàm futurorum noverit induſtria, qualiter nos Principum noſtrorum precibus, ſuadente quoque Vuibaldo Abbate Cumpagenſe, Eccleſia Eſculana omnem dignitatis ſua integritatem conſervare dignum duximus. Exemplo quoque anteceſſorum noſtrorum Regum, & Imperatorum, inſtruimur, & informamur; & nihilominus magna devotio, magnumque ſervitium ejuſdem Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi, nomine Presbyteri, venientis ad nos in Alemaniam ad id nos accendit, & invitat. Quem honeſtiſſime recepimus, eumque de regalibus inveſtientes in conſortium Principum noſtrorum ſuſcepimus, cui etiã omnia bona ſua Eccleſiæ, omniaque Eccleſia ſua jura, quæ vel tempore ſuo, ſuorumque prodeceſſorum amiſſa ſunt, per corporalem inveſtituram reddidimus, & alia quo a nobis petiit, videlicet totam terram Muturũ Collepagane, Lempa, Sylvagroſſa, Ilgium, Pharaonem, ſecundum cordis noſtri ſereniſſimam æquitatem reſpectu ſui ſervitij donavimus diligenter, & conceſſimus, cum adiacentijs ſuis omnibus, donantes, & confirmantes ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus Comitatum Eſculanum ex integro, omneſque pertinẽtias quas vel nunc tenet, vel de jure debet tenere. Confirmamus, & donamus ei, ſuiſque ſucceſſoribus Civitatem Eſculanam, cum toto imperiali diſtrictu, nec non famulis, omnibuſque pertinentiis ipſius, monaſterium videlicet S. Angeli in eadem civitate conſtructũ, quod juris noſtri eſſe dignoſcitur, quod donamus, & confirmamus eidem Eſculana Eccleſia attendentes prædicti Epiſcopi presbyteri devotiſſimum ſervitium. Monaſterium etiam S. Maria in Monte Sancte ædificatum, monaſterium S. Laurentij juxta Caſtrum Triune poſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis; monaſterium quoque S. Petri in Cerreto, quod Tranſaricus filius Teodini pro remedio animæ ſuæ eidem Epiſcopo, & ſupradicta Eſculana dedit. Confirmamus etiam, & donamus ipſi terram, quam Otmundus filius Otmundi eidem Eccleſia dedit, & terram de Summati, quam Maynardus filius Ligolfi, tempore Epiſcopi Bernardi II. ibidem conceſſit, & dedit, id eſt Caſtellum de Trujune, vallem Lucidam, Vagiſunem, & quidquid prænominato Maynardo iure proprietatis pertinebat in Maſſa, in Marte, in Bazanu, in Villa magna, in Flaminiano, in Ilica, in Spinetulo, in Api, in Griſiano, in Tolleniano, in Bellontono, in Core, in Rapinu, in Saxa, in Guaſto pomareſu, in Caſa vetula, in Terracina, in Pennino, in Colle ſpinoſo, in Cananide, in Paſtina, in Petroniano, in Avezano, in Cornu, in Acuminu, in Sallo, in Peonice, in Colle de Spada, in Filetta, in Carpenolo, in Tenſulino, in Caſianu, in Muſido, in Sculcula, in Matrice. Caſtellum, Colle

A *altucum Heremu, & pertinentiis ſuis: omnia quoque acquiſita tempore prædicti Bernardi Epiſcopi, videlicet Aquilariam, Lucum, Turrem Fucianam, Scalelle, Civitellam, Caſulam, Auſulum, Colonnatam, Peſmontem, Malteniamum, Offinianum, Pojum de Villa magna, Podium de Julianu, Filtrianum, Caſtenianum, Octavum, Montem cucum, Spinetulum, Montem de caſtanea, Ripam cum ipſu Pujo Sigelfi, Ilicem cum turru Siſterana, Licetum, Eſimule, Cerana, Ancarianum, Colmeſſe, Saletto, Carruſſa, Cãtalupum cum ripa Curvaria, & alias ripas, Malta, Reſamata, Murrum, caſelle, Fundamianum, Liſianum, Pinzam, Fulenianum, Ripam cũ Podio de Vallicella, Purchiarum, Montem Andrea cum Eccleſia S. Maria, Podium Maginardi, Venam ruptam, Valerianum & Olettum, Olivalum, Palumnianum, adhuc etiam confirmamus Pater.... ne, cum adiacentiis, & pertinentiis ſuis, nec non etiam terram; quam Iacobus, & Translaricus filii jam prænominati Translarici præfato Epiſcopo, & Eccleſia ſua per chartulam donationis dederunt, videlicet Caſtellum Milianum, & ubicumq; eorum... aliquas eſſe dignoſcitur, in Caſtellu, &*
B *Seretu, aliiſque locis; Inſuper donationem, quam Mattheus Comes Aprutinus ex teſtamento, jam ſæpe dicto Epiſcopo, & Eccleſia ſua dedit, videlicet totam hereditatem Aimerradi, & Gualfredi, quam in Caſtellu Spinetulu tenebant cum ſuo campo mannali, ſub ipſo Caſtellu in Selanu poſito; Caſtellum quoque Mazanum, à filiis Transmundi eidem Epiſcopo, ſuæque Eccleſia donatum, cum antiqua poſſeſſione præfata Eccleſia; terram etiam, quam Mattaſeſſone eidem Epiſcopo, & ſupranominata Eccleſia dedit, id eſt caſtella, Collatum, & Leccum, & partem ſuam de Aſtindu, & hæreditatem ſuam totam, ubicumque inventa fuerit. Confirmamus etiam eidem Eccleſia Caſtellum Monte mori, quod præfatu Epiſcopo Ubaldus Cardinalis reddidit. Super hæc omnia remittimus, & condonamus eidem Eccleſia pro ſervitio fidelis noſtri ſæpius nominati Epiſcopi quidquid nobis pertinet de Eſculanu Comitatu in Placitu, & in fodro, ubicumque etiam voluerit mercatum in toto ſuo Epiſcopatu ſine alicujus contradictione Epiſcopis ejuſdem civitatis infra, &*
C *extra civitatem liceat; Monetam quoque ubi voluerint, faciant, & habeant; auctoritate noſtri privilegii confirmamus jus, & dominium ſupranominata Eccleſia, horũ ſupradictorum omnium, eo ordine, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, comes, Vicecomes, nulla denique magna perſona, ſive parva, præfatam Eccleſiam in his omnibus prædictis inquietare, diſveſtire, aut moleſtare audeat. Si quis vero, quod non credimus, contra hoc præſumſerit, centum libras auri Cameræ noſtræ, & eidem Eccleſia totidem componat; quod ut verius credatur & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, præſentem inde cartam ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.*

Signum D. Chonmanorum Secun-  radi Regis Rodi.

D

Ego Arnuldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Data pridie idus Martis indict. 13. Anno Dom. Incarn. 1150. regnante Chonradu Rege II. Romanorum anno Regni ejus 13. Actum Nurembergbi in nomine Chriſti feliciter. Amen.

De eodem Presbytero Epiſcopo in marmore ad Ædes Turnianas Aſculi hæc leguntur carmina.

Hac eſt cœpta domus poſt partum Virginis anno
Millene centenu quinto biſque triceno.
Herete Roma dolet a, Fridericus, & imperat orbi
Huic ut ſtella praeſt, lux, Præſul, presbyter urbi:

a Al. Hetole Roma olet.

Et alia. In fine legitur carmen illud.

Hæc cano Tranſmundus, cui ſit ſine crimine mundus.

Ejuſdem Presbyteri alia ſpectatur memoria apud S. Petrum de Caſtello in inſula, quam Eccleſiam conſe-

cra-

A craverat anno 1142. aliaque in monumentis S. Angeli Magni.

XXVI 25. TRANSMUNDUS poſt Presbyterum hanc rexit Eccleſiam. Erat hic Aſculanæ Eccleſiæ Archipresbyter, & fortaſſe relatorum carminum compoſitor. Extat quædam convenientia inter ipſum, & Aczolinum, & Scintillum, ſocioſque in monumentis Aſculanis, ſcilicet quod ipſe, & ejus hæredes annualiter Eſculanæ Eccleſiæ debeant tribuere ſpallam unam cum lonza in nativitate Domini, & unam ſalmam muſti in ſuo tempore, & pro Eccleſia S. Laurentii unam ſalmam muſti, & duos denarios de capitulo, & alia &c. anno Dominicæ Incarnationis 1177. Transmundo Præſule. Alexander Papa III. anno 1179. Raynaldum Archidiaconum, reliquoſque Canonicos Aſculanæ Eccleſiæ ſub protectione B. Petri ſuſcepit. Diploma ſequens eſt.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

B Dilectis filiis Raynaldo Archidiacono, Matthæo Archipresbytero, & Canonicis Eſculanæ Eccleſiæ, tam præſentibus, quam futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

QUoties illud à nobis petitur, quod Religioni, & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenter concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & canonicam veſtram ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet Caſtrū Malignanum, caſtrum Poſmontis, caſtrum Columnata cum Eccleſiis eorum, & omnibus ſuis pertinentiis, rivis, paſcuis, terris cultis, & incultis, molendinis, arboribus fructiferis, & infructiferis, Aquis, Aquarumve decurſibus, plebem S. Victoris, & plebem S. Venantii, & plebem S. Mariæ inter vineas, Eccleſiam S. Petri ad . . .

C *. . Eccleſiam S. Eraſmi, & plebem de Ragano cum capitulo, & mortuariis, plebem de Cruce, plebem S. Antimi, plebem de Caſaragnano cum omnibus pertinentiis, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam S. Benedicti de Fondagrano, cum omnibuſque Vannis, & Gualterio cum ſorte ſua, & Guidino, Eccleſiam S. Mariæ de Podio cum Benedicto Dominici, & cum conſortibus ſuis, Eccleſiam S. Stephani cum filiis Amiconis Tederade, Eccleſiam S. Laurentii de Rivo, & Adam cum nepote ſuo, Eccleſiam S. Mariæ in Marzano, Eccleſiam S. Pauli, & jus, quod habetis in S. Venantio de Plagis, Eccleſiam S. Benedicti in Paraletta, Eccleſiam S. Mariæ in Teneti, & quartam partem S. Petri ad Colle, Eccleſiam S. Maſſimi in Summati, domum filiorum, & nepotum Aſiani Roberti cum tenimentis, & ſervitiis eorum, ſervitium Simonis cum beneficio ſuo, Domum Odoniſcam cum tenimento, & ſervitio ſuo, & omnia bona quæ Azo Valentini dedit,*

D *& conceſſit in canonica veſtra, & bona omnia, quæ Gerallus dedit, & conceſſit eidem Eccleſiæ, Domum Aponiſcam, & ſervitium Beneficii Nicolai Stephani, & ſervitium, quod Giſo Primicerius Eccleſiæ veſtræ in obitu ſuo reliquit, videlicet ſpallam cum lonza, & ſarcinam muſti cum hominio, & fidelitate heredum ſuorum, Eccleſiam S. Petri inter ſulcos, Eccleſiam S. Juvenalis, Terram in capite Pontis majoris juxta vineam Epiſcopi, Eccleſiam S. Mariæ in plano, Eccleſiam S. Laurentii juxta pontem ſoleſtanum, & ſervitium quinque denariorum Henrici, quos filii ſtabilis caſtelli, & heredes eorum Eccleſiæ veſtræ annuatim perſolvendum debent, Eccleſiam S. Petri in paneperdito in Tolegnano, ſervitium quod filii Actuſii Presbyteri Joannis, videlicet duos denarios Henrici annuatim eccleſiæ veſtræ perſolvere debet cum hominio, & fidelitate, & jus quod habetis in S. Nicolao ad canale, Eccleſiam S. Petri in caſtello, & medietatem oblationum defunctorum de Summati, & omnia, quæ Canonica veſtra infra, & extra civitatem Eſculanam juſte habet, vel eſt habitura. Ad hæc authoritate vobis Apoſtolica indulgemus, quod ſi aliquid de epiſcopatu veſtro impoſitionis, aut in alia bona Canonicæ veſtræ violentiam exercuerint, vel rapinam, & ad ſecundam, vel tertiam commonitionem veſtram præſumptricem ſuā dirigere emendare contempſerint, Epiſcopo veſtro ipſos ad ſecundam, vel tertiam requiſitionem veſtram devotè & humiliter per convenientia intervalla temporis facta volente, vel non volente corrigere pax vobis ſit de auctoritate veſtra in eos interdicti, & excommunicationis ſententiam promulgare. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominū liceat præfatā Canonicā temere perturbare, &c.*

Ego Alexander catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Theodinus & ſanctæ Ruſinæ ſedis Epiſcopus.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Jo. Neor. Io. & Pauli Presb. Card.
Ego Cinteus Presb. Card. tit. ſanctæ Ciciliæ.
Ego Hugo Presb. Card. tit. ſanctæ Clementis.
Ego Matthæus Presb. Card. tit. ſancti Marcelli.
Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Gratian. Diac. Card. SS. Coſm. & Dam.
Ego Jo. Diac. Card. ſancti Angeli.
Ego Matth ſancta Maria Nova Diac. Card.

Data Anagni per D. Dayſen. S. R. E. Subdiaconum IX. Kal Nov. indict. xiii. incarnat. Dom. M.C.LXXIV. Pontiſ. vero D. Alexandri Papæ II . anno XXI.

26. GISONIS Epiſcopi Aſculani extat memoria in Cœleſtini III. diplomate ad Deſiderii cujuſdam rectoris S. Nicolai in Ponticello favorem anno 1191. XX VII.
Hic à Raynaldo ſucceſſore beatæ memoriæ nuncupatur in confirmatione Eccleſia S. Nicolai prædicto Deſiderio ab ipſo Giſone donata.

27. RAYNALDUS hujus nominis primus ex Archidiacono ad Epiſcopatum evectus ſucceſſit Giſoni. XX VIII.
Hujus Epiſcopi clariſſima habetur memoria, tum Apoſtolicis tum Cæſareis diplomatibus. Fridericus enim Ænobarbus illo expoſtulante ampliſſimum conceſſit privilegium anno 1185. quod ſequens eſt a.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

INter varia humanæ conditionis vota, & opera hoc potiſſimum fore cenſemus ad ſalutem animarum, ſi Eccleſiis Dei, & eccleſiaſticis perſonis ſolertiæ noſtræ ſtudium efficaciter impendentes, eas non ſolum in jure ſuo conſervamus, verum etiam diſperſa colligenda, fracta reconſolidanda, & quæ in præſentiarum poſſidemur augenda, feliciter Imperiali virtute fovemus, ac defenſamus. Studentes ergo laudū titulos, probatamque honeſtatem venerabilis Eſculanæ Eccleſiæ, quæ licet propè fines imperii noſtri longè ſita ſit, tamen lucem bonæ opinionis ſuæ nobis eminus effundit, libenter etiam annuentes precibus dilecti noſtri Raynaldi ejuſdem eccleſiæ Epiſcopi ad exemplum prædeceſſorum noſtrorum divorum Regum, & Imperatorum Henrici III & Lotharii III. & Regis Chonradi II Patris noſtri notum facimus, tam ſucceſſuræ poſteritati, quam præſentium induſtriæ. quod nos præſcriptam Eccleſiam, & prænominatum Epiſcopum, & congregationem ejus in perpetuum, & ſucceſſores eorum, & omnia ipſorum bona mobilia, & immobilia, quæ nunc habent, & impoſterum præſtante domino juſtè poterunt adipiſci, ſub protectione defenſionis noſtræ ſuſcepimus, & ex mea liberalitate, atque conſcientia concedimus eis, atque donamus, & Imperiali authoritate confirmamus omnia jura Eccleſiæ ſuæ, quæ nunc habent, vel tempore ſuo, vel prædeceſſorum ſuorum neglecta ſunt, & nominatim totam terram mutorum, Collem Paganum, Lempam, Silvam Groſſam, Iſolam, Pharaonem cum omnibus adjacentibus, & pertinentiis ſuis: Comitatum quoque Eſculanum ex integro, omneſque pertinentias quas modo tenent, vel de jure tenere debeat, & civitatem Eſculanam cum toto Imperiali diſtrictu. nec non familiis, cum omnibus pertinentiis ſuis: monaſterium videlicet S. Angeli in eadem civitate conſtructum, quod juris noſtri digno citur, monaſterium etiam S. Mariæ in Monte Sancto ædificatum: monaſterium S. Laurentii juxta Caſtrum Trione poſitum cum omnibus pertinentiis ſuis, monaſterium S. Petri in Cerreto, quod Translaricus filius Teodini pro remedio animæ ſuæ Eſculanæ Eccleſiæ, & Epiſcopo ſupradicto dedit: terrā quoque, quam Oimundus filius Oimundi eidem Eccleſiæ de-

meri-

a Ex Antonellii bibl. Aſculani aliquot mendis expurgatum.

dis, & terram de Summata, quam Maynardus filius Sigolfi tempore Epiſcopi Bernardi II. ibidem conceſſit, & dedit: item Caſtellum Trione, Vallem Lucidam, Fagerone, & quidquid prænominato Maynardo jure proprietatis pertinebat, in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Villa Magna, in Flaminiano, in Ilica, in Spinetulc, in Api, in Oriliano, in Teloniano, in Belenterio, in Core, in Rapino, in Saxa, in Guaſto Pomareſe, in caſa Vetula, in Ferratino. in Pennino, in Colle Spinoſo, in Cananidc, in Paſtina, in Petroniano, in Avezano, in Cornu, in Acumulo, in Sallo, in Peonice, in Colle de Spada, in Filetta, in Carpenolo, in Tellarino, in Covano, in Muſcero, in Sculculo, in Matrice: Caſtellum, Collem altum cum eremo & pertinentiis ſuis, Roccam Galli, & omnia acquiſita tempore Bernardi prædicti Epiſcopi, videlicet Aquilariam, Lucum, Fucianam Turrem, Scalelle, Civitellam, Caſulam, Anſulum, Columnatam, Poſmontem, Malsinianum, Offianum, Podium de Villa magna, Podium de Juliano, Feltrinum, Caſtineanum, Octavum, Montem Cocum, Spinetulum, Montem de Caſtanea, Ripam, cum ipſo Pojo Sigolfi, Ilicem cum Turre Siſicrana, Licetum, Ciſinule, Coratam, Ancarianum, Colondelle, Salvtto, Caruſſum, Cantalupum, cum ripa Curvaria & alias ripas, Quadrellā, Maltam, Reramatam, Murrum, Caſelle, Fundanianam, Siſianum, Pineam, Toleniannum, Ripam cum Podio de Vallicella, Porchianum, Montem Andreæ cum Eccleſia S. Mariæ, Podium Mayn rdi, Venamruptam, Valerianum, Olettum, totam terram Sinebaldi Attonis, Olivolum, Paluntianum, Speluncam, Fre.... Beclanum Friſum, Morice Caſtellum, Caſtellant, Pantum... cum adjacentiis, & pertinentiis ſuis, necnon terram, quam Jacobus, & Tranſaricus filii prænominati Tranſarici Presbytero Epiſcopo, & Eccleſiæ per chartulam dederunt, videlicet, Caſtellum Militanum, & Laccum, Bucchum .. quem hæreditatem eſſe dignoſcitur, Caſtellum, Aponeanum in ſupradicta donatione, quam Matthæus Comes Aprutinus jam ſæpè dicto Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ dedit, in totam hæreditatem Aimeradi, & Gualfredi, quam in Caſtello Spinctulo .... ſub ipſo Caſtello in plano poſito, Caſtellum quoque Muzanum, Caſtellum Collatum, Caſtellum de Cerve a, Caſtellum Lattaneanum u, Caſtellum de Mada, Caſtellum de Pezzo, cum tota terra filiorum Sigolfi filii Odumundi, Hominium etiam, & fidelitatem filiorum Actonis, & Tranſmundi de Aquaviva, de Terra, quam habent in Comitatu Aſculano, & de terra etiam, quam Mattafellone eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ dedit; item Caſtella Collutum, Lucum, & partem tertiam de Attneo, & totam hæreditatem ſuam quocumque habeat loco. Inſuper Caſtellum Montemori, cum pertinentiis ſuis. Ad augumentum quoque noſtræ Imperialis gratiæ remittimus, & condonamus ſupradictæ Eccleſiæ, & Epiſcopo quidquid nobis pertinet in Aſculano Comitatu in Platito, & ubicumque voluerit in toto Epiſcopatu ſuo intra civitatem, & extra, liceat ei conſtituere mercatum, & ubi voluerit infra hos terminos cudere monetam, ſalva in omnibus his ſupranumeratis dignitate Imperialis Excellentiæ. Statuimus ergo, & Imperiali authoritate ſancimus, ut nullus Pontifex, nullus Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nullus Dux, nullus Marchio, neque Comes, neque Vicecomes, neque Capitaneus, nulla civitas, nullum Commune, nullave Poteſtas, nulla denique perſona humilis, vel alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica, hoc Maieſtatis noſtræ privilegium audeat violare, ſeu Aſculanam Eccleſiam, ſeu Epiſcopum eius, & canonicos in poſſeſſione, iure, & dominio prædictarum rerum, omniumque bonorum ſuorum præſentium, & futurorum aliquibus injuriis calumniarum, ſive damnis præſumat attentare. Quod qui fecerit: in ultionem temeritatis ſuæ centum libras auri puri componat, dimidium Imperiali Cameræ, & reliquum injuriam paſſis:

a Al. de Crue. u Al. Caſtaneum.

Hujus rei teſtes ſunt.
Uvillelmus Aſtenſis Epiſcopus.
Bonifacius Novarienſis Epiſcopus.
Pandolfus Abbas Farfenſis.
Petrus Urbis Præfectus.
Bertoldus Legatus Italiæ.
Conradus Dux Spoletanus.
Comes Henricus de Rietle.
Comes Symon de Spanneym.
Uvandericus Bonlcnde.
Comes Reinaldus de Falcma.
Reinaldus Comitis Monaldi.
Otto de Monticellis. Otho de Bran....
Otto de Palumbaria. Rodulfus Camerarius.

Signum mei  *Friderici Romanorum Imperat. Invictiſſ.*

Ego Gotefridus Imperialis Aulæ Cancellarius Vice Philippi Colonienſis Archiep. & Italiæ Archicanc recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. 1185 indict. 3 regnante D. Friderico Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni ejus 34. Imperii verò 32. Datum apud Cucurionem in territorio Spoletano in nomine Domini, 14. Kal Octob.

Pendet ſigillum aureum, ex parte cujus adeſt imago ipſius Imperatoris, manu dextra ſceptum tenentis, ſiniſtra pilam rotundam cum cruce, & legitur in ejus circuitu.

Fridericus, Dei gratia, Romanorum Auguſtus.

Et ex altera parte videtur inſculpta Urbs Roma; cum literis ſupra fortilitium *Aurea*, & in porta; *Roma*, legitur circumcirca.

Roma caput mundi regit Orbis frena Rotundi.

Henricus, Friderici filius, non minori Raynaldum proſequutus eſt munificentia. Extant plura privilegia in gratiam Raynaldi conceſſa, in tabulario ejuſdem Eccleſiæ, è quibus quatuor, quæ ſequuntur, hic libenter damus.

Henricus Sextus, Dei gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

SUblimitati noſtræ tam veridicis plurimorum aſſertionibus, quam ipſis eorum argumentis evidenter innotuit, quod Eccleſia Aſculana, tum propter Imperatorum, & Regum longam abſentiam, tum etiam propter temporum malitiam à violentis detentoribus iniuſtè eſt ſpoliata ſuis poſſeſſionibus, quas tam ex anteceſſorum noſtrorum donationibus, quam etiam ex aliorum Chriſti fidelium oblationibus à longo retro jam tempore habere conſuevit. Ipſi itaque Eccleſiæ in tali neceſſitate conſtitutæ regali auctoritate ſubvenire volentes ſtatuimus, & ex certa ſcientia pragmatica ſanctione decernimus, ut omnes quaſcumque eiuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones, ſeu bona nunc detinent, nulla ſe longi temporis perſcriptione tueri valeant, ſed Epiſcopus Aſculanus plenam à nobis authoritatem habeat, univerſa detenta repetendi longinquitate temporum nullum ipſi in hac re præjudicium faciente. Ad cujus rei majorem evidentiam, præſentem paginam conſcribi juſſimus, & noſtro ſigillo communiri. Data Aſculi, anno Dom. Incarn. 1125. indict. 5. ibid Decembris.

Henricus Sextus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

NOtum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus præſentibus, & futuris, quod caſtrum Corangiæ in Summati, & homines eius cum univerſis donis, atque nunc habent, vel in poſterum obtinebunt in ſpecialem Maieſtatis noſtræ protectionem accepimus, Imperiali auctoritate conſtituentes, ut idem Caſtrum, ſicut ex permiſſione fidelis noſtri Raynaldi Aſculani Epiſcopi, & ſucceſſorum eius eo tenore, ut homines prædicti Caſtri ipſi Aſculano Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ſtatuta, & debita ſervitia perſolvant. Statuimus igitur, & Imperiali ſancimus edicto, ut nullus Epiſcopus, Dux, Comes, Marchio, Vicecomes, nullaque humilis ſecularis, vel eccleſiaſtica perſona prædictum Aſculanum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores in eodem Caſtro, & hominibus eius aliquo modo gravare valeat, vel moleſtare; quod qui fecerit, in ultionem temeritatis ſuæ triginta libras auri pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum Epiſcopo paſſo iniuriam. Ad cuius rei perpetuam evidentiam præſentem chartam inde confici, & Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri fecimus.

Datum Neapoli, anno Dominicæ Incarnationis 1191. indict. 9 ſecundo Kal Julii.

Henricus, Dei gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Siciliæ Rex.

CLericis, militibus, & univerſis hominibus de Cantalupo, de utraque ripa Quarquellaris, de eccleſia caſalis Mõtis ſācti, S. Ægidii de Faraone, de S. Cruce de Maſſa, de Lompa, de Colpagni, & Abbati, clericis, &

laicis eccleſiæ Montis S. adiacentibus, & hominibus de
Foningiano, quæ Comiti Rainaldo, & militibus ſuis vi-
debantur pertinere, gratiam ſuam, & bonam voluntatē.
Univerſitati tuæ mandamus firmiter, & diſtinctè ſub
obtentu gratiæ noſtræ, & per fidelitatem, qua noſtræ Ma-
jeſtati tenemini, præcipientes, quatenus viſis literis omni
exceptione remota dilecto fideli noſtro Aſculano Epiſco-
po, hominium, & fidelitatem exhibeatis, & ei tanquam
Domino in omnibus obediatis. Quod qui facere diſtule-
rit, indignationem noſtram noverit incurſurum, & etiā
eidem Epiſcopo conceſſimus, ut authoritate noſtra vos cō-
ſtringat, & ad hæc compellat; ſciturs, quod prædicta ca-
ſtra, cum eorum pertinentiis munificentia noſtra privile-
gio reddimus ei, & Eccleſiæ ſuæ, & conceſſimus.

Data Varii, 3. Kal. Aprilis. Deeſt annus, & indictio.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus VI. Divina favente clementia, Romanorum
Imperator, & ſemper Auguſtus.

A*D humanæ vitæ ſtatum felicem conſequendum, &*
bonorum meritorum præmium ſalutis æternæ adi-
piſcendum nobis proficere ſperamus, ſi banc ad Eccleſia- B
rum Dei profectum adhibeamus operam, ut non ſolum
eas in bona tranquillitatis habitudine conſervemus, ve-
rum etiam noſtra magnificentia munificentiam imme-
morialem piè, ac liberaliter eis impendamus. Qua ſanè
conſideratione inducti, notum facimus univerſis tā præ-
ſentis, quam futuræ ætatis Imperii fidelibus, quod nos fi-
dem ſynceram, & devotionem Rainaldi fidelis Epiſcopi
Aſculani, nec non fideliſſimi noſtri Magiſtri Berardi,
cujus obſequia multimoda nobis placita præ oculis habe-
mus, ſupplicatione præcipua inviſitati, eidem Epiſcopo,
ſuiſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Aſculanæ concedimus,
atque donamus Cantalupum, utramque ripam Quarquel-
lare, cum Eccleſia S. Aegidei, & caſale Pharaonem,
Lempam, & Collem Paganum, S. Crucem de Maſſa, jus
patronatus, & dominium, quod Comes Raynaldus vide-
batur habere in Monte S. & quidquid idem Comes, vel
homines ſui habuerunt in Fundaniano, cum omnibus ſu-
pradictorum pertinentiis, terris, Eccleſiis, & vineis, a-
quis, aquarumque decurſibus, molendinis, & quibuſcun-
que rebus aliis; quæ omnia prædicto Epiſcopo, & Eccleſiæ C
Aſculanæ, ipſiuſque Epiſcopi ſucceſſoribus præſenti pagi-
na confirmantes ſtatuimus, & imperiali auctoritate ſan-
cimus, ut nulla omnino perſona ſecularis, vel eccleſiaſtica
illam audeat infringere, vel aliquo temeritatis auſu ei
præſumat obviare. Quod qui fecerit in ultionem pœnæ
66. libras auri puriſſimi componat, quarum dimidieta-
tem Cameræ noſtræ, reliquam vero partem paſſis inju-
riam ſolvi jubemus,

Hujus rei teſtes ſunt Otto Friſigenſis Epiſcopus, Ual-
terius Tianenſis Epiſcopus, Atto Aprutinus Epiſcopus,
Emecho Comes de Loningen, Fridericus Burgundius de
Hovenbergh. Albertus Comes de Iparchcia, Arnoldus
de Horember, Rodulphus de Kyſiloadre, Henricus
Marſcalcus de Calendino, Raynaldus de Lutra; &
alii quam plures.

Signum D. Hen-  *rici Sexti Roma-*
norum Imp. invictiſſimi. D

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarnationis 1193. indict.
XI. regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore
glorioſiſſimo, anno Regni eius 24. Imperii verò 3.

Datum apud Luceriam, pridie nonas Julii.

Audiſtis, quomodo Henricus Imperator, intuitu
meritorum Raynaldi Epiſcopi, & Magiſtri Berardi,
quod retulimus privilegium, Eccleſiæ Aſculanæ in-
dulſerit. Quis verò ille fuerit Berardus, ex ſequenti
ejuſdem Imperatoris donatione, eidem Berardo fra-
tribuſque ſuis, facta de caſtro S. Omeri, & Villa A-
quaviva anno 1195. clarè videtur hunc illum eſſe Be-
rardum Archidiaconum Aſculanum, Capellanum,
atque Medicum ejuſdem Henrici, cujus gratia ad

A Archiepiſcopalem Meſſanenſem ſedem in Sicilia in-
de aſcendit; jamque Archiepiſcopus memoratur in
alio diplomate Conſtantiæ Imp. Henrici uxoris, ac
Friderici II. Matris, quod intuitu Berardi conceſſit
Eccleſiæ Aſculanæ, Raynaldo Epiſcopo ſuperſtite
an. 1198. Henrici vero diploma ſequens eſt.

Henricus Sextus, Divina favente clementia, Romano-
rum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

A*Divina Majeſtatis potentia, quæ ſola cordium ſcru-*
tatrix univerſa hominum merita æquali modera-
tur libra, Imperatoriæ Majeſtati noſtræ datum eſt, &
injunctum eſſe credimus, ut fidelibus noſtris, qui fide pu-
ra, & immaculata nobis, & Imperio ſemper adhæſerunt,
largam munificentiæ noſtræ manum . . . . præbeamus,
& ad commodum, & utilitatem eorum, ut expedit, piè,
& feliciter intendamus. Ad notitiam igitur univerſo-
rum Imperii fidelium tam præſentium, quam futurorum
pervenire volumus: quod nos fidem, & devotionem fideli-
tatem, & grata ſervitia dilecti Medici, & capellani no-
ſtri Magiſtri Berardi Aſculani Archidiaconi, & noſtro-
B *rum fidelium Mauritii fratris ſui, & Raynaldi Mauri-*
tii filiorum Raynaldi Berardi, ſcilicet Gaufredi judicis,
& Tranſmundi, & filiorum Gualterii Berardi, benignè
attendentes, & præ oculis habentes eidem Mauritio Be-
rardi dilecti Medici, & Capellani noſtri, Raynaldo quo-
que Mauritii, & filiis Raynaldi Berardi, Gualfredo ſci-
licet Judici, & Tranſmundo filiis Gualterii, qui ſupe-
rius dicti ſunt, & eorum hæredibus caſtrum S. Omeri, cū
villa, quæ Aquaviva nuncupatur, cum omnibus quoque
poſſeſſionibus, bonis, emolumentis, & cum omni jure, &
integritate, qua Riccardus quondam illud tenuit, cum
omnibus quoque hominibus, & pertinentiis ſuis, ut idem
Riccardus de S. Omeri illud tenuit, & poſſedit, concedi-
mus, & donamus, & perpetualiter confirmamus, ſalva
tamen in omnibus noſtra, & hæredum noſtrorum ordina-
tione. Adiicimus etiam, ut prædicti fideles noſtri nulli
hominum, vel Comitum illius terræ ſubjaceant; nulli
etiam Comitum, vel hominum illius terræ, hominium,
ſive fidelitatem faciant, & nulli, niſi nobis, & hæredi-
bus noſtris talis, ſive exactionibus, ſive ſervitiis exhi-
C *bendis reſpondere teneantur, ſalva tamen in omnibus, ut*
dictum eſt, noſtra, & hæredum noſtrorum ordinatione.
Statuimus itaque, & Imperiali auctoritate ſancimus, ut
nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, Dux, Marchio,
Comes, vel Vicecomes, Vicedominus, Bajulus, Poteſtas,
vel Iudex, Civitas, vel Commune, nulla denique perſo-
na eccleſiaſtica, vel ſecularis, huic noſtræ conceſſioni, &
donationi contradicat, vel in aliquo ei obviare præſumat.
Quod ſi quis facere auſus fuerit, centum libras auri pro
pœna componat, quarum medietas Cameræ noſtræ, reli-
qua vero pars paſſis injuriam exſolvatur; ut autem hæc
noſtra conceſſio, & donatio rata permaneat, & inconcuſ-
ſa perſiſtat, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigillo
noſtræ Majeſtatis juſſimus muniri.

Hujus rei teſtes ſunt.
Vuillelmus Archiepiſcopus Ravennas.
Samarus Tranenſis Archiepiſcopus.
Anſelmus Neapolitanus Archiepiſcopus.
Matthæus Capuanus Archiepiſcopus.
Ioannes Sipontinus Archiepiſcopus.
D *Vuillelmus Tdrunt inus Archiepiſcopus.*
Gualterus Trojanus Epiſc. & Regni Siciliæ Cancell.
Gruens Sueſſanus Epiſcopus.
Otto Peanenſis Epiſcopus.
Paulus Iuvenatenſis.
Atto Aprutinus Epiſcopus.
Raynaldus Eſculanus Epiſcopus.
Gentilis Auſunanus Epiſcopus,
Monaldus Fanenſis Epiſcopus.
Conradus Imperialis aulæ Cancellarius.
Albertus Imperialis . . . . totius domus Dominæ
Mathildis, & Comes Tuſciæ.
Boniſacius Marchio Montis Ferrati.
Marcualdus Marchio Anconitanus, & Imperialis
aulæ Dapifer.
Conradus Marchio de Lucemburg.
Conradus Dux Spoleti.
Gerardus Burgravius Magdeburgen.
Gerardus Comes de Vutirges.

Hugo Comes Lupinus.
Berardus Comes Laureti.
Vuillelmus Comes de Caſerto.
Jordanus Comes Bovinus.
Vuillelmus Comes Principatus.
Henricus Comes Lupinos.

Marerius de Palearia,	*Gentilis de Palearia.*
Petrus de Celano.	*Leo de Monumento.*
Otto de Columna.	*Robertus de Duone.*
Heremannus de Butenger.	*Arnoldus de Heromb.*
Beringerius de Cambo.	*Henricus Marſalius de*

Calendino, & alii quamplures.

Acta ſunt hec anno Domini 1195. indict. 13. regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno Regni ejus in Theutonia 25. Regni Siciliæ I. Imperii vero 5. Datum apud Tranum, per manum Conradi, Imperialis aulæ Cancellarii, 4. id. Aprilis.

Conſtantiæ vero Imperatricis alterum diploma in gratiam Berardi, tunc Archiepiſcopi Meſſanenſis, Aſculanæ Eccleſiæ conceſſum, talis eſt tenoris.

B *Conſtantia, Dei gratia, Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.*

PEr hoc præſens ſcriptum notum facimus univerſis præſentem paginam inſpecturis, quod dilectus fidelis noſter Berardus Reverendus Meſſanæ Archiepiſcopus, & Gulielmus de Litiano fidelis noſter devotionem, & ſynceritatem, quam Vener. Aſculanus Epiſcopus fidelis noſter erga nos, & benedictum filium noſtrum Federicum Romanorum, & Siciliæ Regem gerit, diligentius exponentes pro parte ſua Serenitati noſtræ clementiæ confirmamus, & quidquid Eccleſia Aſcolona infra Regni noſtri limites habere, & tenere agnoſcitur. Nos autem ad preces ejuſdem Vener. Archiepiſcopi, & memorati Gulielmi fidelis noſtri, attendentes etiam fidem, & devotionem, quam idem Vener. Aſculanus Epiſcopus de noſtro Sereniſſimo Imperatore recolendæ memoriæ, & nobis fideliter exhibuit, & majora nobis, & benedicto filio noſtro exhibiturus eſt, de ſolita munificentia noſtra gratia, ipſi Vener. Aſculano Epiſcopo, & Aſculanæ Eccleſiæ concedimus, & confirmamus quicquid ipſa Eccleſia infra Regni noſtri limites habere, & poſſidere dinoſcitur. Datum Meſſanæ, 6. die menſis Martii, primæ indict. Anno ſcilicet a Chriſto nato 1198. C

Hic etiam facit diploma ſequens Bertoldi Imperialis aulæ in Italia Legati ob favorem Raynaldi Epiſcopi, cui nonnulla caſtra, & bona Eccleſiæ reſtituuntur anno 1193. ejus tenor talis eſt.

Bertoldus de Cunigsburg, Dei gratia, Imperialis aulæ in Italia, & Apuliæ Legatus.

COnſuevit ſemper Imperialis munificentia Majeſtatis devotis fidelium ſuorum obſequiis ad merita magnificè reſpondere. Quam nos in tam laudabili ſua conſuetudine imitantes dignum eſſe, & conveniens reputamus, eis, qui conſtanter in ſua Majeſtatis ſervitio perſeverant, beneficia gratioſa conferre, ut ſi hactenus Imperiali ſublimitatis devoti, atque fideles extiterint, poſt recepta beneficia devotiores, & fideliores fieri mereantur, & ad ſummum ſervitium virilius animentur. Noſcat igitur tam præſens, quam futura poſteritas, quoniam nos conſiderantes fidem ſynceram, quam tu D. Raynalde Venerab. Aſculane Epiſcope erga invictiſſimum D. noſtrum Imperatorem, & Imperium ejus geſſiſti ſemper, & geris, præ oculis etiam noſtris, ſicut decet, habentes fidelia, & magna ſervitia, quæ ſuæ celſitudini exhibuiſti hactenus, & exhibes inceſſanter, Imperiali auctoritate, qua fungimur, reſtituimus, damus, atque concedimus Eccleſiæ tuæ Aſculanæ, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus, caſtrum Cantalupi, & ambas ripas, cum villa, & Eccleſia S. Aegidii, caſtrum Pharaonem, & caſtrum Lempe, caſtrum Collepagani, cum omni iure, & pertinentiis eorum tam in demanio, quam in ſervitio, tam in hominibus, & Eccleſiis, quam in terris cultis, & incultis, & quidquid Comes Raynaldus Aprutii, vel homines ſui in Fundaniano hactenus poſſederunt, & juſpatronatus, & dominium, quod idem Comes Raynaldus aſſerebat ſe in Abbatia Montis S. habere. Hæc omnia ſupradicta, tam caſtra, quam alia Eccleſiæ tuæ Aſculanæ, & tibi D. Epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus, ſicut ſupra ſcriptum eſt, reſtituimus damus, atque concedimus, & præſenti privilegio confir- D

A *mamus. Præcipimus itaque, ut nulla eccleſiaſtica, ſeu ſæcularis perſona hanc reſtitutionem, & conceſſionem noſtram infringere, vel Eccleſiam tuam, & te, tuoſque poſteros Epiſcopos Aſculanæ Eccleſiæ in ea quolibet tempore moleſtare, vel inquietare præſumat, & firma, atque inconcuſſa, tam memorata Eccleſia tua Aſcolana, quam tibi, tuis etiam ſucceſſoribus perpetuo perſeveret. Si quis autem contra præfatam reſtitutionem, & conceſſionem noſtram temerario auſu venire præſumpſerit, indignationem D. noſtri Imperatoris, & noſtram malam voluntatem incurrens, triginta libras auri puri pro pœna componat, dimidium Imperiali Cameræ, & reliquum injuriam paſſo. Ad majorem itaque hujus rei in poſterum evidentiam, hoc ſcriptum reſtitutionis, & conceſſionis tibi præcipimus fieri, quod ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari.*

Hujus vero facti teſtes ſunt, Severius noſter Comes Berardus Laureto, Gentilis de Pallear. Quono de Hoembergh, Goalfridus Aſculanus Iudex Curiæ noſtræ, Gualt. Acquolinus, & quamplures alii, qui interfuerunt. Datum ante Camplum, per manum Ludovici Præpoſiti prothon. noſtri, anno Dom. Incarn. 1193. m. Maji ind. XI. B

Cœleſtinus III. & Innoc. III. Pont. Max. honorificã mentionem eiuſdem Raynaldi Epiſcopi faciunt, dũ jura, & privilegia aliorum Pontificum Eccleſiæ Aſculanæ confirmarunt. Cæterum Raynaldus cum optimè Eccleſiam ſuam rexiſſet, fato functus eſt circa anno 1203. quo certum eſt Aſculanam Eccleſiam vacaſſe. („ *Eo enim an. V. id. Auguſti Eccleſia S. Emigdii de Folca in Valle Caſtellana fuit conſecrata per* „ *Attonem Epiſcopum Aprutinum, Aſculana Eccleſia* „ *ſuo Paſtore orbata, rogatu precibuſque Cataldi Archidiaconi Aſcolani, & Menſibiliæ Monaſterii S.* „ *Angeli Magni Abbatiſſæ, ex dicti Monaſterii Monumentis. Ad hunc eundem Epiſcopum extat reſcriptum* „ *Innocentii III. ut habetur in cap. ſicuti tit. ne Clerici, vel Monachi.* Antonellus.)

28. RAYNALDUS II. poſt Raynaldum rexit Eccleſiam ann. 1208. 26. Junii; qui conceſſit quædam bona immobilia Abbatiſſæ S. Angeli Magni. Nulla de eo alia habetur mentio in monumentis Aſculanis. XXIX

C 29. PETRUS I. ſtatim ſucceſſit Raynaldo, ann. 1209. cujus precibus Otto IV. Imperator privilegium conceſſit, quo illum Regalibus Aſculanæ Eccleſiæ, cum Comitatu, & cum univerſis eius pertinentiis, cum omni honore, & juriſdictione, excepto Imperiali, inveſtivit. XXX.

Datum apud Caſtellum Florentinum, 6. Kal. Novembris, ind. 13. an. 1209. illud audiamus diploma.

Otto Quartus, Dei gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

NOtam facimus univerſis præſentem paginam inſpecturis, quod veniente ad præſentiam noſtram dilecto fideli noſtro Petro Aſculano Epiſcopo, ipſum, prout decuit, tam honeſtum, & prudentem virum, & ſpecialiter nobis dilectum benigne recepimus, & pio affectu ipſum honoravimus. Regalibus quoque Aſculanæ Eccleſiæ, cum Comitatu, & univerſis ejus pertinentiis, cum omni honore, & juriſdictione, excepto Imperiali, eum inveſtivimus. Ad hæc quoque inſpecta honeſtate ipſius Epiſcopi, quem ſemper dileximus, propter fidelitatem . . . . in D *honorem atque utilitatem ipſius intendere decrevimus. De Imperiali clementia ipſum, & eius Eccleſiam, cum Comitatu, & univerſis pertinentiis ſuis in ſpecialem protectionem noſtram recepimus; Imperiali edicto diſtrictè præcipientes, ut nemini licitum ſit ipſum, vel in regalibus, vel in Comitatu, vel in aliquibus, quæ ad ipſum pertinent, vel etiam quocumque ſubditorum hominum lædere, vel aliquo gravamine moleſtare; quod qui facere præſumpſerit, in ſuæ præſumptionis pœnam, centum libras argenti puri componat, quarum medietas fiſco noſtro, reliqua vero medietas injuriam paſſo perſolvatur.*

Datum apud Caſtellum Florentinum, 6. Kalend. Novembris, indict. 13.

Federicus verò II. Siciliæ Rex, hunc eundem Petrum Aſculanam Eccleſiam, & omnia jura ſub Regia protectione ſuſcepit. Datum in Urbe Felici Panormi, per manus Gualterii, de Pal. Regni Siciliæ, anno 10. Tenor diplomatis eſt hujuſmodi.

Federicus, Divina favente clementia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. A

EX quo vix valemus ad æternam patriam ex meritis propriæ actionis aſcendere, expedit, ut miſericordiæ operibus inhærendo, ſacroſanctas Eccleſias diligamus, & dum in hoc ſeculo temporaliter vivimus, virtutum ſcalam, per quam ad gaudia æterna conſcenditur, nobis diligentius præparemus: illud enim, & ad reformandum Regni noſtri ſtatum, & æternæ ſalutis gloriam obtinendam credimus profuturum, quod Eccleſiæ, & venerabilibus locis conferimus, & ad illius gloriam, & honorem qui colitur miſericorditer adlargimur. Inde eſt, quod nos attendentes fidem ſynceram, & honeſtatem laudabilem Petri vener. Aſculani Epiſcopi fidelis noſtri, conſiderantes etiam affectionem, quam Fridericus Imperator Avus noſter, parentes noſtri D. Imperator, & D. Imperatrix Divæ recordationis erga Aſculanam Eccleſiam habuere, de innata liberalitatis munificentia perpetuo concedimus, & confirmamus eidē vener. Epiſcopo, ſucceſſoribus eius, & Eccleſiæ Aſculanæ poſſeſſiones, tenimenta, & quidquid aliud Eccleſia ipſa dono, & conceſſione præfati Imperatoris F. & Dominorum parentū B *noſtrorum Auguſtorum, tam Imperio, quam in Regno dinoſcitur tenuiſſe, de benigna etiam noſtra Serenitatis clementia, & ut idem Epiſcopus, & Eccleſia quiete perfruantur optata, Eccleſiam ipſam, & omnia jura ſua ſub noſtra protectione recipimus, mandantes, & firmiter injungentes, ut nullus de cætero prædictum Epiſcopum, ſucceſſores eius, vel memoratam Eccleſiam, ſive de illis, quæ Imperiali dono debet habere, ſeu de aliis quibuſcumque juſtitiis, & rationibus ſuis modo quolibet moleſtare præſumat. Ad hujus autem conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabile firmamentum, præſens privilegium per manus Andreæ notarii, & fidelis noſtri ſcribæ, & maieſtatis noſtræ ſigillo præcipimus communiri, an. menſe, & indictione ſubſcriptis.*

Datum in Urbe Felici Panormi, per manus Gualterii de Pal. Regni Siciliæ . . . .

F. R. Dei gratia, glorioſi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ an. 10. feliciter Amē, an. 1222.

Honorius III. an. 1217. Petro conceſſit annuum cenſum quatuor denariorum Papienſium in Eccleſia C S. Antonii de Monte Ulmi ſuæ diœceſis, dato hoc diplomate, ex reg. Vat. deſumpto an. primo, fol. 23.

Honorius, &c. Petro Epiſcopo Aſculano, &c.

Et tua ſupplex devotio, & devota ſupplicatio nos inducit, ut tibi pro prærogativa gratiæ ſpecialis, quam ad perſonam tuam habere dignoſcimur in Eccleſia S. Antonii de Monte Ulmi in Aſculana diœceſi conſtituta cenſum aliquem annuum concedere dignaremur. Nos igitur tuis precibus inclinati, annuum cenſum quatuor denariorum Papienſium in præfata Eccleſia tibi, tuiſque ſucceſſoribus duximus concedendum, ita tamen, quod nihil amplius quoad legem juriſdictionis, vel diœceſanam exigere poſſis in Eccleſia memorata. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, &c. Datum Laterani 2. idus Jan. Pontif. noſtri an. 1.

XXXI 30. ALTEGRUNUS reperitur inter Epiſcopos Aſculanos anno 1222. Hic multa conceſſit Iſabellæ monaſterii S. Angeli Magni Abbatiſſæ, die ultima Maii ejuſdem anni.

XX XII. 31. NICOLAUS I. conſecratur ab Honorio III. D anno 8. ſui Pontificatus, qui fuit ſalutis 1223. vel 1224. ita in reg. Vat. habetur anno 8. non. 9. *hoc anno hos Epiſcopos conſecravit D. Papa Honorius, Converſanenſem, Viterbienſem, Aſculanum*, &c. De eo habetur mentio ad annum uſque 1226. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1223. Nicolao Præſule Fridericus II. Imperator ſub Imperiali protectione ſuſcepit Margaritam Abbatiſſam, & cœnobium SS. Matthæi, & Antonii Ord. Ciſtercienſis prope Aſculum. Diploma eſt hujuſmodi.

Federicus, Dei gratia, Romanorum Imperator ſemper Aug. & Rex Siciliæ.

IN eminenti Imperialis Solio conſtituti tanto propenſiori cura intendere debemus ad protegendas Dei Eccleſias, & favendas, & præcipuè loca religioſa, in quibus Dei cultores pro noſtra, omniumque ſalute apud Divinā Majeſtatem interpellant, quanto nos Dei clementia præ aliis orbis Principibus exaltavit, & ipſius ineffabilis providentia noſtri ſtatus Imperii gubernatur. Inde eſt quod nos attendentes honeſtatem, & religionem, ac converſationem laudabilem Margaritæ venerab. Abbatiſſæ, ac conventus monaſterii S. Dei Genitricis Mariæ, S. Matthæi Apoſtoli, & S. Antonii Ciſterc. ordinis ſiti extra civitatem Aſculi apud Montem Ulmi ob reverentiam ipſius Genitricis Dei, & B. Matthæi, & Antonii, ad quorum honorem monaſterium ipſum noſcitur eſſe fundatū, pro noſtra ſalute, & remedio majorum Divorum Auguſtorum parentum noſtrorum, Abbatiſſam, & conventum prædictum, ac omnes eis regulariter ſuccedentes, & monaſterium ipſum cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſto titulo poterit adipiſci, ſub protectione noſtræ celſitudinis recipimus, ſpeciali Dei, abundantiori quoque gratia Majeſtatis noſtræ novimus, & confirmavimus eidem monaſterio in perpetuum tenimentum, quod habet in dominio, & Grangiam S. Salvatoris de Sexto, Grangiam de Pantano, & Grangias, & poſſeſſiones alias, quas habet in Valle Tronti, & alia bona ſua, ſicut ea omnia B *in præſenti rationabiliter habet, quod in futurum juſto tit. poterit adipiſci, præſenti Ducali edicto diſtrictius inhibentes, & nulla perſona humilis, vel alta in monaſterium ipſum inſultum facere, vel illud datiis, collectis, aut aliis exactionibus aggravare, infra clauſuram ipſius monaſterii, aut Grangiarum ſuarum rapinam, ſeu furtū facere, aut ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu etiam exercere, vel Abbatiſſam, & Moniales præfatas, ſeu converſos ipſius monaſterii in bonis, vel rebus monaſterii ejuſdem indebitè moleſtare præſumat; quod qui præſumpſerit, indignationem noſtræ celſitudinis ſe noverit incurſurum, & in ſuæ tranſgreſſionis pœnam cētum libras auri optimi componat; medietatem Cameræ noſtræ, & reliquam medietatem paſſis injuriam perſolvendam. Ad hujus autem protectionis, conceſſionis, & confirmationis noſtræ memoriam, & perpetuam firmitatem, hoc præſens ſcriptum fieri, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri, anno, menſe, & indictione ſubſcriptis.*

Datum in obſidione Celani, anno Dominicæ Incarnationis 1223. menſe Aprili, undecima indictionis. C

Celebre hoc SS. Matthæi, & Antonii cœnobium olim ab Amata fundatum, ab Innocentio III. aliiſque Pontificibus privilegiis exornatum ann. 1500. die 29. Junii perpetuo unitum fuit Monaſterio S. Salvatoris in Lauro de Urbe, extinctis prius Monialibus, ac Margarita Abbatiſſa conſenſum præbente. Extat Alexandri VI. ſuppreſſionis bulla, inter monumenta Caſtri Spurietuli, cum pluribus aliis ejuſdem monaſterii inſtrumentis.

32. PETRUS II. electus, anno 1228. parum ſupervixit. XX XIII.

33. MARCELLINUS a Anconitanus ſucceſſit Petro. Adhuc electus anno 1230. juramentum fidelitatis recepit à nobilibus, atque Domicellis Aſculanæ Eccleſiæ ſubditis; anno 1235. nonnulla bona Abbatiæ S. Mariæ, & S. Georgii ſuæ diœceſis donavit, quam donationem confirmavit Gregorius IX. 7. Kal. Sept. anno verò 1237. Franciſcanos Ordinis Minorum Deo piè ſervientes, excepit, eiſdemque Eccleſiam, quam hodie S. Franciſci vocamus, munificenter attribuit; D quo ipſo anno, ſub protectione Epiſcopali recepit Hippolytum priorem, reliquoſque fratres monaſterii ſancti Ægidii de Vibrata, multaque indulta illi conceſſit. Sequenti verò anno 1237. à Gregorio Pontifice Apoſtolicus in Longobardia Nuncius deſtinatur, ad concordiam ineundam inter diſſidentes partes: Extat in regeſt. ejuſdem Gregorii epiſtola militibus, & populo Placentino, ut Marcellinum Aſculanum Epiſcopum benignè recipiant 14. Kal. Aprilis anno 10. ep. 9. f. 138. Fuit inde translatus Marcellinus ad Aretinam Eccleſiam, eodem anno 1237. Memoratur idem ab eodem Pontifice in epiſtola Priori, & Capitulo Lateranen. Eccleſiæ ſcripta, cum olim inter Priorem Lateranenſis Eccleſiæ, & Marcellinum Aretinum, tunc Eſculanum Epiſcopum lis verteretur ſuper Eccleſia S. Æmigdii de Vibrata Eſculanæ Diœceſis Dat. 16. Kal. Februarii an. 14. ep. 36 fol. 71. Reg. Vatic. De Marcellino vide ſupra in Epiſc. Aretinis.

XXX IV.

a vide quæ de ejus familia, & Patria diximus in Aretinis.

34. MAT-

XXXV. 34. MATTHÆUS Archipresbyter, Epiſcopus conſecratus eſt an. 1238. Idem eodem anno juramentum fidelitatis recepit à feudatariis Eccleſiæ Aſculanæ. Decimas vinearum Theloniani territorii confirmavit Gualfredo Archipresbytero, & Capitulo Aſculano. Eo ſedente Fridericus II. Aſculum obſedit, cepitque, illiuſque territorium diripuit, pluraque oppida ab Entio Sardiniæ Rege occupata fuere. Moritur eodem anno.

XXXVI. 35. THEODINUS *a*, qui fuerat Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, Matthæo ſubſtituitur anno 1239. * Ordinationis ejus annus notatur in vetuſta nuper plumbea lamina in ſepulchro B. Saladini, cujus corpus in demolitione veteris Altaris Cathedralis marmoreo tumulo reſerato repertum fuit die 16. Apr. 1649. in qua ſcriptum erat Saladinum migraſſe ex hoc Seculo ann. 1240. die Jovis intrante Aprili, ac ſequenti die eo in tumulo humatum, reſidente Theodino Epiſcopo Eſculano an. ejus tertio. Porro inſcriptio eſt talis. *Anno Incarn. D.N.J. Chriſti MCCXL. Ind. XIII. die Jovis intrante Aprili. Fr. Saladinus veſpere migravit, ſequenti die Veneris corpus ejus è crypta S. Angeli ubi XXVII. annis pœnitentiam egerat huc delatum fuit tẽpore Gregorii IX. Papæ reſidente Theodino Epiſcopo.* Eo Præſule, Petrus Capoccius tituli S. Georgii Diaconus Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, Aſculanæ Eccleſiæ paterna ſollicitudine volens providere, omnes donationes conceſſiones, alienationes per Aſculanos Epiſcopos, vel per quoſcumque alios illicitè factas in Civitate, vel Diœceſi, perque bellorum diſcrimina, revocavit, irritas eas decernens, & nullius exiſtere firmitatis. Datũ Aſculi 6. Kal. Aprilis anni 1251. Theodini intuitu, Alexander IV. confirmavit donationes à Lothario, Friderico q; II. Romanorum Imp. factas. Dat. Neap. 3. Kal. Feb. anno 1. Chriſti verò 1254.

a Al Theodinus. ſeu Theodorus.
* Ex App. tom. 5.

ALEXANDER EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Eſculano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

C*Um ſicut ex parte veſtra fuerit propoſitum coram Nobis, quod claræ memoriæ Lotharius, & Federicus II. Romanorum Imperatores, aliique fideles Colonnellam, Coratam, Ancaranum, Salinum, Cantalupum, Ripam Quarquellarum, Iſclam, Pharaonem, Calpagnũ, Roccham de Camiliano, Caruſam, & quædam alia bona Eſculanen. & Aprutinen. Eccleſia veſtra, prout ſpectabat ad eos pietatis intuitu duxerint conferenda, prout in eorum litteris inde confectis dicitur plenius contineri, nos veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, collationes hujuſmodi, ſicut piè, & providè factæ ſunt, ratas habentes, & gratas, ipſas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum &c. noſtræ confirmationis &c. vel ei &c. contraire. Si quis autem &c. incurſurum. Datum Neapoli 3. Kal. Februarii Pontif. noſtri anno I.*

Sequenti anno verò, ei reſtituta fuere à Norſinis Caſtra Acumuli, Arquatæ, Tuſi, Caputaquæ, Rocchæ de Sallo, & tota terra Summatina.

XXXVII. 36. RAYNALDUS hujus nominis III. ex Monacho, & Abbate S. Mariæ de Monte S. Ordinis S. Benedicti, Theodini prædeceſſoris olim Capellanus, eidemque in Epiſcopatu ſucceſſor an. 1259. 2. id. Februarii, ex regeſt. Vatic. fuit eccleſiaſticæ libertatis propugnator acerrimus. Juramentum & ipſe fidelitatis recepit à Domicellis Aſculanæ Eccleſiæ ſubjectis an. 1259. Huic Urbanus IV. commiſit, ut Aſculanam Urbem jam ab ipſo interdicto ſuppoſitam, ſtrictiori premeret pœna; eo quod Manfredo Tarentino Principi, Uberto Marchioni Pallavicino, aliiſq; Eccleſiæ perduellibus adhæreret. Clemens IV. ex relatione Raynaldi Epiſcopi, mandavit titulo S. Martini in montibus presb. Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ut compelleret Aprutii Juſtitiarium ad relaxandũ quædam loca ad Aſculanam Eccleſiam ſpectantia per ipſum Juſtitiarium occupata. Ann. 1266. multa privilegia indulſit Monialibus S. Angeli, quas Clariſſas vocabant, quod à S. Benedicti ad S. Claræ inſtitutum trãſiiſſent; anno verò 1273. ab omni Ordinarii cujuslibet alterius juriſdictione idem monaſterium exolvit in perpetuum. Fato ceſſit bonus noſter Raynaldus Epiſcopus anno 1285. Optimam reliquit relationem omnium ſuæ Eccleſiæ jurium, quæ adhuc inter monumenta Cathedralis Eccleſiæ ſervantur.

XXXVIII. 37. BONUS JOANNES ex Canonico Epiſcopus deligitur à Capitulo an. 1285. confirmatur ab Honorio IV. id. Decemb. anno 1. ex reg. Vatic. epiſt. 361. fol. 97. magnæ virtutis vir, & morum integritate celebris. Juramentum reverentiæ, & obedientiæ à Præpoſito eccleſiæ S. Laurentii de caſtro Triſei, à Præpoſito S. Joannis in Salaria, à clericis eccleſiæ S. Mariæ de Campilia, eccleſiæ S. Georgii in Granito, S. Savini de Roſaria, S. Salvatoris de Cerreto, & à nonnullis aliis pro ſe ipſis, & ipſorum eccleſiis jurãtibus, quæ quidem eccleſiæ hodie controverſæ inter Epiſcopum, & Abbatem Farfanſem. Altare SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli in Cathedrali ſacravit; leges conſtituit obſervandas monachis S. Marci de Vena Ordinis Ciſtercienſis; nobile pallium, undequaque margaritis contextum à Nicolao IV. una cum Deiparæ Virginis imagine, à D. Luca, ut fertur, depicta dono accepit, quæ inter Theſauros ejuſdem eccleſiæ aſſervatur.

XXXIX. 38. BONINSEGNA, ſeu Bentivegna, aut Bonagiunta Peruſinus, Canonicus *b* Ravennatenſis Eccleſiæ in demortui Boni Joannis locum deligitur à Clemente V. ann. 1310. pontif. 7. Dat. Viennæ 7. id. Maji, ex regeſt. Vatic. ep. 560. fol. 118. Hic, ut conſtat ex eodem regeſt. ab una parte Capituli Peruſini in Epiſcopum poſtulatus fuit, contra Guidonem de Bayſio, ab altera electum; verum Clemens rejecta utriuſque poſtulatione, Franciſcum Ord. Prædicatorum ad Peruſinam cathedram evexit, Bentivegnæ Aſculanam regendam tradidit Eccleſiam. Exceſſit anno 1315.

b Canonicum Aſculanum dicit Antonellus.

XL. 39. RAYNALDUS IV. Canonicus *c* diaconus Cathedralis Eccleſiæ à Capitulo eligitur, confirmaturque à Joanne XXII. ann. 1316. 6. Kal. Julii, anno pontif. 1. Obiit anno 1343. ex regeſt. Vatic.

c Subdiaconus ex Bullis confirmationis apud Antonellum.

XLI. 40. ISAAC è nobili familia Bindia Aſculanus *d*, aliis de caſtro Arcinio Peruſinus, Monachus, & Abbas S. Michaelis de Candiano ord. S. Benedicti Patavinæ diœceſis, à Clemente VI. ſublectus eſt anno 1343. 11. Kal. Maji, ex regeſt. Vatic. an. 2. ep. 60. fol. 78. Facultatem tribuit Canonicis eligendi deputatos ad reformandum Aſculanæ Eccleſiæ ſtatum. Ann. 1349. menſe Maji à Galeotto Malateſta Aſculanorum Tyranno, una cum Angelo, Benedicto, & Nicolao fratribus tetro carcere incluſus, ibidem manſit uſque ad 8. id. Aprilis anni ſequentis. Vicarium Generalem habuit fr. Petrum Simeonis Aſculanum, Ordinis Prædicatorũ. Iſaac verò anno 1353. ab Innocentio VI. ad Aquilanam Eccleſiam tranſlatus eſt 6. id. Maji, ut habetur in regeſt. Vatic. ep. 84. fol. 32. in ea adminiſtratione duobus annis expletis ad ſuam priorem Eccleſiam rediit, ibidemque decedens anno 1358. die 7. Julii, apud Auguſtinianos tumulatus eſt.

d Celebratur Iſaac ab Olduino in Athen. Auguſt. pag. 196. atque à Bernardino Cyrillo in Annal. Aquilan. pag. 45. Mendoſ.

XLII. 41. PAULUS de Barzano Aquilanus, cum Aquilanenſium Epiſcopus eſſet, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1353. eadem die, qua Iſaac ad Aquilanam tranſiit Eccleſiam, duobuſque annis expletis ad priſtinam ſuam redivit Eccleſiam, Iſaac verò ad Aſculanam redeunte; de quo ibi.

XLIII. 42. HENRICUS de Seſſa Mediolanenſis Eccleſiæ Ordinarius *e*, electus Piſaurienſis, huc transfertur anno 1358. 4. id. Octob. (1) ex reg. Vatic. Aſculanam Eccleſiam rexit ad annum uſque 1362. (2) quo ad Brixienſem, mox ad Novocomenſem Eccleſiam tranſlatus. Fuit olim Ægidii Epiſcopi Sabinenſis Legati Judex Generalis, Capellanus, & Auditor. Hic idem Hẽricus eſt, qui Aſculanos ab interdicto abſolvit, cujus vicẽ geſſit Joãnes Epiſcopus Senogallienſis, de quo ibi.

e Archipresbyter.

XLIV 43. Fr. VITALIS Bononienſis, Ord. Servorum Generalis, vir doctiſſimus ab Urbano V. ann. 1362. 14.

V 3 Kal.

(1) At ſecundum ſeriem Piſaurenſium in Ughello dicendum eſt eum Eccleſiam jam diù antea dimiſiſſe, cum eidem proviſum fuerit de perſona Nicolai 6. id. Julii, ni forte in menſis tranſcriptione erraverit Amanuenſis. *Luc-*

(2) Inter Brixienſes ejuſmodi tranſlatio rejicitur in annum proximè ſequentem, quo anno obiiſſe ibidem enarratur prædeceſſor Raymundus; æquior calculus ex meo voto eſt pro anno 1362. ſi excurſus ſequentis Vitalis ponderetur. *Lucent.*

Kal. Januarii Epiſcopus declaratus eſt; ſequenti anno 12. Auguſti ad Theatinam Eccleſiam translatus ex reg. Vatic. de eo vide infra in Theatinis Præſulibus.

XLV. 44. AGAPITUS de Columna Romanus a Archidiaconus Bononienſis ab Urbano V. creatus an. 1363. 13. Kal. Auguſti, poſt ſextum ann. ad Brixienſem Eccleſiam translatus, inde ab Urbano VI. S. R. E. Cardinalis electus, de quo alibi infra.

a Petri Urbis Senatoris filius.

XLVI. 45. JOANNES Neapolitanus, è nobili Aquævivæ proſapia, Præpoſitus Eccleſiæ Argentinenſis, & Urbani V. Capellanus, ſucceſſit Agapito anno 1369. 11. Kal. Novemb. ad Amalphitanum Archiepiſcopatum translatus eſt an. 1375. 13. Kal. Jan. ex reg. Vatic.

XLVII. 46. PETRUS III. Torriſellæ dictus de Narbona. Rector parochialis Eccleſiæ S. Michaelis de Luco Majori Majoricenſis Diœceſis, legũ Doctor, & Gregorii XI. Capellanus, & cauſarum Apoſtolici Palatii Auditor, electus eſt 13. Kal. Januarii 1375. Urbem ſolemniter ingreſſus pridie nonas octob. ejuſdem anni. vixit in Epiſcopatu plus minus 10. annis.

XLVIII. 47. ANTONIUS Archeonius Romanus, Aquinas primum Epiſcopus fuit, poſtea Aſculanus ann. 1386. Hic ad clericorum, laicorumque mores reformandos ſanctiores promulgavit leges anno 1388. Aſculanam Urbem eccleſiaſtico ligavit interdicto, eò quia cives Caſtrum Crucis, quod pleno jure ad Epiſcopatum ſpectabat, violenter occuparant. Anno vero 1390. ad Aretinam Eccleſiam translatus eſt à Bonifacio IX. quã breviſſima mora tenuit; cum enim Angelus Ricaſolus Epiſcopus Faventinus à Republica Florentina ad Eccleſiam Aretinam fuiſſet poſtulatus, Antonius aliquandiu orbatus Eccleſia manſit, donec Benedicto, qui eidem ſucceſſerat ad Caſtellanetenſem translato 1399. iterumque ad Aſculanam Eccleſiam Antonius rediit, eodem anno 1399. Oddoni Franciſci Fulvii de Archeonibus Romano Domicello affini ſuo multa latifundia, terraſque Epiſcopatui Aſculano induſit, ut ex beneplacito Bonifacii IX. Romani Pontificis perſpicuè colligitur, arguiturque jam tunc Archeoneam Romanam gentem nobiliſſimam fuiſſe, atque opibus viriſque inſignibus fœtam. Antonius autem cũ præcipuæ doctrinæ prærogativa præſtaret, à Bonifacio IX. electus Romæ Vicarius eſt, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. Cui ſanè trepido oneri, cũ pares humeros attuliſſet, etiam ſub Pontificatu VII. Innocentii, ab eodem Pontifice in gratiam populi Romani purpuratus Senator adlectus eſt anno 1405. ſub titulo S. Petri ad Vincula, tametſi ea gratulatio Populi Romani brevi effluxerit. Deceſſit enim eodem anno, tumulatuſque eſt apud S. Mariam Majorem, prope Præſepe Domini, ubi in marmoreo lapide hæc carmina inciſa leguntur.

Quem pia Romuleo genuit natura favori
Tegmine Cardineo dedit hoc, Antonius Artus
Hunc apice evecto, ſacrique ad vincula Petri
Semper . . . us Urbis ſolamen Amicum
Lumina, ut extinxit, terra germana profunda
Spiritus Hoſpitium mundi melioris adivit.
Anno Domini MCCCCV. menſis Julii, die xxvi.
Obiit Antonius Cardinalis de Archeonibus.

XLIX. 48. THOMAS de Perleonibus Rom. S. Germani Canonicus, & Cameræ Apoſt. Clericus à Bonifacio IX. electus, cum Antonius Archeonius ad Eccleſiam Aretinam translatus fuiſſet an. 1390. 6. id. Octob. an. verò 1391. 6. id. Julii translatus eſt ad Æſinam Eccleſiam, ex lib. obligat. („ *Inde Monaſticam vitam amplexus eſt*)

L. 49. PETRUS electus 1391. deceſſit 1398 b. ex lib. obligationum.

b 1397.

LI. 50. Fr. BENEDICTUS Eremitani alumnus ex temperatiune D. Auguſtini, patriæ ſuæ electus Epiſcopus anno 1397. 8. id. Aprilis, olim Epiſcopus Acernenſis, mox Caſtellanetenſis; conſecrationi Eccleſiæ Fratrum Minorum de Fabriano interfuit factæ à Fr. Joanne Offidano Epiſcopo Nicopolitano ex Ord. Minorum ann. 1398. ante diem feſtum S. Joannis Baptiſtæ, ut narrat Vvaddingus in tom. 3. Ann. Minorum. Idem Benedictus anno 1399. ad Caſtellanetenſem Eccleſiam rediit, iterumque adminiſtrationem hujus Eccleſiæ ſuſcepit idem Antonius Archeonius, ut ſupradiximus. Porrò hoc Præſule Aſculi fortè deceſſit ann. 1400. Petrus Mataſanus Archiepiſcopus Jadrenſis, hujus civitatis quondam Rector. Sepultus jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Hac jacet in tumba Archiepiſcopus ille Jadrenſis
Petrus de Mataſanis priſco dignus in ævo,
Virtutum clarus, luget quem Marchia tota,
Extinctum deflet lacrymabilis Eſcula turba;
Namque reformator fuerat ſuus, & Vicerector,
Clemens, & juſtus, æquus, ſervator honeſti,
Gloria virtutum, populi favor, & genus altum
Quid profuerunt? nunc parvo, nunc clauditur antro.
Sic locus rupidare tanto de corpore mortis.
Virginis à partu annos mille cum quatringentis.

51. M. LEONARDUS de Fiſicis Sulmonenſis, Referendarius, Cubicularius, Rotæ Auditor, S. R. E. Camerarius, Ulyſſiponenſis Eccleſiæ Archidiaconus, Præpoſituſque Valvenſis, ac Innocentio VII. intimus familiaris, quod unius patriæ concives eſſent, ab eodem Pontifice creatus eſt Epiſcopus, cum Antonius Archeonius ejus civitatis Epiſcopus vocatus fuiſſet ad purpuram, hoc eſt an. 1405. ſed vix annum in eo Pontificatu expleverat, cum ad Firmanam Eccleſiam translatus eſt 1406. LII.

52. JOANNES Formonius (1) nobilis Firmanus, Savonenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt ab Innocentio VII. an. 1406. 11. Kal. Januarii. Sub Gregorio XII. Marchiæ Anconitanæ Genaralis Theſaurarius fuit; Anno verò 1412. 13. Kal. Auguſti ab eodem Pontifice Gregorio translatus eſt ad Eccleſiam Firmanam, ut qui aliarum nationum Eccleſiis optimè præfuiſſet, tandem patriæ ſuæ poſſet conſulere. LIII.

53. NARDINUS Vanni filius, ex illuſtri Dalamantica proſapia natus, cujus Majores Palarectæ Comites, titulis, opibuſque potentes claruerunt apud Aſculum. Fratrem habuit Leonardum, Ladiſlai Regis Neap. Cambellanum, cujus intuitu idem Rex Comitatus dignitatem Dalamanticæ genti reſtituit. Nardinus ex Archidiacono Aſculano, patriæ Epiſcopus adlectus eſt ann. 1412 c. atque Clariſſis Monialibus monaſterii S. Angeli nonnulla indulta conceſſit. Deceſſit ann. 1419. LIV.

c 13 Kal. Auguſti.

54. PETRUS V. Liverotti filius, è Comitibus Caſtri Ferretti, Anconitanus electus Epiſcopus, huc translatus anno 1419. die 2. menſis Febr. obiit anno 1422. de quo Julius Ferrettus in tractatu navigationis, & lib. oblig. LV.

55. ANTONIUS Aſtorgius Epiſcopus Anconitanus, patria Neapolitanus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 7 Kalend. Septemb. 1422. ſed cum paulo poſt Pontifex Martinus V. in jam adepto Pontificatu manendi, tranſeundique ad Aſculanum, eidem optionem dediſſet, placuit Aſtorgio non demutare ſedẽ. (2)

56. PAULUS de Albertis nobilis Florentinus, Epiſcopus Adiacenſis in Corſica, ad Eccleſiam Anconitanam translatus eſt, dummodo Antonius Aſtorgius tranſiſſet ad Aſculanam, ſed cum ea commutatio non fuiſſet ſecuta, ut paulò ante docuimus, à Martino V. Pontifice Aſculanus Epiſcopus attributus eſt 4. die menſis Novemb. an. 1422. obiit an. 1438. LVI.

57. PETRUS à Cotignola, Magni Sfortiæ filius, Franciſci Inſubrum Ducis, & Gabrielis Mediolanenſis Archiepiſcopi frater germanus, Ordinis Minorum, ab Eugenio IV. anno 1438. 14. Kal. Julii electus fato functus eſt anno 1442. de quo Ammiratus in arbore ejuſdem familiæ, & lib. obligationum ejuſdem Eugenii IV. Eo Præſule Conciliabulum Baſileenſe in demortui Pauli locum, quendam Laurentium Dominici LVII

(1) Hic Joannes tot cognominum involucris integitur, ut de eo facile poſſet recens dubium inſurgere. Senogallienſem primò, deinde Savonenſem, tertio loco Aſculanam, poſtea Firmanam, denique Famenſem tenuit Eccleſias. Inter Senogallienſes noſtis cognominatur Ugucciolo ex Arimino. Inter Savonenſes de Firmanis de Firmo, & ab aliis de Theatinis Ariminenſibus. In ſerie Aſculanorum Formonius nobilis Firmanus, in Firmanæ Eccleſiæ Catalogo Formanus è Firmo, inter Famenſes Serravallenſis dicitur ex Ord. Eremit. S. Auguſtini. Hic ſanè Joannes idem eſt, qui tot præfuit Eccleſiis. E quonam vero eſſet familia, videant alii. Fortaſſe oriundus ex Arimino Firmanus evaſerat civis pluribus adſcriptus familiis. Fuerit ne Auguſtiniani inſtituti; nobis hactenus incompertum. *Lar.*

(2) Si igitur renuit eſſe Epiſcopus Aſculanus, cur in hac ſerie ponitur? *Lar.*

nici filium de Rotella, Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconum delegit Aſculanum Epiſcopum, qui tanquam Pſeudo Epiſcopus, & invaſor habitus, exul à patria miſerè obiit.(1)

LVIII 58. VALENTINUS Interamnenſis a, Epiſcopus Hortæ, & Caſtellanæ Civitatis, die 25. Febr. ann. 1443. translatus eſt ad Eccleſiam iſtam defuncto Petro. Moritur anno 1447. ex lib. oblig.

a Narnienſis Civis, & Canonicus ex Actis.

LIX. 59. ANGELUS Capraoica Romanus, Archiepiſcopus Sypontinus, ad hanc translatus ſedem anno 1447. 2. menſis Julii, Nicolao V. ſedente, ſub quo Fulginei Gubernator fuit. Io quodam diplomate ipſe vocatur Princeps, & Epiſc. Aſculanus. Anno verò 1451. translatus ad Reatinam Eccl. inde Purpuratus Senator adlectus, ac vulgò vocatus Cardinalis S. Crucis. Hic fratrem germaoum habuit Domioicum Capranicam Cardinalem, itaut gemina purpura inclyta gens Capranica fulgeret.

LX. 60. JO: FRANCISCUS Monaldi filius Urbevetanus, è Cervaria Monaldeſium familia, Epiſcopus Urbevetaous, factioſus, ab Eugenio IV. Epiſcopatu mulctatus, io exilium miſſus diu permanſit, quouſque idem Eugenius ejus ſortis miſeratus ad Aprutinam Eccleſiam anno 1443. inde Nicolaus V. ad hanc Aſculanam ſedem evexit ann. 1451. mortuus eſt in patria an. 1462. ſepultus in eccleſia Spineti cœnobii, Cluſinæ diœceſis, nunc Ord. Ciſtercienſis.

LXI. 61. PETRUS VII à Valle, nobilis Romanus, celeberrimus Doctor, Andreæ Card. à Valle Patruus, Aſculanorum Pont. fuit anno 1462. cumque ei proſperior fortuna videretur arridere, Romæ deceſſit anno 1463. tumulatuſque eſt io Ara Cœli templo in ſuæ geotis ſacello, nobili marmoreo tumulo tegente, non procul à Sabellæ matris ſepulchro diſtaote, ubi hæc carmina inciſa leguntur.

Reverendo in Chriſto Patri D. Petro de Valle
I. V. Doctori Epiſcopo Eſculano fratri benem.

Dum tibi vita fuit, fœlicia tempora novi.
Me miſerum! verſa eſt ſors mea morte tua.
Nulla igitur requies, onéroſa in luce moranti
Te ſine dulce nihil, te ſine vita dolor.
Occidis ante annos, patria virtutis imago
Hic tamen ut vivas in meliore loco.
Accipe ſupremos tumuli modo, frater, honores,
Quos potius nobis tu dare debueras.
Parce precor lacrymis frater germane quid urges?
Omnibus hac ſolido eſt ſcripta adamante dies.
Pulvis, & umbra ſumus, tantum poſt funera, virtus
Nomen inextinctum ſola ſuperſtes habet.
Nil aurum, nil pompa juvat, nil ſanguis Avorum.
Excipe virtutem, catera mortis erunt.
Hanc cole, & ante oculos imitanda exempla parentem
Pone, ſed interdum ſit tibi cura mei.

Obiit MCCCCLXIII. xij. Novemb.

Hujus nobilis familiæ hoc tempore ſoperſtes eſt Petrus de Valle, vir ſaoè doctus, & eruditus, cujus virtus Italicos indignata cancellos, nobiliori orbis peragrata parte conceſſit io Perſide, ibique ſub regni illius opulentiſſimo Rege, cum plurima meruiſſet ſtipendia, & gloria belli, fortuniſque ditatus, tandem Armenam Virginem nobilitate generis, Chriſtianaque pietate ioſignem duxit in matrimonium. Jamque cum ea aliquot annos conjunctiſſimè vixerat, cum illum redeundi Romam inceſſit cupido. Itaque ſublata familia, adornatoque reditu, iter arripuit, atque in itinere multis exantlatis laboribus, ſuperatiſque periculis, jam prope Romam erat, cum Armena mulier ex inſueto Italico cœlo contracto morbo, mœſtiſſimo relicto marito vitam finivit, quam eum non potuiſſet vivam, Romam intulit mortuam, ſepelivitque io majorum ſuorum ſepulchro apud Aram Cœli. Deinde cum Humoriſtarum Academiæ, quæ tunc florebat, &

A hodie maximè floret, nomen dediſſet, explicuiſſetq; in ea pro concione cauſas ſuæ profectionis, varioſque itineris eventus, ita ex digreſſione demortuam, nobis præſentibus uxorem laudavit, ut etiam iis, qui illam non noverant, extinctæ deſiderium fecerit. Sedebat tunc Gregorius XV. cum Romam viduatus uxore rediit Petrus. Vivit adhuc illuſtris gentis de Valle columen futurus, vir utique tantæ moderationis, ac ſapientiæ, ut in poſtrema cōmoratus barbarie, nunquā humanitatis, pietatiſque ſenſum exuere potuerit.

62. PROSPER Caffarellus nobilis Romanus, Petro defuncto ſucceſſit aono 1464. ad Eccleſiam ſuam Aſculanam exornandam, amplificandamque oihil non fecit; Epiſcopalem enim domū reparavit, ornavit, auxitque, ut docet ibidē appoſita inſcriptio. LXII.

Proſper Caſarellus Urbe Rom. nobili genere natus Pont. & Pri. Aſcul. aucto Epiſcopatus cenſu, reſtitutoque ſua induſtria, atque impenſa, Aedes vet. à fundamentis inſtaurandas curavit. An. ſal. MCCCCLXXV.

B Cathedralem Eccleſiam à fundamentis reſtituit, hujuſmodi appoſita ibidem eſt inſcriptio.

Sixto IV. Pont. Max.
Proſper Caſarellus Urbe Rom. genere claro Epiſcopus, & Princ. Aſcul. ſuo cum Capitulo, ſacram hanc ædem vetuſtate obſoletam, collabentemque à fundamentis reſtituit. An. ſal. Chriſti MCCCCLXXXII.

In fornice putei, quem ipſe effodi mandavit, tale legitur epigramma.

Hortus ut irrigua fieret celebratior unda,
Gratior & gelida potus ut eſſet aqua;
Proſper Romanus Caſarello ſanguine Princeps
Aſculeus Puteo ſurgere juſſit aquas.

Ibidem adſunt gentilitia inſignia, ſimplexque inſcriptio gentilibus ſuis Caſarellis. Fuit Proſper omnium ſcientiarum genere ornatus, præcipuaque eruditione illuſtris, in lumeo edidit monumentum templi Fortunæ Reduci, diu neglectum, eique ſequenti appoſita eſt memoria.

C *Alex. VI. Pont. Max.*
Proſper Caſarellus Romanus Epiſcopus, & Princeps Aſcul. priſca virtutis cultor, monumentum hoc diu neglectum in lucem edidit Epiſcopatus ſui ann. xxxii.
MCCCCLXXXVI.

Io Pannoniam Apoſtolicus Nuncius inter Matthiā Corvinum Regem, & Fridericum III. Imperatorem pacem firmavit, quem Antonius Bonfinius Aſculanus civis ſummis exornavit laudibus, tum lib. 3. de pudicitia, tum in hiſtoria Hungarica; illiuſque legationis meminit quoque Abraham Barſchiajus Schemnicenſis in chronologia Regum Hungariæ. Extat Romæ clara ejuſdem Proſperi memoria ad ædem S. Mariæ ſupra Minervam; ibidem namque ſacellum Gentilibus ſuis reſtauravit, ubi ſic legitur.

Gentilibus ſuis Caſarellis ſacrum ob humana conditionis memoriam Proſp. Caſ. Epiſc. Aſcul. anno ſal. MCCCCXCVIII.

Sacellum nuper reſtituit, exornavitque perbellè D Scipio Card. Burgheſius, Pauli V. ex ſorore nepos, è gente Caſarella, de quo ſupra. Noſter verò Proſper, bonorum, literatorumque hominum mœrore Romæ debitum oaturæ perſolvit die 14. Februarii anno 1500. ſepultus ibidem in ſuperiorum ſacello io ſepulchro patrum ſuorum.

63. JULIANUS junior Cæſarinus Domicellus Romanus, ab Alexandro VI. diaconus Card. creatus aono 1493. ab eodem Pontifice Aſculanum Pontificatum obtinuit anno 1500. 19. Februarii. Aſculanam Eccleſiam abſens rexit ſemper. S. Mariæ Majoris Archipresbyter fuit, honeſtiſſimis moribus ornatus, LXIII

(1) In Actis Concilii Florentini de anno 1439 habetur inter Patres conſcriptus BERNOTIUS Epiſcopus Eſculanus. At hujus nulla mentio in tabulis Eſculanæ Eccleſiæ, in quibus Paulo de Albertis immediatè ex iis ſubrogatur Petrus à Cotignola, & contra Petrum eo anno 1430. in Pſeudo Synodo Baſileenſi intruſus proditur Laurentius; hinc putamus mendum irrepſiſſe in Codice. Ni altius meditari velimus, videlicet: Pontium de Albertis, qui & Albertius nuncupari ſolebat, protraxiſſe vitam uſque ad Concilium Florentinum, & in eo cum ſediſſet, ſe, quantumvis præter morem, Albertium ſubſcripſiſſe, & facile inde depravatum ipſum cognomen etiam in nomen abiiſſe. Nam ſi in Baſileenſi Conciliabulo Laurentius elatus eſt contra Petrum ad thronum: porrò electio Petri nonniſi poſt deturbatum Eugenium IV. poterat exiſtimari nulla, ut inde Eccleſiæ, tamquam vacanti provideretur per Baſileenſes; nec lis ex actis Conſiſt. diſima poteſt, cum deſint poſt an 1431 per aliquot annos. *Luc.*

Item in locum Petri Sfortiæ electus Aſculanus Epiſcopus dicitur Ven. & religioſus Vir Fr. Valerius de Paſqualibus de Mediolano an. 1442. in Franciſci Sfortiæ Vicecomitis literis ad quemdam Belthaſſarem de Fidelibus Civem Aſculanum, quem ſupradicti Epiſcopi nomine . . . . . conſtituit in Epiſcopatu adminiſtrandot dat. Æſii, die 6. Decemb. 1442. At de eo nulla penitus mentio in Actis Epiſcopalibus. *Autunelius*.

tus, qui Principem virum maximè decerent; ſiquidem ſeniorem Julianum Cæſarinum purpuratum olim Senatorem propius imitabatur, cujus inter cæteras virtutes, munificentiam Jovius magnificis verbis collaudat in elogio primi Juliani Cæſarini Deceſſit Romæ anno 1510. prima die exordientis Maii, ſepultuſque eſt apud Aram Cœli in ſuorum Majorum ſepulchro, cujus virtutibus, animique dotibus, omnis inſcriptio impar viſa eſt.

LXIV 64. LAURENTIUS Fliſcus, ex Lavaniæ Comitibus Januenſis, Epiſc. Brugnatenſis, Romæque Gubernator, ad hanc Aſculanam tranſlatus eſt 1510. 13. Maii, Lateranoque Concilio reperitur ſubſcriptus, Julio II. ſedente anno 1512. qui paulò poſt ad Montem Regalenſem pertranſivit Eccleſiam Pedemontanæ ditionis. Diuturniori mora Bononiam adminiſtravit, Præſulque ubique, & ſemper magna exiſtimatione dignus habitus eſt.

LXV. 65. HIERONYMUS Ghinuccius nobilis Senenſis, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, cum in Lateranenſi Concilio in expediendis conſiliis ſummam prodi- B diſſet prudentiam, à Julio II. Aſculanorum Pontifex renunciatus eſt anno 1512. die 15. Octob. Aſculanam porrò Eccleſiam adminiſtravit uſque ad ann. 1518. quo tempore à Leone X. ad Henricum VIII. Angliæ Regem Legatus eſt, apud quem tantam gratiam agẽdo collegit, ut opulentum Vvigornienſe ſacerdotium ab eodem obtinuerit. Cæterum reverſus ad Curiam cum ad trepida eccleſiaſtica negotia ſub Hadriano II. fuiſſet adhibitus, Epiſcopus Melitenſis evaſit, iiſdemque laboribus cum ſub VII. Clemente indefeſsè perſeveraſſet, implicitus, demum ſub Paulo III. Farneſio renunciatus eſt Cardinalis ſub titulo S. Balbinæ anno 1535. Tropejenſem, a & Cabalicenſem Epiſcopatus in ſua fide, ac poteſtate habuit, diplomatumque Pontificiorum præfectus eſt Res Tridentino cõcilio profuturas cum pluribus aliis collegis Cardinalibus Paulo III. Pontifice mandante, ipſe diſpoſuit, ordinavitque, inque iis legatis, qui Carolum V. Primumque Franciſcũ Galliarũ Regẽ communis ſalutis gratia ad pacem adhortati ſunt, Ghinuccius præci- C pua prudentia effulſit. Intimæ ſapientiæ aliqua perſcripſit, quæ M.SS. adhuc apud hæredes extare dicuntur. Demum meritis, laudibuſque gravis, Romæ deceſſit anno 1541. die 3. Junii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Clementis, cujus titulum in porpurata fortuna olim fuerat adeptus. De Ghinuccio Aſculi ad Epiſcopalis Aulæ portam hæc legitur Inſcriptio.

a Quod Melitenſem & Tropejenſem Epiſcopatus tenuerit, nulla in iis Catalogis Hieronymi mentio. Lucend.

Hier. Ghinuccius Senen. Epiſcopus, & Prin. Aſculan Necnon ca. cau. Camera Apoſtolica Auditor Generalis. M. D. XIIII. Honeſti Cultor. Sacri Cuſtos, Pravuq. Ultor.

LXVI 66. JULIANUS Card. Medices die 30. Jul. 1518. Ghinuccio cedente Aſculanus Epiſcopus declaratus, per menſem eam rexit Eccleſiam. Hic fuit Clemens VII. Pontifex Maximus.

LX VII. 67. PHILOS Roverella Ferrarienſis, Leoni X. Intimus familiaris, Epiſcopus Tolonenſis in Galliis effectus eſt; ſed cum deinde Leo Roverellæ conſiliis uti vellet, impetraſſetque à Mediceo Card. ut Aſcu- lano munere abiret, illud Roverellæ attribuit, quo D propius amici prudentia ſibi adeſſet an. 1518. 3. Septembris; ſub Leone Hadriano, Clemente, Pauloque III. Põtificibus pluribus legationibus egregiè functus eſt. In Concilio Tridentino ſententias doctiſſimas dixit ad ſeptimam uſque ſeſſionem. Poſt Pauli autem exceſſum, à Cardinalium Collegio, Romæ publicus adminiſtrator eſt declaratus, atque à Julio III. confirmatus, Apoſtolicam cum evaſiſſet ad ſedem; cum interim etiam in ſpem purpuræ intima Pontificis conſilia expediret. Sed cum propemodum jam defloccatus ſenex adverſa etiam valetudine laboraret, è vivis exceſſit anno 1550. aulæ Romanæ Ingenti ſanè mœrore, quæ ſibi maximum ornamentum, præſidiumque ereptum dolebat b. Ejus cadaver Aſculum tranſlatũ eſt, Cathedraliſque ejuſdem civitatis in Templo ſepultum. Novas Epiſcopales Ædes ex ſectis lapidibus adornationis inſtar cuneatis ad Epiſcoporum cõmoditatem magno ſumptu conſtruxit, figuriſq; egre- A giis exornavit, ſub cujus inſigniis ſic legitur.

b Laudatur à Lib. nonſio in annal. Ferrariens. par. 1. pag. 35. Mandoſ.

Sub Clemente VII. Pont. Max. Phylos Illuſtri Roverella domus familia, Patria Ferrarien. ab Imp. Comes Epiſcopus, & Princ. Aſcal. ad ſuorum memor. amstan. novam hoc ædificiũ a fundamentis erexit. M.D.XXX.II.

68. LACTANTIUS Roverella nepos ſuperioris, Coadiutor Patrui in Epiſcopatu à Julio III. adiectus eſt anno 1550. die 26. Auguſti, eidemq; demortuo Præſul ſucceſſit anno 1552. etiam ipſe Romanis jus dixit. Vir doctus, prudens, pius, & liberalis, quem novum Titum, humani generis delicias, eius ævi homines vocarunt. c Concilio Tridẽtino interfuit, amplas Ædes apud Ancaranum conſtruxit, Epiſcopalis Mẽſæ mirum in modum auxit proventus. Poſtque 16. an. ſui Epiſcopatus obiit anno 1566. apud Patruum humatur in choro Cathedralis Eccleſiæ. LX VIII.

c De hoc pariter citatus Liberius pag. ſl. Mand.

69. PETRUS Camaianus nobilis Aretinus Epiſcopus Feſulanus à Pio V. tranſlatus ad hanc Eccleſiam die 7. Octobris an. 1566. cujus animi dotes adeo LXIX. B ſummis Pontificibus fuere in pretio, ut iiſdem ad publicam Eccleſiæ ſalutem diu uſi fuerint. A Pio in Hiſpaniam ad Philippum II. Regem Nuncius miſſus impiger commiſſa ſibi negotia pertractavit. In Picenu Apoſtolicus viſitator, plures tum Cathedrales, tum Collegiatas Eccleſias reformavit: Synodalia promulgavit decreta. In Civitate Aſculana Seminarium ad præſcriptum Concilii Tridentini, cui interfuit, à fundamentis propriis ſumptibus erexit, diuque Clericos ſuſtentavit, donec ſuppreſſis nonnullis ſimplicibus beneficiis, ex eorundem proventibus aleretur. Matutinis, veſpertiniſque horis primus in Choro adfuit, cum aliis pſallebat, orabat. Quolibet anno Civitatem, ac Diœceſim luſtrabat univerſam. In S. Blaſii Eccleſia Corporis Chriſti ſocietatem excitavit. Die veneris poſt matutinas laudes de paſſione Domini, ſabbato vero de beata Virgine votivas miſſas juſſit canere. A Gregorio XIII. non minus, quàm à Pio charus habitus, cujus intuitu non tantum pro diœceſanis, ſed pro circumadiacentibus populis anno integro conceſsit C jubileum. Parochialem Eccleſiam S. Andreæ reſtauravit. In Cathedrali Eccleſia tabernaculum ſtrui, atque inaurari, organa conflari, ornari, teſtudinemque pulchro ordine, multoque ſumptu perfici curavit. Cũ Camera Apoſtolica ſuper Clericorum ſpoliis pertractavit, & ad finem perduxit. Honeſtos, egenoſq; cives pluries adiuvit pecuniis, Pater pauperum acclamatus. Civiles diſcordias in quantum potuit ſedare ſtuduit. Cathedrali Eccleſiæ pretioſa donavit veſtimenta. Tandem doctrina, pietate, ac probitate morum inſignis moritur, non ſine ſanctitatis opinione 27. Julii ann. 1579. hora decima, defletus ab omnibus. Biduo corpus jacuit inſepultum, confluentibus undique ad ejus pedes exoſculandos turmatim populis; humatum inde fuit in S. Blaſii Eccleſia, quam ipſe à fundamentis inſtaurandam curaverat, ubi hoc legitur Cœnotaphium.

D. O. M.

D *Petro Camajano Patritio Aretino, Epiſcopo, & Principi Aſculano viro integerrimo Religioſiſſ. ac omni virtutum genere ornatiſſimo Coſmus S. D. N. Papæ Refer. Ant. Commendator S. Stephani fratres, ac Lelius Eques JESU CHRISTI nepos, in iſta Eccleſia ab ipſo a fundamentis inſtaurata, & ornata poſuerunt. Vixit annos LX. menſ. 1. dies xxvii. Obiit die xxvii. Julii M. D. LXXIX.*

70. NICOLAUS Aragonia, ſeu Aragonius Camajano ob eruditionem, prudentiam, cæteraſque virtutes haud quaquam poſtponendus, ex Epiſcopo Ripæ Tranſonis huc tranſlatus eſt 3. Aug. anno 1579. LXX Nicolai Aragonii S. R. E. Cardinalis, rerum à ſummis Pontificibus geſtarum collectoris, poſt multa ſecula, cognationis, nominis, & virtutis non indignus. Pridie Kalendas Januarii ejuſdem anni urbem ſolemniter ingreditur. Maceratæ Vicelegatus Piceni manebat ante tranſlationem ad Aſculanam ſub Gregorio XIII. alias urbes ditionis Pontificiæ rexit ſumma

cum

cum ejuſdem Pontificis gratia. Prioratus S. Hilarii, & S. Crucis congregationis Avellanæ ſuppreſſit auctoritate Apoſt. & Clericorum ſeminario univit. Theologalem, ac Pœnitentialem præbendas in Cathedrali inſtituit. Amplas ædes Ancarani conſtruxit, Epiſcopalis menſæ redditus ampliavit. Vixit in Epiſcopatu annis 7. omnibus charus, amatuſque ab omnibus. Reatæ, dum Romam peteret ad limina Apoſtolica inviſenda, incidit in morbum, ibique deſunctus eſt Iulii an. 1587. Præſul æterna memoria dignus.

a 1586.
LXXI
71. Fr. HIERONYMUS Bernerius Corregienſis ex Inſubria Ord. Prædicatorum. Hic nobilibus parentibus prognatus eſt 1540. pater Petrus appellatus eſt, mater Antonia Doria. Adhuc pené puer S. Dominici inſtitutū complexus eſt, ubi adeò in virtute profecit, ut magnitudinis dignitatum, quò pervaſurus erat, haud obſcura ediderit præſagia. In Theologica facultate plures inſtituit, laureatuſque magiſter publicè eam facultatem profeſſus eſt. Cremonenſibus autem cum intimam ſcientiam ſuam probaſſet, Nicolai Sfondrati Card. ſapientiſſimi, qui poſtea Pontifex Gregorius XIV. appellatus eſt, Theologus eſt declaratus. Nullum in Dominicano inſtituto pené onus fuit, quod non paribus humeris ſumma cum laude ſubjerit. Genuæque fidei quæſitor effectus, ita in eo munere prudenter, pièque ſe geſſit, ut Sixtus V. illum Romam acciverit, ſanctæque Sabinæ nobili Dominicani inſtituti cœnobio præeſſe imperavit; nec multo poſt, ut Pii V. S. memoriæ quoquomodo poſſet gratificaretur, Bernerium Aſculanum Epiſcopum creat aa. Auguſti 1586. die verò 18. Decembris ejuſdem anni, eundem vocavit ad purpuram ſub tit. S. Thomæ in Parione, vulgoque appellatus eſt Cardinalis Aſculanus. Omnem cœtum, quos vulgò Romæ congregationes appellant, in quo vel de rebus fidei ageretur, vel de moribus, ſua ſapientia, prudentiaque complevit; Sixto V. ita mandante, tit. S. Mariæ ſuper Minervam obtinuit. Nullus feré Princeps Chriſtianus erat, cui candor morum, pietaſque cordi eſſet, qui Cardinalem Bernerium non ſuſpiceret, non amaret. Ordinis Servorum alumnis Protector jus dixit, fulſitque Albano, Præneſtino, Portuenſique Epiſcopatu. Aſculanam Eccleſiam tanquàm ſibi junctam ſponſam geſſit in oculis, ibique Seminario conſtructo, ejuſdem Clerum ex præceptionibus ſacri Tridentini Concilii ad puriores mores, ampli oremque doctrinam, curavit erudiendum. Legitur ad valuas ejuſdem hæc inciſa memoria.

Fr. Hier. Berner. ex Ord. Prædic. Epiſcopus Alban. Cardin. Epiſcopus & Prin. Aſcul. ad meliorem uſum Clericor. veteribus ſeminarii dirutis Ædibus, quæ penè corruebant, æreque abunde collato, has ampliores ædificandas curavit M. DC. IIII.

Aſculi in epiſcopali palatio ſacellum conſtruxit ad ſacra privatim facienda, illudque Chriſto Cruci affixo, diviſque Emygdio, Hieronymo, ac Dominico tutelaribus dicavit; diœceſim ſæpius viſitavit, ſynodales conſtitutiones promulgavit, congregationem Parochorum inſtituit, populum, civeſque tanquam filios dilexit, verſa vice ita ab omnibus amatus, & charus eſt habitus, ut communi decreto Decurionum in Prætorio fuerint ejus inſignia appoſita cum ſequenti inſcriptione.

Fr. Hier. Berner. Card. Epiſcopo, ac Princ. Aſculano. Patri Patriæ. Patri Pauperum. Patri Omnium bonorum.

Erexit ſacellum ſanè ſpectabile S. Hiacynto Ordinis Prædicatorum Alumno, non ita pridem in numerum ſanctorum relato, eidemque magnam dotem dixiſſe narratur, in quo B. Conſtantii Fabrianenſis Corpus recondi juſſit intra Cœnobii S. Dominici ſepta. Ædificia conſtruxit, quod ipſemet æſtivo tempore colebat. In S. Petri martyris Templo multa impenſa inchoatam teſtudinem abſolvit, ubi à Comite Hieronymo Bernetio, fratris filio, erectum Altare eidem S. Hiacynto dedicatum. Pretioſam argenteam ſupellectilem, ſacraque veſtimenta plurima Cathedrali Eccleſiæ dono dedit. Moriturus ſcuta 500. Archidiacono, & Capitulo Aſculano legavit. Extat in ſacrario hujuſmodi marmorea inſcriptio,

D. O. M.

Hieronymus Bernerius Corrigien. Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis, ut grati animi in Eccleſiam Aſculanam, cui multos annos præfuit, monumentum extaret, Archidiacono, & Capitulo ejus Eccleſiæ ſcuta 500. legavit in bonis ſtabilibus territorii Aſculani collocanda, ea lege, ut die depoſitionis ſuæ anniverſarium, quibuſque vero hebdomadibus miſſam unam planam per presbyterum ab iis eligendum, & eorum arbitrio etiam abſque cauſa amovendum, ita ut beneficium Eccleſiaſt. non ſit, neque cenſeatur, in perpetuum ſingulis annis celebret pro anima ſua ita quod redditus omnes deducta hujus presbyteri mercede, diſtributionis Archidiaconi, & Canonicorum, ac Beneficiatorum Eccleſiæ, qui anniverſario interfuerint cedant, eaque bona, neque alienari, neque pignori dare, nec obligari unquam poſſit.

Canonici beneficii memores publicè illius effigiem in Templo expoſitam tenent. Plura, aliaque beneficia Aſculanæ Eccleſiæ intulit pius Præſul. Corrigii autem, unde trahebat originem, à fundamentis Capuccinis fratribus ordinis S. Franciſci monaſterium à ſe conſtructum attribuit, quippe quos diligebat impenſius. Romæ autem S. Nicolai Templum ad Campum Martium munificentiſſimè exornavit, ſanctæque Sabinæ Cœnobium ad deſtinatum à Pio V. faſtigiū perduxit. At non modo ipſe ſanctis moribus erat, ſed etiā ex ſuis virtutibus caſta illi inſigniterq; erudita familia, in quibus enituere Scipio Cobellutius, Franciſcus Cenninus, & Fr. Deſiderius Scalia, ſub Paulo V. poſtea Cardinales, Sigiſmundus Donatus ejus in Aſculano Epiſcopatu ſucceſſor, ac Jo. Baptiſta Coccinus nuper Romanæ Rotæ Decanus vita functus, omnes quidem ad Domini ſui ita perfectè exculti, ad prudentiæ cotem, ut cujuslibet dignitati inſtituendæ viderentur aptiſſimi. Portò Bernerius 70. ſuæ ætatis annū attigit, deinde ut vixerat, piè, ſanctèque vitam finivit an. 1611. die 8. Auguſti ſepultuſque Romæ apud S. Sabinam in ſepulchro à ſe præparato, hoc Epitaphio.

D. O. M.

Frater Hieronymus Bernerius Corrigienſis ex ord. Prædicatorum tit. S. Mariæ ſuper Minervam presb. Card. Aſculanus de morte, & corporis reſurrectione piè, & religioſe cogitans, hoc ſibi ſepulchrum, in quo cum univerſæ carnis viam ingreſſus fuerit, mortale ſuum conderetur, vivens P. Sacellum, ubi quotidie pro ejus anima ut ſacrum fieret extruxit D. Hiacynto confeſſori D. vixit annos lxx. menſes vii. dies xi. obiit Epiſcopus Portuenſis VI. Idus Auguſti M. DC. XI.

Credo quod Redemptor meus vivit, & in noviſſima die de terra ſurrecturus ſum.

In tanti Epiſcopi Card. obitu præter inſtituti regulam haud mihi diſplicet regium carmen adjungere, quod noſter Sebaſtianus Andreas Antonellus (heu nuper, dum hæc ſcriberemus, ereptus) flebili muſa, olim panxit.

Cogimur in liquidos diſſolvere lumina fontes,
Et teneras lacerare genas, tuus, optime princeps,
Cogit amor, cogit pietas, reverentia cogit.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Occurrunt animo virtutum inſignia, rara
Mentis opes, intacta fides, tranquillaque morum
Temperies, cœli verba ignea, ſpiritus ardens,
Religionis amor, mitiſſima viſcera patris,
Et mea crudeli divellor corda dolore.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Nos rutilum rabidis quæ faucibus imbibit aurum,
Quæ ſcelerum genitrix mortalia pectora cogit
Sacra fames, partos nec quæ comitatur honores
Ambitio, aut tumido ventoſa ſuperbia faſtu,
Non Venus, & nati veſana cupidinis arma
(Edita Tartareis fœdiſſima numina ab antris)
Canitiem vicere tuam, vicere juventam.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Non probitas, non juris amor, non gloria recti,

Ma-

Digitized by Google

Magnaque jus animi, ſingua facundia, non te
Ingenii praſtantis opes, anguſtaque frontis
Majeſtas, odium quæ nec terrore movebat,
Non tua te comitas, venerandaque gratia vultus.
Non quæ ſponte tua ſupplex ſe purpura fronti
Obtulit, heu triplicem non inſpectura Thyaram,
Proh dolor! immerita potuit ſubducere morti.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Siccine mors meliora rapis; mors effera patrem,
Cui rerum ſummas jam commiſſurus habenas,
Seq; met orbis erat: mors, heu, mors effera, noſtrum,
Quem gemina alterno coluerunt flumina planſu,
Nunc gemina alterne flevere fluenta ſuſurre,
Paſtorem ex oculis rapuiſſe perenniter audes?
Heu heu, proh quantus inter ſuſpiria queſtus,
Fundit amor, fundit pietas, verecundia fundit.
Vos quoque ſanguineos mea fundite lumina rivos.
Nec planctus inter Dryades, nec Oreades altis
Montibus, aut mœſtis tacuerunt Hymnides arvis.
Nayades è fluviis, vitreo de fonte Napea.
Ingemuere ſimul, montes flevere propinqui,
Ipſeque cœruleis Neptunus inhorruit undis.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Occidit heu noſtri Sydus venerabile Secli
BERNERIUS, dignus tranſcēdere Neſtoris annos,
Occidit, & mœſtis ſol aureus occidit undis:
Siccine mors tibi nulla mora eſt? non parcitis ulli
Crudeles Parcæ? nunc currite flumina mœſtis
Uberiora genis, larges ſolvantur in imbres
Lumina, gratus amor fieri tibi talia mandat.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite rivos.
Sed quid ego lacrymis indulgeo? lumina ſat jam,
Vivis adhuc, tibi parta quies, tibi palma pudoris
Sydereis conceſſa plagis, tibi reddita vita eſt.
Claudite ſanguineos, mea lumina, claudite rivos.

LXII. 72. SIGISMUNDUS Donatus Corrigienſis, D. Stephani Eques commendatarius, paulò ante Venuſinus Epiſcopus ex reſignatione Card. Bernerii Domini ſui, translatus ad hunc Eccleſiam an. 1605. 7. Menſis Januarii. Fuit Donatus Eccleſiaſticæ libertatis, immunitatiſque acerrimus propugnator, Regios quoſdam miniſtros, quandoque Proceres, Duceſque, ac Militum Tribunos, nec non civitatis ipſius Antianos anathemate mulctavit. Multa cum Capitulo ſuo habuit litigia, quæ tamen à ſacra Congregatione Rituum terminata fuere. Eccleſiam S. Caroli extra Soleſtanum Pontem conſtrui fecit, Aramque majorem ex voto D. Laurentio dicavit. A Paulo V. ad Rempublicam Venetam Nuncius miſſus, Senatorum omnium ſua prudentia, & dexteritate mirum in modum ſibi animos devinxit, Pontificis expectationi abundè ſatisfecit, à Gregorio XV. inter familiares, & domeſticos Prælatos adſcriptus, Pontificiæ Capellæ declaratus Aſſiſtens, Synodum celebravit, conſtitutioneſque promulgavit. Ædem quadratis lapidibus rotundam in D. Emygdii honorem in loco martyrii extra portam Soleſtanam conſtruxit, ubi legitur.

Sancto Epiſcopo, & mart. Emygdio, in loco martyrii ejus, erexit, & dicavit Sigiſmundus Donatus de Corrigio Epiſcopus & Prin. Aſculi M. DC. XXXIII.

Aliam curavit Eccleſiam ædificari in honorem S. Mariæ ad Mare ad finem Pontis Toſilli, ubi etiam legitur.

Anno Domini M. DC. XXXVII. erectum à fundamentis, ex largis Pier. eleemoſinis curante Reverendiſs. Epiſcopo Sigiſmundo.

Vir fuit rigidæ puritatis, inceſſu gravis, ſupercilio ſeverus, in juſtitia adminiſtrāda nullarū acceptor perſonarum, munificus in omnes, liberalis in pauperes, & propinquos à ſe procul sēper habuit, duos quotidie, feſtivis verò diebus tres alebat pauperes de cibis menſæ ſuæ. Caſtus caſtos amavit. Zelo plenus, aliquando minus zelātes offēdit; illud tantū ei vitio datur, quod audientiæ tarditate fatigabat cunctos, quodq; nunquam, niſi vectus, cum progrederetur. Obiit octuagenario major die 19 Novembris an. 1638. hora 18. conditus fuit ante Aram principem Cathedralis Eccleſiæ in ſepulchro, quod humanæ conditionis memor ante

A multos annos ſibi paraverat, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Ad Requiem Oſſium.

Sigiſmundi Donati Antonini filii Hectoris nepotis Corrigienſis. Qui Anno Dom. M. D. XC. VIII. creatus Epiſcopus Venuſinus. Et anno M. DCV. Ad hanc Aſculanam Eccleſiam translatus, vivens, & annum agens LXV. futuro, cum Deo placuerit, pulveri ſuo, conditorium, hic paravit labente anno.

M. D. C. XXIII.

73. JULIUS Gabriellius Romanus Diac. Card. ex Cameræ Apoſtolicæ Clerico ab Urbano VIII. die 16. LXIII.
Decembris 1641. creatus, mox die 10. Februarii 1642. Aſculanus Epiſcopus adlectus. Princeps in quo nihil nobilitatis, ſcientiæ, affabilitatis, nihilque dignitatis facilè deſiderare poſſimus; hinc bonis tantiſque purpuratis anteceſſoribus dignus acclamatur, ſpectaturque ab omnibus.

A D D I T I O.

B (,, *Aſcalanam Eccleſiam rexit uſque ad ann.* 1668. ,, *quo aſſumpſit in adminiſtrationem Eccleſiam Reatinam die* 12. *Martii dimiſſa Aſculana, quam dum retinuit amantiſſimè fovit. Obiit Romæ Epiſcopus Card.* ,, *Sabinenſis, ubi de eo.*

PHILIPPUS *Mentius Epiſcopus Aprutinus huc* LXXIV.
,, *translatus die 2. Junii* 1670. *ad quod uſque tempus receſſus moram ſuſtinuit Gabriellius, cui ſuccedens Philippus impar ſortuna hanc rexit Eccleſiam, obiitque* ,, *in pervigilio Natalis Domini exeuntis anni* 1680. & ,, *diutius deinceps Vicarius Capitularis Adminiſtrator fuit.*

,, JOSEPH *Saluſtius Fadulphus Nob Interamnen-* LXXV.
,, *ſis Amerinus Epiſcopus, evaſit ad Aſculanam Cathedram* 15. *Januar.* 1685. *qui tranquillitatem gregis* ,, *ſummis laboribus dum ſtudet fovere, obiit Interamnaque diverteras ad levandas animi curas, die* 6. ,, *Febr. ann.* 1699. & *locus quietis accepit in ſepulchro* ,, *ſuæ gentis apud S. Franciſcum.*

,, JO. JACOBUS, *Bonaventura nobilis Romanus*
C ,, *V. S. Referendarius juſtiſſimè exactis gubernii Be-* LXXVI.
,, *neventi, Tiferni, Interamna, & Viterbii Civitatum* ,, *Phadulpho ſucceſſit 5. Octobris* 1699. *ovium ſibi commiſſarum quam maxime dum utilitati ſtudet, terræmotu concuſſa Diœceſis ſua præcipua loca deflevit anno* ,, 1703. *ſæpius tamen Civitatem Aſculanam precibus humeriſque veri Paſtoris apud Deum ſuſtinuit:* ,, Lucent.) *Obiit in ſua Reſidentia ann.* 1709. *menſe* ,, *Decembri.*

,, JOANNES *Gambi Nobilis Ravennas Presb. J.* LXXVII.
,, *V. & S. Theologiæ Doctor, annorum 60 V. S. Referend. & in illa juſtitiæ Votans, Archiconfraternitatis SS. Annunciatæ de Urbe Viſitator Apoſtolicus,* ,, *cum antea fuiſſet Advocatus, & primus Collateralis* ,, *Curiæ Capitolinæ præfectus eſt Eccleſiæ Aſculanæ* 10. ,, *Martii* 1710.

D ASSISIENSES EPISCOPI.



ASSISIUM *a*, tametſi ſatis clara Civitas futura erat, quod antiquiſſimum municipium Romanorum fuit, quod eam ſupini colles ad ſpectaculum extulere, quod antiquorum ſcriptorum illam doctiſſimi

a Al Æſiſum vulgo Aſſiſi.

cala-

A calami celebrarunt; quod armis, opibuſque olim fuit inſignis; nullus tamen, arbitror, inficias ierit, multò clariorem videri debere, quod illa duo Chriſtianæ paupertatis lumina cœcutienti orbi effudit, Claram ſcilicet, atque Franciſcum Aſſiſinatem, eo præſertim tempore cum tria illa orbis ingentia mala, concupiſcentia ſcilicet carnis, oculorum, ac ſuperbia vitæ penè omnes obruiſſent Mortales. Itaque quanquam iis pietatis luminibus ſatis per ſe videatur lucere, ex noſtro tamen inſtituto ejuſdem nobilitas prodenda eſt, ex antiquitate, ſitu, nominis derivatione, opibus, armis, antiquorumque ſcriptorum encomiis. Igitur Aſſiſium antiqua Civitas eſt, nobile quondam Romanorum Municipium, ad ſpectandum in montibus ſita, unde fluvius Aſis devolutus ad ima eidem Aſſiſii inclytum nomen fecit, cum ipſe etiam, ut Propertius dicit, ab altiori monte accepiſſet cognomen. Haud juſtam magnitudinem hoc tempore excedit; longè ab illa diſpar, quam olim Romani ut ſuæ fortunæ ſociam coluerunt. Quippe factioſiſſimi Incolæ, civeſque cum de arripiendo Imperio invicem ſecum ipſi pugnarent, B externorumque bellorum ægre impetum ſuſtinerent, penè exciſa eſt, atque deleta. Ejus meminit Plinius, Ptolomæus, Procopius, aliique perplures, ex antiquiſque inſcriptionibus colligitur perſpicuè fuiſſe illam Romanorum Municipium. Sub quorum Imperio tandiu feliciter conquievit, quamdiu Romanis Pontificibus à Magno Conſtantino dono data eſt. Illam deinceps Longobardorum gens barbara, qui ejus opes miſerabiliter depopulati ſunt, in Spoletino Ducatu numerarunt, donec à Romanis Pontificibus recuperata, eorundem Imperium opima pace florens adorat. Chriſti Evangelium jam inde ab Apoſtolorum temporibus complexa eſt, cum ſcilicet eorum miſſu Criſpoldus, Britiuſque in Umbria nobili Provincia Chriſti fidem plantaſſent. Tametſi altiores radices egerit, Rufino invicto ſanctoque Epiſcopo prædicante, quem S. Fabianus Papa ad hoc ipſum illuc direxerat, an. 237. nobilique martyrii gloria eſt coronatus. A S. Rufino, atque deinceps, continentes hæc Civitas ſuos Epiſcopos habuit, quæ in Romana Provincia numerata, C unius Romani Pontificis arbitrium præſtolatur. Civitatem ut Protector tuetur S. Rufinus inſignis ejus Epiſcopus, ac invictiſſimus Martyr, cujus verendæ reliquiæ in Cathedrali ejus nomini conſecrata honorificè conquieſcunt. Pluribus ſacris ædificiis Aſſiſium nobilitatur. Extra Aſſiſium monaſterium S. Franciſci ſpectatur, ac præterea Angelorum celebre Templum, ac omnium propè gentium peregrinatione viſendum. De ejuſdem prærogativis, atque nobilitate plura amicus noſter eruditus Waddingus in 1. tomo Annal. Fr. Minorum. Aſſiſii Præſulum ſeriem, quæ ſubſequitur, ex variis, diverſiſque monumentis, antiquiſque ſcripturis, ut potuimus, concinnavimus, non tamen, ut oportebat, completam. Bella quippe, incendia, ſeculorumque plerumque injuria, multorum eripuerunt memoriam, qui ſua carentia noſtram hanc narrationem plerunque reddent hiulcam.

ADDITIO.

(*„ In Cathedrali Aſſiſienſi divina perſolvunt unica*
D *„ Dignitas Prioratus*, 12. *Canonici, totidem Capellani,*
„ 4 *alii Presbyteri Choriſtæ*, & 4. *de Choro nuncupati*
„ cum duobus Curatis. Fructus dignitatis Scuta 300.
„ decem Canonicatuum 150. *reliquorum* 70. *Capellanorum* 20. *non excedunt. Adſunt inter dictos Canonicos præbenda. Cura exercetur per duos Capellanos ad nutum amovibiles à Canonicorum Capitulo. Domus pro Epiſcopo non longè diſtat ab Eccleſia, cujus annui redditus ſunt Scuta* 1200 *taxantur in libris Cam. flor.* 200. *alia plures extant Eccleſiæ Parochiales, plura Virorum, octo monialium Cœnobia* 5. *hoſpitalia, & hoſpitale pro expoſitis infantibus, & mons Pietatis, & Seminarium. Ipſa urbs* 6000. *circiter capita mortalium enumerat, univerſa Diœceſis* 12000. *ex multis coaleſcit oppidis, Pagis, & terris Præcipua loca ſunt vulgo nuncupata*: Bettona *a*. Cannara. Baſtia. Valſabrica S. Vitale. Coſta di Nero. *Cætera vere exigua ſunt.* Lucent.)

a Olim Civitas, & de ea in X. tomo agemus.

I. 1. PRIMUS igitur Aſſiſii Epiſcopus S. Rufinus Cappadox fuit, quem apud pleroſque fama tenet, illuc à S. Fabiano Papa ad prædicandum Evangelium fuiſſe miſſum, inque eo præclaro munere laborantem ſub ſæviſſimo ejus civitatis Præfecto illuſtrem accepiſſe palmam martyrii anno noſtræ ſalutis 240. die 11. menſis Auguſti, ſive, ut alii dicunt, die 30. menſis Julii anno 236. Ejus meminerunt Ferrarius, & Baronius. Sed Baronius præcipuè, cum de Rufino narrat, haud memorat fuiſſe illum Aſſiſinatem Epiſcopum, aut in ea Civitate palmam tuliſſe martyrii, ſed Marſis potius Evangelium divulgaſſe *b*. Quamobrem mihi ſæpius venit in mentem vereri, ne quis error de hujuſmodi Sancto anteactis ſeculis impoſuerit. Conſtat tamen Aſſiſinates ab immemorabili penè Rufinum, ut ſuum Epiſcopum, martyrem, inque Umbria evulgatorem Evangelii, ibique requieſcentem piiſſimè venerari, quemadmodum & Marſorum Eccleſia primum Epiſcopum, ac tutelarem ſuum colit, ut infra ad eam Eccleſiam dicemus. Quod ipſum etiam mihi ſanctius cœpit eſſe, cum Lodovici Jacobilli amici mei rerum Umbriæ peritiſſimi viri acceſſit auctoritas, ut hoc idem minus timidè confiterer.

b Conſule quæ refert Auctor in Marſis atque Epiſtolam Euſtachii Candidi, quæ legitur in par. 2. Epiſt. memorab. Ab. Juſtiniani. *Mandoſ.*

II. 2. S. VICTORINUS Aſſiſii Epiſcopus, ac martyr, natione Aſſyrius, nobilitate generis ſpectabilis, ad limina Apoſtolorum Romam venit, Gordiano Imperante, ſedente verò S. Fabiano Papa; ubi cum aliquandiu commoratus fuiſſet, ejuſque vitæ ſanctitas effulſit, à Fabiano Papa presbyter eſt ordinatus, ac paulò poſt Aſſiſiorum Pontifex declaratus anno 240. Aſſiſium igitur prædicandi Evangelii gratia miſſus eſt, cumque ad Eccleſiam ſibi creditam properaret, contigit illum per Hiſpellum tranſire, ubi multis patratis miraculis populum illum univerſum ad Chriſtum adduxit, deductuſque ab eodem eſt uſque Aſſiſium. Vix illuc pervenerat, cum intrepidus, atque in omnem aleam paratiſſimus adivit ad Præfectum, illumque adhortatus eſt, ut abjuratis Idolis Chriſti veri Dei ſacra ſuſciperet. Sed cum ſurdo, Induratoque cœleſtem cantilenam ceciniſſet, à Præfecto furore percito, cum ſuis collegis in carcerem truſus eſt, ibique diutino maceratus ſqualore, cum adhuc in fidei confeſſione conſtantiſſimè perſeveraret, per flammas ardentis fornacis innoxias ſuam fidei confeſſionem prodidit illuſtriorem. Interea ſæviſſimus Præfectus Victorini collegas ferreis virgis plumbatis cæſos in puteo ſuffocaverat, quos per ſilentia noctis Victorinus è flammis divinitus elapſus inde extractos ſepulturæ tradidit. Cæterùm Præfectus, cum ex incendio Victorinum in cinerem jam eſſe dilapſum putaret, accepit nuncium non longè illum ab Aſſiſio majore animi ardore Evangelium prædicare. Quamobrem cum ex furore penè mente dilaberetur, juſſit Victorinum iterum comprehendi, maniciſque ferreis innodatum ad ſe adduci; ſed recuſantem illum ſacrificium Marti offerre, pœna capitis propè montem Iovis plectendum curavit, die 13. menſ. Iunii circa annum Domini 245. cujus ſolemne feſtum ſupradicta die Aſſiſii præcipuo ritu celebratur. Ejus corpus in Eccleſia S. Petri ibidem ſub altari majori aſſervatur.

III. 3. SABINUM *c* poſt Victorinum, alii in Aſſiſinatem ſedem reponunt, qui temporibus Maximiani martyr Chriſti effectus eſt ann. 301 propè Spoletum (1) Sed hic fuit Spoleti propriè Epiſcopus, quamvis Aſſiſii Evangelium prædicaſſet, ejuſdemq; Eccleſiæ curam egiſſet, ibiq; ab idololatris tentus poſt manuum detruncationem, & diutinam carceris macerationem Spoletum reductus ibidem plumbatis cæſus donec animam

c Al. Savinus, cujus martyrii Acta integra ex MS. Codice Colbertino edidit Baluzius tom. 2. Miſcell. p. 43.

(1) Cujuſnam porrò civitatis Epiſcopus fuerit Savinus, variæ ſunt inter ſcriptores Italos ſententiæ, quibuſdam eum Aſſiſinatem Epiſcopum fuiſſe opinantibus, aliis Spoletinum, nonnullis etiam Cluſinum, & Faventinum. Baronius eum vocavit Epiſcopum Spoletinum, non aliam, ut opinor, ob cauſam quam quod martyrium conſummaverit in civitate Spoletina. Et Baronium quidem propterea reprehendit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ quod contra fidem actorum ſcripſerit eum Spoletinæ Eccleſiæ præfuiſſe. Sed Ughellus in Spoletinis ait Ferrarium hallucinatum fuiſſe, & fruſtra Baronium ſugillaſſe, & Savinum contendit ejus illius Cathedram verè tenuiſſe, ſed eundem tamen Aſſiſinatibus, Cluſinis, Faventinis, aliiſque vicinis Eccleſiis vel præfuiſſe, vel Evangelium prædicaſſe: quod etiam repetit in Aſſiſienſibus. Mihi, qui partium ſtudio non ducor, ea verior videtur eſſe ſententia quam Acta confirmant, nimirum illum fuiſſe Aſſiſinatem Epiſcopum, ſed Spoleti occiſum nomine Chriſti. Baluzius Miſcel. tom. 2. pag. 463.

nimam exhalaret; de quo infra plura dicemus, cum de Spoletinis Epiſcopis agemus. A

IV. (,, *AVENTIUS prior, cujus nobis poſt ſecula occurat memoria Aſſiſinatium Epiſcoporum, ex Marcellino Comite in Chronico, a Gothis miſſus Conſtantinopolim ad Juſtinianum Imperatorem an.* 547. Luc.)

V. 4. AQUILINUS interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino I. celebrato an. 65 5 *a.* ex lib. Conc.

* 669.

VI. (,, *MAJUS à nobis legitur numeratus inter Patres Concil. Rom. ſub Eugenio II. apud Baron. an.* 826. *his notis deſcriptus: Majo Auſicienſe.* Luc.)

VII. 5. IBO Concilio Romano interfuit à Leone IV. celebrato an. 853.

VIII. 6. *INGIZO Epiſcopus Aſſiſinenſis interfuit Synodo Ravennatenſi an. 967. à Joanne XIII. celebratæ ſubſcripſitque literis ejuſdem Joannis adverſum Herophum Archiepiſcopum Saltzburgenſem apud Hund. In Metrop. Saltzburg.

* Ex App. tom. 5.

IX. 7. * GREGORIUS Aſſiſienſis Epiſcopus adnumeratur inter Patres, qui in Romana Synodo aſſederunt ſub Benedicto VIII. ann. 1015. ſubſcripſitque decreto pro Eccleſia Fructuarienſi. B

* Ex App. tom. 3.

X. 8. UGO Epiſcopus Aſſiſii an. 1050. tranſtulit corpus S. Rufini. (,, *Idem in conficto privilegio S. Grata Bergomenſis ſubſcriptus reperitur* 1049. Luc.) *Et antea an.* 1037. *interfuit Concilio Rom. in cauſa Andrea Peruſini, ibique ſubſcribitur* Ugo Aſiſenarenſis *ut videre licet in noviſs. Concil. Harduini editione tom.* 6.]

XI. 9. CLARISSIMUS in Bulla quadam Honorii II. reperitur ſubſcriptus Piſanæ Eccleſiæ liberaliſſimè indulta 1156. Quæ adhuc in Florentino Archivo Reformationum aſſervatur.

XII. (,, *IDELBRANDUS Aſſiſienſis Epiſcopus erat an.* 1144. *ut conſtat ex charta donationis Rodulphi Comitis & D. Aſſiſii, quam in opere de Familiis Tuſcis, & Umbris ex Archivo Cathedralis illius civitatis refert Gamurrinus tom.* 1. *pag.* 365.)

XIII. 10. PETRUS (1) Concilio Laterano interfuit à Papa Alexandro III. celebrato 1179.

XIV. 11. TUDO interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana anno 1197. C

XV 12. VIDO de familia Secunda Romanus, ab Innocentio III. electus 1204. Hic ille Vido Epiſcopus eſt, qui anno 1206. Seraphicum Aſiſinatem Franciſcum è paterna domo nudum egreſſum, atque ad ſua genua provolutum excepit; vilique ſacco & detrito à ſe indutum, ut novum vitæ genus conſtantiſſimè auſpicaretur, maximè juvit. Hic fuit unus è ſeptem illis Epiſcopis, qui cœleſte illud Eccleſiæ Angelorum, deprecante Franciſco, indultum evulgavit anno 1223. meruitque S. Rufinum primum Aſiſii Epiſcopum, ac martyrem invictum, qui ad eam diem mortales latuerat, reperire, repertumque in Cathedrali honorificentiori loco collocare, die 3. menſis Auguſti 1212. Deceſſit in exordio Gregorii IX. Pontificatus.

XVI. 13. SIMON Veruduccius Aſiſinas Ordinis Minorum Vidoni ſucceſſit an. 1228. Eccleſiam S. Georgii Monialibus S. Claræ tradidit.

XVII. 14. Fr. CRESCENTIUS Æſinus, aut Narnienſis, Ordinis Minorum Generalis Miniſter, Aſiſinas Epiſcopus electus eſt ab Innocentio IV. anno 1247. Conſule Waddingum I. tomo Annal. Ordinis Minorum. Fratrem habuit Aegidium de Carbis civem Narnienſem, cui ſcribit Alex. IV. anno 1255. 12. Kal. Februarii ep. 103. fol. 13. regeſt. Vatic ubi memoratur Epiſcopus Aſiſinas frater ejus. D

XVIII 15. Fr. NICOLAUS Anglus *(2)* Ord. Minorum Inſignis Theologus, cæteraque literatura præclarus, Alexandro IV. Pontifice à confeſſionibus, ab eodem Epiſcopus adlectus eſt anno 1258. quindecim ipſos annos illam Eccleſiam prudentiſſimè adminiſtravit. Hujus cum laude meminit Ioannes Pitſeus de Script. Eccleſ. Angliæ, atque Waddingus in ſuis Annal.

16. Fr. ILLUMINATUS Theatinus, Ordinis Minorum, poſt exceſſum Anglici Nicolai, ab Eccleſiæ Capitulo ex compromiſſo Epiſcopus adlectus eſt, cujus poſtea electionem Gregorius X. ratam habuit anno 1274. die 13. menſis Julii, ut perſpicuè colligitur ex reg. Vatic. XIX

17. Fr. SIMON, Ordinis Minorum, Epiſcopo Illuminato ſucceſſit 1281. die 10. menſ. Martii, à Martino IV. ſublectus; oneri Epiſcopatus ſe abdicavit anno 1295. XX.

18. THEOBALDUS Epiſcopus olim Stabienſis, tum Terracinenſis translatus ad hanc Eccleſiam à Boniſacio VIII. anno 1295 *b.* id. Febr. ex reg. Vatic. ep. 20. f. 4. an. 2. XXI.

b 1296. De eo vide Jacobillum in Bibl. Umbriæ. Mand.

(,, *ANDREAS filius Joannis de Ciajanis, Guidonis frater Aſſiſienſis Epiſcopus eruitur ex Lapide ſepulchrali, quem licet inſpicere Aſſiſii in Eccleſia S. Maria Majoris, inſcriptum his verbis:* Sepulchrum ,, filii Magnifici Militis Domini Guidonis de Ciajanis de Senis Fratris Epiſcopi Aſiſinaris. *Floruit circa an.* 1300. *ut ex Archivis illius Civitatis documentis notat Gamurrinus de Familiis Thuſcis, & Umbris tom.* 1. *pag.* 482.) XXII.

19. THEOBALDUS Pontanus Tudertinus, quem alii eum ſuperiori confundunt, à Clemente V. Aſiſii Epiſcopus adlectus eſt anno 1314. XXIII

20. CONRADUS *c* quondam Andreæ militis ex Canonico Peruſino à Capitulo in Epiſcopum eligitur in locum Theobaldi defuncti; confirmatur à Joanne XXII. 5. idus Octob. anno 1329. fato functus eſt, cum jus Aſſiſinatibus dixiſſet ad annum uſque 1337. ut ex reg. Vat. XXIV

c De hoc Oldoinus in Athen. Auguſt. & Jacobillus in Bibl. Umbriæ. Mand.

21. Fr. PASTOR Senaſcuderius Gallus, Ordinis Minorum Provincialis monaſterii Albiniacenſis, Doctor Pariſienſis, poſt mortem Conradi, à Benedicto XII. electus eſt anno 1337. Kal. Octobris, cum prius Pontifex electiones à Capitulo factas irritaſſet, videlicet Gentilis Abbatis Monaſterii de Patrono Ordinis S. Benedicti Nucerinæ Diœceſis, Gaufridii Colæ, Oddoſii Canonici Peruſini, Fratriſque Nicolai Fucii Aſſiſinatis Ordinis Minorum. Itaq; conſecratus Epiſcopus Paſtor Eccleſiam ſuam recturus in Italiam venit, ſed cum poſtea graviſſimis expediendis negotiis ejuſdem opera Pontifex uti vellet, illum in Gallias revocavit, tranſtulitque ad Epiſcopatum Ebredunenſem, atque ad Regem Galliæ legavit. Cæterùm tametſi Benedictus XII. interim fato functus eſſet, apud ſucceſſorem ejus VI. Clementem tantum gratiæ nihilominus Paſtor collegit, tantoque in pretio habitus, ut Senatoria Eccleſiaſtica purpura ab ipſo fuerit condecoratus anno 1350. ſub tit. SS. Sylveſtri, ac S. Martini in Montibus. Avenione deceſſit an. 1354. atq; apud Minores ſuos ſepulturam accepit. XXV

22. Fr. NICOLAUS Fucci, Petri filius, Aſſiſinas, Ordinis Minorum, unus ex iis qui à Capitulo Aſſiſinate poſt mortem Conradi fuerat electus, Paſtori ſucceſſit anno 1339. Idus Martii. Romæ Vicarius fuit, nomine Benedicti XII. Saxovivum Fulginatis ditionis monaſterium monaſterio S. Angeli de Limitano ſuæ Diœceſis adauxit, ditavitq; Deceſſit anno 1348. de eo Waddingus tom. 2. ex reg. Vat. XXVI

23. BERTRANDUS Lagerii de Figiaco, Gallus Arvernus, ex Minorum Ordine inſignis Theologus, Epiſcopus antea Adjacenſis in Corſica, translatus eſt ad hanc Eccleſiam poſt mortem Nicolai anno 1348. qui cum per 20. annos Aſſiſinatem prudentiſſimè rexiſſet Eccleſiam, in Galliis ad Glandatenſem demum pertranſiit Epiſcopatum anno 1368. anno verò 1371. à Gregorio XI. ſub tit. S. Priſcæ creatus eſt Cardinalis, atque in Hiſpaniam directus, ut apud Hiſpaniæ Regem de rebus graviſſimis fungeretur legatione. Aven. deceſſit Epiſcopus Card. Oſtienſis 6. idus Novemb. anno 1392. cum per ſummum dedecus XXVII.

VII.

(1) Verum in noviſſima Harduini Conciliorum editione Aſſiſienſis Epiſcopus, qui interfuit Lateranenſi Concilio an. 1179. non *Petrus*, ſed *Rufinus* dicitur, ſubſcribit utque *Rufinus Aſſiſinas*.

(2) Afferit Gamurrinus in opere de familiis Thuſcis, & Umbris tom. 1. pag. 169. Nicolaum de Draconibus Venturæ, atque Jacobus de Sciffis filium, Ord. Minorum alumnum, Patriæ ſuæ, Aſſiſienſem ſcilicet, declaratum Epiſcopum an. 1250. eumque in dignitate denatum an. 1279. multoſque hujus Epiſcopi Actus, atque Bullas cum in Archivo Cœnobii S. Franciſci ejuſdem civitatis, tum alibi reperiri conſtanter affirmat. Verum ex identitate nominis, atque Ordinis facile eſt deceptum fuiſſe Gamurrinum: & cum in antiquis illorum annorum monumentis Nicolaum legerit Epiſcopum, Nicolaum de Draconibus putaſſe, qui revera fuerit Anglus ille ab Ughello relatus. Certe dum ait Nicolaum de Draconibus obiiſſe Aſſiſienſem Epiſcopum an. 1277. cum anno 1274. Fr. Illuminatum illam ſedem occupaſſe ex Reg. Vat. ſatis apertè conſtet, & manifeſti in hoc erroris arguitur, & reliquis, quæ de eo refert, labefactat fidem.

Digitized by Google

VII. Antipapæ Clementi adhæſiſſet, ſepultuſque eſt A
apud ſuos Minores. Scripſit Bertrandus de ſchiſmate ſui temporis, & contra Hæreſes. Cōſule Waddiugum tom. 3. ac S. Archiepiſcopū Autou. par. 3. tit. 94. c. 10.

XXVIII. 24. Fr. IACOBUS, Ordinis Fratrum Minorum, antea Epiſcopus Fundanus ad Aſſiſinatem Eccleſiā translatus eſt 1368. 9 Kal. Febr. Deceſſit anno 1369. cum vix in Epiſcopatu annum expleſſet.

XXIX. 25. Fr. THOMAS de Racauio, Amerinus, Ordinis Minorum, cum S. Franciſci miniſter eſſet, Aſſiſii Epiſcopus electus eſt 4. Kal. Febr. 1369. Ameriæ deceſſit 1374. Sepultuſque eſt in Templo S. Franciſco ſacro ante Altare majus in pavimento, in quo ejuſdem perſpicitur effigies, cum Gentilitiis ſtemmatibus, quæ nulla inſcriptione condecorantur.

XXX 26. Fr. NICOLAUS (1) Petri, Ordinis & ipſe Minorum, electus anno 1374.

XXXI 27. LUDOVICUS reperitur debitum Cameræ Apoſtolicæ ſolviſſe ſervitium poſtrema die Decemb. 1379. Antipapæ VII. Clementis Aſſecla. B

XXXII. 28. ALDOVANDUS a Michelottus Peruſinus, ab Urbano VI. electus eſt anno 1381. ſed ab eodem Pontifice non multò poſt eadem exutus dignitate, quod VII. Clementis Antipapæ partes per ſummam ingratitudinem cōſectatus fuiſſet. Quam quidem privationem Bonifacius deinde ratam habuit, privatamque vitam Michelottus exegit uſque ad annum 1393. deinde cum obſequio Bonifacium IX. ſibi demeruiſſet, ab eo Cluſinus Epiſcopus eſt declaratus. Milleſimo autem quadringenteſimo quarto ad Eccleſiam Peruſinam ſuæ Patriæ translatus eſt.

a Al. Aldovardus. Vocatur tamen Alexander ab Oldoino in Athen. Aug. Mand.

XXXIII. 29. ANDREAS JOANNES (2) Guidius de Arciano, Oppido territorii Senenſis, Populoniæ, ac Maſſæ antea Epiſcopus, huc translatus eſt 1391. 6. idus Octobr. anno verò 1404. Montis Faliſci Epiſcopatum obtinuit.

XXXIV. 30 JACOBUS olim Aquinas Epiſcopus, deinde Soræ in Campania, an. 1404. Aſſiſii Epiſcopus declaratus eſt 4. Kal. Martii; ſed cum eam dignitatum commutationem non admiſiſſet, (3) Soranæ Eccleſiæ adminiſtrandæ omnem operam collocavit.

XXXV. 31. Fr. NICOLAUS Vanninius, de Aſſiſio, Ordinis Minorum, Innocentii VII. Pœnitentiarius, ſuæ C
Patriæ electus Epiſcopus eſt anno 1405. 2. Non. Februarii; cujus electionem Benedictus Vannii Monachus S. Benedicti monaſterii S. Benedicti Nurſiæ oppugnabat, quippe qui à Bonifacio Pontifice ad eādem dignitatem fuerat vocatus, tametſi nondum ratum diploma in Benedicti favorem prodiiſſet. Itaque fervente lite, liberum Nicolao non erat Epiſcopalia munera exercere, adeòque diuturnum tempus iis illa tenuit, ut Eccleſiaſticum propemodum tribunal videretur defatigatum. At vero Martinus V. ut peremptorio jure implicitam litem dirimeret, Tudertino, Peruſino, Nucerinoque Epiſcopis imperavit, ut quod olim Nicolao Minoritæ fuerat adjudicatum, deinceps geminata ſive ſententia, ſive juridica declaratione obſervandum decernerent. Quamobrem eorum ſententia, Nicolaus ea perplexa ſollicitudine liberatus, ſumma deinceps animi tranquillitate Aſſiſinatem Eccleſiam adminiſtravit b.

b Concil. Conſtantien. interfuit ann. 1416. 17.

XXXVI. 32. BENEDICTUS Vanni Stampius, de Actonibus Nurſinus, Monachus S. Benedicti, cum ſchiſ- D
mate diſtractis illis temporibus contra Nicolaum prædictum Epiſcopus Aſſiſinas fuiſſet electus, mordicus, quoad licuit, jus ſuum defendit. Sed cum deinceps, abrogatis tribus illis Pontificibus, quorum ſeditionibus univerſalis propemodum Eccleſia in poſtremum exitium videbatur adducta, Apoſtolica Sedes vacaſſet an. 1415. ipſe tanquam Aſſiſinas Epiſcopus pro ſuæ cauſæ legitimo procuratore inſtituit Fr. Nicolaum Florentinum S. Miniatis Abbatem, Ordinis Montis Olivetani propè Florentiam, contra Claramontem Gaſparis Boccii de Florentia, quod ipſum accidit die 13. menſis Novemb. Hoc procurationis inſtrumentū reperitur in Archivo Monachorum Montis Oliveti, quod nuper ipſe vidi, hoc eſt, anno 1636. in quo quidem exprimitur nomen, cognomen, patriaque hujus Benedicti, qui Aſſiſinas appellabatur Epiſcopus. Sed cum deinceps, Martino V. ſedente, ejuſmodi Epiſcopatus Nicolao fuiſſet adjudicatus, Benedictus uſque ad exceſſum Nicolai extra dignitatem illam privatam vitam exegit, donec Nicolao defuncto eam recuperavit. Anno 1457. aliquot altaria Eccleſiæ S. Victoris Bononiæ conſecravit, ſicut ex literato marmore parieti infixo perſpicitur.

AD. M.CLXXVIII. III. Non. Martii D. Jo. Epiſcopus Bonon. &c. conſecravit iſtam Eccleſiam, & altare majus ad honorem beatiſſimi Victoris martyris, & aliud Altare à ſeptentrione ad honorem B. Joannis Baptiſtæ, & aliud a meridiano ad honorem S. Laurentii. Quæ duo Altaria translata in anteriori parte Eccleſiæ conſecrata, & intitulata fuerunt, ut ſupra P. Benedictum Epiſcopum Aſſiſii. M.CCCCXXVII. die XX. Auguſti

33. DOMINICUS de Broſtellis Venetus, Aſſiſii Pontifex renunciatus eſt ann. 1429. poſtrema die Novembris Martino V. Columna imperante. Hic delegatus, ac Commiſſarius pro Eugenio IV. ſummo Pontifice fuit, ut cauſam diviſionis Monaſterii Corporis Chriſti Tudertinæ Civitatis Ordinis Ciſtercienſis, ab aliquibus attentatam recognoſceret. Ea originaria, ſcriptaque mandata delegatio Senis apud Patres Servitas adhuc aſſervatur, quam ego ipſe oculis uſurpavi an. 1391 b. Eam Eccleſiam rexit Dominicus uſq; ad an. 1444. deinde eo munere libens, volenſque abivit. XXXVII.

b Concil. Florentino præſens erat an. 1439.

34. FRANCISCUS de Oddis Tudertinus, Dominico ſupra memorato ſucceſſit anno 1444. pridie Non. Decembris. XXXVIII.

35. CAROLUS de Nepis c Aſſiſinas civis, à Pio II. electus Epiſcopus eſt, anno 1458. die exeunte Octob. de quo acta Conſiſt. XXXIX.

c De hoc lege Gamurrinum, tom. 1 pag. 395. ubi plura de familia de Nepis jaſſit. Mand.

36. BARTHOLOMÆUS Vagniſius Aſſiſinas Carolo demortuo ſuffectus eſt ann. 1460. Hic Vitetbienſibus jus dixit 1468. quo an. die 24. menſis Febr. ad Senenſium Rempublicam literas dedit, ut inter ejuſdē, eccleſiaſticaque confinia tranquillior pax perennaret. Hæc epiſtola cum pluribus aliis ejuſdem Epiſcopi in Senenſi Bicherna hactenus aſſervatur, quam an. 1631. ipſe vidi, lætatuſque ſum, quam qui maximè, me inde plura eruere potuiſſe, unde huic noſtro operi haud contemnendus decor accederet. In hujus Epiſcopi gentilitiis ſtemmatibus raſtrum eſt, campum ſcuti ex obliquo ſecans, ſupra quod tria lilia fulgēt. Deceſſit 1473. *die 10. Octob. ante oſtium Auſeriei fluminis in mari naufragatus, & fluctibus abſorptus eſt una cum Pharēſi, & Hortano Epiſcopis, quorum miſeriam refert Card. Papienſis epiſt. 534 ad Toletanum Decanum. XL.

* Ex App. tom. 5.

37. Fr. ANDREAS Ægidius d Aſſiſinas, Ordinis Minorum, Aſſiſinatium Pontifex adlectus eſt à Sixto IV. Pont. Max. an. 1475 e. 6. Kal. Decembris ut in actis Conſiſtorialibus. Superſtes fuit uſq; ad annum 1477. XLI.

d Vagniſius. e 1471. Luc.

38. BARNABAS de Benaſis à Monte Falcone Umber, Andreæ ſuffectus eſt 1477. 8. Kalendas Aprilis. De eo acta Conſiſtorialia. XLII.

39. FRANCISCUS Inſigna Ordinis Minorum Aſſiſinas, anno 1480. Aſſiſinatem Epiſcopatum adeptus eſt. Fulginatibus aliquandiu tulit leges, proque Card. Sabello Peruſiæ Vicelegatus fuit; vir utiq; magnæ exiſtimationis, ac literarum. Deceſſit 1496. ut in actis Conſiſtorialibus. XLIII.

40. HIEREMIAS Contugius Volaterranus, Card. Soderini familiaritate illuſtris, ab Alexandro VI. adlectus eſt 1496. die 8. menſis Februarii. Per annos 13. eandem rexit Eccleſiam, atque Archiepiſcopus Cirinenſis effectus in partibus infidelium, Aſſiſinati munere ſe abdicavit. Cumque rediiſſet in patriam, ibi tandem defunctus eſt, ſepultuſq; apud S. Franciſcum. XLIV

41. FRANCISCUS Card. Soderinus, poſt Hieremiæ XLV

(1) Nicolaus Sperelli Aſſiſienſis, Patriæ ſuæ Epiſcopus à Gregorio XI. creatus an. 1377. dicitur à Gamurrino de Familiis Thuſcis & Umbris tom. 2. pag. 297. Vide an iſte ſit idem cum Nicolao, quem refert Ughellus, quemque Petri appellat, cum Sperelli forte dicere voluiſſet. Mand.

(2) Hic vocatur Joannes Andreas Joannis Cini in libris publicis Vectigalium Senenſibus ann. 1396. fol. 203. ut teſtatur Ugurgerius in Pompis Senenſibus tom. 1. pag. 171. Mandoſius.

(3) At in Soranis n. 27 ad Aſſiſienſem tranſlatum fuiſſe abſolutè pronunciat Ughellus, ejuſque ſucceſſorem Antonium immediate enumerat: ſuſpicatur tamen in proxime ſequenti Jacobo hunc eundem eſſe cum prioris ex gubernaculis ſibi retentis prioris Eccleſiæ. Luc.

remiæ abdicationem hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1509. die 15. menſis Junii, illamque ex beneplacito Pontificio contulit in ſequentem.

XLVI 42. ZACHARIAS Contugius Volaterranus, Hieremiæ propior affinis, à Julio II. adlectus eſt 1509. 16. die Novembris, (,, *Cum eſſet Clericus annorum unius ſupra vigeſimum: adminiſtrator interim effectus,* ,, *donec ad idoneam deveniret ætatem, ut produnt A-* ,, *cta.* Lucent.) Hic non minus, quam Hieremias ejus anteceſſor bonorum artium ſcientia dicitur loclaruiſſe. Obiit an. 1526. (1)

XLVII. 43. SYLVIUS Paſſerinus Cortonæ Cardinalis, poſt exceſſum Contugii à VII. Clemente Aſſiſinatis Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator declaratus eſt ann. 1526. die 16. menſis Junii. Deceſſit 1529. plura de eo in Epiſcopis Cortonenſib.

XLVIII. 44. ANGELUS Martius Florentinus *a* VII. Clementis nobilis alumnus, (,, *Et continuus commenſalis* ,, *Sanctiſſimi,*) atque clariſſimæ, Sereniſſimæq; Mediceorum genti addictiſſimus, ab eodem Pontifice Aſſiſinatem Epiſcopatum obtinuit ann. 1529 die 10. menſis Novembris, rexitque eandem Eccleſiam uſque ad annum 1541. deinceps eo Epiſcopali munere ultrò, libenſque abivit. Reverſuſque Florentiam, Coſmo I. magno Etruriæ Duci viro incomparabili, in expediendis graviſſimis negotiis, magno uſui fuit. Siquidem inerat Angelo angelica propemodum perſpicacitas, atque dexteritas; itaque ponderabat agenda, ut appoſitis prudentiæ ſuæ momentis, vix unquam in irritum poſſe cadere viderentur. Qui cum 70. annum expleſſet, deceſſit Florentiæ, anno 1546. ſepultuſque eſt in templo D. Mariæ Annunciatæ prope majus altare, in nobiliſsimo marmoreo ſepulchro, ubi ad vivum ejus effigies inſculpta perſpicitur in cubitū erecta, cætera jacēs, in cujus laudes hoc epitaphium legitur exaratū.

a Volaterranus de S. Geminianne ejuſq; propterea elogium fit à Coppio de viris illuſtr. S. Geminiani pag. 78. Mand.

Angelus Martius Aſſiſinenſis Epiſcopus, ac 33. annis a Secretis Auguſtæ Mediceorum domus, illorumque alumnus, & in eam ob probitatem, fidemque aſcitus hoc ſibi vivens ſepulchrum confecit, defunctus, ut ſibi vivat, cum ante mortem amicis vixit annos lxx. obiit anno D. MDXLVI.

XLIX. 45. ANGELUS Archilegius Amerinus, Epiſcopus Marſicenſis, Paulo III*b*. in paucis charus, ab eodem Pontifice huc translatus eſt anno 1541. die 11. *c* menſis Fabruarii. Poſt duos annos ſui Pontificatus deceſſit, defunctuſque eſt deportatus in patriam, atque apud S. Franciſcum in ſuæ gentis ſacello S Martioo ſacro ſepultus cum epitaphio ſequenti.

b Cujus erat Prælatus Domeſt. Cubicularius, & antea ejus commenſalis.
c Die 4. Feb.

Angelo Archilegio Aſſiſienſi Epiſcopo vigilantiſſimo, viro omni juſtitiæ genere cumulato, qui Paulo III. Pont. Max. ſummopere gratus, & ejus aula, & curæ Victoriæ nepotis præfectus, eximia laude, utroque munere perfunctus eſt. Obiit xii. Kalend. Junii anno D. MDXLIII. ætatis ſuæ lxvii.
Trebonius, & Orgaritius Archilegii germani Pronepotes ex fratre Antioche poſuere an. D. MDCXIV.

L. 46. LUDOVICUS Magnaſcus Thuſcus è S. Flora, Caſtri Epiſcopus in S. Petri Patrimonio, à Paulo III. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1543. die 29 *d*. menſis Julii. Summa animi moderatione, cumque prudentiæ laude hanc Eccleſiam adminiſtravit per novem ipſos annos, factuſque ſenex, cum ſe Epiſcopali munere abdicaſſet, privatæ vitæ tranquillitatem & impensè amavit, & deinceps excoluit. Fuit Baſilicæ Liberianæ Vicarius. (,, *Prælatus Domeſt. & continuus commenſalis Papæ. Obiit ann.* 1552. Lucent.)

d 6. Julii.

LI. 47. TIBERIUS Mutus nobilis Romanus S. Mariæ in via lata Canonicus, poſtea S. Petri in Vaticano Hieracenſis primum Epiſcopus factus eſt, anno verò 1552. 9. Martii ad hanc pertranſiit Eccleſiam. Sed cum deinde tranquillioris, privatæque vitæ commodis captus, Epiſcopali munere exſolutus Romam ſe contuliſſet, poſt annos octo è vivis eximitur. In templo S. Marcelli ſuæ gentis ſacellum munificentiſſimè exor-

A navit, ſepulchralibus ſtatuis in eo collocatis, ſibique adhuc vivens, inſcriptum ſepulchrum ſtatuendum curavit; ſingulari pietate, rariſque moribus ſuo ſeculo enituit. Cujus quidem virtutes hac noſtra ætate hereditario quodammodo jure, viſi ſunt poſſediſſe. Tiberius, atque Valerianus, ille qui anno 1636. Viterbienſis Epiſcopus, & Cardinalis non ſine ſingulari mœrore Romanæ aulæ deceſſit. Hic qui Tifernas Epiſcopus dignitatem illam ſumma animi moderatione illuſtravit. Tiberius tandem cum anno 1562. ſuæque ætatis lxxi. vitam liquiſſet, hoc ſibi ſepulchrum ita inſcriptum poſteritati reliquit.

Tiberius Mutus, Epiſcopus Aſſiſienſis, anno ætatis ſuæ lxviii. ſalutis vero MDLV. ſibi poſuit, & gentilibus ſuis, ſacellumque ornavit, ac dedicavit.

48. GALEATIUS Roſcius Interamnas, præceptor S. Viti de Ruvarata Hoſpitali S. Joannis Hieroſolymitani Tranenſis diœc. electus eſt Epiſcopus Aſſiſii à Julio III. ſummo Pontifice 1554. die 8. menſis LII.
B Octob. Hic Tridentino Concilio interſuit, ubi & deceſſit *e* ann. 1563. 19. die Octobris, ibidemque ſepulchrum accepit. In Cathedrali Interamnenſi hæc ſpectatur marmorea inſcriptio.

e Laudatur ab Angelono in hiſt. Interamn. pag. 182. Mand.

Galeatius Roſcius Epiſcopus Aſſiſinates de ſuo inchoavit; ejus oſſa Ortodoxæ fidei defenſione ſacrata Tridentinum tenet, ſervatque, Interamna Patria deſiderante, invidenteque.

49. PHILIPPUS Gerius Piſtorienſis, Epiſcopus Iſclanenſis, ad Eccleſiam Aſſiſinatem translatus eſt, 1. die exordientis Martii anno 1564. qui & ipſe ſtatim Tridentum profectus eſt, ut ſuo ſuffragio celebrandum juvaret Concilium, ut in multis ſeſſionibus feciſſe narratur. Deſiit autem eſſe inter mortales an. 1575. Genuæ, cū ibidē moraretur eam Card. Morono Legato, à Gregorio XIII. miſſus, ut negotiis aſſiſteret. LIII.

LIV. 50. ANTONIUS de Laurentiis Politianus, demortuo Gerio ſuffectus eſt ann. 1575. die 22. ſeſe convoluentis Maii *f*, cum antea eſſet Epiſcopus Cæſarienſis, & ſuffraganeus Archiepiſcopi Piſani. Sedit au-
C tem tantum annos duos.

f Die 2. Decemb.

LV. 51. JOANNES BAPTISTA Brugnatellus * Bobienſis civis & Clericus, olim ſub Paulo IV. Bergomenſis Epiſcopatus Apoſtolicus Vicarius, dum Victor Superantius Epiſcopus eam adminiſtraret Eccleſiam, à Gregorio XIII. electus eſt anno 1577. die 21. menſis Julii. Deceſſit autem Gregorio XIV. Pontifice Maximo ſedente, ann. 1591.

** Ex App. tom. 5.*

LVI. 52. MARCELLUS Creſcentius Romanus, ab Gregorio XIV. Pontiſ. Max. ſublectus eſt anno 1591. die 30. menſis Novembris, qui per annos omnino 40. Aſſiſinatem rexit Eccleſiam; plenuſque dierum, meritiſque erga ſuam Eccleſiam, ſenex deceſſit 1630. menſe Auguſti, inque Cathedrali ſepulcrum accepit.

LVII 53. TIGRINUS Tigrinius *g* Lucenſis, intimus Cubicularius Papæ Urbani VIII. unuſque è Præſulibus, qui ſacræ viſitationis complent Senatum, ideoque Prælatus præcipuæ exiſtimationis apud omnes, ad Aſſiſinatem ſedem provectus eſt ab eodem Pontifice anno 1630. 23. Septembris. Deceſſit Patriarcha
D Hieroſolymitanus anno 1640.

g Al. Tegrinius Tigranius.

LVIII 54. MALATESTA Baleoneus Peruſinus, Piſaurenſis Epiſc. ad hanc ſedem translatus ann. 1641. 16. Sept. vivit adhuc, verendumque Epiſcopale onus paribus ſuppoſitis humeris urget cum dignitate. * Obiit poſtremus ſuæ familiæ ſub Innocentio X. anno 1653. (,, *Conſule Oldoinum in Athen. Auguſto, & Ja-* ,, *cobillum in Bibl. Umbriæ.* Mandoſ.)

** Ex App. tom. 5.*

ADDITIO.

LIX. (,, PAULUS *Æmilius Rondininus Romanus S. R.* ,, *E. Cardinalis huic ovili præeſſe jubetur ab Innocentio* ,, *X. die 5. Maji 1653. Corrigendus Oldoinus in Ciaco-* ,, *niano opere, qui Rondininum hanc Eccleſiam accepiſ-* ,, *ſe ſcribit ab Alexandro VII. Cæterum & Synodum* ,, *habuit, & Reginam Suecorum ſumptuoſiſſime exce-* ,, *pit, omneſque implevit partes Eccleſiaſtici Principis,* ,, *obiitque ſubita morte 16. Septemb. 1668.*

,, *Fr.*

(1) Nicolaus Oliva è [illegible] Ord. Min. Sacri Conventus S. Franciſci Aſſiſii cuſtos, ac conventus Venetiarum Regens à Leone X. Epiſcopus Aſſiſii electus dicitur à Jacobillo in Bibl. Umbriæ pag. [illegible] deceſſiſſe an. 1526. Quidquid ſit de ejus electione, ex ſerie horum Epiſcoporum hic non interrupta certum eſt ad hanc ſedem Nicolaum non acceſſiſſe. *Mand.*

Digitized by Google

LX ,, *Fr.* LUDOVICUS *Juſtinianus, nobilis Fulginas, Ordinis Servorum poſt varias præfecturas Magiſter Generalis ſacro hoc Solio dignatur poſt Roadinum, die 1. Sept. 1670. & omnibus charus ſui deſiderium fecit die 20. Junii 1685. quievitq; in Cathedrali.*

LXI. ,, FRANCISCUS *Card. Nerlius ingenti animi ſui generoſitate huic Eccleſiæ ut ſubveniret, eam ſibi conferri geſtivit die 1. Octobris 1685. quam maximo rerum proventu cum adminiſtraſſet annos 4. eam liberè dimiſit, gravioris in Urbe ut intereſſet Eccleſiæ bono. Purpurati hujus viri digniora facinora explicabimus, cum de Archiepiſcopis Florentinis ſermo inſtituetur.*

LXII. ,, CAROLUS *Salvatorius Spoletana Diœceſis, Cæſarei, Pontificiique Juris Doctor, Perpetuus Vicarius ſecularis Abbatiæ S. Petri Aſſiſienſis Ordinis S. Benedicti ex conceſſione Apoſtolica, vir integer vitæ, & ſeverioris diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſervantiſſimus, adeoque Aſſiſienſi Pontifici Cardin. Nerlio ſummo charus, cui cedenti annum agens 63. in hac ſede ſucceſſit 28. Novemb. 1689. ea tamen lege, quod vacet abbatialis Vicariatus. Paſcens ſuas oves, qua decet, pervigili cura, morte ſublatus eſt 13. Aprilis 1692.*

LXIII ,, *Fr.* JO. VINCENTIUS *Luchesinus Nobilis Lucenſis Ord. Servorum B. M. qui optimis diſciplinis, & multiplici ſcientia inſtructus, cum ipſe, quæ virtutum fluenta ebiberat, in alios diffudiſſet, ſacrarum literarum Magiſterio decoratus, plures egregiè peregit in ſuo Ordine præfecturas; donec ad Generalatum pervenit, Conſultor etiam adhibitus in ſacra Indicis librorum Congregatione, & Qualificator in eauniverſalis Inquiſitionis: hinc Infulas promeritus ad Raguſinum Archiepiſcopatum aſſumptus fuit 28. Novembr. 1689. Quod onus integra fama cum ſuſtineret, ad proximiorem S. Romanæ ſedi Eccleſiam vocatus eſt, ad hāc trāslatus Aſſiſiensē 13. Apr. 1693. Obiit an. 1698.*

LXIV ,, Fr. OCTAVIUS *Spader ex Epiſcopo Arbenſi Aſſiſienſis renunciatur 19. Decembr. 1698. Ord. Minorum de Obſervantia præclariſſimus Aſceta.* Luc.)

(,, *Obiit in Reſidentia an. 1715. Menſe Martio.*

LXV. ROGERIUS *Jacobetti Presbyter Aſſiſienſis, annorum 59 I.V.D. Canonicus antiquior Cathedralis Eccleſiæ Aſſiſienſis, qui pluries fuerat Vicarius Capitularis, & Generalis in eadem Civitate, creatus eſt Epiſcopus Aſſiſien. 29. Maji 1715. Obiit anno nondum elapſo, menſe Majo. 1716.*

LXVI ,, SIMEON *Marcus Palmerinus Epiſcopus titularis Heracleenſis, & ſuffraganeus ad exercenda Pontificalia in Eccleſia & Diœceſi Sabinenſi, translatus eſt ad Eccleſiam Aſſiſienſem 1. Julii 1716.)*

AVERSANI EPISCOPI.



IN Campania Felice, octo à Capua millibus, nova urbs viſitur AVERSA, veteris Atellæ ruinis ædificata Atellæ Silius, Strabo, Ptolomæus, Cicero, Vat-

Italia Sacra Tom. I.

A to, Agellius, Macrobius Juvenalis, Liviuſq; meminere multis in locis, præcipuè l. a 7. ubi Atellanos ab Senatu Collatiam migrare juſſos ſcribit. In collapſæ urbis(1) veſtigiis Robertus Guiſcardus Normandorum Dux (vel ut Pandulphus Collenutius lib. 3. hiſtor. appellat Raino, Triſtani Normanni ſucceſſor) quum Capuæ hinc, inde Neapolis imperio imminerei, Caſtra muniviſſe, novæque urbis initia poſuiſſe traditur, Adverſamque ab re, ut adverſus illa oppida excitatam, appellaſſe. (2) Hodie Averſa, vel Anverſa dicitur. Diruitque uſque ad fundamenta (3) Carolus I. Neapolis Rex, ob Rebuſæ gentis rebellionem, teſte Collenutio lib. 5. Deſcribit hanc urbem Julius Cæſar Capaccius Neap. hiſtor. Paulus Jovius lib. 4. Paucis etiam Baptiſta Mantuanus iis carminibus.

Appula Campano tellus ubi jungitur agro,
Eſt locus, Atella retinens cognomina priſca,
Sive Atella vetus, nam ſors mutata locorum,
Priſca Iovis dedit, & priſcis nova nomina terris.
Urbs in Colle ſedet, validis circundata muris,
B *Cive frequens, Pecorum locuples, gleba ubere dives.*

Epiſcopatus gaudet dignitate ab Atella translata ſub Roberto Guiſcardo, & Leone IX. Romano Pontifice primo Epiſcopo Azolino conſecrato. (4) Atellæ Epiſcopi numerantur S. Elpidius, qui ſub Arcadio Imp. vixit, poſt hunc Petrus, Felix, & Euſebius; mox diruta civitate, multiſque elapſis ſeculis, reædificatæ urbi Epiſcopus reſtituitur, Averſanuſque dicitur. Cui ſcribit Gregor. in cap de conſuetud. 8. diſt. Honorius III. in cap. de clericorum agru. Innocentius III. pluribus Epiſtolis, & in primo decret. ut Archiepiſcopo Neapol. obediat. At ille à primæva ſua inſtitutione ſub Romano Pontifice, à quo conſecrationis munus ſuſcipere conſueverat, prætendit immediatè ſubeſſe. Libet huc apponere Callixti II. diploma ab erudito Camillo Tutino Neapolitano nobis communicatum, ubi clarè patet Averſanam Eccleſiam immediatè Rom. Pontifici ſubiacere, ſic enim ſe habet.

CALLIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

C Ven. Fr. Roberto Epiſcopo Averſano; ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.

EX *Fratrum relatione comperimus, qui cauſam plenius cognoverunt, ab ipſo ferè ſuo principio Averſana Eccleſia Romanæ fideliter adhæſit Eccleſiæ, unde Romana ſibi Eccleſia eam, tanquam ſpecialem filiam, ſpecialiter vindicavit, & in ea Epiſcopos tanquam in aliis ſuis ſpecialibus Eccleſiis ordinavit. Siquidem D. prædeceſſor noſter S. memoriæ Leo Papa IX. primum ibi Epiſcopum Azolinum conſecravit, porro Urbanus Guimundum. Gelaſius Robertum Epiſcopos conſecravit, quorum nos auctoritatem, & veſtigia ſubſequentes, præfatam Averſanam Eccleſiam in ſolius Romanæ Eccleſiæ ſubiectione decrevimus conſervandam. Apoſtolica igitur auctoritate ſtatuimus, & perpetua ſtabilitate ſancimus, ut eadem Eccleſia Averſana in Romanæ Eccleſiæ unitate, atque obedientia perſeveret, eique ſoli tanquam ſuffraganea Metropolitanæ ſuæ ſubjecta ſit, ut in ea per Romani ſemper Pontificis manum Epiſcopus conſecraretur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ e-*
D *xemptionis &c.*

† *Ego Callixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
Ego Petrus Portuen. Epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Robertus presb. Card. tit. S. Sabinæ conſenſi.
Ego Benedictus presb. Card. . . . conſenſi, & ſubſc.
Ego Anaſtaſius Card. presb. tit. S. Clementis ſubſcr.
Ego Deſiderius presb. Card. S. Praxedis conſenſi, & ſubſcripſi.

X 2 *Ego*

(1) Id falſum, nam diſtat antiqua Atella ab Averſa ultro 2000 paſſuum, & uſque nunc dirutæ Civitatis integer circuitus, & munitionum ædificia cernuntur. *Lucent.*

(2) Id quoque falſum. Antiquiſſima ſiquidem monumenta, quæ in hujus Eccleſiæ Archivo aſſervantur, produnt t Raynulphum, ſeù Rantulphum Normandorum militum ductorem ſuffragaſſe contra Principem Capuæ Sergio Neapolis Duci; hinc habuiſſe in uxorem hujus ſororem, & pro dote Oppidum AVERSA ſub titulo Comitatus an. 1030 quo tempore primum excepit Normandam gentem Averſa. Anno ſubinde 1038 Conradus II Cæſar Raynulpho omnem Averſæ conceſſionem ratam habuit, moriturque cingitur Averſa Raynulphus ſucceſſorem excepit Aſclettinum fratrem an. 1046. Huic ſubrogatur Riccardus infans filius, in cujus minori ætate Averſam rexerunt Radulphus Campellus Cannarum dominus fato functus an. 1047. & Tincanottus Dominus S. Arcangeli, qui deviat anno 1060. Interim Riccardus ad juſtam ætatem cum perveniſſet, Averſam ſuſcepit regendam, tertiuſque dictus eſt Comes Averſæ, qui Capuam occupavit, & Princeps Capuæ acclamatur an. 1058. Robertus Guiſcardus circa an. 1060 ex Normandia in Italiam venit, cum jam Averſa urbs potens erat, & ſedes deſcendentium Raynulphi. Quis autem fuerit Averſæ conditor, & unde dicta ſit Averſa, ignotum. *Lucent.*

(3) Si Averſam funditus deleſſet Carolus, non extarent adhuc antiquiſſima, & nobiliora Averſæ ædificia, quæ ante Carolum proſtabant, Arx, Cathedralis, Templa, Cœnobia &c. Sævit Carolus tantùm in particulares perſonas, & bona quædam particularium, eorumque domos: quinimo elucet Caroli pietas & munificentia erga Averſanos in conſtructione præcipuè Cœleſtinorum conventus. *Luc.*

(4) Averſana Epiſcopalis dignitas quatuor olim Epiſcopales ſedes tenuit Atellanam, Liternenſem, Cumanam, Miſenatam. De his, earum, ut Epiſcopis in tom. X. agemus.

Ego Joannes presb. Card. tit. S. Griſogoni ſubſcripſi.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Euſebii ſubſcripſi.
Ego Petrus presb. Card. S. Marcelli ſubſcripſi.
Ego Petrus presb. Card. S. Mariæ Aracœli.
Ego Petrus presb. Card.
Ego Romoaldus diaconus Card. S. Mariæ in via lata.
Ego Stephanus diac. Card. S. Mariæ de Scola Græca.
Datum Beneventi per manum Griſogoni S.R.E. diaconi Card. Bibliothecarii, 8. Kal. Octobris, indict. 14. Incarn. Dom. 1121. Pontificatus Callixti II. an. ſecundo.

De Epiſcopis Averſanis ſcripſit Julius Cæſar Capaccius, ſed in multis mendoſè. Nos verò, tum ex aliis auctoribus, monumentiſque Romanis ſequentem confecimus ſeriem. (1)

A D D I T I O.

(,, *Averſa habet Cathedralem à Roberto Guiſcardo* ,, *III. excitatam, & a Jordano ejus filio terminatam:* ,, *Ita Diſtichon e Lapide fideliſſime proloquitur:*

,, Princeps Jordanus Riccardo Principe natus
,, Quæ Pater incepit, pius hæc implenda recepit.

,, *Sacra eſt hæc Eccleſia D. Paulo: eiq; inſerviũt 30. Canonici, e quibus primi ordinis sũt 4. dignitates, Decanatus, Cantoratus, Archidiaconatus, & ſubcãteratus: ordinis verò presbyteratus duæ præbendæ Theologalis, & Pœnitẽtiaria, poſtremi ordinis ſunt 7. Diaconi, & 5. ſubdiaconi. Omnes utuntur Rochetto, & Cappis magnis. His adſciuntur 12. Beneficiati, quibus Gregoriani cantus onus incumbit, & griſeis cappis utuntur, & in choro ad lectoralem librum 2. Acolyti inſerviunt. Sacrario 6. Clerici adſtant, & 30. Capellani, quibus cura in eſt Sacræ Liturgiæ explendæ. Redditus cujuslibet Præbendati Canonici eſt ejus monetæ Scutorum circiter 145. Presbyterorum 115. inferioris vero ordinis 70. Beneficiati 30. ſunt contenti. Capitulum ex Indulto Alexandri IV. & Neapolitanorum Regum, & demũ confirmante Carolo V. jus habet exercendi omnem civilem, & criminalem poteſtatem in forma Sacr. Canonum ſpatio 12. dierum cum occurrente die feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, quo temporis tractu celebres nundinæ in foro Averſano exercentur. Cathedrali proxime aſſurgit Epiſcopale Palatium. Animarum, quæ 10000. circiter numerantur, cura exercetur per 9. Parochias, inter quas Cathedralis, ubi præbendatis Canonicis incumbit, qui per inamovibilem Vicarium eã exercent. Monialium in Urbe cœnobia 5. ſunt præter duo conſervatoria, puellarum alterum, alterum Pœnitentium, & unum Virginum domicilium: Virorum ſeptem, & prope mœnia extra urbem 4. inter quæ illud S. Laurentii Ord. S. Benedicti Congreg. Caſinenſium omnes opibus, & antiquitate, quod ſunt qui contendũt à Boemundo Normando Antiochiæ Principe fundatũ fuiſſe ann. 1200. Virum Cœnobitæ ex ſuis monumentis in an. 900. primam fundationem rejiciunt. Exornatur præterea urbs Laicorum ſodalitiis 20. duobus hoſpitalibus, Monte Pietatis, & Seminario. Diœceſis ad 40. & amplius loca ſe extendit, & 40 animarum millium numerum excedit. Loca præcipua ſunt:* Caivano. Fratta maggiore. Giuliano. S. Antimo. S. Ciptiano. Frignano. Grande. *& hæc pluribus adornantur Eccleſiis tum Parochialibus, tum Regularibus. Cætera ita nominantur.* Cardito. Aptano. Carginario. Caſalnovo. Caſal del Prencipe. Caſaluce. Caſandrino. Caſapiſenna. Caſapazzana. Caſignagno. Caſolla di S. Auditore. Ceſa. Criſpano. Dngenta. Ferignano piccolo. Fratta piccola. Grecignano. Grummo. Iſola. Luſciano. Nivano. Orta. Poreta. Paſcarola. Pomigliono. Quagliano. S. Arcangelo. S. Elpido. S. Marcellino. Sucivio. Trentola. Tuberola. Tuberolto. Vico. *Civitatis Tutelares ſunt D. Paulus, D. Virgo Lauretana, & S. Martyr Sebaſtianus. Annui redditus Epiſcopalis menſæ 9000. circiter ducatorum ſummam efficiunt, eorum taxa eſt flor. 450.* Lucent.)

I. 1. AZOLINUS primus Averſanus Epiſcopus à Leone IX. conſecratus eſt circa an. Domini 1050. ſub Victore II. obiit.

2. VVIMUNDUS ſucceſſit à Victore II. conſecratus anno 1056. II.

* 3. GUALTERUS Averſanus Epiſcopus vitam liquit ann. 1063. potuit ſucceſſiſſe Vvimundo. III.

* Ex App. tom. 7.

4. GOFFRIDUS *a* interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ex Chronic. Anonymi Caſinen. (,, *Interfuit etiam Concilio Beneventano ann.* ,, 1075. *Ibi enim inſcribitur* Godifredus Tereſanus Epiſcopus: *atque Em. Card. Urſinus in Synodico Beneventano admonet legendum*, Godifredus Averſanus *ex mſ. Cod. Vaticano, qui Longobardico Charactere ſcriptus dicitur.*) IV.

a al. Goffridus.

5. GUISMUNDUS *b* Gallus Monachus S. Benedicti monaſterii Lodifredi in Normandia, Epiſcopus Averſanus, vixit Gregorio VII. ſummo Pontifice, ut ipſe teſtatur initio 1. libri de Euchariſtia. Scripſit de corpore, & ſanguine D.N.J. Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento. Nec ſolum veritatem confirmavit, ſed etiam argumenta contraria doctè, ſolidèque deſtruxit. Scripſit etiam confeſſionem de S. Trinitate, Chriſti humanitate, & Corporis Domini veritate, quæ extant in bibliotheca Patrum. Unum eſt (ut inquit Bellarminus de Script. Eccl.) in quo Guitmundus reprehendi ſolet, quod lib. 2. timuerit concedere, ſpecies ſacramentales verè poſſe corrumpi, & putrefieri, quod potuiſſet admittere, ſine ulla injuria corporis Dominici fieri. (,, *in monumentis hujus Eccleſiæ* ,, *ejus memoria protrahitur uſque ad an.* 1080. Lucent.) De Guitmundo Willelmus Malesburienſis lib. 2. de rebus geſtis Regis Angliæ, Baronius, & Wion, quem Italum fecit. An hic idem ſit cum Guitmundo ab Urbano II. in Epiſcopum Averſanum conſecrato, de quo in allato Callixti diplomate mentio habetur, an diverſus, proſſus ignoro; nam hic, qui ſcripſit contra Berengarium ſub Gregorio VII. Epiſcopus Averſanus, cui idem ſcripſit Pontifex cap. ſi conſuetudinem 8. dict. ante Urbani Pontificatum jam in Averſanum Epiſcopum conſecratus videtur. Potuit enim Guitmundo Guitmundus alter ſucceſſiſſe, ſi diploma Callixti haud ſuppoſititium fuiſſe dicamus (2) quod mihi valde ſuſpectum videtur; ibi enim inter cæteros Cardinales, qui ſubſcripſere, ſpectatur Petrus presb. Card. tit. S. Mariæ Aracœli, quem titulum inſtituit Leo X. anno 1517. fides ſit apud ipſum. V.

b al. Vvimundus.

(,, *Wimundus hujus nominis III. quem conſecraſſe* ,, *legitur Urbanus II. in diplomate Calliſti II. ab Ughello ſupra relato: & de quo dubitat Auctor.* Luc.) VI.

6. JOANNES poſt Guitmundum inter Averſanos Præſules reperitur à Capaccio relatus. (,, *Habetur in Archivo hujus Eccleſiæ conceſſio hujus tenoris.* Anno 1095. M. Octobri, Riccardus ſecundus ,, Capuanorum Princeps ann. 16. ſui Principatus in ,, perpetuum concedit, *& confirmat Averſanæ S. Pauli Apoſtoli Eccleſiæ quidquid ei à tempore Rannulphi primi Averſanorum comitis conceſſum eſt, vel ab ipſo, vel à ſucceſſoribus ſuis, Radulpho, Tincanotto, Riccardo principe avo, & Jordano Principe patre ipſius concedentis, & ab omnibus ejuſdem loci Baronibus, cum licentia Comitum, vel Principum, vel Vavaſſoribus cum licentia dominorum ſuorum conceſſum eſt, aut concedendum eſt, ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominationem præfatæ Eccleſiæ, & D. Joannis Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum &c.* Luc.) VII.

7. ROBERTUS à Gelaſio II. conſecratus circa an. 1119. ſubſcripſit bullæ Eccleſiæ Piſanæ Honorii II. anno 1126. * Hoc Præſule nobilis facta eſt Averſanæ Eccleſiæ donatio à Jordano Comite Capuano an. 1121. in hunc modum ab exemplari. VIII.

* Ex App. tom. 7.

In nomine Dom. N. J. Chriſti. Amen.

Nos Secundus Jordanus divina ordinante clementia Capuanorum Princeps, notum fieri volumus omnibus fidelibus noſtris, quoniam ob ſalutem & remedium animarum quondam Principum prædeceſſorum noſtrorum, Richardi ſcilicet avi, & Jordani patris, & Richardi, & Roberti fratrum, omniumq; parentum noſtrorum Eccle- *ſiam*

(1) Pauli Alexandri Averſani Civis & Epiſcopi, cujus in hac ſerie non meminit Ughellus, legitur Epitaphium apud Malvaſiam in compendio hiſt. Baſilicæ SS. Apoſtolorum pag. ni fallim, 90. & 100. Quem librum jamdiu à me viſum, cum in præſentiarum haud contigerit reperire, videant lectores, quem locum in hac ſerie ſibi vindicet dictus Riccardus.

(2) Hic Vvimundus, quem conſecraſſe legitur Urbanus II. in Diplomate Calliſti II. utique eſt alius à Vvimundo, qui ſcripſit contra Berengarium, ideoque inter Epiſcopos Averſanos Vvimundus III dici deberet. Nihil enim obſtat ſuſpicio orta ex ſubſcriptione Petri Aracœlani. Nam ex accuratiori inſpectione originalis documenti patet, quod legitur: *Petrus Presb. Card. tit. S. Suſannæ,* cujus vice... tranſcriptum eſt, *tit. S. Mariæ Aracœli*. Luc.

ſiam B. Pauli, quæ eſt mater in Urbe Averſana, honorare, & exaltare cupientes, per interventum quoque D. Roberti ejuſdem Eccleſiæ vener. Epiſcopi, precibus etiam noſtrorum dilectorum ſubditorum, Baronum VV. videlicet de Pirolo, Aymonis de Argentia, Rainaldi Lupini, Joan. de Docli, Hugonis de Fayda, Stantionis Viceprincipis, prædictæ Eccleſiæ S. Pauli Apoſtoli per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, & tradendo confirmamus Capellam noſtram S. Fidei in palatio noſtro Averſa ſitam, cum balneo noſtro juxta idem palatium conſtituto, villanis redditibus, pratis, caſis, fabricis, & infabricis cum terris cultis, & incultis, arbuſtis cum omnibus pertinentiis ſuis, ad poſſeſſionem ac poteſtatem, atque denominationem præfatæ Eccleſiæ S. Pauli Apoſtoli & memorati D. Roberti venerab. Epiſcopi, cunctorumque ſucceſſorum ejus, remota omni inquiſitudine, contrarietate, atque moleſtia omnium Principum ſucceſſorum noſtrorum, viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitis, Judicis, ſculdaorum, caſtaldiorum aliorũq; omnium mortalium perſonarum. Quod ſi quis hujus noſtræ donationis & traditionis paginæ contemptor aut in aliquo violator eſſe præſumpſerit; ſexcentas libras auri puriſſimi perſolvere, medietatem noſtro ſacro palatio & medietatem prædictæ Eccleſiæ ſancti Pauli Apoſtoli Averſanæ Sedis, & præfato domino Roberto ven. Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus, ſolutaque pœna librarum, hæc veſtra donatio firma, munita, atque inviolabilis remaneat in perpetuum; & ut hoc firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur manu propria illã corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſiona juſſimus inſigniri,

I
O
D R A
N
V
S

Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ Poteſtatis ſcripſi ego Philippus Palajus Judex in anno Dominicæ Incarnationis M.C.XXI. & primo anno principatus domini Jordani glorioſi principis Capuæ. Datum in urbe Averſana in menſe Martio per indictionem quartam decimam.

Ego VV. de Pirolo.
Ego Aymon de Argentia.
Ego Raynaldus Lupius.
Ego Joannes de Docli.
Ego Hugo de Fayda.
Ego Stantio Viceprincepe.

IX. („ ROBERTUS *alter Roberto ſucceſſit ex tabula-„rio hujus Eccleſiæ, ad quem extant literæ Calliſti II. „declaratoriæ omnis exemptionis Averſani Ovilis à „quolibet Metropolitico jure poſt Romanum de anno „1121. quo etiam anno legitur ipſi facta ſupradicta à „Jordano donatio. Vivebat adhuc an.* 1132. Luc.)

X. 8. JOANNES ſub Innocentio II. („ *Ex præfatis „documentis memoratur ab an. 1134. ad 1140.*)

XI. 9. JOANNES Joanni ſucceſſit Cœleſtino II. ſedente („ *Florebat an. 1142. & 1152. de quo etiam in „Caputaquenſibus. n.* 1. Lucent.)

XII. 10. GUALTERUS ſub Alexandro III. („ *Legitur Electus 1158. vivebat an.* 1178. Luc.)

XIII. („ FALCO *ex iiſdem authenticis vivebat anno „1180. & 1189.* Luc.)

XIV. 11. JULIUS ſubſcripſit privilegio Henrici VI. Imp. conceſſo Eccleſiæ Caſinenſi an. 1191.

XV 12. GENTILIS ſub Cœleſtino III. („ *vivebat „an. 1198. obiit 1217.* Luc.)

XVI. 13. BASINTIUS, ſeu Baſvius vixit Innocentii III. temporibus. („ *Alter Baſinus dicitur, memora-„turque ab an. 1217. ad 1219.* Lucent.)

XVII. 14. JO. Lambertus, de quo mentio in reg. Greg. IX. Hic mihi videtur Averſanus Epiſcopus ab Honorio III. ex Archidiacono Amalphitano conſecratus anno 1225. de qua re extat ejuſdem Honorii Archiepiſcopo, & Capitulo Neapolitano epiſtola 35. fol. 83. Dat. 5. Kal. Octob. anno 10. reg. Vat. meminit ejuſdem idem Honorius epiſt. 55. fol. 87. ibidem commendans inter alios Epiſcopos à ſe delectos in regno Neapolitano hunc Averſanũ; diploma eſt hujuſmodi.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Federico Illuſtri Romanorum Imperatori.

Certam nobis fiduciam tribuit innata tibi benignitas, ut facta pio intuitu, & Deo ſicut credimus placita, tua quoque ſint celſitudini placitura. Sanè videntes quod diutina Capuana, Salernitana, Brunduſina, Conſana, ac Averſana Eccleſiarum vacatio in grave non ſolũ rerum, ſed etiam animarum periculum redundabat, & attendentes, quod id nobis, & tibi imputabatur publice ab hominibus, ac ne imputaretur a Deo anxie metuentes ipſis Eccleſiis, & famæ, ac ſaluti noſtræ, tuæque ſimul curavimus providere ipſas Eccleſias reſpectu ad ſolũ Deũ habito de perſonis tibi merito acceptandis, utpote ſcientia, vita, & fama conſpicuis oriundis de regno, & tuæ ſublimati devotis, ac fidelibus ordinando Capuanum ven. fratrem noſtrum I. Patten. & Salernitanũ ven. fratrem noſtrum C. Famaguſtanum Epiſcopos, Brunduſinum vero dilectum filium Abbatem S. Vincentii de Ulturno, Conſanum ven. fratrem noſtrum, quondam Priorem S. Mariæ Novæ de Urbe, ac Averſanum ven. fratrem noſtrum quondam Amalfitanum Archidiaconum, ſine tuo præjudicio providentes de fratrum noſtrorum conſilio, in Paſtores. Rogamus igitur Serenitatem tuam, att. . . . & hortamur, quatenus Eccleſias ipſas, ſicut Imperialẽ clementiam decet, habens pro reverentia Dei, & animæ ſuæ ſalute propenſius commendatos honores ſuos, ac jura integra conſervando, prænominatos earumdem Paſtores, ita favore Imperialis gratiæ proſequaris, quod Celſitudinis tuæ Serenitas immerito debeat, Deo, & hominibus cõplacere, & ſpecialiter nos, ac fratres noſtri devotionem excellentiæ tuæ debeamus in Domino cõmendare. Ven. autem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Salernitanum exhibitorem præſentium nobis, & fratribus noſtris charũ ſuis exigentibus meritis, & acceptũ Serenitati tuæ præſenti pagina commendamus, rogantes, ut & ipſum vultu ſereno recipias, & ei gratiæ tuæ favorem, in quibus ſibi & Eccleſiæ ſuæ videris expedire favorabiles, & benignes impendas. Datum Reate 6. Kal Octob. an. 10.

Conceſſit Joannes Fratribus Minorum eccleſiam S. Laurentii, ſitam intra Neapolitanam civitatem, Eccleſiæ Averſanæ pertinentem, an. 1234. quam donationem Gregorius IX. confirmavit ſequenti anno, ut habetur in reg. eiuſdem Pontif. ep. 42 ३. f. 254. donationem recitat Waddingus in 1. tom. Annal. Minor. Joannis obitus dies memoratur 13. Septemb. in veteri Calendario cœnobii S. Mariæ de corpore Capuani. (1)

(„ *FEDERICUS ex authenticis hujus Eccleſiæ E-„piſcopus erat an.* 1254. Luc.) XVIII

15. SIMON de Paltineriisa, civis, & Canonicus Paduanus, Eccleſiæ Averſanæ Adminiſtrator conſtituitur per Innocentium IV. Datum Neapoli 15. Kal. Decemb. anno 12. qui fuit Chriſti 1254. hanc adminiſtravit Eccleſiam ad annum uſque 1260. quo ab Urbano IV. creatus eſt S.R.E. presb. Card. XIX.

a Al de Paltineriis legitur in veteri Pergameno Averſani Archivii.

(„ *JOANNES electus legitur Averſanus Epiſco-„pus an. 1259. Vivebat an.* 1264. Luc.) XX.

16. FIDENTIUS b ſub Urbano IV. Ducatus Spoletani Vicarius, & Eugubini Epiſcopi coadiutor, in reg. eiuſdem Pontificis memoratur, ep. 265. fol. 69. & ep. 137. fol. 182. anni Pontif. 3. 15. Kal. Junii, ſalutis verò 1263. obiit ſub Gregorio X. XXI.

b Al. Fideigratiis, vulgo Fidantia. florebat ann. 1268. & 1270. Luc.

17. ADAM, Rector Eccleſiæ de Bingo Ambianenſis diœceſis, eligitur demortuo Fidentio à Capitulo contra Petrum de Galgano Canonicum Averſanũ, qui electioni non multo poſt ceſſit; confirmatur à Joanne XXI. Dat. Viterbii, 5. Kal. Januarii an. 1. ſalutis 1276. ex reg. vatic. epiſt. 47. fol. 14. („ *Præfuit uſque „ad annum 1293.*) XXII.

18. LANDOLPHUS Brancaccius c Neapolitanus, Epiſcopus Averſanus poſt Adam, ex Capaccio. XXIII

c De hoc ſilent tabulæ hujus Eccleſiæ.

19. LEONARDUS Patraſſus, („ *Alatrina diœ-„ceſis,*] Bonifacii VIII. Patruus, Epiſcopus Alatrinus, („ *& Æſpinus,*) mox Averſanus d, translatus ab XXIV.

d Ex memoratur an. 1297. & 99.

Italia Sacra Tom. I. X 3 eo-

(1) Ex fragmentis Decretorum Gregorii IX. extantibus in tomo XI. Concil. Labbeanæ editionis ſcriptum legitur ad Antonium ſubdiaconum: cum difficultas exorta eſt ſuper executione teſtamenti I. . . Atellani Epiſcopi. Atellanum hunc Epiſcopum Initiali tantum litera I. . . deſignatum hunc Joannem ſuſpicor eſſe, cum vetus Atella jam penitus excidiſſet, & Averſa tanquam nova Atella ipſi ſucceſſiſſet. *Luc.*

eodem ad Capuanam Eccleſiam 8. Kal. Aug. an. 1300. A
pauloque poſt ſactus Epiſcopus Card. Albanenſis, de quo alibi plura. De eo Epiſcopo Averſano habetur mentio in privilegio Cœnobii Fontis Laureati, anno 1298. Idem fuit Epiſcopus Motonenſis; iterum *a* Eccleſiam Averſanam accepit in Commendam ann. ſeptimo Bonifacii VIII.

a Sed eo tempore ſequens Epiſcopatum tenebat.

XXV 20. PETRUS, („ *De Turrite Canonicus Paduanus*,) ex Epiſcopo Anagnino huc tranſlatus anno 1300. (1) 8. Kal. Aug. à Bonifac. VIII. Pontiſ. 9. ep. 275. ſol. 197. obiit 1309.

XXVI 21. PETRUS de Bolunesio Canonicus Belvacē. Caroli Siciliæ Regis Capellæ Magiſter à Capitulo electus, confirmatur à Clemente V. anno 1309. (2) ex reg. Vatic. ſactus eſt inde Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Eccleſiæ Averſanæ Commendatarius, per ceſſionem Leonardi Epiſcopi Cardinalis Albanenſis, Obiit anno 1324.

XXVII. 22. GUILELMUM, Ordinis Minorum, Epiſcopum Puteolanum, ad hanc ſedem tranſtulit Ioannes XXII. anno 1324. Kal. Junii, caſſatis electionibus Ricardi Tricaricenſis Epiſcopi, & Ligorii de Sueſſa Canonici Averſani a Capitulo celebratis. Obiit Guillelmus an. 1326. poſt cuius exceſſum Canonicorum Senatus, Petrum quendam de Mareriis Canonicum Aquilanum elexit, qui à Joanne XXII. reprobatus eſt; ita in reg. eiuſdem Pontificis anno 10. B

XXVIII. 23. Fr. RAYMUNDUS Gallus (3) de Mauſacco Marſilienſis, Ordinis Minorum, Epiſcopus Theatinus, tranſlatus ad Averſanam Eccleſiam anno 1326. 9. Kal. Martii. Obiit anno 1336. ex reg. Vatic.

XXIX 24. BARTHOLOMÆUS Archidiaconus Patracenſis, & Benedicti XII. Capellanus, in defuncti Raymundi locum, ab eodem creatus eſt anno 1336. 16. Kal. Aug. caſſata prius poſtulatione Capituli in contentione celebrata de Jacobo Epiſcopo Melfienſi, & Rogerio de S. Severino Canonico Neapolitano, ut patet in reg. Vat. ep. 352. anno 2. obiit anno 1341. („ *Nondum inauguratione ſuſcepta.*)

XXX. 25. JOANNES, Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis Cantor, à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Benedicto XII. anno 1341. 16. Kal. Januarii, Pontiſ. 7. epiſt. 454. regeſt. Vat. Idem memoratur in reg. Regio Neap. an. 1346. obiit anno 1357.* Natione fuit Siculus, cujus olim cum ſequenti epitaphio extabat memoria in Cathedrali, quod nobis tranſmiſit amicitiæ ergo, eruditus Sylveſter Ayoſſa Capuanus. C

** Ex App. tom. 5.*

Tegmine ſub iſto Siculi membra quieſcunt.
Noſſe velis lector, perlege ſiſte pedem.
Præſulis hic celebris requieſcunt membra Joannis,
Qui meritis vita clarus in Orbe fuit.
Larga Dei pietas Averſa præſulis iſtum,
Sublevat hic Clerum, ſublevat & populum.
Eccleſiæ tutor fuit inclitus, & recreator,
Pauperibus largus, vox monet ut Dominum,
Judicis injuſti, nec blanda nec aſpera verba
In lævam poterant hunc revocare viam.
Quem mors ſecum tulit, quæ nulli parcere novit,
Septembris menſe ſydere virgineo.

Referunt Averſani ex tumulo, & lapidea tabula, ubi hæc proſtabat inſcriptio, à quodam venerandæ antiquitatis oſore gradus presbyterii ante altare maximo peractos fuiſſe. D

XXXI 26. ANGELUS de Ricaſolis, nobilis Florentinus, Epiſcopus Soranus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus ab Innoc. VI. an. 1357. 2. non. Martii an. 5. ad Florentinam Eccleſiam aſcendit an. 1370. de quo ibi.

XXXII. 27. PONCELLUS Urſinus Urſi filius Romanus, poſt Angelum inauguratus eſt ab Urbano V. an. 1370. ex lib. proviſ. Prælat. ab Urbano VI. creatus presb. Card. tit. S. Clementis an. 1378. quam iterum interfecto Card. Marino de Judice regendam ſuſcepit; deceſſit anno 1395. 3. idus Febr.

A 28. NICOLAUS Epiſcopus Lucerinus, ab Antipapa Clemente VII. anno 1378. in locum ab ipſo remoti Card. Urſini in hanc Eccleſiam intruſus habetur in lib. oblig. ejuſdem Pſeudopontificis. („ *Sed ejuſmodi Nicolaum nec invenimus in ſerie Lucerinorum, nec de eo ullam mentionem faciunt monumenta hujus Eccleſiæ, cui ſi confirmari volumus, ſequentem proxime adnumeramus.*)

(„ BARTHOLOMÆUS *vel ab Urbano VI. ultro cedente Poncello, vel à ſchiſmatico Clemente erat Pōtifex datus Averſanis an. 1379. Hoc ſiquidem anno die 31. Januarii literas beneficiarias expedivit, eaſque notas Pontificatu Urbani; inſecuto menſe Februarii duo alias diplomata evulgat eadem ſubjectionis juſta formula inſignita. Alia mox expeditiones ſubſequuntur ejuſdem anni, quas à Pſeudo-Clemente auſpicatur, alia ſubinde recitantur de an. 1380. nullo Pontificatus Rom. decurſu adnotata.* Lucent.) XXXIII.

B 29. MARINUS de Judice *b* civis, & Archiepiſcopus Amalphitanus, mox Tarentinus, Eccleſiæ Averſanæ Commendatarius *c* ab Urbano VI. S. R. E. presbyter Card. creatus anno 1381. ſub eodem graviſſimas Legationes geſſit ad Reges, & Reſpublicas Chriſtianas, tādem læſæ Majeſtatis reus factus, Nuceriæ captus diu in carcere maceratus, tormentis cruciatus, Genuæ interfectus eſt an. 1385. de quo alibi. XXXIV.

b Seu de Vulcano.
c Ut patet ex lit. Urbani VI. eidem datis dum legatione Hungarica fungeretur. Luc.

30. ERECCUS, ſeu Arethus, Heretus vocatur in bulla Urbani VI Averſanus electus anno 9. Chriſti verò 1386. 18. Kal. Maii, dum eum in nonnullis terris eccleſiaſticæ ditionis Vicarium creaſſet, idem Urbanus, qui eidem Averſanam ſedem regendam tradidit, ſpoliorum collectorem conſtituit in Neapolitana Provincia. De eo mentio in lib. oblig. anno 1. Bonifacii IX. XXXV.

31. RAINALDUS Brancaccius Neapolitanus, Urbani VI. Cardin. hujus Eccleſiæ perpetuus Adminiſtrator à Martino V. factus anno 1418. moritur Romæ an. 1427. corpus Neapolim tranſlatum in eccleſia S. Angeli ad Nidum à ſe fundata jacet in nobili marmoreo tumulo. Præſul ſui ævi, ob præclaras legationes pro Romana Eccleſia obitas, memorabilis. XXXVI.

C 32. PETRUS Caracciolus Caſſanus, per ceſſionem Card. Brancaccii à Martino V. creatus an. 1422. id. Octob. ex lib. oblig. XXXVII.

33. JACOBUS ſucceſſit Petro anno 1431. *d* 16. Maii, ex eod. lib. eum rexiſſet Eccleſiam annis multis, deceſſit ſub Paulo II. („ *Obiit an. 1471. ex Actis hujus Eccl.* Luc.) XXXVIII.

d 1430.

34. PETRUS Bruna, à Paulo II. an. 1467. (4) 3. id. Maii huic ſedi præficitur, obiit an. 1473. XXXIX.

35. IO: PAULUS Vaxallus* Nobilis Neapolitanus, Præſulatum hunc adeptus eſt ann. 1474. *e* 3. id. Maii auctoritate Sixti IV. de quo nihil habeo compertum, niſi quod vita functus fuerit an. 1501. *Neapoli in Eccleſia Deiparæ Aſſumptæ Monachorum Montis Oliveti in marmoreo ejus tumulo ſequens ſpectatur epitaphium quod vivens prope Arnaldum patrem ſibi poſuerat. XL.

** Ex App. t. 1.*
e 1471. Luc.
** Ex App. t. 1.*

D *Joannes Paulus Arnaldi Vaxalli filius ex nobilitate Neapolitana Averſanus Antiſtes, cum D. Pauli patrimonium, Templumque piè, ac ſanctè auxiſſet, decoraſſetque, & monumentum intra ædem ſatis magnificum ſibi conſtrui juſſiſſet, paterna pietate ductus, ſepulchrum hoc vivens faciundum curavit, & in eo vita functus condi maluit Anno Chriſti M. D.*

In eodem ſarcogapho.

Antonio Vaxalli nobili Neapolitano, Pontificii, & civilis iuris perito, vigeſimo ſuæ ætatis anno, vita functo. Joannes Paulus Averſanus Antiſtes obſequentiſſimo nepoti, & ſuæ poſteritati ultimo, Poſuit an. ſal. M. D.

36. ALOYSIUS ab Aragonia, Ferdinandi Neapo- XLI.

(1) Si ſcripta hujus Eccleſiæ fideliter ſe habent: ideoque nullus locus hanc Eccleſiam Leonardo commendandi an. ſeptimo Bonifacii. Sanctius erit dicere ante ingreſſum Petri factum fuiſſe hujus Eccleſiæ commendatarium: ni forte Papa in conferendo titulo jus commendandi reſervaſſet. *Lucent.*
(2) Hujus Eccleſiæ monumenta Boloneſii Epiſcopale imperium non adſcribunt, niſi an. 1320. & fortaſſe vice Petri in Vaticano Regeſto legendus JOANNES qui ex iiſdem documentis præerat an. 1324. ideoque præponendus in ſerie Boloneſio. *Lucent.*
(3) Hunc fuiſſe non Gallum, ſed Italum, patria Theatinum, Albenſem primo Epiſcopum, inde Patrim fum, mox Averſanum, atque an. 1328. ſub Roberto Ducalem Cancellarium oſtendit Toppius in Bibl. Neapol. pag. 260. *Mandoſ.*
(4) Ex Chartulario Averſano in diuturniorem annum rejiciendus eſt, ſi per obitum ſucceſſit Jacobo. *Lucent.*

politaui Regis nepos, diaconus Card. S. Mariæ in A- A
quiro, ab Alexandro VI. creatus anno 1496. ab eodem, hujus Eccleſiæ Adminiſtrator 1501. 3. Martii factus, Epiſcopatu Legionenſi, Hieraceuſi, aliiſque ſacerdotiis auctus, Romæ deceſſit anno 1518. 25. Januar. ſepultus in æde S. Mariæ ſuper Minervam, cum hoc epitaphio iu marmorea tabula inciſo.

D. O. M.

Aloyſio Card. Aragonia Regum Neapolitanorum Ferdinandi nepoti, Alphonſique Primi pronepoti, qui vixit ann. xlv. menſ. iv. die xiv. Franciottus Card. Urſinus, ex teſtamento faciendum curavit, anno MDXXIII.

Ergo cuncta licet Lacheſis ſibi, nec datur ulli
Evitare ſuas improba poſſe manus.
Regibus ille atavis, Aloyſius editus ille,
Cui roſeus ſacro vertice fulſit apex;
Ille uni virtutis amor, cui contigit unus,
Qui contra hæc potuit vivere ſæcla, jacet,
Heu quot nos mortale genus ſperabimus annos, B
Si vita eſt ipſis tantula numinibus.

XLII. *a Al. Pannonus.* 37. SYLVIUS Pandonus *a*, Franciſci Venafri Comitis filius, Epiſcopus Bovianus, ad hanc Eccleſiam trauslatus à Leone X. cedente Aloyſio Card. die 21. Junii 1515. exceſſit è vivis anno 1519. 8. Febr. in priori Eccleſia Boviana ſepultus eſt prope aram maximam. Epitaphium verò tumulo inſculptum adſcribere abs re futurum non putavi.

Hac in tumba jacet Boviani, Averſaque Antiſtes Rev. Silvius Pandonus, Paſtor eximius, vita, ac morum dignitate inſignis, omnique virtutum genere præditus, qui ſacra religione præcinctus, poſtquam multa, variaque templa mortalium injuria, decurſuque temporum, jam diruta decoravit, Vita functus eſt viii. Februarii Anno ſalutis MDXIX.

XLIII 38. ANTONIUS Scaglionius Patritius Averſanus, vir in Curia Romana non ſolum ob nobilitatem, verum etiam ob doctrinam conſpicuus ſummam C
apud Leonem X. gratiam exiſtimationemque collegit, & ab eo an. 1519. Febr. 28. patriæ ſuæ Epiſcopatu, quem aliquot annis geſſit, ornatus eſt, cumque
XLIV *b Sigiſmundum.* libere eum in HERCULEM *b* Card. Gonzagam ceſſiſſet, paucis ille menſibus adminiſtrationi præfuit, eidemque Antonio an. 1524. 1. Iulii die cum regreſſu reſtituit: at ille cum ad annum 1528. eam Eccleſiam rexiſſet, libertatis, ac vitæ privatæ cupidus, menſe Septembri ſeſe munere paſtorali abdicavit. Ab ea abdicatione vixit annis 10. ac anno 1539. corporis vinculis ſolutus, ut ipſe optaverat, in Cathedrali Averſana, juxta ſepulchrum Paulelli Scaglionii, quondam Regis Ladiſlai Mareſcalli, ſepulchro conditus eſt. Petrus Urſinus multo poſt illius iu Epiſcopatu ſucceſſor, monumentum ſequenti inſcriptione decorum excitavit.

Antonii Scaglionii Patritii Averſani, generis claritate illuſtris, multarum virtutum laude inſignis, comitialis, pietatiſque cultoris egregii, ob gratiſſima obſequia præſtita à Leone X. ſummo Pontifice, ſua patria Epiſcopatu cohoneſtati, maximiſq; item aliis honoribus à Clemente VII. decorati, jam temporum injuria ſenſim præſtantiſſimi viri evaneſcentem memoriam Petrus Urſinus ſucceſſor, hoc monumento, reintegrandam tuendamque curavit. Obiit anno Domini MDXXXIX. D

Ibidē ad tumulū Paulelli hoc ſpectatur cœnotaphium.

Hic jacet magnificus miles D. Paulellus Scalionus de Averſa Seneſcallus Regii hoſpitii divæ memoriæ inclyti, & Illuſtriſſimi Principis, & D. D. Ladiſlai Hungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ Regis, &c. qui obiit anno Domini MCCCCXXII. die xv. Martii xv. ind.

Hæc Scaleonea familia clariſsima, Jacobi Antonii olim illuſtriſsimi equitis, qui materno genere ex Nortmanuorum Regibus trahebat originem, virtute effloruit, pluresque civitates, oppidaq; in Calabria obtinuit, præcipuiſq; dignitatibus fulſit. Radopertus Rogerii Regis temporibus an. 1141. Comeſtabilis extitit Henricus anno 1129. ſummus in magna Græcia Regis Dux creatus, Rogerus an. 1228. ſupremus in Regno Juſtitiæ præfectus, Franciſcus ſub Ludovico Rege an. 1396. regni Mareſcallus, Martorani, Scigliani, Piſcariæ, Grimaldi, Altiliæ, Rendæ, Sanctæfilæ, Piſſellæ, aliorumque locorum in eadem Calabria tenuit ditionem, quæ deinde ad poſteros propagata eſt. Nec mirùm ſi hic Antonius Epiſcopus, tanta apud Pontifices ſummos exiſtimatione, & auctoritate valeret, cū ii eximias ejus virtutes, proſapiæque claritatem præclarè noſſent, qua paterno genere Jacobū Antonium, materno Nortmannos Reges contingebat; nec ille tātam nobilitatem degeneri animi dimiſſione corrupit, immo eximiis virtutibus ornavit. Ingentes enim à majoribus hauſtos ſpiritus occaſionibus variis explicuit, ut cum Galli Duce Lautrechio regnum invaſiſſent, ille Regi ſuo Carolo V. Imperat. fide ſervata, tumultus exortos quantum potuit coercuit, populoſque ſuos in officio continuit; digniſſimus ſanè Præſul meliori fortuna, quam qua vivens uſus eſt, ac cujus memoria æternitati conſecretur.

39. POMPEJUS Columna Card. hujus Eccleſiæ Adminiſtrator factus ann. 1529. 23. Sept. poſt menſem ad favorem Fabii nepotis reſignavit cum regreſſu. XLV.

40. FABIUS Columna Octaviani filius, Proſperi *c* Card. nepos, Patriarcha Conſtantinopolitanus ſucceſſit anno 1529. die 24. Septemb. Romæ poſt annum 25. ſui Præſulatus ex hac vita migravit anno 1554. Apud majores ſepultus in Baſilica Liberiana commune habet epitaphium, cum Martio fratre hujus tenoris. XLVI *c Pompeji*

D. O. M.

Martio Octaviani Columnii F. viro magnanimo, militariſque artis ſcientia claro, qui vixit ann. XXXVIII. & Fabio germano ejus fratri Juris utriuſque Conſulto, Patriarchæ Conſtantinopolitano, & Averſa urbis Epiſcopo, Orithyia Pompeii Columnii Zagarolæ Ducis uxor Patri Patruoque amantiſſimis, & ſibi vivens P. anno D. MDLXXVIII. prid. id. Aprilis.

41. BALDUINUS de Balduinis de Barga, * Nobilis Piſanus, (1) („*Prælatus Domeſticus, & continuus* „*commenſalis Papæ.*) Epiſcopus Marianenſis, ad hanc ſedem translatus anno 1454. die 30. Martii. Interfuit Conc. Trid. defunctus eſt anno 1581. XLVII ** Ex App. tom. 1.*

42. GEORGIUS *d* Manzolus Bononienſis, Comitis Herculis filius, V. S. Ref. Camerini moderator, electus in ſucceſſorem Balduini à Gregorio XIII. an. 1581. 10. Maji, conſecratus eodem anno 16. Maji; annos præfuit 10. morti ſuccubuit 3. Martii 1591. ſepultus in Cathedrali apud anteceſſores ſuos. XLVIII. *d Al. Gregorius. De hoc agit Galeottus de Viris Illuſt. Bononien. par. 1. pag. 65. Mand.*

43. PETRUS Urſinus Romanus, antea Epiſcopus Spoletinus, huc translatus 5. Aprilis an. 1591. functus eſt 1598. ibidem tumulatus in eccleſia Servorum. XLIX

44. BERNARDUS Murra *e* („*Seu Bernardinus* „*Morra. In Actis conſiſtorialibus vocatur Presbyter* „*Hiporegienſis, Sedis Apoſtolicæ Notarius, Prælatus* „*Viſitationis Apoſtolicæ, & Secretarius Congreg. Super* „*negotiis Epiſcoporum, & Regularium.* Luc.) à Clavaſco Pedemontanus, ex Generali Vicario Archiepiſcopi Mediolanenſis, 9. Octobris 1598. electus a Clemente VIII. extremis diebus ejuſdem Pontificis exceſsit, cui Leo XI. eidem ſucceſſorem deſignavit Philippū *f* Guicciardinum nobilem Florentinum, Advocatum Conſiſtorialem; verum cum Leo 27. ſui Pontificatus diem vix attigiſſet, Philippi deſignatio evanuit, cum Paulus V. qui Leoni ſucceſsit, ſequentem elegerit in locum Bernardi. L. *e Bernardinus Morra vocatur ab Aloyſio Barello in memoriis PP. Barnab. pag. 451. ubi de eo mentio. Mand.* *f Aloyſium*

45. PHILIPPUS clara, ac nobiliſſima Spinellorū Neapolitana familia, ex Ducibus Seminariæ, & Principibus Cariati, ſub Clemente VIII. Colacenſis *g* Archiepiſcopus, ac Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ad Rodulphum Imperatorē Apoſtolicus Nuncius, ſumma peritia rerum, judicioque Cæſaris ſibi conciliavit gratiam. In Italiam revocatus Ferrarienſis Ducatus nuper ad Apoſtolicam ſedem revolutus Prolegatus declaratus, in eoque munere ita ſe geſſit, ut ab eodem Pon- LI. *g Coloſſenſis in partibus infid.*

(1) Non Piſanus, ſed de Barga, uti ego ſcripſi in Theatro Archiatrorum Pontificum. pag. 49 Fuit enim Medicus Julii III. Mand.

Pontifice Policaſtrenſis Epiſcopus, pauloque poſt S. R.E.presb.Cardinalis adlectus ſit anno 1604.Romam venit, & dignitatis ſuæ inſignia tit. S. Barthol omæi in inſula accepit. Comitiis Leonis XI. ac Pauli V. interſuit, veterique amico libenter ſuffragia tulit, à quo 6.Julii 1605.ad Averſanam Eccleſiam tranſlatus. Pervenit Spinellus ad aun. 1616. de omnibus ordinibus benemeritus, & Neapoli ex hac luce ſublatus die 25.Maji in eccleſia Conceptionis ſocietatis Jeſu conditus, in tumulo hoc legitur epitaphium.

Philippus Cardinalis Spinellus, ex Ducibus Seminariæ, & Principibus Cariati, Epiſcopus Averſanus hoc in templo cum Germanis voti compos conditur anno ſalutis

MDCXVI.

LII. 46. CAROLUS Caraffa, claris Neapoli ortus natalibus (,, *in Rom.Curia V.S.Refer.*) Card.Spinello datus eſt ſucceſſor à Paulo V. 1616. Coloniæ Apoſtolicus Nuncius ſub Gregorio XV.fuit.* Obiit anu.1644.

* Ex App. tom. 5.

LIII. 47. N. . . . Caraffa V.S. R. ſucceſſit Carolo eodem anuo 1644.die 13.Julii.

ADDITIO

(,, CAROLUS *alter ex eadem Caraffarum familia ,, Romæ natus ex Principe Rocella, & Diana Victoria ,, Pauli V. nepte V. S. R. & Prothonotarius Apoſtolicus ,, de numero Participantium, Clericali caractere duntaxat inſignitus, & qui primum Ferrarienſem exercuerat Vicelegationem, & ad præſens Bononienſem gerebat, ad Averſanum Thronum ſubvectus eſt 13. Julii ,, 1644.per obitum Caroli Patrui ſui. Cum apud Leopoldum Cæſarem Apoſtolici Nuncii partes impleret ab ,, Alexandro VII. inter S.R. E. cardinales adnumeratus eſt. Inde, cum jam antea reſignaſſet Averſanam ,, Eccleſiam in manus Sanctiſſimi, obiit an. 1680.die 19. ,, menſis Octobris.*

LIV. ,, PAULUS *Caraffa, Cler. Regul. Theatinus, varieque addibitus in ſui Ordinis præcipuis muneribus dum ,, moratur Romæ ab Alexandro VII. germano fratri ,, ſubrogatur 16. Julii 1665. ætatis annum agens 45. Monaſticos in tam ſublimi dignitate mores conſervans, ,, verbo, & exemplo ſuis ovibus eximiè profuit. Fabricæ ,, Commiſſarius Apoſtolicus in Regno Neapolitano onus ,, accuratiſſimè diū implet, Neapoli moritur die 7. Maji ,, 1686. Cadaver, illico Averſam delatum, ibidem ſolemnia funeris excepit, & in ſua Cathedrali ſepultum ,, eſt, quam antea nobili opere venuſtiorem fecerat.*

LV. ,, FORTUNATUS, *ex eodem florentiſſimo Caraffarum ceſpite natus, & ex eodem procedens thalamo, ,, quo in lucem prodiere Carolus, & Paulus proximè enumerati, ab Innocentio XI. cum S. R. E. Cardinalis an. ,, 1686. eſſet electus, adjecto 7. Julii 1687. Presbyterali ,, titulo SS. Io: & Pauli, eadem die Paulo in Averſana ,, Eccleſia ſucceſſor enunciatur. Suo ſuffragio Alexandri ,, VIII. inde XII. Innocentii Electionem juvit. Æmiliæ ,, Legatus abſens aliquandiu eidem præfuit Provinciæ, ,, qua ultro dimiſſa, dum gregis ſui cuſtodia vigilanter incumbit, obiit Napoli die 16. Januar. 1696. Ejus Cadaver Averſam delatum in Cathedrali tumulatū fuit.*

LVI. ,, INNICUS *Caracciolus, Neapolitanus, V.S.R. ,, Congregationum ſuper ſtatu Regularium, & Viſitationis Apoſtol. Secretarius, Abbas Commendatarius S. ,, Vincentii in Vulturno, in Subdiaconatus ordine tantum ,, conſtitutus, Averſanus Antiſtes eligitur 25. Febr. ,, 1697. Vulturnenſem Abbatiam, interveniente Innocentii XII. auctoritate, certis appoſitis conditionibus in ,, Caſinenſe Archicœnobium refudit.* Luc.) (,, *Hic ille ,, qui an. 1715. die 29. Maji à SS. D. Noſtro Clemente ,, XI. Cardinalis creatus, & in pectore reſervatus, declaratus fuit die 16. Decembris ejuſdem anni ſub tit. S. ,, Thomæ in Parione. Vivit adhuc, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ cultor, atque erga pauperes amantiſſimus gregem ,, ſuum fovet, & nutrit.*

AUXIMATES (1) EPISCOPI.



AUXIMUM *a* Piceni, antiquiſſima, ac nobiliſſima civitas, inter Æſium, Anconamque media in monte ſita eſt, diſtatque 10. milliaribus tantum à mari, cujus radices lambit fluvius Miſius. De ejus magnitudine, ſitu, dignitateque ita Procopius lib.2. Gothicarum rerum. *Urbs hæc Auximus Princeps eſt Urbium Piceni, quam Caput gentis Romanæ vocant; abeſt à litore ſinus Ionii ſtadia 84. ſitaque in edito colle, aditum habet in plano nullum, eoque hoſtibus prorſus inacceſſa eſt* hactenus Procopius. Itaque cum in eam præſidia jam contra Beliſarium gliſcentis belli Gothorum barbara gens contuliſſet, longam ſanè obſidionem ex arduitate loci, obſtinataque cupiditate vincendi contra eundem, non ſine hoſtium detrimento, ut idem affirmat Procopius, tolerare potuerunt. Haud ſcio tamen, qua ductus auctoritate Græcus auctor Picenatium urbiū Auximum Principem vocet, Caputque gentis, cum potius apud pleroſque conſtet antiquos ſcriptores Aſculum, ut ſupra docuimus, ejus dignitatis, potentiæq; tuliſſe cognomen. Adhuc tamen multa antiqua monumenta, marmora, æraque inſcripta ſpectantur, unde Auximanæ nobilitas, ac magnitudo facilè colligi poſſit; etenim, ſi Paterculo ulla fides lib.1. Sergio Sulpicio, Lucioque Cotta Coſs. ab Urbe condita dcviij. ante vero Chriſtianam fundatam ſalutem 144. Auximum Colonia Romanorum fuit. Municipium etiam appellatum eſt, ut antiquiſſimæ produnt inſcriptiones. Livius hanc civitatem Oximum appellat, in lib. 4. narrans Cenſores, Collatiæ, Oximæque injeciſſe muros. Lucanus verò cauſa metri Græcanica inflexione illam Auximon appellat, cum in 2. ita inquit.

Ut admotæ pulſarunt Auximon Alæ.

a Sive Auximinus, & Oximum: vulgo Oſimo, vel Oſmo.

Ejuſdem meminit Cæſar in Commentariis, Plinius, Strabo, Ptolomæus, Plutarchus, Blondus, aliique recentiorum quamplures. Hæc civitas fortunam Romani Imperii tandiu ſecuta eſt, quamdiu Romanæ opes, potentiaque ſtetere. Cum Romani Imperii ruina, & ipſa miſerabiliter concidit, ex cæterarum Italicarum civitatum more paſſa latrunculorum tyrannidē, qui illam verius depopularentur, quam iis leges præſcriberent, quibus ſemel tyrannidi fræuū injeciſſent. In quibus Boccalinus Guzzonus poſtremus fuit, qui in Auximates cives tyrannidem dicatur exercuiſſe. Quo demum excuſſo Eccleſiaſticum jugum Innocentio VIII. ſedente libenter accepit Auximum, ſub quo hactenus, & deinceps feliciſſimè conquieſcit. Conſtat Auximates adeò ubique, & ſemper libertatis fuiſſe amantes, ut etiam nunc die 29. menſis Auguſti ſolemni ritu, publiciſque inſtitutis ſupplicationibus, Franciſci Sfortiæ Auximi quondam tyranni fugam celebrent. Verùm ex martyrio, quod Auximi S. S. Siſinnius, Diocletius, Florentiuſque temporibus Diocletiani feliciter percurrerunt, conjectura, & quidem non inſulſa eſſe poteſt, tunc ipſum Auximum lucem Evangelicam hauſiſſe, cum cæteri Picenates ab Apoſtolorum diſcipulis ad Chriſtum perducti fuiſſent. Tametſi non negemus, uſque ad tempora Innocenti I. 402. Idololatriam ibidem perſeveraſſe, quam deinde S. Leopardus primus ejuſdem civitatis Epiſcopus, miſſu I. Innocentii Papæ, prædicatione, exemplis, patratiſque miraculis, viſus eſt jugulaſſe. Auximi Epiſcopus pro Metropolitano Pontificias faſces proximè reveretur, adorat, inter

(1) Modò Auximani, Auximenſes Auximatenſes quandoque nuncupati reperiuntur. *Luc.*

inter Romanæ Provinciæ Præſules numeratus. Ejus juriſdictio ſatis latè fines extendit, cui olim unita fuit Cingulana civitas priſcis illis temporibus Epiſcopali dignitate ornata, ut ex epiſtola decretali Vigilii Papæ habetur tom. 1. par. 2. epiſt. decret. & refertur à Baronio tom. 7. an. 553. in ea enim memoratur Julianus Cingulanus Epiſcopus, eidemq; ſexto loco ſe ſubſcribit. Cingulum in Piceno eſt antiquiſſimum, ac opulentis civibus abundãs, nempè ex ædificatum, ſive reſtauratum à T. Labieno C. Julii Cæſaris Legato in bello Gallico annis 42. ante adventum Chriſti, in quo ad ſupra 10. millia hominum cenſentur, & ſub ſe habet tria caſtra muris circumdata, quibus jus dicit, & 12. Villas, necnon inſignem Collegiatam cùm 12. Canonicis, Præpoſito, & Archipresbytero, tria magna Monialium monaſteria, quorum alterum Ord. Ciſtercienſis habet juriſdictionem temporalem ampliſſimis, ac antiquiſſimis privilegiis ornatum, inſignem magiſtratũ in publico palatio ab immemorabili tempore commorantem, & præter innumeros, quavis facultate eruditos viros, qui in eo floruerunt, & nunc florent, tum nobiles Hieroſolymitani, S. Jacobi Calatravæ, ac S. Stephani Religionum equites, rũ verò Antiſtites, de quibus alibi plura *a*. Cathedralis Auximana, ut pulchritudine nitet, ſic ſacerdotũ numero nulli videtur ſecũda.

a Et nos in X. tomo fuſius agemus.

A D D I T I O.

(„ *Cathedralis Auximana dicata eſt S. Theclæ Virgini Martyrique: duas dignitates Archidiaconatus, „ & Archipresbyteratus adnumerat, Canonicos 12. inter quos eſt Pœnitentiaria, ac aret Theologalis; in ea exercetur cura animarum per duos Sacriſtas: fons Baptiſmalis ſervatur in proxima Eccleſia S. Joannis: habet „ plurima corpora Sanctorum, & nobile palatium pro „ Epiſcopo, gaudet ſeminario, Monte pietatis, & Xenodochio: plures enumerat Parochiales Eccleſias, plura „ virorum, & duo Monialium Cœnobia. Diœceſis eſt longitudinis 20. m. p. latitudinis 12. m. Taxa antiquior eſt „ fl. 200. altera 237. ſeu 270. annuus cenſus eſt ſcut. ſex „ millium. In urbe 8000. mortalium capita, in reliqua „ diœceſi fere 18000. ſubſunt. Loca ex quibus coaleſcit, „ ſunt:* Cingoli. Monte Filatrano. Staffolo. Appignano. Monte ſano. Affagna. *Lucent*)

Præſulum Auximatum ſeriem, uſque ad annum 1480. Gaſpar Zachius ejuſdem civitatis quondam Epiſcopus ſatis diligenter compoſuit, explicuitque, ex cujus diligentia, diverſorumque monumentorum ope hanc quæ ſequitur, uſque ad noſtra tempora, majori qua potuimus ſolertia, protulimus.

I. 1. S. LEOPARDUS natione Germanus, ſanctoque Martino coævus, ut S. Romana loca piè inviſeret, aviditateque martyrii patria digreſſus eſt, cumque Romam veniſſet, ibique Innocentio I. Pontifici ejuſdem ardor fidei innotuiſſet, ab eodem aliquot Romanas Eccleſias juſſus eſt moderari; declaratuſque deinde Auximi Epiſcopus, ibi cum Evangelii ſemen ſparſiſſet, brevi totam civitatem, poſt cultum Idolorum planè deviam, ad finem Chriſti perduxit, idolorum fanis everſis, Deiparæque Virgini templis, ariſque ſtatutis. Igitur cum ingentia ediidiſſet miracula, ſanctumque Martinum excepiſſet hoſpitio, poſt 40. omninò annos ſuæ adminiſtrationis evolavit ad cælum die 7. menſis Novembris, tumulumque accepit in majori templo, ubi ejus feſta dies ſolemni ritu celebratur tanquam Divi tutelaris ejuſdem civitatis.

II. 2. VITELLIANUS ſecundus Auximas Epiſcopus, Leopardo ſucceſſit, ſeditque annos 33. non ſine opinione ſanctitatis deceſſit; in Cathedrali prope ſacratium tumulo exceptus eſt.

III. („ FORTUNATUS *tertius loco nobis occurrit è „ Concil. Rom. habito à Martino I. in cauſa Monothelitarum an. 649.* Lucent.)

IV. 3. JOANNES Sexto (1) Concilio Conſtantinopolitano interfuit celebrato, ſub Agathone Papa anno 608.

V. 4. VITELLIANUS, ejus nominis II. interfuit Concilio à Zacharia Papa celebrato apud S. Petrum, anno 12. Regis Luitprandi. Chriſti verò 742 *b*.

b Vel 713. mente Septemb.

VI. 5. GERMANUS anno 826. in Concilio Romano ſub Eugenio II. apud Baronium.

6. ANDREAS reperitur Concilio Romano interfuiſſe, à Leone IV. congregato, ut lapſis eccleſiaſticis moribus opportuna medicina adhiberetur, anno 853. ut Anaſtaſius Bibliothecarius narrat. VII.

7. PETRUS ſubſcribit donationi factæ Monaſterio S. Crucis, à Theodoſio Epiſc. Firmano, an. 887. VIII.

(„ ATTINGUS *ſeu Aſtingus adfuit Concil. Ravenn. an. 967.* Lucent.) IX.

8. LEONARDUS, teſtis in ſententia data ad favorem eccleſiæ S. Floræ Aretinæ, anno 1. Othonis III. qui fuit ſalutis 983. extat in archivo Abbatiæ S. Floræ. X.

9. * GISLERIUS Epiſcopus Auximanus, floruit anno 1037. ut refert Rubeus in hiſt. Ravenn. lib. 5. de quo nil aliud reperitur. XI.

** Ex App. t. 2.*

10. LOTHARIUS memoratur in bulla Alexandri II. Eccleſiæ Foroſempronienſi conceſſa 1062. XII.

11. GISLERIUS Auximi Epiſcopus, quem Petrus Damianus Card. epiſtola 0. 4. hortatur, ut ſpreto ſeculo, Deum impenſius, pieque colat. lib. 4. epiſt. prædeceſſoris hujus tempore obitus Leo IX. ad Auximanos ſcripſit epiſtolam, qua poſt obitum Epiſcopi expilatores domum Epiſcopatus redarguit; habetur inter ejuſdem Pontificis epiſtolas n. 3. apud Binium tom. 3. Concil. par. 2. * Ad Gislerium hunc Auximanum Epiſcopum ſcribit S. Petrus Damianus opuſculum adverſum Epiſcopum Monachos ad ſeculum revocantem, quod extat tom. 3. operum ejuſdem Sancti ſtudio, ac diligentia D. Abbatis Cõſtantini Cajetani. XIII.

** Ex App. tom. 1.*

12. GUARNERIUS, anno 1150. * Hunc Guarnerium vocant ex nobili Guarneria Auximana familia natum, quæ viros illuſtres dedit, inter quos fuit Franciſcus ſub Sixto IV. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, vir clariſſimus. Cæterum Guarnerius, ut auctor vitæ S. Vitelliani ſcribit, Eccleſiaſticam diſciplinam ſolutiorem aſtrinxit, ſummoque zelo divinum m. D. Vitelliani Epiſcopi Auximani officium celebrãdum novo decreto ſtatuit, quod hucuſque ſolemni ritu agitur in Eccleſia Auximana die 16. Julii. XIV.

** Ex App. tom. 7.*

13. GENTILIS, Laterano Concilio interfuit ſub Alexandro III. 1179. Hic ille eſt, qui ſumptuoſo opere novam Cathedralem conſtruendam curavit, erecto in ea ſacello, quod Sancta Sanctorum placuit appellare, majuſque eius templi altare Deiparæ Virgini conſecravit, ibidemque corpora SS. Victoriæ, Coronæ, atque Philippæ, quæ ex Alexandria Ægypti ad Nomanam Civitatem delata fuere, deinde ad Oppidum Fidardum, ubi propemodum ingloria jacuerant ad eam diem, in Auximate, inquam, cathedrali honorificentiſſimè collocavit. Uſque ad Cæleſtini Pontificis tempora Gentilis vitam produxit. Teſtis fuit donationis Henrici VI. factæ Bernardo Archidiacono Aſculano anno 1195. 4. id. Aprilis, * Gentilis vero intuitu comes. Albertus Carvoncellus Athonis filius, Eccleſiæ Cathedrali S. Leopardi oppidum Inſulæ in perpetuum poſſidendum tradidit. Ejus donationis documentum in archivio ejuſdem eccleſiæ aſſervatur tenoris ſequentis. XV.

** Ex App. tom. 2.*

In Dei nomine Amen.

Ab Incarnatione Dom. Ieſu Chriſti 1199. tempore Innocentij ſummi Pont. univerſalis Papæ Imp. non exiſtente, & de februarij indictione 2. Auximi civit. ego Albertus filiuſque comitis. Astoni Carvoncelli renunciamus in hoc facto omni exceptioni, & omni legum auxilio, & omni privilegio incumpetenti, & competituro ratione rei, vel perſonæ pro mera, & ſpontanea bona voluntate do, trado, & concedo vobis D. Gentili Auximanæ Eccleſiæ Epiſcopo, & veſtris ſucceſſoribus dictæ Eccleſiæ, & vobis D. Astoni Poteſtati Auxim. & veſtris ſucceſſoribus pro com. Auxim. idem caſtrum Inſulæ, delere a noſtro comitatu ſua jura cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum omnibus caſtellanis, & habitatoribus prædicti caſtri, tam præſentibus, quam futuris impoſterum & juriſdictionem, & dominium prædicti caſtri, & omne jus, quod habeo in prædicto caſtro, & in omnibus ſupradictis, & promitto, & confiteor tenere, & cuſtodire prædictum caſtrum bona fide, ſine fraude pro vobis & facere ex prædicto

(1) Interfuit Synodo Romæ habitæ pro Conc. C.P Sexto, ibique Auximatenſis nuncupatur. *Lucent.*

dicto caſtro cum habitatoribus ejus, & pertinentiis ſuis, pacem, & guerram, cuicumque, & quandocumque volueritis, & ſimiliter promitto facere vobis exercitum, parlamentum admandatum, & præceptum veſtrum, veſtrorumque ſucceſſorum, & promitto pro me, & meos hæredes atque ſucceſſores vobis D.Gentili Epiſcopo prædicto, veſtriſque ſucceſſoribus nomine dictæ Eccleſiæ S.Leopardi unum pallium de ſeta valens 40. ſolidos Luc. bonæ auratæ monetæ. Et ſi ego prædictus Albertus, aut mei hæredes, vel ſucceſſores, hæc omnia quæ ſuperius habentur in aliquo non obſervaverimus, aut adimplere noluerimus, promitto per me meoſque ſucceſſores vobis D.Gentili Epiſcopo prædicto & D. Attoni ſolvere vobis, aut veſtris ſucceſſoribus pro prædicta Eccleſia, & communi prædicto centum marcas auri puri argenti, & poſt pœnam datam, & ſolutã promitto per me meoſque ſucceſſores, vel hæredes omnia, quæ ſuper habentur firma, & rata in perpetuũ obſervare, & adimplere. Inſtrumentum hoc Epiſcopo Albertus affirmavi per ſacrum Evangelium corporaliter præſtitũ omnio, quæ ſuperius habentur, & obſervare in perpetuum. Hæc acta ſunt in præſentia Simonis Petri, Ioannis Bonioannis, & Attonis Giſmundi Bernardi, Andreæ Juncti, Alberti Bonfilij, Guillelmi Joannis ſenioris & aliorum multorum, &c. Thomas Auxinæ civit. Not. interfui, ſcripſi, & complevi, &c.

Loco † Signi.

Quo etiam Præſide Cingulani cives caſtrum S.Vitalis aliave loca Eccleſiæ S. Leopardi reddiderunt anno 1204. id conſtat ex ſequenti monumento ab eodem archivio deſumpto.

In Dei nomine Amen.

Anno ab Incarnatione D.N.I.Christi 1204. nono die exeunte menſe februarii indict. 7. Aux. civit. tempore D. Innocentii ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ nullo Imp. Rom. exiſtente Imperio. Ego Iacobus de Lornano Poteſtas Cinguli una cum conſiliariis, & hominibus C. Cinguli promittimus, & deſuper nos præd. hujus præfati C.Cinguli juramus juramento Evangeliorum corporaliter præſtito reſtituere, & reddere atque dare omnes poſſeſſiones, omniaque jura, & conſuetudines pertinentes ad Eccleſiam S.Leopardi Vobis D.Gentili præfatæ Eccleſiæ Epiſcopo, ac veſtris ſucceſſoribus futuris, & in omnibus ſuprad. juramus, & promittimus obedire, & ſtare ad veſtrum mandatum obſervandum, & omnia ſupradicta juramento firma, illibataque perpetuo obſervare. Inſuper promittimus, & juramus infraſcripta videlicet caſtrum S. Vitalis, Eccleſiæ S.Leopardi, & communitatis Aux. cum hominibus de Trevizano, qui ibi habitant, & cum cæteris Caſtellanis ibidem habitantibus, & cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis eorum ſalvo jure, & conſuetudine homines ipſi nobis facere debent, & prædictis hominibus præſtitiſſe juramento firmam pacem tenere, & perpetuo obſervare, & omni modo iuramus, & quietamus Eccleſiæ ſupradicti S. Leopardi, & Aux. civit. caſtrum Cerlonai, cum omnibus hominibus ibidem habitantibus, cum omnibus etiam poſſeſſionibus, & bonis eorum, & ſimiliter juramus, & damus caſtrum Arcionis prædictæ Eccleſiæ S.Leopardi, & præfatæ com. Aux. cũ omnibus hominibus præfati Caſtri, & cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis eorum, & deſuper juramus reddere omnes caſtellanos, & homines caſtri Arcioni, quos per vos habemus Com. prædicta ad habitandum in Caſtro Arcionis reſervato præcepto Gotibaldi Poteſtatis Aux. de eo quod nos Cingulani concedimus quibuſdam caſtellanis de Arcione. Inſuper juramus, & promittimus quod promittemus, & concedemus com. Aux. & Alberto comiti reficere, & reædificare pacifice caſtrum Inſulæ, & promittimus, & juramus reddere, & dare com. prædictæ univerſos homines caſtri prædicti cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis eorum ad habitan. in præfato caſtro. Inſuper juramus, & promittimus reddere univerſas poſſeſſiones, jura, & conſuetudines Alberto comiti, & aliis hominibus prædicti caſtri, quas vel quæ ipſi habuerunt uno menſe ante guerram inceptam, quam nobiſcum fecerunt. Et deſuper quietamus, & concedimus, & damus Eccleſiæ S.Leopardi, & com. Auximi prædictum caſtrum Inſulæ cum omnibus hominibus, & futuris caſtellanis, & cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis eorum. Inſuper pro-

A *mittimus, & juramus facere, & tenere perpetuam firmã pacem com. Aux. & omnibus quibuſcunque præfatæ civit. & omnibus hominibus de com. dictæ civit. & filiis defenſoris, & Raynaldo Octaviano, & filiis ſuis, & juramus, quod omnia caſtra comitatus Aux. promittimus omnia eſſe in ſuo ſtatu, & quietamus promiſſione, & ſacramento omnia maleficia, & omnes offenſas Auximanis civibus omnibus, & univerſis hominibus de Comitatu prædictæ Civitatis, & omnibus hominibus, & qui auxilium præſtiterunt Auximanis in guerra, quam ipſi Aux. nobiſcũ habuerunt, ſcilicet eas offenſas, & maleficia quietamus, quæ in tempore guerræ prædictæ incepta uſque nunc commiſſa, vel facta fuerunt: & promittimus, & juramus com. Aux. facere exercitum, & parlamentum, pacem, & guerram, quibus Aux. cives facere voluerint ad mandatum, & voluntatem comit. Auximi.*

Inſuper nos Cingulani juramus obedire mandatis D. Gottibaldi Poteſtatis Aux. de pretio poſſeſſionum, quas nos Cingulani communiter, vel ſigillatim emimus ab hominibus caſtri Inſulæ, propter captionem prædicti Caſtri,
B *& de quibuſcumque Caſtellanis Inſulæ, quos habuimus ante captionem prædicti caſtri. Inſuper hoc modo juramus reddere, & dare Eccleſiæ S.Leopardi, & D.Gentili jam dictæ Eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque futuris ſucceſſoribus omnes poſſeſſiones, & conſuetudines, omniaque jura pertinentia ad Eccleſiam S.Leopardi quæ duobus annis antea, quam D.Gentilis Aux. Epiſcopus timore Imperatoris ductus, miſſus Romam prænominatæ Eccleſiæ ablata, vel ablata fuerunt, & deſuper promittimus, & juramus vobis D.Gottibaldo poteſtati Auximan. & communitatis prædictæ civitatis, & veſtris futuris ſucceſſoribus in prædicta communitate per nos, & noſtros hæredes, & ſucceſſores omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt, & continentur firma, illibataque, perpetuo ac ſemper obſervare, & ſi omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, non obſervaverimus, aut in aliquo corrumpere tentaverimus, promittimus per nos & noſtros hæredes, & ſucceſſores, atque juramus vobis D. Gentili Epiſcopo Auximano, veſtriſque futuris ſucceſſoribus, & vobis D.Gottibaldo poteſtati Auxim. prædictæ civitatis, communitati futuris ſucceſſoribus in jam*
C *dictæ communitate ſolvere, ac dare ducentas marchas puri, & boni argenti nomine pœna, & poſt pœnam prædictam datam, atque ſolutam inſtrumentum hoc ſemper incorruptum, atque immutabile exiſtat, & in omnibus ſupradictis renunciamus omni exceptioni nobis ad præſens competenti, & deinceps competituræ. Hæc omnia acta ſunt in præſentia iſtorum teſtium S. Gualteris Grimaldi de Civitella, Petri S. Pauli, Ugolini iudicis, Boniſcamni, Jo. Rogerii, Simonis Petri Arcolni, Guillerii Joan. ſenioris Guzzi Auximani muratoris, & aliorũ plurium &c.*

Thomas Auximanæ civitatis notarius complevi, & abſolvi.

Poſt annum 1204. de Gentili nulla alia reperitur mentio in eiuſdem Eccleſiæ monumentis.

14. LOTHARIUS Epiſcopus, floruit an. 1196. (1) Hic multa Canonicis dilargitus eſt temporibus Henrici VI. Imperatoris. XVI.

15. SINIBALDUS de Sinibaldis, Præſul quondam Auximatibus ius divinum dixit. XVII.

16. RAMERIUS Sinibaldo ſucceſſit. Poſt quem, XVIII
D cum Auximates contra ſedem Apoſtolicã impiè rebellaſſent, in pœnam auſus, diu ſuo Præſule viduata illa Eccleſia eſt, donec Urbanus IV. Pontifex ovium deſtitutarum Paſtore miſeratus, ibidem denuò ſedem Epiſcopalem mandavit figendam. Interim Ramerius ad novam Cathedralem Recanatenſem translatus à Gregorio IX. anno 1241. eidemque ſcribit Epiſcopo quondam Auximano, nunc Recanatenſi, 16. Kal. Febr. an. 14. ep. 223. f. 28. reg. Vat.

17. S. BENVENUTUS de Scotivolis Anconitanus, cum Anconitanæ Eccleſiæ Archidiaconatus XIX.
munere fungeretur, ab Urbano IV. Pontifice Auximanæ Eccleſiæ adminiſtrator effectus eſt anno 1263. 4. id Maii, deinde ab eodem Pontifice poſt diuturnam vacationem ejuſdem Eccleſiæ declaratus Epiſcopus, Rector Anconitanæ Marchiæ. Scripſit Urbanus Capitulo Auximano cõmendans Bẽvenutum à ſe conſecratum in Epiſcopum Auximanũ, cum eidem civitati

Epiſ-

(1) Hic reiiciendus eſt poſt annum 1203. quo Henricus imperare cœpit, & obierat jam Gentilis. *Zucut.*

Epiſcopalem dignitatem reſtituiſſet* En Epiſtola.

URBANUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Clero civitatis, & diœceſis Auximanæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Recti ſtatera judicii æquo tunc examine temperatur, cum digna virtutibus præmia, & congrua vitiis ſtipendia recompenſat; ſic enim quibuſcumque quod ſuum eſt ex ordine reddente juſtitia, obſequiis videlicet gratiam, & injuriis talionem, ad bene merendum lentos promovent exempla mercedum, & in delicta pronos interdum ab incentivo pravæ ſimilitudinis metus cohibet ultionis. Olim ſiquidem erga cives Auximanos, & incolas caſtri Racaneti Humanatæ diœceſ. Apoſtolica ſedes eorum mater, & domina ſpiritualiter hujuſmodi utens judicii æquitate, quia iidem cives indevotionis, & rebellionis aſſumpſerant ſpiritum contra illam, civitatem eorum Epiſcopali dignitate privavit, ac cum tota diœceſi ſua ad caſtrum prædictum, cujus tunc incolæ dictæ ſedis erant devoti, tranſtulit civitatem ipſam, & Eccleſiam Auximan. ven. fratri noſtro Epiſcopo, & Eccleſiæ Humanaten. in recompenſatione dicti caſtri, quod Humanatæ diœc. tunc erat in ſpiritualibus ſubmittendo. Porro prædicti cives indevotionis, & rebellionis notam per humilem, promptam, & devotam obedientiam, & multa, grataque obſequia modernis temporibus expiarunt; nam pro tuendis ejuſdem ſedis juribus, & honore, ac patriæ libertate pugnantes, gravia rerum damna, & perſonarum ſuſtinuere pericula, & quaſi quotidie ſuſtinent illata eis ab ipſius ſedis perſecutoribus, & filiis indevotis. Dicti vero incolæ in ſenſum dati reprobum Dei, & ejuſdem ſedis reverentia, & timore poſtpoſitis, & ad rebellionis ſuperbiam ſpiritu obſirmato perſecuteris ſedis ejuſdem contra eam, ipſiuſque fideles damnabiliter adhærere præſumunt. Propter quod tanquam accepti à præfata ſede beneficii immemores, & ingrati reddiderunt facta ſibi hujuſmodi gratia ſe indignos meritoque privandos. Idque itaque nos & fratres noſtri provide attendentes, & conſiderantes prudenter, quod favorem devotio promeretur, quodque urgendi ſunt impugnatores Eccleſiæ condignæ punctionis aculeis, ut ſi ex iſtis poſſibile à ſuæ reſileant pravitate, atque ad ſtudium devotionis debitæ, vitæque laudabilis ſe convertant, prædictum caſtrum, & ipſius homines propter indevotionem, & ingratitudinem eorumdem perpetuo de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ſupradicta epiſcopali dignitate privavimus, eamque dignitatem, non obſtantibus privatione, ac ſubmiſſione, præmiſſis civitati eidem plenarie, dictæque Auximanæ Eccleſiæ ſuam diœceſim integre prædictorum civium exigentibus meritis reſtituimus, prout eas habuerunt ab antiquo civit. ipſam, & habitatores ejus, & prædictam Auximanam Eccleſiam ab omni juriſdictione prædictorũ Epiſcopi, & Eccleſiæ Humanaten. penitus eximendo. Cæterum volentes regimen ipſius Eccleſiæ Auximanæ, tali per Apoſtolicam providentiam committi perſonæ, quæ tanto congrueret oneri, & honori, dilectum filium Benvenutum Auximanum Electum, tunc capellanum noſtrum, Archidiaconũ Anconitanum moribus, & vita conſpicuum, literali ſcientia præditum in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum; virum utique ſecundum cor noſtrum, ipſi Eccleſiæ Auximanæ de prædictorum fratrum conſilio in Epiſcopum præfecimus, & paſtorem, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod per ſuam induſtriam, divina præcedente gratia, & favore Apoſtolico ſubſequente, commiſſa ſibi ſæpedicta Auximana Eccleſia ſpiritualibus, & temporalibus proficere incrementis, & memorata civitas in ſtatu reformari proſpero, & in devotione, ac fidelitate dictæ ſedis valeat roborari. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eundem Electum, tanquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarũ devote ſuſcipientes obedientiam ſibi, & reverentiam debitam impendatis, ipſius ſalutaribus monitis, & mandatis humiliter intendendo. Alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum apud Urbem veterem 3. Kal. Martii, Pontif. noſtri anno 3.

Hujuſmodi Epiſtola eſt 183. in ordine fol. 53. regeſt. Vat. cujus etiam Originale extat in Archivo Auxim. Tanta, vivens per 20. propemodum annos, vitæ ſanctimonia fulſit, ut multis in vita, atque poſt mortem miraculis claruerit. Ad gaudia beatorum raptus eſt die 22. menſis Martii, circa annum 1286. ſepultuſque eſt in Auximana Cathedrali in ſepulchro marmoreo cum hac impari viri meritis inſcriptione, cujus ſupra memorata die Auximatibus civibus ſolemne feſtum recurrit.

S. Benvenutus de Scotivolis Anconitanus Epiſcopus Auximanus.

18. BERARDUS de Berardis Italus è Callio, cum à Calliano clericali Senatu in alterius contentione electus fuiſſet Epiſcopus, tertioque electo, neutrum illorum probaſſet Pontifex Romanus; demum à Martino IV. cum Auximana vacaſſet Eccleſia, à Capitulo poſtulatus, ejuidem fuit Epiſcopus declaratus, anno 1286. 15. Kal Februarii (3) Benvenuto ſucceſſit ex reg. Vat. ep. 80. fol. 70. an. 2. qui cum eſſet vir nobilis, magnanimuſque ea adortus eſt, quæ ſuam munificentiam viderentur decedere. Quippe à fundamentis Epiſcopale erexit palatium ſumptuoſo opere, inque Monte Forti alterum ædificavit ad ſucceſſorum delicias, eaque commoratione adeò delectatus eſt, ut, Storacho, Tornazanoq; caſtellis Auximatibus divenditis civibus, Montis Fortis villam perfecerit, attribueritque munificentiſſimè ſucceſſoribus. Multis variiſque muneribus pro Apoſtolica ſede functus eſt, in quibus dexteritatem ſuam pleriſque conſultiſſimis viris probavit. Quamobrem à Nicolao IV. creatus fuit Epiſcopus Card. Præneſtinus anno 1289. deceſſitque 1291. menſe Junio prope Spoletum cum à legatione Sicula rediret. Alphonſus Ciaconius, ut ſupra docuimus, hunc Cardinalem natione Gallum fuiſſe narrat; ſed erroris convincitur, quod cum de Callio legere debuiſſet, de Gallia corruptiſſimè legit in bulla, ubi hic Præſul reperitur ſubſcriptus; revera enim de Callio eſt è gente Berarda, ſuæque patriæ aliquãdo Canonicus. XX

19. MONALDUS ſucceſſit Berardo, an. 1289. 2. Kal. Feb. à Nicolao confirmatus. Cum enim Berardus Card. Præneſtinus, cui Capitulum vices ſuas impenderat, ut Epiſc. deligeret, primò nominaſſet M. Priorem S. Crucis de Avellana, qui quieti intentus electioni renuit conſentire, hunc ex Subdiacono Apoſtolico, & Canonico Carnotenſis Eccl. evexit ad ſedem. Tantùm per tres annos in Auximana ſede jus dixit, S. Joannis Baptiſtæ ſacellum pictura, pretioſaque ſupellectili exornavit. Deceſſit autem 1292. die 22. menſis Aprilis, Auximanaque ſedes duobus annis vacavit, cujus adminiſtratio per 19. menſes ad cleri Senatum devoluta eſt, quam deinde S. Crucis Cardinalis per 5. menſes eandem prudentiſſimè adminiſtravit. XXI. * 32.

20. JOANNES Auximanus patria Epiſcopus Æſinus, („ *cum ad Regem Panneniæ pro ſede Apoſt. legatione functus eſſet*,„) ad hanc ſedem translatus à Bonifac. VIII. an. 1295. 9. Kal. Aprilis, reg. Vat. ep. 67. f. 16. Is enim ab una parte Capituli poſtulatus, altera Leopardum Canonicum elegit, Cœleſtinus neminem admiſit; Bonifacius ſucceſſor Joannem ex plenitudine poteſtatis, ab Æſina ad hanc ſedem evexit, ut diximus. E vivis autem exemptus eſt 1317. * Et tanquam Beatus in Eccleſia Auximana veneratur. XXII. * Ex App. t. 2.

21. BERNARDUS, vel Berardus ſupra memorati Joannis frater, ex Canonien Cathedralis Epiſcopus effectus eſt ann. 1320. exceſſit autem 1326. * miſere intruſus in carcere ab Andrea, & Capatio Gozzelinis Auximanæ civitatis tyrannis. Ob id aliaſve immunitates, & exceſſus Joannes XXII. Auximanam civitatem Epiſcopali dignitate privavit, voluitque, ut Epiſcopus diœceſis Auximanæ vocaretur. Res tota narratur in epiſtola Urbani V. dum eidem civitati proprium XXIII * Ex App. tom. 2.

(3) Vel obiiſſe dicendus eſt Benvenutus ante an. 1286. 22. Martii. Vel certè error eſt in aſſignata die, & anno 15. Kal. Febr. 1286. male deſumptis ex Reg. Vat. in Ughello. Omnis difficultas enoditur inſpecta apud ipſum Ughellum tom. 2. in Callienſibus Epiſtola Honorii IV. qui in ipſo limine Pontificatus anno videlicet 1285. ſcribens populo Callienſi cum ipſi novum Epiſcopum attribuit, Berardum memorat uti jam à prædeceſſore Martino evectum ad Epiſcopatum Auximanum; annus tantum corrigatur obitus Benvenuti, & inde annus Berardi ſe accomodet præfatus Honorii literis. *Lucent.*

prium paſtorem reſtitueret, ut infra dicemus.

XXIV 22. Fr. SINIBALDUS Ordinis Minorum, electus
eſt anno 1326. Joanne XXII. Papa ſedente.

XXV 23. Fr. ALBERTUS Boſon Ordinis S. Dominici, electus eſt anno 1342. 8. Kal. Septembris à Clemente VI. Diœceſis Eccleſiæ Auximanæ vocatur electus in epiſtola ejuſdem Pontificis, cum Fr. Lucas de Caſtello, Ordinis Minorum, electioni de ſe factæ non acquieviſſet, defuncto Sinibaldo, ſub quo civitas Auximana à Benedicto XII. dignitate Epiſcopali fuerat, ſuis exigentibus demeritis, ſpoliata, ex reg. Vatic. ep. 67. fol. 186. anno 1.

XXVI 24. Fr. LUCAS Mannellus, nobilis Florentinus, Ordinis S. Dominici, filius celeberrimi monaſterii S. Mariæ Novellæ, ut vocant, de Florentia, Philoſophiæ, atque Theologiæ facultatibus ſuo tempore clarus, ex Epiſcopo Ziconenſi Auximanæ diœceſis creatus Epiſcopus ann. 1345. Non. Novemb. reg. vat. ep. 37. fol. 43. ann. 6. par. 1. lib. 3. paucis omnino annis Auximanam gubernavit Eccleſiam, ſiquidem ad Fanenſem deinde translatus eſt,* anno 1357. ex regeſt. Vat. deceſſitque Florentiæ, anno 1363. ſepultuſque eſt in Cœmeterio S. Mariæ Novellæ. Moralia Senecæ doctiſſimis commentariis illuſtravit, ejuſdemque præceptionibus refertas epiſtolas, quod quidem aureum opus in ejuſdem monaſterii bibliotheca hactenus aſſervatur. Lucæ meminit fr. Seraphinus Razius in lib. viror. Illuſtrium Ordinis S. Dominici. 6. „*Et poſtea Fontana de Romana Provincia pag. 330. Altamura in Bibl.* „*Domin pag. 131. 488. denique Poccianius de Scriptori-* „*bus Florentinis pag.* 115. Mundoſius.)

* Ex App. tom. 2.

XXVII. 25. a Fr. PETRUS, ex nobili familia de Maſſæis, Aſculanus Ordinis S. Dominici, electus b eſt an.* 1357. ut ex ſequenti Innocentii VI. bulla perſpicitur, dum Fr. Simeonem Ord Prædicatorum Auximanæ diœceſis Epiſcopum in locum fr. Lucæ Mannelli ejuſdem ordinis ad Fanenſem Eccleſiã tranſlati, conſtituiſſet.

a Ex App. t. 2. deleta hic ſunt, quæ de Conrado quodam attulerat Auctor. b Ab Innocentio VI. * Ex App. tom. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis populis diœceſis Eccleſiæ Auximanæ, olim Cathedralis Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Inter cætera, quæ ſuperna diſpoſitione nobis imminent peragenda, ad id nimirum ſolliciti reddimur, ut viduatis Eccleſiis præſertim eidem Eccleſiæ immediate ſubjectæ tales præficiamus in paſtores, per quorum induſtriam, & ſollicitudinem circumſpectam indemnitati earum provideatur ſalubriter, & Eccleſiæ ipſæ in ſpiritualibus, & temporalibus proficere valeant incrementis. Sane diœceſis Eccleſiæ Auximanæ olim Cathedralis prædictæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectæ ex eo paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos hodie ven. F. Magiſtrum Lucam Fanenſem, tunc dictæ diœceſis Epiſcopum apud ſedem Apoſtolicam conſtitutum, à vinculo, quod dictæ diœceſ. ipſius Eccleſiæ Auximanæ cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Fanenſem, tunc vacantem auctoritate Apoſtolica duximus transferendum, præficiendo eum dictæ Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem. Nos ad proviſionem ipſius diœceſis dictæ Eccleſiæ Auximanæ celerẽ, & felicẽ ne ipſa diœceſ. diu Paſtore careret, paternis, & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam ſuper hoc habuimus cum dictis noſtris fratribus diligentem, demum ad dilectum filium Petrum Simonem de Æſculo electum dictæ diœceſis ipſius Eccleſ. Auximanæ, ordinis fratrũ Prædicatorum profeſſorem in ſacerdotio conſtitutum, religionis zelo conſpicuum, literarum ſcientia præditum, vitæ, ac morum honeſtate decoratum, in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium virtutum meritis, prout fide dignorum percepimus teſtimonio, laudabiliter inſignitum direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus attenta meditatione penſatis de perſona ipſius Petri Simonis Electi dictæ diœceſis ipſius Eccleſiæ Auximanæ, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio auctoritate prædicta providimus, ipſumque illi pr fecimus in Epiſcopum, & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius diœceſis ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod præfata Eccleſia, & diœceſis, ſub ipſius Electi felice regimine gratia ſibi aſſiſtente divina grata ſuſciperet incrementa. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem Electum tanquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarũ devote ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes ipſius ſalubribus monitis, & mandatis humiliter intendatis, ita, quod ipſe in vobis devotionis filios, & vos ſubſequenter in eo patrem inveniſſe benevolum gaudeatis.

Datum Avenion 9. Kal. febr. Pontif. noſtri anno 6.

Annus vero 1366. qui nonus fuit Petri Præſulatus, Urbanus V. in gratiam ejuſdem Petri, & Nicolai de Romanis civis Auximani ejuſdem Pontificis à ſecretis, dignitatem Epiſcopalem, & civitatis honorem Auximo reſtituiſſe narratur in bulla, quam modo dabimus; ab eodem poſt 40. annum privationis ſic ad Clerum Auximanum ſcribitur. c

c Integra hæc Bulla refertur à Martorello in hiſt. Auximana pag. 258.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Clero, & diœceſi Auximanæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sancta mater &c. perſeverent.

Sane exhibita nobis pro parte ven. Patris noſtri Petri Epiſcopi diœc. Eccleſiæ Auximanæ olim Cathedralis, ac dilectorum filiorum Nicolai de Romanis de Auximo notarii, & ſecretarii noſtri, ac cleri, & populi terræ, olim civitatis Auximi petitio continebat, quod q. Lipatius, & Andreas fratres nati Guzzolini milites Auximani, qui terram ipſam tunc civitatem tyrannice detinebant b. m. Berardum Epiſcopum Auximanum E. R. devotum capitali odio proſequentes ipſum auſu ſacrilego ceperunt, & carceribus mancipaverunt, tantoque tempore tenuerunt captivum, quod idem Epiſcopus in iiſdem carceribus diem clauſit extremum, propter quod, & nonnullos alios enormes exceſſus, ac contumacias, & inobedientias eorumdem Lipatii, & Andreæ, necnon poteſtatis, conſilii communis, & popul, ac univerſitatis civitatis ejuſdem, tunc dd. tyrannis faventium contra R. E. eorum matrem, & dominam, ejuſque officiales, & alios fideles, ac devotos temere commiſſor. felic. recordat. Ioannes XXIII prædeceſſor noſter nonnullos proceſſus fecit excommunicationis in ſingulas perſonas, ac interdicti in eamdem civitatem, & in ejus terras, caſtra, villas, & loca ſua, & quoquomodo ſubjecta, necnon privationis omnium privilegiorum, indulgentiarum, gratiarum, libertatum, & immunitatum realium, & perſonalium eis communiter vel diviſim, ſub quacumque forma à ſede Apoſtolica conceſſorum, necnon privationis, & confiſcationis feudorum, jurium, bonorum officiorum, & aliorum bonorum mobilium, & immobilium quorumcumque quæ ipſi delinquentes ubicunque à dicta Eccleſia tenerent, aliaſque pœnas, & ſententias continentes, tandemque ipſam terram, tunc ut præfertur civitatis dignitate, & honore Epiſcopali auctoritate Apoſtolica privavit de plenitudine poteſtatis, & quia terræ, & caſtra, & loca dictæ diœceſis Auximanæ, fere omnia erant in devotione, & obedientia R. E. memoratæ, & ad eam confugerant nonnulli cives dictæ civitatis, qui erant devoti, & fideles R. E. ſupradictæ, & ex illis impugnabant tyrannos, & civitatem præfatos; voluit, & ordinavit prædeceſſor jam dictus, quod eadem diœceſis haberet Epiſcopum, & vocaretur Epiſcopus diœceſis Auximanæ, & terra Auximi prælibata jure ordinario ipſi Epiſcopo, qui eſſet pro tempore, ſicut prius in ſpiritualibus ſubjaceret, prout in diverſis literis præfati prædeceſſoris inde confectis dicitur plenius contineri &c. Quare præfati Epiſcopus, notarius clerus & populus nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus pie attendentes, quod hujuſmodi exceſſus, & culpa à dd. tyrannis principaliter prodierunt, & ipſorum filii longo tempore exulaverunt, & exulant à terra præfata, & quod in ea iidem cives devoti, & fideles, & eorum poſteri qui pro tempore rebellionis inobedientiæ, & exceſſuum prædictorum de dicta terra, & per præfatos tyrannos expulſi fuerunt, ut profertur ad honorem, & ſtatum prælibatæ R. E. commorantur, de copioſa benignitate dictæ ſedis hujuſmodi dignitatem, & honorem epiſcopalem præfatæ terræ Auximi reſtituere, & terram ipſam denuo inſignire civitatis titulo, ac nomine dignaremur. Nos igitur, ut dictus communis populus in obedientia, & devotione præfatæ R. E. tanto ſedulius, & conſtantius perpetuo maneant, quanto ex potioribus gratiis ipſius ſedis ſe ad hoc conſpexerint obligatos, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiæ Auximanæ, ac terræ Auximi prædictis dignitatem, & honorem Cathedralem, & Epiſcopalem, auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio, & de gratia reſtituimus ſpeciali, & civitatem ipſam civi-

tatis

tatis titulo, & nomine denuo inſignimus, ſtatuentes, & decernentes, quod idem Epiſcopus, qui præeſt, & qui pro tempore præfuerit eidem Eccleſiæ Auximanæ, appelletur Epiſcopus Auximanus, & omnibus ſuis officio, juriſdictione, honoribus, & inſigniis utatur plenariè in dictis Eccleſia, & civitate Auximana, ſicut prædeceſſores Epiſcopi Auximani ante privationem hujuſmodi utebantur. Nulli &c.

Datum apud M. Flaſconum 4. idus julii, Pontif. noſtri anno 6. 1368.

Deceſſit autem 1381. ſepultus jacet in Eccleſia S. Petri Martyris Aſculi, ubi ante aram principem hoc habet epitaphium.

Anno Domini MCCCLXXXI. & die iii. menſis Auguſti. Hoc eſt ſepulchrum Domini Petri de Aſcule, Epiſcopi Auximani de ord. Prædicatorum.

XXVIII. 26. PETRUS de Monte Filiorum, ex Subdiacono popularibus ſuffragiis ſublectus eſt poſt Petri exceſſum. Cuius electiouem cum adverſo decreto irritaſſet VI Urbanus, mox motu proprio, conteutus popularem audaciam ſuppreſſiſſe, eundem ad Auximanam ſedem evexit; vir utique magni ſpiritus, itaque cordatus, ut cum Nicolaũ quendam Aeſinatem presbyterum comperiſſet contra Auximates conſpiraſſe, in favorem Gibellinarum partium, & conſpirationis filum ſua prudentia abrupit, & deprehenſum presbyterum perpetuo carcere concludendum curavit. Totius Marchiæ, ac Spoletini Ducatus Vicelegati munere functus eſt. In Cathedrali ad pſallendum ſubſellia ſtatuit, templumque à ſe exornatum pretioſa ſupellectili, eccleſiaſticoque cultu ditavit. In Cingulum ſuæ diœceſis caſtellum S. Marci moniales ad S. Margaritæ cœnobium tranſtulit. Deceſſit anno 1400.

XXIX 27. JOANNES Grimaldeſcus Auximanus, in utroque Jure Conſultus, à Bonifacio IX. ſuæ patriæ electus Epiſcopus eſt anno 1400. 3. Non. Septemb. Hic XII. Gregorii Pontificis temporibus in priſtinum ſtatum, numerumque Canonicos Cathedralis reſtituit, quos pauperior cenſus temporibus ſupra memorati Petri, vix tantum octo alere poſſe videbatur. Itaque in Auximana ſede Ioanne ſedente, duodecim jam ibi Canonici divinum opus urgebant, ut in lib. de diverſis formis XII. Gregorii narratur fol. 222. deceſſit autem Ioannes 1412.

XXX. 28. BARTHOLOMÆUS Joanni ſucceſſit ann. 1412. ſedit autem annos ſeptem, eoque Epiſcopali munere ſe exolvit anno 1419.

XXXI 29. Fr. PETRUS Herculanus Fanenſis Ordinis Minorum, à Martino V. hunc Epiſcopatum accepit 1419. 3. Kal. Febr. Per annos tres illam Eccleſiam adminiſtravit. Deceſſit 1422. Cæterùm Petro Auximanis jus Divinum diceute, fortuito incendio prædives deflagravit ſacrarium, ubi præter cæteram pretioſam ſupellectilem, eodem debacchante incendio, antiqua ſcripturarum monumenta magno eius Eccleſiæ, atque irreparabili incommodo perierunt.

XXXII. 30. Fr. NICOLAUS Auximanus, è Caſtello, * Ord. S. Benedicti ex Abbate S. Nicolai, Martino V. ſedente ſuæ patriæ, electus Epiſcopus eſt an. 1422. 9. Kal. Auguſt. deceſſit autem 1434. De illius electione Martinus V. ita ad Auximanum Capitulum ſcripſit.

* Ex App. tom. 2.

Martinus V. ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Auximanæ S. R. E. immediate ſubiectæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium, &c.

Dudum ſiquidem bon. mem. Petro Epiſcopo Auximano regimini Eccleſiæ veſtræ Auximanæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, per operationis noſtræ miniſterium utilem, & idoneum præſidere per bonam proviſionem ipſius Eccleſiæ ordinationis, & diſpoſitionis noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandum, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper iis per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia veſtra per obitum dicti Petri Epiſcopi, qui extra Romanam curiam diem clauſit extremum paſtoris ſolatio deſtituta, vos reſervationis, & decreti prædictorum forſan ignari dilectum filium Nicolaum Electum Auximan. tunc Abbatem monaſterii S. Nicolai Auximan. ordinis S. Benedicti in veſtrum, & Auximan. Epiſcopum concorditer elegiſtis, licet de facto, ipſeque

A

electus, reſervationis, & decreti hujuſmodi ſimiliter inſcius electioni hujuſmodi illius ſibi præſentato decreto conſenſit ſimiliter de facto, & demum reſervatione, & decreto prædictis ad ipſius electi deductis ad notitiã hujuſmodi electionis negotium proponi fecit in Conciſtorio coram nobis. Nos igitur electionem ipſam, & quæcumque idem ſecuta, utpote poſt, & contra reſervationem, & decretum prædicta de facto, ut præmittitur attentata irrita, prout erant, & inania reputantes, & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ veſtræ celerem, & felicem, de qua nullus præter nos ea vice ſe intromittere potuerat, ſive poterat, reſervatione, decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſolitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad eumdem Nicolaum Electum, cui de religionis zelo, literarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpirituali providentia, & temporalium circumſpectione, & aliis multiplicium meritorum apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ

B

mentis, quibus noſtris, necnon veſtrum Electum eligentium concordi voluntate attenta meditatione penſatis de perſona ipſius Electi, nobis, & dictis fratribus ob ſuorum exigentia meritorum accepta eidem Eccleſiæ veſtræ de dictorum fratrum conſilio audtoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, in illo qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes quod dextera Domini ſibi aſſiſtente, propterea præfata Eccleſia ſub ſuo felici regimine proſpere, & ſalubriter dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Electum tanquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, & exhibẽtes ſibi obedientiam, & reverentiam debitã & devotam ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententia, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Deo, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

C

Datum Tibure 9 Kal. Auguſti anno noſtri Pontificatus 5.

XXXIII. 31. ANDREAS civis Auximanus, è Caſtello Monticulo oriundus, olim Epiſcopus Crapulanus, tum Foroſempronienſis electus Præſul, huc tranſlatus anno 1434. die 7. menſis Januarii. * Aderat tunc, quando ad Eccleſiam hanc tranſlatus fuit, Concilio Baſileenſi, quem uti virum clariſſimum, doctrina, & prudentia præditum ſingulari, univerſalique Eccleſiæ neceſſarium patres apud ſe retinebant, eumdemque Prioribus, populo, & communitati Auximanæ civitatis hiſce literis commendarunt, quæ hactenus in tabulario ejus Eccleſiæ aſſervantur.

* Ex App. tom. 2.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſilien. in Spiritu S. legitime congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans, Dilectis Eccleſiæ filiis, prioribus, populo, & communitati civitatis Auximanæ ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Noviſſimis diebus, uti percepimus D. Eugenius cupiens Eccleſiæ Auximanæ de optimo paſtore utiliter providere, ad Eccleſiam ipſam tranſtulit ven. Andreã de Monticulo decretorum doctorem, olim Epiſcopum Caprulien. & nuper Foroſempronien. magnis ejus virtutibus ſic exigentibus, qui cum

D

in hoc ſacro concilio longo tempore fuerit, & tanquam notabile, & utile membrum ipſius circa negotia univerſalis Eccleſiæ, quæ hic ardua tractantur, prudenter cum magna diligentia ſemper ſe habuerit, adeò quod à nobis commendatione, honore, & dignitate, quamvis magna dignus iudicetur, ſperemuſque, quod hujuſmodi de eo tranſlatio facta vobis erit grata, Eccleſiæ autem nondum grata, ſed futura eſt utiliſſima. Vos exhortamur in Domino, & attente rogamus, ut eum favorabiliter, & cum debita reverentia recommiſſum ſuſcipiendi velitis omnem diligentiam adhibere ob Dei, & Eccleſiæ ſacroſanctæ reverentiam, ac ejus ornamenta virtutum, quod dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem faciliter conſequatur. Ipſe enim Epiſcopus cum nequeat perſonaliter, hic in negotiis, & Eccleſiæ univerſalis implicitus, ad dictam poſſeſſionem conſequendam accedere, procuratores ſuos legitimos mittit, & quod ut diximus pro fide hic diligenter laborat, rogamus vos, ut velitis dictis procuratoribus ſuis conſiliis, favoribus, & auxiliis aſſiſtere opportunis, adeò, quod favore ve-

ſtro, ac etiam intuitu noſtro totius Epiſcopatus poſſeſſionem ſine aliquo impedimento poſſit obtinere, quod nobis certe gratum erit, & in hoc ſacrum Concilium vobis multum obligabitis, Eccleſiæ, & populo veſtro, ut diximus, de ejus perſona ſalubriter proviſum erit, & vos omnes poſtea vobis contentare poteritis.

Datum Baſileæ 10. Kal. Decembr. an Domini 1434.

D. de Battiferris.

Loco plumbi † ſacroſancta ſynodus Baſilien.

Hic ſanctiſſimis moribus fuit, ita ut hactenus etiam ſuaviſſima apud pios ejus memoria habeatur. Ejus tempore, juſſuque SS. martyrum Florentii, Siſinii, Diocletii, & Maximi corpora, è Monaſterio S. Florentii in Cathedrale templum honorificè translata ſunt. Deceſſit autem Andreas 1454. non ſine ſuorum lachrymis, ſepultuſque eſt in Cathedrali. („ *Vicarius* „ *Eugenii IV. in Urbe Regnicolas illos degradavit, qui* „ *capita SS. Apoſtolorum pretioſiſſimis gemmis denu-* „ *daverant.* Lucent.)

XXXIV. 32. JOANNES, è gente Præfetta nobilis Urbinas, à Nicolao V creatus 1454. die 30. menſis Augusti. Incœptam ſummæ ædis ædificationem à ſuo anteceſſore magnificè abſoluit. Annos omninò ſex Auximanam rexit Eccleſiam. Deceſſitque 1460. 6. Kal. Auguſti, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XXXV. 33. GASPAR Zachius, nobilis Volaterranus, Græcis, Latiniſque literis cultiſſimus, Card. Beſſarioni à ſecretis, Pio II. familiaris, ab ipſo Epiſcopus declaratus eſt anno 1460. 6. id. Auguſti. Hic vir planè diligens, ac liberalis, ex iis, quæ ex incendio eripi potuerāt, monumentis, ſuorum anteceſſorum ſeriem ſatis mutilam compilavit, ne in totum perirent eorum nomina, quibus incendium inviderat immortalitatem; ſibi creditam Eccleſiam viſitatione, ut vocant, cenſuraque correxit; ſedit autem 14. annos, Romæque demum vita functus eſt, tumulumque apud S. Mariam Majorem accepit prope Præſepe Domini, ubi in marmoreo lapide ejus leviter inſculpta perſpicitur effigies, cum gentilitiis ſtemmatibus, in quibus quinque congeſti montes exurgentem arborem tegunt, quam raſtrum tribus diſtinctum liliis supernè exornat, cum hac inſcriptione.

Hic jacet Rev. Pater D. Gaſpar Zachius Epiſcopus Auximanus, Græcis, ac Latinis literis eruditiſſimus. Obiit an. Do. MCCCCLXXIV. menſ. Novemb. die xxiii.

(„ *In Archivio Generali Florentino in Protocollo* „ *Jacobi Antonii de Romena ad an. 1449 de hoc Zachio* „ *hæc leguntur* D. Guaſpar q. Antonii Taviani de „ Zachiis de Vulterris Archipresbiter Vulterranus, „ Accolitus Apoſtolicus, & D. Beſſarionis Cardina- „ lis ſecretarius, & cōtinuus commenſalis. *Salvinus.*)

XXXVI. 34. LUCAS Carduccius Florentinus, Nicolao, Petraque Foraboſchia nobilibus parentibus ortus, adhuc adoleſcens, apud Camaldulenſes in SS. Angelorum Florentino cœnobio monaſticam vitam inſtituit, dignitatumque gradus ſuæ religionis mira virtutum progreſſione percurrit; ſiquidem monaſterii, in quo ſui tyrocinii poſuerat rudimenta, primum Prior factus eſt, deinde S. Sabinæ Abbas; demum à Sixto IV. Auximanus Epiſcopus electus eſt, cum illam curam, utpote ancipitem, ac propemodum Angelicis humeris formidandam maximè adverſaretur, anno 1474. 5. Non. menſis Decembris. Felici progreſſu Auximanam adminiſtravit Eccleſiam. Illud autem in ſuæ præcipuæ felicitatis partem Lucas viſus eſt poſſe connumerare, quod poſt tot ſecula latens S. Leopardi corpus, primi ejuſdem civitatis Epiſcopi, ac Protectoris ſibi reperire contigerit, repertumque ubi modo quieſcit, honorificentiſſimè collocare. Incidit autem hæc felix inventio in annum 1479. 7. id. Novembr. * De qua ſic in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ſcriptum legimus.

* Ex Ap. t. 2.

Sub annis itaque Chriſtianæ ſalutis 1479. ind. 12. tempore SS. Chriſto Patris, & D. noſtri D. Sixti divina providentia Papæ IV. Præſidente vero in Eccleſia Aux. Reverendiſſ. in Chriſto Patre, & D. D. Luca Carduccio de Florentia. Audiens itaque de S. Leopardo, prout ſupra narrata ſunt, maximam erga S. habuit devotionem, & perquirens cum ſuis Canonicis, ſi poſſibile eſſet d. Corpus videre; reſponſum fuit à Canonicis antiquioribus, quod multi alii Epiſc. videre cupierunt, & tamen huc uſque nullus auſus fuit immittere ad perquirendum, dicuntque forſan advenerat hora clarificationis hujus glorioſiſſimi ſancti, quia legitur, quod folium non cadit de arbore, abſque licentia Patris, qui in cælis eſt. Poſtea die 30. menſis octobris ſuprad. anni infraſcriptos D. Canonicos convocavit poſt horam veſpertinam, R. D. Marium Canonicum, & Vicarium, D. Antonium de Leopardis Archidiaconum Aux. D. Dominicum Bartoli, D. Clementem, D. Julianum, D. Carolum, D. Iacobum, & D. Stephanum Francigen. omnes Canonicos dictæ cathedralis Eccleſiæ, & congregati omnes inſimul prope altare majus S. Leopardi, Reverendiſſ. D. Epiſcopus ſuprad. ſermonem fecit exhortando omnes ad bene vivendum, & devotionem habere erga Patrem noſtrum ſanctiſſ. Chriſti Confeſſorem Leopardum, & qualiter ipſe cupiebat videre Corpus ejus, quando eſſet datum deſuper; & ideo congregaverat eos inſimul ad hoc, ut unuſquiſque diceret votum ſuum, quia dicitur, quod vox populi vox Dei, quid dicam? Omnes unanimiter uno ore cũ gemitib. & lachrymis hoc expoſtulabant. Hæc audiens ſuprad. D. Lucas Epiſcopus licentiam dedit, & benedictionem, ut cum omni devotione, & diligentia ſanctiſſ. Corpus perquireretur; hoc facto fores Eccleſiæ clauſæ fuerunt, & incontinenti inceperunt ſupraſcripti D. D. Canonici fodere retro altare majus dictæ eccleſiæ, prout legenda teſtatur, fodiendo devenerunt ad quoddam murum ex lapide cocto arena, & calcina factum ita durum, quod cum ſcalpellis frangere oportebat, & videntes altare majus ex marmore facto fundatum eſſe ſuper hoc muro, deliberatum fuit ad modum unius feneſtræ illum ſolummodo aperire, hoc facto inventum fuit culmen ſive ſummitas unius arcæ ſaxeæ, & incontinenti exiſtimatum fuit illam eſſe arcam, ubi jacebat ſanctiſſ. Corpus. Poſtea concavatum fuit magis ſubtus, & inventa fuit arca ſaxea grandis, qua viſa omnes gaviſi fuerunt, deinde deliberatum fuit, quod fieret una feneſtrelula in lapide, qui ſuper hanc arcam jacebat ad hoc ut ſanctiſſ. Corpus videretur, factaque feneſtrelula, inventa fuerunt crypta, & omnia ſigna, Corpus magnum, & integrum, prout, & nunc ſtat, & videri poteſt, &c. Suprad. D. Epiſcopus per certos ſuos Canonicos hæc D. D. Prioribus mandavit intimari, qui D. Priores hæc intelligentes, nunciaverunt ſuis civibus, & aſſociati cum maxima comitiva civium, venerunt uſque ad locum, videnteſque tam miraculum, quod & patres eorum videre non potuerunt, cum lachrymis ex ſumma ſpirituali alacritate laudes Deo dederunt, & quia in ante vigilia hujus glorioſiſſimi ſancti hæc fuerunt, crevit & devotio, & alacritas: publicatum fuit omnibus per civit. degentibus, campanæ Eccleſiarum invitabant, populus jubilabat, infirmi congratulabatur, & multi ſurgebant, Sacerdotes ſacrificia Deo offerebant pro delictis, & peccatis populi. quid plura? in die feſtivitatis, quæ eſt 7. Novembris fuit tam maxima multitudo populi utriuſque ſexus, tot vota, & miracula, quod uſque in hodiernum diem ſuper ejus ſepulchrum ſigna apparent. Accidit etiam quod infra octavam hujus glorioſiſſimi ſancti, Reverendiſſ. D. Nicolaus Epiſcopus Madrucen. miſſus in Hungaria legatus rediens Romam habuit pernoctare in civit. Auxim. unde audiens inventionem S. Corporis diſcedere noluit niſi prius viſitaret eum, quo viſitato, judicavit eſſe tam clero, quam populo theſaurum pretioſum, &c.

Actum &c. Et ego D. Stephanus Ioannis de partibus Franciæ Rector parochialis Eccleſiæ S. Petri foris portam de Aux. pub. Imp. Auctoritate Not. & Iudex ordinarius præſens interfui, & ea rogatus ſcribere ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum, &c.

Loco † Signi.

Sacrarium exornavit, ac pretioſa eccleſiaſtici cultus ſupellectili mirificè adauxit, in honorem S. Leopardi, quem nuper reperterat a. Quibus geſtis è vivis ſublatus eſt, inque media Cathedrali ſepultus, cum hac ſimplici, nudaq; promeritis laudibus inſcriptione.

a De hoc tumulo Scipionem Ammiratum in Famil. Florent. pag. 201. Manni.

Lucas Carduccius Epiſcopus Auximanus MCCCCLXXX.

35. LUCAS Lucæ ſucceſſit, à Sixto IV. electus an. 1480. ſedit annos 4. mortuuſque eſt 1484. XXXVII

36. PA-

XXXVIII. *a Fidardo.* * Ex App. tom. 2.

A 36 PARIS de Monte Marro, è Ficardo *a* Caſtello, demortuo Lucæ ſuffectus eſt, Innoc. VIII. Pontifice Max. ſedente, anno 1484. 14. Kal. Octob.* En Præſule anno 1488. Innocentius VIII. inſignem peccatorum remiſſionem induiſit viſitantibus Eccleſiam ſanctiſſ. Annunciatæ Ordinis Minorum. extra Auxim. poſitam, cujus gratiæ documentum iis concepit verbis. in eaque inſignes Eccleſias, ſanctorumque corpora, quæ in ea requieſcunt civitate, recenſet.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.
Servus ſervorum Dei.

Glorioſus in ſanctis ſuis Deus, qui ineffabilem ſuæ pietatis clementiam ſuperaat patriæ cives, qui ex hujus proceloſi ſeculi fluctibus per conſtantiam fidei, fideliter emergentes ad æternam beatitudinem pervenerunt, inæſtimabili decorat gloria claritatis, ſic nos illius vices licet immeriti gerentes in terris ejus imitationem ſanctorum quomodolibet Eccleſias ad honorem Altiſſimi, & ſub illorum nominibus pie dedicatas devota Chriſti fidelium veneratione celebrare lætamur, & ut hoc ferventius valeat adimpleri, viſitantibus illis ſpiritualibus theſauri munera libenter elargimur, ut quorum amunæ lætantur in cœlis, eorum nomina celebrentur in terris, & per hoc ipſis demum pro nobis intercedentibus ad cœleſtis B *aulæ præmia valeamus feliciter pervenire. Sane ſicut fide digno relatu accepimus, ſunt in noſtra civitate Auximana inter alias quinque Eccleſiæ præ cæteris inſignes, in quibus diverſa corpora ſanctorum, & beatorum variis miraculis quotidie coruſcantia requieſcunt, & aliæ reliquiæ plurimorum ſanctorum, & ſanctarum honeſtiſſimo cultu, & veneratione digniſſima coruſcant, quæ quidem Eccl. propter longi temporis vetuſtatem, & aliis de cauſis, ſicut relatione prædicta percepimus, magna reparatione indigere noſcuntur, ad quam faciendum pia Chriſti fidelium ſuffragia videntur plurimum eſſe opportuna. Nos cupientes, quod quinque Eccleſiæ prædictæ videlicet Eccleſia Cathedralis, in qua corpora SS. Leopardi, Vitaliani, Benvenuti Pontificum, & Confeſſorum, Florentii, Diocletiani, Victoris, Philippi, Maximi, & Coronæ virginis, martyrum, Siſinii martyris, & B. Joannis Epiſcopi, & aliorum plurium SS. reliquiæ requieſcunt. Et Eccleſia monaſterii S. Nicolai, Eccl. S. Franciſci, eccl. S. Marci, & eccl. Annunciatæ Minorum obſervantiæ S. Franciſci* C *extra muros dictæ civitatis congruis honoribus frequententur, & in ſuis ſtructuris, & ædificiis valeant reparari, ac corpora ſanctorum, ac beatorum prædictorum pia ac digna fidelium memoria celebrari, ac eo libentius devotionis gratia ad illa confluant, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectas, de omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis fidelibus utriuſq; ſexus, qui eccleſiam prædictam Annunciatæ extra muros in diebus indulgentiæ hujuſmodi incipientibus à die ſextæ feriæ hebdomadæ S. & duraturis per totam diem Martis Paſchatis reſurrectionis Dominicæ in aliquo ipſorum dierum viſitaverint annuatim, & ad reparationem ſtructurarum Eccleſiarum prædictarum manus porrexerint adiutrices, plenariam remiſſionem omnium peccatorum ſuorum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium elargimur. Et ut fideles ipſi ad dictas Eccleſias pro indulgentiis hujuſmodi conſequendis pro tempore confluentes, illas pura mente, & ſincero corde conſequi valeant, volumus, & eadem auctoritate concedimus, quod Vicarius generalis in ſpiritualibus venerab. fratris noſtri Epiſcopi Auxi-* D *mani cum conſenſu Gubernatoris Provinciæ Marchiæ Anconitanæ pro tempore exiſtentis tot probos, idoneos ſeculares vel Ordinum quorumcumque regulares, quot eis neceſſarium videbuntur deputare poſſit, ipſique probi ſic deputandi eorandem viſitantium, & confiteri volentium confeſſiones audire, & eos ab omnibus, & ſingulis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis in omnibus caſibus præterquam ſedi Apoſtolicæ reſervatis abſolvere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere, necnon vota quæcumque per eos emiſſa, quæ commode ſervari non poſſent ultramarina, ac BB. Petri, & Pauli, atque Jacobi Apoſtolorum, & religionis, ac continentiæ votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, & ipſos ab eorum obſervantiis ſimiliter abſolvere poſſint, & valeant. Volumus inſuper, quod dilectus filius D. Stephanus Canonicus dictæ Cathedralis Eccleſiæ, & Rector parochialis Eccleſiæ S. Petri foris portæ quoſcumque homicidas etiam*

A *voluntarios à reatu homicidii hujuſmodi in foro conſcientiæ dumtaxat ſolus, & non alii deputandi ſupradicti abſolvere, eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungere poſſit, & valeat alias, prout ſuperius continetur. Non obſtantibus, &c. præſentibus per tres annos tantummodo duraturis. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Domin. 1480. viii. Kal. martii, Pontificatus noſtri anno 5.

Loco † plumbi.

Hieron Balbanus.

In ſua patria deceſſit, ibidemque ſepultus fuit, ann. 1498. die 13. menſis Sept. („ *Fuit hic ex Familia Gherardella ejuſdem Caſtri Fidardi, ubi ejuſdem nomen,* „ *Cognomen, & inſigne. Corpus quieſcit in eodem Caſtro* „ *in Sacriſtia Eccleſiæ Ord. Min. Conventualium, &* „ *vulgò vocatur*: Beatus Paris. *Mandoſius.*)

37. ANTONIUS Ugolinus de Sinibaldis Auximanus, utriuſque juris peritus, Cubicularius, ac familiaris Card. Riarii, cum in Alexandri VI. Pontificis gratiam commendatione doctrinæ, ſe maximè inſinuaſſet, ab eodem declaratus eſt Auximanus Præſul anno 1498. die 19. menſis Octobris. Hic ſub II. Julio Concilio Lateranenſi interfuit *b*, quod demum à Leone X. abſolutum eſt Anno verò 1515. cum libens, volenſque Epiſcopali munere abiiſſet 13. die menſis Junii, Romam profectus, ibidem 4. Kalendas Julii, è vivis eximitur. * Cujus corpus Auximum relatum in Cathedrali ſepulchrum accepit. XXXIX. *b an. 1512.* * Ex App. tom. 2.

38. JO: Baptiſta Sinibaldus, ex patrui abdicatione à Leone X. Epiſcopatum accepit anno 1515. die 13. menſis Junii; interfuitque & ipſe Lateranenſi Concilio *c*. Epiſcopale palatium à fundamentis exſtruxit, deceſſitque ann. 1547.* de quo, deque Antonio patruo in Cathedrali hoc ſpectatur cœnotaphium. XL. *c an. 1515.* * Ex App. tom. 2.

Antonii Sinibaldi.
& Jo. Baptiſta ejus ex fratre
nepotis,
Epiſcoporum Auxim. memoriæ conſulere
volentes
Camillus, Neapolio, & Alexander,
C *viri ex familia pientiſſimi,*
illorum oſſa ex tumulis ſublata
Pii IV. Pont. Max. edicto hic humari
curarunt
anno Domini M.D.LXII.
Quorum primus creditum ſibi gregem
per annos XVII. feliciter.
cuſtodivit,
temploque hoc teſtudinibus
ornato.
Obdormivit in Domino anno ſal.
M.D.XVIII.
Aetatis ſuæ LII.
Alter vero per XXII. ann. ſanctiſſime
functus.
Epiſcopio à fundamentis exædificato.
annum vitæ geſſit LIIII.
Obiit anno Domini.
M.D.XLVII.

39. CYPRIANUS Senilis Anconitanus, in ejus D ſeculi doctis fecundiſſima fama numeratus, Pauloque III. Pontifici in paucis charus, ab eodem Pontifice creatus 1547. die 13. menſ. Maji. Quatuor tantum annos Eccleſiam illam adminiſtravit; deceſſitque 1551. (1)* Jacet in ſua Cathedrali cum hoc epitaphio. XLI. * Ex App. tom. 2.

Cyprianus Senilis Ancon. cum Latinis.
tum Græcis literis præſtantiſſ.
ac Pauli III. Pont. Max.
ob ſervitutum merita dignitate,
inſignito
Hieron. maſt. F.P.
Obiit anno Domini M.D.LIX.
tertio Kalend. Auguſti, ætatis vero
LXVIII.

40. BERNARDINUS de Cupis Roman. nepos Dominici Card. Tranenſis à Julio III. ſublectus eſt ann. 1551. die 24. menſis Julii. Auximanam rexit Ec- XLII.

(1) Obiit 3. Kal. Aug. 1559. Æt. 68. Aſſervatus in Cathedrali cum Epitaphio præfatum mortis tempus indicante. Ante Epiſcopatum erat Anconitanæ Eccleſiæ Archipresbyter Clericali tamen tantum caractere inſignitus. *Lucent.*

cleſiam anno 23. provectiorique ſenectute pulſatus, Epiſcopale onus depoſuit, tametſi poſtea per aliquot annos vitam protulerit. (r)

XLIII 41. CORNELIUS Termanus *a* à Macerata, ſub Pio V. Cæramoniarum Magiſter („ *I.V.D. & Archi-* „ *presb. Eccleſ. SS. Juliani & Celſi de Urbe*,) electus eſt 1574. die 15. menſ. Januarii; deceſſit autem 1588.

a Al. Firmanus.

XLIV 42. (2) THEODOSIUS Florentius, nobilis Auximanus, Pii V. olim Cubicularius, Secretariuſque magnæ exiſtimationis, Canonicuſque S. Petri in Vaticano. Hic poſt Pii V. Pontificis exceſſum cum ambitioſas ſpes ſuas, fortunamq; damnaſſet, iterum excolendis literis appulit animum; ſed eidem literati otii tranquillitatem Sixtus V. invidiſſe viſus eſt, cum illum ad Epiſcopatum Auximanum vocaſſet ann. 1588. die 27. menſis Julii. * Sacras Benvenuti Epiſcopi exuvias è ſuperiori parte Cathedralis, ſub confeſſione ſolemni ritu tranſtulit, ubi alia ſanctorum corpora venerabiliter requieſcunt. Id docet in marmore hæc exarata inſcriptio.

** Ex App. tom. 3.*

S. Benvenuti corpus ex ſuperiori
templo
ad venerabiliorem cultum
Theodorus Florentius Epiſcopus
Auxim.
huc transferendum
curavit
Anno Domini M. D. XC.
die xi. menſ. Jul.
Pont. Sixto V.

Idem Florentius B. Virginis Mariæ ſacellum in Cathedrali ornavit, & donavit, ſic ibidem proloquente inſcriptione.

Ex Teſtamento
Theodoſii Florentii Auximani
ſacellum hoc Deipara Virgini
dicatum,
ornatum, & dotatum
anno Domini
M. D. LXXXXI.

In ea dignitate vix tres annos exegit, mortuuſque deinde eſt 1591. die 17. menſis Decembris *b*. („ *Hic etiam Altare majus, & Sacellum corporis Chriſti, con-* „ *ſtruxit. Quatuor adoleſcentes inſtituit ex Auximati-* „ *bus, qui conſu ſuo literariam paleſtram excurrerent.* „ *Florentia familia apud Auximates antiquiſſima eſt.* „ *Florentiumque martyrem hujus familia fuiſſe aſſerit* „ *Baldus in Vitis SS. Auximi ex Metaphraſte. Et uſq;* „ *nunc antiquum ſervat ſplendorem rerum opulentia, &* „ *locorum utili dominio. Theodoſius cum B. Pio proxime* „ *famularetur, Abbatiam juriſpatronatus Florentiorū* „ *erexit Auctoritate Rom. Pontificis, eique ſoli perpetuo* „ *immediate ſubjici declarari fecit, & deficiente Floren-* „ *tiorum ſtirpe in jus nominandi ſubrogavit Remp. Au-* „ *ximanam*. Lucent.)

b Hujus meminit cum laude Hieronymus Fabri in Sacris monumentis Ravennatibus par. 1. pag. 47. Mand.

XLV. 43. ANTONIUS Maria Gallus Auximanus è nobili familia ortus, jam inde ab adoleſcentia Romā profectus, in aulicis honorariis Card. Montalti, qui poſtea Sixtus V. appellatus eſt, præcipuus fuit, eidemque deinde facto Pontifici magno uſui fuit, ab eodemque Canonicus Vaticanæ Eccleſiæ creatus eſt, nec multo poſt Epiſcopus Peruſinus. Mox & S. Agnetis in Agona presbyter Card. Aemiliæ Provinciæ legatione prudentiſſimè functus eſt, ſanctæque Lauretanæ domus olim fuit protector. Cæterùm poſt exceſsū Florentii, ad Auximanam Eccleſiam translatus eſt anno 1591. die 19 menſis Julii; quam quidem Eccleſiam adeo prudenter rexit, atque munificè, ut illam multis muneribus, eccleſiaſticoque cultu ditaverit; inque Lauretanam domum ea contulit ornamenta, quæ purpuratum Principem viderentur decere; utque erga Lauretanos ſuam pietatem planè oſtenderet, in tenuiorum favorem Montem Pietatis fundavit. Deceſſit autem ſub Paulo V. cum eſſet Cardinalis Epiſc. Oſtienſis, ac Veliternenſis, ſacrique Collegii Decanus, anno 1620. menſis Martii, illiuſque cadaver è Templo Jeſu Salvatori dicato in Aram Cœli delatum, in medio ſacrario cum hoc epitaphio tumulatum eſt.

Ant. Maria Card. Gallo Sacri Collegii Decano, Patritio, & Epiſcopo Auximano, Alma domus Lauretana Protectori. Petrus Stephanus Gallus ex teſtamento hæres Patruo benem. poſuit.

* In Eccleſia vero Auximana hoc ei cœnotaphium erexerunt Canonici.

** Ex App. tom. 2.*

Antonio Maria Cardinali Gallo
patritio,
& Epiſcopo Auximano,
Alma Lauretana domus
Protectori,
ac ſacri Collegii Decano
Legatione Flaminia,
aliiſque præcipuis muneribus, & honoribus
perfuncto,
ac præclaris meritis onuſto
Capitulum, & Canonici
ob ſingularia in ſe beneficia,
virtutumque præſtantia
mærentes, ſed merito
poſt ejus obitum
Paſtori, Parenti, Patrono PP.
anno Domini M. DC. XX.

In eadem Eccleſia alia ejuſdem legitur memoria ex marmore.

Antonius Maria tit. Sancta Praxedis
S. R. E. Card. Gallus
Epiſcopus Auxim.
Jeſu Chriſti corona cruentam
adhuc ſpinam pio labore quaſitam
patria chariſſima exhibuit.

44. AUGUSTINUS Card. Galaminus, vulgo vocatus Aræ Cœli Cardinalis, Ordinis S. Dominici, Præſul Auximanus, Card. Gallo ſucceſſit anno 1620. die 29. menſis Aprilis. Natus eſt Auguſtinus in Braſichella Flaminiæ oppido humilibus quidem parētibus, ſed adeò vivida, nobilique indole, ut gentilium ſuorum, progreſſione ſolidarum virtutum, obſcuritatem omnem deterſerit, atque ad miraculum illuſtrarit; quippe cum apud fratres Prædicatores Faventiæ Dominicanum inſtitutum ſuiſſet amplexus, adeò brevi profecit, ut nobilium facultatum intima ſcientia imbutus, gradus omnes, tum literarios, tum ſuæ Religionis dignitatum, feliciſſimè aſcenderit. Siquidem, ut interim inferiores brevitatis cauſa promamus S. Palatii Magiſter creatus eſt, inde Generalis ſui Ordinis Magiſter 1608. quo graviſſimo munere fungens, cum Pariſiis ſui Ordinis generale Capitulum celebraret, à Paulo V. purpuratus Senator renunciatus eſt anno 1611. die 17. menſis Auguſti; reverſuſque Romam, omnes, qui illic celebrari ſolent de rebus fidei, deque moribus cœtus, ſuo ſuffragio juvit, inſignituſq; eſt titulo S. Mariæ de Ara Cœli die 14. menſis Novembris, factuſque Lauretanus Epiſcopus, illuc ſe tranſtulit purioris vitæ tranquillitate fruiturus, cum Paulus V. ad Auximanum illum traxit Epiſcopatum, cujus gregem nunquam niſi graviſſimis diſtrahentibus cauſis vel tantiſper deſeruit, ratus nulla re magis, quam Paſtorum præſentia ſubditorum urgeri ſalutem. Verùm Galaminus, cum purpura haudquaquam monaſticos demutavit mores, ſed ſe ipſo ſemper cum dignitate major effectus, nonagenarius etiam, ac penè capularis ſenex diu vixit, ſui ordinis decus, cæterorum Epiſcoporum ſpeculum, lumen Senatus, & Togæ. Obdormivit in Domino menſe * Septemb. die Sexta anno 1639. ſepultuſque in cathedrali * Hoc cœnotaphium ad ejus tumulum, & grati animi monumentum poſuit Sacra Congregatio de Propaganda fide. XLVI

** Ex App. tom. 2.*

** Ex App. tom. 3.*

D. O. M.
Fr. Auguſtinus S. R. E. Presbyter Card.
de Aracœli
ex Galamina, & Recuperata
Familiis antiquis, & honeſtis
inter-

(1) Ita Ughellus. Sed in Actis legitur diſpenſatus ſuper defectu Natalium de ſoluta genitus, & Jo. Dominico, & huic Eccleſiæ adminiſtratus attributus [illegible] donec ad [illegible] perveniret. *Lucent.*

(2) [illegible] tempora Auximanum Epiſcopum fuiſſe Marcellum Francolinum Bodienſem affirmat Auguſtinus Roſſi in hiſt. Montis Bodii pag. 220. Verum horum Præſulum ſeries hic non interrupta dictum Marcellum nullo pacto admittit, utque Auguſtinum arguit falſitatis. *Mand.*

in terra Briſighella ortus
ex Caligaria Florentina oriundis
Prædicatorum Ord. ab adoleſcentia adſcriptus
Per omnes ejuſdem Ordinis gradus
Ad Commiſſariatum S. Officii,
Ad Magiſtratum S. Palatii,
Ad Generalatum Dominicanorum evectus,
Exinde ad Cardinalitiam Purpuram,
ad Epiſcopatum Recinatenſem, & Lauretanum,
ac demum ad Auximanum promotus,
Magna ſanctimoniæ fama vixit, & obiit
Hærede ſcripto
Sacra Congregatione de Propaganda Fide.
Quæ ut tanta beneficentia gratitudo
tanti viri memoria,
ac tantum virtutis exemplum
poſterorum exemplo, & ſtimulo conſervaretur,
In hoc ſacello ex ſuprema ipſius teſtatoris
voluntate ornato
præſens voluit extare monumentum
curantibus
M. Cardinale Lante Epiſcopo Oſtienſi,
B. Cardinale Spada Epiſcopo Albanenſi,
P. M. Diacono Cardinale Burgheſio
executoribus teſtamentariis
Natus ann. ſal. MDLII.
Obiit MDCXXXIX.

XLVII 45. HIERONYMUS Veroſpius Romanus, Diaconus Card. ex Romanæ Rotæ Auditore creatus ab Urbano VIII. die 16. Nov. 1641. pauloque poſt Auximatib. Epiſc. deſignatur 10. Feb. („ *Cum eſſet Presb.* „ *Card. tit. S. Agnetis*) cujus virtutes Fabritii Card. patrui præmortui, redivivam imaginem, nobilemq; memoriam præſeferunt. Deceſſit 15. Jan. 1652.

XLVIII. 46. * LUDOVICUS Bettus, nobili familia Florentina natus, ab Innocentio X. Pont. Max. Auximanus Epiſcopus declaratus eſt die 1. Julii ann. 1652. („ *Hic non fuit Patria Florentinus, ſed nobilis ex Marchionibus Bettis Anconitana familia natus a. Obiit bonus Paſtor 27. Octob. 1655. Sepelitur apud S. Dominicum.* Lucent.)

* Ex App. tom. 5.
a Vide Saracinum in Notit. hiſt. Anconæ. pag. 521.

XLIX 47. * ANTONIUS Bichius, Patritia & nobili gente natus Senis in Etruria, ex Epiſcopo Ilcinenſi fit Auximanus Præſul ab Alexandro VII. Pont. Max. die 16 *b*. Octob. 1656. Eccleſiam ſibi commiſſam vigilanter ad pietatem erudit.

* Ex App. t. 7.
b 6. Martii. *Luc.*

ADDITIO.

(„ *Anno vero 1659. 10. Novemb. Presbyter Card.* „ *ab eodem Alexandro renuntiatus eſt: indeque Legatio-* „ *nem Urbinii elegantiſſime obivit, Carthuſiani Ordinis* „ *tutelaris, & multarum in Urbe Congregationum unus* „ *ex Patribus. Quatuor Summorum Pontificum electio-* „ *nem ſuo ſuffragio juvit Clementis IX. Clementis X. In-* „ *nocentii XI. & Alexandri VIII. retenta jure admini-* „ *ſtrationis Eccleſia Auximana, dimiſſoque titulo Pres-* „ *byterali S. Mariæ Angelorum ad Præneſtinum Epiſ-* „ *copatum gradum fecit die 3. Martii 1687. denique ſe-* „ *nio, & morbo ex idrope conſumptus, obiit Auximi in* „ *ſuo Epiſcopali Palatio die 21. Februarii an. 1691. Ro-* „ *mana ſede Vacante. Poſt ſolemnes inferias ſepultus eſt* „ *in ſua Cathedrali.*

L. „ OPITIUS *Card. Pallavicinus abſolutus à Vincu-* „ *lo Spoletana Eccleſia, huic deſponſatus eſt ab Innocen-* „ *tio XII. 8. Auguſti 1691. cum antea eidem ad Petri ſe-* „ *dem promovendo ſuo ſuffragio profuiſſet. De quo magis* „ *diffuſe, cum de eo redibit ſermo in Spoletanis.* Luc.)

(„ *Obiit autem Romæ menſe Februario 1700.*

LI. „ MICHAEL *Angelus tit. SS. Quirici, & Julittæ* „ *Presb. Cardinalis de Comitibus Romanus creatus* „ *Card. a SS. D. N. Clemente XI. 7. Junii 1706. præfe-* „ *ctus in Epiſcopatum Auximanum eſt 28. Junii 1709.* „ *deinde tranſlatus ad Epiſcopatum Eccleſiarum Vi-* „ *terbienſis & Tuſcanenſis 1. Auguſti 1712.*

LII. „ HORATIUS *Philippus Card. Spada Epiſcopus* „ *Lucanus tranſlatus eſt ad Eccleſiam Auximanam 17.* „ *Januar. 1714.*)

BALNEOREGIEN.

EPISCOPI.



BALNEOREGII Civitas, quam modo vulgus Bagnaream appellat, non admodum vetuſtæ ætatis eſt, cum ſupra milleſimum pauci reperiantur ſcriptores, qui illius meminerint. Tametſi nonnulli contendant hanc illam eandem eſſe, quam Novem Pagos Plinius vocat; qua conjectura id dicant ipſi viderint. Inter colles non procul à Faliſcorum monte ſita eſt, („ *In Etruria ditionis Pontificiæ,*) quam aliquando Deſiderius Longobardorum Rex Rodam ſuo edicto appellandam præcepit, tametſi poſtea inveterata, pertinaxque conſuetudo juſſionem Regis ita eluſerit, ut Bagnareæ nomen apud vulgus nunquam illi exciderit. Haud ſatis ampla eſt, incoliſq; non adeo celebris *e*, ſive inſalubrior aer celebriores illinc cætus excludit, ſive quavis alia de cauſa illic frequentia populi non poſſit coire. Satis ad gloriam hujus civitatis eſt, Bonaventuram illum Epiſcopum Cardinalem, ac Doctorem graviſſimum, ſanctiſſimumque protuliſſe, cujus virtutibus, tanquam de pluribus peractis triumphis poſſit omnibus futuris ſeculis gloriari. Quamquam non conſtet hactenus quis primus ante S. Antimum anno ſalutis 295. illic evangelium evulgaverit; conjectora tamen, & quidem hominum cordatorum eſt, Chriſti lumine fuiſſe illuſtratam, cum circumvicinæ cæteræ civitates ab Apoſtolorum diſcipulis Chriſtianis ſacris initiatæ fuere. Epiſcopalis illic dignitas opinione mortalium antiquior eſt, cum Magnus Gregorius lib. 8. reges: epiſt. 34. cujuſdam Joannis meminerit, qui Balneoregienſis fuit electus Epiſcopus circa annum Domini 598. *Neq; autem cuiquam* (inquit Galleſinus in vita S. Bonaventuræ) *dubium eſſe debet, quia multo antea epiſcopalem aſſecuta ſit dignitatem, cum in ipſo ferè exordio, ut modo narratum eſt, chriſtianam ſuſceperit religionem, quo fit ut Balneoregienſium Epiſcoporum ſeries eſſe poſſit longè fortaſſe ab Apoſtolicis derivata temporibus. Hæc vero tantum habuit, ſed genuit illa civitas Epiſcopos ad virtutum epiſcopalium laudē maxime inſignes.* De antiquitate hujus Urbis videndus Petrus Romanus lib. 4. Pentalitologiæ. Hujus Civitatis Epiſcopus, ſicut ferme cæteri Romanæ Provinciæ proximi, nulloque altero mediante, Pontificem Romanum adorat. Cathedralem habet antiquæ ſtructuræ ſub invocatione S. Donati Martyris, in eaque ſunt 7. Canonici, & dignitas Archidiaconatus. Caput S. Victoriæ, aliæq; reliquiæ ibidem venerantur. Domus Epiſcopi contigua eſt Cathedrali. Adeſt alia Eccleſia Parochialis. Diœceſis continet 12. Oppida, & ſex Villas. Horum Præſulum ſeriem, ut modò vides lector, elumbem damus, quod ex ejus Eccleſiæ archivo, ut multùm precibus conati ſimus, nihil, aut certè parum referre potuerimus; etenim cauſati ſunt pleraque abſumpſiſſe incendia, in quibus Balneoregienſium Præſulum præclaræ res geſtæ continebantur.

e Duo circiter millia continet mortalium.

ADDITIO

[„ *In Cathedrali præter ſeptem Canonicos, inter quos* „ *extat Præbenda Pœnitentiaris, adſunt plures alii infe-* „ *riores Presbyteri. Curam illa habet annexam anima-* „ *rum, quæ exercetur per certum Canonicum. Adſunt e-* „ *tiam præter aliam Collegiatam, & Parochialem Ec-* „ *cleſiam, tria virorum, & unum Sacrarum Virginum* „ *Cœnobia, 5. Laicorum ſodalitia, mons Pietatis, & Se-* „ *minarium. Taxa hujus Epiſcopatus eſt Flor. 108. verus* „ *valor Scut. 750. moneta Romana. Diœceſis ad 18. Op-*

,, *pida ſe extendit eaque ſunt* : Vitorchiano . Caſtiglio-
,, ne.Spicciano.Graffignano.Bomarzo(1)Monre Cal-
,, vello.Mugnano.Sermugnano.Civitella.Rocca.Lu-
,, briano . Caſtel di Pietro . S.Steſano. S. Catharina .
,, Maggiore. Vajann . Torre di monte . Vitriolo . *In*
,, *bis* 15000. *fere hominum ſunt* . Lucenr.)

I. 1. JOANNES antiquior Epiſcopus eſt,qui Balneoregienſibus divinum jus dixiſſe reperiatur . Hunc Populus ſuo ſuffragio evexit ad ſedem , Gregoriuſque S. per Eulogium Epiſcopum Cluſinum Epiſcopum illius civitatis ordinandum præcepit, ut in epiſt. 34. legitur ſupracitati libri .

II. (,, CLARENSIS *literis Agathonis Papæ in Rom.*
,, *Synodo an* 680. *ſubſcripſit Balnenſis Epiſcopus.* Luc.)

III. 2. ALIFREDUS anno 826. in Concilio Romano ſub Eugenio II. ex Baronio .

VI. 3. *a* S.ALDOVANDRUS , ſive Aldibrandus , interſuit Romano Concilio ſub Hadriano Papa anno 871 *b* ejus feſtum Balneoregii celebratur die 22. menſis Augusti . Hujus meminit Ferrarius hoc ipſo die , ejuſdemque Civitatis divus tutelaris habetur .

a Hic ratione temporum poni debet post Romanum. *b* Hoc ſubſcribitur Aldebdus.

4. LEO anno 853. apud Baronium .

IV. V. 5. ROMANUS anno 855 . Hic teterrimam ſeceſſionem Anaſtaſii factioſiſſimi hominis contra Benedictum III. ſecutus , ex ejuſdem imperio Benedictum oneratum injuriis , Pontificalique cultu exutum, magna conſternatiooe,ſcandaloque populi deturbavit de ſede , ut Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Benedicti pleniſſimé narrat .

VII. * 6. JOANNES Epiſcopus Balneoregienſis,adfuit ſynodo Romæ celebratæ ſub Benedicto Papa Octavo anno 1015.ubi ſe ſubſcripſit decreto ad favorem Eccleſiæ Fructuarienſis.

* Ex Appendice.

VIII. 7. GIRBERTUS(2)Romano Concilio interfuit ſub Pontifice Nicolao II.anno 1059.

IX. (,, JOANNES *ſubſcripſit privilegio concesso Mo-*
,, *naſterio S.Dionyſii ab Alexandro II. in Conc. Late-*
,, *ran.* 1066. Luc.)

X. 8. ALBERTUS hujus civitatis Epiſcopus , templum D.Clementi ſacrum extra Balneumregium,dono dedit Canonicis Baſilicæ Lateranenſis .

XI. 9. (3) RUSTICUS de Monte Flaſcone an. 1270. defunctus eſt .

XII. 10. SIMON Cathedralis Canonicus , à Gregorio X.electus Epiſcopus eſt 1272.die 28. menſis Auguſti , ex reg.Vatic.ejuſdem Pontificis. Obiit 1295.cum plures annos Provinciæ Patrimonii B. Petri Generalis Vicarius fuiſſet .

XIII. 11. Fr. STEPHANUS cognomento Taſca, Ordinis Prædicatorum,à Capitulo poſtulatus,cum Matthæus de Caſtro Petri Ordinis Minorum à Capitulo electus electioni de ſe factæ liberé ceſſiſſet, confirmatur à Bonifacio VIII. anno 1295. 12. Kal. Februarii , reg. Vatic. ep. 356. fol. 199. hunc Romæ conſecravit Joannes Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus . Obiit anno 1306.

XIV. 12. SIMON Canonicus Florentinus à Clemente V.electus eſt Præſul Balneoregienſis anno 1306. 3. idus Junii,caſſata electione,quam fecerat Capitulum de Fr.Monaldo de Urbeveteri Ordinis Minorum, ex reg.Vatic.ep.7.ſol.8. an.1.vita functus eſt 1358.

XV. 13. Fr. TRAMUS Monaldeſcus Urbevetanus, Conradi filius,Ord. Præd.ſubſectus eſt 1328.4.Nonas Sept.ex reg. Vatic.ad Urbevetanam Eccleſiam tranſlatus eſt eodem anno 3.Non.Oct.de quo plura in Epiſcopis Urbevetanis .

XVI. 14. Fr. MATTHÆUS de Caſtro *e* Petri, Ord. Minor. ille idem , qui anno 1295. à Capituli parte poſtulatus fuerat , à Joanne XXII. electus eſt 1328. 3. Nonas Octobris,ſedit autem annos 14. translatuſque eſt ad Acerranam Eccleſiam anno 1342. 10. Kal. Januarii,de quo Waddingus tom.3.ex reg. Vatic.

e Hujus meminit Theuleus in Apparatu hist. ord. Provinc. Rom. pag. 27. Mand.

XVII. 15. JOANNES (,, *Ord. Minorum*,)Epiſcopus Acertanus ad hanc ſedem tranſlatus eſt anno 1342. 10. Kal.Januarii , VI.Clemente ſedente , ex reg.Vatic. ep. 93. fol. 94.

16. Fr. JOANNES de Civitate Caſtellana *d*,Ord. Minor.defuncto Joanne,Epiſcopus Balneoregienſis à Clemente VI.ann. 1348.18 Kal.Januarii ex reg.Vatic.ep.202.ſol.93.anno 7.libro 3. XVIII

d De hoc item Theulus loco proximè citato . Mand.

17. ALANUS,ſive Alemannus, electus an.1350. die 15.menſis Decembris, ſe ſolitum ſubſidium Apoſtolicæ Cameræ ſoluturum pollicetur. XIX.

18. Fr. BONAVENTURA,ad eam dignitatem provectus eſt ann. 1365. ejus mentio habetur in libro de Proviſ.Prælat.Boniſacii IX.an.9.ſol.133. XX

19. ANGELUS ex Canonico ab Alexandro V. Epiſcopus effectus eſt,die 20.menſ. Decembris 1409. ex lib.Conſiſt.ejuſdem Pontificis,qui adhuc aſſervantur Florentiæ apud Carolum Strozzam Patritium Florentinum antiquitatum ſané avidum , atq; amantem,ex cujus diligentia plura huic noſtro operi acceſſere ornamenta . XXI.

20. Fr. BENEDICTUS Epiſcopus Arienſis,huc translatus eſt 1438.die 10.menſis Maji *e*; ex vivis autem exemptus eſt 1445.ex libro Proviſ.Prælat. XXII.

e Interfuit Synodo Ferrarien.

21. Fr.CONRADUS à Matelica , Ord.Min.Benedicto ſucceſſit anno 1445.Kal.Oct.Mortuus autem eſt,antequam integrum annum ſuæ dignitatis expleſſet:de eo acta Conſiſtorialia . XXIII

22. Fr. NICOLAUS de Rogeriis , Ord.Min. electus 1446.6 Kal.Junii;ut habent acta Conſiſt. Deceſſit hic Præſul 1449.Poſt cujus exceſſum Nicolaus V. Pontifex Max.die 4. menſis Februarii ejuſdem anni , Balneoregienſem Populum , cum Viterbienſi,ſub eodem Paſtore in unum juſſit coire ovile,ea tamen conditione, ut qui Viterbienſibus jus diceret , etiam Balneoregienſis appellaretur Epiſcopus . Verum hujuſmodi Eccleſiarum fœdus haud multam tulit ætatem ; ſiquidem idem Pontifex , eodemque anno unionem illam diſſolvit , cum eadem die Balneoregienſem Epiſcopum creaſſet . XXIV

23. Fr. AUGUSTINUS in Eremitano Ordine S.Auguſtini Balneoregii educatus, electus ann.1449. 16.Kal.Novembris.Deceſſit autem anno 1459.ut habent acta Conſiſtorialia . XXV.

24. JO:PHILIPPUS de Landulphis à Pio II.electus 1459. ex libro obligationum . XXVI

25. ANGELUS Piſanus,anno 1464. XXVII.

26. PETRUS Bucca Balneoregienſis,à Sixto IV. ſuæ Patriæ Epiſcopatu condecoratus eſt 1478.17 Kal. Decembris.Adminiſtrator fuit Campaniæ,atq;Maritimæ,ſuarum exaggeratione virtutum apud omnis ordinis homines gratioſus . Ad multos annos ſedem illam obtinuit , cum non vulgari laude providentiæ; de eo etiam acta Conſiſtorialia . XXVIII.

27. ANTONIUS Miniatenſis Tuſcus,& Baſilicæ Vaticanæ Vicarius 1493. mortuus eſt 1497.ſepultuſque eſt in ea,cui præfuerat Eccleſia . XXIX

28. BARTHOLOMÆUS Martini Valentinus Segobienſis Hiſpanus , Epiſcopus Segobienſis Card. ſub tit.S.Agathæ ab Alexandro VI.creatus 1496.cum Pontificiæ domus Magiſter eſſet , Balneoregienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam die 8.menſ. Martii 1497.Romæ deceſſit 1508 *f*. Kal.Februarii; ſepultuſque eſt apud S.Petrum in marmoreo ſepulchro ſine inſcriptione . XXX.

f 1500.

29. FERDINANDUS à Caſtella Hiſpanus,Canonicus Toletanus , ab Alexandro VI. creatus eſt Epiſcopus an. 1500.die 4.menſis Maji, qui Lateranenſi Concilio interfuit *g*. Inter mortales autem eſſe deſiit 1521.de quo acta Conſiſtorialia . XXXI

g an.1512.

30.CONRADUS Manilius,(,, *De quo agit Julia-*
,, *nus Porta in Viris Illuſtr. Alexand.pag.*75.Mandoſ.)
Alexandrinus, Rotæ Auditor , electus 1521. die 20. menſis Septembris . Deceſſit autem 1525. acta Conſiſt. XXXII.

31. HUGO Spina , Rotæ Auditor, Conradu ſucceſſit XXXIII.

(1) *Bomarzo* olim *Polymartium* civitas Epiſcopalis fuit : Ejuſque Epiſcoporum ſeriem , prout haberi poteſt , in tom. X. hujus operis dabimus.
(2) Ex noviſſima Harduini Conciliorum Editione in Romano Concil.an.1059 nuſquam legitur Girbertus , ſive Gibertus . Verum poſt Gerardum Epiſcopum Reatinum reperitur *Iſidorus* Epiſcopus Balneoregienſis . Proinde loco Giberti ſcribe Iſidorum .
(3) Capitulum Amerinæ Eccleſiæ cum ſibi Paſtorem poſtulare deberet an. 1255. Balneoregienſem elegit . Quiſnam ille fuerit nobis incompertum . *Lucent.*

ceſſit 1522. breviſque Pontifex fuit, cum vita fuiſſet defunctus 1523. acta Conſiſt. A

XXXIV. 32. *a* MERCURIUS de Vipera (,, *Beneventanus,* ,, *S. Apoſtol. Pœnitentiariæ Regens, &*) Rotæ Auditor, factus Epiſcopus annn 1523. die 23. menſis Martii, è vivis exemptus eſt *1527. 7. Kal. Junii Romæ ſepultus in eccleſia S. Srephani del Caccho in ſepulchro, qno Trajanum Viperam fratrem condiderat. Appoſita hæc inſcriptio fuit in marmore.

a Jo. Mercurius.
* Ex App. tom. 5.

Trajano Beneventi Samniorum Metrop. nobili, vetuſtaque Viperona familia patre, matre vero ex Illuſtri Urſinorum gente nato, domi foriſque pace, & bello claro, ob merita ab univerſis civibus PP. appellato, & Cæſari Viperæ Trajani F. indolis ſpeiq; max. Vix. P. XXXVII. F. X. annis, Mercurius Balneoregienſis Epiſcopus Sacrique Palatii Auditor, & Petrus Vipera theſ. benemer. à Brevibuſque Apoſtolicis, fratri, fratriſque F. pientiſſimi poſuere MDXXV.

Ibidem in alio lapide, Petrus Vipera Mercurii frater, hoc poſuit epitaphium. B

D. O. M.

Joanni, Mercurio Viperæ ex vetuſta Beneventani Municipii familia, Sacr. Pœnit. Apoſt. per multos annos regenti, Pontificiæ Vaticanæ Rotæ Auditori, memoria, eruditione incomparabili prædito, Epiſcopo Balneoregienſi, in quibus & aliis publicis muneribus ea ſemper reſpondendo comitate, ea eſt uſus in judicando æquitate, ut in Urbis excidio captus, & extinctus maximum ſui univerſa curia, ingentem ſuis deſiderium reliquerit. Petrus Vipera Brevium Apoſtolic. ſcriptor fratri unico poſuit. Vixit annos LXIV. menſes VI. dies VIII. Obiit VII. Kal. Iulii MDXXVII.

De eo acta Conſiſt.

XXXV. 33. FRANCISCUS de Salis Hiſpanus, S. Jacobi Eques de Spata, à Clemente VII. creatus anno 1528. die 28. m. Janu. Deceſſit verò 1545. de eo acta Conſiſt.

XXXVI. 34. NICOLAUS Verneey, aliàs VINEUS Lotharingus, Archidiaconus Metenſis, Pauliq; III. ſummi Pontificis Datarius, Epiſcopus electus eſt 1545. C die 22. menſis Maji; quam quidem Eccleſiam uſque ad annum 1563. ſatis prudenter adminiſtravit, deinde eo munere libens, volenſque abivit, ut in actis Conſiſtor. habetur.

XXXVII. 35. GALEATIUS Gegald Gallus S. Petri Canonicus, V. S. R. Pii IV. Pontificis Datarius, ab eodem Pontifice Epiſcopus electus eſt an. 1563. die 15. menſis Octobris, deinde Epiſcopali munere ſe abdicavit 1568. ex actis Conſiſtorialibus.

XXXVIII. 36. Fr. UBERTUS Locatus, Placentinus, Ordinis Præd. in cauſis fidei Papienſis Quæſitor, ſanctique Officii ſub Pii V. Pontificatu Commiſſarius, ab eodem Pontifice Epiſcopus declaratus eſt an. 1568. 5. die menſis Aprilis *b* Librum edidit de Epiſcopis Placentinis, varia cognitione reſperſum, tametſi aliquibus videatur ſcatere erroribus. * Placentiæ obiit ann. 1587. die 17. Octob. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ in Canali ſui Ordinis poſt majus Altare, ut nos monuit venerandæ canitiei, & exquiſitæ eruditionis Petrus Maria Campius Canonicus Placentinus amicus noſter, ubi hoc legitur epitaphium. D

b Vide Altamuram in Bibl. Domin. pag. 361 & 362. *Mandoſ.*

A.A.A. TV. CUR. SUPERATIS
SCOP. FRATER UBERTUS
LOCATUS
EPISCOPUS HIC LOCARI
VOLUIT.

Romæ vero apud S. Sabinam aliud videtur ſepulchrum, quod excitandum curavit in gratiam illorum Epiſcoporum, qui Romæ Prædicatorii ordinis extra ſuam ſedem deceſſiſſent, cum ſequenti Epitaphio.

D. O. M.

Quem humilis familia parentes genuere, aluit, edocuitque Dominicana paupertas, Pii V. Pont. Max. munificentia auxit, dum in Urbe generalis S. Officii Commiſſarium ageret, deſideratiſſima morte ſolutus, hic humari voluit Ubertus Locatus Placentinus Epiſcopus Balneoreg.

Deinde in pavimento juxta idem ſepulchrum, hæc item inciſa verba leguntur.

V. L. E. B. & ſibi, & cæteris ejuſdem Ordinis ex Dominicana familia aſſumptis, Anno Domini MDLXX.

XXXIX. 37. THOMAS Sperandius de Corbellis, Faneoſis, ex Sperandia gente matrem habuit, in utroque jure conſultus, Jacobi Sabelli Card. Auditor à Pio V. factus Epiſcopus Traguriensis 1567. à Gregorio deinde XIII. ad hanc Eccleſiam translatus eſt, cum Locatus munere illo abiiſſet anno 1581. die 19 *c.* menſis Maij. Deceſſit autem 1590.

c 19.

XL. 38. FRANCISCUS Gerinius, è S. Giminia-,, no Etruriæ Oppido (,, *ejuſdemque Terræ Præpoſitus* ,, *& Abbas SS. Abundii, & Abundantii Aretinæ* ,, *Diœceſis Ord. S. Benedict.* Lucent.) ſubiectus eſt an. 1590. menſe Iulio (,, *Die 16.*) Fato autem ceſſit (,, *Ferrariæ die 6. Septemb.*) an. 1598. (,, *ſepultuſque* ,, *fuit in Eccleſia S. Spiritus Fratrum Franciſcano-* ,, *rum.*) de quo in actis Conſiſtor. (,, *& Coppius de Vir.* ,, *Illuſt. S. Geminiani pag. 81.*)

XLI. 39. CAROLUS Trottus *d* nobilis Ferrarienſis, B à Clemente VIII. Epiſcopatum obtinuit anno 1598. die 9. menſis Octobris; è vivis autem exemptus eſt an. 1612. (,, *Die 27. Septemb. ſepelitur in Cathedrale.*) acta Conſiſtor.

d Egregiè laudatur ab Auguſt. Superbo de viris Illuſt. Ferrar. par. 3. pag. 20. *Mandoſ.*

XLII. 40. LÆLIUS Senatoris Caroli Ruini Bononienſis *e*, U. S. Refer. apud Poloniæ Regem Pontificius orator, à Paulo V. electus Epiſcopus Balneoregienſis Cracoviæ ſacra thiara condecoratus eſt, ab Alberto Archiepiſcopo Genenſi, Andreæ Epiſcopo Paſnonienſi, ac Simone Epiſcopo Varmienſi aſſiſtentibus. Qui deinceps cum pro S. Apoſtolica Sede indefeſſis conatibus inſudaſſet, fato conceſſit 1622. *f* (,, *die ultima Decemb. ſepelitur in Cathedrali.*)

e Vide Alidoſium in Epiſcopis Bononien. pag. 151. *Mand.*
f 1622.

XLIII. 41. CAROLUS Bovius, Bononienſis, (,, *I.V.* ,, *D. ac presbyter.*) Gregorii XV. Pont. Max. affinis (,, *ejuſque Vicarius, dum Bononiæ præſideret*) ab ipſo adlectus eſt Epiſcopus die 24. menſis Jan. ann. 1622. quam Eccleſiam cum per 12. annos prudenter rexiſſet, ab Urbano VIII. ad Sarſinenſem Epiſcopatum C translatus eſt 1634 *g*. die 29. menſ. Jan. (,, *Melitenſis* ,, *Inſulæ inquiſitorem fuiſſe narrat Barthol. à Puteo in* ,, *hiſt. Ord. S. Hieroſolym. lib. XI. pag.* 718. Mandoſ.)

g 1635.

XLIV. 42. PETRUS PAULUS Phœbeus (,, *Urbevetanus*) S. Officii Romani Aſſeſſor, ab Urbano VIII. electus eſt die 9. menſis Julii 1635. Quem adhuc viventem, promeritis laudibus haud onerabimus *Obiit an. 1649 *b* (,, *die 4. Augu. jacet in Cathedrali.*)

* Ex App. tom. 5.
b De hoc viden. ſchema Genealogicum ſtirpis Phœbeæ apud me tom. 9. Miſcell. n. 49. *Mand.*

XLV. 43. CAROLUS Azolinus Firmanus, electus Epiſcopus Balneoregienſis ab Innocentio X. anno 1649. die 6. Decemb.* Poſt annos tres onere ſe exolvit. (,, *Hujus Elogium in conſecratione S. Thomæ à Villanova legitur in libro prænotato: Series Actorum omnium in Canonizatione S. Thomæ à Villanova pag.* ,, 100. Mandoſ.)

* Ex App. tom. 9.

XLVI. 44. VINCENTIUS Candiottus ex S. Angelo in Vado Epiſcopus Balneoregienſis adlectus eſt die 23. Aug. 1653.

A D D I T I O.

(,, VINCENTIUS *Candiottus Presbyter de S.* D ,, *Angelo in Vado V. I. D. ſuffectus* 18. *Aug.* 1653. *ætatis* ,, 48. *cum pietatis laude rexit uſque ad* 1680. *quo obiit* ,, *die* 22. *Januarii. humatur in Cathedrali.* (,, *Hic in con-* ,, *ſecratione SS. Petri de Alcantara, & Mariæ Magd.* ,, *de Pazzis elucubravit ſuffragia, quæ extant in libro* ,, *inſcripto: Acta Canonizationis SS. Petri &c. pag.* 186. ,, 241. Mandoſ.)

XLVII. ,, JO: PAULUS *Meniconus Nob. Peruſinus I.V.D.* ,, *& Peruſinæ Eccleſiæ Archidiaconus huic Gregi attribuitur* 29. *Auguſti* 1680. *Anno vero* 1694. *apoplexia* ,, *deceſſit; inque Cathedrali tumulatus fuit.*

XLVIII. ,, VINCENTIUS *de Aptis Viterbienſis, S. Theologiæ, & I.V.D. atque V. S. Refer. poſtquam Tudertinam, Urbevetanam, & Spoletanam civitates gubernaſſet, Balneoregienſis Epiſcopus eligitur die* 24. *Januarii* 1695. *Ad Urbevetanam inde Eccl. tranſiit.*

XLIX. ,, ULDERICUS *nobili apud Aretinos familia* ,, *Nardi, I. V. D. Balneoregienſium Sacris infulis condecoratus eſt* 21. *Julii* 1698. Lucent.)

,, *Obiit*

L. (,, *Obiit autem Menſe Aprili* 1705. *apud ſuam Eccl.*
,, ONUPHRIUS *Eliſei, nobilis Fulginatenſis*
,, *Presbyter annorum* 37. *I.V.D. Congregationis S. Hie-*
,, *ronymi charitatis, necnon Congregationis ſecreta SS.*
,, *Trinitatis Peregrinorum, & ad promovendum ſa-*
,, *crum doctrina Chriſtiana inſtitutum in Urbe deputa-*
,, *tus, promotus eſt ad Eccleſiam Balneoregienſem* 8.
,, *Junii* 1705.

BISINIANENSES
EPISCOPI.



IN ea Italiæ parte, quam magnam Græciam olim antiqui vocarunt, quæ nobis hodie Calabria eſt, pertinetque ad Bruttios, Biſinianum Civitas ſupra collem eſt, prope ripam fluvii Crathis, quam ſeptena facies exornat, mediumque occupat arx & propugnaculum. Hæc illa eſt, quàm Livius lib. 30. plurali numero appellat Beſidias, quam deinde recentiores noſtri corrupto vocabulo Beſidianum vocarunt, ut habet Antonius in Itinerario, Silviano inſcripto. Hoc autẽ tempore, Beſignanum a vulgo eſt, olim illuſtris Principatus S. Severinæ, clariſſimæ gentis, 8. vel 10. mille circiter continens animas. Cæterùm in ea Civitate, opinione hominum, antiquior dignitas Epiſcopalis eſt, Romanæque Provinciæ, Pontificiſq; Romani unum intuetur arbitrium, tametſi quoad ſitum, ad Coſentiæ Provinciam ſpectet. Ejus Diœceſia plura loca adhuc obtinent Albanenſes, qui uxorati tanquam Priſcorum illorum Græcorum vera propago in Chriſtiania ſacris exercendis græco ritu utuntur, ut narrat Hieronymus Marafiottus in Calabriæ deſcriptione. Cathedralem habet honorificæ ſtructuræ, ſub invocatione S. Virginis Mariæ Aſſumptæ. Sunt in ea dignitates ſex; major eſt Archidiaconatus; non habet Canonicos, nec Præbendas, cum ſit Eccleſia receptiva, ſed omnes dictæ civitatis Clerici divinis Officiis cum participatione fructuum Maſſæ communi intereſſe tenentur. Eccleſiæ Parochiales in ea ſunt 14. monaſteria virorum 5. totidem Confraternitates, Hoſpitalia tria, mons Pietatis, & Seminarium ad præſcriptam legem ſacri Concilii Tridentini. Diœceſis ampla eſt; 12. ſub ſe continet oppida, quorũ unũ eſt S. Sophiæ, quod tẽporali juriſdictioni etiã Epiſcopi Biſinianenſis ſubeſt.

Biſigna-

ADDITIO.

(,, *Biſinianenſis Diœceſis loca ſũt*. Acri. Luzzi. Rocca.
,, Regina. Lattaraco. Furano. Sertano S. Benedicto. S.
,, Martino. Rota S. Sofia. *Sex priora oppida ſunt.* Serta-
,, no *Caſale eſt, & quatuor ſequentia ſunt ejuſmodi, quæ*
,, *obtinentur ab Albanenſibus, qui in ſacris exercendis,*
,, *& ducendis uxoribus Græco hactenus ritu utuntur. Hu-*
,, *jus Epiſcopatus taxa Cameralis eſt Flor.* 70. *redditus*
,, *certi hujus menſa modo computantur circiter bis mil-*
,, *le ducatorum.* Lucent.)

I. 1. ANDREONEUS (1) Epiſcopus Biſinianus Romano Concilio interfuit à *Z*acharia ſummo Pontifice apud S. Petrum celebrato anno 743. 12. verò an. Luitprandi Regis, ex antiquo Codice Abbatię S. Salvatoris montis Amiati Ord. Ciſtercienſis Senenſis Provinciæ. Poſt cujus Epiſcopi exceſſum, multorum annorum hiatus illorum Epiſcoporum abrumpit ſeriem, tametſi conſtet pro tempore ſibi invicem illius Eccleſiæ Præſules ſucceſſiſſe.

A 2. RAYNALDUS anno 1182. menſis Aprilis Abbati Guilielmo Montis Regalis omnem juriſdictionem ceſſit, quam antea in monaſterium S. Mariæ de Mania, ac S. Nicolai de Campo poſſederat; ut refert Rochus Pyrrhus in 3. notitia Eccleſiæ Sicilienſium. (,, *Et patet ex Bulla Innoc. III. an.* 1198. 27. *Apr.* ,, *relata in Bullar. Caſinen. tom.* 2. *Conſt.* 223 (Luc.) II.

3. GUILLELMUS conſecrationi Eccleſiæ Coſentinæ interfuit an. 1222. 3. Kal. Febr. Conſule Jacobum Græcum Syllanæum in vita B. Ioachim Abbatis Florenſis. III.

4. * PETRUS Epiſcopus Biſinianenſis an. ſalutis 1236. ſubſcripſit ſententiæ ad favorem Monaſterii de Patirio Roſſanæ, menſe Martio Indict. 10. ex ipſa membrana à me viſa. IV.

* Ex App. tom. 7.

5. Fr. RAINUCCIUS Ordinis Minorum ab Innocentio IV. electus eſt 1254. ex reg. Vatic. V.

6. GOFRIDUS, obiit 1295. VI.

7. GUILLELMUS ex Archidiacono à Capitulo electus, confirmatur à Boniſacio VIII. anno 1295. VII.
B 16. Kal. Martii ex reg. Vatic. ep. 102. fol. 24. conſecratus fuit ab eodem Boniſacio Papa; obiit anno 1315.

8. GAUFRIDUS ex Archidiacono à Capitulo electus, confirmatus fuit à Joanne XXII. anno 1316. die 1. Kal. Decembris; munus conſecrationis ſuſcepit à Berengario Epiſcopo Card. Tuſculano; extrema clauſit anno 1319. VIII.

9. NICOLAUS Canonicus Cathedralis à Capitulo poſtulatus, confirmatus fuit à Joanne XXII. 4. Non. Apri. an. Pontiſ. 3. Chriſti verò 1319. Avenione conſecratur ab Arnaldo Epiſcopo Card. Albanenſi; præfuit an. 12. inde ad Eccleſiam Nolanam tranſlatus eſt anno 1331. IX.

10. FRIDERICUS Canonicus Biſinianenſis & electus Caſſanenſis, ad hanc ſedem evehitur an. 1331. die 11. Kal. Novemb. Hic ille Epiſcopus Biſinianenſis eſt, qui crudeliter necatus an. 1339. de patrato crimine contra nephandos homicidas extat in regiſtro Vatic. Benedicti XII. ſequens epiſtola ad Archiepiſcopum Barenſem, & Rapollanum Epiſcopum. X.

C *BENEDICTUS EPISCOPUS*
Servus Servorum Dei.
Venerabilib. fratribus Archiepiſcopo Barenſi, & Epiſcopo Rapollano ſalutem &c.

HOrrendum ſcelus, piaculare flagitium in partibus Calabria diebus præteritis a viris ſanguinum perpetratum, non ſine mentis amaritudine recenſentes, ad illud juxta reatus magnitudinem procedendum, cum pœna gravior vix ſufficiat ad vindictam, eo ferventiori attẽtione cõſurgimus, quo tanti facinoris nephanda patrata in Dei majorem contumeliam, & offenſam, Eccleſia univerſalis injuriam, deteſtabilis exempli perniciem, & cũctorum fidelium illud audientium ſcandalum noſcitur redũdaſſe. Habet ſiquidem publica fama, immò verius ejuſdem infamia horrenda relatio, non ſolum in cunctorum fidelium Regni Sicilia, ſed aliarum provinciarum; etiam remotarum jam deducta publicam notionem, quod quodam die Dominico infra octavam præterita feſtivitatis Nativitatis B. Jo. Baptiſta, dum bona mem. Fridericus Epiſcopus Biſinianenſis in Epiſcopalibus domibus conjũ-
D *ctis Eccleſia Biſinianenſi ſub ſecuritate publica de tutela ſedis Apoſtolica, qua Eccleſiarum Præſules ſoliti ſunt gaudere, fiducialiter moraretur, quidam diabolico ſpiritu incitati, æmuli, & hoſtes ejuſdem Epiſcopi, Cives Biſinianenſes, & nonnulli alii viri nequam locorum quamplurimorum vicinorum Biſinianenſis Diœceſis, ac Civitatum, & Diœceſum aliarum, quorundam potentum illarum partium ducti, vel verius deducti præcepto, & favore ſuffulti, collecta multitudine copioſa hominum armatorum, dictam Eccleſiam Biſinianenſem nobis, & eidem ſedi immediatè ſubjectam, ac domos epiſcopales prædictas furibundis animis hoſtiliter invaſerunt, fractiſque, ac combuſtis januis domorum, & Eccleſia prædictarum violenter intraverunt eaſdem, & evaginatis gladiis quoſdam de familiaribus ejuſdem Epiſcopi in ejus præſentia trucidarunt, dictumque Epiſcopum, & decem familiares ipſius Presbyteros, Clericos, & Laicos, quibus dum fuga præſidium*

(1) Seù Anderanus, vel Anderamus, ut habent varia authentica Rom. Concilii, cui interfuit, ibique deſcribitur *Biſuntianenſis*, & *Biſuntianus* Epiſcopus. *Lucent.*

Digitized by Google

dium non patebat, ſacrilegis manibus injectis in eos ceperunt, eoſque captivos duxerunt per Eccleſiam, & Civitatem prædictam uſque ad confinia civitatis ejuſdem, ibiq; dictum Epiſcopum, & omnes præfatos familiares ipſius Presbyteros, Clericos, & Laicos quos captivos duxerant, ut præfertur, crudeliſſimè occiderunt; nam dicto Epiſcopo caput, & manus ſacro chriſmate delibutas horribiliter amputantes, ſecum illa in oſtentatione ſic horrendè flagitii publicè aſportarunt, ejuſdem Epiſcopi, & aliorum occiſorum inhumatis corporibus in eſcam beſtiarum, & volatilium derelictis, ad majorem exaggerationem patrati ſceleris quibuſdam cuſtodibus deputatis, qui non permitterent eorum corpora ſepeliri, & nihilominus rapinas, & furta interventioni hujuſmodi adjungentes, ſanctorum reliquias, cruces, calices, paramenta Pontificalia, totumque theſaurum Eccleſiæ, omniaque bona ejuſdem Epiſcopi interempti in eiſdem domibus, & extra reperta, auſu ſacrilego rapuerunt, aſportaverunt, & inter ſe pro eorum voluntatis arbitrio diviſerunt in gravem exempli perniciem, magnum fidelium ſcandalum, chriſtianæ religionis opprobrium, & noſtrum, & B *ſedis Apoſtolicæ gravamen, contumeliam, & contemptum. Cum itaque ejuſdem Antiſtis, ac Presbyterorum & Clericorum, ac laicorum familiarium ejuſdem Epiſcopi interempti, cædes horribilis, aliaque mala eiſdem flagitiis cumulata, non ſolum noſtri, & ſedis ejuſdem partes officis excitet, ſed cunctorum fidelium animos accendere debeant ad vindictam, cum ſceleratorum impunitas deteſtabiles auſus pariat, auſuq; coacervent exceſſus, fraternitati veſtræ, de qua fiduciam gerimus in Domino ſpecialem per Apoſtolica ſcripta, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios ex officio veſtro prædictos ſacrilegos, qui hujuſmodi invaſionem, effractionem, captionem, mutilationem, ac parricidium in perſonā ejuſdem Epiſcopi, & homicidia, aliaq; prædicta flagitia, & ſcelera inhumaniter perpetrarunt, atque qui prædicta fieri mandaverunt, vel ſuper iis dederunt auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè tam in Provincia Calabriæ, & vallis Gratis, dictaque civitate Biſinianenſi ubi fuerunt hujuſmodi horrenda facinora perpetrata, locisque, ac civitatibus aliis convicinis,* C *quam in omnibus locis inſignibus, & civitatibus totius terræ, ejuſdem Regni Siciliæ citra Pharum excommunicatos generaliter publicè nuncietis, & faciatis per alios nunciari, ac generaliter declaretis eaſdem omnes pœnas, quæ infliguntur in tales per conſtitutiones fel. record. Clementis Papæ V: præd. noſtri dudum editam in generali concilio Viennenſi, & alios ſacros canones incurriſſe, ac nihilominus ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, de prædictorum facinorum patratoribus diligenter inquiratis, & eos quos per inquiſitionem hujuſmodi repereritis facinora hujuſmodi flagitioſa perpetraſſe, vel perpetrari mādaſſe, aut facta ab aliis rata habuiſſe, vel ſocios in iis facientium fuiſſe, aut in iis dediſſe conſilium, aut favorem, ſeu ſcienter defendiſſe hujuſmodi facinorum patratores nominatim diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis excommunicatos ſimiliter per vos, & alios nuncietis, & tamdiu nunciari facietis, & ab omnibus arctius evitari, donec ſuper præmiſſis ſatisfecerint, & cum litteris noſtris rei veritatem continentibus ad ſedem venerint Apoſtolicam abſolvendi; ab hujuſmodi* D *autem excommunicationis ſententia per alium nequeant, quàm per Romanum Pontificem, præterquam in articulo mortis abſolvi, in quo quidem caſu ſi quis forſan fuerit abſolutus, niſi poſtquam priſtinæ reſtitutus ſanitati, quàm cito commodè poterit conſpectui Romani Pontificis ſe curaverit præſentare, ejus mandatum humiliter recepturus, prout juſtitia ſuadebit, in eamdem excommunicationis ſententiam recidat ipſo facto, eoſdem inſuper ſacrilegos, a feudis, locationibus, officiis, & beneficiis ſpiritualibus, ſive temporalibus, quæ ab eadem Biſinianenſi Eccleſia obtinebant, propter hujuſmodi facinus cecidiſſe, ipſaque ad eamdem Eccleſiam liberè reverſa fuiſſe, eorū quoque filios per maſculinam lineam deſcendentes uſque ad generationem ſecundam omni ſpe diſpenſationis adēpta, ipſo facto redditos fore inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia obtinenda in Biſinianenſi civitate, & Diœceſi ſimiliter nuncietis, & nunciari per alios faciatis. Rurſus terram ipſius, vel illorum, qui hujuſmodi parricidium*

A *fecerunt, ſeu fieri mandaverunt, aut factum ab illis eorū nomine ratum habuerunt, vel facientium ſocii extiterūt, aut dederunt in his conſilium, vel favorē, vel ſcienter defenſarunt eoſdem, juxta conſtitutionem eamdem, uſq; ad ſatisfactionem condignam denuncietis per vos, vel alios ſubjacere eccleſiaſtico interdicto. Cæterùm vobis committimus, & diſtrictè mandamus, ut omnes, & ſingulos ſacrilegos ſupradictos, quos per inquiſitionem hujuſmodi repereritis præmiſſa facinora commiſiſſe, vel illa fieri mandaſſe, vel committentibus dediſſe auxilium, conſilium, vel favorem peremptoriè ex parte noſtra citare curetis, ut infra 2. menſium ſpatium poſt citationem hujuſmodi ſe perſonaliter Apoſtolicæ conſpectui repræſentent, facturi ſuper his, & recepturi quod eorum depoſcunt demerita, noſtriſque, & ſedis ejuſdem ſuper hic mandatis, & beneplacitis parituri, diem vero hujuſmodi citationis, & formam, & quicquid ſuper præmiſſis duxeritis faciendum, nobis per veſtras literas harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. Datum Avenion. 10. Kal. Junii anno 6.*

B 11. CHRISTOPHORUS ex Epiſc. Umbraticenſi 1346. die 11. Kal. Martii huc translatus à Clemente VI. rejectis Belprando Ruffo Canonico dictæ Eccleſiæ, & Nicolao Malopera Decano Cusētino electis à Capitulo; defunctus eſt an. 1354. ex reg. Vatic. XI.

12. Fr. JOANNES ex nobili Marignolla familia natus, patria Florentinus, profeſſione Franciſcanus, Chriſtophoro in Epiſcopatu ſucceſſit ann. 1354. 4. idus Maij ut ex regeſto Vatic. eruitur. Hic inſignis S. Crucis monaſterii Florentini alumnus extitit, ob doctrinæ famam, familiæq; claritatem ad hunc Epiſcopatum evolavit; quanto poſtea tempore vixerit me latet. Hunc porrò Ioannem è Marignolla gente propagatum fuiſſe, monumentum ab ipſo Florentiæ relictum an. 1359. dum Eccleſiam ſuam peteret, clarè oſtendit. Florentinæ etenim Abbatiæ Eccleſiæ indulgentiam conceſſit, quæ hœdina charta inſcripta in eo archivio reperitur, ut nobis Carolus Strozza Patritius Florentinus ſe oculis uſurpaſſe aſſeruit, quæ hac forma exorditur. *Fr. Joannes dictus de Marignollis de* C *S. Laurentio de Florentia Epiſcopus Biſinianenſis in Calabria.* tum in fine ſignum, & gentilitia ſtemmata Marignollæ domus appoſita, tum hæc verba inferius adſcripta. *Signum noſtrum.* XII.



Ea clariſſima familia in Repub. olim Florentina ſpectatiſſima, nūc penitus interiit, ut eſt humanarum rerum conditio.

Noſtri verò Joannis Epiſcopi tantum in Vatic. regeſtis electio conſpicitur ep. 47. f. 48. an. 3. Innocentii VI. ac pro eorum temporum more nec ipſius familiæ, nec patriæ mentio celebratur.

13. JOANNES Sabellus a Romanus Joanni ſucceſſit, quo autem anno ad hanc ſedem promotus fuerit, quanto poſtea tempore in ea vixerit dignitate, non reperio. Sed cum nullus illius ſucceſſor, quam Urbani VI. temporibus reperiatur, ad illa tempora vitam produxiſſe colligo. Hunc eſſe puto Joannem de Sabellis Biſinianenſem Epiſcopum cujus, ſignum habet in ſuo muſeo Eques Franciſcus Gualdus Ariminenſis Commendator S. Stephani. XIII.

a Hujus meminit Ammiratus in hiſt. Flor. tom. 1. lib. 1. Mandoſ.

14. MARTINUS 1382. die 24. menſis Julii. Hic Clementis VII. Antipapæ partes ſecutus eſt, ex lib. obligat. Prælatorum ſub eodem Clemente. XIV.

15. LANDULPHUS, ſub imperio obedientiaq; Bonifacii IX. deceſſit, anno 1389. ex lib. Proviſ. Prælatorum. XV.

16. JACOBUS ex Canonico Cathedralis Roſſanenſis electus eſt poſt deceſſum Landulphi, Bonifacio IX. ſedente 1389. 5. idus Nov. ex lib. Proviſ. Prælat. XVI.

17. ANTONIUS * de Caroleis Nobilis Cuſentinus, olim Epiſcopus Oppidenſis translatus ad hanc XVII.

* Ex App. tom. 2.

Eccle-

* Ex App. tom. 1.

Eccleſiam anno 1429. 5. Kal. Martii; deceſſit autem 1448.* Biſiniani jacet in Eccleſia S. Franciſci de Obſervantia, ubi & epitaphium proſtat legentibus, de quo loquitur Hieronymus Sanbiaſius in libro de nobilibus familiis Cuſentinis. A

XVIII 18. NICOLAUS Piſcicellus Neapolitanus, electus eſt anno 1445. 3. idus Sept. qui poſtea ad Archiepiſcopalem Salernitanam ſedem aſcendit ann. 1449. 7. idus Apr. ex actis Conſiſt. ſub Nicolao IV.

XIX. 19. JOANNES de Frigidis Pennatibus creatus eſt anno 1449 pridie idus Maii. Acta ejuſdem.

XX 20. BERNARDUS ad hanc ſedem promotus eſt ab Innocentio VIII. 1487. 10. Kal. Julii. Annos 10. eidem præfuit Eccleſiæ, ibidemq; deceſſit anno. 1498. Acta Conſiſtor.

XXI. 21. FRANCISCUS Piccolomineus Pii II. Pronepos, filius Antonii Amalphitani Ducis, Mariæque Marzanæ, filiæ Principis Roſſanenſis, frater Ducis Alphonſi, affinis Neapolitani Regis, ab Alexandro VI. electus eſt anno 1498. die 3. menſis Decemb. Sub Julio II. Laterano Concilio interfuit, perque 32. ann. Biſinianam adminiſtravit Eccleſiam; anno autem 1530. deceſſit. Eius cum laude meminit Julius Cæſar Capaccius in Neapol. hiſtoria lib. 1. B

XXII. 22. FABIUS Arcella Neapolitanus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, à Clemente VII. electus 1530. die 24. menſis Januarii. (,, *Tanta fuit exiſtimationis ,, apud Paulum III. ut illi crederet pleniſſimum regimen ,, Neapolitani Archiepiſcopatus, cum illum in admini- ,, ſtrationem tradidit Fr. Ranutio Farneſio, qua de re ,, extant literæ ad Fabium ſcriptæ in Ciatoniano Ope- ,, re*. Lucent.) Vicelegatione Bononienſi cum laude prudentiæ functus eſt anno 1535. quo quidem tempore *a* tranſlatus eſt ad Policaſtrenſem Eccleſiam.

a m. 1539.

XXIII 23. NICOLAUS Card. Cajetanus, vulgo vocatus Sermoneta Card. Biſinianam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit ann. 1537. uſq; ad annum 1548. deinde id onus cum regreſſu, ut tunc mos erat, depoſuit. Fuit Archiepiſcopus Capuanus. De quo plura de eo in Catalogo illorum Præſulum.

XXIV 24. DOMINICUS de Summo Cremonenſis (,, *Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo de Urbe Canonicus, A- ,, colytus Capellanus, & etiam de numero ſcutiferorum ,, participantium, nec non familiaris Sanctiſſimi*. Luc.) Biſinianum Pontificatũ obtinuit ex ſupradicti Card. ceſſione die 15. *b* menſis Martii anno 1548. vita functus eſt 1558 Romæ *c*. Jacet in Eccleſia S. Laurentii in Damaſo cum hoc Epitaphio. C

b 27. Eccl. Dominici meminit cum prænomine Ariſius in Cremonen. liter. tom. 2. pag. 116. Mand.

D. O. M.

Dominico de Summo Cremonenſis Civitatis, Canonico Eccleſia S. Laurentii in Damaſo, & Epiſcopo Biſinianenſi, Andreas Breventanus de Summo, & Pacificus Arditus heredes Avunculo benefactori ſuo poſuere. Vixit ann. LXIX. menſe III. dies XVIII. Obiit anno ſalutis M.D LVIII. Nono Kal. Januarii.

XXV. 25. SANCTES Saccus Faventinus, Commendatarius S. Mariæ ab Angelo, Sermonetæ Card. familiaris, obque ſuas raras animi dotes ſpectatæ exiſtimationis in aula, à Pio IV. creatus eſt Epiſcopus ann. 1563 *d*. Hæc Faventiæ in Auguſtiniano Clauſtro de ipſo memoria extat, quã hic ſubiiciendã curavimus. D

d 1560 die Febr. Luc.

Sancti Sacco Civ. Faven. Epiſcopo Biſiniani S. Maria ab Angelo perpetuo comẽdat. Proth. Apoſt. I. V. D. com. Palat. ac Aureo equiti, viro religioſo optimo, & integerrimo, Patruo Benemerenti Flaminia Sacca vivens memor lethi poni juſſit anno Domini M. D. LXXXV.

XXVI 26. ALOYSIUS Cavalcantes, (,, *Florentinus origine Cuſentia natus*,) Nuſcanus Epiſcopus ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1563. die 30 *e*. menſis Januarii. Deceſſit 1564. Acta Conſiſt.

e 29. Jan.

XXVII. 27. MARTINUS Tarracinus Neapolitanus demortuo Aloyſio ſucceſſit anno 1564. die 28. menſis Julii. In eaque dignitate haud multam ætatem tulit; deceſſit enim 1566. Acta Conſiſt.

28. PHILIPPUS Spinula Genuenſis (,, *Notarius miles S. Petri V. S. Refer. & Papæ Prælatus Domeſticus, nec non in ſubdiaconatus ordine conſtitutus*,) factus Epiſcopus 1566. die 8. menſis Februarii ſingulari pietate hujus Eccleſiæ curam percurſit ad tres omnino annos, deinde ad Nolanam Eccleſiam tranſlatus eſt 1569. atque à Gregorio XIII. creatus Presbyter Card. tit. S. Sabinæ in gratiam Rodulphi Imperatoris. Sub Sixto V. Peruſina, Umbricuque legatione functus eſt, ſummis Pontificibus ob egregium pietatem maximè charus. Deceſſit Romæ ex calculo renum 1593. 13. Kal. Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Sabinam, cujus titulo fuerat inſignitus, cum hoc Epitaphio. XXVIII.

D. O. M.

Philippo Spinula Genuenſi ex Epiſcopo Nolano tituli hujus ſacræ AEdis S. R. E. Presb. Card. ſumma integritatis, ac innocentiæ viro, Peruſiæ, ac Umbriæ legatione Xiſti V. Pont. Max. auctoritate functo, de ſac. Imperio, ac Germanorum rebus ſemper optimè merito. Marcus Antonius, Fabricius, Hector ex teſtamento heredes fratri optatiſſimo mœrentes poſuerunt. Vixit annos ſeptem, & quinquaginta, menſes octo dies viginti. Obiit decimo tertio Kalendas Septembris M. DXCIII.

29. PROSPER Vitellianus Neapolitanus (,, *Prothon. Apoſt. Familiaris Sanctiſs. & Presbyter*,) Spinolæ ſucceſſit 1569. die 22 menſis Aprilis. Deceſſit autem 1574. (1) Acta conſiſt. XXIX

30. *f* ANDREAS Signinus Epiſcopus Vigilienſis tranſlatus eſt ad Biſinianam Eccleſiam an. 1574 *h*. die 23. menſis Septembris, ubi vix per annum integrum illam dignitatem obtinuit, deceſſitque 1575. menſis Novembris, de quo Acta Conſiſt. XXX.

f Io. Andreas g al. Signatius patria Callanenſis.
h 1573.

31. POMPEIUS Bellus (,, *Romanus I. V. D.*) electus 1575. die 2. menſis Decembris, illam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1584. acta Conſiſt. * de quo Romæ in eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam hæc extat in marmore memoria. XXXI

* Ex App. tom. 5.

D. O. M.

Petro Bello Romano Conſultori, ac Procuratori Inquiſitionis, Laurentio Bello Epiſcopo Caputaquenſi, Pompejo Bello Epiſcopo Biſignanen. Cæſari Bello Prothonot. Apoſtolico Octavius Bellus I. C. patri dulciſs. ac tribus ornatiſſimis fratribus mœr. poſuit anno Domini M D C.

32. DOMINICUS Petruccius (,, *Tiphernas*) Epiſcopus Strungulenſis ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1584. die 23. menſis Julii. Acta Conſiſt. XXXII.

33. PETRUS (2) deceſſit 1598.

34. Fr. BERNARDUS de Nero Simonis filius Patritii Florentini, Leonis XI. ex ſorore nepos, apud S. Dominicum Feſulanæ Diœceſis Prædicatorum inſtitutum amplexus eſt *i*, adeoque literas cum pietate conjunxit, ut à Clemente VIII. Epiſcopatum obtinuerit 1598. die 27. menſis Maii. Quam quidem Eccleſiam cum per annos 9. piè, ſanctèque rexiſſet, Epiſcopali deinde munere abiens, Paulo V. ſedente, ad monaſterium, ubi poſuerat tyrocinium, reverſus, animum excoluit quàm qui maximè, exceſſitque è vivis 1619. ſepultuſque eſt in eadem Eccleſia cum hoc Epitaphio. XXXIII.

i Vide Fontanam de Rom. Provin. Ord. Prædic. pag. 343. Mand.

Bernardus del Nero Simonis Filius Leonis XI. P. M. ex ſorore nepos, qui cum in Dominicanam familiam deliteſceret, doctrina, & ſanctitatis lumine præditus ad Epiſcopatum Biſiniani vocatus, quaſi ſuper candelabrum poſitus Eccleſia luxit, eoque poſtmodum abdicato clauſtra repetens, cum totam in Deo vitam abſcondiſſet, hic cum Chriſto in gloria apparere expectat. Obiit XVII. Kal. Auguſti anno M. DCXIX. vixit annis LXVII. Alexander Guadagnius Philippi filius Senator Florentinus de viro optimo de ſe, ac de ſacro hoc Cœnobio, quod patrimonio ſuo locupletarat,

(1) Abiit ab hoc munere libens & volens an. 1575. ut nos docent Acta Conſiſt. Luc.
(2) Hic Petrus ad nos non eſt penitus ab Ughello. Nos evolutis actis Conſiſtorialibus comperimus per obitum Dominici ſequentem proximè ſuffectum. Unde ex hac ſerie tollendus Petrus. Luc.

rat, Benemerito virtutis, & amoris monumentum poſuit. A

XXXIV. 35. JOANNES Jacobus de Amatis („ *I. V. D.* „ *Presb. Campianenſis*,) Bernardo Nero ſucceſſit 1607. die 2. m. Aprilis. Deceſſit 1611. acta Conſiſt.

XXXV. 36. MARIUS Urſinus *a* Romanus („ *Magiſter* „ *in Artibus I. V. D. & in ſubdiaconatus ordine ætat. an.* „ 46.) poſtrema die Februarii *b* electus fuit an. 1611. Paulo V. ſedente, anno vero 1624. translatus eſt ad Eccleſiam Tiburtinam.

a De hoc Urſino plura reperies apud Juſtinianum de Epiſc. Tiburtinis. pag. 75. Mand. *b* Ianuarii.

XXXVI. 37. * Alderanus Bellattus Ligur è Maſſa Carrariæ olim Beringarii Gypſii Ariminenſis Epiſc. & Apoſtolici Nuncii ad Venetos cauſarum Auditor, ab Urbano VIII. Epiſcop. Biſignanenſis electus die 15. m. Aprilis 1624. deceſſit 1626. Cæterùm Hadrianus ille de Bellolattis Romanus Canonicus S. Laurentii in Damaſo, quem per errorem inter Biſignanenſes Epiſcopos retulimus, Epiſcopus fuit Vigillienſis; his ferè diebus aſſumptus eſt, de quo infra tom. IV.

* Ex App. tom. 9.

XXXVII. 38. JO: Baptiſta de Paula à Monte Alto Calaber Hadriano *c* ſucceſſit, ab Urbano VIII. electus 1626. die 27 *d.* menſis Maji adhuc ſuperſtes eſt. B

c Alderano *d* Die 25.

ADDITIO.

(„ *Obiit 1658.*

XXXVIII. („ *CAROLUS Philippus Meus nobilis Lucenſis,* „ *Presbyter Congregationis Clericorum Regularium S.* „ *Barnabæ, egregius Concionator, ſucceſſit 8. Julii 1658.* „ *hac vita functus eſt 1664.* („ *Hujus reperitur ſuffra-* „ *gium in Apotheoſi S. Thomæ de Villanova, & legitur* „ *in libro, cui titulus: Series Actorum in Canonizatione* „ *S. Thomæ à Villanova pag.* 109. Mandoſ.)

XXXIX. „ Fr. PAULUS *Piromallus Ord. Præd. Calaber* „ *Archiepiſcopus Naxivanus in partibus Franc-Armeniæ ſub Perſis Latini ritus, cum ad eam Eccleſiam* „ *perſonaliter ſe contuliſſet, & pro poſſe apud eam reſediſſet, Pontificalia exercendo, hæreticos, & infideles* „ *convertendo, multa pro fide paſſus, in hac Biſinianenſi* „ *quieſcere juſſus eſt 15. Decembris 1664. tertio poſt hujus Præſulatus anno requiem obtinuit perpetuam.*

XL. „ Fr. JOSEPH *Sebaſtianus Manaſſe de Caprarola* „ *Ord. Carmelit. Diſcalceat. Epiſcopus Hierapolitanus* „ *in partibus infidelium, ad quas acceſſit magno cum beneficio Chriſtianæ Religionis, pro qua varia perpeſſus,* „ *Biſinianenſium in throno ſedit 22. Auguſti 1667. cum* „ *Decreto Pontificis: quod ei fiat expeditio gratis attenta perſonæ paupertate, & merito in Propaganda Fide.* „ *Ad Tiphernatem tranſiit 3. Octob. 1672. Vitam ſcripſit Franciſci Donati Ord. Præd.* C

XLII. „ HONUPHRIUS *Maneſius Civis, & Licienſis Canonicus Sacr. Theologiæ Magiſter, hac Infula nobilitatus eſt 3. Octob. 1672. benigniſſimè præfuit uſque* „ *ad annum 1680. quo ſexagenarius obiit.*

XLIII. „ JOSEPH *Conſuls Policaſtrenſis I. V. D. qui* „ *Tranenſis Epiſcopatus, & Metropoleos Tarentinæ egregiè cum extitiſſet Vicarius Generalis, ad Biſinianenſem Cathedram promoveri promeruit 7. Octobr.* „ *1680. omnibus elegantiis ad Paſtorale decus requiſitis* „ *ſuam exornare Eccleſiam ſategit.* Luc.)

„ *Obiit autem in ſua reſidentia menſ. Martio 1706.*

XLIV „ POMPILIUS *Berlingeri Presbyter Nobilis* „ *Crotonenſis annorum 44. I. V. D. creatus Epiſcopus Biſinianenſis 17. Maji 1706. Fuit antea Dapifer, Eleemoſynarius, & Auditor Cauſarum in gradu appellationis bon. mem. Card. Taurafii Epiſcopi Ferrarienſis* „ *necnon Vicarius Generalis Archiepiſcopi Salernitani.* D

CAJETANI EPISCOPI.



IN laterali Latio, hodie Romana Campania, in Formiano ſinu, Cajeta, antiquiſſima Civitas ſita eſt, cujus exordium (ſi fidem velimus adhibere ſcriptoribus) in annum quartum poſt excidium Trojæ Scriptorum plerique rejiciunt, faciuntque ejuſdem conditorem Æneam, qui de nutricis nomine, illam Cajetam appellavit. Unde in 7 lib. Virgilius.

Tu quoque littoribus noſtris Æneja nutrix
Æternam moriens famam Cajeta dediſti.

Quem locum cum Servius Honoratus enarrat, Cajetam dicit Æneæ fuiſſe nutricem; alii contendunt Aſcanii, nonnulli Creuſæ; credidere autem nonnulli, Cajetam id nomen fuiſſe ſortitam ab eo incendio, quo Trojanorum Claſſis fortuito deflagravit. Strabo verò id nomen à Laconibus arbitratur deductum à Curvitate loci, in quo ſita eſt, ſiquidem illi, quæ curva ſunt, ſolent appellare Cajetas; quod ipſum, ut Cæſar Capaccius egregiè obſervat lib. 2. hiſt. Neap: commodius in antiquiſſimas Formias quadrant. Cajetæ portus ſemper celeberrimus, ac tutiſſimus fuit, præcipuè ſub Romanis Imperatoribus, quem Antoninus Pius additis munimentis reſtauravit, ut Spartianus, Juliuſque Capitolinus enarrant. Verum ex dirutis Formiis, Cajetaque multa Romanorum antiquitatum monumenta produntur. Conſtat ibidem Formianam Villã habuiſſe Fauſtinam, ubi laxatis verecundiæ frænis, in dedecus æternum Philoſophi, atque Imperatoris mariti pudicitiam proſtituebat. Hic etiam Princeps Romanæ eloquentiæ Cicero ſuum Formianum olim excoluit, ubi Triumviratu deſæviente, quæſitus eſt ad necem, ac non procul occiſus. Mutavit, ut tulit fortuna temporum, Cajeta frequẽter Dominos; modò enim Romanas faſces reverita eſt, modò Græcorum Imperatorum ſubivit imperium; modò Ducibus, Comitibuſque, ac interdum Patritiis bellica præda ceſſit. Scribit Leo Oſtienſis Cajetam Romani Pontificis fuiſſe ditionis, anno ſcilicet 883. Hoc autem tempore, unum Catholicum Regem Principem reveretur, cujus ope, arceque munitiſſima redditur inexpugnabilis. Civitas planè nobilis, ac omnibus deliciis planè affluens, parẽs ſummorum virorum, ſive decora dignitatum ſpectes, ſive iterum nobiliores diſciplinas intuearis: ſiquidem ſuperioribus ſeculis Gelaſium. II. protulit ſummum Pontificem, Patrum verò noſtrorum memoria, alterũ illum Thomam à Via Cajetanum Card. Dominicani inſtituti, qui acumine mentis, ſubtilitateque ingenii mortales penè omnes videtur prætervolaſſe. Cæterùm haud in poſtremis Civitatibus Cajeta fuit, quæ Chriſti Evangelii lucem amplexatæ ſunt. Siquidem cum Minturniæ, Formiæque Chriſti Martyrum uberiori cruore maderent, piorum conjectura eſt, ex ipſa vicinitate, ab iiſdem Cajetam pietatem didiciſſe Chriſtianam, quippe quæ poſtea, & dignitatis, pietatiſque illarum, tutiſſimum perfugium videretur futura. Etenim cum magni Gregorii temporibus Minturniæ ex adverſa fortuna belli, impetuque deſævientium armorum uſq; ad poſtremam deſolationem concidiſſent, eodem jubente Pontifice, in Formianam ditionem ita ceſſere, ut diſperſus Populus, Clerusque cum ipſa Epiſcopali dignitate, in unum ovile coirent. Iterum cum Formiæ ipſæ anno 840. haud abſimili excidio à Sarracenis deformatæ conciderent, vicinam Cajetam agnovere perfugium. In illam enim Minturniani For

a Minturnenſibus, & Formianis quondam Epiſcopatibus in X. tom. hujus operis agemus.

mianique adverſæ fortunæ domiti malis cum cæteris ornamentis, ac opibus Epiſcopalem dignitatem, corpuſque S. Eraſmi invictiſſimi Martyris intulerunt a. Itaque ex ruina harum antiquiſſimarum Civitatum Cajeta crevit, auctaque nova dignitate eſt, ac illius ſupramemorati S. Reliquiis, quas ex veteri ſepulchro prope Amphiteatrum erutas, ubi Probus Epiſcopus Formianus illas collocaverat, nobile S. Mariæ Novæ Templum, olim temporibus IV. Gregorii, ac Joannis Magni Patritii Cajetani, Eccleſia Cathedralis excepit. Porrò Cajetæ Præſul ab omni Metropolitani arbitrio liber, unum Romanum Pontificem immediatè reveretur, & colit, atque hactenus cum aliis Romanæ Provinciæ Præſulibus hac eadem prærogativa gaudet; ut ſcribit Baronius in ſuis ad Martyr. Romanum notis, die 2. menſis Junii, tametſi jus præſentandi, ut vocant, apud Catholicum Regem ſit. Cathedrale Cajetæ Templum permagnificum eſt, ac ſumptuoſum, cujus ad divinum cultum ſubſellia numeroſus Clerus adimplet; ubi quatuor dignitates, quarum prima eſt Archipresbyteratus, 17. Canonici inter cæteros numerantur. Ibi præter S. Eraſmum Martyrem, cujus vitam Pontifex Gelaſius, dum mõtis Caſini monachus eſſet, prolixè perſcripſit, Abbas verò Conſtantinus Cajetanus nuper notis illuſtravit, alia ſanctorum Corpora requieſcunt, ſcilicet, S. Albinæ Virginis, & Martyris, S. Innocentii, S. Martiani Epiſcopi, & Martyris, ac S. Petri Apoſtoli Alumni, SS. Caſti, & Secundini; S. Theodori, & Exuperiæ Virginis, & Martyris; quorum ſolemni ritu Cajetani feſtum quotannis frequentant. Sex virorum, & duo Sanctimonialium adſunt monaſteria, Ibidem unum Xenodochium, mons Pietatis, ſed Seminarium non habet; Diœceſis ſatis ampla. Cajetanorum Præſulum ſeriem, hanc, quam ſubjectam vides, lector, noſtro non vulgari labore, conatuque concinnavimus.

A D D I T I O.

(„Cajetana Cathedralis D. Virgini in Cœlum aſſumpta, & D. Eraſmo ſacra eſt. In ea cura animarum exercetur per Canonicũ à Capitulo deputatum. Adſunt plures aliæ Parochiales Eccleſiæ. Ipſa Civitas cũ ſuis ſuburbiis alit plus minus 12. millia incolarum. In diœceſi continetur nobile Oppidum Tiri, creſcens ex ruinis Mamurrharum, quas Horatius ſuo carm. l. 1. ſerm. 5. perennavit ad poſteros. Menſæ Epiſcopalis redditus ſunt ferè 1000. *ducat. quorum taxa Cameræ Apoſtolicæ eſt Flor.* 250. *Lucent.)*

I. *1. CAMPLUS c Cajetanus Epiſcopus vixit temporibus Adriani II. (1) Pont. circa an. ſalutis 790. cujus meminit idem Adrianus in Epiſt. ad Carolum M. ſignata n. 8. t. 3. Francorum Scriptorum, mihi f. 803.

* Ex App. t. 7.

c Al. Campolus. E Cajetanis Comitibus.

II. 2. LEO Epiſcopus Minturnenſis, ac Formienſis anno 840. harum duarum Eccleſiarum poſtremus Epiſcopus fuit; hic in antiqua ſcriptura reperitur ſubſcriptus in Archivo ejuſdem Eccleſiæ aſſervato.

3. JOANNES primus Cajetæ Epiſcopus poſt Formianum excidium anno 896. hic ille Joannes Formianus Epiſcopus exiſtimatur, qui anno 812. donat Gregorio Comiti Caſtri Cajetani habitatori 45. dies de Aquimolo in perpetuum; monimentum penè corroſum, & antiquiſſimis caracteribus exaratum, ab Archivo Cajetano opera Mauritii Ragani Cajetani bo: me: Epiſcopi Fundani, expiſcati ſumus, quod hic ad perpetuam memoriam ultimi Formiani Epiſcopi inſeri curavimus. (2)

In nomine Domini noſtri Salvatoris JESU CHRISTI.
Imperantibus D. noſtro piiſſimo Imperatore Auguſto Michaelio, & Theophilo magnis pacificis Imperatoribus, & poſt Conſultus eorum anno X. menſe Januario die XI. Indict. VIII.

KAjeta Johannes cum ope Epiſcopus S. Formianæ Eccleſiæ Cammo . . . . . hunc Deo ſervato, Kaſtro Kajetano, preſens preſenti . . . . beneficia nobis . . . inter homines Chriſtianos qui pro redemptione animæ ſuæ, ut offerre quæ devotus ſibi retributionem expecta . . . & illa ſunt potius lucra ſectari, quæ æternæ vitæ proficua, ut ea ipſa apud Redemptoris humani generis poſſint in beatitudinem ſuſcipere. Quadere Ego Joannes . . . Deo Epiſcopus à preſenti die, & deinceps do, dono, cedo, trado, confero, largior, & irrevocabiliter offero, atque transferiſco, & optima lege dono vobis Gregorio magnifico Comiti filio Agnelli Comitis, Civis, & habitatoris hujus Deo amabilis Kaſtri Kajetani, hoc eſt quadraginta & quinque dies de Aquimolo, quo nunc tempore futuris conſtructum eſt juxta beatum, & Martyrem Laurentium Levitam Chriſti; & dono vobis ipſos quadraginta quinque dies de Aquimolo incolumes, una cum omnibus ad ipſos 45. dies generaliter pertinentibus . . . ſen donare mihi complacuit propter benefactum, & ſervitium, quo in me exercuiſti, & adimpleſti omnia mea voluntate . . . & ego pro tanti . . . recompenſatione dono tibi ſicut promiſi hos ſupraſcriptos 45. dies cum omnibus ſibi pertinentibus de aquimolo, quod in hoc tempore ædificatum eſt juſta beatum Laurentium; unde tribuo vobis licentiam habendi, fruendi, poſſidendi, venaendi etiã donandi, commutandi, alienandi, tuiſque poſteris hæredibus relinquendi, vel quidquid ex inde facere, judicareque malueris in tua, & hæredibus tuis ſit ditione; & neque à me jam dicto Ioanne Epiſcopo, neque à nulla ex parentibus meis, aut quavis perſona habebitis quæſtiones, aut calumnias, & ſi quis vis perſonate, tuoſque hæredes quæſierit, promitto me ſtare, & defendere; & ſi, quod abſit, divina . . . potentia, & ſive ego prædictus Joannes Epiſcopus, ſive quavis perſona parva, vel magna quovis tempore inſurrexerit, & contra hanc meam donationem voluntatis contravenire tentaverit, componere me promitto vobis una cum perſona, quæ hoc inquietare juſſerit, vobis Gregorio Comiti, hæredibuſque tuis ante omnem litis ingreſſum, pœnæ nomine, auri libras viginti duas, ut præſens mea donatio voluntatis in ſua valeat omni conſiſtere firmitate; unde a donatoribus interponi debeat cum juſiurandum dicas per divina miſteria, ſanctaque ſedis Apoſtolicæ pallium, quæ ter beatiſſimo, ac coangelico Domno Gregorio ſummo Pontifice, & univerſali Papæ, ſalutem gentium, quæ à Deo Domno Michaelio, & Theophilo magnis pacificis Imperatoribus, hæc quæ ante ſuperius à me promiſſa leguntur ſub ſtipulationem, & ſpenſionem, ſolemniter actum Kajeta Imperiali Conſule, die, & indictione ſupraſcripta, quando donationem ſcribendam rogavi Euſtracio patri diaconia, in qua, & ego manu propria ſubſcripſi, & teſtes rogavi.

Joannes Epiſcopus, in hac donatione facta à me . . .

Gregorius Comes, ſicut ſuperius legitur, manu propria ſubſcripſi.

† . . . . . .

† . . . . . .

Signum † manu Anatolis Comitis filii Domini Ioannis Com.

Joſeph ven . . lis, in hanc donationem rogatus à Ioanne Epiſcopo manu propria.

Si-

(1) Vice Adriani I. ponitur II. & non advertit Ughellus hunc eundem eſſe, quem hic 7. loco enumerat poſt tempora Joannis VIII. cum ea præceſſerint Adrianus I. in ſede Rom. & Carolus M. in [illegible]. *Lucent.*

(2) Ita Ughellus. Quæ tamen omnia benè perpendentes, primò ſatis durum videtur hunc eundem Joannem Epiſcopatum geſſiſſe tam longo ævo; Quod ſi erat Epiſcopus an. 812. & vivebat adhuc an. 896. excedebat ætatis annum 120. ſi leges ſervandæ ex Epiſtola Siricii Papæ per ea tempora, ut ex *cap. 3. diſ. 77. ad Himerium, & ex Authen. de S. Epiſcopis*: Ex quibus præſcribitur ætas 35. annorum in promovendo ad Epiſcopatum. Quomodo igitur Formiis de anno 812. & Cajetæ poſt annum 896. divinum jus dicebat? Neque ſecundum hunc calculum Chronicus ordo cum cæteris Epiſcopis in Joanne obſervatur ab Ughelliana ſerie, quam tanti viri falſaſſe [illegible] exiſtimare fas eſt. Ad trutinam deinde vocemus ipſum conceſſionis diploma. Et primò quidem ubi in titulo dicitur *poſt Conſultus* (conſulatum videlicet) illorum Imperatorum, hiſce temporibus conſuevi[illegible] adhuc in Orientali Imperatorum ſede Conſules eligere, mens eſt Pagi in ſuo [illegible]. Hypatica cap. [illegible] ſol. 150. licet id concludenter non probet, tamen inquit, Theophilum ſuſcepiſſe habenas Imperii ſub tutela Matris, unde inferri jure poſſet nondum exceſſiſſe annos 1[illegible]. ſuæ nativitatis: Baronius ad an. 829. inquit: Imperiale faſtigium [illegible], jam grandævus, & vir factus cum eſſet. Verùm de hoc dubio luculentior diſcuſſio ordinanda foret: ſi enim ad 1[illegible]. ætatis annos nondum devenerat, veriſimile haud eſt triennem, ſeu biennem puerum cum Patre Conſulatum tenuiſſe, ſi interpretari velimus ſuperiores annos [illegible] non Imperii, ſed Conſulatus fuiſſe, & exinde eſſe eadem minus congruenter quoque eſſet, tam Michaelem Patrem, quam Theophilum ex [illegible] ad Conſulatum electos fuiſſe ab Imperatore Leone Armeno, antequam Michael Imperii ſceptrum [illegible], ſeu [illegible] contra ipſum Leonem [illegible]. Notandum præterea, diem XI. Januarii Indictionis VIII. incidiſſe in annum 830. quo jam deceſſerat Michael, & Theophilus ſolus imperabat. Accedit barbarus loquendi ſtilus, & [illegible], ut in inducta voce *transferiſco* nullo in gloſſario in latinis barbaris indicata: Ipſe titulus non æque ſe gerens erga Michaelem, & Theophilum, ex ſuppoſito quod ambo ſimul imperarent. Item ſupponitur in præfato inſtrumento in Sede Romana Gregorii IV. exiſtentia, quæ non concordat cum prætenſis temporibus: & tandem per ea tempora Cajeta non Comites, ſed Duces ex Siganio habebat: quare & nullum adductum monumentum, & Joannis Præſulatus aliundè petendus. Et cenſe[illegible] dum jam ante Formianum totale excidium Cajetam tranſtuliſſe ſuam ſedem Formianos Pontifices, cum ſævi Itali partes devaſtantes Formiis debacchabantur. *Luc.*

A

Signum † mano Petri filius Tiberii Comitis teſtes.

Euſtracius Pacer diaconia, qui ſopra, ſcriptor hanc donationem poſt ſobſcriptionem omnium teſtium, & ſigna faſtionom, ex traditione facta ſopplevit, & abſolvit.

III. [* Ex App. tom. 5.] 4. CONSTANTINUS Epiſcopus Cajetanus, * primus, qui eo nomine inſigniens habeatur in vetuſtis documentis. Nam in quoddam publico documento an. 846. ſe ſubſcripſit; Conſtantinus S. Formianæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum eſt documentum menſe Martio, indict. 9. apud Caſtrum Cajetanum, & is fuit ano. Chriſti ſupra relatus 846. Sergio Iuniore Romano Põtifice, eo ipſo tempore, quo Sarraceni ex Africa claſſem Romanis litoribus intulere, ut Leo Oſtienſis ſcriptum reliquit lib. 1. c. 26. & celeri curſu ad Urbem facto, opimas Apoſtolorum Petri, & Pauli Baſilicas diripuerunt: Appia inde via digreſſi civitates, & loca igne cremarunt, homines, vel morte, vel ſervitute mulctarunt, ac non procul à Cajeta conſederunt. Quamobrem Conſtantinus Formianus Epiſcopus Cajetam ſe recepit; hinc factum eſt, ut non ſolum Formianus Epiſcopus dictus ſit, verum & caſtri Cajetani ſimul Præſul ſubſcriptus inveniatur, ut in monumento obſervavi dato Cajetæ Ind. 3. quæ incidit in annum Domini 855. Documeorum exſcripſi egomet ob ipſo originali, quod cum pluribus aliis pretioſiſſimis illorum temporum in pergameno ſcriptis vidi apud bo. mem. Abbatem Conſtantinum Cajetanum. Porro documenti tenor, ubi Conſtantinus ſe fatetur Formianæ Eccleſiæ, & Caſtri Cajetani Epiſcopum, talis eſt, barbariſmis redolens, ut illa ferebat ætas.

B

† In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti XXII. die menſis Septembris Ind. 3. certom eſt me Dom. Conſtãtino Epiſcopo S. Formiana Eccleſia, & Caſtro Cajetano conceſſiſſem, atque conceſſimus, locavimos vobis Mauri, & Leoni caſale Coccaria, com omnia ſibi pertinentibus cum campis, ſylvis, montibos, vallibos, omnia, & in omnibus ad ipſum caſale pertinentibus, in tali tenore, ut per unam quamque indictionem dare mihi debeas modia de granum vinginta, & quando tempus fuerit de glande, dare nobis porci otiles lardarii tres: & ipſum prædictum caſale lavorandi, meliorandi, coltandi, & ad perfectũ reducendi, ſiqoe repromitto vobis dicti, ego Dom. Conſtantinus Epiſcopus quando ibi glande non habuerit, qoantum inappretiatos fuerit, mihi dare debeas uſque in annos novem, & ſi minime fecerimos, ut ipſum caſale vobis tollere præſumpſero ſalvom promiſſum, quod ſuperius legitur, ipſum omnia, & præſens adoptio firma permaneat. Quæ conceſſio à me facta, ſcripta per rogos meos à Petro venerabili presbytero in menſe, & indictione dicto tertia.

C

† Conſtantinos Epiſcopus ſubſc.
† Signum man. Joanne Typo. teſt.
† Signum man. Vani fratres ejus.
† Signom man. Palumbi Com. teſt.
† Signom man. Stephanus gens de Terracina teſt.
† Signum man. Raphaeli ond. teſt.
† Ego Petrus presbyter qui ſup. ſcripſi ſupplevi, & abſolvi.

IV. 5. RAYNULPHUS, temporibus Joannis Ducæ, hoc eſt 870.

V. 6. DOCIBILIS, ex Abbate S. Eraſmi, („*Ord. S. „Benedicti.*) anno 879. ex Lupo Protoſpata; fuit ſanctitate illuſtris. („*Huic præcipit Joannes VIII. ut fœdus „cum Sarracenis ictom rompat: ut ex Epiſt. in tom. 9. „Concil. Hic Docibilis è Cajeta Ducom progenie aſſer„tor ab Ab. Conſtantino Cajetano, & præclarum Sancti„tatis inſigne præfere in Litaniis MSS. qoa exſcribon„tor in antiqoo Miſſali Longobardico Neapoli apud San„ctimoniales SS. Marcellini, & Petri, ut teſtis oculatus „eſt ipſe Abbas Conſtantinus.* Luc.)

D

VI. 7. BONUS, anno 880. S. Eraſmi corpus invenit, temporibus Ioannis Papæ VIII. poſt 30. omnino annos, ex quo ibi fuerat collocatum; ubi cum in honorem inventi Martyris ſatis decens erexiſſet altare, hanc ſubjectam memoriam ad S. corpus in marmore incidendam curavit.

In hoc loco inventom eſt corpus B. Eraſmi

Martyris illibatum, & integrum, temporibos Jo. Papa, a Bono Epiſcopo Cajetano.

Italia Sacra Tom. I.

A

(„*Hinc clare infertur, jamantè Formianum exci„dium cum ſacro pignore Cajetam migraſſe Formianos „Paſtores. Bonus pariter aſſeritur è Cajeta Ducom „ſtirpe.* Lucent)

VII. [a Hic tollendus, cum ſit idem cum primo.] 8. CAMPOLUS, a ejus meminit Hadrianus I. in ep. 86. & 90. ad Carolum Regem Francorum.

9. RAYNULPHUS Epiſcopus, tempore Ioannis Magni Cajetæ Ducis.

VIII. 10. MARINUS, ex Abbate S. Eraſmi civitatis olim Formianæ, fuit Cajetæ Epiſcopus, ut innuit in ſuis Commentariis ad Gelaſii II. vitam Abbas Conſtantinus Cajetanus.

X. 11. LEO II. ex Abbate SS. Theodori, & Martini tunc prope Cajetam portam novam hodie præcipua munitiſſima Regni totius Arx Cajetana. („*Hic quoq; „fuit è Cajeta Ducum ſtirpe, præſulatomqoe geſſit impe„rante Conſtantino Porphyrogenito.* Luc.)

XI. [„*PETRUS ex eadem linea Cajetanorum Ducum, & „eodem imperante Conſtantino, ut ſcribit laodatus Ab„bas in Comment. ad vitam Gelaſii II.* Luc.)

B

XII. [* Ex App. tom. 5.] 12. BERNARDUS vixit temporibus Othonis Magni Imp. (1) * Primus hic Bernardus Cajetanæ Eccleſiæ Epiſcopus anno 954. qui fuit Imperii Magni Othonis 18. in aliquos ſibi ſubditos libertatem affectantes inſurrexit, pro qua lite abſolvenda Otho Imp. quendam Capellanum ſuum Nortícherũ Cajetam direxit, qui ſumma pietate diſſidium compoſuit, & viros illos in generatione ſua ingenuos deinde eſſe ſtatuit, ſoluta unius libræ auri penſione ad refectionem, & renovationem Epiſcopii. Hæc in documento ſignata ſunt, quod nos ex ipſo originali exſcripſimus, & hic lubenter damus, cum in eo plura ſcitu digna habeãtur.

In nomine Dom. Dei Salvatoris N. J. C.

Imperante D. noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto à Deo coronato magno pacifico Imp. Ottone excellentiſſimo, anno imperii ejus 18. & temporibos D. Joannis glorioſi Conſulis, & Ducis filii D. Martioi glorioſi Conſulis, & Ducis, anno 21. qoam & D. Joannis glorioſi Conſulis, & Ducis filii ejus anno 8. menſe Martio, ind. XII. Gaieta.

C

Cumque imperaret, &c. in Italia ſupradictos Imperator Auguſtus Otto, & S. hujus Eccleſia præſſetis Epiſcopus vos D. Bernarde ad utilitatem veſtri regiminis, qoadam die ex more anteriorum veſtrorum Epiſcoporom juxta veſtram præceptionem convocati ſunt famuli S. veſtra Eccleſia qualiter devenirent in veſtro ſervitio, com quibos convocare feciſtis nos, & nos Joannes, ſeu Anatolius filii Paſſari Caprucce, ſeo Benefacta jogalibos, pro vice noſtra, & de alios noſtros parentes, quod habere viſi ſumus ex parte dicti Paſſari noſtri genitoris. Nos autem, ut talem præceptionem aodivimos à veſtra parte contentionẽ fecimus, ut nollo modo eſſemus veſtri ſervi, ſed veri liberi; pro videlicet contentione alii veſtri famuli S. veſtra Eccleſia ita contendebant ſe liberi ſicot & nos. Ex qua re nollo modo veſtris præceptis obtemperavimos, ſed in noſtro conſilio perſtitimus. ut aotem cognoviſtis, quod nos ad veſtram voluntatem non poſſe converti, perrexiſtis ad ipſum Imperatorem, & feciſtis ſuper nos interpellationem apud eom. Qui videlicet Imperator dedit vobis ſuum miſſum, & capellanum ſuum clericom, nomine Nortícherom, qui venit vobiſcum in Cajeta, & in Trajectu, & in Argenti, ut remitteret veſtros famulos ſob veſtri ſacri epiſcopii poteſtate, cum qoibus feciſtis nos ad ejus venire judicium, & ibi compellaſtis nos devenire in veſtro ſervitio: ſed & nos coram cooteodebamos, nos eſſe veri liberi, & non ſervi. Ille aodiens talem contentioem fecit nobis dare gaudiam, & quindenitatem, interpretes ponere Andream ven. Epiſcopum ſancta Trajectana Eccleſia, ut oſque in tertium diem haberemus iuducias penſandi inter nos, ut ſi voloiſſemos proinde pugnari ad Spathã pro vice noſtra, & de alii noſtri parentes, qui à parte noſtri genitores ſunt, nos pugnaſſe, & noloiſſemos pugnari, manifeſtaſſemos nos, ut vere eſſemos ſervi veſtra Eccleſia, in qua dicta qoindeniatione permanſimus oſque in diem tertium pro vice de omnibus heredibus Paſſari, & Marini Caproccia genitori, & D. noſtro habuimus proin-

D

L de

(1) Hujus Bernardi memoria extenditur ad ann. 998. quo interfuit Concil. Rom. à Gregorio X. præſente Othone III. Imperatore celebrato in Baſilica Petri, ubi actum eſt de Roberti Regis, qui conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio.

de inter nos conſilium pro magno favore recuſavimus ipſam pugnam, & manifeſtavimus nos in publico, ut a parte Benefacta bona memoriæ genitricis noſtræ, auſi fuimus jurare, ut vera libera fœmina fuiſſet, & abſque omni alicujus contradictione, & a parte dicti Paſſari genitoris non fuimus auſi jurare, ut ſervitium de epiſcopia non fecisſet, ſicut alii Maſarini; ideoque dicta manifeſtatione, quod nos à parte noſtri fecimus, miſericordia moti eſtis ſuper nos per rogationes D. Andreæ Epiſcopi, & pervenimus perinde una vobiſcum in præſentia dicti Nortcheri miſſi, & capellani Imperatoris, & in præſentia D. Joannis, & D. Joannis patris, & filii glorioſi Conſulis, & Ducis, & coram D. Marianum Ducem Fundanum, & D. Dauferium Comitem Trajectanum, & D. Docibilem filium D. Gregorii Duci, & Marinum Conſtantinum Comitem, & coram D. Maſſalum, & Mauru filii D. Maurani advocatori veſtri epiſcopii, & D. Conſtantinum, & D. Joannem filii D. Gregorii, & coram cuncto populo Cajetano, in bonam convenientiam, ad redimendum nos omnes hæredes Paſſari, & Benefacta jugalibus, de conditione veſtri epiſcopii omnis ſexus maſculi, vel fœmina in generatione, & gubernatione populi omnes inclitas illorum omnium, perſonas daremus nos pro concіandum, & renovandum vos palatium veſtri epiſcopii una libra de auro puriſſimo in hac utilitate, ut amodo uſque in ſempiternum omnes hæredes dicti Paſſari, & Benefacta jugalibus maſculi, & fœmina permaneremus abſoluti ab omni conditione veſtri epiſcopii, & veſtra, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus ſicut noſtra charta ſecuritatis continere videtur, quod à vobis omnibus factam, & roboratam habetis, quam videlicet ſupradictam manifeſtationem vobis fecimus pro vice noſtra, & de ipſis noſtris parentibus, quæ à parte dicti noſtri genitoris eſſe videtur in eo ordine, ut ſuperius legitur: & propterea dedimus vicarium pro omnes noſtras perſonas vobis expendendi in palatio veſtri epiſcopii una libra de auro puriſſimo, & definivimus cum dicta veſtro epiſcopio amodo, & uſque in ſempiternum, unde promittimus, ut ſi quolibet tempore aliud pro aliud dicere præſumpſerimus, niſi qualiter ſuperius legitur dupla conditione vobis veſtriſque poſteris componere obligamus, & poſt ſoluta pœna hac noſtra manifeſtatio, & noſtra ingenuitas ſicut ſuperius legitur permaneat in perpetuum. Scripta per rogatos noſtros, & veſtra præceptione, a Joanne presbytero, & ſcriba civitatis hujus in menſe, & indictione dicta XII.

† Signum manui Iohanne, qui ſcribere rogavit.
† Ego Andreas Epiſcopus propria manus ſubſcr.
† Ego Conſtantinus filius D. Gregorii.
† Ego Johannes filius Domini Gregorii.

Poſt hoc peractum judicium, aliud coram eodem Notherio Othonis Imp. miſſo, contra Dauſerium Comitem Trajectanæ civitatis attentavit idem Bernardus Epiſcopus, quod ita definitum eſt ad Cajetani Epiſcopi favorem, conſentiente, ac libere renunciante Comite, ut in documento recenſetur originali.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Undecimo anno principatus D. Pandulfi, & 7. anno principatus D Pandulfi ejus filii glorioſis principibus, menſe Madio, nona indictione Ideoque ego Landulfus Longobardus Capuanus filius bonæ record. Aſtolfi Longobardi Capuani ſicut mihi aptum, & congruum eſt, bona mea voluntate per hanc chartam venundedi vobis D. Mariæ Cajetanæ Comitiſſæ ex comitatu Trajecti relictæ bonæ mem D Gregorii Comitis, hoc eſt integram ſextam partem ex integra curte, & terris planis, & montibus, qualiter hic ſubtee per indictos fines leguntur. quæ videntur iſſe infra fines de eodem comitatu veſtro Teajecti, quæ eſt infra fines, & pertinentias de Gajeta, loco ubi dicitue Paſſignanu, cujus ſcilicet ſexta pars ipſa fuit pertinen. quondam Landulfi Avii mei, & mihi eſt pertinen. pro meis rationibus, & eſt prædicta ſexta pars ex prædicta curte, & terris planis, & montibus tale ſorte, quale illa ſorte, quæ ibidem habuerunt quondam Landulfus, & Guaimarius conſobrini fratres ſupraſcripti Avii mei, qui fuerunt ambo germani filii quondam Guaimarii illorum pertinen. pro ſucceſſione ſupradicti Guaimari genitoris ſuorum, quæ habent fines integra jam dicta curte, & terris planis, & montibus unde vobis integram ſupraſcriptam ſextam partem venundedi, hoc eſt, ut incipit de Flumicello, qui dicitur Frigido, & qualitee vadit fine terra monaſterii S. Benedicti majoris, ſibi in monte Caſino, & fine terra, qui dicitur Cacabellu, quam tenet Donna Emilia Duciſſa: & fine terræ, & campi, qui dicitur de epiſcopio, quem tenet Rauſo, & Leo germani filii cujuſdam Chriſtophali Gaietani, & fine terræ de hominibus, qui dicuntur Treguazzaniſi, & fine terræ de eodem Epiſcopo, ſcilicet S. Gaietanæ ſedis: & fine montibus pertinentibus de eadem civitate Gaietæ, & de ipſo comitatu veſtro Trajecti: & ab inde fine terræ de hominibus Gaietanis, qui dicuntur de caſata, & de parentibus, & conſortibus eorum: & fine terræ, qui fuit Marini, qui dicebatur pazzu, & qualiter vadit uſque in prædictum Flumicellum, & qualiter vadit circa eundem flumicellum, uſque ad prædictam terram ſupraſcripti monaſterii, ubi jam dictæ fines incboatæ ſunt. de hac autem integra jam dicta per fines indicata curte, & terris planis, & montibus qualiter ſupra leguntur, venundedi vobis integra iam dictam ex eam partem meam, quam fuit pertin. quondam ſupraſcripti Landulfi Avii mei, & mihi eſt pertinentem, ut dixi pro meis rationibus, quæ eſt tale ſorte quale illa ſorte, quæ ibidem habuerunt quondam ipſi Landulfus, & Guaimarius ambo germani, qui fuerunt conſobrini fratres ſupraſcripti avii mei, illorum pertin pro ſucceſſione ſupradicti Guaimarii genitoris ſuorum, una cum arboribus, & cum omnibus in iam dictam ſextam partem habentibus ſubter, & ſuper, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & extendi, atque cum univerſa ſua pertinentia, ad poſſeſſionem Dauferii Comitis nepotis tui, filii quondam bonæ mem. Dauferii Comitis, qui fuit filius tuus, & ad poſſeſſionem hæredum ſupradicti tui nepotis ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ eis placuerint, unde de ea ſupraſcripta, quæ vobis ſuperius venundedi, quæ & qualiter dixi, nec mihi, nec uxori meæ, nec alicui ex meis nullam reſervavi, ſed cunctum, & integrum ipſos vobis venundedi, ſicut ſupradixi, & per ſupradicta mea venditione manifeſtus ſum ego, qui ſupra Landulfus venditor, quia ſuſceptum completum apud me habeo pretium à vos jam nominata donna Maria Comitiſſa empirice iuxta lege veſtra Romanorum, hoc eſt argenti bonum cineraſtium ſpectatum libras uadecim, ut inter nos ſtatutum fuit, finitum vero pretium ea ratione quatenus amodo, & ſemper ipſe, qui ſupra Dauferius Comes nepos tuus, & eius hæres firmiter habeant, & poſſideant integra ſupradicta mea venditione, & faciant exinde omnia quæ eis placuerint, & obtuli ego, qui ſupra Landulfus venditor me, & meos hæredes ipſius, qui ſupra Dauferii Comitis nepotis tui, & ab eius hæredibus integra ſupradicta mea venditione defendere, & antiſtare a modo, & ſemper à parte uxori meæ, & ab aliis omnibus hominibus ab omnique partibus, & qui voluerint licentiam, & poteſtatem habeant per ſe exigendi auctores, & defenſores eſſe vicibus noſtris cum iſta emptionis charta, & cum aliis noſteis, & ſuis rationibus, quomodo, vel qualiter melius potuerint, & voluerint, & quicquid exinde facere voluerint, & potuerint ſuorum ſint poteſtatis, & quando voluerint defendamus eos ipſos qualiter ſuper obligat. Si autem ipſos ei defendi non potuerimus, ut dixi primis ego, & mei hæredes ſupraſceipti Dauferii Comitis nepotis tui, & ab eius hæredibus de caludo legibus iurare oblig. & componamus eis ſupradicto pretio duplum, & duplo per appretiatum, quod ſupraſcripta mea venditio apud eis in ædificiis, vel quavis portione crebita, vel remeliorata paruerit. Nam ſi ego, qui ſupra Landulphus venditor, vel mei hæedes hanc venditionis chartam de quibus continet aliquando per qualecunque ingenium dirumpere, aut eemovere quæſiverimus, vel non fecerimus, & non compleverimus ſupraſcripti nepoti tuo eius hæredibus ea omnia qualiter ſuperius leguntur, tunc & ſupraſcripta dupla eis componamus, & iam dicta venditio integra . . . . eorum amittamus ad ſemper habendam, & taliter ego, qui ſupra Landulphus Longobardus Capuanus venditor qualiter mihi congruum fuit, feci, & te Petrum notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavi. Capuæ.

Chartula recordationis facimus nos SiKelgiſa Comitiſſa, & nos Dauferius Comes ambi mater, & filius tibi D. Marine ven Abbate cœnobii S. Heeaſmi Chriſti Martyris de ipſa chartula vetula, quæ continet meam hæreditatem de Paſſiniano cum ipſo. . . . nos, quæ ſuper SiKelgiſa Comitiſſa, & nos Dauferius Comes debemus tibi qui ſupra Denne Marinæ Abb. . . . ipſe exemplare, & recordare in ipſo exemplo ad defendendum qualiter ipſa chartula venditionis, & offerſionis declarat, quod nos, qui ſupra ambo mater, & filius in prædicto cœnobio S. Heraſmi Chriſti Martyris facta habemus.

† Ego

† *Ego Petrus Judex.*
† *Ego Petrus Notarius, &c.*

XIII. 13. PROBUS Epiſcopus Cajetanus („ *Et hic de „ eodem ſtipite Ducum prodiit, cujus Sanctitatis lauream „ celebrat Cajetana Eccleſia die 6. Octob. ex eodem Ab. „ Conſtantino, qui ea, quæ ſcripſit de Cajetana Eccleſia „ accepiſſe inquit e vetuſtiſſimis Chartis ejus Cathedra- „ lis.* Lucent.)

IX. 14. DEUSDEDIT anno 884. (1) Hic Eccleſiam S. Mariæ foris portam cum ſuis pertinentiis dono dedit, tradiditque Urſoni presbytero de conſenſu clericorum ſuorum. Extat antiquum monumentum in archivio S. Angeli Cajetæ, quod hic in gratiam ſtudioſorum venerandæ antiquitatis reponi curavimus.

In nomine Domini Dei Salvatoris N. J. C. imperantibus D. noſtro Leone, & Alexandro pacificis magnis Imperatoribus, anno 22. menſ. Octobris, ind. 3. Kaieta.

Quadere nos Deuſdedius Epiſcopus, cum authoritate D. Docibilis, & D. Joannis Ypatis iſtius civitatis, & conſenſu omnium clericorum noſtri Epiſcopii, a præſenti die, & in omne futurum tempus concedimus, tradimus, committimus, atque conſignamus in Eccleſia B. Michaelis Archangeli poſita in monte iſtius civitatis, in qua Rector nunc eſt Urſo ven. presbyter, ideſt venerandam Eccleſiam B. Mariæ foris portam, cum omnibus ſibi pertinentibus, terris, caſalibus, ornatibus, domibus intus civitatem, mobile, vel immobile ſeſeque moventibus intus civitatem, quam & extra civitatem, omnia, & in omnibus ad ſuprascriptam Eccleſiam pertinentibus tali tenore, ut amodo, & uſque in ſempiternum permaneat ad veram poſſeſſionem de ſuprascripta Eccleſia B. Michaelis Archangeli, & neque a nobis ſuprascriptis, neque a ſucceſſoribus noſtris nullo modo ipſa Eccleſia B. Mariæ de ſuprascripta Eccleſia B. Michaelis Archangeli aliquando tempore auferatur; verum etiam, quod abſit, & avertat Divinitas, quod ſive nos ſuprascripti, aut noſtri ſucceſſores contra hanc conceſſionem noſtrā venire tentaverimus, componere nos promittimus auri libras duas, & e contra conceſſio firma permaneat. Scripta per rogos noſtros ab Stephano presbytero, & ſcriba civitatis hujus in menſe, & indictione ſuprascripta.

Deuſdedit Epiſcopus propria manu ſubſcripſit.
Docibilis Ypa ſubſcripſit.
Ego Gregorius presbyter ſubſcripſi.
Ego Mellitus presbyter ſubſcripſi.
Ego Joanne presbyter propria manu ſubſcripſi.
Ego Angelus presbyter ſubſcripſi.
Ego Leo presbyter ſuſcripſi.
Ego Anaſtaſius presbyter ſubſcripſi.
Ego Petrus presb. filius Ramfus, manu propria ſubſc.
Ego Stephanus presbyter complevi, & abſolvi in menſe, & indictione.

XIV. 15. STEPHANUS, ex Abbate SS. Theodori, ac Martini electus an. 1031. Hic poſt mortem Dominici Abbatis Caſæ Marii, Ord. S. Benedicti, eiuſdem loci Monachis conceſſit locum Cajetæ poſitum, olim S. Scholaſticæ dedicatum, ut collapſam penè ibi Eccleſiam reficerent; in cujus ædificatione (ut olim S. Benedicti temporibus evenerat) ferunt hujuſmodi accidiſſe miraculum, ferrum ſcilicet in mare forte delapſum, Monachorum precibus, ſua ſponte ad haſtile, cui fuerat infixum, ſupernatans, ſuique ponderis oblitum rediiſſe.

XV. 16. LEO Concilio Romano interfuit ſub Nicolao II. anno 1059. itemque conſecrationi Eccleſiæ montis Caſini, ſub Alexandro II. anno 1071. ex chronic. Anonymi.* Leoni ſcripſit Hilarius quidam ſacerdos, & monachus, ac magnæ Eccleſiæ novæ Romæ Cubicularius anno 1064. ipſumque attitulavit Caietæ urbis Archipræſulem, cum cujuſdam Joannis Cajetani obitum nunciaſſet, qui Cajetanæ Eccleſiæ, aliiſque locis ſolidos aliquot legaſſet. Legimus epiſtolam ipſam originalem, hiſce conceptam verbis.

* Ex App. tom. 5.

† *Gajetæ urbis Archipræſuli, quem Dominus noſter*

Italia Sacra Tom. I.

A *Jeſu Chriſtus ſua dextera protegat, ſalvet, tutumque reddat ab omnibus inimicorum inſidiis. Hilarius ſacerdos, & monachus, & magnæ Eccleſiæ novæ Romæ Cubicularius. Cum nobiliſſimo D. Petro Joh. D. Lupini de Johan. de Lup. de Juſto Comite, & Marino Appo, toti unanimiter oſculamur tuos ſacratiſſimos pedes. Notum facimus, quia hic in urbe Conſtantinopoli obiit D. Joannes Gajetanus filius Petri de D. Benedicto, & dimiſit in veſtro epiſcopio ſolidos tres, & ſol. quinque ad S. Eraſmo de foro, & ſol. tres ad S. Theodoro, & ſol. tres ad S. Angelo, & ſol. tres ad S. Maria de ipſo molo, & ſol. ad S. Kyrino tres, & ſol. tres ad S. Georgio, & ad ſuum nepotem Anatolium Marino ſol. octo, & ad Conſt. famulo ſuo ſol. quater.... ſuprascripti ſol. toti ſunt ſol. triginta quinque tetartaron. Precando tuam dirigimus almitatem, ut de totis hominibus, quos tuæ ſublimitati prænotavimus ſcribere facias nobis totis tribus Epiſcopis ſuprascriptis ſecuritatem plenariam ad ... tuam ſanctitatem. Similiter & epiſtola a tua ſublimitate porrecta, & annulo tuo ſi-*B *gnata, & homine à tuis ſanctis pedibus intimato nobis famulis tuis, cui dare debemus ſuprascriptos ſolidos multumque tuam præclaram flagitamus domino ſanctitatem ut hora qua mea puſillitatis exceperis cedulam, omni depoſita ſcrupuloſitate, hoc quod tuæ ſtuduimus intimare ſanctitati, ſatagas ad perficiendum, quemadmodum tua providentia novit tua, & exteras procurare humana ſpiritualiaq; ſervitia. Vale domine sācte per ſecula cūcta Amē.*

A tergo membranæ, ita ſcriptum † *Archipræſuli Domino Leoni Cajetæ urbis concedi.*

Leonem hunc Cajetanum Epiſcopum filium fuiſſe Leonis Ducis Cajetanorum, & Raynerii Ducis fratrem, inſinuat documentum ejuſdem Raynerii Ducis conditum anno 1064. in hunc modum ex ipſo archetypo exſcriptum.

† *Gubernante, atque regente gratia divina per nomen D. N. J. Chriſti, & virtutem ejus univerſum Orbem. Anno ab Incarnatione ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXIV. duodecimo anno Comitatus D. Raynerii Illuſtriſſimi Comitis filii quondam Leonis glorioſi Conſulis, &* C *Ducis. Item & Dom. Leo, & Dom. Landulphus filii D. Docivili Excell. Comitis ſimulque & Dominus Johannes filius D. Ugonis Com. quam & D. Petrus, & D. Johannes filius D. Petri Excell. Com. bonæ mem. totis fratribus, & nepotibus in menſe Aprili, Indict. 2. Caſtro Suju Zoniam quidem antiqui juris præceptione conſtitum eſt, ut omnis venditio tam movilium, quam immovilium, & nomine pretii, & tempore ſcriptura declarare videatur, ut non aliquis error, aut controverſia exinde poſſit oriri, ſe firmiter, atque perpetualiter conſiſtere poſſit per jam dictum inſtrumentum. Quamobrem ideoque me D. Raynerius Comes filius D. Leonis Ducis, qui ſupra. Conſtat me ab hodierno die, & omne futurum tempus pro parte, & vice D. Leonis gratia Dei præſulis ſanctæque Gajetanæ Eccleſiæ noſtrique germani, & filii quondam D. Leonis ſupradicti glorioſi Conſulis, & Ducis bona recordationis. Placuit nobis vendere, tradere, largire, atque perpetualiter tranſcribere fecimus vobis denique Leoni filio q. Johannis de Amoro, vel Grima jugalibus bonæ mem. qui eſtis habitatores in ſupradicto Caſtro, ideſt per licentiam* D *& largitatem de jam dicti D. Leonis gratia Dei Epiſcopi noſtrique german. vendo, & trado vobis à die præſentis quoque modo de terra poſita in vocabulo, quod nuncupatur Caratioli cum ejus fine, & menſura. A parte namq; Orientalis ponitur terra de heredibus Maraldi de Amoro, & terra publica. A parte Occiden. & à parte Merid. eſſe videtur, & terra publica, à parte namque Septētrionis ponitur foſſata, & terra publica. Has autem ſuprascripta quoq; modo de terra, quod nos vobis vendidimus, & tradidimus, ponitur in jam dicto loco qualiter ſuperius diximus de fine in finem indicans, & à juſto modo a parte publica menſurata cum omni, quod unde natum eſt, vel naſcere debet ſubter, vel ſuper una cùm arboribus fructiferis, vel infructiferis, cum aquis, & andatis, cum ſepis, & limitibus ſuis, quam & cum via ſua idem intrandi, & e-*

Z 2 *xeun-*

(1) En quot Epiſcopos modico tempore abſumpſiſſet hæc Eccleſia! Error igitur in anni impreſſione, cum cæteroqui ad Leonis, & Alexandri imp. tempora referendus eſſet ex inſtrumento ab Archivo Cajetano in Ughellum tranſmiſſo, quod licet eo commentitium evidentiſſimè appareat, quod Leonem & Alexandrum ſimul imperaſſe præſumit, tamen Leonis, & Alexandri tempora indicare potuit. Leo quippe deſiit eſſe 25. imperii ſui anno, qui fuit Chriſti 911. quo vero cum Conſtantino in Cæſarum ſolio Alexander Leonis frater ſedit, & inſecuto mox anno inde corruit. Bene igitur deleto anno 884. hoc vero ſcilicet circa an. 911. Pontificatum geſſiſſe in Cajetana Sede Deuſdedit cenſendus eſt. *Lar.* Ideoque in hac ſerie locandus nono loco ante Leonem. Qui ut notat Abbas Cajetanus in vita S. Gelaſii, pontificatum geſſit Conſtantino Porphyrogenito imperante; ideoque poſt Leonem, & Alexandrum.

xeundi, & cum omnia, & in omnibus ad ſupraſcripta quoque modo de terra pertinentibus. Inſuper promittimus nos, qui ſupra Dom. Leo Dom. gratia Epiſcopus, & Dom. Raynerius Comes cum noſtris hæredibus vobis ſupraſcripto Leoni, & Grima jugalibus, & à veſtris hæredibus de jam dicta quoque modo de terra antiſtare, & defendere ab omnibus hominibus abinq; partibus. Propter quod ego qui ſupra Dom. Leo gratia Dei Epiſcopus ſenior veſter recepimus à vobis in omni deciſione, & definito pretio valdeque vobis placabile uncias quinque de optimis denariis. In eo vero tenore, ut amodo, & ſemper in veſtra, & hæredibus veſtris maneat poteſtate. Unde tribuimus vobis licentiam, & poteſtatem habendi, tenendi, fruendi, poſſidendi, donandi, commutandi, alienandi, veſtriſque hæredibus relinquendi, & vendendi, vel quodcunque exinde facere, vel judicare volueritis in veſtra, & hæredibus veſtris ſit poteſtate, & neque à nos ſupradicti, neque à noſtris hæredibus, neque à nobis nulla ſubmiſſa perſona nunquam exinde habebitis, querelam, aut calumniam vos ſupraſcripti Leo, vel Grima jugales, neque veſtri hæredes in ſempiternum; verum, quod abſit, & divina avertat potentia, quod ſive nos ſupradicti, ſive noſtri hæredes, aut quævis perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtram venditionem, & traditionem aliquid contrarie agere voluerimus, vel calumniare voluerimus quod defendere vos, vel veſtros hæredes noluerimus, vel calumniare voluerimus, componi ſubjacemus nos cum noſtris hæredibus tam vobis, quam & de veſtris hæredibus pœna nomine auri obrizi uncia duas. & poſt ſolutionẽ pœna hæc noſtra venditio, & traditio ſicut ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum. Scriptam per juſſionem noſtram à Johanne notario hujus caſtri in menſe, & indictione ſupradicta.

† Signum manus D. Raynerii Conſ. filii D. Leonis Ducis, qui ſupra, qui ſcribere rogavit.
† Signum manus Johannis filii Alberti.
† Signum manus Johan. filii Benedicti.
† Ego Johannes notarius complevi, & ſubſcr. in men. & indict. ſupraſcripta 2.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab incarnatione ejuſdem D. N. Jeſu Chriſti M. LXVIII. vigeſimo ſeptimo anno Comitatus D. Raynerii Illuſtris filii D. Leonis Conſulis, & Ducis: item & Dominus Leo, & Dominus Landulphus filius Domini Docibilis Excell. Comitis: ſimulque & Dominus Joannes filius Domini Ugonis Comitis: quam & Dominus Petrus, & Dominus Joannes filius Domini Petri bonæ memoriæ, totis fratribus, & nepotibus menſe Martio indictione 7. Caſtro Suju. Ideoque nos Joannes Comes filius Domini Ugonis, qui ſupra, & nos inſimul Sikelgrima comitiſſa honeſti jugales. Conſtat nos ab hodierna die, & in omne futurũ tempus placuit nobis vendere, tradere, largire, atque per hoc documentum chartæ perpetualiter tranſcribere facimus vobis denique Domino Leone præſule S. Gajetanæ Eccleſiæ, & filii ſupraſcripti Domini Leonis Conſulis, & Ducis bonæ memoriæ, Deo tuente Rectores omnes in jam præfato caſtello: id eſt vendidimus, & tradidimus vobis à die præſenti totam, & incliſam noſtram portionem de ipſo aquiſmolo de epiſcopio S. Gajetanæ Eccleſiæ, quod nuncupatur de ipſa Ficus, quod aliquando tempore detinuit Merco: quæ mihi contingit de paterna, vel de materna ſubſtantia jure parentorum noſtrorum: ſeu & quæ nobis contingit de comparationibus noſtris, ut ſecuram, & quietam habeatis, & poſſideatis vos, & veſtri poſteri ſucceſſores in perpetuitatem cũ omnibus aquis, & andatis, & deceſſoriis ſuis liberis, & expeditis omni tempore intrandi, & exeundi, & cum omnibus, & in omnibus, quæ ad ſupraſcriptam ſortem, & portionem noſtram de ipſo aquiſmolo pertinent, vel pertinentes fuerint, perveniant ad veſtram poſſeſſionem, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus in ſempiternum, ita ſane, ut ſi quocunque tempore apud nos, ſive apud hæredes noſtros charta inventa fuerit de jam dicto aquiſmolo perveniat ad veſtram poſſeſſionem, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus abſq; omni contrarietate de nobis, & de noſtris hæredibus in ſempiternum propter opus, & poſſeſſionem de S. Dei genitricis, & virginis Mariæ, & S. Eraſmi Martyris D. N. J. Chriſti permaneat perenniter, & ibidem nobis nihil reſervamus, neque dicimus reſervare nullo tempore. Inſuper repromittimus nos, qui ſupra Joannes Comes, & Sikelgrima honeſti jugales cum noſtris hæredibus vobis ſupradicto Domino Leone præſule, & veſtris poſteris ſucceſſoribus de jam dicta portione noſtra de ipſo aquiſmolo cum omnibus ejus pertinentiis antiſtare, & defendere ab omnibus hominibus, & in omnibus temporibus pro eo quod exinde recepimus à vobis in omni deciſione, & definito precio, valdeque nobis placabilem libram unam de denariis in eo vero tenore, ut amodo, & ſemper veſtra, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus maneat poteſtas. Unde tribuimus vobis licentiam, & poteſtatem habendi, tenendi, fruendi, & poſſidendi, & omnia quæcumque exinde facere, judicareque volueritis in veſtra, & veſtris poſteris ſucceſſoribus maneat poteſtate pro opere S. Dei genitricis Mariæ, & S. Eraſmi Martyris Chriſti, & neque a noſtris hæredibus, neq; à nobis nulla ſummiſſa perſona nunquam exinde habebitis querelã, aut calumniam vos ſupraſcriptus D. Leo Epiſcopus, neque veſtri poſteri ſucceſſores in ſempiternum, verum quod abſit, & divina avertat potentia, quod ſive nos qui ſupra, ſive noſtri hæredes, aut quævis perſona hominum magna, vel parva contra hanc venditionem, & traditionem aliquid contrarie agere voluerimus, componere ſubjaceamus nos cum noſtris hæredibus tam vobis, quam & veſtris poſteris ſucceſſoribus, qui hoc inquietare voluerit, pœna nomine, auri obrizi libram unam, & poſt ſolutam pœnam, hæc charta noſtra venditionis, ſeu traditionis ſicut ſupra legitur, firma permanens in perpetuum. Scripta per juſſionem noſtram à Joanne notario hujus caſtri in menſe, & indictione ſupraſcripta.

† Signum manus Joannis Comitis filii Domini Ugonis, qui ſupra qui ſcribere rogavit
† Signum manus palumbi fil. Gizzo.
† Signum manus Joannis filii Alberti.
† Ego Joannes notarius complevi, & roboravi in menſe, & indictione ſupraſcripta ſeptima.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab incarnatione ejuſdem D. N. J. Chriſti 1068. vigeſimo octavo anno comitatus D. Rayneri Illuſtris filii D. Leonis Conſulis & Ducis, item, D. Leo, & D. Landulphus filii domni Docibilis excellentis comitis. ſimiliter, & D. Joannes filius D. Ugonis Comitis, quam, & D. Petrus, & D. Joannes filii D. Petri Comitis bonæ memoriæ totis fratribus, & nepotibus menſe VII. Ind. VII. Caſtro Suju. Ideoque me Raynerius Comes filius Dom. Leonis Conſulis, & Ducis, qui ſupra, & Mira honeſti jugales Deo tuente rector in jamdicto caſtello, conſtat nos ab hodierna die, & omne futurum tempus, placuit nobis vendere, tradere, largire & per hunc documentum chartæ perpetualiter tranſcribere facimus vobis denique D. Leone præſule S. Cajetanæ Eccleſiæ noſtroque Germano, & filio ſupraſcripti D. Leonis Conſulis, & Ducis id eſt vendimus tradimus vobis à die præſenti totam, & melitam meam portionem de ipſo aquiſmolo de Epiſcopio S. Cajetanæ Eccleſiæ, qui nuncupatur de Ficus, qui aliquando tempore detinuit Merco, quæcumque nobis contigit exinde de paterna vel de materna ſubſtantia noſtræ portionis jure parentorum noſtrorum, ut ſecuram, & quietam eam habeatis, & poſſideatis vos, & veſtri poſteri ſucceſſores perpetuitatem, cum omnibus aquis. & andatis, deceſſoriis ſuis liberis, & expeditis omni tempore ibidem intrandi, & exiendi, & cum omnia, & in omnibus. quæ ad ſupradicta ſorte, & portione noſtra de ipſo aquiſmolo nobis pertinet vel pertinentes fuerint perveniat ad veſtram poſſeſſionem, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus in ſempiternum per opus, & poſſeſſionem S. Dei genitricis Virginis Mariæ, & S. Eraſmi Martyris Chriſti permaneat perenniter, & nos ibidem reſervamus, neque dicimus reſervare nullo tempore. Inſuper repromittimus nos qui ſupra Raynerius Comes & Mira honeſtiſſima jugales cum noſtris hæredibus vobis ſuprad. Dom. Leone præſule, & ad veſtris poſteris ſucceſſoribus de jamdicta ſorte, & portione noſtra de ipſo aquiſmolo cum omnibus ejus pertinentiis omni tempore anteſtare, & defendere ab omnibus hominibus, & in omnibus temporibus pro eo quod exinde recepimus à vobis in omni deciſione, & definito precio valdeque nobis placibile uncias octo, de denar. In eo vero tenore, ut amodo, & ſemper in veſtra, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus maneat poteſtate Unde tribuimus vobis licentiam, & poteſtatem habendi, tenendi fruendi poſſidendi. donandi. commutandi, alienandi, etiam vendendi, vel omnia quæcumque exinde facere, judicareque volueritis, in veſtra, & de veſtris poſteris

ſucceſ-

ſucceſſoribus maneat poteſtate, & neque à nos ſuprad Raynerio, & Mira jagalibus neque à noſtris hæredibus, neque à nobis nulla ſummiſſ aperſona numquam exinde habebitis querelam, aut calumniam vos ſupradictus Dom Leo præſul neque veſtri poſteri ſucceſſores in ſempiternum. Verum quod abſit, & divina avertat potentia, quod ſive nos qui ſupra, ſive noſtri hæredes, aut quavis perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtram venditionem, & traditionem aliquid contrarie agere voluerimus, componi ſubjaceamus nos cum noſtris hæredibus, ſeu qui hoc inquietare voluerit tam vobis, quam ac veſtris poſteris ſucceſſoribus pœnæ nomine auri obrizi unciarum decem, & poſt ſolutam pœnam hæc charta noſtræ venditionis, ſeu traditionis ſicut ſupra legitur firma permaneat in perpetuum. Scriptum per juſſionem noſtram à Joanne notario hujus caſtri in menſe & ind ſuprad.

† *Signum man. Domini Raynerii filii Domini Leonis Ducis qui ſup. ſcribere rogavit.*
† *Signum man Joannis filii Petri.*
† *Signum man. Joannis filii Alberti.*

XVI. 17. RAYNALDUS Monachus montis Caſini, electus à II. Urbano. Hic S. Eraſmo dedicavit altare in eccleſia S. Martini, an. 1090. an. verò 1093. D. Andreæ eccleſiam conſecravit. Hujus honorificè meminit Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſini & Anonymus in Caſin. Chronic.

XVII. 18. ALBERTUS, Raynaldo * ante annum 1105 cum hoc ipſo anno, eoque Præſule, Richardus Dux Cajetanorum, & Comes Sueſſanorum plura dona conceſſit, & elargitus eſt Eccleſiæ Cajetanæ, quæ recitantur in ea ipſa donatione, quam legimus, & exſcripſimus ab originali pergameno.

* Ex App. tom. 5.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

Anno Dom. Incarn. MDCV. menſe Septembrio ind. XIII. Ego Ricardus Dux Gajetanorum, & Comes Sueſſanorum juſſi hoc ſcriptum fieri. Notum ſit omnibus S. & Catholica Eccleſia filiis fidelibus, quoniam divina clementia ad hoc me promovit in Ducem, & Comitem ut ſacrarum Eccleſiarum defenſor exiſterem, & ditator. Ad ſalutem igitur, & redemtionem anima mea, Ringarda, & filiorum meorum Andrea ſcilicet, & Peregrini, noſtrorumque parentum, in honore Dei omnipotentis, & S. Virginis Maria, Gajetana Eccleſia Epiſcopatus, & Ven. Alberti ejuſdem Sedis Epiſcopi, reddimus, concedimus S. Eccleſia, tibique ven. Alberto Epiſcopo patri noſtro, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, duo ſcilicet molendina, que ſunt in territorio caſtri Suggi, in minori quidem molendino medietatem habui olim non aliter, ſed quia ex meo ſtipendio eum reſtauravi, ab hodierno itaque die illam quam habuimus medietatem reddimus S. Gajetana Eccleſia, & volumus, & laudamus, & confirmamus ut ambo molendina illa ſuperius dicta tota & integra ſint libera, & abſoluta abſque ulla contradictione cum omnibus ſuis pertinentiis. Iterumque jubemus, & volumus ut nulla magna, vel parva perſona audeat contradicere euntibus ad molendinum, & redeuntibus, ut quod divina gratia ſancitum eſt, ulterius à nobis noſtriſque heredibus non confringatur, quod ſi eum aliquis inſtigante diabolo, irrumpere voluerit, nos & noſtri heredes modis omnibus defenſare promittimus; quicumque autem contra hanc noſtram diffinitionem aliquid agere, vel tentare præſumpſerit 40. libras auri perſolvat, medietatem curia, & Eccleſia cui laſerit, inſuper anathematis vinculo ſubjaceat niſi reſipuerit, & ad ſatisfactionem venerit, ſolutaque pœna librarum, factaque ſatisfactione, hæc noſtra donatio, conceſſio, confirmatio ſtabilis maneat in perpetuum, & ut majus, & diligentius credatur ab omnibus noſtro proprio ſigillo inſigniri ſtatuique, quem ſcribere juſſimus Aſtabili notario ſupradicti caſtri in menſe, & indictione ſupraſcripta.

† *Signum man. Dom. Ricardi Ducis qui ſcribere præcepit.*
† *Signum man. Ricti filii Adi teſte.*
† *Signum man. Joanne Conte teſte.*
† *Signum man. Petri Follia, teſte.*
† *Ego Aſtabilis notarius complevi, & roboravi in menſe, & indictione ſupraſcripta XIII.*

Hic cum in Cajetano throno ſederet, Paſchalis II. ſummus Pontifex Cajetam ſe contulit, ibidemque Cathedralem S. Mariæ, condito ſub maiori altari S. Eraſmi corpore dedicavit, editaque ampliſſima bulla Cajetanam Eccleſiam ingentibus prærogativis, ac gratiis adauxit, ditavit, anno 5510. 3. Non. Februarii. Deceſſit autem Albertus non multò poſt.

59. JOANNES ille idem, qui in generali Concilio Laterano Paſchalem Papam II. contra calumniā S. Brunonis Epiſcopi Signini defendit anno 1556. de quo videndus Baronius ad hunc annum. XVIII

20. RICHARDUS montis Caſini Monachus, Joanni ſucceſſit anno 1157. Hic Cajetæ Gelaſium II. Pontificem hoſpitio excepit, qui Pontifex factus, cum Henrici Imperatoris potentiæ ceſſiſſet, relicta Roma in patriam ſe contulit, ibique coram Cardinalibus, atque Epiſcopis ſummus Pontifex ordinatus eſt. Deinde Capuæ poſitus, telo religionis impium Imperatorem, ac toties perfidioſè relapſum percuſſit. Deceſſit autem Richardus circa annum 1521. XIX.

21. BERTOLDUS, anno 1121. XX.

22. THEODORICUS Epiſcopus, cujus obitus dies in antiquo Martyrologio montis Caſini memoratur 4. id. Aprilis; annum codex non habet, quo ille exceſſit. XXI.

23. TRANSMUNDUS; & hunc obiiſſe refert citatus codex, 10. Kal. Decemb. annum reticet, quo ille è vivis eſſe deſiit. XXII.

24. RICHARDUS, eius nominis II. electus eſt circa annum 1126. atque Honorii II. cuidam privilegio reperitur ſubſcriptus, Piſanæ Eccleſiæ indulto, cujus originale diligentiſſimè aſſervatur in archivio Reformat. Florentiæ. Cæterùm hujus Richardi memoria extat uſque ad annum 1145. XXIII

25. JAQUINTUS, ſive Jacyntus an. 1152. XXIV

26. RAYNALDUS Monachus montis Caſini electus eſt circa annum 1169. ad hunc literas dedit Alexander III. Pontifex in c. cum P. Maconella de Accus, & in c. 1. de purgat. Rexit Cajetanam Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ, uſque ad annum 1171. in quo Barenſis Archiepiſcopus creatus fuit, ut refert Antonius Beatillus ex Societate Jeſu in vita S. Sabini, à quo multa hauſimus monumenta, quæ huic noſtro operi futura ſunt ornamento. XXV

27. JOANNES Raynaldo ſucceſſit, qui deliberationem quandam Regis Guillelmi ſubſcribit die 4. menſis Maji anno 1182. („ *Sed diutius antea ad hunc* „ *Epiſcopatum evectus, cui tanquam Cajetano Epiſcopo electo ſcribit Alexander III. ut ſuper Presbytera* „ *de Simonia infamato exquirat, & purgationem opportunam præbeat* cap. 7. de purg. Can. *Sunt qui legendum velint pro* Cajetanenſi Cajacenſi, *ſed qua ratione haud enunciant* Lucent.) XXVI

28. PETRUS reperitur fuiſſe Cajetanus Epiſcopus anno 1188. Deſiitque inter mortales eſſe * ante an. 1291. XXVII.

* Ex Ap. t. 5.

29. ÆGIDIUS, in præcipuis Innocentii III. amicis, ab ipſo * confirmatus, cum reperiatur jam electus ann. 1191. in documentis ejuſdem Eccleſiæ, fuit circa ann. 5200. pridie Kal. Decembris. Hic Aegidius è xenodochio caput S. Theodori martyris, qui Conſtantinopoli Cajetam olim fuerat delatum à Petro Card. tit. S. Marcelli Orientis Legato in eccleſiam Cathedralem tranſtulit; * de cujus translatione hæc refert ex manuſcripto codice Cajetanæ Eccleſiæ. XXVIII.

* Ex App. tom. 5.

* Ex App. tom. 2.

Sanctorum reliquias apud omnipotentem Deum meritorium eſſe credimus, & eorum patrocinium pro nobis interponi ſperamus in cœlis, quorum memoriam devote celebramus in terris; proſunt enim nobis ſanctorum merita, & paſſiones pariter ad exemplum, quia dum recolimus eorum conſtantiam, quam habuerunt in fide Chriſti, tolerantiam paſſionum ipſorum, qui pro lege Dei ſui certaverunt uſque ad mortem, quaſi per claritatem eorum ambulamus greſſibus morum, atque meritorum ipſorum participes efficimur, dum fidei fervorem laudamus, conſtantiam in paſſionibus commendamus, & de eorum ad Deum tranſitu glorioſo in Domino congaudemus. Sicut enim ſtellæ in cælo, ita Sancti lucent in Eccleſia Dei, ad quorum claritatem, quam à vera luce, id eſt à Chriſto, qui eſt lux mundi, & ſplendor lucis æternæ per gratiam acceperunt ambulantes ſpiritualiter in hoc mundo ſedentes ad patriam claritatis æternæ. Quia igitur Dei proviſione factum eſſe credimus, ut patrocinio fortiſſimi Marty-

ris Theodori hæc Cajetana civitas muniretur, qualiter glorioſum Caput ipſius de Conſtantinopolitana urbe Cajetam tranſlatū ſit, ſicut in veritate ſcimus, prout melius poſſumus, explicamus. Per totum namque orbem fama volavit, qualiter poſt mortem magni Imperatoris Conſtantinopolitani Manuelis, Andronicus Patruelis ejus fraudulenter Imperium ipſum invaſit, qui tanquam hypocrita innuens ſe velle paterna ſollicitudine procurare Alexium Imperatorem ejuſdem Manuelis filium, qui adhuc erat in ætate tenera conſtitutus, hoc egit, quod opportunitate accepta eum interfecit. Quod facinus omnes fere mundi Principes abhorrentes maxime illi qui erant Græcorum regionibus vicinitate propinqui, contra eum pugnare cœperunt. Nam illuſtris Rex Siciliæ Guillelmus magnum exercitum militum, ac peditum in navibus, & galeis multis in Græciam direxit, & magnam civitatem Duratium primo totam terram uſque Theſſalonam, atque ipſorum magnam, & opulentiſſimam civitatem Theſſalonam in virtute cepit armorum. Illuſtris quoque Rex Hungariæ nomine Bela, cum magno exercitu terram Græcorum invaſit, & cantum de Imperio ſuo cepit, ut Græci prædictorum Regum potentia, atque formidine moti exiſtimantes tribulationes has Andronici ſibi ſuperveniſſe peccato, eundem Andronicum interfecerunt, ut quaſi à Deo propter populum qui oppreſſus erat nimis culpa illius, hæc vindicta facta exiſtimaretur. Subito autem Iſachius, quem idem Andronicus interficere volebat ſicut cæteros proceres, & magnates jam interfecerat, nutu Dei Imperator conſtitutus eſt, qui ita geſſit ſollicitus, ut jam Andronici quaſi peccato purgato, prædictorum Regum exercitus de Græcia effugaret. Hic autem Imp. Iſachius fratrem ſuum Alexium, qui apud barbaras nationes tenebatur captivus, redimere procuravit, & eum quaſi dominum Imperii poſt ſe primum conſtituit. Videns itaque hic Alexius ſe tanta potenti ſublimatum, quia favorem gerebat dignitas collata in ſuum fratrem, militibus, & proceribus per curioſa verba, & promiſſiones ſibi occulta amicitia copulatis, dum Imperator Iſachius iret venatum, coronam injuſte ſurripuit. Quod audiens Iſachius non eſt ſtatim reverſus Conſtantinopolim, ſed verſus terram Regis Hungariæ ſoceri ſui fugam paravit. Sed ante quam exiret de Græcia, cogitavit quomodo ipſe benefecerat fratri ſuo & dicebat reverſar ad eum; ſpero enim quod recordabitur beneficiorum meorum, & me ſicut ego habeam ipſum. Hac autē cogitatione deceptus, & non cavens quod in eo confidere non deberet, qui et vidit malum pro bono, reverſus eſt, & ab eodem fratre ſuo Alexio captus, & oculis mutilatus. Poſt aliquantos vero annos idem Alexius cogitavit interficere Alexium ejuſdem Iſachii filium; ſed quia verbum notum factum eſt Iſachio per uxorem ipſius Alexii Imp. quæ erga eum pietate movebatur, idem Iſachius eundemque filium ſuum Alexium in quadam navi Piſanorum ad Philippum Sueviæ Ducem fratrem olim Henrici Illuſtris Romanorum Imp. qui filiam ipſius Iſachii, quam in Sicilia duxerat, uxorem habebat, cum feſtinatione direxit. Eo tempore nuncius venit ad ſummum Pontificem Innocentium, qui tunc apud Reatinam civitatem manebat, qui diceret quod Terra Hieroſolymitana occupabatur à Sarracenis, niſi et Chriſtianorum auxilia ſubveniretur. Quod audiens ſummus Pontifex duobus ex Cardinalibus, videlicet magiſtro Goffrido tituli ſanctæ Praxedis, & magiſtro Petro tituli ſancti Marcelli venerabilibus presbyteris Cardinalibus Crucem imponens, alterum eorum in Angliam, alterum in Franciam deſtinavit, ut moverent populum, quod Terræ S. ſuccurrerent. Unde factum eſt ſtolium maximum apud Venetias, in quo idem Alexius perrexit eius de Ducis Philippi auxilio, & cum veniret Cōſtantinopolim fugiente Alexio Imp. patruo ſuo Theſſalonam, Græci Marcolfum, quem idem Alexius vinculis manciparat, Imperatorem conſtituerunt. Qui receptum à Græcis Alexium, qui cum ſtolio venerat, poſt quam ſtolium motum fuit a Conſtantinopolitana Urbe, illico interfecit, timens ne ipſe ſibi auxilium auferret, quod facinus audientes Francigenæ, qui erant in ſtolio, reverſi ſūt in furere ſpiritus, & irruentes in civitatem Conſtantinopolitanam ceperunt eam, & nobilem virum comitem Flandrenſem Imperatorem conſtituerunt. Marculphus vero fugit incolumis, & ſe inde præcipitavit. Poſtmodum vero marchio Montis Ferrati, qui erat in eodem ſtolio ivit cum exercitu Theſſalonam, & cepit eam, atque eundem Alexium, cum uxore cepit & filio, & in terram ſuam in una galea captivum deduxit. Quos in hac civitate Caieta aſportari vidimus, & poſtmodum à Genuenſibus redemptos vidimus revertentes. Per idem tempus præfatus magiſter Petrus tit. ſancti Marcelli venerabilis presb. Card. in partibus Hieroſolymitanis erat, qui vocatus ab Imperatore, qui Conſtantinopoli conſtitutus erat, ivit illuc, & ab eo, ſicut decebat, eſt reverenter ſuſceptus, & quomodo civitas Conſtantinopolitana ſpoliata erat, & Eccleſia violata, idem Imperator, ſicut congruebat, de reliquiis, & rebus Sanctis eundē Cardinalem honoravit, quas idem Cardinalis ſuſceptas ſecum detulit in quadam navi, & Domino volente, à quo greſſus hominum diriguntur, Cajetam pervenit. Qui ſiquidem, utpote cautus, & circumſpectus reliquias occultavit, & occulte illas ad civitatem nativitatis ſuæ, Amalphiam videlicet deſtinavit, & Romam ad ſummum Pontificem, ſicut mos eſt Cardinalium, properavit. Aliquanto vero tranſacto tempore Amalphiam venit, & qui erat tam genere, quam & morū nobilitate præclarus, ſtatuit Amalphiam nobilitare, & civitate Sanctorum reliquias decorare. Nam Surrentum de reliquiis B. Jacobi Apoſtoli, Neapolim vero de aliorum Sanctorum reliquiis, ad monaſterium Caſinenſe Brachium S. Athanaſii, & Cajetā Caput B. Theodori Martyris Chriſti in pixide argentea, ſicut hodie apparet, per magiſtrum Clementem familiarē ſuum tranſmiſit ab Incarnatione Domini MCCX. pridie Kal. Decembr. in feſto S. Andreæ Apoſtoli. Cum autem eſſet apud hoſpitale Cajetæ contiguum venerabilis ejuſdem civitatis Epiſcopus Egidius, & clerici, ſequente populo univerſo, cum hymnis, & laudibus prædictum Caput ſanctiſſimi Martyris Theodori in civitatem introducentes in Epiſcopali Eccleſia B. Mariæ ſemper Virginis repoſuerunt. Itaque fratres ipſius Sanctiſſimi Martyris, cujus patrocinio Dei proviſione civitas Caietana munitur, auxilium imploremus, ut apud Dominum omnipotentem ſuis meritis impetret, quatenus ſicut ipſe inter flammas de inimicis largiente Domino triumphavit, ita nos vitiorum flammas miſerante Domino extinguentes ipſius gloriæ triumphi participes eſſe poſſimus præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, quem idem Martyr glorioſus glorioſe per paſſionem ſecutus eſt, in cujus regno perenniter gaudet, cum facie ad faciem contemplatur in decore ſuo, viventem, atque regnantem, cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti per infinita ſecula ſeculorum Amen.

Hic ille invictus martyr Theodorus eſt, qui ſub Maximiano, & Maximino Principibus militans, cum Amaliæ Helleſponti idolis ſacrificare noluiſſet per varia, exquiſitaque tormenta nobilem ſumpſit palmam martyrii, ſepultuſque primum eſt imbutus unguētis Amaſiæ, deinde Conſtantinopolim delatus, donec Petro Cardinali S. Marcelli, qui contra Saracenos egregiè legatione functus fuerat, interque Andronicum, atque Alexium Imperatores ſimultates ſedaverat, dono datus fuit, illatuſque Cajetam, ubi primū conditus in xenodochio, deinde ab Aegidio Præſule, ut non ſemel dico, ad Cathedralem eccleſiam tranſlatus eſt. Paucis poſt eam tranſlationem annis ſuperſtes fuit Aegidius.

30. **RICHARDUS** Epiſcopus Cajetanus, an. 1218. XXXI
de quo idem Abbas Conſtantinus ſuis in citatis notis.
*Reperitur Epiſcopus 1218. ad annum (1) uſque 1236. * Ex App. tom 5.
Tēpus mortis nō exprimitur à monumētis à me viſis.

31. **GUALTERUS** ſucceſſit Richardo, an. 1221. XXIX.

32. **ADENOLPHUS** fuit anno 1223. diuturnaque mora illam rexit eccleſiam, patruus Laudati Epiſcopi Biſacienſis. XXX

33. Fr. **PETRUS** de Terracina Ordinis Prædicatorum, ab Innocentio IV. anno 1252. electus. Extant ejuſdem Pontificis literæ Capitulo Cajetano, ut Frat. Petro electo Epiſcopo obediat, 2. Kal. Aprilis Pontificatus 9. regeſt. Vatic. ep. 266. fol. 155. XXXII.

34. **BENVENUTUS** electus eſt anno 1256. ab Octaviano S. Mariæ in Via lata diac. Card. Apoſtolicæ ſedis Legato; ab Alexandro IV. confirmatur 11. Kal. Februarii, ex reg. Vatic. ep. 90. fol. 187. Hunc ab excom- XXXIII.

(1) At quomodo Richardus ab an. 1218. ad an. 1236 Cajetana in Cathedra ſedit, ſi ſequens Gualterus erat jam Cajetanus Epiſcopus ann. 1221. & Adenolphus an. 1223. Dicendum igitur Ægidio ſucceſſiſſe Gualterum, Gualtero Adenolphum, atque huic Richardum, quem Abbas Conſtantinus in citatis notis ad an. 1218. refert. Ni velimus prædictos Gualterum, & Adenolphum ex hoc Præſulum Cajet. numero ſerie delere, vel in alia tempora referre.

excommunicatione abſolnit Greg. X. 2. Non. Sept ann. 3. cum interfuiſſet coronationi Manſredi Tarentioi, reg. Vatic. ep. 33. fol. 138. obiit 1276.

XXXIV. 35. BARTHOLOMÆUS, ex Canonico Cajetano à Capitulo poſtnlatns, creatur Epiſcopns à Joaone XXI. anno 1276. 17. Kal Januarii ep. 50. ſol. 15.

XXXV. 36. MATTHÆUS Mirabellus 1290. deceſſit 1305. Hujns Epiſcopi tempore, cum Catalanus quidam propudioſè, ſed injuſtè pependiſſet è furca, illibatæque conſcientiæ fiducia ſretus S. Eraſmum martyrem ad ſui auxilium intimis viribns provocaſſet, adfuit invocatus, ſerroque, quod manu ſtringebat, abrupto laqueo, ſuſpenſum injuſta illa pœna exolvit, ingẽtique miraculo declaravit, haud ſcelerum conſcientia illum ſuiſſe vinctum, cujus ſunis ex publica ira inſonti iojectus non potuerat ſrangere gulam. Obiit anno 1305. Cujus ſui ſubjecta memoria marmori inciſa Cajetæ legitur, quã gentilitia ſtemmata ejuſdẽ exornãt.

Matthæo Mirabello Epiſcopo Caietanenſi memoria cauſa MCCCXVIII.

XXXVI. 37. Fr. FRANCISCUS Ordinis Mioorum, Roberto Duci Calabriæ à Confeſſionibus, à Clemente V. anno 1306. 12. Kal. Martii electns; ex reg. Vat. exq; reg. Regio Neapolitano 1314. deceſſit autem an. 1320.

XXXVII. 38. FRANCISCUS Gattula, Cajetanus, Archipresbyter, per viam compromiſſi à Capitulo ſuæ patriæ Epiſcopus electus eſt poſt Mirabellum confirmatus à Joanne XVII. Avenione an. 1320. 12. Kal. Sept. Pontiſ. 5. ex reg. Vat. diuturnoque tempore illam Eccleſiam gubernavit. Deceſſit autem 1341. die 8. menſis Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum in ſatis eleganti ſepulchro, cujus gentilitia ſtemmata tres Catti, tribus ſupra nicleis protecti, exornant, cum hac inſcriptione.

Anno MCCCXLI. die viij. Octobris obiit Dominus Franciſcus Gattula, Dei gratia, Epiſcopus Cajetanus, cujus anima requieſcat in pace. Fabricavit capellam ſanctiſſimi Sacramenti, & dotavit.

XXXVIII. 39. Fr. ANTONIUS de Aribandis Valeotinus, Ordiois Minorum, poſt Gattnlam à clericali Senatu electus eſt, ejnſque electionem ratam habuit Benedictns XII. anno 1341. 8. Kal. Junii, (1) ut ex reg. Vatic. colligi poteſt epiſt. 85. ſuitque conſecratus in curia à Joanne Epiſcopo Card. Portuenſi. Hunc, cum Joanne Archiepiſcopo Piſano, Clemens VI. Nuncinm Apoſtolicum ad Regem Armeniæ legavit, ann. 1343. deceſſit 1344.

XXXIX. 40. ROGERIUS Friczie Canonicus Ravellenſis, Epiſcopus electus eſt 1348. 4. a id. Novembris, ex reg. Vatic. ep. 64. ſol. 58. an. 7. vixit uſque ad annum 1372. * Conſecravit Rogerius eccleſiam S. Jacobi an. 1356. eidemque indnlgentias plurimas elargitus eſt omnibus eam viſitãtibus, ut in tabella his verbis annotatur.

a 10. * Ex App. t. 5.

† *Anno Domini MCCCLV. die iv. Maii. viii. indictionis incæpta fuit hec Eccleſia B. Jacobi Apoſtoli.*

† *Anno Domini MCCCLVI. die xxi Auguſti, x. indict. fuit hec Eccleſia conſecrata per D. Rogerium Epiſcopum Gajetanum. Iſta ſunt indulgentia iſtius Eccleſia, qua omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictã Eccleſiã cauſa devotionis, orationis, & peregrinationis accesſerint in ſiſtivitatibus infraſcriptis videlicet Nativitatis Domini, Circumciſionis, Epiphania, Paraſceves, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, in omnibus feſtis B. Maria virginis, SS Jo. Baptiſta & Evangeliſta, BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac omnium Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, SS. Stephani, Laurẽtii, Vincentii, Antonii, Nicolai, Leonardi, & Martini, ac SS. Maria Magdalena, Catharina, Margarita, Caecilia, & Lucia, in commemoratione omnium Sanctorum, & animarum fidelium, & per octavas dictarum feſtivitatum octavas habentium, ſingulisque diebus Dominicis, & feſtis. Seu, qui miſſis prædicationibus, matutinis, veſperis, aut aliis divinis officiis ibidem interfuerint, ſeu qui corpus Chriſti, vel oleum ſanctum, cum infirmis portentur, ſecuti fuerunt, vel qui in ſerotina pulſatione campana ejuſdem Eccleſia devote flexis genibus ter Ave Maria dixerint, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta in teſtamentis, aut extra, aut argentum, veſtimenta, libros, calices, aut aliquid aliud charitativum ſubſidium dicta Eccleſia donaverint, legaverint, ſeu procuraverint, manus adjutrices porrexerint, ſeu qui pro ſalubri ſtatu, & ſalute animarum Angeli de Albito dicta Eccleſia fundatoris, & parentum ſuorum Deum devote exoraverint: quotieſcumque, quacunque, & ubicunque præmiſſa, vel præmiſſorum aliquod fecerint ut prædicitur, & faciat prout in præſenti Epitaphio continetur, ſingulis diebus ſeu vicibus de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, anni duo, menſes duo, & dies decem de injunctis pœnitentiis eis miſericorditer relaxantur, prout continetur in privilegio dicta Eccleſia.*

41. PETRUS, cujus ad annum 1381. extat memoria in reg. Urbani VI. è vivis exemptus eſt 1396. ex lib. Proviſ. Præl. ſub Boniſacio IX. ſummo Pontifice. XL.

LXI. 42. Fr. AUGUSTINUS, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini Callianus antea Epiſcopus, à Boniſacio IX. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1396. a. id. Novembris, eodemque die Calliani Epiſcopatus adminiſtrator adſcitus. Fato autem conceſſit 1397.

43. UBERTINUS Epiſcopns Pavenſis, ad hunc Epiſcopatum translatus eſt à Boniſacio IX. 1397. die 18. menſis Auguſti. Deceſſit 1399. XLII

44. JOANNES Gattula Cajetanus, ſuæ patriæ Epiſcopus, deceſſit 1400. tumulatuſque eſt apud S. Franciſcum, in ſuæ gentis ſacello, ubi requieſcunt oſſa Franciſci ejuſdem anteceſſoris, ex eadem Gattula gente. Ipſe verò in eodem ſepulchro cum Bartholomæo Gattulla ſuneratus eſt olim Roſſanenſi Archiepiſcopo, cum hoc epitaphio. XLIII

In hoc ſepulchro requieſcunt Reverendi Patres Domini, D. Bartholomæus Gattula Archiepiſcopus Roſſanenſis, qui obiit anno Domini MCCCLXXXX.

Et D. Joannes Gattula ejus nepos, Dei gratia, Epiſcopus Cajetanus, qui obiit An. MCCCC.

In libris Proviſionum Prælatorum Boniſacii IX. haud reperio hunc Joannem Gattulam in Epiſcopis Cajetanis, ſed ſtatim poſt Ubertinum, Nicolanm Abbatem Farſenſem in demortui locum ſuiſſe electum. Quamobrem ab illorum temporum ſchiſmate, conjectura ducta, inducor, ut credam, Ioannem Gattulam à Benedicto XIII. Pſeudo Pontifice in Cajetanam Eccleſiam ſuiſſe intruſum, duoſque eodem tempore Præſules habuiſſe Cajetam, atque ex iis, illum in ea Eccleſia adminiſtranda prævaluiſſe, cujus opes, parteſque eſſent valentiores.

45. NICOLAUS Abbas Farſenſis, ex Ordine S. Benedicti, poſt Ubertini exceſſum, à Boniſacio IX. ſublectus eſt anno 1399. 8. Kal. Decemb. anno vero 1404. ad Iſernienſem Eccleſiam translatus eſt. XLIV

46. MARINUS de S. Agatha, aliis Magnus Merula Capuanus, Firmanus Canonicus, Epiſcopus Terracinæ, à Boniſacio IX. huc translatus eſt anno 1404. 2. id. Martii. XLV

47. Fr. ANTONIUS de Zagarola Ord. Minorum, olim Terracinæ Epiſcopus, à Martino V. Columna hunc translatus eſt 1422. 13. kal. Junii. Deceſſit autem 1427. XLVI

48. JOANNES de Normandis, nobilis Romanus, Terracinæ & ipſe Epiſcopus, à Martino V ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1427. die 10. menſis Novembris, qui clerici motibus caſtigatis, eccleſiam illam mirificè perpurgavit, augmentoque virtutum adauxit, atque optimus, ſaluberrimiſque conſtitutis legibus, cavit io poſterum, ne laxarentur mores. Deceſſit 1441. inque Cathedrali cum hoc Epitaphio tumulatus eſt. XLVII.

Hic jacet corpus Rever. in Chriſto Patris D. D. Joannis de Normandis Romani, Epiſcopi Cajetani qui obiit, anno Domini MCCCCXXXXI. menſis Novembris, die .... cujus anima requieſcat in pace.

49. Fr. FELIX Ordinis Prædicatorum Ioannis ſucceſſor, ab Eugenio IV. creatus an. 1442. 9. Kal. Februarii; quam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum XLVIII.

(1) Non concordat cum Epitaphio deceſſoris, quare ſcribendum puto Januarii. *Lat.*

a Sed inter tabulentes nulla de hoc mentio.

num 1444. ſubleƈtuſque eſt deinceps Stabienſis a Epi- A
ſcopus;de quo acta Conſiſt.

XLIX 50. JACOBUS Hiſpanus è Regnn Navarræ, Epiſcopatum obtinuit 1444. Kal. Iunii. (1)

L. 51. FRANCISCUS Patritius Senenſis Pio II. in intimis amicis, ab eodem Pontifice ſubleƈtus eſt 1460. die 23. menſis Martii; vir ſanè eruditus, ac doƈtus, & cuius merita etiam Senatoriam purpuram viderentur poſſe æquare. b Scripſit 9. libros de Regno, & Regis inſtitutione ad Alphonſum Ducem Calabriæ, in quibus ita eleganter, copioſéque complexus eſt, ſive quæ ad corporis exercitationem, ſive quæ ad animi præclaros conatus facere videntur, ut nihil videatur abſolutius poſſe procudi. Scripſit etiam volumina novem plena præceptis, ad civilem inſtitutionem ſpeƈtantibus, in quibus ita commodè Reipublicæ ſtatum extollit, ut unius interim Principatum non deprimat. Reliquit etiam traƈtatum quendam de antiquitate Senarum, cum aliis plutibus monumẽtis, quibus ſuam æternam duraturam famam extendit ad poſteros. Sub Alexandri VI. Pontificatu deceſſit 1494. non ſine Doƈtorum virorum dolore. Ex eadem præclarorum ingeniorum feraciſſima gente prodiit Auguſtinus Epiſcopus Pientinus; quem ſingularis etiam eruditio commendabit poſteritati; noſtriſque hiſce diebus Franciſcus Patritius Generalis Theſaurarius S.R.E. immatura morte præreptus eſt Urbano VIII. ſedente; cujus præclaris meritis majora ſpoponderant curioſi mortales. B

b Vide Gaddium de Scriptoribus par. 2. p. 148. Ejus item meminit Orlandus Malavolti in hiſt. Senen. par. 3. l. 4. pag. 85. Mand.

LI. 52. BACCIUS Ugolinus Patritio ſucceſſit 1494. die 22. menſ. Auguſti Alexandro VI. ſedente, qui nondum ea dignitate inauguratus, eodem anno eximitur è vivis extra curiam, in initio exordientis Oƈtobris.

LII. 53. PAULUS Hodierna Neapolitanus, eleƈto Baccio defunƈto ſuffeƈtus eſt 1494 die 12. menſ. Oƈtobris; mortuus eſt 1506. ſepultuſque in Cathedrali, in cujus ſepulchro hoc epitaphium marmori inciſum legitur.

Paulus Hodierna de Neapoli, Epiſcopus Cajetanus, obiit anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexto, regnante Ferdinando Hiſpania Rege, die viii. menſis Auguſti.

LIII. 54. FERDINANDUS * De Ferrera eleƈtus à Julio II Pont. Max. anno 1506. cujus fuit Aſſeſſor, interfuitque Lateranenſi Concilio ſub Leone X. deceſſitq; 1518. Nicolaus Paſqualinus Alidoſius in lib. quem de Viris Illuſtr. Bononienſibus ſcripſit, refert GALEA- C

* Ex App. tom. 5.

LIV. TIUM Butringariũ Bononiẽſem filiũ Alexandri, cũ in Hiſpania apud Ferdinandum Regem Catholicum pro Leone X fungeretur legatione, ſubleƈtum fuiſſe Epiſcopum Cajetanum, ſed poſt decem dies ab obtenta dignitate, ideſt antequam Nuncium collatæ in ſe dignitatis potuiſſet accipere, fato funƈtum fuiſſe, ibidemque ſepulchrum accepiſſe: At ex aƈtis Conſiſt. (2) Alidoſium hallucinatum fuiſſe clarè conſtat, eum Galeatium hoc eodem anno Cajacenſem, non Cajetanũ Epiſcopum adleƈtum fuiſſe. Errorem auxit Alidoſius ab honoraria inſcriptione, quam poſteri Galeatio erexerunt, ubi pro Cajacenſi, Cajetanum Epiſcopum inſcripſerunt. Bononiæ etenim nos ipſi vidimus in eccleſia S. Franciſci in Butrigariæ nobilis gentis ſacello ſepulchrum pulcherrimum, cum Galeatii ſtatua ereƈta in cubitum, quam gentilitia ejuſdem ſtemmata exornant, quæ duos anhelantes Leones gerunt, ſupra vas vinarium innixos, retro pedibus ſupernè ante crucem ſuſpicientes, cum ſubjeƈta memoria errorem continente, quem diximus. D

*Reverendo Domino Galeatio Butrigario Epiſcopo * c Cajetano, Juris Utriuſque Conſult. ac ſedis Apoſtolicæ per luſtrum apud Ferdinandum Regem Hiſpaniæ Nuncio in medio ætatis, ac honoris rapto. Vixit annos xli. menſ. x. Deceſſit anno Chriſti MDXVIII.*

c Galeatio.

LV. 55. Fr. THOMAS de Vio, è Cajeta, vulgo Cardi- A nalis Cajetanus appellatus, ex Ordine Prædicatorum, à Leone X. à quo fuerat vocatus ad purpuram, ſuæ patriæ etiam obtinuit Epiſcopatum 1519. 13. Aprilis, demortuo Ferdinando c, cum etiam antea Panormitana dignitate fulſiſſet. Hic ille eſt alter Thomas, ingeniorum extrema linea, Doƈtorum virorum miraculum, hæreticæ pravitatis terror, ſacrarum ſcripturarum lumẽ, ac fax, ſcholaſtici pulveris athleta inviƈtus, Thomiſticæ doƈtrinæ galeatus defenſor, ſincerioris doƈtrinæ propugnaculum, arx, ac promptuarium ſubtilium argumentorum, cathedræ demum ſplendor, ac decus, cujus adeo immortalia ſcripta ſunt, ut tandiu videantur perennatura, quandiu Divinam Sapientiam ſcholaſtica ſubſellia perſonabunt. Ejus etiam cum laude meminimus in noſtris ad Ciaconium additionibus, ubi ejuſdem in Germaniam legationem, glorioſéque pro Catholica fide exantlatos labores contra impium Hæreſiarcam Lutherum diffusè narravimus. Deceſſit Romæ 1534. ſepultuſque eſt ante portam lateralẽ S. Mariæ ſuper Minervam; ubi in candido marmore exciſũ, B hoc epitaphium viatoribus legendum proponitur.

Hac anteriori foſſula, quam leƈtor inſpicis, felicis memoriæ Thomæ de Vio, Ordinis Prædicatorum Card. Cajetani conſervantur oſſa, qui dum vixit, ita moribus, atque omni doƈtrina humano generi profuit, ut pro tanto beneficio Deo gratias agere, ac pro ejus anima merito preces fundere teneamur, hic quorundam aliorum inanem declinans faſtum humili hoc ſe condi juſſit tumulo. Vixit annos LXV. dies xix. obiit anno Chriſti MDXXXIII. Thomas de Vio Caietanus Cardinalis S. Sixti ſacri Ordinis Prædicatorum.

56. STEPHANUS Gabriel Merinus, Hiſpanus, Cardinalis Giennenſis, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1535. die 17. menſis Febr. qui etiam Barenſi Archiepiſcopatu condecoratus eſt. Romæ fato ſuƈtus eſt 1537 d. tumulatuſq; eſt apud S. Jacobi Hiſpanæ nationis celebre templum, cum hoc epitaphio. LVI.

d 1535 Eodem anno quo Epiſcopus Electus eſt. Lue.

Gabrieli Merino Giennenſi Epiſcopo a Carolo V. Imperatore ob ſedandas populares Hiſpaniæ ſeditiones inter intimos Conſiliarios aſcito, Claſſi in Italiam naviganti Propoſito, bello Pannonico pro communi ſalute ſuſcepto, Procuratori rerum Caſtrenſium Præfeƈto, à Clemente vii. Pont. Max. ad ſummos honores eveƈto, lxiii. ætatis ſuæ anno publico dolore, bene aƈta vita funƈto P. C

57. PETRUS Flores, Epiſcopus Stabienſis, alias Caſtri maris, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1536. e poſtrema die ſe convolventis Januarii; deceſſit autem 1540. f * Jacet in Cathedrali cum hac inſcriptione. LVII

e De hoc conſule Bibliothecam Hiſpan. Nicolai Anton. tom. 2. pag. 132. Mand.
f 27 Janu. 1537. ex Act.
* Ex App. tom 5.

Petro Flores Hiſpano Caietano Antiſtiti, omnibus bonis artibus abunde inſtruƈto, variis aƈtionibus in curia extraque honorifice exercito. Nam & Picenum bis rexit, & gratia, juſtitiaque à ferendis ſupplicibus libellis, tum Cancellariæ Apoſtolicæ regens, præcipua univerſorum voluntate, & laude in finem uſque vitæ diu permanſit, probitatis, & manſuetudinis fama nunquam interrupta, cumque maxime eum homines vivere cuperent, ſummo omnium mœrore, & damno ſublatus eſt, ætatis anno unde ſexageſimo men. iv. die vi. hora xvii. à Chriſto nato MDXL. die iii. Maii. Antonius Flores Patruo benemerenti P. D

58. ANTONIUS Lunellus Hiſpanus de Aragonia (,, prius Ravellenſis Epiſcopus,) Cajetanum Epiſcopatum obtinuit 1541. die 10. g menſis Januarii. E vivis exemptus eſt 1559. LVIII

g 19.

59. PETRUS Lunellus Hiſpanus anteceſſoris nepos, eleƈtus eſt 1560. die 30. h menſ. Januarii. Romæ fato ceſſit 1589. i 6. non. Maii, ſepultuſque in Vaticano in ſacello D. Thomæ ſacro, cum hoc epitaphio. LIX.

h 30.
i 1539 Nonis Maii.

Fran-

(1) Theulus in Apparatu Minorico pag. 197. meminit Franciſci cujuſdam Fratris Ord. Min. Conventualium, quem ab Eugenio IV. ex Epiſcopo Capuenſi Cajetanum tranſlatum fuiſſe ex Archivo Veletrano conſtare affirmat. Quod ſi verum eſt, id oportuit ſucceſſiſſe poſt Jacobum Hiſpanum, qui fortaſsè paucis vixit in Epiſcopatu, & ante an. 1447. cujus initio deceſſit Eugenius. Fides tamen ſit apud Auƈtorem. Mand.

(2) Hic Continuatori Acta deceperunt Ughellum, in quibus habetur Galeatus proviſus in titulum de Eccleſia Calaten. Ita interpretatus eſt Cajacenſem falſè. Verum Cajetanam ibi ſignificare Eccleſiam patet, tum quia in margine exſcribitur Gaiaten. tum [illegible] ſucceſſionis Thomæ Cardinalis de Vio, pro quo decretum Conſiſtoriale à nobis perueſtigatum eſt hujuſmodi. Romæ [illegible] Reſerente [illegible] providit in titulo Reverendiſſ. D. Thomæ tit. S. Sixti Presbytero Cardinali Cajetano de Eccleſia Ga[illegible] Metropoli Capuan. vacante per obitum D. Galeatii Butrigarii eleƈti Gaietani, & in Romana Curia defunƈti. Conſtans igitur eſt non Cajacenſem ſed Cajetanum titulum contentum fuiſſe Galeatium, ut etiam lapis ſepulchralis obtinente loquitur. Ideoque hic inſerendus eſt. Lucen.

A *D. O. M.*

Petro Lunello de Barbaſtro Aragoniæ Urbis, Epiſcopo Cajetano, integritate, religione, doctrinaque præſtanti, ſub Pio V. Pont. Max. Piceni, ſub Gregorio xiii. Beneventanæ Diœceſis Viſitatori, ſub Sixto V. in Alma Urbe reformatori. Vixit annos lx. menſes viii. in Epiſcopatu ann. xxix. obiit anno ſal. MDLXXXVII. nonas Maii.

Franciſcus Antonius Cæſarolus Cajetanus, ex teſtamento hæres P. M.

LX * Ex App. tom. 2. — 60.* ILDEPHONSUS Laſſo Sadeno Hiſpanus, („ *Archipresbyter loci de Macoeda Toletana Diœceſis, Magiſter in Theologia, & Verbi Dei concionator,*) à Sixto V. electus eſt anno 1587. die 12. menſis Octobris. Sedit annos decem, tranſlatuſque deinde eſt ad Archiepiſcopatum Calaritanum in Sardinia à Clem. VIII. anno 1597.

LXI. a 1598. die 25. Maii. Luc. — 61. JOANNES de Gantea Hiſpanus, („ *S. Theol. Doctor,*) Alphonſo ſucceſſit anno 1597. a die 27. menſis Maii. Anno verò 1605. die 27. menſis Julii à Paulo V. translatus eſt ad Eccleſiam Mazarienſem in Sicilia. Dum iter parat, ſenex 24. Septembris Cajetæ obiit, & ſepelitur eodem anno 1605.* in Cathedrali cum hoc epitaphio. (* Ex App. t. 5.)

D. O. M.

Joannes à Gante Hiſpanus ex Xavareta Epiſcopus Mazarienſis, nuper vero Cajetanus, dum parat ad Mazarinam Eccleſiam ſe transferre ad triumphantem vocatus eſt viii. Kal. Octobr. MDCIV. Cajetæ.

LXII. b De hoc item Nicolaus Antonius loc. cit. pa. 180 Mandoſ. — 62. Fr. PETRUS de Ogna Hiſpanus, b Generalis Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, S. Theologiæ Lector primarius in Salmaticenſi univerſitate, („ *Epiſcopus de Venezuela in Indeis,*) à Paulo V. electus eſt Epiſcopus Cajetanus, hoc ipſum Catholico Rege poſtulante 1605. die 27. menſis Julii. Hic in Philoſophiam ſubtiliſſima commentaria ſcripſit, aliaque opera, quæ ad Divinam Sapientiam ſpectanti. Deceſſit autem cum Doctorum virorum ſingulari mœrore anno 1634. c (c 1636. die 3. Octo. ſepelitur in Cathedrali.)

C

LXIII d Vel del Cerro. * Ex App. tom. 5. — 63. Fr. HYACINTUS de Ceno d Hiſpanus, Ordinis S. Dominici, ab Urbano VIII. electus 3. die Apr. an. 1634. à Catholico Rege poſtulatus, Obiit* 1635. Jacet in Cathedrali hoc ad tumulū inſculpto epitaphio.

Fr. Hieronymus de Ceno Ord. Prædic. vir ſingulari doctrina, ac vita integritate præditus, ſex. qui anno poſt Cajetana Eccleſia epiſcopale onus ſuſceptum immatura morte, maximo Cleri, populique mœrore ſublatus eſt 3. id. Octobr. MDCXXXV.

LXIV e Vide laudatum Antonium loco cit. pag. 326. Mand. — 64. Fr. HIERONYMUS Domin Aragonenſis, Ordinis Carmelitarum 14. Decembris 1637. e („ *Magiſter S. Theologiæ 60. annos natus tum ad Epiſcopatum pervenit, quem probe ſancteque geſſit: Obiit 23. April. 1650. Sepelitur apud S. Catharinam Monialium Ord. Ciſter.* Lucent.)

LXV. * Ex App. tom. 2. — 65. *GABRIEL Ortiz ab Orve, Burgenſis, electus eſt Epiſcopus Cajetanus an. 1651. die 23. Octob. in deſuncti locum Hieronymi Damin.

A D D I T I O.

(„ *Obiit 1662.*

D

LXVI „ JOANNES *de Parades, Epiſcopus nuper Stabienſis, ad Cajetanam ſedem tranſlatus 27. Apr. 1662. Sed cito obiit die 22. proximi M. Auguſti.*

LXVII. „ BALTHASSAR *de Valdes, y Noriega Hiſpanus, Sacra Theologia Magiſter divortiorem poſt moram ſucceſſit 16. Julii 1665. quinque annos cum exegiſſet in hoc ſuo regimine ad immortales inferias tranſiit 1667. 29. Decemb. humatus eſt in Cathedrali.*

LXVIII. „ Fr. MARTINUS *de Villanoebas Hiſpanus Ordin. SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum ad hoc munus vocatus 16. Junii 1670. Ad Reginenſem deinde Archiepiſcopatum tranſlatus eſt 27. Maii 1675.*

LXIX „ ANTONIUS *del Rio Hiſpanus Magiſter in Theologicis diſciplinis, Martino ſubrogatus 27. Apr. 1676. Acherontinus Archipræſul factus eſt die 14. Martii 1678.*

LXX. „ Fr. LAURENTIUS *Mayers Caramoel Hiſp. Ord. B. Mariæ de Mercede Epiſcop. Caſtrimaris, huc tranſlatus 18. April. 1678. Theologus, & Concionator eximius, Sereniſſimo Principi Joanni de Auſtria in paucis charus, Ordinis ſui poſt plures præfecturas, & varia munia ſapienter expleta, Generalatum eſt aſſecutus; in partes Turcarum digreſſus pro ratione ſui inſtituti Chriſtiana, vereque Apoſtolica exarſit Charitate, ut inde ſub Tiranny de fideles detentos redimeret; libros congeſſit, & edidit, unde qui ſacra Oratoriæ incumbunt ad Divina mentis placitum luculentiſſimos Theſauros erruerent. Fato conceſſit an. 1683. 23. Febr. Jacet in Cath.*

„ Fr. JOSEPH *Sanz de Villarguta Hiſpanus, Theologus illuſtris Ord. S. Franciſci de Obſervantia, dum Romæ moraretur, ſe renunciatum intellexit Cajetæ Epiſcopum 6. Decemb. 1683. Ad Puteolanam tranſlatus eſt 2. Jan. 1693.* LXXI

„ Fr. JOSEPH *Guerrero de Torres Hiſpanus nobili genere natus, & Ordinis Eremit. S. Auguſtini nobilior alumnus, Sacræ Theologiæ Magiſter, & multis in ſuo Ordine exactis præfecturis celebris, ſubrogatus eſt 13. April. 1693.* Luc.) LXXII.

B

CAMERINENSIS EPISCOPI.



C CAMERINUM f antiquiſſima Civitas inter Umbriæ, Picenique confinia in montium jugis Apennini ſita eſt, inque ſexta regione Italiæ à Coſmographorum pleriſque collocatur. Ptolomæus illam Camerinum appellat; Strabo verò, Saluſtius, Cæſar, Livius, Plinius, atque Cicero Camertem illam vocant; quamobrem Silius Italicus, dum Umbricos populos collaudat de Camerino, ita inquit lib. 9. (f Seu Camerinum, vulgo Camerino.)

——————— *& Armis,*

Vel raſtris laudanda Camers. ———

Tutiſſimo in loco collocata eſt, celebriſq; ſemper habita eſt, tum populis, tum opibus, atque divitiis, quamobrem ita de ea Feſtus. *Camerini cives noſtri oppidum pulchrum habuerunt, agrum optimum, atque pulcherrimum, rem fortunatiſſimam.* Cum Romano Populo ſtrictiſſima amicitia Camerinum civitas ſemper juncta fuit. Quamobrem narrat Livius l. 9. Fabium aliquando Cæſarem, Fabii Maximi fratrem, linguæ Etruſcæ peritum, quid molirentur Etruſci exploraturum, per Ciminiam ſylvam, Romanis antea intactam, pertranſiiſſe illum, atque à Camertibus, Umbriſque humaniſſimè fuiſſe exceptum, ob eamque rem inter Romanos, Umbros, atque Camertes ſtrictius amicitiæ fœdus coiviſſe. In vigeſimo verò octavo libro ſcribit, Camertes 6000. conſcriptos milites Scipioni attribuiſſe, in Africa contra Carthaginenſes navali prælio decreturo. Unde non cunctanter, non timidè poteſt conjectura colligi, quanta fuerit Camerinum civitas quando poſt fundatam Romam 445. annos, ante vero Chriſtianam fundatam ſalutem 309. annos, hoc eſt, tunc cum maximè Romana Reſpublica floreret, ſub Conſulatu Q. Fabii Max. ac M. Rutilli, adeò florentibus Romanis in pretio fuerit, ut Camertinorum fœdus firmioris auxilii gratia ambitioſè propemodum expeterent. Hoc fœdus inter Camertinos, Romanoſque conciliatum ſumma religione coluere, & à Romanis Imperatoribus deinde, ut L. Septimio Severo, confirmatum probat ſequens inſcriptio Tiburtino lapide inciſa, quæ adhuc in hac civitate extat in pariete D. Dominici forum ſpectante in ſuburbio.

Imp.

Imp. Cæſari L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. Arabic. Adiab. Parthic. Max. Britt. Max. T R. Pot. xviij. Imp. vij. Coſ. iij. PP. cœleſtis ejus indulgentia in æternam ſecuritatem, atque gloriam jure æquo fœderis ſibi confirmato Camertes.

Verùm Camertinorum virtutem, fidemq; erga confœderatos Romanos, quæ ſe ſe in bello Cimbrico explicuit, omniũ magnificentiſſimè C. Marius commendavit, exornavitque; cum enim duas lectiſſimas Camertinorũ cohortes ſub ſignis haberet, ut Plutarchus narrat in ejuſdem Marii vita, jamque acies concurriſſent, vehementiam irruentium Cimbrorum Theutonumque fortiſſimè Camertini excepere, quorum virtutem, ut digno ornaret præmio Marius ac ſimul accenderet, inflammaretque ad prælium, iis verbis civitate donavit, *Eſtote Cives, pugnate Camertes.* Quod factum adverſus conditionem fœderis cum poſteà in judicium vocatum eſſet, eo Marius ſe egregiè in ſenatu purgavit affirmans, inter ſtrepitum armorum legis clamorem exaudiri non potuiſſe. Optimè quidem, neceſſitatem nullam legem agnoſcere demonſtravit, unde enatum adagium illud, *neceſſitas non habet legem*. Marii gratitudo in Camertes memoratur à Valerio Max. lib. 5. de gratit. Viſuntur in eadem civitate plures inſcriptiones, virtutis Camertinorum teſtes inſignes, aliaq; monumenta, cum longe plura temporum injuria conſumpta, & labefactata fuerint; ut etiam pariter ſpectatiſſimorum virorũ nomina excidere, quæ tantã patriæ famam, ac decus conciliarunt. Quod politulus, limatuluſque poeta hoc luſit epigrammate.

Parva quidẽ, ſed priſca quidẽ monumenta Camertũ:
Cætera non longo tempore villa jacent;
Nominaque, & titulos avo longinqua vetuſtas
Abſtulit, heu fortes invidioſa dies.
Cur non fata ſinunt iterum tot pandere faſtus,
Et geſta, & veterum bella referre Ducum?
Heſperias Urbes inter clariſſima nomen,
Iſta quoque æternum ferret ad Aſtra ſuum.

At de primordiis ejuſdem memini me legiſſe, hanc civitatem ab antiquis Umbris, qui in Etruſcis montibus commorabantur, antequam à Pelaſgis inde expellerentur, fuiſſe ædificatam. Hi enim cum adverſæ fortunæ ceſſiſſent, relicta Etruria ultra Septentrionalem Tiberim tranſgreſſi ſunt Apennini tutiſſimum locũ, ubi ſedes ſuas ſitu, naturaque loci munitas fixere illas ſive ab Etruria, ſive à Populo, quem Camertes antiqui Etruſci dixere, quo nomine etiam, ſi Polybio credimus, Cluſini ipſi cenſentur, Camertes, inquam vocantes *a*. Cui exordio, ſi fidem adhibere velimus, ante Romam cunditam Camertinorum civitatem floruiſſe oportebit aſſerere. Narrat Frontinus de Coloniis Romanorum illam fuiſſe Coloniã effectam, fortunãque Romanam fuiſſe tandiu ſequutam, quamdiu Reſpublica illa potuit majeſtatem, dignitatemque ſuam tueri; cum ejuſdem autem ruina, in eccleſiaſticam juriſdictionem ceſſiſſe cõſtat, atque ab eccleſiaſtico imperio, ſub Varranæ gentis, Pontificum Romanorum conceſſu, juriſdictione quievit, donec Dux Joannes Maria ſine virili ſtirpe decedens, iterum illam compulit ad Pontificum Romanorum imperium; quæ rurſus Paulo III. ita cenſente, Farneſiam gentem Dominam agnovit, illamque iterum cum nobili Parmenſi Ducatu idem Pontifex in favorem ſuæ gentis commutavit. Itaque Camerinum, ad veterem eccleſiaſticorum Dominorum rediit ditionem, ſub qua hoc tempore feliciſſimè conquieſcit. Hæc civitas non ſolum ob inclytam civium ſuorum gloriam, quos omnibus virtutum ornamentis illuſtres, & conſpicuos ſingulis ætatibus tulit, verum etiam ob eximiam terræ fœcunditatem, quæ omnium rerum copiam ad luxuriem effundit, tum ob Oppidorum frequentiam, quæ ad 300. & eo amplius aſſurgunt. Fluminibus 5. regio mira fœcunditate laſcivit, hiſque limitibus definitur, ab oriente ad Fanum D. Geneſii, ab meridie ad Spoletanum territorium, ab occaſu Nuceriam ſpectat, à Septentrione Gualdum, Matelicamque oppida. Jam inde ab anno 248. lucem evangelii amplexata eſt, opera, conatuque S. Porphyrii presbyteri, olim S. Venantii invictiſſimi Martyris Magiſtri. Hic enim cum vix 15. natus annos eſſet, illuſtremque per exquiſita tormenta tuliſſet palmam Martyrii, quamplures idolorum cultores ſua tolerantia convertit ad Chriſtum, ſimul cum Porphyrio præceptore, plenuſque meritis, Decioque devicto tyranno, evolavit ad Cœlum, Divuſque tutelaris ejuſdem civitatis in Baſilica ſuo nomini conſecrata conditus requieſcit. Multi præterea nobiles Athletæ Chriſti, ut ſemel fidem Chriſti ſuſceptam ad æternitatem ſtabilirent, ſub ſæviente lictore libentiſſimè, fortiſſimèque ſanguinem profuderunt.

a Sive à [illegible], unde nomen.

Cathedralis magnifico opere ſuperbè aſſurgit, à Dominis Varranis quondam in honorem Beatiſſimæ Virginis excitata, in qua S. Anſovini Epiſcopi corpus cum aliis pluribus venerandis reliquiis aſſervatur, præclarè inſtituto clero, ac Capitulo 12. Canonicis ordinariis, quatuorque ſupranumerariis conflato; gemina dignitate, quarum prima eſt Archidiaconatus, exornatur. Canonici ſingulari privilegio ab Urbano VIII. conceſſo, & ab Angelo Giorio Patritio Camerino, nunc S. R. E. Em. Cardinali, ejuſdem Pontificis aulæ Præfecto conciliato, oblongiori ſacro Syrmate, quod cappas vocant, utuntur, in cujus accepti beneficii memoriam, in ſacrario ſub ejuſdem gentilitiis inſignibus marmor inſcript. 1626. erexerunt. D. Venantii Tutelaris Eccleſia in ſuburbio regia magnificentia ſuperbit, quam puerili Martyris invictiſſimi reliquiæ pulchrius adornant, duodecimque canonicorum ſub uno Priore collegio illuſtratur. Duodecim virorum, ſeptemque Monialium cœnobiis, innumeriſque aliis templis, oratoriis, xenodochiis, puerorum ſeminario, pietatis monte, pulcherrimis huiuſce populi virtutis, magnificentiæque teſtibus, civitas diſtinguitur. Duorum ab urbe milliarium intervallo celeberrimum Fratrum Capuccinorum Monaſterium viſitur, in quo Clemente VII. Pontifice, nova Capuccinorum reformatio, quæ tantos peperit Chriſtianæ religioni fructus, emerſit, adeoque ſe ſe per totam Europam diffudit, ut nullus nobilis ſit locus, in quo piiſſima illa familia admiranda virtutum exempla non explicet; unde non ignobilis in Camerinum, è quo is ordo erupit, gloria derivatur, præ cæteris omnibus à ſummo numine electum, delibatumque fuiſſe, in quo is terreſtris Paradiſus, religio inquàm adeò inclyta divinas delicias ſub illo vitæ rigore aſperrimo orbi afferret. Camertina diœceſis latè excurrit, immò latiùs quondam ante Sixtum V. ſe ſe ſpargebat. Is enim S. Severini oppidum cum aliis pertinentibus locis divulſit, ac proprio illi Epiſcopo impoſito civitatis nomine, dignitateque ornavit. Plura nobiliſſima oppida, locaque conſpicua continet, inter quæ numeratur Fabrianum, S. Geneſium poſt Gothorum, & Longobardorum excurſiones, ex reliquiis Fallaris, ac Urbiſagliæ excitatum, Matelica, antiquitate ſua commendanda poſt conditam Romam annis circiter 100. à Rolio Roſellæ Reguli filio exſtructa, è qua viri literis omnibus perpoliti, ac eccleſiaſticis dignitatibus conſpicui erupere, Caldarola duorum Pallottæ familiæ Cardinalium natalibus exornata, D. Anatollæ, aliaque inſignia oppida. Epiſcopus Camertinus ab Imperatoribus, ſummiſque Pontificibus privilegiis inſignitus fuit, quorum monumenta, ingenti incendio, quo civitas conflagravit, abſumpta flammis periere; nec quicquam aliud, quam quod dictum, allatumque in Epiſcoporum ſerie inſigne reperitur. Camerina porrò Eccleſia uni ſoli Romano Pontifici paret à ſuis fermè incunabulis, atque hactenus hoc ipſo illibato privilegio gaudet. Qui eam rexerunt Eccleſiam infraſcripti Præſules ſunt; quorum ſeriem tum ex illius Cathedralis ſcripturis eruimus; tum ex aliis antiquiſſimis monumentis, quæ conſultò ac diligenter adivimus, ut procederet locupletior.

A D D I T I O.

(„*Camerina Diœceſis complectitur oppida, ſeu Terras, & Pagos centum circiter & nonaginta, ex quibus animæ ferè centum mille. Loca præcipua ſunt.* Fabrianum *decem millibus coaleſcens mortalibus, ubi inſignis collegiata Eccleſia, 9. Regularium Cœtus præter Presbyteros Oratorii, monialium ſepta 9. Apud Fa-*

„*bria-*

„ *brianum Ord. Benedict. nova Sylveſtrinorum Con-*
„ *gregatio emerſit auctore S. Sylveſtro Abbate, cujus*
„ *corpore Fabrianenſes potiuntur, ut & S. Romualdi*
„ *Abbatis*. Matelica *olim Epiſcopalis a*, Sanctum
„ Genneſium, *ubi tria millia animarum cum inſigni*
„ *præbendata Eccleſia, & 5. Virorum, 3. monialium*
„ *clauſtris*: Trajana, *vulgo* Montecchio, *conſtans ex*
„ 4000. *perſonis, nobili ſeculari Clero, 4. Virorum, &*
„ 2. *monialium cœnobiis*: Sarnianum, *quod* 3000. *ho-*
„ *minum capita numerat, 3. Virorum, unum monia-*
„ *lium ſeptum*: Serra di S. Quirico, *ubi bis mille mor-*
„ *tales, duo ordines Regularium, & unus monialium S.*
„ *Claræ*: L'Apiro, *ubi bis mille quingenta animæ, duo*
„ *monialium, totidem virorum Monaſteria, & prædi-*
„ *ves ſecularis Clerus*: Anatoglia, *ubi capita morta-*
„ *lium bis mille 3. virorum, unum Monialium Cœno-*
„ *bium*. Caldarola, Belforte &c. *Redditus hujus Epiſ-*
„ *copatus ſcutorum ſummam perficiunt* 1500. *Taxa ve-*
„ *ra Apoſtolici fiſci eſt floren.* 200. Lucent.)

a De qua, & eorum Epiſcopis fuſius in X. tomo.

I. 1. LEONTIUS Primus Camerinorum Ponti-
fex numeratur, qui in Deciana perſecutione, in qua Venantius puer Martyr effectus eſt cum Euprepio ejuſdem Eccleſiæ Archidiacono, Chriſtianos ex ſævitia Gentilium conſternatos, ſua prædicatione mirum in modum confirmavit, erexitque; gentileſque plures, qui Bellonæ Divæ litabant, ad Chriſti fidem adduxit, perpeſſiſque multis laboribus, pro Eccleſia ſua ſponſa, quam recens regendam ſuſceperat, glorioſo fine quievit circa annum 254. ejus honorifica mentio extat in vita S. Venantii.

II. 2. HIERONTIUS in Concilio Romano aſſedit ſub Hilario Pontifice Max. anno 464.

465.

III. 3. (1) BONIFACIUS interfuit Concilio ſub Symmacho Papa anno 498. (2)

IV. („ GLORIOSUS *nobis occurrit, qui ſub Martino*
„ *I. in Conc. Later. Monothelitarum hæreſim damnavit*
„ *an.* 649 Lucent.)

V. 4. PROJECTUS floruit temporibus Eugenii Papæ anno 654. Camerinæ Eccleſiæ antiqua monumenta produnt hunc S. Epiſcopum coronatum fuiſſe Martyrio, una cum Mezolodia inſignis pudicitiæ fœmina, anno 660.

VI. 5. FELIX interfuit Concilio celebrato ſub Agathone Pontifice anno 680.

VII. 6. SALMES Epiſcopus, ac civis Camerinus floruit anno 750. exaggeratis Chriſtianis virtutibus vir planè mirabilis, Zachariæ autem ſummi Pontifici eximiè charus. Ejus honorifica mentio in monumentis Camerinæ Eccleſiæ habetur (3).

VIII. 7. S. ANSOVINUS ex nobili proſapia Camerini prognatus, à puero nobilioribus diſciplinis excultus, commendatione deinde virtutum clericus factus, etiam præcedentibus meritis, ad Camerinenſem, Populo, Cleroque ſuffragante, Epiſcopatum aſcendit ann. 816. qui Electoribus non prius aſſenſus eſt, quam mos ille perverſus, per Imperatorium diploma, arma tractandi Epiſcopis adimeretur, quo à Ludovico Imperatore obtento, cui à ſecretis confeſſionibus fuerat, ſumma animi moderatione Epiſcopale munus ſubivit, Romam ſtatim profectus, ut per manus Pontificis in Præſulem inauguraretur ex more prædeceſſorum. *b* Cæterùm Anſovinus cum Narniæ ad meritoriam tabernam divertiſſet, cauponemque rogaſſet, ut ſibi in ſacrificium vinum purum adferret, attulit ille, rogatuſque an ſine mixtura eſſet, cum mendaciter affirmaſſet, ſanctus in ſinuatam à ſe veſtem juſſit projicere. Projecit caupo, ſtatimque utriuſque rei apparuit diſſidium, quippe cum aqua diſceſſiſſet à vino, cui fuerat perfidiosè permixta, atque utraque res in ſinu pallii, quaſi conſtringente gelu ſtetiſſet, inde Anſovini inclaruit ſanctimonia vitæ, caupo verò convictus mendacii erubuit. Reverſus deinde Romam eſt ordinatus Epiſcopus, ſibique creditam Eccleſiam piè,

b De Anſovino vide Acta Sanctorum menſis Martii ſub die 13. ubi S. Anſovini vitam Auctore Egino Monacho reperies. Hujus Sancti vitam ſcripſit etiam vernacula lingua Matthæus Paſchucchius, ediditque Romæ 1582. Mand.

A ſanctèque permultos annos adminiſtravit; demum meritis, miraculiſque clarus, evolavit ad præmia die 13. menſis Martii an. 840. quo ipſo die, Camerina Eccleſia ipſius profeſtum diem ſolemni ritu côcelebrat, ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi hactenus honorificè aſſervatur. Hucuſq; ex hiſtoria ejuſdem ſancti apud me M.S. Hujus etiam meminit Ferrarius in ſuo catalogo, illiuſque argenteum nummum habeo olim à Camertinis Eugenii IV. temporibus, aut paulò ante percuſſum, cum illi ſe ſe in libertatem aſſeruiſſent, in quo D. Anſovini, ipſorum Protectoris ex una parte effigies, ex altera crux efformata ſpectatur, ut ipſe incidi, atque hic mandari typis juſſi.



B 8. FRANTELLUS, ſive Frontellus ann. 844. interfuit coronationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris in Regem Longobardorum, Sergio II. Pontifice inaugurante apud S. Petrum in Vaticano, ut Anaſtaſius S R E. bibliothecarius narrat. IX.

9. CELSUS donationem à Theodoſio Epiſcopo Firmano Monaſterio S. Crucis indultam ſubſcripſit anno 887. X.

10. EUDO in Caſtello S. Severini ſuæ diœceſis templum erexit, dotavitque prædivite cenſu, an. 944. ut ex ſubjecta donatione perſpicuè intelligi poteſt ex ejuſdem Eccleſiæ archivo eruta, quam ideò hic exſcribendam curavimus, ut pietas illorum temporum erga cultũ divinum noſtris his tepidioribus inclareſceret; habent enim magnam vim in utramque partem antiqua exempla, ut ſomniculoſa poſteritas excitetur, ut non abſimilia velit audere. XI.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

C *Anno ab Incarn. D. N J. C. 944. regnante D. Hugone XIX. & filio eius Lothario XV. Excellentiſſimis Regibus, temporibus Huberti filii ejus incliti Marchioni, atque piiſſimi Ducis anno II. per indict. II. in civitate Camerina.*

Ego Eudo, Divina favente gratia, & mercede, Dominorum Regum ſeniorum meorum ſanctorum, Camerina ſedis humilis Epiſcopus in honorem B. Mariæ Virginis, & omnium cœleſtium agminum in Caſtello, qui dicitur ad S. Severinum ſuper flumen Potentia, & ſuper ſaxum ipſius fluminis prope viam publicam, cœpi à fundamento ædificare eccleſiam pro redemptione animarum Dominorum Regum ſeniorum meorum, & pro abſolutione anima mea, & pro fidelibus eorum, per quorum interventum merui impetrare Epiſcopatum, & benedictionem. Idcirco miſericordiam Dei ad memoriam revolvendo, & diem Iudicij recogitando, ut pius, & propicius D. N J. Chriſtus per merita, & ſuffragia B. Mariæ Virginis, & beatorum electorum omnium nos illa die tremenda abſolvat ab omni vinculo noſtrorum delictorũ

D *& vitam æternam nobis largire dignetur, & cum eo in perpetuum regnemus, & ejus nomen glorioſum laudemus, & glorificemus per cuncta ſæculorum ſæcula, amen. Placuit mihi, ac convenit inter nos, & conſacerdotes noſtros Cardinales presbyteros, venerabiles laicos, ut in ipſius, jam dicta Eccleſia dediſſemus, & concediremus aliquid de rebus Eccleſia noſtra ipſum beneficium, qui bene Staceramis presbyter filius quondam Petri Ingaſtalda Septempedaneo, ad vocabulum Folignanum, & in pareto, & in gabiano, & ipſa terra, & vinea juxta ipſum flumen de Potentia ipſo campu, & ipſe roſa juxta ipſum caſtellũ, qui fuit de dote S. Maroti, & alium campum de rotondo, & ipſa Coloma de Caſale, qui fuit Jo: Calvi, & Gabiani cum.*

(1) B. VICTORINUM in Vitis SS. Umbriæ Epiſcopatum geſſiſſe apud Camertes vult Jacobillus ann. 500. fides ſit apud ipſum. *Lucent.*
(2) Delendum ann. 498. quo à Symmacho nullum hactenus Concilium condunatum fuerat, cum ſub fine, al. 499. vix Pontifex ſalutatus, tumultuantes contra ſe ſchiſmaticos experiretur. Unde reponendum. an. 501. 504. Advertendum tamen in Conciliis Symmachi de anno 501. 502. 503. 504. Probum adnumerari Camerinenſem Epiſcopum: hunc eumdem dixiſſem cum Bonifacio. At cum ambo in eodem Concilio adnotentur, videlicet an. 501 & 504. aliter ſentiendum eſt, & cum de Probo varii Codices variè legant, modo *Camerianenſis*, modo *Camerinenſis*, modò *Camaulolenſis*, ad Bonifacium, cujus conſtans eſt lectio *Camerinenſis*, decidendum eſt, ipſe vero hunc ſedem. *Luc.*
(3) *Solon* in antiquo hujus Eccleſiæ authentico nuncupatur. Florebat jam ann. 741. De hoc Solone produnt Camerinenſes memoriæ: Eum irruiſſe tamquam omnium ſuæ Patriæ Ducem contra Longobardorum exercitum civitatis obſeſſorem, ſimulque ſua virtute prædidiſſe. *Lucent.*

cum caſis, terris, vineis, canetis, olivetis, pratis, paſcuis, pomis, arboribus fructiferis, vel infructiferis, culto, vel incultio omnia, & in omnibus quantum ad ipſum beneficium, & ad ipſa campora, & ad ipſa colonia pertinent, vel ſubiacent, quod ſunt ipſe Stanete res inter terra, & vinea mediorum ducentorum, & ſi amplius de ipſe jam dictæ rebus de ipſo beneficio invenire potueris omnia, & in omnibus pro animarum Dominorum Regum ſeniorum meorum, & pro anima redemptionis meæ, & pro fidelibus eorum, per quorum interventum merui impetrare Epiſcopatum, & benedictionem, ut & ipſi poſſideant Regnū Cælorum habeant ipſa Eccleſia cum ſacerdotibus ſuis cum omnia ſuper ſe habentes tantum ad habendum, tenendum, meliorandum, & ſic repromitto ego Eudo Epiſcopus cum voluntate, & conſenſu de ſacerdotes noſtros Cardinales presbyteros, ſeu venerabiles laicos, & obligo me, & poſteriſque ſucceſſoribus meis, quod ſi ipſa res de ipſa Eccleſia tollere, aut contendere, aut minuere præſumpſerimus ad ipſi ſacerdotes alia tanta, & talia terra, & vinea in ipſa locare ſtaurare promitto Ego, vel presbyteris ſucceſſoribus meis, ſed præſens donatio, atque traditio iſta omni quoque tempore firma, & ſtabilis permaneat in conemſa cum ſtipulatione ſubſcriptionis quæ . . . ro chartula ex juſſione Domini Ludovici Epiſcopi.

Ego Petrus presbyter, & notarius ſubſcripſi.

Ego Eudo, Divina favente gratia, & mercede, Dominorum Regum ſeniorum meorum Hugone, atque Lothario, S. Camerinæ ſedis humilis Epiſcopus, & ſervus ſervorum Dei in hac chartula à nobis facta manu mea ſcripſi.

Ego Admeraldus Archidiaconus in hac chartula conſenſi manu mea ſcripſi.

Ego Steo Archipr. in hac chartula conſenſi manu mea ſcripſi.

Ego Stephanus presbyter, & primicerius in hac chartula conſenſi, & manu mea ſcripſi.

Ego Luitprandus presbyter in hac chartula conſenſi, & manu mea ſcripſi.

Ego Benaclapus presbyter in hac chartula conſenſi, & manu mea ſubſcripſi.

Ego Leopardus presbyter in hac chartula conſenſi, & manu mea ſcripſi.

Ego Urſus presbyter in hac chartula conſenſi, & manu mea ſcripſi.

Ego Lupo presb. in hac chart. conſenſi, & manu mea ſcripſi.

Ego Ildebrandus rogatus ad ſupra manu mea ſcripſi.

Ego Elperuus Eſcavinus rogatus ad ſupra ſcripti manu mea ſcripsi.

Ego Grimaldus rogatus ad ſupra manu mea ſcripſi.

Ego Grimpertus rogatus ad ſupras. manu mea ſcripſi.

XII. 11. PETRUS floruit anno 963. apud Baronium (,, *Sedit in Concilio Rom. contra Jo: XII.*)

XIII. 12. ROMUALDUS anno 993. ſubſcribit canonizationi S. Uldarici Epiſcopi Auguſtani; item ann. 1027. eiuſdē nominis Epiſcopi habetur memoria apud Baronium; qui tamen anno 1052. meminit etiam cujuſdam Romualdi item Epiſcopi Camerini. Itaque mihi iniecit ſcrupulum, an duo Romualdi eſſent, an unus, qui 50. annos Camerinam Eccleſiam adminiſtraverit. Quod cum non videatur impoſſibile, commodius erit aſſerere, eiuſdem ſemper meminiſſe Baronium; quando nullum omnino tempus occurrat medium, in quo alterius nominis Pontifex Camerinam obtinuerit ſedem. Ad Romualdum Epiſcopum Camerloenſem ſcribit S. Petrus Damianus.

XIV. 13. HUGO in Concilio Romæ habito ſub Nicolao II. ſententiam dixit, anno 1059. vigeſimoque loco reperitur ſubſcriptus, ut perſpici poteſt in antiquiſſimo Vaticano codice, n. 1984. Poſt Hugonis exceſſū, centum ferè annorum ſpatio, quis in Camertina cathedra ſederit, in monumētis eiuſdem Eccleſiæ haud repetitur. Conſtat tamen ſuos habuiſſe Præſules, an. 1146. Fulginei in Concilio à Julio presb. Cad. tit. S. Marcelli legato ſub Eugenio III. celebrato, inter cæteros, Camertinus Epiſcopus cum Archidiacono, 5. Prioribus, octoque Abbatibus non defuit. Quo tempore Claravallenſe Monaſterium ad fluvium Cleſis à Guarnero Spoletani Ducatus Marchione in Camertino Comitatu conditur, S. Bernardo ſuperſtite, evocatis Monachis Ciſtercienſibus ibidem à nobili Claravallenſi cœnobio Mediolanenſe ad incolendum. Donationis monumentum ex Archivo Septimiano deſumptum, tale eſt.

In Dei nomine amen. Anno Domini ab Incarnatione 1145. die menſis Aprilis ſeptima.

EGo quidem Guarnerus Marchio Ducatus Spoletanorum propria mea voluntate cogitans de Dei miſericordia in remedio anima mea, meorumq; parentum, & coniugis meæ, & hæredum meorum, tibi D. Bruno Abbati de Claravallo Mediolani in honorē Dei, & S. Mariæ, Monaſterium, quod ego expoſui in Comitatu Camerini juxta fluvium Clenſis, dono, & offero, atque concedo tibi, tuiſq; ſucceſſoribus ſubtus ordinem Clarevallenſem, ita ut in tua, ſucceſſorumq; tuorū diſpoſitione ſemper maneat ipſum Monaſterium ad tenendum ordinem Clarevallēſem, & Abbas, qui pro tempore ibi regulariter fuerit ordinatus, ſemper accipiat benedictionem ſuam à manu Romani Pontificis, ſub cujus tuitione ſemper maneat. Itaque nec ego, nec mei hæredes, nec aliquis Marchio poſt me futurus, nec Epiſcop. aliquis, nec aliqua perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis nunquam ullo tempore ibi aliquam prætendentiam, vel advacantiam, nec licentiam aliquā exigendi ab ipſo monaſterio, vel in ipſo aliquid faciendi contra voluntatem Abbatis, contra fratres, qui ſecundū tempus habitabunt in ipſo monaſterio. Comes Rodulphur, & Comes Limprandus, & Vigilius, & Libertus, & Gilbertus in hac charta rogati teſtes interfuerunt. Hoc ſcripſi ego Cinthius notarius.[*] Hanc donationem confirmaſſe an. 1191. Goſebaldum Anconæ Marchionem Guarnerii nepotem vetus charta ejuſdem Cœnobii tabularii ſcripta ab Azolino Notario tradit, in eaque inter cætera habetur. *Ratifico bona facta a majoribus meis præſertim à Marchione Guarnerio; qui Monaſterium Claravallis de Flaſtra cœpit conſtruere pro redemptione animæ ſuæ, & parentum, donationeſque ab ipſo factas confirmo, & defenſurum promitto.* Poſt fundationem huiuſce Abbatiæ ſub Abbate Ugone Mediolanenſi, bonis multis auctum Cœnobium, & ſub Bernardo Ugonis ſucceſſore anno 1150 Eugenius III. illud ſuſcepit ſub B. Petri & Apoſtolicæ Sedis protectione, hoc addito perpetuo onere, ut annis ſingulis unam libram ceræ Romanis Pontificibus ſolveret. Diploma ita exſcriptum eſt in eo tabulario.

* Ex App. t. 9.

EUGENIUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii S. Mariæ Claravallis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis &c. Nos veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, ac volentes noſtrum Apoſtolicum vobis adeſſe præſidium contra quemlibet temeritatis incurſum, præfatum Monaſterium quod B. Petri juris eſſe dignoſcitur, & in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, & pro poſſeſſionibus & Apoſtolica Sedis huius præſidio unam libram ceræ nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvatis. Nulli ergo, &c.

Idem Eugenius III. confirmavit donationem factam Abbati Bernardo, & Monaſterio Claravallis ab Abbate Rambonæ Benedictino de Eccleſia S. Mariæ in Sylva Auximanæ Diœceſis, anno 1153. cum jam antea Grimoaldus Auximanus Epiſcopus jus quod habebat in ea Eccleſia ceſſiſſet die 2. Julii 1151. ex inſtrumento acto Auximi & rogato ab Simeone Notario *D. Grimoaldus Epiſcopus Auximi dat D. Bernardo Abbati Monaſterii S. Mariæ Claravallis, & ejus ſucceſſoribus Eccleſiam juris ſui S. Mariæ in ſylvis, quæ eſt ædificata in plano Aiani.* Eccleſia hæc S. Mariæ in Sylvis ædificata ab Adelberto Ajani domino, anno 1042. S. Petri & Romani Pontificis juris erat, quam Urbanus II. anno 1096. conceſſit, & univit Abbati Giſlerio de Rambona. De Adelberto in vetuſtis chartis legitur, quod cum ſine liberis eſſet, an. 1082. cum Adelberga uxore ſua caſtrum ſuum Aiani, cum bonis, ac pertinentiis ſuis dono dediſſe Eccleſiæ S. Leopardi Auximi, & Epiſcopo ejuſdem civitatis. Unitum item lego Clarevallenſi Monaſterio ſub Petro Abbate Blaſii ſucceſſore, Benedictinorum Cœ-

no-

A nobium S. Crucis de Clente Firmanæ diœceſis anno 1165. auctoritate Alexandri III. Summi Pontificis, ut ejus diploma proloquitur, quod aſſervatur in eodem Cœnobii Claravallis tabulario, hoc modo.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Claravallis de Clente Ciſtercienſis Ordinis Camertinenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex veſtræ religionis, & devotionis procedit meritis, ut veſtris petitionibus nos favorabiliter annuamus. Cum igitur dilecti filii Abbas, & Conventus Monaſterii S. Crucis de Clente Ordinis S. Benedicti Firmanæ Diœceſis cupiant ſe cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis de aſſenſu ven. fratris noſtri Firmani Epiſcopi Diœceſani loci conferre ad Monaſterium Claravallis, & eidem voluntariè jam ſe tanquam membrum capiti ſubmiſerunt ſub Regula, & ſtatutis Ordinis Ciſtercienſis. Nos veſtris devotis precibus inclinati quod factum eſt ratum, & firmum habentes, non obſtante quod conſenſus Firmani Capituli non acceſſit, B *auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſenti ſcripto patrocinio communimus. Nulli igitur hominum liceat, &c. Si autem &c.*

Datum Laterani 5. Id. Decemb. pontificatus noſtri an. 6.

Acceſſit inde aſſenſus Firmani Epiſcopi, quod etiam affirmavit Philippus Firmanus Præſul die 6. Martii an. 1239. ex documento ejuſdem in tabulario jam dicto. Manſit autem ſub proprio Abbate, & filiatione Claravallis Monaſterium hocce S. Crucis ad annum uſque 1285. quod caſu cum penè cecidiſſet, Abbas & Monachi ad matrem Claravallenſem confugerunt, factuſque eſt unum ovile, & unus paſtor, & bona ejuſdem Monaſterii Clarevallenſi obvenere. Primum hujus ſanctæ unionis fundamentum jeciſſe legimus Albericum tertium Claravallis Abbatem ann. 1162. quod conſolidavit deindè Pigolettus, qui Abbas fuit ab anno 1170. ad annum uſque 1180. & Rogerius, qui ei ſucceſſit, non minora incrementa decrementa dedit. Sed pro hujus Claravallenſis Cœnobii coronide hic non pigebit trudere Othonis IV. Imper. privilegium, intuitu Othonis Abbatis liberali- C ter ab ipſo conceſſum an. 1210. Attone tunc vivente Camertino Epiſcopo, in quo omnia bona & jura ejuſdem Abbatiæ recenſentur, & ſub Imperiali protectione recipiuntur. Tenor privilegii talis eſt ex membranis Archivii prædicti Monaſterii exſcriptum.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ottho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Ex quo Creator Altiſſimus, à quo procedit omne bonum, Nos ad Imperialis celſitudinis culmen erigere voluit, hoc fuit plenum votum, & intimum deſiderium noſtrum, ut honeſta loca & religioſas perſonas congruis beneficiis promoveamus, eorumque juſtis petitionibus Serenitatis noſtræ animum benigniſſimè inclinemus. Nam utique in gazophylacio Dei, ſi aliquid ex abundantia offerentes ſupererogaverimus, à vero Samaritano cum redierit in æterna nobis vita centuplum eſſe reddendum indubitanter credimus, & ſperamus. Quocirca univerſorum Imperii noſtri fidelium per Italiam exiſtentium præſens, noverit, ætas, & ſucceſſiva poſteritas, quod nos æternæ retributionis intuitu, & pro noſtra, om- D *niumque noſtrorum parentum ſalute, ad imitationem Sereniſſimi prædeceſſoris noſtri Henrici VI. Romanorum Imperatoris, & Regis Siciliæ Divi Auguſti, ſicut ex ſuo antiquo ſcripto cognovimus eſſe factum, Monaſterium S. Mariæ de Flaſtris ſitum in Epiſcopatu Camerinen. & Othonem venerab. Abbatem, & ejus fratres in eodem famulantes omnibus bonis, & poſſeſſionibus ſuis mobilibus, & immobilibus, quas in præſenti juſtè habent, vel in poſterum largiente Domino rationabiliter poterunt adipiſci, ſub noſtram Imperialem protectionem, atque tutelam clementer ſuſcipimus, eis quoque ex conſueta benignitate noſtra omnia bona & poſſeſſiones, quas nunc de jure poſſident, & in futurum legitimè conſequi poterunt, ſalva per omnia Imperiali juſtitia, concedimus & confirmamus. Hoc miſericorditer addentes, & fratribus prædicti Monaſterii indulgentes, ut liceat eis per Syndicum præſtare ſacramentum calumniæ, ad hæc benignitate Imperiali præſenti privilegio confirmamus convenientiam, quam Bertoldus in Italia tunc Legatus per noſtrum Epiſcopum*

A *tunc fecit & ordinavit inter Eccleſiam Rambonen. & Monaſterium S. Mariæ de Flaſtris. Confirmamus quoque præſenti Monaſterio S. Mariæ poſſeſſionem illam, quam Guarnerius quondam Marchio eidem monaſterio contulit, quæ vulgo appellatur Branca Urſina, & incipit à primo latere in loco, qui dicitur Inſula, & pergit ad terram Baronis Ruſtici, & in ſecundo latere pergit ad almum de Branca Urſina, & vadit in colle alto, & à 3 latere flumen Clens, & à 4. latere revertitur in primum ſtatum.*

Concedimus ad hæc præſentis Monaſterii fratribus, ut liceat eis Rivulum derivare, & ducere de Fluvio, qui Clentis dicitur ad Granciam ſuam de Sareroviano, & de Fluvio Potentino ſimiliter ad Eccleſiam S. Mariæ in Silva, & ſimili modo derivare de Fluvio Flaſtiæ per Territorium ipſius Monaſterii, & in ipſa facere clauſuram uſque ad altam ripam, ut per eam aqua retenta plenius derivetur ſine evidenti damno. Eodem modo concedimus, ut Conſtitutiones Civitatum vel Caſtellorum, ſeu aliarum quarumlibet perſonarum, vel locorum non debeant in aliquo facere præjudicium Juſtitiæ de rebus ipſius monaſterii competent. Item volumus & ſta- B *tuimus in cauſis eorum, quæ apud Conſules, vel Rectores, ſeu alios majores oriuntur, Teſtes, qui ab eis petiti fuerint, debeant cogi teſtimonium perhibere veritatis. Inſuper etiam liceat eis res prædicti monaſterii reinveſtire, ſi debitum Canon per biennium non fuerit ſolutum. Hoc ſiquidem eis permittimus ſua authoritate. Si verò perſonæ, in quibus duraverit conceſſio, fiat humana ſorte de medio ſublatæ: Jubemus ut nullus ſuper illis poſſeſſionibus eidem monaſterio, vel ejus fratribus violentiam aliquam, vel injuriam inferre ad hoc Imperiali præcipimus authoritate ceſſari alienationes Iure proprietario ab anteceſſoribus ſuis factas, ut ab hoc poſſint facilius revocari. Simili modo concedimus, ut infra idem Cœnobium, vel circuitum ipſius iaegia, vel lites, in quibus Sacramentum præſtatur, præſumant retinere, ſeu exercere, cum ex hujuſmodi factis ſilentia Monachorum, & Regularium, vel SS Patrum traditiones graviſſime perturbeatur. Inſuper etiam ſtatuimus, ut nullum liberum hominem in ipſo monaſterio, vel in Grancîis ipſius commorantem invitum adducere, vel moleſtare, ſive injuriam aliquatenus inferre præſumant. Item concedimus & inviolabiliter volumus obſerva-* C *ri, ut nullus occaſione officii, vel alienus contractus, quod, vel quem aliquis Monachus, vel Converſus, ſive aliquis alius de familia ipſius Monaſterii invito, vel inſcio Abbate, & ſine voluntate Abbatis, vel Prioris, & aliorum fratrum commiſerit, fecerit, nec præſumant res monaſterii ejuſdem exigere, invadere, vel retinere, & quod nullus præſumat in ſupradicto Monaſterio, vel Grancîis ejus milites cum armis col gardum quod habeates minus incongruè quibuſdam aoſcitur ſæpius attentatum. Concedimus ut nullus in locis monaſterii prohibitis, vel Granciarum ejus carnes pravo modo, & ſuo arbitrio comedere præſumat, ne aliquatenus Religionis ordo turbetur. Inſuper etiam Imperiali clementia ſupradictis adjicimus, ut memoratum monaſterium cum ejus fratribus & familiam univerſam ad duella facien per campionem, vel alio modo, ad hoc in perpetuum liberum, & abſolutum pacificè conſervari. Ad hæc confirmamus omnes contractus, ſolutiones, venditiones, donationes, tranſactiones, vel alios quoſcumque contractus inter fratres prædicti monaſterii, & alios homines legitimè celebratos, & eas Imperiali authoritate ſub obtentu gratiæ noſtræ devotæ felicitatis præcipimus ab om-* D *nibus inviolabiliter omni tempore obſervari, ſtatuentes & firmiter præcipientes, ut de cætero nullus Archiepiſcopus, non Epiſcopus, non Dux, nullus Marchio, non Comes, vel Vicecomes, nullus Capitaneus, aut aliquis Caſtallo, nulla Civitat, non poteſtas, ſive Conſules, nullaque perſona ſecularis, vel Eccleſiaſtica, magna, ſive parva prædictum Monaſterium S. Mariæ de Flaſtra, & ejus Abbatem, & ſuos fratres in bonis & poſſeſſionibus ſuis, & nominatim in eis quatuor locis, videlicet Monaſterio, & tribus Grancîis ejus audeant moleſtare, vel inquietare, aut diſveſtire, quorum locorum nomina ſunt hæc; Monaſterium S. Mariæ de Flaſtra cum poſſeſſionibus, quæ ſunt circa ipſum monaſterium cum omnibus pertinentiis ſuis inter iſtas decurren, ſcilicet à S. Paulo de Branca Urſina directo per Caſtellare de Lame uſque ad flumen Clentis, & ab Alvo Clentis uſque ad Rotam Franciam, & à Rota Francia per collem Lupi uſque ad Flaſtram, & à flaſtra per rigum fagi ſupra Gremonen, & per S. Valentinum, & per caput limitum, & per Rivum ſpeſſiæ, & per ſtratam, quæ venit per ſummitatem collinæ de Branca Veſina, & revertitur*

A *ad S. Paulum; Granciam Surrocianteum omnibus poſſeſſionibus ſuis inter iſtas decurrentias, ſcilicet à latere extenditur à S Claudio uſque ad Gremonen, & per ſecundum latus uſq; ad S. Mariam de Clente, & à S Maria per tertium latus uſq; ad Caſtrum Murri. A Caſtro Murri per quartum latus revertitur ad S. Claudium, Granciam de S. Maria in Silva cum omnibus poſſeſſionibus ſuis infra iſtas decurrentias, ſcilicet à flumine Potentino uſq; in flumicellum, quod vadit ſub Montem Zari, & à flumicello extenditur in Montem acutum, & à Monte acuto per Caſtrum S. Laurentii revertitur in flumine Potentino; Granciam de Monte-Urſi cum omnibus poſſeſſionibus ſuis inter iſtas decurrentias, ſcilicet à flumine Potentino extenditur uſq; ad littus Maris, & à littore Maris uſque ad civitatem, quæ dicitur Humana, & ab Humana revertitur per Caſteum Racaneti in flumen Potentinum. Quæ omnia noſtra benignitate, pia moti conſideratione, eidem Monaſterio, & fratribus ejus conceſſa duximus liberari & confirmari. Si quis hujus noſtræ authoritatis edictum violare præſumpſerit, 30. librarum auri puri pœna cognoverit condemnari, dimidium pro fiſco noſtro, & dimidium Monaſterio. Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter*
B *obſervetur, præſentem paginam noſtram conſcribi, & ſigillo Imperialis Majeſtatis juſſimus communiri. Cujus rei teſtis Hubertus Mediolanen. Lotharius Piſanus Archiepiſcopus, Henricus Mantuanus Epiſcopus Imperialis Aulæ Vicarius, Gulielmus Cuman. Epiſcopus, Comes Federicus Burgien. Comes Hartmanus de Vuziben. Comes Cotirandus Zolſez, Rodolphus de Luſindundo, Comes de Maritzben, Henricus Armarius de Avinzbare, Salinguerra de Ferraria, Conradus Pincerna, & alii quamplures.*

Signum Domini Ot-  *thonis inviĉtiſſimi Imperatoris.*

Ego Conradus Spiren. Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius nomine D. Henrici Colonien. Archiepiſcopi, & totius
C *Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc omnia Anno Dom. Incarn. MCCX. Ind. XIII Regnante D. Otthone IV. Romanorum Imperatore Glorioſo Anno Regni eius 12. Imperii vero 1. Datum apud Mediolanen 12. Kal. Maii.*

Magno uſui fuit privilegium hocce ad defendenda
XV jura Abbatiæ anno 1242. temporibus Henrici Abba-
tis viri clariſſimi.
XVI. („ *N. . . . . Camertinus Epiſcopus an.* 1146. *Fulginei*
„ *præſens fuit Concil. ut advertit Ughellus.* Luc.)
XVII. 14. ACCEPTABILIS Laterano Concilio interfuit an. 1179.
XVIII 15. ATTO de quo mentio an. 1197. ad an. uſq; 1215.
(„ PHILIPPUS *è Sabandiæ ducibus apud Lilium*
„ *hiſt. p. 1. l. 8. cum de conſecrando nomine S. Franciſci*
„ *Aſſiſienſis à Gregorio IX. actum eſt an.* 1228. *ipſe ſuo*
„ *voto præſens fuit, ſuaque Diœceſis Virginum monaſte-*
XIX. „ *ria, quæ D. Claræ inſtituto obſtringebantur, ipſi con-*
„ *formari ſategit.* Luc.)

16. REGINUS, cujus memoria ſola privilegii à Friderico II. Imp. anno 1242. Camertinis conceſſi ad
D nos emanavit; qui cum inultas à Friderico infenſiſſimo hoſte Eccleſiæ, ſacriſque ſubmoto, clades amplius ferre non poſſent, illius imperio ſeſe ſubjecere, ac in ejus gratiam admitti, ſuaque ab ipſo privilegia confirmari flagitarunt; quæ ſtatim ille, ut huius populi Eccleſiæ addictiſſimi animos ad ſe pelliceret apud S. Germanum, præſente Reginone Epiſcopo, qui ſine dubio huius fœderis cum impio Imperatore initi interceſſor ac Camerinorum orator extitit apud eundem, qui Camerinam civitatem, aliaque Eccleſiæ loca, omni arte, eorum occuparis juribus oppreſſit, ſequenti forma diploma expedivit.

In nom. S. & ind. Trinit. Federicus, Dei gratia, Roman. Imperator ſemper Auguſtus Jeruſalē, & Siciliæ Rex.

DUm varietate rerum, & temporum Serenitas noſtra conſiderat, & devotionem ſubditorum attendimus per inſtantiam, & ſollicitudinem noſtram ad mandata noſtra, & beneplacita converſa, inita, ipſorum recto mandatis ſudatio compenſamus, quæ tandem
A *mandatis, & ordinationibus noſtris ſe expoſuerunt obnoxius, ſub quorum prætextu, ſi quando converſionis errorem poterat intereſſe dilatio excuſationis alicuius cauſa dabat, ut noſtra ſubſequenter voluntate cognita, & ex parte noſtra, & imperii dominio naturali ſe promptius, & reverentius inclinaret. Quapropter attendentes devotam converſionem, & promptam, & expertam fidem hominum civitatis Camerini noſtrorum fidelium, qui quam noſtro ſe univerſi, & ſinguli mandatis noſtris exponerint, omnique in præſenti facere ſtuduerunt, ac ſperantes ab eis quotidie reagere gratioſa civitatem, & homines Camerini ad noſtram fidelitatem purè converſos ad plenam Majeſtatis noſtræ gratiam recipimus, & favorem, confirmantes eis omnia bona eorum, quæ juſtè tenent, & poſſident, & omnes inſuper bonos uſus, & approbatas conſuetudines, quibus felici tempore divorum Auguſtorum Friderici avi noſtri, & Henrici patris noſtri recordationis inclytæ gaviſi, & uſi fuiſſe noſcuntur; remittentes eiſdem omnes offenſas, & culpas, quas olim contra nos, & dilectum filium noſtrum Henricum illu-*
B *ſtrem Regem Turſium, & Galliarum, & totius Italiæ Legatum, & alios Nuntios, & fideles noſtros Regni, & Imperii verbo, & opere commiſerunt. Condonantes igitur maleficia perpetrata tàm univerſaliter, quàm diviſim contra communes fideles noſtros, vel ſpeciales perſonas, & quod res mobiles ablatas tempore præſentis guerræ reſtituere non cogantur, pœnaſque multas, & condennationes, tam per nos, quàm per eundem Regem, vel alios noſtros Nuncios, & Legatos eiſdem compoſitas, nihilominus remittendo, promittimus etiam terram ipſam ſcilicet civitatem Camerini, & homines civitatis ipſius, in bono, & pacifico ſtatu propenſius confirmare, ac eos in dominio, & comandio noſtro, & Imperii irrevocabiliter continuare, & nullo unquam tempore reſtitutionem, aut traditionem ipſorum Romanæ Eccleſiæ faciemus; præſentis privilegii authoritate mandantes, quatenus nulla ſublimis, vel humilis Eccleſiaſtica, vel mundana, Dux, Legatus, Marchio, Comes, Vicecomes, capitaneus, Poteſtas, Rector, & commune contra tenorem præſentis privilegii venire præ-*
C *ſumat, quod qui præſumpſerit 50. libras auri in vindictam temeritatis ſuæ ſe compoſiturus agnoſcat, quorum medietas Cameræ noſtræ, & reliqua paſſis injuriam perſolvantur. Ad hujus igitur receptionis noſtræ, memoriā remiſſionis, condonationis, relaxationis, promiſſionis, & cōfirmationis ſtabilem firmitatem, ac robur perpetuo valiturum præſens privilegium fieri & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujuſmodi rei teſtes ſunt.*

Henricus Bambergen. electus, dilectus Princeps noſter Berardus Panormitanus Archiepiſcopus, Reginus Camerinenſis Epiſcopus, Theobaldus Franciſcus, Magiſter Petrus de Vinea, & Magiſter Thaddæus de Sueſſa magnæ Imperialis Curiæ noſtræ Judices, & plures alii.

Signū † D. Federici, Dei gratia, inviĉtiſſimi Romanorum Imp. ſemper Auguſti, Hieruſalem, & Siciliæ Regis glorioſiſſimi. Acta ſunt hæc, anno Dom. Incarn. 1242. Auguſti 15. ind. Imperante D. noſtro Federico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Rege glorioſiſſimo, Imperii ejus anno 21. & Regni Hieruſalem . . . Regni vero Siciliæ 45.
D *feliciter, Amen. Datum apud S. Germanum, anno menſe, & indictione præſcriptis.*

Quanta verò fuerit Camertinorum hiſce temporibus erga Romanam Eccleſiam devotio, quantaque damna ab impio Friderico Imp. paſſi fuerint, ſequentes Innocentii IV. literæ clarè demonſtrant.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Poteſtati, Concilio, & Communi Camerini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EFficax veſtræ devotionis meretur affectus, ut vobis quantum cum Deo poſſumus, favorem, & gratiam impendamus. Hinc eſt, quod nos attendentes damna non modica, immenſas anguſtias & preſſuras, quas pro fidelitate, & devotione matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ paſſi eſtis, & per hoc gratiis proſequi vos cupientes, veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, caſtra, villas, terras, poſſeſſiones, & alia bona, quæ à 30. annis citra noſcuntur poſſiacre, ſicut & omnia juſtè, & pacifice poſſidebatis tempo-

re

remota diſcordia inter Eccleſiam, & Federicum quondā Imperatorē, vobis authoritate Apoſtolica confirmamus, & preſētis ſcripti patrocinio cōmunimus. Nulli ergo, &c. Datum Lugduni, idibus Junii, anno Pontificatus 4.

XX 17. CETESIUS an. 1252. memoratur in quodam privilegio Monialium S. Benedicti ejuſdem civitatis.

XXI. 18. GUILLELMUS, Innocentii IV. temporibus hanc rexit Eccleſiam anno 1254. Ejus memoria extat in Eccleſia S. Venantii apud Fabrianum, cui indulſit, ut baptiſmalem fontem, qui extra ſepta Eccleſiæ erat, ad majorem Divini cultus decentiam intra ipſam Eccleſiam poſſet transferri; quamobrem tanti viri memoria marmori inſculpta perſpicitur in ſacello Pietatis, in hæc dimidiata verba.

Anno Domini MCCLVII. Me. Tempore Gul. Ep. Ca.

Sequenti anno 1258. quo Guillelmus huic præerat Eccleſiæ, cum diutiutiori tempore Camerinum, ut Apoſtolicæ ſedis partibus, ac Alexandro IV. Pontifici addictum à Manfredi Siciliæ Regis, Federici III. filii exercitu, Duce Princevalle Doria, qui iis regionibus crudeliſſimè imperitabat, obſidione cingeretur, qui cum Camertinum, quod ejus impetus egregiè eluſerat, vi expugnare non poſſet, duas arces Sentium alteram, alteram Agellum excitavit, quibus civitatem ità fatigavit, ut cives ſeſe ab ejus tyrannide liberarent, Guillelmum Epiſcopum ad Alexandrum pontificem, alterumque concivem ad Manfredū legarent, ut apud ipſos de damnis à Princevalle ipſorum terris, ac regionibus illatis, quærerentur. Interea dum Guillelmus Epiſcopus opem expectaret, & à Manfredo obſidionis ſolutio flagitaretur: Princevalles 12. Oratores fœderis gratia ad ſe à Camertinis miſſos in carcerem conjecit, ac ejuſdem anni 4. Auguſti nocte civitatem proditorū opera cepit, eamque crudeliſſimè populatus penè ignibus delevit, ac cives terram vertere, patriamque deſerere coegit. Qui cū ſe ſe in proximos Apenninos montes, ac ſylvas ſubduxiſſent, à Gentili Varrano concive ab ipſis olim pulſo, ac in exilium ejecto excepti, & in unum coacti fuere, pecuniis, conſilioque ab ipſo adjuti, quibus non modo ingentem collegit gloriam, ſed etiam ut ipſis in Ducem præficeretur, commeruit. Qui cum ab Alexandro Pontifice non modo illius cōfirmationē, verum etiam auxilia obtinuiſſet, eademque diligentia à vicinis, ac circumadjacentibus populis ſuppetias collegiſſet, brevi comparato, inſtructoq; exercitu patriam contendit, hoſtes obvios ingenti clade delevit, ac detracta quondam Camertinis ſpolia recepit; cumque Princevalles in Urbem ſe ſe conjeciſſet, & à Manfredo auxiliares copias expectaret, à Gentili deditionem facere coactus, mox divinas ſenſit iras, cū flumen Naartem trajecturus, illius undis hauſtus eſt; iſque Princevallis Doriæ pro impio Manfredo, Marchiæ, Umbriæque Vicarii infelix exitus fuit. At Gentilis Varranus devicta tantis beneficiis patria omniū in ſe oculos, ac ſtudia convertit; civitatem in priſtinū ſplendorem, dignitatemque tanto omnium gaudio reſtituit, ut primum perpetuus Poteſtas, ac deinde Princeps derivanda in poſteros auctoritate, acclamaretur, à Romanis Pontificibus ejus confirmatione promerita, & civitas ab ea clariſſima familia obtenta fuit, quæ ad tempora Pauli III. propagata eſt, cum Jo. Maria nulla relicta prole è vivis diſceſſit. Porrò dictus patriæ interitus Guillelmum Epiſcopum luctu oppreſſit, ut cum patria ex dolore pariter interiret. Everſæ verò, ac inſtauratæ Camerinæ Urbis mentionem facit hujuſmodi inſcriptio ibidem inſculpta, ac muro Cathedrali affixa.

Everſa Urbe Camerini per Princivallem Auriam Ducem exercitus Federic. II. Imp. ac Manfredi ejus filii Siciliæ Regis, prodente, ac proditionis auctore Raynerio filio D. Ugolini, viro in Urbe tunc primario, cives aufugientes illorum ſævitiam Kal. Aug. ann. 1258. quæ fuit execrabilis, & calumnioſa everſionis dies, omnibus bonis ſpoliati receſſerunt, quos vagos, ac diſperſos Gentilis de Varrano vir nobilis, ac ſtrenuus reduxit, ac civitatem reſtauravit.

Sed inter cætera magnificentiſſima opera, quibus Gentilis Camerinum ornavit, Eccleſiam Cathedralem regio animo excitavit, in eamque perfectionem, quæ hodie viſitur, relicta apud poſteros nunquam fama interitura perduxit; quare Camertini in Ducali aula ſequentem inſcriptionem ejus ſuaviſſimæ memoriæ conſecrarunt.

Saxo donato ab Alexandro IV. Pontifice D. Gentili Varrano, qui Urbem inſtauravit MCCLX. Gentilis primus Dominus, & reconditor Urbis Camerini Cathedralis Eccleſiæ inſtaurator; In Italia Capitaneus Alex. IV. & Odoardi Regis Angliæ, à quo Pontifice obtinuit S. Genneſium, Tolentinum, Monticulum, Ammandulam, Sarnanum, Montem S. Martini, Belfortem, & Gualdum in Umbria, Veſcum, Montem S. Cerretum Spoletini Ducatus. A Martino IV. Pont. Max. comes in Campania conſtitutus fuit MCCLXXXII. Regnavit anno xxiiii.

Meruit Guillelmus, poſt tantam ſuæ civitatis cladem, ut corpus D. Venantii tutelaris à Princevalle inter opima ſpolia ablatum, ac impio Manfredo dono datum, in patriam ſumma Camertinorum lætitia poſt annos octo reduceretur. Rem totam narrat Anonymus quidam ejus ævi ſcriptor hiſce carminibus, ab erudito viro Camillo Lilio nobili Camertino, nobis communicatis.

Gentibus ut pateat Venanti ſancte futuris,
Quando tuum corpus manus abſtulit hoſtica templo
De proprio Patriaque ſimul, vel quando reductum
Extitit ad patriam, ſuccincto carmine pandam.
Quod mihi Chriſte Pater digneris rite referre,
Os puerile facis cui ſæpius eſſe diſertum.
Annis completis Domini jam mille ducentis,
Et ſexagenis minus uno paſſa ruinam
Extitit hæc patria Papæ ſub tempore quarti
Grandis Alexandri. Sub cujus tempore, quidam
Nomine Manfredus Siculus Rex, atque tyrannus
Obſtabat latie Belli diſcrimine magno,
Agmina qui vario quorundam ingenio cultu
Improbus ad proprias Camerini tranſtulit oras.
Dux equitum cujus vir quidam nomine dictus
Percivallus erat Ianuenſis compatriota,
Doria quem genuit, quem fecit proſpera magnum
Sors in conſpectu Regis, ſi Rex habeatur.
Hic equitum veniens ſaltus tutiſſimus ala
Intravit patriam Camerini, quam retinebant
Tunc homines vario Domini ſubvelle potentes.
Tempore ſub tali ſuit unus proditor acer
Nomine Raynerius Ugolini, qui Camerini
Peſſimus exiſtens tunc temporis ipſe Poteſtas
Proditione ſua curavit pellere cives,
Et patriam vaſtare ſimul, qui clade coacti
Inviti patriam liquerunt ſorte timoris.
Tunc Percivallus ex arca pertulit illud
Egregium corpus jam clam martyris Almi,
Quod tulit ad Siculos magno aromate parci.
Lucida capſa fuit argentea facta ſub ipſo
Tempore, quo manſit corpus venerabile . . .
Lumina magna ſatis fulgentia nocte, dieque
Coram prædicto conſtabant corpore ſancto.
Abſtulit hoc hoſtis Manfredo jam memorato
Munere primo magno, quod fecit denique caſtro
In quodam Ponto firmato nempe recludi
Ornatum pariter magnis ornatibus, atque
Cantibus altiſonis præſtantibus undique laudis
Nomen Caſtelli Sanctus Salvator habetur,
Undique quod Pontus circumdat rupibus altis.
O veneranda Dei pietas, & maxima virtus,
Quæ peccatores effrenes corrigis ipſos,
Ut convertantur ad te, ſed non moriantur;
Sæpius & patens ſanctorum corpora tolli
Hoſtibus infidis primo modo crimine cæco,
Atque peregrina terra perſæpe morari,
Ut noſcant homines miſcere cuncta potentem:
Et nihil abſque tui fieri moderamine poſſe,
Et quanquam patiare ſuos ſanctiſſimè ſanctos
Taliter auferri, non vis tamen ipſe perire
Lumina virtutum, quibus omnes gente coluntur.

Hoc corpus manſit apud in partibus annis
Octo perfectis; poſt hæc Deus ipſe Benignus
Genti triſtanti latrali ferre paravit
Auxiliator opem, quam longe callidus hoſtis
V . . . nimio furioſo pondere parvis
Pontificis ſummi Comitum quoque velle tuorum
Hoc fuit, ut pravis obſtarunt hoſtibus illis .
. ordere, qui proprio vellet de jure fideles.
Tunc fidei quidam veræ ſurrexit amator
Carolus illuſtris probus, & diſcretus in armis
Regni Rex Siculi pervigil optimus, & leo fortis
Alter Rolandus in viribus, & probitate
In ſenſu Salamon, David in tutamine juris.
Francus gente fuit, & francus corde potenti,
Qui virtute Dei fortes detinuit hoſtes.
Hunc & Fran corum Regem genuere parentes
Idem magnificè laudis virtute vigentes
Ad Latii partes magno fulcimine fultus
Magnificæ gentis Francorumque ſale & armis
Ad reſponſandum Manfredo denique venit,
In Beneventano quem ſtravit denique campo,
Diſſit, & deſtruxit, & cunctos perdidit hoſtes.
Hic poſtquam lætos habuit ſub pace triumphos,
Et fuit in Siculo Rex felix agmine magno,
Quod Domini Papæ Regnum ſub velle regebat,
Hunc contra quidam venit contrarius hoſtis
Nomine Corradus Corradi nomine Regis
Filius ex magni regali ſtirpe creati,
Iam Federici Magno ſub nomine Regnum
Imperii gentis Romani forte regentis,
Cujus fautores ſtructis a ritibus ad arma
In Palentino, quo figi juſſerat arvo,
Caſtra per ignota loca ſunt diſcrimine . . .
Ipſemet in pugna cecidit ſub ſorte ſiniſtra,
Cui fuit ablatum caput exundantis arenæ
Litore Neapolis velut omnibus extat apertum,
Sedatis igitur populantibus undique pugnis,
Et Domino Regi ſub pacē morantes,
Scriptor Apoſtolicæ Corradus nomine ſedis
Vir quidam prudens, & templi Martyris . . .
Qui Prior aſtabat, voluit prætendere greſſa
Ad Dominum Papam Clementem, cui prece blanda
Flexa cervice lachrymas fundebat amaras
Ante pedes, cujus præfatas ſæpius ibat
Non piger, immo velox, timidus non, ſed bene tutus
Sollicitus ſemper Papam cum voce rogabat
Qualiter, ut corpus faceret ſibi denique reddi.
Qui ſummus Præſul precibus ſub murmure flexus
Mandavit Regi præfato corpus ademptum
Redderet ut dicto Corrado multa ferenti
Corpore tormenta peregreſſus ſæpe viarum.
Qui licet in primis obſtaret reddere corpus,
Attamen in fine reddidit ordine compitum.
Hoc fuit ad patriam Camerini quippe reductum
Martyris eximij corpus ſub tempore miſſit
Eximiis altis, & magno munere comptum
Capſ argenti concluſum rite duabus
Laudibus eximiis ad templum ducitur illud
Ejus quod fuerat, in quo Deus ipſe patenter
Maxima dat ſemper miracula conditor orbis,
Optime Venanti populum defendere cura
Tu propriæ patriæ tuæ ſit tu lucida cura,
Et mihi in parte, vitium in pectoris arce,
Vt mea lætari valeat mens, atque locare
In ſummis cæli, regnas quibus ipſe fidelis,

XXII. 19. PETRUS ſucceſſit Guillelmo ann. 1259. ſedit ann. 5 & ab Urbano IV. ad Firmanam Eccleſiam tranſlatus circa annum 1264. Extat epiſtola ejuſdem Pontificis Capitulo Camerino in formulario Marini de Ebulo in bibliotec. Vatic. ut aliū Epiſcopū eligat.

URBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Capitulo Camerino.

OLim cum ben. mem. P. Camerinenſem Epiſcopum ad Eccleſia Firmana regimen transferremus, proviſionem Camerinenſis Eccleſia reſervaſſe nobis, & vobis inhibuiſſe dicimus, ne ad providendum eidem Eccleſia de aliquo per electionem, aut modo alio tentaretis. Cumque dicta Camerinenſis Eccleſia pratexta inhibitionis

A *hujuſmodi per annum, & amplius jam vacarit, & vacatio diutina ejuſdem in ſpiritualibus, & temporalibus plurimum ſit damnoſa, nos veſtris devotis precibus annuentes, præſentium vobis authoritate concedimus, ut vocatis illis, qui vocem in electione habere noſcuntur, & volunt, ac poſſunt commodè intereſſe, vobis de perſona idonea, & Eccleſia Romana devota, per quam Eccleſia veſtra poſſit Deo propitio ſalubriter gubernari, per electionem, ſeu poſtulationem canonicam conſulatis, &c.*

20. UVIDO anno 1267. Fratribus Ordinis Minorum poteſtatem fecit novam Camerini ædificandi Eccleſiam. Conſule ea de re Lucam Uvaddingum in Ann. Fratrum Minorum tom. 2. Obiit an. 1288. Hujus Uvidonis memoria marmorea extat prope Principem Eccleſiæ partem, in hunc modum muro infixa. XXIII

Anno MCCLXVIII. tempore D. Clementis
Papa IV. & tempore D. Uvidonis Camerini
Epiſcopi, & tempore D. Rambotti Archidiaconi Camerini, & tempore D. Andrea Parenſi Poteſtatis Cam.

21. RAMBOTTUS Vicomannus nobilis Camerinus, cum Cathedralis eſſet Archidiaconus, ſuæ patriæ Epiſcopus ſublectus eſt à Capitulo ann. 1288. ab Honorio IV. confirmatus 6. Kal. Junii anno 1. ex reg. Vatic. ep. 24. f. 10. Vixit temporibus Bonifacii VIII. anno 1295. eiuſdemque memoria extat in hac ſubiecta, brevique inſcriptione prope principem aram, quam ipſe ſuis impenſis munificè exornaverat. XXIV

B

Tempore Bonifacij Papa Octave, & tempore Rambotti Epiſcopi Camerini, anno Dom. MCCLXXXXV.

In eadem etiam Cathedrali eiuſdem ſpectatur ſepulchrum cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Rambotto Vicomanno II. Camerini ſua civitatis Epiſcopo nobiles Vicomanni poſuere.

Placet nunc hic recenſere Rambotti documentum quo ille anno 1281. Monaſterium S. Matthæi de Bovis, eiuſque bona cœnobio S. Gregorii de Dinazzano ſuæ diœceſis perpetuò univit, ut melius, tutoque loco Virginum cœtus Deo vacare poſſent. Monumenti
C exemplar habuimus à Camillo Lilio Camertino, hujus tenoris.

In Dei nomine, Amen.

NOs Rambottus miſeratione Divina Camerini Epiſcopus, attendentes, & conſiderantes, quod Eccleſia S. Matthai Collis Bovis, poſita prope civitatem Camerini infra quacumque latera juxta viam à tribus lateribus, & juxta D. Raynerium, cum terra in dicto vocabulo infra quacumque latera, a duabus lateribus viam, a tertio Raymutori Alloris, & a quarto Gentiſutoris Manna, cum aliis ipſius loci, & terra lateribus, a divino, & religioſo cultu extitit deputatio, & ibidem tanquā loco religioſo congruo vigere conſueverit obſervantia regularis, qua propter loci devotionem . . . viget, cum poſſit de ipſius loci facultatibus ſeparari. Et quod locus Eccleſia, & Monaſterii de Dinazzano noſtra diœceſis ad puellarum Deo dedicatarum obſequia deputatus, qui hoſtilitatis temporibus, qua peccatis exigentibus conſuevit civitates, & provincias viſitare, poſitus eſt in modo nationis perverſa, ita quod ſanctimoniales, &
D *Deo dedicata Virgines dicti loci poſſent decurrere per loca profana, & non pauca ſuſpicione carentia, eo quod dicta Eccleſia Collis Bovis locus eſt tutus, & incommutabilis temporibus ſingulis ibidem degentibus, & quod loci habilitas, utilitas, & convenientia ſatis depoſcunt, & nos commoveat locum ipſum collis Bovis ad antiquum ſtatū Religionis reducere; ipſam eccleſiam S. Matthai de Colle Bovis cum omnibus poſſeſſionibus, domibus, ædificiis, & juribus ipſi Eccleſia provenientibus, & ſpectantibus dicto Monaſterio S. Gregorij de præſentia, & voluntate expreſſa D. Petri Venuti Rectoris, & capellani prædicta Eccleſia D. Matthai, & Magiſtri Boncambij, Magiſtri Andrea Syndici dicti Monaſterij S. Gregorij ad hoc ſpecialiter conſtitutis concedimus, & unimus, & hanc noſtram unionem per nos, noſtroſque ſucceſſores volumus, & promittimus perpetuò ratam, & firmam habere teneri. Mandantes ſub excommunicationis pœna, quod nullus contra unionem ipſam venire audeat, vel præſumat; in*

cujus

cujus rei teſtimonium, & rectitudinem pleniorem præſens inſtrumentum per Franciſcum noſtrum notarium ſcribi, & publicari mandavimus, & noſtri ſigilli appenſione munire. Actum Camerini in Palatio Epiſcopatus anno Domini 1291. Ind. IV. tempore D. Nicolai Papæ IV. die 5. menſis Julij. Præſentibus religioſo viro Dom. Raynaldo Abbate Monaſterij S. Benedicti de Grutta, D. Franciſco Priore Heremitæ S. Salvatoris de Stato, D. Reinerio, & D. Benvenuto Rainerij Vannulo, D. Jacobi, Riverio D. Raynaldi, D. Chriſtiani &c. Et ego Franciſcus &c.

Ante everſam Civitatem Camerini à Manfredo Siciliæ Rege anno 1259. Eccleſiam S. Matthæi Cœnobium Monachorum, ſeu Monialium fuiſſe pro certo habetur; inde à Rambotto Epiſcopo unitam Eccleſiæ S. Gregorii de Dinazzano, à quo anno 1491. ab Innocentio VIII. precibus Fabricii Camertini Epiſcopi iterum diſmembratam & in Monaſterium erectam pro Monachis Olivetanæ Congregationis, Deiparæque Virgini Aſſumptæ dicatam. Quod quidem Monaſterium in meliorem, nobilioremque faciem reſtituit D. Venantius Lilius Camertinus, ejuſdem Monaſterii Abbas, olim in Romana Curia Procurator Generalis, vir doctus, nuper vita functus, non ſine eruditorum hominum mærore.

XXV. 22. ANDREAS Eugubinus fuit Camerinorum Pontifex uſque ad annum 1300.

XXVI 23. FRANCISCUS Monaldi filius è Caſtello Durante, à Joanne XXII. Pontifice electus an. 1328. in gratiam Camerinorum Civium hoc ipſum poſtulantium, tametſi electus, quam tantum munus requirere videbatur, ætatem non attingeret. Evaſit tamen vir ſingularis, atque momentis prudentiæ cumulatiſſimus, Camerinam Eccleſiam ad multos annos adminiſtravit. In Cathedrali S. Agathæ Virgini, & Martyri Altare perpulchrum conſtruxit, quod columnæ marmoreæ circunſtant, ubi in gyrum inciſa hæc verba leguntur.

In nomine Domini Amen.
Anno M. CCC. XLVII. tempore Clementis
Papæ VI. & tempore Domini Franciſci Epiſc.

XX VII. 24. BENEDICTUS anno 1353. ex lib. Proviſ. Prælatorum. (1)

XX VIII. 25. Fr. MARCUS Ardinghellus Florentinus. Ordinis Prædic. Epiſcopus Adrienſis, & Pennenſis, ad Camerinam Eccleſiam translatus eſt circa an. 1361. deceſſit autem 1372. Ejus memoria extat in monaſterio S. Mariæ Novellæ, ubi monachum induit, deque ipſo loquitur Seraphinus Razzius, ac Michael Pius in comm. de viris illuſtr. Ordinis S. Dominici; tum doctrina, tum ſanctitate morum præluxit, præter ceteram Ardinghellæ gentis vetuſtam nobilitatem, ex qua prodiere viri omni exceptione majores, ut Nicolaus Ardinghellus Cardinalis, vir ſanè doctiſſimus, aliique perplures, quorum longum eſſet commemorare præconia.

XXIX 26. JOCOSUS Epiſcopus Adrienſis, & Pennenſis, Ardinghello in Pennenſi, mox in Camertina Eccleſia ſucceſſit anno 1372. floruit autem ſub Pontificatu Gregorii XI. Pontificis Maximi.

XXX. 27. GREGORIUS (niſi fortè hic idem eſt cum Jocoſo) menſæ Capitulari Xenodochium Pauperum SS. Sebaſtiani, & Bartholomæi Burgi S. Venantii conjunxit, quam deinde acceſſionem à Capitulo factam Innocentius VII. Archidiacono, atque Capitulo deprecantibus, ratam habuit an. 1. ſui Pontificatus, 3. idus Novembris.

XXXI 28. JOANNES an. 1390. 27. Martii in lib. oblig.

XX XII. 29. BENEDICTUS deceſſit 1394.

XX XIII. 30. NUCCIUS de Salimbenis Camers, Arienſis Plebanus Camerinenſis Diœceſis, Benedicto ſuffectus eſt, Bonifacio IX. eligente, an. 1394. idus Octobris; anno autem 1398. Eccleſiæ S. Franciſci cõſecrationi interfuit in Fabriano, ac tanquam Diœceſanus ampliſſimam indulgentiam indulſit omnibus iis, qui illic deprecaturi Eccleſiam illam viſerent a. Conſule Waddingum in Ann. Fratrum Minorum tom. 3. Hic verò venerandus Epiſcopus propemodum effætæ ætatis cum eſſet, captuſque oculis, Gentilem Camerinenſem, cum ope futuræ ſucceſſionis, Bonifacio IX. Pontifice ita mandante, excepit, qui tunc Eccleſiæ S. Stephani rector erat; de quo tamen deinceps nulla memoria extat, an Nuccio ſucceſſerit, nec ne; Nuccius enim cum deceſſiſſet anno 1407. Joannem, qui proximè ſequitur habuit ſucceſſorem.

a De hoc Nuccio plura leguntur in Actis Sanctorum 1. April.

31. JOANNES à Gregorio XII. electus 1407. cum libera poteſtate, ut à catholico quolibet Epiſcopo poſſet inaugurari, ex bulla ejuſdem. Anno 1430. enata inter Rodulphi Varrani Camertinorum Domini filios diſcordia Joannes Epiſcopus ad eam conciliandam interceſſit, ut non ſolum Civitatem, verum etiam ejuſdem territorium pacatè moderarentur, ac omnium Oppidorum, locorumque deſcriptionem in quatuor chartulas diſtinxit, quæ cum per ſortem eductæ fuiſſent, quibus locis quiſque præfici deberet, illuſtratum eſt, omniaque prudenter ab hoc Epiſcopo geſta, ut pax & amicitia inter fratres aleretur. Hæc omnia Petrus Antonius Lilius ad ſui diarii calcem contulit, retulitque diviſionis monumentum, quod hic committere hiſtoriæ operæ pretium duximus; ſic enim ſe habet. XXX IV.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen. Anno Domini 1430. tempore Domini Martini Papæ V.

Actum in camera magnifici D. Gentilis Pandulphi poſita, & exiſtente in domo dicti Magnifici Domini &c. præſentibus nobilibus, & ſapientibus viris D. Capitaneis artium dictæ Civitatis, nec non præſentibus egregio, & prudenti viro Franciſco Dominici, & Dominico Benedicti; cum ex forma ſtatutorum, & ordine communis civitatis Camerinæ Magnificis, & potentibus Dominis Gentile Pandulphi, Berardo Pergentili, & Joann. natis celebris, ac recolendæ mem. Magnifici, & excelſi D. Rodulfi D. Gentilis de Camerino Regiminis cuſtodia, & Gubernatoris civitatis Camerini ejuſque comitatus, & diſtinualiter fuerit, & ſit attributa poteſtas, authoritas, & balia, dictique Magnifici Domini affectantes dictam civitatem ejuſque comitatum, & diſtrictum de bono in melius gubernare, augere, & ampliare, optanteſque, quod quilibet ipſorum partem ſibi obveniendi de infraſcriptis Caſtris, Villis, & locis comitatus, & deſtrictus prædictis vigilantius, & præſtantius cuſtodiet, & gubernabit, conſiderantes etiam per infraſcriptum modum gubernationis, aſſignationis & electionis infraſcriptis modo, & forma pacificus ſtatus, & tranquilla quies, ac fraternaliter amor, & charitas inter ipſos magn. Dominos, & ſubditos eorumdem poterit melius & facilius, & commodius conſervare, idcirco iidem Magn. Domini unanimiter, & concorditer fecerunt infraſcriptis Caſtris, Villis, & locis in quatuor partes deſcriptas in quibuſdam chartulis membranis, jacentibus in quatuor pallutibus, tunc per ipſus partes datis Reverendiſs. in Chriſto Patri D. Joan. Epiſc. Camerin. ut ipſe D. Epiſcopus cuilibet ipſorum Magnificorum Dominorum unam ipſarum partium partem deſcriptam in qualibet dictarum Chartularum membranarum in dictis pallutis cera jacentium pro ſua parte aſſignaret, cujus aſſig. fiat per dictum D. Epiſcopum quilibet ipſorum Dominorum ſtare taciti, & contenti ſub fide, & legalitate magnatum, & ſub infraſcripta pœna convenerunt, & iurarunt, quibus ſic factis, dictus Reverendiſs. in Chriſto Pater D. Epiſcopus, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti gratia devotiſſimè invocata, in extractione, & aſſignatione cuiuslibet partium prædictarum extraxit de quodam bireto, quod in ſuis manibus retinebat, in quo dicta quatuor palluta iacebant, unam ex dictis quatuor pallutis, quam præfato Magnifico Gentili Pandulfo dedit, & aſſignavit, qui Magnificus D. Gentilis Pandulfus ipſam pallutam recipiens, & frangens de ea extraſſit quamdam chartulam in qua infraſcripta Caſtra, & Villa deſcripta erant. Videlicet.

Caſtrum montis Alti.	*C. Æqua Canina*
C. Collis Petra	*C. ſancti Marotti*

(1) Per hæc eadem tempora Camerinenſis Epiſcopus deſcribitur Fr. Nicolaus de Fabriano Pſeudo-Cardinalis Corbarii an. 1328. de quo agimus in Ravennatenſium ſerie, & eum ab omni legitimo Epiſcoporum Catalogo expungimus. In Auctariis item Ciaconii tom. ult. impreſſ. fol. 645. refertur Lucas de Gentilibus nuncupatus Cardinalis Rodulphuccius Camerinenſis civis, & Archidiaconus, qui ibi perperam dicitur per hæc tempora Camerinenſis Epiſcopus, qui tamen Nucerinus in Umbria fuit. *Luc.*

C. Serravallis	*C. coſta Feveris*
C. Serramula	*C. Collis Veteris*
C. Tuſi	*C. Bolvelli*
C. montis ſancti Poli	*C. Inſola*
C. Apennias	*C. Rocche Matthei*
C. ſancti Venantii	*C. Flugni*
C. Plebis Bovilsani	*C. Monaſterii Inſula.*

Quæ Caſtra, & Villas, & loca prædicta dictus Magnificus D. Gentilis Pandulfus acceptavit, eſſe contentum &c.

Poſtquam præfatus D. Epiſcopus extrahens de dicto bireto unam aliam pallutam ipſo præfato Magnifico D. Berardo dedit &c. quam recipiens fregit, & de ea extraſſit quandam chartulam membranam in qua ſcripta erant caſtra, & loca.

C. ſancta Maria	*C. Agolla*
C. Caldarola	*C. Bologala*
C. Rocchette	*C. Antica*
C. Florum Montis	*C. Vallis Caldarie*
C. Mutia	*C. caſa Vecchia.*
C. Chriſperi	

Quibus ſic actis, & celebratis ante dictus D. Epiſcopus extraſſit aliam pallutam, quam dedit Magnifico D. Petro Gentili, qui eam ſimiliter fregit, & de ea extraſſit quamdam chartucelam membranam in qua erant ſcripta infraſcripta caſtra. B

C. Fiuminata	*C. Galij*
C. Berziani	*C. Sorti*
C. Veſtignani	*C. Colpuliti*
C. Dignani	*C. Corvenanis*
C. Plaſtra	*C. Maſſa*
C. rocche Maja	*C. Jolandri*
C. Caprilia	

Præfatus D. Epiſcopus de dicto bireto extraſſit aliam pallutam, quam præfatam D. Magnifico Joanni dando, & aſſigaancio, ipſe illam recepit, & de ea extraſſit quamdam chartuciam membranam in qua erant ſcripta caſtra & loca.

C. Plorica	*C. Praſolij*
C. Ceſtapalumbi	*C. Caponia*
C. Statti	*C. Plebis Turitri*
C. Precariſtri	*C. Friengoli*
C. Illicis	*C. Jovis*
C. Vallis ſancti Angeli	*C. Vallica*
C. Turriculi	*C. Frontilli*
C. Raymundi	*C. Faverij*

C

His pactis, & conventionibus atque inter dictos Magnif. Dominos partes prædictas factis, habitis, & celebratis vid: quomodo per prædictam donationem, & caſigaationem electionem.

Reliqua deſiderantur.

Paucis poſt menſibus ſuperſtes Joannes extitit, an. 1432. non modo Varranorum fratrum ingenti luctu, qui ipſum parentis loco obſervabant, verum totius populi ſummo deſiderio, qui illius ſapientiſſimis conſiliis uſus fuerat, extinctus eſt, & in Cathedrali ſepultus.

XX XV. 32. PANDULPHUS Conradi filius ex nobilibus de Alviano Amerinus, Abbas commendatarius S. Valentini in Plano, ſub Mattino V. Prothonotarius Apoſtolicus, electus eſt 1432. die 25. menſis Junii, Eugenio IV. Pontifice ſummo ſedente. Vixit uſq; ad annum 1437. decedenique ante majus Altare Eccleſiæ Cathedralis tumulatus eſt, ubi ejus effigies proſpicitur cum ſubiecta inſcriptione, quæ ingredientium pedibus ita attrita eſt, ut iam vix legi poſſe videatur. D

S. Dominus Pandulphus Epiſcopus Camerinus quievit anno D. M. CCCCXXXVII.

XXX VI. 33. ALBERTUS („*Joannis Equitis Cypriani*) de Albertis nobilis Florentinus, Metropolitanæ Canonicus, ac Prothonotarius Apoſtolicus, ab Eugenio IV. electus eſt Epiſcopus ann. 1437. die 28. menſis Junii, vir literis exquiſitè excultus, taraque in rebus tractandis dexteritate præclarus. Hic cum in Florentino Concilio haud vulgarem operàm impendiſſet, ut Græca Eccleſia cum Latina aliquando coiret, percuperetque Eugenius Pontifex Florentinos, à quibus ſplendidiſſimo hoſpitio exceptus fuerat, promerere, ex multis, qui ſenatoria purpura Florentiæ digni erant, unum Albertum Albertium Cardinalem creavit ſub tit. S. Euſtachii, acclamantibus non modo civibus, ſed etiam iis omnibus, quibus candor morum, ac pietas cordi erat; aliquando tandem virtutes in Alberto Albertio promeritis præmiis fuiſſe exceptas. Sub eodem Pontifice Regni Legatione Albertus functus eſt, ut inter Alphonſum Aragoniæ Regem, Renatumque Andegavenſem fœdus manſuræ pacis percuteretur. Cæterùm Albertus cum in ſuæ felicitatis, florentiſq; ætatis curſu majora ſibi ſponderet, immatura morte præreptus eſt apud Cryptam Ferratam 3. idus Auguſti, anno 1445. cum per annos omninò octo Camerinam, partim præſens, partim abſens, Eccleſiā adminiſtraſſet. Defuncti corporis pars in Baſilica Lateranenſi cum hoc Epitaphio tumulata eſt, quod vix hactenus ingredientium pedes reliquum fecere, ut ad poſteritatem poſſet extendi.

Hoc in tumulo ſepulta eſt pars corporis Reverendiſs. in Chriſto Patris, ac D. Alberti de Albertis de Civitate Florentina S. R. E. tit. S. Euſtachii Diac. Card. Qui obiit in Abbatia Crypta Ferrata tempore D. Eugenii Papæ IV anno Dom. M. CD. XXXXV. die vero III. menſ. Aug. B

Altera porrò pars, & quidem potior, delata Florentiam eſt, tumulataque ante majus ſacellum Templi S. Crucis, quod gens Albertia olim munificentiſſimè conſtruxit, in ſuorum Majorum ſepulchro, quod à ſuis gētilibus reſtauratum, in pavimento exſculpto, hoc Epitaphio exornarunt,

Alberto Albertio Epiſcopo Camertino, ab Eugenio IV. Pont. Max. in Concilio Florentino ex lectiſſimis Chriſtiana Reipub. viris in collegium Cardinalium cooptato ſacri fœderis ſub Uladislao Polon. & Hung. Rege Latinæ claſſi Præfecto Roman: Apoſtolica dignitatis ſtudioſiſſ. propugnatori; Albertii gentili optimè merito, mun. reſtituere anno ſal. M. D. LXX. III. Obiit III. idus Auguſti. MCCCCXLV.

C 34. BAPTISTA de Henriciis Romanus, Alberto Albertio ſuffectus eſt anno 1445. 6. Kal. Septembris; deceſſit autem 1449. In Aracœli, celebri Romano Templo, hactenus ſepulchrum ſpectatur, in quo hujus Epiſcopi ſoror lectiſſima fœmina tumulata eſt, cum hoc Epitaphio, XXX VII

Hic jacet Ludovica Soror R. P. D. Baptiſta de Roma de Henricis, Epiſcopi Camerini, Quæ obiit anno Dom. MCCCCLIV. die XVII. menſis Septemb.

35. MALATESTA Catanius, Etruſcus è Burgo S. Sepulchri, ſac. Rotæ Auditor, Juriſconſultiſſimus, à Nicolao V. creatus eſt Epiſcopus an. 1449. die 24. a menſis Aprilis; deſiit autem inter mortales eſſe, anno 1459. Ejus extat memoria in Cathedrali ad altare S. Joannis prope portam Sacrarii anno 1454. hoc eſt ſuo tempore, communitum, ac exornatum: ut hæc ibidem exarata inſcriptio docet. XXX VIII. a 19.

D *Factum fuit hoc opus ſub anno Domini 1454. tempore D. N. D. Nicolas Papa V. & tempore Malateſta Epiſc. Camerini & tempore D. Baſtiani Archidiaconi, & tempore D. Accomantii capellani hujus Eccleſiæ.*

36. ALEXANDER Oliva Saxofertatenſis, Ordinis („*Eremitarum*) S. Auguſtini, olim ſui Ordinis Generalis, atque à Pio II. Pont. Max. inter Cardinales aſcitus ann. 1460. eodem anno ab eodem Pontifice Camertinum obtinuit Epiſcopatum b. Cujus quidem laudes idem Pius Pontifex in ſuis Commentariis lib. 4. & 12. ſua illa nitida eloquentia ad vivum expreſſit, ejuſdemque merita præconia extulit Campani funebris laudatio, eundemque tulit in Cœlum Franciſcus Philelphus, cum eidem elegantiſſima epiſtola nuper obtentam purpuram gratularetur, in qua Olivam Cardinalem, fulcimentum, ac S. R. E. Columnam vocat. Garimbertus etiam in Alexandri laudes effuſus eſt, nec de eo tacuit Hieronymus Platus, Pamphilius in chron: Auguſtinian: ac Papienſis. Tiburi plenas meritis fato ſublatus eſt, Romamque delatum cada- XX XIX.

b Non Epiſcopum Camerini ſed hujus Epiſcopatus perpetuum adminiſtratorem fuiſſe ex Turello affirmat Gandolphus in diſſert. hiſt. de 100. Script. Auguſt. pag. 45. ubi de hoc Alexandro plura Mandoſ.

ver in Auguſtiniano Templo tumulatum eſt, ſupra Templi portam ad ſiniſtram, cum hoc Epitaphio.

Alexandro Oliva Saxoferratenſi Theologo eximio, Eremitarum B. Auguſtini ab infantia ſpei maxima Alomno, qui cum eſſet Ordinis Generalis Cardin. a Pio II. ignorans creatus eſt. Vixit an. LV. obiit anno ſalutis MCD. LXIII.

Ut tibi ſola dedit probitas, non gratia, ſoli
Digno Cardineum, nomine, reque decus,
Sic eadem indignis raptum dum tollit ad aſtra,
Felix hoc, inquit, Principe Roma foret.

XL. 37. AGAPITUS Ruſticus Romanus, Epiſcopus Anconitanus, à Pio II. translatus eſt ad hanc Eccleſiam, anno 1463. Hic ille Agapitus eſt, ab eodem Pio tantopere celebratus, quod ſua peritia dubium reddidiſſet, an feſtivior Poeta eſſet, ac magis facundus Orator; utraque enim lingua valuit ad miraculum. Camerinam autem per decem, & ſeptem annos ſumma cum laude prudentiæ rexit Eccleſiam, propterque ab effœtam ſenectam ſepulchro, eo munere ſe exoluit 1480. Romamque reverſus, in paterna domo deceſſit, 1482. ſepultoq; in marmoreo ſepulchro, propè lateralem portam S. Mariæ ſuper Minervam, hoc bonorifico epitaphio, Fratres præclariſſimo viro parentarunt.

D. O. M.

Agapito Ruſtico Epiſcopo Camerino I. V. C. latina lingua peritiſſimo, integritate prudentiaque inſigni, ac Fratri Paulo Ruſtico, probitate, comitateque charo. Fratres VII. Pauli filii mœſti Patri, & Patruo benemerenti poſuere anno Domini M.CCCCLXXXII. Kal Julii.

XLI. (,, *Andreas de Verulis primum Coperſani, mox Boviani, tertio Urbini, quarto Muri, quintam denique accepit ſponſam Camerinenſem Eccleſiam cedente Agapito cum reſervatione regreſſus, at tunc moris erat, an. 1464 Sed cum citius obiiſſet, rediit regimen ad Agapitum, quod ſuſtinuit uſque ad an. 1480. De Andrea authenticum habetur ex Codice Vaticano De diverſis formis p. 174. de quo aliis in Eccleſiis, quibus ipſe præfuit, emendate loquimur.* Lucent.)

XLII. 38. SYLVESTER à Sixto V. electus anno 1480. 7. Kal. Octobris; deceſſit 1482. dum Romæ ageret, ibidemque tumulatus fuit.

XLIII. 39. FABRITIUS è gente Varrana Herculis filius è Dominis Camerini, Petri Gentilis Frater, à Sixto IV. ſuæ patriæ electus Epiſcopus eſt, an. 1482. Idus Junii. Præſul ſanè præter cæteram nobilitatem, doctus, ac eruditus* Varini Favorini Camerini optimus mœcenas. Hic ille eſt Varinus Græcæ, Latinæque linguæ peritiſſimus, qui ſub Leone X. ut dicemus, Epiſcopus Nucerinus electus omnium literatorum hominum mœrore ſub eodem exceſſit, de quo Franciſcus Pamphilus &c. lib. 3. de laudibus Piceni cecinit.

Naſcitur hic alios Reverendus Epiſcopus Urbe,
Varinos poſito nomine dignus erat.
Moribus egregiis, ſtabili gravitate decorus;
Adfuit illuſtri gratia multa viro.
Gymnaſio legit, docuitque didaſcalus Urbe.
Faverat Italico muſa Pelaſga viro.

Fabriani deceſſit die 7. menſis Martii 1506. Camerinumq; delatus, in Cathedrali ſepultus eſt anguſtiori pompa ejuſque ſepulchrum hoc epitaphio exornatur.a

Fabritius Varranus, Epiſcopus Camerini Frater Pergentilis, vir in ſacris literis maximè eruditus, philoſophia, & legum ſcientia pollens, qui Eccleſiam Camerinenſem optime gubernavit. Obiit an. M. D. VI.

XLIV 40. FRANCISCUS Roboreus Savonenſis, antea Epiſcopus Melitenſis, à Julio II. (,, *cujus erat propior* ,, *affinis*,) translatus eſt ad hanc Eccleſiam an. 1508. menſe Februario. Quam Eccleſiam cum per annum rexiſſet, Vincentino Epiſcopatu condecoratus eſt; non multò poſt Volaterranum adeptus, demum Beneventanus Archiepiſcopus defunctus eſt, par omnibus titulis, ac dignitatibus, etiam ſi contigiſſet illum ad ſummam ſedem fortunam provehere.

a De hoc Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Martinellus in Roma ex Ethnica Sacra pag. 420 Mand.

41. ANTONIUS Jacobus Bonjoannes nobilis Romanus, à Julio II. electus ann. 1509. die 27 menſis Junii. Sub VII. Clemente fuit Magiſter Aulæ, ſubque Paulo III. eodem munere functus eſt cum laude prudentiæ. Viginti ſex annos Camerinam Eccleſiam adminiſtravit, deinde volens, libenſque eo munere abivit, ann. 1535. Romæ fato functus eſt, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum, in Majorum ſuorum ſepulchro. XLV.

42. DOMINICUS de Cupis Card. Tranenſis, Eccleſiæ Camerinæ adminiſtrator adſcitus eſt an. 1535. die 27. menſis Julii; deindè poſt duos annos illam Eccleſiam reſignavit cum regreſſu tamen, ut tunc, erat in moribus. XLVI

43. BERARDUS Bonjoannes Romanus, nepos Antonii Jacobi ſui prædeceſſoris, à Paulo III. electus eſt Epiſcopus anno 1537. die 5. menſis Martii. Scientia Theologicæ facultatis maximè inclaruit, itaut ſummatim ea myſteria omnia, quæ in ea facultate ſolent tractari, enodarique, in unum volumen compulerit, Pio IV. inſcriptum, ac Romæ emiſſum. Sub Paulo III. Picenatibus incorruptè jus dixit, cum Ranuccio Farneſio ejus Provinciæ Legato Vicariam operam præſtaret. Apud Regem Poloniæ pro Pio IV. prudentiſſima legatione functus eſt, interfuitq; Tridentino Concilio, in quo tanquam in benè explicato campo ad pietatem, ad gloriam, doctrinæ ſuæ vires explicavit. Suæ Cathedralis magnam partem ipſe reficiendam, reſtaurandamque curavit, inque ſumma charitate annonæ pauperes propemodum fame enectos effuſis liberaliſſimè horreis, aluit, atque fovit, Communitati Camertinæ ad hoc ipſum præſtandum mille attributis ſcutis. Fundavit, erexitque propè Camerinā Eccleſiam ſumptuoſum, operoſumque palatium, quod morte præventus anno 1574. die 12. menſis Septembris haud abſolvere potuit; Præſul ſanè haud deſitura memoria dignus b Ejus oſſa, cum Patruo, cumq; Mutio nepote Archiepiſcopo Surrētino jamdiu vita functis tumulata ſunt Romæ apud S. Auguſtinum ante ſacellum S. Monicæ ſacrum, inque pavimento hac ratione literatum marmor proloquitur. XL VII.

Horatius Bonjoannes patritius Romanus, antiquum familia ſua ſacellum Sancta Sanctorum veteri nomine appellatum, quo decentius exornari poſſet, ſublatis diverſis loculis extra ordinem ſublime poſitis; oſſa majorum ſuorum Gentilium Epiſcoporum, & Mutii fratris opt. Archiepiſcopi Surrentini, in hoc unum ſarcophagum commune ſibi, poſteriſque ſuis inferenda curavit anno D.C. III.

In palatio Priorum Camertinæ Civitatis ad gratæ poſteritatis memoriam hæc inciſa ſpectatur marmorea inſcriptio ſub ejus imagine.

Berardo Bonjoanni Epiſcopo noſtro, qui adium Epiſcopalium initia, & fundamenta poſuit, templi ſacrarium mag. Veſtium ſacrarum inſtruxit, & ornavit apparatu. Hanc plenam dignitatis domum adificavit, ubi quinque viri perſonam civitatis gerunt. Ad annonam duriorem levandam, quingentas frumenti ſarcinas publicè tribuit. Ut inde imago quadam pietatis extaret, Miſericordia ſocietati mille donavit aureos: quorum fructus civitatis egenos diſtribuendos decrevit. Hanc exprimendam curavimus imaginem, ut monumenta ejus fama, ac nominis apud nos in perpetuum vigeret.

At in ſacrario eccleſiæ S. Joannis alia ad ejus imaginem legitur inſcriptio.

Reverendiſſimo Berardo Bonjoanni Epiſcopo Cam. quod auri x. pondo libras, ut ex tanti æris fœnore pauperes olim ſublevarentur, huic cætero D. Jo. Bapt. ſacro pie ſit elargitus, hoc grati animi teſtimonium idem cœtus faciundum curavit.

44. ALPHONSUS Jo: Mariæ Binarinus, Bononienſis, Rotæ Auditor, deinde Reatinus Epiſcopus, ad Eccleſiam Camerinam à Gregorio XIII. Pontif Max. translatus eſt 1574. die 17. menſ. Septembr. cujus Eccleſiæ iniit poſſeſſionem die 23. menſ. Novembris ejuſdem anni. Hic ſeveriſſimè caſtigato clero, ad Tridentini Concilii æquiſſimas compulit leges. Pala- XL VIII.

b Plura de Berardo refert et apud Ild… Calcagni in mem. hiſt. Recanat pag. 231. & ſeq. Laudatur etiam à Camillo Lilio in hiſt. Camerin. par. 1. Lib. 6. & à Pacchuccio in vita S. Venantii l. 2. pag. 142. Mand.

A tium à ſuo anteceſſore incœptum demum abſolvit, itaque adamuſſim puriorum morum Eccleſiam ſuam conſtitutam habuit; ut cum Gregorius XIII. aliis labantibus Eccleſiis vellet mederi, & rei decenter, ſalubriterque præſtandæ, unum Alphonſum legaverit. Etruriam itaque, Picenum, ſanctique Petri Patrimonium ſaluberrimis latis legibus, ad defæcatiores mores revocavit, ſingulari pietate, doctrinaque præditus erat, itaque Divini cultus deſiderio tactus, ut quoad vixit, in eo perurgendo contentiſſimè laboraverit. In ſuæ complexu Eccleſiæ ſeptuagenarius vitam finivit ann. noſtræ ſalutis 1580 die 26. menſis Aprilis, ſepultuſque in Cathedrali, cui etiam nunc mœrentis Camertini populi lachrymæ parentare videntur.

Ad tumulum hæc carmina appoſita fuere.

Reverend. Alphonſus Binarinus Epiſcopus Camertinus
Vixit ut moriturus, mortuus eſt ut victurus.
Quid magis optandum, quam terris linquere nomen
Poſt obitum, & vitam vivere cum ſuperis?

XLIX. 45. HIERONYMUS Vitalis de Bobus, nobilis Bononienſis, ex advocato Conſiſtoriali, ſanctique Petri Romæ Canonico Binarino ſucceſſit an. 1580. (B) die 26. menſis Maii, die verò 13. menſis Julii inauguratus fuit. Picenates frænavit 1583. Aſculaniſque jus dixit; anno autem 1584. à Gregorio XIII. ad Regem Poloniæ Legatus eſt, è qua legatione Card. Bolognettus nuper abierat. Mortuo Gregorio ambitioſas Romanas ſpes damnavit, rediitque ad Eccleſiam ſibi creditam, ubi Epiſcopale palatium liberalitate planè mirabili exornavit, abſolvitque, tres ſynodos Diœceſanas celebravit, ut eccleſiaſticæ leges haud quaquam timidè regnarent. Verùm cum inter ipſum, Canonicoſq; jurium lites interceſſiſſent, multum illi de gloria, deque benevolentia civium deceſſiſſe oportuit. Igitur poſtquam Cathedralem conſecravit, *a* Romæ deceſſit die 26. menſis Januarii 1596. fuitq; depoſitus in Eccleſia nationis Bononienſis, ſequentique anno cum Card. Paleotti cadavere in patriam Bononiam delatus eſt, die 16. menſis Decembris, ſepultuſque in Eccleſia S. Martini in Majorum ſuorum ſacello, ubi (C) pavimento affixa hæc de ipſo memoria legitur.

a Laudatur à Carthario in ſyllabo Advoc. Conſiſt. pag. 184. & à Galeotto de Vitis illus. Bononien. pag. 16. [marginal note, partly illegible]

Hieronymus de Bobus Camer. Epiſcopus, qui obiit
an. ſalutis hum. MDXCVI. ætatis ſuæ. liv.

In pariete autem.

Hieronymus Vitalis filius, variis muneribus in aula Romana, ac Piceni adminiſtratione perfunctus, demumque Camer. Epiſcopus, & Greg. XIII. atque Sixti V. apud Stephanum Battor. Pol. Regem legatus hoc mon. gentilibus ſuis B. M. M. poni juſſit an. MDXCVI.

De eo quidam cecinit.

Aurea ſacra Bovis veſtigia cernite ſacri,
Ne ſe fœdaret maluit ille mori.
Semina qui lachrymans jacit mœſtiſſima in orbe,
Lætus in Empyreo præmia digna metit.

L. 46. GENTILIS Delphinus Romanus, præclariſſimi illius Ducis Flaminii Romani frater, qui noſtro ſeculo Romani nominis gloriam conſilio manuque promptus adauxit, à Clemente VIII. ex Referendario Apoſtolico Epiſcopus dictus eſt anno 1596. (D) die 18. menſis Decembr. Pro Octavio Bandino Card. Florentino in Piceno vicelegatione functus eſt. Cæterum Gentilem primævo ætatis flore gaudentem importuna mors abſtulit anno 1601. ejuſque cadaver Camerinum delatum eſt, inque Cathedrali ſepultum, ubi ad dexteram templi, unde adoraturi ingrediūtur, cernitur defuncti ſepulchrum, quod ibi pietas fratris, cum ſubjecto epitaphio, ut deſiderium extincti leniret, ponendum curavit.

Gentili Delphino patritio Romano utriuſque Signaturæ Referendario, Epiſcopo Camerino, Piceni Prolegato, qui dum in ſacris curandis, & in adminiſtranda Provincia laborabat, invida morte extinctus eſt anno ætatis ſuæ xlii. ſalutis M. DC. I. Flaminius Delphinus Fratri Benem. poſuit.

Nullum corpus mors habet.
Feſtinant juvenes!
Decrepiti cunctantur.
Nemo non moritur.
Oſſa Gentilis Epiſcopi hic judicium expectant.

LI. 47. INNOCENTIUS de Bubalo *b* Rom. haud vulgari eruditione ornatus, moderatione vitæ ſingulari nobilitatem generis commendabat; quamobrem Clementi VIII. in paucis charus fuit, ab ipſo Referendarius V. S. declaratus, ac S. Petri Canonicus, inque inſula Melitenſi in cauſis fidei Generalis Quæſitor, in quibus muneribus cum conſultiſſimè ſe geſſiſſet, Camertino Epiſcopatu ab eodem Pontifice exornatus eſt anno 1601. die 14. menſis Maii; ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, ſolemnique pompa exceptus eſt die 20. Junii ejuſdem anni. Itaque eum ex eo Camerinam Eccleſiam ad omnem pietatem inſtitueret, atque adminiſtraret, à Clemente VIII. rurſus accitus eſt, atque ad Henricum IV. Gallorum Regem incōparabilem, cuius res glorioſiſſimè geſtæ, merito MAGNI, eidem fecere cognomen, Legatus, apud quem cum per tres annos eccleſiaſticas cauſas peroraſſet, inde rediens, ab eodem Clemente promeritam (B) retulit purpuram ſub tit. S. Thomæ in Parione. Nec multò poſt creationi XI. Leonis Medicei interfuit, mox, & Pauli V. à quo inter Patres, Senatoreſque Congregationis S. Officii, aliorumque cœtuum, quorum conſiliis eccleſiaſtica pub. res perennat, adlectus eſt. In quibus muneribus obeundis dexteritatem ſuam, Romano homine dignam, pleriſque Conſultiſſimis viris probavit. Primum, quo fuerat inſignitus, cum S. Marcelli deinde titulo commutavit, huncque deinceps cum S. Pudentianæ, donec ad titulum SS. Nerei, & Achillei aſcenderet. Demum cum poſt Pauli V. electionem Camerinum fuiſſet reverſus, locique cœlum inſalubre experiretur, Eccleſiæ illius remiſit nuncium mille ſcutorum penſione, ut vocant, ſibi reſervata ad Cardinalitiæ dignitatis cultum ampliorem. Vixit deinceps ſecunda integritatis fama, quippe cui pietas, divinique cultus amor maximè cordi eſſet. Adhuc florente ætate, ex calculo renum Romæ deceſſit, die 27. menſis Martii anno 1610. legavitque moriens Camerinenſi Eccleſiæ cru- (C) cem pergrandem quatuorque argentea candelabra; ſepulchro exceptus eſt apud S. Mariam in via, in ſuæ gentis ſacello, cujus epitaphium in nigro marmore eminet ad legendum.

b vulgo del Bufalo.

D. O. M.

Innocentio Bubalo de Cancellariis Romano nobilitatis, & virtutis viro poſt Urbium præturas ad Militenſ. inſulā à Clemente VIII. cum extraord. poteſtate miſſo, mox ab eo Pontifice Epiſcopo Camerino, denique pro eodem apud Galliæ Regem Henricum agenti, S. R. E. Cardinali creato, qua dignitate diu acerrimo judicio incenſo eccleſiaſticæ amplitudinis ſtudio, Doctrina morum ſuavitate, ſingulari vitæ innocentia ſuſtinet. Romæ moritur an. Domini MDCX. iv. Kal. Aprilis, ætatis ſuæ xliii.
Mutius frater, & heres P.

LII. 48. JOANNES Severinus è Caſtello Matelica, familia ingenua, & vetere prorogatus, multis pro Romana Eccleſia laboribus functus, à Paulo V. electus (D) anno 1606. die 20. menſis Februarii, atq; à Card. Perbenedicto conſecratus, ſolemni ritu eius Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die S. Anſovino ſacro ejuſdem civitatis olim Antiſtiti, die 13. menſis Martii ejuſdem anni. Sedit ann. 16. Translatus inde ad Archiepiſcopalem ſedem Sypontinam an. 1622. ibidem poſt paucos menſes deceſſit, ubi & tumulatus jacet. Ejus inſignia fuerunt ſtellæ ternæ aureæ, ac roſa purpurea in argentea parma, unde diſtichon ſub iiſdem ſequens appoſitum.

Myſtica quæ lateant, nobis optata notabit,
Aurea purpuream qui videt aſtra Roſam.

Nil minus hoc loco præſtare poſſum, quam chariſſimi Epiſcopi Severini familiaris arctiſſimo ex morum ſimilitudine, & in literis amore conciliatæ amicitiæ vinculo conſtricti memoriam perſtringere. Is fuit frater Angelus Roccha Camertinus Ordinis D. Auguſtini Tegaſtenſis Epiſcopus trium ſummorum Pontificum Sacriſta, vir ſane litteris, ac omni eru-

ditio-

ditione, ut ex ejus operibus editis æternitate digniſſimis colligi poteſt, inſtructus, & ornatus, cujus ſané ſuaviſſima memoria, non ſolum ob inſignem illam ſuam doctrinam, nunquam interitura eſt, ſed etiam ob eximiam illam ingentemque Bibliothecam Angelicã 40. & eo amplius nummorum millibus comparatam, publicæ utilitatis ergò S. Auguſtini Conventui Romano annuis redditibus ad eam conſervandam, ac Bibliothecarii ſuſtentationem aſſignatis ea lege donatam, ut ſecuturo tempore quibuslibet antemeridianis horis iis omnibus pateat, qui ſtudiis operam navare voluerint; ipſeque infinities hujus optimi Epiſcopi beneficio, in plurimis huic operi pernecеſſariis libris evulvendis, ſæpius potitus ſum. Quare cum me erga ſuaviſſimum hunc Præſulem ſummũ obſtrictum beneficio agnoſcerem, ejus memoriam, cum de Camerinæ civitatis, tanti viri patriæ, Epiſcopis, ſermonem inſtituiſſem, recolere, ejuſque inſignem Bibliothecam quibuſvis (ſi Vaticanam, Barberinamque excipias) Romæ opulentiſſimis non imparem, eoque magis, quod publico ſtudiẽtium commodo prodeſt, commendandam, celebrare debui. Ille paulo ante annum, quo noſter Severinus Epiſcopus, mortem oppetiit, ut quo amicitiæ fœdere cum illo in terris coniunctus fuiſſet, in cœlo pariter copularetur. Sepulchro conditus eſt Angelus in æde Auguſtinianorũ hoc affixo epitaph.

D. O. M.
F. Angelo Rocchæ Camerti ord. S. Auguſtini, Epiſcopo Tegoſtenſi, Apoſtolici Sacrarii, ſub Clemente VIII. Leone XI. & Paulo V. PP. MM. Præfecto, inſignis Bibliothecæ Angelicæ fundatori, ac liberaliſſimo largitori, viro erudit iſſimo, & de Auguſtiniana Religione optime merito piiſſimi Patres, ac FF. S. Auguſtini de Urbe gratitudinis, & benevolentiæ argumento poſuere. Obiit an. ſalutis MDCXX. die 7 Aprilis, ætatis ſuæ LXXV.

LIII. [a] 49. CÆSAR Gherardus Peruſinus, a ſcientia legum præclarus, cum diu plures in lege Peruſiæ inſtituiſſet, atque Firmi, Romamque tandem progreſſus, fortunam ſuam experiri voluiſſet, adeò proſpera uſus eſt, ut vix duos annos in Aula expleverat, cum à Paulo V. ad purpuram, admirantibus cunctis, vocatus eſt. Siquidem cum primo ingreſſu Scipionis Card. Burgheſii evaſiſſet Auditor, tantum ex eo munere apud Dominum gratiæ collegiſſe narratur, ut brevi V. S. Ref. Canonicuſque S. Petri ſit declaratus, mox etiam in gratiã Scipionis Burgheſii inter purpuratos adſcitus anno 1621. Sub Gregorio XV. titulum S. Petri in Mõte Aureo aſſecutus eſt, deinde etiam Camerinum Epiſcopatum ann. 1622. die 7. menſis Maii. In Comitiis ubi Gregorius ipſe ad ſupremam Sedem aſcendit, ac deinde Urbanus VIII. adlectus eſt, Gherardus conſilio valuit; ſed cum exæſtuante canicula, inde contraxiſſet languorem, brevi vita defunctus, fortunam planè oſtendit tunc ſpes humanas abrumpere ſævius, cum celeritate uſa illas inconſultò provexiſſet ad ſummũ. Deceſſit igitur Cæſar anno 1623. ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum prope Ripam, in pulcherrimo marmoreo ſepulchro, hujuſmodi epitaphio ejuſdem promeritas laudes perloquente.

D. O. M. Cæſari Gherardo Peruſino S. R. E. tit. S. Petri in Monte Aureo presb. Card. quem Peruſiæ, Firmique XX. annos jus can. interpretationem à Scipione Card. Burgheſio Romam evocatum, audiendis apud ſe cauſis Profectum, Paulo V. Pontifice Maximo inter Vaticani Canonicos, & Utriuſque Signaturæ Patres retulit, atque in ampliſſimum Collegium cooptavit. Gregorius XV. Camertibus Præſulem dedit, mor. an. xlii. nondum exacto prid. Kal. Oct. MDCXXIII. Dominicus Gherardus B. M. P.

LIV. 50. JO: BAPTISTA Alterius nobilis Romanus, [b] Gentilis Delfini anteceſſoris ſui ex ſorore nepos, inſignis Theologus, eruditioniſque ſingularis, Vaticanæque Baſilicæ Canonicus, Theologali præbenda auctus ſacram doctrinam, juſque Pontificium palam profeſſus eſt; ibidem & alibi verbum Dei enunciavit; non ſine ſui nominis laude, ab Urbano VIII. Epiſcopus Camerinus adlectus eſt 1624. die 26. menſis Februarii. Sex purpuratorum Epiſcopatuum Apoſtolicus Viſitator conſtitutus ſingulari ſua prudentia ſãctiſſ. Pontificis pietati abundè fecit ſatis. Qui poſtquam tribus annis Camerinam rexiſſet Eccleſiam, vitæ tranquillioris avidus, otiique, quo maximè provehi ſtudia ſolent, Epiſcopale onus diſcuſſit, Romamque rediit, & ab eodem Urbano Pontifice Maximo Urbis Viceſgerens, ſacræ Pœnitentiariæ ſigilli Cuſtos, unuſque ex Urbis Viſitatoribus, ejuſdemque Congregationis Secretarius factus, in iis muneribus omnium gratulatione adhuc verſatur. Memini me cum adhuc adoleſcerem, Romanoque in ſtudio Philoſophiæ operam darem, Jo. Baptiſtam Alterium in cœtu doctorum hominum ſubtiliſſima argumenta verſare, pleriſque admirantibus, cum eo fortunæ obſequio nobilem virum reconditioris ſapientiæ fontes tã largiter potuiſſe haurire. Vivit adhuc, literatoque otio adeò oblectatur, ac alii in ſchola ambitionis educati, educti, pinguioribus cenſibus, dignitatumque titulis ſolent lætari.* At omnium bonorum ſumma lætitia hoc ipſo anno 1641. ab Urbano VIII. inter Cardinales relatus, & Epiſcopatu Tudertino donatus eſt.

51. AEMILIUS Alterius Romanus Jo. Baptiſtæ fratri germano ſuo ſucceſſit anno 1627. Urbano VIII. ſedente, die verò 29. Novembris. Vivit adhuc, Camerinumque Populum rariſſimis vitæ exemplis ducit ad paſcua. LV.

ADDITIO.

(„ *A Clemente deinde X. die 29. Novemb. 1669. ad „ Cardinalatum aſſumptus eſt: atque anno ſequenti die „ 29. Aprilis Pontifex ſupremus renunciatus Clementis „ X. nomen aſſumpſit.*

„ JACOBUS *Card. Franſonus ultrò cedenti Alterio ſucceſſor datus die 7. Junii 1666. Corrigendus annus „ hic in Anctario Ciaconii, qui tamen ſi non ſatis, egregiè tamen virtutum ſplendorem hujus Purpurati viri „ perſtringit. Die 21. proximè inſecuti menſis Julii omnium Ordinum plauſu Camertium ingreſſus eſt Urbem: nonnullos inter ſe ex præcipuis familiis diſcordantes compoſuit, effrænum licentiam eximia charitate cohibuit. Religioſos viros ad animarum ſalutem per univerſam Diœceſim tranſmiſit. Pluries ipſe Diœceſim „ luſtrando Paſtoralis zelo, & generoſa animi pietate infirma curare, ut ſana confirmare ſategit, editis ſaluberrimis legibus, & Synodalibus decretis. Seminarium, „ & Epiſcopale Domicilium reparavit, auxit. Regularium, aliiſque locis piis juvandis ſummè intentus Clauſuram anguſtiorem Monialium S. Eliſabeth ampliavit, ad ſtudioſorum commodum in ſuis ædibus Bibliotheca plurimum profuit, novum Sacellum in Cathedrali ſubſtruxit. Moralis Theologiæ publicas collationes, & Rudimentorum fidei accuratiores exercitationes excitavit. Inter Patres Lateranenſes Epiſcopos „ Cardinales Tuſculanam Sedem primum adeptus die „ 10. Novembris 1687. ubi de eo alia enunciavimus, hac ſibi retenta in adminiſtrationem. Gradum fecit deinde „ ad Portuenſem die 28. Septembris anno 1693. abſens à „ Conſiſtorio, pertinaci morbo domi detentus, & à Pontifice diſpenſatus, qua eadem die Camerinenſem omnino dimiſit. Et paſſim invaleſcente ægritudine, eaque „ patientiſſimè tolerata Eccleſiæ Sacramentis ritè munitus æternitatis aulam eſt ingreſſus die 19. Decembris „ 1697. Corpus funebri pompa elatum in Vallicellano „ Templo, ibidem terræ commendatum jacet.* LVI.

„ FRANCISCUS *Juſti Fulginas J. U. D. Eccleſiarum Nepeſinæ, & Sutrinæ Antiſtes, huc translatus „ eſt 23 Novemb. 1693. tanta ſollicitudine Paſtoralis curæ exæſtuans dum vitam duxit, ut animarum lucra omnem ſupellectilem ſuam eſſe arbitretur, in ampliſſimo „ ſuæ Diœceſis Oppido Matelica apud Patres Oratorii „ mortuus eſt die 6. Aprilis an. 1702. Corpus Camerinum „ illuc è delatum omnium mœrore, quippe qui omnibus „ facilitate morum, & felicitate ingenii chariſſimus, in „ Cathedrali humatum fuit.* LVII.

„ BERNARDINUS *Belluccius Feretranus Epiſcopus non ſine Feretranenſium lachrymis ne immiti illo aere valetudinarius abriperetur è vivis, à Pontifice „ Clemente XI. huc translatus eſt 25. Septemb. 1702.* LVIII.

[a] Ejus meminere Oldoinus in Athen. Aug. & Rom. & Criſpoltus in hiſt. Peruſ. l. 3. pag. 325. Mand.

[b] De hoc ſcripſi in Biblioth. Romana vol. 1. Centur. 5. n. marg. 69. Mand.

* Ex App. tom. 1.

* Ex App. tom. 5.

CASINENSES EPISCOPI.



MONS CASINUS, nomen eſt hodie Chriſtiani orbis Archicœnobii celeberrimi, in finibus Felicis Campaniæ contentus, tribus circiter paſſuum millibus in altum aſſurgens. Ibi Divus in Occidente Patriarcha Benedictus Cœnobium condidit, ubi olim B Apollinis Aedes fuiſſe narrantur. Vetus Caſinum oppidum percelebre fuit, quod ad ima montis ædificatū primum tenuiſſe Samnites tradit Varro; *Forumq; Vetus* appellat. Strabo præclaram Latinorum urbem vocat, & 19. ſtadiis à Capua diſtare ſcribit. Plinius in prima numerat Regione, & prodigium, quod ibi accidit, idem commemorat lib. 6. cap. 4. nat. Hiſt. Romanorum coloniam teſtatur Livius lib. 9. & vetus inſcriptio apud Merulam. Cicero pro Planco Municipium appellat. Caſini meminit cum aliis Silius Italicus lib. 12. de bello Punico. Floruit donec Romana res pub. ſtetit; armis deinde, & odio Gothorum devaſtatum concidit, ut nihil hodie tantæ urbis appareat niſi ſemidirutum M. Varronis amphitheatrum, marmora, Inſcriptiones, & columnæ nonnullæ proſtratæ ejus excidium teſtantes. Bertarius 19. Abbas, & Martyr anno 866. veterum Caſinenſium reliquiis ad montis pedem deductis oppidum ædificavit, quod S. Germanum placuit appellare. Veteres Caſinates Chriſtiana C ſacra primum ab Apoſtolorum Principe Petro diſſeminata amplexatos fuiſſe conſtans eſt majorum traditio; nec inani conjectura ducuntur aſſerentes, ab eodem Caſinam Eccleſiam in Cathedralem excitatam, eidem proprium reliquiſſe Paſtorem, cujus nomen, cæterorumque poſt illum uſque ad Severum invidioſam deleviſſe vetuſtatem. Cōſtat enim Severum Caſinenſem Epiſcopum virum ſanctiſſimum ſub Felice III. Papa anno 483. cum finitimis Aquinate, Fundano, Capuano, aliiſque Campaniæ Præſulibus Lateranenſi Concilio ſubſcripſiſſe, alterique ſub eodem Felice Concilio convocato adfuiſſe tradit Petrus Diaconus, qui ejus præclaras virtutes peculiari volumine complexus eſt, cujus etiam meminit Leo Oſtienſis lib 3. cap. 40. Hiſt. Caſin. retulitq; ejus nomini in Caſinenſi monte Eccleſiam conſecratam eſſe. Poſt hunc Severum, neque ante ipſum ſive ex longiori temporū ſerie, ſive ex Gothorum incurſionibus antiquorum Caſinenſium Præſulum memoria intercidit. Theodoricum namque Gothorum Regem, paucis à Severi D morte annis, cum Campaniam totam devaſtaſſet, Caſinumque ſolo æquaſſet, Epiſcopum, populumque deleviſſe pro comperto habetur. Cæterum calamitoſo hoc Caſinenſis Eccleſiæ ſtatu S. Benedictus miſeratus, è Sublacenſi ſolitudine eo divertit, Cœnobium in cacumine montis conſtruxit, veterum Caſinenſium diœceſim excolendam ſuſcepit, fugataque Gothorum Idololatria, oppidanos ad veram patrum Chriſtianam lucem traduxit, Antiſtiti loco divino inſtituto ſucceſſit. Cujus ſucceſſores Abbates canonicæ præſcriptionis, ac Romanorum Pontificum indulgentia ordinariam Epiſcopalem juriſdictionem in ea diœceſi per 800. fere annos impigre exercuerunt, donec Joannes XXII. an. ſalutis noſtræ 1322. Monaſterium in Cathedralem erexit, atq; Epiſcopali dignitate exornavit, propriumque Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectum attribuit anno 1322. 6. Nonas Maji, Pontificatus ſui ann. IX. ut ſequens teſtatur no-

A væ erectionis diploma ab originali deſumptum in Vaticano Regeſto an. 10. Ep. 1636.

JOANNES EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supernus Opifex, ſator cælorum, & univerſæ conditor creaturæ, cæleſtia, & terreſtria ineffabili providentiæ ordinatione diſponens ad inſtar ſupernorum ordinum triumphantis Eccleſiæ inferiorem militantis diſpoſuit hierarchiam, diſtinguens varietate mirabili dignitates, ſecundum ſublimiores, & inferiores gradus, & ordines in eadem, cujus diſpoſitione mirifica ab exordio ſurgentis Eccleſiæ Epiſcopalia gubernacula, utpote in eadem Eccleſia obtinentia ſublimitatem gradus ordinis, ſunt in locis dignioribus, & frequentioribus populis collocata, ut multæ meſſi fidelium ſuperintendens diligens cura Pontificis ipſam verbo dirigat, & exemplo, ac dignitati loci, & populi dignitas reſpondeat Præſidentis. Sane conſiderantes attentius, & intra pectoris clauſtra meditatione ſollicita revolventes, quod tam dominicus populus, quem B *fæcundavit Altiſſimus in terra monaſterii Caſinenſis, quam fideles alij, in certis locis alijs, dictæ terræ contiguis, & vicinis eidem monaſterio ſpirituali juriſdictione ſubiectis, qui alterius diœceſis non exiſtunt, nec retroactis temporibus extiterunt, Epiſcopalis ſollicitudinis curam, & diligentiam exigebant, cum periculum eſſet tanto gregi fidelium in ſingulis caſibus, qui ſunt Pontificalis ordinis, & officij, ad alienos Epiſcopos, & interdum remotos, non abſque multarum animarum periculo habere recurſum, ad ipſum quoque monaſterium, quod confeſſor almus gratia Benedictus, & nomine multipliciter illuſtravit, quod etiam confeſſoris ejuſdem venerando vocabulo inſignitur, cujuſque ſanctiſſimi Corporis ſacra Reliquia inibi venerabiliter requieſcunt, ſpecialiter gerentes devotionis affectum, decens, quin imo neceſſarium fore cenſemus, ut dictum monaſterium, ubi confeſſor præclarus claruit virtutibus, & miraculis coruſcavit, ac normā S. Monaſticæ Religionis inſtituit, quæ propagata per orbem innumeris quaſi à mari uſque ad mare late protenſos produxit palmites, & per incrementa temporum dilatavit, prærogativa ſublimetur honoris, & potioris di*- C *gnitatis eminentia, ſub Epiſcopalis appellatione nominis decoretur. Ex præmiſſis igitur, & alijs ſuadentibus cauſis, quæ ad id noſtrum animum induxerunt, ex certa ſcientia, ac de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ad divini nominis laudem, gloriam, & honorem, ad exaltationem Eccleſiæ militantis, dictum monaſterium in Eccleſiam Cathedralē erigimus, & Epiſcopalis dignitatis titulo inſignimus, decernentes, ut Eccleſia ipſius monaſterij, ſit perpetuis futuris temporibus Cathedralis, & Epiſcopus canonice aſſumendus pro tempore præſit illi, qui quoties in poſterum dictam Eccleſiam in Cathedralem erectam vacare contigerit per electionem, vel poſtulationem canonicam celebrandam per quondam conventum dictorum monaſterij, & Ordinis, quem ex nunc Capitulum ejuſdem Eccleſiæ perpetuis futuris temporibus fore decernimus, aſſumatur. Eadem quoque auctoritate ſtatuimus, ut cum in quondam monaſterium tam in capite, quam in membris, per ſpecialia ſedis Apoſtolicæ privilegia ſit exemptum, & Eccle*- D *ſiæ Romanæ immediate ſubiectum, diverſiſque alijs privilegijs, indulgentijs, Apoſtolicis exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus communitum, d. Eccleſia Cathedralis, Epiſcopus, Capitulum, & Perſonæ ibidem degentes, & omnia membra, officia Eccleſiæ, Caſtra, & bona ipſius ubicumque conſiſtentia, utantur, & gaudeant Privilegiis, exemptionibus, Indulgentijs, libertatibus, & immunitatibus hujuſmodi ſicut prius. Decernimus inſuper, ut in locis ſingulis inſignibus, & non inſignibus tam ſitis in terra, quæ Abbatia Caſinenſis hactenus vulgariter nominabatur, quæ in ſpiritualibus, & temporalibus, quam etiam in locis vicinis terræ prædictæ, quæ in ſpiritualibus tantum monaſterio ſuberant memorato, quæque alterius diœceſis hactenus non fuerunt, & perſonis eorum præfatus Epiſcopus tanquam quivis alius Præſul in propria diœceſi, & in quibuſcunque locis, & perſonis ubicumque conſiſtentibus, ſive ſpiritualiter, & temporaliter, ſive ſpirituali dumtaxat juriſdictione Abbatis, qui pro tempore præfuit regimini, ſive conventus, vel officialibus*

quo-

quundam monaſterij memorati, vel adminiſtrationem habentibus in eudem ſubjectis, idem Epiſcupus ſicut quondam Abbas, & capitulam, & ufficiales prædicti, ſicut prædeceſſores eorum ſimilem omnino juriſdictionem habeant, & exercere valeant in eiſdem, & eo plus præfato Epiſcupo in eiſdem locis ſpiritualiter, & temporaliter, vel ſpiritualiter dumtaxat, ut præmittitur, ei ſubjectis vicinis monaſterio memurato, quæ hactenus alicui alteri Epiſcupu ſpiritualiter minime ſubjacebant, cumpetere debeat, qui in his, quæ ſunt ordinis Pontificalis, & miniſterium conſecrationis deſiderant, largiorem Pontificibus, quam inferioris gradus Prælatis poteſtatem ſacri Canones conceſſerant. Cæterum auctoritate prædicta decernimus, quod inſtitutio, & deſtitutio, viſitatio, refurmatio, & correctio tam in Eccleſia Cathedrali, quam in membris ejuſdem, ubicumque conſiſtentibus, ac buna ipſius quundam monaſterij, quæ ad Abbatem, cunventum, & officiales ſpectabant eoſdem communiter, vel diviſim, ſimili modo ſpectent ad Epiſcopum, Capitulum, & ufficiales prædictos, ac de illis Epiſcopus, Capitulum, & officiales libero diſponeru valeant ſimul, vel ſeparatim, prout coram diſpoſitio ad eoſdem Abbatem, conventum, & ufficiales communiter, vel diviſim antea pertinebat, juribus, & cunſuetudinibus, ſi qua hactenus præfatis Abbati vel ufficialibus, ſeu adminiſtrationem habentibus in Inſtallationibus, præſentationibus, vel inveſtituris Archipresbyterurum, vel Rectorum, aut aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum in Eccleſijs caſtrorum, villarum, ſeu locorum etiam aliarum diœceſum competebant, necnon honoribus, quæ eidem Abbati hactenus, cum ad eadem caſtra, villas, ſeu loca nuviter accedebant, per clerum, & pupulum proceſſionaliter eidem obviam occurrentes in hujuſmodi prucuſſiunibus, & quibuſcunque alijs cunſueverant exhiberi, Epiſcopu Caſinen. qui erit pru temporu, ſicut Abbati, & officialibus, ſeu adminiſtrationem habentibus memoratis, ſicut prædeceſſoribus eorum perpetuis futuris temporibus reſervatis, & integraliter exhibendis. Nulli ergo umnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem umnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apuſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Aviniune 6. Nonas Maii, Pont. noſtri an. 6. &c.

Quadraginta & quatuor omnino annis deinceps Epiſcopalis dignitas Caſinenſis ſtetit, nec proſpero, nec felici eventu, ut Joannes Pontifex ſibi perſuaſerat. Hinc perbellè accidit, ut Urbanus V. ex monacho Cluniacenſi ad Petri ſedem moderandam aſſumptus, Eccleſiæ Caſinenſis ſtatus miſeratus, defunctoque Angelo Urſino Caſinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum poſtremo, Pontificalem dignitatem Caſinenſibus ademit 5. ſui Pontificatus anno, ſalutis vero 1367. iterumque in Epiſcopi locum Abbatem conſtituit, & præfatam Eccleſiam, plenariam, vetuſtamque juriſdictionem ipſius Abbatis ſucceſſorumque ejus curæ, & adminiſtrationi mandavit, hoc condito diplomate, quod extat in eodem regeſto.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Rumanus Puntifex B. Petri cœleſtis clavigeri ſucceſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti, ex ſuperna providentia majeſtatis, in ſuprema ſpecula dignitatis conſtitutus, circa Eccleſiarum, ac locorum Eccleſiaſticorum cummodum, prout ex debitu eidem incumbit, Paſtoralis officii diligenter proſpicit, & intendit, ac eccleſiarum, & locorum eccleſiaſticorum hujuſmodi ſtatum mutat, prout ipſis Eccleſiis, atque locis conſpicit expedire. Sane conſiderantes, & intra noſtri pectoris clauſtra meditatiune ſullicita revolventes, quod Caſinenſis Eccluſia Ordinis S. Benedicti, quam idem cunfeſſor almus, gratia Benedictus, & numine, præfulgore dignitatis immenſa multipliciter illuſtravit, monaſterium antequam in Cathedralem erigeretur Eccleſiam, exiſtebat, & per Abbatem dicti Ordinis regi cunſueverat, & quod, ſi ad monaſterium reduceretur, & per Abbatem regeretur, ipſi Eccleſiæ, ejuſque juribus magna proveniret utilitas, ſuper iis attenta meditatiune intra nus ipſus præhabita, & matura deliberatione ſubſecuta, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis præfatam Eccluſiam ad Monaſterium, & Abbatialem dignitatem, & ad illum ſtatum, in quo erat, tempore, quo in Cathedralem erecta fuit, ut præfertur, auctoritate Apoſtulica reducimus per præſentes. Nulli ergu umnino, &c. Si quis autem, &c.

Datum apud Montem Peſſulanum Magalunen. diœceſis 2. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri an. 5.

Porro de præſtantia, & dignitate Abbatum Caſinenſis eccleſiæ abunde ſummorum Ponrificum, & Imperatorum diplomata paſſim loquuntur. De hujus vero templi varia fortuna Paulus diac. lib. 6. hiſt. D. Gregorius, Petrus diac. de Viris Illuſt. Leo Oſtien. in chronic. Caſin. aliique tum vetuſti, tum recentiores ſcriptores non jejune ſcripſerunt. Sed qui majorem cognitionem deſiderant, M. Antonium Scipionem pium monachum Caſinenſem legant, qui nuper opus inſcripſit, edíditque erudite Abbatum Caſinenſium elogia, ubi ejuſdem ecclesię prærogativas, dignitates, variaſque fortunas à primo fundationis tempore, ad noſtram uſque ætatem recenſet, commemoratque Epiſcopos, qui in ea præfuerunt, quorum ſeriem tum ex ipſo, tum ex Regeſto Vaticano, aliiſque ſcriptoribus nos ſequentem concinnavimus, quam præter voluntatem in primo noſtro tomo hujus noſtræ ſacræ narrationis prætermiſimus.

ADDITIO

(,, *Hodie quuque, licet in Caſinu extincta ſit Epiſco-*
,, *palis dignitas, Epiſcupali tamen juriſdictiune in Diœ-*
,, *ceſim utitur Caſinenſis Abbas. Princeps ejus ſedes eſt*
,, *ipſum Caſinenſe Archicœnobium, ejuſque Baſilica D.*
,, *Benedicto ſacra, plurimis iiſque nubiliſſimis reliquiis*
,, *locupletata. Inibi Lector Theulogiæ ſcholaſticæ totius*
,, *Diœceſis Pœnitentiarius eſt. Caſinaten. autem Mona-*
,, *chi ſunt quaſi Canonici, & præcedunt nedum omnem*
,, *Clericum Diœceſis, ſed etiam dignitates, & Canoni-*
,, *cus inſignis Cullegiatæ S. Germani. Diœceſis veru, quæ*
,, *hoc tempure cum omnimoda ſubjectiune Abbatis Caſi-*
,, *nenſis ad inſtar Epiſcoporum veneratur arbitrium, ab*
,, *ipſa exurdium ſumit civitatu S.* Germani, *in qua 4.*
,, *millia circiter hominum capita, inſignis Collegiata S.*
,, *Salvatoris, ſeu S. Germani cum 4. dignitatibus Ar-*
,, *chipresbyteratu ſcilicet, Archidiaconatu, & duobus*
,, *Primiceriis, 14. Canonicis, qui umnes ex indulto Urba-*
,, *ni VIII. almutiis utuntur, atque 8. aliis inferioribus*
,, *Presbyteris Semicanunicis nuncupatis. Reliquum*
,, *diœceſis conficiunt Terræ, ſeu Oppida*: Turculum,
,, Rocca Evandri, Cucututium, S. Ambroſius, S. An-
,, dreas, S. Angelus, S. Apollinaris, Pignatarium, S.
,, Georgius, Vallis frigida, Caſtellum novum, S. Pe-
,, trus in Curulis, Serracniſcum, Bellimons, Caſale
,, Cairæ, Vallis rotunda, S. Elias, Cerbarium, S. Vi-
,, ctor, S. Petrus in fine. *Sed & hæc Epiſcupalis juriſdi-*
,, *ctio Caſinenſis Antiſtitis ulterius procurrit in diſſi-*
,, *tas partes, & in gremium penetrat aliorum Epiſcopo-*
,, *rum. In Comitatu Moliſii* S. Petrum de Avellana, &
,, Peſculum ad Iſerniam: *in Apruzio* Faram filiorum
,, Petri, Serram Monachorum, Olivetum, Vallem re-
,, giam, Civitellam, Villectam, & Peſculum Con-
,, ſtantii; in *Calabria* Cetrarium cum Caſale S. An-
,, geli, & feudo Fellæ *ſibi vindicat. Ejuſdem juris plu-*
,, *rima feuda recenſentur, nobilia nuncupata, & ſunt feu-*
,, *dũ* Vallis Lucis, S. Petri ad Monaſteriũ, ſeù civitas
,, Caſini diruta, Murtulæ, Vãdræ, Juncturæ, Plumba-
,, riolæ, Villæ ſeù Turris S. Gregorii, *aliaque multa*
,, *mudo exciſa, quæque habitatoribus carent.* Atque hæc
,, omnia, aliaque loca cum jure capitis & ſanguinis,
,, Mero mixtoque imperio Caſinenſi Monaſterio ſu-
,, biiciuntur. *In alienis diœceſibus quamplurimas etiam*
,, *habet omnimodi ſui juris Eccleſias Caſini Abbas, &*
,, *in his privativè quoad Epiſcupos ſuam implet juriſ-*
,, *dictionem. Extant Tropeæ Eccleſia* S. Mariæ de In-
,, ſula, *Cajetæ illa* S. Scholaſticæ, *Capuæ tres Parochia-*
,, *les, Talleacotii Diœceſis Marſicanæ, SS.* Damiani
,, & Coſmæ, & S. Mariæ de Sorbo, *Palatioli Aquina-*
,, *ten. Diœceſis* S. Mariæ, *Anglonis Treventina Diœceſis*
,, ea S. Angeli &c. *Cæterum nihil deeſt Caſinenſi Diœ-*
,, *ceſi perfecti decoris: adeſt enim Seminarium* 24. *alu-*

,, *mnos*

,, *mnos alens, plura diverſorum Ordinum Cœnobia, u-* A
,, *num Monialium, Laicorum ſodalitia, Xenodochia,*
,, *& vice montis Pietatis plures montes frumentarii :*
,, *Tota hæc Diœceſis ad* 30000. *habitatores enumerat.*
,, Lucentius.)



B

I. 1. ODDO de Sala è primaria Piſanorum nobilitate Ord. Prædicatorum vir memorabilis Archiepiſcopus Piſanus, electus Patriarcha Alexandrinus, Ludovico Bavaro Imp. infeſtus, Joannis XXII. Præcipuus fauctor, à quo anno 1322. 6. Non. Maii conſtitutus eſt Eccleſiæ Caſinenſis Commendator, ex Regeſto Vaticano; quam cum ille egregie pene ad annum adminiſtraſſet, in ipſo ſacro Monte diem ultimum obiit 1323. (1) ſepultuſque eſt in ipſa noviter erecta Cathedrali eccleſia, de quo plura in Archiepiſcopis Piſanis in 3. tomo.

II. 2. RAYMUNDUS ex Priore de Poredo Cluniacenſis Ordinis Edvenſis diœceſis, ſecundus Caſinenſis Epiſcopus eligitur ab eodem Joanne XXII. 5. id.
1324. Aprilis anno 1324. 4 anno Pontificatus 10. ut in Regeſto Vaticano legitur; ab eodem Pontifice Avenione conſecratur, à quo Campaniæ, & Maritimæ rector, & comes renunciatus eſt. Hic, teſte Scipione, in Vico S. Petri excitato prænobili palatio ſuam ibi ſedem, ac domicilium fixit. Aliud item non minoris ſumptus, & amplitudinis Neapoli erexit, quo poſtea Olivetani monachi ab Henrico Caſinate Abbate impetrato, celebre monaſterium eodem in loco ſubſtruxerunt. Germanenſes decimas perſolvere detrectantes, diris devovit Romani Pontificis diplomate, lata in eos excommunicatione roborato. Morum & diſciplinæ regularis culturam in ſacro ſodalitio promovit. diem obiit Kalendis Auguſti anno 1340.

III. 3. GUIDO natione Gallus, ex Præpoſito eccleclesiæ Anicienſis, & Benedicti Papæ XII. notario in locum demortui Raymundi creatur Epiſcopus Caſinenſis ab eodem anno 6. Pontificatus 8. Id. Novemb. ſalutis vero 1340. ut tradit Regeſtum Vat. epiſt. 387. Is, ut inquit Scipio, neque diu, neque tranquillo animo duplicem Epiſcopi, & Abbatis dignitatem retinuit. Difficilis, breviſque magiſtratus cauſam attulere Antonius Gallutius, & Jacobus Pignartarius miles, & Eccleſiæ Caſinenſis vaſſallus, qui theſauro Caſinenſis Eccleſiæ aſportato minime contenti, caſtella inſuper monaſterii per vim, & nefas tyrannico more occupata, plures deinde annos habuerunt in poteſtate. At Pagus S. Petri in Curulis, quem per eos dies Matthæus Brancatius iiſdem artibus ſibi vindicaverat, nunquam poſtea eſt Monachis reſtitutus. Guido igitur tum his, tum aliis adverſæ fortunæ procellis jactatus, robore atque animo impar exceſſit è vivis 4. Nonas Aug. anno 1341. Obiiſſe vero apud Avenionem teſtatur Regeſtum Vat. Benedicti XII. in bulla electionis Racherij.

IV. 4. RACHERIUS, ſive Ratherius, vel Richerius natione Gallus, Epiſcopus Vaſionenſis, ad hanc Caſinenſem Eccleſiam translatus eſt à Benedicto XII. 6. Id. Octob. anno 1341. ex Vatic. Reg. tom. 7. epiſt. 353. præfuit ad ann. 1343. quo è vivis exceſſit 3. Kalend. Martii apud Tarentum.

5. STEPHANUS de Gambarutis, aliàs Albranti, Gallus, Abbas monaſterii Cellenſis Tricaſinæ diœceſis Ord. S. Benedicti, & Clementis VI. Theſaurarius, Epiſcopatu Caſinenſi ab eodem donatur an. 1343. Id. Martii, ex Reg. Vatic. epiſt. 92. an. 1. Sedit an. duobus, translatuſque eſt ad Eccleſiam S. Pontii Tomeriarorum in Gallia ann. 1345. Id. Februarii per obitum Raymundi; demum factus eſt Archiepiſcopus Toloſanus 1350. quo tempore juſſu Urbani V. corpus S. Thomæ Aquinatis de monaſterio Foſſæ novæ Toloſam allatum fuit 1368. Laudatur Stephanus à Scipione, quod jura omnia, & quoſcunque redditus Caſinatis Eccleſiæ ſumma diligentia perveſtigaverit, quod poſteris inſigni adiumento fuit, ad prædia complura, cenſus annuos, ac penſiones recuperandas. Ejus meminit præter Vaticanum Regeſtum Claudius Robertus & Joan. Chenu. V.

6. GUILLELMUS (,, *Gallus*,) Brunduſinus Archiepiſcopus transfertur ad Caſinenſem Epiſcopatum à Clemente VI. anno 1345. 7. id. Aprilis. Præfuit triſtibus magis, quàm lætis temporibus; horribili enim terræmotu Caſinenſem Baſilicam, quam olim Deſiderius Abbas ædificaverat, totumque cœnobium ſolo æquatum propriis uſurpavit oculis; peſtis ſubinde, & fames ſubſecutæ; ſibi ſubiectos populos iniquo fato ſublatos conſpexit. Apoſtolici Nuncii, ac Collectoris munere functus eſt in Regno Siciliæ citra Pharum, Rectorque fuit Beneventanæ civitatis eodem an. 1353. quo ad Epiſcopatum Tarbienſem ſub Auſinorum metropoli translatus eſt ab Innocentio VI. 15. Kal. Junii Pontificatus I. in locum defuncti Petri, ut narrat epiſt. 35. fol. 68. Reg. Vatic. Porro Guillelmus ante Caſinenſem præfecturam Tranenſis, Brunduſinus, & Oritanus fuerat Archipræſul; tandem mortuus eſt Tranenſis Epiſcopus in Gallia. VI.

C

7. FRANCISCUS olim Corphienſis, tunc Cluſinus in Hetruria Epiſcopus, poſt Guillelmum ad Tarbienſem eccleſiam translatum, Caſinenſi Eccleſiæ præficitur ab Innocentio VI. die 15. Junii 1353. extatque translationis diploma in Reg. Vat. epiſt. 38. fol. 70. anno I. Pontificatus. (2) Præfuit annis duobus, viribuſque ſolutus ſpiritum creatori reddidit an. 1355 VII.




D

8 Fr. ANGELUS hujus nominis primus, ex Acciajola gente apud Florentinos clariſſima, Ordinis Prædic. inſignis olim Aquilanus Præſul, mox Florentiæ Epiſcopus, ad hanc ſedem Caſinenſem promotus eſt ab Innocentio VI. anno 1355. Præfuitque annis 2. menſibus 3. diebus 7. Neapoli vivere deſiit ann. 1357. ibique ſepultus, cujus vitam conſcripſit Jo. Carolus, de quo vide, quæ diximus in 3. tom. in Epiſcopis Florentinis. VIII.

9. ANGELUM Angelo ſucceſſiſſe quemdam Soranum Caſinen. Monachum tradit (3) Scipio in catalogo, IX.

(1) Oddonis obitum reiicit Ughellus in an. 1333. Verum vitam ulterius produxiſſe ex Archivo Caſinenſi edocemur; in eo enim habetur Inſtrumentum ejus auctoritate emanatum an 1325 *Lucent.*
(2) Ad Florentinam deinde Eccleſiam translatus eſt ann 1355. Ubiique Avenione an. 1361. Vide quæ referat Auctor in Florentinis, atque Cluſinis ex Append. tom. 7. de hoc Franciſco. *Luc.*
(3) Angelum hunc de Poſta ab Innocentio VI. huic ſedi attributum an. 1357 diverſum à primo, & tertio fuiſſe certam fidem facit Caſinenſe tabularium; in quo plurima ejuſdem habentur acta: idque præcipuè habetur ex ejus literis ad favorem Nepotis, quæ incipiunt: *Fr Angelus permiſſione divina Epiſcopus Caſinenſis &c. Dilecto nobis in Chriſto Antonio nato Chriſtophori de Poſta Nepoti noſtro Canonico majoris Eccleſia S. Germani &c.* In Emortuali Caſinenſi notatur ejus obitus an. 1362. *Luc.*

go, quem II. nominat, addiditque poſt hunc alterum ejuſdem nominis tertium. Nos vero neque in regeſto Vat. neque in libris promotionum, & oblig. Prælatorum præter duos Angelos Acciajolum ſcilicet, & Urſinum, neminem alium invenire potuimus. De hoc igitur Sorano Angelo fides apud Scipionem eſt, qui etiam tradit hunc baſilicam, & monaſterium magna ex parte nobilibus ædificiis reſtituiſſe, ſanctiſſimi Berthàrii martyris exuvias ab Exedra in templum translatas ſub ara maxima honorifice collocaſſe; lucis hujus uſuram terminaſſe tradit anno 1361.



X. 10. ANGELUS Urſinus Romanus, & natalium claritudine, & virtutum prærogativa illuſtris eligitur ab Innocentio VI. in defuncti Angeli *a* Acciajoli locum anno 1357. de quo ſæpe mentio in lib. obligationum, cum ſolitum ſubſidium pro ſe, ſuiſque prædeceſſore Franciſco, deceſſoreque Angelo Apoſtolicæ Cameræ ſolveret; qui præfuit eximiè annos omninò ſex. Oppidum Citarii quorundam tyrannide 16. annis oppreſſum, in libertatem, ditionemque Monachorum aſſeruit. Eſt autem Citarii locus, teſte Scipione, caſtrum in Calabria nobile, quod Sigelgaita Roberti Calabriæ Ducis uxor ſingulari in D. Benedictũ ſtudio, ac religione intẽta, Caſinenſi monaſterio, præter alia plurima, ac pretioſiſſima munera, Deſiderio Abbati devoverat. Fato occubuit apud Caſinum ann. 1363 *b*. ſepultuſq; eſt in maximo templo. Eo defuncto Urbanus V. decrevit Caſinenſem Eccleſiam, extincta Epiſcopali, ad priſtinam Abbatial. dignitatem revocare. Id antequam præſtare aggrederetur, has literas ſuæ teſtes voluntatis evulgavit.

a De Poſſe.

b 1366. 7. Idus Mart. Ex Necrologio Caſinen.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad futuram rei memoriam.

Cogit neceſſitas facienda reparationis vener. Eccleſia Caſinenſis, & inducit veneranda devotio B. Benedicti Abbatis, in cujus regula fuerimus ab annis teneris enutriti, ut ad reparationem eamdem faciendam celeriis favores Apoſtolicos impendamus. Dudum ſiquidem ad reparationem, & alias ad utilitatem dicta Eccleſia Caſinenſis proprio paſtore carentis multipliciter in ſuis ædificiis, & officinis collapſa, præcipuis affectibus intendentes, ipſam Eccleſiam ad manus noſtras, & ſedis Apoſtolica poſuimus, & proponimus aliquanto tempore retinere. Ut igitur ipſa Eccleſia eo citius reparetur, quo à pluribus oneribus fuerit relevata, eam ab omnibus impoſitionibus decimarum, & ſubſidiorum per dictam ſedem factis, & in poſterum faciendis, ac procurationibus legatorum, & nunciorum ipſius ſedis toto tempore, quo Eccleſia ipſa in manibus noſtris, & dicta ſedis exiſtet, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium eximimus, abſolvimus, ac etiam liberamus, volentes, ac concedentes, quod omnia, quæ à tempore obitus bona memoriæ Angeli Epiſcopi Caſinenſis ex ipſius Eccleſia redditibus, & proventibus provenerunt, & deinceps quamdiu Eccleſia erit in dictis manibus, ut præfertur, provenient, ſupportatis neceſſariis oneribus ipſius Eccleſia, fabrica memorata Eccleſia applicentur, &c.

Datum, &c.

Tres omnino annos per Apoſtolicos miniſtros Urbanus Caſinenſem Eccleſiam adminiſtravit, rebuſq; bene compoſitis in Epiſcopi locum Abbatem, eandẽque Eccleſiam ipſius Abbatis curæ, & adminiſtrationi ex antiquiſſima in D. Benedicti regula, tum loci ipſius conſuetudine moderandam, regendamque commiſit anno 1367. ut ſupra ex diplomate ejuſdem Pontificis docuimus. Cæterum primus Abbas, poſt extinctam Epiſcopalem dignitatem, qui Caſinenſibus præfuit, Bartholomæus Senenſis patria fuit, vir tanto munere dignus, qui cum biennium in adminiſtratione expleſſet, repentina morte oppreſſus locum reliquit Andreæ Faventino Olivetani Ordinis celebri monacho; poſt hunc Petrus de Tartaris Romanus ejuſdem Ordinis alumnus Caſinenſem præfecturam ſuſcepit, cujus acta meminimus in hoc primo Tomo.

CASTRI
EPISCOPI. (*c*)

c Series Caſinenſium Epiſcoporum S. Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubditorum ex tomo 6. ubi ſub Archiepiſcopis Rheginenſibus illam refert Ughellus, eſt petenda, hincque loco hic inſerenda.



CASTRUM, Etruriæ Civitas, olim in antiquis Faliſcis, hodie in Patrimonio, cavernoſum Montem ſedem delegit, infrequens habitatoribus, anguſtiſque muris concluſa, exciſæ magis, quàm juſtæ Civitatis ſpeciem præbens. Caſtri originem antiquiſſimam fuiſſe oportet, tametſi perobſcuram, cum nullus omninò Auctor reperiatur, neq; citimus, neq; remotus, neque recens, neq; antiquus, qui ejuſdem originem, ſundatoris claritudine nobilitatam cum laude protulerit. Quia tamen poſt antiquæ Volſciæ civitatis ruinam, ut fert opinio, huc translata Epiſcopalis eſt dignitas, & ab immemorabili obtinuit Præſulem, qui ſacrorum eſſet Antiſtes, uſus obtinuit, ut diceretur civitas. Cæterùm cum nulla adeo obſcura civitas ſit, quam non aliqua prærogativa illuſtret; ad perennem laudem ſat Caſtro fuerit, unum Paulum juris conſultiſſimum protuliſſe, cujus juriſprudentia, Aſtræa ſcelerum mortalitatis pertæſa, iterum in cætus hominum revocari poſſe videtur. Epiſcopus Caſtrenſis Romano Pontifici immediatè ſubeſt, ſatiſque ampla juriſdictione gaudet. Cathedralem Eccleſiam elegantis ſtructuræ triplici columnarum ordine conſtructam, ac S. Savino Martyri dicatam habet. Aſſervatur ſub maiori Altari corpus S. Bernardi, & maxilla S. Savini Epiſcopi. In ea eſt unica dignitas Archidiaconatus, & octo Canonici, aliique clerici, & beneficiati. Animarum curæ ſolus Archidiaconus incumbit. Una tantùm in civitate adeſt Ordinis S. Franciſci Conventualium Regularis domus; reliqua pietatis ornamenta deſiderantur. Fructus hujus Eccleſiæ taxantur in lib. Cameræ Apoſtolicę ad florenos 20; verus valor ad 1000. ſcuta Romanæ monetæ aſcendit. Diœceſis cuncta octo circiter oppidis, inter quæ Latere nobile recenſetur, ex quo nonnullos illuſtres viros prodiere.

ADDITIO.

(„ Hæc urbs, quæ pleniſſimi dominii Farneſiorum „ Parmæ Ducum cum ampla ditione Caſtrenſis ducatus „ erat, tandem excidit, abiitque in irrevocabile dominium Romanorum Pontificum. Ob cadem enim Caſtrenſis „ Epiſcopi Innocentius X. bello ſubegit Caſtrenſem urbem, à fundamentis diruit, & ſolo æquavit, & nomine „ Cameræ Apoſtol. poſſeſſionem adivit utriuſque Farneſiani dominii Caſtri & Roncilionis, vigore, præter alios titulos, contractus venditionis inter ſũmi Pontificis „ Theſaurarium, & miniſtros ipſius Ducis Parmenſis „ Romæ libere ſtipulati. Contractum hujuſmodi recognitum ab Alexandro VII. initum cum ſede Apoſt. & „ Odoardo Parmæ Duce, ut ejus creditoribus ſatisfieret „ & judicum decreto irrevocabiliter ſpoliando, niſi in-

,,fra octo annos æs alienum perſolveret, elapſo tempore, ,, & conditione non impleta Camera Apoſt. omnibus ſacro Conſiſtorio ſolemniter actis, adjudicavit, & Conſtitutioni B. Pii V. de non alienandis bonis Eccleſiæ ,,ſubjecit. Succeſſit loco Civitatis Caſtrenſis Epiſcopale ,,regimen in Oppido Aquapendētis, de quo infra. Luc.)

Horum Præſulum ſeriem, ut ſolito diligenti conatu, è diverſis ſcriptoris eruimus, tum verò maximè nobile Archivium Abbatiæ S. Salvatoris montis Amiati Ordinis Ciſtercienſis; maximam nobis ſcribentibus prætulit lucem, cum qua Caſtrenſes Epiſcopi Lateræ oppidi juriſdictionis cauſa continentes propemodum, graveſque lites exercuerunt.

I. ,, CUSTODITUS *Caſtro Valentanæ Epiſcopus ,, deſcribitur, & antiquior ſe nobis offert è Concilio ,, Rom. an. . 30. Velentanum quippe, ſeu Valentianū, aliis ,, Valentanū præcipuum oppidum Caſtrenſis ducatus nunc ,, Diœceſis Montis Fluſconis non incongruè cognomentum ,, adjecit aliquando Caſtrenſi Epiſcopo; produnt ejus loci ,, monimenta Epiſcopos ſæpius illuc divertiſſe, ibique ,, jura Epiſcopalia exercuiſſe.* Luc.)

II. (,, JORDANES *Caſtrenſis pariter Epiſcopus in ,, Rom. Synodo ſubſcribitur ann* 853. *Hinc patet longe ,, ante Bernardum Caſtrenſes Epiſcopos fuiſſe: & ſi Ber- ,, nardus fuit Volſciæ primo Epiſcopus, non obveniſſe Ca- ,, ſtrenſibus dignitatem Epiſcopalem ex Volſciæ ruinis.* ,, Lucentius.)

III. 1. B. BERNARDUS patria Balneoregenſis, primus Caſtri Epiſcopus, ultimuſque Volſciæ civitatis à Romanis ſolo æquatæ. Cujus venerabile corpus in Cathedrali huc uſque incorruptum aſſervatur, veneraturque tanquam D. Tutelaris à populis; de quo Marianus Ghezzus in lib. de ſalubri aere Caſtrenſi. Hic ille forſan Bernardus, ſeu Berardus eſt Caſtrenſis Epiſcopus qui cuidam conſtitutioni Othonis Imperatoris ſubſcriptus reperitur an. 964. Leone IV. ſedēte.

IV. * 2. BENEDICTUS Caſtri Epiſcopus intereſt Synodo à Benedicto IX. Papa Romæ celebrato ann. 1015. ut ſupra retulimus.

* Ex App. tom. 2.

V. * 3. ALBERTUS Caſtrenſis Epiſcopus interſuit ſynodo Romæ habitę à Benedicto IX. Papa an. 1036. die 9. Nov. Ind. 5. cujus fragmentum retulimus in Appendice ad Peruſinos Epiſcopos.

* Ex App. tom. 3.

VI. 4. PETRUS Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III Pontifice anno 1179.

VII. 5. N.... Epiſcopus Caſtrenſis, ad quem Innocentius III. Pontifex Max. in favorem Abbatis S. Salvatoris Montis Amiati literas dedit Pontificatus ſui an. 4. ann. verò ſalutis 1201.

VIII. 6. Fr. ROGERIUS Calcagnus *a*, Florentinus, S. Dominici Alumnus Doctor, ac ſuis temporibus Concionatur egregius. Hic renunciatus Caſtri Epiſcopus, primus in Etruria contra hæreticam pravitatem Quæſitor fidei fuit. In gratiam Philippi Regis Francorum de vitiis, atque virtutibus Etruſca lingua vulumen compoſuit, interſuitque Lugdunenſi Concilio ſub Innocentio IV. celebrato. Ejus memoria extat in Archivio Abbatiæ S. Salvatoris de Monte Amiato. Anno enim 1244. gravem, diuturnamque litem inter prędictam Abbatiam, ſuamq; Eccleſiam conſultò compoſuit. Deceſſit Aretii, ut quidem aſſerit Archangelus Gianus *b* in catalogo illuſtriū ſcriptorum Florentinorū; tametſi fide labatur, dum ejuſdem obitum rejicit in annum 1290. ſiquidem an. 1274. fato functus. Angelum, qui ſequitur, ſucceſſorem habuit.

a Calcagninus vocatur à Poccianti de Script. Floren. p. 159. De eo etiam tractat Fontana in Rom. Prov. p. 111. Mand.

b Michael Poccianstius.

IX. 7. ANGELUS ſcribit ad Abbatem Montis Amiati, cum lis inter eos ferveret, de Eccleſia S. Petri de Latera 1274.

X. 8. HERMANNUS, electus 1278. idus Julii, à Nicolao III. ex regeſt. Vatic. ep. 100. fol. 26. Obiit ſub Martino IV. Poſt cujus exceſſum à Capitulo eligitur Chriſtophorus Prior ſecularis Eccleſiæ de Sanctiano Apoſtolicus Capellanus, qui noluit conſentire: inde quemdam Fr. Leonardum de monte Flaſcone elexerunt, qui ſimiliter electioni ceſſit; iterumque reſtauratis comitiis eumdem Leonardum poſtularunt, qui paulo poſt diem clauſit extremum, antequam con-

A firmaretur. Tandem via compromiſſi Bernardum ſequentem poſtularunt, quem confirmavit Honorius, tranſtulitque ab Eccleſia Humanatenſi.

9. BERNARDUS Epiſcopus Humanatenſis ab Honorio IV. anno 1285. 8. Kal. Maii huc translatus eſt, ex reg. Vatic. ep. 17. fol. 7. Hic Bernardus in lite S. Petri de Latera, cum Joachini ſententiam Monachis Amiatinis favorabilem haud probaret, iterum ad Apoſtolicam ſedem provocavit ann. 1287. Deceſſit autem 1294. XI.

10. RUFINUS *Patria Placentinus Ord. Præd. vir inſignis literaturæ, Epiſcopus Montis Martanenſis, ad hanc translatus à Bonifacio VIII. anno 1295. 5. Idus Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 460. fol. 108. XII.

* Ex App. tom. 2.

11. PETRUS Eccleſiæ S. Matthæi de Viterbio Canonicus, defuncto Rufino à Clemente V. electus 1308. 7. Idus Aprilis reg. Vatic. ep. 316. fol. 60. Conſecratur in Curia per Petrum Epiſcopum Sabinenſem. Obiit anno 1309. XIII.

12. JACOBUS Canonicus Patracenſis, ſucceſſit XIV.

B Petro, ab eodem Clemente creatus an. 1309. 3. Idus Aprilis, reg. Vatic. ep. 226 fol. 44. an. 4. translatus inde fuit ad Eccleſiam Nolanam an. 1311.

13. Fr. GREGORIUS * de Bonfiliis, Nobilis Senenſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſubſtituitur in locum Jacobi, ab eodem Clemente V. ann. 1311. 7 Idus Maii Reg. Apoſt. ep. 411. fol. 98. anno 6. Obiit an. 1321. poſt hunc Joannes XXII. Alemanum electum Amelienſem Epiſcopum huc tranſtulit, ſed hujuſmodi translatio non habuit effectum, remanſitque Alemannus Amelienſis Epiſcopus. XV.

* Ex App. t. 7.

14. Fr. PETRUS Ordinis Eremitarum S. Auguſtini anno 1321. ad hanc ſedem evehitur à Joanne XXII. eodemque anno 1321. die 21. menſis Decembris litem quandam diremit, quæ inter Caſtrenſem Eccleſiam, memoratamque Abbatiam Amiatinam de Cathedratico S. Petri de Latera diuturniori onere vertebat, in eoque archivo ejus compoſitæ litis ſcriptura diligentiſſimè aſſervatur. XVI.

15. Fr. JACOBUS electus eſt à Jo: XXII. 1331. XVII.

C ex lib. proviſionum Prælatorum. Obiit 1352.

16. STEPHANUS Epiſcopus Tapſaronenſis, ad hanc Eccleſiam translatus à Clemente VI. an. 1352. 11. Kal. Novembr. Ejuſdem literæ ſcriptæ reperiuntur ad Abb. Amiatini Monaſterii an. 1361. die 23. menſis Julii. Obiit Kal. Maii 1363. XVIII

17. RAYMUNDUS Decanus Eccleſiæ de Barlacco, eligitur ab Urbano V. in locum demortui Stephani, caſſata electione Pauli Guiduccii Archipresbyteri Civitatis Caſtellanæ à Capitulo celebrata, 7. Kal. Junii 1363. ex reg. Vat. XIX.

18. PAULUS Caſtri Epiſcopus, Apoſtolicæ Cameræ, quicquid debuerat, diſſolvit anno 1365. die 4. menſis Februarii. XX.

19. JOANNES Paulo ſucceſſit, cujus mentio habetur in lib. Cameræ Apoſtolicæ. (,, *Abiit Joannes ,, iſte in partes Pſeudo-Clementis pluries deponendo contra electionem Urbani VI. ut prodit Baluzius variis in ,, locis in ſuis notis ad Vitas Paparum Aven. Videſis in ,, ejus Indice in verbo* Joannes Epiſcopus Caſtrenſis XXI.

D ,, t. 1. Lucent.)

20. ANGELUS (1) ex eiſdem Cameræ libris, reperitur Caſtrenſibus jus divinum dixiſſe. XXII.

21. JOANNES ex ejuſdem lib. demortuo Angelo ſuffectus eſt. XXIII

22. BENEDICTUS ab IX. Bonifacio declaratus eſt, poſt exceſſum Joannis, hoc eſt anno 1394. die 12. menſis Aprilis. Hic pro tribus ſuis prædeceſſoribus Angelo ſcilicet, Joanne, alteroque Joanne, Cameræ Apoſtolicæ ſolitum tributum perſolvit, ex eodem lib. Deceſſit autem Benedictus anno ſequenti 1395. XXIV

23. SIMEON à Bonifacio IX. electus anno 1395. cui idem Bonifacius poteſtatem fecit, ut à quovis Catholico Epiſcopo, qui ei collibuiſſet, inaugurationem poſſet accipere, ex eodem lib. XXV

(,, IOANNES *an. 1409. miſit procuratorem ad ,, Concilium Piſanum ob tollendum ſchiſma celebratum,* XXVI

,, *he*

(1) Forſitan hic ille Angelus Michael Gozzadinus, Nobilis Bononienſis, qui obiit Romæ Epiſcopus Caſtrenſis an. 1384. uti aſſerit Creſcentius in Corona Nobilitatis Ital. par. 2. pag. 418. nec non Alidoſius de Epiſcopis Bononien. pag. 33. Mand.

„ *ut patet ex Harduini Concil. editione tom.* 8.)

XX VII. 24. PETRUS 1422. florebat, ut ipſe ejuſdem quandam epiſtolam Senenſi Reipub. miſſam oculis uſurpavi, die 10. menſis Iunii, quæ litera diligentiſſimè aſſervatur in archivo Bichernæ.

XX VIII. 25. ANGELUS, floruit ſub annum 1429. die 3. menſis Martii. Ejus mentio extat in libro Cameræ Apoſtolicæ.

XXIX. 26. PETRUS deceſſit anno 1432.

XXX. 27. GERARDUS Narchettus Præpoſitus S. Marci Interamnenſis, ab Eugenio IV. electus eſt an. 1432. 10. Kal Auguſti, ex actis Conſiſtor.

XXXI 28. ANGELUS obiit anno 1437.

XX XII. 29. MARCUS Caballus Prior ſecularis Eccleſiæ S. Mariæ de Caſtello electus 1437. 3. idus Decembr. ex lib. proviſ. Prælat.

XX XIII. 30. THOMAS electus eſt à Callixto III. an. 1455. 5. die menſ. Novemb. *a* ex eod. lib.

a Decemb.

XXX IV. 31. ANTONIUS 1464. deinde tranſlatus eſt ad Eccleſiã Civitatis Caſtellanæ, atq; Hortanæ an. 1467.

XX XV. („ Fr. DAVID *de Forte brachio Ord. Min. electus* „ *an.* 1467. 3. *Kal. Novemb.* Luc.)

XX XVI. 32. IACOBUS de Romanexio è Foro Triventinorum electus anno 1467. hujus multæ literæ extant ad Senatores Senenſes ſcriptæ, quæ in archivo Bichernæ adhuc viſuntur.

XXX VII 33. MICHAEL anno 1478. ex eodem Archivo.

XXX VIII. 34. BERNANDUS à Sixto IV. electus eſt 1484. 16. Kal. Martii, ut habent acta Conſiſt.

XX XIX. 35. GEORGIUS, („ *Epiſcopus jam Satrianenſis,*) ſubiectus eſt ab Innocentio VIII. 1491. 18. Kal. Iulii *b*. Caſtri defunctus eſt 1503. acta Conſiſt.

b 22. Junii ex Actis.

XL. 36. DONATUS („ *Strineus* ,) Archipresbyter Caprarolæ, Georgio ſucceſſit die 2. *c* menſis Julii an. 1503. qui deinceps tranſlatus eſt ad Eccleſiam Iſclanenſem die 8. menſ. Jan. 1504. acta Conſiſt.

c Die 5.

XLI. 37. BERNARDINUS de Leis Romanus in utroque jure conſultus, S Joannis in Laterano Canonicus, („ *mox Epiſcopus Iſclanus* ,) electus die 8. menſis Januarii an. 1504. die verò 16. ejuſdem menſis nondum conſecratus ad Eccleſiam Lavellinam tranſlatus eſt; deinde die 23. menſis Februarii ejuſdem anni Callianum Epiſcopatum obtinuit, itaut plus minus menſe tribus titulis diverſarum Eccleſiarum condecoratus, quarum opulentiorem excoluit uſque ad mortem. Acta Romana.

XLII. 38. BERNARDINUS Scannafora Epiſcopus Lavellinus, ad Caſtenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ex ſuptamemorati Epiſcopi voluntaria ceſſione, die 19. menſ. Jan. an. 1504. acta Conſiſt. („ *Anno* 1512. „ & 1513. *interfuit Concilio Lateranenſi.*)

XLIII. 39. TITUS Magnus, Caſtri defunctus eſt (1) 1521.

XLIV 40. Fr. GABRIEL Anconitanus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Theologus, ac Papæ Sacriſta, atq; Archiepiſcopus Dyrrachienſis ex titulo, ad Eccleſiã Caſtrenſem tranſlatus eſt anno 1511. (2) poſtrema die menſis Aprilis. Quam quidem Eccl. ſemper abſeos adminiſtravit per ſeptem an. ac deinceps, cum regreſſu tamen, eo munere ſe exolvit.

XLV 41. GREGORIUS *d* Ubertus, à Leone X. creatus eſt an. 1518. (3) die 12. menſ. Apr. Sedit annos decem.

d Georgius. Ex Actis.

XLVI 42. LEO Leonius *e* Romanus, electus an. 1529. die 17. menſ. Auguſti. (4)

e Sive Leonicus.

XL VII. 43. Fr. ÆGIDIUS Card. Viterbienſis, Eccleſiæ Caſtrenſis Adminiſtrator fuit ann. 1531. die 30. menſ. Ianuarii, poſtque tres menſes eo munere libens, volenſque abivit.

XL VIII. 44. FRANCISCUS de Boſchenſis, Pandulfi filius, Card. Ægidii familiaris, electus an. 1532. die 17.

A menſ. Aprilis. Deceſſit autem 1535.

45. LUDOVICUS Magnaſcus, ex Oppido S. Floræ Francisco ſuffectus eſt an. 1535. die 24. menſis Septembris; anno vero 1543. ad Aſſiſinatem Eccleſiam tranſlatus eſt. XLIX.

46. HIERONYMUS Machabæus *f* Capellanus Pontificis Major Pauli III. Farneſii, electus eſt anno 1543. die 29. menſis Iulii, an. vero 1547. S. Petri Canonicus declaratus eſt, ex ceſſione Nicolai de Fliſco. Caſtrenſem autem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1568. cui deinde remiſit nuncium; defunctuſq; Romæ eſt, *g* atque apud S. Auguſtinum tumulatus. L.

f Cabeum familia, Patria Ferrarienſem hunc Hieronymum fuiſſe aſſerit Libanorius in aurea Ferraria par. 1. pag. 156. Mand.

g an. 1574.

47. FRANCISCUS Cittadinus Mediolanenſis, U. S. Ref. Machabæo ſucceſſit anno 1568. die 19. menſis Novemb. Caſtrenſium Antiſtes vixit uſque ad annum 1581. deinde eo munere coactus abire eſt ſub Gregorio XIII. ſiquidem cum parum moderatè vixiſſet, diutinum carcerem expertus planè ſuo exemplo oſtendit unumquéq; ſuam ſibi architectari fortunam. LI.

48. CELSUS Pacius Bononienſis, *h* filius Bonifacii celeberrimi Iuris Conſulti, ex Canonico Veronenſi, atque Ref. U. S. ad hanc ſedem poſt Cittadinum evectus eſt an. 1581. die 30. menſis Ianuarii; quam Eccleſiam per decem ipſos annos prudentiſſimè adminiſtravit; quippe qui ſæpe aliàs pro S. Apoſtolica ſede pluribus civitatibus, ex fide, ſolertiaque mirabili incorruptum jus dixerit. Deceſſit ann. 1591. die 7. menſ. Mati Gradoli, indeque ad Eccleſiam ſuam delatus, ibidem tumulatus eſt. LII.

B

h Hujus mentio apud Galeottum de viris illuſtr. Bonon. par. 1. pag. 41. & Alidoſium de Epiſcopis Bonon. pag. 128. & de Juris Doctor. Bonon. pag. 61. Mand.

49. LAURENTIUS Celſus, („ *Nobilis Romanus. Not. Apoſtol. de num. particip. de quo Armandus* „ *in hiſtor. Bentivolorum l.* 2. *p.* 122. Mandoſ.) Pacii ſucceſſor fuit 1591. die 19. menſis Iulii, fato functus eſt anno 1603. LIII.

50. IOANNES Ambroſius Caccia, („ *Novarienſis U. S. R. & ſecret. Apoſt.*) à Clemente VIII. creatus eſt anno 1603. die 29. menſis Februarii. Poſtquam autem per annos 8. illam Eccleſiam adminiſtraſſet, ultro eo munere ſe exolvit. *i* („ *Plura de eo vide in Cotta* „ *Muſæo Novarienſi pag.* 3. Mandoſ.) LIV.

i Ian. 1611.

C

51. ALEXANDER Rubeus è Caſtello Lazio, Parmenſis Canonicus, in gratiam Raynucii Farneſii, Parmæ, atque Placentiæ Ducis adlectus eſt 1611. poſtrema die Ianuarii, ac poſt tres annos ad Eccleſiam Parmenſem tranſlatus eſt. LV.

52. ANTONIUS Maſſa Civis Romanus, filius Matthæi, atque Annæ Moronæ Mediolanenſis, ex Ref. U. S. atque Apoſtolico Prothonotario, in gratiam Odoardi Cardinalis, Duciſque Raynucii Principum Farneſiorum, quibus era eximiè charus, ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, Paulo V. Pontifice ſedente an. 1615. die 24. menſis Novembr. In ea dignitate vix duos annos explevit, importuna rapiente morte, quæ cum eo totius aulæ Romanæ viſa eſt ſpes ſuccidiſſe, quæ aliquando fore ſperabat, ut Antonius Alterius Antonii clariſſimi quondam Juris Conſulti patrui de Galeſſio vulgo vocati, imitando virtutes referret. Cæterùm quieſcit Antonius in ſuæ Cathedralis templo, cui immaturè ſuſcepto charorum lachrymæ mœſtiſſimè parentarunt. LVI.

D

53. Fr. JOANNES Braſarola *k* Ferrarienſis, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, homo doctus, ac morum ſanctimonia clarus, à Paulo V. Epiſcopus dictus eſt anno 1617. die 19. menſis Januarii; obiit autem 1621. („ *In Cathedrali Caſtrenſi poni mandaverat hoc* „ *Epitaphium* : LVII.

k a Braſavola.

Fr. Joannes Ireneus Braſavolus
Ferrarienſis,
Ordinis Minorum de Obſervantia

(1) Si verè hic Magnus Caſtrenſis Epiſcopus fuit, anno nonniſi 1513. hanc ſedem occupaſſe fatendum eſt, cum Bernardinus prædictus eodem anno die 16. Februarii interfuiſſe legatur adhuc Caſtrenſis Epiſcopus Seſſioni V. Lateranenſis Concilii: Vide Harduinum in noviſſ. Concil. Editione. tom. 9. Unde mihi videtur hinc expungendus. Potuit eſſe Caſtrenſis in Salentinis.

(2) Non ante an. 1513. Unde corrigendus etiam Gandolphus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. pag. 126. apud quem plura invenies de hoc Gabriele, ſicut & apud Saracenum in notitiis hiſt. Ancon. pag. 31. *Mand.*

(3) Hic quoque adfuit Seſſioni XII & XIII. Lateranenſis Concilii, quæ an. 1517. diebus 13. & 16. menſis Martii habitæ ſunt, diciturque *Gregorius Caſtrenſis*. Ex quo patet ante an. 1518. in hanc ſedem fuiſſe locatum.

(4) Cum Altare demolitum fuerit Eccleſiæ Archipresbyteralis Montis Falcioni Beneventanæ Diœceſis, chartula membranacea in ejus reliquiarum conditorio reperta fuit, hujus tenoris: *MCCCCXLVII. die XXIV. Menſis Octobris. Ego Leo Leonicus Sueſſanus, Epiſcopus Caſtrenſis conſecravi Eccleſiam, & altare hoc in honorem Beatiſs. Virginis Mariæ, & Reliquias Beatorum Martyrum Jacobi Apoſtoli, Stephani, Pantaleonis, & Lignum S. Crucis in eo incluſi, ſingulis Chriſti fidelibus hodie unum annum, & in die Anniverſaria conſecrationis hujuſmodi ipſam viſitantibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedens &c. Leo Epiſcopus, qui ſupra, manu propria.* Noſtrum Leonem hunc eſſe exiſtimare non veremur, cum nomen, & locus Epiſcopalis dignitatis conveniant. Quod verò in Ughello Leonius, non Leonicus dicatur, error forte impreſſoris eſt, & quod dicatur Romanus, civitate fortaſſe Romana donatus fuerat, qui erat naturali ſolo Sueſſanus. Qui certe dimiſſo Epiſcopatu Sueſſam venerat haud procul à Benevento, per hæc loca vagans, adhuc vagabatur eo anno 1547. *Lucent.*

Epiſcopus Caſtrenſis immutavit A

Formam		*Fimum*
Honores	*in*	*Horrores*
Famam		*Fumum*
Solum		*Polum.*

,,*Laudatur autem à Superbo in Apparata virorum* ,,*Illuſtr. Ferrar. par. 1. pag. 38. Libanorio in aurea Ferraria par. 1. pag. 98. & noviſſime de eo ſcripſit Baruffaldus in Commentario hiſt. Erudito pag.* 187. Mand.)

LVIII 54. ALEXANDER Cariſſimus Parmenſis, (,,*Civis, & Canonicus*,) ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, nō ſolum ob generis nobilitatem, ſed etiam ob morum, doctrinæque præſtantiam anno 1621. die 15. menſis Decemb. ſedit annos decem. *a* Defunctuſque eſt anno 1631. menſ. Septemb. Ex Acula autem, unde deceſſerat, Caſtrum delatus, tumulatus eſt in Cathedrali.

a De hoc Alexandro videndus Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. c.6 pag.169 Mandoſ.

LIX. 55. POMPEJUS Balbanus Lucenſis, (,,*J.V.D.*) ex Cameræ Apoſtolicæ Auditoris Auditore, ab Urbano VIII. factus eſt Epiſcopus Caſtri, die 9. *b* menſis Jan. 1632. Obiit an. 1639. in Aquæ Pendentis caſtro; B ibidem tumulatus eſt in Eccleſia S. Franciſci.

b 19.

LX. 56. ALBERTUS Junta Canonicus (,,*& Civis*,) Parmenſis, (,,*J. V. D.*) Balbano ſucceſſit 10. Sept. 1640. (,,*Obiit anno* 1648. *De quo vide mox laudatum* ,,*loco citato pag.* 170. Mandoſ.)

LXI. *57. CHRISTOPHORUS Giarda Novarienſis, Clericus Regularis Bernabita, vir doctus, & eruditus ab Innocentio X. Pontifice Max. Epiſcopus Caſtrenſis delectus eſt in locum defuncti Alberti Juntæ, anno 1648. die 18. Maii Romæ conſecratus in Eccleſia S. Caroli de Catinariis. Is, cum menſe Martio anni ſequentis Eccleſiam ſuam peteret, non longe ab oppidulo, quod Mons Roſæ vocatur, inhumaniter, proh dolor, à nefariis innocens occiſus eſt. Romam relatus in Eccleſia S. Caroli apud ſuos confratres clericos ſepultus eſt. Hac æque indigna, ac barbarica inhumanitate juſte commotus Innocentius X. Pont. Max. urbem Caſtrenſem funditus delevit, tranſtulitque Epiſcopalem Eccleſiam ad Oppidum Aquæpendentis, olim diœceſis Urbevetanæ, conſtitutaque Eccleſia Cathedrali, C Epiſcopum dedit primum Aquæpendentis Pompejum Mignuccium Archiepiſcopum Raguſinum die decima Januarii 1650.

Ex App. tom. 5.

ADDITIO.

AQUÆPENDENTIS

EPISCOPI.

(,,NEFARII *ſceleris ultor Deus, everſa, penituſque deleta Caſtrenſium Civitate, ejus jura in Oppidum Aquapendentis tranſire voluit, ita jam* ,,*diſponente ipſius in terris Vicario Innocentio Decimo.* ,,*Tale Oppidum in planitie elati collis ſitum inter lacū* ,,*Vulſinum, & Paleam flumen in confinio ditionis Pontificiæ limites Senenſis agri attingit. Plurimis ab aquis* ,,*ibi ſcatentibus Acula dictum. Cum ad ſuſtinendam Epiſcopalem dignitatem Civitatis nomen induit, ea decoratum fuit Cathedrali, quæ jam dudum erat Mona-* D ,,*chorum Ciſtercienſium Eccleſia, & Templariorum* ,,*Equitum Domicilium, Comitiſſa Mathildis nobile ædificium ſub titulo S. Sepulchri; hùc tranſlatum è Civitate extincta Canonicorum Collegium ibidem divina perſolvit, emicans duabus dignitatibus Archidiacono videlicet, & Archipresbytero, quorum fructus cū* ,,*incertis ſupputantur octoginta ſcuta ſingulis annis; his* ,,*adduntur novem Canonici cum ſuis præbendis, quinque Presbyteri, & alii Clerici inferiores; caret Seminario; ibi Domus pro Epiſcopo; adeſt Mons Pietatis, &* ,,*Hoſpitale, quinque numerantur Eccleſiæ Parochiales,* ,,*& animarum curam habet Cathedralis, quam per* ,,*Archipresbyterum exercet: animæ Civitatis numerātur circiter quatuor mille, totidem totius Diœceſis, quæ* ,,*coaleſcit ex uno oppidulo* Pianiano *nuncupato, & tribus* ,,*Terris* Canino, Iſchia, Cellere, *& in his ſingulis extant Regularium cœnobia. Et ipſa Civitas Aquapendentis quatuor virorum, unico monialium decoratur*

A ,,*ſeptis. Menſa Epiſcopalis annuus cenſus eſt ſc.* 1000. ,,*Apoſtolici Fiſci taxa flor.* 133. *Epiſcopi, qui ejus* ,,*regimen uſque nunc ſuſtinuere, ſequentes ſunt.*

,,*I. Fr.* POMPEJUS *Mignuccius ex Ophyda Aſculan. Diœc. Ord. Hieroſolymitani expreſſe profeſſus* ,,*J.U.D. & Præceptor SS. Joannis à Pola, & Nicolai à Gradiſca Aquileienſis Diœceſis, Archiepiſcopus* ,,*Raguſinus, cujus Eccleſia à vinculo abſolutus, primus* ,,*Aquæpendentis Epiſcopus ab Innocentio X. creatus eſt* ,,*die* 10. *Jan.* 1650. *Prudentiam, fidemque ſuam in novo adminiſtrando Epiſcopatu tanta præſtitit gratia, ut* ,,*ſucceſſoribus deinde forma veri Paſtoris futurus eſſet,* ,,*à quo noſtra exiguitas Caſtris Eccleſiaſticis adſcripta* ,,*fuit in Romano S. Ignatii Templo. Deceſſit digniſſimus Præſul an.* 1655. I.

,,*II.* NICOLAUS *Leti nob. Spoletanus J.U.D.* ,,*Provinciarum Agens in Romana Curia, & ad regimen* ,,*Monaſteriorum, & Piorum locorum ſumma cum laude* ,,*per plures annos adhibitus, huic Eccleſiæ attribuitur* ,,24. *Junii* 1655. *quam cum uſque ad ann.* 1674. *ſplendidiſſimè gubernaſſet, ſenio gravis huic valedicens oneri,* B ,,*in Patriam ſeceſſit, ibique piè obiit.* II.

,,*III. Fr.* LUDOVICUS *Magni Mediolanenſis* ,,*Diœceſis Ord. Min. Conventualium Magiſter, & in* ,,*Romana Curia Procurator Generalis, ſubrogatur; die* ,,*prima Octob.* 1674. *egregie cum ſibi commiſſum gregem* ,,*adminiſtraret, morte ſurripitur* 1680. *ſepelitur in Eccleſia ſui Ordinis.* III.

,,*IV.* JO: LAURENTIUS *Caſtillioneus Epiſcopus Anagninus, ad hanc transfertur Eccleſiam* 9. *Decemb.* 1680. *cujus iure natalium diœceſanus erat, Paſtor ut eſſet, fuiſſetque ſummè proficuus, ni præpropera* ,,*mors intercidiſſet.* IV.

,,*V.* JO: BAPTISTA *Phœbeus nobilis Urbevetanus J. U. D. & Utriuſque Signaturæ Referendarius,* ,,*qui Auditoris Nunciaturæ Hiſpaniarum, ac Tudertinæ Civitatis Gubernii, aliiſque muneribus egregiè functus, ſexagenario major ad hanc ſedem evectus eſt* 12. ,,*Jul.* 1683. *è qua, veluti* Phœbea *Lampas in Orbe, ſummè proficuus ſuis ovibus cum illuceſceret, extinctus eſt* C ,,*feria* 4. *Hebdomadæ pœnoſæ* 1688. *clarius ut inter ſydera Cœli emicaret. Antiſtes ſanè, cujus memoriam* ,,*percolere poteſt Aquapendentis Civitas, & univerſa* ,,*Diœceſis. In ipſo ſiquidem ingreſſu Pontificii ſui muneris, plurimis erogatis in pauperes eleemoſynis, Divinum Numen ſibi devincire ſategit. Decem miſerabiles puellas dotali ſubſidio juvit; Canonicorum ſubſellia* ,,*pro choro Cathedralis ære profuſo octingentorum ſcutorum de novo ſubſtruxit, ibidemque pavimentum perpolito opere diſpoſuit, & Sacellum pariter exornavit* ,,*nuncupatum S. Mariæ de Flore. Munificentia ſua* ,,*plura præſtitit memoratu digna erga Moniales S. Claræ. Palatium Epiſcopale fere dirutum reſtauravit Eccleſiam S. Stephani Societatis Miſericordiæ in decentiorem formam redegit. nullaque extant loca pia,* ,,*quæ ab ejus largitate auxiliares opes non obtinuerint.* ,,*Ultimo demum teſtamento mille ſcuta legavit pro inſtituenda perpetua Miſſarum celebratione in Eccleſia* ,,*Collegiata oppidi Canini, ubi demortuus ſepeliri voluit. Et ſi Civium voluntates ſequaces habuiſſet, futu-* D ,,*rum erat, ut aliquādo Clericorum Seminarium emergeret, & alia plurima illuſtriora opera tanti Paſtoris* ,,*openiterent. Germanum fratrem habuit Franciſcum* ,,*Mariam Tarſenſem Archiepiſcopum Archihoſpitalis S. Spiritus Saxonum Præceptorem, & plurimorum Pontificum primarium Cæremoniarum Magiſtrum, virum unaquaque ſpectatiſſimæ virtutis.* V.

,,*VI.* ALEXANDER *Fidelis nobilis Urbinas* ,,*J.U.D. & Urbinatenſis Canonicus, qui munia Vicarii Generalis, & Apoſtolici in variis Civitatibus eleganiſſime obivit, ætatis annum agens* 48. *ad hanc ſedem ſubvectus eſt die* 17. *Aprilis* 1690. *vir omni laude dignus providendo gregi ſibi commiſſo maximè intentus dum eſſet, transfertur ad Æſinam in Piceno* ,,*vacantem per liberam dimiſſionem Cardinalis Petrucci die* 20. *Feb.* 1696. VI.

,,*VII.* NICOLAUS *Nardinus in Sutrina Diœceſi natus ætatis ann. cir.* 60. *J.U.D. examinator Synodalis, Vicarius Generalis, & Canonicus Pœnitentia-* VII.

,,*rius*

A ,, *rius Cathedralis Viterbienſis ſuffectus 21. Maij 1696.*
,, *dum alterum percurrit annum omnem ſpem optimi ſui*
,, *præſulatus eluſit morte ſublatus.*

VIII. ,, *VIII.* AMBROSIUS *Angelini nobilis Fanenſis*
,, *J. U. D. Vir multa eruditionis, & præcipua laude cum*
,, *geſſiſſet munia Vicarii Generalis Farſenſis Abbatiæ*
,, *Epiſcopatuum Veliternenſis, Urbevetani, Sutrini, &*
,, *Nepeſini, nec non Vicarii Apoſtolici Eccleſiæ Imolen-*
,, *ſis, & ad præſens S. Severini, huic gregi attributus eſt*
,, *die 20. Novemb. 1697. ætatis ſuæ ann. 61.* Luc.)
(,, *Quam poſteà dimiſit 9. Decembris 1710.*

IX. ,, *IX.* BERNARDINUS *Ægidius Recchi Preſ-*
,, *byter de Terra Caſtignani Montis Alti Diœceſis, an-*
,, *norum 55. J. U. D. Auditor Em. D. Laurentii Card.*
,, *Corſini promotus ad Epiſcopatum Aquæpendentis eſt*
,, *26. Januar. 1711. Fuit antea Gubernator Civitatis*
,, *Britonorienſis, Auditor Cardinalium Raggi, & Cur-*
,, *tii in Legatione Romandiolæ, Auditor Rotæ Januen-*
,, *ſis, Advocatus in Urbe, & Auditor bon. mem. M.* B
,, *Antonii Card. Barbadici.*)

CIVITATIS PLEBIS EPISCOPI.



a Seù Civitas Plebis, vulgo *Città della Pieve.*

PLEBANA Civitas*a*, paulò ante nobile, ſed obſcurum Caſtellum fuit, utpote cuius apud nobiliores ſcriptores, nulla omninò mentio extet; etenim cum Cluſinæ Diœceſis eſſet, ideoque ſita ſit in Etruria, C vicis, oppidiſque frequenti, antiquaque Provincia, inter plurima oppida, facile fuit, ut Plebania etiam obſcuro, Ingratoq; involveretur ſilentio. Tam ſplendida tamen ædificatione eſt, adeòque honeſtis incolis frequentatur, ut Clementis VIII. emunctæ naris Põtificis in ſe traxerit oculos, metuitque, ut Epiſcopali dignitate ditata, ex recepto amore, Civitas appellaretur, & eſſet. Itaque Clemens VIII. dictæ Civitati Paſtorem attribuit, juſſitque eam Populi partem, quæ antea Eccleſiaſticæ ditionis eſſet, & tamen Cluſinatã Præſulem reverebatur, ex eo Plebaniæ agnoſcere Antiſtitem, illi ſubeſſe, anno 1601. Aõ hujuſq; Epiſcopatus erectione, quatuor annos Clemens VIII. in Pontificatu exegit, nec tamen novum Plebaniæ Paſtorem placuit cõſecrare. Sed cum deinde defuncto Clemente, Paulus V. Burgheſius Apoſtolicam ſucceſſiſſet in ſedem, ſtatim in initio ſui Pontificatus, Fabricium Paulutium, ut poſtea dicemus, in novæ Civitatis Præſulem conſecravit.

D *A D D I T I O.*

(,, *Loca Diœceſis Civitatis Plebis ſunt*: S. Bartolo-
,, meo. S. Biagio. S. Donato. S. Bartolomeo di Piegaro.
,, Meſſiano. Ceranto. La Madonna della Strada. Va-
,, jano. Porto. Giojella. Caſa Maggiore. Pozzolo. Pe-
,, trignano. Criſtofaro dell' Abadia di Malta. S. Fa-
,, tucchio, e Panicajola. *Ville.* S. Leonoro di Salci.
,, Mongiovino. S. Polo. Trevinano. *Caſtelli.* Monte-
,, leone. Piegaro. Paulcale. Pacciano. *Terre.* e Monta-
,, lera *Fortezza. His additur nobilis Comitatus S. Flo-*
,, *ræ Gentis Sfortiæ in ditione magni Etruriæ ducis. Ex*
,, *quibus omnibus locis Diœceſis coaleſcit, 20000. paſſuũ*
,, *excurrens, & 14000. Mortalium amplectitur. Ipſa Ci-*
,, *vitas magnitudinis ferè milliarium occupans 5000.*
,, *hominos alit. Eccleſia illa, quæ olim erat Collegiata,*
,, *in Cathedralem erecta fuit ſub invocatione SS. Mar-*
,, *tyrum Gervaſii & Protaſij. Inibi exercetur cura ani-*
,, *marum; & inſtituitur Capitulum ex unica Dignitate*
,, *Archidiaconatus, 13 Canonicis, & 3. Beneficiatis,*

A ,, *aliiſque Clericis ferè 30. cum Presbyteris. Dignitatis*
,, *redditus 100. ſcuta ſunt. Canonicorum 70. Beneficiato-*
,, *rum 50. Tres ſunt Eccleſiæ Parochiales. Adeſt Hoſpi-*
,, *tale, Mons Pietatis, & Clericorum Seminarium 5.*
,, *Virorum proſtant Cœnobia, unum Sacrarum Virginũ.*
,, *Epiſcopus ſatis commodo utitur Palatio, & 5. paſſus*
,, *diſtat à Cathedrali. Menſa unitam habet Eccleſiam*
,, *ruralem, ſeù Abbatiam S. Benedicti, & inde, aliiſque*
,, *ex redditibus mille ſcuta, & amplius annuatim eidem*
,, *proveniunt. Taxatur flor. 225.* Luc.)

De quibus Præſulibus ante quam dicamus, viſum eſt operæ pretium futurum, ſi ejus Epiſcopatus bullam erectionis hic ſubiiceremus. Inde enim facilè conliciet lector, quibus conſiliis adductus tantus Pontifex, id dignitatis, decoriſque contulerit in illud oppidum, cui ſanè illibatam, perennemq; augurari fas eſt, quantò ſub invictiſſimis Martyribus Gervaſio, Protaſioq; auſpicato loci principale Tẽpiũ Cathedralis evaſit.

B *CLEMENS EPISCOPUS*
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

SUper univerſas Orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, nullis noſtris meritis conſtituti pervigiles mentis noſtræ oculos, circa fructuoſam agri Dominici culturam frequenter dirigimur, & Divino fulti præſidio, quo cuncta pro populorum ſuorum fidelium utilitate, & ſalute diſponuntur ad ea, per quæ ipſarum Eccleſiarum, præſertim cathedralium à nobis noviter erectarũ ſtatus proſperè, ac feliciter dirigi, divinuſque cultus, ac beneficiorum, & miniſtrorum Eccleſiarum in eis numerus augeri, nec non collegia pro juventutis, in pietate, & eccleſiaſticis, aliiſque fructuoſis diſciplinis eruditione, & inſtructione propagari, animarum quoque cura, quo nullum in terris gravius onus inveniri poteſt, fructuoſius exercere valeant, propenſis ſtudiis intendimus, ac in his paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout rerum, locorum, & temporum qualitatibus debitè penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Alias ſiquidem nos ex certis cauſis, habita prius deſuper cum vener. fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias noſtras literas oppidũ caſtri Plebis, ac caſtra, terras, & villas, & Plagarii, Panicialis, Paciani, Montiſgiojuni, Tabernellarum, Collis S Poli, Montalere, agri Peruſini, Laviani, Puteoli, Giovielle, & Panicarolæ cum cæteris locis in univerſo Marchionatu Cluſii, necnon Trivinani, Montis Leoni, & Salicis, in Comitatu, & diſtrictu Urbevetano conſiſtentia, & Camperſevoje noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ ditioni temporali immediatè, & mediatè reſpectivè ſubjecta, & S Floræ tunc Cluſinæ diœceſis, cum illorum territoriis, clero, populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſteriis, confraternitatibus, & laicorum, & piis locis, ac beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus, necnon quibaſcunque juribus, actionibus, quæ pro tempore exiſtens Epiſcopus Cluſinenſis ratione jurisdictionis, & legis diœceſanæ in illis habebat, & percipiebat, ac habere, & percipere poterat ab Eccleſia Cluſina, etiam tunc per obitum bon. memoriæ Ludovici Epiſcopi Cluſini extra Romanam curiam defuncti Paſtore carente, ex dicta diœceſi perpetuo divisimus, & ſeparavimus, ſicq; diviſa, & ſeparata, ab omni jurisdictione, ſuperioritate, viſitatione, correctione, dominio, & poteſtate ipſius Epiſcopi Cluſini pro tẽpore exiſtentis, ejuſque vicariis, & officialibus, ac ſolutione quorumcumque jurium, eidem Epiſcopo ratione jurisdictionis, ſuperioritatis, viſitationis, correctionis, dominii, & poteſtatis hujuſmodi quomodolibet debitorum, etiam perpetuo exemimus, & liberavimus, dictumque oppidum caſtri Plebis, in civitatem caſtri Plebis nuncupandam, necnon illius ſecularem, & collegiatam Eccleſiam SS. Gervaſii, & Prothaſii in cathedralem ſub eadem invocatione cum dignitate, jurisdictione, & Epiſcopalibus menſa, aliiſque cathedralibus inſignibus, necnon præeminentiis, honoribus, & privilegiis, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ de jure, vel conſuetudine utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum pro uno Epiſcopo caſtri Plebis nuncupando, qui eidem Eccleſiæ caſtri Plebis præeſſet ſimiliter perpetuo ereximus, & inſtituimus, ac ipſi Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ civitatem caſtri plebis, ejuſque incolas, & habitatores pro civitate, & civibus, alia verò caſtra, & terras, & villas, & loca diviſa, & ſeparata

prædicta pro ejus dioec. ac Eccleſias pro clero, & ſeculares perſonas in eadem civitate, & dioeceſi caſtri plebis pro tempore degentes pro populo pariter perpetuo conceſſimus, & aſſignavimus, illaque omnia, & ſingula Epiſcopo caſtro Plebis, pro tempore exiſtenti quoad legem dioeceſanam, ac Epiſcopalem, & ordinariam; juriſdictionem eccleſiaſticam autem, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum caſtri Plebis hujuſmodi d. ſedis immediatè ſubjecimus, ac ſub SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, & d. ſedis protectione, & tutela ſuſcipimus. Inſuper omnia, & ſingula fructus, redditus, proventus, & bona menſæ Epiſcopalis d. menſæ Cluſinæ demptis, & remanentibus pro ea, ac Epiſcopo Cluſino pro tempore exiſtente, tot ex ipſis fructibus, redditibus, proventibus, & bonis per commiſſarium ad id à ſede Apoſtolica deputandū deſignandis, & aſſignandis, quot illorum valor ad ſummam mille ſcutorum monetæ annuatim judicio d. commiſſarii aſcenderet, ab eadem menſa Epiſcopali Cluſina ibidem perpetuo diſmembravimus, & ſeparavimus, ſicq; diſmembrata, & ſeparata d. menſæ Epiſcopali caſtri Plebis pro ejus dote, ac Epiſc. caſtri Plebis pro tempore exiſtentis ſuſtentatione etiā perpetuo applicavimus, & appropriavimus, ita quod liceret eidem Epiſcopo **B** caſtri Plebis exiſtenti pro tempore, ſequutis deſignatione, & diviſione ab eodem commiſſario, ut præfertur facienda, corporalem poſſeſſionem fructuum, redditum, proventuum, ac bonorum eidem menſæ Epiſcopali caſtri Plebis applicatorū, & appropriatorum per ſe, vel per alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, iura, obventiones, & emolumenta percipere, exigere, & levare, ac in ſuos, dictæque menſæ Epiſcopalis caſtri Plebis uſus, & utilitatem convertere, futuri Epiſcopi Cluſini, & cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem poſtmodum dilectus filius Magiſter Anſelmus Dandinus notarius noſter de numero participantium, & in utraque Signatura noſtra Referendarius, quem in illis partibus commiſſarium, & viſitatorem Apoſtolicum deſtinaveramus, & deputaveramus, vigore facultatum ſibi deſuper à nobis conceſſarum ad diviſionem, & aſſignationem fructuū, redditum, & proventuum, ac bonorum hujuſmodi procedens illa ita diſtinxerit, & repartitus fuerit, ut ſalvis remanentibus pro dicta menſa Epiſcopali Cluſina illis, quæ in dominio **C** Senenſi, & alibi extra tamen loca ditioni noſtræ temporali ſubjecta conſiſtentia, reliqua omnia, & ſingula in civitate, & dioeceſi, caſtri Plebis, ac aliis locis ditioni noſtræ temporali ſubjectis prædictis conſiſtentibus d. menſæ Epiſcopali caſtri Plebis cederent, illique aſſignata, & applicata, & appropriata eſſe cenſerentur. Præterea ſocietatum, ſeu confraternitatum in d. civitate caſtri Plebis inſtitutarum numerū minus neceſſarium reſecandum, ac reſtringendum, nonnullas ex eis, videlicet puerorum S Salvatoris, S Antonii, S Mariæ Novellæ, & ejuſdem S Mari. gratiarum nuncupatas, & earum nomina, titulos, denominationes perpetuò ſuppreſſerit, & extinxerit; expediens quoque ac operæpretium fore cenſuerit, ut ab ipſa Eccleſia caſtri Plebis, quæ etiam parochialis exiſtit, & in qua præter Pontificalem nulla alia dignitas, & non niſi quinque canonicatus, totidemque præbendæ ſunt inſtituti, cura animarum illius parochiarū per tres canonicos, & duos capellanos ejuſdem eccleſiæ caſtri Plebis exerceri ſolita abdicetur, & ad alias circumvicinas eccleſias transferatur, necnon in eadem Eccleſia caſtri Plebis miniſtrorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum numerus augeatur, aliaq; juſta fiant, **D** in proceſſu deſuper ab ipſo Anſelmo commiſſario, & viſitatore confecto deſuper dicitur contineri, & Prioratus ſecularis, ſeu parochialis eccleſia, Prioratus nuncupatus SS. Petri, & Pauli d. caſtri Montis Leonis per liberam reſignationem dilecti filii Franciſci Honofrii nuper Prioris prioratus, ſeu Rectoris prioris nuncupati eccleſiæ SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, de illo, ſeu illa, quem, ſeu quam tunc obtinebat in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam apud ſedem prædictam vacaverit, & vacet ad præſens, nullusque de illo, ſeu illa, præter nos, pro eo quod dudum omnia beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud ſedem eandem vacantia, & in antea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, ac irritum, & inane decrevimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Et ſicut accepimus, dilectus filius Joſephus Orlandus laicus caſtri Plebis omnia bona ſua in dotem aliorum canonicatus, & præbendæ in dicta

A eccleſia caſtri Plebis erigendorum, poſt ejus tamen obitum perpetuò donare intendat, ac ex nunc donat. Nos ipſius Eccleſiæ caſtri Plebis proſpero ſtatui, & ſalubri directioni, divinoque cultui, ac beneficiorum, & miniſtrorum eccleſiaſticorum in ea incremento, necnon juventuti civitatis, & dioeceſis caſtri Plebis hujuſmodi in pietate, religione, & eccleſiaſticis diſciplinis, inſtructioni, & profectui conſulere, aliaſq; in præmiſſis opportunè providere volentes, necnō literarum, & proceſſus hujuſmodi, ac quorumcumque aliarum unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & appropriationum d. menſæ Capituli, & erigendis parochialibus Eccleſiis inſcriptis hactenus forſan factarum tenores, necnon Confraternitatum ſuppreſſarum, & erigendarum parochiarum, ac hoſpitalis, & capellæ hujuſmodi fructuum, & decimarum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hanc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, & de ejuſdem poteſtatis plenitudine, diviſionem, diſtinctionem, ſeparationem, aſſignationem, ſuppreſſionem, extinctionem, & alia à d. Anſelmo commiſſario, & viſitatore in præmiſſis, & circa ea facta, **B** decreta, & ordinata cum inde ſequutis quibuſcumque Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac rata, & grata habemus, omniſque, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem ſupplemus, ac tam Cluſinum, quam Caſtri Plebis Epiſcopos pro tempore exiſtentes, diviſioni, diſtinctioni, ſeparationi, & aſſignationi per dictum Anſelmum commiſſarium, & viſitatorem ut præfertur, factis, etiamſi fructus, redditus, ac proventus, & bona cuilibet Epiſcopis, & earum menſæ Epiſcopalibus prædictis reſpectivè aſſignata ad valorem annuum mille ſcutorum non aſcendant omnino ſtare, & acquieſcere, ac fructibus, redditibus, proventibus, & bonis per eundem Anſelmum commiſſarium, & viſitatorem, ſic aſſignatis Cluſinenſi videlicet, iis, quæ in dominio Senenſi, & alibi extra loca ditioni noſtræ ſubjecta, Caſtri Plebis verò Epiſcopi prædicti, illis, quæ in prædictis civitate, & dioeceſi Caſtri Plebis, & aliis locis temporali ditioni noſtræ ſubjectis conſiſtunt, contentos eſſe debere, nec quicquam ultra illa, etiam ſub prætextu incompetentis dotis ſuæ cujuſque menſæ Epiſcopalis prætendere, neque ſe invicem deſuper contra diviſionis, repartitionis, & aſſignationis hu- **C** juſmodi continentiam, & tenorem moleſtare, aut unum eorum adverſus alterum agere, vel experiri poſſe decernimus, & declaramus, & nihilominus eiſdem diviſioni, reparationi, diſtinctioni, & aſſignationi inhærentes remanentibus dictæ menſæ Epiſcopalis Cluſinæ illis, quæ in dominio Senenſi, & alibi extra loca ditioni noſtræ temporali ſubjecta inſiſtebant, reliqua verò omnia, & in ſingula illius fructus, redditus, proventus, & bona in prædicta civitate, & dioeceſi Caſtri Plebis, ac aliis locis ditioni noſtræ temporali ſubjectis conſiſtentia, ab eadem menſa Epiſcopali Cluſina de novo auctoritate, & tenore prædictis, perpetuò ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, prædictæ menſæ Epiſcopali Caſtri Plebis eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuò applicamus, & appropriamus. Inſuper in dicta Eccleſia Caſtri Plebis unum Archidiaconatum futurum in ea dignitate maiorē poſt Pontificalem pro uno Archidiacono, qui caput Capituli ejuſdem Eccleſiæ Caſtri Plebis exiſtat, & inibi præſit, ac tres canonicatus, & totidem præbendas pro tribus canonicis ultra quinque alios canonicos ibi exiſtentes, qui omnes inſimul **D** una cum d. Archidiacono Capitulum hujuſmodi conſtituant, & apud dictā Eccleſiam Caſtri Plebis perſonaliter reſidendo horas Canonicas tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia ſervata eccleſiaſtica diſciplina celebrare, & recitare, ac alias ibi in Domino laudabiliter deſervire debeant. Præterea Confraternitatem S. Mariæ Alborum nuncupatam & SS nominis Jeſu necnon S. Petri Eccleſiam, etiam Caſtri Plebis, de dilectorum filiorum modernorum illarum confraternitatum conſenſu ſalvis tamen eorum iuribus, in parochiales eccleſias, pro tribus illarum futuris Rectoribus, necnon in prioratu, ſeu eccleſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, unam vicariam, Prioratum nuncupandum pro uno vicario Priore nuncupando, & unam capellaniam perpetuas pro uno cappellano perpetuis, qui omnes ſint in presbyteratus ordine, ſeu tali ætate conſtituti, ut ad illum proximis inde temporibus a jure ſtatutis promoveri poſſint, ac Rectores, videlicet, & vicarius ſua reſpectiva Eccleſiæ hujuſmodi per ſeipſos in divinis deſer-

vire

vire, & curam animarum eorum parochianorum pro tempore exiſtentium exercere, ac illis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, cæteraque parochialia onera, ac officia ſubire, capellanus vero ipſum vicarium in prioratu, ſeu eccleſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi ſervitio, ac cura animarum illius parochianorum exercitio, miſſarumque celebratione coadiuvare. Confratres vero prædicti in ipſis parochialibus eccleſiis, in quibus eorum confraternitates ſunt inſtitutæ, expenſas pro cuſtodia, & cultu ſanctiſs. Sacramenti neceſſarios facere, ſingulisque illarum Rectoribus tantum quantum pro miſſis, & aliis officiis celebrandis exponere conſueverunt, præſtare, & ſubminiſtrare teneantur; omnium vero canonicatuum, & præbendarum eccleſiarum, ac parochialium vicariæ, & capellaniæ hujuſmodi illarum vacatione pro tempore occurrente collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio ad d. Epiſcopũ Caſtri Plebis pro tempore exiſtentem ceſſantibus reſervationibus Apoſtolicis, quoad parochiales eccleſias, videlicet, & vicariam hujuſmodi in concurſu ſervata forma Concilii Tridentini pertineat. Præterea prope dictam Eccleſiam Caſtri Plebis, vel in aliquo convenienti loco à futuro illius Præſule eligendo unum Seminarium eccleſiaſticum puerorum civitatis & diœceſis Caſtri Plebis hujuſmodi in eo juxta formam d. Concilii Tridentini introducendorum authoritate, & tenore præſentis, ſimiliter perpetuo erigimus, & conſtituimus; necnon ab eccleſia Caſtri Plebis à tribus illius canonicis, & duobus capellanis prædictis omnimodam curam animarum parochianorum, juraque, officia, & exercitia parochialia univerſa, una cum ipſis parochianis, & quæ ad 350. ſtaria grani, ſummam 160. duc. auri de Camera, vel circa conſtituentium annuatim, ut etiam accepimus, aſcendunt omnibus decimis per incolas, & habitatores Caſtri Plebis hujuſmodi, & illius territorii eiſdem tribus canonicis, & duobus capellanis ratione exercitii curæ animarum hujuſmodi ſolvi ſolitis, ſeu debitis authoritate, & tenore ſimilibus pariter perpetuo abdicamus, curamque animarum, ac jura, officia, & exercitia parochialia ſic abdicata cum eiſdem parochianis ad S. Mariæ Alborum, & SS. nominis Ieſu, necnon S. Petri eccleſias in parochiales erectas prædictas juxta deſignationem deſuper ab ipſo commiſſario, & viſitatore factam transferimus. A prioratu vero, ſeu eccleſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, cujus fructus, redditus, & proventus, ſub quibus penſio annua 90. ducat. auri ſimilium dilecto filio Ludovico Angeli clerico Firmano, cubiculi noſtri ſecreti præfecto d. authoritate reſervata exiſtit 300. ducat. ſecund. com. exiſtim. valorem annuũ ut ſimiliter accepimus non excedunt, illiusque proprietatibus, & bonis tot, quot ad cenſum, & poſtquam d. penſio ceſſaverit, ex tunc prout ex nunc tot quot ad 30. alia ſcuta monetæ aſcendant, necnon ab hoſpitale S. Mariæ della Scala nuncupato Senen. ſaluæ hoſpitale S. Iacobi, & capella S. Io. Evangeliſtæ prope, & extra muros Caſtri Plebis, quæ per gubernatores, adminiſtratores, & officiales ejuſdem hoſpitalis S. Mariæ regi, & gubernari conſueverunt, ſeu illi forſan unita, vel ejus membra exiſtunt, ipſorum gubernatorum, adminiſtratorum, & officialium gobernio regimine, adminiſtratione, ſuperintendentia, ac omnimoda juriſdictione, & ſuperioritate eiſdem authoritate, & tenore iiſdem perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, & ſic unionem de hoſpitali S. Iacobi, & capellæ prædictis, eidem hoſpitali S. Mariæ quomodolibet factam, ſi qua ſit etiam perpetuò diſſolvimus. Præterea menſæ Epiſcopali Caſtri Plebis pro ejus dotis augmento, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Caſtri Plebis commodiori ſubſtentatione ruralem, & ſine cura eccleſiam S. Benedicti d. diœceſis Caſtri Plebis, cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus 200. duc. etiam parum ſecundum exiſtimationem prædictam valorem annuum, ut pariter accepimus non excedunt, & quam dilectus filius Vinciolus Vincioli Actor ejuſdem eccleſiæ S. Benedicti intimus cubicolarius, & familiaris noſter ad præſens obtinet, cum primum illam per ceſſum etiam cauſa permutationis, ſeu deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel admiſſionẽ d. Vincioli, ſeu alias quovis modo etiam apud ſedem prædictam, vel extra dictã curiam, etiam in aliquo ex menſibus, in quibus vacatio beneficiorum eccleſia-

A *ſticorum diſpoſitio nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ſeu d. ſedi etiam per conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu cancellariæ Apoſtolicæ regulas, & alias quomodolibet, & undecunque reſervata exiſtit, ac pro tempore fuit, ſeu ordinariis collationibus etiam per eaſdem conſtitutiones, & regulas, vel literas alternativarum, aut alia privilegia, & indulta eis hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, ſeu etiam de jure communi, vel alias quomodolibet competentibus, & competituris, vacare contigerit. Seminario autem pro illius fabrica conſtruenda, & pueris alendis, aliiſque oneribus ſuportãdis, hoſpitale S. Iacobi, & capella hujuſmodi, ita tamen, ut omnes illorum fructus, redditus, & proventus d. Epiſcopo Caſtri Plebis pro tempore exiſtenti, donec unio de dicta Eccleſia S. Benedicti ſuæ menſæ Epiſcopali facta prædicta ſuum plenarium ſortita fuerit effectum, cedere debeant; necnon pro Archidiaconatus, & canonicatuum, & præbendarum, necnon parochialiũ eccleſiarum vicariæ, & capellaniæ pro partis electorum, & inſtitutorum dote, illos, & illas pro tempore obtentas congrua ſubſtentatione, Archidiaconatus, videlicet prioratu, ſeu eccle-*

B *ſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumq; perſona, ſeu per ſimilem reſignationem d. Franciſci, vel cujuſvis alterius de illo, ſeu illa in d. curia, vel extra eam, etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius beneficii eccleſiaſtici quavis authoritate collati vacet, etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Concilii ſtatuta ad ſedem prædictam legitimè devoluta, & prioratus, ſeu eccleſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata, ſeu reſervata exiſtat, & ſuper eo, ſeu ea inter aliquos lis, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis auctoritate, & tenore præſentium etiam perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac ſacriſtiæ d. eccleſiæ Caſtri Plebis pro manutentione unius clerici, ſeu presbyteri, qui ſacriſtiæ*

C *officium inibi exerceat S. Antonii, & S. Salvatoris, necnon tribus poſterioribus canonicatibus, & præbendis uni videlicet, S. Mariæ Novella, alteri puerorum confraternitatum ſuppreſſarum hujuſmodi, & reliqua per d. Joſephum, ut præfertur donata proprietatis, & bona quæcũque; parochialibus autem Eccleſiis S. Mariæ Alborum, ſanctiſſ. nominis Jeſu, & S. Petri 50. ſtaria grani pro qualibet ex dictis decimis ratione exercitii curæ animarum in dicta Eccleſia Caſtri Plebis ſolvi ſolitis, & debitis, necnon & vicariæ tot, quæ ad centum ſcuta cum hoc quod futurus vicarius ex illis 30. ſcuta prædicto capellano annis ſingulis in terminis ad id ſtatuendum durante reſervatione dictæ penſionis ſolvere debeat, capellaniæ vero poſtquam reſervatio penſionis hujuſmodi ceſſaverit, ut præfertur tot alia, quæ ſummam ad ſcut. 30. conſtituant ex proprietatibus, & bonis, ac prioratu, ſeu eccleſia SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, ut præfertur ſeparatis, & diſmẽbratis, necnon menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ Caſtri Plebis pro augmento illius diſtributionum quotidianarum inter Archidiaconum, & ſingulos canonicos prædictos horis, miſſis, & aliis Divinis officiis in d. Eccl. Caſtri*

D *Plebis perſonaliter intereſſentes, dumtaxat juxta providam ordinationem deſuper à loci ordinario faciendam dividendorum, & repartiẽdarum, reliquas omnes, & ſingulas decimas hujuſmodi, ad ducenta alia ſtaria grani, ut pariter accepimus aſcendentes authoritate, & tenore præſcriptis ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Epiſcopo Caſtri Plebis, & Archidiacono, canonicis, capitulo, rectoribus, vicario, capellano prædictis, necnon dicti Seminarii adminiſtratoribus pro tempore exiſtentibus prioratus eccleſiæ, hoſpitalis, capellæ, proprietatum, bonorum, decimarum, & aliorum per præſentes unitorum, annexorum, incorporatorum, applicatorum, & appropriatorum prædictorum, prout ad unumquẽque illorum ſpectat, & pertinet, ac ſpectabit, & pertinebit, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios eorum reſpectivo nominibus propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones,*

& emo

& emolumenta quæcunque percipere, exigere, & levare, A
ac in ſuos, nec non Epiſcopalis, & Capitularis menſa-
rum Caſtri Plebis, Archidiaconatus, canonicatuum,
& præbendarum, vicariæ, capellæ, ſeminarii, & diſtribu-
tionum hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere diœce-
ſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè
requiſita decernentes præſentes literas nullo unquam
tempore, etiam ex eo, quod motu proprio non juſtificatis,
& verificatis eorum, ſeu cujuſlibet eorum cauſis, & quod
d. Eccleſia Cluſina ad præſens paſtore, & proprio defen-
ſore careat, emanaverint, neque etiam ven. frater noſter
Archiepiſcopus Senenſis, uti Metropolitanus, nec admi-
niſtratores, & Gubernatores hoſpitalis S. Mariæ hu-
juſmodi, ſeu alii quicumque in præmiſſis, quomodolibet
intereſſe habentes, ſeu prætendentes, ad hoc vocati fue-
rint, nec præmiſſis conſenſerint, aut ex quavis alia cauſa,
& occaſione, & quocumque capite undecunque reſultan-
te, vel prætextu, ac quæſito colore de ſubreptionis vel ob-
reptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ,
vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari,
in jus, vel controverſiam vocari ad terminos juris redu- B
ci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti
remedium impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & de po-
teſtatis plenitudine ſimilibus concedi nullatenus unquã
poſſe, neque eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium vel
diſſimilium unionum, annexionum, incorporationum, ap-
plicationum, appropriationum, & gratiarum revoca-
tionibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationi-
bus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam a nobis,
vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, etiam in
craſtinum aſſumptionis cujuſlibet illorũ ad ſummi Apo-
ſtolatus apicem, & alias quãdocumque, ac ſub quibuſvis
temporibus, & formis, necnon cum quibuſvis etiam dero-
gatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſo-
litis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, &
motu proprio pro tempore emanantibus comprehendi, ſed
ſemper, & omni tempore ab illis omnibus, & ſingulis ex-
ceptas, & quoties aliquas contra ipſarũ præſentiũ diſpoſi-
tionẽ emanari contigerit, ſub quibus ipſæ præſentes literæ
eſſent, aut viderentur, vel etiam dici poſſent comprehen-
ſæ, toties illas in priſtinum, & validiſſimum, ac eum C
in quo antea, quomodolibet erant, ſtatũ adverſus omnia,
& quæcumque in contrarium diſpoſita reſtitutas, repoſi-
tas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub qua-
cumq; poſteriori data perpetuò tempore exiſtentes caſtri
plebis Epiſcopum, ac Archidiaconatum, canonicos, capi-
tulum, rectores, & alios prædictos, quandocumq; eligen-
dos, ac eis bene viſa conceſſas, & revalidatas ſemper, &
omni tempore validas, & efficaces exiſtere, ac plena, &
perpetuo roboris firmitate ſubſiſtere, ſuoſq; integros, &
plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, &
ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in fu-
turum, quoſque præmiſſa, ſeu eorum aliqua concernunt,
& concernent inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari,
& adimpleri, illiſque in omnibus, & per omnia ſtare, ac
ita, etiam per quoſcumque judices ordinarios, & delega-
tos, etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores,
ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, dictæque
ſedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubi-
que judicari, & definiri debere, necnon quoad prioratum, D
ſeu Eccleſiam SS. Petri, & Pauli hujuſmodi, ac infra-
ſcriptam collationem, & proviſionem, prout eſt, ſi atten-
tatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum; quæ vero ad a-
lia præmiſſa ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à
quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter cõ-
tigerit attentari. Demum prædicto Franciſco apud nos de
vita, & morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtu-
tum meritis multipliciter commendato, horum intuitu
ſpecialem gratiam facere volentes, ipſumque à quibuſvis
excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque
eccleſiaſticis ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine
quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodoli-
bet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumta-
xat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum
fore cenſentes, Archidiaconatum prædictum, cujus, &
ejuſdem prioratus, ſeu Eccleſiæ SS. Petri, & Pauli, ac
forſan aliorum illi annexorum fructus, redditus, & pro-
ventus centum ducat. aur. ſimilium ſecundum exiſti-
mationem prædictam, valorem annuum, ut iiſdem
accepimus, non excedunt, à primæva illius erectione,
& inſtitutione hujuſmodi apud d. ſedem vacan. & de
quo etiam nullus præter nos hac vice diſponere potuit,
ſive poteſt, reſervatione, & decreto obſiſtentibus antedi-
ctis, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, &
pertinentiis ſuis, eidem Franciſco d. auctoritate confe-
rimus, & de illo etiam providemus. Quocirca dilectis
filiis cauſarum curiæ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac
vicariis Vener. fratrum noſtrorum, Urbevetan., & Pe-
ruſini Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus per A-
poſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi,
vel duo, aut unus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios
præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, &
quando opus fuerit, ac quoties pro parte Epiſcopi pro tem-
pore exiſtentis, & capituli Caſtri Plebis, necnon Archi-
diaconi, rectorum, vicarii, capellani, & adminiſtratorũ
Seminarii etiam pro tempore exiſten. prædictorum, ſeu
alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter pu-
blicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſi-
dio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra præſentes lite-
ras, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus ad quos ſpe-
ctat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari,
ac ſingulos, quos ipſæ præſentes literæ concernunt, illis pa-
cifice frui, & gaudere, non permittentes ipſos, ſeu eorum
quempiam per quoſcumque deſuper quomodolibet indebi-
tè moleſtari, necnon d. Franciſcum recepto prius ab eo,
noſtro, & d. Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ
ſolito juramento juxta formam, quam ſub bulla noſtra
mittimus intercluſam, vel procuratorem ſuum ejus no-
mine in corporalem poſſeſſionem Archidiaconatus, & an-
nexorum, juriumque, & pertinentiarum ſuorum prædi-
ctorum auctoritate noſtra, & defendant intruſum, amo-
to exinde quolibet detentore, faciendo Franciſcum, vel
procuratorem prædictum ad Archidiaconatum hujuſ-
modi, ut eſt moris, admitti, ſibique de illius, ac annexo-
rum eorundem fructibus, redditibus, proventibus, juri-
bus, obventionibus univerſis integre reſpondere: contra-
dictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras,
& pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti
remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legiti-
mis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias,
cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggra-
vando, invocato, & ad hæc, ſi opus fuerit, auxilio bra-
chii ſecularis, non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record.
Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, etiam illa,
qua cavetur expreſsè, neque extra ſuam civitatem, vel
diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra
unam dietam a fine ſuæ diœc. ad judicium evocetur, ſeu
ne judices à ſede prædicta deputati extra civitatem, vel
diœceſim, in quibus deputati fuerunt, contra quoſcumq;
procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere au-
deant, vel præſumãt, ac in cõcilio generali addita de dua-
bus dietis, & quatenus opus ſit noſtra de non tollendo jure
quæſito unionibus committendis ad partes, vocatis inte-
reſſe habentibus, & exprimendo annuo valore ſecundum
æſtimationem prædictam, tam beneficii uniendi, quam
illius, cui fit unio, necnon Lateranenſis Concilii noviſſi-
mè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure per-
miſſis fieri prohibentis, aliiſq; Apoſtolicis, ac in ſynoda-
libus provincialibus univerſalibus, & aliis Cõciliis edi-
tis, & edẽdis ſpecialibus, vel generalibus cõſtitutionibus,
vel ordinationibus, nec non Eccleſiæ Cluſinæ, & hoſpita-
lis Senenſis hujuſmodi, ac quorumvis aliorũ locorum, &
beneficiorũ, etiã à quibus aliqua ex beneficiis prædictis
forsã depẽdant juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudini-
bus, privilegiis quoq; indultis, & literis Apoſtolicis illis,
eorũq; Præſulibus pro tẽpore exiſtẽtibus ſuperioribus, ca-
pitulis, gubernatoribus, & perſonis in genere, vel ſpecie
ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis
etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciori-
bus, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, & aliis decre-
tis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimi-
libus conſiſten. ſeu etiam ad inſtantiam, ſeu ſupplicatio-
nem Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Princi-
pum quorumcunque, ac alias in contrarium quomodolibet
etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, approbatis,
& innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque

totis

toris tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non jam per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita ſorma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, ſeu conceſſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſeu hoſpitalibus in illis partibus ſpeciales, vel generales d. ſedis, ſeu legatorum ejus literas impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem ad prioratum, ſeu SS. Petri, & Pauli, ac S. Benedicti Eccleſias, necnon hoſpitale S. Jacobi, & capellam hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum, ſeu hoſpitalium aliorum præjudicium generari, ſeu ſi pro tempore Epiſcopo Caſtri Plebis exiſtenti, & prædictis capitulo, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, proviſo, quod propter unionem, annexionem, interpretationem noſtras prædicta prioratus, ſeu SS. Petri, & Pauli, & S. Benedicti, nec non hoſpitalis S. Jacobi, & capella hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppreſſionis, erectionis, inſtitutionis, abdicationis, translationis ſeparationum, diſmembrationum, diſſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationum, approbationum, decretorum, abſolutionis, collationis, proviſionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Dom. 1601. V. idus Novembris, Pontificatus noſtri an. X.



I. 1. FABRICIUS Paulutius Forolivienſis *a* è nobilibus Comitibus Calbulo, eruditus, doctuſque Prælatus, Clementique VIII. in paucis charus, Romanæque Aulæ peritus, & candore morũ præcipuus, dignus profectò fuit, quem Clemens VIII. in novæ Civitatis Præſulem diligeret. Hic tamen cum exceſſiſſet Clemẽs, ſucceſſiſſetq; XI. Leo, breviſſimus Pontifex fuit, nondum præconizatus, ut vocant, neq; cõſecratus, ſub Pauli V. Pontificatu iterum Plebis Civitatis primus Epiſcopus pronunciatus eſt, atque ab eodem Pontifice inauguratus die 3. menſis Auguſti ann. 1605. adeò verò contentis viribus novam Eccleſiam ad omnem pietatem inſtituendam ſuſcepit, ut nihil omiſerit, quæ antiquæ probitatis Paſtorem addicere viderentur. Scientia ſacrarum literarum ita valuit, ut commentariorum libros tres reliquerit ſui ingenii, pietatiſque haud obſcurum monumentum futurum, ſi beneficio, liberalitateque Franciſci Paulutii nepotis, apud quem aſſervantur, aliquando lucem aſpiciant. Hic profectò dignus eſt, quem ſummi Romani Pontifices Congregationi S. Concilii à ſecretis præfecerint, cùm in eo redivivæ virtutes appareant, illius olim Franciſci Paulutii, Comitis Calbuli, qui tribus abhinc ſeculis ſub Joanne XXII. Sarſinæ Præſul, pro Apoſtolica ſede Æmiliam Provinciam conſultiſſimè frænavit, ut ſuo loco poſtea dicemus. Interim ad Fabricium redeamus, qui cum anno Jubilæi, hoc eſt 16 5. Romam ſe contuliſſet, Apoſtolorum limina inviſurus, ibi correptus febri è vivis, ut vixit, ſanctè deceſſit, ita ut jam in illum illud pſalmi merito quadrare poſſe videatur: Glorificent eum in eccleſia Plebis, & in cathedra Seniorum laudent eum. Deceſſit autem 3 Kal Februarii ejuſdem anni, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Vallicella, quam candidum Puteum vocant, ubi in pavimento ſupra ſepulchrum ex candido marmore, ad dexteram ejus gentilitia ſtemmata ſpectantur, tres ſcilicet nigræ, item croceæ regulæ tres rubeum campum ſecantes, ſupra quas roſa albet ad decus, cum hoc epitaphio.

a De quo tractant Marracius in Biblioth. Mariana par. 1. pag. 399. Caſterius in Syntheme. vetuſt. pag. 24 & Paulus Bonoli in hiſt. Foroliv. pag. 129. Mand.

D. O. M.

Fabritio Paulutio nobili Forolivienſi, primo Civitatis Plebis Epiſcopo eximia juriſprudentia, & ſacrarum literarum eruditione ſpectabili, cujus opera haud fruſtra Chriſti Reipub. præſto fuit. Franciſcus Paulutius Advocatus patruo amant. ac benem. poſuit. Obiit ætatis an. lxix. iij. Kal. Februarii M. DC. XXV.

* In Cathedrali vero Plebis publico ſumptu cives populuſque, tanto viro, ſuoque primo optimo Præſuli nobilem erexit ex marmore tumulum, quandoque ſequenti elogio exornandum à Lælio Guidiccione Lucenſi, Liberianæ baſilicæ Canonico, viro eruditiſſimo, ab eodem nobis communicato.

* Ex App. tom. 2.

Fabritium Paulutium Foroliovienſem vides, cui abunde impertivit natura gentis Calbulæ nobilitatem, labor ſacrarum literarum culturam, probitas moribus antiquis patribus comparandus Idem primus Plebanæ Civitatis Epiſcopus nemini fuit Epiſcoporum ſui temporis ſecundus, novitate meritis dignus Præſul, cui Præſulatus erigeretur novus. Terno hic volumine luculento Bibliorum ſeriem digeſſit univerſam, tam nova, quam vetere ſacra pagina optimis commentariis delucidata, mediatatem ſententia ipſam ſtylo inſectatus ſimplici, & expedito aſſecutus omnino eſt facilitatem, qua vim ingenii, efficaciam, quæ acrimonia judicii, candore, quæ mentis innocentiam exprimeret. Obiit ætate ſeptuagenarius, memoria inclytus, merito ſempiternus.

(„ Hic Cathedrale templum altius extulit, duas „ Capellas majores a fundamentis ſubſtruxit, Palatium „ Epiſcopale in commodiorem formam redegit, Seminarium erexit, in Terra S. Flora Monaſterium Capuccinarum inſtituit. Lucent.)

II. 2. Fr. CELSUS Zanes, Florentinus, Ord. Minorum de Obſervantia, Urbani VIII. Pont. Max. Theologus, Paulutio ſucceſſit, ſecundus Civit. Plebis Præſul, die 19. menſis Februarii *b* anno 1625 *c*. Is honeſtis natus progenitoribus, adoleſcens adhuc Franciſcani inſtituti rigorem profeſſus eſt, itaque literis operam dedit, ut in præcipuis ſui Ordinis nobiliter diſciplinatis numeraretur, tum Italicis, tum extra Italiam Academiis egregiè notus. Siquidem in Pariſino ſtudio cum verſaretur, in Aula Maphæi Barberini per id tempus apud Regem Galliæ Nuncii, Theologi perſonam ſpectatiſſimè geſſit. In Italiam deinde reverſus, diverſos ſui inſtituti honorificos gradus percurrit feliciter, egregiique concionatoris in pleriſque nobilioribus Italiæ Civitatibus partes cumulatè implevit. Deinde ad Epiſcopalem ſedem provectus, Eccleſiam ſibi creditam ſumma pietatis, moderationiſque laude adminiſtravit, donec anno 1629. eo munere ultrò exolutus Romam reverſus eſt, liberiorem operam Pontifici Maximo impenſurus: quip-

b 19 Martii.
c Hujus meminit Vvaddingus de ſcriptoribus Ord. Min. pag. 80 & in Opuſculo cui titulus: ſuffragia in Canonizatione S. Andreæ Corſini pag. 62 legitur ejus ſuffragium. Mand.

pe

peeapellæ Aſſeſſor, ac ſummi Pontificis Confeſſa- A
rius declaratus eſt, cui adhuc ſuperſtiti in ornamen-
tum Eccleſiæ tota Romana Aula ampliorem digni-
tatem precatur, ac ſpondet. („ *Communitati Plebanæ*
„ *plurima loca montium non vacabilium aſſignavit, ex*
„ *quibus ſingulis hebdomadibus feria ſexta in honorem*
„ *Dominicæ paſſionis, & certis aliis anni diebus panis*
„ *eleemoſyna pauperibus diſtribueretur, addita item*
„ *portione pro dotandis nonnullis quolibet anno puellis,*
„ *aliiſque pauperibus ſublevandis. Obiit Romæ, & ſe-*
„ *pultus eſt in Eccleſia Archihoſpitalis S. Spiritus in*
„ *Saxia, quod hæredem inſtituit.* Lucent.)

III. 3. SEBASTIANUS Ricciusè Cingulo, (*I.V.D.*)
olim in Archiepiſcopatu Mediolanenſi Vicarius cri-
a 1630. Januarii. minalis, ab Urbano VIII. Civitatis Plebis adlectus
eſt an. 1629. die 17. menſ. Decemb. obiit 1638. 7. Jan.
(„ *ſepultus eſt in Cathedrali.*)

IV. Ex App. uelli 2. 4. * JO: BAPTISTA Carcaraſius Romanus Seba-
ſtiano ſucceſſit anno 1638. 17. Aprilis, ab Urbano
VIII. creatus, cujus erat ſecretus, ut ajunt, Cappel-
lanus. Romæ obiit, anno 1643. die 24. Januarii, ſe- B
pultus in eccleſia S. Catherinæ de Rota.

V. 5. Fr. REGINALDUS Lucarinus è Trivio
Umbriæ, Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici
Palatii Magiſter, ab Urbano VIII. hujus Eccleſiæ
quintus Epiſcopus electus hoc eodem ann. 1643. men-
ſe Februario, pauloque poſt conſecratus, gregem ſibi
commiſſum verbo, & exemplo paſcit.

ADDITIO

„ *Novem Synodos celebravit, Cathedralem pluri-*
„ *mis impenſis nobilitavit. Bibliothecam litteratis o-*
„ *mnibus in ipſa Canonica appoſuit. Capucciaorum in*
„ *Civitate, & S. Mariæ apud Montem Jovinum Eccle-*
„ *ſias conſecravit. Candore morum præcipuus elegantem*
„ *mulierem ad ejus labefactandam pudicitiam ſecretò*
„ *ingreſſam fugavit. Tribus Civitatis Parochis inopia*
„ *decimarum debilitatis, proprio, eoque ex Patrui here-*
„ *ditate acquiſito ære, ſubſidium attulit, aſſignatis locis*
„ *Montium, unde quilibet 18. ſcuta ſingulis annis perci-*
„ *peret. Varios libros, quæ ſacram Doctrinam redoleat,*
„ *compoſuit; extant nonnulli publici juris, alii aſſervan-* C
„ *tur m. ss. in Bibliothecis Vaticana, Barberina, & in*
„ *ea hujus Eccleſiæ. Denique ſenex jam capularis, &*
„ *plenus laborum decubuit cum ſuam inviſiſſet Diœce-*
„ *ſim menſe Octobri 1671. poſt ſolemnes inferias multo*
„ *populi concurſu, & omnium lachrymis condecoratus,*
„ *in Cathedrali humatus fuit. Ejus cum præconio memi-*
„ *nere Fontana in Syllabo Magiſtrorum Sacri Palatii*
„ *pag. 167. & de Provincia Romana pag. 332. & 373.*
„ *accaon in Theatro Dominic. pag. 171. Jacobillus item*
„ *in Biblioth. Umbria pag. 239.*

VI. „ CAROLUS *Franciſcus Mutus Domicellus Ro-*
„ *manus I.V.D. & V.S. Referendarius Fabriani guber-*
„ *nium, & Nucerinam præfecturam eleganter cum exer-*
„ *cuiſſet, 35. annos natus a Clemente X. quem affinitate*
„ *attingebat, Reginaldo ſuffectus eſt die 22. Febr. 1672.*
„ Lucentius.)

„ *Qui cum per 38. annos Plebanis jus incorruptè di-*
„ *xiſſet, obiit in ſua Reſidentia menſe Septemb. an. 1710.*

VII. „ FAUSTUS, *Guidotti Presbyter è Terra Au-*
„ *fida Aſculanæ Diœceſis, annorum 55. I.V.D Auditor* D
„ *Card. Fabricii Paulutii, qui & antea fuerat Advoca-*
„ *tus Rotalis in, Urbe Viſitator monaſterii monialium*
„ *S. Suſannæ & Deputatus Collegii Piceni, ad hanc ſe-*
„ *dem promotus eſt die 26. Januarii 1711.*

CIVITATIS
CASTELLANÆ
EPISCOPI.



ARbitrantur plerique, neque improbabiliter, Ci-
vitatem Caſtellanam ibi hoc tempore ſituatam
B eſſe, ubi antiquitus fuit antiquorum Feſcennium, in
ea Etruriæ parte ab Argivis ædificatum, quæ perti-
ner ad Faliſcos, ut Blondus, ac Volaterranus oſtẽdunt.
Feſcennium illud appellant, tametſi Straboni, Pli-
nioque Feſcennia ſit, unde apud antiquos Poetas Feſ-
cennini verſus traxere cognomen, in nuptiis, ac læta-
bilibus rebus cantari ſoliti, ut Feſtus affirmat. Nec de-
fuere qui dicerent, hanc Vejentium fuiſſe civitatem,
quæ decem annorum à Romanis obſidium pertinax,
renitenſque potuerit tolerare. Qui tamen à vero vidẽ-
tur abire, ut rectè viſus eſt adnotaſſe Antonius Maſſa
lib. de rebus Faliſcorum. Etenim Dionyſius Halicar-
naſſeus ſcribit, antiquam Vejam non amplius 12. mil-
liaribus abſuiſſe à Roma, pluſquam dimidio, cum ta-
men hoc tempore inter Romam, Caſtellanamque Ci-
vitatem viginti b milliaria intereſſe experiamur. Illã b Jo. Chri. tur.
ſupinus collis extollit, quem rurſus circumadjectæ
rupes exaſperant, hoſtibuſq; impenetrabilem faciunt,
ſuperneque, nec procul Flaminiam viam proſpectat.
C Sat cõſtat cum fortuna antiquum etiam omiſiſſe no-
men, ideoque apud ſcriptores vel ejuſdem mentio ra-
ra, vel ſub antiquis nominibus legentibus minus co-
gnita. Sub novo Civitatis Caſtellanæ nomine ejus pri-
ma mentio habetur in translatione corporum SS. A-
bundii, & Abundantii, quæ ſub Othone III. ſolemni
ritu celebrata eſt anno 998. Quamquam interim haud
negandum ſit, multò ante Epiſcopali dignitate fuiſſe
ornatam, cum jam inde ſalubre Romanorum Ponti-
ficum jugum libens, volenſque acceperit, Chriſtiana-
que ſacra ſub Pontificis Lini temporibus amplexata
eſt, quando ſcilicet illa regio eſt Evangelii Chriſti lu-
ce perfuſa. Civitatis Caſtellanæ Præſules immediatè
Apoſtolicam ſedem adorant, inque Romanæ Provin-
ciæ numeratur Eccleſiis. Huic Eccleſiæ Fallaritana
olim unita fuit, inde IV. Alexander Pontifex deſola-
tam, cenſuq; propemodum deſtitutam. Galleſiam ſedẽ
adjunxit, anno ſalutis 1255. ſui verò Pontificatus an.
1. perduravitque fœdus uſque ad annum 1562. Dein-
de Pius IV. utramque Eccleſiam juſſit rem ſuam ſeor-
D ſum agere, attribuitque jam olim viduatæ Galleſiæ
Paſtorem proprium, quæ vix 7. annos ab altero abjun-
cta Paſtore complevit, iterumque anno 1569. cum Ci-
vitate Caſtellana ſocietatem inire ad perennitatem,
ut poſtea dicemus, compulſa eſt, ut pauperiem, qua
premebatur, levius toleraret Nec proſperiorem Hor-
tana Eccleſia exitum habuit; ſiquidem cum tam ipſa,
quam Hortana, haud reſpondente cenſu, inopia labo-
rarent, jungere fœdus coactæ ſunt, quo communicato
cenſu utriuſq; ſublevaretur inopia. Atque ita factum
eſt, ut tres olim diſiunctæ Eccleſiæ unum demum Pa-
ſtorem agnoſcerent, atque ditarent, ut ſplendidius E-
piſcopalem poſſet ſuſtinere perſonam. Itaque de ipſis
ſeorſum loquemur uſque ad unionem, atque ſuis locis,
ne deinde cogamur repetere, quod ſemel dixiſſe ſat e-
rit. Caſtellanæ modo Civitatis Præſulum ſeriem ex-
plicabimus, cujus Cathedralis Deiparæ Virgini dedi-
cata eſt, quam ex illius Eccleſiæ ſcripturis diligenter
eruimus, quas Archiepiſcopus Gozadinus conjuncta-

rum

rum hoc tempore Eccleſiarum Epiſcopus nobis communicavit, quibus additis aliis monumentis, actibuſque Conſiſtorialibus, ſperamus completiorem omnino futuram.

ADDITIO.

(„*Cathedralem habet Caſtellana Civitas eminentiori in loco ſitam antiqua ſtructura ſub invocatione „Deiparæ Virginis S. Mariæ Majoris nuncupata, cui „inſerviunt 12. Canonici, utraque Præbenda carentes. „Unicam tamen poſt Pontificalem habet dignitatem, & „alios Presbyteros inferiores. Epiſcopus ſuas habet ædes „Cathedrali proximas. Ipſa civitas enumerat 500. do„mus, & bis mille habitatores, cui ſacra miniſtrant 4. „Parochiales Eccleſiæ. Duo ibi pariter extant Virorum, unum Monialium Cœnobium, duo Hoſpitalia, & „mons Pietatis, & Seminarium. Univerſa diœceſis „12000. ferè incolas alit variis in Oppidis & terris. „Præcipua loca ſunt* : Caprarola, *ubi virorum & mo„nialium ſepta.* Galleſe *a quondam urbs.* Vallerano. „Vignanello. Carbognano. Cerehiano. *Sequentia „exigua ſunt.* Fabrica. Rignano. Stabbia. Borghet„to. Calcata. *Et in hoc ſervatur Præputium D. N. Ie„ſu Chriſti. Cæterum quæ ad decentiorem hujus Epiſco„pi ſtatum contemplantur, ex narratione Hortana Ec„cleſiæ infra deſumenda ſunt. Utraſque inſimul unitæ „taxa Rom. Cancellariæ eſt flor. 90. Verus valor annuo „cenſu de præſenti ſupputatur Scut. circiter* 1000. Luc.)

a De Galleſianis dicet & de Falaritanis, Nepeſinisbuſque Epiſcopis, cum & Vejos intra limites hujus Dioceſis olim fuiſſe pronunciamus, in X. agemus hujus operis tomo.

I. 1. CRESCENTIANUS Civitatis Caſtellanæ Epiſcopus, in exquirendis SS Martyrum corporibus diligentiſſimus fuit, temporibus Othonis III. Imperatoris, hoc eſt anno 998. Cumque aliquando accidiſſet B. Adelbertum corpore SS. Martyrum Abundii, & Abundantii ſub Soracte monte Creſcentianæ diœceſis reperiſſe, adeò amiſſarum reliquiarum dolore cõtabuit, ut æmula pietate, illuc miſſis effoſſoribus, iterum voluerit experiri, an ibi adhuc reliqnum foret, quod poſſet ſuæ devotioni ſacere ſatis. Nec voto fraudatus eſt: etenim cum diligenter effodiunt, ſolumque verſant in omnem partem, ex inſperato in SS. Marciani, filiique Joannis corpora inciderunt, qui à S. Abundio ſacro fonte abluti, eandem conſtantiſſimè tulerant palmam Martyrii, ibique à S. Theodora cum Abundio, Abundantioq; nuper reperta, honorifice fuerant tumulari. Itaque repertum theſaurum, Galleſii, ac Polimartii advocatis Epiſcopis ſolemni ritu intulit in Civitatem Caſtellanam, ibique hactenus honorificentiſſimè aſſervantur, octava ipſa die Dominicæ Apparitionis. Extat hiſtoria horum SS. Martyrii, eorundemque tranſlationis Romæ impreſſa, ann. 1584. quæ ſi tacuiſſet, nulla Creſcentiani mentio fortaſſe dimanaſſet ad poſteros.

II. *2. PETRUS Caſtellanus Epiſcopus ſubſcripſit decreto Benedicti Papæ IX. ad favorem Uvillemi Abbatis Fructuarienſis an. 1015.

* Ex App. t. 1.

III. 3. BENEDICTUS Caſtellanæ Civitatis, & Falaritanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit privilegio Benedicti IX. Eccleſiæ Sylvæ Candidæ, anno 1033. in hunc modum: *Benedictus Fallaritanæ, & Caſtellanæ Epiſcopus*; tunc enim hæ duæ Eccleſiæ ſimul unitæ erant, ac deinceps.

IV. 4. PETRUS Epiſcopus Caſtellanæ Civitatis Cõcilium Romanum ſub Nicolao II. celebratũ ſubſcribit anno 1059. menſe Aprilis. In codice autem Vaticano numero 1984. ut innuatur hujus Epiſcopi nomen, ex more rudis illius ſeculi litera P. præponitur tantum, ut inde eruatur, vel Petrum, vel Paulum illum fuiſſe appellatum. („ *Hic ſubſcripſit in Rom. „Conc.* 1050. *& adnotatur in privilegio conceſſo Mona„ſterio S. Dionyſii in Concil. Lateranen.* 1066. *Petrus „Caſtellenſis ſubſcribitur in Conc. Rom. an.* 1059. *quem „eumdem hunc eſſe exiſtimamus, & diverſum ab eo qui „Caſtellanus erat, id eſt Civitatis Caſtelli Tifernum „nuncupatæ, cum in eodem Conc. habito an.* 1050. *Petrus „iſte reperiatur ſubſcriptus Petrus Caſtellanenſis, & „Hermannus Caſtellanus, id eſt Civitatis Caſtelli.* Luc.)

V. 5. PETRUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus diplomati cuidam Honorii II. Pontificis in Eccleſiam Piſanam favorabili ſubſcribit 1126.

IV. 6. PETRUS autem Petro ſucceſſit, Lateranoq;

A Concilio interfuit ſub Alexandro III. 1179. ann. vero 1183. quatuor aras ſacravit, in eccleſia S. Mariæ Falarenſis ſuæ diœceſis, ut legentibus prodit hac ratione marmori inciſum.

Hoc altare dicatum eſt à Petro Caſtellanæ Civitatis Epiſcopo in honorem SS. Martyrum Coſmæ, & Damiani, ac S. Thomæ Epiſcopi Martyris, die vij. Martij, anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXXIII.

7. ROMANUS. Huic ſcribit Honorius III. ep. 139. & 188. ex ejuſdem Pontificis regeſto. Conſecravit eccleſiam S. Cæſarii de Vignali, Innocentii III. temporibus anno 1210. ubi in duabus aris conſecratis altera à Gerardo Nepenſi Epiſcopo, altera à Petro Hiſmaeli Præſule Sutrino, diverſorum ſanctorum reliquiæ honorificè conditæ ſunt, ut tabula marmorea habet, quæ, cum Eccleſia illa poſtea diruta eſſet, cum reliquiis in S. Claræ eccleſiam tranſlata eſt. Inſcriptio autem eſt hujuſmodi. VII.

In nomine Domini, amen.

B *Anno Domini MCCX Pontificatus D. Innocentij III. Papæ, menſ. Martij die 4. ind. xiij. in hac eccleſia B. Cæſarij Martyris duo ſunt conſecrata altaria, primum ad introitum Eccleſiæ conſecratum à Gerardo Nepeſino Epiſcopo ad honorem Dei, & B. Liberatoris Martyris, & B. Lucæ Evangeliſtæ, in quo ſunt recondita reliquiæ B. Saturnini Martyris & aliorum, & ſecundum juxta aliud, & eſt conſecratum à Petro Hiſmaelis Epiſcopo Sutrino, ad honorem Dei, & B. Joannis Baptiſtæ, in quo ſunt recondita reliquiæ B. Marini, & B. Cerenia Martyrum, & aliorum, remiſſio peccatorum annuatim poſita. Hoc factum eſt tempore presbyteri Petri S. Mariæ clerici, & ſociorum ejus, & Epiſcopus Romanus Civitatis Caſtellanæ, una cum prædictis Epiſcopis conſecravit.*

8. N. Civitatis Caſtellanæ Epiſcopus conſecratus ab Honorio III. an. 1217. Pontificatus 4. ex reg. Vatic. VIII.

9. NICOLAUS ille eſt, qui à Greg. IX. ad Viterbienſem Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1233. ex bulla ejuſdem Pontificis, ut in ejuſdem regeſto cernere eſt. Huic idem Pontifex ſcribit, eidemq; mandat ann. 5. ſui Pontificatus, ut privatas, communeſque rationes Abbatiæ S. Salvatoris omni qua poſſit ope majori tueatur contra populum Urbevetanũ, qui ejuſdẽ cœnobii quædã caſtella tyrannicè ſatis ſui fecerat iuris. IX.

C

10. PETRUS Rubeus electus an. 1253. ab Innocentio IV. Pontificatus X. 4. Kal. Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 45. fol. 201. X.

11. NICOLAUS Abbas S. Severini Ord. Præmonſtratenſis Urbevetanæ diœceſis, electus Epiſc. C. Caſtellanæ à Clemente IV. an. 1265. 8. Kal. Octob. ex reg. Vatic. ep. 150. fol. 36. XI.

12. JACOBUS Canonicus Vrbevetanus, præficitur in Epiſcopum C. Caſtellanæ à Nicol. III. anno 1279. Non. Maii, reg. Vatic. ep. 35. f. 241. anno 3. XII.

13. Fr. JOANNES Mayneſius Ord. Præd. ſucceſſit Jacobo ex Priore S. Mariæ in Grado: defunctus eſt ann. 1288: („ *Ejus meatio apud Fontanam de Ro„mana Provincia pag.* 328. Mandoſ.) XIII.

D 14. Fr. MONALDUS Ord. Minorum à Nicolao IV. ann. 1288. 12. Kal. Julii electus eſt, caſſata electione Jacobi ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyteri, & Angeli Archipresb. Viterbienſis, ex regeſt. Vatic. ep. 82. fol. 21. anno 1. XIV.

15. Fr. GODEFREDUS Ord. Minorum, defuncto Monaldo à Capitulo poſtulatus, à Clemente V. confirmatur anno 1306. Non. Junii ep. 184. Viam univerſæ carnis ingreſſus eſt ann. 1324. XV.

16. GUILLELMUS Ord. Carmelitarum electus Epiſcopus Nimocienſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 9. Kal. Martii anno 1324. à Joanne XXII. caſſatis electionibus Gregorii de Urbe ſcholaſtici Morinenſis, & Gotefridi de Civitella clerici Vrbevetani à Capitulo in contentione celebratis. Præfuit annos 7. & ad Eccleſiam Iſernienſem tranſlatus fuit anno 1331. ex reg. Vaticano. XVI.

17. Fr. FRANCISCUS Onii Eugubinus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini electus 2. Non Decem- XVII

bris 1331. Obiit ann. 1348. ex eodem reg.

XVIII 18. IOANNES Archipresbyter Viterbienſis Eccleſiæ, electus Epiſcopus à Clemente VI. an. 1348. 17. Kal. Jan. ann. 7. ep. 137. fol. 88. obiit 1359.

XIX. 19. Fr. STEPHANUS de Viterbio Ord. Eremitarum S. Auguſtini electus ab Innocentio VI. anno 1359. 4. id. Julii, ex reg. Vatic. ep. 51. fol. 45. anno 7.

XX. 20. JOANNES in Caſtellanæ Civitatis Præſulem electus anno 1377. poſtrema die menſis Aprilis: ſpondet ſe ſoluturum Apoſtolicæ Cameræ, quod ex ſolito ſolvendum erat, ex eodem lib.

XXI. 21. MARSILIUS hujus Eccleſiæ Præſul extitit poſt Joannem, ex lib. obligat. Bonifacii IX. fol. 58.

XXII. 22. ANGELUS ſucceſſit Marſilio, ex eod lib. Deceſſit autem 1395.

XXIII 23. JOANNES de Areionibus, ſive de Marchionibus Romanus electus à Bonifacio IX. anno 1395. ultima die expirantis menſis Aprilis. Pro Angelo, proque Marſilio, tardioribus in ſolvendo, Cameræ Apoſtolicæ fecit ſatis, ex eodem lib. Hujus etiam mentio extat in fundatione capellæ S. Nicolai, facta à Petro de Summa Neapolitano, per idem tempus Caſtellanæ Civitatis Gubernatore, atque Rectore. Deceſſit autem Joannes anno 1406.

XXIV 24. Fr. STEPHANUS Ord. Minorum è Civitate Caſtellana, cum Termularum Epiſcopus eſſet, ad ſuæ Patriæ Epiſcopatum aſſumptus eſt VII. Innocentio ſedente, anno 1406. Nonis Julii. Deceſſit vero 1414. poſtremumque ſuum condidit teſtamentum die 17. menſis Aprilis ejuſdem anni.

XXV. 25. Fr. GEORGIUS Ord. Minorum, demortuo Stephano ſuffectus eſt à Joanne XXIII. anno. 1414. 13. Kal. Oct. Bononiæ, fato deinde functus eſt 1431. *a*

a 1431. XXVI *b* 1431. 14. Kal. April. 26. SANCTES Epiſcopus Hortanus ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1431 *b*. Deceſſit verò 1435. (1) poſtremuſque Epiſcopus fuit hujus Civitatis, antequam cum Hortana conjungeretur.

CIVITATIS CASTELLANÆ, ET HORTANI EPISCOPI CONJUNCTIM PROLATI.

XXVII. 27. VALENTINUS Narnienſis Canonicus, Hortæque Pontifex, ſucceſſit demortuo, ſub quo Hortenſis, Caſtellanaque Eccleſia Eugenio IV. Pontifice ſummo jubente perpetuum ierunt in fœdus anno 1437. cujus quidem converſionis rerum hic ſubiiciendam bullam curavimus, quod Pontificis conſilii expreſsè cauſas contineat.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

SAcroſancta Romana Eccleſia, quæ ſuper univerſas Orbis Eccleſias obtinet Divina inſtitutione primatum, circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium, earumque profectus, velut pia mater de filiarum neceſſitate ſollicita, excogitat vigilanter, & providenter intendit, ut quandoque etiam per miniſterium unionis accommodæ, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & illarum utilitas perſuadet, Eccleſiarũ ipſarum ſtatui ſtudeat efficaciter providere. Attendentes itaq; quod Hortanæ, & Civitatis Caſtellanæ, Eccleſiæ quæ dudũ fuerant propriis facultatibus opulentes, adeo propter diverſas calamitates, & ſuccedentium temporum ſiniſtros eventus, quibus partes illæ, proh dolor, afflictæ fuere, in earũ redditibus, & facultatibus tenuæ factæ, & exiles exiſtant, quod propter inopiam, & tenuitatem hujuſmodi reddituum, & proventuum Præſules in illis ſubſtentari non poſſunt, & propterea Pontificalis in eiſdem vileſcit auctoritas, Epiſcopali dignitati reverentia debita minimè exhibetur, Præſuleſque ipſi in ſuorum conſervatione jurium etiam regalium, ac defenſione eorundem reddituum plurimum impotentes, cum revera ad hujuſmodi jura tuenda non ſolum circumſpectionis induſtria, ac ſollicitudo pontificalis curæ profectum adducant, quinimo potius ſufficientia facultatum Hac moti conſideratione, cupienteſque ipſarum pauperum Eccleſiarum indigentiæ ſubvenire, ac ſtatum utriuſque per unionis miniſterium ſalubriter formare, dum ambæ ipſæ Eccleſiæ ſubunius, & ejuſdem Præſulis mode-

A *ramine, atque cura reductæ feliciter ex ipſarum unita potentia utriuſque unicus Præſul in eis valeat commodius reſidere, ſua jura defendere, & commiſſos ſibi populos felicius gubernare Itaque pro evidenti ipſarum Eccleſiarum utilitate conſiderantes unionem hujuſmodi nedum fore proficuam, ſed admodum neceſſariam, laudabilemque, & etiam opportunam præmiſſis ſuadentibus, & aliis rationabilibus cauſis ad id animum noſtrum moventibus, maturaque deliberatione præhabita, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate C. Caſtellanæ, & Hortanæ, Hortanæ & C. Caſtellanæ Eccleſias antedictas de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod altero ex Præſulibus earundem Eccleſiarum, qui nunc ſunt, cedente, vel decedente, aut aliam ex eiſdem Eccleſiis alias quomodolibet dimittente, ſeu altero alia quovis modo vacante, ex tunc ambæ ipſæ Eccleſiæ per unicum Præſulem, qui Hortanæ, & C. Caſtellanæ, ac C. Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopus nuncupetur, ſalubriter gubernetur; liceatq; præſenti, ſeu ſucceſſori ex eiſdem Præſulibus per ſe, vel per*

B *alium alterius Eccleſiæ ſic vacantis, ac civitatis, & diœceſis in ſpiritualibus, & quantum ad ipſius Eccleſiæ jus, proprietatemque pertineat, in temporalibus, corporalem poſſeſſionem apprehendere, & perpetuo retinere. fructuſque, necnon redditus, & proventus, emolumenta, obventiones, & jura quæcumque ad menſam Epiſcopalem ipſius alterius Eccleſiæ pertinentia percipere, & habere, ac in ſuos, & ipſarum ſic unitarum Eccleſiarum uſus, & utilitates convertere, cujuſcumque licentia ſuper hoc minimè requiſita Volentes, & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod hujuſmodi unicus Epiſcopus, qui eiſdem Eccleſiis pro tempore præſidebit uno anno in altera, & alio anno in reliqua ipſarum Eccleſiarum alternatis vicibus chriſma conficere teneatur, ordinationum quoque tempora, & celebrationum vicem eiſdem Eccleſiis, ac earum civitatibus, & diœceſibus diſtribuat, portiones æquas unicuique tribuendo quodque in qualibet earundem diœceſi pro ejuſdem ſubſidio annis ſingulis celebret ſynodum, prout eſt fieri conſuetum, & in qualibet earũdem civitatum, & diœceſi curiam teneat continuè ad juſtitiam miniſtrandam, & juriſdictionẽ Epiſcopalem inibi exercendam, cum vicariis, & officialibus conſuetis. Ac etiã cum iſdem Præſul in Hortana,*

C *civitatis Hortanæ & Caſtellanæ, cum autem in Civit Caſtellana, earumque civitatibus, & Diœceſibus præſens extiterit, Civitatis Caſtellanæ & Hortanæ Epiſcopus appelletur, & ſic deinceps Eccleſiæ ipſæ ſub uno paſtore, & Antiſtite conſtituantur, præmiſſis intitulationibus perpetuis temporibus gubernentur; quodque cedente, vel decedente, ac translato ipſo unico Epiſcopo, ſeu alias Eccleſiis ipſis vacantibus, canonici, & ambo capitula Eccleſiarum præfatarum, vocatis ad hoc qui fuerint evocandi, congregari debeant pro electione futuri Pontificis celebranda in loco ubi Epiſcopus deceſſit, ſi tunc ipſas per obitũ vacare contingat; ſi verò aliter quã per obitum Eccleſias memoratas vacare contigerit, faciant electionem hujuſmodi temporibus vacationum ipſarum alternis vicibus in civitatibus, vel diœceſibus antedictis, ita quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi præfatæ Eccleſiæ in ſpiritualibus lædi, ſeu aliqua in temporalibus non poſſint detrimenta ſubire. Nulli ergo &c noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere &c. ſi quis &c.*

Datum Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ 1437.

D *3. Nonas Octobris anno 7.*

Interfuit Valentinus Florentino Concilio anno 1439. anno verò 1442. ad Aſculanam Eccleſiam translatus eſt.

28. LUCAS, ex Canonico Bononienſi, creatus eſt Epiſcopus Civitatis Caſtellanæ, atque Hortanæ, Eugenio IV. ſedente anno 1442. Nonis Februarii ejuſdem anni, quo etiam tempore Monaſterium S. Georgii prope Hortam Epiſcopali mẽſæ ſuffecturũ acceſſit. Lucas autem deceſſit in exordiente an. 1443. XXVIII.

29. ANTONIUS Stella è Civitate Caſtellana, ex Cathedralis Canonico ab Eugenio IV. aſſumptus fuit ad ſuæ Patriæ Epiſcopatum an. 1443. mortuus autem eſt anno 1455. ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi anno 1619. Julius (2) Stella ejus propior affinis, XXIX.

in

(1) Sed cum ex Diplomate unionis Eccleſiarum Civit. Caſtellanæ & Hortanæ dato an. 1437. clariſſimè habeatur, eo tempore utramque Eccleſiam ſeorſim proprium habuiſſe Paſtorem, neceſſario deducitur, hunc Sanctum Civitatis Caſtellanæ, tempore emanaturnis præfati decreti convixiſſe Valentino Hortano, & nonniſi poſt ipſum editum obiiſſe. *Luc.*

(2) Dele *Julius* in Ughello, & pariter in Epitaphio, & ſcribatur Stella de Stellis, ſicuti fundum accepimus ab erudito, proboque viro D. Benedicto Stella Ord. Ciſterc. Abbate, & præfati Stellæ propinquo. *Luc.*

in ejuſdem promeritam laudem hoc epitaphium affigendum curavit.

D. O. M.

Antonio Stella ab Eugenio IV. Pontifice Maximo anno Domini M.CCCC.XLIII. ob doctrinam, & rebus gerendis ſolertiam, tum ad Caſtellanæ, quam Hortanæ Civitatis annexum Epiſcopatum provecto, velut inter majores ſuos prælucenti Stellæ cognominis Julius a V. I. D. Prothonotarius Apoſt. S. Laurentii in Damaſo Canonicus, & Alexandri Peretti Cardinalis Montalti intimus familiaris, in poſterorum memoriam, monumentum ſtatuendum curavit, anno D. M. DC. XIX.

a Stella.

XXX. 30. Fr. NICOLAUS Palmerius Siculus, Ordinis (,, *Eremitarum*) S. Auguſtini, Cathacenſis antea Epiſcopus in Calabria, translatus eſt anno 1455. b verum fato functus eſt 1467. Romæ; tumulatuſque eſt apud S. Auguſtinum. Vide de eo plura infra in Epiſcopis Hortanis:

b 1. Julii.

XXXI 31. ANTONIUS Epiſcopus Caſtrenſis, à Paulo II. ad hanc Eccleſ. translatus eſt 1467. Deceſſit autem 1473.

XXXII. 32. PYRRHUS, ſive Petrus Ayoſſus, Trojanus, electus eſt à Sixto IV. Pontifice Maximo 1473. c ab Innocentio verò VIII. translatus eſt ad Eccleſiam Sueſſanam 1486. prid. Non. Septem.

c Kal. Febr.

XXXIII. 33. ANGELUS Pechinolus d Caſtellanæ Civitatis Canonicus, atque civis, ab Innocentio VIII. ſumma ſuorum civium acclamatione, ad Patriæ ſedem ſubvectus eſt, die 4. menſis Auguſti anno 1486. eodemque anno Nuncius Apoſtolicus in Pannoniam miſſus eſt, proque Apoſtolica ſede pluribus Civitatibus incorruptum jus dixit. Deceſſit autem in Centumcellenſi Civitate, ejuſdem loci adminiſtrator an. 1492. cujus in Patriam relatum cadaver in Cathedrali cum hoc epitaphio tumulatum eſt.

d al. Perchinolus, ſeu Petrinolus.

D. O. M.

Angelo Pechinolo Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopo, Innocentii VIII. Pont. Max. ad Hungariæ Regem Nuncio, Secretario Apoſtolico, Arcis Civitatis Vetulæ Præfecto, Viro religione, doctrina, & eloquentia claro, rebus optime geſtis, in maxima de ſe expectatione ſublato, anno MCCCCLXXXXII. menſ. Octob. cujus oſſa de Civitate Vetula translata hic requieſcunt. Franciſcus, Ludovicus, Stephanus, Hercules, & Timotheus Petri Angeli filio Patruo magno fecerunt, anno Domini M. D. LXXIX.

C

XXXIV. 34. HENRICUS Brunus, ſive ut alii volunt, de Penna, cum Alexandro VI. eſſet à ſecretis, ab ipſo his duabus Eccleſiis ſimul junctis Pontifex præpoſitus fuit an. 1493. ac poſt an. 5. Tarentinus Archiepiſcopus evaſit ann. 1498. die 24. menſis Septembris.

XXXV. 35. GEORGIUS (,, *Maccaſanus de Pereto Marſus*,) ſucceſſit Henrico ann. 1498. die 24. menſis Septembris, qui cum in eo munere vix triennium expleſſet morte ſublatus eſt. e

e Ad Sarnenſem evaſit.

D

XXXVI. 36. LUDOVICUS electus eſt 1501. defunctus autem eſt 1503.

XXXVII. 37. JOANNES Brochardus, natione Germanus, f ac Baſilicæ Decanus Vaticanę, ſub Alexandro VI. Ceremoniarum, ut vocant, Magiſter, à Iulio II. Pont. Max. electus eſt Caſtellanæ, Hortanæque Eccleſiæ Præſul anno 1503. die 29. menſis Novembris. Hic Referendarius Apoſtolicus fuit, ſcripſitque Alexandri VI. Diaria, Juliique II. tanta libertate ſcribendi, veritatiſque candore, ut ſimul delectent, ſimul in admirationem trahant lectorem, tametſi barbarè ſcripta ſint, exulentque à ſalibus: adeò veritas omni fuco exuta placet; adeo candidos penetrat animos. Romæ deceſſit an. 1506. die 6. menſis Maii, tumulatuſque eſt apud S. Mariam de Anima.

f Argentinas, ut in Epitaphio legitur apud Martinellum in Roma ex Ethnica ſacra pag. mihi 182. Mand.

XXXVIII. 38. Fr. FRANCISCUS de Franceſchinis Hortanus, g Ordinis Minorum, Pœnitentiarius, atque à Confeſſionibus Julii II. electus an. 1506. die 29. menſis Maii. Hic Lateranenſi Concilio interfuit anno 1512. ſub Clemente vero VII. nuncium Epiſcopatui remiſit an. 1523. h

g Fuit ... apud Theu...

h Item in Apparatu Minoricopag. 73. Mand. h 1525.

39. PAULUS Card. Cæſius (,, *Romanus*) harum Eccleſiarum perpetuus adminiſtrator adſcitus eſt, (,, 7. *April.* 1525.) quas utique Præſul adminiſtravit uſq; ad an. 1538. i quo quidem tempore è vita deceſſit. XXXIX.

i 1537. 9. Auguſti.

40. LUCAS Sabellus Romanus in actibus hujus Epiſcopatus reperitur illarum duarum Eccleſiarum tanquam Præſul electus per Procuratorem poſſeſſionem iniiſſe die 6. Auguſti anno 1537. quamvis hoc Acta Cõſiſtorialia non habeant. Quin produnt, Pomponium Cæſium Romanum Cardinali Cæſio ſucceſſiſſe; quamobrem poteſt Sabellus Caſtellanæ Civitatis fuiſſe electus Epiſcopus, tametſi in Conſiſtorio non acclamatus, aut certè interim fato ceſſiſſe, aut ad alteram Eccleſiam fuiſſe translatus, itaque ejus memoria mortalibus excidiſſe. XL.

41. POMPONIUS Cæſius Romanus, vir ſanè doctiſſimus, ac Philoſophiæ, Aſtrologiæq; laude præclarus, à Paulo III. Farneſio electus fuit Epiſcopus anno 1538. die 21. k menſis Auguſti; Quam quidem eccleſiam per annum, & abſens ſemper adminiſtravit; anno verò 1539. die 24 menſis Novembr. translatus eſt ad Epiſcopatum Nepeſinum, atque Sutrinum, Romæque declaratus Vicarius; anno verò 1542. ab eodem Pontifice Senatoria Eccleſiaſtica purpura decoratus eſt, 6. Nonas Julii, cujus dignitatis perſonam menſem tantum unum ſuſtinuit, deinde cum admiratione Pontificis Pauli, deceſſit, ut ex Aſtrologica facultate illum prædixiſſe affirmant plerique, quorum credulitatem tantum vanitatis habere crediderim, quantum Genethliacorum inanes conatus habent temeritatis. Cæterùm in noſtris ad Ciaconium notis memini me dixiſſe, Pomponium Civitatis Caſtelli, hoc eſt Tiphernatem fuiſſe Epiſcopum, ex vicinitate nominum lapſus errore, cum Caſtellanę Civitatis Epiſcopus fuerit, non verò Tiphernas. XLI.

k 11.

42. SCIPIO Bongallus Romanus ſublectus eſt, an. 1539. die 24. menſis Novembris. Interfuit Tridentino Concilio, Hortæque deceſſit die 3. menſis Auguſti 1564. ſepultuſque eſt in Cathedrali de quo ibi (,, *In* ,, *Conſiſtorialibus legitur diſpenſatus ſuper defectu na-* ,, *talium de ſoluto genitus & ſoluta*. Luc.) XLII

43. NICOLAUS Peruſcus Romanus I. V. D. Apoſtolicuſque Referendarius, à Pio IV. ſummo Pontifice electus eſt die 7. menſis Februarii anno 1565. Eius Epiſcopatus poſſeſſionem ſolemni ritu inivit, menſe Majo, eumque laude haud mediocris prudentiæ utramque Eccleſiam adminiſtravit per annos 17. in Civitate Caſtellana defunctus eſt anno 1582. die 8. menſis Februarii; ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc Epitaphio. XLIII

D. O. M.

Nicolao Peruſco patritio Romano, Juris Conſulto clariſſimo, utriuſq; Signaturæ Sanctiſs. D. Noſtri Papæ Referendario, Epiſcopo Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ; qui prudentia, religione, Juſtitia, liberalitate, potius effuſione in pauperes, ſuo muneri ſemper cumulatiſſime ſatisfecit. Jo. Paulus Peruſcus frater populi conſenſu victus, qui chariſſimi, optimeque de ſe meriti paſtoris corpus alio transferri non patiebatur cum inhumatum dies decem, maxima cum populi totius admiratione permanſiſſet, & nullam cadaveris ſpeciem prætuliſſet, hoc loco multis cum lachrymis cond. curavit. vixit annos lxi. menſis iv. dies xxviii. Obiit die Jovis viii. Februarii MDLXXXII.

44. ANDREAS Longus Parmenſis, vir eruditus nobilique poetica lauro celebris, à Gregorio XIII. Caſtellanę Civitatis Epiſcopus electus eſt die 2. menſis Aprilis anno 1582. vigintiquinque omninò annos Caſtellanam, Hortanamque Eccleſiam rexit, deſiitque inter mortales eſſe, anno 1607. 15. Kal. Septembris 68. ætatis ſuæ anno, ſepultuſque fuit in Cathedrali Hortenſi. Conſule catalogum Hortenſium Epiſcoporum. (,, *Joannes Vincentius Camachius Ameri-* XLIV

„ *nus deſignatur harum ſedium Antiſtes , ſed antequam res ageretur de eo in conſiſtorio , Eccleſia S. Marci in Calabria attributus eſt.* Luc.)

XLV. 45. Fr. HIPPOLYTUS Fabianus Ravennas, a Generalis Magiſter Eremitarum Ordinis S. Auguſtini, inſignis Theologus, ac Prædicator egregius, à Paulo V. electus eſt Epiſcopus 17. die Decembris ann. 1607. Deceſſit autem in Civitate Caſtellana 1621. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XLVI 46. ANGELUS Gozadinus Bononienſis, Marci Antonii Gozadini Card. proprior affinis, Archiepiſcopus Nazianzenus *b*, ac Parieuſis, Cardinaliſque Ludoviſii Bononiæ ſuffraganeus ejus Civitatis Archiepiſcopi, à Gregorio XV. factus eſt Epiſcopus Hortæ, Caſtellanæque Civitatis an. 1621. *c* vivit adhuc, cujus modeſtia haud ſinit nos in ſuis laudibus longius progredi: ſat ſit modo dixiſſe ita ſalubribus legibus Eccleſiam ſuam inſtitutam habere, ut ſi pergat, feliciores etiam in dies progreſſus ſperemus.

Niziens. — .5. Octob.

A D D I T I O.

(„ *Vir egregia virtute præditus cum extremis Urbani VIII. diebus oneris nuncium remitteret, Summus Pontifex has Infulas in noſtrum Ughellum rejicere decrevit, virumque per ſuum Auditorem, perque Card. Franciſcum Barberinum admonuit, ſic eum ab incœpto Italiæ Sacræ opere non deterrendum ducens, ſi Urbi, ubi unicè proſequendum eſſet, propinquiori in loco Epiſcopali Throno condecoraret. At ſubſecuta Urbani mors eventum perdidit, & Ughellus ad alias ſedes vocatus etiam in clauſtro maluit Romano cum beneficio ſtudiorum, quàm cum eorundem diſcrimine longius verſari in Epiſcopali munere. Gozadinus vero in ſuo uſque ad obitum perſtitit.* („ *Noviſſimè poſita extat in Cathedrali Caſtellana in marmore hæc inſcriptio, quam requiſitus dictavit Cl. vir Eques Proſper Mandoſius, cujus adnotatis identidem pulchreſcit hæc noſtra editio, in hunc modum.*

D. O. M.

„ Angelus hic jacet prænobili Orientali
„ Gozadina Familia, Bononia tamen oriunda natus. Marci Autonii Gozadini Card.
„ affinis. Qui ſapientia, & probitate ſpectatus
„ Archiepiſcopus Niaienſis, atque Parieuſis,
„ Archiepiſcoparus æque Bononienſis pro
„ Card. Ludoviſio ſuffraganeus, Civitatis Caſtellanæ deinde & Hortanæ Epiſcopus fuiſſe. In utraque Cathedrali Canonicatum
„ munificè conſtituit de jure Patronatus S.
„ Congregationis de Propaganda fide, quam
„ hæredem ex teſtamento reliquit. Synodicas
„ pluries ſaluberrimas leges ſtudioſè, diligenterque promulgavit optimi Paſtori nomen
„ adeptus. Eximiis tandem Virtutibus, & egregiis operibus clarus diem clauſit extremum 4. Kal. Aprilis. Anno M. DCLIII.
„ Ulyſſes Gozadinus Bononienſis Archiepiſcopus Theodoſienſis P. A. M. DCC. V.

„ *De familia Gozadina tractat Creſcentius in Corona Nobil. Ital. par. 2. pag. 455. & mentio quoq; ibi de Angelo eſt.*)

XLVII. „ *Fr.* THADDÆUS *Altinus Camerinenſis Ord. Erem. S. Auguſtini Magiſter Generalis, deinde Innocentii X. Sacriſta, & Epiſcopus Porphirienſis, ad Civitatem Caſtellanam, & Hortanam translatus per obitum Gozadini die 10. Novembr. 1653. diu, & lepidiſſimè has rexit Eccleſias; ſæpius de ſuggeſto etiam integro Quadrageſimali tempore ad ſuas oves allocutus eſt, earundem eo incaleſcens amore, ut ſui Præſulatus longiori tempore ana, vel altera vice inde abſceſſerit, illicò ad Gregis Vigilias reverſus, cui tandem collachrymanti ſui deſiderium fecit ſenio conſumptus die 13. Aug. 1685. ſepultus jacet in Cathedrali Hortana.*

XLVIII. „ JOSEPH ANTONIUS *Sillanus Leoncillus Nob. Spoletanus in Romana Curia Cauſarum Advocatus, & Card. Ludoviſii Epiſcopi Oſtienſis Auditor, ejuſque tum in Portuenſi, tum ſubinde in Oſtienſi, & Veliternenſi Vicarius generalis in ſpiritualibus, morũ ſuavitatem cum multiplici rerum ſcientia cum admiſceret, has ſedes promeritus eſt 13. Maji 1686. Tanti honoris munia cum egregiè obiret, extremo fato functus eſt in Civitatis Caſtellanæ Epiſcopio Kalendis Auguſti ann. 1697. & in ejus loci Cathedrali terra commendatus jacet cum hac inſcriptione, quam ſimiliter requiſitus exaravit prædictus Cl. vir Eques* Man.

D. O. M.

„ Joſepho Sillano Leoncillo Nob. Spoletano,
„ qui virtutum & doctrinæ ſuffragantibus
„ meritis ad Epiſcopatum civitatis Caſtellanæ & Hortanæ evectus, etiam inter ærumnas Eccleſias ſibi creditas ſummo juſtitiæ
„ zelo, & mira conſtanria ſolertiſſimè gubernavit. Deviait Kal. Auguſti. Anno
„ M.DCXCVII.

„ SIMON PAULUS *Aleottus apud Foreliviences, ex utroque parente Antonio Aleotto, & Jacoba Albicina conjugio nobili natus die 25. Januarii ann. 1666. Vir literatura, agendique ſuavitate clarus, Pontificius Prætor in temporalibus Patriæ frana ſuſtinuit, eamque in ſpiritualibus Epiſcopi Vicesgerens triennium & ultra moderatus eſt. Mox unus ex Juriſconſultis, qui Sacræ Rotæ Maceratenſis auditorium implent, delectus eſt; quomet tempore Propontifex Maceratenſis Eccleſiæ ejuſdem jura tutatus eſt, abſente præcipuè Antiſtite Paulutio. Hæc interim ejus contemplatus virtutes Innocentius XII gemino huic ovili præeſſe voluit die 26. Februarii an. 1698. Octava ab inaugurationis die ejuſdem anni 25. Maji ſolemnem iniit poſſeſſionem. Perluſtrata Diœceſi, & Seminario Hortano ob redditwum inopiam jam ſere delete, ſolertia ſua reſtituto, ſanctiſſimis legibus pro cuſtodia Eccleſiaſtica diſciplinæ Clerum, & populum communivit. Obiit autem diutino divexatus morbo in Civitatis Caſtellanæ Epiſcopio die 30. Septemb. 1704.* Lucent.) XLIX

„ ASCANIUS *Blaſii, Romanus ex Epiſcopo Salamina in partis infidelium, & ſuffraganeo ad exercenda Pontificalia in Eccleſia & Diœceſi Sabinenſi translatus ad dictas Eccleſias eſt 26. Januarii 1705.* L.

CIVITATIS DUCALIS. EPISCOPI.



CIVITAS DUCALIS, ſeu Ducatus Civitas, in Provincia Aprutina regni Neapolitani, quando fuerit conſtructa, aut quis ejus fuerit auctor, ſuis in Reatinis commentariis retulit Pompejus Angelottus ex Offreduccio Ancajano. Conditorem enim habuit Robertum Calabriæ Ducem Caroli II. Regis Neap. filium, qui anno 1308. die 15. Decembris prima fundamenta jecit, novæque Civitati, Ducalis nomen imponere placuit. Ad me quod attinet, reperi in Actis Conſiſtorialibus illam in Civitatem more Romano inſtituiſſe, ac Collegiatam ejuſdem Eccleſiam olim Reatinæ diœceſis in Cathedralem erexiſſe Alexandrum VI. anno ſalutis 1502. 24. Junii, cui primum Epiſcopum conſtituit Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectum Matthæum Urſinum Romanum. Verum Julius II. anno 1505. 8. Novembris, inſtante Ioanne Card. Columna Reatino Epiſcopo, Epiſcopalem dignitatem ſuppreſſit, translato Matthæo ad Calvenſem Eccleſiam. Idem poſtea Julius Pontifex (deſuncto Card. Columna) anno 1508. iterum eandem Eccleſiam in Cathedralem erexit, ac diœceſim deſignavit novo Epiſcopo ab ipſo creato, quæ quidem parva

eſt,

eſt, & quindecim inter oppida, & villas continet. Cathedralis competentis ſtructuræ, & ornatus duas habet dignitates, Archipresbyteratum nempe, & Præpoſituram, undecim Canonicos, alioſque clericos. Domus Epiſcopalis eſt ſatis ampla, & commoda. Tria virorum, unumque Sanctimonialium intra Civitatem, & alterum Capuccinorum extra mœnia, cænobia, xenodochia duo, necnon quatuor laicorum Confraternitates numerantur. Epiſcopi, ab ipſa prima ſua inſtitutione, ii tantum à nobis ſunt obſervati in citatis Act. Conſiſtor. A

A D D I T I O.

(„ *Diœceſis Civitatis Ducalis loca ſunt* Caſtel S. „ Angelo, *ubi Collegialis cum Archipresb. & 10. Canonicis*, Borgo, *ubi item Collegialis cum 6. Canonicis.* „ Cantalice, *unde S. Felix Capuccinus*. S. Liberato. „ Lugnano. Paterno. Mozza. S. Sebaſtiano. Comaldo „ Rocca di Fondo. Miciani. Balcariola. Pendenza. „ Grotti. Caſette. S. Rufina. Liſciano. *In his una ſupra* „ *viginti animarum cura enumeratur. Cæterum Civitas* „ *Ducalis utilis domini è Farneſio germine Parmæ* B „ *Ducis, ſita eſt non procul à Reato juxta confinia ditio-* „ *nis Pontificiæ, media in ipſa via Rom. qua Aquilam* „ *pergitur; & mille ſexcentas animas modo enumerat,* „ *quas Eccleſiæ Parochiales quatuor inter ſe dividunt.* „ *Cathedrale templum S. Mariæ de Populo intitulatur.* „ *Ambo dignitates curam animarum in eo exercent.* „ *Canonici ſunt 12. quorum duo Parochiali munere fun-* „ *guntur, item duo Beneficiati. Extat Seminarium, &* „ *Mons Pietatis. Menſa Epiſcopalis eſt 400. ſcut. ejus* „ *monetæ: quorum ducenta ſolvuntur à communi civium* „ *ex pedagio, quod extrahitur à tranſeuntibus cum ſar-* „ *cinis per hujus Civitatis Territorium. Duæ Cathedra-* „ *lis dignitates 100. annuis ſcutis potiuntur, Canonici 50.* „ *Duo Beneficiati 25.* Luc.)

I. 1. MATTHÆUS de Magnano de Urſinis Romanus, primus Epiſcopus Civitatis Ducalis, ab Alexandro VI. an. 1502. die 24. Januarii deſignatus, præfuit anno 3. & ad Calvenſem Eccleſiam translatus eſt à Julio II. qui dignitatem Epiſcopalem hujuſce Civitatis ſuppreſſit an. 1505. die 8. Novembris. C De qua hæc habentur in citatis Conſiſtorialibus relationibus.

Reverendiſſimus Dominus de Columna dixit, quod cum per Alexandrum Papam VI. oppidum Civitatis Ducatus Reatinæ diœceſis fuiſſet erectum in Civitatem, & ibi dicta Eccleſia cathedralis ſub invocatione Civitas ſeu Civitatis Ducalis, & de ea proviſum fuiſſet D. Matthæo de Magnano de Urſinis, & quoniam id factum erat in præjudicium Dominationis ſuæ, ſupplicabat Sanctiſs. Domino Noſtro, prout etiam alias ſupplicaverat, ut Sanctitas ſua vellet in priſtinum ſtatum reducere dictam Eccleſiam ſuam Reatinam, & ſic S. S. de conſilio Reverendiſſimorum Dominorum hujuſmodi reintegrationem duxit admittendam, dictamque Civitatem Ducalis perpetuo univit dictæ Eccleſiæ Reatinæ, reintegrando prædictum Dominum de Columna in priſtinum ſtatum, prout erat ante diſmembrationem prædictam, & fuit dictum, quod dicto D. Matthæo provideretur de alia Eccleſia vacatura. Hucuſque Acta.

II. 2. JACOBUS Alpharidius de Leoniſſa novæ hujuſce fundationis à Juliano II. iterum factæ anno 1508. die 17. Octob. ſecundus Epiſcopus electus, ſedit D ann. 3. ibidemque deceſſit.

III. * Ex App. tom. 5. 3. JACOBUS * Maximus de Ponte Corvo (ita vocatum vidi in literis ipſius Jacobi 4. Octob. 1513. ſcriptis Cong. Ciſtercienſis Ordinis Italiæ tamquam ejuſdem Apoſtolicum viſitatorem.) antea Epiſcopus Soranus, ſucceſſit Jacobo anno 1511. die 12. Decemb. Obiit 1524. *a*

a Ceſſit 1525.

IV. 4. FELIX electus anno 1524. 7. Aprilis, qui an. 1573. deceſſit. („ *Felix de Maximis ſucceſſit per ceſſio-* „ *nem Jacobi conſanguinei ſui titulo Adminiſtrationis* „ *cum 24. annos tantum ætatis excurreret, donec ad 27.* „ *deveniret, 2. Aprilis 1525. Morte ſublatus eſt 1573.* „ *ſive liberè ceſſit, ut in actis Conſiſt.* Lucent.]

V. *b* c. Julii. 5. POMPILIUS Perottus creatus anno 1573. 4. Maii *b*, tranſlatus ad Guardienſem anno 1580. 4. Maji

VI. 6. VALENTINUS de Valentinis („ *ex Oppido* „ *S. Martini, Decretorum Doctor,*) ſucceſſit an. 1580. 14. Novemb. qui obiit anno 1593.

7. JO: FRANCISCUS Burgardus („ *al. Zagor-* „ *dus Neocaſtrenſis, I. V. D.*) electus ultima Martii *c* 1593. poſtea ad Bellicaſtrenſem translatus an. 1598. VII. *c* 1. April.

8. Fr. JO: GREGORIUS *d* de Padilla Hiſpanus, Ordin. Prædicatorum inſignis Theolog. à Clemente VIII. electus anno 1598. die 18. Septembr. Extrema clauſit anno 1609. VIII. *d* al. Gregorius.

9. PETRUS PAULUS Quintavallius („ *Campienſis I. V. D.*) creatus anno 1609. 23. Martii; obiit anno 1627. IX.

10 NICOLAUS Benignus *e* Tudertinus, Canonicus S. Mariæ Tranſtiberim, olim ſub Clemente VIII. in Hiſpania Apoſtolici Nuncii Fiſcalis, ab Urbano VIII. creatur Epiſcopus anno 1627. 8. Februarii; exceſſit anno 1632. X. *e* Hujus in Opuſc. Suffragio in Canoniz. S. Andreæ Corſini pag. 64. legitur ſuffragium. Mandoſ.

11. PONPONIUS Vetulus *f*, electus („ *Patria* „ *ſuæ Epiſcopus*) 8. Kalend. Decembris anno 1632. conſecratus à Marcello Card. Lantes in Eccleſia S. Spiritus in Saxia die S. Andreæ Apoſtoli, una cum Epiſcopo Orienſi. Vivit adhuc pius bonus Præſul. (*Obiit an. 1652. in Cathedrali ſepelitur.*) XI. *f* Laudatur à Genuino in opere Anagrammaton. lib. 2. pag. 72. Mand.

* 12. SALUSTIUS Cherubinus Reatinæ Diœceſis Clericus ſucceſſit Pomponio Vetulo anno 1652. die 8. Januarii ab Innocentio X. Pont. Max. ad hoc munus vocatus. XII. * Ex App. tom. 5.

A D D I T I O.

(„ SALUSTIUS *Cherubinus J. V. D. è loco nuncu-* „ *pato la Poſta Reatinæ Diœceſis in Regno tamen Nea-* „ *politano, hanc ſedem eſt aſſecutus 8. Jan. 1652. Franci-* „ *ſci Card. Cherubini antea munere functus Auditoris* „ *non ignobile ſui ingenii indicium præbuit, cujus inſuper* „ *ſimilitudine cognominis oblectatus Purpuratus Prin-* „ *ceps, potiſſimùm in cauſa fuit, quòd hac infula decora-* „ *retur. Obiit in Patria omnibus charus 1659. ubi ſepel.*

„ JO. CAROLUS *de Valentinis clara gente Rea-* XIII. „ *tina, Eccleſiæ olim Reatinæ Canonicus I. V. D. Phar-* „ *pharum Vicarius Generalis, & Petri Card. Otthobo-* „ *ni, qui deinde evaſit ad Petri Sedem ſub nomine Ale-* „ *xandri VIII. Auditor, hac paſtorali cura potitus eſt 9.* „ *Junii 1658. Duos inſtituit in Cathedrali Beneficiatos* „ *Capellanos, Seminarium erexit, piè, ſanctèque obiit* „ *21. Auguſt. 1681. in Cathedrali quieſcit. (Hic elogia* „ *in Canonizatione SS. Petri de Alcantara, & Mariæ* „ *Magdal. de Pazzis elucubravit, & extant in lib. cui* „ *titulus: Acta Canonizationis SS. Petri &c. pag. 190.* „ 245. Mandoſ.)

(„ FRANCISCUS *de Giangirolamis ingenua* XIV. „ *Reatina gente prognatus I. V. D. Patriæ ſuæ olim Ar-* „ *presbyter Collegiatæ S. Rufinæ, deinde Cathedralis* „ *Canonicus, mox Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus, Card.* „ *Franciſci Barberini familiaris, & perpetuus commen-* „ *ſalis, pro quo variis egregiè functus muneribus, Guber-* „ *nium geſſit Velitrarum temporale, & in ſpiritualibus* „ *Vicariatum Generale tali prudentia, & urbanitate,* „ *ut omnibus ſummè charus eſſet. Pharpharum quoque* „ *parem Vicariatum ſuſtinuit; charitas, & comitas in* „ *tali Viro erga omnes ſemper enituit, ut ab eo avaritia,* „ *ſive temporalis lucri omnis ſuſpicio abeſſet. Poſt obitũ* „ *Franciſci, Card. Carolo ejus Nepoti adhæſit honora-* „ *rius aulicus, a quo in plurimis adhibitus curis fuit. De-* „ *mum hujus Eccleſiæ clavo admotus fuit 2. Jan. 1682. In* „ *pervigilio Dominicæ Incarnationis ſolemnem iniit poſ-* „ *ſeſſionem; deinceps, luſtrata Diœceſi, Synodum ha-* „ *buit, & edidit brevem, & ſaluberrimis refertam legi-* „ *bus. Dum tam bellè circa gregem ſuum occupatur, om-* „ *nium mœrore in Patria morte ſurripitur die 1. Octob.* „ *1685. ætatis 66.*

PHILIPPUS *Tani Romanus g, Monachus, & Ab-* XV. „ *bas Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis,* „ *Judicis Congregationis Conſultor ad hujus Eccleſiæ gu-* „ *bernacula aſſumptus eſt die 1. Aprilis an. 1686. Plura* „ *ſcripſit uſque modo, & multa evulgavit opuſcula.* Luc.)

g De quo vide Bibliothecam Romanam Cl. viri Equitis Mandoſii Centuria 2. num. marg. 85.

(„ *Obiit autem Philippus Romæ an. 1711. ultima die* „ *m. Decembris, ſeu potiùs prima die ineuntis anni 1712*

„ PETRUS *Jacobus Pichi Presbyter Piſaurenſis,* XVI. „ *annorum 51. I. V. D. Prothonot. Apoſtol. & Vicarius* „ *Apoſtol. in Civitate Ducali, ejuſque Diœceſi, fuit de-* „ *ſignatus ejuſdem Civitatis Epiſcopus, examinatus, &*

„ deinde præconizatus in Conſiſtorio die 22. Maii 1713. „ nondum autem propoſitus. Fuerat antea Auditor Nunciaturæ, & ſucceſſivè Internuncius in Civitate Taurinen. ac Vicarius Generalis Urbinatis Archiepiſcopi, „ Epiſcopi Reatini, & Abbatiæ Farfenſis.

CAVENSES
EPISCOPI.



CAVA Civitas Provinciæ Principatus Neapolitani regni, ea reliquiis antiquæ Civitatis Marcinæ crevit, quam olim antiqui Etruſci prope mare ædificarunt, ubi hoc tempore Caſtellum, cognomento Veterum ſpectatur, ut narrat Strabo lib. 5. Conjectura eſt Genſericum Vandalorum Regem excidiſſe Marcinam, quem Eudoxia Imperatrix, contra Maximum mariti interſectorem, Imperiique invaſorem, advocaverat. Hic cum reverteretur ex Africa, in pluribus regni Neapolitani Civitatibus, quas in totum exciderat, ſuæ crudelitatis reliquit veſtigia, Marcinæ incolis in caveas Montium Metelliani profugientibus, ut Barbarorum Iram declinarent, ut auctor eſt Procopius. Cumque ea vetuſtate Marcinæ memoria mortalibus excidiſſet, loco, ubi jam fuerat, ob antiquitatem Veteris cognomen adhæſit, & Cavearum Metellianarum, in quibus Marcinæ Incolæ latuerant, hac, illacque incertis ſedibus divagantes, donec anno 1080. Petrus Abbas inclyti Monaſterii S. Trinitatis, ſupra Monaſterium à ſe conſtructæ Civitati circumdedit muros, invitatis quaquaverſum diſperſis Civibus, ut illam vellent frequentare, cui, à Caveis unde exierant, Cavæ nomen fecere. Hoc nobile Monaſterium jam olim ædificaverat S. Alferius è nobili gente Pappacarbona Salernitanus, cum miſſus à Principe Salernitano in Germaniam ad Imperatorem Othonem, tentatuſque morbo, Religionem ingrediendi voto ſe obſtrinxiſſet. Etenim diſcuſſo morbo, divertit Cluniacum, ibique Monachum induit, reverſuſque Salernum, exoratus à Principe, ſupramemoratum condidit Monaſterium anno 980. ingentibuſque ditavit divitiis, itaut in eo regno nullum opulentius haberetur: S. Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectum, civilique juriſdictione, armiſque ſuccinctum, quam ejuſdem Abbas, tam Cavæ, quam in Caſtello S. Auditoris aliiſque ſolebat exercere, jam inde à VII. Gregorii temporibus. In illud etiam Urbanus II. poſt VII. Gregorium, ſplendidiora contulit beneficia, privilegiaq; qui illud voluit ab omni Salernitani Archiepiſcopi juriſdictione eſſe exemptum, eidem multis præeminentiis, ac gratiis attributis, ut in ſequenti bulla videre licet, ex archivo ejuſdem Monaſterii ex fide eruta, quæ tum priſcorum Pontificum in Monaſticum ordinem pietatem, tum Monaſterii illius ſplendorem perſpicuè prodit.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Cariſſimo, ac Reverendiſſimo fratri Petro Cœnobii Caveoſis Abbati, ejuſdemque ſucceſſoribus canonicè promovendis ſalutem.

CUM univerſis S. Eccleſiæ filiis pro ſedis Apoſtolicæ authoritate, ac benevolentia debitores exiſtamus, illis tamen locis, atque perſonis, quæ ſpecialius, ac familiarius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque amplioris religionis gratia eminere noſcuntur, propenſiori nos convenit charitatis ſtudio imminere. Apoſtolicæ ergo memoria prædeceſſoris noſtri Gregorii VII. inſtituentis tenacius adhærentes Cavenſe cœnobium, cui ſumma religio viget, quod ipſe ſingulariter dilexit, & ſuæ inſtitutionis privilegio communivit, nos quoque hujus noſtri privilegii pagina communimus, & ab omnibus tam ſecularis, quam eccleſiaſticæ perſonæ jugo liberum eſſe omnino decernimus. Idem namque Apoſtolicus Pontifex dum in Romana S. Eccleſia Archidiaconatus adhuc officio fungeretur, prædictum locum à Giſulfo Salernitano tunc Principe, in cujus manu fuerat, poſtulavit, cellas quoque plurimas, quas uſque ad id temporis ſpatium idem princeps in manu propria detinuerat, ab ipſo acquirens, eidem ſancto loco cōtulit abſolutè, cum omnibus habitantibus, & habitaturis, tam in Cilenti monte, ejuſque pertinentiis, quam in locis Paſſiano, Miſiliano, Caſtro S. Adiutoris, & pertinentiarum eorumdem locorum cum omnibus angariis, & perangariis, & penſionibus ſolutis, tam ratione fratrum, quam pro quolibet focalari ipſorum locorum, ſicut nos ipſi in regiſtro ipſius principis enucleatius vidimus contineri. Quam donationem nos authoritate Apoſtolica confirmamus. Præterea Cluniaticum locum illud fameſum dirigens inde te, ut Abbatem præfato monaſterio præponeret aſcivit, quem deinceps cū univerſis ſubjectis, ſeu perſonis, ſingulariter dilexit, fovit, tuitus eſt. Mox Pontifex factus eorum libertatē decreto ſeu paginà confirmavit. Sic præſtante Deo ab omnium viventiū jugo liberum uſque ad tempora noſtra permanſit. Noſtris autem diebus Alfanus Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus confrater noſter ad ejuſdem loci ſubventionem modis recipit omnibus anhelare. Nobis itaque diſponentibus Baſilicam ipſius loci dedicare, ille ſuæ Eccleſiæ minui jura clamitabat; cui nos ex abundanti ſatisfactione juris obtulimus; ille autem cum ad poſtulatum, & acceptum actioni terminum provenisset, actionem aggredi refutavit. Sic nos præſentibus fratribus noſtris Reverendiſſ. Epiſcopis Ubaldo Sabinenſe, Odone Albanenſe, Bernardo Prœneſtino, Joanne Tuſculanenſe, Brunone Signino, Raugerio Reſitano, Gerardo Tropano, Jo: Baptiſta Repellano, & Cardinalibus Eccleſiæ noſtræ Ermuno presbytero ex tit. Quatuor Coronatorum, Gregorio presbyt. tit. S. Vitalis, Benedicto presb. tit. S. Suſannæ, Gregorio ex diaconia S. Mariæ in ſchola Græca, Petro ex diaconia in S. Adriano, Jacobo ex diaconia S. Euſtachij, & Teutione ex diaconia S. Gregorij ad velum aureum diaconibus, aſtante etiam dilectiſſ. filio noſtro Duce Rogerio cum innumera clericorum, & laicorum turba præſtante D. N. J. Chriſto, cujus vices, licet immeriti gerimus in terris. ad honorem ſummæ, & individuæ Trinitatis manibus noſtris proprijs in eodem loco, qui Mitilliani, Cava vulgariter nuncupatur, baſilicam dedicavimus die nonarum Septembris, indulgentes eidem monaſterio contemplatione cujuſdem prærogativæ ſpecialis caritatis, quam experti fuimus in eodem cœnobio, immo potius perfectam religionis obſervantiam dum adhuc eſſemus in minoribus ordinibus conſtituti, ut quicumque in ſtatu pœnitentiæ Domino opitulante fuerit poſitus, & ad dictum locum accedens, fuerit ibi ipſo die ante ipſius Baſilicæ conſecrationem, & per totum diem ſequentem, necnon in die Jovis ſancti, atque per totum diem Veneris S. ſequentem de omnibus peccatis, de quibus verè contritus fuerit, & confeſſus illam indulgentiam, & veniam à Domino conſequatur, quam merentur ineunde, & redeundo ad S. Jacobum Compoſtellanum; reliquis verò temporibus, & diebus ſingulis cauſa devotionis illuc accedentes quatuor annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam ſuorum peccatorum obtineant de ſedis Apoſtolicæ gratia ſpeciali: qui verò ad capellam tuam ſitam in eodem monaſterio, ac eodem die conſecratam per vener. fratrem noſtrum prædictum Brunonem Signinum Epiſcopum in diebus, & feſtivitatibus ſupraſcriptis, ſeptem annos, & totidem quarantenas de Indulgentia pro peccatis confeſſis, à Domino conſequatur; accedentes ſimiliter ad eccleſiam conſtructam in caſali eidem monaſterio adjacenti, & eminenti dedicatam ipſo die per dictum venerab. fratrem noſtrum Raugerium Epiſcopum Regitanum in diebus, & feſtis prædictis, necnon, & in omnibus feſtivitatibus Virginis glorioſæ, ad cujus vocabulum conſtructa eſt eccleſia memorata, ſeptem annos, & quarantenas totidem de indulgentia à Domino promereantur; concedentes edicto perpetuò confirmantes, ut tam tu, quam ſucceſſores tui per terras tui monaſterij habitas, & habendas liberè poſſis eccleſias conſtruere, cum cruce ſignare, aliaque Pontificalia, & ſpiritualia exer-

cere,

A *cere, ſacrorum ordinum collatione, Baſilicarum, & altarium cõſecratione, & chriſmatis cõfectione tibi, tuiſq; ſucceſſoribus duntaxat abdicata penitus poteſtate decernentes, ut tam ipſius cœnobii caput, quam eccleſiæ, quas nunc habet, vel quas ex nunc in antea habebit, ſive plebanæ fuerint, vel rurales, in civitate, & diœceſi tantummodo Salernitana ſervatæ ab omni jure, & juriſdictione Archiepiſcopali ſint exemptæ de plenitudine poteſtatis, & gratia ſpeciali, itaut in nullo iure, ſeu foro contentioſo tu, vel tui ſucceſſores fratres ipſius monaſterii, ſeu clerici ſeculares in præfata civitate, & Diœceſi per Salernitanum Præſulem, aut capitulum aliquatenus conſtringantur, quin immò Eccleſiæ cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentiis pleno jure ipſi monaſterio ſint ſubiectæ, ſi verò aliquos de tuis monachis, ſeu clericos ſeculares in Eccleſiis civitatis præfatæ, & Diœceſi commorantes ad ſacros eligens ordines promoveri liceat tibi, tuiſque ſucceſſoribus quemcumque malueris Epiſcopum convocare, dummodo catholicus fuerit, ſed in aliis Diœceſibus requiſitus duntaxat primitus Diœceſano de quibus Eccleſiis ia iam dicta auctoritate, & Diœceſi nihil diœceſanus exigere præſumat, immò potius tam* B *monachi ſi clerici defuerint, quam ipſi clerici, abſque quorumlibet contradictione totum officium Sacerdotale quod animarum curam exigit, & requirit, exerceant, dummodo ſint idonei talia exercere, de his autem quæ à catholicis Chriſtianis eidem monaſterio tam inter vivos, quam in ultima voluntate donata fuerint, vel legata à quocumq; vel ubicumque, nulli Epiſcoporum Diœceſanorum ei licitum ſit quartam, vel ternam partem in ipſis legatis, ſeu donatis tam in ſtabilibus, quam in mobilibus exigere pretextu conſuetudinis cuiuſcumque, & ſi proceſſu temporis per quoſcumque contra tenorem huiuſmodi noſtræ conceſſionis fuerit per aliquos attentatum, illud ex nunc decernimus viribus vacuatum, & pr ſcriptione in hac longi temporis non currente. Si quis verò ad eundem locum, vel eius Eccleſias ſibi ſepulturam elegerit, licitum ſit tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & fratribus in Eccleſiis ipſius Cœnobii commorantibus ipſum in ſuo cimiterio ſepelire abſque cuiuslibet contradictione, dummodò Chriſtianus, & catholicus habeatur. Statuimus inſuper perpetuò valiturum, ut quoties in vaxallos eiuſdem monaſterii orta fuerit quæſtio, quæ ipſum quamvis contingat Cœnobium, liceat tibi, tuiſque ſuc*C *ceſſoribus, & patribus ipſius querelas huiuſmodi decidere iuſtitia mediante iure communi ſuper hoc edicto in aliquo non obſtante. Inſuper memoratus excellentiſſimus Dux viſa huiuſmodi dedicationis ſolemnitate, compunctus ut credimus divino ſpiritu nobis, & noſtro Apoſtolatui attentius ſupplicavit, ut donationem, & confirmationem, quam ipſe eidem monaſterio facere ob reverentiam S. & individuæ Trinitatis, & ſuorum peccatorum remedium intendebat, dignaremur authoritate Apoſtolica confirmare, noſtroque mandaremus inſeri privilegio diligenter. Nos igitur ſuis in hac parte precibus juſtiſſimis inclinati in favorem ipſius loci, quem ſpeciali proſequimur dilectione pariter & devotione, conceſſiones, & donationes ipſius in noſtro præſenti privilegio inſeri fecimus ad cautelam. Conceſſit ſiquidem prædictus Dux, eidem monaſterio in perpetuum, ut Patres dicti monaſterii abſque qualibet contrarietate heredum, & ſucceſſorum ſuorum poſſit exigere, & recipere integram decimam partem piſcium, qui capti fuerint in mari à Vallone qui dicitur de Galloca, uſque ad fluvium de Cetera, qui eſt de territorio ipſius monaſterii per quinque millia paſſuum intra mare, prædictum monaſterium verò mercimonia ſua abſque omni datione, ſolutione, ſeu* D *exſtura librè vendat nedum in ſuis littoribus, vel portibus, immò per totum ſuum ducatum tam ipſum Cœnobium quam ementes eius mercimonia liberos conſtituit perpetuò à qualibet præſtatione, induxit etiam, ut omnes homines, quos dictũ cœnobium habet, & habebit in præfatis locis, Mitiliano, Paſſiano, y illula adiacenti caſtro S. Auditoris, in Cilenti monte, & pertinentiis eorundem locorum tam clerici, quam laici ſemper ſint liberi ab omni exactione pecuniæ, vel rerum quarumlibet aliarum, quas pro aliqua opportunitate, vel cauſa ipſi, ſeu heredes, vel ſucceſſores aliquando duxerit à ſuis hominibus faciendas, & ut de ipſis hominibus liberam curiam, & foris facturas omnes ſine ullo ·aiulo ſuo, vel miniſtro habeatis, & in curia ipſius monaſterii per eius commiſſam veniant ad iuſtitiam faciendam, & à iudicibus, quos eis ſtatueritis, debeat rationabiliter iudicare, & quos, & notarios publicos ſtatuendi liberam vobis tribuit facultatem, tam in cauſis civilibus, quam criminalibus omnibus præter illis cauſis, de quibus condemnatus legitimè debet mori, de aliis autem cri*-

minibus omnibus de quibus pœnam aliam abſq; morte ſubire debebunt, quidquid volueritis faciatis ſimiliter, & de duellie ſi in ipſis cauſis intervenerint: appellationes verò ſi ipſis veſtris hominib. fuerint opportunæ, ad veſtram curiam appelletur, quoniam quicquid in prædictis hominibus locorum ipſorum, & in tenimentis, in que morantur, poſſet ipſe Dux, & ejus ſucceſſores exigere, ſtatuere, & ordinare, ſtatuendi, ordinandi, & exigendi vobis perpetuò tribuit poteſtatem. Conceſſit etiam vobis in perpetuum, ut in quacumque parte ſui Ducatus tu, vel ſucceſſores tui perſonaliter fueritis, & unus, vel plures homines, ibi fuerint ad mortem, vel ad quolibet ſupplicium judicati, poſſitis eos, ſicut volueritis, liberare, & ubicumque per ſuum Ducatum tranſitum feceritis, obvioſq; habueritis in veſtro tranſitu condemnatos, qui ad ſuſpendium vel ad decollationis ſupplicium deportentur, valeatis eos, ſi vobis placuerit, facere liberare, ſi verò homines vaxalli ipſius monaſterij vendunt, offerunt, donant, & modis alijs alienant terras, quas ab eodem monaſterio tenent, aſſerantque eorum conſuetudines eſſe, ut id poſſint facere, ſancivit, & firmiter inhibuit prædictus Dux, ut omnes terras, quas ipſi homines ab eodem cœnobio tenent, & quæ alienantur abſque ipſius requiſitione, dummodo evidenter appareat, quod ipſius monaſterij ſint, liceat vobis eas capere, & ad dominium ejuſdem cœnobij revocare, conſuetudine aliqua non obſtante, ſuper forſan, qui tranſ. . . . . ipſas habuerint præſcriptionibus legitimis, vel alijs rationibus inde valeant ſe tueri. Largitus eſt quoque jam dictus Dux, quod ſi quis ex ſuis Comitibus, Baronibus, militibus Catholicis hominibus, totius ſui Ducatus, de eoque ab ipſo in feudum tenent, voluerint in partem, vel in totum in dicto monaſterio, vel alienare poteſtatem illud habeat faciendi qualiter voluerint, dictumque monaſterium bona ipſa ad ipſum taliter devoluta ſine omni ſui, heredumque, & ſucceſſorum ſuorum licentia recipere valeat, & in ſuo demanio retinere, & à quolibet ſervitio, vel præſtatione feudum ipſum, vel pars ipſius deinceps ſit immune, ſi vero aliquis, tam de vaxallis ipſius monaſterij, quam de alijs tenens de bonis ſuis ſtabilibus, vel mobilibus ſine herede legitimo, & naturali deceſſerit, vel ſatisfactum fuerit, per quod ipſa ad manus Republica de iure poſſent applicari, licitum ſit vobis per vos eadem bona ad veſtrũ dominium revocare omni ſui, heredum, ſuorumque ſucceſſorum officialium contradictione remota, nulla ſuper bonis ipſius poteſtate ſibi, vel reipublicæ reſervata, tenentes nihilominus bona ipſius monaſterii conceſſit vos poſſe ad veſtram curiam vocare ad docendum qualiter bona ipſa tenent, niſi rationabiliter docuerint bona eadem ad ſe ſpectare, vel ſe præſcriptione legitima, videlicet centenaria oſtenderint ſe munitos, bona ipſa valeatis taliter occupata ad dominium ipſius monaſterii authoritate huius indulgentiæ revocare iure communi ſuper hunc articulum penitus revocato. Conceſſit inſuper vobis in perpetuum, ut ſi tuæ, ſucceſſorum, & patrium ipſius monaſterii manifeſta culpa non intervenerit contra eundem Ducem, heredes, & ſucceſſores ſuos, & præfatæ ſuæ conceſſionis futuris temporibus propter quamlibet cauſam fuerint in totum, vel in partem oblivioni traditæ, vel omiſſa, & præſcriptio longiſſimi temporis intervenerit contra ipſas per quã dici poſſit conceſſiones ipſas locum alterius non habere præſcriptio ipſa per ſuũ ſacramentum tuum nobis præſentibus præſtitum, & per hanc ſuam ſanctionem conſtituit, ut prorſus irrita reputetur, & totumque ipſum heredes, & ſucceſſores ſuos ſuper hoc duxeritis poſtulandos dedit, & reliquit eis omnibus ſub Divinæ, noſtræque benedictionis obtemptu firmiter in mandatis, ut ipſas omnes conceſſiones, & exemptiones per eorum vobis privilegia debeãs confirmare ſine omni pretio, & tedio tarditatis, & nullus ipſorum eas præſumat infringere, vel imitare, ſed illas illæſas ſervare debeant, & tenere, donec vos in ſuum heredum, & ſucceſſorum ſuorum fide ſincera fueritis permanentes. Quas cõceſſiones, confirmationes, exemptiones, & indulgentias collatas eidem monaſterio per ipſum dilectiſſimum filium Ducem Rogerium ratificamus, approbamus, & ex certa ſcientia confirmamus auctoritate Apoſtolica, & plenitudine poteſtatis, decernentes, & edicto perpetuo roborãtes, ut quicumque dictum monaſterium in ſuis viribus, poſſeſſionibus, ac libertatibus læſerit, aut etiam perturbaverit, liceat tibi, ſucceſſoribus tuis, & parte ip-

ſius monaſterii, cujuſcumque praeminentia, ſive ſtatus fuerint, authoritate praſentis noſtri privilegii, pracedēte canonica monitione pramiſſa, excommunicare, & excommunicatos fore denuntiare, à qua abſolvi non poſſint, niſi digne ſatisfecerint, privilegio eis collato, vel concedendo, quod excommunicari, vel interdici non poſſint aliquatenus non obſtante, niſi de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Si quis autem contra hanc noſtri decreti authoritatem venire attentaverit, ſalva ſedis Apoſtolica, & legatorum ejus reverentia, & dignitate, ſciant ſe B. Petri Apoſtoli gratiam amiſſuros, & indignatione Apoſtolica feriendos, obedientes verò, & hujuſmodi privilegii ſcripta ſervantes, dignam a Deo accipiant retributionem, & benedictionem Apoſtolicam conſequantur. Amen.

Ego Urbanus Catholica Eccleſia Epiſcopus.
Ego Ucaldus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Oddo Albanenſis Epiſcopus.
Ego Bernardus Praeneſtinus Epiſcopus.
Ego Bruno Signinus Epiſcopus.
Ego Rangerius Regitanus Epiſcopus.
Ego Gerardus Trojanus Epiſcopus.
Ego Joannes Tuſculanus Epiſcopus.
Joannes Rapollanus Epiſcopus.
Ego Hermannus presbyter Cardinalis.
Ego Gregorius presbyter Cardinalis.
Ego Benedictus presbyter Cardinalis.

Datum Salerni per manus Joannis S. R. Eccleſia Diaconi Card. 18. Kal. Octobris XV. ind. anno Dominica incarnationis M. XC. II. Pontificatus D. Urbani Papa II. anno 4.

Diu huic monaſterio ſuus priſtinus ſplendor ſtetit; ſed cum poſtea ex injuria Commendatariorum monaſtica obſervantia exoleviſſet, Bonifacius IX. Abbatiam cenſuit erigendam in Cathedralem, Cavam verò Oppidum in Civitatem, cui Antiſtes præeſſet, cum lautiori menſa monachali pro cenſu, Capituloque quem monachi ipſi explerent, itaut Prior Clauſtralis primam poſt Epiſcopum dignitatem obtineret, Decanus verò ſecundam; idque ad tempora Alexandri VI. duravit, in quibus, cum Oliverius Caraffa Cavenſis Epiſcopus & Card. tentaſſet Caſinenſes monachos in illud monaſterium introducere, graves, atque ioexplicabiles lites exarſere, non modo cum antiquis Cluniacenſibus, ſed etiam contra Epiſcopum Commendatarium, quæ uſque ad Leonem X. divexarunt tribunalia. Sed ut aliquando litium æſtus teperet, Leo ſuppreſſo Cathedralis nomine monaſterii S. Trinitatis noviter erexit in vicino caſtello Eccleſiam S. Mariæ in Cathedralem cum Epiſcopali dignitate, poſt quam Primiceriatum inſtituit cum aliquot Canonicis, qui clericalem Senatum efficerent, utriſque certis redditibus attributis, utque Epiſcopus juriſdictionem ſuam exerceret, in oppidum, quod hodie Cavenſis Civitas dicitur, aliaque, quæ olim monaſticæ ditionis fuerunt, tanquam in ſibi ſubjectam Diœceſim cum Epiſcopali menſa, manentibus monachis in monaſterio cum parte redditutuum, ex Pōtificiis privilegiis, S. Sedi immediatè ſubjectis. Hoc tempore Cavenſis Civitas ad decem millia mortalium complectitur, & alit. In Cathedrali verò ſub invocatione B. Mariæ Virginis de viſitatione, ſex dignitates habentur, quarum prima eſt Archidiaconatus, cum 18. Canonicis, quos ita tenuis cenſus alit, ut divinis officiis quotidie intereſſe non poſſint, ſed tantùm Dominicis diebus, aliiſque aoni feſtivitatibus, temporeq; Quadrageſimali. Præbendæ Theologalis, ac Pœnitantialis ibi ſunt, quę item ob tenuiorem cenſum non exercentur. Cathedralis ſanctorum reliquiis fere deſtituitur, omniaque alia ferè imperfecta cernuntur. Cathedrali Epiſcopalis domus propius accedit, ſed nondum abſoluta. Cavæ ſex Parochiales Eccleſiæ cum fonte baptiſmali proſtant; Seminarium non adhuc inſtituerunt, mons tamen Pietatis ibi eſt, cum tribus Xenodochiis, ſex religioſorum monaſteriis, quatuor Monialium, aliiſque oratoriis. Ad duodecim millia paſſuum excurrit Diœceſis. Deniq; Cathedralis pauperior eſt, cum tamen amplior cenſus redundet in Præſulem („ *Cenſus autem eſt ducatorum* „ *ejus moneta circiter 3000. Ejus taxa in libris Apoſtolici Fiſci eſt Flor. 333.* Luc.) Hæc Civitas populo frequens eſt, præditaque civili lepore, ubi plures nobiles ſunt, titulis dignitatum, pacis, bellique artibus inſignes, præter ſanctimonia illuſtres viros, quos omni ſeculo monaſterium SS. Trinitatis produxit, & aluit; & de Abbatibus quidem alii plures ſcripſere. Civitatem ejuſdemque nobilitatem perbelle deſcripſit Octavius Beltranus in ſua brevi Neapolitani Regni deſcriptione. Nos Cavenſium Præſulum tantùm catalogum dabimus, quem ex actibus Conſiſtorialibus, aliiſque monumentis, jam inde à ſua inſtitutione ex fide protulimus; ſed commodius id fortaſſe fecerimus, ſi prius hic appoſuerimus ejus Epiſcopatus inſtitutionis bullam Bonifacii IX. ex ſuo originali depromptam.

BONIFACIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

SAlvatoris noſtri JESU CHRISTI, qui benemeritum ad convivium Dominicum in ultimis recumbentem jubet ſuperius aſcendere, ut ſibi ſit gloria, vices quamquam inſufficientibus meritis gerentes in terris exemplo unico inſertant de ſuprema Apoſtolica dignitate ſpecula ad ſingulas orbis partes profunda conſiderationis aciem extendentes ſi locum inſignem minus decore tractatum, & neglectum videamus pro rei qualitate ſuperius elevemus, & dignitatum inſigniis fulciamus, ex hoc enim cum Dei gratia boni Praſidis partes implemus ſi noſtro miniſterio ſingulis locis pro eorum qualitate correſpondeant tituli dignitatum. Cum itaque ſicuti facti notorietas manifeſtat terra Cavenſis Salernitana Diœceſis benedicente Domino perſonarum numeroſitate, & aliis Divinis muneribus ultra civitates quamplurimas partium illarum ſit fœcunda, ſatiſque amplum habeat territorium quod territorium monaſterii S. Trinitatis Cavenſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti ejuſdem Diœceſis nuncupati, in quo Caſtrum S. Adjutoris conſiſtit, & perſonæ ſexus utriuſque degunt in multitudine numeroſa, Abbas quoque pro tempore exiſtens, & dilecti filii conventus dicti monaſterii in hujuſmodi terra, ac territorio & perſonis degentibus, ac rebus exiſtentibus in eiſdem quantum ad ſpirituale forum pertinet, ordinariam juriſdictionem conjunctim, vel diviſum exerceant, & ad exercitium ſecularis juriſdictionis ad ipſum monaſterium pleno jure pertinentis deputare officiales idoneos adeo quod licet monaſterium, terra, & territorium hujuſmodi ſint de Diœceſi Salernitana, & infra illud tantum Abbas, conventus, perſona, monaſterium, terra, ac territorium præfato Archiepiſcopo pro tempore exiſtentis, & dilectis filiis Capitulo, & Eccleſia Salernitana Diœceſano, vel alio quocumque jure praterquam ad certum parvum annuum cēſum in nullo teneantur aſtricti, & accedat quod ipſum monaſterium gratia Domini faciente etiam ultra multas Cathedrales Eccleſias partium illarum opulentum, & multipliciter ornatum exiſtit, proventus etiam, bona, & jura dicti monaſterii ad Abbatem, & conventum præfatos communiter, & indiſtinctè pertinere noſcuntur, quæ ſolus Abbas adminiſtrare conſuevit. Si ergo eadem terra in Civitatem, & Eccleſia dicti monaſterii in Cathedralem Eccleſiam erigantur, opus merito cenſeri poterit laude dignum, & ſingulariter commendandum, & incolis terra, ac monaſterii præfatorum in eo maximè accomodum, & jocundum, qui perpetuum habebunt Epiſcopum, & pro ſacramentali confirmatione, & ſuſcipiendis ordinibus, nec non Chriſmate, & Oleo Sancto recipiendo, & aliis eis neceſſariis, quæ ad Pontificale miniſterium pertinent, procurandis adire alios Antiſtites non cogētur. Nos igitur præmiſſa attēta meditatione penſantes, & opus erectionis hujuſmodi ad effectum deducere cupientes ex quibuſdam, & aliis rationabilibus ſuadentibus cauſis ad id noſtrum inducentibus animum, ex certa noſtra ſcientia, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolica plenitudine poteſtatis, ad ejuſdem S. Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus S. laudem, & gloriam, & exaltationem Eccleſia S. ſua divini cultus augmentum, fideliumque ſalutem, terram in Civitatem erigimus, & Civitatis titulo, & inſigniis

de-

Digitized by Google

A decoramus, eamq; in memoriam indelebilem eorum, quæ circa id hac in parte geruntur, civitatem Cavenſem perpetuis futuris temporibus volumus nuncupari, & inſuper eandē ipſius monaſterii ad præſens Abbatis regimine deſtituti Eccleſiã in Eccleſiam cathedralē ſimiliter erigimus, & cõſtituimus de cõſilio, & poteſtate præfatis ſpōſū idoneum cum Epiſcopalis Officii plenitudine Deo authore, per Apoſtolica diligentia miniſterium habiturum, cui ſponſus ipſe præſit, atque proſit, ſtatuentes, & de ipſius conſilio, & poteſtate decernentes, ut in hujuſmodi Eccleſia de novo in cathedralē erecta ſit unus Prior dicti ordinis, qui majorem poſt Pontificalem dignitatem in hujuſmodi nova cathedrali obtineat, & eiſdem hactenus conventui, nunc capitulo effectis præſideat, & divinum cultum in Eccleſia diligenter peragi, & regularem obſervantiã per monachos, & miniſtros ipſius novæ cathedralis Eccleſiæ ſollicita cura faciat obſervari, & animarum cura ſi qua illi imminet, abſque negligentia, & cum diligenti ſtudio exerceri, & leves, ac minores exceſſus ad Epiſcopi Cavenſis pro tempore exiſtentis referatur examen; ſitq; unus Decanus, qui poſt Priorem ſecundam habeat dignitatem, & Priore abſente,

B vel Priorata vacante, Prioris in omnibus vices gerat, & tam Prior, quàm Decanus hujuſmodi de prædictis proventibus, bonis, & juribus pro dignitatum decentia congruas percipiant portiones noſtro moderamine nihilominus declarandas, & tam iſta, quàm vicibus ſucceſſivis quotieſcumque Prioratum, vel Decanatum vacare contigerit Prior, & Decanus ſalvis reſervationibus Apoſtolicis per electionem capituli, & confirmationem Epiſcopi præfatorum aſſumantur. Per hoc autem tamen alias dignitates, vel adminiſtrationes, ſeu alios perſonatus, aut alia officia, ſi qua forſan ſub aliis vocabulis ibidem hactenus fuerunt, alias non intendimus removere, ſed præter Priorem Clauſtralem, qui de cætero ſecundùm præmiſſa neceſſarius non eſt, in ſuo eſſe remaneant ſicut prius, proventus autem, bona, & jura ejuſdem noviter erectæ Eccleſiæ præfatæ inter Epiſcopum, & capitulum præfatos, Deo authore cum debita moderatione diſtingui, & ab invicem ſeparari, ac etiam numerum monachorum inibi

C capitulum facientium pro juribus facultatum, proventuū, bonorum, & jurium hujuſmodi, quæ in ipſa diſtinctione, & ſeparatione dictus capitulo remanebunt, ſtatim facimus perpetuis temporibus obſervanda, ſed proventus, bona, & jura quæ ad Epiſcopalem menſam, & Epiſcopum, quæ verè in diſtinctione, & ſeparatione prædictis, ad capitularem menſam fuerit deputata ad Priorem, Decanum, & capitulum præfatos, & eorum adminiſtrationem aliter juxta juris formam debeat liberè pertinere. Cæterum de conſilio, & poteſtate præfatis ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod perſonæ tam eccleſiaſticæ, quàm ſæculares ſexus utriuſque in eiſdem nova Civitate, ac territorio, quod quidem territorium de cætero Diœceſis Cavenſis erit, degentes præſētes, & poſteri, quemadmodum Abbati, & conventui præfatis in ſpiritualibus, & temporalibus communiter, vel diviſim parere tenebantur hactenus, ac etiam ordinario jure ſubjecti de cætero ipſis Epiſcopo, capitulo, & Eccleſiæ Cavenſi in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus conjunctim, vel ſeparatim teneantur obedire, ac Diœceſano ſint jure ſubjecti. Præterea ſicut

D Abbas, & conventus præfati, nec non perſonæ, monaſteriū, terra, & territoriū hujuſmodi eiſdē Archiepiſcopo, Capitulo, & Eccleſiæ Salernitanæ Diœceſano, vel alio jure non ſuberãt, ita in poſterū Epiſcopus, capitulū, & Eccleſia Cavenſis, nec nō perſonæ, terra, & Diœceſis præfati, dictis Archiepiſcopo, capitulo, & Eccleſiæ Salernitanæ, nec metropolitico, neq; alio quovis jure ſubſint, ſed eidē Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjecti remaneat, ſicut ante, & quemadmodum hactenus de Diœceſi fuerit, ita poſt hac alias de provincia Salernitana exiſtant, ipſis tamen Archiepiſcopo, capitulo, & Eccleſiæ Salernitanæ quo ad prædictum cenſum nullum præjudicium generetur. Ad hoc quia tam in præfata Salernitana, quam in aliis Diœceſibus, ac Civitatibus nonnulla Caſtra, & terra, & villa, loca, & poſſeſſiones conſiſtunt, quæ etiam jure ordinario præfatis Abbati, & conventui hactenus plenariè conjunctim, vel ſeparatim ſubfuerunt cum perſonis degētibus, & rebus exiſtentibus in eiſdē, & quãplura Prioratus, Præpoſitatus, dignitates, perſonatus, officia, adminiſtrationes, & alia beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, vel regularia cum cura conſiſtentia ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, confirmationem, inſtitutionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Abbatis, & conventus præfatorum communiter, vel diviſim hactenus legitimè ſpectaverunt, volumus, & de præfatis conſilio, & poteſtate ordinamus, quod Caſtra, terra, villa, loca, & poſſeſſiones hujuſmodi non Diœceſano, vel alio quàm conſueverant jure, ſed dumtaxat commodo quouſq; nunc Abbati, & conventui, de cætero Epiſcopo, & capitulo præfatis cum dictis perſonis, & rebus eodem ordinario debeant jure ſubeſſe. Prioratus verò, Præpoſitatus, dignitates, perſonatus, officia, adminiſtrationes, & alia beneficia ſuprascripta de cætero ad Epiſcopi, & capituli præfatorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem confirmationem, conſtitutionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem hujuſmodi conjunctim, vel ſeparatim debeant pertinere, & eis aliàs conſueto more remanere ſubjecta; in Eccleſia jam Cavenſi prædicta divina peragantur officia juxta ritum, modum, & conſuetudinem ibidem hactenus uſitatas. Demum volumus, quod Epiſcopus Cavēſis pro tempore exiſtens in ædificiis ibidem exiſtentibus habitationem honorabilem, ac decentem habeat pro ſe, & ſua familia, quæ ad ipſorum Prioris, Decani, & Capituli habitatione per muros convenientes penitus ſecludatur, & quod pro luminaribus, libris, paramentis, & ornamentis ad divinum cultum pertinentibus, ac pro aliis ſolitis oneribus, ac expenſis de proventibus, bonis, & juribus ſupradictis tam ad Epiſcopum, quam ad capitulum præfatos conjunctim, vel diviſim ſpectantibus diligenter poſſideatur, ſicut alias eſt fieri hactenus conſuetum, & quod omnia privilegia, bona, & jura hujuſmodi olim monaſterio qualitercumque conceſſa, ac in quorum poſſeſſione pacifica impræſentiarum canonica exiſtit, eidem permaneant illibata, non obſtante quod eadem Eccleſia dicti monaſterii in cathedralem ut præmittitur ſit erecta. Decernimus tandem ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. noſtra creationis, decorationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & conſtitutionis &c. infringere &c. ſi quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum 7. idus Auguſti anno V.



1. FRANCISCUS Ayellus (a Richardi filius) Salernitanus, Patriæ Canonicus, cum ſibi videretur ex meritis omnium promeruiſſe favorem, anhelaretque ad Archiepiſcopalem Salernitanam ſedem, à Boniſacio IX. primus Cavenſis Epiſcopus dictus eſt, cum Ligorium de Majorinis Abbatem Commendatarium monaſterii SS. Trinitatis ad Salernitanam ſedē promoviſſet, 1394. 7. idus Auguſti; præfuit uſque ad ann. 1408. a quo ipſo anno à Gregorio Papa XII. ad Tudertinam ſedem tranſlatus eſt, indeq; factus Archiepiſcopus [a] Barenſis anno 1426 b. Protulit autem Ayella gens plures Præſules illuſtres, & graves, cujus ſtemmata habent cæruleum Leonem reptantem, cujus pectus aureum lilium, & argenteus campus decorat, in quo rutilat aureum lilium. I.

a 3. Kal. Ianua.

a Ex App. tom. 3. b 1425. 30. Iuno. ex Decreto Conſiſt.

2. FRANCISCUS Mormilès nobilis Neapolitanus, Sarnenſis antea Epiſcopus, à Gregorio XII. ad hanc ſedem tranſlatus eſt, an. 1408. 3. Kal. Januarii; fato functus eſt anno 1419. ſepultuſque eſt in ſua Eccleſia. Suſpicatus ſum, hunc Franciſcum Mormilem eundem eſſe cum illo, qui ann. 13 2. Epiſcopus Senenſis evaſit in Etruria, poſt Carolum Mormilem, quiq; II.

à Se-

à Senenſi ad Sarnenſem tranſierit, vel coactus eo munere ſe abdicare titulum retinuerit; eodem enim anno hoc eſt 1408. Gregorius XII. Senenſem Epiſcopū creavit Gabrielem Condulmerium nepotem ſuum, qui poſtea Pontiſex ſactos, Eugenii IV. nomen tulit, qui ſuffectus fuit cuidam Guillelmo, hic verò Franciſco Mormili ſucceſſerat anno 1396. de quo modo loquimur, quem conſtat Epiſcopum Senenſem ſuiſſe, niſi forte Sarnenſem irrepſerit, qui tamen etiam potuit præſuiſſe Sarnenſi, atque ad Cavenſem inde trāſiiſſe. Unus interim Franciſcus tantùm mihi videtur titulis illis honorum ſuiſſe decoratus, non duo. Mormiliæ gentis ſtemmata ſaſciam argenteam habent, cum tribus Aquilis nigris in campo aureo.

III. 3. SAGAX ex Comitibus Romanus, Abbas Commendatarius Sublacenſis Benedictini Cœnobii, à Martino V. ſuit adlectus tertius. Cavenſis Epiſcopus. („*an.* 1419. *id. Nov. ſuper defectu ætatis diſpenſatus*, „*ut legitur in Actis Conſiſt.* Luc.) Quam eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1426. die enim 11. m. Junii ejuſdem anni ad Carpentoratenſem tranſivit in Gallia, indeque ad Spoletanam in Umbria an. 1446. ubi vitam finivit.

IV. 4. ANGELOTTUS Fuſcus Romanus, Anagninus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam fuit tranſlatus 1426. 11 Kal. Julii, atq; ab Eugenio IV. creatus presb. Cardinalis. Hunc à quodam ſuo familiari ſupra retulimus fuiſſe obtruncatum, in Epiſc. Anagninis.

V. 5. LUDOVICUS Cardinalis Scarampus, hanc eandem Eccleſiam habuit commendatam 1444. Patriarcha Aquilejenſis fuit, atq; Archiepiſcopus Florentinus. Conſule quod inſra diximus.

VI. 6. JOANNES de Aragonia, filius primi Regis Neapolitani Ferrantis, hanc Eccleſiam commendatam habuit anno 1465. hunc etiam Sixtus IV. purpura cohoneſtavit, pro parente Ferrante titulum Proregis Neapolitani tulit, Taranti Archiepiſcopatum geſſit, aliaſque Eccleſias adminiſtravit A Pannonica legatione reverſus Romæ è vita deceſſit veneno extinctus 1485. die 17 menſis Octobris, ſepultuſque fuit apud ſuum titulum S. Sabinæ.

VII. 7. OLIVERIUS Card. Caraffa Neapolitanus, hujus Eccleſiæ factus eſt perpetuus Commendatarius anno 1485. ab Innocentio VIII. Pontifice. Hic temporibus Alexandri VI. de monaſterio SS. Trinitatis antiquos Monachos exegit, introduxitque ex S. Juſtinæ reformatione Benedictinos, retenta ſibi annua penſione ſcutatorum 2400. ea lege ut poſt ſuum exceſſum dignitas Epiſcopalis extingueretur, Abbatialis rediret, quam tunc in Arſenium contulere Monachum Caſinenſem è Terracina Quod ipſum, Alexāder VI. ratum eſſe juſſit 1497. Cæterùm cum Cavenſes Cives ſibi Epiſcopalem dignitatem eripi ægrè ferrent, poſt diuturnas, implicitaſque lites, cum novæ reformationis Abbate condito inſtrumento pepigeront, ut poſt Cardinalis deceſſum, Epiſcopatus ab Abbatia ſejungeretur, utrique dignitati certis attributis redditibus. Deceſſit tandem Oliverius Caraffa Archiepiſcopus Card. Neapolitanus, Oſtienſis Epiſcopus, Decanuſque ſacri collegii 1512. Poſt cujus obitum Chryſoſtomus Abbas Cavenſis Neapolitanus, nomine Caſinenſis Congregationis, ac Ludovicus Cardinalis de Aragonia à Pontifice delegatus, ſeparationem Epiſcopatus ab Abbatia ea lege ſanxerunt, ut Monaſterio cenſus maneret 1400. ſcutatorum. Decurrerunt ab ea conventione ſupra dimidium quatuor anni, nec tamen ea lis, vel dirimi, vel pactum abſolvi poſſe videbatur, cum Leo X. qui tunc ſedebat ad clavum, anno 1514. ſuppreſſa Epiſcopali dignitate, nomineq; Cathedralis Monaſterii S. Trinitatis, in Cathedralem erexit Eccleſiam S. Mariæ de Caſtello Cavenſi, eamque in totum à monaſterio diſiunxit, eidemque pro Diœceſi aſſignavit, quicquid paulò ante Epiſcopi Cavenſes poſſederunt; cujus Epiſcopatus perpetuum adminiſtratorem effecit Aloyſium Cardinalem de Aragonia, tranſactæque rei hac ſequenti bulla inviolabile pondus adjecit.

A *LEO EPISCOPUS,*
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui monaſterii S. Trinitatis Cavenſis ordinis S. Benedicti congregationis Caſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam Eccleſiam geritis, non indigne meretur, ut votis veſtris illis præſertim, per quæ veſtris commoditatibus conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque nos hodie lites, & cauſas, ſeu controverſias inter vos, & dilectos filios monachos congregationis Caſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua ordinis S. Benedicti aſſerentes monaſterium ſanctiſſ. Trinitatis Oppidi Cavenſis nullius Diœceſis dicti ordinis à quadringentis annis citra conſtructum, & erectum, ac dictæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectum eſſe, plenariamque, & omnimodam juriſdictionem dicti Oppidi, & illius territorium, diſtrictus, univerſitatis, & hominū ad dictum monaſterium, ſeu illius Abbatem, & conventum, aut congregationem ſpectare, & per felicis record. Alexan-
B *drum Papam VI. prædeceſſorem noſtrum ipſum monaſterium dictæ congregationi unitum, univerſitatemque, & homines præfatos prætendentes dictum monaſterium, ſeu illius Eccleſiam per piæ memoriæ Bonifacium Papam IX. etiam prædeceſſorem noſtrum in cathedralem Eccleſiam erectum fuiſſe coram dilecto filio noſtro Nicolao tit. S. Priſcæ Presbytero Cardinali, & quibuſvis aliis judicibus in Romana Curia, vel extraneam, & in quavis inſtantia indeciſas pendentes, de fratrum noſtrorum conſilio ad nos advocaverimus, & lites, ſeu controverſias huiuſmodi penitus, & omninò extinxerimus, ac Abbati, & conventui, monachis, & congregationi, univerſitati, & hominibus prædictis, ac pro illis perpetuum ſilentium impoſuerimus, omnemque erectionem de monaſterio, ſeu eius Eccleſia in cathedralem Eccleſiam forſitan ut præfertur, ſeu alias factam revocaverimus, caſſaverimus, irritaverimus, annullaverimus, ac pro nullis, caſſis, irritis, & annullatis haberi voluerimus dictumque Oppidum in Civitatem Cavenſem & Eccleſiam S. Mariæ dicti Oppidi in cathedralem Eccleſiam cum præeminentiis, prærogativis, inſignibus, privilegiis, exemptionibus, & favo-*
C *ribus, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ, & Civitates reſpectivè utebantur, potiebantur, fruebantur, & gaudebunt ſeu uti, potiri frui, & gaudere poterunt quomodolibet in futurū, ita quod in cathedrali Eccleſia huiuſmodi primiceratus dignitas poſt Pontificalem major, ac canonicatus, & præbendæ, & alia beneficia Eccleſiaſtica in ipſa collegiata Eccleſia tunc exiſtentia eſſent, & eſſe cenſerentur, de ſimili conſilio creaverimus, erexerimus, & inſtituerimus, ipſumque Oppidum titulo dignitatis inſignieverimus, illudq; cum univerſitate, hominibus, territorio, & diſtrictu, ac Eccleſiam cathedralem ſic erectam cum primiceriatu, canonicatibus, & præbendis, & aliis ejuſdem, & aliarum Eccleſiarum Oppidi, & territorii, & diſtrictus præfatorum, beneficiis Eccleſiaſticis ab huiuſmodi juriſdictione, authoritate, poteſtate, & ſuperioritate monaſterii, Abbatis, conventus, & congregationis præfatorum exemerimus, & liberaverimus, ac dictæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecerimus, ipſumque juriſdictionem, poteſtatem, authoritatem, & ſuperioritatem in utroque foro voluntariam, contentioſam, vel mixtam, quam Abbas, conventus, monachi, & congregatio huiuſmodi habebant, & poſſide-*
D *bant, & qua utebantur, ſeu de jure, vel conſuetudine uti poterant, cum mero, & mixto Imperio eis in Oppido, territorio, diſtrictu, univerſitate, & hominibus tā eccleſiaſticis, quam ſæcularibus cujuſcumque conditionis, & ordinis forent, præterquam in monaſterium, Abbatem, & conventum præfatos, illorumque perſonas, ſervitores, & familiares, continuos commenſales, cum aquis, aquarum decurſibus, & etiam dominio univerſali, proviſiones, quoque collationes, inſtitutiones, & quaſvis alias diſpoſitiones Canonicatuum, præbendarum, & aliorum beneficiorum, ſeu officiorum Eccleſiaſticorum cum cura, vel ſine cura ſæcularium, vel regularium, aliorumque piorum locorum omnium in ipſa cathedrali eccleſia, & intra Civitatem, territorium, diſtrictum huiuſmodi conſiſtentium, cum vaxallis, & vaſſallatico jure, & prout ad monaſterium, Abbatem, conventum monachos, & congregationem huiuſmodi pertinebant, & ſpectabant, nec non tantum de redditibus, ſeu bonis dicti monaſterii, quæ aſcenderent ad valorem 1400 ducatorum auri de camera ſecundùm communem extimationem annuatim extimandis per commiſſarium eli-*

gen-

A *gendum de conſenſu partium, & per dictum Nicolaum Cardinalem adjudicandis, & in eventum in quem bona, ſeu redditus hujuſmodi ad dictum valorem non aſcenderent, vos pro eo quod ad dictum valorem deeſſet, de aliis bonis, & redditibus exiſtentibus in valle Diani, ſeu Marciſi in provincia principatus exiſtimandis etiam ad arbitrium dicti Nicolai Cardinalis uſque ad ſupplementum dicti valoris tendere teneremini pro dote dictæ Eccleſiæ ſic erectæ perpetuò appropriaverimus, aſſignaverimus, applicaverimus, ipſique ſic erectæ Eccleſiæ ab eius primæva erectione vacanti dilectū filium noſtrum Aloyſium S. Mariæ in Coſmedim Diaconum Card. adminiſtratorem in ſpiritualibus, & tēporalibus quoad viveret etiam de ſimili conſilio fecerimus, conſtituerimus, & deputaverimus, curam, regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ ſic erectæ hujuſmodi ſibi in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo; nos vobis, ne propterea nimium diſpendium patiamini, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ſpecialemque gratiam facere volentes, voſque, & veſtrum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis quavis cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis ad effectum præſentium dumtaxat conſe-* B *quendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes motu proprio, non ad veſtrum, vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate vobis incidendi lignamina cujuſcumque generis, exceptis glandes, & caſtaneas ferentibus pro uſu dicti monaſterii, ac excudendi, & fodiendi lapides, & arenam pro fabrica, & quocumque uſu eiuſdem monaſterii, & membrorum ſuorum, totiens, quotiens vobis placuerit, & quotiens opus fuerit, ac paſculandi per totum territorium, & diſtrictum præfatum capras dicti monaſterii, uſque ad numerum 400 & in defectum ipſarum alia animalia æquivalentia habita ratione pactat, & non numeri etiam pro uſu dicti monaſterii, nec non macinandi in molendino caſalis le moline nuncupato 25 ſalmas frumenti quolibet anno, abſque alicujus pretii ſolatione, vel compoſitione, ac decimam piſcium littoris, ſeu maris prout ex ſua juriſdictione de præſenti dictum monaſterium poſſidet, & aliàs poſſedit, percipiendi authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus quoque ſi qua alia bona, redditus, & poſſeſſiones* C *dicti monaſterii extra concedenda ipſi Eccleſiæ ſic erectæ, pro quibus penſio, ſeu canon dicto monaſterio ſolvitur, quibuſvis perſonis, & locis conceſſa per non ſolutionem cenſus, penſionis, aut canonis, ſeu aliàs devolvantur, vel quomodolibet etiam abſque annua ſolutione ad vitam illa omnia, & ſingula ad dictum monaſterium ad illius commodum, & utilitatem revertantur, & eſſe debeant, nec non omnia, & ſingulæ conventiones, pacta, & capitula inter Aloyſium Cardinalem, vos monachos, vel congregationem hujuſmodi, ſeu veſtris nominibus facta, conventa, & ſubſcripta, de quibus nos plenariam notitiam habemus quod ſunt licita, & honeſta in omnibus, & per omnia fraude, & dolo ceſſantibus totaliter obſerventur, ipſumque monaſterium, ac vos monachi, & congregatio præfati extra ſuprafcripta expreſſa, & in dictis pactis, conventionibus, & capitulis contenta cum omnibus, & ſingulis veſtris, & eorum juribus, actionibus, bonis, privilegiis, exemptionibus præeminentiis, favoribus, prærogativis, conceſſionibus, & indultis, quibus ante erectionem Civitatis, & Eccleſiæ hujuſmodi factis utebamini, fruebamini, potiebamini, & gaudebatis, dum* D *tamen juriſdictioni, & aliis eidem Eccleſiæ erectæ conceſſis, vel concedendis non repugnent, & in earum diminutionem non tendant, uti, potiri, frui, gaudere perpetuo valeatis in omnibus, & per omnia perinde ac ſi erectio & alia præmiſſa, & capitula hujuſmodi per vos, ſeu monachos, & congregationem, ac Aloyſium Cardinalem præfatos, minimè facta fuiſſet, prædicta authoritate Apoſtolica earundem tenore præſentium decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non monaſterii congregationis Eccleſiæ, & ordinationis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eis, & eorum ſingulis conceſſis, ac per nos etiam iteratis vicibus approbatis, innovatis, & de novo ſimiliter conceſſis, quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus plena, ex-*

A *preſſa, ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, cum autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda; aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, ac expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarn. Dominica 1513. 11. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno 2.

8. ALOYSIUS de Aragonia Cardinalis, factus eſt à Leone X. perpetuus Commendatarius Cavenſis Eccleſiæ anno 1514. die 22. menſis Martii, quo munere unum tantùm annum functus eſt, deinde ad libitum Pontificis ea adminiſtratione ſe abdicavit. Fuit etiam hic Cardinalis Epiſcopus Averſanus, & Hieracenſis. De quo conſule quæ ſupra de Epiſcopis Averſanis narravimus. VIII.

9. PETRUS Sanfelicius nobilis Neapolitanus hujus Eccleſiæ creatus Epiſcopus eſt, die 5. menſis IX.
B Martii anno 1515. Præfuit uſque ad annum 1520. Deinde in favorem nepotis eo munere ſe exolvit, cum regreſſu, ac nominatione cenſuum medietatis. Sanfeliciæ gentis nobiliſſimæ ſtemmata ſunt, ſcutum in argenteum, rubeumq; diviſum cum tribus avibus, qui in argenteo rubent, argentei rutilant in rubeo.

10. JO: THOMAS Sanfelicius *a*, Petri nepos fratris filius, Patruo cedente ſuffectus eſt anno 1520. die 14. menſis Martii. Hujus Præſulis cum nobilitate generis exaggeratæ virtutes colluſtrant. Quamobrē Pontificibus Romanis jubentibus, plura dignitatum munera geſſit cum laude. Primùm enim Bononiæ Vicelegatus fuit, adminiſtravit Umbriam, ſub Paulo III. Pioque IV. Pontificibus bis ad Tridentinū Concilium Commiſſarius fuit; in quo ipſo Concilio, cum pro dignatione exortis ſimultatibus cum neſcio quo Præſule pervicacius, quàm pro Epiſcopo contendiſſet, Romæ calumniatus à Paulo IV. duriore Pontifice carcerem ſuſtinuit. Cives Neapolitani ad Pontificem Pium V. Sanfelicem legaverunt. Cavenſi X.
C Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1550. cumque rediiſſet ad Patriam, ibidem privatè victurus, Romam revocatus, in æſtu Eccleſiaſticorum negotiorum extremam ſenectutem tranſegit, factuſque Epiſcopus Venuſinus anno 1583. deceſſit 1585. die 6. menſis Martii. Sexaginta quinque annos Epiſcopatum geſſit, decanuſque omnium propemodum Præſulum qui tunc vivebant. Sepulchrum accepit in Venuſina Cathedrali.

a Meminit hujus ſec Pallavicinus in hiſt. Conc. Trid. deq; præſtantia ejuſdem familiæ, necnon de eodem Præſule conſulendus eſt Carolus de Lellis de Famil. Regni Neapol. par. 1. p. 311 & Campanilis pag. 204. Meminit etiam de eo Thomas Thomaſius in hiſt. Raven. pag. 89. ac Rubeus pag. 769. Mand.

11. Fr. THOMAS Caſellius Calaber è Ruſſano, nobilibus procreatus parentibus, ex Ordine Dominicano inſignis theologus, S. Leonis primum Epiſcopatum obtinuit, deinde Oppidenſis extitit Præſul, tranſlatuſque ad hanc Eccleſiam anno 1550. prima die menſis Septembris. Tridentino Concilio interfuit. Romæ fato functus eſt 1571. *b* ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam cum hoc Epitaphio in marmorea tabula inciſo cum ejuſdem ſtemmatibus, quæ habent aureum Gryphonem cum rubeo raſtro in cæruleo campo. XI.

b die 9. Martii.

D *D. O. M.*

Thomæ Caſellio Ruſſanenſi Patritio Ord. Prædicator. divinarum literarum peritiſſimo, Catholicæ doctrinæ propugnatori, Epiſcopo Cavenſi, qui pro S. Republica Chriſtiana innumeros labores ſuſcepit, Marius Protonobiliſſimus Patritius Neapolitanus poni curavit. Vixit annos 60. obiit nonas Martii.

13. CÆSAR La Magna, atque Cardona nobilis Neapolitanus Caſellio ſucceſſit 1571. die 2. menſis Iunii. Annis 35. ſedit, deceſſitque die 28. menſis Septembris anno 1606. Hujus Epiſcopi gentilitia ſtemmata ſunt Scotum diviſum, cujus ſiniſtra pars tres faſcias rubeas habet, ſupra quas tres ex rubeo colore depictæ aves ſpectantur, tres verò ad medium, ſub campò verò aureo, item tres; alterius verò partis campum tres aurei cardui adornant. XII.

13. CÆSAR Lippiuse, de caſtello Mordano propè Imolam, ex Otdiue S. Franciſci Conventualis, fa- XIII.

c De hoc agit Fran-

chinus in Biblioſophia pag. 147. Garzonius de viris illuſ. Caſtri Bononien. pag. 15. & Vvadding. de Script. Ord. Min. Mand.

cultate theologica clarus, reconditaque doctrina. Tempore interdicti Venetiis diverſabatur, ubi ardenter adeò eccleſiaſticam libertatem defendit, ut penè vitæ diſcrimen adierit; coactuſque fuerit commutato corporis cultu fugam arripere. Romam profectum, Paulus V. cujus dignitati impensè ſtuduerat, non modò benignè excepit, ſed etiam creavit Cavenſium Epiſcopum anno 1606. die 11. menſis Decembris. Cujus Epiſcopatus iniit poſſeſſionē die 8. menſis Aprilis 1607. Obiit anno 1622. Gentilitia ejus ſtemmata ſunt, diviſum ſcutum in campum ſupernè cæruleum, quem tria aurea ſydera cōplent, infernè aureum, cum libro rubeo, quem Aquila nigra inſedit.

XIV. a Laudatur ab Antonio Mazza de rebus Salernitanis pag. 10. Mand.

14. MATTHAEUS Granitus a nobilis Salernitanus, Patriæ ſuæ Canonicus, ad eandem ſedem fuit adlectus 1623. die 26. menſis Octobris, translatus ad Archiepiſcopatum Amalphitanum 17. Septembris anno 1635. pro gentilitiis ſtemmatibus illi eſt campus diviſus, cujus ſuperiorem cæruleam partem dimidiatus leo aureus explet, inferiorem gradus octo diſtinguunt, quorū quatuor cærulei ſunt, cæteri aurei

XV. b De quo, atque ejus familia tractat Carolus de Lellis de familiis Neapolit. par. 1 pag. 382. Mand.

15. HIERONYNUS Lanfrancus b Neapolitanus ad hanc eandem ſedem aſſumptus eſt ann. 1637. 22. Januarii. Vivit adhuc.

A D D I T I O.

(,, *Hic nobili genere natus, humanioribus literis, variiſque ſcientiis inſtructus, Juris utriuſque lauream aſſecutus, variis adhibitus in Eccleſiaſticis negotiis Abbatiam in Commendam obtinuit Cajetana Diœceſis Ordinis S. Benedicti Ciſtercienſium, quam cum Epiſcopatu retinuit. Amantiſſimè fovit ſuas oves, obiitque ſenio gravis an.* 1660.

XVI. ,, ALOYSIUS *de Januario Patritius Neapolitanus, & Neapolitana Eccleſiæ olim Canonicus J.U.D. Advocatus, & Advocati Fiſcalis, nec non Archiepiſcopatus Neapolitani Vicarii Generalis officia cum integerrime exercuiſſet, huic throno admotus eſt die* 15. *Martii* 1660. *ætatis annum agens* 56. *ceſſit oneri, quod ſuaviter ſapienter que ſuſtinebat anno* 1670.

XVII. ,, CAJETANUS *de Aſflicto nobili genere in Civitate Scalenſi ortus J.U.D. Clericus Regularis Theatinus inſignis Theologus ſuffectus* 30. *Junii* 1670. *plura lucubravit digna, quæ typos impleant: inter quæ Controverſi fori Deciſiones in fol. quæ jam doctorum hominum manibus teruntur. deceſſit omnium mœrore* 1682.

XVIII. ,, JO. BAPTISTA *Giberti Camerinenſis Diœceſis I.U.D. & ſacræ Theologiæ Magiſter, primum S. Mariæ Transtiberim de Urbe Canonicus, mox Tuſculanæ Eccleſiæ Archipresbyter, & Vicarius Generalis, hanc ſedem obtinuit* 15. *Febr.* 1683. *trepidioraque pro re Eccleſiaſtica cum inventaret negotia, Neapoli quæſitor Fidei plura pericula adivit. Sed & ad Fanenſem ab Optimo Pontifice Innocentio XII. translatus eſt anno* 1696.

XIX. ,, JOSEPH *Maria Pignatellus, nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſcientiarum nitore, & variis ſuis Ordinis exactis muneribus clarus, dignus fuit, qui à gentili ſuo Innocentio XII. ad hanc eveheretur Cathedralem die* 17. *Dec.* 1696. *Mortalem hanc vitam cum immortali commutavit anno* 1703.

XX. ,, MARINUS *Carmignanus Neapolitanus Patritius J.V.D., & Sacræ Theologiæ profeſſor, Neapolitanæ Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, ob ingenii ſolertiam, morumque probitatem in plurimis, præcipuiſque adhibitus à fel. rec. Cardinali Cantelmo Neapolis Archiepiſcopo, ad hanc ſedem pervenit menſis* 17. *Decembris expirantis an.* 1703. *dignus, qui diu vivat.*

A

CORTONENSES EPISCOPI.



CORTONA præpollens olim opibus, armiſque Etruriæ Civitas, eiuſdemque appellata Metropolis, multò ante Trojanum bellum, ut arbitratur Halicarnaſſeus, ſuperbè extulerat muros. Ejus ex
B antiquitate fundatoris planè nomen intercidit. Divinant namque de eo Scriptores, non vera narrant, dum alii Janum, ſive Noemum illius fundationis tuliſſe laudem contendunt. Alii ejus Civitatis originem referunt in Crotonē Ægyptii Herculis ſocium, arbitrari inde fuiſſe dictam Crotonam. Nec defuere, qui Giganteum conatum arbitrentur Cortonam, quod noſtra etiam hac ætate ei Civitati circumadiectum ſolum humano veſtigio oſſa majora prodiderit. Ceterùm ſicut in enarrando auctore vacillant Scriptores ſic diverſa fuere nomina, quibus aliquando ea Civitas eſt appellata. A Coryto ſi quidem Corytum illam fuiſſe dictam quidam affirmant, qui Oppidum illud ſive ædificavit, ſive inſtauravit. Unde Virgilius.

Hinc illum Coryti Thyrrena à ſede profectum.
—— extremas Coryti penetravit ad Urbes.

Et alibi item. *Areti muros Coriti nunc dividit Arcem.*

Affirmant tamen Incolæ, Patrum traditione edocti, haud quaquam Coryti Arcem antiquæ illius Cor-
C tonæ veſtigium eſſe, ſed Caſtilionum Oppidum, quod ex Cortonæ ruinis in eam magnitudinem crevit. A Stephano autem Epitomatore in hæc verba vocatur: *Croto Etruriæ Urbs Metropolis. Quæ iterum Polybio Cyrtonium eſt*; Dionyſio verò Crotona quam Pelaſgi olim Umbris pugnantibus appoſuerunt pro Arce, quam etiam in eodem libro Thyrreniam vocat à Tarconte Thyrrenorū Duce. Quamobrem Silius li. 8.

Lectes Cere viros, lectes Cortona ſuperbi
Tarcontis domus, & veteres miſere Graviſca.

Primum Crotonæ nomen retinuit, quouſque conſularis, publicaque popularis cenſura Civitatem illam adminiſtravit. Poſt Romanorum autem acceptum jugum, atque ab eiſdem illuc deductas Colonias Cortonæ nomen invenit, ut idem Halicarnaſſeus affirmat; ſcribitque Herodotus ad ſuam uſque ætatem Pelaſga lingua uti ſolitos Crotonienſes, qui ante chriſtianam reparatam ſalutem floruit anno 450. Reperi etiam Cortonam Turnam, ſive Turriam fuiſſe vocatam, ob frequentium Turrium propugnacula, ab
D Eſuuro filio Noe ibi conſtructa. Quas omnes conjecturas, eaſque præcipuè quas vel è ſuo cerebro, vel è fictitio illo Beroſo Chaldeo, Viterbienſis Annius cōminiſcitur, ipſiſſimas fabulas judico. Illud conſtat, inter duodecim illas Etruriæ Civitates, Cortunam antiquitate, opibus, armiſque olim principatum tenuiſſe, cumque Aretio, Peruſiaque præpotentibus Romanis pacis fœdera obtuliſſe, ut Livius narrat: Thyrrenos demum, antiquoſque Pelaſgos, Umbroſque olim habuiſſe Colonos, caputque fuiſſe Etruriæ ſub nomine Crotonæ Etruriæ, ut ab altera Magnæ Græciæ Crotona diſcerneretur. Ejus meminerunt antiqui Scriptores, ac poſt Romanorum adventum nomen Cortonæ, quod induit, viſum eſt manifeſtiſſimum attuliſſe diſcrimen. Uſque ad Hannibalis Carthaginenſis tempora, ac poſt ſuſceptas Romanas leges Cortona maximè floruit, cecidit autem, cum Romano Imperio barbaræ gentes excidium intuliſſent. Verum cum harum gentium in

Ita-

Italia violentum obſoleviſſet Imperium, cum aliis Etruriæ Civitatibus, Cortona etiam ſe in libertatem aſſeruit, tribuſque creatis Conſulibus, uſque ad noxias Gibellinorum, Guelphorumque factiones antiquam illam imaginem Reipublicæ viſa eſt retinuiſſe, ſic ut etiam victoriatos produceret, quos ſtudioſi antiquitatis etiam nunc inter antiquiſſima thomemata diligentiſſimè aſſervant. Ex eo Aretinis Cortona prędæ ceſſit. Siquidem cum ibidem ęſtuantibus ad inſaniam partibus, vel componendis rebus, vel potentiori parti ſugandę Aretini fuiſſent vocati; utriq; perfidioſi Civitate potiti ſunt, cum utroſq; exuiſſent fortunis, exilioque mulctaſſent anno 1258. die 1. ineuntis Februarii. Cortonenſes deinde Aretinorum jugum excuſſerunt 1261. die 15. Marco Evangeliſtæ ſacro, in cujus rei memoriam, ſtemmata antiqua S. Michaelis cum dracone, cum S. Marci Leone, libroque Evangeliorum aperto commutarunt. Sed non multò poſt Uguicioni Caſalii civis Cortonenſis, quo Duce uſi ſunt ad libertatem, diriorem ſenſere tyrannidem. Quamobrem eo occiſo iterum ſub Conſulatu libertati litarunt uſque ad annum 1312. quo ipſo tempore cum Henricus VII. Imperator Cortonæ per tres dies fuiſſet commoratus, eam fore liberam etiam cum juramento firmavit.

Cum autem anno 1325. nobilitas conſpiraſſet in in plebem, ut eidem eriperet jura ſuffragii, Populus in odium nobilitatis, ſibi, Cortonæque Principem adſcivit Raynerium Uguicioni Caſalii nepotem, qui conſpirationē opportunè detexerat. Hic, ac deinceps ſui nepotes, per 84. an. Cortonenſib. jus civile dixerūt, donec Aluyſius Baptiſta Caſalius Patrię tyrannus effectus Ladislao Neapolitano Regni per id tempus impugnanti Cortonam, ſuæ crudelitatis pœnas dedit. Siquidem cum Ladislaus contra Florentinos moviſſet, adortuſque Cortonam illam nō potuiſſet expugnare, territorio Cortonenſi latè vaſtato compulit obſeſſos ut tyrannum, ſeque dederent ad arbitrium victoris. Et Tyrannus quidem Neapolim amandatus eſt, carcere cuſtodiendus, Cortonenſes verò ad duos annos Ladislai Regis jugūm tulerunt. Deinde ab eodem Rege 70. millibus ſcutatorum divenditis Florentinis, haud pœnitenda fortuna mutarunt Dominos, quibus tanquam libentes, volenteſque ſe dediſſent; adeò deinceps illorum coluerunt arbitrium, ut nec Patrum noſtrorum memoria, cum deſerti ab omnibus gentibus valido illo Caroli V. premerentur exercitu, erga veteres Dominos ſuſtinuerint fallere fidem.

Haud ſatis conſtat, quis huic Civitati protulerit Euangelij lucem. Poteſt tamen ex conjectura deduci, ſub Apoſtolorum temporibus cum cæteris Etruriæ Civitatibus B. Romulo prædicante, didiciſſe ſacra Chriſtiana, eaque, extinctis Tyrannis, ſub Conſtantini Magni temporibus adoleviſſe. Illud fortaſſe mirum, tardius proprium fuiſſe ſortitam Paſtorem, cum Etruriæ Civitatum nulli profecto inferior eſſet, Pontificumque jam olim decreta ſanxiſſent, nullam Chriſtianorum Civitatem eſſe debere proprio viduatam Paſtore. Sive igitur ex longiori temporum ſerie Cortonenſium Præſulum memoria intercidit, ſive aliquis alius caſus in cauſa fuerit, cur eo Epiſcopatus decore deſtitueretur, narrat ex inveterata quadam traditione Villanus, Ioannem XXII. Pōtificem Cortonenſibus Epiſcopum reſtituiſſe an. 1325. Illud certum, exploratumque eſt, neque in antiquis illius Eccleſiæ monumentis, neque in Concilijs, neque in regeſtis Apoſtolicis, neque in ullis aliis antiquis ſcripturis, quarum multas, ut hoc opus adamuſſim molirer, perlegi, ſupra 1325. annum aliquam ſeriem Cortonenſium Epiſcoporum occurrere. Tametſi autem in decreto quodam Vigilii Papæ, quo Epiſcopū Cæſareæ cōdemnat, ſubſcriptus reperiatur Iordanus quidam Cortonæ Epiſcopus anno 552. mox nonnulli putarunt pro Crotona Cortonā appoſitum fuiſſe a. Cæterùm poſt Iordanum, indeque ante Ioannem XXII. Cortonam nullum habuiſſe Epiſcopum bulla eiuſdem Pont. de erectione Cathedralis Cortonenſis Eccleſiæ perſpicuè docet, quam ex archivo eiuſdem Eccl. nobis communicavit Ludovicus Serriſtorius Illuſtriſſimus modernus Epiſcopus, ſic enim ſe habet.

a Nec audiendus eſt Carolus à S. Paulo in ſua Geogr. ſacra, cum Theodoſium Epiſcopum Cortonenſem dicit ann. 649. Nam & hic Crotonenſis in Calabria fuit.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Vigilis ſpeculatoris officium ſuper gregem Dominicum noſtra vigilantia creditum exercere utiliter cupientes, circa illa potiſſimè intentum dirigimus animum, curamque ſollicitam adhibemus, per quæ Divini cultus augmentum, exaltatio Catholicæ fidei, & commoda ſalutis proveniant animabus. Sanè id dudum multorum fide dignis relatibus plenius informati, quod univerſitas Cortonæ, quæ hactenus de Aretin. diœc. exiſtebat, ſiniſtra partis non declinat in devium, nec ſuum ponit cum indevotis ejuſdem eccleſiæ portionem, ſed promo, & prompto animo in ejuſdem eccleſiæ obſequium totaliter ſe exponit, quodque Præſules Eccleſiæ Aretinæ, qui fuerunt pro tempore, raro dictum locum Cortonæ viſitarunt, nec circa illum curam paſtoralis curaverunt officij exercere, & quod eadem Eccleſia in proventibus, & redditibus annuis ſic affluit abundanter, ejuſque diœceſ. adeo diffuſa exiſtit, quod exempto dicto loco Cortonæ cum ſuo territorio, redditus, & diœceſ. eiuſdem Aretinæ Eccleſiæ ſufficiunt abundanter, conſiderantéſque attentius, quod eadem terra Cortonæ eſt locus nobilis, & inſignis, latum, & magnum habens territorium, & diſtrictum, gregemque fidelium tam infra mœnia dictæ terræ, quam extra fœcundum, & plurimum copioſum, quodque præfata univerſitas per ſpeciales ſuos procuratores, & nuncios multas, & diverſas rationabiles cauſas coram nobis fecerunt exponi, quæ recta meditationis examine in libra præſidentis appenſa juſtè debebant, & poterant ad concedendum eiſdem cathedram paſtoralem, Romani Pontificis animum inclinare, eorum, qui proprium habere Pontificem in eadem terra deſiderant, ſupplicationibus annuentes, ad Dei laudem, & gloriam, & exaltationem eiuſdem Catholicæ fidei, & Divini cultus augmentum, eandem terram Cortonæ, quam una cum toto ſuo territorio, & diſtrictu ab omni juriſdictione ſpirituali, & temporali tam Eccleſiæ Aretinæ, quam quorumlibet Epiſcoporum, & Capitulorum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, ſæcularium, & regularium cujuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, authoritate Apoſtolica prorſus eximimus, & totaliter liberamus, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Civitatem erigimus, & Civitatis vocabulo inſignimus, authoritate Apoſtolica decernentes, ut eccleſia S. Vincentij, ſita in dicta Civitate Cortonæ, quæ hactenus monaſterio S. Floræ Aretinæ, ordinis S. Benedicti erat pleno iure ſubiecta, & per ipſius monaſterii monachos fuerat ſolita gubernari, ſit de cætero, & habeatur perpetuò eiuſdem Civitatis Eccleſia Cathedralis, quam quidem Eccleſiam S. Vincentii cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis ab omni iuriſdictione, iure, poteſtate, & Dominio Epiſcopi, & Eccleſiæ Aretinæ, ac ipſius monaſterii authoritate prædicta prorſus eximimus, & plenariè liberamus, eamque ad cenſum aliquem, ſeu præſtationem, aut ſervitium, aut ſubiectionem quamcumque dilectis filiis Abbati, & conventui dicti monaſterii, eorumque ſucceſſoribus, nec non prædicto monaſterio volumus, & decernimus inantea non teneri, eidem Cathedrali Eccleſiæ, territorium, & diſtrictum prædictum pro diœceſi authoritate Apoſtolica; in perpetuum aſſignantes concedimus quoque ex nunc authoritate prædicta, & donamus, deputamus, & etiam applicamus menſæ Epiſcopali, & Capitulo Cortonenſi, &c. omnia bona mobilia, immobilia, domos, ædificia, & poſſeſſiones, redditus, & proventus, penſiones, & cenſus, iuriſdictiones, & iura quæcumq; ſpiritualia, & temporalia quocumq; nomine cenſeantur, & in quibuſcumq; locis, & rationibus conſiſtant, quæ Epiſcopi, qui fuerunt pro tempore, & Eccleſia Aretina hactenus in dicta Civitate Cortonenſi, eiuſque territorio, & diſtrictu habuerunt, vel ad eos quomodolibet competere potuerunt, ita quod prædicta bona, & jura univerſa, & ſingula ad prædictam eccleſiam Cortonenſem, & Epiſcopalem menſam ipſius, & Capitulo iuxta noſtræ ordinationis tenorem perpetuis futuris temporibus debeant pertinere; jura omnia ſuperioritatis, & alia, quæ idem in Civitate prædicta, Eccleſiis, eccleſiaſticiſq; locis, & perſonis, & incolis, pertinentiis, & diſtri-

de-

A *ſta ejuſdem eccleſiæ Aretinæ, & ejus Capitulum olim quomodolibet habuerunt, in dictam Cathedralem Eccleſiam Cortonenſem plenariè transferentes, & illa penes eam plene, & integraliter volentes perpetuo remanere, conventiones, & pacta dudum habita inter Guidonẽ tunc Epiſcopum Aretinum, & Commune, ac populum Civitatis Cortonenſis, vel quemcumque alium nomine populi prædictorum, in quibus inter alia dicitur contineri, quod Univerſitas, Commune, & Populus Cortonenſis dictas domos, ædificia, & alia bona immobilia, juriſdictionem, & jura ad certum tempus nondum completum pro mille florenis auri anno quolibet prædicto Guidoni tunc Epiſcopo, & Eccleſiæ Aretinæ, ſeu alteri eorum nomine perſolvendis, teneri deberent, omnemque ſententiam, ſeu ſententias per Epiſcopum Aretinum, qui fuerit pro tempore, vel ejus authoritate per quemcumque prolatam, ſeu prolatas ob præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatas, omnemque contractum, ſeu contractus ſuper hujuſmodi conventionibus, ſeu obligationibus habitum, vel habitos in perſonas cujuſdam ſingularis perſonæ* B *de dicta Civitate Aretina pœnarum adjectione, & juramentorum præſtatione vallatos, authoritate Apoſtolica caſſantes, irritantes, & revocantes omnino, ac ipſos caſſos fore, & irritos decernentes, & nullius prorſus exiſtere firmitatis. Inſtrumenta quoque ſuper dictis contractibus confecta omnino viribus quantum ad tempus futurum attinet vacuamus, ita quod inſtrumentis eiſdem in judicio, vel extra nulla fides debeat adhiberi. Dictam quoque Univerſitatem, & Populum Cortonenſem, & quaslibet ſingulares perſonas Civitatis Cortonẽſis, ejuſque territorii, & diſtrictus, necnon fidejuſſores, ſi qui ſuper promiſſis intervenerant, & quamlibet aliam ſpecialem, vel ſingularem perſonam dictis ex cauſis obligatam, ab omnibus conventionibus, pactis, promiſſionibus, obligationibus, atque pœnis, & fidejuſſionibus ſuper præmiſſis, vel præmiſſorum occaſione factis, & habitis, præſtatione juramentorum ſuper obſervantia prædictorum, vel alicujus eorum, authoritate prædicta, & de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis totaliter abſolvimus, & etiam liberamus, & eos ad prædictorum juramentorum obſer-* C *vantiam decernimus non teneri. Ita quod propter præmiſſa pacta, vel aliquod præmiſſorum per eos, ſeu fidejuſſores eorum non ſervata, nec completa, a quorum obſervatione ipſos, & hæredes eorum in perpetuum duximus abſolvendos, nullam poſſint pœnam incurrere, vel præmiſſorum occaſione aliquatenus conveniri. Quia vero, quod de Civitate ipſa per Apoſtolicæ ſedis providentiam circumſpectam factum, & ordinatum eſſe dignoſcitur, in hac parte perpetuis futuris temporibus eſſe volumus valituram, & robur obtinere incommutabilis firmitatis, authoritate prædicta diſtrictius inhibemus, ne aliquis cujuſque præeminentiæ, ordinis, cõditionis, aut ſtatus, etiamſi Archiepiſcop. vel alia, ſeu regia præfulgeant dignitate, hujuſmodi ordinationẽ ſedis ejuſdẽ quovis quæſito colore, vel modo, ſive cauſa, vel occaſione qualibet ad id inventis turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper hoc per quemcumque quavis authoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium attentare præſumpſerint, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias promulgavimus, a quibus nullus ab alio, quam à Romano Pontifice abſolutio-* D *nem, ſuſpenſionem, vel relaxationem, niſi dumtaxat in mortis articulo, ab eadem excommunicationis ſententia valeat obtinere. Quod ſi quem in mortis articulo a dicta excommunicationis ſententia contingat abſolvi, niſi poſt reſumptam convaleſcentiam quam citius commode poterit Apoſtolico conſpectui ſe præſentet, mandatum Romani Pontificis humiliter ſuper hoc recepturus, volumus, & decernimus, licet ſit ſatis à jure proviſum, quod in eandem excommunicationis ſententiam reincidat ipſo facto. Nulli ergo &c.*

Datũ Avenione xiii. Kal. Julii, Pontific. noſtri an. IX.

Joannis diplomati adſtipulatur liber Proviſionum A Prælat. ejuſdem Pontificis, in quo narratur, Pontificem anno 1326. die 24. menſis Januarii, Raynerium novum Cortonenſem creaſſe Epiſcopum, cum paulo ante Plebaniam Cortonæ, ejuſdemque territorium ab Aretina diœceſi novam Cortonenſem diœceſim ampliaturus eo conſilio diſſociaſſet, ut Petramalæ Præſuli Aretino, eidem tyranno, altera propiori eccleſiaſtica juriſdictione incommodaret. Itaque cum ibi dicatur Pontifex de novo creaſſe, non reſtituiſſe Epiſcopum, planè colligitur ante Joannem XXII. nullum Præſulem Cortonæ jus divinum dixiſſe. Quod ipſum etiam accidit quibuſdam aliis Italiæ Civitatibus Cortona fortaſſe nobilioribus. (1) A Joanne igitur XXII. Cortonenſium Præſulũ exordiemur ſeriẽ.

Cathedralis igitur Cortonenſis à XXII. Joanne Pontifice primum inſtituta, 40. cum ſuis Parochis continet ſub ſe Pagos. Civitas nobilitate, cæteraque plebe fœta eſt, itaut ſex millia hominum alere dicatur. Epiſcopus Romano Pontifici immediatè ſubeſt, nobilique principe templo inſignitur, ſub invocatione Divæ Genitricis in Cœlum aſſumptæ. a Illius quatuor dignitatum gradus ſunt, Præpoſitura, Archidiaconatus, Presbyteratus, ac Decanatus. Undecim nu- B merarii Canonici, ſexque ſupranumerarii, aliique presbyteri, Capellani, clericique non pauci, qui ibidem Divino cultui vacant; Theologali, Pœnitentialique gaudet præbendis; curamque animarum promovent duo presbyteri ad nutum Capituli. Sex etiam ibidem parochiales Eccleſiæ ſunt, alteraq; collegiata, cum 7. Canonicis, atque Priore. Sex ibi religioſorum monaſteria viſuntur, totidemque monialium, 13. virorum ſæcularium Confraternitates, ac xenodochia duo, nec ad pauperum levamen Monte Pietatis deſtituta eſt. Palatium Epiſcopale commodum Cathedrali adhæret. Cenſus Epiſcopatus annuus 1400 b. ſcuta ſunt, ejuſdemque taxa in lib. Apoſtolicæ Cameræ florenorum 507. cum duobus tertiis.

a Et S. Vincentii.

b [illegible] *Tom. II. 433.*

Ut autem temporariis fortunis abundat, ſic ſpiritualibus non deſtituitur adjumentis. Reliquiis enim ſanctorum habetur perdives. In Cathedrali enim fruſtulum Dominicæ veſtis honorificè aſſervatur ex do- C no Jacobi Vagnuccii quondam Peruſini Epiſcopi, qui illam à Conſtantinopolitano Patriarcha ſe dono accepiſſe narrabat, caputque B. Vidonis ex ordine S. Franciſci, cum aliis pluribus reliquiis. In Franciſcano templo, ex Dominica Cruce, parvulam affectam Crucem narrant aſſervari Cortonæ, illamque eandem eſſe, quam Helena mater à ſe molitam Conſtantino filio dono dedit, ut illa munitus ſecurius iret in hoſtes, illucque à B. Elia S. Franciſci Alumno ex dono Conſtantinopolitani Imperatoris, ad quem pro Friderico II. Legatus profectus fuerat, fuiſſe illatam. Sed cum idem hoc ipſum de lignea Cruce dicant Nonantulani, & cum ipſis hactenus crediderit Italia tota, teſtenturque miracula crebra, obſeſſorum horribiles voces, tempeſtates ſedatæ, & ſicco cœlo uberius excuſſæ pluviæ, in mediis imbribus perſpicuæ adductæ ſerenitates, juvat credere Nonantulanum, Conſtantinianum lignum eſſe, quod primus Abbas Anſelmus à Pontifice dono accepit. Cortonenſe item de ſalutiferæ Crucis ligno fuiſſe compactum, illucque à Franciſcano Elia fuiſſe allatum, ut Patriæ ſuæ ſaluti foret D & commodo. Cæterùm nulla alia magis re videtur nobilitata Cortona, quam corpore B. Margaritæ pœnitentis. Hæc illa eſt, quæ nata Cortonæ, orbataque parentibus, dum eximiæ pulchritudinis ætate floreret, in libidinis cœnum ex aliorum inſtigatione prolapſa eſt, ſed per catulum ad amatoris occiſi deforme cadaver divinitus adducta, ita reſipuit, ut lachrymis, jejuniis, precum inſtantia, cæteroque vitæ rigore illum perfectionis gradum attigerit, ut ingentibus editis miraculis externas latè gentes ad ſui ſpectaculum evocaret. Hujus Cortonæ corpus adhuc integrum manet, teſtaturque mirabili integritate mentis fuiſſe Margaritam, cujus corpuſculi caduca membra, integra

(1) Conſtans tamen perdurat traditio antiquitùs prepios habuiſſe Paſtores Cortonenſium Gregem ſub titulo S. Vincentii. Hujus rei fides deſumitur ex antiquitate aliquorum numiſm[illegible], [illegible] ſervantur procuſa ex una parte cum imagine S. Vincentii Pontificiis in indumentis, ex altera Crucem do[illegible] gerſerencia literis hic circumvolutis: *Præſul S. Vincentii de Cortona*. Qui [illegible] cernuntur cuſi apud priſcos Peruſinos, Aretinos, & Anconitanos argentei nummi Herculani, Donati, & Cyriaci [illegible], qui apud [illegible] Cathedræ, & Sanctitatis honore prætulſerunt, effigie. Cortonenſes vero Epiſcopi [illegible] ſua culpa exc[illegible] eadem traditio fert, & Aretino [illegible] in ſpiritualibus fuiſſe uſque ad Jo. XXII. *Lucius.*

gra hactenus ſecula diſſolvere non potuiſſent. Sed æquo prolixior ſim, ſi velim omnes ſanctorum reliquias recenſere, qui illic honorificè conquieſcunt. Sat fuerit ſemel dixiſſe Cortonam Civitatem ubique & ſemper & viros ſanctos, & doctos, & fortes protuliſſe, qui quemlibet bene paratum calamum videntur poſſe defaticare. Illius Civitatis Præſulum ſeries ſequens hæc eſt, quam ex diverſis ſcripturis, monumentiſque ac præcipuè ex Actibus Romanis ex fide digeſſimus.

I. a Chiſignani. 1. RINERIUS, ſive Raynerius Ubertinus, ex Comitibus Chiſignani *a* Archaſii, Præpoſitus Aretinæ Cathedralis, Vidoniſque Petramalæ acerrimos adverſarius, novæ Cathedralis Cortonenſis Epiſcopus adlectus eſt, ut Vidonis potenti tyrannidi præponderaret, an. 1326. die 2 *b*. menſis Januarii, Joanne XXII. ita cenſente. b 14. Eccleſiam illam, & ante exceſſum Vidonis, & ab exceſſu ejuſdem per 10. annos egregiè, fortiterque adminiſtravit, poſtremoque fato functus eſt Cortonæ, atque apud S. Franciſcum cum hoc epitaphio ſepultus.

Cortonenſis P M. E Pus L I. Aretin Florid.
cunctorum Rayn. P N O R. obiit
MCCCLXIII. die xiii. Septembris

Quod ſanè epitaphium planè prodit Raynerium primum Cortonenſem fuiſſe Epiſcopum, cum ibi perſpicuè dicatur PM. EPus. Quæ autem immediatè verba ſequuntur. LI. Aretin. ſignificant Cortonenſem Epiſcopum ab Aretina juriſdictione fuiſſe liberum, Romanoque Pontifici immediatè ſubjectum.

II. 2. GORUS, qui idem eſt quod Gregorius, ex Archidiacono Cathedralis Eccleſiæ à Clemente V. ann. 1348. Non. Novemb. Raynerio ſoffectus eſt, eratque ex Comitibus Faſcianis ann. 1350. polliceturque tanquam Cortonæ electus, ſolitum ſubſidium ſacro Collegio die 27. menſis Martii ejuſdem anni. Vixit uſque ad annum 1364.* Eoque defuncto electus, & poſtulatus eſt à capitulo, clero, & populo Cortonenſi in Epiſcopum quidam Fr. Julianus, Ordinis Prædicatorum, quem per Franciſcum Brunum Florentinum Urbani V. à ſecretis, communiſque Cortonæ apud eumdem procuratorem, eidem Pontifici commendarunt, ut viri religioſi poſtulationem confirmare dignaretur. Placuit Urbano Juliani electionem reiicere, ſtatimque ſequentem Benedictum ejuſdem Ordinis alumnum Cortonæ declarare Antiſtitem. Extat apud me populi Cortonenſis mandatum in Franciſcum Brunum ad Juliani confirmationem impetrandam, quod cum multum faciat ad Cortonen. Eccleſ. cognitionem, hic libuit exſcribere.

* Vide App. Tom. 2.

In nomine Domini Amen.

Anno ejuſdem à nativitate 1364 ind. 2. d. Urbano Papa V. reſidente die 9 menſis Februarii.

Actum Cortonæ, in palatio Communitatis, præſentibus honorabilibus viris Donato D Orlandi Philippo Maldachini Franciſco Nerii Nucii, Joanne Serangeli Valli, Laurentio Michaelis, & pluribus aliis in dicto conſilio exiſtentibus teſtibus adhibitis, habitis, vocatis, atque rogatis.

Convocato, & coadunato generali Conſilio Communis, & populi civitatis Cortonen. in palatio dicti communis in balchione inferiore dicti palatii, ad ſonum campanæ, vocemque præconis, ut moris eſt, de mandato, & auctoritate nobilis, & ſapientis viri d. Tomaſi de Viſcontis de Fuſcechio, honorandi Vicarii, Magnifici, & excelſi militis d. Franciſci de Caſalibus domini Generalis civitatis Cortonæ, ejuſque comitatus, & diſtrictus. In quo quidem conſilio interfuerunt duæ partes, & ultra conſiliariorum dicti conſilii ad hæc ſpecialiter coadunati. Qui dominus Vicarius ſedens de Voluntate, licentia, & expreſſo conſenſu, & mandato dictorum conſiliariorum, & dicti conſiliarii, de mandato, & conſenſu dicti d. Vicarii omnibus in plena concordia exiſtentibus, ſicut de jure & de facto melius, & efficacius potuerunt, fecerunt, conſtituerunt, ordinaverunt, & creaverunt eorum, & dicti communis Cortonæ eximium, ſapientem, ac ſcientem Vicarium, D. Franciſcum Bruni de Florentia ſecretarium ſummi Pontificis digniſſimum licet abſentem, tanquam præſentem ſpecialiter nominatum Ambaſciatorem, ſyndicum, protectorem, & procuratorem, & defenſorem communis, & populi civitatis Cortonenſis ad comparendum in conſiſtorio coram ſummo Pontifice, & ejus Cardinalibus, & coram quocumque alio in quocumque loco ad defendendum commune Cortonæ, & dominum Generalem ipſius civitatis Cortonæ, & homines ipſius civitatis ab omnibus propoſitionibus, accuſationibus, ſive querelis iniuſte, & indebite factis, ſive quæ fierent per quemcumque contra dictum commune, & dictum dominum Generalem civitatis Cortonæ, vel homines, & perſonas dictæ civitatis. Et maxime ad defendendum, & tuendum, quod dictum commune Cortonæ non tenetur, nec eſt obligatum ad dandum ſingulis annis Epiſcopo Cortonenſi 800 florenos auri, vel aliquam aliam quantitatem pecuniæ, & quod non eſt obligatum d. commune Cortonæ, vel homines dictæ civitatis domino Epiſcopo in aliquo. Et etiam, quod dictum commune Cortonæ, nec dominus dictæ civitatis, vel homines ipſius civitatis numquam occupaverunt, nec etiam occupare intendunt bona Epiſcopalia dictæ civitatis Cortonæ. Et etiam ad proponendum, & dicendum, quod dicta bona Epiſcopi, qui pro tempore fuerunt, tenuerunt, & poſſederunt ipſa bona pacifice, & quiete, & quod ſimiliter intendunt, & volunt, quod faciant ſucceſſores ipſorum Epiſcoporum defunctorum. Et ad defendendum ipſum dominum Generalem Cortonæ, & d. commune Cortonæ ab omnibus aliis appoſitionibus, appoſitis, vel in antea apponendis contra d. commune Cortonæ, vel dictum dominum Generalem. Et etiam ad oſtendendum, & declarandum, & producendum bona Epiſcopalia dictæ civitatis Cortonæ. Item ad ſupplicandum dictum dominum ſummum Pontificem, & ſuos Cardinales pro parte dicti communis, & dicti domini Generalis, quatenus dignetur confirmare honeſtum, & religioſum virum fratrem Julianum Ordinis S. Dominici poſtulatum à capitulo, & clero, & domino Cortonæ, & populo, & communi ipſius civitatis Cortonæ tanquam religioſum, bonæ famæ, conditionis, & honeſtæ vitæ amore, & gratia ſpeciali dictorum capituli, domini Generalis, & communis, & populi Cortonæ. Et generaliter ad omnia, & ſingula facienda, gerenda, procuranda, & exercenda, quæ in prædictis defenſionibus, vel aliquo prædictorum fuerint opportuna. Dantes, & concedentes eidem ſyndico, & procuratori, Ambaſciatori in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum ſpeciale, & generale mandatum cum plena, libera, & generali adminiſtratione promittentes præfati conſtituti modo, & civibus, quibus ſupra mihi notario infraſcripto tamquam præſenti, atque ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, ſe firmum, ratum, & gratum, propterea habituros omne id, & totū, & quicquid per dictum ſyndicum, procuratorem, & ambaſciatorem, protectorem, & defenſorem in prædictis, & quolibet prædictorum factum fuerit, & per eum geſtum ſub hypotheca, & obligatione bonorum dicti communis Cortonæ. Et volentes inſuper præfati conſtituti eorum ſyndicum, & procuratorem, defenſorem, & protectorem ab omni onere ſatiſdationis plenarie relevare, fidejuſſerunt pro eo, & promiſerunt mihi notario infraſcripto tanquam publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti, ut ſuprà de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo omnibus, & ſingulis ſupradictis, & cuilibet prædictorum.

Et ego Ranaldus q. filius Toti olim ſer Ranaldi de civitate Cortonæ Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & notarius cōſtitutus prædictis omnibus interfui, & ſubſcripſi rogatus, & fideliter publicavi manu propria mea.

3. Fr. BENEDICTUS Vallatus Romanus, Ordinis Prædicatorum, electus Epiſcopus Cortonenſis 1364. 10 Kal. Auguſti, qui & idem ſacro Collegio pollicitus eſt die 17. menſis Auguſti. („ *Plura de eo* „ *vide apud Fontanam de Romana Provincia pag. 323.* „ *& in Theatro Dominicano*. Mandoſius.) III.

4. JULIANUS Angeli Nerii de Chinibaldeſiis Civis Cortonenſis reperitur Patriæ Præſul fuiſſe an. 1382. inſecutoque anno ad Senenſem Rempublicam litteras dedit, cujuſdam juriſdictionis lites explicaturus. IV.

5. LAURENTIUS in Cortonenſi ſede florebat an. 1388. Urbani VI. aſſecla, ab eodem electus Epiſcopus Cortonenſis eodem an. ex lib. obligat. V.

6. LUCAS Gratiæ de Paciano in Caſalium gentem, ab Uguccione, cuius antea fuerat Capellanus, cooptatus, eiuſdem favore, primum Archidiaconus Cortonenſis fuit, deinde etiam ejuſdem Civitatis ſublectus eſt Epiſcopus an. 1390. eumque Caſalii alienati animi veniſſet in ſuſpicionem, interficiendum curarunt, an. 1391. VI.

VII. 7. UBALDINUS (,,*Cambii Bonamici*,,) Florentinus, *a* ex materna affinitate, Bonifacio IX. propinquus, ex Apoſtolico Referendario, ſpoliorumque Collectore in Pragenſi regno Cortonenſi Epiſcopus eligitur à Capitulo anno 1391. Cujus electionem ad Florentini Senatus preces Bonifacius IX. ratam habuit 6. id. Octob. ejus argumenti extat adhuc epiſtola Colinuccii Reipub. Florent. Secretarii ad Pontificem Bonifacium, quam ipſe legi, aliæque plures ad Imperatorem tranſmiſſæ. Hunc Ubaldinum magnum virum fuiſſe oportet, quando ei Florentinus Senatus apud Cæſarem trepida expedienda negotia committit*b*. Nondum Cortonenſis Epiſc. conſecratus ab eodem Bonifacio Archiepiſc. Turritanus in Sardinia renunciatus eſt eodem anno, inde anno 1397. ad Arborenſem Eccleſiam in ea Inſula translatus in locum Conradi, ut habet liber proviſ. Prælat. Extrema clauſit an. 1400. cui ſucceſſit in Arborenſi Archiepiſcopatu Marinus Fabarius Neapolitanus; ut ſuo loco dicimus.

a De quo fusè Salvinus in hiſt. Canonicorum Florentinorum.

b Ex Append. 3.

VIII. 8. Fr. BARTHOLOMÆUS Trojenſis ex Ordine Minorum Ubaldino ſucceſſit ann. 1393. proque Laurentio prædeceſſore Apoſtolicæ Cameræ debitum ſolvit, die 13. menſis Januarii ejuſdem anni. Deceſſit autem anno 1404. (,, *In Archivo Generali* ,, *Florentino in protocollo Uguccionis Landi Peppi de Peruſio ad an. 1394. hæc leguntur*, D. Fr. Bartholomæus ,, Simonis de Troja Ordinis Minorum, Capellanus, ,, & ſecretarius D. Uguccii de Caſalibus Domini ,, Cortonæ, Epiſcopus Cortonenſis &c. *Salvinus*)

IX. 9. Fr. ENOC Baccii de Concalariis Ordinis Eremitani S. Auguſtini, Cortonenſis ſuæ Patriæ obtinuit Epiſcopatum an. 1404. 15. Kal. Decembr. vixit ad multos annos, optimique Paſtoris laudem tulit egregiam.

X. 10. Fr. MATHÆUS Petri de Teſtis Florentinus, ex Ord. Servorum inſignis Theologus, Cortonenſi Epiſcopatu condecoratus eſt anno 1426. Non. Octob. Hic inter Conſtantienſis Concilii Theologos numeratus eſt *b*, Martinoque V. ac Eugenio Pontificibus in pretio fuit. Sed cum Antipapæ Felici adhæreret, eidemque eſſet à Confeſſionibus, tanquam ſchiſmaticus honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, eccleſiaſticiſq; cenſuris innodatus an. 1439. die 9. Septembr. donec à Nicolao V. fuit in priſtinam dignitatem reſtitutus anno 1449. 5. kal. Julii. Vixit in ea dignitate uſque ad ann. 1455. eoque deinde munere ſe exolvens in S. Mariæ Novæ celebri xenodochio Florentiæ ad vitam contemplativam, privatamq; agendam tutiſſimum ſeceſſum invenit, ibique decedens ann. 1458. id. Maii ſepulturæ honorem accepit. Huius meminit Gianius in Annal. Servorum, ſed ſolita illa ſua inverſione temporum, & nominum; vocat enim illum filium Laurentii, cum Petri fuerit, ut mihi cōtigit videre in cōtractorū Florentinæ Gabellæ libris.

b Ran. 1439.

XI. 11. CHRISTOPHORUS Ugolini, ex Marchionibus Petrallæ, nobiliſſimaque Gallorum gente Borbonia, qui per multa ſecula plurium nobilium feudorum domini extitere, ad Cortonenſem Epiſcopatum aſſumptus fuit poſt Matthæi depoſitionem, interfuitque Florentino Concilio anno 1439. in quo ipſo anno deceſſit.

XII. 12. Fr. BARTHOLOMÆUS de Rimbertinis ſive Ubertinis, *c* ſive de Lapacciis Florentinus, ex Ord. Prædicatorum Epiſcopus Cortonenſis declaratus eſt anno 1440. die 14. menſis Januarii. Longè doctiſſimus erat, multaque volumina ſcripſit, quæ adhuc in bibliotheca S. Mariæ Novellæ aſſervantur Florentiæ, ubi ſui ordinis emiſerat vota. Hanc eccleſiam adminiſtravit uſq; ad an. 1449. tranſlatuſque deinde eſt ad Coronenſem Eccleſiam in magna Græcia. Sed ibi parum moratus eſt; ſiquidem ei muneri ſe ſubduxit, rediitque in Patriam, ſanctique Romuli Commendatarius effectus eſt. Itaque cum ſanctioris vitæ odore relicto anno 1466. die 24. menſis Maii deceſſiſſet apud S. Mariam Novellam cum hujuſmodi Epitaphio honorificè tumulatur.

c De Lapacciis quidem, nunquam de Ubertinis. *Salv.*

Bartholomæo Lapaccio Coron. Epiſcopo armis omnibus Eccleſiæ militi invictiſſimo pietas curavit.

(,, *Concilio Florentino interfuit, ibique contra Docto-* ,, *res Græcos de Proceſſione Spiritus Sancti diſputavit.* ,, *A' Nicolao V. in Hungariam, Bohemiam, & Poloniam Legatus Apoſtolicus directus fuit an. 1448. Plura* ,, *de eo vide in Fontana de magiſtris S. Palatii Apoſtol.* ,, *pag. 109. & de Romana Provincia pag. 322. item in* ,, *Altamura Biblioth. Dominicana p. 188.* Mandoſius.)

13. Fr. MARIANUS Joannis Salvini Florentinus, ex Ordine Servitarum concionator facundus, Philoſophus, Theologuſque miræ ſubtilitatis, Florentinæque Reipublicæ apprimè charus, ex ceſſione Matthæi ad Cortonenſem Epiſcopatum aſſumptus eſt die 21. menſis Februarii anno 1455. Cortonenſem Eccleſiam miro probitatis exemplo adminiſtravit, itaut cum Antoninus Florentinorum Antiſtes diœceſim ſuam ad puriores mores vellet expendere, Marianum ejus muneris ſocium adſciverit. Supra Matthæi Evangelium commentaria ſcripſit, pluraque alia monumenta reliquit, ut Gianius refert in Servitarum Annalibus. Effœtæ ætatis, meritiſque plenus deceſſit, ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali. (,, *Conſule* ,, *Catalogum Virorum Illuſtr. Univerſitatis Theologorum Florentinorum, ubi de eo plura. Adhuc conſpicitur ejus depicta imago in D. Annunciatæ Cœnobii Bibliotheca una cum gentilitiis ſtemmatibus Salvinæ familiæ.* Salvinus.) XIII.

14. CHRISTOFORUS Bordonius, ex Marchionibus Petrallæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Commiſſarius, ſecretarius, intimuſq; familiaris Innocentii VIII. ejuſdemq; domus Præfectus, ab eodem creatur Epiſcopus. Alexandro VI. Papæ adſiſtens, atque eccleſiaſtici exercitus in Flaminia commiſſarius fuit. Romæ deceſſit 1502. die 13. menſis Novembris, ſepultuſque eſt ex voto ante ſiniſtram portam S. Mariæ de Populo, ubi quidam poſtea Stephanus Chriſtophori Magiſter aulæ ſe ſepeliendum mandavit, cum hujuſmodi epitaph. XIV.

Præſulis in tumulo hoc Cortonæ præreverendi
Rerum Curator Stephanus Galle jaces.

15. RAINERIUS Aloyſii Guicciardini, nobilis Florentinus, ex Canonico, & Archidiacono Metropolitanæ ad Cortonenſem ſedem evaſit anno 1502. deceſſit autem 1504. (,, *Obiit an. 1503. die 8. Februarii; de quo fuſè agit Salvinus in hiſtoria Canonicorum* ,, *Florentinorum; ejus item meminit apud Gamurrinum* ,, *de Familiis Thuſcis & Umbris vol. 1. pag. 447. ubi* ,, *multa de nobilitate Guicciardinæ familiæ.* Mandoſ.) XV.

16. FRANCISCUS Card. Soderinus, Cortonenſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1504. 7. die menſis Martii. Eoque deinde munere ſe exolvit cum regreſſu. XVI.

17. GUILLELMUS Capponius Florentinus, apud Julium II. pro Florentina Republica Legatus, Epiſcopus Cortonenſis creatus eſt anno 1505. die 6. *d* menſis Junii, interfuitque Laterano Concilio anno 1512. Hic tranſtulit *e* Cathedralem ab Eccleſia S. Vincentii, ad templum D. Mariæ in Cœlum aſſumptæ ſacrum. Clauſit diem poſtremum Capponius an. 1515. Iterumque hujus Eccleſiæ adminiſtratio ad Cardinalem rediit Soderinum, qui ad illam ſibi reſervaverat regreſſum. XVII

d 10.

e De hoc item Gamurrinus vol. 2. pag. 477. ubi de ejus familiæ nobilitate. Mand.

18. JOANNES Serninius de Luciattis Cortonenſis, à Leone X. ſuæ Patriæ pronunciatus Epiſcopus eſt an. 1516. ſub cujus Pōtificatu cum multis muneribus fuiſſet perfunctus, deceſſit, an. 1521. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hujuſmodi epitaphio. XVIII

D. O. M.

Joanni Serninio Jacobi filio de Luciattis Epiſcopo Cortonenſi, primum Generali Firmi, & Beneventi Vicario, deinde Prothonotario Apoſtolico, & Leonis X. à Cubiculis, & ad Maximilianum Imperatorem Legato in Germaniam ad reprimenda Lutheranæ peſtis contagia, demum Auguſtæ ob eximias ejus virtutes, & egregiè navatam operam à Cæſare Comite Palatino deſignato, ſummiſque privilegiis mirabiliter aucto. Nepotes ex fratre Andreas, & Joannes Baptiſta Pietatis ergo PP. Vixit annos lx. menſes iv. dies xxi. obiit in

pa-

patria Kal. Octobris MDXXI.

XIX. 19. SYLVIUS Paſſerinus *a* Cortonenſis, à X. Leone Cardinalis creatus, cujus pauló ante Datarius fuerat, atque intimus Conſiliarius, cum deinde Peruſinam Legationem, atque Etruſcam pro VII. Clemente feliciter obiiſſet, ſuæ patriæ Epiſcopus ſublectus eſt anno 1521. die 23. menſis Novembris. Tametſi autem Eccleſiam ſibi creditam abſens ferè ſẽper adminiſtraverit, in eam tamen multa contulit monumenta amoris. Sarnenſi, Aſſiſiique ſacerdotiis ditatus eſt. Typherni deceſſit, cujus deinde cadaver Romam delatum, in ſuo titulo, ad S. Laurentium in Lucina ſepulturam accepit, ubi in prægrande marmorea tabula, hoc, quod ſequitur, legitur elogium, quod Sylvius Paſſerinus ſupranominati Card. pronepos ſibi incidendum curavit.

a De quo atque Paſſerina Familia videndus eſt Gamurrinus de Familiis &c. tom. 1. pag. 67. & ſeq. *Mand.*

D. O. M.

Sylvio Paſſerino tit. S. Laurentii in Lucina presbytero Card. Cortonenſi amplissimo, qui ob ejus ſingulares virtutes à Leone X. cujus Datarius fuerat, Cardinalis creatus, dum Thuſciæ, Peruſiæ, totiuſq; Umbriæ ſub Clemente VII. ſummo Provincialium, omniumque commendatione Legatione fungeretur, ac acerrimum in ea libertatis eccleſiaſticæ ſe vindicem præberet, ſexagenarius Typherni è vivis cunctorum mœrore exceſſit, anno MDXXIX. xii. Kal. Maii, in hancque ſacram tituli ſui ædem, quam vivens excoluerat, transferri ſe, & condi ex teſtamento juſſit. Sylvius Paſſerinus Archiepiſcopus Coſentinus, ipſius Cardinalis, ex Nicolao Paſſerino, & Franciſca Hieronymi Borbonii Marchionis S. Mariæ filia conjugibus pronepos, Patruo magno benemerenti, atque ſibi adhuc vivens, ac de morte cogitans faciendum curavit. Anno D. MDLXXXVII.

XX. 20. LEONARDUS Bonafides *b* Florentinus, Carthuſianus, optimis moribus vir, primum S. Mariæ Novæ celeberrimi Florentiæ xenodochii Præpoſitus fuit, tum in Etruria ſpoliorum Collector, deinde etiam Veſtanus Epiſcopus in Regno; anno verò 1528. cum apud Leonem X. Clementemque VII. Põtifices plurimum gratia valeret, ad Cortonenſem Eccleſiam translatus eſt. Quam ille Eccleſiam cum omni piæ ſollicitudinis laude adminiſtravit, factuſq; jam ſenior, Epiſcopali munere libens, volenſque ſe abdicavit, rediitque ad clauſtrum, ubi Carthuſianum induerat monachum, ut ibi principio non abſimilem perfectionis vitæ abſolveret clauſulam. Monaſteriũ Monialium S. Jacobi prope Muratas Florentiæ fundavit, ut in frontiſpicio principis portæ legitur. Qui denique ſupra quinque oonagenarius vitam finivit, anno 1545. ſepultuſque eſt apud ſuos Carthuſienſes prope Florentiam in Capitulo in marmoreo ad pavimentum leniter inſculpto ſepulchro cum hoc ſubjecto epitaphio.

b De hoc conſule Petrum Saulnier in Opere de capite Sac. Ord. S. Spiritus, & Leopol. dum del Migliore in Florent. illuſtr. p. 311. & Ammirat. in hiſt. Flor. par. 3. pag. 148. 274. *Mand.*

Leonardus Bonafides Cœnobio in hoc religionem profeſſus, ſummis honoribus functus mox ad S. Mariæ Novæ xenodochii curam adſcitus ita per multos annos ſe geſſit, ut à Clemente VII. Pont. Max. ad colligend. ſancti Spiritus fragmenta vocari meruit, demum ſupremo ſenecta ab eodem Clemente Cortonen. inſignitus Pontificatu diem ſuum obiens, max. ſui deſiderium reliquit. Obiit ann. ſal. MDXLV. annum agens LXXXXV.

XXI. 21. JOANNES Baptiſta Ricaſolus *c* Florentinus, electus fuit Cortonenſis Epiſcopus anno 1538. die 25. menſis Octobr. ſibique concreditam Eccleſiã ad xxii. annos gubernavit, tranſlatuſque deinceps eſt ad Piſtorienſem Epiſcopatum, de quo ibi plura.

c Plura de eo in Notit. Vir. illuſt. Acad. Florent. p. 1. pag. 82. *Mand.*

XXII. 22. MATTHÆUS Concinius, è Pinnæ Comitibus, Florentinus, Jo. Baptiſtæ, atque Eliſabethæ (,, *Menchia*) filius, Magno Etruriæ Duce Coſmo poſtulante ad hunc Epiſcopatum pervenit 1560. die 15. *d* menſis Februarii. Natus eſt anno 1501. mirabilique ingenio præditus eccleſiaſticam vitam profiteri inſtituit, evaſitque primum Rector S. Michaelis Archangeli de plano radicis Aretinæ diœceſis, deinde, ut ſupra docuimus, Cortonenſium Præſul Tridentino Concilio interfuit, pauloque poſt vita functus eſt, mœrentibus cunctis, qui illum noverant. * Sepultus jacet Florentiæ in templo D. Annunciatæ in ſepulchro, quod Bartholomæus frater ſibi paraverat, cum hoc epitaphio.

d 14.

* Ex App. tom. 2.

Quod Bartholomeus Concinius, ex Comitibus Penna, Matthæo fratri Epiſcopo Cortonenſi, viro integerrimo vivens deſtinaverat, Joann. Bapt. F. & patruo, & parenti opt. qui XXXVII. annos ſumma fide, ſingularique prudentia Magnis Ducibus Hetruriæ à ſecretis, primo loco inſervierat monumentum hoc ex teſtamento anno M. DC. XXVIII.

Hic patruus fuit illius Concinii, qui ſub Maria Medicea Galliarum Regina Mareſcallus regni effectus eſt, invidiaque æmulorum tandem oppreſſus pœnas dedit impotentis felicitatis. In cujus deinde unico filio, quem ejus clariſſimæ gentis Gallicus furor reliquum fecerat, contagioſo morbo extincto an. 1631. Conciniam proſapiam doluimus concidiſſe.

23. HIERONYMUS Gaddius Angeli clariſſimi Senatoris, ac Iſabellæ Guicciardinæ nobiliſſimæ fœminæ filius, Florẽtiæ natus, ſuorum majorum laudem generoſa æmulatione cumulatiſſimè conſecutus eſt. Siquidem cum generis nobilitatem ſapientia mirifica exornaſſet, nõ modò Coſmo Magno Etruriæ Duci primo ſolertiam ſuam, fidemque probavit, ſed in totius etiam Chriſtiani Orbis Senatu, hoc eſt apud Tridentini Concilii Patres talem ſe eſſe planè oſtendit, qui maximis rebus explicandis tutò à Principibus poſſet adhiberi. Etenim cum ex Archipresbytero Florentinæ Metropolis, ad hanc, à Pio IV. Pontifice fuiſſet aſſumptus 1562. die 16. menſis Decembris, pro Coſmo Mediceo Tridẽtini Concilii Patribus, ita eleganter, conſulteq; obſequiũ detuliſſe narratur, ut admirationi fuerit, potuiſſe Hieronymũ tũ legati, tum Antiſtitis ita cumulate ſuſtinere perſonam. Inde reverſus, Eccleſiam ſuam magna cum prudentiæ laude adminiſtravit. Florentiæ fato conceſſit ano. 1572. ſepultuſque eſt in ſuorum Majorum ſepulchro apud S. Mariam Novellam, poſteritati eximio probitatis relicto exemplo. Ejus hac noſtra ætate, ſuavem bonis omnibus memoriam ſuis doctiſſimis carminibus illuſtravit Jacobus Gaddius, vir ſive carmine ludat, ſive ſoluta oratione gravis incedat, noſtri ſeculi doctis omnibus conferendus, dum caneret. XXIII

De te quid ſcribam? Præſulis prænobilis alta
Munera, virtutem pectoris anne canam?
Concilio in ſummo, quo ſtabat ſumma ſacrorum,
Geſſiſti Coſmi Principis ipſe vices.
Nota tua eſt virtus multis. Clareſcere nomen
Haud poterat cætu nobiliore tuum.

24. FRANCISCUS Prægnanus Piſanus Gaddio ſucceſſit anno 1572. 3. die menſis Martii, cum antea Eques eſſet S. Stephani, ac Canonicus Piſanæ Metropolis. Urbanum VI. propiori affinitate attinxit, ex cujus clariſſima gente tot deinde Præſulum eccleſiaſticorum extitere decora. Franciſcus ipſe, illius olim Franciſci Prægnani Cardinalis, atque Piſani Archiepiſcopi nomẽ geſtavit, ut ex nomine illuſtriſſimi viri admoneretur ejuſdẽ æmulari virtutes. Deceſſit 1577. XXIV

25. Fr. CONSTANTINUS Veltramus *d*, è Monte S. Sabini in Etruria, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, Scalenſis antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus fuit anno 1577. die 25. menſis Februarii. Synodum convocavit, clerumque caſtigavit ad puriores mores. Fato functus eſt 1585. XXV.

d Veltronus.

26. JOANNES è nobiliſſima gente Albertia Florentinus, electus eſt an. 1585. die 11. menſis Julii, cum prius ſplendidis legationibus pro Etruriæ Magnis Ducibus feliciter perfunctus fuiſſet. Epiſcopus verò factus cum pluribus eccleſiaſticis juris Civitatibus jus incorruptè dixiſſet, ad Eccleſiam ſuam regreſſus, ibi deceſſit anno 1596. inque Cathedrali ſepultus eſt, cum hoc epitaphio. XXVI

D. O. M.

Joanni Alberto D. Angeli e filio Fortuna nobilitatem, cui natura animi ſolertiam, virtus ſpectatam adeo prudentiam indulſerant,

e Non fuit Angeli, ſed Danielis filius. Plura de eo vide in Notitiis Vir. Illuſt. Academiæ Florent. Salvinii.

ut pro Franciſco Mediceo Magno Etr. Duce
ad Rodulphum Imperat. & Sixtum V. legatio-
ne functus, ad Epiſcopatum Cortonenſem vo-
caretur, exinde ſub Clemente VIII. Præfectus
Firmanos Ancon. Camer. dum ad ulteriora
tendit, propemetam concidit. Obiit Cortonæ
MDLXXXXVI. VI. non. Octobris,
Vixit annos lxi. menſ. 11. d. xi.

XX VII. 27. COSMUS Angelus a * Nobilis Piſanus Cor-
tonenſis Eccleſiæ Antiſtes declaratus eſt anno 1597.
die 24. menſis Januarii: è vivis eximitur 1604b. (,, *De*
,, *quo, ut & de aliis ejus familia viris illuſtribus fuſius*
,, *agit Cl. vir Proſper Mandoſius in Theatro Medico-*
,, *rum Pontificum pag. 534.*)

a Seu me. lius de Angelis. * Ex App. tom. 3. b 1603.

XX VIII. 28. PHILIPPUS Bardius è Comitibus Vernii, fi-
lius Joannis, (,, *atque Lucretia Petri Alamanni Sal-*
,, *viati*,) Clementis olim VIII. familiaris, ex Flo-
rentino Canonico (,, *& V. S. Refer.*) electus fuit anno
1604c. poſtque decem, & octo annos, quibus hanc ad-
miniſtravit Eccleſiam, diem clauſit poſtremam an-
no 1622. reliquitque poſt ſe Coſmum lectiſſimum fra-
trem, qui Archiepiſcopalem deinde ſedem Florenti-
nam conſecutus eſt, ut alibi narrabimus.

c 12. Decemb. 1603.

XXIX. 29. COSMUS Minerbettus, (,, *Bernardi filius.*) nobi-
lis Florentinus, Canonicus, & Archidiac. Metropol.
vir inſigniter eruditus, à Gregorio XV. hanc obtinuit
Eccleſiam anno 1622. die 19. m. Decembris. Briſſinæ
deceſſit, dum Ferdinando II. Magno Etruriæ Du-
ci, in Germaniam proficiſcenti Conſiliarius, iti-
nerisque honorarius ſocius adhæſiſſet. Ejus cadaver
*ibidem tumulatum eſt in Cathedrali ejuſdem Bri-
xinenſis Epiſcopatus, in nobili marmoreo tumulo
juſſu Ferdinandi II. Magni Ducis cohoneſtatum, cui
ejuſdẽ ſereniſſimi principis Phyſicus Jo: Nardus Flo-
rẽtinus vir doctus, & eruditus hoc addidit epitaphiũ.

* Ex App. t. 2.

D. O. M.

Siſte Viator exeubant hic lugentes Muſæ Græ-
ca, Latina, Hetruſca; brevi hoc ſarcophago con-
duntur eloquentia, probitas, fides. Coſmus Mi-
nerbettus patricius Florentinus Epiſcopus
Cortonenſis, invida morte interceptus, Ger-
manis monumentum, Italis ſui deſiderium re-
liquit A. S. M. DC. XXVIII, Sereniſſimus
Ferdinandus Secundus Magnus Dux Hetru-
riæ comiti chariſſimo gratus P.

De Medicea gente nonnihil ſcripſit Minerbettus,
quod nondum lucem aſpexit. (,, *Scripſit item Rela-*
,, *tionem Reliquiarum Metropolitanæ Florentinæ, quam*
,, *obſervationibus illuſtratam edidit Franciſcus Cionac-*
,, *cius, ubi pag. 34. 35. 36. de eodem Minerbetto plura. In*
,, *lucem pariter prodierunt tres ejus Orationes, quas in*
,, *laudem Rudolphi II. Imperatoris, Ferdinandi I. &*
,, *Coſmi II. Magnorum Etruriæ Ducum publicè habue-*
,, *rat*. Mandoſius.)

XXX. 30. LAURENTIUS della Robia nob. Florent.
Canonicus Minerbetto ſucceſſit 1628. menſe Majo,
ab Urbano VIII. ad id muneris ſublectus, quem pro-
piori affinitate contingebat, qui ad Feſulanam dein-
de Eccleſiam translatus eſt an. 1634. (,, *Capuccinorum*
,, *Eccleſiam Cortonæ conſecravit: ubi ſequens legitur*
,, *inſcriptio.*

D. O. M.

,, *Locum hunc religioſum quidem, quod excepe-*
,, *rit Seraphicum Franciſcum ac B. Guidonem*
,, *Cortonenſem ut religioſius frequentaretur ef-*
,, *fecit Illuſtris. Laurentius Robbia Cortonæ E-*
,, *piſcopus, dum excitatum e ruderibus piorum*
,, *eleemoſynis Templum Antonio Patavino de-*
,, *dicavit X. Kal. Auguſti An. Dom. MDC.*
,, *XXXIV.*
,, *Cujus celebritatis memoriam recolendam*
,, *tranſmiſit in 3. Kal. Septembr Quo quidem*
,, *die religioſe Templum hoc inviſentibus indul-*
,, *gentiam conceſſit Ordinariam.*
,, *Verum de Laurentio, atque ac de Coſimo Miner-*
,, *betto ejus Prædeceſſore plura in noſtra hiſtoria Cano-*
,, *nicorum Florentinorum*. Salvin.)

XXXI 31. LUDOVICUS Serriſterius nobilis Floren-
tinus, U. S. Apoſtolicus Refer. Romæque S. Officii

A Conſultor, ac Commiſſarius eccleſiaſtici exercitus
Ferrariæ, electus eſt Epiſcopus Cortonenſis ann.
1634 d. Vivit adhuc, ejuſque exaggeratas virtutes
pleniori calamo fortaſſe retulerit non invidioſa po-
ſteritas, quando nos adhuc viventis inſignis modeſtia
deterrere videtur, quominus in ejus laudibus longius
progrediamur.

d die 25 Septemb.

A D D I T I O

(,, *Omni cum laude præfuit, deceſſitque 1657.*
,, PHILIPPUS *de Galileis nobilis Florentinus J.* XX
,, *U. D. ſucceſſit 28. Maji 1657. qui cum intimum Ze-* XII.
,, *lum Paſtoralis officii Cortonenſibus probaret, fato ſub-*
,, *latus eſt 1677. Fratrem habuit Equitem Commendata-*
,, *rium Ord. Hieroſolymitani.*
,, *Fr.* NICOLAUS *Oliva in Etruria Civitate* XX
,, *Pratenſi natus, exactis cum eximia probitate puerili-* XIII.
,, *bus annis ad Eremitanos Fratres Ordinis S. Auguſti-*
,, *ni convolavit, quos inter, ſublimioribus in diſciplinis,*
,, *cumque in variis muneribus ſummam prodidiſſet ſui*
,, *animi excellentiam, Magiſter Generalis totius Ordi-*
B ,, *nis renunciatus, exacto laudabiliter tanti oneris cur-*
,, *riculo, ad hanc ſedem ſubvectus eſt 22. Novemb. 1677.*
,, *eum propius imitaretur præclariores virtutes deceſ-*
,, *ſorum, ſui deſiderium fecit 1684.*
,, PETRUS *Aloyſius è nobili gente Malaſpina,* XXX
,, *Clericus Regularis Theatinus, cujus in ore cum ſuavio-* IV.
,, *res virtutes reſidere viderentur, in Sede Pontificia*
,, *Cortonenſi ſedere juſſus eſt 2. Octobr. 1684. tanti Viri*
,, *meritis quia noſter calamus impar eſt, digniſſimum*
,, *dabit alter elogium. Munificentia quippe ſua, ut pin-*
,, *guior eſſet cenſus, anno 1696. Maſſanum obvenit Sa-*
,, *cerdotium.*
,, JOSEPH *Ciei ex Liburno Piſanæ Diœceſis J. U.* XX
,, *D. Presbyter Congregationis Oratorii S. Philippi Ne-* XV.
,, *rii, ejuſdem in Vallicellana Urbis Domo præfecturam*
,, *dum gereret, in Cortonenſi Cathedra ſedere juſſus eſt*
,, *28. Novembris 1696. Vir eruditus, & Eccleſiaſticæ*
,, *diſciplinæ ſtudioſiſſimus*. Lucent.)
(,, *Obiit autem in Eccleſia ſua ſinu menſe Martio*
,, *ann. 1704.*
C ,, SEBASTIANUS *Zucchetti Nobilis Piſanus,* XX
,, *Presbyter ſexagenario major J. U. D. Præpoſitus Col-* XVI.
,, *legiatæ Eccleſiæ S. Andreæ loci Emporii Florentinæ*
,, *Diœceſis fuerat Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ*
,, *Piſanæ, & Lector Sacrorum canonum in publica Uni-*
,, *verſitate Piſana: demum factus eſt Epiſcopus Corto-*
,, *nenſis die 27. Aprilis 1705. Obiit in reſidentia menſe*
,, *Septemb. 1714.*
,, JO. BAPTISTA *Romulus de Puccinis, Presby-* XXX
,, *ter Feſulanæ Diœceſis, annorum 59. J. U. D. Prothono-* VII
,, *tarius Apoſtol. & Vicarius Generalis Epiſcopi Are-*
,, *tini, fuit Præfectus Eccleſiæ Cortonenſi 13. Januarii*
,, *1716. Munus Vicarii Generalis Abbatiæ B. Mariæ*
,, *Virginis Terræ Piſciæ nullius Diœceſis Provinciæ*
,, *Florentinæ, ejuſdem, Sede Abbatiali vacante, Vica-*
,, *rii Capitularis laudabiliter expleverat.*)

D

EUGUBINI

EPISCOPI.



EUGUBIUM Civitas, quam hodie ad radices
Apennini in Umbria ſitam videmus, haud illa
ipſa eſt, quam Silius Inginium appellat, Cicero In-
guvium, Cæſar Tignium, ejuſdemque meminit Stra-
bo, ac Ptolomæus, ſed nova quædam civitas ex il-
lis antiquis ruinis, atque ad ejuſdem pedes, poſt decli-

natio-

nationem Romani Imperii, Barbarorumque in Italiam inundationem conſtructa, ubi famoſum S. Ubaldi Templum exurgit, amphiteatrorum adhuc, aliorumque nobilium ad Deorum cultum ædificiorum crebræ ſpectantur ruinæ, quæ contuentes non ſinunt ambigere, antiquum olim ibi fuiſſe Eugubium; cujus cum fortuna belli, rerumque fluxarum conditio in recẽs exſtructum oppidum incolas compuliſſet, adeo ſenſim nova Civitas crevit, ut hodie ſex millium mortalium multitudine celebrari dicatur. Latet adhuc ejus antiqua origo, pleriſque ſcriptorum eam ſilentio involuentibus. De hujus Urbis nomine, quod corruptè legitur apud ſcriptores, & qua ratione ſit proferendum, ſcripſit eruditè Auguſtinus Steuchius Eugubinus, Epiſcopus Hiſami, Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarius, vir doctiſſimus, ad calcem operis de perenni philoſophia. Poſt Romanorum dominium, Ducibus Spoletanis prædæ ceſſit, tulitque deinde jugum à Monteferranis, ac Urbinatibus Ducibus, quorum poſtremus Franciſcus Maria cum ſine virili ſtirpe effœtæ ætatis deceſſiſſet, eccleſiaſticæ ditionis Eugubium demum evaſit, Urbano VIII. Pontifice maximo. Multorum coniectura eſt Chriſtiana ſacra cum aliis Umbriæ nobilioribus Civitatibus ſuſcepiſſe, pertuliſſeque graviſſimas tyrannorum perſecutiones, uſque ad annum 313. ex eo, hoc eſt, poſt Magnum Conſtantinum baptizatum eidem à S. Sylveſtro proprium Paſtorem attributum fuiſſe, ac immediatè Romanorum Pontificum juſſam fuiſſe arbitrium expectare. Tametſi hodie Urbinatis Metropolis ſuffraganea ab aliquibus cenſeatur, cum eam Pius IV eidem Archiepiſcopo anno 1563. Metropolitico jure ſubjecerit; nihilominus tamen in appellationibus, cæteriſque omnibus, unum Pontificem Romanum agnoſcit, ac veneratur, ut priſtinum illud jus ſuum tueatur; Epiſcopus verò hac formula verborum utitur in publicis, privatiſque ſubſcriptionibus.

Ego Horatius Ubaldus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Eugubinus ſummo Pontifici immediatè ſubjectus.

Et Marianus Sabellus hujus Eccleſiæ Præſul, ann. 1568. ad Provincialem ſynodum Urbinatenſem per procuratorem tanquam eligens ſequenti conditione acceſſit, quæ publico inſtrumento roboravit.

Ego Marianus Sabellus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Eugubinus ſummo Pontifici immediatè ſubjectus juxta diſpoſitionem ſac. Concilii Tridentini Urbinatenſem Metropolim pro provinciali ſynodo ſtatuo eligendam, ſed ne Eccleſiæ Eugubinæ, ac populo aliquod præjudicium, pariat ipſa electio, ea demum conditione, ac proteſtatione ſit, quam infraſcripta forma ſubjicio.

Primo itaque proteſtor ne quod præjudicium fiat Foro Eugubino in judiciis tam civilibus, quam criminalibus, ſpiritualibus, atque temporalibus, vel mixtis ordinariis, ſeu extraordinariis, nec circa proceſſuum ordinem, aut ſtylum cauſarum deciſionis, ſed omnia prædicta juxta inveteratum ſtylum, ac ordinem ſynodales diœceſanas conſtitutiones de more procedunt, ad ſanctiſſimam ſedem Apoſtolicam, & propterea nulla inhibitio, præceptum, intimatio rata habeatur, quæ ab Urbinatenſi Metropolitano emanabit, ſalva in omnibus præmiſſis totius diœceſis Eugubinæ exemptione ut ante electionem. Ne præſens electio aliud efficiat in perſonam Epiſcopi Eugubini, quam ut cogat ad acceſſum ad ſynodos pro tempore Urbini congregandas, ſi tamen validè, & legitimo modo, jureque ſervato ſecundum ea quæ in ſacro Concilio Tridentino continentur, congregabuntur. Ad obſervationem eorum, quæ à ſynodo, ac poſtea quandocumque in ſynodis decernentur, teneri volo in his tantum, quæ mores reſpiciunt, ſi tamen id expediendum videbitur in Diœceſi Eugubina, quandoquidem unaquæque Eccleſia in ſuo ſenſu abundet. Circa reliqua omnia teneri non intendo, nec per aliquem actum factum, ſeu faciendum mihi, & prædictæ Eccleſiæ præjudicare, ſed illam eſſe liberam, & exemptam, prout fuit, & eſt de præſenti ac ſalva eſſe omnia, & ſingula illius, meaque jura, privilegia, & exemptiones, & alias juxta formam dicti Concilii Tridentini Quare ſecundum hæc omnia de verbo ad verbum proteſtandum eligo, & non alias, nec alio modo, alioquin una cõditione, vel verbo ſubtracto, vel immutato, ex nunc non eligo, & quicquid egero, revoco aliam mihi Metropolim eligendam reſervans, prima electionis facultate mihi retenta, omniaque alia, & ſingula facien gerea exercen & procuran quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, &c.

Cathedralis Eugub. pulcherrima eſt, architecturæque inſignis, ſub invocatione S. Jacobi, & Mariani Martyrum conſtructa, quorum corpora, juxta ſacras reliquias beatorum Villani, atque Joannis Eugubii quondam Epiſcoporum honorificè requieſcunt. Inter plures autem Sanctorum reliquias è S. Joannis Baptiſtæ digitis uno nobilitatur. Sola Præpoſitura gaudet, ibidemq; undecim Canonici, quatuor Capellani, pluresque alii minorum gentium clerici, ac beneficiis exornati divinum opus perurgent. Theologali, Pœnitentialique præbendis hactenus deſtituitur. Canonicos ex regularibus ſæcularizavit Leo X. anno 1514. ut infra videbimus. Seminarium ibi jam olim erectum, plures intentatæ lites exhauſerunt Alumnis. Intra Civitatis muros 10. Religioſorum ſpectantur monaſteria, 11. Monialium, 7. laicorum Confraternitates, duoque xenodochia, cum Monte Pietatis. Cathedrali Eccleſiæ ſatis commodè Epiſcopale Palatium propius accedit, curaque animarum non modo in Cathedrali, ſed in aliis ſex Eccleſiis exercetur. Diœceſis ampla eſt, in pluraque partitur Caſtella: Epiſcoporum ſeries, qui in ea Eccleſia floruerunt, hæc eſt, quam ex ſcripturis ejuſdem Eccleſiæ, aliiſque monumentis ex fide eruimus.

A D D I T I O.

(„*Diœceſis Eugubina plura Regularium præfert Mo-*
„ *naſteria, inter quæ tria numerantur Monialium. Ca-*
„ *ſtella, in qua partitur, ſunt.* Pergola. Cantiano. Frat-
„ ta. Coſtacciajo. Scheggia. Ferra di S. Abondio. *A-*
„ *nimæ omnes, quæ ex hac Diœceſi coaleſcunt, ſunt ferè*
„ 2500. Lucent.) „ *Canonici Cathedralis Eugubinæ*
„ *hodiè ſunt 16. atque utantur Cappis magnis. Fructus*
„ *hujus Epiſcopatus taxantur in libro Cam. ad Flor.*
„ 633. *verus autem valor illorum eſt mille ſcut. monetæ*
„ *Romanæ annuis penſionibus uſque ad ſummam ſcuto-*
„ *rum 3*[illegible]*0. moneta onerati, quarum una eſt tranſlata.*)

1. LEONTIUS Luceolanus, primus Eugubii Epiſcopus, à S. Sylveſtro ordinatus eſt circa annum Domini 324 cujus meminit S. Dorotheus Epiſcopus, & Martyr. Rom. Concil. interfuit ſub eodem Pontifice. I.

2. PROBUS Epiſcopus, ſub eodem Pontifice Eugubinus Epiſcopus adlectus eſt anno 326. in qua dignitate vixit ann. 22. II.

3. TUNNIUS Anicius Frangipanes Romanus Probo ſucceſſit anno 351. III.

4. PAULUS Tyburtinus anno 353. IV.

5. FELIX Civis, ac Epiſcopus Eugubinus an. 367. V.

6. DIONYSIUS Sabinus eandem ſedem obtinuit à Siricio Papa anno 393. VI.

7. DECENTIUS eidem Eccleſiæ præfuit anno 416. ad quem literas dedit Innocentius Papa I. ut extat in Decretal. diſt. 11. quis neſciat, & diſt. 23. ejuſdem temporibus Eugubina Civitas penè deſolata fuit, unde Decentius alibi pauperem vitam traduxit, cujus inopia à S. Hieronymo in epiſt. quæ in decret. dict. 43. c. legimus, hiſce verbis notatur: *ubicumque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhegii, ſive Alexandriæ, ejuſdem meriti, ejuſdem eſt ſacerdotii.* VII.

8. FLORINUS Græcus, in eadem ſede floruit anno 426. VIII.

9. ANASTASIUS Romanus 443. IX.

10. AGAPITUS Anagninus 457. X.

11. MARCELLUS anno 499. XI.

12. THEODORUS (1) ab Horſmida Papa ejuſdem Eccleſiæ adlectus eſt Epiſcopus anno 520. XII.

13. FRUCTUOSUS à Benedicto I. Pontifice Eugubinus conſecratus eſt Antiſtes 577. XIII.

14. GAUDIOSUS, anno 590. ad quem Gregorius Magnus ſcribit, jubetque illum Todinam Civitatem inviſere lib. 7. epiſt. 89. XIV.

(1) Hic Theodorus, & ſequens Fructuoſus dicuntur ex Familia Mariona à Sanſovino de famil. illuſt. Italiæ pag. mihi 533. Verum Auctor eſt dubiæ fidei, præcipue dum agit de familiis, illique eſt familiare crebra jactare mendacia. *Mand.*

XV. 15. FORTUNIUS floruit anno 603. cujus meminit Petrus Damiani. A

XVI. 16. DEODATUS anno 680. in Concilio ſub Agathone Papa. (1)

17. BENENATUS, an. 721. apud Baronium. (2)

XVII. (3) („PALMERIUS ann. 738.)

XVIII („QUINTIANUS ann. 757.)

XIX. 18. BENENATUS in Synodo Romana, an. 826.

XX. 19. ERPHO 847. apud Baronium. („In noviſſima „Harduini Conciliorum editione in Concilio Rom. ann. „853. Erpho legitur interfuiſſe: cujus loco alii Codices „legunt Joannem.)

XXI 20. JOANNES autem an. 853. („ex tabulis hujus „Eccleſiæ.)

XXII. 21. ARSENIUS verò 855. Hic cum Nicolao Anagnino Epiſcopo, ut electionem Benedicti III. Pontificis irritam redderet, conſpiravit, ut narrat Bibliot.

XXIII 22. DOMINICUS Romano Concilio interfuit ſub Hadriano I. Pontifice 871. („Quarti Concil. C.P. „condemnationi ſubſcripſerat antea an. 869. Luc.)

a Seù potius 168.

XXIV 23. JOANNES ſe ſubſcripſit erectioni Metropolis Magdeburgenſis, ſub Joanne IX. Pontifice an. 968. („Et in Concilio Raven. 967. Obiit 1009. Luc.) B

XXV 24. LODULPHUS electus anno 1009. electioni ceſſit. Hic Eremum S. Crucis de Avellana fundavit ſub Benedictina temperatione. Conſule hiſt. Camaldulen. („Hic etiam Ludolphus, & Landulphus nuncu„patur. Cum non conſenſiſſet electioni de ſe factæ a Cle„ro populoque Eugobino anno 1009. præcipiente deinde „Sergio IV. humeros ſuppoſuit, præfuitque tali ſuavitate, „ut contermini populi ejus ſanctitate illecti ad incolen„dum Eugobium tormatim accurrentes civitatis plura „ædificaverint ſuburbia. At ann. 3. ſui regiminis indul„gente Benedicto VIII. rediit ad Eremum S. Crucis de „Avellana. Ludolphus iſte natione prænobili Germa„nus Geſſonis filius, qui hæreticos fugiens in Italiam ve„nit, & in Diœceſi Eugubina inter aſpera montium A„ſceterium ſecus Abellinarum nucum feraciſſimam ar„borē cōſtruxit, & S. Crucis dixit de Avellana. Ubi ſā„ctiſſime obiit die 20. Jan. an. 1047. ætatis ſuæ 91. Ejus „ſacrum corpus in ejus Archicœnobij Eccleſia rite ve„neratur. Hunc fuiſſe Pamphiliana gentis plura pro„dunt vetuſta monumenta apud Jacobillum tom. 1. de „SS. et Beatis Umbriæ ſub die 20. Jan. Luc.) C

XXVI 25. JULIANUS Eremita S. Crucis de Avellana adlectus eſt. Deceſſit (4) 1012. *7. Maij ex Kalend. Fontis Avellanæ.

* Ex App. tom. 1.

XXVII. 26. THEOBALDUS, ſeu Thedaldus, ex Eremita S. Crucis de Avellana ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt. Hujus memoria extat an. 1049. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Floridi, una cum Theobaldo Epiſcopo Aretino ann. 1052. ejuſdemque vitam enarrat Petr. Damian. (5) ad Alexandrum II. Papam.

XXVIII. 27. RODULPHUS, cuidam decreto Nicolai II. ſe ſubſcribit in Romana ſynodo ann. 1059. Hujus meminit Baronius ad ann. 1061. Arnol. Wion. lib. 2. lig. vitæ refert deceſſiſſe Rodulphum ann. 1070. die 26. menſis Junij. Scripſit huic Petr. Damiani, eiuſdemq; judicio opuſcula ſua eruderanda commiſit.

XXIX. 28. MAYNARDUS ejuſdem Monaſterij S. Crucis Eremita, ad eandem ſedem evaſit, floruitque circa ann. D. 1061. Huic literas dedit Pet. Damiani lib. 4. epiſt. 8.* Obiit die 8. Septemb. ex Kalendario Fontis Avellanæ. D

* Ex App. tom. 1.

XXX. 29. HUGO Epiſcopus Eugubinus, memoratur in bulla Alexandri II. pro Eccleſia Foroſempronienſi ann. 1062. unde Arnoldi Wion. error detegitur de morte Rodulphi.

30. (6) DOMINICUS Hugoni ſucceſſit an. 1070. XXXI

31. S. JOANNES, cognomento Grammaticus, Laudenſis, cum vitam monaſticam, & Eremiticam in Monaſterio S. Crucis de Avellana ſub diſciplina Petri Damiani cœpiſſet profiteri, inque Chriſtianis virtutibus longius fuiſſet progreſſus, ſanctimoniæ fama prodente, ex Generali Priore eiuſdem monaſterii, ad Eugubinam ſedem ſubvectus eſt 1105. Hanc Eccleſiam cum ad annum mirifica pietatis laude rexiſſet, fatoq; functus 1106. 7. id Septemb. ſepultuſq; in Cathedrali cum clariſſimis coruſcaret miraculis, à Paſchali II. Pontifice in ſanctorum album referri promeruit. Ejus vitam Joan. Card. perſcripſit, retulitque in catalogum Italorum Sanctorum Ferrarius. In Cathedrali adhuc ejus incorruptum cadaver aſſervatur, inſculptaque hæc verba ad ejuſdem tumulum leguntur à prætereuntibus. XXXII.

D. Joanni Laudenſi, Eugubinæ Eccleſiæ Pontifici, qui ob veram invictamque pietatem, & ſplendidiſſimas animi dotes, anno Chriſti MCVI. mortalitate donatur, ætatis ſuæ anno lxxx.

32. STEPHANUS Joanni ſucceſſit 1106. obiit 1130. XXXIII.

33. S. VBALDUS è familia Baldaſsina primaria Eugubii natus, cum totum ſe ſacris literis, divinæque contemplationi, vix pubertatis annos egreſſus, dediſſet, clericalem vitam profeſſus eſt, atque à B. Joanne Epiſcopo presbyter ordinatus, omnia, quæ poſſederat egenis diſtribuit, effectuſque eſt regularis Canonicus. In quo inſtituto cum præcipuæ laudem ſanctimoniæ tuliſſet, ab Innocentio II. vel invitus, Eugubinus Epiſcopus adlectus eſt, atque ab eodem ſummo Pontifice Romæ conſecratus 15 Martij 1130. ex Priore Cathedralis Eccleſiæ. Cumque Eccleſiam ſibi concreditam incredibili pietatis laude adminiſtraſſet, introductis prius Canonicis regularibus Eugubium, evolavit ad ſuperos die 16. menſis Maij anno 1162. (7) cum ſupra annum 80. natus eſſet annos: quem poſtea Cœleſtinus III. retulit in Beatorum numerum; Pauluſque V. inter eos Sanctos, quos Romanum Breviarium hoc tempore continere videmus. Ejus vitam feliciter enarravit Hieronymus Faleneccius, conſtatque in Energumenis liberandis eſſe gratiæ ſingularis. (8) Pro huius ſancti Præſulis coronide, hic non pigebit tranſcribere Innocentii, ac Cœleſtini II. ſummorum Pontificum privilegia liberaliter ab ipſis conceſſa Præpoſito, ac Canonicis regularibus Eccleſiæ S. Mariani Eugubinæ ſedis Cathedralis. Innocentii II. diploma ex membranis archivi communitatis eiuſdem Civitatis talis eſt tenoris. XXXIV

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Benedicto Præpoſito, ejuſque fratribus in Eccleſia cathedralis ſedis B. Mariani Eugubinæ Civitatis famulantibus, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & fidelis devotio laudabiliter enitefcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eà propter dilecti

(1) At nos Epiſcopos perſcrutati, qui dictæ Synodo ſubſcripſerunt, hunc Deodatum in ea non reperimus. *Lucent.*
(2) De hoc Benenato apud Baronium nobis non conſtat. Oldoinus in ſua Additione ad Gregorium II. narrat ex Jacobillo Concil. Rom. habito an. 721 ſe deſcripſiſſe tres Epiſcopos, Benvenutum Eugubinum, Petrum Amerinum, & Vilareum Narnienſem. Verum ex Conciliorum accuratiori, & auctiori impreſſione invenimus multò plures Epiſcopos eidem Concilio adfuiſſe, nulla tamen mentio occurrit dicti Benvenuti, ſeu Benenati, qui ſanè hic unicus eſt, qui in laudata Synodo recenſetur an. 826. *Luc.*
(3) Hic ut vides, alta patet lacuna 150. circiter annorum, quam aliquatenus explemus Palmerio, ac Quintiano, quod è Vincentii Armannii Epiſtol. tom. 1. pag. 700. deſumpſimus: quoique alia ex antiquis Eugubinæ Cathedralis monumentis eruiſſe teſtatur. Utinam prodeat aliquando in lucem Patria illa hiſtoria, quam Armannius conſarcinaverat; futurum enim eſt, ut inde hæc ſeries Eugubinorum Præſulum purgatior evadat, & completior.
(4) Scripſit Ughellus Julianum deceſſiſſe an. 1012. & in Appendice ad 1. tomum ſcriptum confirmavit, diem obitus apponendo. Verum error irrepſit pro 1012. exſcribendo 1010. ut ex meliori inſpectione Avellanenſis Kalendarii, & ex Jacobillo hauſimus lib. de Sanctis Umbriæ tom. 1. pag. mihi 323. Anno vero 1012. Ludolpho ſuffectus eſt. *Lucent.*
(5) Hic corrigendus Ughellus, qui laudem à S. Petro Damiano attributam ſequenti Rodulpho, errore calami tranſtulit ad ejus deceſſorem Theobaldum. Papebrochius in Actis SS. Maji tom. 3. pag. 630. n. 9.
(6) Ubaldus dicitur in ſede Eugubina ſediſſe an. 1065. ab Armanno loco citato. Fides ſit apud ipſum.
(7) Anno 1160. Et hoc optime convenit cum charactere expreſſo per Theobaldum in vita S. Ubaldi, ubi ait: *Quod ſequenti noſte, quam Sancti Pentecoſtes dies Dominicus præferebat, migravit ad Dominum*: idem die 16. Maji. Nam anno 1160. & nullo alio per annos proximos 68. annos, celebratum eſt Paſcha 27. Martii, & Pentecoſte XV. Maji, Cyclo Lunæ II. Solis XXIV. Litera Dominicali C B. Papebrochius in Actis SS. Maji tom. 3. p. 629.
(8) Armannus Epiſtol. vol. 3. pag. 459 & ſeqq. plura habet de S. Ubaldo, quem probat nunquam Canonicum Regularem Lateranenſem fuiſſe, & pag. 408 ejuſdem vitam à Theobaldo conſcriptam cum originali in Archivo Eugubino aſſervato collatam emendatamque refert: Quam iterum cum pluribus aliis de D. Ubaldo in Acta SS. retulere Collectores Actorum Sanctorum ſub die 16. Maii. *Mand.*

lectis in Domino filii, poſtulationibus veſtris clementer impertimur aſſenſum, & Eccleſiam B. Mariani, in qua Divinis eſtis obſequiis mancipati, Apoſtolici privilegii pagina communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem locus in præſentiarum canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Plebem videlicet S. Joannis de Civitate, Plebem S. Mariæ Serrata, Plebem de liſciano, Plebem S. Mariæ de Gadiano, cum Plebe S. Donati, & S. Viriani, Plebem S. Gervaſii, Curtem de Lavart, cum aliis omnibus Eccleſiis, ac bonis prædictæ Eccleſiæ pertinentibus. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam B. Mariani Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet fatigationibus moleſtare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione ſunt conceſſa, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinen. Epiſcopus propria manu corroboravi.
Ego Petrus Card. presb. S. Suſannæ.
Ego Bernardus presb. Card. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Anſelmus presb. Card. S. Laurentii in Lucina.
Ego Martinus presb. Card. S. Stephani.
Ego Oddo diac. Card. S. Georgii.
Ego Guido diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani
Ego Guido diac. Card. S. Adriani.
Ego Boetius diac. Card. SS. Viti, & Modeſti.
Ego Ivo diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.
Ego G. G. Card. S. Angeli.
Ego Gerardus diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Datum Laterani per manus Americi S. R. E. Cardinalis Cancellarii 10 Kal. Aprilis, indict. 1 Incarn. Dominicæ ann. 1137. Pontificatus verò D. Innocentii Papæ II. an. IX

Sed alterum Cœleſtini monumentum audiamus ſic jura Marianis Canonicis exprimens, ab iiſdem membranis archivii communitatis, ſicut & cætera, quæ mox ſubiiciemus deſumptum.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Benedicto Præpoſito, ejoſque fratribus in Eccleſia Epiſcopalis ſedis Beati Mariani Eugubinæ Civitatis Domino famulantibus, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

DEſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii poſtulationibus veſtris clementer impertimur aſſenſum, & Eccleſiam B. Mariani, in qua divinis eſtis obſequiis mancipati, Apoſtolici privilegii pagina communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem locus in præſentiarum canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant, in quibus propriis hæc duximus exprimenda vocabulis, Plebem ſcilicet S. Joannis de Civitate, Plebem S. Mariæ ſerrata, Plebem de fiſciano, plebem S. Mariæ de Glodiano cum Plebe ſancti Donati, & ſancti Viriani, Plebē S. Gervaſii, Curtem de Lavari, cum aliis omnibus Eccleſiis, ac bonis prædictæ Eccleſiæ pertinentibus; capellam S. Bartholomæi, capellam S. Crucis, capellam S. Verecundi, capellam S. Angeli, capellam S. Georgii, capellam S. Savini, capellam S. Angeli, capellam S. Chriſtophani, capellam S. Salvatoris, capellam S. Mariæ de Mediano, capellam S. Bartholomæi de Caſtro Venali, capellam S. Mariæ, & capellam S. Georgii de Cortiva, capellam S. Mariæ, capellam S. Margaritæ cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum montis Juliani cum curte ſua, caſtrum Galgate cum curte ſua, caſtrum vallis Marculæ cum curte ſua, caſtrum Alguanie, caſtrum Agelli. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos maioris, ſive baptiſmalis Eccleſiæ abſque veſtra permiſſione nullus Eccleſiam ædificare præſumat, nec ab hominibus infra eoſdem terminos habitantibus decimas, vel oblationes exigat, nec eos ad ſepulturam ad alia loca tranſire compellat, ſed juxta Apoſtolum, quibus ſpiritualia ſeminatis eorum carnalia nullo prohibente metatis; clericos verò, ſive laicos liberos, qui de ſæculari habitu converti, & in veſtra Eccleſia religiosè vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalvo jure Matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo, &c. Amen.

Locus † ſigilli.

Ego Cœleſtinus catholicæ Eccleſiæ Epiſc.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſc.
Ego Stephanus Præneſtinus Epiſc.
Ego Gregorius presb. Card. tit. S. Callixti.
Ego Thomas presb. Card. tit. Veſtinæ.
Ego Petrus Card. presb. tit. S. Suſannæ.
Ego Gregorius diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.
Ego Otto Diaconus Card. tit. S. Georgii ad velum aureum.
Ego . . . Bald diac. Card. S. Mariæ in via lata.
Ego Petrus diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Nicolaus diac. S. R. E.

Datum Later. per manum Gerardi S. R. E. presb. Card. ac Bibliothecarii 14. Kal. Novemb. ind. 7. Incarn. Dom. an. 1143. Pontif. verò D. Cœleſtini Papæ anno 1.

34. (1) BONATTUS Monachus, & Abbas S. Bartholomæi ex Ordine S. Benedicti prope Eugubium, Ubaldo ſucceſſit 1162. quem parum conſtat in ea dignitate vixiſſe, parteſque noxioſiſſimas Ænobarbi foviſſe. XX XVI.

35. THEOBALDUS electus anno 1163. ex Canonico regulari Eugubinæ Cathedralis; ſanctique Ubaldi edidit vitam. Ipſe verò ſanctis operibus clarus, ad diem ſuum obiit 20. Februar. 1171. Plura Theobaldus Canonicis ſuis Marianis, ex quorum collegio, ad Epiſcopalem thronum aſſumptus fuerat, contulit bona, ejusdem favore iidem ab Alexandro III. anno 1170. confirmationem omnium bonorum, juriumque. Eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ accepere hujuſmodi diplomate. XX XV. *aut ſedentem tranſlatus eſt Eccleſiam, ubi de eo plura.*

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Benedicto Præpoſito Eccleſiæ ſedis Epiſcopalis B. Mariani Eugubinæ Civitatis, ejuſdem fratribus, tam præſentibus, quam futuris canonice inſtitutis in perpetuum.

QUoties illud à nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, & ad exemplar prædeceſſorū noſtrorum felicis memoriæ Innocentii, & Cœleſtini Romanorum Pontificum, præfatā Eccleſiā B. Mariani, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præ-

(1) Non Bonatum, ſed Theobaldum immediatè Ubaldo ſucceſſiſſe evincit Armannius Epiſt. tom. 3. pag. 458. 469. ex inſtrumento Cathedralis Eugubinæ, ſcripto per Petrum Notarium menſe Novembri an. 1160. Theobaldum tunc electum appellante. Nihil certè ſcripſit Theobaldus, quod non videatur eodem, quo Sanctus obiit, anno geſtum. Neque convenit, ut vir adeo religioſus tam honorificè appellaverit Fridericum (cui S. Ubaldi vitam à ſe conſcriptam dedicavit) ejuſque laudarit pietatem poſt an. 1163. quando jam palam conſtabat iniquitas ſchiſmatis, quod viribus omnibus tuebatur Imperator. Itaque quod Ughellus dicit obiiſſe Theobaldum an. 1171. omnino correctum velim, ut ſubſtituatur 1161. & ſic Epiſcopatum ejus ſolum fuiſſe trimeſtris. Quod autem Ughellus ejus favori datum vult Canonicis Privilegium ab Alexandro III. notatum an. 1170. 3. Kal. Nov. gratis adſerit, & ſolum ex ſuppoſito, quia in toto illo privilegio nullus omnino Epiſcopus nominatur. Theobaldo autem electo, & forſan nunquam conſecrato ſuffectus Bonattus, & Eccleſiæ Eugubinæ electus intitulatur in privilegio Friderici, quod in Archivo publico ſervari ait Armannius datum Laudi 6. id. Nov. 1162. Hunc accuſat Ughellus argumento forſan ex privilegio iſthoc duntaxat ſumpto, partes noxioſiſſimas Ænobarbi foviſſe. Sed contrarium potius probari poteſt ex Privilegio Lucii Papæ III. apud eundem Ughellum ann. 1182. confirmantis Priori & Canonicis S. Mariani *libertates, & immunitates à bon. mem. B. Eugubino Epiſcopo ipſis conceſſas.* Interim nota Theobaldum ſexto poſt electionem menſe, & deinde cum Ubaldi vitam ſcriberet, nec dum fuiſſe conſecratum, Bonattum verò fortaſſe menſe etiam 18. adhuc vocari electum, quia ſcilicet occaſione ſchiſmatis ſuſpenſæ hærebant conſecrationes in Italia, maximè ubi Fridericus dominabatur. Papebrochius in Actis SS. Maii. tom. 3. pag. 619. n. 1.

praſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Plebem vid. S. Joannis de civitate Eugub. plebem S. Mariæ de ſorvita, plebem de Liſiano, plebem S. Mariæ de Algaana, pleb. S. Mariæ de Glodiano, cum plebe S. Donati, & S. Viriani, pleb. S. Gervaſii, pleb. S. Patermani de Modiano, curtem de lavari, cum omnibus aliis eccleſiis, ad bona prædicta eccleſia pertinentibus, capellam videlicet S. Bartholomæi, capellam S. Crucis, capellam S. Verecundi, capellam S. Angeli, capellam S. Georgii, capellam S. Savini, capellam S. Angeli, capellam S. Chriſtophori, capellam S. Salvatoris, capellam S. Mariæ de Modiano, capellam S. Bartholomæi de Caſtro Venali, capellam S. Mariæ, & capellam S. Georgii de cortina, capellam S. Mariæ de ſcaraſajo, capellam S. Margarita cum omnibus pertinentiis, capellam S. Mariæ Francolinorum de civitate Peruſina, & capellam caſtri Montis auri, capellam Podii filiorum Armanni, & partem quam habetis in caſtro Caſtellionis, & in eccleſia ejuſdem caſtri, partem caſtri Careſtelli, & in eccleſia ejuſdem caſtri, eccleſiam Podii Glodiani, & tertiam partem ejuſdem Podii, caſtrum montis Juliani cum curte ſua, caſtrum montis Analdi cum curte ſua, caſtrum Goligatæ cum curte ſua, caſtrum vallis S. Marculæ, cum eccleſia, & curte ſua, caſtrum Agnanitæ, caſtrum Agelli, cum eccleſia, quæ ſiquidem vobis confirmamus, prout ea in præſentiarum pacificè poſſidetis. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos majoris, ſive baptiſmalis eccleſiæ, abſque veſtra permiſſione nullus eccleſiam ædificare præſumat, nec intra majoris, & baptiſmalis eccleſiæ illis conceſſa nullus vobis auferre audeat, nec homines infra eoſdem terminos habitantes ad ſepulturam ad alia loca tranſire compellat; clericos, ſive laicos liberos, qui de ſæculari habitu converti, & in veſtra eccleſia religioſè vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui illic ſepeliri deliberarint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva juſtitia illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Præterea præſenti decreto ſancimus, ut epiſcopo Peruſino non liceat eccleſiæ veſtræ, quam Peruſii habetis, novas, & indebitas exactiones imponere, vel eandem eccleſiam abſque juſta, & manifeſta cauſa interdictioni ſubjicere. Decernimus ergo &c.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Bernardus Portuenſis ſanctæ Ruſinæ Epiſcopus.

Ego Johannes presb Card SS. Joannis, & Pauli.

Ego Aldobrandus baſilicæ XII. Apoſtolorum presb Card.

Ego Albertus presb Card tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guidus presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

Ego Boſo presbyt. Cardin. tit. S. Potentianæ tit. Paſtoris.

Ego Theodorus presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.

Ego Jacinthus Diac Card S Mariæ in Coſmedim.

Ego Manfredus S Georgii ad Velum aureum Diac. Card.

Ego Ugo Diaconus Card. S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.

Datum Tuſculani per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi 3. Kal. Novembris indict. 4 Incarnat. Dom. anno 1170. Pontificatus verò D Alexandri Papæ III. anno XIII.

XXXVII. 36. OFFREDUS, ſive Offreduccius ann. 1171. Lateranenſi Concilio interfuit anno 1179. cujus decreta ſubſcripſit. Hic antequam ad Eugubinum Epiſcopatum aſſumeretur, Abbas erat S. Petri ex Ordine Benedictino. Eugobii ſcripſit Annales, multaque in illis ad hanc Eccleſiam pertinentia inſeruit. Offredo Præſule, Berardus Prior, & Mariani Canonici à Lucio III. ſub Apoſtolica protectione foeront recepti anno 1181. Diploma ferè eſt idem com ſuperioribus relatis, hoc unum tantum peculiare legitur.

Libertates inſuper, & immunitates à bo. mem. B. Eugubino Epiſcopo in omnibus eam poſſeſſionibus, & aliis bonis vobis ab initio conceſſis, & antiquas, & rationabiles Eccleſiæ veſtræ conſuetudines, nec non decimationes, oblationes, & mortuaria, quæ ab annis quadraginta, & amplius vos aſſeritis percepiſſe, ſicut ea juſte, ac pacifice poſſidetis, vobis, & eidem Eccleſia præſenti privilegio confirmamus. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos, tam majoris Eccleſia, quam aliarum Eccleſiarum veſtri epiſcopatus nullus de novo aliam plebem, vel Eccleſiam, aut Oratorium ſine conſenſu veſtri Epiſcopi, & veſtro ædificare præſumat, ſalvis tamen Privilegiis Romanorum Pontificum &c. ſi qua igitur in futurum &c. hanc noſtræ conſtitutionis &c.

Locus † ſigilli.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Theodinus Portuenſis, & S Ruſinæ epiſc.

Ego Paulus Præneſtinæ eccleſiæ epiſcopus.

Ego Petrus tituli S. Suſannæ presb. Card.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. Cardin.

Ego Cinthius tituli ſanctæ Cæciliæ presb. Card.

Ego Hugo tituli ſancti Clementis presb. Card.

Ego Jacinthus Diac. Card S Mariæ in Coſmedim.

Ego Raynerius Diac. Card. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus SS Coſmi, & Damiani Diac. Card.

Ego Matthæus S. Mariæ Novæ Diac. Card.

Datum Laterani per manum Alberti S R. E. presb. Cardinalis Cancell. 4 Januarii ind 15 incarnationis Dominicæ anno 1181 Pontif verò D. Lucii Papæ III anno 1.

37. BENEVOLUS anno 1180. Hic canonizationem B. Ubaldi promovit, qui ejus prædeceſſor fuerat, atque magiſter, ut liquidò patet ex bulla Cœleſtini III. canonizationis S. Ubaldi. Eo Præſule Henricus VI. Imperator ann. 1191. ſequens privilegiom Eugubinis Civibus conceſſit. Diploma aſſervatur in Archivo ejuſdem Civitatis, cujus exemplar habuimus à Comite Io. Baptiſta Cantalmajo. XXXVIII.

In nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

NOſtrorum deſideriis fidelium imperialis noſtra dignitas facilè præbere conſuevit aſſenſum, & etiam futurorum firmare memoriam Noverit itaque omnis amplitudinis noſtræ fidelis, tam præſentis ſtatus, quàm futuri, quod nos Cives Eugubinos ab annuo Imperiali abſolventes, omnes offenſas, quas contra nos, vel noſtros commiſere Nuncios, eis ſincere dimittimus, & nominatim fractam Arcis Eugubini montis ab ipſis civibus Eugubinis factam, & res ab eis inde ablatas, & concedimus eis montem ſuper Civitatem poſitum undique cum ſuis Apenditiis ad ædificandam novam Civitatem, quam & informare, & reformare ſuo eis liceat arbitrio ad interventum, quod noſter fidelis Conradus Dux Spoletanus, & ad petitionem Valfredutii Marculi Eugubini Conſulis, & Delardi Imperatoris Judicis concedimus eis omnes ſuas poſſeſſiones ubicumque ſint conſtitutæ, & ut per Epiſcopatum Canonicæ S. Mariam monaſterii S. Petri, monaſterii S. Verecundi, monaſterii S. Angeli de Aſino, Eccleſiis, poſſeſſionibus, caſtellis, aliiſque pertinentiis ad prædictum Epiſcopatum, & Eccleſias prænominatas, ſeu monaſteria pertinentibus, ſcilicet montis Epiſcopi Anani, & Agnaai montis Faaaldi, montis Iuliani, monte Celli, monte Vetturini, monte Fragario, la torre Colle Palombi, Glomiſeo, monte S. Mariæ. Cliſæ Petrari, la ſulza collis Caſalis Caſtilionis Ildibrandi, & vallis Marculæ nulli reſpondeant prædicta Civitas, nec Duci, nec Marchioni, nec ulli aliæ perſonæ, niſi modo legitimo, nec ſuper triduo, ſeu collecta reſpondeant alicui, niſi nobis, vel generali nuncio noſtro. Conſules Eugubini qui pro tempore fuerint, facere debeant juſtitiam in Civitate ipſa, & in diſtrictu ipſius, & in locis prænotatis, ſi verò facere non potuerint, Imperialis noſtri Nuncii requirant auxilium, ab omni namque vexatione, & requiſitione noſtrorum Nunciorum, & aliorum immunitatem habeant. Tamen quod annuatim in feſto S. Martini centum libras lucenſium nobis perſolvant. Præterea & hoc de conſulatu, & bonis eorum conſuetudinibus eos inveſtimus, & hac Divali ſancientes pagina, ut nullus hominum adverſus hanc noſtræ celſitudinis conceſſionem, aut ſtatuta venire præſumat. Quod ſi quis contra fecerit in contractionem tranſgreſſionis ſuæ centum libras auri puri pro pœna conponat, medietate Fiſco imponenda, & reliqua medietate paſſis injuriam perſolvea. Ut

aa-

autem hac rata etiam in perpetuum, inconvulſaque permaneant, hanc præſentem paginam inde conſcribi juſſimus, itemque nomine noſtro, & ſigillo aureo &c. Hujus rei teſtes ſunt.

Godifredus Patriarcha Aquileja.
Philippus Colonienſis Archiep.
Villelmus Ravennas Archiep.
Otto Freſingen. Epiſcopus.
Boniſacius Navarien. Epiſcopus.
Otto Bohemorum Dux.
Corradus Dux de Noctehurch.
Henricus Marchio Bamesbench.
Theodoricus Comes de Hoſlandia.
Comes Gherardus de Foleſtain.
Comes Rabedo de Hortembech.
Comes Albertus de Brigin.
Henricus Deſta Mareſcallus.

Et alii quamplures.

Signum Domini  *Henrici Sexti Romani Imperatoris invictiſſimi.*

Et ego Dicterius Imperialis Aulæ Canonicus vice Domini Philippi Colonien. Archiep. &c.

Acta ſunt hæc anno Domini 1191. ind. nona regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore. Datum ante Neapolim per manũ magiſtri Henrici Prothonotarii.

Eodem anno 1191. Cœleſtinus III. eidem Bentivolo Epiſcopo nobile cõceſſit privilegiũ talis tenoris.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri Bentivolo Eugubino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum. Quoties illud à nobis &c. impertiri &c.

QUocirca ven. Fr. Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer impertimur aſſenſum, & Eugubinam Eccleſiam, cui, authore Deo, præeſſe dignoſceris, ad exemplum felicis recordationis Alexandri prædeceſſoris noſtri Rom. Põtif. cum omnibus ad eam pertinentibus, præſentis ſcripti pagina communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, quæ eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Cujus privilegii pars eſt talis, & inter cætera, quæ expreſſit in ipſo privilegio, expreſſit infraſe. *Poſſeſſionem Cerri, & Cragnani, & eccleſiam S. Cypriani, caſtrum Albaneci cum pertinentiis ſuis, caſtrum Anea cum pertinentiis ſuis, caſtrum S. Mariæ, caſtrum Salitiæ, caſtrum in Monte, duas partes caſtri Anagni, caſtrum collis Caſalis, caſtrum Tertiani, caſtrum Caſtilionis Ildebrandi, caſtrum caſtelionea Martiaula, caſtrum Carbonana, caſtellare poſt Serram, caſtellare ſaſallera, caſtrum Burani, dimidium cum publicis circumjacentibus, caſtrum Arſenti, partem, quam Theobaldus dedit Epiſcopatui, cum dimidia cunctarum poſſeſſionum ſuarum, caſtellare Albaneti, caſtellare Majula, caſtellaris ſeulliani, partem cum villa Decimi, caſtellare Scattioli, & eccleſiam S. Clementis, cum ſuis pertinentiis, medietatem, caſtelliones montis calui, caſtellare Agellionis, curtem campelliones, eccleſiam S. Donati, cum ſuis pertinentiis, canonicam S. Secundi prope dictam civitatem ſitam cum omnibus ſuis pertinẽtiis, & eccleſiam S. Laurentii, & eccleſiam S. Martini cum omnibus earum pertinentiis, terram S. Mariani, quam tenent filii Carboni, eccleſiam S. Mariæ ad Mertam, cum ſuis pertinentiis. Prætorea ſtudii tui ſit primitias, Decimas, oblationes, tam vivorum, quam mortuorum, ſecundum canonicas diſtribuere ſanctiones. Decernimus ergo &c. ſed omnia integrè &c. profutura. Salva &c. ſi qua igitur &c. tentaverit &c. careat dignitate, reamque ſe &c. cognoſcat, & à ſacratiſſimo &c. aliena fiat, atque in extremo &c. Subjaceat. Cunctis autem &c. præmium æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.*

Ego Cæleſtinus catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Johannes Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Pandulphus Baſ. xii. Apoſtolorum presb. Card.
Ego Melior SS. Jo. & Pauli presb. Cardin. tit. .... par ...
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ presb. card.
Ego Johannes tit. S. Stephani in Cælio monte presb. Card.
Ego Gratinus SS. Coſmi, & Damiani Diac. Card.
Ego Gerard. S. Adriani Diac. Card.
Ego Rofredus S. Mariæ Inviolatæ Diac. Card.
Ego Johannes S. Theodori Diac. Card.
Ego Bernardus S. Mariæ Novæ Diac. Card.
Ego Lotharius SS. Sergii, & Bacchi Diaconus Card.
Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card.

Dat. Laterani per manum Ægidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Card. 5. Kal. Martii Ind. 10. Incarn. Dom. an. 1191. Pontif. vero D. Cæleſtini III. anno 1

38. MARCUS Monachus S. Benedicti de Avellana hanc ſedem obtinuit 1193. interfuitque cum aliis 12. Epiſcopis conſecrationi Eccleſiæ de Avellana, factæ à Julio Cardinale legato. Hujus meminit Innocentius III. in decret. de privileg. cap cum olim.*Ejus obitus dies notatur in veteri Kalend. Fontis Avellanæ 26. Januarii. XXXIX.

* Ex App. tom. 1

39. RAPHAEL de Salutiis floruit 1198. cujus in quodam inſtrumento meminit ſucceſſor. XL.

40. ALBERTUS an. 1200. qui ex hac luce ſublatus eſt anno 1205. In cujus locum Capitulum Raynaldum quemdam Canonicum poſtulavit. Verum cum III. Innocẽtius electionem haud probaſſet, Villanum ſequẽtem evexit ad ſedem. Extant de hac re in regeſt. Vatic. ejuſdem Pontificis literæ ad Priorem, & Capitulum Eugubinum. Dat. Romæ 6. Kal. Decemb. anno 9. ep. 185. fol. 122. Alberto, ac ſucceſſoribus idem Innocentius III. ſequens indulſit privilegium. XLI.

INNOCENTIS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri Alberto Eugubino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, canonicè promovendis in PP. Quoties illud à nobis &c. impertiri.

QUocirca ven. fr. Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer impertimur aſſenſum, & Eugubinam eccleſiam, cui authore Deo, præeſſe dignoſceris, ad exemplum fel. mem. Alexandri, & Cæleſtini prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum cum omnibus ad eam pertinentibus præſentis ſcripti pagina communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona quæ eadem eccl. in præſentiarum juſte, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Tenor cujus partis dicti privilegii talis eſt. *Poſſeſſionem Cerri, & Eragnani, & eccleſiam S. Cipriani, caſtrum Albaneti, cum pertinentiis ſuis caſtrum Anee cum pertinentiis ſuis, caſtrum S. Mariæ, caſtrum ſalitiæ, caſtrum in monto, duas partes caſtri Agnani, caſtrum collis caſalis, caſtrum Tertiani, caſtrum Caſtillionis Ildebrandi, caſtrum Caſtellare Nartiaale, caſtrum Carbonana, Caſtellare poſt Serram, Caſtellare Saſſollere, caſtrum Burani dimidium, cum publicis circumiacentibus, caſtrum Arſenii partem, quã Theobaldus dedit epiſcopatui cum dimidia cunctarum poſſeſſionum ſuarum, Caſtellare Albaneci, Caſtellare Maiaula, Caſtellaris Senetiani, partem cum villa Decimi, Caſtellare Scattroli, & eccleſiam S. Clementis, cũ ſuis pertinentiis, medietatem Caſtellaris Montis calci, Caſtellare Agellionis, curtem Campellionis, eccleſiam S. Donati cum ſuis pertinentiis, collem S. Martini, cum ſuis pertinentiis, canonicam S. Secundi prope prædictam civitatem ſitam, cum omnibus ſuis pertinentiis, & eccleſiam S. Laurentii, & eccleſiam S. Martini cum omnibus eam pertinentiis, terram S. Mariam, quam tenent filii Carbonis, eccleſiam S. Mariæ ad Martam, cum ſuis pertinen-*

tinen-

A timentijs: præterea ſtudij tui ſit primitias, decimas, oblationes, tam virorum, quam mortuorum ſecundum canonicas diſtribuere ſanctiones. Decernimus ergo &c. ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. Amen.

Ego Innocentius catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.
Petrus S. Rufinæ epiſcopus.
Joannes Albanenſis epiſcopus.
Joannes Sabinenſis epiſcopus.
Nicolaus Tuſculanus epiſcopus.
Petrus tituli S. Cæciliæ presb. card.
Guido presb. card. S. Mariæ Tranſtib. tit. Calliſti.
Joannes tit. S. Stephani in Cœlio mõte, presb. Card.
Cinthius tit. S. Laurentij in Lucina presb. card.
Goffredus tit. S. Praxedis card.
B *Gregorius S. Georgij ad velum aureum diac. card.*
Hugo S. Euſtachij diac. card.
Guido S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card.
Petrus S. Angeli diac. card.
Paulus S. Mariæ in porticu diac. card.
Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. card.
Rogerius tit. S. Anaſtaſij presb. card.

Datum Romæ, apud S. Petrum per manum Joannis S. Mariæ in Coſmedin diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellar. 11 Kal. Maij ind. 6. Incarnationis Dominicæ anno 1205. *Pontificatus verò D. Innoc. Papæ III. anno IX.*

41. Alberto ex hac mortali vita ſublato RAYNALDUS Cathedralis Eccleſiæ Canonicus eligitur in Epiſcopum, ſed ex certis cauſis haud confirmatur ab Innoc. III. ex epiſtola ejuſdem, anno nono.

XLII. 42. B. VILLANUS, ex fama ſanctitatis, ad Eugubinam ſedem evectus eſt anno 1206. Pater pauperum fuit, continentia, & temperantia admirabilis, cæteraſq; virtutes illuſtriores Chriſtianas coluit, quã qui maximè. Ex illis Epiſcopis unus fuit, quibus publicatio indulgentiæ S. Mariæ de Angelis, quam Portiunculam vocant, demandata eſt, divoque Franciſco familiariſſimè utebatur; 25. annos Præſul vixit, cumque è præduro ſaxo vivum, ac largiſſimum fontem elicuiſſet, clarus meritis, ac ſanctitate plenus, obdormivit in Domino 1230. Non. Maij a. ſepultuſq; eſt in Cathedrali cum ſubiecta inſcriptione. C

a Vide collectores Actorum SS. ad dictum diem Maji. to. 2. pag. 182.

Divo Villano eccl. Eugub. Præſuli, egregia bonitate, mira temperantia, ſingularique integritate prædito, ann. ab Orbe redempto *MCCXXX.*

B. Villani intuitu Gregor. IX. Alberto Priori Eccleſiæ ſedis Epiſcopalis B. Mariani, fratribusque confirmavit omnia iura, bonaque iiſdem conceſſus. Diploma eſt eorundem verborum cum aliis ſupra relatis Datum Peruſii, per manus M. Marini S. R. E. Vicecancellarii 15. Kal. Febr. ind. 2. Incarnat. Dominicæ an. 1229. Pontificatus verò D. Greg. Papæ IX. ann. 3.

Ego Gregorius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
Joannes Sabinenſis epiſcopus.
Jacobus Tuſculanus epiſcopus. D
Bartholomæus S. Pudentianæ presb. Cardin. tit. Paſtoris.
Gaufredus S. Marci presb. card.
Sinbaldus, tit. S. Laurentii in Lucina presb. card.
Stephanus tit. S. M. Tranſt. tit. Caliſti presb. card.
Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. card.
Raynerius S. M. in Coſmedin. diac. card.
Aegidius SS. Coſmi, & Damiani diac. card.
Petrus S. Georgii ad velum aureum diac. card.
Raynaldus S. Euſtachii diac. card.

Nec ab re erit hic apponere Othonis Imperatoris privilegium Eugubinis conceſſum B. Villano ſuperſtite, ſic enim ſe habet.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Otho IV. Divina favente potentia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

DEcet Imperialis Majeſtatis Celſitudini fidelium petitiones benignè admittere, & eorum juſta vota, & deſideria pro favore complere. Quoties enim eorum fidelitas diligenter attenditur, ſubiectorum corda ad bene ſerviendum roborantur, & Imperatoria magnificentia extollitur altius, & ſublimatur. Noverint itaq; univerſorum Imperii fidelium, tam præſent. ætatis, quam ſucceſſura poſteritas, quod nos attendentes puram fidem, & devotionis conſtantiam, quam dilecti fideles noſtri cives Eugubini circa Majeſtatem noſtram fideliter gerunt, & devotè conſiderantes etiam ſervitia, quæ Imperio exhibuerunt, animo devoto, & innata munificentia Celſitudinis noſtræ, & ad interventum Conſulum eiuſdẽ civitatis, Hermanni Salinguerra, & Stantieli Iudicas ordinarii fidelium noſtrorum confirmamus Civitati Eugubinæ privilegia, quæ Imperator Federicus, & Imperator Henricus piæ memoriæ prædeceſſ. noſtr. &c. & liceat civibus eiuſdem Civitatis, augere Civitatem ipſam, & infirmare, & reformare ſuo arbitrio, & concedimus, ac confirmamus eis omnes ſuas poſſeſſiones ubicumque ſunt conſtituta, ut ipſa Civitas cum ſuis civibus, & omnes habitantes in ea in ſuis appendiciis præſentes, & futuri cum ſuis poſſeſſionibus, una cum Eccleſiis ſuis, atque tenimentis, quæ nunc juſtè habent, vel in antea iuſtis modis acquirent, hoc eſt Epiſcopat. Canonica S. Mariam, Monaſterium S. Petri, Monaſterium S. Donati, Monaſterium S. Benedicti, Monaſterium S. Auguſtini de Claſerra, Monaſterium S. Verecũdi, Monaſterium S. Angeli de Aſino cum eccleſiis, poſſeſſionibus, caſtellis, aliiſque omnibus pertinentiis neceſſariis ad prædictum Epiſcopatum, & Eccleſias nominatas, ſeu Monaſteria, præſentibus videlicet, monte Epiſcopi Anana, Agnano, Monte Tanaldi, Monte Juliani, Monte Celli S. Victorini, Monte Flagaris, Turre Colli Palum bo Glemiſo, Monte S. Mariæ, Cleſi Petroco, Schezſia, Collis Caſale, Caſtiglione, Valdebrandi, & Valle Marcula, nulli reſpondeant, neq; Duci, neque Marchioni, & ulli perſonæ, niſi modo legitimo, ſed nec ſuper fodero, ſeu collecta reſpondeant alicui, niſi nobis, vel Generali Nuncio noſtro, quod juriſdictione adhibeat. Conſules Eugubini, qui pro tempore fuerint facere debeant inſtrumenta in Civitate ipſa, & reſtrictu ipſius, & in locis prænominatis, ſi vero facere non potuerint, Imperialis noſtri Nuncii requirant auxilium, ab omni namque vexatione, & requiſitione non ſolum noſtrum, & aliorum immunitatem habeant; niſi quod annuatim in feſto S. Martini centum libras, lucenſes nobis perſolvant. Præter hæc de conſulatu, & de bonis eorum conſuetudinibus eos inveſtivimus, inſuper omnem contractum inter cives Eugubinos, & cives Peruſinos habitum, ſive de juramento, & ſive de conſulatu, ſive de exercitu faciendo, vel de aliqua modo ſocietatis, vel ſubjectionis cum ſit in præjudicium Majeſtatis noſtræ omnino caſſamus, & Imperiali decreto irritum eſſe decernimus. Hac divali ſancientes pagina, ut nullus hominum adverſus hoc noſtræ Celſitudinis confirmationis edictum devenire præſumat, quod ſi quis contrafecerit, in contractionem tranſgreſſionis ſuæ quingentas libras auri componat, medietatem fiſco noſtro, & reliquis injuriam paſſis. Ut autem hæc omnia nominata rata, & in perpetuum inconcuſſa permaneant, hoc pium privilegium inſcribi juſſimus, & nominis noſtri ſigillo aureo communiri. Hujus rei teſtes ſunt, Comes Hermanus de Gaſteburch. Federicus Marchio Bardens. Comes Henricus de Luberg. Comes Henricus de Zuverin. Comes Henricus de Hovoſten. Comes Federicus de Sarapich. Petrus Præfectus Urbis. Comes de Prandim. Comes Tancredi de Saxonio. Magiſter Joannes Bardeus Præpoſitus D. Imperatoris. Clericus Guido Caxaconi. Albertus Sturſi Imperialis aulæ Judex, & quamplures alii.

Signum Domini Imperatoris



Octonis Rom. invictiſſimi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnat. MCCXI. regnante D. Octone IV. Romanorum Imperatore glorioſo

anno

anno 14. regni ejus, & Imperii anno III. Datum apud Montem Flaſconem 18. Kal. Decembris, indict. 13.

XLIII. 43. PAULUS de Albertus (1) Florent. vir tum doctrina, tum generis nobilitate præclarus, B. Villano in Eugubinum Epiſcopatum ſucceſſit. In monumentis hujus eccleſiæ Pauli extat memoria an. 1234. Ex Albertia antem præclariſſima Florentinorum gēte plures eccleſiaſtici proceres prodierunt, in quibus præcipuè nitent Albertus ille Albertius ſub Eugenio IV. Pontif. Cardinalis ingentis exiſtimationis, ac noſtris temporibus Joannes Albertius Epiſcopus Cortonenſis, ſic ut ea gens Præſulum eccleſiaſticorum ſeminarium jam videatur poſſe appellari. Cæterùm Paulo ſedente, Fridericus II. Imperator anno 1244. nonnulla Caſtra Communi Eugubino attribuit, eaque firmavit ſequenti diplomate.

Federicus Secundus, Dei gratia, Romanorum Imperator Auguſtus, Hieruſalem, ac Siciliæ Rex &c.

PRo fidei meritis, & ſervitiorum gratitudine, quæ jugiter in noſtris ſubditis experimur, excellentiam noſtram decet commoditatas ipſorum diligenter attendere, & cuncta, quæ poſſiat eis, & debeant grata conſiſtere, favorabiliter, & ſollicite providere. Per præſens igitur ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod nos attendentes fidem puram, & devotionem ſynceram, quam homines de Eugubio, fideles noſtri erga nos, & imperium geſſerint, & habent, conſiderantes quoque ipſorum clara devotionis obſequium, quod in conſpectu noſtræ celſitudinis efficacius pro ipſis allegat tanto quanto lucidius, aut fideles alios fidelitatis munimine roboratur. Caſtrum Camrani, & Col. Macrani cum pertinentiis, & diſtrictibus ſuis, tam.... quam ex prædictis hominibus de Eugubio fidelibus noſtris de mera noſtra liberalitatis gratia duximus concedendum, dando eis liberam poteſtatē, ut caſtro ipſo, & juriſdictione ipſius liberè uti valeant, tam in curia, quam in hominibus, ſicut aliis caſtris, terris juriſdictionis eorum, & propterea auctoritate noſtra firmiter præcipimus, & diſtricte mandamus, quatenus nullus ſit, qui contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem, auſu temerario venire præſumat, quod qui præſumpſerit, præter dominationis noſtræ indignationum culmine ſe noverit incurſurum, quinquaginta libras auri pro pœna componat, medietate Cameræ noſtræ, reliqua parte injuriatis applicandis, ad cujus noſtræ conceſſionis memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens ſcriptum fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri.

Datum Spoleti, anno Dominicæ Incarnationis 1244. menſe Maji, 2. indict.

XLIV 44. JACOBUS floruit in eadē ſede an. 1246. de quo mentio 1256. apud Vvaddingum tom. 2, Ann. Min.

XLV 45. JOANNES ſucceſſit 1258.

XLVI 46. JACOBUM Joannes accepit, cumq; ex morbo claudicare cœpiſſet, Fidentium Epiſcopum Averſanum, & Spoleti ducatus Vicarium ab Urbano IV. anno 1263. habuit Coadjutorem, ex reg. Vat. ep. 633. fol. 180. Mortuus eſt Fidentius ann. 1276. Jacobus verò exceſſit eodem anno 1276. Poſt cujus obitum Capitulum in partes diviſum, una Raynerium de Monte Melino filium nobilis viri Andreæ, altera verò pars Ubaldum ipſius Eccleſiæ Canonicum poſtularunt Innocentio V. ſedente. Verum res ad S. ſedem delata, Nicolaus III. neminem approbavit, ac Benvenutum de plenitudine poteſtatis extulit in throno, ut habetur in reg. Vatic.

XLVII. 47. Fr. BENVENUTUS ex Ordine Franciſcano Epiſcopus creatus eſt 1278. Non. Junii, ex reg. Vatic. ep. 91. fol. 24. an. 1. Conſecratur per Nicolaum III. Hic cum aliis quinq; Epiſcopis eccleſiam S. Martini conſecravit, quam hodie S. Dominici appellant. Obiit 1294. ejus Præſulatus initio, ejuſdemque conſilio Philippus. Firmanus Epiſcopus Apoſtolicus delegatus Canonicos Cathedralis eccleſiæ reformavit, ut ex ſequenti Nicolai III. diplomate clarè patet.

A *NICOLAUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.*

Dilectis filiis Ubalde Priori, & Capitulo Eccleſiæ Eugubinæ ord. ſancti Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PEtitio veſtra nobis exhibita continebat, quod ven. frat. noſt. Philippus Firmanus Epiſcopus, cui tam authoritate Apoſtolica, quam ex poteſtate per vos filii capitulum tranſlata, nos ſuper reformatione veſtra, & eccleſiæ Eugubinæ, ac aliarum eccleſiarum ad vos, & eandem eccleſiam Eugubinam ſpectantium oraculo vivæ vocis mandavimus, ut te fili Ubalde tunc Canonicū ipſius eccleſiæ Eugubinæ præficeret in Priorem, necnon & Præpoſitum, & ſeptem Canonicos, quibus dicta eccleſia Eugubina deſtituta fuerat, cum conſilio ven. fratris noſtri B. Epiſcopi Eugubini, & dilectorum filiorum Octaviani, & Pauli Canonicorum ipſius eccleſiæ Eugubinæ in eadem inſtitueretur, aliaque faceret, ſtatueret, & ordinaret, quæ circa correctionem, & reformationem veſtram prædictū capitulum, ac ejuſdem eccleſiæ Eugubinæ, quæ ob defectū
B *Prioris, Præpoſiti, & Canonicorum, & longa diffidia, & cauſarum certamina, quæ inter perſonas ipſius eccleſiæ Eugubinæ, non abſque gravi diſpendio ejuſdem, ac aliarū eccleſiarum prædictarum, & plurimorum ſcandalo diutius duraverat, non modicum fuerat deformata.... ..ſalubriter expedire volens humiliter noſtris in hac parte parere mandatis. Te fili Ubalde in Priorem, & cū conſilio Epiſcopi, & Canonicorum prædictorum Lambertum de S. Frigidiano tunc Canonicum eccl. ſiæ S. Mariæ Novæ de Urbe in Præpoſitum, Acerbum vero presbyterum, Datilum Maurini de Eugubio, Patritium Boni Joannis de Fabro, Bernardinum Benevenuti de Agnano, Franconem Ubaldi, Albertum Bonajunctæ Sepulini de V. Montis Juliani, ac Andream de Urbeveteri in Canonicos, & infra tres inſtituit canonicam in dicta eccleſia Eugubina, plura quoque alia fecit, & ſtatuit, & ordinavit circa hujuſmodi correctionem, & reformationem, quæ vobis, & eidem eccleſiæ ſalubriter expedire proſpexit, prout in inſtrumento publico inde confecto dicti Epiſcopi ſigillo ſignato plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper iis à prædicto Epi-*
C *ſcupo factum eſt ratum, & gratum habentes, illud authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ejuſdem inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. Philippus miſeratione Divina Firmanus Epiſcopus religioſis viris, & in Chriſto dilectis capitulo, & Canonicis eccleſiæ Eugubinæ ſalutem, & ſyncerā in Domino charitatem. Sāctiſſimus Pater D. Nicolaus ſacro S. R. Eccl. ſummus Pontifex tam authoritate Apoſtolica, quam ex poteſtate per vos in eum tranſlata ſuper reformatione capituli, & eccleſiæ veſtræ, necnon & eccleſiarum ad vos, & eccleſiam veſtram pleno jure, & immediate ſpectantium mandavit nobis oraculo vivæ vocis, ut Ubaldum Canonicum veſtrum in Priorem, & Præpoſitum, & ſeptem Canonicos, quibus eadem eccleſia fuerat deſtituta cum conſilio Ven. Patris fratris B. Dei gratia Epiſcopi Eugubini, & dilectorum in Chriſto Octaviani, & Pauli Canonicorum, & procuratorum veſtrorum in eadem eccleſia inſtituere curaremus, aliaque faceremus, ſtatueremus, & ordinaremus, quæ circa correctionem, & reformationem capituli, & eccleſiæ prædicto-*
D *rum, quæ propter defectum Prioris, Præpoſiti, & Canonicorum, necnon propter longa diffidia, & cauſarum certamina, quæ inter vos, non abſque gravi veſtro, & eccleſiarum veſtrarum detrimento multorum diutius ſcandalo viguerunt, multum fuerat deformata, conſpiceremus ſalubriter expedire. Volentes igitur mandatis Sanctiſſimi Patris prædicti reverenter, & humiliter obedire, prædictum Ubaldum in Priorem, & cum Venerabile Patre B. Epiſcopo, & procuratoribus ſæpeaſcriptis tractatu habito diligenti, cum ipſorum conſilio fratrem Lambertum de S. Frigidiano Canonicum S. Mariæ Novæ de Urbe in Præpoſitum, Acerbum presbyterū, Datilum Maurini d. Eug. Patritium Boni Joannis de Fabro, Bernardinum Benvenuti de Agnano, Franconum Ubaldi, Albertum Bonajunctæ Supolini de Villa Montis Juliani, & Andream de Urbeveteri in Canonicos, & fratres inſtituimus, & ordinamus in eccleſia ſupradicta. Ipſoſque etiā de*

(1) Hunc Paulum de Albertis non fuiſſe ſuſpicandi cauſam hæc duo mihi præbent: tum quia in hujus familiæ arbore non reperitur; tum quia illo Ævo hæc familia de Albertis cognomen nondum erat ſortita. *Salvinus.*

de prædictis Prioratu, Præpoſitura, & Canonicatibus inve- A
ſtituras. Decernentes irritum, & inane, quicquid contra ordi
nationem, inſtitutionem, & inſtitutum hujuſmodi ſi quoquam
contigerit attentari. Quia verò per confeſſionem, & aſſertio-
nem ad procuratorum nobis quaſi pro certo innotuit, quod
decem, vel novem ex vobis retroactis temporibus eccleſiæ
veſtræ clauſtro, & capitulo de relictis in decem, vel novem
eccleſiis, ſeu beneficiis eidem eccleſiæ veſtræ immediatè ſub-
jectis ſinguli videlicet ſine ſocio ſui ordinis in ſingulis eccle-
ſiis, ſeu beneficiis morabantur, ex quo eiſdem Canonicis diſ-
ſolutionis occaſio præſtabatur, oriebatur ſcandalum, ſubtra-
hebatur eccleſiæ debitus numerus ſervitorum, & eccleſia ip-
ſa frequenter defectum non modicum in divinis officiis, &
aliis ſuſtinebat, ſtatuimus, & ordinamus, quod hujuſmodi
Canonicis ad clauſtrum ejuſdem eccleſiæ revocatis nulli ex
Canonicis dictæ eccleſiæ in eccleſiis, ſeu locis prædictis de
cætero taliter commorentur, vel ad ipſorum regimen depu-
tentur, ſed in eiſdem eccleſiis, & beneficiis per vos inſtituan-
tur Vicarii, quibus ex fructibus, & proventibus hujuſmodi
eccleſiarum, & beneficiorum talis portio aſſignetur, ex qua
poſſint commodè ſuſtentari, & alia incumbentia eis onera B
ſupportare. Reliquos autem eccleſiarum, & beneficiorum
prædictorum fructus, & proventus ad communes uſus capi-
tuli, & Canonicorum eccleſiæ veſtræ perpetuò deputantes,
ſtatuimus ut fructus, & proventus prædicti in uſus hujuſ-
modi de cætero convertantur. Nerum quoque Nepoluttii,
qui vacante eccleſia ipſa Priore, ad quem una cum capitulo
communiter in eadem ecc. leſia Canonicorum inſtitutis, &
Archipresbyteratuum eccleſiarum, & beneficiorum ad ipſum
capitulum ſpectantium pleno jure, & immediate collatio ſpe-
ctare dignoſcitur, à Canonicis ipſius eccleſiæ in Canonicum
aſſerat ſe fuiſſe receptum, & quoslibet alios vacante eccleſia
ipſa Priore in Archipresbyteratibus, & eccl. ſiis, ſeu bene-
ficiis ſupradictis inſtitutos, vel receptos, ex hujuſmodi rece-
ptione, & inſtitutione in prædictis canonicatu, vel beneficiis
declaramus jus aliquod non habere; Donnum autem Petrum
de Caſtello olim ejuſdem eccleſiæ Canonicum pro eo, quod
propria temeritate ab eccleſia, & capitulo ipſis diſceſſit, nec
in ipſa per decem & octo annos, & amplius moram trahit,
ſed in Archipresbyterum cujuſdam plebis, diœceſis Arimi-
nen. eligi ſe conſenſit; & in ipſa plebe, tamquam Archipres-
byter commoratur, nullum jus habere decernimus in capitu- C
lo, vel eccleſiæ ſupradictis, nec eſſe tamquam Canonicum de
cætero admittendum in ea cum transferendo ſe ad aliam eccle-
ſiam, & in ipſa Archipresbyteratum recipiendo, Canonica-
tum quem habuiſſe aſſeritur in eccleſia Eugubina, tacitè re-
nunciaſſe noſcatur. Præfatus etiam ſummus Pontifex nobis
mandavit oraculo vivæ vocis, ut Octaviano Canonico veſtro
cupienti diſciplinis ſcholaſticis inſudare, auctoritate ſua
provideremus de redditibus, & proventibus alicujus eccl. ad
capitulum, & eccleſiam veſtram Eugubinam immediate ſpe-
ctantes, uſque ad aliquos annos de quibus vobis conveniens
videretur, annis videlicet ſingulis in viginti quinque lib. An-
conitanæ monetæ; Nos verò mandatis ſanctiſſimi Patris
prædicti reverenter obedire volentes, eidem Octaviano,
duntaxat in ſtudio commoranti uſque ad quatuor annos, an-
nis videlicet ſingulis providemus in quantitate prædicta,
& providere mandamus de redditibus, & proventibus ec-
cleſiæ, ſeu plebis S. Joannis de Eugubio ad dictum capitulum
pertinentis In cujus rei teſtimonium præſentes literas juſſi-
mus noſtri ſigilli munimine roborari Actum Viterbii, in hoſpi-
tio, in quo prædictus D. Epiſcopus Firmanus morabatur in D
anno Domini MCCLXXVIII. indictione 6. die 14. intran-
te Junio Pontificatus Nicolai PP. III anno 1. Interfuerunt
ibi rogati teſtes Tebaldus Ord fratrum Minorum ſocius Epi-
ſcopi Groſſetani, & Henricus Brito clericus, & familiaris
dicti D Epiſcopi Firmani. Ego Philippus de Frochis nota-
rius palatii prædictis interfui, & de juramento prædicti D.
Epiſcopi præſcriptas literas ſcripſi, & in publicam formam
redegi, & meum ſignum appoſui, & me ſubſcripſi rogatus.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pag. noſtræ confir-
mationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipo-
tentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe no-
verit incurſurum.

Datum Romæ, apud S. Petrum 4. nonas Januarii, Pon-
tificatus noſtri anno ſecundo.

Loco † ſigilli plumbei,

XLVIII. 48. VENTURA Civis Eugubinus, atque Prior
Plebis de Ruperio Spoletanæ Diœceſis, à Bonifacio
VIII. epiſcopalem patriæ ſedem obtinuit anno 1295. A
5 Kal. Aprilis, rejecta poſtulatione Capituli de Joan-
ne Foroſempronienſi epiſcopo, & Octaviani Abba-
tis S. Petri ad Aram Neapol. Ordinis S. Auguſtini in
contentione celebrata. Id habetur in regeſt. Vatic. ep.
65. fol. 14. anno I. Obiit Ventura Spoleti anno 1302

49. FRANCISCUS ex Priore ejuſdem eccleſiæ XLIX.
Epiſcopus poſtulatus à Capitulo à Bonifacio VIII.
confirmatur anno 1302. 4 idus Decembris ex reg. Va-
tic. ep. 33. fol. 233. Munus conſecrationis accepit per
manus Theodorici epiſcopi Cardinalis Civitatis Pa-
palis. Anno eodem fratribus Prædicatoribus eccle-
ſiam S. Martini attribuit, Benedicto XI. ita imperan-
te. De eo mentio anno 1322. exceſſit annum 1326.

50. PETRUS de Gabrielis civis atque Epiſcopus L.
Eugubinus, translatus de Eccleſia Foroſempronien-
ſi 6. idus Auguſti 1326.

51. Fr. UGO Labaila Gallus, Ordinis Eremita- LI.
rum S. Auguſtini, ſucceſſit Petro, electus à Clemente
VI. anno 1345. idus Julii; mox translatus eſt ad To-
lonenſem Eccleſiam in Gallia eodem anno 1345. 5. B
idus Decembris.

52. FRANCISCUS Amerinus Patria, Epiſco- LII.
pus Tergeſtinus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt an-
no 1346. 7. idus Aprilis à Clemente VI. ex Reg. ejuſ-
dem, ep. 69. anu. 4. Obiit Avenione eodem anno.

53. Fr. VASIANUS a ex Ordine Minorum, LIII.
Franciſco vita functo ſuffectus eſt 1346. 6. Non Octo- a Seù Va-
bris. Quatnor annis Eugubinam rexit Eccleſiam, ex ſinus.
eaque ad Capuanum Archiepiſcopatum translatus
eſt anno 1350. 18. Kal. Junii. Conſule Vvaddingum
tom. 3. Ann. Minor.

54. Fr. JOANNES ex Ordine Minorum, ex trans- LIV.
latione ſui anteceſſoris ad hanc ſedem aſcendit 1350.
13. Kal. Decembris, cum prius eſſet Epiſcopus Guar-
dienſis, ex reg. Vatic. ep. 26. fol. 43. Anno verò 1370.
ad Regienſem in Gallia eum tranſtulit Urbanus V.
(„ *Præſens fuit Avenione an. 1364. teſtamento Dulphi-*
„ *phinæ de Caſtro novo uxoris Nicolai de Rudicia. Ex*
„ *Baluzio Collect. Actorum Veterum.* Luc.)

55. Fr. JOANNES de Aldobrandinis, Bencio, ac C LV.
Joanna Altovita nobilibus Florentinis ſatus, ejus
pater Bencius Caruccii filius fuit, atque adeò pleriq;
hunc Joannem Eugubinum poſtea Epiſcopum, ex al-
tera Florentina prænobili Carucciorum familia fuiſ-
ſe aſſeruere: qui ſanè graviori errore deluſi à veritate
deflexere; cum nomen Caruccii avi proprium extite-
rit, ex quo Brunettus originem traxit, atque ex hoc
propagatus Nerus, cui demum Clemens VIII. Pon-
tifex Maximus genus ſuum referebat. Joannes igitur
è tam inſigni proſapia emanavit, atque majorum ve-
ſtigiis clariſſimis inſtitit, cum nullis pulchrioribus
virtutum exemplis quam domeſticis accenderetur.
Inſtuebat illum præceptis ſaluberrimis Mater, virtu-
te matrona ſpectatiſſima, ac pro more ætatis illius
Madonna Joanna appellata, quæ Aldobrandinæ fa-
miliæ de Madonna nomen impoſuit, quod ea ratio-
ne traxit, quod aliquibus domibus filiorum ſuorum
ſolo adæquatis, ingentem aream latè aperuit, ac effu-
derit, cui adeò Areæ Madonnæ, nomen inditum, &
Aldobrandini Areæ Madonnæ cognomen retule- D
runt. Cum igitur Joannes pietatem penè cum lacte
matris ſuxiſſet, ſe ſe ſanctiſſimæ S. Dominici familiæ
in celebri cœnobio S. Mariæ Novellæ Florentiæ ag-
gregavit, Gregorio poſtea Reipublicæ Florentinæ
Vexillifero, duobuſque aliis germanis fratribus reli-
ctis, ſeculi curis implicitis, in ſolatium matris. Cum-
que animum ad literas ardenter applicuiſſet, in inſi-
gnem Theologum, ac Philoſophum acutiſſimum ef-
floruit. Nec minus ſeriò virtutem, prudentiamque
amplexus, tantam ſui nominis famam, ac gloriam
latè effudit, ut Urbanus V. vacante Eugubina Eccle-
ſia, Joannem ad ſacrum illud ſolium an. 1370. 10. Kal.
Maji extulerit, ut ex reg. Vatic. colligere cuique fa-
cillimum eſt. Ea dignitate conſpicuus Eccleſiam,
Clero exemplis ſuis ad veterem diſciplinam revoca-
to, ac populo ad Chriſtianam pietatem exculto infor-
matoque, vitiiſque longè depulſis, ſanctiſſimè admi-
niſtravit. Monaſterium D. Martialis aliaque tanto

viro

viro digniſſima, quæ iniurias temporum hactenus eluſere, magnificè excitavit, aliaque longè plura ſanè erexiſſet, niſi annis ſeſſus, ac vitæ tranquillioris percupidus inter Urbani VI. manus, ſua ſe dignitate exniſſet anno 1378. & in patriam ſuam reverſus, in ſuæ profeſſionis cœnobio, ut divinis vacaret, ab hominum cœtu ſe ſe ſubduxiſſet. Nec multo poſt, Deo potiturus, è terris evolavit anno 1383*a*. ac in religioſorum communi oſſuario, ut optarat, corporis exuviæ elatæ, ac depoſitæ fuerunt *b*. Epiſcopatus equidem abdicationem ab ipſo anno 1378. factam, non in libris obligationum, promiſſionumque Prælatorum, ſed Eccleſiæ Eugubinæ commentariis reperi exaratam, ubi ab ao. 1379. ipſi Joanni, Gabriel de Gabrieliis ſuffectus ſucceſſor traditur, cuius etiam ne tenuiſſima mentio obligationum libris eſt commendata. Sed cum à Clemente VII. Antipapa anno 1384. Eugubinæ Eccleſiæ quemdam Adamum Gallum præfectum reperiam, non levis ſuſpicio incidit, Joannem epiſcopatus munere non abiiſſe, ſed turbulentiſſimorum temporum, ac rerum funeſtæ converſionis pertæſum, cum ſchiſma Eccleſias confunderet, ac miſerè jactaret, Florentiam ſe ſe contuliſſe, ac in monaſterio ſuorum fratrum velut in aſylum confugiſſe. Interea verò Gabrielem tyrannicè in ſedem proſiliiſſe, ac anno 1383. tam Civitatis in politicis, quam Eccleſiæ vicariam geſſiſſe dignitatem. Ut verò perturbatiſſima tēpora, altiſſimiſque offuſa tenebris extitere, rem apertius illuſtrare non poſſumus. Adde Urbani VI. regeſta ex parte amiſſa, ex quibus lucem, ad hanc aperiendam, conciliandamque difficultatem colligere potuiſſemus. Verum ſilentio non involvendum putavi, hunc Joannem Eugubinum Epiſcopum, agentem Avenione, Bindo, & Aldobrandino Nicolai conſobrini filiis domum ſtabiliſſe, inſtruxiſſeque, ac in eccleſia S. Claræ ſacellum Aldobrandinorum dictum ſundaſſe, ubi Moniales plura tanti Epiſcopi pietatis monumenta, ac inter cætera pulcherrimum argenteum calicem, in quo Aldobrandinorum ſtēmata cœlata ſulgent, acceptorum beneficiorum memores hactenus aſſeruerunt. Eum porro ſacellum Petrus Card. Aldobrandinus, in Gallias Legatus miſſus, pulcherrimo opere, ac forma inſtaurari, ornarique juſſit. Teſtis eſt ſequens inſcriptio, inciſa marmore, muroque affixa.

a 1383.

b Hujus meminit Fontana de Romana Provincia p. 327. item Gamurinius de familiis vol. 5. p. 40. ubi etiam multa de familia Aldobrandina. *Mand.*

B. M. V. S A C.

Petrus Diaconus Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius, à Clemente VIII. Pont. Max. patruo ſuo ad Henricum IV. Francorum Regem Chriſtianiſſimum Apoſtolicus de latere Legatus pacificationis cauſa miſſus, cum Avenionem veniſſet, ſacellum hoc ante annos fere trecentos à gentili ſuo ædificatum, & vetuſtate deformatum, ad augendum Dei cultum, majoramque familiæ ſuæ memoriam conſervandam pecunia de ſuo attributa, in hanc formam reſtitui curavit anno Domini MDCI. Dedicatam V. Kal. Februarii MDCI.

LVI. 56. GABRIEL Gabrielius Cives Eugubinus, ao. 1379. Patriæ evaſit ad ſedem; ingentis ſpiritus vir, imperandi autem cupidine tanta, ut non prius quieverit, quam à Romano Pontifice, tū in ſpiritualibus, tum temporalibus gubernator, ac perpetuus Vicarius fuerit renunciatus 1383. qui paulò poſt deceſſit.

57. ADAMUS Gallus Pariſinus VII. Clementis Antipapæ ſequax, Guillelmi Archiepiſcopi Cabalicenſis frater, ad quem idem Antipapa literas mittit, Eugubinus Epiſcopus dictus eſt 1384. apud Waddingum. Hunc autem intruſum arbitror nunquam Eugubini Epiſcopatus poſſeſſionem adiiſſe, cum credibile ſit, Urbanum VI. verum Pontificem, verum eidem Eccleſiæ attribuiſſe Paſtorem.

58. ARNOLDUS Epiſcopus Eugubinus 1388. die 24. menſis Januarii reperitur Avenione in Aula Clementis VII. Antipapæ ſui promotoris fuiſſe verſatus, ex lib. ſolution. Prælat. Hunc etiam arbitror vitio fuiſſe creatum, atque abſentem potius ad ſemel obtentam dignitatem aſpiraſſe, quam præſentem Epiſcopale munus Eugubii exercuiſſe.

LVII 59. LAURENTIUS Corvinus Romanus ab Urbano VI. legitimus Eugubinus Epiſcopus adlectus eſt, poſt exceſſum Gabrielis de Gabrieliis anno 1384. obtentique Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, tametſi S. R. Eccleſiæ negotiis occupatus fere ſemper abſens ſibi creditam Eccleſiam adminiſtraverit. Romæ Vicarius fuit tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, tranſlatuſque demùm eſt ad Eccleſiam Spoletanam à Bonifacio IX. Pont. Max de quo plura ibi.

60. BERTRANDUS *a* de Alano, olim Epiſcopus Famaguſtenſis, ac S. R. ſedis Capellanus, ſacrique Palatii Auditor, ad Eccleſiam hanc tranſlatus eſt anno 1390. 4. idus Octobris; præfuitque illi Eccleſiæ uſque ad annum 1401. inde Archiepiſcop. Amalphitanus evaſit. De quo plura ibi. LVIII

a Seu Beltrannus.

61. Fr. MATTHÆUS è Fabriano, Ordinis Minorum electus à Bonifacio IX. anno 1401. 7. Kal. Februarii. Deceſſit 1405. ex lib. Proviſ. Prælatorum. L'X.

62. FRANCISCUS de Biliis *b* Eugubinus *c*, Abbas S. Petri ex Ordine S. Benedicti, ab Innocentio VII. adlectus eſt Epiſcopus anno 1407. idus Januarii, cui Eccleſiæ præfuit ann. 37. Deceſſit 1444. LX.

b Al. de Prilis.

c Memoratur a Jacobillo in Bibl. Umbriæ. *Mand.*

63. ANTONIUS Severinus Urbinas, Epiſcopus Callienſis, priorem ſedem cum Eugubina commutavit 1444 idus Julii; è vivis exemptus eſt 1472. 8. Apr. LXI.

64. JOANNES * Beroaldus natione Thuſcus, Ord. Prædicatorum, 1472. LXII.

* Ex App. tom. 9.

65. CORRADUS Veſpius * 1473. LXIII

* Ex App. tom. 5.

66. LEONARDUS Griphius Romanus, Epiſcopus Eugubinus * 1475. 4. Non. Novemb. ex Sixti V. Secretario ad Archiepiſcopatū Beneventanum tranſlatus eſt à Sixto IV. Pontifice Maximo an. 1482. LXIV

* Ex App. tom. 2.

67. HIERONYMUS Roboreus Card. Recanatenſis hanc Eccleſiam perpetuò adminiſtrandam ſuſcepit 1482. eaque cura perfunctus eſt uſque ad annū 1492. deinde eo munere ſe exolvit. De quo vide infra in Epiſcopis Recanatenſibus. LXV.

68. FRANCISCUS Roboreus Savonenſis, hanc rexit Eccleſiam 1492. die 9. Menſis Januarii, uſque ad annum 1504. dieque 17. menſis Auguſti ad Epiſcopatum Mimatenſem in Gallia tranſlatus eſt. Deſiit autem inter vivos eſſe Ruthenis. Hic frater fuit fr. Clementis Roborei Cardinalis. LXVI

69. ANTONIUS Ferrerius Savonenſis, à primis propemodum annis in aulico obſequio Juliani Roborei Card. fuit, qui cum Apoſtolicam ſub nomine Julii II. evaſiſſet ad ſedem, Apoſtolicæ Aulæ Magiſtrum Ferrerium declaravit, Epiſcopumque Naulenſem; anno verò 1504. die 27. *d* eundem tranſtulit ad Eugubinam Eccleſiam, nec multo poſt ſenatoria purpura illum donavit ad titulum S. Vitalis, juſſitque Datariæ munere fungi: deinde Peruſina, tum & Bononienſi legatione eundem ornavit. In cuius adminiſtratione cum conſtitutos in bulla per ſummam ſuperbiam tranſiliiſſet cancellos, Pontificiumque placitum tranſverſis judiciis evertiſſet, iracundi Principis ita juſtam iram commovit, ut viginti millia ſcutatorum ſumma mulctatum, & ſua præſentia, ingreſſuque Senatus Ferrarium privaverit, ingrati animi poſteritati æternum exemplum futurum. Cęterùm penſata culpa, dedecoroſaq; macula quam acceperat, ingrati animi notam morte rependit, quæ ſerò cantū illum è vivis exemit die 22. menſis Julii an. 1508. In quatuor horas noctè provecta. Apud S. Auguſt. ſepultus eſt, ex cenſura Pontificis nullo condecoratus honore ſepulchri. Adeò non ſemper ſimpliciter arridet fortuna mortalibus, cum illos ſupra conditionem generis, ac meriti ad dignitates præclatiores evexit. LX VII.

d 23. Auguſti.

70. FEDERICUS de Campo Fregoſo, *e* Archiepiſcopus Salernitanus, Eugubinam Eccleſiam perpetuò adminiſtrandam ſuſcepit à Julio II. Pontifice 1508. die 28. menſis Julii; donec Archiepiſcopatus ſui annuos cenſus pacificè exigere poſſet. Siquidem cum Gallicarum partium eſſet, legitima illa exactione à Cæſarianis prohibebatur. Igitur hanc Eccleſiam diutiſſimè adminiſtravit, donec à Paulo III. renunciatus Cardinalis, Romam profectus eſt. Inde demū reverſus Eugubium, ibidem fato conceſſit 1541. 15. Kal. Auguſti, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Hujus maximi, ob præclaras animi dotes, Cardinalis, in LX VIII.

e De hoc vide Juſtinianum, & Oldoinum de ſcriptoribus Liguris. *Mand.*

noſtris ad Ciaconium notis honorificè meminimus: pluraque de ipſo etiam poſtea memoravimus in Archiepiſcopis Salernitanis. Eo Præſule Canonici Cathedralis Eccleſiæ huc uſque regulares, à Leone X. fuerunt ſecularizati, ut patet ex ſequenti diplomate.

LEO EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

COnſtitutus in ſpeculo ſupremæ dignitatis Romanus Pontifex curæ quarumlibet eccleſiarum, præſertim cathedralium, quarum cura ſibi imminet generalis ſtatum proſpere dirigendum ſollicitè intendit, illumque quandoque immutat, & ipſarum Eccleſiarum venuſtatem & decorem auget, & alia ſtatuit, ordinat, & diſponit, quæ earum felicem regimen, & adminiſtrationem divini cultus augmentum concernunt, prout catholicorum principum, & perſonarum eccleſiaſticarum, & aliorum fidelium expoſcit devotio, ac temporum, & locorum qualitas exigunt, & idem in domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè proparte dilectorum filiorum nobilis viri Franciſci Mariæ de Ruvere Ducis Urbini & Civitatis Eugubinæ in temporalibus domini, ac communitatis dictæ civitatis Eugubinæ in temporalibus domini, nec non capituli Eccleſiæ Eugubinæ ordinis S. Auguſtini, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet dicta eccleſia ejuſdem ordinis canonicorum regularium, & in ea unus prioratus inibi dignitas major poſt pontificalem, & duodecim canonici, ex quibus eſt ipſe prior, dictum ordinem expreſſè profeſſi exiſtant, prioratum, & canonicales portiones inibi obtinentes, & percipientes, tam prior, & Eccleſiarum cathedralium ſecularium deferre poſſint. Quodque dictus prioratus de cætero Præpoſitura nuncupetur, & illum, ſeu illam nunc, & pro tempore obtinens eoſdem in canonicos dictæ eccleſiæ nunc, & pro tempore exiſtentes, juriſdictionem, poteſtatem, ſuperioritatem, & adminiſtrationem eorundem ſpiritualium, & temporalium authoritatem, & facultatem omnino retineat, quatenus habet, gerit, & tenet ad præſens modernus prior, qui prior de cætero canonicus ejuſdem Eccleſiæ exiſtat, & eſſe debeat, prout nunc eſt, eoſque, & ſingulos fructus, redditus, & proventus ex dictæ menſæ capitularis bonis, quæ nunc in communi poſſidentur, & quæ per ceſſum, & deceſſum dictorum modernorum canonicorum, qui aliqua ex eiſdem bonis in adminiſtratione pro veſtibus, & aliis ſuis neceſſitatibus de modernis, & qui pro tempore fuerit ejuſdem eccleſiæ prioris licentia tenent, & poſſident, ad eandem eccleſiam redibunt pro tempore provenientes, detracta ex eis aliqua ipſorum prioris, ſeu præpoſiti, & capituli arbitrio moderanda quantitate pro ſubſtentatione fabricæ, & ſacriſtiæ hujuſmodi in tredecim æquales portiones dividantur, quarum duas dictus modernus, & qui pro tempore fuerit prior, ſeu præpoſitus, & canonicus, & unam quilibet ex reliquis dictis canonicis qui undecim ſunt in quotidianis diſtributionibus dumtaxat, dum in eadem eccleſia interfuerint divinis per totum anni circulum partiendi pro eorum præbendis canonicatibus annuatim percipiant. Qui verò ex dictis priore, ſeu præpoſito, & canonicis pro tempore exiſtentibus, à divinis hujuſmodi pro tempore adfuerint ex ſuarum portionum parte, quæ ipſis ſi eiſdem divinis inibi intereſſent contingeret, privati exiſtant, illæque cæteris eiſdem divinis intereſſentibus eo ipſo accreſcant, dictique prioratus, ſeu præpoſitura canonicatus, & præbendæ electivi exiſtant, & electorum confirmatio ad dictum Federicum Archiepiſcopum, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Eugubinum pertineat præfata authoritate Apoſt. earundem tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, nec non Eccleſiæ illiuſque priori ſeu præpoſito, canonicis, & aliis perſonis præfatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus favoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis, tam eidem eccleſiæ, & illius perſonis per privilegia, & indulta Apoſtolica, vel aliàs quovis modo conceſſis, quibus per hoc, quatenus favorem ipſius eccleſiæ illius perſonarum ad ſtatum ſecularium reductarum concernant, non intendimus derogare, quam, etiam aliis quibus aliæ cathedrales eccleſiæ ſæculares de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant indulgemus. Ac dicto Federico Archiepiſcopo quæcumque ſtatuta, & ordinationes, ſalubria, & honeſta, ſacris canonibus non contraria pro felici ſtatu, & ſalubri directione Eccleſiæ Eugubinæ, illiuſque ſingularium perſonarum prout videbitur, faciendi condendi, & ordinandi, quæ ſic facta, ſtatuta, & ordinata, dicta Apoſtolica authoritate confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, ac etiam ipſa ſtatuta, & ordinata, ſi cauſæ rationabiles fuerint corrigendi, mutandi, & penitus ammovendi, & alias de novo etiam faciendi, condendi, & ordinandi, prout perſonarum, & temporum qualitatibus, & conditionibus diligenter conſideratis videbitur expedire authoritate, & tenore præfatis licentiam, & facultatem concedimus, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiæ, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1514. Non. Maii Pontificatus noſtri anno 3.

71. PETRUS Bembus Cardinalis, ſui ſeculi verè literatorum extrema linea, hanc eandem Eccleſiā adminiſtrandam ſuſcepit 1541. die 29. menſis Julii; ac poſt tres annos, hoc eſt 1544. ad Bergomatem Eccleſiam translatus eſt. Plura de eo in Epiſcopis Bergomatibus. LXIX.

72. MARCELLUS Card. Cervinus Politianus, Epiſcopus Rhegienſis in Inſubria, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1544. poſtrema die abeuntis Februarii; quam ille Eccleſiam rexit uſque ad annum 1555. in quo ipſo anno ad ſummum Pontificatum aſcendit, Marcelli priori nomine retento numero II. Qui ſi diu in Pontificatu vixiſſet, in Eugubinam Eccleſiam à ſe ſūmopere dilectam plura ornamēta contuliſſet. Eugubinus autem populus ita Marcellum inſpiciebat, ac venerabatur, ut marmorea eidem erecta ſtatua, teſtatus ſit, tam vivum, quàm mortuum, illum quàm maximè ſuſpexiſſe, atque amaſſe. LXX.

73. JACOBUS Card. Sabellus Epiſcopus Neocaſtrenſis, ad hanc eccleſiam translatus eſt 1555. die 29. menſis Maii. Cumque deinde ad Archiepiſcopatum Beneventanum tranſiiſſet 1561. *a* Eugubinum Eccleſiam fratri ceſſit. De eo autem plura narrabimus in Archiepiſcopis Beneventanis. LXXI

a 1650. 16. Ianuarii.

74. MARIANUS Sabellus Romanus, memorati Cardinalis Sabelli frater, ex epiſcopo Neocaſtrenſi anno 1561. *b* Eugubinus Epiſcopus adlectus eſt. („ *Interfuit Concil. Trident. an. 1563.*) Vir nobilioribus diſciplinis inſtitutus, qui cum 38. annos accuratiſſimè Eugubinam rexiſſet Eccleſiam, fato functus eſt 1599. die 19. menſis Septembris. Jacet in Cathedrali; ſub quo, Guido Ubaldo Duce IV. Urbini inſtante, Gregorius XIII. perpetuò ſancivit, ut nemo ad Præpoſituram, Canonicatuſque Cathedralis aſcenderet, niſi Civis Eugubinus exiſteret. En diploma. LXXII.

b 1560. 6. Febr. ex Actis.

GREGORIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctum nobis Apoſtolicæ ſervitutis officium, quo ſumus univerſis debitores, nos admonet, & inducit, ut circa eccleſiarum quarumlibet, præſertim cathedralium utilitates commoda ita procuremus, ut ea quæ pro præmiſſorum effectu à vobis, pro nobis, & ſedis Apoſtolicæ devotos principes expoſci conſpiciamus, grato admittamus honore, aliaſque deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè dilecti filij nobilis viri Guidi Vbaldi Vrbini Ducis tam ſuo, quàm dilectorum filiorum præpoſiti, & canonicorum Eccleſiæ Eugubinæ exhibita petitio continebat, quod licet alias felicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Franciſci Mariæ de Ruvere Vrbini Ducis & Civitatis Eugubinæ in temporalibus Dominus, qui eo tempore Almæ Vrbis Præfectus, & gentium armigerorum ad ſtipendia Romanæ Eccleſiæ militantium Capitaneus Generalis exiſtebat, ac communitatis dictæ Civitatis, nec non capituli dictæ eccleſiæ Eugubinæ ſupplicationibus inclinatus inter alia ſtatuerit, quod exiſtentes in dicta eccleſia præpoſitura, & undecim canonicatus, & præbendæ electivi exiſterent, & electionis confirmatio ad

pro tempore exiſtentem epiſcopum Eugubinum pertineret. Cum tamen præpoſitura, & canonicatuum, & præbendarum hujuſmodi fructus omnes in diſtributionibus quotidianis conſiſtant, tenueſque exiſtant, & experientia rerum magiſtra docente compertum ſit, quod ſi ad præpoſituram, & canonicatus prædictos, alij quam cives Eugubini eligantur, vel iidem præpoſitura, & canonicatus, & Præbendæ aliis, quam præfatis conferantur, exinde eccleſiæ in divinis detrimentum non leve ob ipſorum reſidentiam non accidat, & ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi opportune ſtatueretur, quod nemo, qui civis Eugubinus non eſſet, dictas præpoſituram, & canonicatus, ac præbendas deinceps perpetuis futuris temporibus obtinere poſſet, id non ſolum in dicta eccleſia decore, & venuſtate cederet, & divinus etiam cultus augmentum ſuſciperet, ſed etiam eiuſdem Guidi Vbaldi moderni Vrbini Ducis IV. qui etiam dictæ Civitatis in temporalibus dominus exiſtit, id enixè deſiderantis, ac dictæ communitatis votis plurimum ſatisfaceret, quare idem Guidus Vbaldus Dux nominibus prædictis nobis humiliter ſupplicare fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui honeſtis fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, eoſdem Guidum Vbaldum Ducem, & Præpoſitum, ac Canonicos, eorumque ſingulos a quibuſvis excommunicationis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendũ harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac literarum præfatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus &c. Confirmatione Præpoſituræ præfatæ, quæ inibi dignitas poſt Pontificalem maior exiſtit ad electionem præfatam ſedi præfata remanente de cætero perpetuis futuris temporibus de eadem præpoſitura cum omnibus, & ſingulis canonicatibus, & præbendis dictæ eccleſiæ Eugubinæ cum primum per ceſſum, aut ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, aut permiſſionem illas obtinent in quibuſcumque menſibus ſimul vel ſucceſſivè pro tempore vacabunt, ſeu alias quomodolibet affecti, & reſervati extiterint, perpetuis futuris temporibus, non niſi dictis civibus Eugubinis ad eamdem ipſius capituli electionem, præfatique Epiſcopi confirmationem aliquo modo providere debeat in omnibus, & per omnia perinde ac ſi aliquæ ſpeciales, vel generales reſervationes, etiam in curia noſtra publicatæ, aut pro tempore in perpetuum publicandæ, aut præſumptivè, aut alia gratia tam perpetua, quàm temporales, annexiones, & incorporationes, ſuſpenſiones, extinctiones, nominationes, ac ſeſe nominandi, & aliis conferendi facultates, ac mandata à ſede Apoſtolica, vel illius legatis etiam de latere, ſeu aliis, quavis auctoritate etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Principum, vel Prælatorum, aut quavis alia conſideratione nullatenus emanaſſent, ſeu impoſterũ emanarent, itaque præpoſitura, & canonicatus, & præbendæ prædictæ ſub prædictis aliis quibuſvis, ſpiritualibus, vel generalibus reſervationibus expectativis, & aliis gratiis, ſeu diſpoſitionibus, & cum quibuſvis & per quas præſentibus derogaretur, aut derogari videretur, ſeu aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis conceſſis, & concedendis comprehendi nullatenus poſſint, neque debeant, aut cenſeantur; nec non exinde omnes, & ſingulas acceptationes, proviſiones, uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, & alias diſpoſitiones, ac proceſſus, ſententias, cenſuras deſuper pro tempore decretas, & latas, irrita, & inania, nulliuſq; roboris, vel momenti, quodque ſtatuto huiuſmodi, ac præſentibus etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, & quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioreſque & inſolitas clauſulas, nec etiam irritantia decreta, ſub quacumque verborum forma in ſe continentes nullatenus derogari poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi earundem præſentium tenor de verbo ad verbum, & nihil omiſſo inſertus fuerit, aliterque factæ derogationes nemini ſuffragentur, & ſi præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate iudicari debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiam in Cancellaria Apoſtolica publicatis, & in poſterum quandocumque publicandis, nec non dictæ eccleſiæ Eugubinæ etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dom. 1572. 7. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri anno 1.

75. ANDREAS Sorbolongus Foroſempronienſis, (*„ Vtr. Sign. Refer. & Viſitationis Apoſtol. ſecretarius,*) à Clemente VIII. Pont. Max. hanc ſedem obtinuit anno 1600. die 15. menſis Martij, qui in eius Eccleſiæ adminiſtratione 16. annis exactis, deceſſit anno 1616. (*„ Hic fuit multa virtutis, eximiaque Doctrina vir, illiuſque præclaræ Sorbolongæ familiæ „ præclarum germen, è qua etiam claruere Innocentius „ Prolegatus Ravennæ, quem Rubeus in hiſt. Raven. lib. „ XI. p. 754. ſpectata virum prudentia appellat, & de quo „ meminit Thomas Thomajus in hiſt. Raven. p. 90. Michael Angelus I.V. Conſultiſſimus, Card. Sabelli Piceni Legati Auditor prudentiſſimus, cujus meminit „ Baldaſſinus in hiſt. Æſin. p. 124. Jacobus, vir in omni „ negotio dexteritate, & animi magnitudine præditus, „ Vexillifer Equitum levis Armaturæ Prætorianæ militiæ ſummorum Pontificum Alexandri VIII. Innocentij XII. & Clementis XI. Joſephus in demortui Jacobi patris munus ſubrogatus, Carolus Joſephi germanus frater Baſilicæ S. Laurentii in Damaſo Canonicus, „ virtutũ meritis laudãdus, & Chriſtophorus Jacobi ſupradicti frater SS. Mauritii & Lazari eques.* Mãd.) LXXIII.

76. ALEXANDER ex Marchionibus Montis S. Mariæ, filius Guidobaldi, nepos Franciſci Mariæ Card. de Monte, creatus eſt Epiſcopus anno 1616. die 18. menſis Julij. Romæ deceſſit 1628. die 14. menſis Junij, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo. LXXIV.

77. PETRUS ex Comitibus Carpiniæ ad candẽ ſedem evaſit 1628. die 21. menſ. Decemb. qui inſecuto anno defunctus eſt 1630. 16. Januarii *a*, ſepultus in Cathedrali. LXXV. *a* Junii.

78. ULDARICUS ex Comitibus Carpiniæ Petro fratri in Eugubinum Epiſcopatum ſucceſſit 1630 die 23. menſis Septembris Vrbano VIII. ſedente. Qui ob rariſſimas animi dotes ab eodem Pontifice inter Purpuratos Senatores Card. adlectus eſt, translatus ad Tudertinam Eccleſiam anno 1638. LXXVI.

79. HORATIUS de Monaldis Peruſinus (*„ J. „ V. D. de quo videndus Jacobillus in Bibl. Vmbriæ, Oldoinus in Athen. Aug. & Auctor libri, Incognitorum „ gloriæ: pag.* 301. Mand) Benedicti Cardinalis Vbaldi germanus frater, electus ann. 1639. 2. Maij. Translatus eſt ad Peruſinam Eccleſiam hoc anno 1643. menſ. Maij, cum prius Eugubinæ Eccleſiæ aſsidua indefeſſaque cura invigilaſſet. LXXVII.

80. *ALEXANDER Sperellus Epiſcopus Orthonienſis, & ſuffraganeus Epiſcopatus Veliternenſis, factus eſt Epiſcopus Eugubinus die 14. Martij 1644. Vir morum probitate, doctrina, & eruditione celebris ſcripſit Reſolutionum Legalium tom. 2. & alia quædam. Vivit pro Apoſtolica ſede Nuncius in Parthenopæo Regno. LXXVIII. * Ex App. 1.5.

A D D I T I O.

(„ Hic Alexander Sperellus Patritius Aſſiſienſis, „ I.V.D. ac V.S. Refer. itemque S. Romanæ univerſalis Inquiſitionis Conſultor, Illuſtris tum pietate, tum „ literis Epiſcopus Eugubinus fuit. Mira in eo eluxit in „ Egenos charitas, ita ut ad ſublevandam illorum inopiam pluries rhedam, & argẽtea vaſa divenderet. Duo „ ſacella in Cathedrali conſtruxit, tres Canonicatus inſtituit, dotavit, & totidem Capellanias. Ædem ſacram S. Mariæ de Prato nuncupatam, & alteram S. „ Nicolai Myrenſis ædificavit. Orphanotrophium, & „ Seminarium erexit, atque in hujus augmentum pro „ duobus in eo educandis Clericis annuum cenſum aſſi-

„gnavit. Egenis de ſecundo gradu Virginibus Eugubii „natis duo dotalia ſubſidia ſingulos in annos eroganda „mandavit, & ad idem opus tria millia ſcutorum Aſſi„ſienſi Patrio ſolo erogavit. S. Philippi Nerii Congre„gationem Oratorii funditùs excitandam curavit, & „privilegiis cohoneſtavit, inque eorum Sacerdotum nu„mero adſcribi voluit. Bibliothecam multiplici libro„rum genere efflorentem viventi Civitati elargitus eſt, „& ad Bibliothecarii mercedem annuos redditus con„ſtituit. Denique condito ad pias cauſas teſtamento, Eu„gubinam Civitatem heredem pronunciavit, & annos „natus tres ſupra octoginta ad immortalem vitam tran„ſiit 14. Kal. Febr. ann. 1672. poſt funebrem pompam in „Cathedrali locum dormitionis obtinuit. A

„Ad ejus pernobile ſepulchrum marmoreo ejus ſimu„lacro effigiatum aureis his literis proloquitur Epi„taphium:

„Alexander Sperellus Ex Utriuſque Signat. Refe„rendario Epiſcopus Eugubinus, Summique Ponti„ficis Prælatus Domeſticus & Aſſiſtens, nullibi tu„tiùs deponi à ſe poſſe ratus Carnis exuvias, quam „ubi Deus illas aſſumpſit, hic ſibi ad Deiparæ pedes, „dum adhuc viveret, Tumulum deſtinavit ab eadem „ut optarat Depoſitum ſanctè repetiturus, cujus fidei „ religioſè commendat. Obiit An. ſal. M. DC. „ LXXII. ætatis verò LXXXIII.

„Plura ſcripſit, digeſſitque Volumina, videlicet: „Deciſiones fori Eccleſiaſtici tomi duo. Epiſcopus: „opus Ethico-politicum ſacrum in tres partes diſtri„butum, italicè ſcriptum, & deinde à P. Hannibale „Adami Soc. Jeſu latinitati donatum. Sermones Pa„ſtorales ad Clerum, ad Moniales, & ad Populum „tomi duo. De Eleemoſina tomus unus. Parænesis „Teleturgica de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio tomus „unus. de Protectione Beatæ Virginis tomus unus. „Vide Jacobillum in Bibl. Umbriæ pag. 38. Epiſtol. Ar„manni vol. 3. pag. 433. & ſeq. & Gamurrinum de Fa„miliis Thuſcis, & Umbris vol. 2. pag. 300.

LXXIX. „CAROLUS VINCENTIUS de Totis, Roma„nus, J. U. D. & Utriuſque Signaturæ Prælatus Ref. A„lexandro ſucceſſor datus eſt die 27. Junii an. 1672. Sui „deſiderium fecit die 14. Martii 1690. ſepultus in Ca„thedrali. De quo conſule Armannum Epiſtol. vol. 2. „pag. 294. 295. 151 & Ciampinum in ennarratione „Abbreviatorum de Parco majori pag. 43.

LXXX „SEBASTIANUS Pompilius Bonaventura nobi„lis Urbinas, I. U. Philoſophia, & S. Theologia Do„ctor, inter Canonicorum numerum Urbinatenſis Me„tropolitanæ cooptatus, morte ſublato Archiepiſcopo „Candiotto Vicarii Capitularis ex omnium voto munus „geſſit, & cum Propontifex Capuana Metropolis nomi„ne Cardinalis de Cavaleriis illius Civitatis Archie„piſcopi in Urbe commorantis rem Eccleſiaſticam expe„dito ſuſtineret, ad clavum hujus navigii ab Alexan„dro VIII. admotus eſt die 27. Novembris an. 1690. 5. „deinde Kal. Januarii ejuſdem anni ingenti omnium „plauſu poſſeſſionem inivit. Lucent.)

(„Nobile ſatiſque amplum Clericorum ſeminarium „conſtruxit; atque ad infulas montis Faliſci, & Corne„tan. translatus fuit die 15. Novemb. 1706.

LXXXI. FABIUS Mancinforti Diaconus Nobilis Firmanæ „Diœceſis, I. V. D. Archiconfraternitatis SS. An„nunciatæ, necnon Congregationis S. Hieronymi de „Charitate, aliorumque piorum locorum de Urbe De„putatus obtinuit Epiſcopatum Eugubinum 11. Aprilis „1707. Et in hac proviſione Sanctiſſimus declaravit, „quod non intendebat juribus Eccleſiæ Metropolitanæ „Urbinatenſis circa prætenſum jus Metropoliticum quo„modolibet competentibus, ſuper quibus lis pendebat in„deciſa, in aliquo præjudicare. D

FANENSES

(1) EPISCOPI.



FANUM Umbriæ Senonenſis non admodum ampla Civitas, ſed amœniſſima tamen, in litore B Adriatici maris inter Piſaurum, Senogalliamque non procul à Metauro flumine ad Flaminiæ viam ſita, ita à priſcis creditur appellata, quòd nobiliſſimo olim Fortunæ Templo fuerit nobilitata, conſtatque fuiſſe illam antiquiſſimam Civitatem, ut Claudianus prodit de Sexto conſulatu Honorii, cum ita inquit in Panegyrico,

Latior hinc Fano recepit Fortuna vetuſto.

In hanc Civitatem Cæſar Auguſtus deduxit Coloniam, quàm Juliam Feneſtrem fuiſſe appellatam narrat Pomponius Mela. Hujus in ſuis ſcriptis meminerunt Cæſar, Vitruvius, Strabo, Plinius, Tacitus, Frontinus, Ptolomæus, Procopiuſque Gothicarum rerum, & alii. Nemo tamen illorum Fani exordium retexuit, præter Gothifredum in ſuis Annalibus. Scribit enim, Fanum ita à Romanis conditoribus fuiſſe appellatum, tunc cum inter Furium Camillum Romanum ducem, Brennumque Gallorum Ductatorem, exarſiſſet bellum propè Metaurum. Siquidem Romani cum contra Brennum favorabilem experti fuiſſent fortunam, in memoriam tantæ partæ victoriæ, Fanenſem ſtruxere Civitatem, ut præſtiti à fortuna C favoris ſempiternum monumentum extaret. Sed hæc Gothifredi narratio fabuloſa videtur; Furius enim Camillus non propè Metaurum, ſed via Gabinia, octo tantùm milliaribus procul à Roma, inſultantes Gallos profugit, ut ſcribit Livius, ob eamque victoriam Fana, Templaque Deorum reſtauranda curavit. Ab Auguſto olim circumdata muris fuit, ejuſdemque munificentia, ſumptuoſus, & ad miraculum pulcher arcus triumphalis in ea ad faſtigium crevit, qui uſque ad Pii II. tempora injurias temporum, bellorumque deluſit, donec anno 1464a. bombis, tormentiſque majoribus, juſtorum præliorum pernicie, virorumque fortium dedecore ineluctabili, tandem dejectus, excidium ſenſit irreparabile. Conſtantius, Conſtanſque Imperatores ſemel Fanum reſtaurandum curarunt. Totila olim eandem Civitatem ſolo æquavit, ut non minus protervè Piſauro paulo ante eandem cladem intulerat, cujus ruinas, ut narrat Blondus, Beliſarius miſeratus, iterum Fanum excitavit ad decus. Diu hæc Civitas Tyrannos, dominoſque mutaD vit. Siquidem Malateſtæ priorum ejus dominium arripuerunt, tum & Sfortii *b* Principes, donec lene, miteque Eccleſiaſticum ſummorum Pontificum jugum ſubiret, ſub quo hactenus feliciſſimè conquieſcit. Semel Chriſti fidem proſeminatam in Fano S. Paternianus ejus Civitatis primus Epiſcopus irrigavit, perſolvitque, cujus S. corpus in Cathedrali *c* honorificè conditum jacet, tanquam Patroni, divique tutelaris ejuſdem Fanenſis Epiſcopus inter Romanæ Provinciæ Præſules numeratur, ſubeſtque immediatè Romano Pontifici. Cathedralis Eccleſia B. Mariæ Aſſumptæ dicata eſt, ac in ea SS Fortunati, Urſi, & Euſebii Epiſcoporum, aliæque ſanctorum reliquiæ aſſervantur. Duæ in ea ſunt dignitates, Præpoſitura, & Archidiaconatus, Canonici 12. inter quos Pœnitentiarius; ſunt & alii presbyteri, & clerici eccleſiæ inſervientes. Parochiales Eccleſiæ intra Civitatem 16. nu-

a 1463.

b Sfortia gens nunquam Fani fuit domina. *Gaſparolus*.

c D. Paterniani corpus nunquam quievit in Cathedrali. Olim venerabatur in Eccleſia ejus nomini ſacra apud Monachos Benedictinos: nunc jacet in Eccleſia Canonicorum Regul. S. Salvatoris. *Gaſparol*

(1) Faneſtrienſes, & à Faneſtris in antiquis Conciliis etiam dicuntur, cum hæc urbs Faneſtria apud Priſcos diceretur, & Colonia Faneſtris ſub Triumviris deducta, & Fanum Fortunæ Faneſtriæ. Quod nonnullis causa [illegible] fuit Faneſtriam aliam effingendi Urbem Epiſcopalem in Romandiola, nunc in [illegible] jacentem. *Lucent.*

numerantur, ſanctimonialium Cœnobia tria, virorum octo, ſeminarium puerorum optimè inſtitutum, laicorum confraternitates 8. Hoſpitalia pro peregrinis, & expoſitis quinque, loca duo pia pro pauperibus puellis, ac pueris educandis. Diœceſis continet Oppida, & Caſtra viginti, partim cis, partim verò trans Metaurum flumen ſita.

ADDITIO.

(„*In Cathedrali Fanenſi præter Pœnitentiarium habetur etiam Theologus, & ſex Beneficiati. In urbe, in qua 6000. circiter mortalium vivunt, Monialium Cœnobia 5. viſuntur, virorum 9. præter Patres Oratorii S. Philippi Nerii, atque non longe ab urbe Eremitarum Camaldulenſium monaſterium. Adeſt etiam Nobilium Collegium, quod vulgo ab inſtitutoris cognomine, Nolfi appellatur: in quo præclariores facultates Philoſophia, Theologia, Utrumque jus, Medicina, & Mathematica explanantur: cuique Clemens X. ea Privilegia, quibus gaudent Univerſitates, communicavit edita Bulla Dat. 16. Maji 1672. Oppida vero, vel Caſtra Fanenſis Diœceſis, prout vernacula lingua recenſentur, ſunt*: Carrocceto, Monte Giano, Sargni, Saltara, Pozzolo, Ripalta, Serongarino, Monte Bello, Monte Maggiore, Mondavio, Orciano, S. Coſtanzo, Barchi, le Piaggie, S. Giorgio, Cereccia, Poggio, Bupoli, e Cavaloſa. *Atque in his 20. circiter Animarum millia enumerantur. Epiſcopalis Menſa annuis redditus 2000. Scutorum ſummam complens: Eorum taxa eſt Flor.* 300. Gaſpar.)

Non mediocri beneficio Bernardino Borgaruccio hujus Urbis civi optimo devicti ſumus, qui humaniſſimè multarum mihi rerum cognitionem eſt impertitus, quarum opera, aliarumque ex variis monumentis petitarum, quæcunq; de hac eccleſia in lucem edi potuerunt, adduximus; cujus eruditionis fama latius circumferretur, ſi pulcherrima ab eo edita ſcripta, ac præcipuè opera ejus moralia, ac politica in quatuor diviſa partes ex ipſius muſeoli tenebris, in quibus nũc jacent, emerſiſſent; eaque ſpero aliquando ad doctorũ ſolatium in lucem emanatura. Seriem hujus Eccleſiæ Præſulum hanc habe lector, quam ex variis monumentis, ſcripturiſq; ſolito noſtro, & amici labore eruimus, protuliimuſque poſteritati ad perennitatem.

I. 1. S. PATERNIANUS Fanenſium primus Epiſcopus, floruit ſub Diocletiani perſecutione anno conditæ ſalutis 300 qui, Angeli admonitu, cum Avito, Maurentioque candidiſſimis ſociis, in ſolitudinem quandam non procul à Fano ſeceſſit, eremiticam vitam, donec ejus perſecutionis deſæviret procella, culturus. Ibi quamplurimos diaboli hoſtiles incurſus ſuſtinuit, hoſteque devicto, quam plurimis miraculis in ea ſolitudine coruſcavit. Eccleſiaſticis deinde cum, Magni Conſtantini virtute, tranquilla res foret, famaq; longè, latèque divulgaſſet Paterniani virtutes, Fanenſibus Civibus exorantibus, Sylveſter Pontifex agere Epiſcopum apud Fanenſes Paternianum juſſit. Perculſit illicò ſolitudini, tranquillitatique aſſuetum animum tumultuoſior illa cura, ad quam fuerat repentè vocatus, negabatque aliorum recta educatio à ſe poſſe ſperari, qui proprii animi culturam ſoleret per ſummam inertiam negligere. Sed cum deinde Põtificis imperio Maurentii Abbatis acceſſiſſet conſilium, epiſcopale tandem onus Paternianus ſubivit, tantoque animi ardore eam Provinciam amplexatus eſt, ut brevi idolatria ſtrenuè expugnata, Chriſti fidem feliciſſimè quaquaverſum protulerit, pluraque templa ad divinum numen colendum fundaverit. Cæterum Paternianus cum in bonis, clariſque operibus conſenuiſſet prævidiſſetq; ex divino inſtinctu fore, ut brevi decederet, poſt ſuæ adminiſtrationis 42. vel ut alii volunt 45. annos, evolavit ad ſuperos die 10. menſis Julii (1) ſepultuſque eſt in Cathedrali, quod poſtea templum ejus nomini conſecrarunt. Hic princeps Fanenſium Civium Tutelaris eſt, cujus dies feſtus Fani quotãnis ſolemnis habetur. Ex actis illius manuſcr.

2. VITALIS Epiſcopus Fani Symmachi Papæ temporibus floruit, Romanæque ſynodo interfuit anno 498 *a*. II.

3. S. EUSEBIUS Epiſcopus Fanenſis Vitali ſucceſſit, qui in S. Synodo Romana reperitur ſubſcriptus ſub eodem Pontifice Symmacho anno 504 *b*. ſubque Gelaſio I. (2) ubi ſe ſubſcribendo nominat Epiſcopum Fanestrenſem. Ejus ſacrum corpus marmoreo ſepulchro aſſervatur in Cathedralis ſacello ejuſdem nomini conſecrato. Ejus feſtum in 18. diem *c* Aprilis intercurrit, inque Fani Cœlitibus tutelaribus numeratur. III.

4. LEO Epiſcopus, floruit anno 589. cujus meminit Gregorius Magnus in regeſt. epiſt. lib. 5. cap. 147. („*Cap.* 47. *Deceſſit autem an.* 596. Gaſparol.) IV.

5. S. FORTUNATUS Leoni ſucceſſit circa annum 590. (3) Hunc narrant erga Chriſtianos captivos adeò deflagraſſe charitate, ut ſacris divenditis vaſis, illos duriſſima ſervitute eximeret. Quod ſanè præclarè factum (ut ſæpe piis mentibus evenire ſolet) cum Fortunato veniſſet in ſuſpicionem, Gregorium Magnum conſuluit, an in hujuſmodi pios uſus ſibi liceret ſacra vaſa diſtrahere. Cum in facti favorem retuliſſet reſponſum *d*, perrexit eſſe pius, donec ipſe corpore, quaſi è duriſſimo carcere exſolutus, evolaret ad cœlum 6 *e*. idus Junii; cujus ſacrum corpus apud Cathedrale templum in arca marmorea aſſervatur, ubi tamquam Divi Tutelaris ejus Civitatis quotannis feſta dies concelebratur. De B. Fortunati Epiſcopi vita tractatum edidit Joannes Nonantulanus, quem nos hic ex antiquiſſimo codice pergameno Auguſtiſſimæ Nonantulanæ Abbatiæ deſcriptum ad majorem ejuſdem Sancti gloriam libenter ſtudioſo lectori damus *f*. Sic enim ſe habet. V.

Inter ſacros Dominicæque Vineæ cultores, qui tenera arbuſta in agro plantata Dominico cœleſtibus aquis infundunt, qui ad proferendum juſtitiæ germen terram alieni cordis fæcundam efficiunt, qui ovile Dominicum à lupis inſurgentibus protegunt, qui venenatis pravitatis hæreticæ jaculis clypeum catholicæ defenſionis opponunt, glorioſus B. Fortunatus, velut lucidum ſydus ſimul, & forma doctrinæ ſalutis effulſit, cujus fuerat in cogitatione ſobrietas, in ſermone modeſtia, in operatione conſtantia, in fide ſoliditas, in ſpe longanimitas, in charitate perfectio, in exhortando quoque fuerat alacer, in corripiendo ſeverus, in conſulendo benignus in ignoſcendo facilis, in iraſcendo difficilis, in operando ſollicitus, in docendo aſſiduus. Conſtitutus in corpore, corruptionem corporis ignorabat, quia carnis infirma per vigorem ſpiritus ſuperabat, præter carnem vivebat in carne, ſic vivebat in mundo, quaſi non eſſet à mundo, imò nequaquam erat è mundo, nam quia Chriſti diſcipulus erat, profectò è mundo non erat, quia ipſum mundum cum ſuis pompis, & concupiſcentiis abnegans, carnem quoque ſuam omninò mortificans, nudus nudum Dominum ſequens crucem ſuam poſt dominum bajulavit, ita et Aulæ cœleſtis janua clauſa non eſt, quia talenta ſibi commiſſa piè diſpenſans, & fideliter augens, dum geminata lucra creditori ſuo reportavit, Domini ſui immutabile gaudium feliciter intravit, nullatenus à ſupernæ Patriæ remotus eſt ingreſſu, & dum fideliter in terreno tabernaculo militavit, in Cœleſti monte, feliciter quievit. Lætare itaque Fanenſis Eccleſia, & in laude tui conditoris erumpe, & quod tibi talem olim providit Antiſtitem, qui donec tibi corporaliter adhæſit in terris, ſacris te documentis inſtruxit, moribus decoravit, virtutibus exornavit, relicto tandem carnis ergaſtulo, cum Domini ſui gaudium coronatus intravit, à ſpirituum malignorum incurſibus te ſanctarum precum potenti brachio protegit. Spiritualibus igitur gaudiis plebs Fanenſis exulta tanto munita patrono, cuius dum ſacras reliquias pro amore veneraris in terris, ſanctis ab ipſo precibus confoveris in cælis. Hic orationes tuas, quas ei commendas intra ſanctuarium exauditionis divinæ, præſentat; hic tibi ſalutiferos imbres, copiam fru-

a Melius 499.
b 503.
c Quo die anni 542. obiit. De Euſebio Henſchenius in Actis SS. m. Aprilis tom. 1. pag. 542. Gaſparolus.
d Lib. Greg. l. 5. Epiſt. 29.
e Ann. 625.
f Et nos pluribus mendis purgavimus collatum cum eo, qui integer refertur ab Henſchenio in Actis SS. Menſe Junio tom. 2. pag. 106. ubi de S. Fortunato.

(1) Obiit D. Paternianus die 13. Novemb. quo à tota Diœceſi ſub ritu Duplicis primæ Claſſis cum Octava ejus feſtum celebratur. Dies verò 10 Julii habetur item feſtus eidem Sancto ob ſolemnem ejus corporis translationem, quæ eodem die anno 1551. contigit fieri. Cæterum nunquam in Cathedrali ſepultus fuit in ſacello extra urbem, quo ſolebat ad orandum ſecedere: inde in Eccleſiam ejus nomini ſacra prope urbem delatus fuit, denique intra mœnia apud Canonicos Regulares tranſlatus, ubi adhuc veneratur, & colitur. Gaſpar.

(2) At Gelaſii tempora Vitalem præceſſerunt, vel hoc Vitalis ipſe implevit, qui Symmacho poſt Anaſtaſium Gelaſii ſucceſſori in Synodo prædicto fuit. [illegible].

(3) Verum cum extent ad Vitalem literæ Gregorii Indictione XII. ſcribendum eſt tardius anno 590. Fanenſibus Epiſcopum attributum fuiſſe: quod evenit an. 596. Gaſparolus.

ctuum, cœli ſerenitatem, & corporum columitatem implorat, hic ſinum Divinæ miſericordiæ aperit, & divinæ pietatis aures, quas peccando concluſerat, hic interpellando ſacris orationibus reſerat. Et quantum patronus hic tuus te pio amore dilexit, patet ex retrotranſactis miraculis, ex quibus maxima emiſſunt exhibitæ dilectionis inſignia. Ut enim reverenda ſenum teſtatur auctoritas, Eccleſia quondam extra urbem non procul à muris fuerat dedicata, in qua Beatiſs. Fortunati venerabile corpus honore debito fuerat collocatū. Accidit autem, ut plebs devota fidelium non longè ab illa, quam præfati ſumus, ad honorem B. Paterniani ædificaret eccleſiam. Unde factum eſt, ut populi ſemper novitate gaudentes antiquam negligentes eccleſiam, novam baſilicam devotius frequentarent, ibique ſuæ venerationis vota perſolverent. Tandem igitur Petrus Antiſtes, qui Fanenſi Eccleſiæ præerat, inſtanti populorum ſupplicatione pulſatus, Abbati ordinato in B. Paterniani cœnobio veterem illam conceſſit Eccleſiam, ejuſque dominio improvida aliquantulum diſcretione commiſit. Abbas itaque uſurpata licentia, cogitans, ne in venerabili illa veteri Eccleſia aliquando ſibi impedimentum afferret ſacroſanctum corpus B. Fortunati, cupiebat auferre, ut in nova, quam conſtruxerat Baſilica collocaret. Hoc Epiſcopus cognito, ad præfatam Eccleſiam cum ſuis clericis properavit, Abbati præcipiens, ne ſanctum corpus audaci temeritate contingeret. Sed imminente populorum frequentia, prævaluit Abbas audacia, & ſacro corpore ſuper plauſtrum impoſito, bobuſque ſubiunctis, ad novam baſilicam properare conatur. Sed ecce ventus turbinis è regione prorumpens, tantam denſi pulveris nebulam in illorum faciem impetus ſui vigore contraxit, ut alter alterum non poſſet aſpicere, & ipſi boves in vertiginem ducti nequaquam valerent ultra procedere. Sed quoniam ſtultorum ſuperbia contumax, nec etiam flagellis acquieſcit, illatis verberibus, & ſtimulis, boves urgere, plauſtri rotas manibus adiuvare, illiſque tertio hanc temeritatem tentantibus, labor in nihilum cedere. Conſuluit tandem Epiſcopus, ut hominum ceſſante officio, res iſta divino committeretur arbitrio. Recedentibus igitur procul hominibus plauſtra ſubjuncti Boves, recta tramite tendunt ad urbem neque à dextris, neque a ſiniſtris ab itinere deviant, donec cum ſacro corpore Epiſcopalem eccleſiam intrant: frequens adeſt populorū conventus, lætitiæ voces ad cœlū tolluntur, Magnalia Divina laudantur; exultant Fanicolæ cives, qui venerandis reliquiis tanti Pontificis non privantur: ſacrum corpus plauſtro deponitur, hymnis, & laudibus, crebriſque vigiliis honoratur; ſaxea pyramis erigitur, in qua ſanctum corpus cum locello in quo fuerat, honore debito collocatur. Sub eodem tempore, quo vetus illa de qua locuti ſumus B. Fortunati Baſilica ob populi iniuriam fuerat derelicta, ſæva mortalitatis peſtis immiſſa, Fanenſem populum devaſtabat, quæ mox receptis ſacris in Urbe reliquiis, impetrantibus hujus almi Præſulis meritis, ſedata quievit. An mortem incurriſſe S. Fortunatus dicendus eſt, qui æterna vita coniunctus eſt, qui etiamſi corporaliter à nobis abſens eſt, per crebra miracula ſemper præſens nobis eſt? Lætare igitur Fanenſis Eccleſia ſpirituale gaudium ſume, quia nequaquam te Pontifex tuus deſeruit, & qui olim te ſpiritualibus alimentis inſtituit, etiam nunc præclaris ſignis illuſtrare non deſinit. Ut enim de innumeris pauca narremus, illud præcipue notificare curavimus, quod ante paucos annos multorum oculis oſtenſum innotuit, ut eo veriſſimum cunctis appareat, quo plures adhuc in carne viventes exiſtunt, qui hoc ſe vidiſſe affirmant.

Anno itaque ab Incarnatione 1113. cum plebs Fanenſis pia dubitatione perquireret, ubi vel quomodo hujus almi Pontificis oſſa quieſcerent, placuit tandem ut pyramidem illam confringerent, in qua ſacrum corpus cum ſacello ſuo contineri majorum ordinatione didicerant. Igitur pyramis evertitur, ſaxea arca detegitur, detecta aperitur, venerabilis ille theſaurus, qui quærebatur intus aſpicitur, & quoniam charitas electorum ſancta ſemper ſocietate congaudet, quia nec ſingularis eſſe charitas poteſt, alii duo cum ipſo reperti ſunt, quorum ſacra nomina ſuppoſita ſcriptura declarat, dum alterum Euſebium, alterum Urſum vocari denunciat. Et merito tres iſti Pontifices uno Mauſoleo clauduntur, qui eadem fide Trinitatis, & unitatis inſtructi, eadem Pontificali dignitate ſublimes, ejuſdem Fanenſis Eccleſiæ ſacri Rectores, ad eandem felicitatis gloriam perpetuam pariter pervenerunt. Sed detectis venerandis reliquiis, tum verò cerneres nivis candorem in oſſibus, ut jam in illis futura per reſurrectionem glorificationis imaginem præſignares: odoris quippe fragantia tanta manabat, ut mirrhæ, & balſami, & omnium unguentorum odoramenta incomparabili ſuavitate tranſcenderet. Saxea quoque arca B. Fortunati ſanctificata reliquiis contra naturalem ſoliditatis ſuæ duritiem ſacrum cœpit emanare liquorem, adeo largiter, ut & ipſa tota madeſceret, & ſuppoſitum pavimentum ſtillicidiis ſacris infunderet. Sed ſacer ille liquor exceptus à pluribus diverſum diverſis eſt operatus effectum, dum aliis ſalutem, aliis contulit detrimentum. Etenim ſpiritualia dona, Paulo teſtante, aliis vitæ præſtant odorem, odorem aliis exhibent mortis, & Dominus Jeſus juxta vaticinium Simeonis, aliis in reſurrectionem, in ruinam aliis poſitus fuit. Et quoniam bonum malè accipienti commutatur in malum, Domini Jeſu bucella, quæ electos ſanctificavit Apoſtolos, impium Judam deteriorem fecit, dum ab ipſo diabolum non expulit, ſed incluſit. Nam ſicut Evangeliſta teſtatur, mox ut bucellam Judas accepit, in illum diabolus introivit. Caveas ergo & tu, cujus conſcientiam pondus iniquitatis onuſtat, ne ad ſpiritualia dona non purificatus accedas: quia dum immundus munda contrectas, benedictio tibi in maledictionem mutatur, & qui aliis vitam conferret, tibi perniciem operatur. Renovatur autem iſtud revolutione annua miraculum, & dum B. Fortunati feſtivitas colitur, de ſaxi duritie liquor ille ſalutaris egreditur, & ut plus mireris, in menſe Junio cum ſolis ardor vehementer incandeſcit, ſaxum natura rigidum mollitiem accipit, & ne forte hoc natura lapidis imputes, mox tranſeunte feſtivitate, hoc miraculum deſinit. Memini quoque me licet indignum huic interfuiſſe ſpectaculo, petram totam vidiſſe madeſcere, & dictum mirabile! manna cæleſte ſaxo repente [a] defluere. Unde te Fortunate ſacer toto corde laudamus, qui nos miraculis tantis illuſtras, quia dum nobis ſigna exterius exhibes, divinæ cognitionis interius nos luce perfundis. Hoc quippe confirmari miraculo te veneramur aſcriptum inter Senatores Aulæ cæleſtis. Hinc quæ de te piè dicuntur, vera eſſe perpendimus; hinc pulſati fratrem Fanenſium precibus, ad tuas laudes ſcribendas acceſſimus. Immo nequaquam nos iſta componimus. Tua ſunt Pater ſancte iſta, quæ dicimus. Tu ſcriptor es, ego ſum tibi calamus; tu per me characteres ſignas, per me populis cognoſcenda fidelibus tua miracula mandas. Utinam excellentiſſime Præſul me idoneum calamum ſacris manibus tuis efficias; Utinam mea ſervitutis officium tibi complaceat, Utinam me tua merita protegant, & in qua ſublimatus exultas ad ſocietatem patriæ ſupernæ perducant. Nonne te Fanenſis Civitas limpidiſſimum irrigavit gratia Divina fluentum, cum impetrantibus B. Fortunati meritis dæmones effugatos, infirmos curatos, claudos erectos vidiſti? unde ſi te ſitis egregia divinæ cognoſcendæ virtutis excurit, audi, quod tibi proponimus inſigne miraculum, in cujus fonte extinguere poteris deſiderii æſtuantis incendium.

Quædam mulier paupercula, quam fere omnes noviſtis, quā ego quoq; cognitam habeo, pluribus narrare ſolebat, quod in noctis viſione cognoverat: cujus quidem verba nequaquam ab ejus ore ſuſcepi, ſed fideles teſtes, & ſubſequentia circa ipſam declarata miracula fidem præcedentibus aſtruunt. Quæ in Urbinati territorio mediocri genere nata ex altera parte corporis erat invalida, adeo ut digiti retorta manus brachio tenaciter adhærentes, adhuc oſtendant complexionis ingratæ veſtigia, & contractum crus pedem à terra ſuſpenderet, & juxta genitalia applicaret. Cruciabatur itaque ingente inopia, morbo quoque torquebatur appoſito. Devotis precibus Dominum exorabat, ut mori permitteret, quam totam vivere non ſinebat. Adeſt nox quæ finem curis imponet. Debilis ex ſomno reſolvitur, divinitus ei conſilium ſalutis recuperandæ tribuitur. Aſpiciebat ergo in viſione nocturna, videbatur ſibi, quatenus dum alii fluminis ripam baculo ſubſtentata præcederet, anguſtum tandem, & difficile reperit iter, cujus etiam expediti pericula formidarent; cum à dextris ſtantibus rupibus diverticula nulla paterent, à ſiniſtris fluvius præcipitanter incederet, ante oculos vehemens præcipitium immineret.

In-

[a] al. Rigente.

Intentabant ei undique omnia mortem, & ut majoris infortunii terror accederet, baculum quo ſuſtentabatur, delapſum alveus torrentis accepit. Sed circumſpiciens quonam modo ſublevaret aſperos caſus, videt ecce duos ſenes non procul aſſiſtere, quorum alterum patrem ſuum eſſe cognovit, quem iam defunctum eſſe meminerat, alterum vero, qui vultus admodum fuerat venerandi, minime cognoſcere potuit. Paterna eam ſollicitudine pater alloquitur, ne timeat exhortatur, recuperandæ ſalutis fiduciam præbet, ſi ad B. Fortunatum Fanenſis Eccleſiæ Præſulem venire feſtinet. A ſomnis tandem evigilans mulier, hanc ſecum viſionem ſæpe retractans, utpote de ſalute recuperanda ſollicita laborem aſſumpſit itineris, & baculo ſuſtentante ſubnixa, Fanenſium Urbem vix demum fatigata ſubivit. Quantam tibi gloriam tuus præſtat Antiſtes, plebs intuere Fanenſis. A remotis finibus languidos evocat, & cum eos ſuccurrere in regione propria valeat, te tamen ſolam ſuis miraculis illoſtrare deliberat; at ſicut in terris vivens cibaria tibi ſacra prædicationis impendit, ita nunc in cœlis conſiſtens laudibus te præclara virtutis honoret. Mulier igitur urbem ingreſſa, B. Fortunati frequentabat oratorium, prece ſedula ejus implorabat auxilium, quatenus conſequeretur ſalutis promiſſæ fructum. Sed ut futurum circa illam miraculum magis celebre fieret, cunctis fere Fanenſibus oſtiatim victum quærendo prius innotuit, quam fructum optatæ liberationis acceperit. Sed tandem aliquando cum juxta tumulum B. Fortunati procumbens oraret, magnus eam repente ſtupor invaſit, adeo ut ſenſu derelicta jaceret, & apertis oculis penitus nil videret. Interim ejus oſſa contorta, quemdam fragorem emittunt, nervi ſiccati vireſcunt, & quos morbos male contraxerat, ad proprios uſus virtus Divina reformat. Ad ſe tandem reverſa mulier, tremebunda ſurrexit, & utroque pede ſubnixa, non adhuc ſe ſanam intelligens, baculum quo ſuſtineri conſueverat, in pavimento quærebat. Quod ut circumſtantes aſpiciunt, contra morem ſolitum illam incedere admirantur; quid ſibi contigerit, ſollicita intentione perquirunt. Confitetur illa, quæ circa ſe divinitus facta cognoverat, in lætitiam mox omnes prorumpunt, Divinam Omnipotentiam laudant, B. Fortunati merita venerantur. Verumtamen prædicta mulier ſine baculo quidem incedit, ſed adhuc claudicat; quod ex divina diſpenſatione arbitror eveniſſe, ut in altero divinæ munera pietatis intelligat, in altero ſeveritatem adhibitæ correctionis attendat. Etenim Dominus omnipotens pauperes ſuos pia ſeveritate flagellat, ut eo magis fulgidiores efficiat, quo vehementius in camino mundanæ tribulationis examinat. Amplectenda ſunt nobis divina flagella hujuſmodi, & æquanimiter toleranda, quia ab hæreditate paterna indignus excluditur, qui paterna caſtigatione commonitus, nullatenus emendatur. Hactenus codex.

VI. 6. S. URSUS, hactenuſque in Divis Tutelaribus ejuſdem Civitatis numeratur *a*. Hujus reliquiæ in Cathedrali aſſervantur, ejuſque feſta dies in 15. diem menſis Maji intercurrit. Haud ſatis conſtat, an ante, vel poſt S. Fortunatum floruerit, quamvis in tabulis ejuſdem Eccleſiæ vixiſſe dicatur anno 625. Errant autem, qui dicunt vixiſſe illum Conſtantini Magni temporibus, cum Paternianus Fanenſium Præſulum Princeps Eccleſiam illam moderaretur. („ *Obiit an.* 639. Gaſparolus.)

a De hoc Henſchenius in Actis SS. menſis Maii tom. 3. p. 501.

VII. 7. SCHOLASTICUS Laterano Concilio interfuit à Martino Pontifice celebrato anno 647 *b*.

b 649.

VIII. 8. DOMINICUS VI. Magno Concilio Conſtantinopolitano interfuit ſub Agathone Pontifice 680.

IX. 9. AMATUS, ſive Armatus ann. 743. apud Baronium. („ *In Concilio Romano ſub Zacharia ubi dici-* „ *tur Amatus*. Gaſparolus.)

X. („ PECHUS, *de quo infra Ughellus ad an.* 1113.).

XI. („ AGRIPERTUS *Faneſtrienſis Epiſcopus deſcri-* „ *bitur in Concil. Rom. an.* 826 *ſub Eugenio II. ut conſtat* „ *ex editione Conciliorum Labbeana to.* 8. *p.* 103. Gaſp.)

XII. 10. JOANNES autem floruit ann. 853. apud Baronium. („ *In Concilio Romano ſub Leone III. & poſtea ſub-* „ *ſcripſit alteri Rom. Concilio ſub Adriano II. ann.* 869. „ *vel potius* 868. *ut vult Harduinus in noviſs. Concil.* „ *editione*. Gaſparolus.)

XIII. („ MARCUS *interfuit Ravennatenſi Concilio an.* „ 877. Gaſparolus.)

XIV. 11. ROMANUS reperitur ſubſcriptus in donatione à Theodoſio Epiſcopo Firmano facta monaſterio S. Crucis coram Carolo Imperatore an. 887.

XV. 12. * RICHARDUS *c* ſubſcriptus invenitur in Synodo Raveonæ habita ſub Joanne XIII. ann. 967. („ *Hic complura ſua Cathedralis capitulo donavit, ut* „ *enũciatur in inſtrumento Emphyteutico an.* 1050. *quod* „ *in Canonicorum Archivo aſſervatur*. Gaſparolus.)

** Ex App. tom. 5.*
c Al. Richardus.

13. * RAYNALDUS Epiſcopus Fanenſis corpus S. Fortunati tranſtulit ann. 1012. (1) ut in inſcriptione nuper inventa prope tumulũ ejuſdem Sancti.

** Ex App. tom. 5.*

XVI. 14. ARDOINUS floruit temporibus IX. Leonis, à quo favorabile diploma obtinuit, ſibi concreditæ Eccleſiæ profuturum an. 1050. Ejus mentio habetur in Bulla Alexandri II. ann. 1062. Eccleſiæ Foroſempronienſi.

15. PECHUS *d* an. 1113. (2) tranſtulit corpus S. Fortunati olim Fanenſis Epiſcopi, ut in ejuſdem Sancti vita ſuperius relata narratur.

d Seu Petrus.

XVII. („ RAYNALDUS *Fanenſem Eccleſiam regebat* „ *an.* 1124. *Hoc anno ferè tota Cathedralis igne abſumpta eſt, eamque poſtea an.* 1140. *Raynaldus reædificandam curavit, ut conſtat ex antiquo lapide ſequentem* „ *inſcriptionem præferente. Extat in eadem Cathedrali* „ *prope ſacrarii januam.*

„ Hæc ubi combuſtis perierunt mœnia factis
„ Annis millenis centum ſenisque quaternis;
„ Præſulis hoc opus eſt Raynaldi tempore factũ
„ Quod plebs Fanenſis fecit currentibus annis
„ Sumptibus ex piis, quã rex Deus ipſe gubernet,
„ Royneriuſq; docta manu ſculpſitque Magiſter
„ Vigenis binis mille centumque peractis.
„ Hac die quo natus locus hic eſt igne crematus.

XVIII. „ KARBO, *Caſinenſis Monachus, atque S. Paterniani Abbas Raynaldo ſucceſſit, qui ann.* 1165. *die* 16. „ *Septem ſuo Capitulo donavit nonnulla prædia, & partem oblationum, quæ in Cathedrali fiebant: tum eidem* „ *eligendi Canonicos impertivit facultatem, quam deinde conceſſionem plures confirmarunt Urbanus III. Honorius III. & Julius II. Aſſervantur diligenter in dicti Capituli Archivo tum Karbonis donationis inſtrumentum, tum prædictorum Rom. Pontificum diplomata*. Gaſparolus.)

XIX. 16. MONALDUS *e* Concilio Romano interfuit ſub Alexandro III. anno 1179. Teſtis fuit donationi Henrici VI. Imperatoris Berardo Aſculano Archidiacono factæ anno 1195. Præſens fuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana anno 1197. Idem, M. Fanenſis Epiſcopus, ſic nominatur in literis Innocẽtii III. an. 1204. 5. Kal. Mart. Priori S. Sophiæ Fanenſis. („ *Ejus memoria extenditur ad an.* 1208. *quo interfuit conſecrationi Cathedralis Æſinæ, ut notat Baldaſſinus in Notitiis hiſt. ejuſdem Civitatis f.* 158. *Creditur obiiſſe Monaldus an.* 1214. Gaſp.)

e Monaldus apud. Hard. Concil. t. 6.

XX. 17. * RICHARDUS Epiſcopus Fanenſis anno 1214. cujus mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ. Hunc illum Fanenſem Epiſcopum eſſe exiſtimo, qui anno 1217. pro tuenda libertate ſuæ Eccleſiæ contra Alberghettum Poteſtatem, & Fanenſes cives egregie ferè uſque ad mortem decertavit, eumque excommunicationis vinculo innodavit, quamvis inde metu mortis territus, proteſtando, abſolverit. Rem totam nar-

** Ex App. tom. 5.*

(1) Lapis iſte, unde Raynaldi hujus exiſtentia comprobatur, nuſquam eliſtur: & cum illius nulla apud ætate quamquam provectiores homines extat memoria, neque Nolfius ipſi Ughello contaneus, qui S. Fortunati vitam multa curatam diligentia an. 1620. edidit, ejus non meminerit, facile adducor, ut credam, hujuſmodi inſcriptionem nunquam repertam fuiſſe. Certe ex Actis S. Fortunati clare conſtat in Cathedralem ejuſdem corpus tranſlatum fuiſſe à Peche, & non à Raynaldo: atque hunc nonniſi poſt ſno. ſaltem annos vixiſſe, ex inſcriptione, quam ſupra in ſerie retulimus ad an. 1124. manifeſte probatur. Ni velimus & alteram S. Fortunati tranſlationem, & alterum Raynaldum aſſerere: quod tamen utrunque potuit evenire.

(2) Non anno 1113. ut apud Ughellum legitur, ſed aliquot ſeculis citius. Nam in ejus vita dicitur: *Anno 1113. cum plebs Fanenſis dubitatione perquireret, ubi, vel quonam in loco almi Pontificis oſſa quieſcerent, placuit tandem ut pyramidem illam confringerent, in qua ſacrum corpus cum loculo ſuo antiquiori majorum ordinatione miſerant*: Quod ſignum eſt jam pridem factam fuiſſe tranſlationem ad Eccleſiam Cathedralem, in qua demum an. 1113. ſub pyramide repoſita fuerant. Et forte Petrus hic collocandus eſt poſt Amatum, qui ad annum 743. refertur. *Bollandiani* in tom. 2. Junii.

narrat Honorius III. in gravi, quam mox ſubiiciam, epiſtola ad Epiſcopos per Marchiam conſtitutos. Idem Pontifex alteram ſcripſit epiſtolam ad Epiſcopos Ariminenſem, & Senogallienſem, quas è reg. Vaticano habuimus.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Dilectis Fratribus, Epiſcopis &c.

PRophani Fanenſium actus innuunt, immo manifeſtè declarant illos eſſe timore, ac amore divini nominis vacuos, & quod inviti, ac dolentes dicimus reprobos circa fidem, cum in Eccleſias, ac in eccleſiaſticas curas ſævitias illas exerceant, à quibus abſtinet etiam ſævitia paganorum, illi enim loca ſancta, cum peccatis exigentibus traduntur, in manibus eorundem ſine reverentia tenent, & forte rituum ſuorum polluunt immunditijs, hi autem ea penitus diſſipant, & evertunt, ſicut ruina Foroſempronien. Eccleſiæ proteſtantur. Cum verò expectaremus, ut iidem Fanenſes recurrentes ad proprias conſcientias, & offenſam Dei, ac ſedis Apoſtolicæ cogitantes, ſaluti ſuarum conſulerent animarum ſatisfaciendo de impietatis hujuſmodi ſacrilegio, & abſolvi ab excommunicationis ſententia, qua propter hoc ſunt ligati humiliter poſtulando, ipſi quaſi contra Dominum, & ſalutem propriam conjurarent, ecce manus impias converterunt in viſcera Fanenſis Eccleſiæ matris ſuæ, primo Eccleſiæ ipſius hominibus exactiones indebitas, & inſolitas imponere molientes, & eamdem Eccleſiam, quæ illos in libertatem filiorum Dei, quantum in ipſa eſt, genuit, ſatagentes ſubijcere ſervituti. Cumque ven. frater noſter Fanenſis Epiſcopus Albergettum Poteſtatem, & communitatẽ Fanenſem rogaret, ac moneret benignè, ut hujuſmodi gravaminibus abſtinerent, cum ejuſdem eccleſiæ homines ab eorum collectis permanſiſſent hactenus liberi, & immunes, & ipſe, qui truce ſignatis indulto monitoribus prædictis adijciens, ut juxta ſtatuta generalis concilij revocarent ſanctiones iniquas præſumptas contra eccleſiaſticam libertatem, præfatus Al. obturans ejus juſtis, & ſalubribus monitis aures ſuas, ac totos ſenſus ſuos exacuens in ejuſdem Epiſcopi injuriam, & gravamina, quẽdam ipſius bajulum, qui pro eo, quod in commiſſa ſibi adminiſtratione ſe infideliter geſſerat ad dandum eidem quamdam pecuniæ quantitatem ſemel ipſum aſtrinxerat datis fidejuſſoribus, & præſtito juramento novo potentiæ genere ab ipſo iuramento abſolvit, fidejuſſoribus datis ab eo nihilominus abſolutis, ac deinde fecit per civitatem voce præconis interdici, ne quis ipſi Epiſcopo, vel ejus familiæ loqueretur, aut eis quicquam vendere attentaret, & ſic coegit eum ac cum tota familia ſua 22. diebus, quaſi obſeſſum in ſolis vivere leguminibus, nullo audente coquere ſibi panem, aut aliquid miniſtrare, ipſiſq; non audentibus palatium egredi metu mortis. Fama igitur per partes vicinas hujus impietatis ſævitiam nunciantes, venerabiles fratres noſtri Anconitanus, & Senogallienſis Epiſcopi, ac Prior fontis Avellan. aliiq; viri religioſi moti compaſſionis affectu, ad civitatem prædictam perſonaliter acceſſerunt, in quorum manus, & arbitrium poſt longos tractatus cõcordiæ idem Epiſcopus præciſè ponere voluit totam hujuſmodi quæſtionem, ſed dictus Al. hæc, & alia, quæ præfati Epiſcopi, & religioſi rationabiliter proponebant prorſus audire contemnens, iterum præſente dicto Senogallienſi Epiſcopo fecit per civitatem præconis voce clamari, ut nullus loqueretur iam dicto Fanẽſi Epiſcopo, aut aliquod exercere cõmercium cum eodem, & præſumptioni præſumptionem, ac furori furorẽ adijciens inhibuit ſub pœna banni, & vinculo juramenti, ut nullus miſſam, prædicationem, vel officium aliquod audiret Epiſcopo ſæpe dicto præſente, ut ſic ordine perturbato, ipſum Epiſcopum excommunicaſſe quodammodo videretur; videns ergo idem Epiſcopus locum amplius diſſimulationis non eſſe, cum dictus Al. de die in diem fieret inſolentior, & gravaminibus gravamina cumularet in ipſum, & judicẽ, ac totam familiam ejus excommunicationis, & in civitatem prædictam interdicti ſententias promulgavit. Porro cum dilectus filius Andreas ſubdiaconus, & capellanus noſter tunc in partibus illis officium legationis exercens, præfato Epiſcopo, & quibuſdam alijs convocatis in ipſos Fanenſes, & eorum complices pro deſtructione prædictæ Foroſempronienſis Eccleſiæ excommunicationis

A *ſententiam protuliſſet, ſed prædictus Al. per Nuncios ſuos mandavit ipſi Epiſcopo à præſentia dicti legati reverſo, ut excommunicationis, & interdicti ſententias, quas in ipſum, & judicem, & familiam ſuam, & civitatem Fanenſem protulerat, ac aliam quoque latam in mulierem quamdam, pro eo quod quamdam Eccleſiæ ſuæ domum contra juſtitiam detinet violenter ſine conditione qualibet relaxaret, nec impediret quominus ipſius Eccleſiæ homines impoſitam ſibi collectam exolverent, & de ſtatutis concilij toto tempore ſui regiminis intentionẽ non faceret, vel in aliquem ejus juriſdictionis ſubjectum excommunicationis ſententiam promulgaret. Cumque idem Epiſcopus nolens ejus malitiæ conſentire, offerret eidem, quod forte ijs omnibus in aliquos viros eccleſiaſticos compromitteret, & eorum arbitrium ſine refragatione qualibet obſervaret, dictus Al. verbis juſtitiam, vel æquitatem ſonantibus obturans aures, & animum more ſuo, ac de malo in pejus corruendo, demonſtrans ſe ſuper talentum plumbicum iniquitatis ſedere ſacriſtiam Fanẽſis Eccleſiæ, in qua erant corpora ſanctorum, indumenta,*
B *libri, & cætera eccleſiaſtica ornamenta cum capella, & quibuſdam alijs rebus ipſius Epiſcopi, ac oſtia univerſæ canonicæ ſecuribus frangi fecit, ac res ibidem inventas conſcribi, & Canonicos de ipſa Canonica ejici, ſubtractis eiſdem omnibus alimentis: Deinde miniſtri ejuſdem in Epiſcopale palatium irruentes, & Cameram ipſius Epiſcopi frangentes ſecuribus, ſcrinia in quibus privilegia, & inſtrumenta epiſcopatus poſita erant, penitus confregerunt, & expulerunt capellanum, & omnes ſervientes ipſius Epiſcopi de palatio, eo ſolum inter ſathanæ ſatellites remanente, quorum unus adhuc humanitatis aliquid retinens ſibi dixit in aure, quod præfatus Al. eum mutilare firmiter propoſuerat, ſi ea nocte in ipſo palatio remaneret, unde idem Epiſcopus de vero iniquitatis merito iniqua præſumens, ſtatim fugit ad altare majoris eccleſiæ veſtimentis, & calceamentis omnibus, quod etiam dicere pudor eſt, ſpoliatus, ibique cum ſeptem de ipſius loci Canonicis, & eorum familia permanſit tribus diebus, & noctibus ſine pane, vino, aqua, & omnibus alimentis, valvis eccleſiæ confixis clavis ferreis de foris, ne ipſis pateret*
C *egreſſus, & cuſtodibus deputatis circa ipſam eccleſiam, ne per feneſtras panis, aut edulium aliud inferretur. Poſtremo idem Epiſcopus in hujuſmodi mortis anguſtia poſitus, facta proteſtatione coram ipſo altari, & Canonicis antedictis, ne præjudicaret Eccleſiæ, quod tum certo mortis metu facere cogebatur, conſenſit, ut mortem effugeret dicti Al petitionibus ſupradictis. Præfatus vero legatus cũ hæc ad aures ejus impietas perveniſſet, ad Senogallienſẽ Civitatẽ feſtinus accedens, in ipſum Poteſtatẽ, & totum conſilium Civitatis Fanenſis ſolemniter promulgavit excommunicationis ſententiam, ſalva ea, quam pro facto præfatæ Foroſempronienſi Eccleſiæ tulerat in eoſdẽ. Licet igitur pœna ſeverior tantis deberetur exceſſibus, nos tamen mitiori utentes ad præſens præfati Legati ſententiam auctoritate Apoſtolica roboramus, & Civitatem prædictam diſtrictiſſimo ſubiicimus interdicto. Adijcientes, ut præfatus Al. & complices ejus, etiam finito ſui regiminis tempore, nihilominus eadem ſententia teneantur, nec ab eadem poſſint abſolvi, niſi perſonaliter propter hoc ad ſedem venerint Apoſtolicam, niſi*
D *forſan in mortis articulo conſtituti, uxorem quoque, ac familiam ejus ſententiæ ſubiicimus interdicti, auctoritate præſentium inhibentes, ut quamdiu ſæpedictus Al. in aliqua civitate, caſtello, ſeu villa perſonaliter fuerit, nullus ibi divinum præſumat officium celebrare, & ſi quis, & alicujus obligationis vinculo eſt aſtrictus, non teneatur eidem ſic ligato, aliquatenus reſpondere. Ad hoc ſub pœna excommunicationis diſtrictiſſime inhibemus, ne aliqua Civitas, caſtellum, ſeu villa ſupradictum Al. ullo unquam tempore in Rectorem, ſeu Poteſtatem aſſumat, ſententias ſi quas forte idem, vel aliquis auctoritate ipſius protulerit, quamdiu fuerit ſic ligatus decernentes irritas, & inanes nullo unquam tempore valituras, ſub pœna etiam excommunicationis diſtrictius inhibemus, ne quis cum Fanenſibus antedictis, donec ſuper præmiſſis eidem Epiſcopo, & Fanenſi Eccleſiæ congruè ſatisfecerint, aliquod præſumat commercium exercere. Ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute S. obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus,*

qua-

quatenus ſinguli per civitates, & diœceſes veſtras ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis per vos, & ſubditos veſtros hanc ſolemniter publicantes, eam præcipiatis, & faciatis quantum in vobis fuerit firmiter obſervari. Denuncietis etiam eiſdem Fanenſibus, quod ſi diu in ſua contumacia perduraverint, poterunt non immeritò formidare, ne civitatem ipſorum epiſcopali dignitate privemus, ut in quo deliquerunt, juſto judicio puniantur, & etiam inſolentiam brachii ſæcularis potentia comprimamus. Dat. Ferentin. II Kal. Octob. anno 2.

*H*Onorius ſervus ſervorum Dei. Dilectis &c. Ariminen. & Senogallien. Epiſcopis. Literas, quas nobis ſupra negotio Fanenſi, & Foroſempronienſi Eccleſiæ deſtinatis, intelleximus diligenter. Licet autem quidam cives Fanenſes, qui propter hoc ad præſentiam noſtram acceſſerant communis ſui nomine vitare voluerint noſtris ſupra hoc obedire mandatis, nos tamen cautionem hujuſmodi nequaquam ſufficientem in tanto negotio reputantes, negotium ipſum ad vos duximus remittendum, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus civibus Fanenſibus injungatis, ut ſatisfaciant ven. fratri noſtro Fanenſi Epiſcopo, & dilecto filio Foroſempronienſi electo, & ejus Eccleſiæ de damnis manifeſtis, de quibus ſine dilatione poteſt ſatisfactio exhiberi, aſtringentes ſe à quartodecimo anno ſupra præſtito corporaliter juramento, & pignorativa, vel ſaltem fidejuſſoria cautione, quod ſtabunt mandatis noſtris ſupra iis, quæ licet ſint manifeſta, emendari tamen ſine dilatione non poſſunt, & quod parebunt juri ſuper dubiis coram nobis, vel quibus hoc duxerimus committendum, potiuſque aut adimpleverint, quæ præmiſimus, relaxetis ſententias quibus propter hoc Fanenſis Civitas, & fautores ejus ſubjacere noſcuntur, Albrigettum, & alios juxta formam Eccleſiæ abſolventes ſpecialiter, qui pro offenſa præfati Epiſcopi in excommunicationem, vel canonem latæ ſententiæ inciderunt, eaſdem verò ſententias ſi forſan hæc adimplere noluerint, ſolemniter innovetis, & faciatis uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Laterani 10. Kal. Aprilis anno a 2.*

a III.

(„*Hic Richardus interfuit teſtis cuidam privilegio, „quo Aldobrandinus, atque Azzo Eſtenſes fratres tunc „Marchiæ Anconitanæ Domini, ſub annuo cenſu librarum centum Ravennatum civibus Fanenſibus remiſerunt omne jus, quod ipſis in eorum urbem competebat. Aſſervatur Originale in Archivo Fanenſis Magiſtratus dat. Auximi 18. Maii* 1214. Gaſparolus.)

XXI* *18. ALBERTUS Epiſcopus Fanenſis an. 1222. cujus meminit Rubeus in hiſt. Ravennatenſi.

* Ex App. tom. 1.

XXIII 19. A. b ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ ad Epiſcoparum auctoritate Innocentii IV. evehitur anno 1245. 4. id. Decembris, confirmata electione Capituli. Scribit idem Epiſcopo Senogallienſi, ut munus illi conſecrationis impendat, ep. 59. fol. 25. & ep. 60. fol. 125. tenor talis eſt.

b Adiutus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Epiſcopo Senogallienſi.

*E*X parte dilecti filii A. electi Fanenſis nobis extitit ſupplicatum, ut, cum electionem de ipſo tunc Eccleſiæ Fanenſis Canonico in eadem eccleſia canonicè celebratam ſupplendo defectum, ſi quis forte in ea extitit de plenitudine poteſtatis duxerimus confirmandam, & ipſi electo nimis diſpendioſum exiſtat pro conſecrationis munere obtinendo ad ſedem Apoſtolicam laborare, illud impendi ſibi in illis partibus mandaremus. Ipſius igitur precibus inclinati mandamus, quatenus præfato electo authoritate noſtra munus conſecrationis impendas, recipiens ab eo noſtro, & eccleſiæ Romanæ nomine juramentum, juxta formam juramenti, quod ipſo præſtabit de verbo ad verbum nobis per ejuſdem patentes literas ſuo ſigillo ſignatas, per proprium Nuncium quantocius ſtudens deſtinare. Datum Lugduni, 5. idus Decembris. anno 2.*

XXII. 20. Fr. GREGORIUS Faventinus (1) Ordinis Prædicatorum Epiſcopus fuit an. 1240. cujus S. Antoninus meminit hiſt. p. 1. de quo nihil reperimus in regeſt. ſummorum Pontificum. („*Videtur obiiſſe an.* „1245. *Quo eodem anno electus fuit Fanenſis Epiſcopus „ab Innocentio IV. Fr. Gregorius Bonaſpemus Peruſinus, Ord. Prædic. qui tamen onus renuit ſubire. Conſpicitur adhuc Peruſia in clauſtro Fratrum Prædic. „hujus tum pietate, tum doctrina illuſtris viri depicta „imago cum hac inſcriptione:* B. Bonamenſis Peruſinus Epiſcopus Fanenſis electus miraculis clarus. „*Hoc recuſante Fanenſem Epiſcopalem dignitatem „electus eſt Adiutus, quem ſupra litera initiali A... memoravit Ughellus.* Gaſparolus.)

(„ ARDUINUS *poſt Adjutum enumerandus ex „Reg. Vatic. an.* 1255. *quem decepius Faventinum „deſcripſit conſentiente Waddingo Ughellus.* Luc.) XXIV

21. Fr. MORANDUS è Signia caſtello, quinto ab urbe Florentina milliario diſtante, Prædicatorum inſtitutum jam inde ab adoleſcentia in monaſterio S. Mariæ Novellæ amplexus eſt, in cujus vitæ genere adeò profecit, literiſque excultus eſt, ut Callianus Pontifex renunciatus ſit in Umbria, deinde à Clemente IV. Pontifice ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1265. 4. Non. Octobris, ut ex regeſt. Vatic. colligitur ep. 51. fol. 36. deceſſit autem 1276. ut ſupramemorati monaſterii monomenta liquidiſſimè habent. XXV

22. FIDESMUNDUS Canonicus Cathedralis per viam compromiſſi à Capitulo electus, confirmatur à Nicolao III. an. 1278. id. Julii, & ab eodem conſecratur, ex reg. Vat. ep. 99. f. 24. Obiit an. 1283. XXVI

23. BONOMO ex Præpoſito Cathedralis Eccleſiæ à Capitulo electus confirmatur à Martino IV. an. 1283. Id. Decembris ex reg. Vat. ep. 86. f. 142. an. 3. Munus conſecrationis ſuſcepit ab Ordeoneo Epiſcopo Card. Tuſculano. Fato obiit an. 1288. XXVII.

24. FRANCISCUS Abbas S. Laurentii in campo Ordinis S. Benedicti Fanenſis diœceſis, defuncto Bonomo ab una parte Capituli poſtulatus in Epiſcopum, cum alia Leonardum Priorem monaſterii S. Mariæ de Portu novo Anconitanæ diœceſis ejuſdem Ordinis poſtulaſſet, Franciſcus confirmatur à Nicolao IV. anno 1289. 15. Kal. Maij reg. Vatic. ep. 148. fol. 142 Præfuit ad annum 1296 c. & ad Senogallienſem Eccleſiam translatus eſt. XXVIII.

c 1295.

25. BERARDUS Monachus Caſinenſis, Aquinas prius Epiſcopus adlectus eſt à Cœleſtino V. Sed cum idem Pontifex Papatui ceſſiſſet, nondum illo conſecrato, Bonifacius ſucceſſor Fanenſem Epiſcopum deligit anno 1296 d. 2. id. Decemb. ex reg. Vatic. ep. 584. fol. 132. Anno 1. Fato autem ceſſit ann. 1305. 13. Kal. Januarii ex Menologio Montis Caſini. XXIX.

d 1295.

26. JACOBUS Canonicus Cathedralis Eccleſiæ electus à Capitulo per viam compromiſſi, confirmatus à Clemente V. die 11. Kal. Februarii anno 1. ſucceſſit Berardo anno 1305. Fato ceſſit anno 1312. ex reg. Vatic. XXX.

27. JACOBUS ex Canonico à Capitulo electus confirmatur à Clemente V. anno 1312. 2. id. Junii an. 7. ep. 65. fol. 137. Conſecratur in curia per Martinum Archiepiſcopum Bracharenſem. Hic ſimul cum Petro Epiſcopo Calliano Epiſcopali dignitate exuti ſunt ann. 1327. quod contra Romanos Pontifices Federici Mōtis feltri rebellis perfidioſè partes faverent ex reg. Vatic. Joannis XXII. Datum Avenion. 8. Kal. Febr. an. 6. ep. 105. Qui poſtea Jacobus ad eandem Fanenſem dignitatem reaſſumptus fuit, ſanctique Franciſci Eccleſiam conſecravit anno 1335. ut literatum marmor proloquitur, quod ſuper portam ejuſdem Eccleſiæ præeminet ad legendum. Deceſſit anno 1342. XXXI

28. PETRUS patria Piſaurenſis, ex Canonico Fanenſi Epiſcopus eligitur à Clemente VI. an. 1342. 6. Id. Julii, ex reg. Vatic. ep. 19. fol. 129. an. verò 1351. Eccleſiam Scatoneti conſecravit. XXXII.

29. Fr. LUCAS Mannellus nobilis Florentinus, Ordinis Prædicatorum, antea Auximanus Epiſcopus, ad Eccleſiam hanc translatus eſt anno *1357. Hic Florentiæ fato functus eſt, ſepultuſque eſt in cœmeterio S. Mariæ Novellæ 1363. XXXIII.

* Ex App. t. 2.

30. Fr. LEO anno 1367. in Cathedrali templo Deiparæ Virginis Annunciatæ ſacellum erexit, cujus XXXIV.

(1) Hic debet anteponi Adiuto, ut patet ex annorum ſerie.

jus rei memoria exciſa in pariete affixa perſpicitur. A
(„ *Capellam Corporis Chriſti erexiſſe conſtat ex ſequenti, quæ adhuc legitur, inſcriptione:* Capella corporis Chriſti erecta per D. Fr. Leonem Fanenſem „ Epiſcopum 1378. *Obiit autem hic Præſul an.* 1388. *ut patet ex regeſt. Capitulari: quod erroris arguit VVaddingum, qui Leonem ann.* 1380. *defunctum affirmat* „ Gaſparolus.)

XX XV. 31. PETRUS Civis, & Epiſcopus Fanenſis, translatus de Maſſana Eccleſia anno 1380.(1) 26. Februarii, ex lib. oblig. Bonifacii IX. („ *Hic Ord. S. Auguſtini Alumnus ad Æmonenſem infulam e clauſtro vocatus eſt an* 1377. *inde translatus ad Maſſanam ann.* 1380. *è qua ad Fanenſem tranſiit ann.* 1389. „ *Deceſſit verò an.* 1394. Gaſparolus.)

XX XVI. 32. Fr. JOANNES de Bertoldis, Ord. S. Dominici, à Bonifacio IX. electus, ſucceſſitque Petro defuncto anno 1394 2. Id. Octobris. Hic Theologica facultate ſatis celebris fuit. Deceſſit autem 1407.

XXX VII. 33. ANTONIUS David Venerus demortuo Joanni ſuffectus eſt anno 1407. die 20. menſ. Maii, Gregorio XII. eligente. Eccleſiam S. Sylveſtri de Saltaria conſecravit anno 1410. die 15. menſ. Junii („ *Et antea* „ *an.* 1409. 11. *Aug. conſecraverat Fani Eccleſiam Auguſtinianorum S. Luciæ. Obiit menſe Julio ann.* 1416. „ *ex lib. Obl. Prælat. Martini V. pag.* 222. Gaſparolus.) B

34. ANTONIUS (2) Carbonus ſucceſſit Antonio, defunctuſque eſt anno 1413. hujus memoria extat in Cathedralis Archivo.

XXX VIII. („ *JOANNES Firmanus nobilis Fanenſis ex Epiſcopo Firmano Fanenſis electus eſt à Martino V.* 1. „ *Januarii* 1418. *Aſſervatur adhuc hujus electionis Bulla in Archivo Canonicorum. Mortem oppetiit anno* „ *ſequenti, ideſt* 1419. Gaſparolus.)

XX XIX. 35. Fr. JOANNES Seravallenſis, Ord. S. Auguſtini, ex Epiſcopo Firmano huc translatus eſt 1417. 14. Kal. Jan. E vivis autem exemptus eſt an. 1445. („ *Hic Fr. Io. Bertoldus ſucceſſit Io. Firmano electus à Martino V. ann.* 1419. *menſe Aprili. Obiit* „ 1445. *die* 1. *Februarii.* Gaſparolus.)

XL. 36. Fr. JO: HENRICUS de Tonſis, Fanenſis, Ord. Minorum, Joanni Seravallenſi ſucceſſit an. 1445 6. Idus Martii. Hic porticum Cathedralis ſubſtruxit; è vivis autem ſublatus eſt anno 1482. („ *Anno* 1680. „ *dum Palatium Epiſcopale ædificaretur, erutum fuit* „ *Marmor, ita tempus, quo dicta Porticus extructa fuit,* „ *indicans:* MCCCCLXXVI. Joannes Tonſus Pontifex Fani Divæ Mariæ Porticum dedit. Opus Marini Cedrini Veneti Architecti ædis B. Mariæ in „ Laurero. *Tonſus hic à VVaddingo Ann.* t. 2. *erroneè appellatur Franciſcus, quem egregio commentario Dantis carmina illuſtraſſe etiam affirmat.* Gaſp.) C

XLI. 37. Fr. ANTONIUS è Pinarolo Pedemontanus Ordinis Minorum Doctor celebris, cum jam provectæ eſſet ætatis à Sixto IV. Epiſcopus electus eſt Id. Auguſt. anno 1482. Deceſſit autem 1499. ſepultuſque eſt in Cathedrali in marmoreo ſepulchro, ejuſdem effigie, gentilibuſque inſignibus appoſitis, cum ſubjecto epitaphio.

R. D. Domino Antonio de Pinarolo ſacr. Theol. Mag. Ord. Minor. diverſis Provinc. iterum Miniſtro, Epiſc. Fanenſi, ſuæ Cathedralis Eccleſiæ prædiorumque omnium optim. reſtaur. bonorumque ſibi à Deo dat. hilari eleemoſ. hoc ſupereſt ſepulchrum. vixit ann. lxxxv. obiit anno ſalutis M. CCCC. IC. D

XLII. 38. JO: BAPTISTA Bertucciolus, Cæſenas, Monachus, ac Prior S. Mariæ de Monte Ord. S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, ab Alexandro Papa Epiſcopus adlectus eſt die 11. menſis Septembris an. 1499. Sub. Leone deinde X. Lateranenſi Concilio interfuit *a*, atque in Cathedrali tumulatus. („ *Hic Palatii Epiſcopalis partem, quæ ad Septemtrionē vergit, ædificavit: ejuſq; gentilitia ſtēmata adhuc* „ *ſupra feneſtras viſuntur. Primus fuit ex Epiſcopis* „ *Fanenſibus, qui Regularis ex indulto Leonis X. dat.* 13. „ *Decemb.* 1517. *viridem galerum deferret. Fato ſublatus eſt, an.* 1518. Gaſp.)

a n. 1514.

39. GORUS Gherius Piſtorienſis, à Leone X. electus eſt 1518. die 10. menſ. Novemb. Vicelegationis munere Bononiæ egregiè perſunctus eſt, plurimiſque aliis eccleſiaſticæ ditionis Civitatibus incorruptè jus dixit. Fanenſi demum Epiſcopali munere libens, volens, abivit anno 1528. („ *Hoc eodem anno* „ *deceſſit Bononiæ, atque in Eccleſia S. Petronii magnificè elatus ſepultus fuit. In Epiſtolis Principum tom.* „ 1. *pag.* 11. *ſuſcribitur electus Fanenſis epiſtolæ dat.* 21. „ *Ianuarii* 1518. Gaſp.) XLIII

40. HERCULI Cardinali Gonzagæ Fanenſis Eccleſia tamquam adminiſtratori demandata eſt 17. die Febr. anno 1528. cui cum præfuiſſet uſque ad annum 1530. deinceps eo munere ſe exoluit. XLIV

41. COSMUS Gherius Piſtorienſis, nepos ſuperioris Gherii, nobilis indolis juvenis, ac non vulgaris eloquentiæ orator, à Clemente VII. Mediceo, vixdum annos pubertatis egreſſus *b*, ex privilegio electus fuit Epiſcopus die 14. menſis Junii anno 1530. Huic ſcribens Bembus, illum eruditorum virorum ornamentum appellat, ac nobilioribus diſciplinis nobiliter cultum *c*. Itaque cum Coſmus conſummatus in brevi expleſſet tempora multa, cum ſingulari doctorum virorum dolore exceſſit è vivis nondum inauguratus Epiſcopus, ann. ætatis ſuæ 24. ſalutis verò 1537. tumulatuſque eſt in Cathedrali cum epitaphio. XLV.

b 17. annos Ætatis agens.

c Ejus Epiſtolæ lucem videre Coloniæ an. 1586 inter virorum Clarorum Epiſtolas. Gaſpar.

Coſmo Gerio Piſtorienſi, Fani Epiſcopo electo moribus, pietate, & liberalibus diſciplinis ornatiſſimo, ſummo apud omnes bonos in amore, & honore, qui vixit annos xxiv. menſ. 1. D. XXIV. obiit 8. Kal. Octob. M. D. XXXVII.

42. Fr. PETRUS Bertanus Murinenſis, in Nonantulæ Caſtelli territorio ortus, Ordinis Prædicatorum alumnus, Theologus, ac celebris concionator, linguarum peritia eruditus, inque tractandis negotiis habiliſſimi ingenii, apud Paulum III. Farneſium præcipuè in pretio fuit, à quo electus eſt Fanenſium Præſul anno 1537. die 28. menſis Novembris, legatuſque ad Tridentinum Concilium, tanquam qui in Theologica facultate nulli per id tēpus haberetur ſecundus. Munere etiā legationis apud Carolum V. perſunctus eſt, in quo quidem planè oſtendit, quid ipſe valeret in componendis negotiis, ut illud tandem ſaluberrimū coiret Concilium, unde totius infectæ Germaniæ medicina, ſaluſq; videbatur poſſe ſperari. Unde cum apud Principes Chriſtianos maximam gratiam collegiſſet à Julio III. ita exigentibus meritis, presbyter Card. creatus eſt, tit. SS. Petri & Marcellini 1551. parumque abfuit in proximo poſt mortem Julii Conclavi, ubi Marcellus Cervinus, ſub nomine Marcelli II. Pontifex renunciatus eſt, quin eveheretur ad ſedem *d*. Romæ deceſſit anno 1558. ſepultuſque eſt apud S. Sabinam in marmoreo ſepulchro, cum hoc ſubjecto epitaphio. XLVI

d Scripſit libellum de Auctoritate Papæ contra Lutherum.

D. O. M.

Petri Bertani Mutinēſis corpus hic ſitum eſt, qui cum adoleſcens in D. Dominici familia nomen dediſſet, doctrina, & virtutis ergo factus eſt Epiſcopus Fanenſis. Tum à Paulo III. Nuncius miſſus ad Carolum V. duobus memoria noſtra prudentiſſimis Principibus incredibiliter ſatisfecit. A Iulio III. in Cardinalium numerum adlectus, ſub Paulo IV. mortalitatem cum immortalitate commutavit. Benè precare quiſquis es, ita tibi quoque alii bene precentur. Vixit annos lvi. menſ. iv. dies iv. Obiit anno ſalutis MDLVIII.

Guronus frater fratri vita chariori poſuit.

Cæterùm Guronus frater Petri Cardinalis, ex nobiliſſima fœmina Columnenſi Romana ſuſtulit Petrum, cuius nepotes ex infelici ſtudio, hodie penè ad poſtremam egeſtatem redactos videmus. Quam quidē humanarum rerum, non tam inſtabilitas temporum, quam

(1) Si Bonifacii IX. tempora reſpicies, facilè corriges annorum ſupputationem, quæ ex Typographi defectu variè obloquitur in Catalogis Maſſano, & Fanenſi Ughelliaņis: & ſcribes an. 1389. Luc.
(2) Hic Antonius electus fuit Fanenſis Epiſcopus à Pſeudo Pontifice Joanne XXIII. vivente adhuc Antonio David. neque unquam male obtentæ dignitatis poſſeſſionem iniit. Gaſpar.

quam noſtræ mortalitatis invexit ſtulta credulitas. Floruit autem non multo poſt Lucia Bertana, eximiæ pudicitiæ, ac pulchritudinis fœmina, poetica laude & ipſa clara, & à poetis ſui temporis mirè laudata, in quibus enituit Gabriel Franciſcus Monachus Ciſterciẽſis nobilis Florẽtinus, omniũ, qui tũc degebãt in vivis, poeta ſuaviſsimus, cuius in 7. libro ſuæ Septimianæ hiſt. cũ laude meminit noſter Baccetius.

Poſt Cardinalis Bertani exceſſum ad Herculem Cardinalem Gonzagam Fanenſis Eccleſiæ adminiſtratio devoluta eſt, propter regreſſum, quem ſibi reſervaverat anno 1552. Illamque Eccleſiam uſque ad annum 1560. moderatus eſt, ac deinceps iterum eo munere ſe exſolvit.

XLVII. 43. HIPPOLYTUS Capilupus Mantuanus, ſcientiarum cultura longè clariſsimus, Cardinalis Gonzagæ familiaris, Epiſcopatum obtinuit à Pio IV. ſummo Pontifice die 21. menſ. Junii an. 1560. Eundemq; ad Pub. rem Venetam legavit. *a* Fanenſem porro Eccleſiam maxima cum pietatis, prudentiæq; laude adminiſtravit 7. omnino annos. Deceſsit Romæ anno 1580. ſepultuſque eſt ad Aram Cœli, ubi prope ſacrarium in pulchro depoſito hoc epitaphium legitur.

a Conc. Trident. interfuit an. 1563.

D. O. M.

Hippolyto Capilupo Mantuano, Epiſ. Fanenſi qui integritate vitæ, ſuavitateque morum, elegantia ingenij, & maximis amicorum periculis fide ſingulari. In difficillimis negotijs explicandis, dexteritate, & prudentia excelluit: Herculi Gonzaga Card. Mantuano clarus fuit A Pio IV. Legatus ad Venetos, eo munere, per biennium ſumma omnium approbatione perfunctus eſt. Vixit annos lxviij. obiit 10. Kal. Maii M.D.LXXX. Camillus Capilupus Patruo optimo, optimeque de ſe merito lachrymans poſuit.

XLVIII. 44. FRANCISCUS Ruſticuccius Fanenſis (1), Card. Hieronymi Ruſticuccij propior affinis, („*Auditor Card. Alexandrini*;) Venuſinus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam à Pio V. translatus eſt, die 31. menſ. Januar. an. 1567. cuius adminiſtratione Capilupus ſe exſolverat. Fanenſem Eccleſiam rexit Franciſcus XX. ipſos annos. Deceſsit autem 1587. ſepultuſque eſt in Cathedrali, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Franciſco Ruſticuccio Fanen. Venuſinæ primum, deinde ob meritum pietatis Eccleſiæ Fanen. Epiſcopo, cui cum per ann. xx. integerrimè præfuiſſet, obiit anno Domini M.D.LXXXVII. ætatis ſuæ xxxxviii.

XLIX. 45. JULIUS Othinelius Firmanus, in Regno Neapolitano Caſtri Epiſcopus, cum apud Ducem Sabaudiæ legatione fungeretur, huc translatus eſt, anno 1587. die 21. menſ. Octob. Deceſsit autem 1603. die 25. menſis Februarii, defunctumque Cathedrale templum excepit.

L. 46. THOMAS Lapius Florentinus *b*, honeſta familia ortus, variè magis literatus, quam ſtructioribus muſis cultus, Hippolyto Card. Aldobrandino, qui poſtea Apoſtolicam evectus ad ſedem Clemens VIII. dictus eſt, in intimis familiaribus fuit, eiuſdemque Pontificis intimus cubicularius, aulæque negotiis egregiè exercitus, ab eo demum Fanenſis Pontifex declaratus eſt an. 1603. die 20 *c*. menſis Aprilis. Deinde cum ad Hiſpaniarum Regem Nuncius deſignatus fuiſſet, mortuo Pontif. ea cura, maioriſque ſpe dignitatis ſolutus, ad Eccleſiam ſuam rediit, eamque integerrimè per decem, & novem ipſos annos adminiſtravit, atque è vivis exemptus anno 1622. *d* ſepultus eſt in Cathedrali in SS. Sacramenti ſacello in pavimento, ubi ejus gentilitia ſtemmata hæc ſacræ ſcripturæ verba exornant. *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſeculum ſeculi*. Parieti verò hujuſmodi elogium marmori inciſum legendum perſpicitur.

b Faventinus, cujus meminit Chartarius in Syll. Adv. Conſiſt. Mand.

c 31.

d 6 Nonas Junii.

D. O. M.

Thomæ Lapio Florentino, Epiſcopo Fanenſi ob literarum, fidei, & integritatis expertam præſtantiam Clementi VIII. optimi charo, & in ejus legatione Polonica ad negotia adhibito, ejuſdemque intimo cubiculario, Romæ pauperum, & conſiſt. Aulæ Advocato Audit. Cam. Apoſt. ad civilia locumtenenti, & perpetuo vice Auditori ad Hiſpaniarum Regem Nuncio Apoſt. deſignato. Et in Eccleſia Fanenſ. annos xix. menſes duos virtutum promotori, egenorum Patri, Paſtori Optimo, 6. Non. Junii. MDCXXII. an. ætatis ſuæ LXVI. diem functo. Hyeron. & Fratres Lapii Patruo Amantiſſ. PP.

47. FRANCISCUS Boncompagnus Bononienſis à Gregorio XV. electus Cardinalis, Thomæ Lapio in Epiſcopatum ſucceſſit, ann. 1622. die 11. menſis Junii. Qui uſque ad annum 1626 *e*. Fanenſi præfuit Eccleſiæ, ac deinceps ad Archiepiſcopatum Neapolitanum trãſlatus eſt. De quo ſuo loco plura narrabimus. LI.

e 12. Martii.

48. JULIUS Card. Sachettus Florentinus, Gravinæ antea Præſul, Nunciuſque ad Regem Hiſpaniarum, atque ab Urbano VIII. vocatus ad purpuram, ab eodem Pontifice ad Eccleſiam Fanenſem translatus eſt, declaratuſque Legatus Ferrariæ, per id maximè tempus, cum teterrima contagioſa lues per nobiliores totius Italiæ Civitates ſæviſſimè graſſaretur. Quem ineluctabilem morbum Sachettus ſua prudentia, conſiliiſque à Ducatu Ferrariæ quàm longiſſimè arcuit. Princeps quidem præter cæteras animi dotes affabilitate præcipuus, ac candidiſſimis moribus, iiſq; cumulatus virtutibus, quæ Principem Eccleſiaſticum videantur decere. Hic cum uſque ad annum 1635. Fanenſem Eccleſium incorruptè, ſancteq; rexiſſet, reclamantibus populis, eo munere ſe exſolvit. Poſt hæc Bononienſem Legationem ſuſcepit, qui ſuperſtes adhuc me vetat ſcribentẽ, quominus explicatiſſimũ illius virtutum campum poſſim percurrere. LII.

49. HECTOR Diotallevius, primum S. Agathæ Gothorum Epiſcopus, huc translatus eſt, 17. die menſis Septembris anno 1635. (*Fuerat jam Hector V. S. R.* „*& in Inſula Melita fidei Quæſitor: inde die 4. Febr. an.* „*1618. à Paulo V. renunciatus S. Agathæ Gothorum Epiſcopus & ab Urbano VIII. die 17. Septemb. 1635.* „*Fanenſis declaratus. Cathedralis Altare majus pretioſis marmoribus exornavit, ubi cum D. Fortunati* „*corpus requieſceret, recluſamque hac occaſione foret* „*ejus marmoreum ſepulchrum, ſequens inſcriptio reperta eſt*; Corpus S. Fortunati Epiſcopi Fanenſis „MXII. *Demum cum ſancte ſuam rexiſſet Eccleſiam*, „*obiit Hector omnium mœrore die ultima Aprilis 1641* „*in Cathedrali cum ſequenti Epitaphio tumulatus*. LIII.

„ Hectori Diotallevio Patritio Ariminen.
„ qui primum in Rom. Cur. V. S. Refer. in
„ Melitenſi Inſula Inquiſitor, mox S. Agathæ Gothorum Epiſcopus, indeque ad Fanenſem Eccleſiam translatus, Sacerdotali
„ Conſtantia pro Eccleſiaſtica immunitate
„ non ſemel, nec ſine vitæ periculo decertavit; Paterna pietate, ſumma virtute verbo Dei populum aluit; Pauperes quaſi filios in ſinu enutrivit: Deniq; plenus dierum ac meritorum deceſſit Ætatis ſuæ
„ Ann. LXXVII. Anno Dom. MDCXLI.
„ Michael Angelus & Julius Diotallevii
„ Fratris filii & hæredes Patruo optimo benemerenti PP. *Gaſparolus*.)

*50. ALEXANDER Caſtracanus nobilis Fanenſis, ex Epiſcopo Neocaſtrenſi, & Apoſtol. Nuncio apud Sabaudiæ Ducem translatus. Eſt ad Patriæ ſedem an. 1642. die 22. Junii exceſſit an. 1649. ſepultus in Cathedrali. („*cum hoc Epitaphio*. LIV.

* Ex App. tom. 5.

D. O. M.

„*Alexander Caſtracanus Epiſcopus Fanenſis*
„*Quem Vita integrit. & multiplex literat.*
„*hic jacere non ſinit Romæ, dum Provinciarum ageret Juſtitiæ tenax ad Ducem Sabaud. Legat. Pontif. inter ardua negot. prudent. cultor, in Luſitania Apoſtolicus Nuncius*

(1) Ordinis Minorum Conventualium fuiſſe hunc Franciſcum affirmat Vvaddingus tom. 4. Annal. At decipitur. Confundit enim Franciſcum Ruſticuccium Fanenſem Epiſcopum cum altero Franciſco Ruſticuccio hujus affine, qui inter Conventuales profeſſus obiit Bononiæ, dum Monaſterii ſui Ordinis Cuſtos eſſet & Prior. *Gaſparolus*.

„ *cius iavictt animi fortitud. illuſtrium Catho-*
„ *lica Eccleſia Præſulum Æmulator Fanen.*
„ *Eccleſia præpoſit. preſertim ob effuſam in*
„ *pauperes Charitatem Pater Patriæ meritu*
„ *dictus, Muneribus perfunc. præcipuis, nem-*
„ *pe Juſtitia, Prudentia, fortitudinis, Charita-*
„ *tis ſui deſideri. reliquit. obiit ann. MDCIL.*
„ *Ætat. ſuæ LXVI. Vincentius Caſtracanus*
„ *Primogenitura ditatus Amantiſſimo Patruo*
„ *de Apoſtol. Sede, de Patria, de ſe tam Be-*
„ *nemeritu Grati animi monum. p. A. D.*
„ *MDCLXII.*

LV. a De Monte Bodio Senogallien. Diœceſis.

51. JO. Baptiſta Alferius Senogallienſis a, præficitur Eccleſiæ Fanenſi ab Innocentio X. Pont. Max. die 6. Decemb. 1649.

ADDITIO

(„ *Cujus fuerat in purpurata fortuna unus è domeſti-*
„ *cis aulicis, & intimus deinceps Cubicularius in apice*
„ *Pontificatus. Fanenſes ſuos amantiſſime fuvit: vir*
„ *cum ſumma animi ſimplicitate rectitudine morum*
„ *præfulgens. Chriſtinam Suecorum Reginam Romam*
„ *primù contendentem ſolemni pompa excepit. Eccle-*
„ *ſiæ huic cum diutiùs proficuè præfuiſſet, obiit Fanen-*
„ *ſi gregi ſui relinquens deſiderium anno 1676. die 17.*
„ *Septemb. in Cathedrali ſepultus.*

LVI. „ *ANGELUS Ranutius nobilis Benonienſis, Da-*
„ *miatenſis Archiepiſcopus in partibus infidelium, Fa-*
„ *nenſibus jus ſacrum dicere juſſus eſt 18. April. 1678.*
„ *Hic poſt emenſus literarum curſus, & civilis, ſacrique*
„ *iuris laurea adepta Doctorali, Romanam Aulam in*
„ *Clericali toga frequentare cœpit. Itaque doctrina, &*
„ *morum probitate cum apud omnes inclareſceret, inter*
„ *Prælatos U. S. Ref. primùm connumeratus eſt, mox*
„ *adhibitus in variis expediendis negotiis, & guberniis*
„ *præcipuarum Urbium ditionis Eccleſiaſticæ ad maio-*
„ *ra promovendus, Damiatenſi Archiepiſcopali infula*
„ *condecoratus eſt 30. Aprilis 1668. Mox Nuncius A-*
„ *poſtolicus primùm ad Sabaudiæ Ducem, ad Regem Po-*
„ *loniæ miſſus deinde, in opera quaque Apoſtolici Viri*
„ *multo effuſo ære exarſit. Romam reverſus Vicelega-*
„ *tionis munus cum ſumma poteſtate abſente Legato*
„ *Cardinali iubetur exercere in Urbinatenſi ditione, ad*
„ *Maceratenſem denique pro Romano Pontifice tranſ-*
„ *latus Præfecturam. Dum ea potitur, Fanenſium*
„ *Pontifex acclamatus eſt. Inde factus Nuncius Apo-*
„ *ſtolicus ad Regem Galliæ; mox inter Purpuratorum*
„ *Patrum Collegiu adſcriptus eſt inter presbyteros con-*
„ *numeratus in 2. Cardinalium promotione ab Innocen-*
„ *tiu XI. die 2. Sept. anno 1686. ab eodemque ad Archie-*
„ *piſcopalem ſedem Bononienſem translatus 17. Maij*
„ *1688. cujus poſtea obitu ſubſecuto, Vaticanis comitiis*
„ *ut intereſſet, Pariſiis valetudinarius abſceſſit, Roma-*
„ *numque iter ſuſcepit; illudque infauſto omine, qui cum*
„ *Galliæ, Italiaque fines attingeret in prædonum tur-*
„ *bam incidit, à quibus quidquid in pretioſa ſupellectili,*
„ *literis, & ſcriptis mandatum habebat, atquiter, &*
„ *dolo peſſimo ſpoliatus eſt. Hinc majori correptus mœ-*
„ *rore Fanum ingreditur, ubi durius morbo dum perur-*
„ *getur, claudit latus in Domino miſerabile Vitæ cur-*
„ *riculum collachrymante univerſo Populo die 27. Se-*
„ *ptemb. 1689. cadaver ſueta pompa in Cathedrali Tem-*
„ *plo ſepultum fuit. Ubi legitur hoc Epitaphium.*

D. O. M.

„ Memoriæ æternæ Angeli Card. Ranutii,
„ Damiatæ, Fani, demum Bononiæ Anti-
„ ſtitis, qui legatione functus ex Galliis Ro-
„ mam properans hic lethali morbo corre-
„ ptus migravit ad Superos. Canonici ob
„ ſacrarium largitione devictum monu-
„ mentum hoc mœrenti mœrentes poſuere
„ anno Domini MDCXC.

LVII. „ *THADDÆUS ALOYSIUS del Verme Pla-*
„ *centinus præcipua Comitum del Verme nobilitate, cla-*
„ *rus, nobilioribus diſciplinis, & immaculata vita can-*
„ *dore, dum verè Sacerdos Eccleſiaſticam vitam ducit,*
„ *Epiſcopalem ſarcinam compellitur ſuſtinere ab Inno-*
„ *centio XI. 20. Septembris 1688. qui ſalubrrima vigi-*
„ *lantia nulli deceſſurum ſecundus ſuas oves ſanctiſſimè*
„ *ducens ad cœleſtia paſcua Senatoria Vaticana Purpu-*

A „ *ra condecoratur die 12. Decembris an. 1695. addito*
„ *Presbyteri Titulo S. Alexii ab Innocentio XII. a quo*
„ *eodem Pontifice ad Imolenſem Eccleſiam translatus*
„ *eſt die 12. Ianuaris 1696. Ferrarienſem mox ſuſcepit*
„ *regendam, ubi de eo prolixior erit ſermo.*

„ *IO. BAPTISTA Giberti Epiſcopus Cavenſis,* LVIII
„ *& Fidei Quæſitor in Regno Neapolitano, poſt varios*
„ *caſus, improboſque labores pro re Eccleſiaſtica à Ca-*
„ *venſium vinculo abſolutus, Fanenſibus attributus eſt*
„ *die 17. Decemb. 1697. cum probitatis laude ſuum tuetur*
„ *uſque modo gregem. Prodiit hac familia Giberta ex*
„ *primariis terra S. Ginneſii Camerinenſis Diœceſis;*
„ *ex ea Ioſeph Nicolaus ſcientiſſimus, variis exaltis mu-*
„ *neribus in Pontificiæ ditionis Civitatibus, ab Innocen-*
„ *tio XI. in Theanenſem Epiſcopum promotus fuit, unde*
„ *ope, & conſilio huic Io. Baptiſtæ adfuit; de quo in Thea-*
„ *nenſibus nobis ſermo erit. Luc.)*

B
FERENTINI
EPISCOPI.



FERENTINUM antiquiſſima Civitas eſt in veteri Latio, qua ſpectat ad Hernicos, in ſupino colle ſubſtructa, propè Latinam viam, quinto ab Anagnina Civitate milliario diſtans, ſi Livio Romanæ Hiſtoriæ Principi fidem adhibere fas eſt: qui narrat Tullum Hoſtilium Romanorum Regem, jam inde à
C gliſcente Romana potentia ad caput Ferentinorum Populorum duxiſſe, ac vi, armiſque domitum Ferentinum cepiſſe. Id ſi verum, fateri neceſſe eſt, Ferentinates populos antiquæ nobilitatis, opumque ad invidiam priſcis illis temporibus fuiſſe, qui cum Romanorum Regum inſoleſcente tyrannide, auſi fuerint rebellionis ſigna conferre. Horum origo adeò perantiqua eſt, ut nobiliorum ſcriptorum etiam deleta induſtria, ſolùm conſtat in iis populis haud poſtremos fuiſſe, qui in Romanam naſcentem adhuc felicitatem incurrere non dubitaverint. Quin Ferentini, cum Alatrinatenſibus, Verulaniſque maluerunt priſtinas leges ſibi reſtitui, quàm Romana Civitate donari. Oppugnati deinde, & propemodum à Romana potentia expugnati, factique conſenſu Ducum prædabundo militi præda, in eo infortunato conflictu tria millia ſuorum Civium deſiderarunt. Deinde cum Ferentinum Civitatem iterum excitaſſent Romani, illò deduxere coloniam anno à Roma condita IↃLVIII.
D Coſs. L. Cornelio Merula, Quintoque Minutio Ther. ut apud Livium videre eſt. lib. 25. *Eodem annu* (inquit ille) *Coloniam Latinam in Agrum Ferentinum triumviri deduxerunt, Cn. Manlius Volſco, Luc. Apuſtius Fullo, Pub. Ælius Tubero, cujus lege ducebantur tria millia peditū, fere CCCC. equites, numerus exiguus pro copia agri. Dari potuere trecena jugera in pedites, ſexagena in equites; Apuſtio authore, tertia pars agri dempta eſt, quo poſtea, ſi vellent, novos Colonos aſcribere poſſent.* Meminit alicubi Frontinus cujuſdam Coloniæ, per legem Semproniam in Etruriam deductæ, quam Ferentinenſem appellat, ad hujus, de qua modo loquimur, differentiam; Ferentum enim, ſive Ferentinum Oppidum in Etruria eſt, jam olim exciſum, à Civitate Viterbienſi non procul. Ferentini præcipuè meminerunt Halicarnaſſeus in 4. cum narrat ad Ferentinum forum cōtra Romanos conſpirationem valuiſſe, Ptolomæus, Strabo, Silius Italicus, Itinerarium, Pliniuſque. Quorum pleriſque in primam Italiæ regionem il-

lam

lam Civitatem reponunt : quidam autem ſecuti Livium, in Volſcis, cum in 4. narrat, Volſcorum nobilē, numeroſamque multitudinem in Ferentinum confugiſſe; quam Civitatem cum Furius Camillus cepiſſet, minus prædæ, quàm quod ſperaverat miles, fuiſſe repertum; quòd inde Volſci dilapſi pretioſa quæque per tumultum ſecum tuliſſent, ut militem Romanum prædæ inhiantem ea ratione deluderent. Magni Conſtantini temporibus, cum aurea pax diu divexatæ Eccleſiæ reddita eſſet, Ferētinates Evangelii lucem ipſi etiam aſpexere, perfregeruntque in profaniſſimis fanis mendacem idolorum culturam. Tametſi enim Ferentinum jam olim antea Chriſtianæ prædicationis ſonitum exhauſiſſet, quia tamen ea perſecutionis rabies fuit, quæ fidem Chriſti altas radices agere prohiberet, poſt Conſtantini Magni Baptiſmum, quæ diu oppreſſa, timidaq; latuerat, adlectum uſque virorem repullulavit, uberiores inde flores, fructuſq; ad Eccleſiæ ornamentum latura. Etenim ſub Diocletiani ſæviſſima perſecutione, Ambroſius Centurio nobili corona martyrii Ferentini potitus eſt. Hic enim cum natione Mediolanenſis eſſet, ſubque Deciano Præſide ſtipendia faceret, accuſatus quod Chriſtianus eſſet, ſemelque ſuſceptam fidem ſpretis tormentis conſtantiſſimè profiteretur, denique capitalem pœnam
419. ſubivit die 16 a mensis Auguſtii; cujus ſacrum corpus in Cathedrali, tanquam Protectoris, Patronique Ferentinenſium aſſervatur. Paſſus etiam martyrium eſt propè eandem Civitatem S. Eutychius, cujus dies pro-
619. fectus 16 b die menſis Aprilis intercurrit. Conſule Martyrologium Romanum ad hunc ipſum diem. Eadem Ferentinorum Civitas venerandis Cœleſtini V. reliquiis, Cœleſtinorum fundatoris cōdecoratur. Itaque huic Civitati à S. Sylveſtro Pont. Max. primus Epiſcopus attributus eſt, quamvis ejus nomen voraverit invidioſa vetuſtas Ferentinus Præſul in Romanæ Provinciæ Pontificibus numeratur, iiſdemque prærogativis gaudet.

A D D I T I O.

(,, *Princeps hujus urbis, quæ Pontifici paret, Eccleſia SS. Joanni & Paulo ſacra eſt antiqua, & partim moderna ſtructura. Nulla eſt in ea dignitas poſt Pontificalem, ſed ſolum 17. Canonici, inter quos Theologalis Præbenda. Cura animarum exercetur in ea per unum Canonicum à Capitulo deputatum; aliæ quinq; numerantur Parochiæ, quæ omnes 4000. circiter animarum paſcunt; duo virorum, & unum monialium Cœnobia civitatem condecorant. Seminarium, & mōs Pietatis deſiderantur. Diœceſis hæc tantum loca continet:* Ceccano. S. Lorenzo. Perzi. Piſterzo. Giugliano. S. Stefano. Patrica. Supino. *Univerſa diœceſis fere* 10000. *incolas enumerat. Taxa Cameralis hujus ſedis ſunt flor.* 100. *annui redditus ſcuta* 800. *ſupputantur.* Luc.)

Illorum Præſulum ſeries ſequens eſt, quam ideò, Lector, intereiſam, elumbatamque plerumque offendes, quod, monumentis, ſcripriſque memoriis Ferentina Eccleſia deſtituatur, quibus ad pleniorem proferendam poteramus juvari.

I. (,, *N. . . . . primus Ferentinorum Epiſcopus fuit à S. Sylveſtro Papa ordinatus, cujus nomen ignoratur.* ,, Lucentius.)

II. *1. BASSUS Ferentinus Epiſcopus in Synodo ſub Symmacho Papa anno 502. (1)

* Ex App. tom. 2.

III. (,, INNOCENTIUS *Ferentinus Epiſcopus legitur interfuiſſe Symmachi Synodis an.* 501. 504. Luc.)

IV. 2. BONUS, primus c Epiſcopus eſt, qui reperiatur Ferentinæ Eccleſiæ præfuiſſe, cujus meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in vita I. Pelagii ſummi Pontificis anno 555. quem ſemel electum, cum Oſtienſis, Portuenſiſque Epiſcopi non adeſſent, qui illum conſecrarent, à Joanne Epiſcopo Peruſino, Andreaque Oſtienſi Presbytero inaugurationem accepit. Cujus ordinationis Baronius loquitur ad hunc annum. (2)

c Quartus.

V. 3. S. REDEMPTUS d Juſtiniani, Juſtinique temporibus floruit. Hic ex divino inſtinctu Longobardorum irruptionem in Italiam, longè ante prævidit, ut M. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 38. ſcribit. Dum enim Diœceſim ſuam inviſeret, ad S. Eutychii pervenit Eccleſiam. Cæterùm cum jam nox provectior eſſet, lectulum ſuum prope ſepulchrum martyris conſtrari juſſit; qui illum intempeſtæ noctis ſilentio hac voce compellaſſe dicitur; Redempte vigilas? qui cum ſe vigilare retuliſſet, tertiò iteratam hanc vocem, auribus excepit. Finis venit univerſæ carnis, dictoque citius, qui fuerat locutus, evanuit. Nec mora, iteratis vocibus Redemptus admonitus, in oratione procubuit, viditque ab Aquilone vibratas igneas lanceas, fidemq; viſi non multò poſt confirmavit eventus. Siquidem ab Aquilone Longobardi progreſſi anno 668. exciſis Civitatibus, longæ pacis commoda jugularunt, ut Paulus Diaconus memorat, aliique quamplures. Porrò Redemptus inundantibus jam bellorum procellis imminenti exitio, morte vitæ filum truncante, ſubtractus eſt, inque numerum ſanctorum relatus. Cujus feſtus dies die 8. menſis Aprilis celebratur. Conſule Martyrologium Romanum, Ferrarium, Petrumque de Natalibus ad hanc ipſam diem.

d De quo Acta SS. menſis Maii tom. 2. pag. 732.

VI. 4. LUMINOSUS ſub Gregorio I. Synodoque interfuit Romæ celebratæ anno 591. (3) indict. 11. dum Mauritius ad Romani Imperii clavum ſederet.

5. AGNELLUS ſubſcripſit conſtituto pro monachis edito à S. Gregorio Magno in Synodo Romana Anno 601. de quo Baronius tomo 8. Annal.

VII. (,, BONITUS *prodit ex Concilio Later. an.* 649. ,, Lucentius.)

VIII. 6. AGNELLUS II. e in Concilio Romano ſub Gregorio II. anno 721. ſubſcripſit decreta adverſus illicita conjugia, ex codice Vatic. num. 1353.

e Dele ly Secundus.

IX. 7. STEPHANUS interfuit Romano Concilio, anno 771 f. Conſule Baronium ad hunc annum.

f 761.

X. 8. HADRIANUS, apud eundem Baronium anno 853. (,, *in Romano Concilio.*)

XI. 9. JOANNES ejuſdem Civitatis Epiſcopus, Concilio Romano interfuit ſub Hadriano II. Pontifice anno 871 g.

g 869. vel 868.

XII. 10. STEPHANUS Joannis ſucceſſor Concilio Romano ſubſcriptus reperitur, anno 879.

XIII. 11. ROMANUS floruit anno 963. Conſule Baronium. (,, *Sedit in Conciliabulo Rom. contra Jo. XII.*)

XIV. 12. DOMINICUS ann. 993. (,, *in Rom. Concilio.*)

XV. (,, ARFRIDUS *Ferentinenſis præſens fuit Concil. Rom. an.* 998. Lucent.)

XVI. *13. BENEDICTUS Epiſcopus Ferentinus adeſt ſæpè nominatæ Synodo Romanæ ſub Benedicto IX. an. 1015.

* Ex App. tom. 2.

XVII. 14. AUGUSTINUS Monachus, & Abbas Caſæ-Marii Ordinis S. Benedicti Verulanæ Diœceſis, electus anno 1106. Deceſſit autem 1110. ut in Chronica Ceccani.

XVIII. 15. PLACIDUS Monachus, & Abbas Caſæ-Marii, ut Auguſtino in Abbatiam ſucceſſit, ſic ſecundum eundem Epiſcopus Ferentinus factus eſt anno 1110. Vixit in Epiſcopatu annos 20. non ſine præcipuæ laude prudentiæ; deceſſitque an. 1130. ut in eadem Chronica Ceccani.

XIX. 16. SYRO poſt Placidi exceſſum, Anacleti Antipapæ favore Ferentinatem obrepſit ad ſedem, inque eandem exercuit tyrannidem, uſque ad annum 1138. unde poſtea ab Innocentio II. deturbatus eſt, cujus eadem Chronica meminit.

XX. 17. TRASMUNDUS Signinus, ab Innocentio II. electus, & conſecratus Epiſcopus, an. 1138. Quem Præſulem mirum in modum res adverſæ divexarunt, tandemque ex ſceleratorum hominum factione conjectus in carcerem, ibidem miſerabiliter vitam finivit anno

Italia Sacra Tom. I. Ff

(1) Baſſus Conciliis Romanis interfuiſſe comperitur ann. 487. 495. & 499. non verò an. 502. quo tempore jam Ferentinatibus præerat Innocentius. *Lucentius.*

(2) Andream Ferentini Epiſcopum memorat Baronius tomo VII. Annal. an. 553. n. VI. ſed Tarentinum legendum eſſe comperimus ex literis ibi citatis M. Gregorii. Hic error ex incuria Librariorum in varias deinde effluxit Baronii editiones. *Luc.*

(3) At hoc anno nullum celebratum eſt Romanum Concilium. Reponendum 595. Item Luminoſus Ferentinæ legitur Eccleſiæ Antiſtes in tertio ſub eodem Gregorio Concilio an. 601. cui pariter interfuiſſe comperiuntur *Agnellus Ferentinenſis*, & *Martianus Ferentis* Epiſcopi. Plures extitiſſe Ferenti nominis deſignatas civitates in Thuſcia compertum eſt. Ferentinenſi Latinæ regionis, qui adjudicatus eſt Luminoſus, hic idem ad hunc annum protrahendus videtur 601. Agnellus verò ſaniori conjectura alteri attribuitur ſedi, qui nulla facta Luminoſi ea hac tertia Synodo obſervatione inter præſentes Ferentinos perperam adnumeratur ab Ughello. *Luc.*

XX anno 1148. Kal. Aprilis, de quo eadem Chronica.

18. UBALDUS Etruſcus Pratenſis, poſt obitum Traſmundi electus eſt Epiſcopus Ferentinus ab Eugenio Pontifice, cujus jam antea fuerat familiaris. Hic cum magnanimi animi eſſet, in diverſa loca ab eodem Pontifice legatus eſt, ut cõtra inſultantes Sarracenos Principes Chriſtianos provocaret ad bellum. Cumque Papæ Vicarius eſſet, etiam ad Imperatorem legatione functus eſt an. 1158. Sequenti anno Octavianum Antipapam conſecravit, una cum Epiſcopo Melfitano. („ *Idem Conciliabulo Papienſi conſenſiſſe* „ *ann.* 1160. *habetur ex Epiſtola Præſidentium Concil.* „ *tom. X. Concil. edit. Labb.* Lucent.)

E vivis ſublatus eſt 1161. ſepultuſque eſt in Cathedrali; cujus meminit eadem Chron.

XXI 19. RODULPHUS ſive Adulphus, ab Alexandro III. electus, & ordinatus eſt Epiſcopus ann. 1161. 3. Nonas Octobris. Interfuit Laterano Concilio anno 1179. ſub eodem Pontifice. Deceſſit autem 1191. 5. Kal. Martii ex Chron. Ceccani.

XXII. 20. BERARDUS Rodulpho ſucceſſit, an. 1191. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ de Flumine ſuæ Diœceſis facta à Card. Jordano de Foſſa Nova anno 1196. de qua, tum & de donatione facta eodem die à Jo: Comite de Ceccano Jordani Card. nepote, Landulpho Abbati ejuſdem Abbatiæ de Flumine, tum vero & de confirmatione Innocentii III. propè, hæc habet vetus Chron. Ceccani. mſ. apud me.

MCXCVI Indictione XIII Hoc anno gratia, & miſericordia Dei Omnipotentis tempore D. Joannis de Ceccano Eccleſia S. Mariæ Fluminis honorificè dedicata eſt, & conſecrata. Ad quam conſecrationem fuit tanquam pater D. Jordanus presbyter Card. & D. Bernardus Ferentinus Epiſcopus, & D. Joannes Anagninus Epiſcopus, D. Petrus Signinus Epiſcopus, D. Oddo Verulanus Epiſcopus, D. Thaddæus Alatrinus Epiſcopus, D. Tedelgarius Tarracinenſis Epiſcopus. Officium ſicut inceptum eſt IX Kal. Auguſti poſt cœnam convenientibus Epiſcopis cum D. Cardinali, & cum maxima multitudine clericorum, & laicorum, tam Campaniæ, quam Maritimæ, & aliarum provinciarum ad Eccleſiam S. Mariæ Fluminis ordinata eſt proceſſio, in qua proceſſione fuerunt ſeptem paria facularum accenſa, 20. thuribula argentea, 12. cruces argenteæ, & 4 capæ cum reliquiis, quas reliquias deportaverunt ad quatuor papiliones, qui permanebant in cannapinis extra circuitum Eccleſiæ cantantes. ℟. Hæc eſt vera fraternitas; & in unoquoque papilione 7. lampades erant ardentes, & ſic in papilionibus vigilatæ, & cuſtoditæ ſunt reliquiæ, à Clericis cantantibus, & laudantibus, & benedicentibus Dominum, & undiq; cantus, & laus laicorum virorũ, & mulierum per totam noctem non defecit.

VIII Kalendas Auguſti facto mane convenientibus Epiſcopis, & congregatis cum D. Cardinale ſecundum rationẽ conſuetudinis primo loco conſecraverunt corpus Eccleſiæ B. Mariæ ſemper Virginis, deinde reparantes proceſſionem, euntes ad papiliones tulerunt inde reliquias, & portaverunt eas in Eccleſia S. Mariæ: precibus omnium Epiſcoporum D. Cardinalis locutus eſt tam bene, & ſubtiliter, quod omnes, qui heri & nudius tertius eum agnoverant, incredibili admiratione mirati ſunt. Nondum finito ſermone ecce D. Joannes de Ceccano, qui graviter infirmabatur in domo ſua, advenit ſanus intus in Eccleſiam. Quod videntes omnes homines, pro maximo miraculo recipientes, & quaſi per mediã horam ſtupendo cum ingenti voce gratiarum laudaverunt, & benedixerunt Dominum, qui vivit, & regnat in Cœlis. Sermone finito altare majus, quod eſt in medio Eccleſiæ S. Mariæ ſitum conſecratum eſt per manus D. Berardi ven. Ferentinatis Epiſcopi aſſiſtentibus, & cooperantibus ei D. Jordano ven. Cardinali S R E & D. Joanne ven. Anagnino Epiſcopo ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, matris D. N. I. C. De reliquiis iſtis de ligno Domini, de veſtimento B. Mariæ, Petri Apoſtoli, Jacobi Apoſtoli, Marci Evangeliſtæ, Laurentii Martyris, Sebaſtiani, & ſociorum ejus, SS. Innocẽtium, Marii, Marthæ, Audifax, & Abacuc, Stephani Papæ de lapide S. Stephani Protomartyris, Chryſanthi, & Dariæ, & ſociorũ ejus, Eventii, & Alexandri, Cæſarii martyris, Aureliæ, Superantiæ, de veſtimento S. Thomæ Cantuarienſis Archiep. Ipſo die, & ipſa hora conſecratũ eſt altare S. Pauli Apoſtoli, quod eſt ſitum in porticu prædictæ Eccleſiæ per manus D. Oddonis vener. Verulani Epiſcopi. De reliquiis iſtis: Marcellini, & Petri, Marci, & Marcelliani, Mauritii martyris, Narboris mart. Abundi, Nerei, de ſanguine B. Lucillæ, Secundinæ Virginis. Eo die, & eadem hora altare S. Quirici, quod eſt ſitum in alio porticu ſæpè nominatæ Eccleſiæ, conſecratum eſt per manus D. Thaddæi vener. Alatrini Epiſcopi. De reliquiis iſtis, de ligno Domini, de petra ſepulchri, Sebaſtiani, quadraginta Martyrum, & Barbaræ. Ipſo die, & ipſa hora Eccleſia B. Matthæi Apoſtoli, quæ eſt juxta ſæpe dictam Eccleſiam cum altare conſecrata eſt per manus D. Petri ven. Epiſcopi Signini, aſſiſtente, & cooperante ei D. Tedelgario ven. Tarracienſi Epiſcopo. De reliquiis iſtis: de veſtimento Virginis Mariæ, Philippi, & Jacobi, Marci, & Marcelliani. Chryſanthi, & Dariæ, Concordii Martyris, & aliorum ſanctorum, quorum nomina Deus novit. Expletis divinis officiis reverſus eſt ad curiam. In apparatu ciborum, centum panes, ſex urnæ vini, una vacca, duo porci, duo caſtrati, ſex gallinæ, quindecim pulli, unus anſer, media libra piperis & cinamomi, & ſoſſerannæ. D. Epiſcopus Anagninus ad Eccleſiam S. Joannis, 90. panes 5. urnæ vini, una vacca, unus porcus, 4 gallinæ, 10. pulli, unus anſer, novem qua.... de annona, unum par bacilium, duæ tuallæ, una libra de cera pro candelis, & duæ pro faculis. D. Epiſcopus Alatrinus tantundem ad Eccleſiam S. Petri D. Epiſcopus Verulanus tantundem ad Eccleſiam S. Quintiani. D. Epiſcopus Terracinenſis ad Eccleſiam S. Nicolai 30. panes, duæ urnæ vini, media vacca, medius porcus, duæ gallinæ, ſex pulli, unus anſer, tres unciæ piperis, & cinamomi, tres quartæ annonæ, duo bacili, duæ tuallæ, una libra de cera pro candelis, duæ pro faculis. D. Epiſcopus Signinus tantundem ad domum Stephani de Natoni. Magiſter Joannes Ferentinus, unus porcus, 20 panes, una urna vini, tres pulli, una quarta de annona, una uncia piperis ad domum Joannis Gajetani. Omnes Eccleſiæ de Ceccano ſecundum quantitatem habuerunt panem, & carnem; D. Bernardus Epiſcopus Ferentinas remanſit ad Eccleſiam S. Mariæ pp. Ferentinates, quibus volebat dare expenſas, & dedit omnibus illis, qui recipere voluerunt, & corpus Eccleſiæ tantis hominibus dedit cibaria, ut illi qui ſcribere vellet faſtidium generaret, ſed gratia Dei nullus venit eo tempore pro cibariis, qui vacuus recederet. Finita conſecratione Eccleſiarum, & altarium, primam oblationem, quæ ei oblata fuit, D. Cardinalis obtulit, & manibus ſuis poſuit ſuper majus ſæpè nominatũ altare ſuum paramentum pretioſum, videlicet bonum amictum Friſatum, bonum Camiſium Friſatum, bonum cingulum friſatum, pulchram ſtolam cum manule, optimam tunicam cum dalmatica, & planetam friſatam, cum tali friſo, quod D. Cardinalis emerat in Colonia pro novem marcis de argento, optimam thiaram friſatam ſuper altare pulchra ſandalia cum caligis, bonum faldeſtorum. Secundam oblationem D. Joannes de Ceccano obtulit, videlicet chartam libertatis, quam ipſe manibus ſuis ſupra ſæpè nominatum altare poſuit, taliter ſcriptam.

In Nomine Domini Anno Dominicæ Incarnationis M C XCVI Pontificatus D. Cœleſtini III Papæ anno vj. indict. xiv menſe Julii die xxiv. Hac die Ego Joannes de Ceccano in præſentia D. Jordani Card. S. Pudentianæ cariſſimi Patrui mei, & venerabilium Epiſcoporum Berardi Ferentinatis, Petri Signini, Joannis Anagnini, Thaddæi Alatrini, & Oddonis Verulani, Tedelgarii Terracinenſis, & multorum hominum totius Campaniæ, & Maritimæ tam clericorum, quàm laicorũ inductus amore divino, & pro redẽptione animæ meæ, atque meorum parentum præteritorum, præſentium, & futurorum: concedo Eccleſiæ S. Mariæ de Flumine & D. Landulpho dilecto Abbati ejuſdem Eccleſiæ, & univerſæ familiæ ejus, tam clericis, quam etiam laicis præſentibus, & futuris plenam, & perpetuam libertatem, abrenunciando dato malo uſui, & omnibus exactionibus, & ſiquis pro quocumque crimine commiſſo ad Eccleſiam iſtam confugerit, nec Ego, nec Succeſſores mei, per me, vel per miniſtros meos, et dum ibidem fuerit, nec violentiam aliquam nec injuriam inferemus. niſi in mortem meam, meorum hæredum, vel in proditione caſtrorum meorum, vel in combuſtione caſtrorum ipſorum fuerit machinatus. De ordinatione clericorum, & deſtitutione me nullatenus intromittam. Si vero clericus, aut laicus ejuſdem Eccleſiæ in aliquo offenderit, Abbas cum clericis in eorum capitulo cogent ipſum ad juſtitiam exhibendam, ſalvo jure patronatus. De conſilio igitur communi D. Jordani Card & omnium Epiſcoporum, & conſenſu D. Joannis de Ceccano inſti-

tutum

tutum eſt, ut quicumque contra hanc conceſſionem fecerit, A
vinculo anathematis innodetur & partem cum Datham, &
Abiron habeat. Ad majorem itaque cautelam, ne quod factum
eſt, diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Be-
nedicto dilecto Notario id ſcribere mandavimus, & chartam
ipſam fecimus ſigilli noſtri munimine inſigniri.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & Clericis S. Mariæ de flumi-
ne de Ceccano, ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

IUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facile prebe-
re conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non di-
ſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, di-
lecti in Domino filii, veſtris juſtis precibus grato con-
currentes aſſenſu, perſonas veſtras, & eccleſiam S. Ma-
riæ de flumine, in qua divino eſtis obſequio mancipati,
cum omnibus bonis tam eccleſiaſticis, quam mundanis,
quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in fu-
turum juſtis modis dante Domino poteritis adipiſci, ſub
B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter
autem S. Stephani, & S. Mariæ eccleſias cum omnibus B
tenimentis, & pertinentiis ſuis, foreſtam juxta eccle-
ſiam S. Stephani, & de capite pontis de prato, & de ti-
neis molendina, vineas juxta eccleſiam ipſam, & aliam
quam emiſtis in loco, qui appellatur Marana, redditus,
decimas, oblationes, homines, hortos, & poſſeſſiones alias,
ad veſtram eccleſiam pertinentes, ſicut hactenus juſte, ac
pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem eccleſiæ autho-
ritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pa-
trocinio communimus; libertates quoque, & immunita-
tes, nec non & exemptiones ſecularium exactionum à di-
lecto filio nobilium Joanne de Ceccano, tam pie, quam
provide vobis, & eccleſiæ veſtræ conceſſas, ſicut in ejuſ-
dem nobilis authentico perſpeximus contineri, ratas ha-
bemus, & eas perpetuis temporibus illibatas decernimus
&c. inſerendum. In nomine Domini, an. Dom. Incarn.
1196. Pontif. D. Cæleſtini III. Papæ anno 6. indict. XIV.
menſe Julii, die 24. Hac die ego Joannes de Ceccano &c.
ut ſupra. *Nulli ergo &c.*

Dat. Soræ 18. Kal. Sept. Pontificatus noſtri anno XI.

Deceſſit autem Berardus 1203. 11. Kal. Febr. ſepul- C
tuſque eſt in Cathedrali, ex eadem chron. Eidem ſcri-
bit Innoc. III. anno 5. ep. 73. fol. 20. Datum Laterani
5. id. Auguſti.

XXIII 21. ALBERTUS Longus Canonicus Anagni-
nus, familiaris, intimuſq; amicus Innocentii III. dum
privata fortuna uteretur, ab eodem Pontifice tum
meritorum, tum amicitiæ ergo Ferentinus Epiſcopus
adlectus eſt 2. Kal. Junii, anno 1203. Ad eundem idem
Innocentius literas dedit ann. 13. ex regeſt. an. 1209. a
In eccleſia S. Iacobi ad pontem Ceccani Altare con-
ſecravit noſter Albertus, ut in eadem notatur chro-
nic. hiſce verbis.

a De eo In-
dre c. 1.
de dilatio-
nibus.

IN Nomine Domini, amen. Anno Domin. Incarn.
MCCIX. Pontificatus D. Innocentii III. Papæ. an-
no ejus xii. Kalend. Maii. Hac die conſecratum eſt alta-
re eccleſiæ B. Jacobi Apoſtoli, quæ poſita eſt juxta pontem
Ceccanum per manus D. Alberti Epiſcopi Ferentini. De
reliquiis SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, S. Ste-
phani Prothomartyris, S. Nicolai confeſſoris, B. Bla-
ſii martyris, S. Barbaræ Virg. & SS. mart. Chryſanti, D
& Dariæ, & ſociorum ejus, Eleutherii Epiſcopi, & mar-
tyris, Ambr. Mart. Pontiani mart. Marcellini, & Pe-
tri & aliquorum, quorum nomina Deus novit. Et ego
Albertus de Dei miſericordia confiſus, & meritis glo-
rioſæ Virginis Mariæ, & BB. Apoſtolorum, & SS.
Martyrum Joannis, & Pauli, atque Ambr. & omnium
Sanctorum, omnibus, qui ad prænominatam eccleſiam in
hujus conſecrationis die cum devotione, & reverentia
venerint ad rogandum Deum pro remiſſione peccatorum
de injuncta ſibi pœnitentia 40. dies, & quartam partem
venialium relaxamus per Chriſtum Dominum noſtrum.
Et hanc chartam noſtri ſigilli munimine confirmamus.

XXIV 22. JACOBUS, anno 1276. cum Gothiſredo Epi-
ſcopo Taurinenſi à Joanne XXI. legatus eſt ad Mi-
chaelem Conſtantinopolitanum Imperatorem, ab eo-
que honorificè exceptus, perfectis rebus, tum ad vo-
luntatem Joannis, tum ad votum Nicolai IV. qui ei
ſucceſſerat, imperatoriis favorabilibus ſuffultus lite-
ris, rediit propemodum triumphans ad aulam, ex reg. A
Vatic. Nicolai IV. Obiit anno 1297.

23 LANDULPHUS dictus Rubeus, Bonifacii XXV.
VIII. Capellanus, ab ipſo eligitur in Epiſcopum Fe-
rentinenſem defuncto Jacobo, ann. 1297. 4. Kal. Apri-
lis, ex regeſt. Vatic. ep. 147. fol. 31. an. 4. Hunc Bonifa-
cius VIII. ad Umbriæ Civitates pro reſtituenda inter
eas pace delegat, qui Eugubinos Callienſibus, Foro-
ſempronienſes Senogallienſibus populis conciliavit.
Eugubium factione Gibellinorum à Pontifice diſce-
dens cepit, & revocavit ad obedientiam ſanctæ ſedis.
Pax etiam eo jubente inita inter Urſum Urſinum, &
Comitem S. Floræ, inter Urbevetanos, & Tuderti-
nos. De eo Joannes Wilfridus Anglus Monachus Be-
nedictinus, vir doctus, & eruditus in vita Bonifacii
VIII. nondum edita, quem male Richardum appel-
lat. Fato functus eſt noſter Landulphus anno 1303. ex
regeſt. Vatic.

24. PHILIPPUS electus à Capitulo confirmatur XXVI
à Joanne XXII. ann. 1318. die 18. Kal. Januarii ex reg.
Vatic. Apoſtolicæ Cameræ debitum penſum pollice- B
tur anno 1319. die 8. menſis Febr. ex lib. Proviſ. Præl.
Geſſit hic pro inſignibus Leonem reptantem.

25. MATTHÆUS electus Epiſcopus Ferenti- XX
nus anno 1344. die 20. menſis Julii ex eod. lib. VII.

26. PHILIPPUS, obiit 1350. XX

27. PETRUS Rugerii, ex Canonico Cathedra- VIII.
lis, electus ann. 1350. Non. Novemb. defuncto Philip- XXIX.
po, ex reg. Apoſt. ep. 195. fol. 145.

28. DIONYSIUS creatus Epiſcopus 1372. ex XXX.
eodem lib.

29. JOANNES à Clemente VII. Antipapa anno
1389. in Ferentinam ſedem intruſus eſt, contra Al-
bertum legitimum Paſtorem, ex eod. lib.

30. ALBERTUS, creatus eſt ab Urbano VI. ve- XXXI
ro Pontifice anno 1389. Hic propter potentiam par-
tium Antipapæ Clementis, ad adminiſtrationem ſibi
creditæ Eccleſiæ ægrè pervenit; pervenit tamen, ibi-
que deceſſit anno 1392. ex eod. lib.

31. JOANNES Bonifacius, Panella dictus, (,, *Nea-* XX
,, *politanus*,) Cajetanus primum Canonicus, deinde C XII.
Vaticanæ Baſilicæ, à Bonifacio IX. declaratus eſt E-
piſcopus anno 1392. Non. Kal. Maji. Principum Apo-
ſtolorum Altariſtæ munere functus eſt; ſacroque Pa-
latio cuſtos adhibitus, Gubernatorq; titulorum Car-
dinalitiorum, qui vacabant, adſcitus. Ad Eccleſiam
deinde Corcyrenſem translatus eſt, mox factus Ar-
chiepiſcopus Dyrrachienſis in Sclavonia, ann. 1395.
demumque Caputaquenſem Eccleſiam obtinuit, de
quo infra.

32. NICOLAUS Sacræ Rotæ Auditor, à Boni- XX
facio IX. electus eſt anno 1395. die 21. menſis Maji. XIII.
Hic deinde exutus dignitate eſt in Concilio Piſano
ab Alexandro V. quod partes Corrarii à Conc. depo-
ſiti pervicacius videretur fovere.

33. ANGELUS, ex Nicolai depoſitione, factus XX
eſt Epiſcopus Gregorio XII. ſedente ann. 1409. qui & XIV.
ipſe deinceps illo honore ſpoliatus eſt.

34. GREGORIUS, cum moraretur Cajetæ, ho- XX
nore exutus cum XII. Gregorio, cujus partes ſecte- XV.
ctabatur; cum aliis Epiſcopis atteſtationem quandam D
à Raguſco Cardinali factam, de quibuſdam Sancto-
rum reliquiis, ſubſcribit, ut ſupra videre eſt in Epiſco-
pis Tuſculanis.

35. Fr. SIXTUS è Ferentino, Ordinis Minorum, XX
ſuæ patriæ Epiſcopus adlectus eſt an. 1409. die 9. men- XVI.
ſis Auguſti. Obiit anno 1435.

36. Fr. ANTONIUS Buccabellus Romanus, Or- XXX
dinis Minorum, ab Eugenio IV. creatus anno 1436. VII.
die 13. menſis Februarii per obitum Sixti. Romæ de-
ceſſit anno 1445. ſepultuſque eſt in Aræ Cœli templo
ad pavimentum, ubi cum ejuſdem leviter marmori
inſculpta gentilitia Buccabellæ gentis inſignia duo e-
recti Leones invicem ſe intuentes ſpectantur cum
hoc epitaphio.

Hic requieſcit Reverend. in Chriſto Frater
D. Antonius de Buccabellis de Urbe Epiſco-
pus Ferentinus, fr. ord. Minorum, vita, &
doctrina virtute ornatus, qui obiit ann. D. M.

CCCC. XXXXV. menſis Januarii xxiv.

XXXVIII. 37. Fr. JOANNES, xenodochii S. Spiritus Præceptor in Saxia ſubleƈtus eſt Epiſcopus anno 1445. prid. id. Februarii. Deceſſit autem 1453. (,, *Hujus meminit Alverus in libro Roma in ogni ſtato part. 2. p. 262. Videndus tamen Petrus Saulnier de Capite Ord. S. Spiritus pag. 41.* Mandoſius.)

XXXIX. 38. ANDREAS Laureotius Anagninus, demortuo Joanni ſuffeƈtus eſt à Nicolao V anno 1453. 9. die menſis Oƈtobris. Crederim hunc illum Ferentinatem Epiſcopum eſſe, quem cum Epiſcopo Saſſaritano, multiſque aliis Prælatis, in ſtatione Romana turbulentum mare abſorpſit, anno 1473.

XL. Ex App. 9. Ex App. 9. 39. PETRUS * De Fineſtroſa, Hiſpanus, factus eſt Epiſcopus, anno 1498 die 4. menſis Maji, Alexandro VI. ſedente. Ferentini è vivis ſublatus eſt 1499. menſe Septembri. * Jacet in Eccleſia S. Jacobi Hiſpaniarum cum hoc Epitaphio.

D. S.

Petro de Feneſtroſa Epiſc. Ferent. ejus vita par fuit Doƈtrina. Vixit annos ... VIII. Obiit Ferenti XXII. Septembr. Anno Salutis MCCCCXCIX...... Card. ex teſtamento huc relatum eſt.

XLI. 40. FRANCISCUS Philipperius Romanus, S. Petri Canonicus, eleƈtus an. 1499. 2. die Oƈtobris. Vir utique inſignis, cujus opera in diverſis, trepidiſque legationibus S. Apoſtolicæ ſedi ubique, & ſemper præſto fuit, ac ſi unquam alius in illa præcipuè ſe conſultiſſimè geſſit, cum nomine Julii II. Pontificis Maximilianum Imperatorem contra Ludovicum Gallorum Regem ad bellum excivit. Per decem ipſos annos Ferentinam rexit Eccleſiam, ſed abſens plerumque, quippe cujus opera continenter uterentur Pontifices. Deceſſit Romæ anno 1510. die 15. menſis Martii, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo, ubi ejus in candido marmore ſpeƈtatur ſepulchrum, quod Imperialis Aquila, duobus roſtris armata, Philipperiæ gẽtis præclarũ inſigne decorat, cũ hoc epitaphio.

D. O. M.

Franciſco Philipperio Romano Epiſcopo Ferentinati, ad Maximilianum Imperatorem magnis de rebus feliciter miſſo, Piceni multos annos Prolegato integerrimo. Vixit annos lii. menſ. vi. dies xiij. Marius fratri ſanƈtiſſimo, & B. M. P.

XLII. 41. TRANQVILLUS de Macharatiis de Leonibus, (,, *Romanus*,) Canonicus S. Mariæ Majoris, eleƈtus 1510. die 16. m. Decemb. (,, *Pluries aſſediſſe legitur in Lateranenſi Cõcilio.*) Deceſſit 1548. 6. April.

XLIII *Pighinus* [illegible] 42. SEBASTIANUS Pighius à Regio Inſubriæ, antea Aliphanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam trãslatus eſt 1548. die 3. menſis Julii. Anno verò 1550. Sypontinus Archiepiſcopus effeƈtus eſt, Julio III. ſedente, à quo etiam declaratus eſt Cardinalis, Adriæque Epiſcopus, de quo alibi plura.

XLIV 43. Fr. DIONYSIUS de Robertis (,, *è Burgo S. Sepulchri in Etruria*,) Ordinis Servorum, Sebaſtiano ſuffeƈtus eſt 1550. die 30. Maji. Qui poſt quatuor annos, eidem anteceſſori ſuo in Sypontinum Archiepiſcopatum ſucceſſit, de quo alibi.

XLV. *b Fabricius vocatur à Fortunato in Chronicon* [illegible] *Mand.* 44. Fr. AURELIUS *b* de Theobaldeſchis Ferentinus, eques Hieroſolymitanus, Julii III. Papæ affinis, patriæ obtinuit Epiſcopatum 1554. poſtrema die menſis Aprilis, Julio III. ſedente. Diu ſuperſtes fuit, effœtæque ætatis deceſſit 1584.

XLVI 45. SYLVIUS Galaſſus creatus eſt an. 1584. die 3. Junii. Deceſſit 1591.

XLVII. 46. HORATIUS Ciceronus, (,, *Fruſinonenſis Verulanæ Diœceſ.*) Soranus primum Epiſcopus, huc translatus eſt die 31. Julii, anno 1591. Deceſſit 1603.

XLVIII. *c 1605.* 47. FABRITIUS Campius Neapolitanus, Ferentinati præfuit Eccleſiæ ann. 1603. die 7. menſis Aprilis. Eſſe autem deſiit inter mortales anno 1605 *c*.

XLIX *d 1607.* 48. DOMITIUS Morellus Romanus Campio ſucceſſit anno 1605 *d*. die 3. menſis Auguſti, à Paulo V. eleƈtus, ſub quo etiam vita deceſſit anno 1612.

49. ENNIUS Philonardus Romanus, (,, *Ex Oppido Banco Verulanæ Diœceſis oriundus*,) Philonardi Cardinalis conſobrinus, ſubleƈtus eſt die 29. menſis Novembris. Vivit adhuc, paratamque adverſum ſe incredibilẽ expeƈtationem habet probitatis. (,, *Summa cum laude rexit uſque ad an. 1644. quo obiit.* L.

* 50. ÆNEAS Spannocchius nobilis Senenſis, ex Epiſcopo Suanenſi translatus ad Ferentinam Eccleſiam Vacantem per obitum Ennii Philonardi an. 1644. die 23. Maji. LI

ADDITIO.

(,, *Deſiit eſſe inter mortales 1658. Hujus meminit Ugargerius in Pompis Senen. par. 1. pag. 160.*

,, *OCTAVIUS Roncionus nobilis Romanus V. S. Referendarius ob ſingularem prudentiam, ac doƈtrinam poſt multas Eccleſiaſtica ditionis Urbes moderatas, ipſamque Transtiberinam Romanam Regionem, & mox Reatinam Civitatem, tandem ad Epiſcopatũ Ferentinum eveƈtus eſt die 8. Julii 1658. commiſſum ſibi gregem vigilantiſſime cum foveret, ob ejus eximiam in agendo prudentiam, plurimis in extricandis arduis aulæ negotiis adhibitus eſt a Summis Pontificibus Clemente IX. & X. At dum ſui nobiliorem expeƈtationem præberet, morte ſubripitur an. 1676. ſepelitur in ſua Cathedrali, ubi ſepulchrale elogium ab equite Proſpero Mandoſio ipſi exaratum ejus laudes proloquitur. Scripſit, ediditque Diœceſanam Synodum; aliudque ingenii ſui monimentum apud hæredes reliquit intitulatum;* Racconto Hiſtorico della peſte nel Rione di Treſtevere, e nella Città di Rieti. *Meminere Oƈtavii Gaſpar Alverus in lib.* Roma in ogni ſtato. *Mandoſius in ſuis centuriis. Joſephus Colantonius* Ragguaglio della peſte di Rieti: *Carolus Ulyſſes in lib.* Linguarum balbuties &c. LII.

,, JO: CAROLUS *Antonellus J.U.D. Veliternenſis Civis, & Canonicus, & Epiſcopatus Velitrenſis pro Cardinali Franciſco Barberino Vicarius Generalis, quo Patrocinante ſacra Ferentinerum Thiara dignatus eſt 11. Jan. 1677. Varia ſcripſit, edidítque etiam dum nimio annorum pondere preſſus in leƈtulo decumbens, otiari neſcius, mira feſtinatione ſua mentis conceptus aliis diƈtabat. Quievit denique æterna requie 1694. m. Junio.* LIII.

,, VALERIANUS *Chierichellus nobilis Amerinus J.V.D. cujus virtus in Romana Curia optimè probata, plurimis, arduiſque cum adhibitus fuit gubernìis in Eccleſiaſtica ditionis Civitatibus, hac dignatus eſt Cathedra 21. Junii 1694. Cujus Paſtoralis zelus affulget modo ovibus ſuis.* Luc.) LIV.

FULGINATENSES
(1) EPISCOPI.



FUlginea Civitas Umbriæ, Romanorum nobile, ac perantiquum municipium, & Præfeƈtura fuit, grad. long. 42. lat. 29. Pto. apud Appianum lib. 4. civil. bell. Fulcinum diƈtum. Hoc oppidum à Peruſia abeſt 190. ſtadiis In antiquo Itinerario Hieroſolymitano, Fulgioli, plurali numero legitur. Inde Fulginatenſes oppidani pleriſque ſcriptoribus diƈti. Plin. lib. 3. cap. 14. Horum etiam meminit Cicero in Oratione pro L. Cornelio Balbo L. Vareno, ac pro M. Varrone, *Fulginates viros valde religioſos fuiſſe affirmans*. Hæc Civitas olim muris proteƈta ſatis ſplendida, opulentaque habita eſt, deinde ut fortuna belli, temporaque tulere, muris exuta, variantis fortunæ poſteritati exemplum præbuit. Unde de ea Silius Italicus.

patu-

(1) Fulginenſes, Fulginates, Fulginienſes, atque Fulginatenſes variè dicuntur in Conciliis.

patuloque jacens ſine mœnibus arvo
Fulginia.

Iterumque ſupracitatus Appianus . . . . appellat, quaſi imminutum quoddam, & ignobile oppidum, cujus deinde paulatim excidium Fori Flaminii, à Luitprando Longobardorum Rege, an. ſalutis 740. ſolo æquati, ruinæ reſecerunt. Eodemque ferè tempore Fulginatenſes, qui non procul à Tuderto fixerant ſedem, eam urbem cœperunt incolere, muriſque vallatam, ex Fori Flaminii, cæterorumque circumadiacentium Pagorum reliquiis ad eam, quæ nunc ſpectatur, magnitudinem produxere anu. 1291. Fulginatenſes primum Populo Romano paruerunt, deinde grave Gothorum jugum acceperunt, eiſdemque devictis Longobardi ſcripſere leges; poſtea Duces Spoletanos ſenſere Dominos: tum gentis Trinciæ ab an. 1305. uſque ad 1439. tyrannidem pertulere. Cujus gentis denique excuſſo fræno, ad lene ſummorum Pontificum jugum rediere; ſub quo, poſt Spoletanos Duces, per aliquot antea annos opima pace floruerunt; adeoque hoc tempore florent, ut planè demutare Dominos dedignentur. Civitas totius Umbriæ ferè media eſt, quippe quæ inter Spoletum, Aſiſiumque in lata, lætaque frugibus valle ad jucunditatem exurgat; exigua illa quidem, ſed nundinis frequens, mercaturaque illuſtris, præſertim earum rerum, quæ ex ſaccaro in variis generis bellaria efformantur; itaut jam olim vulgi facetiis, *Fuligno dalle ſtrade inzuccherate*, paſſim vocetur. Adeò verò cum variis artibus, fortibus viris fœta eſt, ut aliquando Longobardos, ubique gentium penè victores acriter, invicteq; à muris depuliſſe narrentur. Paulo autem Apoſtolo verbum Dei per Umbriam enunciante, Fulgineis lux Evangelica auſpicatò affulſit; ejuſque prædicationis famæ, conſtanti que traditioni hactenus fidem fecerunt, cum templum, quod non longè ab Urbe, pietas Fulginatium eidem Apoſtolo poſuit, tum etiam gratia ſanitatum, quam idem Paulus præcipuè cuidam Cancellii genti, Hoſpitique, eo nomine Hoſpiti gratias relaturus, traditur conceſſiſſe. Hic Pagus eſt quinto ab Urbe Fulginio milliario diſtans. Ibi ergo cum Paulus, ejus gentis provecturus ſalutem diverſaretur, non modo familiam illam totam, à qua humaniſſimè habebatur, ad Chriſti fidem perduxit, ſed etiam eidem poteſtatem in poſteros duraturam dilargitus eſt, ut ſub charta quadam precationum formula torminibus iſchiadicis ſalubriter mederentur. Ejus gentis alumni ea medendi facultate ubique, & ſemper feliciter uſi ſunt, donec aliquando tandem M. Antonium Bizzonium Romanum Fulginatem Epiſcopum ſuſpicio cepit, illis precationibus aliquid ſubeſſe, quod ſuperſtitionem oleret. Itaque inhibitione cavit, ſive ne latius ſerperet, ſive ut tolleretur in totum. Cæterùm non multò poſt, iſchioda ipſe correptus eſt, interque dolores memor Apoſtoli, memor gentis, cujus pietatem ex ſuſpicione traduxerat, ad utriuſque opem implorandam ſanandus accurrit. Igitur illi ex more precati ſunt, hic repentè convaluit, ejurataque incredulitate, & Apoſtoli virtutem ſanitatum veneratus eſt, & deinceps cum cæteris haud dubitavit, Paulum in ea provincia Chriſti fidem plantaſſe, cujus ad cæterorum ſalutem gratia ſanitatum adhuc in ea gente illibata duraret. Quod autem per totam Umbriam plantaverat Paulus, hoc ipſum deinde ſanguineo penè ſudore, Britius, Chryſpoldus, Herculanuſq; Principis Apoſtolorum miſſu, ejuſdem non degeneres ſanè filii, uberrimè irrigarunt. Et Chryſpoldus quidem Fulginates excoluit; cum interim Britius ad tantundem operis immoraretur Spoleti, ubi cum ſæviente Nerone diriora vincula, carcereſque perpeſſus fuiſſet, Petri Apoſtoli interventu, illis divina ratione diſcuſſis, ab eodem Apoſtolo totius Umbriæ Archiepiſcopus dictus eſt; qui Chryſpoldum viciſſim inauguratum Epiſcopum Fulginium miſit: alioſque deinceps aliis Umbriæ Oppidis verè Apoſtolicos viros attribuit, ut quaſi undequaque procerioribus extenſis ramis tenella fides Chriſti protecta, nimio perſecutionum ardore non poſſet aduri.

Igitur cum Apoſtolorum Principes fidei Chriſtianæ in Umbria tum ipſi per ſe, tū per promptiſſimos, ac ſanctiſſimos Duces fundamenta jeciſſent, non modo ibi altas radices egit, ſed Præſulum deinde ardore adeò crevit in palmites, fructuſque tulit uberiores, ut Farneſiæ gentis columen illud, ac Romanorum Pontificum decus, Paulus III. Fulginatenſem Eccleſiam, Chriſtianæ Religionis Seminarium, Romanæq; Eccleſiæ ſacrarium, honoris gratia appellare ſoleret. Primarium Templum, in quo Civitatis Antiſtites ſibi ſedem fixere, quod nos ſummam Ædem vocamus, cum ipſius religionis incunabulis, fundatum eſt, ac SS. Joāni Baptiſtæ, Feliciano Epiſcopo, Florentioq; Confeſſorii, Fulginii divis tutelaribus conſecratum.

In eo tria digniora munera ad Hierarchicum decus effulgent, Prioratus, Decanatus, & Archipresbyteratus. Quibus 16. ordinarii Canonici ſubſunt, pone quos ſex ſupernumerales ſequuntur: cum iterum minorum gentium 30. Sacerdotes, nos Capellanos vocamus, ad ſacrificia frequentanda haud ignobilia ſtipendia alant; tum ſuccentores, cumque ſuis magiſtris Chorales Pueri ita munus ſuum adimplēt, ut divino cultui promovendo, nil videatur poſſe fieri exactius.

ADDITIO.

(,, *In Cathedrali Fulginienſi præter Canonicos, &*
,, *Clericos ſupramemoratos extant duæ Capellaniæ de*
,, *jurepatronatus gentis Eliſea, itemque alia de jurepa-*
,, *tronatus Roſciolorum. Poſt Cathedralem duæ aliæ ſunt*
,, *nobiles Collegiatæ Eccleſiæ. Et his tribus animarum*
,, *cura incumbit: quæ tamen quinq; inſuper aliis demandatur,*
,, *datur, quarum tres Regulares ſunt, & omnes ſimul*
,, *7000. circiter mortalium capita enumerant. Monia-*
,, *lium in hac urbe undecim extant Monaſteria, præter*
,, *nobilium fœminarum aggregationem ſub invocatione*
,, *S. Urſulæ, quæ privatè emiſſis votis nullo clauſuræ jure*
,, *devinciuntur, 12. Virorum, Laicorum 7. ſodalitia, &*
,, *celebre Oratorium Nominis Ieſu, Hoſpitalia tria,*
,, *mons Pietatis 40000. circiter aureorum ſorte dives,*
,, *& Clericorum Seminarium. Ex pluribus oppidis,*
,, *ruribuſque coaleſcit diœceſis, quorum in nonnulla ali-*
,, *qua jura habet Abbas pro tempore Commendatarius*
,, *S. Crucis, annui proventus circiter 4000. Scutorum.*
,, *Nomina locorum ſunt*: Acqua S. Steſano. Aſrile.
,, Borterio. Butino. Belfiore. Cancellaria. Canè. Cuſ-
,, ſignano. Colſiorito. Capo d'Acqua. Cupoli. Colle-
,, longo. Caſe nove. Colle S. Lorenzo. Cane. Corvia.
,, Caſale. Forcatura. Fiamegna. Morro. Oppello.
,, Pieve Fanonica. Pale. Parrieani. Popola. Rovi-
,, glieto. Rivo. Raſilla. S. Eraclio. S. Maria in Cam-
,, pis. S. Baſliano. Sterpeto. Scaſuli. Maceratola.
,, Scandolaro. Scupoli. Suſtino. Serrone. S. Gio. Pro-
,, fiamma. Tenore. Veſcia. Volperino. Valtopina.
,, *Univerſa diœceſis 8000. & ultra animas enumerat.*
,, *In hoc Territorio fuit celebre olim Forum Flaminii,*
,, *Epiſcopalis antiquitus civitas a. Fulginienſis Eccle-*
,, *ſiæ annuus cenſus de præſenti æſtimatur Scut. Rom.*
,, *monetæ 900. Taxa Camer. Flor. 100. Luc.*)

a De quo in X. tomo

De Fulginio Civitate, de Eccleſia, deque ejuſdem Epiſcopis ſatis fusè commemorat Ludovicus Jacobillus nobilis Fulginas amicus noſter, commemorabitque planius, & plenius in Annalibus Umbriæ, quos ad gloriam illius gentis, hoc tempore ubere ſtylo procudit: cujus ſtudio, diligentia, liberalitateque noſtra hæc de Fulginio qualiſcumque narratio crevit, quam deinde ad aliorum ſcriptorum cotem, judiciumque, ut potuimus, expedivimus.

1. CHRYSPOLDUS, ſive CHRISPOLYTUS Hieroſolymitanus, ut vocant alii, merito primus Fulginii Epiſcopus dicendus eſt, quando in eam Urbem fidem à principibus Apoſtolorum acceptam primus invexit. Tametſi autem, alii Vetoniæ, alii Nucerinum vocent Epiſcopum; minus tamen hoc ipſum admirationis iis commovebit, quos primigeniæ illius Chriſti Eccleſiæ mos haud omninò latuerit. Siquidem cum ea Chriſti exordia non uſquequaque operariis abundaret, fiebat, ut unus, idemque, cujus pietas perſpecta eſſet, ad plures deinceps Eccleſias prædicationis gratia deſtinaretur: illæque ſive converſionis inde auſpicaturæ nobilitatem, ſive memori mente, gratoque animo in auctorem ſuæ ſalutis futuræ,

illum ipſum ſuum Apoſtolum, Epiſcopumque appellarent. Quod S. Romulo Feſulanorum Apoſtolo eveniſſe credendum eſt, cujus Apoſtolatu Bergomates, ac Brixiani ſoleant hoc tempore æquè ac Feſulani gloriari. Maneat igitur Chryſpolitum à Principe Apoſtolorum Fulginium primùm fuiſſe directum, mox à Britio totius Umbriæ Antiſtite fuiſſe ordinatum Epiſcopum anno 58. non modo Fulginii, ſed etiam aliorum locorum, in quibus in evocandis ad Chriſtum gentibus ſtrenuè inſudaverat; ac proinde nil mirum eſſe, ſi & Vetonium, Nuceriaque, non ſecus ac Fulginates, ejuſdem Apoſtolatu velint condecorari. Hic igitur ille Chryſpolitus eſt, qui fidei ardore ſuccenſus, non modo Fulginii, ſed etiam per totam Umbriam adhortatione, exemplis, miriſque divina virtute patratis, genti illi diſcuſſit errorum tenebras, Evangelii lucem aperuit. Quæ ne deinde reperet, Templum Deiparæ foris portam, ut tunc vocabant, dedicavit. Quod deinde nova laxitate murorum concluſum intra portam cœptum eſt appellari. Sed & Petro Apoſtolorum Principi, ac in fide magiſtro, jam nobili martyrio coronato Templum erexit, quod hoc tempore, vetuſtate collapſum D. Caroli recenti ædificio incolæ adjunxerunt. In miris autem, quæ per illum operatus eſt Deus, ea narrantur præcipua; gentilem ſcilicet quendam antea mutum, ad ejus imperium ſubito explicuiſſe linguam, inque Dei laudes effuſum Baptiſmali aqua ab eodem fuiſſe dilutum; Tum Valeriano Præfecti Nepoti cum baptiſmali gratia ita crus fractum integrum reſtituiſſe, ut nullus deinceps ex fractura dolor ingredientis falleret greſſus. Eripuit præterea Vincẽtium, Baruntiumque bubulcum, quos Auſterus Præfectus inaudito crudelitatis genere lupis devorandos objecerat. Quamobrem vincula, carceres, atque ad ſupremum propemodum ſpiritum flagella perpeſſus eſt; cum eodem tempore quidam nomine Arrianus ad ejuſdem orationis virtutem, apoplexiam, quæ illum miſerè corripuerat, feliciter fuiſſet eluctatus. Itaque cum multorum genera tormentorum demum fuiſſet expertus, nec tamen ſemel profeſſam fidem demutaret, cum Baruntio tandem in ardentem fornacem injectus eſt. Sed ad divinum imperium, propemodum frigeſcente igne, cum inde evaſiſſent illæſi, Barontius cum Teutilla Chryſpoliti ſorore, ac tormentorum ſocia capitali ſententia punitur; ipſe verò ad Imperialem, ut vocant, Caſtrum deductus, anno ſalutis 93. die verò 12. Maji, Domitiano (1) imperante, ſecatur medius, integra deinde cumulataque palma martyrii potiturus in Cœlo. Ejus corpus Vetonii ſub altari majori Templi ejus nomini conſecrati honorificè requieſcit; ibique tanquam Epiſcopum, ac Protectorem Vetonii, nuncupatis pro neceſſitate votis, venerantur fideles. Quoniam verò duo Vetonii Epiſcopi, eodem nomine Chryſpoliti ſunt appellati, error inde exortus multos tranſverſos egit, ut utriuſque vitas, geſtaque confunderent. Sed multorum annorũ ſpatium, quod intercurrit utrumque, facilè errorem apud cordatos diſcuſſit. Sicut etiam nuperus quidam ſcriptor, duos fuiſſe Britios, duoſque Herculanos animadvertit, ne ad eoſdem erroris ſcopulos adhæreſcerent imprudentes, cui nos etiam meliori occaſione, & otio, hoc eſt, cum de ipſis loquemur, ſubſcripturi ſumus. Meminit Chryſpoliti Ferrarius in SS. Italorum catalogo, additque Vetonii, Perusiæque adhuc extare Chryſpolitorum familias, quæ ab eo ſancto Epiſcopo, de quo hactenus locuti ſumus, ſuam ſe trahere nobilitatem glorientur.

II. 2. **BRITIUS** autem Chryſpolito rebus humanis exempto, non modo Spoletanam, ſed Fulginenſem, Vetoniam, Nucerinamque, cum animarum jucunditate, & fructu ut verè Paſtor gubernavit Eccleſias, ac piè, ſanctèque poſt glorioſum curſum laboris Spoleti defunctus eſt, ſepultuſque in Baſilica S. Petri, quam in honorem ejuſdem Apoſtoli propè Spoletum condiderat. Sed de eo plura, cum de Spoletanis Præſulibus erit nobis inſtituta narratio. Cæterùm Fulginates, ut fidem facerent poſteritati Britium ſuæ Civitatis divinum jus aliquando dixiſſe, in Epiſcopatus majori aula inter cæteros Præſules voluerunt illum extare depictum. Sive autem eorum, qui Fulginatenſem aliquando adminiſtrarunt Eccleſiam, nomina devoravit vetuſtas, ſive ne eidem regendæ adjutrices manus admoverent fideles, perſecutionum rabies prohibuerat, ab anno noſtræ ſalutis circiter 93. die 9. Septembris, in quo exceſſit Britius, uſque ad annum 174. nulla memoria extat, ad quos Fulginatenſis Eccleſiæ adminiſtratio fuerit devoluta. Conſtat autem S. Anthimum Interamnæ Epiſcopum Fulginatium multos ſua adhortatione pertraxiſſe ad fidem, atque in ea quamplurimos confirmaſſe. Quamobrem meritus eſt, ut ſuo nomini conſecrato Templo, tantorum beneficiorum Fulginates memores eſſent ad æternitatem.

3. Anno 174. in Fulginatenſem Epiſcopum ſublectus eſt Chriſtianus quidam Anonymus, quem magnarum virtutum fuiſſe oportet, tum quia, eo eſſentis Chriſti ſanguinis tempore, in eum ordinem cooptatus eſt, tum quia ſpectatæ virtutis Epiſcopo, in antiquiſſimo codice de vita S. Feliciani, quem Spelli Cathedralis Eccleſia adhuc ſarctumtectum aſſervat, legitur ſucceſſiſſe. Cujus etiam anteceſſoris, qui eodẽ anno Fulginas Epiſcopus fuerat adlectus, injuria temporum intercidit nomen, cum & ipſe in aula Fulginenſis Epiſcopatus, anonymus, ac ſine inſcriptione inter cæteros effigiatus perſpicitur. Hujus itaque tempore, hoc eſt, 175. die vero 39. Januarii, ad Trivium Fulginatem, ut vocant, extra portam Romanam, ſub Cariſii Præfecti, Marcique Aurelii Antonini Imperatoris deſæviente rabie martyrio coronatus eſt, Conſtantius Peruſinus Antiſtes, qui tunc morabatur Spoleti, jubenteque Angelo, à B. Leviano Fulginate propè Peruſiam tumulatur; cum ibi poſtea à pietate Chriſtianorum ejus nomini conſecratum Templum exſurrexiſſet. Quorum præclarè factum æmulati Fulginates deinceps, ubi Conſtantius pro Chriſto conſtanter effuderat ſanguinem, ibidem effuſa liberalitate, ejuſdem memoriæ poſuere Templum. III.

4. Anno verò 189. cum S. FELICIANUS Romæ doctorum applaudente ſenatu, Magiſter Artium fuiſſet conſalutatus, tantam inde apud omnis ordinis homines ſapientiæ famam collegit, ut Eleutherius ipſe ſapientiſſimus Pontifex ad cumulum honoris illum ſacerdotio initiaverit, atque à ſecretis, conſiliiſque habuerit præcipuum. Qui Foroflaminienſis Felicianus, Fulginii poſtea Epiſcopus creatus eſt, unde ejus majores ſuam conſtat traxiſſe originem; cujus lætabilem, fauſtamque nomini Chriſti electionem Victor Papa habuit ratam 203. illumque Romæ Epiſcopali infula, inſignibuſque, addito & Pallio, condecoravit, inque vicinas Provincias cum ampla poteſtate legavit inſtituendi Clericos, Sacerdotes, Epiſcopos, conſecrandique Eccleſias. Quamobrem cum per Interamnam, Fulginium proficiſceretur, Valentinum Interamnium nobiliſſimum ibidem dixit, ordinavitque Epiſcopum, minores tum clericos, tum Sacerdotes inſtituit, vero Deo ſubſtruxit Templa, editiſque miraculis, innumeram propemodum multitudinem Chriſto adjunxit. Quod ipſum Trevii, Mevaniæ, Spellique prædicando peruſit. Quod cum ubique, & ſemper ingẽti animi ardore præſtaret; tum nuſquam aliàs majori conatu, atque Fulginii, quod tanquam gregem propius Paſtor regendũ ſuſceperat, id ipſum prædicandu perfecit. Quanquam enim multi, ut ſupra docuimus, apud Fulginates ad id operis egregiè incu- IV

(1) Ughellus D. Chryſpolitum nominat primum Fulginatium Epiſcopum, & ſub Domitiano Imperatore an. 93. die 13. Maji paſſum eſſe. Eandem cum Ughello Chronotaxim tenuit Jacobillus, initia Chryſpoliti ad Neronem, martyrium referens ad Domitianum. Verum enim vitæ & Paſſionis hiſtoria expreſſe aſſerit martyrium conſummatum *ſub imperio impiiſſimi Maximiani*. Moviſſe videtur illos, quod S. Chryſpolitus cum S. Britio atque Eraclio, aliiſque dicatur in eiſdem Actis *à B. Petro Apoſtolo ad prædicandum in Italiam miſſus*. Sed cum hanc hiſtoriam conſtet diu poſtea ſcriptam florente Chriſtianitate, facilius poſſumus opinari, *S. Petri* nomine intelligi ejus ſucceſſorem, quem *Domitiano* ſubſtitutum perperam fuiſſe nomen *Maximini*. Nec refert, quod S. Britius Spoletinus Epiſcopus, à quo dicitur conſecratus S. Chryſpolitus, putetur primus illius urbis Cathedram tenuiſſe. cum enim de S. Britio, & illius ætate nihil certi habeatur, potuit is eo ſimili errore, quo à S. Petro, ſcilicet à Petri ſede miſſus dicebatur, ad primum ſeculum [illegible] perperam relatus fuiſſe. Aliquis Eucherius porro dicitur paſſus Tuderti ſub Diocletiano Maximini collega. Certè plures illæ Eccleſiæ, quas dicitur fabricandas curaſſe S. Chryſpolitus, ætatem Diocletiani, & Maximiani potiùs quam Domitiani nobis inſinuant. *Collectores Actorum SS. Menſis Maji tom 3. pag. 20.*

incubuerant, adhuc tamen illorum non minimam partem idolatriæ reliquiæ ita inſecetant, ut vix, aut nullatenus extundi poſſe viderentur. Sed Felicianus eam expugnationem ſemel feliciter aggreſſua, tandem Fulginii idolatria penitus everſa, Baſilicam Palatinam D. Joanni Baptiſtæ ſolemniter conſecravit. Idemque beneficium ſenſere deinceps Foroflaminii, Umbri, Etruſci, Sabini Bruttii, Picentiniq; apud quos ejuſdem fulſere miracula, ſeſeque adhortationum ardor extendit, itaut ex multitudine, quam ſubjugaverat Chriſto, ut noviter de Cœlo lapſum Italiæ Apoſtolum venerarentur plerique. Jam Felicianum, propemodum pro Chriſto ſuſceptis laboribus fractum nonageſimus quartus annus premebat, cum Imperatorem Decium chriſtiano ſanguine madidum contigit per Fulginatium Civitatem iter habere. Quem cum accepiſſet Felicianus, Abdon, & Sennen nobiliſſimos Perſas in vinculis ſecum trahere, Romanorum deinde theatrum clariſſimorum Martyrum cruciatibus oblectaturus, progreſſus ſanctus, ut inviſeret, ac ſolaretur ſanctos, tentus, ac captus eſt; cumque conſtanter chriſtianam fidem profiteretur, equulei extēſione, virgis, ferreiſque pectinibus ad vivum uſq; mulctatus, ac deinde ante Imperatoris currum violenter pertractus, non longe à Fulginio moriens, pretioſam mortem ſanctorum ſua morte prælusit, ſepultuſque eſt in Palatina Baſilica, quam non ita pridem ipſe Io: Baptiſtæ ſacraverat; ibique Fulginatium votis, muneribuſque ut Protector præcipuus veneratur, & colitur; cum interim nec locus ipſe, ubi vis illum tormentorum abſumpſerat, ex largitate, liberalitateque Fulginatium ſua celebri memoria careat. Incidit autem ejus corona martyrii in diem 24. menſis Januarii, annum 254 *a*. Hujus ſancti reliquias à Theodorico Metēſi Epiſcopo ſub Othone Imperatore in Gallias fuiſſe translatas ſcribit Sigibert: in Chron: ann. Chriſt. 963. Alber. Grant. in Sax. lib. 1. cap. 7. De quo Bar. tom. 10. Annal. & in notis ad Martyrologium Romanum. Cæterùm cum de translatis corporibus ſanctorum ſermo eſt, ex ſententia Baronii ita intelligendum eſt, ut illorum pars aliqua, haud autem integra corpora intelligantur translata. Cui rei fidem indubitatam facit pia fidelium veneratio, quæ in illis locis adhuc ſanctè perdurat, unde ad alias Eccleſias condecorandas fuere diſtracta, quod utique vano vulgi errori foret adſcribendum, niſi ibidem adhuc extaret, quod piè veneraretur. Sancti Feliciani vitam ſcripſit Iſidorus Clarius, & ipſe Fulginas Epiſcopus. Ejuſdem meminit Ferrarius in catalogo Sanctorum, fuſius verò Ludovicus Jacobillus noſter. Dum autem Felicianus in vivis ageret, B. Levianus è vivis exceſſit die 18. menſis Octobris anno 203. homo quidem Laicus, ſed ſtudio religionis, oratione, ac pœnitentiæ operibus admirandus, itaut acclamatus, Sanctus à vivis, mox vita functus, propè S. Conſtantium martyrem, atque Epiſcopum Peruſinum, in Templo eidem Sancto prope Peruſiā conſecrato, meruerit tumulari.

a Vide Acta SS. menſis Januarii t. 3. p. 581.

V. 5. Anno deinde 254. Felicianus Diſcipulum à ſe dilectum excepit, injuria temporum Anonymum illum quidem, ſed Magiſtri virtutum æmulatione notiſſimum, ut in ejuſdem Sancti manuſcripta vita narratur. Qui dum Fulginatem gregem moderatur, ac regit, Heraclius, Juſtus, Mauruſque Confeſſores Chriſti egregii, agonis ſui orbitam propè Fulginium glorioſiſſime percurrerunt die 4. Maji anno 254. Ubi verò pro Chriſto morte oppetiverunt, ibi in eorumdem honorem Templum erectum eſt, mox & Caſtellum, quod de nomine S. Heraclii, Heraclium antiqui dixerunt. Sed à Fulginio milliario tantùm diſtans Heraclium, ignorantia deinde vulgi, facilè fuit degenerare in Rachium.

VI. 6. Clerus deinde, acclamante populo, ad Fulginatem ſedem FELICIANUM, ejus nominis, II. evexit, quem non modo integritas vitæ, doctrinaq; commendaverat, ſed & ipſius nominis fauſta recordatio, quaſi primi illius Feliciani videretur relatura virtutes, ejuſdem in Paſtorem cooptationem, à Marcellino Papa anno 296. confirmatam, effecerant ſuaviorem. Hic Sueſſæ in Campania a 3. die menſis Auguſti anno 303. inter 300. Epiſcopos, qui illic agitabant Concilium, vir idem doctus, ac bonus, de rebus fidei deliberaturus conſedit. Neque dum ad clavum Felicianus ſederet, adeò felicia ejus tempora fuerunt, ut omninò illi ab infidelium perſecutione tranquilla res foret. Quippe ſub idem tempus, die 10. menſ. Decembris anno 304. in Foro Arenario, duobus tantùm milliariis à Fulginio procul, Carpophorus, Abundiuſq; ex Antiochia Syriæ conjunctiſſimi fratres, Martiano Spoleti Præſide jubente, nobili martyrio coronantur. Quorum deinde corpora Euſtochium è Fulginate nobilitate primaria fœmina, in ſepulchro, quod iterum opaca ſpelunca tegebat, quodque ſibi vivens ad Saxovium Montem, à Fulginio 3. milliario diſtantem, poſuerat, honorificè reconditos habuit: quæ deinde Templum ibidem, cum monachorum Cœnobio exædificatum, ſub majori altare cultu honorificentiori excepit.

7. PAULUS Fulginas Clero vocante, applaudente populo, Julio verò I. Pontifice ejuſdem aſſumptionem approbante, Fulginatem evaſit ad ſedem, ut antiquus Fulginatium Epiſcoporum Index, qui ibidem adhuc diligentiſſimè aſſervatur, apertiſſimè docet, 350 *b*. Cujus tametſi tantum nudum nomen legatur; vel ipſa tamen electione ad tantum muneris, probum fuiſſe virum oportet, cum trepidis illis temporibus, ac Tyrannorū perſecutionibus ferè infectis, celſitas illa ſedium haudquaquam pateretur ignavos. VII.

b 359. ait Lor.

8. URBANUS Fulginii Epiſcopus dictus eſt, an. 475. Simplicio ſummo Pontifice annuente. In Romano Concilio ſub Felice *c* aliàs III. in Conſtantiana Baſilica celebrato, inter 38. Epiſcopos, de rebus fidei, deq; illorum temporum moribus graviſſimè cenſuit. Præfuit annis 12. fatoque ceſſit an. 498. ut antiquus codex ejuſdem Civitatis ſimpliciſſimè narrat. VIII.

c an. 487.

9. FORTUNATUS Fulginatem ſedem obtinuit ſub favorabili diplomate Symmachi Papæ ann. 498. qui Romano Concilio interfuit 3. 4. 5. & 6. quod idem Pontifex ſtudio religionis coegerat anno 500. 502. 503. 504. (,, *Item Anno 499. & 501.*) IX.

10. S. VINCENTIUS è Laodicæa Syriæ è 300. illis ſociis fuit, ut ferunt, quos ardor martyrii, ſanctaque Romæ inviſendi loca in Italiam flagrans traxit cupido anno 516. Qui Hormiſdæ ſummi Pontificis miſſu, Umbris, Sabinis, Etruſciſque Evangelii Chriſti maximam deinde prætulere facem; relatoque magno animorum fructu, illorum pars contemplatrici vitæ deinceps ſe dedit, in cœnobiis à ſe ædificatis, multis progenitis filiis; pars in iis locis, quos prædicādo luſtraverat, Epiſcopali throno nobilitata eſt. Siquidem Herculanus, ejus nominis II. Peruſiæ præfuit; Laurentius dictus illuminator Spoletinam rem ſacram rexit, S. Anaſtaſius, Proculus II. Syruſque II. ſibi invicem ſuccedentes, Interamnæ ſacrorum Antiſtites fuere, denique S. Juvenalis ejus nominis II. Narniæ Paſtor effectus, moderatus eſt, è quorū ſchola, ac contubernio iſte Laodicenſis Vincentius, de quo loquimur, ad omnem pietatem unicè factus prodiiſſe narratur. Qui cum veniſſet Fulginium eodem anno, hoc eſt, 516. amore ſolitudinis tactus, propè muros Fulginii tugurium, cum ſacello S. Triadi ſacro ſibi conſtruxit, quod vix Cœli injurias videretur poſſe arcere. Ibi cum vitam, ut omnium virtutum concurſum aſſequeretur, inſtituiſſet, atque adeuntibus ſe recti itineris ad vitam certiſſimum ducem præberet, haud diu lucerna ardens, & lucens ſub modio potuit latere; ſiquidem in vacuam Fulginii ſedem à Clero ſubvectus eſt, Joanne deinde I. ſummo Pontifice ſuffragante an. 523. Per idem tempus S. Florentius Laodicenſis, ſociuſque S. Vincentii, ob eremiticam vitam ex regula S. Benedicti apud Nurſiam probatiſſimus monachus floruit. Hic cum ſibi concivem, ac in vitæ auſteritate parem Eutitium monachum extuliſſet, Nurſia profectus Fulginium venit ann. 540. ut S. Vincentii propiori contubernio perfrueretur. Succeſſit igitur in illud ipſum tugurium, in quo Vincentius ipſe ante latuerat. Cujus deinde, in honorem S. Sylveſtri, commodiuſque ſocii domicilium nobiliori ſchemmate idem protulit fines; cum eidem etiam ad-

jeciſ-

jeciſſet Cœnobium, in quo ex D. Benedicti temperatione monachi aſſiduè opus urgerent. Locus hoc tempore, tametſi SS. Triadi ſemel dicatus ſit, in eoque ſolemni ritu S. Sylveſt. memoria celebretur, Templū tamen, Xenodochiumque S. Spiritus vulgò vocatur. Ibi igitur cum per 8. ferè annos S. Florentius vitam auſteram egiſſet, tandem pœnitentiæ laboribus fractus 1. die menſis Junii anno 548. ſanctiſſimè vitam finivit. Cujus corpus S. Vincentii Epiſcopi juſſu Cathedrale Templum excepit. Quod deinde cum publicus ſumptus ampliaſſet an. 1146. SS. Joanni Baptiſtæ, Feliciano Martyri, Florentioq; monacho conſecrarunt. Quamquam jam uſus obtinuit, ut illa ſanctorum multiplicitate nominum obliterata, unum Feliciani Martyris nomen Templum illud honoret. Cum itaque S. Vincentius 28. annis Fulginatem Eccleſiam ſumma cum laude rexiſſet, die 24. Maji, anno 551. vita functus, in Cathedrale Templum, ut venerationi Fulginio, ſic gaudium futurus Cœlitibus, illatus eſt a.

a De eo [illegible] SS. [illegible] t. 5. 296.

XI. 11. CANDIDUS, ſub M. Gregorio, eodemque approbante, Epiſcopale munus apud Fulginates auſpicatus eſt, anno 590. inque Romana Synodo, quam ad pietatem excolendam idem ſummus Pontifex 5. die Julii anno 595. adornaverat, ob vitæ probitatem, ſingularemq; doctrinam meruit proferre ſententiam.

XII. 12. JACOBUS Fulginas, ſuffragante Clero, populo acclamante, Magno verò Gregorio approbante, Fulginatium Paſtor electus eſt, an. 602. ut perantiqua Epiſcoporum ejus Civitatis prodit memoria, quam nondum invidioſa vetuſtas exedit.

XIII. 13. FLORUS Fulginas, hujus ſedis gubernacula cepit ann. 676. ſub Domnione I. Pontifice, ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ inter 390. Patres haudquaquam poſtremus, quos Agatho Papa contra Monothelitas per id tempus armaverat, qui poſt Macarium Antiochenum Epiſcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergiumque Conſtantinopolitanum, unam tantùm voluntatem, ac operationem impiè delirabant in Chriſto.

XIV. 14. EUSEBIUS Fulginas, ſuæ patriæ ſacrorum Antiſtes inauguratus eſt anno 740. ſavitq; electo ſummus Pontifex Gregorius III. qui tunc univerſæ Chriſti Eccleſiæ moderabatur. Sed vix annum integrum in ea adminiſtratione abſolverat Euſebius, cum Loitprandus Longobardorum Rex prædabundum militem immiſit in Umbriam; devaſtatiſque Foroflaminii, Peſtia, Tainn, Marrana, Carſolo, Campioque Urbibus, adeò Fulginates deterruit, ut illorum pars major, meliorque deſerta patria, Caſtello Veteri, Fulginanoque Tudertinæ ditionis Caſtellis, ſeſe tantiſper defenderit, donec Longobardorum impetus ille teperet. Interim Luitprandus lætioribus victoriæ progreſſibus ferox, flamma, ferroque ſuccinctus, in Folginium ipſum incurſurus jam acies erigere telum jubebat. Sed, ſive Felicianus Martyr invictus, ejus Civitatis defenſor, infelicem illam calamitatem avertit; ſive qui tunc præerat, Epiſcopus Euſebius precibus jejuniiſque defatigando Deum, imminenti malo opportunè occurrit; Barbarus & ſi ſciebat Fulginiū propugnatoribus vacuum eſſe, contentus deformaſſe muros, abactaque raptim ex ejus territorio præda, abſceſſit, converſaque tota belli mole in Traſimundum Spoletinorum Ducem, qui illi auſus fuerat rebellare, cum ejuſdem amplam ditionem ſuo adieciſſet Imperio, ex prolatis finibus, lætabili ſanè victoriæ fructu, ardor ille belli uſus eſt tantiſper deferbuiſſe. Interea, qui ultrò exulaverant Fulginates, divino magis, quàm fortunæ beneficio uſi, ad patrium ſolum revertendi ſerio cœperunt conſilia expediri. Rediere tandem, ſuitque miraculo, nudatam mœnibus Civitatem, Civiumque præſidio deſtitutam, in tot, tantiſque cladibus adeò perdurare potuiſſe, ut penitus non exhauriretur. Adeò Sanctorum potens tutela eſt, adeò juſti aſſidua oratio valet. Quippe Fulignano progreſſi, ut ad Patriæ lares remearent, eos, à quibus fuerant excepti hoſpitio, adeò obſequio, officiiſque demeruerant, ut illi ipſi, qui præſtiterant beneficium, abeuntes voluerint ſequi, non tam viciſſim ab illis excipiendi hoſpitio, quàm ut icto ſocietatis fœdere, in unum eandem, eumque potentiorem populum coirent. Quibus cum poſtea Peſtia acceſſiſſet, exque Foriflaminii ruinis Fulginium Civitas amplior exſurrexiſſet, inde natus error eſt, qui ſcriptorum nonnullos ita tranſverſos egit, ut dicerent, à Tudertinis Fulginium exędificatum fuiſſe; cum non à Tudertinis, ſed ab iis, qui exules apud Tudertinos Longobardorum impetum declinaverant, ejuſdem Civitatis apud probatos ſcriptores prolati fines legantur. Igitur cum Euſebius Epiſcopus, ſuis precibus, præſentique animo gregem ſuum inter tot calamitates, cladeſque tutatus fuiſſet, Civitatem quà moribus, quà opibus relicturus adauctam, lætus, ac gaudens diem clauſit poſtremum anno 760.

XV. 15. DOROTHEUS, ad paſtorale munus à Fulginate Clero vocatus eſt, populo non renuente, approbante verò Gregorio IV. anno 830. ut ms. memoria prodit, quam Fulginii Civitas diligenter aſſervat.

XVI. 16. DOMINICUM, Fulginatis Cleri ſuffragia evexerunt ad ſedem, Leone IV. ſummo Pontifice aſſentiente anno 850. Hic in generali Concilio Romæ ſub eodem Pontifice celebrato 8. die Decembris ann. 853. inter nobiliſſimos Epiſcopos, quibus incumbebat de rebus fidei, moribuſq; cenſere, numeratus eſt.



XVII. 17. HONUPHRIUS, ex nobili gente, vulgo vocata *dell' Antico Romano*, Fulginas, Hadriano II. mādante, Patrio gregi præpoſitus eſt anno 870. Inter hujus majores, qui primus Fulginium venit, è clariſſima proſapia Ruffia undecimo Magni Leonis anno, ann. 451. Valerius fuit. Unde SS. Sylveſter, Syricinſque PP. MM. aliique quamplures Cardinales, ac Principes prodiere. Cujus deinceps poſteritas, quod Valerius antiquus Romanus eſſet, dell'antico Romano, ut non ſemel dico, appellata eſt. Deinde ab Honuphrio Fulginate Epiſcopo, magnarum virtutum viro, quique tantus eſſet, ut ex ſuo nomine, genti ſuæ videretur in poſterum poſſe decus afferre, Honuphriam gentem dixere. Quanquam Patrum noſtrorum memoria ex ea gente non defuerit aliquis, qui antiqui Romani cognomen mordicus retinuerit, præſertim cum in Senatu ad illorum temporum morum cenſuram majorum exempla referenda eſſent. Srernmata Honufriæ familiæ ſunt in aurea parma tres virides montes, ubi tres muricatæ roſæ inſedunt.

XVIII. * 18. BENEDICTUS Epiſcopus Fulginas interſuit Synodo Ravennatenſi ſub Joanne XIII. celebratæ ann. 967.

XIX. 19. LONGINUS deinde ſucceſſit, cujus electionem Joannes XV. Pont. Max. ratam habuit ann. 995. Hujus tempore Dominicus Fulginas Monachus S. Benedicti, ob vitæ ſanctimoniam, patrata miracula, perque Sabinam novem ſui Ordinis fundata Cœnobia clarus effulſit; qui poſtea ideo vulgo Soranus dictus eſt, quod apud Soram in monaſterio à ſe condito vitam finierit 22. die Januarii 1031. conditusque ſub majori altari ejus Templi, quod de nomine Sancti, S. Dominicum placuit appellare, Soranis, ac Arpinaribus præcipuus Protector adſiſtat.

XX. 20. HENRICUS Fulginas ex regulari Canonico Auguſtiniani inſtituti, Epiſcopale onus apud Concives ſuos ſubivit, ita cenſente Clero, approbante verò Joanne XIX. Pont. Max. anno 1031. vir planè bonus, ac ſapiens, adeòque in ſuum Clerum effuſa liberalitate, ut Canonicis Fulginatibus Cathedralis

Eccleſiæ multa, amplaque fuerit dilargitus, cum quibus etiam prioris inſtituti ſui benè memor, haud dedignatus ſit uti communi menſa. Henrici cum laude meminit Innocentius III. in favorabili illo diplomate, Guiditroni Eccleſiæ S. Feliciani Priori, ſuiſque Canonicis fratribus directo, quo donationi ab Henrico Epiſcopo factæ perpetuæ durationis in hæc verba addit monumentum.

Omnes penſiones, & bona, quæ vobis donavit, recolend. mem. Henricus Fulginenſis Epiſcopus, confirmamus. Ita diploma illud, ut in cancellaria Fulginenſis Epiſcopatus.

XXI. 21. SIGEMANNUS Fulginenſis Epiſcopus, anno 1047. memoratur in ſententia ab Imperatore Henrico II. lata ad favorem Bernardi II. Epiſcopi Aſculani contra Albaſiam Iliceti, & Caratæ Baroniſſam.



XXII. 22. ACTIUS ex Actia gente Fulginas, ſub Stephano IX. Pontifice, nobilis Fulginatium Epiſcopus fuit, quippe qui non modo gregi ſibi commiſſo cum laude, cumque morum maxima acceſſione præfuit, ſed univerſæ etiam Chriſti Eccleſiæ, ubi ſe dedit occaſio, adiutrices manus porrexit. Siquidem in magno Lateranenſi Concilio Romæ ſub Nicolao II. celebrato 1059. inter 54. Epiſcopos de Papæ electione, deque Berengarii Turonenſis circa Sacramentum altaris errore, 28. loco, graviſſimè ſententiam tulit, ut in antiquiſſimo Vaticano codice Conciliorum licet videre. Cæterum Actia gens apud Fulginates in primis nobilis fuit, fortibus, ac ſapientibus viris facta ſemper, in quibus non defuere tum ſanctimonia vitæ, tum inſigni doctrina viri præſtantes, ut B. Hieronymus Ordinis Prædicatorum alumnus, ut alter ex eadem gente Epiſcopus, de quo poſtea ſuo loco dicemus, ut denique Duces, qui bello, paceque clari, toti Umbriæ videbantur terrori eſſe. Sed tamen, ut nulla res ſub ſole perennat, iis noſtris ferè diebus hoc eſt 1592. Fulginii ex orbitate poſterorum gens illa defecit, victura tamen per nomen, perque decora, quæ protulit, donec monumenta ſcriptorum lividæ vetuſtatis morſus feliciter devitabunt. Stemmata Actiæ familiæ ſunt ea, quæ ſupra ſunt inſerta.

XXIII 23. BONFILIUS de Bonfiliis, patria Auximates, profeſſione Monachus Benedictinus, dignitate Abbas, gemina Præfectura clarus, S. Matiæ ſcilicet Storacenſis, ac S. Sylveſtri Fulginii, ob ſingularis vitæ merita, etiam ejuſdem Civitatis Epiſcopus dictus eſt ſub VII Gregorio an. 1078. Hic cum Fulginatem Eccleſiam mira dexteritate, & fructu ad 16. annos adminiſtraſſet, effudiſſetque propemodum opes in clerum, ut ejus donationis condita inſtrumenta, in Fulginate adhuc archivo exiſtentia ita loquuntur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno Dom. Incarn. 1078. 3 die menſis Novembris, per indict. 1. regnante D. Henrico Rege, Divina tamen patrante clementia.

EGo Bonfilius Fulginenſis Eccleſiæ Præſul pro remedio animæ meæ, ſucceſſorumque meorum concedo, atque in perpetuum confirmo medietatem clauſtri jam dictæ Eccleſiæ, cum horto, & extra foſſam ipſius horti parte in una in giro, & medietate decimationis primitiarum offerſionum, devotionum, aut quidquid ibidem dederit pro vivis, & mortuis tibi Teutio . . . Priori ſucceſſoribuſque tuis, & Canonicis ibi in domo A *Canonicorum ſimul converſantibus, & Deo ibidem ſervientibus, qui ibi conſtituti ſunt, vel forte amehinc erunt, omnia enim ut dictum eſt, & quæ ad Altarium utilitatem pertinent, exceptos ipſos denarios, qui pro incenſo ponuntur, ac omnibus vero ſicut jam dictum eſt, medietatem vobis concedo in perpetuum, & omnia, quæ in d. domo Canonicorum dederit pro vivis, atque mortuis, tibi dicto Priori, ſucceſſoribuſque tuis, vel etiam Canonicis ibidem deſervientibus in perpetuum concedo, atque confirmo. Concedo inſuper vobis 20. modiolorum terræ in deſignatis locis, videlicet, in Agello, & in Campo S. Mariæ, & in Coricolo, in Campo Oldodeſco, & juxta Pontem Cartonis molendinum unum ædificandum cum omnibus ſuis neceſſariis, & alium molendinum in Caſtro ejuſdem Eccleſiæ, cum omnibus utilitatibus ſuis, & unum caſinum ibidem juxta molendina, ex omni parte pedes 12. & quatuor modiola terræ infra Civitatem in duobus locis, & ipſum caſamentum, quod tenet Ioannes* B *de Acerrocha, & frater ejus in Caſpello, & ipſum olivetum de Caſpello, & de ipſa plebe de ſileto duas partes vobis cōcedo cum omnibus redditibus ſuis, & Eccleſiam S. Anthimi de Cuſtino, cū omnibus redditibus ſuis, & tenimētū, quod tenuit Ioannes Hormaticus, & Saxo presbyter tenuere in Foliniа, & in aliis vocabulis, & quod Nero reddidit Petro Priori in Campo S. Anthimi, qui & modiolum unum, & dimidium eorum tenuit Tetheo filius Francus de Seipe, atque tenuit Gerardo de Azo in Staria, & in Campo S. Marini modiola xi. & in Campo S. Valentini modiola tres, & in Caſiolo modiola 3. in Pertica longa modiola tres, & ad Samarraja modiola ſex, & in alio Certiolo modiola duo, & 7. modiola, quæ tenuit Ioannes presbyter in Dodiſco, in Cerriano, in Rocennerio ad forca, ad Pegalonga in quart. . . & omnia, quæ ſuperflua ſunt in precariis, quæ retinentur prædicta, ac prædicta Eccleſia, & quæ recentius tenuit, & Acharanus per quemcumque modum de prætariis noſtræ Eccleſiæ homines nobis pro anima dederint, vel quidquid modo de noſtro Epiſcopio retinetis, concedo, atque in perpetuum confirmo tibi prædicto Priori, ſucceſſoribuſque tuis, non tamen tenere nolunt, ſed ut cæleſte Deo propitiante* C *cum Coepiſcopis meis merear concedere patriam, & deſiderabilem vocem Domini merear audire dicentis, Euge ſerve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui.*

Igitur omnia, quæ ſuperius legitur ſine omni contradictione ſemper tibi ſupradicto Priori, tuiſque ſucceſſoribus in eodem dominio Canonicorum eſſe concedo, & ſi aut ego, aut ſucceſſores mei hoc quod ſuperius legitur non defenderimus, infringere, vel dirumpere, quod abſit, tentaverimus, obligo me, & ſucceſſores meos componere auri optimi libras 100. tibi ſupradicto Priori, vel ſucceſſoribus tuis, aut in ipſa domo Canonicorum, & decretum hoc in ſua maneat firmitate. Concedo namque tibi ſupradicto Priori, & ſucceſſoribus tuis. . . Eccleſia S. Abundii, quia jam integram illam Petrus Prior acquiſierat à filiis Adam, & a ſuis conſortibus per convenientiæ chartulam cum terris, & omnibus redditibus ſuis. Nam quicumque hoc quod ſuperius legitur moleſtaverit, & magis, aut parvis rebus ſubtrahere voluerit, ſocium illorum eſſe non dubitet, de quibus tota Eccleſia quotidie deprecatur dicens, Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam D *ante faciem venti, & ſicut ignis, qui comburit ſylvam, velut ſi flamma incendat montes, ita perſequaris illos in tempeſtate tua, & in ira tua contra Babileos perſequaris eos in tempeſtate tua, & in ira tua conturbabis eos Domine, niſi reſipuerint, & ſatisfaciant Eccleſiæ ſanctæ, cui læſerunt.*

Ego Bonfilius Fulginenſis Eccleſiæ Præſul hoc decretum à me factum ſubſcribere juſſi.

Ego Guido presbyter, & Primicerius, & ego Giſlerus presbyter, & Ioannes presbyter, & Marco presbyter, & Ugo presbyter, & Martinus, & Feuzo presbyter in hunc decretum conſenſimus.

Ego Rapezo Bonihominis filius in hunc decretum rogatus teſtis fui.

Ego Guido Captes filius in hoc decretum rogatus teſtis ſum.

Ego Marro Marronis filius in hoc decretum rogatus teſtis ſum.

Ego Rodulfus notarius ſcripſi, & confirmavi.

Ur-

Urbaoum II. accepit ſub Gotifredo Duce Bulione ſacram expeditionem moliri, Bonfilius ipſe, ut erat ad omne opus arduum egregiè animatus, inter cæteros nobiles Epiſcopos, qui illue augendæ pietatis cauſa profecti ſunt, cum presbyterorum ſatis decente Senatu, in Orientem iter arripuit, ubi, cum qui illum ſecnti ſuetant, eorum deceſſiſſent plerique, ipſe propemodum ſolus relictus, ſolitariam vitam, iocognitus mundo, cognitus Cœlo per 15. fere annos omni labore, ærumnaque exercitus conſtanter exegit. Interim per Italiam, perque Orientem crediderunt multi, ſato jam illum ſuiſſe deſunctum, valuitque adeò ſama illa exerrans, ut Pontiſex ipſe Andream Fulginatem, cujus abſens Bonfilius Vicaria opera utebatur in ſacris, demortuo, ut putabatur, ſufſcceerit. Sed cum non multò poſt ex divino inſtinctu in Italiam revertiſſet, ad voln tumque Pontiſex ad oſcula pedum beatorum cogere velle videretur, nt ad Fulginatis Eccleſiæ clavum rediret, haudquaquam impenſius deprecanti aſſenſus eſt, ſed moderata oratione ſucceſſore ſuu laudato, cum munere Epiſcopali ultrò abiiſſet, ſatis habuit, in ſnoolim S. Mariæ Storacenſis cœnobio latere, ubi ſolitariæ vitæ munia iterum devotus impleret. Itaque cum illò, annuente Pontifice, perveniſſet, ſatis amplum, explicatumque campum invenit, in quo illa ſua pro Chriſto perpetiendi labores exultaret cupido. Itaque cum omnia, quæ ſibi adverſa obvenerant, ferendo æquanimiter ſuperaſſet, ab Abbate ſuo tandem obtinuit, ot in Cinguli jugis, cōſtructo tugurio, eremiticam vitam ſibi liceret traducere. Ubi cum diu laboribus, jejuniiſque exercitus uſque ad 75. annum piè, ſancteque vixiſſet, tandem languente animo evolavit ad Cœlum die 27. menſia Septembris anno 1115. tumnlatuſque in eodem ſacello, juxta quod mira ad Dei gloriam, animorumque jucunditatem, & fructum fuerat operatus. Latuit cū ejuſdem corpore ad multos annos ſancti ſepulchrum, donec ipſo revelante infirmo, qui ejus ope ſalutem fuerat conſecutus, à B. Sylveſtro Ordinis S. Benedicti alumno, qui poſtea Sylveſtrinorum Pater extitit, honorificentiori templo, in honorem S. Bonfilii à ſe conſtructo exceptum eſt, qui Goſalinus Sylveſter, non modo ſanctas reliqnias honorificentius exornavit, ſed ejuſdem etiam præclarè geſta literis conſignavit ad perpetuitatem

Floruit hujus tempore Mainardus ex Ordine Caſinenſi ſanctiſſimus monachus,; qui ſibi à Bonfilio Epiſcopo ſacta poteſtare, acceptaque tanquam filius à parente benedictione, celebre S. Crncis ædificavit cœnobium, in territorio Fulginarenſi anno 1080. quod hoc tempore Saxovini cœnobiū vocitatur ab omnibus. Trincia gens Fulginas in eo monaſterio opibus augendo maximè enituit, cujus alumni tunc Comites Opelli erant, poſtea etiam ipſius Fulginij Domini. Hoc deinde cœnobium adeò opibus, moribus monachorum adauctum eſt, ut multornm monaſteriornm ejuſdem inſtitnti caput extiterit.

Quoniam verò, cum de Bonfilio ſupra narrare inſtituiſſemus, iocidit de ejuſdem in ſuum clerum liberalitate memoria, eum qua per idem tempus Henricns Imperator viſus eſt decertaſſe, haud hoc loco prẹterire viſum eſt, ejuſdem Principis in eundem clerum mnnificentiam, qui favorabili diplomare clerum illū donavit, ne vel ipſius opes augeret, vel jam adauctas tueretur impenſius. Quod cum ejuſmodi rationis ſit, ut Principum illorum temporum munificentiam, iterumque Eccleſiaſticorum tales ſuiſſe mores, qui illam demerere poſſe videantur, maximè declaret, placuit hic ipſiſſimis verbis illud exſcribere, quando jam ejus commemoratio noſtræ hnic narrationi minimum obſutura videatur.

In nomine S. & ind. Trinitatis ejus . . . Henricus, Dei gratia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus,

IESU Chriſti Divino honore perculſus, quatenus animæ noſtræ remedium profuturum ſperec. Nos quidem juſta petitioni acquieſcentes interventu Bruchardi ven. Lauſanenſis Epiſcopi Canonica S. Feliciani cum Congregatione, cui nunc Prior Textius adeſſe videtur, vel qui pro tempore ſucceſſor adfuerit cum rebus omnibus

A *mobilibus, & immobilibus, quæ videntur modo habere, vel quæ à fidelibus quocumque modo iudicata, vel legaliter donata eidem Eccleſiæ in Comitatu Fulginenſi, ſive extra poſita fuerunt in noſtræ defenſionis poteſtate ſuſcipimus, atque gratuita pietate ſub noſtra tuitionis . . . . corroborantes ſancimus; quocirca notum ſit omnibus noſtris, ſanctæque Eccleſiæ fidelibus, non minus futuris, quā præſentibus, quod nullus Archiepiſcopus, Marchio, Dux Comes, Vicecomes, neque aliqua magna, parvaque perſona poſſint aliqua prædicta Eccleſiæ ſcilicet S. Feliciani Canonica, cui Textius Prior nunc adeſt, vel ei, qui pro tempore ſucceſſor fuerit, eiuſdemque Canonicis Deo ſervientibus, cum omnibus ſupradictis rebus integris audeat imponere contrarietatem: nemo vero eorum per placita vencilare, vel inquietare præſumat, ſed liceat prædictæ Eccleſiæ Canonicæ, cum omnibus ſuis mobilibus, & immobilibus rebus ſibi iuſte, & legaliter pertinentibus cum Textio Priore, vel cum illis, qui pro tempore fuerint . . . arbitrio omnia legitimè peragere nemine adverſariorum obſiſtente. Largimur etiam, atque confir-*
B *mamus eiuſdem Eccleſiæ Priori, vel ei, qui ſucceſſor fuerit, ut habeat poteſtatem ſuos liberos homines, ſuoſq; commiſſos iudicare ſecundum legem, & iuſtum arbitrium corripere, abſque alicuius contradictione, & quia quidquid pars publica ſperare potuit de publicis rebus omnino Canonica præfata, eiuſque Prioribus, ſuiſque largimur ſucceſſoribus, atque donamus omnium hominum contradictione ſemota. Si quis autem huius noſtri præcepti tenorem frangere tentaverit, ſciat ſe auri optimi libras centum componere medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem S. Feliciani Canonicæ, & Textio Priori, qui nunc ibi eſt; ſuiſque ſucceſſoribus, tamen nihilominus deſcriptio iſta firma, & ſtabilis in perpetuum habeat.*

Quod ut verius credatur, & per omnia ſemper certius noſtri ſigilli impoſitione infra corroborari iuſſimus anno Dominicæ Incarnationis 1082. indict. 5.

C *Signum D. Henrici Quarti invicti Regis.*



Ego Burchardus Lauſanenſis Epiſcopus.

24. ANDREAS Fulginas, cum ex vano fama vulgaſſet Bonfilium in Oriente ſato ceſſiſſe, ex generali Vicario, in cjuſdem thronnm, clero ſuffragante, ſubvectus eſt an. 1099. cujus electio, ut rata eſſet, Paſchalis II. ſavorabilibus lireris effecit; aſſeruitque eidem iterum Epiſcopatum Paſchalis, cum in Italiam reverſus Bonfilius ex ſolitariæ vitæ amore id munus, quod ſibi iterum Pontiſex deſerebat, ultro depoſuiſſet, gratulatuſque eſſet Fulginatenſi gregi, quod ab Andrea tanto viro, tantæque virtutis Præſule ad ſalutis paſcua duci commeritus eſſet. Concredito ſibi grcgi vixit Andreas ann. 24. pieque moriens, ijs, quos relinquebat, inconſolabile ſui deſideriom fecit. XXIV

D 25. MARCUS Fulginas adlectus eſt 1123. Callixto II. confirmaute, Epiſcopatus munia ſumma cum laude probitatis exercuit. Hic Cathedralis templi principem ſaciem, quæ parvam, ut vocant, plaream proſpectat, exædificavit, atque ut illa ætas ferebat, ad omnem elegantiam exornavit, ut inciſa petra, his verſibus, qui rude illud ſeculum ſaperent, prodit. XXV

Anno milleno centeno ternanodeno
Hac domus alma patris cum ſancto flumine nati
Tempeſtatis nimia cœpic renovari
Domino facto Callixto Præſule Marco
Excicic vir magnus Lothomus attatico Marcus,
Quos Chriſtus ſalvet, benedicat, adiuvet, amen.

26. BENEDICTUS Monachus S. Crucis de Avellana, Congregationis Columbæ, ex Ordine S. Benedicti ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt. Cuius electioni Innocentius II. momentum addidit favorabili illo diplomate, quod condidit in Laterano 10. die Junij anno 1138. in hæc verba. XXVI

I N.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servurum Dei.

Ven. fratri Benedicto Epiſcopo Fulginenſi, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis ſalutem in perpetuum.

IN comprehenſibilis, & ineffabilis Divina miſeratin poteſtatis nos hac providentia ratione in Apoſtolica ſedis adminiſtratione conſtituit, ut paternam univerſis eccleſiis ſullicitodinem gerere ſtudeamus. Proinde venerab. in Chriſto frat. Benedicte Epiſcope tuis juſtis poſtolationibus debita benignitate annuimos, & Fulginenſem Eccleſiam, cui Deu aothore praeſſe dignoſceris, Apoſtolica ſedis privilegio communimus, ſtatoentes, ut qoaſcumque poſſeſſiones, qoacomqoe bona eadem eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deu propitio, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut univerſi fines parochia, ſive a tuis ſucceſſoribus oſque hodie ſunt poſſeſſi, ita umnino integri tam tibi, qoam tuis ſucceſſoribos in perpetuum cunſerventur. Primum quidem latos a Timia vadit in ſiumen mortuum, ſecondum latos a ſlomine mortuo in fontem Palumbi, & primom S. Stephani ad Crucem S. Martini, inde ad Cerretum, & ad Rivulum Fujani uſque ad Rivulum, qui dicitur Griſcus. Tertium latos ab ipſo Griſcu pervenit ad Cormale de Vaccagna uſqoe ad Clivium Martis, & inde ad collem Jovis, & deſcendit per directum uſque ad Crucem ſancti Mauri. A quartu latere verſus dona juxta Spellam pervenit in ſopradictum ſiumen Timiam; confirmamus inſuper vobis, & vos S. Fulginenſis eccleſia, & plebem S. Joannis de Furuſlumini cum eccleſiis ſuis, plebem S. Juannis de ſilectu cum eccleſiis ſuis, plebem S. Feliciani de Butinu, plebem de S. Maria Nova, plebem S. Maria de Falginea cum eccleſiis, & poſſeſſionibus eorum, plebem S. Valentini, & plebem de Ruvelleta, & plebem S. Maria de ſcopulu, plebē S. Maria de ſellonica cum poſſeſſionibus, & eccleſiis eorom, plebem de Caſſignano, plebem de Porcarella, & plebem S. Andrea de Orbe, cum eccleſiis, & pertinentiis earum. Portu caſtellom Landelina cum ſoa poſſeſſione, & Monaſterium S. Petri cum ſuis poſſeſſionibus, eccleſiam quuque S. Maria de Regnanu cum omnibus pertinenetis ſuis, in tuo & tuorum ſucceſſorum dominatu ſemper permanere cunſemus. Canunicam vero S. Feliciani cum umnibus pertinentiis, vel ucclesiis ſuis, ita ſub noſtro ſtatoimus jure perſiſtere, ut nullus ibi Prapuſitne, nulluſque Canonicus abſque aſſenſo Epiſcupi ordinetur. Prabenda etiam de Canonica Epiſcopo attribuator, quoties in refectorio cum fratribus reficere nuloerit. Monaſterium qouque Salvatoris, & eccleſiam S. . . . . & uccleſiam S. Cunſtantii, & eccleſiam S. Abundii, & eccleſiam S. Herculis, & umnes eccleſias Civitatis ſecundum ſacrorum Canunum ſanctiones in veſtra ſtatuimus diſpoſitione, & urdinatione perſiſtere. Inſuper etiam eccleſiam S. Chriſtina, eccleſiam S. Petri de Rutundo, & Canonicam S. Paterniani, cum omnibus pertinenſiis earum, Munaſterium S. Stephani, & Monaſterium de Salvine, & S. Martini de Murre, & S. Angeli de Roſaja cum umnibus pertinentiis eorum, Canonicam quoq; S. Martini, S. Andrea, & S. Lucia com umnibus pertinenetis, & eccleſiis eurum, omneſque alias Eccleſias Fulginenſis Epiſcopatus ſimiliter in nuſtra ſtatoimus diſpoſitione, & ordinatione perſiſtere. Sanè redditus de mercatu, de Portis, de Puntibus, de Stratis Civitatis, & de Caſtru Epiſcupi, videlicet S. Feliciani tibi, tuiſque ſoc-ceſſuribus in perpetuum cunfirmamus, ſicut ex antiquo jure, & ex regia liberalitatis munificentia Fulginenſis hactenus poſſedit Eccleſia. Et campum qui dicitor S. Maria, & campum de Piſſinale, campum de Uccellanu, campum de Vaccaria, campum S. Abundii de Felecto, campum Frigidi, campom de Goaldo, & totam terram Berardi filii Riconis, & terram totam, quam dedit Actu Cumes Luponis filius, eccleſia S. Feliciani, & totam terram, qua in Spellu, & Culle. Tupini quoqoe fluminis alveum juxta Civitatem in veſtra juriſdictiune ſervandam perpetuo confirmamus, & molendina omnia, qua illic præſenti tempore jam cunſtructa ſunt, aot in futurum cunſtrui contigerit, & quæqne illic ædificia conſtroentur, necnon omnes ſervi, & ancilla, atque liberi ad Eccleſiam pertinentes ſub veſtra ſemper aut Succeſſ. poſſeſſione permaneant. Decernimus ergo &c. Si quam ergo &c. Cunctis autem, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholica Eccleſia Epiſcopus.
Gregorius presb. Card. tit. SS. Apoſtolorom ſſ.
Petrus Card. presb. tit. S. Suſanna ſſ.
Petrus Card. presb. tit. S. Marcelli ſſ.
Gerardus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſ. ſſ.
Anſelmus presb. Card. tit. S. Laurētii in Lucina ſſ.
Lucas presb. Card. tit. SS. Jo. & Pauli ſſ.
Gregorius Diac. Card. SS. Sergii ſſ.
Guido diac. Card. S. Adriani ſſ.
Oddo diac. Card. S. Georgii ad Velum aureom ſſ.
Guido diac. Card. SS. Coſma, & Damiani ſſ.

Datum Laterani, per manum Aimerici S.R.E. Diaconi Card. & Cancellarii, 3. id. Jun. ind. 1. Inc. Dom. an. 1138. *Pontificatus vero D. Innocentii Papa II. anno* 8.

In quo quidem diplomate, lector, adverte Fulginatenſis olim diœceſis fines latius patuiſſe, quippe qui S. Mariam de Piſtia, Pignanumque Caſtellum concluderent, qui hoc tempore unam Nucerinam tantū ditionem agnoſcunt. Benedicti autem Epiſcopi tempore, auctoritate S. Stephani de Gallano diœceſ. Fulg. ſub Benedictinis legibus novum cœnobium ſtetit an. 1138 quod ingentibus poſtea opibus auctum, Saxovivi Monaſterio, coadjunxerunt conſilio an. 1198. ut è ſuperiori, ideoq; ſaniori adminiſtratione, quà opes, quà mores diuturnius ſarcti tecti manerent. Verum Benedictus Epiſcopus, & Fulginii populus in Cathedralis templi honorificentiorem ornatum liberaliter conſpirarunt. Incidit autem ea liberalitas commodiſſimè in adventum ad Urbem Fulginium Julii Romani Card. tit. S. Marcelli Pontificiſque III. Eugenii in Italia ſummæ auctoritatis Legati, qui cum Fulginii aliquandiu, ejus Civitatis delectatus amænitate commoratus fuiſſet, rogatus à populo, ut nova dedicatione templi S. Feliciani Martyris memoriam æternitati conſecraret, perhumaniter annuit deprecantibus, indictoque generali Concilio, cui congregando ſuberant illi aliæ ſanè cauſæ præclaræ, & graves ſolemni ritu, magnaque frequentia populi templum munificentia Epiſcopi, liberalitateque populi, jam auctum, exornatumque SS. Joanni Baptiſtæ, Feliciano Martyri, Florentioque Confeſſori, & Monacho dedicavit anno 1146. die 10. menſis Martii. Concilium, novæque dedicationis celebritatem illam, præter Cardinalem Legatum duo Archiepiſcopi, Epiſcopi verò 23. Archidiaconi 10 unus decanus, presbyteri 13. ſupra 187. Abbates 14. 23. parochi Priores, unicus Primicerius, Manſionarius item unus, cum Fulginate clero, dignitatumque titulis decoratos, omninò explebant. Verum quia celebris illius dedicationis monumentum immortali memoria dignum videtur, præſtabit hic illud totum exſcribere, ut inde tum illius Concilii gravitas, tum Præſulum per ea tempora, circa res ſacras intenſior cura, tum populorum pietas, ac liberalitas ad exemplum poſteritatis magis eniteat, quando, & jam nos ſemel profeſſi ſumus velle, ubi commodum acciderit, afferre diplomata, quibus ea, quæ narranda erunt, firmiori veritatis greſſu procedant, ne aliquando nimis exactis gratis dixiſſe videamur, quæcumque deinceps ad veritatis libellam dicturi ſumus.

Julius miſeratione Divina tit. S. Marcelli ven. presbyter Card. univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus, & virtus.

ET ſi ſacra hujus dedicationis præcipuè myſterium hic præconio magnifice extullatur, ut memoriale ſuum permaneat in ſeculum ſeculi reſunet in excelſo. Enimuero natura humana fluxibilis ſicut liquor, & liquibilis velut umbra rerum turba deficiens, quod imaginativa, & memorabilis cellula continet tranſmittere, ne quid ad poſteros in futurum, & ſic perit devotio, tollitur præmium, laus, & . . . cum cantico non concinitur in ſacratu. Itaque ne miniſtri tanti operis, & imperitia denotetur, & luci præpoſitos de negligentia arguatur, excogitatum remedium, & ſalubre adhibeator in quantum humana fragilitas noſſe ſcivit, ut & mortis præveniatur eventus, & ſcindant, quod memoriam nubilat, & uffu-

ſtat,

ſcat, videlicet, calamos ſcriba deſignet, quod ſcriptura authentica lucida, & aperta in poſterom repræſentet. Sane cum nos in partibus Italiæ legationis officio fungeremur, quæ Dei ſont cogitantes, & qoa recta ſunt inquirentes, ut fidelis hic officij indagator, atque ut moris eſt, auctoritate nobis ab Apoſtolica ſede commiſſa, divina favente gratia in . . . ibidem quieſcentium generale Concilium in Fulginatenſi Eccleſia celebravimus. Quo fine laudabiliter terminato, ne domus Dei congregatorom in unum in oa expers muneris videretur, quam eorum præſentia honoravit, provida unà cum infraſcriptis Coepiſcopis, atque Prælatis, & perſonis deliberatione penſavimus altaria corporum BB. Feliciani Martyris, atq. Pontificis, & Florentij confeſſoris, & B. Joannis Baptiſtæ 6. idus Martij conſecrationis monere decorari, & ot tam magnifici operis ſolemnitas pateat in aperto, numerus opificum Prælatorum, nominaq; inferios declarare. Narnienſis videlicet Epiſcopus, cum 5. Abbatibus, & 2. Prioribos, Amelienſis cum 2. Abbatibus, & 2. Prioribus, Spoletanus, cum 9. Abbatibus, cum Archidiacono, & 10 Prioribos, Tuderenus cum 5. Abbatibus, & Archidiacono, & 8. Prioribus, Aſſiſien. cum 3. Abbatibus, & 5. Prioribus, Peroſinus cum Archidiacono, & Archipresbytero, 5. Abbatibus, & 7. Prioribos, Callenſis cum uno Præpoſito, cum 2. Abbatibus, & 3. Prioribus, Gubinos cũ uno Præpoſito, & uno Archipresbytero, & 3. Abbatibos, & 5. Prioribus, Urbinas cum uno Præpoſito, 2. Archipresbyteris, & 2. Abbatibus, Monsferetranus cum uno Præpoſito, & 2. Abbatibus, Ariminenſis cũ uno Archidiacono, Præpoſito, & 3. Abbatibus, Piſaurenſis, cum uno Præpoſito, & 2. Abbatibus, Foroſempronienſis cum uno Præpoſito, Archipresbytero, & uno Abbate, Senogallienſis com uno Præpoſito, 2. Abbatibus, 3. Archipresbyteris, Anconitanus cum uno Archidiacono, 2. Præpoſitis, 3. Abbatibos, Humanenſis com Archidiacono, Archipresbytero, 2. Abbatibus, Firmanus cum Archidiacono, Archipresbytero, Diacono, Primicerio, Manſionario, 10 Abbatibus, & 7. Prioribus, Æſculanus com Archidiacono, Archipresbytero, 5. Prioribus, 4. Abbatibus, Æſinus cum Archidiacono, Archipresbytero, 3. Prioribus, & 5. Abbatibos, Auſimanus com Archidiacono, Archipresbytero, 5. Præpoſitis, 7. Abbatibus, Camerinenſis, cum Archidiac. 5. Prioribus, 8. Abbatibus. Nucerinus cum 5. Prioribos, 7. Abbatibos, Fulginenſis Epiſcopus Benedictus cum clero, & populo univerſo, ad cujus diei feſtum populorum turba, undique concurrentes, ne recederent ſine lætitia corporali, & juvamine animarum, cumqoo eliguntur ad onus, repelli ne debeant a mercede, dignum nobiſcom unanimiter ſtatuerunt, & Concilio firmavimus cum omnibus pœnitentibos ad ipſius dedicationis anniverſariom annuatim venientibus fideliter, & devotè, & huic loco manum porrigentibos adiutricem de injuncta eis pœnitentia, unius anni, & 40. dierum a præfatorum omnium Prælatorum auctoritate qua fungimur Dei omnipotentis Petri, & Pauli, & ſedis Apoſtolicæ, ac eorum remiſſionem impendimos omnium peccatorum.

Ad cujus rei memoriam, & ot præſens ſcriptum auctoritate noſtra, & omnium prædictorom robor accipiat firmitatis, ſigilli matricis Eccleſiæ, & capituli Fulginenſis juſſimus, & fecimus munimine roborari. Datum Folginei, anno ab Incarnatione Domini Jeſu Chriſti MCXLVI. Eugenio Papa Tertio præſidente, ejus pontificatus anno quinto.

Ego Raynerius notarius ſcripſi.

Nondum Benedictus deceſſerat, cum Anaſtaſius IV. an. 1154. donationem Monaſterij S. Petri de Landelina Ordinis S. Benedicti Nucerinæ diœceſis à Comitibus Monaldo Bucci filio, Rodulphoque Lamberti, & Comite Gentile Alberici filio, Priori, & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Fulginenſis liberaliſſimè factam favorabili ſcripto cõfirmavit. Extat eiuſdem Anaſtaſij diploma ipſiſſimis verbis ſuperioris Innocentii II. quo bona Fulginatenſis Eccleſiæ ſub protectione Apoſtolica ſuſcepit.

Datum Laterani, per manum Rolandi S.R.E. presb. Card. Cancellarij 16. Kal. Aprilis ind. 2. Incarn. Dominica ann. 1153. pontif. verò D. Anaſtaſij anno 1.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ epiſcopus.

G. G. presb. Card. tit. S. Callixti ſſ.

Guido presb. Card. tit. S. Griſogoni ſſ.

Ubaldus presb. Card. tit. S. . . .

Manfredus presb. Card. tit. S. Sabinæ ſſ.

Bernardus presb. Card. tit. S. Clementis ſſ.

Aripertus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieroſ. ſſ.

Oddus diaconus Card. S. Georgij ad velum aur. ſſ.

Rodulphus diaconus Card. tit. S. Luciæ in Septiſol.

Georgius S. Angeli ſſ.

Guido diac. Card. S. Mariæ in porticu.

Oddo diac. Card. S. Nicolai in carcere Tull. ſſ.

Imarus Toſculanus epiſc. ſſ.

Ugo Hoſtienſis epiſc. ſſ.

Demum Benedictus iſte Epiſcopus, in cæteros munificus, ac liberalis, ne ſuos præterijſſe videretur, Monachos ſuos Congregationis Avellanæ in S. Claudij Fulginij Eccleſiam introduxit, ut per eoſdem ibidem Divinum obſequium impenſius urgeretur. Mortuus eſt 1155.* die 19. ex Kal. Fontis Avellanæ, cum ann. 17. præfuiſſet cum laude. * Ex App. tom. 1.

XXVII.

27. ANSELMUS ex Actia a gente nobilis Fulginas, ex Archidiacono Cathedralis ſuæ patriæ Epiſcopus renunciatus eſt 1155. ſequenti interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Victoris Reatinæ diœceſis, quem non modo poſtea Alexander III. Pont. Max. illum evaſiſſe ad ſedem ſincerè lætatus eſt, ſavitque electo, ſed etiam non multò poſt, hoc eſt anno 1161. die 21. Januarij eundem ob vitæ merita, conſultæ prudentiæ pondera, Nucerinæ præfecit Eccleſiæ, itaut ſimul utrique ſacræ provinciæ pares vires adferret. & quidem, ut Fulginas Epiſcopus, cœnobio de Saxovivo, medietatem Eccleſiæ S. Venantij de Colle Fulginatis Diœceſis liberaliter indulſit anno 1170. Berardoq; Priori Canonicæ S. Feliciani Fulginij, donationes omnes Eccleſiæ S. Petri de Landelina, ipſis Canonicis olim à Monaldo Comite Bucci, Rodulphoq; Lamberti munificentiſſimè factas, iterum juridico ſcripto voluit eſſe ratas anno 1174. die 27. menſis Junij. Ut Epiſcopus verò ſimul Nucerinus, ſimul Fulginas, eidem monaſterio S. Petri de Landelina Ordinis S. Benedicti, omnia latifundia, prædiaque aſſeruit, quæ olim Epiſcopus Fulginas, Nucerinuſque in territorio Siliæ, Annephi, collis Ruberti, uſque Talognam, Forcaturam, Comaleque Vaccagnæ latè poſſederant. Anſelmi autem Epiſcopi tũ geminæ per idem tempus dignitatis, tum ſupra allatæ donationis, fidẽ faciet antiquum monumentum erutum è monaſterio de Saxovivo, atque hic ex fide ſubjectum. * al. de Appiis.

In Dei nomine factum eſt.

In anno ab Incarn. Dom. 1174. indict. 7. menſe Junij XV. Jol. temporibus PP. Alexandri, & Federici dicti Imperatoris.

Cum divina, humanaque præcipiant, juſtum eſſe, ac æqua compenſatione dignum, quemque pro ſoo ſervitio compendioſe debere remunerari, ot propenſius ad majora præſtanda accendere non declinet. Inde verò, quod Eccleſiam Landolinæ, apud quam in principio Octaviana Hæreſis ſteti opprimens illam, in omnibus, quæ mihi neceſſaria erant, tam pro me, quàm pro omnibus, qui ad me veniebant, præcipuè pro ſervitio Romanæ curiæ quoque volendo, ſed plurimum nolendo, nec aliud poteram moltis ſæpè oppreſſum neceſſitatibus. Quapropter ego Anſelmus Dei gratia, non meis meritis Fulginatis, & Nucerinæ Eccleſiæ ex conceſſione D. Papæ, & totius Rom. Eccleſiæ conſenſu ibidem toto tempore vitæ meæ ordinatos ad prædictorum pro tempore compenſationem aliquantolum eam remunerans apoſtolica authoritate, Nucerinæ Eccleſiæ Prioris Rainerij, cæterorumque fratrum Catholicorum conſenſo, confirmo in æternum, & reinveſtio, ſicut Auguſtinus conceſſit temporaliter, & ego in æternum ſicuti retentum fuit tempore præfatorom Auguſtini, & Laterij, & Muoaldi, ita in æternum reinveſtio per me, ac meos ſucceſſores, te, tuoſque ſucceſſores Abbatem Landolinæ, à nomine monaſterij S. Petri in æternum ad habendum, & in ius . . . ſemper poſſidendum, idem ius omne decimationum, ſicut in alio inſtromento Auguſtini continetur temporaliter. Et ego in æternum, ut Eccleſia Nucerina poſſidet in villis . . . . & colle Rubertina, & Coſte, infra loca Cluſi pervenientia ad forcatoram à domo vaccariorom, & Talen-

ga, & provenientia à Comitatu Fulginenſi, & Nucerino, procedentia à Cornale de Vaccagne ad Poculum pervenientia inter Altonſium, & Sefrediſtenm ad Cliviī primam finnitam. In eo vero tenore, ut annuatim perſolvas tu, tuique ſucceſſores mihi, meiſque ſucceſſoribus, denarium unum Papa, aut valens in die Jovis ſancta, aut parum poſt ſine impedimento. Quod totum ſupradictum, ſi ego prædictus A. aut mei ſucceſſores non obſervavero, & contraire tentavero, promitto tibi per me, meoſq; ſucceſſores pœnam nomine Eccleſia tua . . . . medietatem tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & medietatem Romana Curia, & poſt pœnam ſolutam, quod ſupra legitur firmum, & ſtabile permaneat ſemper.

Reynaldus, & Ugo frater eius Joannis filii, & Caſaguerra, & Madius Fianus, & Berardutius, & Mauricus ſunt rogati teſtes.

Ego Offredutius not. ſcripſi, & complevi.

Ego Anſelmus Fulginenſis, & Nucerina Eccleſia Epiſcopus, hoc totum, ut ſupra legitur, conſirmo, & approbo.

Ego Raynerius Prior Nucerina eccleſia manu propria confirmavi hac.

Ego Presbyter Benincaſa eccleſia S. Feliciſſimi conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Craſſus Sacerdos, & Prior Congregationis conſenſi, & ſubſcripſi.

Cæterum haud hic ſtetit liberalitas Anſelmi, longius quippe progreſſa eſt, nova gentem ſuam auctura juriſdictione. Si quidem Fulginii S. Thomæ dedicatam Eccleſiam, mirificè fundavit, erexit, Actiæque genti Patronatus, ut vocant, jura attribuit, quibus illa gens uſa eſt, donec Fulginii floruit, hoc eſt uſque ad annum 1592. in quo penitus extincta, illuſtre tantùm alienæ poſteritati nomen reliquit. Rem, quam hactenus narravimus, planius, pleniuſque lectorem docebit ipſius Eccleſiæ frons his rudibus inſcripta carminibus.

Poſt annos mille, poſtquam natus fuit ille,
Qui nos plaſmavit, qui verbo cuncta creavit,
Lapſo centeno, currens tunc novenque deno,
AEdem fundavit ipſam, dominoque ſacravit
Fulginii Præſul Anſelmus, & hic Nucerinus,
Prudens, & Sapiens, pollens, & in ordine primas,
Ut ſit honor patri Thoma, ſit gloria Matri
Agatha, digne, ſancte, juſteque, benigne.
Martyr ſume preces Thomas, ſuſcipe laudes
Quas referas Domino, cum quo perpetuo gaudes.

Ad Nucerinam Eccleſiam (qua erat Anſelmus præcipua pietate in ſanctos) quorundam ſanctorum reliquias transferendas curavit, ſuoque in ipſis vaſculis inſcripto nomine voluit hujuſmodi cultus extare memoriam. Demum tanquam ſuorum operum non ignobilem appendicem, Cathedralis Eccleſiæ faciem, quæ majori platea ſpectaculo eſt, elegantes ſubſtruxit, inſculptaque ſui imagine Actianæ liberalitatis huiuſmodi monumentum adjecit.

Anſelmus Fulginenſis & Nucerina Eccleſia Epiſcopus hoc opus fieri fecit.

Notatoque anno 1201. in eadem Eccleſiæ facie hic inſculptus verſiculus legentes ſuſpendit.

Sydera, ſol, luna, monſtrat ſua tempora pura.

Actium porrò Anſelmum importuna mors rapuit 1201. 20. Auguſti, ac tanquam incomparabili viro nullum fuiſſet auſa ſucceſſorem conferre; ab anno 1202. uſque ad 1210. lapſa memoria eſt quis ad Fulginenſis Eccleſiæ gubernacula ſederit.

XXVIII. 28. ÆGIDIUS deinde Epiſcopatus onus ſubivit, vocante Clero, inaugurante verò Innocentio III. Pont. Max. anno 1210. qui ab eodem Pontifice pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis ſequenti exornatus privilegio.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Ven. Fratri. Ægidio Fulginenſi Epiſcopo, Ejuſq; ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti ſedis Apoſt. ſpecula licet immeriti &c.

Cætera omnia ad verbum ut in bulla Anaſtaſii IV.

Ego Innocentius catholica eccleſia epiſcopus.
Petrus Portuenſis, & ſancta Ruffina Epiſcopus.
Ioannes Albanenſis epiſcopus.
Guido Praneſtinenſis epiſcopus.
Hugo Hoſtienſis, & Velletern. epiſcopus.
Cinthius ſancti Laurentii in Lucina presb. Card.
Cencius SS. Joannis, & Pauli Presb. Cardinalis tituli Pammachii.
Petrus ſancti Marcelli presb. Card.
Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. Card.
Petrus S. Pudentiana tit. Paſtoris presb. Card.
Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis.
Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.
Joannes S. Maria in via lata Diac. Card.
Guala S. Maria in Portica Diac. Card.
Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card.
Ioannes SS. Coſma, & Damiani Diac. Card.
Pelagius S. Lucia ad ſeptem ſolis Diac. Card.

Datum Laterani per manum Ioannis S. Maria in Coſmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarii 4. idus Aprilis ind. 13. anno ab Incarn. Dom. 1210. Pontificatus vero D. Innocentij Papa III. anno 13.

Simili privilegio eundem Ægidium decoravit Idem Innocentius anno 1214. cuius authographum habetur in lib. Cancellariæ Fulginatenſis fol. 182. Hic cum ob cæteras virtutes merito potuerit dici Felix, tum verò ob id maximè fortunatum illum deprædicabit poſteritas, quod Aſſiſiatis Franciſci, immortalis ſanctimoniæ viri meruerit familiaritatem. Itaque Franciſcus Ægidii auctoritate fretus prope muros Fulginii, attiguumque Cathedrali S. Matthæi cum parvo ſacello fundavit monaſterium, illucque fratrum ſuorum deducta Colonia, plures è Fulginate nobilitate pellexit, ut ibidem Chriſtianam paupertatem profiterentur; in quibus deinde titulo beatitatis Hermannus, Leonarduſque Fulginates fulſere. Interea deprecante Franciſco, æternùm Deus duraturo oraculo vivæ vocis edixerat, ut apud S. Mariam de Portiuncula, aliàs Angelorum in territorio Aſſiſinenſi, fidelibus ius eſſet ad plenum expiandi peccata, qui illuc certo anni tempore adventaſſent novam vitam inſtitutari. Quod cum Chriſtianis, ad credendum plerunque tardioribus, eo prædicationis fervore divulgandum foret, ut haudquaquam ambigerent, huiuſmodi indultum à divina voluntate fuiſſe profectum inter ſex Umbriæ Epiſcopos, verè Apoſtolicos viros, qui ad tantum negotii adlecti ſunt, unus fuit Ægidius, qui vitæ meritis, facundoque ore, divino beneplacito fidem adſtruere poſſe videretur. Adſtruxit, evulgavit, prædicavit, atque id, ad quod miſſus fuerat, perfecit egregiè. Cum autem in cæteros, qui extra gregem ſuum erant, fidelem, ferventioremque operam præſtaret Ægidius, tum maximè in eos, quos regendos ſuſceperat, illius amor eluxit. Etenim non à Fulginio procul anno 1216. in loco Fontia Carpelli, D. Clare de Aſſiſio, Marſeviliæ & Chriſtianæ monaſterio ſub titulo S. Mariæ de charitate, aut de ſalute excitandi poteſtatem fecit, Hugolinus verò Epiſcopus Card. Oſtienſis Peruſiæ legatus illis S. Benedicti pretioſiſſimam reliquiam anno 1219. conceſſit. Idem quoque Ægidius anno 1220. monaſterium S. Catharinæ montis Sinai, quod olim Ordinis S. Damiani dixerunt, ad ampliorem pietatis cultum fundavit, ut illic Virgines Deo votæ S. Claræ, pauperum feminarum principis, pauperiem æmularentur, inque Xenodochium S. Claudii Eccleſiæ attiguum Cruciferorum alumnos induxit. At cum per ea tempora Avellanenſes monachi, quos Epiſcopus Benedictus S. Claudii Eccleſia donaverat, illinc, neſcio quibus de cauſis, abiiſſent; accidiſſetque per idem tempus aliquot Fulginates puellas ex divino inſtinctu in ſolitariæ vitæ virginitatiſque amorē conſpirare, Ægidius, ne nobilis illa cupido in teneris mentibus aliquando teperet, virginitatem profeſſaris Eccleſiam S. Claudii attribuit, ut ibi, tanquam in benè munita arce, theſaurus ille, qui trepidè in vaſibus fictilibus geſtabatur, ſecurius aſſervaretur, legibus S. Claræ potius, quàm præaltis muris ad eam cuſtodiam deſtinatis, anno 1229. ac ne huiuſmodi florum virginitatis proventui, virginum item proventus deeſſe videretur: eodem AEgidio ſedente, tertium Monialium monaſterium auſpicatò Fulginii fundatum

eſt. Siquidem cum Eliſabetha Mattona Theutona nobilis ad ſancta loca, duobus tantum ſociabus contenta ſanctiſſimè peregrinata fuiſſet, veniſſetque, Deo inſpirante, Fulginium, per duos menſes ibi morata eſt, emptaque domo, cum plures mulieres evocaſſet è ſeculo, caſtitatemque colere docuiſſet, in patriam reverſa eſt; parvoque alendo gregi ſucceſſit AEgidius, qui dilatatis domunculæ finibus multo plures mulieres ſub Auguſtinianis legibus intra illa ſepta coegit, quas hodie nigras Fulginates appellant; cum monaſterio ipſi S. Eliſabethæ Epiſcopus nomen fecerit, ut ex nomine primæ illius fundatricis Eliſabethæ haud oblivisceretur grata poſteritas. Demum cum paſtorali cura AEgidius diu, vigilanterque vixiſſet, civeſque Fulginatenſes partibus Friderici II. Imperatoris contra Eccleſiam adhæſiſſent, ab Innocentio IV. Epiſcopali dignitate privari, ille Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1243. factus Eccleſiæ Nucerinæ adminiſtrator 15. Kal. Januarii eodem anno, ut habetur in regiſtro ejuſdem Innocentii. Vitam tandem finivit, ſub virginum tutela, quas adeo vivens impensè coluerat, evolaturus ad Cœlum anno 1248. Quidam Anonymus poſt exceſſum AEgidii Gerardum de Anaſtaſiis Conradi nobilis Fulginatenſis filium adlectum fuiſſe narrat; poſt hunc prædefunctum anno 1254. Bernardum, quem primum vocant. Sed fallitur, totoque cœlo aberrat, cum Fulginenſis Civitas ab an. 1243. ad annum uſque 1265. Epiſcopali dignitate privata manſerit, atque de Conrado in regeſtis Vaticanis nil reperiatur; de Bernardo verò, ut dicemus, tantùm quod fuerit hujus Eccleſiæ adminiſtrator, ideoque de albo Epiſcoporum uterque delendus eſt. Berardus Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconus ab Innocentio IV. anno 1243. Epiſcopatus Fulginatenſis in admoti AEgidii locum in temporalibus, & ſpiritualibus adminiſtrator adlectus confirmatur deinde ab Alexandro IV. 15. Kal. Februarii anno 1255. ex reg. Vatic. ep. 59. fol. 9. anno Pontificatus I. Patriæ ſuæ Eccleſiam ſumma cum laude rexit. Hic eſt ille Berardus, quem Innocentius ad Manfredum Siciliæ Regem miſit, ut pacta, & conventiones, quas cum Eccleſiaſticis pepigerat, obſervaret, atque ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ rediret, bonaque eidem violenter abſtracta, reſtitueret. At Manfredus proterva cervice, ſurdis auribus Berardi monita accepit, ut refert Bzovius ad annum 1254. Fulgineum cum rediiſſet Berardus, Eccleſiam S. Matthæi, cum iis, quæ ad ipſam jure ſpectabant, Ordinis Minorum alumnis liberaliſſimè conceſſit, ut ex ea minorum acceſſione Franciſcani Templi confinia proferrentur. Monaſterium S. Mariæ de Euchariſtia, ut vocant, fundavit, ut in eo aſſeclæ Virgines S. Damiani pauperiem cum caſtitate pro dignitate excolerent. Exceſſit ann. 1264. menſis Novembris non Epiſcopus, ſed adminiſtrator. Poſt cujus obitum cum Fulginatenſes ad obedientiam Romani Pontificis rediiſſent, à Clemente IV. reſtituta Epiſcopali dignitate, proprium meruere Epiſcopum.

XXIX 29. Fr. PAPARONUS deinde è Paparona gēte, ex Ordine Prædicatorum nobilis Romanus, hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam 1265. vocante Clemente IV. 5. Kal. Julii anno 1. ex regeſt. Vat. ep. 136. fol. 31. Hic anno eodem, Eremitanos S. Auguſtini Fulginium advocavit, magnum pietatis incrementū futuros. Erexit an. 1270. Xenodochium, ac Confraternitatem Presbyterorum diſciplinæ S. Feliciani, cum Templo eidem Martyri conſecrato, quod hoc tempore intra oratorii Boni JESUS tranſiſſe perſpicitur. Anno præterea 1273. in diœceſim Fulginatem Fratres Ordinis Servorum adſcivit, cœtum hominū ad omnem pietatem unicè factum. Denique an. 1285. ſuos Prædicatores extra muros Fulginii, tanquā ejus Civitatis excubias diligentiſſimè acturos, collocavit, ubi poſtea nobile S. Dominici Templum, ac monaſterium magnis ſumptibus conſtructum ſpectatur. Cujus quidem fundationis in Epiſcopum Paparonum tota laus videtur refundi debere. Hic igitur dum Fulginii ſacros religioſorum ordines dilatat, adauget Trincia Bernardi Trincii Fulginii Domini filius, ex Fori Flaminii, quæ adhuc extabant, ruinis Fulginates muros extendit, ipſeque Paparonus, Honorio IV. mandante, ad Spoletinorum Epiſcopatum tranſlatus eſt 1285. ut qui in omnium ordinum homines adeò munificus fuerat, etiam alioſum tanta liberalitas extenderetur.




30. BENARDUM I. Fulginatem, Munaldi filium ex Comitibus Antignani, Joānis Nucerini Epiſcopi fratrem, Papæ vero Urbani IV. à ſacrificiis, Cathedraliſque Eccleſiæ Priorem, ad curam Epiſcopalem Clerus vocavit, eidemque collatum munus favorabili ſcripto firmavit Honorius IV. Pont. Max. 1285. 12. Kal. Auguſti, reg. Vat. ep. 76. fol. 52. Huic vix dum electo de virginitate benè merendi præclara ſeſe dedit occaſio. Tres quippe puellæ è Podii Caſtello ditionis Fulginii, ex divino ardore virginatem, moreſque cæteros excolere ſunt aggreſſæ; cumque anxiè deprecarentur, ut præclaro inceptui divinū auxilium propius vellet adeſſe, viamque monſtraret andentibus, in meridie ipſo Sydus obortum eſt præ ſole refulgens, cujus ductu ad muros uſque Fulginii pervenerunt puellæ, intellexeruntque ibi locum ſibi fuiſſe paratum à Deo, in quo ex divinæ voluntatis arbitrio omnem vitæ partem moderarentur. Nobilem conatum juvit deinde Epiſcopus, ædificatoque monaſterio primùm, mox Templo fundato, intra illius ſepta, ſub temperatione, cultuque Auguſtiniano virgines Deo votas lætanter excepit 1292. deque S. Cruce cœnobio priſci nomen fecere; haud obſcurum ſanè laborum præſagium, qui exantlandi forent ab iis, quæ illuc religionis cauſa, caſtitatiſque ingrederentur. Eodemque Berardo ſedente, B. Leonardus Fulginas, S. Franciſci diſcipulus apud Pipernum vita functus eſt 1290. ſepultuſque ibidem ſub majori altari Franciſcani Templi illius Civitatis. Nec multò poſt Epiſcopus ipſe Berardus, hoc eſt die 15. menſis Maii anno 1296. lento, ſed pertinaci morbo extinguitur. Poſt cujus mortem, Clerus, ſeu diſſidentibus partium ſtudiis, ſeu quia, ut in digniorem illa dignitas caderet, ita conducere videbatur, per honorarium arbitrium, fratrem Jacobum Anaſtaſium Fulginatem ex Ordine Minorum, eximiæ doctrinæ, ac ſanctitatis hominem in Epiſcopum Fulginatem adlegit. Qui oblatæ dignitati ratiſſimo exemplo nuncium ultro remittens, maluit à negotiis procul ſeverè, ſanctèque in Clauſtro vivere, quam in altiori dignitatis gradu propè exitium, quod ſemper imminet iis, qui præſunt, anxiam ducere vitam. Hujus cum laude meminit Fr. Lucas Waddingus amicus noſter, homo doctus, & eloquens in tomo 2. Annal. Fratrum Minorum. Antignani vero Comites pro gentilitiis inſignibus geſſerunt aureum leonem in dextera aureum enſem tenentem in muricato ſcuto. XXX.

31. BARTHOLOMÆUS deinde Anagninus, è Cajetana gente Monachus, atque Abbas Sublacenſis 1296. demortuo Berardo ſuffectus eſt 5. Kal. Novembris, confirmataque Fulginii ſede, Eccleſiam illam rexit uſque ad annum 1304. magni utique animi vir, & qui plerunque etiam cucullatus, ex avita ſuæ gētis laude, militares ſpiritus gereret. Bonifaciū VIII. Pont. Max. propiori affinitate attinxit, cujus auſpiciis Bartholomæus non procul à Sublacenſi Cœnobio Montem Acutum validum, munitumque Caſtellum fundavit, factoque impetu Tyburtinis Marianum Caſtellum ademit, cum prius ipſi, intentantis armis, eodem ipſo ditionem Sublacenſem nudaſſent. XXXI

ſent. Itaque cum non minori animo, viribuſque, quã prius Sublacum feciſſet, Fulginatem Eccleſiam adminiſtraſſet, duoque Monaſteria Fulginii, ubi S. Dominici Virgines alerentur, ingẽtibus ſumptibus erexiſſet, S. Mariam videlicet, ut vocant, *de Populo*, itẽque S. Mariam, cui, *del Verde*, nomen eſt, diem clauſit poſtremum 1304. Julio menſe; vacavitque ſedes Fulginas ad tres annos, menſes 2. Siquidem Hermannus de Anaſtaſiis Civis Fulginas, quamque à Clero canonicè electus, noluit eſſe Epiſcopus. Hic ille Hermannus eſt, qui cum Patriæ ſuæ dignitatem Epiſcopalem recuſaſſet ſubire, poſtea 1307. ad Piſtorienſis Epiſcopatus apicem aſſumptus, Eccleſiam illam ſumma cum laude, Divinique cultus ſplendore adminiſtravit, ut in catalogo Piſtorienſium Epiſcoporum deinceps ex fide narrabimus. A

XXXII. 32. BARTHOLOMÆUS Gointoncini de Sigisbundis Piſtorienſis, Cini celeberrimi juris Conſulti patruus, ex Epiſcopo Piſtorienſi, Fulginenſis Epiſcopus effectus eſt ſub V. Clemente Pont. Max. die 24. menſis Decembris 1307. Fulginiumque ſolemni pompa Paſtor conſalutatus ingreditur 1308. die 1. exordientis Junii. Hujus tempore Angela Fulginas celebris ſanctitatis fœmina clara effulſit, deceſſitque die 4. Januarii 1309. quæ poſt caſti jura connubii, poſt educatos filios, poſtque ob indigentiam pauperum, addivendita prædia, auſteriorisque vitæ incredibilia propemodum opera, adeò ardenti amore exarſit in Deum, ut nil divino illo incendio in Eccleſiaſticis Annalibus videatur poſſe legi ſplendidius. Hanc paulò poſt ad gloriam ſecuta eſt Paſchalina magnæ perfectionis fœmina, Angelæ vel ſocia, vel alumna 1313. Petroque Creſcio nobili Fulginati, ſed ſanctitate magis illuſtri, cœleſte gaudium per idem tempus decretum eſt, hoc eſt die 18. menſis Julii an. 1323. Quibus præmiſſis, ut quaſi ſibi in Cœlum expeditius iter pararent, Bartholomæus ipſe ſanctè deceſſit die 11. Julii anno 1326. B



XXXIII. 33. Sed vix demortuum Bartholomæum extulerant, cum PAULUM Nallii è Trincia genre, Clerici extulere ad ſedem, die 12. menſis Julii 1326. Hujus electionem Ioannes XXII. conſecratione ipſa, quam Avenione, ubi tunc morabatur, perfecit, ratam eſſe monſtravit. Vix autem Paulus annum integrum ſuæ adminiſtrationis expleverat, cum S. Luciæ monaſterium ædificari eſt cœptum, Auguſtinianarum Monialium nobile ſæpimentum. Eodem anno Olivetanos Monachos intra Urbem excepit, tradita Eccleſia S. Nicolai ad Cœnobium conſtruendum. Anno verò 1350. Corradinus Rinalduccii, è Trincia genre, Prior Collegiatæ S. Salvatoris, Cathedraliſque Eccleſiæ magna auctoritate Canonicus ſocietatem Charitatis inſtituit, in eo ſacello, ubi B. Petrus Creſcius ad piorum opem requieſcit. Anno item 1334. ſumptibus pietatis Fulginatium hominum, monaſterium S. Bartholomæi Bruſiani in Monte, inter Fulginium, Camerinumque propemodum inacceſſo, rigideque elato, initium habuit; quo poſtea B. ille Joannes à Valle, cum aliquot ſociis Ordinis S. Franciſci contemplatricis vitæ munia obiturus, ſeceſſit, ibidemque an. 1351. cum magna opinione ſanctitatis deceſſit. Hoc illud monaſterium eſt, unde poſtea F. Paulo Trincia agente, eximiæ ſanctitatis homine, S. Franciſci alumni illi floxere, qui ad majorem vitæ auſteritatem, moreſque defæcatiores, præter cæteram cultus aſperitatem calepodiati incedunt. Interim Paulus Epiſcopus, pauperum infirmorum Xenodochium, dilatatis finibus, ampliavit, ut major illorum numerus, majora adminiſtrantibus merita compararet. Eodemque Paulo Trincio agente, Ciſtercienſibus, florentiſſimæ per id tempus obſervantiæ monachis, monaſterium S. Crucis de Saxovivo attributum eſt, annuente Benedicto XII. Pont. Max. Ciſtercienſis Ordinis quondam alumno, qui ibi tandiu laudabiliter commorati ſunt, donec Commendatariis Cœnobium occupantibus, ex pauperiori menſa ſunt demigrare coacti. Denique Epiſcopus Paulus cum uſque ad annum 1363. in Epiſcopatu ſumma cum laude vixiſſet, eodem anno exceſſit, menſe Iunio. Scutum Trinciæ gentis aureum equina capita nigra muricatis frœnis fuit.

34. RAYNALDUS ex Priore Cathedralis Eccleſiæ ſucceſſit Paulo, ab Urbano V. electus an. 1363. 8. Kal. Aprilis, ex regeſt. Vatic. anno 2. obiit initio anni 1364. XXXIV

35. JOANNES Angelettus Fulginas ſublectus eſt, Urbano V. Maximo aſſentiente an. 1364. 8. Kal. Februarii, ex Plebano S. Mariæ de Populo. Hic Xenodochio S. Auguſtini præclara fundamenta ſubſtruxit, annoque 1373. Ciſtercienſes monachos Eccleſia S. Mariæ in Campis, non procul à Fulginatibus muris munificentiſſimè donavit, ſubque ejus plena pietatis adminiſtratione reformatio illa Calepodiatorũ Ordinis S. Franciſci exorta eſt, cujus nos paulò ſupra cum laude meminimus. XXXV.

36. JOANNES deinde Joannis è Popula, Fulginatis ditionis Caſtello, Fulginatis Eccleſiæ gubernacula cepit anno 1384. ſub cujus regimine, deque ejuſdem conſilio Ugolinus Trincius Fulginii Dominus Franciſcanos, qui nuper ex nova obſervantia inclaruerant, propè Fulginii muros induxit, ubi poſtea S. Bartholomæo ſacrum Templum erectum eſt, in quo B. Paulus ille Trincius, qui ob præclara merita in ſuum ordinem, omnium conſenſu obſervantiæ Pater eſt appellatus, è vivis exceſſit ann. 1391. die 17. menſis Septembris. Anno verò 1396. liberalitate, pietateque trium illuſtrium fœminarum, quas ad id divinus fervor impulerat, Cœnobii S. Mariæ de Bethleem Ordinis Ciſtercienſis, Fulginii Epiſcopo adjuvante, fundamenta jecere. Quod idem Epiſcopus deinceps, cum propemodum munificentia regia Bonifacium IX. excepiſſet hoſpitio, ingentibus gratiis, privilegiiſque exornandum curavit; ſicut Ugolino Trincio Fulginii Domino deprecãte, S. Mariam in Campis, item Ciſtercienſis Ordinis, idem Pontifex indultis ampliſſimis ante munierat, cum eandem Eccleſiam Aula Romana ſtipatus pietatis ergo inviſeret, an. 1392. die 13. Octobris. Obiit autem Joannes Epiſcopus 1397. XXXVI.

37. HONUFRIUS Trincius Trincii filius Fulginii Domini, è Priore Collegiatæ S. Salvatoris Antiſtes ſacrorum renunciatus eſt, Bonifacio IX. ſedente, approbanteque electum 3. die Decembris 1397. Hujus Epiſcopi tempore floruit Angelina Urbevetana è Corbara, ex Marciani Comitibus, pietatis eximiæ fœmina. Quæ cum aliquot ſanctis mulieribus Monte Jove Urbevetanæ Diœceſis digreſſa Fulginium venit, ibique monaſterio S. Annæ Tertii Ordinis S. Franciſci exordium fecit; cui deinceps ampliãdo provehẽdoq; eum Honuphrius haud invitum præſtaret auxilium, adeo in juſtum Cœnobium crevit, ut inde in totam fermè Italiam odor illius ſanctitatis ſuaviſſimè ſpargeretur; evenitq; ut rogatu multorum alia monaſteria Angelina auſpicatiſſimè fundaverit. Hujus beatæ vitam progreſſus, reſque præclarè geſtas prolixè complexus eſt Ludovicus Jacobillus Fulginas, Fulginatium rerum diligentiſſimus indagator, ac ſcriptor. Honufrius vita ceſſit anno 1403. die 2. menſis Aprilis. XXXVII.

38. Fr. FEDERICUM Frezzium, è Prædicatorum Ordine, ejuſdemq; Ordinis Romano Provinciali Bonifacius IX. ad hunc Epiſcopatum aſſumpſit an. 1403. die 17. menſis Octobr. Hic præter ſcholaſticas diſciplinas, adeò politiori, variaque literatura valuit, XXXVIII

ut avidiſſimus poeticæ laudis muſas excoleret amæniores; etenim divinam Aligherii Dantis æmulatus comediam, opus, Quadriregium, Inſcriptum, ex tertiariolis admodum feliciter panxit. Interfuit Conſtantienſi Concilio, ſubſcripſitque 50. ſeſſioni, die 30. Januarii 1416. (r) inque eodem anno ad præclariora intentum invida mors illum oppreſſit.

XXXIX. 39. Fr. NICOLAUS Ferragattus a, filius Nardi, Ordinis Minorum è Bettona Caſtello, à Martino V. Columna Fulginati gregi præpoſitus eſt, an. 1417. die 3. Januarii. Qui tanta omnium ordinum lætiria, gratulationeque Civitatem intravit, ut ſuis illum humeris Cives deportare velle viderentur ad ſedem. Neque verò omnium ſpes ille feſellit; ſiquidem Eccleſiam ſibi creditam, ſummo amore, ſummoque jure deinde adminiſtravit, itaut mirarentur plerique nec facilitatem illam aliquid detraxiſſe gravitati, neque gravitatem obſeciſſe facilitati. Egit in vivis uſque ad annum 1421. qui ſuit illi vitæ poſtremus, primus exordientis ſalutis.

a De quo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 209. Mand.

XL. 40. Poſt Nicolai exceſſum GASPAR Peruſinus, b è ſeculo Abbas, Martino item V. vocante, Epiſcopus dictus eſt an. 1421. die 4. menſis Decembris. Qui, cum nondum inauguratus uſque ad annum 1423. Epiſcopi nomen retinuiſſet, ultrò deinde nondum obitum munus detulit ad Papam, illud ut ſcilicet cuicumque voluiſſet poſſet conferre. Ita habent conſiſtoriales actus ejuſdem Pontificis.

b Hujus meminit Ubaldinus in Athen. Aug. Mand.



XLI. 41. JACOBUS Berti, Franciſci ex Elmia gente nobilis Fulginas, ex Comitibus S. Chriſtinæ, è Priore S. Mariæ infra portas, mox etiam Cathedralis Eccleſiæ, die 17. menſis Martii an. 1423. ab eodem Martino V. Pontifice obtinuit cathedram. Vir utique virtutis eximiæ, quippe qui ex generis nobilitate, claritudinem probitatis videretur traxiſſe. Conſtat ejuſdem affines, majoreſque, in florida adhuc Florentina Republica incorruptè geſſiſſe Præturam, Populumque plerunque ad arma, atque ad ſeditionem proclivem ſtrenuè ſatis rexiſſe. Quod ipſum Gentis Elmiæ diverſis in locis inſculpta gentilitia inſignia perſpicuè commonſtrant. De qua re, nos alibi fuſius. Igitur Jacobo, apud Fulginates, dominante in ſacris, celebre S. Luciæ Cœnobium, Ordinis S. Franciſci, initium cœpit anno 1455. Quinque ſiquidem è Sulmona mulieres Divino admonitu pervenere Fulginium. Cumque tum ſuum fundandi Cœnobium incenſum deſiderium, tum ſuper ea re divinæ voluntatis explorata conſilia docuiſſent Epiſcopum, non modo ſunt ab eo benignè auditæ, ſed perhumaniter etiam exceptæ, brevique Currado Trincio opus juvante, agente verò Epiſcopo, Monaſterium illud extulit muros, ad earum Virginum firmam cuſtodiam, quæ illic ad divina præconia excubias erant acturæ. De hujus monaſterii fundatione conſule Gonzagam in hiſtoria Seraphica, quam diligenter perſcripſit. Tandem ſub vitæ finem Iacobus, ut erat in omnem occaſionem rectè factorum captandam probè intentus, Fratres Auguſtinianos congregationis Peruſiæ, qui dudum ad priſcorum Patrum normam revocaverant mores, Fulginium advocavit, S. Nicolai novis incolis attributo cœnobio, unde paulo ante montis Oliveti Monachi abjerant an. 1435. qui deinceps vix duobus elapſis annis extinctus eſt, hoc eſt an. 1437. exeunte mēſe Julio. Ejuſdemque exceſſus pro vero Epiſc. legitimoque Paſtore, turbas diſſidentium ſtudiorum, ac violentiam excepit. Rinaldus ſiquidem Trincius Conradi Trincii filius factioſorum ſtudiis obrepſit ad ſedem ex Cathedralis Priore, Canonicoque. Quem poſt diligentem conſultationem cum ultio creatum Eugenius IV. pronunciaſſet, in ejus locum ſuffectus eſt Chriſtophorus Boſcharius, qui tandiu obtento, demandatoque ſibi munere abſtinuit, quamdiu Trinciorum tyrannis in Fulginates deſæviit. Concidit tandem Trinciorum potentia die 9. menſis Septembris 1439. quo die Boſcharius paſtoralem curam aſſumpſit, rediitque Fulginium, juraque ejus ad unam eccleſiaſticam ditionem poſt ſpatium annorum 134. Evenerat enim, ut Clemente V. Avenionem ſedem Apoſtolicam deportante, multi ſub Vicarii ſpecioſo nomine eccleſiaſticam ditionem invaderent, tyrannidemque exercerent in ſubditos. Quæ publicæ rei indignitas cum ſanè graviter Eugenium IV. permoviſſet, per Joannem Vitelleſcum Patriarcham Alexandrinum, providum virum, ac fortem, Romam ſub titulo legationis à ſe deſtinatum Columnenſes, Sabelloſq; Gibellinæ factionis Principes armis domuit, protinuſque per Campaniam Pontificia Caſtella recepit; quem utiq; armorum terrorem cum paulo poſt Vitelleſcus vertiſſet in Umbriam, inter cæteros populos, quos exactis tyrannis, vocarat ad pileum, præcipuè Fulginates fuerunt; & Corradus quidem ſuis rebus diffiſus, Coſſam profugit, ubi per filios nobiliter propagata familia, exul interiit. Rinaldus verò Pſeudo Fulginas Epiſcopus, primum Ferrariam, poſtea ad Nicolai Picinini, per ea tempora clariſſimi Ducis transfugit exercitum, ubi credidere plerique veneno fuiſſe ſublatum. Elmiæ familiæ, muricata unda in argentea parma, ſtemmata fuere.

42. CHRISTOPHORUS igitur Berti Corſinii Buſcharius, cujus hodie gentem Fulginii Rubertorū appellant, è Podio Valtopinæ Comitibus, Monachus Ciſtercienſis, atque Abbas S. Petri de Areſina Nucerinæ diœceſis Ordinis S. Benedicti, electus eſt die 17. menſis Apr. 1438. inauguratuſque Ferrariæ. In Chriſtophoro porrò pietas, cum claritudine generis decertare videbatur. Conſtat illum, poſt exactam Trinciam gentem, tranquillè admodum, cumque ſumma laude prudentiæ ſuam rexiſſe Eccleſiam, Romæque cum ageret, illum fato ceſſiſſe 1444. die 21. menſ. Auguſti, ubi ad hanc diem tumulatus quieſcit. XLII.



43. ANTONIUS Nicolai de Bologninis Fulginas, paulò ante Epiſcopus Nucerinus, ab Eugenio IV. Pontifice, ad hanc Eccleſiam regendam translatus eſt, ut ejuſdem Pontificis conſiſtoriales actus teſtantur anno 1444. menſe Septemb. Hujus Epiſcopi auctoritate, conſilioque xenodochium S. Joannis traditur fuiſſe erectum. Ad Antonium Nicolaus V cum Romana curia Fulginium proficiſcens divertit, qui magnificè ab eo exceptus hoſpitio ejuſdem Eccleſiæ à ſummis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis jura, privilegiaque aliquando induita magnificentius confirmavit. Eademque hoſpitii munificentia Antonius uſus eſt erga Pium II. illuc prætereuntem, qui poſt diligentiſſimè gregis impenſam curam, mortuus eſt die XLIII.

1. Ja-

(r) Cum Leandro Alberto, l. 1. Plodio, Antonio Senenſi, aliiſque erravit oculatiſſimus Poſſevinus in Apparatu ſacrò tom. 1. fol. 481. Omnes hi corrigendi ſunt aſſerentes Fridericum Epiſcopum Fulginatem vixiſſe an. 1515. Nam Concilio Piſano an. 1409 & Conſtantienſi an. 1414 interfuit. *Altamura*. Ejus verò cum laude meminere Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Fontana de Rom. Provin. p. 324. *Mand.*

1. Januarii anno 1461. Muricatum Parmæ ſolum aurea faſcia, argentei orbiculi tres, quibus nigra litera A. expreſſa videtur, ſunt Bologninæ gentis inſignia.

XLIV 44. Poſt Antonianum exceſſum, per 5. & amplius menſes Fulginas vacavit Eccleſia, illam interim adminiſtrante Bartholomæo Antonii Tonti Apoſtolico ad id ſublecto Vicario, Cathedralis ſpectatæ virtutis Canonico. Qui cum ob eam plenam decoris adminiſtrationem totius cleri ſtudia meruiſſet, ab eodem clero Epiſcopus acclamatus eſt. Sed cum ea eligendi ratio ex Eccleſiæ moribus jam receſſiſſe videretur, electioni haudquaquam Pius aſſenſus eſt, ſed ad id muneris ANTONIUM Bettinum Senenſem Ordinis Jeſuatorum alumnum, reclamantem, Mediolanumque nè cogeretur Epiſcopus fieri, fuga delapſum, deſtinavit. Antonius igitur, mandante Pontifice, Mediolani ab ejus Civitatis Archiepiſcopo, Epiſcopus ordinatur. Is Senis natus eſt, anno 1399. parentem habuit Auguſtinum Senenſem, ex Bettinorum honeſta familia. Adhuc adoleſcens bonarum literarum ſtudiis conſectatus eſt, in quibus ſpectabiliter cultus, in variis, multiſque Italiæ Academiis ad legum certem, multorum nobilia ingenia exacuit. Mox factus ſacerdos, haud temnendos Eccleſiaſticos cenſus habuit. Sed cum iis omnibus deinde cœleſti, interiorique admonitu ſe abdicaſſet, transfudiſſetque in pauperes, ex Jeſuatorum Regula vitam inſtituit, tanta puritate morum, vitæque auſteritate, ut omnibus admirationi eſſet. Romæ cum ageret, ab Eugenio IV. Pontifice SS. Joannis, & Pauli perantiquum templum obtinuit, juxta quod ſui Ordinis Monaſterium conſtruendum curavit. Mantuanum Concilium ſub Pio II. plurimum juvit, ſua illa legum peritia. Mox ad Mediolani Ducem legatus, Cardinaliſque Sfortiæ Vicarius, S. Hieronymi cœnobium ſui ordinis conſtruxit, ejuſdemque primus Prior renunciatus eſt. In Inſubria deinde Nuncius, ut vocant, Generaliſque ſpoliorum collector ejuſdem Pontificis fuit. Deinde per totam Italiam, una Roma excepta, Pœnitentiarii Apoſtolici trepido munere functus eſt, donec ad Fulginatem Epiſcopatum aſcendit. In quo quidem munere, cum quæ ſuam illam pietatem decerent, aſſiduè ea opera urgeret, cultum divinum adauxit, collabentes reſtauravit Eccleſias, clericorum moribus jus ſtrictius dixit, profanos homines ſub honeſtioris vitæ jugum ire coegit. Sæpius concionabatur, ſuam ipſe carnem domabat, ſuiſque continentibus precibus ſibi concredito populo auxilio erat. Quamobrem meritò ſui ſeculi gemma, ſplendorque Præſulum ſui temporis habebatur; ſcribebat, & in otio ſapientiam, ut otium, ſocordiamq; diſpungeret. Multa ſiquidem ingenii monumenta reliquit, quæ ſolum excepta calamo, hactenus lucem non aſpexerunt. Duo tantum à piis, doctiſque teruntur, illud ſcilicet, cui titulus eſt, *de Divina præſentia*, & alterum, cui *Mons ſanctus Dei*, in fronte præfixit. Adeò ubique, & ſemper conſuluit paupertati, ut communi totius Italiæ conſenſu ſit PATER pauperum appellatus. In quorum deinde levamen, Fulginii montem, ut vocant Pietatis inſtituit. Verum in ea Præſulis dignitate adeò auſterioris vitæ non eſt oblitus, ut magis monachus jam tunc, quam Epiſcopus poſſet videri. Quamobrem cum Mediolani Claravallenſium Monachorum ex Ordine Ciſtercienſi mores contigiſſet labare, percuperetque Paulus II. Pont. Max. Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani ſupplicibus literis exoratus ad priſcorum Patrum normam puriores illic mores redire, nulli alio rem tantam committendam eſt arbitratus, quam uni Antonio, quippe qui & inſtitutis monaſticis eſſet probè imbutus, & ad omnem pietatem unicè factus. Itaque hujuſmodi auctoritatis pleno diplomate, ad trepidam illam provinciam Antonium legat.

PAULUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Ven. fratri Antonio Epiſcopo Fulginati, Nuncio, & Oratori noſtro, ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

TUnc digne injunctum nobis Apoſtolicæ ſollicitudinis officium exercere cenſemus, dum per noſtra proviſionis miniſterium ita efficere ſtudemus, quod in Monaſteriis, & religioſis locis, maxime, quæ celeberrima eſſe noſcuntur, regularis obſervantia vigeat, & cum Divini cultus augmento ſub monaſtica diſciplina laudabiliter obſervetur, ac perſonæ in eis degentes juxta SS. Patrum inſtituta ad gloriam Dei ſub humilitatis ſpiritu exemplum, & honeſtam ducant vitam, & ſi quid in hoc adverſum, vel veræ Religioni contrarium ſit ad rectitudinis viam ſalubriter reducatur. Cum itaque te in præſentiarum ad Civitatem Mediolanenſem, & nonnulla alia loca temporalis dominii dilecti filii nobilis viri Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani nun.ium, & oratorem noſtrum deſtinemus, & inter alia ſummopere affectemus, ut inſigne Claravallis monaſterium ordinis Ciſtercienſis extra muros Mediolani, quod inter alia ejuſdem ordinis monaſteria celeberrimum eſſe dignoſcitur, & a B. Bernardo ipſius ordinis auctore dicitur fundatum, tam in capite, quam in membris debitè reformetur, & ſecundum SS. Patrum, ac dicti ordinis regularia inſtituta ad obſervantiam reducatur, Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per hæc Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus cœleſti concomitante cætu, ad præfatum monaſterium perſonaliter accedens, ac ſolum Deum præ oculis habens in eo viſitationis, & reformationis officium, tam in capite, quam in membris, necnon ſpiritualibus, & temporalibus dignè, & laudabiliter ſtudeas, auctoritate noſtra exercere. Nos enim, ut excuſſis, quæ monaſterii, & perſonarum offuſcant decentiam, ſalutares fructus, & exemplares mores proveniat, tibi dictum monaſterium, ejuſque perſonas etiam exemptas viſitandi, & tam in capite, quam in membris, & ſpiritualibus, & temporalibus reformandi, necnon ad regularem obſervantiam reducendi, & illam in ipſo monaſterio firmandi, ac perſonis ſub regulari obſervantia degere recuſantibus, ſi ad alia monaſteria ejuſdem ordinis, & laxioris vitæ tranſire voluerint, miſerationis intuitu congruam portionem aliquā monaſteriis, in quibus benevolos invenerint receptores, aſſignandam reſervandi, & conſtituendi. Si verò nec reformationem, nec aſſignationem hujuſmodi amplecti, aut acceptare voluerint, & in ſua duritia, contumaciaque perſiſterint, eas perſonas tanquam putrida membra, ne alios malo corrumpant exemplo, de ipſo monaſterio expellendi, ac earum loco alias idoneas ponendi juxta datas tibi per nos ſuperinde inſtructiones, menſamque Abbatialem, à menſa Conventuali ſeparandi, necnon poſſeſſiones, agros, & alia immobilia bona, & decimas, fructus cenſus, redditus, & proventus univerſos dividendi, & unam partem Abbati, ſeu Commendatario, vel Adminiſtratori pro tempore, alteram vero Conventui pro eorum menſis, & ſupportandis oneribus ſecundum inſtructiones tibi traditas deputandi, necnon habita ratione debita, non ſolum victus, atque veſtitus, ac reparationem ædificiorum, & ſervandæ hoſpitalitatis, verum etiam quod ſuppetere poſſint ad extraordinaria, ſi quæ emerſerint ſubeunda, notabilem Conventum, & Monachorum numerum ſolum ſecundum quantitatem redditnum, & proventuū; Prioremq; quoq; annuū per ipſos religioſos eligendum, & alios officiales viros providos, Deum timentes religioni affectos, & prudentes ſecundum inſtructiones præfatas, necnon Reformatorum hujuſmodi Religioſorum habitationem Abbati, ſeu Commendatarii, vel Adminiſtratoris pro tempore ſub una clauſura murorum ſeparatam. Et quod Religioſi ipſi à ſe omnem proprietatem abdicent inſtituendi, & ordinandi, ac tum circa Divinum officium diurnum, atque nocturnum cum omni reverentia, & devotione decantandum, ac peragendum, quam monaſticam diſciplinam, obedientiam, mores, & vitam ſervandam, omnia, & ſingula, quæ juxta SS. Patrum, & dicti ordinis regularia inſtituta ad honorem Dei, Religionis augmentum, animarum ſalutem, & bonum exemplum Chriſti fidelium, ac alias circa felicem gubernationem præfati monaſterii, & perſonarum ejuſdem neceſſaria noveris, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, ſtatuendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel nobilitatis fuerit per excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque formidabiliores, de quibus tibi videbitur, ſententias, cenſuras, & pœnas, ſublato cu-

juſuis refugii, & appellationis obſtaculo authoritate Apoſtolica compeſcendi, & ſi opus fuerit auxilium brachii ſecularis invocandi, hac vice dumtaxat plenam, & liberam præfata auctoritate concedimus facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, literis, privilegiis, indultis, libertatibus, & exemptionibus Apoſtolicis dicto monaſterio, ejuſque perſonis, & locis in genere, vel in ſpecie ſub quacumque verborum forma etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis conceſſis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret quoad præmiſſa omnia derogamus, illaque nulli adverſus hanc per nos tibi conceſſam facultatem ſuffragari decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar. Dom. 1463. Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno 1.

Atque ut ea, quam Antonio legato mandaverat morum reformatio belle procederet in hæc plena conſilii, prudentiæque verba eundem edocuit.

P*AULUS PAPA II. Ven. fratri ſalutem &c. Cupientes ſacrum Clarevallenſem cœnobium, quod inter Ciſtercienſis ordinis monaſteria celeberrimum eſſe dignoſcitur, & à B. Bernardo, ejus ordinis auctore in vita fuiſſe fundatum dicitur, ſecundum inſtituta SS. Patrum regulari obſervantia reformare, tuam fraternitatem ad id duximus eligendam, quam novimus ante Epiſcopatum in regulari diſciplina verſatam, in monaſticis, & regularibus inſtitutis ſufficienter inſtructam. Novimus ſiquidem monaſterium illud redditibus, atque proventibus ſufficienter dotatum, magna Mediolanenſis populi, & nonnullorum Principum largitione adauctum, ampliſſimis ædificiis exſtructum, ſive per injuriam eorum, qui ipſi monaſterio præfuerunt, vel propter hoſtilitates, & malitiam temporum ad magnam in ſpiritualibus deſolationem pervenisse, ita ut penè nulla regularis obſervantia, nulla monaſtica diſciplina ſervetur. Ad reformationem itaque ipſius, quam ex toto corde pro incremento ſacræ religionis optamus, te oportet ſolerter, atque diligenter intendere. Et quoniam ineuntis ætatis laſtitia ſenum inſtruenda eſt, & regenda prudentia, & obſervantia per abuſum monachorum penè dilapſa per expertos religionis eſt reformanda, adduces ex monaſterio ejuſdem ordinis prope Florentiam, quod 7. milliario à Florentia diſtat, & propterea Septimi dicitur, duos ex ſenioribus monaſterii viros, Deum timentes, in regulari diſciplina verſatos, qui verbo, & exemplo reliquos valeant inſtruere, & domum Dei digna providentia ordinare. Eos itaque poſt exploratam diligenter eorum fidem, & charitatem tecum adduces ad Clarevallenſe monaſterium ordinandum. Plures etiam ex eodem monaſterio poſt ordinationem factam, & redditus monachis aſſignatos ex ipſo monaſterio tranſlaturus, qui ſufficere poſſint ad regularem obſervantiam erigendam; ſcribimus enim Abbati, & Conventui ipſius monaſterii, ut pro exequutione tam pii, ſanctique propoſiti, & ad ſuſcitandam in aliis locis ſui ordinis diſciplinam quotquot requiſieris monachos, proficiſci patiantur, & in exponendis ea parte noſtra fidem adhibeant. Cum autem auctore Deo cum dictis monachis Mediolanum perveneris, convenias dilectum filium nobilem virum Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolani. & poſt paterna ſalutationis, & Apoſtolicæ benedictionis officium, propoſitum noſtrum, & cauſam tui adventus exponas, nam rei conſcium illum invenies: ſiquidem & per ſuas literas de ea re nobis ipſe perſcripſit, dices reformationem hujuſmodi ad honorem Dei, augmentum Divini cultus, & devotionem illius populi, ac decorem urbis Mediolani plurimum conducturam, ad quam perficiendam, dices neceſſariam ſeparationem menſæ Abbatialis à menſa Conventus. Oportere etiam dividi poſſeſſiones, & agros, ut melius propria, quam communia procurentur, ut ne aliqua inter Abbatem, vel Commendatarium pro tempore, & monachos poſſit eſſe diſſenſio. Hoc pacto in Italia plura monaſteria fuiſſe reformata, & in temporalibus, ac ſpiritualibus adaucta. Ita namque factum extitit auctoritate fel. record. Martini V. in monaſterio S. Benedicti de Polirone Mantuanæ diœceſis. Idem per ſanct. me. D. Eugenium IV. in monaſterio S. Zenonis Veronenſis, & in monaſterio ipſo de Septimo inſtitutum fuit. Quæ quidem inſtitutio à monaſterio Sublacenſi cepit originem, in quo propter ſeparationem menſæ Conventus à menſa Abbatiali, inter Abbatem, & Conventum viguit concordia, & regularis diſciplina inviolata permanſit. Significabis itaque præfato Duci intentionem noſtram, quod dictum monaſterium, ut præmittitur reformetur, & inſtituatur in eo celebris Conventus multorum monachorum, quod quidem cedet ad magnam conſolationem Mediolanenſis populi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, in ſpiritualibus ſiquidem propter augmentum Divini cultus, & propinquitatem monaſterii, in temporalibus verò, quoniam filii eorum, quos Deo dedicare voluerint in ſancta converſatione proficient, ipſi quoque religioſi diebus, ac noctibus collaudantes, & benedicentes Dominum pro ſalute Principis, ac incolumitate Civitatis orabunt; Oportere autem pro ſuſtentatione monachorum medietatem omnium proventuum deputari; Ita quod poſſeſſiones monaſterii æqualiter dividantur, & hanc eſſe ſententiam noſtram, & dimidia pars fructuum menſæ Commendatarii, altera menſæ Conventus deputetur, & ſi præfatus Dux propter filium ſuum, cui commendandum eſt monaſterium, majorē portionē deſiderat, dices monaſteriū locupleteſſe, & dimidiū Abbati, vel Cōmendatario debere ſufficere. Nos quoq; filio ſuo ejus intuitu de aliis proviſuros. Ad inſtituendū autem Conventum notabilem, & regularem obſervantiā ordinandam non poſſe minus dimidia aſſignari propter gravia religionis onera non ſolum victus, atque veſtitus, ſed hoſpitalitatis, quam ſecundum regulam, & inſtituta ordinis exhibere tenentur. Item inſtaurationis ædificiorum, & aliorum plurimorum, quæ religioſis incumbūt. Quod ſi præfatus Dux male contentaretur de aſſignatione dimidiæ, & pro filio majorem portionem expoſceret, nec rationibus præfatis, & exemplis aliorum monaſteriorum, de quibus prædiximus, moveretur, tractabis de congrua portione utriuſque partis, & nobis reſcribes antequam quidquam concludas. Cupimus enim quantum cum Domino, & bona conſcientia poſſumus ipſi Duci ſatisfacere. Credimus autem, & ſperamus tanquam religioſum, & devotum Principem voluntati noſtræ, immo Divinæ ſe conformaturum, ut ſuis temporibus ſuſcitetur in Civitate ſua ſacra Religio, & regularis vigeat diſciplina, ut ſicut in temporalibus per ſuā circūſpectionis induſtriā urbs illa illuſtrata eſt, ſic etiam in ſpiritualibus reformetur. Cōmunicabis etiam hoc noſtrum piū & ſalutare propoſitum dilectę in Chriſto filiæ Mariæ Blanchæ Duciſſæ Mediolani, quam ſcimus reformationem hanc gratiſſimo animo accepturam, cum intellexerimus eam reformationum monaſteriorum ſtudioſiſſimam, & plura Mediolani ejus ſtudio, ac ſollicitudine tam virorum, quam ſanctimonialium cœnobia ad regularem obſervantiam fuiſſe reducta. & quoniam æqua partium facienda eſt diviſio, onerum quoque par debet eſſe collatio videlicet, propter Divini cultus expenſas, quas monachi integrè ſolvere tenentur extraordinaria autem onera & cenſus, qui Generali ordinis perſolvitur, & decimarum, vel ſubſidiorum æquis portionibus perſolvantur. Talibus circa temporalia diſpoſitis, tua Fraternitas ſtatuet numerum monachorum, ſecundum redditum, & proventuum quantitatem, habita ratione non ſolum victus, atque veſtitus, ſed etiam reparationis ædificiorū hoſpitalitatiſq; ſervandæ, ita quod fructus ſuppetere poſſit etiam ad extraordinaria, ſi qua emerſerint ſubeunda. Monachos autem, qui nunc in monaſterio degunt ad regularem obſervantiam, & monaſticam diſciplinam inducere conaberis, illiſque ſuadebis, ut ſalutis ſuæ memores, normam vitæ, quam profeſſi ſunt, ſerveat, volenteſque ſecundum inſtituta regulæ reformari, in monaſterio morari patieris, recuſantibus ſi ad alia monaſteria ejuſdem ordinis, & laxioris vitæ tranſire voluerint, miſerationis intuitu congruam portionem aliquam aſſignabis monaſteriis, in quibus reperrerint receptores, aſſignandam; quod ſi nec reformationem, nec aſſignationem amplecti, aut acceptare voluerint, & in duritia, contumaciaque perſtiterint, tamquam putrida membra, ne alios exemplo corrumpant, abſcinde, & à monaſterio expelle, ut impleatur ſermo Dominicus, quod labores impiorum juſti edent. Siquidem hodie in Canonicis ſanctionibus expreſsè cavetur, ut nolentes reformari à monaſterio ejiciantur. Numerus autem deficientium monachorum ex monaſterio præfato Florētino ſupplebitur. Præficietur Prior annuus, vir Deum timens, providus, prudens, atque miſericors, & qui animas in viam ſalutis dirigere, & temporalia monaſterii rectè noverit gubernare. Alii quoque officiales inſtituentur viri fideles, & Deum timentes, præſertim Sa-*

cri-

Digitized by Google

criſta, Procurator monaſterii, ſive diſpenſator, Magiſter novitiorum, & curam habens hoſpitum, & eleemoſynarom: unos ex monachis evocandis conſtituatur Prior, alter majori officio præponatur monaſterii. Ad reliqua aſſumi poſſunt ex profeſſis dicti monaſterii, qui voluerint reformari. Providebit quoque fraternitas tua, ut religioſi reformandi habitationem habeant ſeparatam à Commendatario, vel Abbate, videlicet dormitorium, refectorium, clauſtrum, & alias officinas neceſſarias ſub una clauſura murorum, ne forte ex ſecularium frequentia, & communione familiæ Abbatis, ſeu Commendatarii pro tempore, monachi ad ſecularia dilabantur, memores Prophetici ſermonis, quia cum ſanctis ſancti erũt, & cum innocentibus innocentiam obſervabunt. Præ omnibus inſtituendum erit, ut monachi abdicent omnem proprietatem, nec aliquis ſuum quidquam dicat, aut reputet, alias graviori diſciplinæ ſubdantur, memores ſeveræ illius cenſuræ, quæ habetur in regula B. Patris Benedicti, de qua meminit B. Gregorius in Dialogo, & approbatur in canone, quod monachus habens proprium excommunicetur, & moriens in ſterquilinio ſepeliatur. Circa Divinum cultum inſtituatur, quod pſalmodia Diurna pariter, ac nocturna cum omni reverentia, & devotione cantetur: impleant omninò, quod continunt, pſallite Domino in timore, & exultate ei cum timore. In nocturnis autem horis hybernum ab æſtivo tempore diſtinguatur, ſic tamen, ut impleatur ſemper ſermo ille propheticus, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. De reliquis autem, quæ pertinent ad monaſticam diſciplinam, videlicet de obedentia regulari, de pœnis pro gravioribus culpis infligendis, de menſura, & qualitate ciborum, de cura ægrotãtium, de hoſpitalitate ſervanda, de ſilentio tenendo, de dormitione monachorum, de opere manuum, de ordine ſuſcipiendorum fratrum, & aliis officialibus monaſterij ſuperfluum exiſtimamus tuam fraternitatem admonere. Illud tamen dixiſſe ſufficiat, ut omni ſtudio, & ope annitaris, ut regula B. Benedicti, qui fuit Legifer, & Pater monachorum, in omnibus obſervetur, & reliqua iſtituta regularia Ciſtercienſis ordinis teneantur. Ita ut per omnia per tua reformationis induſtriam, & ſanctam converſationem eorum glorificetur Deus, & reluceant bona opera illorum coram hominibus ad honorem cœleſtis Patris, exemplum quoque, & imitationem poſterorum. Amen.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 27. Auguſti 1465. Pontificatus noſtri anno 1.

Ne verò mireris, Lector, cur Pontifex Paulus, ſanctiſſimo, prudentiſſimoque viro Antonio Septimianos Monachos adjutores adjunxerit, ut conſultius reformationis expedirentur conſilia. Noveris, per ea tempora, Septimianos Ciſtercienſes magnis virtutibus effloruiſſe, ita ut per Italiam fermè totum ordinem Ciſtercienſem jamjam conſeneſcentem, ac ruinæ propiorem, ſuſtentaverint, adauxerintque ad perennitatem. Sed Paulum ipſum Pontificem præſtabit audire, quantum adjumenti, fideique in Septimianis ſe reperturum confidat, cum Monachorum Clarevallenſium caſtigationem illam ornaret.

D*ilectis filijs Abbati, & conventui monaſterii ad Septimum extra Florentiam. Paulus Papa II. dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes monaſterium Clarevallis ordinis Ciſtercienſis extra muros Mediolanenſes reformare, & ſecundum SS. Patrum inſtituta ad regularem obſervantiam reduci, mittimus ob hanc ipſam cauſam venerab. fratrem Antonium Epiſcopum Fulginatenſem Nuncium, & Oratorem noſtrum præſentium exhibitorem, quem ante ejus proviſionem in regulari diſciplina verſatum, & in monaſticis, & regularibus inſtitutis inſtructum, huic rei aptiſſimum fore confidimus. Ut igitur melius, & facilius, quæ à nobis habet in præmiſſis, exequi poſſit, volumus, & vobis mandamus in virtute S. obedientiæ, ut duos ex ſenioribus monaſterii veſtri viros probos, & Deum timentes in regulari diſciplina verſatos eligatis, & deputetis, qui cum dicto Epiſcopo ad præfatum monaſterium Clarevallenſe proficiſcantur, & verbo, & exemplo una cum ipſo Epiſcopo reliquos valeant inſtruere, & monaſterium prædictum digna providentia ordinare. Volumus inſuper, & vobis ſimiliter mandamus, quatenus poſt reformationem, & ordinationem per dictum Epiſcopum de eodem Clarevallenſi monaſterio, ut præfertur faciendã, plures monachos ex monaſterio veſtro quotquot ipſe Epiſcopus duxerit requirendos, abſque cunctatione aſſignetis, qui ſufficere poſſint ad regularem obſervantiam in præmiſſo monaſterio erigendam. Super quibus omnibus in exponendo noſtro nomine per præfatum Epiſcopum plenariam fidem adhibeatis ſibi, & in præmiſſis tanquam obedientiæ filii per omnia pareatis.*

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 25. Auguſti 1465. Pontificatus noſtri anno 1.

In jis autem Monachis, qui reformationi illi Antonianæ egregiam operam voverunt, Arſenius, Placidusque monaſticæ obſervantiæ laude præclari fuere, Inter quos etiam grata poſteritas numerabit Pacificum, qui nondum reformatione peracta in Claram Mediolani Vallem, ex Septimianis Monachis ducta Colonia, quod alij vix dum plantaverant, ipſe altas agere radices coegit. Cæterum quia Nicolaus Baccetius, ex Ordine Ciſtercienſi Abbas, quem ob ſimilitudinem ſtudiorum impensè dileximus, illius legationis in ſua Septimiana hiſtoria planius, pleniuſq; progreſſus enarrat, nos reformationem illam hucuſq; deduxiſſe contenti erimus, ut jam quæ de Epiſcopo Antonio reſtant dicenda, expeditius abſolvamus. Antonius igitur, cum piè, ſanctèque Eccleſiam ſibi creditam gubernaſſet, demum, quietis appetentiſſimus, ab Innocentio VIII. tãdem obtinuit, ut ad clauſtrum, unde digreſſus fuerat, ſibi liceret redire. Poſt multas preces rediit aliquando tandem, Senaſq; profectus S. Hieronymi ſibi delegit cœnobium, ubi aſſiduis vigiliis, orationibuſq; occupatus, exoptatiſſimũ vitæ terminum præſtolaretur. Ibi igitur 22. die Octobris anno 1487. ſpiritum Deo reddidit, ſepultuſq; eſt ante altare majus, lapide marmoreo S. corpus tegente, in quo Bettinorum inſignia, eiuſdemq; imago inſculpta perſpicitur, cum ſequenti inſcriptione, quæ ſimplicibus verbis, cuius ſit, manifeſtè declarat.

Hic jacet R. Dominus Antonius Epiſcopus
Fulginas de pauperibus Jeſuatis 1487.

Hujus venerab. Epiſcopi vitam Paulus Morigia Mediolanenſis diffusè narravit, ac nuper haud ingrato labore Ludovicus Jacobillus Fulginas. Gentilitia vero inſignia Bettinæ familiæ ſunt parma cærulea cum aureo canthero, cum tribus monticulis argenteis duobus in ſummo, uno in infimo depicta.

XLV 45. FRANCISCUS deinde Roſa ab Innocentio VIII. Epiſcopus factus die 22. menſ. Novemb. 1486. ad quatuor annos ibi ſedit, poſtea ab eodem Pontifice ad Terracinenſem, hoc eſt patriæ ſuæ Epiſcopatum vocatus eſt die 3. Martij 1490. ut qui Fulginij breviſſimus Præſul fuiſſet, Terracinæ deinde diuturnior Epiſcopus foret.

XLVI 46. Fr. LUCAS Borſianus, filius Joannis, Fulginas Ordinis Servorum, homo doctus, ac prudens, cum Innocentii VIII. Pontif. Max. auriculares confeſſiones exciperet, tum virtutibus, tum ipſo candore morum, adeò in eiuſdem Pontificis ſe inſinuavit familiaritatem, ut ab eodem inſignibus gentis Cibo cognomineque donatus, deinceps etiam ſuæ patriæ throno nobilitatus ſit die 3. menſis Martij ann. 1489. Diplomatis Innocentii tenor ſequens eſt ex lib. Cancellariæ Fulginatenſis deſumpti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Lucæ electo Fulginatenſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

P*Erſonam tuam nobis, & Apoſtolicæ ſedi devotam, tuis exigentibus fide, & devotionis conſtantia, & aliis quampluribus meritis paterna benevolentia proſequentes inducimur, ut te, ac tibi paterna conſanguinitate conjunctos, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur, ac condignis honoribus attollamus. Hinc eſt, quod nos, te, ac præfatos conjunctos, tam præmiſſorum, intuitu, quam etiam ad longa, & grata obſequia, quæ nobis hactenus impendiſti, & in diem impendere omni ſtudio, & diligentia non ceſſas, ſignum dilectionis, & benevolentiæ ſublimare, & ſpeciale favore attollere, ac quadam perpetuitatis memoria honorare volentes, motu proprio,*

non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, te, ac omnes tibi in conſanguinitate præfata, nunc, & in poſterum conjunctos, utriuſque ſexus in familiam, & cognationem noſtrorum nobilium de Cibo Januenſi, de qua per rectam lineam originem traximus, auctoritate præſentium gratiorem recipimus, & de eadem familia, ſeu cognatione in poſterum, & perpetuo eſſe, & cenſeri, ac nominari volumus, ac mandamus, tibique, ac conjunctis præfatis in ſignum honoris, & nobilitatis hujuſmodi, pro inſigniis, ſeu armis veſtris in decorem ſcutum à parte ſuperiori album cum Cruce rubra, & inferius rubeum in Schacherio, quæ ſunt vera noſtra, & dictæ domus noſtræ arma, & inſignia, quæ præſentibus etiam depingi fecimus, & mandavimus, aſſignamus, & donamus, volentes per illa in quibuſvis actibus publicè, & privatè ubilibet deferre, ac illis uti liberè, & licitè valeatis, & debeatis, quibuſvis perſonis, cujuſcumque dignitatis, ſexus, gradus, ordinis, & conditionis, ne te, & dictos conjunctos ſuper conceſſione armorum, & illorum uſu hujuſmodi directè, vel indirectè, quovis modo moleſtare præſumat, diſtrictius inhibentes. Non obſtantibus conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, ac legibus Imperialibus, & locorum municipalibus, ſtatutiſque & conſuetudinibus fratrum Servorum B. Mariæ Ordinis S. Auguſtini, cujus profeſſus exiſtis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumq; ſic igitur bonitas tua, & fidelitatis animus erga nos in dies magis, ac magis augeatur, ut non ſolum hac gratia, ſed maioribus apud nos dignior videaris. Nos autem nomen hoc familiæ noſtræ tibi, & eiſdem conjunctis tuis, ex intimo cordis affectus benediximus, &c. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominica 1489. 7. Kal. Aprilis, Pontif. noſtri anno 6.

Hic anno primo ſuæ adminiſtrationis, D. Mariæ Annunciatæ templo prima fundamenta poſuit, majuſque altare die 24. menſis Octobris an. 1494. à ſe conſecratum eidem virgini ſolemni pompa dicavit. Acciderat autem, ut S. Ioannis Baptiſtæ cœnobium ad pugillos, ſive puellas, ut vulgo vocant, abitione monialium, quæ illic aliquando conſiderant, conjunxerantque ſe deinceps monialibus S. Mariæ de Populo per ann. ferè 48. vacuum remanere. Id monaſterium Lucas Epiſcopus Fratribus Hieroſolymitanis de Feſulis dilargitus eſt, ut illic opus Dei urgerent. Ampliavit, ornavitque præterea Cathedrale templum; xenodochiaque, quæ Fulginii omnino ſex numerabantur, ad commodius pauperum obſequium juſſit coire in unum, ſcriptis ſalutaribus legibus, quæ omne diſſidium longè arcerent. In Laterano Concilio ſub Iulio II. an. 1512. graviſſimè ſententiam dixit; Qui demum cum ad 32. annos præfuiſſet, ſenio jam gravis paſtorali muneri, annuente Pontifice, ſe ſubduxit 1522. hoc eſt, paulo antequam Fulginii à vita decederet, ubi tumulatus requieſcit. Meminit Lucæ Epiſcopi cum merita laude Fr. Archangelus Gianius in Servorum Fratrum Annal. centur. 2. Huic extitere tanquam ex ſuis virtutibus efformati, duo ſimillimi fratres, alter Ciriacus Cibo, qui totius Servorum Ordinis Generalis Magiſter evaſit; Leonellus alter, quem tum Iulii III. ſummi Pontificis familiaritas, tum propria merita ad Adriæ, Pennæque Epiſcopatum poſtea evexere.

XLVII. 47. Fulginatis deinde Eccleſiæ adminiſtratio, ad BERNARDINUM Caravajalium Cardinalem devoluta eſt, qui poſt octo ſuæ adminiſtrationis menſes in nepotem ſuum Rodericum Caravajalium, ejuſdem Civitatis Præſulis titulo jam inſignitum, ac Patriarcham Hieroſolymitanum renunciatum transfundit an. 1523.

XLVIII. *a* 41. 48. RODERICUS Caravajal Hiſpanus VL. *a* Fulgineis Epiſcopus fuit, cujus auctoritate, vocatuque Capuccinorum ordo in S. Valentini templum de Colle juriſdictionis Sigiſmundi de Comitibus Antignani introductus eſt, quod ab ejus ordinis fundatione ſextum monaſterium fuit, primum verò, quod in S. Franciſci provincia ad Dei laudem extulerit muros. Rexit autem Rodericus Fulginatem Eccleſiam uſque ad annum 1539.

49. FABIUS Vigil nobilis Spoletanus, ſatis clara literatura ſpectabilis, Paulo III. à ſecretis, intimuſque cubicularius Fulginatem Epiſcopatum adeptus eſt an. 1539. 9. die menſis Septembris. Hic antequam initiaretur ſacris, è Polixena * de Domis juſta, legitimaque uxore ſuſtulit duos filios, Valerium ſcilicet, & Cuminium in virtute ſibi, vel ſimiles, vel pares. Fabius verò cum Fulginati Eccleſiæ per annum jus dixiſſet, ad Spoletinum, hoc eſt ſuæ patriæ Epiſcopatum aſſumptus eſt 23. die Septembr. 1540. XLIX

* Ex App. tom. 2.

50. BLASIO deinde PALLADIO *b* Sabino de Colleveteri, in omni ſcientiarum genere viro clariſſimo, facundo oratori, poeticaque laude præſtanti, Clementis VII. olim à ſecretis, Paulus III. cui eandem ſecretarii operam præſtabat, hujus Eccleſiæ curam demandavit, die 14. menſis Novembr. 1540. Hic in ea adminiſtratione non minus ſe doctum, quam providum præbuit, inprimiſque in egentes munificentiæ laude effulſit; itaut cum Capuccini fratres ad S. Valentini templum cum loci anguſtiis colluctarentur, illos ad S. Joſephi de Vignole transferendos curavit, ut in latiori quodammodo campo, ſui illius inſtituti rigoris expeditius metam decurrerent. Poſt annos 7. ſui Fulginatis Pontificatus, ultrò ſuſcepto munere abiit, die 27. menſis Januarii an. 1547. Romæ deinde tanquam privatam vitam acturus, quo ſibi ad ſepulchrum ſecurius iter aperiret. Itaque cum tres omninò annos ſuis privatis rationibus componendis inſumpſiſſet, in curia diem clauſit extremum 1550. ſepultuſque eſt in diaconia S. Mariæ in Aquiro in majori principeque Eccleſiæ illius ſacello, cujus inſculpta imago, hoc ad pedes ſubjectum Epitaphium habet. L.

b [illegible] Pallavicinus in hi. Concil. Triden. [illegible] & Gaddius de ſcript. non Eccleſ. tom. 2. p. 140.

D. O. M.

Blaſio Palladio Sabino Præſuli Fulginat.
Clementis vii. Pauli III. Julii iii. Pontif. à
ſecretis, viro in omni vita probatiſſimo,
incurabilium Orphanorumque ſocii heredes
poſuere MDL.

51. ISIDORUS Clarius *c*, obſcuris parentibus natus eſt in Clario, ditionis Brixianæ Caſtello, unde Clarii cognomen traxit. Hic à puero Caſinenſem monachum induit, ac mirabili, celerique ingenio adeò profecit in literis, ut præter cæteras ſeveriores diſciplinas Hebraicè, Græcèque doctus, ſub Paulo III. toti Rom. aulæ admirationi eſſet. Dum Abbas S. Mariæ Cæſenæ congregationis Caſinenſis eſſet, ad Fulginatem ſedem à Paulo eodem ſubvectus eſt die 26. *d* menſis Januarii anno 1547. miſſuſque Tridentum, ut Concilium, quod ibidem ſummo Chriſtianæ Reipublicæ commodo agitabatur, ſuo interventu juvaret, tanta plerunque linguæ facunditate, flumineque ſcientiarum fidei cauſas peroravit, ut quicquid dixiſſet à Patribus Concilii pro Oraculo haberetur. Inde reverſus Fulginium gregi paſcendo omnem curam impendit, præcipueque in alendis egenis viſus eſt enituiſſe, quippe duodecim viratum ad ipſorum levamen, Fulginii, quem vocant S. Martini, ſalubriter inſtituit, quibus hominibus incumbebat, vel ex proprio cenſu, vel aliunde depromptis delargitiſque eleemoſynis ab egentibus neceſſitatem illam, quam pudor ingenuus adverſatur, arcere. Ferunt aliquando nepotem fratris filium Brixia digreſſum ad Iſidorum Clarium Epiſcopum perveniſſe, qui vel ad uſum commodiorem vitæ, vel obſcuritati ſuæ cōciliandum ſplendorem, aliquali à Patruo deprecaretur penſione inſpergi; quem patruus tenuique munitum viatico, vacuum juſſit remeare ad ſuos, cum diceret non utique ditandis affinibus, ſed pauperibus refovendis ſibi eccleſiaſticos cenſus fuiſſe attributos. Sed non ſolum egenorum corporibus conſulebat, ſed inconſultis, tranſverſiſque ſua etiam expediebat cōſilia, ut probitati litarent; ſiquidem multoties in publicum Civitatis ſe penetrabat Senatum, ut publicos viros ſalutaria admoneret, abſterreret à vitiis. Ritus ipſe Eccleſiæ adeo impensè coluit, ut cum aliquando perſtrepens æs de more Chriſtiano ſignum ſalutandæ virginis excluſiſſet, neque interim lutulenta via LI

c Landetter à Mataceio in Bibl. Mariana [illegible] Ghilino in Theatro vir. Liter. vol. 1. p. 140. & à Cozzando in Bibl. Brixiana pag. 149. *Mand. d* 19.

an-

angulum defœcatiorem præberet, ubi fixis genibus, publicum illam ſalutationem poſſet explere, in cæno ipſo ad cœlum cogitationes, mentemque laturus ſe provolvit in genua, ſtultitiæ deputantibus factum, qui aderant. Cæterum adeò Epiſcopi Clarii actus ille religionis Numini cordi fuit, adeò ſtultitiam deridentium cœlum viſum eſt aſpernaſſe, ut cum in ipſo deinceps clariores vitæ lætioris comites virtutes efforuiſſent, infortunati, feraleſque caſus ſtultos æſtimatores exceperint. Nec ideò tamen paſtorale negotium, in Iſidoro otium ſtudiorum, ac ſapientiæ obrumpere potuit. Siquidem biblia ſacra tranſtulit, additis doctiſſimis ſcholiis, quæ tametſi per aliquot annos eccleſiaſticam cenſuram ſenſerint graviorem, auctoritate tamen deinde Tridentini Concilii demptis proemio, ac prolegomenis ſtudioſorum deſiderio reſtituta ſunt, ut ſcribit Xiſtus Senenſis in ſua bibliotheca ſacra. Scripſit in ſermonem Domini in monte habitum orationes 67. in Evangelium Lucæ orationes 14. Habuit orationes duas ad patres Concilii Tridentini de juſtificatione, & gloria, quas ſcriptas reliquit, de modo divitiis adhibendo homini Chriſtiano, orationem unam. In caput 9. ep. D. Pauli ad Rom. orationes duas, in cap. 15. primæ epiſt. D. Pauli ad Corinth. lib. 3. in Cantica Canticorum librum unum. Demum poſt tam præclaros labores, plenus meritis evolavit ad ſuperos, cujus ſanctitatis odorem, nulla ætas, nulla vis unquam extinguet. Jacet tumulatus in Cathedrali templo, cujus ſepulchro hoc epitaphium affixere.

Iſidorus Clarius Brixienſis Fulginea jam vii. ann. Epiſcopus, vita, & moribus integerrimus, exemplo, & verbo admirabilis, doctrina clariſſimus Chriſtiana, Græcaque, Hebraica, Latina, mira in pauperes charitate ignitus, ann. ſuæ ætatis circiter lx. agens acutiſſima correptus febre patientiſſimè, placideque obdormivit, ac xl. poſt mortem horis, ob aſſiduam populi deoſculationem, maximis cum lachrymis ejuſdem non fætens certè, proh mirum, ſed redolens hic ſitus eſt, die xxviii. Maii MDLV.

LII. 52. SEBASTIANUS Porticus Lucenſis, Archiepiſcopus Raguſinus, Anconæ vero Adminiſtrator, in Fulginatem Epiſcopum cooptatus eſt die 8. menſis Julii anno 1555. Paulo IV. univerſæ Eccleſiæ jus dicente inauguratus, Fulginatem ſolemni pompa ſedem iniit, ubi quondam publica jura ſcripſerat, die 17. Februarii an. 1556. Qui ut præclara ſui Epiſcopatus poneret fundamenta, pluresque interceſſores trepidæ navigationi adhiberet, eodem anno, quo Epiſcopus fuerat declaratus, SS. Carpophori, & Abundii Martyrum corpora in S. Crucis de Saxovivo celebre templum transferenda curavit. Verum cum per idem tempus Romam fuiſſet profectus, ibique ſæviente febri, vitam liquiſſet, populo Fulginati ante ſublatus eſt, quam vel illum videre, vel eodem perfrui licuiſſet. * Lucæ in Eccleſia S. Romani hoc habet commune cum Vincentio fratre Archiepiſcopo Raguſino honorarium epitaphium.

* Ita App. tom. 9.

D. O. M.

Sebaſtiano. Anconæ Guber. Epiſcop. Fulgin. Archiepiſc. Raguſino, & Vincentio Portico Archiepiſc. Raguſino Urbis Veteris, Campaniæ, Piceni, Anconæ, Almæ Urbis Guber. & Vicegerenti tot. Status Eccleſ. Viſitat. gener. apud Maximil. Imp. Sigiſ. II. Polon. Regem, Pii IV. & V. Greg. XIII. Sixti V. Pontif. juſſu Nuncio. Horumque duor. conſult. fratribus amantiſſ. patritiis Lucenſ. longe majores honorum gradus niſi immaturæ morte obiiſſent conſecuturis; Hieronymus Port. frater poſuit VII. menſis Auguſti Anno MDXC.

LIII. 53. Jo. deinde ANGELUS Mediceus Mediolanenſis S. R. E. Cardinalis ſucceſſit, ſub Paulo IV. Pontifice 25. die Iunii an. 1556. Qui Fulginatem Eccleſiam per tres annos per Jo: Antonium Bernabò Fulginatem Prothonotarium Apoſtolicum, ac S. Salvatoris Priorem, cujus vices gerebat, ſumma cum pietate adminiſtravit, quippe Cardinali jubente, omnes cenſus Epiſcopales diſtribuebat in pauperes. Habuit etiam in ejuſdem Eccleſiæ adminiſtratione Jo. Antonium Sorbellonum nepotem ſuum coadiutorem, quem poſtea, univerſalis Eccleſiæ throno nobilitatus, Epiſcopum creavit. Ipſe verò in Eccleſiam olim ſuam egregiè pius, illam ingentibus gratiis privilegiiſque auctam reliquit.

LIV. 54. JOANNES igitur Sorbellonus 15. die m. Maii 1559. Epiſcopus dictus eſt, quam dignitatem galero roſeo nuper adepto ſub titulo ad Velum aureum, mirum in modum poſtea nobilitavit, commutatoque cum Novarienſe Fulginatenſi Epiſcopatu nobis geminam laudationis materiem præbuit, ut in catalogo Novarienſium Epiſcoporum deinceps videbimus.

LV. 55. Porrò ad hunc Epiſcopatum Pius IV. die 13. menſis Martii anno 1560. Fr. CLEMENTEM Doleram Cardinalem tit. S. Mariæ in Aracœli evexit. a Hic Oneliæ Genuenſi ditionis natus eſt, cumque ex inſtituto Fratrum Minorum de Obſervantia vota nuncupaſſet, præter cæteram vitæ auſteritatem adeò ſcholaſticis diſciplinis cultus evaſit, ut per Italiam docens, Philoſophicæ, ac Theologicæ laudis tuliſſet punctum videri potuerit. Quamobrem ſuæ Religionis omnes gradus aſſecutus eſt, exercuitque cum laude, donec miniſter Generalis declaratus demũ inter purpuratos adlectus eſt à Paulo IV. ſummo Pontifice, quem Aracœli Cardinalem vulgo nuncupavere. Itaque factus Epiſcopus, cum in Fulginatium curam animum intẽdiſſet, nil antiquius habuit, quam ex Tridentini Concilii inſtituto colere pietatem, corrigere mores, eccleſiaſticos jugulare abuſus, pauperes recreare, ordinum religioſorum extendere fines. Igitur Capuccinos Civitati propiori ſub titulo S. Franciſci monaſterio excepit, cum interim S. Joſephi de Vignole templum Prædicatorum Fratribus attribuendum curaſſet anno 1567. Cæterùm in purpurata fortuna, curaque Epiſcopali haud ſivit torpere ingenium. Scripſit enim de cælibatu tractatum unum, alterum ſupra præcepta decalogi, inſtitutionem compilavit canonicam, multaque alia aggreſſus eſt, quæ ejuſdem ingenii inexhauſtas vires prodere poſſe videretur. Deceſſit Romæ cum fidei cauſarum ſupremus Quæſitor eſſet, ſacrique Imperii Protector, ſepultuſque eſt in Ara cœli ante majus altare, lapidemque quo clauditur, hoc inſcriptum epitaphium ornat.

a De quo videndus Ildoinus in Athen. Lugun... Mand.

D. O. M.

Clementi Monialiano Card. Aracœli ſummæ doctrinæ, ac religionis viro prudentia documento, per omnes honorum gradus ad ſummam in ordine fratrum Minorum de obſervantia dignitatem electo à Paulo IV. Cardinali creato, liberalitatem, quam ſemper vivens exercuerat, moriens comprobavit, pauperes incurabiles hoſpitalis S. Jacobi ex teſtamento heredes beneficii accepti ergo B. M. P. vixit annos lxvi. m. vi. obiit oct. idus Ianuarii MDLXVIII.

LVI. 56. THOMAS Petri Orſini Fulginatis è Strangulenſi Præſule Patriæ Antiſtes à Pio V. ſublectus eſt die 24. menſis Ianuarii anno 1568. Hic à puero uſque ad diem ſupremum, integer vitæ, ſceleriſque purus, conſtanti fama habitus eſt; quamobrem Canonicatus dignitate primum decoratus, mox ſub Dolera Epiſcopo Vicariam operam impendit, demum cum Pius V. ſanctiſſimus Pontifex Romani cleri depravatis moribus medicinam facere decreviſſet, Thomam Orſinum conſtantem hominem, atque intrepidum præclaro facinori adhibuit, cum illum prius Strangulenſem Epiſcopum, ac Apoſtolicum Viſitatorem declaraſſet, qui cum Pontificis juſſu illam morum cenſuram in Neapolitanum regnum feliciter extendiſſet, non modo promiſcuos clericos ad puriores mores conatus eſt revocare, ſed Neapoli etiam Regios Capellanos, ut vocant, qui regio ſpecioſo titulo jampridem eccleſiaſticæ correctioni ſe ſubduxerant, pontificiæ juriſdictioni commodè acceſſit, ut ex eo in regno illo, quod jam unum nomen Regis colere videbatur, Pontificia auctoritas jamjam expiratura revixiſſe videretur. Tantum

mit-

mittentis auctoritas, tantum probitas miſſi in aliorum defæcandis moribus ſolet habere momenti. Viſitationis autem munere abſoluto, è Strangulenſi, ut non ſemel dicimus, ad hanc ſedem aſcendit. In qua S. Feliciani Martyris verum ſucceſſorem ſe præbuit; omnium ordinum homines mira charitate complexus eſt, vitiis terrori fuit, probitatem verbo exemplíſque promovit, Sacramentorum frequentem uſum, ſeptemque Eccleſiarum peregrinationem, Romanam pietatem æmulatus invexit; è ſuperiori loco ſacram ſcripturam explicuit, iterque ſalutis monſtravit, pauperum verecundiæ conſuluit, ſeipſum ubique, & ſemper coercuit, itaut ad Apoſtoli exemplum omnibus omnia factus, iis etiam, qui in choro Canonicas horas perſolverent tantæ occupationis Epiſcopus non dedignaretur adeſſe. Atque ita per octo omninò annos Fulginatem Eccleſiam ad paſcua ſalutis promovit, poſt quos feliciter vitæ decurſæ metæ ab omnibus laudem promoverunt. Deceſſit autem altera die ſtatim poſt feſtum S. Feliciani Martyris, ut qui in ſolemni ejuſdem Martyris die illam ſedem inierat, Feliciani imitator egregius, poſtera die evocaretur ad cœlum anno 1576. ejus cadaver cum hoc epitaphio Cathedrale templum excepit, cui prius omnibus elogiis potiores lachrymæ ſubditorum parentaverant ad æternitatem.

D. O. M.

Thomæ Orphino multiplici diſciplinarum genere præſertim Pont. Cæſar. jure ſacris literis inſtructiſſimo, qui in bonos officio, in pauperes pecunia, in omnes juſtitia uſus, cum in hac Eccleſia proximam Pontificia dignitatem obtineret, à Pio V. Pont. Max. ſub ipſum Pontificatus principium reſtituenda vetere Eccleſiaſtica diſciplina in conſilium adhiberetur Romam vocatus, deinde factus Epiſcopus Strangulenſis, & ad perluſtrandas, perpurgandaſq; ſedis Apoſtolicæ nomine regni Neapol. Eccleſias miſſus multos Campaniæ, M. Græciæ, & Apuliæ populos ad verum Dei cultum ſumma lenitate revocavit, tandem à Pio V. ad Eccl. Fulgin. translatus, ac patriæ cupiens cupienti redditus, cum ann. viij ita huic Eccleſiæ præfuiſſet, aſſidue plurimos, & doctrina, & exemplo profuiſſet, à Deo ad meliorem vitam vocatus eſt viij. Kal. Febr. MDLXXVI. Juſtinianus Orphinus fratris F. Pij V. à ſecretiori cubiculo opt. patrui memoriam propagare cupiens in monumento, quod patruus ipſe ſibi vivens poſuerat, elogium hoc incidendum curavit.

LVII. 57. HIPPOLYTUS deinde Boſcus Savonenſis, ex Epiſcopo S. Marci in Calabria, Fulginij Epiſcopus dictus eſt à Gregorio XIII. die 30. menſis Januarij an. 1576. a Hic primum in S. Feliciani Mormonzonij templum Carmelitas induxit, milliario à Fulginio procul, ubi olim S. Frãciſci Fratres, quos Amodeos vulgus vocabat, commorabantur, antequam cũ reformatis coirent. Qui poſtquam S. Mariæ de Conſolatione templum erexerat, ſe Romam contulit, cũ prius Epiſcopatus ſui curam Antonio Bernabò Doctori ac Canoniſtæ inſigni demandaſſet, ibique vita functus eſt eodem anno die 27. menſis Januarij, * ſepultus in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ nationis Florentinæ cum hoc epitaphio.

a 30 Martii.

D. O. M.

Hippolyto Boſco Savonenſi Laurentii F.
S. Marci in Calabria primum, deinde Fulginatum Epiſcopo, qui ob egregios mores, exquiſitamque Doctrinam Pio V. & Gregor. XIII. Pont. Max. chariſſimus fuit, mœſtiſſimi fratres B. M. PP. Vixit ann. XLIII obiit Romæ 5. Kal. Februar. MDLXXXII.

LVIII 58. TROILUS deinde ex Apollonio Boncompagno* & Nicolæ Baſaliſcæ Fulginas, ſuæ Patriæ Pontifex fuitſ, qui inter auctores nobilitatis ſuæ Apollonium numerabat è Macereti Comitibus, qui primus Fulginium incola novus profectus eſt anno 1402. ab Ugolino Trincio vocatus, ut Fulginij Prætura fungeretur, ubi ipſe Tyrannidem exercebat. Ex hac igitur nobili proſapia Troilus Boncompagnus exortus eſt, * anno 1516. 17. Martii, Gregorio XIII. olim charus, à quo primum Ripetranſonæ Epiſcopus electus eſt, moxque ad hanc ſedem translatus die 31. menſis Januarij ann. 1582. Troilus inde cum ad duos annos ſediſſet, non pœnitendo pietatis exemplo poſt circulum 78. annorum, eadem die, eademque omninò hora, qua hanc lucem ingreſſus fuerat, ex ipſa dicitur emigraſſe, ſepultuſque eſt in Cathedrali templo ſub hac tenuiori, ſi merita reſpicias, inſcriptione.

* Ex App. tom. 2.

* Ex App. t. 1.

Troilus Boncompagnus Epiſcopus Fulgin.
MDLXXXIV.

Tametſi poſtea in eadem Cathedrali hoc in marmore ſculptum de ipſo legatur elogium.

D. O. M.

Troilo Fulginaten. iidemque ab Ripa Tranſonenſ. translato Epiſcopo, de Boncompagnorũ gente, ac Gregorio ex eadem xiii. plurimum grato, non obſcuræ eruditionis viro, religionis, ac juſtitiæ cultori, Boncompagnus, & Jacobus heredes poſuere. vixit ann. lxviii. obiit ann. MDLXXX. iiii. die, & hora natali.

59. Fr. CONSTANTINUS deinde Vincentii Bargellinus b, Bononienſis, Ordinis S. Franciſci Cõventualis, ex Epiſcopo Reatino ſub Gregorio XIII. hanc ſedem adeptus eſt, die 9. menſis Aprilis 1584. morienſq; ſepulchrum in Cathedrali accepit die 29. Decemb. ann. 1585. LIX.

b De cogn. Galeottus de viris illuſ. Bonon. par. 1. p. 26. Alidoſius de Epiſcopis Bonon. p. 117. Mand.

60. Fulginas deinde Grex, MARCUM ANTONIUS Bizzonium c Romanum Paſtorem excepit, utriuſque Juris Conſultiſſimum virum, publicum per Italiam legum profeſſorem, atque Advocatum Conſiſtorialem, Sixto V. Pont. Max. die 8. Januarij 1586. Neap. pro Pontifice fungens legatione, aliquãdiu abſuit à grege. Hic innocentis vitæ, animiq; candoris præcipui fuiſſe narratur, tantæ autem liberalitatis, ac munificentiæ in omnes, præcipuè in eos, quos magis verecundia, quam indigentia premit, ut in hoc genere mira de eo fama traduxerit ad poſteros. Illud autem in primis narrandum venit, unde paria, vel majora poſſint lectores colligere. Erat aliquando M. Antonio ad limina Apoſtolorum inſtitutum iter, cauſaq; profectionis eam pecuniam congeſſerat, quæ itineri ſuffectura videretur. Dum autem egreditur limen, ut ſe in viam daret, ecce ibi nobilis quidam provolutus in genua, docet Epiſcopum tanta ſe cum verecundia indigentia premi, ut tota ſua familia non procul à deſperatione videretur abeſſe. Cohorruit Epiſcopus ad neceſſitatem narrantis, ſuæq; domus ſtatim adminiſtratore accito, juſſit proferre nummos, Romam proficiſcenti viaticum futurum. Juſſus ille protulit crumenam, quam Bizzonius acceptam, ſuis manibus repræſentavit egeno, malens neceſſario itinere abſtinere, quam unius oviculæ defuiſſe neceſſitati. Tanto autem ſtudio Divini cultus flagrabat, ut non ſemel viſus ſit Beatiſſimæ Deiparæ imagines, quas vel pulvis, vel aliqua labes infeciſſet, linguæ lictu reverenter detergere. Concionabatur frequenter ad populum, caſuſque conſcientiæ clerum ſibi creditum edocebat, nè in ancipiti illo pœnitentiæ foro temere ſententiam ferret. Huic Eccleſiæ 20. annos cũ laude, cumque animarum jucunditate, & fructu præfuit, poſt quos, cum ſe morti propiorem intellexiſſet, miro devotionis ardore exitum ſuum ſacramẽtis munivit, cum è paupere, vilique ſtratu, imaginem Chriſti, è cruce pendentia complexans manibus, prius ad circumſtantes de mundi vanitate fuiſſet concionatus, quibus cum uberes cõmoviſſet lachrymas, inter manus Jo: Baptiſtæ Vitellij eximiæ pietatis viri, qui Epiſcopo cum morte luctanti aſſiduè adeſſe voluit, ſpiritum exhalavit die 26. menſis Aprilis 1606. ætatis vero ſuæ 59. dies 25. Defuncto in Cathedrali, ante Sacramenti Altare contigit ſepulchrum, cum hac breviori inſcriptione, quod nè longiori quidem tanti viri merita poſſe complecti viderentur. LX.

c Melius, & verè Benzonius dicendus eſt. Laudatur à Cathario in Syllabo Advoc. Conſiſt. pag. 167. & ... in Bibl. Romana vol. 2. Cent. X. nu. ... 8. Mand.

Marcus Antonius Bizzonius Romanus
Epiſcopus Fulg. MDCVI.

61. FRANCISCUS deinde Simonetta Mediolanenſis, à Paulo V. Fulginatibus præficitur Pontifex die 17. menſis Julii an. 1606. quem cum per idem tempus in Poloniam legaſſet, Eccleſiam, quam regendam ſuſceperat, vix, cum illac pertranſiret, à limine, LXI.

ut

ut dicitur, ſalutavit. Eidem tameo, cum ea legatione occuparetur, Severinum Elmium, is qui poſiea V.S. Refer. fuit, opportune præfecit, qui deinde Joſephum Untium Cathedralis Canonicum, ejuſdem Eccleſiæ admioiſtrum excepit. Demum Simonetta cum pet ſex annos io Polonia legatione perſunctus fuiſſet anno 1612. vita functus eſt.

LXII. 62. Habuit Simonetta ſucceſſ. PORPHIRIUM Felicianum è Gualdo die 2. menſ. Aprilis an. 1612 *a*. Natus Porphirius eſt die 19. menſis Aprilis 1554. ex ejus territorii ſatis illuſtri familia, qui à puero cum amœniores literas avidius imbibiſſet, poetica deinde laude excelluit. Ob quas animi dotes Hieronymo Verallo Archiepiſcopo charus fuit, apud quem ſecretarii munere functus eſt. Ac poſt Hieronymi obitũ, Porphirium habuit à ſecretis Antonius Maria Salviatus Card ampliſſimus; deinde S. Cæſarii Cardinalis nepotis Clementis VIII. ſecretarius declaratus eſt, donec Paulus V. ad ſtatus ſecreta illum promoverit. In quo munere adeò ex fide verſatus eſt, ut præ omnibus, qui ad id muneris per ea tempora incumberent, laudem tulerit potiorem. Igitur Fulginii conſecratus Epiſcopus omnibus curis abdicatis, ad Eccleſiam ſe contulit ſibi creditam. Cujus aliquantiſper ex Paſtorum abſentia prolapſos mores caſtigavit, correxit, Patribus Bernabitis locum Fulginii fecit, qui ædificato templo, primi io Umbria S. Caroli Cardinalis invexere venerationem S. Meſſalinæ Virginis, & Martyris ſepulchro in Cathedrali, quod jam olim tempore mortalium exoleverat, cultum reſtituit: Virginis Lauretanæ in Cathedrali ſocietatem inſtituit, cujus ſacello ſupra mille ſcutata attribuit, quæ tum celebraturo ſacerdoti, tum perpetuò aliquot puellis ſufficerent collocandis. Adhuc Feliciani temporibus, Monialium plures ita laxiori inſtituto vivebant, ut ſæpimento murorum ad arbitrium viderentur abuti; quarum periculo Porphirius, perpetua illis clauſura indicta, ſanctiſſimè cavit. Interea cum Io: Baptiſta Vitellius eximiæ pietatis vir diſceſſiſſet è vita, Felicianus propria primum auctoritate, uberem illam ſegetem exemplorum, quam bonus ille produxit, idoneis firmato teſtibus ſcripto concluſit, cui ſacra Rituum Congregatio viſa eſt ſubſcripſiſſe, itant poſtea eandem illam optimi viri vitæ diſcuſſionem Urbanus VIII. Pontifex, iterum ſub fide dignis teſtibus Feliciano efformandam mandaverit; quo rectius beatitatis premia eidem Vitellio à S. ſede decernentur. Cæterum Felicianus cum jam graviori ſenio urgeretur, Gregorio XV. annuente Pontifice, Chriſtophorum Anagninum Cajetanum, cum ſpe futuræ ſucceſſionis, ſibi in Epiſcopatu coadiutorem adſcivit anno 1623. die 10. menſis Maij, plenuſque meritis deinde ann. 1634. die 2. Octobr. decedens, illum ipſum Chriſtophorum habuit ſucceſſorem, quem jam Fulginatem Antiſtitem deſignandum curaverat; ſepultuſque eſt in Cathedrali.

a De Feliciano tractant Jacobillus in Bibl. Umbr. p. 232. Lepthræus in Pinacoth. 1. imag. 95. Ciaccho in Vita Jo: Bap. Vitelli 1.5. c. 6. Mandij

LXIII 63. Igitur CHRISTOPHORUS Cajetanus Anagninus, è Canonico Præpoſitoque Anagninæ Eccleſiæ, atque Laodicenſi Epiſcopo in partibus Fulginatium curam ſuſcepit 1634. Octo integros præfuit annos; deceſſit verò ann. 1642 *b*. die 11. menſe Octobris, ſepultus in Cathedrali.

b 1643.

LXIV. 64. ANTONIUS Comes Monte Catious, nobilis Ferrarienſis, Advoc. Conſiſt. electus anno 1642. *c* Hanc eccl. quam vivens tametſi ſumma cum laude, atque integritate perurgeat, tamen ſuperſtitis adhuc vetat pudor pluribus illius egregia facta jactare, quæ olim cumulatiora aliorum fæcundiores calami enarrabunt.

c 1643. 23. Febr.

A D D I T I O.

(„ Fulginatibus attributus Eccleſiaſtica diſciplina „ obſervantiſſimus, ſalubribus editis ſanctionibus gregem ad paliores mores traduxit. Sacrarium pretioſa auxit ſupellectili, Palatium Epiſcopale ampliavit, „ Seminarium erexit, forum in ampliorem formam reduxit, ditioribus agris Epiſcopalem menſam ſuffulſit. „ Pauperes amantiſſime fovit: denique cum jam ſenio „ gravis menſis Januar. die 7. anni 1668. morbo oppreſſus decubuiſſet, intelligens plures Fulginium adventaſſe ad Eccleſiaſticos Ordines ab eo, ut promoverentur, rem peragit, & animo indefeſſus, corpore imbecilles, laboribus gravatus occubuit, cunctis optimum Parentem deflentibus. Sepelitur in Cathedrali, in Sepulchro à gentilibus ſuis eleganti elogio conſtructo. Laudatur verò à Libanorio in Ferraria Aurea par. 1. p. 108. & par. 3. p. 44. item a Carthario in Syll. Advoc. „ Conſiſt p. 264.

„ MARCUS ANTONIUS *Vicentinus Reatina in Civitate nobili genere natus ſcientiarum curſum Laurea Legum Doctorali honeſtavit. Romana in Aula Prælatus utriuſq; Signaturæ Referendarius renunciatus, æqui bonique ſtudioſiſſimus nomine Romani Pontificis præcipuas Urbes, Umbria, Campania, Viterbii, & Anconitana Marchia frenavit. Ad hanc ſedem pervenit 1. Aprilis 1669. Deinde Nuncius Apoſtolicus Neapolim miſſus a Clemente X. rem candidiſſimo peregit, donec revocatus ab Innocentio XI. & ipſam hanc ſuam Eccleſiam liberè reſignavit in manibus Pontificis, podagricis cruciatibus acerbiſſimo divexatus. Ni tantus Vir tali morbo detentus fuiſſet, æquior ei arriſiſſet Fortuna. Seceſſit deinde in Patriã, ubi dum moratur, ex hac ærumnoſa vita diſceſſit. Ejus meminit Ciampinus in Enarratione Synoptica „ Abbreviat. de Parco Majori p. 43.* LXV

„ JO. BAPTISTA *Pallotta J. U. D. nobili gente duorum Cardinalium magni nominis propagatrice natus, ad hanc ſedem evehitur 24. Aprilis 1684. excolendo gregi omni pietatis ardore intentus majorum æquavit virtutes. Vivere deſiit ann. 1698. die 17. Jan. jacet in Cathed.* LXVI

„ JULIUS *Troilus nobilis Maceratenſis J.U.D. in Aula Romana cum haud ignobilem gratiam collegiſſet, Apoſtolicis Nunciaturis Auditor adeſſe juſſus eſt in Civitatibus Colonia, & Neapolitana, quo in munere graviſſimis quibuſque rebus in expediendis, quam prompta fuerit indolis viſendum ſe præbuit. Quamobrem Clericali tantùm caractere inſignitus Fulginatenſium dictus eſt Epiſcopus die 15. Septembris 1698. „ ſexagenario major.* Luceot.) LXVI

(„ Obiit vero in ſua Reſidentia menſe Iulio an. 1712.

„ DONDATIUS *Alexius Malvicini Fontana, Nobilis Placentinæ Diæceſis Presbyter I.V. D. in utraque Signatura Referendarius, poſt gubernium Civitatis Arimini, Præfecturam Nurſiæ, ac munus Ponentis S. Congregationis ſuper conſultatione negotiorum ſtatus Eccleſiaſtici laudabiliter exercita, promotus eſt ad Eccleſiam Fulginatẽſẽ 1. Auguſti. 1712.* LX VIII.

F U N D A N I
E P I S C O P I. *

* Ex App. tom. i.



FUNDI, antiquiſſima Civitas, io Latio, via Appia inter Formias Terracinamque ſupra lacum ſituata eſt. Hanc Strabo, Melaque in Latium litoralem reiiciunt, quod non amplius, quam 5. milliariis diſtet à mare. Plinius autem, ac Ptolomęus in Mediterraneo Latio collocatam volunt. Antiquiſſimæ Civitatis primigeniam originem hactenus nullus ſcriptorum retexuit (1). Ex Livio tamen antiquiſſimam fuiſſe conſtat, cujus illibata fœderum fides priſcis Romanis ſemper in pretio fuit. Siquidem Fundani viam Ap-

(1) At Jo: Camers de Orig. Urb. Ital. Leo. Volfang. Simon. Leontius Epiſc. Sirac. de ortu & magnis urbibus Regni Neapol. aliique hujus urbis originem in Herculem Libycum refundunt, quem volunt ex Hiſpania in Italiam adventantem occiſo latrone Caco ſuos boves in Fundo Latii latitantes cum recuperaverit, ibi in facti memoriam Fundanam Herculeam Civitatem ſubſtruxiſſe. Luc.

Appiam à larrunibus ferè ſemper præſtitere ſecuram, cumque Virurbius Fundanus, rebellantibus Privernaribus facem præferret, ideoq; Romani contra Fundanos, Plancio Conſule Duce, prævalidum adornaſſent exercitum, Fundanus Senatus, coram armato, ultoreque Conſule ita ſe rebellionis ſcelere exſolvit, ut diceret, unius perſugæ, & illius maximè temerarii in Fundanum populum jam olim Romanis addictum, illiuſque ſceleris parem culpam haudquaquam debere refundi. Quid plura? Fundanis ſuam cauſam perorantibus, pertinacia jamjam gliſcentis belli fracta eſt, eorundemque fides, fœduſque cum Romano populo renovatum. Inde collige, jam rune Fundanos habuiſſe Senatum, cum adhuc Romana potentia in cunis videretur vagire. Idem enarrat Liv. lib. 28. municipium ſuiſſe Romanorum, tum & ſub Auguſto Coloniam, ut de Coloniis Auctor Fronrinus.

Fundi Oppidum muro ductum, Ager ejus juſſu Auguſti veteranis eſt aſſignatus cum cultura. Pompejus Feſtus hanc Civitatē inter Præfecturas commemorat. Præter autem hos Auctores, Fundorum etiam Cicero meminit, Italicus Silius, Svetonius, aliique complures. Martialis præcipue generoſitatem Fundani vini collaudat, dum ita inquit.

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur ahenis
Vaſis, & in media nata palude viret.

Conſtat Tiberium Cæſarem è Fundis maternam traxiſſe originem, multiſque ſedit, ibidem fuiſſe natum: Liviæque Auguſtæ probro à Caligula datum fuit in ea epiſtola, quam ad Romanum Senatum ſcripſit, quod eſſet Fundana. Denique Fundi, hoc tempore penè deſolata eſt (1) infrequenſque ob inſalubrem aerem habitatoribus, quæ olim cum Romana potentia concurrere potuit. Poſt declinationem Romani Imperii, diverſis Dominis, tyrannisque bellica præda ceſſit, donec Neapolitanorum Regum ditio fieret, à quibus Cajetanæ clariſſimæ genti in feudum attributa eſt, ab eaque diuturniori temporum mora poſſeſſa. A Ferdinando deinde Aragonio Neapolitano Rege, Proſper Columna, Italicæ militiæ decus, ac gloria, eam Civitatem dono accepit; ſub cujus Imperio funditus penè deleta eſt. Siquidem Hariadenus Ænobarbus cum Lariale litus ſæviſſimè depopularetur, ita ſilenti agmine in Fundos incurrit, ut cives penè omnes in captivitatem abduxerit, parumque abſuerit, quin Julia Gonzaga incomparabilis pulchritudinis Princeps fœmina, caperetur, Solimano Turcarum Imperarori ditiſſima præda futura. Itaque Hariadenus eo fraudatus voto, omnia Fundis ſurſum, deorſum verrit, adeòque divina pruphanis permiſcuit, ut etiā de requie ſepulturæ deturbaverit vita functos. Nunc ſub Dominio eſt Hoſtilianæ Principis Caraſſæ gentis Neapolitanæ, Proregis uxoris. Soterus Pontifex XIII. inſignis ſanctimonia vitæ Fundos Patriam habuit; itaut inde facilè colligi poſſit, in primis Civitatibus fuiſſe Fundos, quæ lucem Evangelii antiquitus hauſere, quando in Civibus ejus jam tunc repertus eſt, qui dignus haberetur, qui Apoſtolicam ſubveheretur ad ſedem. Fundis S. Paternus Egyptius martyrio coronatus eſt. Hic enim, cum ad limina Apoſtolorum inſtitutum iter haberet, Fundoſque divertiſſet, ibique pietate cogente inſepulta Martyrum corpora ſedulo traderet ſepulturæ, demùm Chriſtianæ Religionis apud Judicem expoſtulatus, Martyrum curator, Martyr & ipſe effectus eſt, quo pii exantlati laboris præmium ampliſſimum reportaret. In Fundana Eccleſia ejus Martyris profeſtus dies die 21. menſis Auguſti recurrit. Huic etiam Civitati præclariſſimo decori habetur S. Honoratus Abbas, ducentorū monachorum Paſtor egregius, cujus cum laude meminit M. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 1. ſicut etiam S. Felicis monachi ſanctitate illuſtris Fundanus Præſul à prima fundatione inter Epiſcopos Romanæ Provinciæ numeratus eſt, unamque Apoſtolicam ſedem immediatè reveretur, & colit. Vetuſtiſſima Fundanæ Civitatis Cathedralis D. Mariæ Virgini dicata eſt, quam olim S. Paulinus Nulanus Epiſcopus, jam collabentem in auguſtiorem formam reſtituit, ornavit, muneribus auxit, ſacriſque reliquiis appoſitis, dicandam curavit; ut idem ipſe Paulinus ſcribit in epiſtola 12. ad Severum. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem, hanc, quam hic ſubjectam vides, modo damus, amice lector, pleniorem etiam daturi, ſi nobis, quæ exedit vetuſtas, monumenta uberiorem materiem ſuppeditaſſent.

A D D I T I O

(„ *Nunc Cathedralis Fundana S. Petro dicatur: „ prope quam adeſt nobile Palatium pro Epiſcopali reſidentia. In ea 12. Canonici, inter quem Primicerius, „ Theſaurarius, & Decanus, Theologica, Pœnitentialiſque Prabenda. Singuli Scuta fere 100. annui redditus percipiunt. Alia item inſignis Collegiata exurgit, „ vulgo* S. Maria della Piazza *cui 8. Canonici inſerviunt, quorum prior Archipresbyter eſt Omnes hujus „ civitatis Canonici utuntur almutiis, & certis diebus „ ſimul conveniunt Epiſcopo celebranti inſervientes. „ Inter eoſdem animarum cura partitur: in Cathedrali „ Decano ineſt Parochiale munus, Archipresbytero in „ Collegiata S. Maria. In Cathedrali quieſcunt corpora SS. Paterni martyris, Libertini Abbatis, & S. „ Mauri Martyris, aliaque inſignes reliquiæ. In urbe „ 3. Virorum cœnobia. Non procul a Fundis S. Magni „ Abbatia viſitur, cui Olivetana Congreg. Monachi inſerviunt. Ipſa civitas 5000. & amplius mortales enumerat. 12000. excedit univerſa Diœceſis, qua ex 5. „ Terris coaleſcit, & ſunt:* Paſtina. Lenola. Monticello. Campo di Melo. Vallecorſa. *Menſa Epiſcopalis „ cenſus annuus, ſi ſterilis eſt, ad 1000 aſcendit ſcuta „ ejus monetæ, computatis incertis. Ejus taxa in libris „ Cameræ eſt flor. 200. civitatis hujus inſignia falso exhibuerat Ughellus: Emendavit in Appendice, ut vides: at nos æquiora præſtamus argenteam faſciam protendentia purpurea in ara.* Luc.)



(„ *N..... Fundis Epiſcopus ordinatus à S. Anthero „ Papa, dum è Sardinia Romam properaret. Fundanis „ ut præeſſet hunc ordinaſſe, ex eo conjectare licet, quod „ cū Antherus Romam citiſſimo curſu adventaret, Chriſtianis in Maximi perſecutione ut præſto eſſet, non alia „ ex neceſſitate ſranari potuit, quam propriæ Fundorum „ Eccleſiæ ut conſuleret. Et ab ipſis fidei incunabulis „ proprium tenuiſſe Paſtorem Fundanum gregem, ipſa „ jam collabens Cathedralis à S. Paulino Epiſcopo Nolano inſtaurata comprobat.* Luc.) I.

1. * Vitalis Epiſcopus Fundanus non abfuit à Synodo Rom. ſub Symmacho Papa ann. 502. („ *& aliis „ an. 487. 499. 501. & 504.*) II. * Ex App. tom. 9.

2. Primi Epiſcopi Fundani apud pleroſque Scriptores nomen intercidit, unum tamen ex illis fuiſſe conſtat, qui in Palmaria inſula Synodi à B. Sylverio celebratæ, interfuerint, anno 539. ut Bar. refert. III.

3. S. ANDREAS Epiſcopus Fundanus, cujus meminit Gregorius Papa lib. 3. cap. 7. Dialogorum, Pauluſq; Regius de Sanctis Neapolitanis, Ferrarius die 6. Novembris. Hic Templum Apollinis expurgavit, ſanctoq; Andreæ Apoſtolo dedicavit. Suſpicor hunc eundem illum Andream eſſe, quem Baronius memorat anno 585. ejuſdemque recitat Epitaphium, quod ſpectatur in Eccleſia Cajetana; ſic enim ſe habet. IV.

Pande tuas paradiſe fores, ſedemque beatam:
Andreæ meritum ſuſcipe Pontificis.
Cuſtos Juſtitiæ, doctrinæ, & pacis amator,
Quem vocat ad ſummum vita beata bonum.
Plenus amore Dei neſcivit vivere mundo,
At famulo Chriſti gloria Chriſtus erat.
Quem meditata fides, & credita ſemper inhæſit
Hæc te uſque ad Cœlos, & ſuper aſtra tulit.

Nun-

(1) At cum an. 1640. provida adfuiſſet manus ſolum ſummis fumigelibus expurgando Ducis Medinæ las Torres, cujus in utile Dominium tranſierat ex conjugio Annæ Caraſſæ Hoſtilianæ Principis, modo plena habitatoribus eſt, quæ [illegible] petit ex perfugiis conſilii Eccleſiaſticæ ditionis. *Luc.*

Nunquam de manibus ſibi lex divina receſſit;
Eloquium Domini vixit in ore ſuo.
Romanamque prius decoravit presbyter Urbem:
Culminis auctus honor, ſic dedit eſſe Patrem.
Diſtrictus ſub vitæ pio, & moderamine certo,
Utque bonus Paſtor texit ab hoſte gregem.
Hoſpitibus gratus ſeipſum donavit egenis,
Illos eloquio, hos ſatiabat ope.
Præſule ſub tanto florens Eccleſia mater
Crevit muneribus, crevit & officiis.
Vixit ann. P. m. LXX. Presb. Romanus VII.
Et in ep. ann. XXVII. M. X. D. XX.
Requievit in pace XIIII. Kal. Novembris
Conſ. Deci. Jun.

In tabula, ubi hujuſmodi inſcriptio legitur, appoſita viſuntur inſignia nobilis familiæ Columnenſium. Cujus nam verò Civitatis hic Epiſc. fuerit, cum non exprimatur, incertum. Certum eſt Cajetanum minimè eſſe potuiſſe, cum nondum Cajetæ Cathedra Epiſcopalis erecta eſſet. Sed in vicinioribus loci erant hæ, Formiana, ac Minturnenſis Neapolim verſus, altera verò ex parte Romã verſus, Fundana, & Terracinenſis, ut conſtat ex actis primæ Romanæ Synodi ſub Symmacho Romano Pontifice, & ex Epiſtolis S. Gregorii. Porrò hoc ſeculo ejuſdem nominis fuiſſe reperitur Andreas Fundanus Epiſcopus, cujus eſt celebris memoria apud S. Gregorium in Dialogis. Vixit etiam iiſdem fermè diebus Andreas Epiſcopus Aquinas, de quo idem Gregorius meminit; ſed ignobilis, longèque ab iſto, de quo agitur, diverſus: hic enim ante Epiſcopatum in Romana Eccleſia functus eſt honorificè presbyterio. Hactenus Baronius.

V. 4. **AGNELLUS**, ad quem Gregorius Papa ſcribit lib. 2. epiſt. 103. eundemque Cardinalem conſtituit, & Terracinenſis Eccleſiæ Sacerdotẽ, ita tamen, ut Fundanæ Eccleſiæ Pontifex eſſe non deſineret.

VI. 5. **MARIANUS** Epiſcopus Fundanus, ipſe idem qui corpus S. Mauri Martyris Africani in ſuam Cathedralem Eccleſiam, in qua nunc etiam colitur, honorificè tranſtulit. Nam cum Maurus ſub Numeriano Imperatore Romæ palmam promeruiſſet martyrii anno 283. cum corpus Roma navi commiſſum ad littus Fundanum, Deo duce, perveniſſet, Marianus, Angelo revelante, ſacrum theſaurum ſuſcepit, ſuamque ditavit Eccleſiam. Acta ejuſdem Sancti, cujus dies feſtus celebratur 22. Novemb. hæc habent.

VII. („ **PALUMBUS** *eruitur e ſynodo Rom. cui interfuit ſub Martino I. an.* 649. Luc.)

VIII. 6. **AGNELLUS** ejus nominis II. interfuit Concilio VI. Conſtantinopolitano, ſub Agathone Pontifice celebrato an. 680. („ *Subſcripſit Epiſtolæ Agathonis Papæ pro VI. Synodo celebranda.* Luc.)

IX. 7. **ALIPERTUS** („ *Seu Albertus in Syn. Rom.*) an. 853. apud Baronium.

X. 8. **JOANNES** Fundanæ Eccleſiæ Epiſcopus una cum Rodoaldo Portuenſi an. 862. à Nicolao I. Papa in Galliam Legatus directus eſt, Lothario Rege petente, ad Synodum Metis congregandum. Videndus Baronius tomo 10. & tomo 3. epiſt. Rom. Pontif. ep. 17. Nicolai I. De Joanne iſto Fundano, neſcio quid, more ſuo, fabuletur Conſtantinus Cajetanus in ſecunda ſui Commentarii Appendice ad vitam Gelaſii II. pag. 156 linea 6. & 7.

XI. 9. **SIMEON** ejuſdem Civitatis Epiſcopus reperitur ann. 839 a. apud Baronium. * Sub eodem ſeculo anno ſcilicet 951. qui fuit Joannis Marini Ducis Cajetæ Octavus, facta eſt oblatio ab eodem Joanne ac Marino patre Ducibus atque Comitibus Caietanis ac Fundanis pro Monaſterio S. Marini ſeu S. Magni de Fundis, quæ ita conſcripta fuit ex vetuſtiſſimo ejuſdem oblationis autographo.

a In Synodo Rom. * Ex App. tom. 9.

In Nomine D. N. I. C. Menſe Octomber Indict. Octava Cajeta. Marinus, & Ioannes pater, & filius noſtris quoque temporibus Conſulatus, Ducatuſque anno II. Deo propitiante atque diſpenſatoribus Beati Venerandique Cœnobii S. Manni, quo & Beati Angeli Michaelis Ioannes Venerabilis Abbas ejuſque poſteris ſucceſſoribus. Quotiens illa à vobis tribus ſperant, quæ ratione commutantur conveniunt, animo vos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impartire ſuffragium, & ut providam legem ſanxit auteritas, & ut cunctis dedit licentiam; ut ea qua nos, & unuſquiſque ſponte largitur perfecti ſumant unuſquiſque de legibus firmitatem, nec revocandi jus habere poteris, quicquid de libero confertur arbitrio, & ideo arbitramur nos Marinus, & Ioannes pater, & filius Domini, q; ſervatores cum Conſules, & Duces Gajetæ, & Fundani civitatis cum cunctis illorum pertinentiis, quia poſtulaſti à nobis vos, qui ſupra humilis, venerabiliſq; Abbas Cœnobii, ita ut diximus, S. Manni Chriſti Confeſſoris, quatenus per præcepti ſeriem concedimus vobis, veſtriſque poſteris ſucceſſoribus idem quantum perpetualiter debet eſſe jure, dominatuque poſſeſſionis commorantes Deoque ibi ſervientes S. jam dicti beati Manni l. Concludimus circumdati ex omni latere pro redemptione animæ noſtræ, & pro populis ibi confugientibus ſalute, Incipientes ab ipſis Licinis biffutis, qui ſunt directi deſuper commodo deſcendit foſſatum intro, quod per linearum de Ravintiano, & mittit uſque in ipſa forma, & ſicut jam dicta ipſa forma per directum, & comodo directe videtur revolvere ab ipſa dicta forma uſque in ipſo pontiliguitio, quod noſtris temporibus & uſque hodie vocatur de Romani deuſtrati ſicuti directi tenditur reditum in ipſa forma, & ab ipſo ponteliguitio, quod dicitur de Romani in uſum ſicuti decurrit ipſum Flumicellum de ſubtus ipſo ponte, & uſque in ſilice, & comodo directi graditur ipſa ſilex uſque in ipſam viam Carrariam. comodo aſcendit ipſa via Carraria, & directi vadit uſque in ipſa funtana qui dicitur de S. Marco, & exinde ſicuti directi aſcẽdit in ſurſũ in vertice Montis Archani, quantũ rependigine aqua eſt ſuper vos deſcenaintis, & à vertice Montis Archani comodo vadit per verticem montis de e. Mauru (vel Marco) & uſque directi in ipſam quercum pauſatoriam, & ab ipſa querqua pauſatoria in directum per verticem montis de S. Aghabito, & item per verticem montis aquæ vivæ, & iterum giratim pervenit directi, & comodo revolvitur uſque ad ipſos primos ut diximus ſuperius Licinios Biffutos, qui ſunt in prima fine, quantum videtur continere in hoc volumine præcepti in giro, & giro quantum in ipſis finibus, & infra eſſe videtur id eſt, fluminibus, rivis, aquis, molendinis, fontibus, gurgitibus, locis, humectibus, campis, ſilvis, appendicibus, montibus, vallibus, parietinis, Eccleſiis reconciliatis, & inreconciliatis, pratis, paſcuis cultis, & incultis, terris, vineis, ſationalibus, & inſationalibus, glandariis, & inglandariis, paludibus tumulentibus, ſalectibus, & ſalicetis virgariis, ficundeis cunctis, & ab antiquis habitationibus puteis adiacentibus lignis pro operibus hominum, & pro cluſuris ſepis, limitibus cultis, & incultis foreſtis, lignis pro incidendum, & non ad incidendum, arboribus pomiferis, & impomiferis, turribus, defenſionibus, manſionibus, fabricis novis, & vetuſtis, griptis cerenariis, tranſitoriis, ad quæ petendis omnibus ibi ſunt intra iſtas fines intus habitibus ex omnibus lateribus, & infra, & uſque in cacumine montium quantum aqua revertitur ſuper vos fuerit cum omnia, & in omnibus pertinentibus ſubter vel ſuper quantum ubidem natum, & naſcere viſum fuerit, qui ibi infra prædictos fines pertinet, vel pertinenter fuerit integris, & per integre vobis conceſſimus, & veſtris poſteris, ſucceſſive uſque in ſempiternum emiſſa præceptione retinendi, gubernandi, conſecrandi, regendi pro utilitate dicti veſtri Cœnobii, noſtrique Beati Magni Chriſti Confeſſoris inſuper Dei amore, noſtraque animæ remedio, & ſalute. Promittimus nos tam pro noſtris hæredibus, quam & poſterioribus noſtris ſuccedentibus vobis qui ſupra Joannes ven. Abbati, & à veſtris poſteris ſucceſſoribus anteſtare, & defendere ab omnibus hominibus pro eo quod commendati ſunt in veſtris veſtrorumque ſucceſſione, quam omnium fratrum orationibus Dei ſubveniente miſericordia, inclinati enim pro veſtris orationibus & precibus ſumus infra clauſtra noſtri cordis, eaque arcana habuimus ſemper, nunc autem vobis reſervavimus, & omnia vobis patefecimus, quod cupitis Deo juvante à præſenti octava Indictione, & uſque in ſempiternum hoc quantum, & commodo ſuperius legitur vobis, veſtriſque poſteribus ſucceſſive obtinendum, per hujus ſe-

A *riem præcepti quicumque tam magna, quam & parva perſona, tam nos qui ſupra Marinus, & Joannes, quam & noſtris hæredibus, vel quivis ex poſteris noſtris ſucceſſorum, qui vobis, qui ſupra Ven. Joannis Abbati, vel ex eorum ſucceſſorum commorantibus in dicto Cœnobio, ubi nunc Deo auctoritati deſervitis hac pagina hujus præcepti inanire quiſierit, vel de eis quæ continentur minuere, aut exforbiare voluerit, habeat maledictionem a Deo Patre, & D. N. J. Chriſto, & Spiritu S. Anathema à tregentisdecem & octo patribus, partemque habeat cum impio Juda traditore D. N. I. Chriſti, & nunquam quieſcat in futuro judicio donec cum impiis finis judicium prætereat. Inſuper compoſitura ſubjaceat, eademque perſona quæ hoc inquietare voluerit vel præſumpſerit tam vobis, quam veſtris poſteris ſucceſſive compoſiturus pœna nominis Auri Errici eidem libras quinquaginta, & præſens noſtra jam ſuperius dicta conceſſio præcepti firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum, quemadmodum impetrarunt a nobis concedere, & fatere omnes nobiles, parentesque Cajetæ noſtros, & nos quidem inclinati precibus illorum, &* B *veſtris ſicut actum eſt congruum nobis fuit ſic illum diſpoſuimus ſcribendo a Joanne Presbytero, & ſcriba civitatis hujus in menſe & Indictione ſupradicta, Ind. octava inviolabilis ſervandam, atque cuſtodiendam pro juris dominatuq; S. Magni regendam.*

Ego Marinus Conſul. & Dux ſubſcripſi.
Ego Ioannes Conſul. & Dux ſubſcripſi.
Ego Mauroneſtes teſtis.
Ego Ioannes filius Domini Ioannis.
Ego Emiro filio Enaraldi.
Ego Ioannes Presbyter, & ſcriba civitatis hujus ſicut mihi dictatum eſt per juſſionem Domini, & Ducis complevi, & roboravi præſens teſtium roborationem in menſe, & Indictione ſupradicta octava.

XII. (,, RAINERIUS *ſedit in Concilio Rom. ſub Gre-,,gorio V. 998. Luc.*)

XIII. 10. * OLIVERIUS Epiſcopus Fundanus, cujus memoriam reperimus in monumentis Eccleſiæ Cajetanæ ad an. 1000.
* Ex App. tom. 5.

XIV. 11 * JOANNES Fundanus Epiſcopus reperitur ſubſcriptus in Benedicti IX. *b* Papæ decreto an. 1015. * Item ſubſcripſit Diplomati Benedicti Papæ XII. *c* anno 1017. erectionis Cathedralis Biſoiduni in Hiſpania apud Jo: Tamaynus in Martyr. Hiſpan. to. 1.
* Ex App. tom. 2. *b* VIII.
* Ex App. tom. 5. *c* VIII.

XV. 12. MARINUS *d* cuidam decreto reperitur ſubſcriptus, quod in Concilio Rom. Nicolaus II. procuderat ann. 1059.
d Al. Mariinus.

XVI. (,, GUNTARDUS *Epiſcopus Fundanus adfuit ,, Urbani II. decreto ad Hugonem Archiepiſcopum ,, Lugdunenſem, quo controverſia de Primatu dirimi-,,tur, dat. an. 1099. Extat decretum apud Harduinum ,, in noviſſ. Concil. editione tom. 6. par. 2. pag. 1665.*)

XVII. 13. BENEDICTUS Montis Caſini monachus, Fundanus Epiſcopus, vixit ann. 1100. Gerardo, Richardo, ac Leone Fundanis Coſſ. cujus meminit Chron. Caſinen lib. 4. cap. 55.

XVIII 14. PETRUS, anno 1136. *e* Eccleſiam S. Mariæ de Monticellis Abbati, Monachiſque S. Mariæ de Arſinalis liberaliſſimè indulſit. Chron. Foſſæ Novæ.
e Seu 1137.

XIX. 15. JOANNES reperitur ſubſcriptus Concilio Laterano an. 1179. ſub Alex. III. celebrato. Joanni, ac ſucceſſoribus quædam conceſſit Richardus de Aquila Comes Fundorum, an. 1178 cujus rei cauſa hoc diploma ſcripſit. Ex Archivio ejuſdem Eccleſiæ.

In nomine Dei æterni. Anno Dominicæ Incarnationis 1178. menſe Decembr. die 14. indict. 12. Fundis Regnante D. N. Guglielmo Dei gratia Rege Hieruſalem, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Cum ea quæ irrevocabiliter fiunt, de facili oblivioni tradantur, & qui humani eſt leviter dilabitur. Ideo nos Riccardus de Aquila Dei, & Regia gratia Fundorum Comes literas noſtræ donationis, & conceſſionis ſcribere facimus vobis quoque D. Joanni Dei gratia venerab. Fundano Epiſcopo, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum, qualiter concedimus vobis, & ſucceſſ. veſtris omnia communia paſcua utenda vobis, & hominibus veſtris pro beſtiis veſtris, foreſtas vero, & defenſas veſtras, quæ ſunt in Epiſcopatu veſtro, concedimus vobis ad utendum paſcuis pro beſtiis veſtris priuſquam aliis beſtiis, & lignamina ad incidendum pro ipſis Eccleſiis, quæ ſunt in Dominico, ac in domibus ipſarum Eccleſiarum, in ſaltu vero concedimus vobis pro omnibus veſtris propriis paſcua, præterquam per por.. ſalva omnia alia ratione ſi quas habetis in ipſo ſalta, hoc totum ſic ſuperius dictum firmum, & irrevocabile maneat in perpetuum, obligamus nos, & noſtros hæredes vobis, & ſucceſſoribus veſtris pœnam cen. unciarum auri compoſitione. Si quis abſit nos, ſeu noſtri hæredes contra hanc noſtram donationem, & conceſſionem contraire, agire voluerimus, & pœnam ſolutam, hæc noſtra donatio, & conceſſio firma, & irrevocabilis maneat in perpetuum. Quam ſcribendam præcipimus tibi Leoni Fundorum Civitatis Notario.

Ego Riccardus de Aquila Dei, & regia gratia Fundanus Comes propria manu ſignum feci †
Ego Leo Dei gratia Pomini Dominus ſign. Crucis feci †
B *Ego Adenolfo de Spineo ſubſcripſi †*
Ego Bartholomæus Fundorum Judex ſubſcripſi †
Ego Alferinus miles ſignum Crucis feci †
Ego Pandulfus Calatrita ſignum Crucis feci †
Ego Ubertus miles ſignum Crucis feci †
Ego Joannes Domine nepos me teſtem &c.
Nardus filius &c.
Ego Leo Fundorum Civitatis Notarius perſcripſi.

16. DANIEL anno 1180. reperitur in antiquis monumentis ejuſdem Eccleſiæ; de eo item mentio anno 1192. hic Joanni ſuffectus eſt. Poſt Danielem, Capitulum Joannem de Paſtina ſuum ſubſtituit Paſtorem, quem Innocentius III. reprobavit, ut habetur in libro 2. decretorum; ibidem reprobata P. Primicerii electione per Capitulum celebrata, Benedictum aſſumpſit Pontifex in hujus Eccleſiæ Epiſcopum. XX.

17. BENEDICTUS adiectus eſt, ab Innocentio III. anno 1199. ex vita ejuſdem Pontificis manuſcripta, in Bibliotheca Vaticana. XXI.

C 18. JOANNES Benedicto ſuffectus eſt à Capitulo, Innocentio III. ſedente, qui ut legitur in Decretalibus confirmatus non fuit. XXII.

19. ROBERTUS Privernas, Monachus, ac Prior Foſſæ Novæ ex Ordine Ciſtercienſi, vir ſingularis doctrinæ, ac morum probitate præcipuus electus eſt Fundanus Epiſcopus, anno Domini 1210. Quam quidem Eccleſiam cum ad multos annos, piè, ſanctèque rexiſſet, multiſque pro Sede Apoſtolica perfunctus muneribus, penè laboribus fractus eſſet, è vivis exemptus eſt an. 1227. cum Foſſæ Novæ Monaſterium, eorum, quæ poſſederat, inſtituiſſet hæredem, ita tamen ut ex obligatione perpetuo à Monachis expiaretur anniverſario, voluitque apud ſuos Ciſtercienſes in ſupramemorato Monaſterio ſepeliri. Hujus cum laude meminit Chron. Foſſæ Novæ, atque Ceccani. Roberto Epiſcopo Comes Richardus II. donationem Patris ratam habuit an. 1211. quam Innocentius III. anno XIV. ſui Pontificatus ſequenti Diplomate confirmavit. XXIII.

D *INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.*

Venerabili fratri Fundano Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter ven. in Chriſto frater epiſcopo tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, libertates, & immunitates, quas dilectus filius nobilis vir Riccardus Fundanus Comes tibi, & eccleſiæ tuæ pia devotione conceſſeras, ſicut in ipſius Comitis authentico ſuper hoc confecto noſcitur contineri, ratas habentes authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ad majorem autem cautelam inſtrumentum ipſum de verbo ad verbum huic noſtræ paginæ duximus inſerendum, cujus tenor eſt talis.

In Nomine Domini Dei æterni. Anno ab Incarnatione ejuſdem 1211. menſe Julio indictione 14. regnante D.

no-

noſtro Federico Dei gratia Rege Siciliæ Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ.

Cui honor præeſt, Dominus, & poteſtas eminet dominandi judicium debet dirigere, & juris æquitatem provida circumſpectione fovere cum juſtitiam juſtus Dominus diligat, & vultus ejus videat æquitatem. Eccleſia namque Dei cum ſit omnium Chriſtianorum mater piiſſima, à qua fidei ſacramenta, quibus Cœli Janua aperitur, recipiant univerſi fideles, juſtum, & juſtitia dignum eſt, ut honoretur à ſingulis, à Principibus, exaltetur donis, & beneficiis dilatetur, ut palmites ſuos uſque ad mare dirigat, & extendat. Ideo nos Riccardus de Aquila eadem Regia gratia II. Fundanus Comes, cum jura Fundanæ Eccleſiæ, nos, & noſtri anteceſſores multoties conculcaverimus variis exactionibus, & moleſtiis, ſuggerente humani generis inimico jam oppreſſimus fatigatum, ad mentem reducti volumus de cætero tangere, & poſſidere Dei ſanctuarium quia a Deo poſſunt, ut Rota, & ſicut ſtipula evaneſcunt, qui Dei Sanctuarium hæreditate poſſidere nituntur. Hac itaque conſideratione inducti Fundanam Eccleſiam, quæ à nobis, & anteceſſoribus noſtris exactionibus, & moleſtiis hactenus jacebat oppreſſa, pro ſalute animæ noſtræ, & parentum noſtrorum ab ipſis exactionibus, & moleſtiis abſolutam reddimus penitus, & immunem, & nos exinde Roberto Dei gratia ven. Fundano Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ cui Divina miſeratione præeſſe dignoſceris, novum privilegium tranſactionis factæ tempore fel. mem. VV. II. Regis Siciliæ inter Ioannem Fundanumque Epiſcopum, & Riccardum Comitem olim patrem noſtrum per ipſius Regis familiares continuatum, & unitum concedimus, ut liceat vobis, & ſucceſſoribus veſtris de cætero omnes Eccleſias Civitatis, & Fundani Epiſcopatus liberè, & abſolutè abſque requiſitione, & contradictione noſtra heredum, & ſucceſſorum noſtrorum, vel cujuslibet alterius perſonæ ordinare, & inſtituere, præterquam ordinatio Archipresbyterorum de Caſtellis Fundani Epiſcopatus, quæ fient hoc modo. Mortuo Archipresbytero, Clerici Archipresbyteratus veniant ad Epiſcopum nunciantes mortem Archiprcſbyteri, & habita ab Epiſcopo licentia faciendi electionem, perſonam eligant, & electionem factam nobis nunciabunt, quam electionem nullatenus poterimus, nec debebimus impedire, niſi contra electā perſonam crimen infidelitatis objiciemus, & illud infra quartum diem à tempore objecti criminis numerando in Curia Epiſcopali probaverimus. Quod ſi infra quintum diem objectum crimen non probaverimus, liceat vobis, & ſucceſſoribus veſtris electam perſonam ſecundum Dei timorem, & officij veſtri prudentiam confirmare. Item jura Eccleſiarum, & omnium clericorum, atque hominum ſuorum illibata ſervabimus, & ſi quis eas moleſtare, vel inquietare præſumpſerit, nos ſicut Eccleſiarū patroni curabimus defenſare. Conditiones vero, quæ hactenus exigebant ab Eccleſia S. Archangeli, S. Mariæ de Brumanu, S. Andreæ de Paſtina, S. Martini de Ennula penitus remittimus, & perpetuo relaxamus; ab aliis autē Eccleſiis Fundani Epiſcopatus, à Prioribus, & clericis earū adiutoriū non exigemus, nec exigi faciemus, excepto quod ab illis ſecuritatē accepimus, juxta quod nos ſoliti ſumus aſſicurare. Clericos quoque Fundani Epiſcopatus, & ſervientes eorū non capiemus, nec capi faciemus nec verberabimus, nec verberare faciemus, nec in curia noſtra ad juſtitiam cogemus, nec cogi faciemus, à terra noſtra non expellemus, nec expelli faciemus, nec auferemus bona eorum, nec faciemus auferri, nec eos moleſtabimus, nec faciemus moleſtare. Si quas vero poſſeſſiones Eccleſiarū nos, ſeu per homines noſtros occupatas tenemus, reſtituemus, & reſtitui faciemus, reſtitutas nō auferemus, nec ab hominibus noſtris permittemus auferri. Epiſcopus, Priores, & Clerici omnes Fundani Epiſcopatus res ſuas mobiles vendendi liberam habeant facultatem, & quo voluerint, præterquam ad loca à regia Curia prohibita abſque requiſitione, & contradictione noſtra tranſportādi. De rebus tamen ipſius Epiſcopi, ut dictum eſt, venditis, aut quoquam tranſmiſſis platenticum remittimus, nec illud ab emptoribus exigi faciemus. Paſcua vero, Sylvas, & aquas terræ noſtræ hominibus Eccleſiarum, aut animalibus eorum non prohibebimus, nec prohiberi faciemus, ſcd eis utantur ſicut homines de terra noſtra. Ab hominibus Fundani Epiſcopatus, vel Eccleſiarum ejus à nobis non tenentibus, nihil exigemus præter ſecuritatem, & non capiemus eos, nec capi faciemus, nec ad juſtitiam in curia noſtra cogemus, aut cogi faciemus, nec capiemus bona eorum, nec faciemus capi. Et ſi contigerit, quod homines ipſarum Eccleſiarum foris fecerint hominibus noſtris, Prælati, & Bajuli ipſarum Eccleſiarum in curia tenere debēt, & ſi qua fuerit inde compoſitio facta, medietas ipſius compoſitionis erit noſtra, & reliqua medietas erit illius Eccleſiæ, cujus homo fuerit. De bannis autem, quæ generaliter mittuntur ſecundum conſuetudinem terræ, ſi aliquis hominum ipſarum Eccleſiarum in bannum inciderit, medietas ipſius banni ſit noſtra, & alia medietas ſit illius Eccleſiæ, cujus homo fuit, ita tamen quod non magis graventur homines Eccleſiarum, quam homines noſtri, & ſi de ipſis aliqui fuerint ſervientes ipſius Epiſcopi, vel prædictarum Eccleſiarum, nihil ab eis exigemus, niſi à nobis fuerint tenentes. A demaniis vero hominibus ipſius Epiſcopi à nobis non tenentibus iſtud tamen habebimus videlicet: Centum quinquaginta tarenos Amalphiæ, quando nos generale adiutoriū in terra noſtra poſuerimus pro cauſa tantum Regiæ expeditionis, & pro ſorore, & noſtra filia maritandis, & non pro alio, & ipſos tarenos habere debemus per Epiſcopum, vel per baiulos Fundanæ Eccleſiæ. Item homines Eccleſiæ S. Marci habitantes in Poſtina, & alii à demaniis homines habitantes in Caſtello Monticelli, & in Caſtello Ennuli, & etiam homines Eccleſiarum Civitatis Fundanæ præſtabunt, & facient nobis tria ſervitia, videlicet, unam operam ad ſeminandum, aliam ad vineam, & tertiam ad metendum, pro uno quoque tenimento, de quo ipſe Epiſcopus, & Priores Eccleſiarum per unam quamque ſeptimanam ſervitium unum habere debent. A demaniis verò hominibus ipſius Epiſcopi, qui habitant in Civitate Fundana, vel Caſtellis Baronum noſtrorum habere nihil debemus, niſi quod ſuperius exceptuatum eſt, videlicet 150. tarenos pro ſorore, vel filia maritandis. Verum ſi prædicti homines Fundani Epiſcopatus non tenentes a nobis extra Civitatem habitant, vel Caſtella, aut habitabunt, niſi fraude nihil ab eis exigemus, vel exigi faciemus: volumus etiam, & concedimus, ut ſi quis de rebus ſuis immobilibus in teſtamentis, vel oblationibus competenter offerre voluerit, non prohibebimus, nec permittimus ab aliquo prohiberi. Item volumus, & concedimus, ut cum homines noſtri cum hominibus Eccleſiarum matrimonia contrahere voluerint, liceat eis ſecundum conſuetudinem Civitatis Fundanæ dare de immobilibus ſuis abſque omni contradictione, & ſi quando homines noſtri de rebus ſuis immobilibus clericis, & hominibus Eccleſiarum vendere, ſive pignorare voluerint, nos non prohibebimus, nec ab aliquo prohiberi faciemus. Item volumus, ut homines S. Viti liberi, & immunes ſint perpetuo ab omni ſervitio, & eos immunes ab exactionibus eſſe volumus, & eos in pace, & quiete, ſicut unquam melius fuerunt, dimittimus, & ſi fortè villa S. Viti in curſu hoſtium, ſeu conturbatione, quod abſit, deleta fuerit, readificationem ipſius, nos, nec noſtri hæredes prohibemus, nec prohiberi ab aliquo permittemus. Homines ejuſdem villæ, qui ibi habitant, vel de cætero habitabunt, ſylvis, paſcuis, aquis liberè, & abſque contradictione alicujus utantur. Concedimus etiam ut terra de Caſanova, quæ continentur in precepto S. Viti, quas per Eccleſias S. Viti tenent homines Monticelli, ad decimam, & ſervitium quoties ſine hæredibus diſceſſerint libere in demanium ipſius Eccleſiæ reducantur, ut ſi quæ ex eis tali modo alienata, vel ſubſtracta fuerint, Eccleſiæ reſtituemus. Decimas namque Civitatis Fundanæ, & Caſtellorum de demanio noſtro, nos Eccleſijs Fundani Epiſcopatus, quibus reddere conſuevimus, ſine moleſtia annuatim perſolvemus, & Barenes, & cæteros homines noſtros decimas ipſas Eccleſijs, & clericis perſolvere, ſicut expedierit cogemus. Homines de terra noſtra, vel aliunde volentes ad molendina Fundanæ Eccleſiæ, aut Eccleſiarum ejus cauſa molendi venire non prohibemus, nec prohiberi faciemus, nec à molendinarijs undecumque ſint, aliquid exigemus, nec eos in curia noſtra cogemus, nec cogi faciemus pro his, quæ ſpectant ad molendina. Omnes homines volentes terras, & vineas

Fundani Epiſcopatus, vel Eccleſiarum ejus, aut clericorum eorum laborare nos non prohibebimus, nec faciemus prohiberi. Piſcariam, & piſcatores Fundani Epiſcopatus, & piſces piſcariæ, & partem de ſaſſone non capiemus, nec capi faciemus, nec aliquam moleſtiam inferemus, nec inferri permittemus ab hominibus noſtris. Si quando vero inter nos, & prædictum Epiſcopum diſcordia orietur propter hoc conſanguineos, aut bona eorum nõ capiemus. Item prædictus Epiſcopus ſylvis Fundani Comunatos, Eccleſiis, & propriis domibus ipſarum Eccleſiarum reparandis, vel faciendis, & paſcuis pro ſuis propriis animalibus, ſic utatur, ſicut unquam melius uſus eſt. Ut autem hæc noſtra donatio, conceſſio, & remiſſio ſponte, & liberaliter facta perpetua gaudeat firmitate, necnon ad perennem memoriam futurorum præſens privilegium per manum Riccardi Subdiaconi, & Vicarii Civitatis Fundanæ fieri juſſimus, & tam ſubſcriptione propria, quam Baronum, & militum noſtrorum fecimus communiri. In anno, menſe, & indictione ſupradicta. A

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani 6. idus Auguſti, Pontif. noſtri anno 14. B

XXIV {„ *Fr. ALBERTUS de Terracina a Nicolao IV. „ Fundanus Epiſcopus creatus eſt ann. 1289. dum Fratrum Prædicatorum Capuano conventui præſideret. „ Non diu ſedit præpropera illum è vivis eximente morte. Ex Fontana Theatro Dom. p.* 195. Mandoſ.)

XXV 20. LEO anno 1300. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ. Obiit 1304.

XXVI 21. JACOBUS ex Decano Patracenſi à Clemente V. electus Epiſcopus Fundanus anno 1306. 3. id. Martii. Defuncto namque Leone, Capitulum in partes diviſum tres elegit in Præſules, videlicet, Primicerium, Joannem de Cajeta, & Thomam de Trajecto Canonicos Fundanos, qui cum electioni ceſſiſſent, Pontifex hunc ex plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis evexit ad ſedem, quem ab Epiſcopo Card. Oſtienſi conſecrari mandavit, anno 2. Pontif. ex reg. Vatic. epiſt. 102 Obiit ann. 1316. C

XXVII. 22. BLASIUS Canonicus Morinenſis eligitur in Epiſcopum à Joanne XXII. ann. 1317. die 5. id. Febr. ex eod. reg. Obiit 1336.

XXVIII. 23. Fr. PETRUS Ordinis Prædicatorum, anno 1336. Fundanis Divinum jus dixit, à Capitulo electus & à Benedicto XII. confirmatus 4. Non. Decembris, an. II. Pontif. ex regeſt. Vatic. epiſt. 358.

XXIX 24. FRANCISCUS obiit anno 1342.

XXX. 25. FRANCISCUS Joannis Bartholomæi, ex Canonico, defuncto Franciſco, à Capitulo electus anno 1343. à Clemente VI. confirmatur, 2. Non. Aprilis anno 1. ex regeſt. Vatic. ep. 123. fol. 190.

XXXI 26. LAMBARDUS Andreæ de Trajecto, ex Canonico electus à Capitulo anno 1343. 6. Kal. Novemb. à Clemente confirmatur, ex reg. vat. ep. 166. an. 2. Obiit anno 1348.

XXXII. 27. LEONARDUS Tacconius Privernas nobili proſapia oriundus, ſed longè virtutibus illuſtrior, quibus meruit à Clemente VI. ad dignitatem Epiſcopalem efferri, Lambardo jam è vivis erepto, Fundanam Eccleſiam ex plebano ſancti Martini adeptus eſt anno 1348. 6. Id. Julii Avenione conſecratus, ut in reg. Vatic. epiſt. 118. fol. 48. anno 7. Clementis habetur. Eam Eccleſiam Leonardus annis XV. ſumma cum laude adminiſtravit; plura bona prædeceſſorum incuria alienata, divulſaque recuperavit, Eccleſiaſticam diſciplinam paolo ſolutiorem adſtrinxit, ſummumque zelum in populo ſibi commiſſo regendo tuendoque explicuit. Deceſſit ex hac mortali luce Priverni in patria anno 1363. in Eccleſia S. Chriſtophori, in Maiorum ſuorum D. Catharinæ ſacello ſepultus, ab iis cum jure patronatus ac familiæ ſepulchro exſtructo. Ejus antiqua effigies ſuis expreſſa coloribus his verbis infra ſubiectis, *Leonardus Epiſcopus Fundanus*, gentiſque inſignia, duabus rubris teniis in campo argenteo adumbrata viſuntur; eaque à nobis incidi juſta typis commendare placuit ad lectorum D voluptatem, tanquam illius ſeculi venerabile documentum a.

a Landulfo à Theratano Valle in hiſt. Privern. l. 1. p. 161. Mand.



XXXIII. 28. Fr. JACOBUS Ord. Minorum electus, demortuo Leonardo 3. id. Auguſt. 1363. ad Aſiſinatem Eccleſiam tráſlatus eſt. 8. kal. Feb. 1368. ex reg. Vat. § 9.

XXXIV. 29. Fr. RAYMUNDUS Ord. Minorum Jacobo ſuffectus eſt anno 1368. 3. Kal. Martii, ex regeſt.

XXXV. 30. STEPHANUS de Sardis * Piſanus Patria, è qua familia prænobili multi alii Eccleſiaſtici viri inſignes in Eccleſia Dei prodiere, ut Lottus Valvenſis, & Sulmonenſis Epiſcopus, mox Spoletanus, de quo infra, ubi & arma ſcutum bipartitum proſtabit cæruleum, & aureum Sardę gentis, ut monuit nos eruditus, & rerum patriæ peritiſſimus Paulus Troncius nobilis Canonicus, & Vicarius Piſanus, cui plurimum me debere fateor, à Bonifacio IX. electus eſt 1391. anno verò 1399. ab eodem Pontifice ſuppliciter petiit, ut cura Epiſcopali ſibi liceret abire, ut S. Antonii de Vienna poſſet ingredi Religionem. Pontifex antequam ſupplicanti annueret, Conrado Archiepiſcopo Nicoſiæ cauſam recognoſcendam demandat, videret ſcilicet, an è Republica Chriſtiana foret hujuſmodi votum Cum is adjudicaſſet petenti, cura Epiſcopali ſolutus ille, die 15. menſis Auguſti ejuſdem anni Religionem illam ingreſſus eſt, fuitque deinde Romæ S. Antonii Præfectus, ut ex reg. Vat. colligitur.

* Ex App. tom. 1.

XXXVI. 31. * Fr. DOMINICUS de Aſtallis, ſeu Aſtogli nobili familia Romæ natus, Ord. Servorum S. Mariæ,

* Ex App. tom. 7.

tunc

tunc Cryptæ Ferratæ in Agro Tuſculano Commendatarius Abbas, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt à Bonifacio IX. anno 1399. die 15. Kal. Auguſti. Sedit plus minus annis 15. cujus annum diemque obitus ſcriptum reliquit Petrus Paulus de Precibus in Diariis in hæc verba: *Anno 1414. die Mercurii 2. menſis Maii obiit Epiſcopus Fundanus in domo D. Chriſtophori Gaytani de regione Campitelli, qui dictus tunc temporis erat Vicarius in Urbe per Regiam majeſtatem; die Veneris 4. dicti menſis fuit factum exequium dicti Epiſcopi, & fuit ſepultus in S. Marcello cum maximo honore.* In margine ejuſdem libri notantur hæc verba: *Obitus Dominici de Aſtallis Romani, Epiſcopi Fundani, ſepulchrum adhuc viſitur ante majorem aram S. Marcelli.* Marmoreum ſepulchrum, quod extat eodem loco, ubi jacentis Epiſcopi imago, & Aſtalliæ gentis inſignia ſpectantur, aliquantulum vetuſtate corroſum nos ipſi inſpeximus & circumquaque inſculpta verba legimus, quæ ſinceré damus, ſicuti jacent.

† *Hic requieſcit Reverendus Pr. in Chriſto . . . S. Fundanus Epiſcopus, olim hujus Ordinis Frater, in alma Urbe Vicarius, pro ſacra Regia Majeſtate deputatus, qui obiit anno Domini MCCCCXIIII. Menſe Maii 11. cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

Porro Dominici Stemmata ad ipſius ſepulchrum ſculpta, ſunt ea quæ hic vides.



Itaque Aſtallia, ſive Aſtuglia, ſeu Staglia familia Romana, quæ Dominicum dedit, longe diverſa fuit ab alia Aſtallia, cujus hodie purpuram exornat Camillus Aſtallus, S.R.E. presb. Card. Cæterum Dominicus anno 1412. Eccleſiæ Vallis Cuſæ ſequentem indulgentiam conceſſerat, à nonnullis ſuis ſucceſſoribus aliis Epiſcopis confirmatam in hunc modum,

Dominicus de Aſtallis de Urbe, Dei, & Apoſt. ſedis gratia Epiſcopus Fundanus, ac Comes Palatinus, &c.

UNiverſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Sanctorum merita, inclyta gaudia fideles Chriſti aſſequi minimè dubitavere, qui eorum patrociniis per condignæ devotionis obſequia promerentur, illumque venerantur in ipſis, quorum gloria ipſe eſt retributio meritorum. Nos igitur ad obſequenda prædicta gaudia cauſam dare fidelibus cupientes, cum animarum cura ſit nobis impoſita, viaſque ſalutis debeamus errantibus inſinuare, diſperſos congregare, ne devient, neque deſperent, reprobis indulgere, quando diſperatis creſcit audacia, & diffidentes provocat inimicus, quem devincuat arma lucis. Monentes, & requirentes omnes Chriſti fideles quatenus vias non deſerant, itinera non dimittant, unde ad perpetuum beatitudinis conſortium pervenitur, & errores fugiant infernales, quibus anima deprimitur, & vileſcit omni injecta caligine, & tenebrarum obſcuritate, & quia bonum, & jucundum eſt habitare fratres in unum. Idcircò in habitationem ſanctam Eccleſiæ convenire debeant, & parere ubi Pater omnipotens ſingulis donat in ſpiritu retributionum multa, & indulget miſeratione piiſſima cum ad utentibus, & peccati pœnitentibus, ac ſtilum arripientibus devotionis fulgit etiam, & inſignis armis defendibilibus, & victis, ad contra quæ nequaquam inimicus lædere poteſt, ſigno S. Crucis, quo omnes inſigniti Chriſti fideles dignoſcuntur, quod quidem ſignum Crucis nos prædictus Epiſcopus manu propria

A *deſignantes in pariete muri poſitum medio Eccleſiæ B. Martini in Valle Cuſſa noſtræ Fundanæ Diœceſis, videlicet ſupra imaginem B. Mariæ Virginis in nomine ejus filii, & S. Trinitatis, provocantes ſingulos ad devotionem, ac tenemur, & penitus ad indulgentiam uti debemus. Confidentes de omnipotentis Dei miſericordia, & B. Virginis Mariæ, ac B. Apoſtolorum etiam, & B. Martini omnibus, & ſingulis, qui quoties cum devotione venientibus, & viſitantibus dictam Eccleſiam, & dictum ſignum Crucis, per nos deſignatum, cum Patre noſtro, & Ave Maria ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, videlicet, in Nativitate Domini noſtri, in Aſcenſione Domini, in Circumciſione Domini, in Epiphania, in Reſurrectione Domini. in Aſcenſione, in Pentecoſte, in officio Corporis Chriſti, in feſtivitatibus S. Crucis, in omnibus feſtivitatibus B. Virginis Mariæ, in omnibus feſtivitatibus Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, in omnibus feſtivitatibus Doctorum, in omnibus feſtivitatibus Angelorum, & octavis eorum; in feſto S. Martini Epiſcopi, & confeſſoris, in feſto S. Luciæ virginis, & Martyris, in feſto S. Jo. Baptiſtæ, & in Decollatione ejus, in feſto S. Nicolai Epiſcopi, & Confeſſoris,*
B *in feſto S. Leonardi, in feſto S. Catharinæ virginis, & Martyris, in feſto S. Margaritæ virginis, & Mart. in Dedicatione Eccleſiarum, Altarium, & feſtis omnium Sanctorum 40. dies de injunctis ſibi pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus, & totidem omnibus pias eleemoſynas de bonis temporalibus eidem à Deo collatis dictæ Eccleſiæ porrigentibus, ac in ejus quocunque opere manus imponentibus ad invicem. Rogantes vos RR. in Chriſto Patres, & Dominos, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopos Cajetanum, Aquinatem, Verulanum, Alatrinum, Anagninum, Ferentinum, & Terraciaenſem, ad laudem omnipotentis Dei, & honorem B. Virginis Mariæ, ac Redemptionem fidei, & fugam peccatorum in præſenti litera. Indulgentias ponere veſtra parte, & vos propria manu ſubſcribere, & ſigillos veſtros Pontificales imponere juxta formam, & bonam conſuetudinem uſitatam. Datum Fundis, in noſtro Epiſcopali Palatio ſub anno Domini 1412. die 17. menſis Novembris.*

Nos Marcellus de Urbe, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Fundanus de Dei omnipotentis miſericordia confidentes, & B M V ac authoritate Apoſtolorum Petri, &
C *Pauli eandem ſupradictam indulgentiam adjicimus, relaxantes 40. dies de injunctis pœnitentiis. Dat. Fundis, anno D. 1416 die 6. menſis Decemb. ind. Apoſtolica ſede vacante.*

Nos Bartholomæus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Verulanus de omnipotentis Dei miſericordia confidentes, & B. M V. & authoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque Andreæ patroni noſtri, eandem ſupradictam indulgentiam adiungimus relaxantes 40 dies de injunctis pœnitentiis ut ſupra. Datum in Caſtro Caſtri ſub anno Domini 1418. Pontif SS. in Chriſto Patris, & D noſtri Martini Papæ V. anno I ind. 11 menſis Auguſti, die I. & propria manu ſcripta, & in teſtimonium præmiſſorum noſtro Pontificali ſigno appoſitione injuncta.

Nos Joannes, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Aquinas de Dei omnipotentis miſericordia confidentes, & B. M V ac authoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli eandem ſupradictam indulgentiam adiungimus relaxantes 40 dies de injunctis pœnitentiis, ut ſupra. Datum in Caſtro Ponticorvi die 26. menſis Aug. 11. indict. ſub anno D 1418. Pontif. ſanctiſſ. in Chriſto Patris D. Martini Papæ V. anno 1 & propria manu ſcripta, &c.

D *Nos frater Xyſtus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſc. Ferentini de omnipotenti miſericordia confidentes, & B. M V. ac Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Ambroſii eandem ſupradictam indulgentiam adiungimus, relaxantes 40 dies de injunctis pœnitentiis, ut ſupra. Datum in Caſtro S. Laurentii de Valle ſub anno D 1419. Pont. D. Martini Papæ V. anno II. indict 12 menſis Auguſti, die 29.*

Nos Marinus, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Fundanus, authoritate qua fungimur, concedimus, ut ſupra conceſſerunt. Datum in Caſtro Valliſcuſſiæ 1427. 6. indict. Pontif ſanctiſſ in Chriſto Patris, & D. Martini Papæ V anno 10. Amen.

Nos Petrus Cajetanus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Fundanus concedimus, ut ſupra prædeceſſores noſtri conceſſerunt. Datum in Caſtro Valliſcuſſiæ die 29. Aug. 11. indict. 1499. Pontif. ſanctiſſ D. N. Alex. VI. anno ejus octavo, manu propria.

Nos Nicolaus Pellegrinus, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gra-

tis Epiſcopus Fundanus concedimus, ut ſupra prædeceſſores noſtri conceſſerunt. Datum in Caſtro Valliſcuſſæ die 27 m. Julii 13 indict. 1525. Pont. ſanctiſſ. D. noſtri Julii Papæ 11. anno ejus 8. Amen. A

Nos Iacobus Pellegrinus Epiſcopus Fundanus concedimus ſicuti noſtri anteceſſores conceſſerunt die 17 Sept. 1536.

* Ex App. t. 9. 32. *MARCELLUS (1) de Urbe videtur ſucceſſiſſe Dominico. Hic anno 1416. die 6. Menſis Decemb. Apoſtolica ſede vacante, Fundis ſupra relatam indulgentiam à Dominico elargitam confirmavit. Electionem Marcelli non vidimus, neque de eo quicquam reperimus in actis Conſiſtorialibus, à quonam fuerit Epiſcopus pronunciatus, an à Joan XXIII. vel à Gregorio XII. mihi incompertum, fortaſſis pro intruſo habitus cum Martinus V. in translatione Benedicti ſequentis, meminerit Dominici prædefuncti, non tamen Marcelli, ut in lib. Proviſ. Prælat. obſervavimus.

XXXVII. * Ex App. tom. 7. 33.* BENEDICTUS antea Epiſcopus Maſſilienſis in Gallia per obitum Dominici à Martino V. Columna translatus eſt ad hanc Ecclesiam ann. 1418. B 16 Kal Martii Dat. Conſtantiæ ann. pontif. 1. ex libr. Proviſ. Prælat. fol. 118. cui Eccleſiæ præfuit uſque ad annum 1422. ac deinde ad Verulanam tranſivit. Reperio hunc Benedictum olim Maſſilienſem Epiſcopum ann. 1405. die 6. menſis Decembris, Viterbii in Eccleſia S. Blaſii ordinaviſſe in Abbatem S. Michaelis de Quarto Ordinis Ciſtercienſis Senenſis Diœceſis Gabrielem Jacobi Monachum S. Salvatoris de Monte Amiato ejuſdem Ordinis, ut ex ipſius Benedicti epiſtola perſpicuè colligitur, quæ adhuc in archivo Amiatini Monaſterii aſſervatur, cui, loco ſigilli gentilitia ſtemmata ejuſdem Epiſcopi impreſſa ſunt, quæ lilium continent ſupra tres faſcias ex obliquo campum ſecantes.

XXXVIII. * Ex App. tom. 7. 34. *MARINUS filius Ioannis Pauli de Cayvano è Neapolitano Regno electus eſt hujus Eccleſiæ adminiſtrator die 11. menſis Septemb. 1422. cujus deinde titulum aſſecutus eſt die 7. Novemb. ejuſdem anni, ita in lib. Oblig. Prælat. rexitque hanc Eccleſiã uſque ad annum 1444. deinde ad Acheruntinum & C Materanum Archiepiſcopatum translatus eſt.

XXXIX. 35. (2) NICOLAUS de Fatiis de Trajecto effectus eſt Epiſcopus ex ceſſione Marini Pauli, anno 1445. 6. Kal. Februarii.

XL. 36. PETRUS Cajetanus electus eſt à Sixto IV. anno 1476. Kal. Junii. Deceſſit 1500. de quo Acta Conſiſtorialia.

XLI. 37. NICOLAUS Pellegrinus Fundanus, ex Archipresbytero electus eſt ann. 1500. die 29. menſis Januarii. Deceſſit ann. 1520. dum Eccleſiam ſuam præſens adminiſtraret. Acta Conſiſt.

XLII. 38. FRANCISCUS, Romanæ domus S. Antonii Præceptor, à Leone X. Fundanam ad ſedem ſubvectus eſt anno 1520. 1. die exordientis Octobris.

XLIII 39. JACOBUS Pellegrinus Nicolai nepos, per ea tempora Fundanorum Pontifex fuit, cum miſerabiliter à graſſantibus Turcis depopulata eſt 1534. Itaque ſui gregis propemodum malis, ærumniſq; oppreſſus, Fundanæ Eccleſiæ remiſit nuncium Paulo D III. Farneſio annuente anno 1537. Adeò pauci ſunt, qui contra iratæ Fortunæ reflantes ventos moderati, invictiq; animi ratem velint propellere. Obiit in terra Monticuli, cujus oſſa Jo: Baptiſta Comparinus ſucceſſor in Cathedralem Fundanam tranſtulit, ubi legitur hæc memoria in choro.

Jo: Baptiſta Comparinus Epiſcopus Fundorum pietate motus transferri curavit corpus Jacobi Pellegrini Epiſcopi Fundani, qui diu jacuerat in Terra Monticuli, congregata ſynodo in feſto S. Eleutherii Papæ, & Martyris, & omnes rogaverunt pro eo, anno Domini M.DC.XVI. Paulus Cavallarius familiaris ſupradicti Jo: Baptiſtæ Epiſcopi hanc memoriam fieri fecit M.DC.XVIII. A

40. JO: ANGELUS Pellegrinus ſuperioris Jacobi nepos ex ceſſione patrui Epiſcopus dictus eſt anno 1537. die 24. menſis Decemb. XLIV

41. JO: ANDREAS Caffarellus Romanus Epiſcopus electus eſt: poſt aliquot annos onere, & honore ſe abdicavit anno 1555. XLV.

42. FAUSTUS CAFARELLUS nobilis Romanus, V.S. Refer. olim ex ceſſione patrui Vaticanæ Canonicus 1549. Fundanus verò Epiſcopus effectus eſt anno 1555. die 17. menſis Julii, interfuitque Tridentino Concilio; fato demum conceſſit 1566. XLVI

43. MATTHÆUS Guerra Cuſentinus, in celebrioribus Theologis, ac Canoniſtis, qui Tridentino Concilio intereſſent, præcipuus, ex Epiſcopi S. Marci Theologo, hunc ad Epiſcopatum aſſumptus eſt 1567. die 2. menſis Januarii. Anno verò 1576. translatus eſt ad Epiſcopatum S. Marci in Calabria. De quo iterum ibi. XLVII.

B 44. PIUS Lotherius nobilis Neapolitanus, Montis Caſini Monachus, Priorque Clauſtralis S. Severini Neapoli ſubiectus eſt die 30. menſis Januarii ann. 1576. acerrimus Eccleſiaſticæ libertatis defenſor. Epiſcopale palatium extruxit. In Monte Caſino deceſſit 1590. ibidemque tumulatus quieſcit. Conſule de eo Arnal. Wion. lib. 2. ligni vitæ, („ *Et Petrum* „ *Diaconum de viris illuſ. Caſinen. in ſuppl. Placidi Romani* p. 127. Mandoſ.) XLVIII.

45. JOANNES Baptiſta Comparinus Mantuanus promotus eſt anno 1592. die 5. menſis Aprilis *a*. Deceſſit autem 1616. Hujus honorificè meminit Hippolytus Donesmundus in hiſt. Mantuana par. 2. XLIX *a Synodum habuit.*

46. LELIUS Veteranus Urbinas electus anno 1616. die 5. Novemb. Deceſſit autem 1619. L.

47. AUGUSTINUS Gandulphus Jannenſis demortuo Lelio ſuffectus eſt anno 1619. die 28. menſis Januarii; anno verò 1636 *b*. translatus eſt ad Eccleſiam S. Agathæ Gothorum. („ *Hic Jo: Auguſtinus dicitur ab Oldoino in Athen. Liguſtico* p. 303. *quem* C „ *vide*. Mandoſ.) LI *b 1636. 3. Decemb.*

48. MAURITIUS Raganus Cajetanus J. U. D. ab Urbano VIII. Epiſcopus Fundanus electus anno 1636. die 7. Aprilis. Obiit autem anno 1640. LII.

49. Fr. JO: PETRUS *c* de Theano, Ordinis Minorum Conventualium, Proreginæ Neapolitanæ à confeſſionibus, electus Epiſc. 13. Augusti 1640. LIII *c Fr. PETRUS Paulus Pintus ex Actis.*

ADDITIO.

(„ *Neapoli obiit menſe Septembri* 1661. *ſepelitur* „ *in Eccleſia S. Franciſci vulgo à Capo di Monte in ſacello à ſe conſtructo, & dotato.*

„ *SIMON Oliverius de Rocca Guglielma J. U. D.* „ *electus* 13. *Martii* 1662. *obiit cunctis lachrymantibus* „ *in Oppido Lenolæ die* 1: Novemb. 1668. *cadaver delatum in Cathedrale Templum ibi ſepelitur.* LIV.

„ *PHILIPPUS Alferius Oſſorius nobilis Aquilanus, & Aquilanæ Eccleſiæ Archidiaconus, ejuſdemque Vicarius Generalis, & interregno Vicarius Capitularis J.U.D. & ſummæ prudentiæ Vir, ut in arduis ſummoperè adhibitus fuerit à Cardinalibus Medices* D „ *& Julio illo Roſpiglioſo, qui poſtea fuit Clemens IX. à quo hoc Epiſcopatu exornatus eſt die* 1. *Aprilis* 1669. „ *Alumnos Clericos ad normam Concilii Tridentini,* „ *& Moniales in hanc Civitatem introducere enixè ſtuduit. Denique in ſuo Epiſcopio decumbens, & perniicioſa vi morbi attritus, dum jam ipſi pigebat vivere,* „ *de morte corporis hujus liber exiit in pervigilio S.* „ *Matthiæ Apoſtoli* 1692. *in Cathedrali ſepultus jacet.* LV.

„ *MATTHÆUS Galliani nobilis Neapolitanus* „ *J.V.D. Confeſſarius, & Miſſarius cum magno animarum proventu in quamplurimis locis, qui præcipuè deputatus in munere Congregationis controverſiarum* „ *Canonum ingenii ſui præclaro lumine effulſit ad hanc* „ *ſe-* LVI.

(1) Marcellus de Urbe fertur poſt Dominicum ſediſſe in iis ſchiſmatum temporibus, quo Fundis ortum habuere, cum profugi Cardinales ab Urbe Roma contra Urbanum VI Cardinalem Gebennenſem ſub nomine Clementis VII Pontificem acclamarunt, inauguratione ſecuta ante fores hujus Cathedralis, cui ut gratificaretur, Diploma indulſit Dat. Avenione id. Junii an. VII. ſui Pſeudopontificatus, quo conceſſit Capitulo Cathedrali fructus, proventus, & omnia jura Eccleſiarum S. Gervaſii, S. Sebaſtiani, S. Simeonis, & aliarum Eccleſiarum ruralium in Territorio Fundano exiſtentium. Quæ tamen elargitio nullum unquam effectum habuit. Conceſſionis Authenticum in Archivo Epiſcopali aſſervatur. In ſupradicta indulgentia reperitur Marcellus ſubſcriptus an. 1416. 6. Decemb. Lucenti.

(2) Hic ex mente Auctoris in Append. tom. 7. delevimus totum id, quod de Fr. Antonio Alexandrino, qui nunquam Fundanus Epiſcopus fuit, retulerat Ughellus deceptus à Giano in Annal. Servorum.

„*ſedem pervenit* 20. *Julii* 1693. *Eccleſiaſticam diſciplinam ex nimia deceſſoris indulgentia, & longiori* „*ægritudine collapſam reſtituere dum fatagit, ad Soranam translatus eſt anno* 1703. *die* 15. *Januarii*.

LVII. „*VICTOR Felix Conti nobilis Tudertinus J.V.D.* „*cum eſſet Decanus Cathedralis Montis Faliſci, &* „*Vicarius Generalis ejuſdem Eccleſiæ, approbante le-* „*ctiſſimum hominem Cardinali Barbadico Montis Fa-* „*liſci Epiſcopo, ad Fundanam aſſumptus eſt ſedem* 12. „*Febr.* 1703.

HORTANI EPISCOPI.



HORTA antiqua Etruriæ Civitas eſt, prope fluvium Tiberim, atque Narem in antiquis Faliſcis ſituata. Hunc Hortum appellat Plinius, ignoraturque ejus exordium *a*, tametſi apud omnes conveniat antiquiſſimæ illam fuiſſe fundationis. Quamobrem qui illius auctorem indagare conati ſunt, in fabulas inciderunt, Janum, aut filios ejus jactantes Hortanæ Civitati fundamenta jeciſſe; nonnulli narrant ab Ortano Moniorum Duce fortiſſimo duxiſſe originem. Alii Hortam Meontorum Deam illam aſſeruerunt fundaſſe, quod ipſum ex ipſa nominum ſimilitudine videri volunt probabile. Nam qui Janum hujus Civitatis auctorem fecerunt, inde conjecturæ ſuæ ſubſidium quæſiere, quod in Divis tutelaribus, quos olim vaniſſimè coluit, præcipuus Janus fuit. Hæc inquam fabulæ ſimillima arbitror, adducorque potius, ut credam, Hortam ex illis Faliſcorum Coloniis unam eſſe, quæ munitiſſimo loco ſubſtructa, rebellantium olim Arx ineluctabilis fuerit. Siquidem inde poſtea Albericus Marchio formidabilis factus Ungaros in Italiam advocavit ad prædam, ut narrat Antonius Maſſa lib. 1. de rebus Faliſc. Longobardis deinde bellica præda ceſſit, eidemque victores, tanquam ad bellandum munitiſſimo loco quæſiere ſubſidia, munimentaque adjecere, ut Paulus Diaconus narrat, donec à Ravennate Exarcho recuperata Lõgobardos tyrannos excluderet. Jam inde ab Apoſtolorum alumnis fidem Chriſti accepit, quam deinde ſua prædicatione Lucius Papa in paucis fovit, conſervavitque, donec Conſtantini Magni temporibus, Pontificiſque Sylveſtri, falſis numinibus palam expugnatis, uni vero Chriſto Regi, Deoque ſanctè litaret. Templum Jovis, omni falſæ religionis eliminata ſuperſtitione, Chriſto vero Deo idem S. Pontifex dedicavit, eidemque Civitati Præſulem, Paſtoremque attribuit circa annum 330. qui fuit Joannes Montanus vir ſanctitate conſpicuus. Vulcani Templum per idem tempus expurgatum eſt, ac S. Jo: Baptiſtæ conſecratum, ut in eo baptiſmalis fons emineret, unde abluerentur infantes. Cætera Templa à veteri impietate ad novam Chriſti Domini pietatem traducta, partim Deiparæ Virginis, partim Principis Apoſtolorum cultu illuſtrata ſunt. In Cathedrali, diu Epiſcopalis marmorea ſedes fuit, ubi primum Joannem Epiſcopum ſediſſe fama erat; ſucceſſoreſq; deinceps, ut inde ſubjecto ſibi populo benè precarentur, ibi primùm collocabantur in throno. Hic mos, rituſque injuria eorum, qui ſucceſſere, in deſuetudinem abiit, non ſine lachrymis cordatorum, quibus veneranda antiquitas cordi maximè eſſe ſolet. Hortanus Epiſcopus in Romanæ Provinciæ Præſulibus numeratur, Innocentiique III. privilegio Senatoriam Cardinalitiam purpuram adjunctam habuit, ut refert Azorius par. 2. lib. 4. cap. 1. Quam quidem dignitatem Honorio II. ſedente, etiam obtinuiſſe conſtat uſque ad annum 1126. in quo Rodulphus Cardinalis Hortanus purpura ſenatoria decoratus eſt. Cæterùm non diu Cardinalitia dignitas Hortanis Epiſcopis manſit. Siquidem Eugenius III. ſex tantùm Romanæ Provinciæ Eccleſias ſanxit eo privilegio debere gaudere, cæteris ad commune aliorum Epiſcopatuum jus vocatis. Quoniam verò Eugenio deinde IV. ſedente Hortana Eccleſia adeo ad pauperiorem cenſum redacta erat, ita ut ejuſdem Præſul, vix ſatis ſuam dignitatem tueri poſſe videretur, Caſtellanæ Civitatis Epiſcopatui juncta eſt, ut videre eſt in Bulla ejuſdem Pontif. ann. 1447.

a A Pelaſgis conditam Hortam opinatus Fontaninus in libro de Antiquit. Hortæ pag. 5. & ſeqq.

ADDITIO.

(„*Modo Horta Septingenta focularia, & propemodum tres mille habitatores complectitur. Ejus Cathedrale templum B. Virgini in Cœlum aſſumptæ dicatur, in quo divina perſolvunt* 17. *Canonici. Ex his unica poſt Pontificalem dignitas eminet, & Pœnitentiarius, nonnullique alii Presbyteri, & Clerici inferiores. Palatium ipſa inhæret ſatis commodum pro Epiſcopo; nec non Seminario gaudet ad normam Concilii Tridentini,* 5. *Virorum,* 2. *Monialium monaſteriis,* 2. *Xenodochiis, & monte Pietatis, &* 5. *Parochialibus Eccleſiis. Propriam verò habet Diœceſim Hortana ſedes cum Regularium ſeptis apud Surianum, & Canepinam. Ejus oppida ſunt:* Soriano, Canepina, „Baſſanello, Baſſano, Chia, S. Liberato: *& ex his* „*octo millia hominum capita exurgunt.* Luc.)

Præſules qui in Hortana Eccl. divinum jus dicturi ſederunt, ii ſunt, qui ſequuntur, quos ex ejuſdem ſcripturis, monumentiſque, atque actibus conſiſtorialibus, quanta potuimus maxima diligentia, eruimus, ut proferrentur in lucem.

1. JOANNES Montanus à S. Sylveſtro Papa I.
Hortenſis primus Epiſcopus fuit ordinatus, circa annum 330. Sanctè, pieq; hanc rexit Eccleſiam, fibraſq; omnes impietatis evulſit; quodque ab aliis fuerat plantatum, diligentiſſimè coluit, irrigavitque. Deceſſit in ſumma Eccleſiæ tranquillitate.

2. S. CASSIANUS Alexandrinus, *b* genere II.
Ægyptius, ſub Joviniano Imperatore in Italiam veniens Epiſcopus Hortanus factus eſt, an. 363. Templumque S. Laurentio ſacrum conſtruxit, ut narrat Volaterranus in Antropolog. extatque apud S. Antoninum Archiepiſcopum Florentinum. Qui Auctores commemorant hunc ſanctum peregrinationis ergo receſſiſſe in Gallias, ibique in locum S. Simplicii Epiſcopum Auguſtodunenſem fuiſſe ſuffectum, mihi perſpicuè videntur tempora invertere. Siquidem ſi hic Caſſianus primùm Hortenſis, & poſtea Auguſtodunenſis Epiſcopus fuit, non cohæret Hortanæ Eccleſiæ præfuiſſe illum an. 363. ut illius Eccleſiæ monumenta habent. Simplicius enim Auguſtodunenſis Epiſcopus deceſſit, anno 349. (1) eique ſuffectus eſt Caſſianus, qui illam Eccleſiam per 20 annos ſanctiſſimè gubernavit, ut doctiſſimus Claudius Robertus refert, in ſua Gallia Chriſtiana. Quamobrem aſſerere oportebit Caſſianum ante annum 363. Hortanæ præfuiſſe Eccleſiæ, quod eveniſſe potuit anno 340. Caſſiani porrò cum laude meminit Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum cap. 79.

b S. Caſſiani Acta e vetuſtis codicibus deſcripta edidit Fontaninus in Antiquit. Hortæ p. 315. & ſeqq.

3. LEO Epiſcopus fuit, tametſi tempus, quo floruerit, ignoretur, probabilis tamen conjectura eſſe poteſt ſucceſſiſſe Caſſiano. Eam dignitatem viginti annos.

(1) At neque verum eſt Simplicium diem extremum obiiſſe an. 349. neque Caſſianum ſub alio Imperatore, quam Joviano, Hortenſem Epiſcopum ordinatum fuiſſe, quod ejus Acta teſtantur. Ubi cum Caſſianus dicatur triennio manſiſſe Auguſtoduni cum S. Simplicio, hic obiiſſe non potuit ante an. 366. quo defuncto, cum Caſſianus Æduenſibus præfuerit an. 20. ut conſtat ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ, oportet hunc e vita non migraſſe niſi anno 390. ut diſertè affirmat Auctor anonymus, qui ejus miracula deſcripſit ann. 840. Rurſum vero cum occiſo Juliano Imperatore in bello Perſico VI. Kal. Julias, pro eo ſtatim levatus ſit Jovianus V. Kal. Julias; atque is deinde XIV. Kal. Martias anni proximè ſequentis mortalitatem expleverit, ut ſtatuit Pagius ad ann. 364. n. 11. non debuit Caſſiani electio in Epiſcopum Hortanum accidiſſe niſi anno vulgari 363. Atque hinc corrigendi Godeau, Hermannus, Sammarthani, Lubinus, & ceteri, qui contra Actorum fidem aliter de Simplicio, & Caſſiano ſentiunt. *Fontaninus*.

nos cum laude ſuſtinuit,ut prodit lapis repertus apud Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ in Fonte,qui hactenus in Eccleſia S. Petri aſſervatur,ita inſcriptus.

Hic requeſcit in pace Leo Epiſcopus qui ſedit annos XXIII. menſe. ....dies...

IV. 4. MARTIANUS *a* Synodo interfuit celebratæ à S. Symmacho Papa anno 50 *b*.

a Martianus. b 502.

V. 5. HUBALDUS Proſenius Epiſcopus,Civiſque Hortanus ſub M. Gregorio floruit, interſuitque Laterano Concilio celebrato anno 592. (1) atque ab eodem Pontifice ad Hortanos Cives Legatus fuit,ejuſdem auctor futurus,ut Ravennati Exarcho magis, quam Longobardis vellent parere.

VI. 6. BLANDUS, niſi fortè idem eſt cum ſupra memorato Hubaldo,(2)ſub eodem M. Gregorio floruit;cujus alicubi meminit Baronius. Meminit ejuſdem Gregorius in epiſtolis ad Exarchum Ravennæ, ut permittat eum ad Eccleſiam ſuam reverti.

VII. („ JULIANUS *Hortanus Epiſcopus deſcribitur in „ Rom. Concil. an. 649. alii Codices habent Hoſtano* . „ Lucentius.)

VIII. („ MAURITIUS *interfuit Synodo Rom. an.* 743. „ Lucentius.)

IX. 7. ADAM an. 761. apud eundem Baronium.

X. 8. STEPHANUS in Concilio Romano an. 826. ſub Eugenio II. apud Baronium.

9. MAGESTIUS ſub Leone IV. an. 847. Concilio interſuit ab eodem Pontifice celebrato (3).

XI. 10. ARSENIUS ſub Nicolao I. Pontifice vixit an. 960. *c* Hunc illum Arſenium Epiſcopum ſuſpicor eſſe S. Romanæ Eccleſiæ Apocriſarium, qui ab eodem Pontifice legatus in Galliam miſſus eſt,ut Lotharium Regem à neſario Waldradæ concubitu revocaret,atque arceret, eundemque cum Teutperga legitima Regina reconciliaret. Ea de re conſule Anaſtaſium Bibliothecariũ in vita Nicolai I. Pontificis.

c 860.

XII. 11. ZACHARIAS in pervigilio Dominicæ apparitionis defunctus eſt;ut antiquiſſimum M.S. Martyrologium notat Monaſterii S. Zenonis Piſani,apud eruditum virum Carolum Strozzam.

XIII. („ STEPHANUS *II. Ortenſis Epiſcopus jam erat „ an. 897. quo interfuit Synodo Stephani Papæ VI. vel „ VII. contra Formoſum,ejuſque actis licet coacte ſub„ſcripſit. Cujus criminis veniam poſtea anno 904. & pe„tiit,& impetravit à Romano Concilio,à quo Acta præ„dicta ſub Stephano Synodi reſciſſa ſunt, cujuſque ſen„tentiam in abſolvendo Formoſo ſuo quoque calculo ju„vit. Id totum eruitur ex ſupplemento ejuſdem Conci„lii, quod ex pervetuſto, ac præclaro Codice Patrum „ Oratorii Romani deſcripſerunt Mabillonius, ejuſque „ ſocius in Muſeo Ital. tom. 1. par. 2. pag. 86. & ſeqq. „ quodque mirum eſt præteriiſſe ſollicitam Harduini in„daginem in noviſſima Conciliorum adornanda editio„ne. Et licet ibi dicatur Stephanus modo Oſtenſis mo„do Ortenſis, dubitetque Mabillonius in Indice, Oſtiẽ„ſis, an Hortanus Epiſcopus habendus ſit, Hortanæ ta„men ſedi adjudicandum eſſe non dubito, cum eo anno in „ Oſtienſi Cathedra ſederet Guido.*)

XIV. („ PETRUS *Ortenſis Epiſcopus Joannis X. Apo„criſarius præſedit Concilio Althemenſi in Rhetia an. „ 5. Conradi Regis, qui fuit Christi 916. vel 917. ex de„creto Burchardi l. 11. cap. 68.* Luc.)

XV. 12. N..... an. 963. apud Baronium.

XVI. („ LAMBERTUS *Epiſcopus Hortanus vivebat „ an. 1005. ut patet ex Notitia publica coram ipſo & „ Guizone Comite Hortano ibidem conſcripta in cauſa „ Hugonis Abbatis Farfẽſis, quam integrã damus in fi„ne noſtri libri de Antiquitatibus Horta.* Fõtaninus.)

XVII. 13. *JOANNES Epiſcopus Hortanus ſubſcriptus reperitur diplomati Benedicti XII. *c* Papæ an. 1017. pro erectione Cathedralis Biſolduni apud Jo: Tamayum in Martyrol. Hiſp. tom. 1. („ *Item alteri „ diplomati ejuſdem Benedicti VIII. atque ejuſdem an„ni 1017. pro eadem eccleſia S. Salvatoris Biſuldo„nenſis. Extat utrumque diploma apud Petrum de „ Marca in appendice ad Marcam Hiſpanicam n. 176. „ & 178. Idem Joannes Hortanus Epiſcopus an. 1027. „ ſubſcripſit quoque diplomati non adhuc edito, quo Jo„annes XX. alias XVIII. Urſoni Patriarchæ Graden„ſi omnia privilegia antecesſorum confirmavit adver„ſus Popoaem Patriarcham noſtrum Aquilojenſem.* „ Fontaninus.)

** Ex App. t. 5. c VIII.*

14. JOANNES in Synodo Joannis XIX. Papæ, in Eccleſia S. Sylveſtri celebrata pro Eccleſia Sylvæ Candidæ interfuit,& ſubſcripſit anno 1028. (4)

15. *LAUDOVINUS *d* Epiſcopus Hortenſis memoratur in veteri fragmẽto Synodi Romanæ ſub Benedicto IX. an. 1036. quod in Peruſinis exſcripſimus. (5) XVIII

** Ex App. tom. 9. d al. Laudinius ſeu Landovinus.*

16. RODULPHUS ab Honorio II. Pontifice creatus eſt Diaconus Cardinalis an. 1126. *e* ab Innocentio vero II. Hortanus Epiſcopus an. 1130. eo ſcilicet maximo tempore, cum Hortana Eccleſia ſacram purpuram cum Epiſcopali dignitate haberet annexam,cui poſtea privilegio Eugenius III. ut narrat Azorius,pondus abrogavit. („ *Subſcripſit Grego„rius Diplomati Innocentii II. Monaſterio Brixienſi „ SS. Fauſtini, & Jovitæ an. 1133. Brixiæ conceſſo, quod „ extat apud Margarinum tom. 2. p. 145. Item alteri pro „ Monaſterio Aretino SS. Floræ & Lucillæ dato Piſis „ an. 1135. ibid. p.* 149. Fontaninus.) XIX.

e 1125. ex Ciaconio Olduino.

Rodulphus autem cum Canonicis Hortanis graves,implicitaſque lites exercuit, quas Eugenius prudenter compoſuit an. 1145. ut in ſubjecta bulla liquidò patet,quæ in Hortano Archivo ad hanc diem diligentiſſimè aſſervatur.

EUGENIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Leoni Primi Majoris Eccleſiæ B. Mariæ Ortenſis, ejuſque filiis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NE oblivionis obſcuritas per deſuetudinem humanis mentibus ingeratur, quod ſuper cauſarum litigiis judicatum fuerit, vel deciſum ſcripturæ debitæ memoriæ cõmendare, ut per hoc ſecutura poſteritas habeat, quod futuris temporibus evidẽter agnoſcat. Quapropter quæ ſuper quæſtionibus, quæ inter vos, & ven. fratrem noſtrum Rodulphũ Epiſcopum veſtrum in noſtra præſentia ventilata, & nobis determinata ſunt præſentis ſcripti ſerie præcipimus annotari. Juxta itaque Eccleſiæ veſtræ antiquas conſuetudines firmiter ſtatuimus, ut Eccleſias, terras, vineas, & oblationes, de quibus quæſtio vertebatur, habeatis, & pacifice teneatis, exceptis de quatuor feſtivitatibus, in quibus Epiſcopus habeat quartam partem de panibus, videlicet in Nativitate Domini, in prima Dominica Quadrageſimæ, in Paſcha, & in Aſſumptione B. Mariæ, in Nativitateque & in Paſcha habeat monetam & faciat omnibus vobis procurationẽ in Cœna Domini; inſuper habeatis medietatem de publicis pœnitentiis, & de ſacris, & ordinationibus ubicumque Epiſcopus, & per totum Epiſcopatum fecerit. Cum verò Epiſcopus per feſtivitates iverit, habeat ſecum Diaconum, & Subdiaconum, & duos alios ex vobis, & quando vadit per Comitatum, ducat ſecum duos de vobis, quos tu fili Prior, & poſt tuum obitum ſucceſſores tui ad hoc elegeritis. Præterea quæcumque alia bona prædictus noſter frater Epiſcopus, & vos in Epiſcopatu juſtè, & canonicè Domino propitio poteritis adipiſci, vos, & ſucceſſores veſtri cum Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus quietè, & communiter de cætero habeatis. Si quis autem contra &c.

Datum Viterbii quarto nonas Januarii.

17. PAULUS, Laterano Concilio interfuit anno 1179. conſecrationique S. Laurentii in Lucina ſub Cœleſtino III. anno * 1196. ut prodit marmorea me-

** Ex App. tom. 2.*

(1) Verum neque Concilium ullum Lateranenſe coactum legimus an. 593. neque in Actis Eccleſiaſticis quidquam occurrit de hoc Hubaldo Proſenio; ideoque de illo nihil certi affirmare poſſumus. *Fontaninus.*

(2) Diverſus ſane ab Hubaldo, cum Hubaldus apertiſſimè pro Exarcho Ravennate ſtaret, Blandus verò ab hoc fuerit detentus, unde pro Blando ſcribit Gregorius ad Exarchum, ut eum dimittat. l. 3 Epiſt. 31. *Luc.*

(3) Tollendus ex hac ſerie Megetius. Nam in hac Synodo, quæ non fuit celebrata anno 847 ſed anno 853. defuit Hortanus Epiſcopus inter tot alios ibi enumeratos: forſan tunc temporis hæc Eccleſia ſuo carebat Paſtore. Adfuit tamen Megetius non autem Hortanus, ſed Oſtienſis Epiſcopus, quem & Ughellus inter Oſtienſes enumerat. *Luc.*

(4) Joannes iſte in ea Synodo à nobis diligenter perſpecta non reperitur adnotatus: quare vel idem eſt cum ſuperiori proximè indicato, vel nullus eſt, ſi ex præfata Synodo ſui exiſtentiam ſibi conciliat. *Lucentius.*

(5) Poſt Landovinum ponit Fontaninus Gregorium, qui reperitur ſubſcriptus Diplomati Leonis IX. monaſterio S. Gratæ de Bergamo conceſſo an. 1049. Verum jam in Oſtienſibus dictum privilegium ut ſuppoſititium eliminavimus, ejuſque falſitatem pluribus oſtendemus in tomo 4. ubi ab Ughello refertur: proinde niſi aliunde conſtet exiſtentia hujus Gregorii, per nos ab hac ſede exulet, neceſſe eſt.

A memoria in eadem Eccleſia proſtans. Conſecravit Eccleſiam S. Nicolai Epiſcopi de Urde in regione Campitelli an. 1280. ut ex marmorea ibidem inſcriptione liquet.

XXI. 18. PAULUS Paulo ſucceſſit ab Innocentio III. Hortanus electus Epiſcopus circa annum 1200. cum ejuſdem Pontificis familiaris eſſet, ac Capellanus, ex vita ejuſdẽ Pontificis M.S. in Bibliotheca Vaticana.

XXII. 19. N. (1) Epiſcopus Hortanus electus, & conſecratus ab Honorio III. an. 1222. ex reg. Vat.

XXIII 20. TRANSMUNDUS ann. 1239. Orta inter hunc Epiſcopum, & Abbatem Saxlvivi lis de juriſdictione à Stephano tit. S. Mariæ Tranſtiberim Cardinali dirimitur juſſu Innocentii IV. ut ex ejuſdem Pontificis litteris liquet. Datum 3. Kal. Martii an. 1. epiſt. 51a. fol. 82.

XXIV 21. JOANNES an. 1248. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ de Tuſcanella, ut in eadem Eccleſia antiquiſſima inſcriptio prodit.

XXV. 22. Fr. PETRUS („ *de Popleto*) Ordinis Minorum („ *Capellanus Octaviani Vbaldini Diaconi Card.* „ *S. Mariæ in via lata,*) electus eſt ab Alexandro IV. an.* 1255. *a* de cujus electione hoc Pontificium diploma prodiit ad Hortanum Clerum, qui eundem Petrũ poſt mortem Joannis unanimi conſenſu delegerat.

* Ex App. tom. I. a 1254. Fontan.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diœceſis Hortenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Debitum officii noſtri requirit, ut noſtræ ſollicitudines alias quibus aſſiduè premimur ſententialiter cura Eccleſias ſolertiam adhibentes ipſarum utilitatibus intendamus in eo maximè, ut ne longæ vacationis diſpendia patiatur, celeriter noſtræ diligentiæ ſtudio provideatur ſubſtitutione Paſtorum, per quos ſpiritualiter, & temporaliter, auctore Deo continuum ſuſcipiant incrementum. Sanè Hortana Eccleſia dudum Paſtoris ſolatio deſtituta dilecti filii Canonici ejuſdem Eccleſiæ, voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe . . . . præfixa convenientes in unum, & Spiritus Sancti auxilium invocatum in dilectum filium fratrem Petrum ordinis Minorum electum Hortanum tunc Capellanum dilecti filii O. ſanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis virum utique pietate, Religione, ac honeſtate conſpicuum, conſilio providum, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum unanimiter conſenſerunt eligentes eum in eorum Epiſcopum, & Paſtorem, propter quod dilectum filium Rainerium Nuncium ipſorum ad ſedem Apoſtolicam deſtinantes. humiliter poſtularunt à nobis, ut electionem hujuſmodi confirmare de benignitate ſolita curaremus. Nos igitur quia invenimus electionem præfatam de perſona idonea canonicè celebratam, illam de fratrum noſtrorum conſilio duximus confirmandam. Ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem electum tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes, obedientiam ſibi, & reverentiam debitam impendatis, ejus monitis, & mandatis ſalubribus humiliter intendenda. Alioquin ſententiam, quam ipſe tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, authore Deo uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari.

Datum Neapoli II. idus Aprilis Pontificatus noſtri an. 1.

Hic Petrus S. Franciſci Alumnis Eccleſiam Hortanam S. Angeli cum ſuis juribus liberaliſſimè attribuit, quam deinde donationem privilegiis auctam Bonifacius IX. ratiſſimam habuit. Obiit Petrus anno 1284.

XXVI 23. CONRADUS Archidiaconus Viterbienſis defuncto Petro, à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Martino IV. anno 1284. 14. Kal. Januarii ex regeſt. Vatic. ep. 66. fol. 221. anno 4. ubi habetur quod Capitulum ſtatim ſecuta morte Petri Epiſcopi, F. Priorem S. Andreæ Urbevetanæ Diœceſis elegit, qui noluit conſentire; iterum poſtulavit Henricum Canonicum Tudertinum, qui & ipſe renuit onus epiſcopale ſuſcipere; tandem tertio, reſtauratis comitiis, Conradum hunc poſtulavit, qui electioni conſentiens, confirmatur à Pontifice, ut dictum eſt.

24. BARTHOLOMÆUS *b* electus à Bonifacio VIII. anno 1296. 5. Kal. Febr. ep. 20. fol. 165. Deceſſit anno 1298. ex reg. Vatic apud VVaddingum. XXVII.

b Vel Bartolus.

25. Fr. LAURENTIUS *c* Veliternenſis Ordinis Minorum, poſt Bartholomæi exceſſum adlectus eſt, 1298. apud VVaddingum. De eo hæc memoria lapidea proſtat ſupra ſacrarium Cathedralis Eccleſiæ. XXVIII.

c Hujus meminit Thenlus in Append. minor. p. 191. Mand.

Annis millenis, CCCXXXIII. indictione prima, Auguſti die XXI tempore Joannis XX. Papa Secundi, hoc opus edif: nomine Chriſti dilectoeſt ſub R.P. Laurentio Ol. Fratre Epiſcopo, Clericorum nomina hæc ſunt eorum Presb. Ægidii, Presb. Nicolai, Presb. Petri, Ranuci Andrea, Presb. Joannis Nicolai, Presb. Sancti, Presb. Abrahamis Vannicelli, Menici, Uſuarugis. Et ego Petrus D. Nicola Prior Eccleſiæ Hortanæ ſculpſi hunc lapidem.

26. NICOLAUS ex nobili familia ex Zabereſ-
B chis, filius quondam Nerei, Hoberti filii, Hortanæ XXIX
ſuæ Patriæ Epiſcopus ex Canonico à Capitulo adlectus eſt anno 1334. die 7. menſis Aprilis, confirmatur à Benedicto XII. ſequenti anno Kal. Maii ex reg. Vatic. ep. 303. hic propiori affinitate contingebat Oddonem, atque Richardum fratres nobiles Romanos, uni S. Euſtachii ſe jactabant affines. Vir erat ſagax, ac imperterriti pectoris, ideoque Ægidio Card. Albernotio Italiæ Legato, commiſſarius fuit adhibitus. Sabinam Provinciam Prolegatus frænavit; Vicarius fuit Arcis Præfectorum Vici, atque Baſſaniæ, Turricellæque Dominus; multa alia Caſtella ſuæ juriſdictioni ſubdita habuit. Deceſſit an. 1362.

27. JOANNES antea Epiſcopus Kiſſanenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt, anno 1362. die verò 16. menſis Auguſti ſolita penſione, atque tributo Apoſtolicam Cameram veneratus eſt. XXX.

28. PETRUS Civis Hortanus ſuorum Civium Pontifex fuit, vixitque anno 1365. Xenodochio S. Crucis, quod hoc tempore Chriſti appellant, indulgentias dilargitus eſt. Deceſſit autem circa ann. 1366. XXXI

C 29. Fr. JOANNES *d* Fulginas Ordinis S. Dominici ſublectus eſt anno 1366. ſibique creditam Eccleſiam ſaluberrimis Synodalibus legibus conſtitutam habuit, quæ adhuc in illius Eccleſiæ præcipuis monumentis diligentiſſimè aſſervantur. Deceſſit 1393. ut ex regeſto Bonifacii IX. colligitur. XXXII.

d De hoc Fontana de Rom. Prov. p. 117 Mand.

30. Fr. PAULUS Albertius nobilis Florentinus Ordinis Minorum *e* Interfuit ictis fœderibus, inter Ladislaum Neapolitanum Regem, Eccleſiamque Hortanam anno 1413. Hanc Eccleſiam diligentiſſimè adminiſtravit uſque ad annum 1420 *f*. Deinde ad Epiſcopatum Adiacenſem in Corſica translatus eſt. XXXIII.

e Electus eſt anno 1396. 1. Id. Novemb. ex Vvaddingo.

f 5. Junii

31. SANCIUS, ſeu Santes ſucceſſit Albertio anno 1420. die 17. menſis Junii, anno verò 1432 *g*. ad Epiſcopatum Civitatis Caſtellanæ translatus eſt. Deceſſit circa annum 1435. XXXIV

g 14. Kal. Apr.

32. VALENTINUS Interamnenſis, ex Canonico Epiſcopalem dignitatem obtinuit anno 1432. XXXV.
die 14. menſis Aprilis, cumque Hortanus, Civitatiſque Caſtellanæ Epiſcopatus tenuioris cenſus eſſent, ut eorum dignitati tuendæ vix poſſe ſufficere videD retur, extincto Sancio, Eugenius IV. utramque junxit Eccleſiam, ut ſimul junctæ deinceps Paſtori alendo eſſent an. 1437. primoque Valentino contigit utramque junctam Eccleſiam habere ſubjectam. Ejus fœderis, unioniſque bullam hic adſcribere placuit, ne rei memorabilis interiret memoria.

EUGENIUS EPISCOPUS,

Servus ſervorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Sacroſancta Romana Eccleſia, quæ ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatum, circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium, earumque profectu, ut pia mater de filiarum neceſſitate ſollicita, vigilanter excogitat, & providenter intendit, ut quandoque etiam per miniſterium unionis accomodæ, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & illarum utilitas perſuadet, Eccleſiarum ipſarum

(1) Nomen hujus Epiſcopi Vvido erupit ex Urna marmorea, forſan pro fonte baptiſmali inſtituta, quæ aſſervatur hodie in Eccleſia Caſtri S. Eliæ Diœc. Nepeſinæ ad uſum aquæ luſtralis, circa quam optimè ſculpta hæc verba leguntur: † *Anno Domini MCCXXII D. Vuido Præſul Hortanus tempore D. Vuilielmi Abbati ſieri fecit:* quo ſanè anno ab Honorio III. conſecratus fuerat. *Lm.*

A rum ſtatus ſtudeat efficaciter providere. Attendentes itaque, quod Hortana, & Civitatis Caſtellanæ Eccleſiæ, quæ dudum fuerant propriis facultatibus opulentæ, adeo propter diverſas calamitates, & ſuccedentium temporum ſiniſtros eventus, quibus partes illæ, proh dolor, afflictæ fuere, in earum redditibus, & facultatibus tenues factæ, & exiles exiſtant, quod propter inopiam, & tenuitatem hujuſmodi redditnum, & proventuum Præſules in illis ſubſtentari non poſſunt, & propterea Pontificalis in eiſdem vileſcit authoritas, Epiſcopali dignitati reverentia debita minimè exhibetur, Præſuleſque ipſi in ſuorum conſervatione jurium, etiam regalium, ac defenſione eorumdem redditnum plurimum impotentes, cum reverà ad hujuſmodi jura tuenda non ſolùm circumſpectionis induſtria, & ſollicitudo Pontificalis curæ profectum adducant, quinimmo potius ſufficientia facultatum. Hac moti conſideratione, cupienteſque ipſarum pauperum Eccleſiarum indigentiæ ſubvenire, ac ſtatum utriuſque per unionis miniſterium ſalubriter formare, dum ipſæ Eccleſiæ ſub unius, & ejuſdem Præſulis moderamine B reductæ feliciter, ex ipſarum unita potentia utriuſque Præſul in eis valeat commodius reſidere, ſua jura defendere, & commiſſos ſibi populos felicius gubernare. Itaque pro evidenti ipſarum Eccleſiarum utilitate conſiderantes, unionem hujuſmodi nedum fore proficuam, ſed admodum neceſſariam, laudabilemque & etiam opportunam, præmiſſis ſuadentibus, & aliis rationabilibus ad id animum noſtrum moventibus, maturaque deliberatione præhabita, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ, Hortanæ, & Civitatis Caſtellanæ Eccleſias antedictas de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium unimus, & connectimus, & incorporamus: Ita quod altero ex Præſulibus earundem Eccleſiarum qui nunc ſunt, cedente, vel decedente, aut aliam ex eiſdem Eccleſiis aliàs quomodolibet dimittente, ſeu altero alio quovis modo vacante, ex tunc ambæ ipſæ Eccleſiæ per unicum Præſulem, qui Hortanæ, & Civitatis Caſtellanæ, ac Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopus nuncupetur, ſalubriter gubernentur; liceatque præſenti, ſeu ſucceſſori ex eiſdem Præſulibus per ſe vel per C alium alterius Eccleſiæ ſic vacantis, ac Civitatis, & Diœceſis in ſpiritualibus, & quantum ad ipſius Eccleſiæ jus pertineat, in temporalibus, corporalem poſſeſſionem apprehendere, & perpetuò retinere, fructuſque, nec non redditus, & proventus, emolumenta, obventiones, & jura quæcumque ad menſam Epiſcopalem ipſius alterius Eccleſiæ pertinentia percipere, & habere, ac in ſuos, & ipſarum ſic unitarum Eccleſiarum uſus, & utilitates convertere, cujuſcumque licentia ſuper hoc minimè requiſita: volentes, & Apoſtolica authoritate decernentes, quod hujuſmodi unicus Epiſcopus, qui eiſdem Eccleſiis pro tempore præſidebit uno anno in altera, & alio anno in reliqua ipſarum Eccleſiarum alternatis vicibus chriſma conficere teneatur, ordinationum quoque tempora, & celebrationum vicem eiſdem Eccleſiis, ac earum Civitatibus, & Diœceſ. diſtribuat, portionem æquam unicuique tribuendo, quodque in qualibet earundem Diœceſi pro ejuſdem ſubſidio annis ſingulis celebret Synodum, prout eſt fieri conſuetũ, & in qualibet earundem Civitatum, & Diœc. curia teneatur continuè ad juſtitiam miniſtrandam, ac juriſdictionem Epiſcopalem inibi exercendam cum Vicariis, & Officialibus conſuetis. Ac etiam cum idem Præſul in Hortana, Civitatis Hortanæ & Caſtellanæ, cum verò in Civitate Caſtellana, earumque Civitatibus, & Diœceſibus præſens extiterit, Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopus appelletur, & ſic deinceps Eccleſiæ ipſæ ſub uno Paſtore, & Antiſtite conſtituantur, præmiſſis intitulationibus perpetuis temporibus gubernentur; quodque cedente, vel decedente, ac translato ipſo unico Epiſcopo, ſeu aliàs Eccleſiis ipſis vacantibus, Canonici, & ambo capitula Eccleſiarum prædictarum vocati ad hoc qui fuerint evocandi, congregari debeant pro electione futuri Pontificis celebranda in loco, ubi Epiſcopus deceſſit, ſi tunc ipſas per obitum vacare contingat; ſi vero aliàs quàm per obitum Eccleſias memoratas vacare contingeret, faciant electionem hujuſmodi temporibus vacationum ipſarum alternis vicibus in Civitatibus, vel Diœceſibus antedictis, ita quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi prædictæ Eccleſiæ in ſpiritualibus lædi, ſeu aliqua in temporalibus non poſſint detrimenta ſubire. Nulli ergo &c. noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere &c. ſi quis &c.

Datum Bononiæ anno Incarn. Dom. 1437. 3. Nonas Octobris anno 7.

Poſt harum Eccleſiarum factam unionem, Valentinus tranſlatus fuit ad Eccleſiam Montis Faſconis 1438. at ille poſt paucos dies abdicavit, & hanc priorem Eccleſiam retinuit. Concilio Florentino interfuit anno 1439. cujus decreta ſubſcripſit; anno verò 1442. ad Eccleſiam Aſculanam in Umbria tranſlatus eſt, ut ſupra narravimus.

33. LUCAS nobilis Bononienſis, ex S. Victoriæ Canonico electus eſt Hortanus Epiſcopus, ac Civitatis Caſtellanæ 1442. 9. die menſis Februarii. Cæterùm temporibus Lucæ Hortana Eccleſia monaſterio Monialium S. Georgii perpetuò adaucta eſt, eodem Eugenio annuente, ejuſdem Pontificatus anno 12. inſecuto autem anno deceſſit, videlicet 1443. XXXVI.

34. ANTONIUS („ Seelle Caſtellanenſis,) ex Canonico Caſtellanæ Civitatis defuncto Lucæ ſuffectus eſt anno 1443. Deceſſit 1445. ſepultuſque in Caſtellana Cathedrali eſt, ubi epitaphium, ut ſupra diximus, proſtat ad legendum. XXXVII.

35. Fr. NICOLAUS Palmerius Siculus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, inſignis per ea tempora Theologus, Capellanus, ac familiaris quondã Card. Alberti Florentini, ex Epiſcopo Cathacenſi in Calabria huc tranſlatus eſt die 2. menſis Julii 1445. Vicem geſſit Cardinalis S. Laurentii in Damaſo. XXXVIII





Deceſſit Romæ anno 1467. ſepultuſq; eſt apud S. Auguſtinũ ante ſacellum S. Monicæ ſacrũ cum hoc ſubjecto Epitaphio ingredientiũ pedibus propè detrito.

Nicolao Palmerio Siculo Epiſcopo Hortano

A *D. Auguſtini relig. addicto, Oratori, Philoſopho, Theologoque illuſtri, ſacroſanctæ fidei Catholicæ defenſori, hæreticorumque expugnatori acerrimo. Qui ann. xxviij. Summa*

cum

cum laude in agro Dominico laboravit, multaque ſua doctrina monumenta reliquit. Andreas Prate . . . liberaliter . . . . Fecit. Vixit annis LXV. menſ. XI. Dies XXIX.

Toreuma æneum apud me habeo, hujus verendi Præſulis vultum ad vivum, nudumque pectus exprimeos, cum hac in gyrum ducta inſcriptione, *Nudus egreſſus ſum, ſic redibo*; inde hæc ipſa verba leguntur. *Nicolaus Palmerius Siculus Epiſcopus Hortanus*: in poſteriori toreumatis facie, fortuna eminet, horologium manu tenens; mediumque occuparunt hæc verba, *vixit annos LXV. obiit ann. D. M.CCCC.LXVII.* ad æris circulum hæc verba inſculpta ſunt, *Andreas Guacialotus Contubernalis. B.F.* Affabrè factum certe Toreuma eſt, itaut demortui vivas videarur ſpirare virtutes, quibus olim vivens ſummus Orator, præcipuuſque Philoſophus evaſerat. Toreuma eſt hujuſmodi ut vides.

XXXIX. 36. ANTONIUS antea Epiſcopus Caſtrenſis ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1467. deceſſit verò 1473. („ *In mari ſubmerſus, ut apparet ex Epiſt.* „ 534. *Iacobi Ammannati*. Foutan.)

XL. 37. PYRRUS *a* Ajoſſa Trojanus à Sixto IV. Epiſcopus effectus eſt ann. 1473. Kal. Februarii. Quem deinceps, hoc eſt ann. 1486. Innocentius VIII. Eccleſiæ Sueſſanæ præfecit.

a al. Petrus.

XLI. 38. ANGELUS Pechinolius Civitatis Caſtellanæ Canonicus, Epiſcopus effectus eſt, die 4. menſis Auguſti anno 1486. deceſſit autem 1492. ſepultuſque eſt in Cathedrali Caſtellana. Conſule quæ ſupra narravimus.

XLII. 39. HENRICUS Brunus, Alexandri VI. ſecretarius, electus eſt ann. 1493. hic S. Euthitii corpus intulit in Templum eidem ſancto dicatum, ſub monte Ciminio, ut marmorea memoria prodit.

Reliquias S. Euthitii Martyris inter rudera in Scypho lapideo repertas, jubente Alexandro Sexto, Henricus Epiſcopus Hortanus hac, marmorea arca locandas curavit idibus Maji M.CCCCXCVI.

Cæterùm Henricus ad Archiepiſcopatum Tarentinum translatus eſt, eodem Alexandro ſedente anno 1498. die 14. menſis Septembris.

XLIII 40. GEORGIUS Maccaſanus Joannis filius de Pereto Marſus, Abbas Commendatararius S. Mariæ de Pozzalia, fratris filius Angeli Epiſcopi Marſorū, familiaris Card. Baptiſtæ Urſini ſublectus eſt anno 1498. die 14. menſis Septemb. vix autem annum integrum hanc Eccleſiam adminiſtravit *b*, & ad Sarnenſem Eccleſiam translatus eſt.

b In Sarnenſibus circa an. 1500. Maccaſani translationem ponit Ughellius.

XLIV 41. LUDOVICUS ſucceſſit Georgio ann. 1499. ſub vitæ finem Alexandri VI. & ipſe deceſsit, à quo ad eam dignitatē promotus fuerat, an. videlicet 1503.

XLV. 42. JOANNES Brochardus, Theutonus, Baſilicæ decanus, Sextique Alexandri Cæremoniarius, hunc Epiſcopatum à Julio II. obtinuit die 29. menſ. Novembris anno 1503. Referendarius Apoſtolicus fuit, Sextique Alexandri Diaria libero ſtylo exarata reliquit, quæ manuſcripta à curioſis leguntur. Exemptus è vivis eſt anno 1506. die 16. menſis Maij Romæ, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Anima.

XLVI. 43. Fr. FRANCISCUS de Franciſchinis Hortanus, Ordinis Minorum, Pœnitentiarius, Julioq; II. Pontifici à Confeſsionibus, ab eodem Pontifice ſuæ Patriæ Epiſcopus creatus eſt 1506. die 18. menſ. Maij, in cuius electionis favorem, hæc, quam hic ſubjicimus, bulla prodiit die 19 ejuſdem menſis.

JULIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.
Dilectis filiis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiis veſtris per obitum bonæ memoriæ Joannis Brochardi, tunc illarum Epiſcopi, qui in Romana Curia, ut Deo placuit, diem vitæ ſuæ clauſit extremum, vacantibus, de utili, idoneoque Paſtore providere volentes, dilectum filium Franciſcum de Franciſchinis ſacræ A *Theologiæ profeſſorem, minorem Pœnitentiarium, ac confeſſorem noſtrum de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, ut illas in ſpiritualibus, & temporalibus gubernet, & augeat, prout in aliis noſtris ſub bulla plumbea ſuper hoc expediendis his plenius explicabitur, quocirca devotionem veſtram hortamur in Domino in virtute S. obedientiæ vobis Apoſtolica authoritate mandantes, ut perſonam ejuſdem Franciſci veri Paſtoris, & Epiſcopi veſtri grato recipientes honore, ſpolia, & fructus ipſarum Eccleſiarum, una cum dicto procuratore diligenter conſervare curetis, eidem Epiſcopo integrè reſtituendos, & aſſignandos, cum primum literæ ſub plumbo, ut præfertur expeditæ, vobis fuerint præſentatæ.*

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 29. Maij 1506. Pontificatus noſtri anno tertio.

Hic ſub Julio II. Lateranenſe Concilium pro ſuffragio juvit; ſub Pontificatu verò VII. Clementis, illarum Eccleſiarum onere ſe exolvit 1525.

44. PAULUS Card. Cæſius harum Eccleſiarum B à Clemente VII. Adminiſtrator adſcitus eſt die 7. menſ. Aprilis ann. 1525. retinuitq; illam adminiſtrationem uſque ad mortem, quæ incidit in ann. 1537. XLVII.

45. LUCAS Sabellus Paulo ſucceſsit ann. 1537. eiuſque adminiſtrationis per procuratorem poſſeſsionem iniit. („ die 6. Auguſti (1) ex harum Eccleſiarum actis.) XLVIII.

46. POMPONIUS Cæſius Romanus à Paulo III. creatus 1538. die 11 menſis Auguſti, inſecutoque anno translatus eſt ad Epiſcopatum Nepeſinum, atque Sutrinum. Anno verò 1542. ab eodem Pontifice vocatus ad purpuram eſt. Deceſsit Romæ poſt menſem, ex quo fuerat Cardinalis cooptatus. XLIX

47. SCIPIO Bongallus Romanus adlectus eſt an. 1539. *c* Diu in ea dignitate cum laude probitatis effloruit. Concilio Tridentino interfuit. Deſiit autem inter mortales eſſe circa ann. 1564. *d* ſepultuſq; eſt in Cathedrali Civitatis Caſtellanæ, cum hoc epitaphio. L.

c Die 24. Novemb. al 3. Auguſti.

D. O. M.

C *Scipioni Bongallo, Romano, Epiſcopo Hortano, & Caſtellano, viro religioſiſſimo, moribus, & ſcientiis ferè omnibus ornatiſſimo, Aurelius Coperchius Beneficiatus S. Petri de Urbe, affinitate, & amore conjunctiſſimus mærens poſuit. Vixit ann. lxiii. Obiit die iii. Auguſti menſ. MDLXIIII.*

48. NICOLAUS Peruſcus Romanus J. V. D. Pij IV. Pontificis Referendarius, ab eodem Pontifice electus fuit die 7. menſis Februarij anno 1565. Deceſſit 1582 die 8. menſis Februarij, non ſine opinione ſanctitatis. De quo ſupra nonnulla. LI.

49. ANDREAS Longus *e* Parmenſis, vir eruditiſsimus, celebriſq; poeta in paucis, à Gregorio XIII. electus eſt die 2. menſis Aprilis anno 1582. ejus Epiſcopatus inijt poſſeſſionem die 29. ejuſdem menſis, dieque S. Bartholomæo ſacro Hortanam Civitatem ingreſſus eſt. Inter utramq; diœceſim ubique, & ſemper concordiam aluit, cenſuſq; Epiſcopatus adauxit. Extemporalis poeta, quam qui maximè valuit; quamobrem Hortam ingreſſurus, in eam trinomen hoc D epigrammate luſit. LII.

e De eo ſcripſit Bordonus in Theatro Eccl. Parmen. p. 170. Mand.

Hortus, & Orta, Ortum, quare urbs hæc dicitur una,
Hæc tria cum vere ſenſum rediguntur in unum,
Hortus, quod cultum, conſtructis mœnibus Orta,
Arctum quod ſaxum corruptè dicitur Ortum.

Hortæ deceſsit Longus anno 1607. 15. Kalend. Septembris, inque Cathedrali cum hoc epitaphio ſepultus eſt.

D. O. M.

Andreæ Longo nobili Parmenſi Epiſcopo Civitatis Hortanæ, & Caſtellanæ, multis regiminibus defuncto, Civitas Hortana Paſtori optime merito mæſtiſſima ære publico poſuit. Obiit anno MDCVII. xv. Kal. Septembris ætatis ſuæ lxviii. Epiſcopatus vero xxv.

50. Poſt Longi exceſſum Paulus V. elegit JO. VIN-

(1) In Actis Conſiſt. hujuſmodi Lucæ electio non legitur. Quod ſi per obitum Cæſii vacavit hæc Epiſcopalis dignitas, durum ſanè videtur, quod proximè inſecuta die contra ſtylum Curiæ abſque deſignatione, informationibus, præconizatione illico electus, & in poſſeſſionem immiſſus fuerit, nulla ad id neceſſitate ſummum compellente Pontificem, ut uno verbo omnia conferret: nos qui jam per hæc tempora Conſiſt. actis conformari cupimus, Lucam hunc, de quo acta Conſiſt. ſilent, legentium placito relinquimus. Poterat tamen Pontifex, cui viri probitas ſatis perſpecta, per breve, ſeu in Camera proviſionem facere. Luc.

VINCENTIUM Canſachium nobilem Amerinum, qui antequam de more præconizaretur, S. Marci in Calabria Epiſcopus effectus eſt.

LIII. 51. Fr. HIPPOLYTUS Fabianus Ravennas, Prior Generalis Ordinis S. Auguſtini, à Paulo V. ad Epiſcopatum ſubvectus eſt an. 1607. die 17. menſis Decembris. Solemni pompa Hortam intravit die 3. menſis Februarij inſecuti anni. In Civitate Caſtellana defunctus eſt die 24. menſis Auguſti anno 1621. inque Cathedrali ſepultus eſt.

LIV. 52. ANGELUS Gozadinus Bononienſis, Archiepiſcopus Niaienſis, & Parienſis, Archiepiſcopatus Bononienſis ſuffraganeus pro Card. Ludoviſio, ſublectus eſt Epiſcopus Caſtellanus, atq; Hortanus à Gregorio XV. anno 1621. a Vivit adhuc, latiſque ſynodalibus ſaluberrimis legibus, ita inter utramq; diœceſim litem omnem diremit, atque compoſuit, ut ſub tanto Paſtore Eccleſiæ illæ videantur opima pace florere.

a Die 25. Octob.

B

LV. * 53. Fr. THADDÆUS Altinus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Innocentii X. Sacriſta, ex Epiſcopo Porphirienſi delectus eſt Hortanus Epiſcopus die 10. Novemb. 1653. Succeſſit Gozadino. *(„At de his, „& reliquis harum ſedium Epiſcopis Conſule Caſtellanorum ſeriem.)*

* Ex App. tom. 3.

HUMANATENSES
EPISCOPI.
Nunc cum Anconitanis uniti.



C

IN ora 3. P. M. ab oſtio Muſonis in Piceno Vrbs fuit Humana, ſic Melæ dicta, quæ Numana Plinio, Antonino, Itiner. tabul. Ptolomæo, & Silio Italico lib. 8. *Hic, & quos paſcunt ſcopuloſa rura Numanæ*. Ab Siculis conditam notat Plinius. Municipium appellat Auximana inſcriptio, de qua Franciſcus Pamphilus in deſcriptione Piceni Humana vocatur. Hodie jacet deſtructa(1), olim dignitate Epiſcopali celebris, S. ſedi immediatè ſubjecta, quam Martinus V. anno 1422. ſuppreſſit, & Anconitanæ Eccleſiæ perpetuò univit. Præſules, qui ante unionem cum Anconitana eam rexerunt Eccleſiam, hi tantum à nobis obſervati.

I. *(„PHILIPPUS Humanus Epiſcopus deſcribitur in „Rom. Concil. ann. 465. & 487. quibus etiam interfuit „Cyprianus Humentana ſedis in Sabinis.*

II. *(„QUODVULT DEUS Conſtituto Vigilii Papæ „conſenſit an. 553. Baron. Anno deinceps 558. Humana „civitas corruit omnino, penituſque deſolata eſt ex terræmotu.* Luc.)

1. GRATIOSUS (2) ſub Gregorio Magno Concilio interfuit, Mauritio Imp. ann. 598.

III. 2. HADRIANUS in Concilio ſub Agathone Papa anno 680.

IV. 3. SERGIUS, anno 853. (*„In Synodo Romana.*)

V. 4. ROBERTUS an. 887. adfuit donationi Theodorici Epiſcopi Firmani Monaſterii S. Crucis.

VI. * 5. BENEDICTUS adfuit Synodo Ravennatenſi ſub Joanne XIII. an. 967.

* Ex App. tom. 3.

VII. *(„GUILLELMUS Epiſcopus Umanæ dicitur in Diplomate Victoris II. ad favorem Aprutinæ Epiſcopi „an. 1056. exſtat Diploma in Aprutinis.* Luc.)

D

VIII. * 6. VIDO, b vel Guido, de quo Petrus Damiani in opuſculo ad Giſierium Epiſcopum Auximanum adverſus Epiſcopum Monachus ad ſeculum revocantem, quem virum præcipuæ humilitatis, & patientiæ, nec ſolum ſacris eloquiis, ſed etiam liberalium artiū ſtudijs eruditum vocat, anno 1059. in Concilio Romano ſub Nicolao II.

* Ex App. tom. 3. b Hug. dicitur in Rom. Concil. an 1059.

IX. 7. JORDANUS reperitur ſubſcriptus in Concilio Lateranenſi ſub Alex. III. anno 1179.

X. 8. N. . . Humanatenſis, inhumanus Epiſcopus, apud Gregorium IX. de ſimonia accuſatus: contra eundem idem Gregorius Epiſcopo Caſtellano ſequentem ſcripſit epiſt. an. 5. qui fuit Chriſti 1233 extat in reg. var. f. 159.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

ORdinatæ vicis officium auris, & oculi, linguæ, & manus habent in judice ſuis limitibus terminatum, nam ſuſcipit auris exceſſum, quem relatio defert, oculus inſpicit, quem declarat probatio, lingua damnat ſententia, manus pena caſtigat. Sanè ad aures noſtras Humanaten. Eccleſiæ clamor aſcendit, clamat de Præſule, qui Dei dona adimit legem domini, quia dum Sacramenta Eccleſiaſtica inhumanè pertractant, bonorum venditorum, & expoſitarum dignitatum, gratia redditur in ipſius inordinata ordinatione venalis, repugnantibus tamen effectibus, cum venditio gratiæ detrahat, & gratia venditioni repugnet, eo quod nec gratioſa venditio, nec venalis gratia tali commercio ſe compatiuntur in ſacris. Ecce in foro ejus ordines hujus fori eſſe dicuntur, quod ſubdiaconatus trium ſolidorum accedit ad pretium, diaconatus procedit ad quinque, presbyteratus aſcendit ad ſeptem. Sed non hoc decorum eſt pretium, quo appretiantur ſacra prophani non in præmiſſis ternario, quaternario, & ſeptenario myſterium inſigne ſignatur. His nihilominus rumor adjecit, quod in illius mercato Eccleſias, & Eccleſiaſtica beneficia mercantur Simonis mercatores quamvis ad Simonem Petrum non præſtet introitum Simon Magus. Quid ergo relinquit invenditum, qui talia vendere non veretur? & mirum quod in iſtis contractibus contractor occurrit, in quibus quoad executionem non habet venditor, quod venundet, & emptor non recipit, quod intendit, mutuis tamen affectibus contrahitur ſola culpa. Verum non paſſus eſt talia Eccleſiæ Princeps in Mago, in gregi non ſuſtinuit Heliſeus, non diſſimulavit Chriſtus in venditoribus columbarum, unde ſi Petro ſucceſſimus, ſi habemus aliquid Heliſei, ſi vicem Domini gerimus, nullatenus in illo humananter feremus, ſicut prædiximus inhumano. Vt igitur oculus probatione cognoſcat, quæ auris relatione percipit, lingua damnet, & dextera puniat qua damnationis, & penæ ſtipendia merentur, mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, quatenus tam per Humanaten. diœc. quam vicinas, inquiſita ſuper præmiſſis ſollicitè veritate, quicquid inveneritis, nobis fideliter reſcribatis, illi Epiſcopo peremptorium terminum præfixuri, quo noſtro ſe conſpectui repræſentet pro meritis recepturus. Cæterum licet ſine culpæ, in quibus eſt culpa relaxare vindictam, & excedatur interdum, dum excedens non creditur, & non exaggeratur exceſſus, in Pontificalis tamen reverentia dignitatis, de quadam humanitate in hoc illi providendum duximus Humanat. & eumdem ante ſuæ mentis oculos ſtatuatis, ſalubriter conſulentes, quod clamanti Eccleſiæ corpore cedat, cui creditur utilitate ceſſiſſe, nec inutili umbra terram alterius occupet, arbor, ut dicitur non tam ſterilis quam nociva, eo quod hactenus fructus protulit potius ad peſtem, quam paſtum refectionis, nihil, aut modicum, ſed infectionis multum habentes, ipſum ergo volumus non ignorare tot de ſuis ordinatis pro gratia diſpenſationis ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſe, quod de prædictis pluſquam credat, credulitatis habemus, & tanti ordinati plus publicant, quam talis ordinator abſcondat. In his autem ignem, & aquam eidem apponimus, ut ad quod voluerit, manum extendat vel ignis ardorem expectans judicio vel aquæ refrigerium expetens ceſſione.

Datum Reati Non. Febr. Pontific. noſtri an. 5.

N. Hu-

(1) Superſtes tamen adhuc eſt Eccleſia Parochialis, unde Sacerdos vocatus hinc inde pluribus diſperſis ovibus præeſt. Luc.

(2) Humanatenſem Epiſcoporum ſeriem à Gratioſo exorditur Ughellius auctoritate ductus Rom. Concilii ſub M. Gregorio an. 598 ſed emendato anno, & proinde ſcribendo an. 595. Gratioſus, ſeu potius Gratianus Epiſcopus fuit Nomentanæ vel Numentinæ Eccleſiæ, ut Concil. orum codices legendum præbent, quare hunc Gratioſum, ſeu Gratianum inter Numentanos Sabinæ jam enumeratum loco cedere hic neceſſe eſt. Sed & antiquiora exordia Humanatenſium ſeriem habere comperimus. Luc.

XI. 9. N. Humanatenſi Epiſcopo ſcribit Innocentius IV. eidemque Civitatem Auximanam Epiſcopali dignitate privatam ſubmiſit an. Pontificatus 5. ſalutis verò 1247. Epiſtola habetur in reg. Vat. f. 468. tenoris ſoquentis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerab. fratri noſtro Epiſcopo Humanatenſi. &c.

Cum olim Apoſtolicæ ſedis providentia, cujus Præſul illius vices, licet inſufficientibus meritis, gerit in terris, qui unicuique pro meritis condigna retributione reſpondet, de cujus manibus pendens æquitatis ſtatuta, ſubjectorū actiones dijudicans diligenter, ac benemeritis, & indignis iuxta ſuorum actuum exigentiam recompenſans, utriſque meritorum ſuorum ſtipendia inferendo. Villam Auximanam propter infidelitatem, rebellionem, & indevotionem Incolarum ejuſdem Epiſcopatus honore privaverit, ac ſtatuerit, quod Caſtrum Recanat. ob devotionem, & fidelitatem habitantium in eodem, quod erat Humanatenſi Eccleſiæ lege diœceſana ſubjectum, hujus honore polleret, nos in recompenſationem dicti Caſtri ſpiritualia, & temporalia iura, quæ in ipſa villa, & circa eam quondam Epiſcopus habebat ejuſdem, tibi, & per te dictæ Humanatenſi Eccleſiæ authoritate Apoſtolica concedimus in perpetuum eamdem villam tibi diœceſana lege ſpiritualiter ſubmittendo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, &c. Si quis autem, &c. Datum Lugduni, 3. Idus Octobris, anno V.

XII. 10. G... quondam Epiſcopum Ceſalonenſem *a* huc tranſtulit Innocentius IV. an. 1252. prid. Kal. Julii ex reg. Vat. ep. 1. ſol. 196. anno 10.

a Cephaludenſem.

XIII. 11. Fr. ARNULPHUS *b* Ordinis Prædicatorum ſubſtituitur, electus à Capitulo, ab Innocentio IV. an. 1254. 2. Id. Maii, ex reg. Vat. ep. 635. ſol. 89. an. 11. vir pietate, doctrinaque celeberrimus. Mortuus eſt Viterbii an. 1279. ſepultus in communi Fratrum oſſuario ad S. Mariam ad Gradus, ubi in lapide legitur hæc brevis inſcriptio.

b De hoc vide Fontanam de Rom. Prov. p. 102. & Acciam de viris illuſ. Præd. Mond.

Venerabilis P. Fr. Arnulphus Epiſcopus Humanas ord. Præd. hic cum fratribus ſuis ſepultus jacet, qui obiit anno Domini MCCLXXIX. die xx. Auguſti.

XIV. 12. BERNARDUS Balneoregienſis Canonicus à Nicolao III. electus Epiſc. an. 1280 3. Non. Maii, cum prius electionem, ſeu poſtulationem Capituli irritam declaraſſet de perſona Fr. Marci de Ancona Ordinis Minorum, qui à ſuis ſuperioribus ad Epiſcopalem dignitatem tranſeundi licentiam obtinere non voluit, ex reg. Vat. ep. 24. fol. 242. an. 3. Sedit Bernardus an. 10. & ad Eccleſiam Caſtrenſem in Etruria tranſlatus legitur an. 1289.

XV. 13. GERARDINUS Minorita à Nicolao IV. hujus ſedis Epiſcopus conſtitutus eſt an. 1289. Kal. Januarii habetur in reg. Vat. ep. 746. f. 276. an. II. ab eodem Pontiſ. conſecratus. Obiit an. 1322.

XVI. 14. Fr. PETRUS Ord. Minorum à Joanne XXII. an. 1323. 8. Idus Junii creatus. Morte mulctatus eſt an. 1338. ex eodem reg.

XVII. 15. BONINCONTRUS Thomæus Canonicus Anconitanus per Benedictum XII. huic ſedi præficitur an. 1338. 10. Kal. Aprilis. Obiit 1343.

XVIII 16. SIMEON Marcellinus Anconitanæ Eccleſiæ Canonicus Bonincontro ſucceſſit Clementis VI. auctoritate an. 1343. 14. Kal. Aug. præfuit annis plus minus 10. ex regeſt. Vat. an. 1.

XIX. 17. Fr. SYLVESTER Ariminenſis Ord. Servorum Theologus, Præſulatum hūc adeptus eſt ab Urbano V. an. 1363. id. Martii ex reg. ejuſdem Pontiſ.

18. VINCENTIUS ab Antipapa Clemente VII. intruſus an. 1386. commune debitum ſolvit Collegio, ex lib. obligationum.

19. PETRUS ejuſdem Antipapæ ſectator, poſt Vincentium intruditur.

20. DOMINICVS an. 1392. ſub eodem pſeudo Pontifice Clemente reperitur intruſus die 2. Julii in eodem lib. oblig.

XX 21. JOANNES ab Urbano VI. creatus; ejus extat mentio an. 1386. ſucceſſit legitimè Sylveſtro circa annum. 1383.

22. Fr. ANTONIUS ſedit poſt Joannem. Deceſſit anno 1393. XXI

23. ANTONIUS Antonio ſubſtituitur à Bonifacio IX. an. 1393. in lib. oblig. 25. Aug. Extat ſolutio ejuſdem pro ſe, & Fr. Antonio prædeceſſore. XXII.

24. HUGO electus ab eodē Bonifacio an. 1400. (r) XXIII

25. ASTORGIUS Agenenſis Neapolitanus, Epiſcopus Anconitanus, ſub quo à Martino V. anno 1422. Humanatenſis Eccleſia cum Anconitana perpetuò unita fuit. Quamobrem in poſterum Anconitani Præſules, etiam Humanatenſes dicti. De quibus vide ſuperius Anconitanæ Eccleſiæ Epiſcoporum noſtrorum Catalogum.

INTERAMNENSES EPISCOPI.



Si ulla Romanis inſcriptionibus debet eſſe fides, quam ſemper venerandæ antiquitatis amatores religioſius coluerunt, facile naſcentis Interamnæ Nartia initia reperiemus. Siquidem apud ejus Civitatis Cathedralem, in magna marmorea tabula hæc ejus initia retexuntur.

SALUTI PERPETUAE AVGUST.
LIBERTATIQUE PUBLICAE POPULI ROMANI GENIO MUNICIPI ANNO POST INTERAMNAM CONDITAM DC. III. AD GN. DOMITIUM AHENOBARBUM CON. PROVIDENTIAE CAESARIS AUGUSTI NATI AD AETERNITATEM P. R. FAUSTUS TITIUS LIBERALIS VI. VIR. AUG. ITER. S. F. C.

Gn. Domitius, ac M. Camillus Scribonianus Conſulatum geſſerunt anno 724. à Roma condita, anno 19. Imperii Tiberii Cæſaris. A quibus ſi retrogrediaris, ac recte calculum ponas, numerando 704. annos profectò reperies tantum 80. annis poſt ab Urbe fundata, Interamnam habuiſſe principium, cum ſcilicet Numa Pompilius regnaret, hoc eſt ante Chriſtianam reparatam ſalutem an. 673. Olympiadis 26. anno 4. ut incertus Auctor Olympiadum hiſt. *Olympiadis 26. ann. 4. Interamna in Italia condita eſt.* Conſtat hanc inſcriptionem ab Interamnenſibus fuiſſe compoſitam, ut Tiberio Cæſari ambitioſiſſimo Principi adularentur, cum Sejanum aulæ corruptorem, Principiſque favore dementem ſuſtuliſſet. Quo quidem tempore publicæ ſaluti, libertatique, ac municipii Genio litarunt, cum Interamna tamen jam olim à Romanis municipium fuiſſet erecta, ut narrat Florus lib. 3. c. 21. Cum Alberto Leandro nonnulli ſcripſerunt Interamnam Coloniam Romanorum fuiſſe, ſed decepti ſunt; Coloniam Interamnam deductam fuiſſe, non hanc intellexit, quæ in Umbria, inter fluminis Nartis deſidentes ramos ſituata eſt, ſed quam in Latio ſupra fluvium Lyrim muros extuliſſe videmus, quam Romanorum Coloniam Latinam antiqui Scriptores dixere. A qua ut noſtra hæc ſecerneretur, conſultò Latinorum doctiſſimus Varro lib. 4. de lingua Latina, oppidum Interamnam appellat, quod inter amnes con-

(r) Atque hic Ugo poſtremus fuit, qui Humanatenſem rexit Eccleſiam: Quæ deinde in eumdem unire Paſtorem cum Anconitano juſſa eſt à Martino V. Et Aſtorgius Ancon. Antiſtes primus fuit, cui contigit dici Epiſcopus Ancon., & Humanæ. *Luc.*

conſtitutum fuiſſet. Nec dubitandum eſt olim illam prolixiores protuliſſe fines, cum adhuc circa illam ſquallentes, amplæque ruinæ ſpectentur, quas cumulaſſe conſtat civilia bella. Juſſu verò Friderici I. Imperat. à Chriſtiano Moguntino Archiepiſcopo, ejuſdem Imperatoris in Italia Generali Duce deducta, & penitus deſolata fuit 1174. hæc Civitas in odium Alexandri III. Pontificis, cum ejus partes ſecuta fuiſſet. Hujus meminere Plinius, Tacitus, Hieronymus, Eutropius, Paulus Diaconus, Caſſiodorus, antiquæ inſcriptiones, itineraria, Florus, Ptolomæus, Strabo. Territoriom illius eſt, ſupra quam dici poſſit, præpingue, ac fertile, excuſſiſque noo legitimis frænis ſub leni Romanorum Pontificum jugo feliciſſimè hoc tempore conquieſcit. Io poſtremis Umbriæ Civitatibus haud fuit, quæ ab Apoſtolorum diſcipulis illuminatæ, Chriſtianam fidem amplexatæ ſunt. In quibus quam maximè enituerunt Chryſpoldus, ac Britius, qui ſub dura Domitiani perſecutione, nè fidem ſemel Deo datam perfidiosè perfringerent, maluerūt ſanguinem, vitamque profundere, ut in deſcriptione Fulginatis Civitatis abunde ſupra retulimus. Ab iſtis itaque primum lac pietatis Interamna Civitas ſuxit, ſanctuſque Peregrinus, qui ejuſdem Civitatis primus Epiſcopus creditus eſt, eandem fovit, atque adauxit uſque ad profuſionem ſanguinis. Nec defuere deinceps ſanctiſſimi Præſules, qui eandem mirabiliter promoverunt, donec per Conſtantinum Magnom exoptata reddita Eccleſiæ pace, adeòque idolatria penitus extincta, effloruit, ut ex numero penè innumerabili ſanctorum Epiſcoporum, qui Interamnam rexere, prorſus appareret, à S. Romana Apoſtolica ſede tanquam à corde, ſcilicet vitæ fonte propius adſoliſſe. Primum Interamnæ templum extra muros ejuſdem ædificatum eſt, ut tempora illa tulere. Deinceps autem numero adaucto fidelium, novam Cathedralem extruxerunt Civitatis partibus ioterclusam, Deiparæque Virgini in Cœlum Aſſumptæ ſolemniter dedicarunt anno 650. ſub Anaſtaſio Epiſcopo, in qua Canonici ad certam compoſiti regulam commonem vitam degebant. Interamnæ attributus Epiſcopus eſt à prædicationis exordio, uſque ad annum 130. Romanæ Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectus, tanquam qui in Romanæ Provinciæ Præſulibus numeraretur. Ob civiles tamen diſcordias multa paſſa eſt, præſertim cum Spoleti Duces eam penitus deſolarunt. Quamobrem cum excidio, etiam proprio Paſtore viduata eſt circa annum 833. eodemque caruit, uſque ad annom 1218. donec Honorio II. Pontif. Max. jubente illi per bullam ejuſdem Pontificis reſtitutus eſt, quæ in archivo ejus Cathedralis diligentiſſimè aſſervatur. In tam diuturnn interregno modo Narnienſes, modo Spoletini Præſules, ſive quibus Apoſtolica ſedes demandaret hoc onus, diœceſim illam adminiſtrarunt. Præſules, qui ex Interamnenſi throno jus Divinum dixerunt, ii ſunt, qui ſequuntur.

ADDITIO.

(„ *Nunc Interamnenſi Cathedrali inſerviunt cum* „ *unica dignitate Prioratus*, 12. *Canonici, & duo Præbendati Pœnitentiarius, Theologus; dignitas* 200. *ferè Scuta, cæteri* 80 *ſingulis annis percipiunt; Octo inſuper enumerantur beneficiati, aliique Sacerdotes, &* „ *Clerici inferiores. Animarum cura in Cathedrali exercetur per ſimplicem Sacerdotem ab Epiſcopo deputandum. In urbe ſupra mille lares viſuntur, &* 6000. „ *mortales. Plures ibi ſunt parochiales Eccleſiæ,* 5. *fœminarum,* 3. *Virorum Cœnobia, aliquot Secularium* „ *ſodalitia, duo Xenodochia, Mons Pietatis, & Seminarium. Epiſcopale Palatium Cathedrali annexum ſatis* „ *magnificum eſt: redditus menſa Epiſcopalis, olea ſi arbitis propitia,* 800. *ſeu* 1000. *ſcuta excedunt, quorum* „ *taxa eſt flor.* 118. *Diœceſis ad* 7. *millia paſſuum circuitus extenditur, continetque oppida nuncupata*, Piede „ Luco, Papignò, Caſtel della Rocca, *& alias ruraleſ eccleſias cum animarum cura, ex quibus omnibus* „ *circiter* 400. *hominum capita exurgunt* Luc.)

I. 1. S. PEREGRINUS primus Epiſc. Interamnenſis fuiſſe narratur, cujus mentio fit (1) in actibus S. Sixti I. Romani Pontificis Natione Romanus fuit, rexitque hanc Eccleſiam circa annum Domini 138. Extatque ejuſdem inſuper memoria in quodam veteri Kalendario Interamnenſis Eccleſiæ. Multi arbitrati ſunt, hunc illum eundem Peregrinum, qui profectus in Galliam primus Epiſcopus Autiſiodorenſis creatus eſt, cujus Baronius meminit ad annum 142. cujuſque concelebratur feſta dies 17. Kalend. Junii, in qua die nobilem palmam tuliſſe martyrii narratur. Nec abſurdum *a* videtur, aut vero abſimile poſt evulgatam Ioteramnæ Chriſti ſalutem, iviſſe illum in Gallias, ibique Autiſiodorenſem primum fuiſſe declaratum Epiſcopum. Hujus meminit Petrus de Natalibus in catalogo Sanctorum, Faſciculus temporum, aliique apud Claudium Robertum in catalogo Epiſcoporum Autiſiodorenſium.

a Id negant Bollandiani, imo Autiſiodorenſis Peregrinum tempora in an. 255. circiter ſub Sixto II. referunt Mai t. 3.

II. 2. S. ANTIMUS *b* Interamnenſium primùm Epiſcopus, mox Spoletinam rexit Eccleſiam. Ejus profeſtus die 25. menſis Februarii concelebratur. S. Petri templum extra mœnia Interamnæ erexit, ubi Cathedralis ſedes Epiſcoporum emineret; quod poſtea profanatum fuit. Eius mentio celebris habetur in vita S. Concordii. Hic per totam Umbriam Chriſti Domini Evangelium divulgavit, ſed Fulginii præcipuè, ut alibi diffuſius enarravimus *c*.

b De hoc Acta SS. Febr. t. 3. p. 530.

c Obiit an. 176.

III. 3. S. VALENTINUS *d* * Interamnas ex nobili proſapia, ut videtur non omnini, cum ſanctiſſimis moribus eſſet, atque diaconatus munere fungeretur, nobiliter literis excultus à S. Feliciano Epiſcopo Fulginate, qui illam Provinciam tunc temporis per prædicationem ad Chriſtum adducere conabatur, ſupplicante populo, Interamnenſis Epiſcopus ordinatus eſt, circa annum Dominicæ ſalutis 203. In qua dignitate Valentinus ubique, & ſemper ſtudium Chriſtianæ pietatis mirabiliter oſtendit. Duas Congregationes inſtituit, alteram Clericorum, virginum alteram, è quorom numero S. Agapes fuit. Erudivit præterea io fide Saturnium, Caſtulum, Magnum, atque Lucium, qui poſtea illuſtres Martyres evaſere, quorumque meminit Martyrologium Romanum die 15. menſis Februarii, Eccleſiaque Ioteramnenſis concelebrat feſtum die 17. ejuſdem menſis. Valentinus deinde Romam profectus eſt, ubi ſua prædicatione, ingentibuſque patratis miraculis fibras omnes gentilitatis evulſit; in quibus illud io primis numeratur mirandum Cratonem famoſum Rhetoricum convertiſſe ad Chriſtum cum ejuſdem diſcipulis Apollonio, Proculo, ac Febo. Siquidem ejuſmodi homines, ſive quia vana ſcientia inflati ſunt, ſive quod lenociniis deinde deliniti aberrant, fere inſanabiles ſunt, atque ad veritatis lucem faſtidioſè caligant. Haud rediit Valentinus deinde ad Eccleſiam ſuam, cumque ibidem in Urbe prædicando mirabiliter progrederetur, omnemque iugolaret impietatem, à Placido Præfecto in carcerem conjectus eſt, atque per exquiſita tormenta tentatus. Sed cum ſe præſtaret invictum, Placidus, ne populus, qui Valentino favebat, conſterneretur ad arma, nocturna, capitalique pœna illum punivit die 14. menſis Februarii, circa annum Domini 260. ſub Aureliano Imperatore; arbitrantur alii ann. 273. nonnulli verò ann. 270. Claudio Gothico Cæſare. Martyris corpus in Civitatis vico diſcipuli ſepelierunt, ab iiſdemque excitatum templum eſt ejus nomini conſecratum (2) Anno autem 1605. Epiſcopus loci die 21. menſis Julii, ibidem in Arca Plumbea S. Valentini corpus invenit. Illius meminit Martyrologium Romanum, Beda, Vſvardus, Baronius Martyrol. Romanum, Ferrarius, & alii. Temporibus hujus S. Epiſcopi, aut paulò poſt coronati martyrio ſunt aono 270. Interamnæ SS. Claudius, Carbonanus, Tiludianus, & Planius, quorom corpora in Eccleſia ſancti Zenonis duobus milliariis ab Interamna procul honorificè requieſcunt. *S. Valentini corpus ſolemni pompa è veteri baſilica tranſlatum in novam die 20. Jul.

* Ex App. t. 2.

d Hujus Acta apud Bollandianos tom. 2. Febr. p. 754.

* Ex App. tom. 2.

(1) Sed tales Actus nuſquam reperimus: & ſi reperiremus, pro commentitiis rejiceremus: quandoquidem tota antiquitas de illo aliud nil noverit, quam ex Catalogis Pontificalibus dedimus die 15 Aprilis. *Collectores Actorum SS. Maii t. 1. p. 163.*

(2) Quod modo Diſcalceati Regulares Carmelitæ incolunt. At ſacras exuvias Cathedralis Eccleſia poſſidet. *Lucentius.*

Digitized by Google

Julii 1630. in novo marmoreo tumulo à Coſmo Manuccio Epiſcopo, in majori ſacello recluſum à Leopoldo Archiduce Auſtriæ pie excitato. Legentibus proſtat inſcriptio.

D. O. M.

Sacellum hoc D. Valentino Tutelari ſuo Sereniſſimus Leopoldus Archidux Auſtriæ, ob ſingulare beneficium ejus opitulatione divinitus acceptum, grati animi, & ſtudii ergo impenſe venerabundus excitavit. A. D. M. DC. XXXII.

In novo tumulo hæc pauca ſunt inciſa verba.

HIC REQUIESCIT CORPUS BEATI VALENTINI MARTYRIS EPISCOPI, ET CIVIS INTERAMNENSIS.

Ibidem ſub majori altari alia viſitur inſcriptio, hiſce verbis concepta.

Sacrum hac adicula Corpus D. Valentini Epiſcopi, & civis Interamnenſis, Romæ ſub Placido Præfecto anno 270. Martyrio coronati, pia fidelium venerationi ſervatur, olim hoc loco, quem beatus exuviis, ac ſibi morituro, in terris vivens elegerat. Interamnam ad Cathedralem Eccleſiam delatum, hoc demum ſolemni pompa cælo ipſo miraculis annuente, reductũ.

Ejuſdem ſancti geſta, & translationis pompam deſcripſit, & nuper edidit Franciſcus Angelonus Interamnas in hiſt. Interamnenſi, ipſe idem, qui Auguſtam hiſtoriam eruditiſſime ſcripſit, inſcripſitque Ludovico XIII. Gallorum Chriſtianiſſ. Regi.

IV. 4. S. PROCULUS *a* Interamnenſis Epiſc. ac Martyr illuſtris, S. Valentino ſucceſſit. Hic ille Proculus eſt, cujus mentio habetur in actibus S. Valentini Martyris apud Surium tomo 4. die 14 menſis Februarii, & apud Petrum de Natalibus lib. 1. cap. 15. in Catalogo, ejuſdemque meminit Martyrologium Romanum die 14. menſis Februarii, quo ipſo die ejus profeſtus dies celebratur. Cæterùm, quia duo Proculi extiterunt, duoque Valentini, ita plerunque oſcitanter Scriptores, unum cum altero, alteriuſque acta cum illius confundunt, ut quæ adſerunt, videantur plerunque magis ægri capitis ſomnia, quàm quod inde veritas indagari poſſe videatur. Conſtat hunc noſtrum, de quo modo loquimur, ſub Maxim. Imperatore anno 310. apud ſuam Eccleſiam, palmam ſumpſiſſe martyrii, atque Interamnenſi dignitate fulſiſſe uſque ad annum 310. Ille verò alter Proculus ſub Juſtiniano Imperatore floruit, ſubque deſævientibus Arrianis pro Catholica fide vitam amiſit, ut fuſius poſtea dicemus. Nec defuere qui hunc Proculum cum altero ejuſdem nominis Milite, qui Bononiæ per exquiſita tormenta martyrii gloriam eſt aſſecutus, confunderent. Sed hic Interamnas non fuit Epiſcopus, qui ſuccinctis armis militare ſoleret; tametſi noſtri Proculi nepos eſſet, ut ex ejus martyrii actibus perſpicuè colligi poteſt. Fuiſſe autem duos Proculos, duoſque Valentinos, qui Interamnenſi Eccleſiæ præfuerunt, Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, die 14. menſis Aprilis, liquido commemorat. Ferrarius in ſuo catalogo Sanctorum Italiæ, ſecundum Proculum pro primo rejicit in diem 14. menſis Aprilis; dumque ſcriptores reconciliare conatur, denſiores tenebras veritati offundit; cum ſanè conſtet primum Proculum temporibus Maximiliani Imperatoris vixiſſe, hoc eſt, multo antequam Arriana lues, Catholicam puritatem deformaret, ſub cujus Tyrannide Secundus Proculus per tormenta exceſſit in Cœlum.

a De hoc item Bollandus t. 2. Febr. p. 863.

V. 5. S. VOLUSIANUS S. Proculo ſucceſſit circa ann. 310. ſuoque anteceſſori pietatis ergo ſacellum conſtruxit, cujus memoria habetur die 8. menſis Januarii, ut colligitur ex quadam antiqua tabula Interamnenſis Eccleſiæ. Tametſi apud nullum omninò auctorem reperire potuerimus res præclarè geſtas, quas ad poſteritatis exemplum jaceremus in commentarios.

VI. 6. S. SYRUS vixit temporibus S. Sylveſtri Papæ, interfuitque Concilio celebrato anno 342. (1) Deceſſit die 12. menſis Septembris. Poſt cujus exceſſum, cum Catholici perantiquum fanum expurgaſſent, in quo olim regnaverat Idolorum impietas, S. Syri nomini conſecrarunt, ejuſdemque venerandas reliquias ſub confeſſionem honorificè intulere.

VII. 7. ANTHEMIUS deceſſit circa annum 430. inque Baſilica Valentiniana ſepultus fuit, cujus antiquiſſima inſcriptio in ejus Templi ruinis reperitur.

VIII. 8. AELONIUS fato functus eſt anno 436. die 9. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in Baſilica Valentiniana; cujus item in ejus Templi ruinis antiqua inſcriptio reperta eſt, in qua notabatur dies ejuſdem exceſſus.

IX. 9. PRAETESTATUS, interfuit Romanæ Synodo, Julio Pont. Max. ſedente an. 467. (2) deceſſit autem anno 487. defunctumque Baſilica Valentiniana excepit.

X. 10. CONSTANTINUS Prætextato ſucceſſit 487. quo ipſo anno Romano Concilio ſub Felice Pontifice & ipſe interfuit. (3)

XI. 11. PETRUS nobili proſapia Interamnas, Epiſcopus adlectus circa ann. 490. ſedit ann. 30. ſepultus jacet in Baſilica Valentiniana cum hoc Epitaphio.

Hic requieſcit Petrus Epiſcopus, qui vixit ann. XXX. G. D. E.

XII. 12. S. FELIX Interamnenſis Epiſcopus an. 499. (4) omnibus Conciliis Romæ celebratis ſub Symmacho Papa interfuit, uſque ad annum 515. In ſumma Eccleſiæ tranquillitate quievit, ſepultuſque eſt in Baſilica Valentiniana.

XIII. 13. S. VALENTINUS *b* hujus nominis II. ex nobili genere ortus, cum ſanctiſſimè educatus fuiſſet, inque Divinis literis nobiliter eruditus, Gelaſio I. Pontifice, Romæ agens, ab eodem Eccleſiæ S. Euſebii præficitur; unde nonnulli arbitrati ſunt ejus tituli Presbyterum Cardinalem fuiſſe. Satis autem conſtat, poſt ſupramemorati Felicis exceſſum Interamnenſis Eccleſiæ, quæ olim Tyria vocabatur, fuiſſe declaratum Epiſcopum. Hic factis, exemplis, mirabilique doctrina, plures ex Arriana ſecta in Catholicæ pietatis tutiſſimas partes traduxit; cumque ſingulari virtute, vitæque innocentia diu Interamnenſibus præluxiſſet, meritis cumulatus evolavit in Cœlum die 7. menſis Januarii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Zenonis extra Civitatem; ubi ejuſdem dies profeſtus ſolemniter celebratur. Cęterùm de Valentini exceſſu, publicæ illius Eccleſiæ tabulæ narrant exceſſiſſe illum anno 526. illamque Eccleſiam rexiſſe triginta ipſos novem annos. Quod ipſum cohærere non poteſt, cum ejus anteceſſor Felix viveret 515. Proculus autem ſucceſſor anno 533. quod potuit accidiſſe ſcriptorum errore, qui numerum inverterint. Sicuti etiam in S. Valentini actibus reperitur ſcriptum, illius corpus à Longobardis Tridentum fuiſſe delatum, ac poſtea Patavium Bavariæ; quod de noſtro Valentino non eſt intelligendũ, qui Interãnenſis Epiſcopus fuit, ſed de Valentino Epiſcopo Patavino, qui deceſſit 750. Hic autem, de quo modo loquitur, juxta ſaniorem computationem anno 533. ut Ferrarius notat, deque ipſo loquitur in catalogo, aliique non pauci.

b De hoc Bollandus in Actis SS. Febr. t. 2. p. 171.

XIV. 14. S. PROCULUS hujus nominis II. natione Syrus, ut nonnullis placet, in Italiam deſcendit Juſtino imperante, Valentinoque ſucceſſit, qui non ſolum ſanctimonia vitæ, ſed etiam ſuæ doctrinæ mucrone mirabiliter Arrianorum ſectam afflixit, non modo Interamnæ, ſed Spoleti etiam, aliiſque Umbriæ Civitatibus. In quam Provinciam cum ſæviſſimus Totila penetraſſet, Epiſcopum Proculum tortum; capitis ſententia Bononiæ damnavit, juſſitque Intera-

(1) An in Concilio citato ſederit Syrus, ſiet, cum nullum comperiatur Epiſcoporum, qui in eo conſederint, nomen. *Luc.*
(2) Interfuit Romanæ Synodo ſub Hilaro Papa an. 465. Hinc dele mendum interfuiſſe Synodo ſub Julio an. 467. *Luc.*
(3) At id non conſtat ex Catalogo Epiſcoporum, qui in eo Concilio deſcribuntur. *Luc.*
(4) Verum ſi Pattus proximè prædeceſſor ſedit annos 10. poſt annum 490. quo Præſul eſſe cœpit, quomodo jure Felix hanc infulam obtinebat ann. 499. &c. Erroris redarguere antiquum ſepulchrale monumentum vecordiæ cenſemus: Conſtantinum delere in animo eſſet, & abradendus ſané ſi præſentiam ſuam unicè exponeret e Concilio Rom. cui interfuiſſe perperam dicitur. Servandus tamen jure antiquæ deſcriptionis indiculus Epiſcoporum hujus Eccleſię, occurrendumque juſtæ hujus Catalogi diſpoſitioni deſcribendo Prætextatum, qui nono ponendus eſt loco, Epiſcopatum jam exegiſſe paulo poſt an. 465. Subinde vix in ea ſede fulſiſſe Conſtantinum decimo loco, & undecimum jam ceſſiſſe Petro an. 470. Felix verò poſt annum 504. nulli alteri interfuiſſe legitur Concilio; Quare vigore Conciliorum negandum eſt vixiſſe uſque ad an. 515. & in hac re ſurſum corrigenda ſeries Ughelli. *Luc.*

mnam vix è veteribus ruinis reſurgentem, iterum mulctari excidio. Paſſus itaque Proculus martyrium eſt anno 548.(1) 1.die ineuntis Junii. S. Antoninus in hiſtoriis vult S. Proculum 1.die Januarii martyrium perpeſſum fuiſſe. Hujus Secundi Proculi Interamnenſis Epiſcopi acta multi ſcriptores eum Primi Proculi actis inconſultiſſimè confuderunt, ut ſupra diximus.

XV. 15. SYRUS ejus nominis II. ſucceſſit Proculo, exceſſit anno 554. ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ.

XVI. 16. VALENTINUS hujus nominis III. Epiſcopus fuit Narniæ(2)ac Interamnæ excisæ ann. 558. ita in prædictis tabulis.

XVII. („ S.CASSIUS *Narniæ dum in ſacris præeſſet*, „ *Valentino decedente, curam ſimul aſſumpſit Interamnenſis Ovilis, at in Narnienſium Catalogo ipſe notat Ughellus.* Lucent.)

XVIII * Ex App. tom. 2. 17. * S.JUVENALIS, ejus nominis II. Epiſcopus Narnienſis, poſt Valentinum circa annum 558. Eccleſiam Interamnenſem pie, ſancteque rexit ad multos annos, tandem anno 565.obdormivit in Domino die 3. Maji. Interamnenſibus quidem venerationi eſt, quod per ea tempora cum Interamna deſolata jaceret, qui Narnienſis Epiſcopus erat, etiam Interamnenſibus jus divinum dicebat. Hujus ſancti Epiſcopi, quem nonnulli martyrem vocant, ſacrum corpus in civitate Foſſana Pedemõtis regionis honorifice requieſcit, de quo vide infra in Epiſcopis Narnienſibus.

XIX. („ *JOANNES ſucceſſit, de quo vide, quæ pronunciamus inter Narnienſes.* Lucent.)

XX. a 591. 18. PROIECTITIUS Epiſcopus(„ *Narnienſis*, „ *& Interamnenſis.*)591 a.cui ſcribit S.Gregorius Papa Epiſt.2.lib.2. in regeſtis.

XXI. 19. CONSTANTIUS Epiſcopus Narnienſis, ac deſolatæ Interamnæ, quoddam favorabile diploma M. Gregorii ſubſcribit, indultum monaſterio S. Medardi in Gallia. Eidem etiam S. Gregorius Magnus literas dedit. Fato functus eſt anno 605.(„ *Interfuit etiam Conciliis ſub Gregorio M.ann.*595.*&* 601. „ Lucentius)

XXII. b Ex Narn. concil. 20. ANASTASIUS natione Syrus, Interamnenſis Epiſcopus *b* ex inſtinctu divino acclamatus eſt circa annum 606. alii electum fuiſſe contendunt ann. 542.obiiſſe verò an.553. Interfuit certè Concilio ſub Martino Pontifice anno 652. Sanctè, piè que Interamnenſem rexit Eccleſiam per multos annos, Arrianorum reliquias fugavit, fuditque, ſalubrioribus legibus gregem ſuum continuit, labentes per Diœceſim munificentiſſimè reparavit Eccleſias, inque Civitate Cathedrale Templum erexit Deiparæ Virgini Aſſumptæ conſecratum. Hujus Epiſcopi temporibus, Sigiſmundus, Attiliuſque ejus Provinciæ Principes Interamnam exciſam reædificare inſtituerunt, quæ deinde S. Paſtoris exemplis vitæque ſanctimonia ſenſim crevit in Urbem. Interea Anaſtaſius in pace deceſſit anno 653.die 17.menſis Auguſti, ſepultuſque eſt in Cathedrali à ſe constructa. Ejus ſacrum corpus ptimum repertum eſt, ex divina revelatione integrum anno 939. inque magnifico ſepulchro ſub ſacello ejus nominis dicato reconditum, cujus inventionem incredibilia patrata miracula illuſtrarunt. Secundò temporibus XIII. Gregorii lucem aſpexit, an. 1575.die 15. menſis Junii, illatumque eſt in ſacellum ejus nomini munificentiſſimè conſecratum. Meminit hujus Romanum Martyrologium die 17.menſis Auguſti, extatque ejuſdem memoria apud Ferrarium in catalogo Italicorum Sanctorum.

* Ex App. tom. 2. *Hic vero totum id, quod n. 21.de S. Tigridio, & n. 22.de S. Remedio diximus, ex albo Interamnenſium Epiſcoporum expunge, cum revera S. Tigridius, & D. Remedius, quos cum clero in Vaſpigio quodam chimærico Caſtello à Longobardis de Interamnenſi ſede deturbatos commoratos fuiſſe narravimus, nunquam ii Interamnenſes in Umbria fuerunt Epiſcopi, ſed Vapincẽſes Præſules in Gallia, quæ Urbs Vapincum, ſeu Vapingum, & Vapetenſium, ſeu Gabicenſium, inter civitates Delphinatus in Allobrogibus, ſeu Narbonenſi 2. quæ & Aquenſis recenſetur apud Aimorinum, Antoninum, Myræum, Claudium Robertum, cæteroſque Geograph. ſcriptores, eſtque ſuffraganea Aquenſis Archiepiſcopi, cujus Eccleſiæ Tigridius, & Remedius fuerunt Epiſcopi, teſte Claudio, aliiſque. Hos duos ſanctiſſimos Præſules ex aliorum vecordia male inter Epiſcopos hujus Interamnenſis Eccleſiæ retuli in 1.tomo. Ingenue enim fateor, me à quodam Interamnenſium antiquitatum everſore deceptum fuiſſe, qui ut propriam oppleret vanitatem, Epiſcoporum Interamnenſium Dypticas, tabulas, monumentaque effinxit, corrupitque ad nauſeam, meque calamo currentem circumvenit, decepit incautum, & in errores impegit, quos cum non potuerim ex properantia ſcribendi provocare ad pyram, noſtra Interamnenſium Epiſcoporum ibidem nonnihil claudicavit narratio. Errorem auxit modernus alius ſanctorum aliquorum geſtorum ſcriptor, ab eodẽ vaniſſimo homine circumventus, cujus malitiam, ſeu inſcitiam nuper detexit eruditus, & veridicus hiſtoriarum patriæ ſcriptor Franciſcus Angelonus. SS. Tigridii, & Remedii Vapincenſium in Gallia Epiſcoporum meminit Martyrol. Roman. & Uſuard. quibus adſtipulatur Baron. in notis 3. Febr. de quibus etiam legendus Andreas Sauſſay Pariſinus eccleſiaſticarum rerum eximie doctus & eruditus in ſuo martyrolog. Gallicano, ubi die 3. Februarii de SS. Remedio, & Tigridio Vapingi Epiſcopis hæc habet. *Vapingi ſub Aquaſextia Metropoli in Phocenſi provincia S. Remedii Epiſcopi itidem, & confeſſoris, qui S. Tygridi ob præclaras virtutum dotes ſuffectus, iiſdem veſtigiis inhærens Eccleſiam creditam magna laude, & copioſo fructu paſtoralis vigilantiæ direxit, datiſque divinitus perfectæ ſanctitatis indicus, eodem tramite, quo deceſſor aulam cœleſtem ingreſſus eſt.* De Tigridio verò hæc antea die 2. ejuſdem menſis Febr. dixerat. *In territorio Vapicenſi S. Tygridis Epiſcopi, & confeſſoris.*

21. CONSTANTINUS * qui & Conſignetius, & Coſentinus dicitur, ſucceſſit Anaſtaſio 653. Deceſſit 12. Kal. Aprilis anno 726. ſepultuſque eſt in ejuſdem Eccleſiæ confeſſione. XXIII * Ex App. tom. 2.

22. TRANSMUNDUS (3) Spoletinorum Dux Foroaldi filius à Zacharia Pontifice Interamnenſium ordinatus Epiſcopus fuit, vixitque in ea dignitate ad annum 760. decedenſque tumulatus eſt in Baſilica Valentiniana. Hic ille Tranſmundus eſt, Dux idem bellicoſus, ac factioſus, qui cum contra Luitprandum Longobardorum Regem rebellaſſet, interque Fanum Forumque Sempronii auſus fuiſſet ſigna conferre, victus à Rachis, Aſtulphoque Forojulii fortiſſimis Ducibus, Spoletum ibi ſe tutaturus confugit, ſed continenti obſidio preſſus, rebuſque ſuis diffiſus, cum ſe ad nutum dediſſet victori, à Luitprando Rege omni honore ſpoliatus, Aſprandum Spoletinorum Ducem ſucceſſorem excepit, juſſus ipſe interim Eccleſiaſticam Tonſuram ſubire, ut cum diverſo vitæ ſtatu, etiam conſilia ſaniora indueret, qui deinde, ut ſupra docuimus, à Zacharia Pontifice Interamnenſium Pontifex declaratus eſt, ſive ut ea dignitas viro jam tunc dejecto decori eſſet, ſive ut rebus ſacris magis addictus, conſilia belli in totum deponeret. Tranſmundi autem meminit Sigonius lib. 8. Baronius, pluresque alii præter Interamnenſis Eccleſiæ tabulas.

(„ *N . . . . cujus nomen ignoratur, in ipſa Interamnenſi Baſilica in locum demortui Conſtantini ordinatus in gratiam Longobardorum Regis à Zacharia Papa an.*714. *ut habetur ex Anaſtaſio biblioth. eo* „ *anno apud Baron.n.*32. Lucent.) XXIV

Cæ-

(1) Scribendum an. 546. quo Totilas refumens ferociam, quàm depoſuerat hortatu S. Benedicti Abbatis, in Epiſcopos Catholicos dirè ſe geſſit, uti ex Baronio. *Luc.*

(2) Perperam Valentinus aſſeritur Narnienſis Epiſcopus, cum nec in ſerie Narnienſium numeretur, & eo tempore Narnienſis Epiſcopus erat CASSIUS: Qui, defuncto Valentino, præcipiente Vigilio Papa, curam ſimul aſſumpſit Interamnenſis Ovilis, tenuitque uſque ad an. 558 quo migravit ad Dominum. Ughellus etiam in ſerie Narnienſium innuit Caſſio commendatam fuiſſe Eccleſiam Interamnenſem: Nec tamen hic cum Epiſcopis Interamnenſibus, ut eſt inſerendus, inſerui. *Luc.*

(3) Franciſcus Angelonus Tranſmundum, quem nos inter hujus Eccleſiæ Epiſcopos annumeravimus, à ſuo expulit Catalogo, ejuſque loco ab eodem Zacharia Papa delectum quendam Anſegnum narrat, longe diverſum à Tranſmundo, qui nunquam Interamnenſem ſedem aſcenderit, eo teſte *Ughellus in append. tom. 2.*

Cæterum cum Interamna ex Spoletinorum Ducum potentia poſt deceſſum Transmundi *a* iterum paſſa eſſet excidium, iterumque à Civibus reſtaurata temporibus Benedicti Papæ III à quo ſequenti privilegio exornata fuit, quod in archivo ejuſdem Civitatis aſſervatur.

a Anonymus.

In nomine D. & Salvatoris Jeſu Chriſti anno ab Incar. ejuſdem D.N.J.Chriſti 857. menſe Maii, indict. 6.

HOneſtum nimis, & neceſſarium videtur eſſe negotium . . . . . aſſequi ſervitia pro remuneratione ſui laboris ex noſtris rebus, ac publicis cauſis eis concedimus, & condonamus. Divinum namque præceptum eſt, ut ſequatur vota fidelium fructum tamen laborum, ac pt animum, qua authoritate D.N.J.Chriſti Salvatoris, atque B. Mariæ ſemper Virginis, ſanctorumque Apoſtolorum Principis Petri, & Pauli, omniumque ſimul Sanctorum, Ego D. Benedictus III. Papa, ac Gubernator S. & Apoſtolicæ ſedis, totiuſque Eccleſiæ univerſum per orbem de præſenti die, Domini concedente gratia, atque ejus Divina auſpicante clementia, ſimulque ſuggerente gratuita pietate, damus, & concedimus authoritate Domini Salvatoris vobis habitatoribus Civitatis Teramnenſis majori, & minori natu, veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, ideſt totam iam dictam Civitatem, cum muris, & ædificiis, decurſibus aquarum, & alveis, ac marginibus, in deq; concurrentibus, & cum tota ſua pertinentia, cum vallibus, collibus, montibus, ac planitiis fundura, ac vocabula circumquaque poſita. Inſuper concedimus vobis alias res per hos fines, ſicut tranſire videtur per ſtradam Domnitum, & exire videtur per portam, quæ dicitur Romana, & per antiquum pontem ſubitque in colle, qui vocatur Aleſianum, & per iam dictum collem deſcendit in foſſatum, quod vulgari nomine dicitur Cuda, deinde pergit in lagin, & per decurſus iam dictæ lagiæ diſcendit in furcam, quæ vocatur Petra de confinio, deinde ſubit per montem, ubi dicitur Aquævivæ, atque de hinc aſcendit in montem, qui dicitur Maium, ac pro montanis, vallibuſque tranſire videtur per montem ad agrum, qui dicitur Ru clum, atque deinde deſcendit per viam, quæ pergit in marmora, deinde deſcendit per marginem montis in alueo fluminis in loco, ubi mergere videtur aqua jam prænominata marmora, ac per decurſus iam ſupradicti fluvij decurrit in iam dictam Civitatem Teramnenſem. Infra hos verò fines atque vocabula concedimus vobis, veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum caſtris, muris, aliiſq; ædificiis, terris, vineis, pomis, aliiſque arboribus, fructiferis & infructiferis, montibuſque, cum vallibus, cultum, & incultum, aquis, decurſibuſque earum, cum introitu, & exitu ſuo cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe, & ſuper ſe habere videtur, vel in antea haberi, apparere habetur, ad honorem D N. Jeſu Chriſti, & B. Mariæ ſemper virginis, & B. Petri Apoſtolorum Principis, ad utilitatem verò veſtram, ſucceſſorumque veſtrorum . . . . ſanè videlicet ratione, & convenientiæ concedimus vobis jam ſupradictis res veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia in omnibus ſemper nobis obedientes fuiſtis, atque in utilitatem, ſervitiumque noſtrum parati eſtis, & in futurum ſpontaneè promititis adimplere in ſuncta, ſummaque ſede Apoſtolica confirmo habere vos, ac poſſidere vos, veſtroſque hæredes, vel ſucceſſores in perpetuum cum Domini benedictione, noſtraq; noſtrorumque ſucceſſorum inſuper oblego, atque confirmo. Si quis autem, vel temerarius in aliquo moleſtare, aut inquietare, ac litigare per quodlibet ingenium voluerit, aut contra hanc noſtræ conceſſionis chartulam contrarius extiterit, fiat anathema, & anathematata, inſuper fiat, compoſitor in ſūma, & Apoſtolica ſede e lib aur optimi; ſoluta verò pœna, hæc chartula ſemper ſiat ſtabilis in perpetuum. Joannes nepos Domini Pontificis, Gualterius ſimiliter nepos eius teſtes, Sanxo, Comes Raynerius de Joſeph, Adam de Alberto teſtes.

Ego Petrus Scriniarius S R E. hunc præceptum per iuſſionem D Benedicti III. Papæ, manu mea ſubſcripſi.

Per annos quingentos Paſtore viduata eſt Civitas Interamna, & eo amplius, uſque ad annum ſcilicet 1218. donec ab Honorio III. eidem dignitas Epiſcopalis reſtituta eſt. Dum autem proprii Paſtoris non reverebatur arbitrium, modo Narnienſes, modo Spoletini Epiſcopi, ut Romanus decreverat Pontifex, leges præſtolabatur. Eccleſia verò Cathedralis à Priore, & Canonicis ita moderabatur, ut neminem præter Romanum Pontificem ſuperiorem agnoſceret; Quos Otho IV. Imp. anno 1209. ſequenti cohoneſtavit privilegio.

Otho IV. Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, ad æterna vitæ præmium, & temporalis Regni incrementum.

PLurimum nobis prodeſſe non ambigimus, ſi loca divinæ cultui mancipata, in ſuo jure manutenere ſtuduerimus, & circa eorum commoda curam & operam impenderemus diligentem. Quapropter univerſis Imperij fidelibus tam &c. duximus declarandum, quod nos fidelium noſtrorum Prioris, & Canonicorum S. Mariæ, ſanctique Anaſtaſij Interamnæ ſupplicationibus pium prætentibus aſſenſum pro ſalute noſtra ipſam Eccleſiam, jura quoque, & omnes ejus poſſeſſiones, quas in præſentiarum legitimè obtinet, aut in ſuturum dante Domino juſtè fuerit adepta, ſub ſpeciali magnitudinis noſtræ recipimus protectione, confirmantes jam dictis Canonicis pro tempore Domino ibidem famulantibus, decimas pontium, & ut eoſdem pontes, quoties opus fuerit, de lapidibus reficiant, plenam illis tradimus facultatem, præterea de Imperiali clementia Priori, & ipſius fratribus indulgemus, ut quicumque juſtitiam ipſi Eccleſiæ requiſitus à Priore, & fratribus non fecerit, poſt compellationē Poteſtas, ſive Conſules, qui pro tempore fuerint, eos prout juſtitia exiget, in poſſeſſionem mittant, & defendant. Quod ſi forte facere neglexerint, poſt tertiam requiſitionem à Priore, & fratribus ſaltem, liceat eis poſſeſſionem intrare, & ſicut ea rationabiliter adepta fuerit Imperiali authoritate quietè, & pacificè poſſidere. Si quis igitur ſupraſatos Priorē, & fratres &c. Dei genitricis, & Virginis Mariæ, & S. Anaſtaſij Interamnæ ſuper his, quæ imperialis clementia eis indulſit, & confirmavit, aliquatenus moleſtare præſumpſerit, iram tremendi Judicis, & Majeſtatis noſtræ gravem offenſam ſe non dubitet incurſurum, atque in vindictam temeritatis, 60. libr. auri cōponat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum in vir ii pſis &c. Ad cujus rei certitudinem hanc paginam conſcriptam ſigillo noſtro juſſimus communiri.

Datum Interamnæ ann. Dom. 1209. Kal. Jan. ind. 13.

*23. BENEDICTUS (1) civis, & Epiſcopus Spoletanus poſt tot ſecula Interamnenſis Epiſcopatus adminiſtratione ab Honorio III. anno 1217. ſpoliatus contra Petrum Priorem, cæteroſque Interamnenſis Eccleſiæ clericos tum ſub Innocentio III. tum verò ſub eodem Honorio jus, quod anteceſſores ſui in ea Eccl. acquiſierant, quantum valuit, infracto animo ſuſtinuit, ut ex ſequenti diplomate ex regeſt. vatic. deſumpto fol. 202. liquido patet.

* Ex App. tom. 1.

HONORIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Dilectis filij Petro Priori, & Clericis Interamnen. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

VEn. fratri noſtro Benedicto Epiſcopo cum quibuſdā Canonicis Spoletanis, & tibi fili Prior cum clericis S. Mariæ Interamn. in bon. mem. Innocentij Papæ prædeceſſoris noſtri præſentia conſtitutis pro eadem Eccleſia ſupplicabatur humiliter, & cum Cathedralis fuit ab antiquo ita quod inter alios, & glorioſos Martyres Valentinum, & Proculum, & Anaſtaſium confeſſorem meruit habere Pontifices, non obſtante quod aliquanto tempore propter inopiam langueret proprij Paſtoris deſtituta ſolatio, reſtaurare dignaremur in ipſa Epiſcopalis dignitatis honorem; quia eum per Dei gratiam, & populus ſatis abundet, & adeo ferveat ejus devotio, quod plena manu conferentibus omnibus in communi de competenti dote, ac idoneis ædificijs providetur contra damnum, quod rerum defectus hactenus intulit, deberet ſuffragante jam copia reſtaurata, ſic ceſſante cauſa, ceſſet effectus. Sed ad hæc objecta fuerunt primo longinquitas temporis, quo Interamnen. Spoletana poſſedit Eccleſia tanquam ſuam, cujus dicebatur memoria non extare; ſecundo conceſſiones quorumdam Romanorum Imperatorum, quorum unus Comitatum Civitatis Interamnenſis, & alius Monaſteria, & quaſdam Eccleſias Civitatis ejuſdem, Spoletana videbuntur Eccleſia conceſſiſſe. Tertio, confirmationes quo-

(1) Hic Benedictus non fuit Interamnenſis, ſed Spoletanus Epiſcopus, unde expungendus ex hac ſerie. *Lu.*

rumdam Romanorum Pontificum, qui conceſſiones Imperatorum, & ſpecialiter plebis S. Mariæ Interamnenſis, ut privilegiorum verbis utamur, inter alia Spoletano Epiſcopo conſervabant. Quarto, quod olim inter Spoletanum Epiſcopum, & clericos Eccleſiæ veſtræ talis compoſitio intervenit, ut nullum ad beneficium, ſive partem beneficii reciperent, ſine ipſius aſſenſu, & quod eidem annuatim hoſpitia duo darent, ut ſtuderent, et prædicarent, ut Interamnenſes laici ſolverent decimas, & mortuaria Epiſcopo Spoletano, per quæ tria, tam in Eccleſiis, quam Clericis, & laicis jus Epiſcopale recognoſci eidem Epiſcopo dicebatur. Ad quæ fuit à vobis reſponſum. Primo, quod ſi Spoletanus Epiſcopus, Interamnenſem Eccleſiam Spoletanæ ſubjectam ab antiquo fuiſſe proponeret, præteriti curſum quantumcumq; temporis allegaret, quaſi obſtaculum præſcriptionis opponens, cum res ſuas nemo præſcribat, & nullorum acquirat in proprio ſervitutem, quod ſi eam tenuit commendatam, ſicut interdum Conſtantius Narnienſis fuit Epiſcopus, quia commendatarius ſibi nomine poſſedit, & per conſequentiam non præſcripſit, cum in talibus, ſecundum canonicas ſanctiones, bona fides, juſtus titulus, & continua poſſeſſio requirantur. Secundo, quod Imperialis conceſſio nihil ſpiritualis juris auferre potuit, vel adferre cum laicis, quantumcumque religioſis, diſponendi de rebus Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas. Quapropter is, qui loca religioſa voluiſſe conferre videtur, nil contulit, cum regulariter plus juris in alium, quam habeat quis transferre non poſſit, & ſic quamvis donationis verba protulerit, effectum conferre nequivit, nec in generali ejus ſtatus donatione, ſi etiam in tēporalibus tenuiſſet, cum eo tempore terrā illam per uſurpationē cōtra Eccleſiā, Imperiū poſſideret, quod ſpiritualis juris exiſtit. Dici debet, quaſi cū univerſitate tentaſſe, quoniā nec particulariter, nec cum toto habere potuit id donator. Tertio, quod per cōfirmationes Romanorū Pontificū generales, nihil videtur adjectum, cum firmum non præceſſerit, quod ſic potuerit confirmari, quia per eas, novum jus non conſuevit acquiri, ſed robur adjicitur legitime acquiſitis. Unde in privilegiis continebatur exhibitis clauſula conſueta, videlicet, ſicut juſtè, ac canonicè poſſidetis. Quarto, quod & ſi forte præfatis clericis allegata compoſitio præjudicium aliquod potuiſſet adferre, poſteris nocebat, cum enorme diſpendium vacantis Eccleſiæ fuerit attentatum, præſertim cum, & quilibet Epiſcopus alius, cui recommendata fuiſſet Eccleſia, potuiſſet percipere talia ſine præjudicio libertatis. Pro Spoletanis autem fuit propoſitum, quod ſi haberent neceſſe recurrere ad præſcriptionis auxilium, nec commendatā, nec ſuam fuiſſe Interamnenſem Eccleſiam allegarent, ſed poſſediſſe pro ſua, & ab eo tempore, cujus memoria non extabat, unde etiamſi quid præſcribere cœperat ab initio bonam fidem non habuerit, potuit poſtea bona fide poſſidere ſucceſſor, à quo ultra tempus illud effluxit, quod exigitur ad præſcriptionem quadragenariam confirmandam; prætereà per conceſſiones Imperatorum, & confirmationes Romanorum Pontificum, ſi forte jus plenum Spoletana Eccleſia non fuiſſet adepta, titulum tamē probabilem habuit, ut ſic Interamnenſem Eccleſiam poſſidendo pro ſua, præſcriptionem canonicam bona fide, ac juſto titulo conſummaret. Cæterum ſi Cathedralis fuerat, non latuit illos Romanos Pontifices, qui inter Eccleſias alias S. Mariam Interamnenſem Eccleſiam per authentica privilegia confirmarunt Eccleſiæ Spoletanæ, & ſic conſenſu tacito, quinimo facto talis expreſſo, eam ſubjicere videbantur, cum illa cui confirmatur major haberi conſueverit confirmata, & conſequenter Interāmnenſem Eccleſiam Epiſcopali dignitate privatam fecerunt, quoniam alias ſatis eſſet ridiculum, ut Epiſcopalis, Epiſcopali ſubjecta dicatur, unde non abſque cautela, cum eadem confirmata fuit Eccleſia, plebs extitit nominata, quaſi nollet eam fore Cathedralem in poſterum confirmator. Compoſitio non allegata ſuperior, non ſolū præteritis, ſed etiam præſentibus, & futuris dicebāt præjudicium generaſſe, cum ſucceſſores illarum, cum quibus inita fuerat, ſic in emolumenta, ſic & in damna ſucceſſerunt tempore nihilominus tanto ſilentes, quod etiam, ſi qua illis contra compoſitionem eandem actio competere potuiſſet, fuit omnino præſcriptione ſublata. His autem

A *ſic fides adimi videbatur; eſt quidem cautum in jure, quod ubi Epiſcopatus certi ſunt limites, præſcribi non poſſunt, ne ſtatus provinciarum, ſive diœceſum confundantur. Multo ergo minus Epiſcopalis dignitas præſcriptione non tollitur, ex qua nimia confuſio ſequeretur. Porro Spoletanus nequivit Epiſcopus Interamnēſem Eccleſiam per præſcriptionem hujuſmodi, Pontificali dignitate privare, cum ſua debuerit eſſe contentus, & alienam poſſidere, vel quaſi poſſidere nequiverit, ut diceretur unus, vel ſimplex Epiſcopus duas dignitates Epiſcopales habere, ac ratione unius major, & ratione alterius minor haberi, ut novo jure, nec Metropolitanus, nec ſimplex Epiſcopus haberetur; nec obviat, ut dicatur non dignitas, ſed Epiſcopalis locus præſcriptus, cum nec dignitas propter prædicta, nec locus dignitati connexus potuit ſede vacante præſcribi. Prætereà cum Interamnenſis Eccleſia proprio gaudebat Pontifice, immediatè Romano Pontifici ſubjacebat, contra quem ſola centenaria currit præſcriptio, de qua Spoletanus Epiſcopus per tempora ſchiſmatum, quæ aliquando per 40. an-*
B *nos, & aliquando 10. & 8. duraſſe noſcantur, idem modio ſubducantur, prout debent de jure deduci. Docere non poſſet, cum tot annorum teſtes idoneos invenire nequiret, & ſic compoſitio illa non obviat, ut Eccleſia Romana præjudicet, quando de mera juſtitia Cathedralem ſibi reſtauret honorem, & obedire cogantur clerici, qui pro tempore fuerint Cathedrales, quoniam ſi etiam componentes aliquod præjudicii ad poſteros tranſtuliſſent, ſedi vacanti nocere non poterat, & futuro præjudicare Paſtori, alioquin poſſent ſubjecti, cum vellent juga ſuorum Prælatorum excutere, ſi ſic prælationis electio ſubjaceret arbitrio ſubjectorum. Satius quia pro non dato habetur, quod ab eo datur, qui dandi non habuit poteſtatem, & dici non debet juſtum poſſeſſionis titulum contuliſſe, qui poſſidere nequivit nullum probabilem titulum citra ſpiritualia per conceſſionem Imperialem Spoletanus Epiſcopus fuit aſſecutus. Hæc confert, ſi forſitan erravit, quaſi juris ignarus, talia de manu recipiens laicali, cum ſtultus melioris conditionis eſſe non debeat, quam peritus. Per confirma-*
C *tiones quoque Romanorum Pontificum novum poſſeſſionis titulum Spoletanus non acquiſivit Epiſcopus, cum ea tantummodo confirmarint, quæ juſtè, ac canonicè poſſidebat. Porro licet plebem S. Mariæ Interamnenſis videatur inter alias Eccleſias in ſuis privilegiis confirmaſſe, non propter hoc ſequitur, quod de Eccleſia intellexerint Cathedrali, cum non ſimpliciter Interamnenſem Eccleſiam dixerint, ſed plebem S. Mariæ Interamnenſis, & forte non abſque cautela, nec ideo, quod ſciebat Cathedralem Interamnen. fuiſſe, ſequitur, quod ſciverint talem hanc eſſe, quam plebs ſimpliciter inter alias vocabat, per quod plus impetrantis notatur obreptio, quam liberalitas confirmantis, cum confirmationes hujuſmodi ſuſpicione non careant, ubi nomen ſupprimitur dignitatis. Cæterum, ſi etiam tacitus poſſet præſumi conſenſus, non deberet ſufficere talis præſumptio, maxime in manifeſta præjudicium libertatis, quia cum omnis res per quaſcumque cauſas contrahitur, per eaſdem regulariter diſſolvatur. In talibus, quæ ſpeciali privilegia ſummo ſunt Pontifici reſervata, ſicut in concedendo, ſic & in auferendo*
D *expreſſus deſideratur aſſenſus. Interim verò prænominato prædeceſſori noſtro ſublato de medio apud nos inſtitiſtis ſuppliciter, & ſupplicaſtis inſtanter, ut jam finem dignaremur dare negotio. Cum per eumdem non contentioſo judicio, ſed cognitione ſummaria uſque adeo fuit ad ipſius negotii conſummationem proceſſum, quod ſuper hoc demum deliberatum extitit à fratribus in communi, nec ſuperfuit aliud, niſi publicatio voluntatis ejuſdem, quæ tantum facto videbatur expoſita, cum idem per cives Interamnenſes Eccleſiæ veſtræ ad opus futuri Paſtoris in domibus, poſſeſſionibus, & aliis pro majori parte fecerit providere. Nos autem præter prædicta, conſiderantes commodum animarum, quod habitationibus loci per ſpecialem Epiſcopum facilius poterit provenire, attendentes nihilominus, quod tempore noſtro Interamnenſis Communitas per adjectionem non modicam pro Epiſcopali menſa plene providit, ne Divinæ gratiæ videamur ingrati, quæ ad talem ſtatum Interamnenſem reduxit Eccleſiam, ut proprium poſſit rehabere Paſtorem, & ne-*

ceſ-

ceſſe non habeat, alicuè ſuffragia mendicare in eadem de communi fratrum noſtrorum conſilio, Epiſcopalis dignitatis reſtauramus honorem, ſtatuentes, ut nulli, niſi Romano Pontifici ſit ſubjecta.

Datum Laterani id. Januarii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXV. * Ex App. tom. I.

24. RAYNERIUS civis Interamnas* Tranſmundo, vel alio hujus excilæ Civitatis poſtremo Epiſcopo ſucceſſit an. 1217. ab Honorio III. conſecratus, qui Pontifex ſcripſit nonnullis Plebanis diœceſis Interamnenſis, ut Raynerio obediant, tanquam Paſtori, & Epiſcopo animarum ſuarum. Diploma habetur in regeſt. ejuſdem Pontificis ep. 352. anno 3.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

PRælatis, & clericis, & laicis S. Mariæ de Feſe, S. Georgii, S. Damiani, S. Eraſmi, S. Andreæ de Porcacio, S. Blaſii de Macrino, S. Juvenalis de Agiano, S. Georgii de Pſachia, S. Laurentii de Caſtillione, S. Mariæ de Strictura, S. Mariæ de Oliveto, S. Mariæ de Colleſtatto, S. Valentini Caſtelli laci, S. Angeli de Petarco, S. Mariæ de Echu, S. Mariæ de Caſeia, S. Venantis de Teſtano, S. Donati de Fumu, S. Mariæ de Sala, S. Martini de Fonamelone, S. Venantii de Melice, S. Spiritus, & univerſis Capellanis ad eaſdem plebes pertinentium. Grave gerimus, & indignum, quod ſicut ven. frater noſter Interamnenſis Epiſcopus expoſuit coram nobis, cum felicis memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter olim vobis dederit in mandatis, ut de cætero nullatenus intenderitis Epiſcopo Spoletano, ſed Interamnenſi Priori, vos qui ſibi eſtis lege diœceſana ſubjecti, eidem intendere non curatis, quamvis quidam veſtrum, ei obedientiam præſtiterint, quam non ſervant. Nolentes igitur tantum Epiſcopi prædicti contemptum, quod evidenter in noſtram injuriam redundat, æquanimiter ſubſtinere, quem potius favorabiliter confovere volumus, de gratia ſpeciali univerſitatem veſtram monendam duximus, & hortandam per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ei tanquam Epiſcopo, & Paſtori animarum veſtrarum efficaciter intendentes impendatis eidem obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam. Alioquin ſententiam, quam idem rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino firmiter obſervari.

Datum Laterani 3. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Idem Honorius eodem ann. 15. Kal. Auguſti, Raynerio plebem S. Valentini, aliaque ejuſdem Eccleſiæ jura ab Epiſcopis Narnienſi, & Spoletano occupata reſtituit, eundemque ſub Apoſtolica protectione ſuſcepit, ſequenti diplomate ibidem deſumpto.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. Fratri noſtro Raynerio Interamnenſi Epiſcopo, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectum conſequenter complere. Ea propter ven. in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes affectu conceſſiones, redditus, jura, & omnia, quæ Interamnenſis Communitas Epiſcopatui aſſignavit in dotem, ſicut ea omnia juſtè poſſides, & quiete, & inſtrumento inde confecto plenius continetur, tibi, ac ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſt. confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ad rei autem evidentiam pleniorem, tenorem ipſius inſtrumenti præſentibus de verbo ad verbũ fecimus annotari, qui talis eſt.

In Dei nomine. Anno Domini MCCXVIII. tempore D. Honorii Papæ III. indict. VI. menſe Februarii. Hoc namque tempore nos Petrus Capitonus poteſtas, & Jacobus Petri camerarius cum conſilio, conſenſu, & authoritate Conſiliariorum Interamnenſis non vi, nec dolo ducti, ſed noſtra bona propria, ac ſpontanea voluntate, præſente Magiſtro Gratia Capellano D. Papæ Primo ad ordinandum dotem Epiſcopatus Interamnenſis, & ſecundo ad incathedrandum ipſum D. Epiſcopum, & aſſignandum eidem D. Epiſcopo poſſeſſiones, & redditus, & jura Epiſcopatui conceſſa à D. Papa Honorio deſtinato, & verbũ inde concione ad populum proponente, & populo univerſo reclamante, & aſſentiente pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & communantia, & populo Interamnenſi damus, donamus, tradimus, concedimus, atque largimur Eccleſiæ Interamnæ ad opus Epiſcopatus, & vobis D. Raynerio Epiſcopo Interamnæ, & per vos, & veſtris ſucceſſoribus in eadem Eccleſia in perpetuum in dotem omnia infraſcripta tenimenta, & poſſeſſiones terrarum, vinearum, Canapinarum, & jardini, ſicut ſuis finibus clauduntur, videlicet totum tenimentum Canapinarum, quæ habent hos fines, à primo palatium, & parlatium, & via, quæ vadit ad portam . . . à 2. murus Civitatis; à tertio forma, à quarto, terra, & vinea Canonica, & iſtæ poſſeſſiones conſiſtunt infra murum, & extra murum civitatis, & totum jardinum, quod eſt infra palatium, ita quod nulla domus circa palatium habeat exitum, vel proſpectum de intra in ipſum jardinum excepto, quod domus, & criptæ Guidonis Thebalduccii debeant oſtia, & feneſtras, ſicut modo habent, ſalvo quod ipſe Guido faciat à via jardini verſus domus, & criptas ſuas murum fieri ita altum uſque ad feneſtram ipſius domus altiorem, quæ modo ibi eſt, ita quod non fiat in prænominato jardino proſpectus, & totum tenimentum, quod inſiſtit extra formam, & habet ſuos fines; à primo, formam; à ſecundo Arderado, ſecundum quod recte vadit, iter à forma per illud, quod fuit Arderadi uſque in viam; à tertio, via publica, à quarto, filii Oderiſii, per quod vadit via, quæ itur ad pontem S. Martini, & totum tenimentum poſitum in vocabulo S. Martini, & habet fines, à primo, ſecundo, & tertio, via; à quarto Petrus Raynutii, & Joannes Jordani, & totũ tenimentum terræ poſita in vocabulo Canneti, vel Crucis S. Fortunati, & habet ſuos fines; à primo forma, ſive foſſatum; à ſecundo, via, quæ vadit ad Collem Lunæ; à tertio, Thomaſo Matthæi, & Joannes Berardutii Baj, & Angelus de Maclain, & filia de Scrofono, & Aſſale; & Raynutius de Benencaſa, & limes Canniti, & Sinibaldus Matthæi, ſicut recte deſcendit à limite inferiori per illud quod fuit dicti Sinibaldi, & filii Laurentii, & Carbencellus, & Thomas de Ductalevo, & filia de Benencaſa de Pagano uſque in viam canneti; à quarto, via canneti, & Bai de Benencaſa, & Paulus in Golano, ſicuti recte venit inferius per illud quod fuit ipſius Pauli, & filii Padee Joannis Cemello, & terra ſancti Petri Licon. & Baji Rinaldi, & filius Nicolæ de Caſſa, & Paulus Baji, uſque in prænominatum foſſatum, ſive formam per quem campum labitur forma de foris, & quinq; cannas ad juſtam menſuram, quæ menſuratur circa Eccleſiam S. Fortunati, undique, & totum tenimentum vinearum, & terræ, quod eſt poſitum in vocabulo S. Savini, & dolii, & habet fines à primo, & à ſecundo, & à tertio via, à quarto falco bonefide, & filii Tallacozzi, & Bolletta, & totum ſpatium terræ poſit. ibidem, ab alia parte videlicet, quæ fuit Matthæi Gottifredi, & habet hos fines, à primo, & ſecundo, via; à tertio, filii de Francu Gisleris, & à quarto, dictus Gottifredus, reſervato jure eundi, & redeundi cum ſuis neceſſariis ad Gottifredum, & filios per dictam terram ſine malitia, & eorum hæredes, & totum tenimentum vinearum, & terra poſita ad S. Mariam de Rocca, & habet ſuos fines à primo, & à ſecundo, via; à tertio, poſſeſſio S. Nicolai foris portam, & Donadeus Berardi; à quarto, filii Jo. Berardi ſicut rectè venit inferius in viam per illud quod fuit filiorum Joannis Berardi, & aliud petium terræ poſitum ibidem, & habet fines; à primo, via; à ſecundo, tertio, & quarto, terra prædicta Eccleſia, & nucem de Calcaja, cum terra ſibi ſubjacente, & totum tenimentum terræ poſitum in flumine, & habet hos fines; à primo, Paulus Falconus; à ſecundo, forma; à tertio, poſſeſſio Canonic. à quarto, foſſatellum, infra quos fines, & in jam dictis vocabulis damus, donamus, tradimus, atque largimur vobis D. Raynerio Epiſcopo Interamnenſi ſupradicto, & veſtris ſucceſſoribus, & ipſius Eccleſiæ Interamnæ memoratæ in perpetuum in dotem omnia ſupraſcripta tenimenta, & poſſeſſiones terrarum, vinearum, Canapinarum, & jardini cum introitibus, exitibus, & omnibus uſibus, & utilitatibus ſuis, & cum omnibus infra ſe, vel ſuper ſe habentibus, & habendis, ad habendum, tenendũ, poſſidendum, & quidquid vobis, & veſtris ſucceſſoribus deinceps placuerit faciendũ; item damus ſimiliter dona-

mus

A *mus,cōcedimus,trndimus,atq;largimur vobis D.Rayne-*
rio Epiſcopo Interamna, & veſtris ſucceſſoribus in per-
petuum in dotem omnes redditus ſubnotatos, & jura per
ſubſcripta capitula declarata,ſcilicet,de qualibet ſarci-
na lignorum ad ignem,qua intrabit in Civitate Intern-
mna,recipiat Epiſcopus,vel ejus nuncius nd voluntatem
ſuam. Item quicunque eſt, vel erit venditor piſcium pu-
blicè in Civitate Internmnn, vel in ejus burgis, in qua-
libet hebdomada dabit unum piſcem Epiſcopo, non ma-
jorem, nec minorem, ſed mediocrem. Item de quolibet
clibano Civitatis,vel burgi, qui eſt, vel erit, & his qui
ſunt inter murum, & flumen, habent Epiſcopus quoli-
bet ſabato unum panem boni frumenti de iis,quos habue-
rit clibanarius pro fornatico. Item quicumq;eſt,vel erit
macellarius,in vigilia Nativitatis Domini dabit unum
ſpallam porcinam, & integram cum cuto Epiſcopo Inte-
ramnenſi. Item quicumq;eſt vel erit,qui habeat Molen-
dinum ad partem, vel coptumum dabit in feſtivitate S.
Marin Auguſti unum raſerium annona Epiſcopo Inte-
ramnenſi nd raſerium communitatis noſtrn,cum quo pu-
B *blicè venditur, & emitur. Item ſi Domini Molendini*
retinuerit Molendinum, ita quod non det aliis nd par-
tem,vel coptumum,ſimiliter ſolvat unum raſerium an-
nonn Epiſcopo Interamna prædictu tempore, item qui-
cumque eſt,vel erit Ferrarius, qui habeat focinam, da-
bit unum par de ferris cum clavis Epiſcopo Interamna
nd voluntatem Epiſcopi omni anno,exceptis quatuor de
Ferrariis ſi maluerit Epiſcopus, qui dabunt ei quatuor
cultellos inter omnes quatuor. Item quicumque eſt, vel
erit pandarius lana, dabit Epiſcopo annuatim mediam
librnm cera in vigilia Nativitatis Domini. Item qui-
cunque eſt,vel erit mercator,qui vendat res ſuas nd pon-
dus librn,dabit annuatim Epiſcopo quartam partem pi-
peris in vigilia Nativitatis Domini: item quicumque
eſt,vel erit Calſolarius,dabit annuatim Epiſcopo unum
par ſuellarium ad ſenſum Epiſcopi. Item quicunque eſt
vel erit magiſter lapidum,vel lignorum,dabit Epiſcopo
ſingulis annis unam operum ſine frando ad voluntatem
Epiſcopi, & cum expenſis Epiſcopi, videlicet cumeſtio-
nis. Item de quolibet bove, vel vacca nd arandum ha-
C *beat Epiſcopus,in vigilia omnium Sāctorum duodecim*
Lucenſes. Item quicumque erit textor,vel texerix cana-
parii in Civitate, vel burgis ſolvat annuatim in vigilia
omnium Sanctorum D.Epiſcopo, qui pro tempore erit,
medium libram piperis,ſalvo quod ſi plures eſſent texto-
res,vel textrices ſimiles in una domo,& in una familia,
non ſolvat niſi unus eorum. Item quicumque eſt,vel erit
pelliparius,det, & ſolvat omni anno in vigilia omnium,
Sanctorum D.Epiſc.mediam libram cern. Item de om-
nibus acceptis ſive ineratis, qua communitas Interam-
nenſis habebit, teneatur Communitas dare D.Epiſcopo
decimam,quam decimum Camerarius,qui pro tempore
erit,ſolvere teneatur,excepto quod de collectis,qua uni-
verſaliter per Civitatem colligent, & de cundennatis,
& condennandis nd murum Civitatis faciendum non
ſuit permiſſn decimn;& quicumque ſupraſcripta non ob-
ſervaverit, requiſitus teneatur ſolvere pœnam dupli,&
pœna ſoluta nihilominus perſolvat. Item conſtituimus,
& ordinamus, quod Epiſcopus non conſtringatur aliquo
bando de vendendo vel extrahendo blada,vel vino,vel
D *quidquid de fructibus terrn voluerit intrn in Civitate,*
vel extrn,prout ſibi placuerit. Item conſtituimus, & or-
dinamus; quod Epiſcopus, & Canonici non teneantur
ſolvere ſalarium pro cauſis, quas habuerint in curia In-
ternmnenſi rerum Canonicatus, & Epiſcopatus. Item
conſtituimus, & ordinamus,quod nulli excommunicato
ab Epiſcopo,& denunciato juſtitia fiat in curia commu-
nitatis Interamnn, niſi prius ſatisfecerit,& hæc capitu-
la conſtituimus, & volumus per nos, noſtroſque ſucceſſo-
res, & per populum Interamnenſem firma, & rata per-
petuo teneri. Item conſtituimus, & ordinamus, quod de
omnibus expenſis,quas fecerit Epiſcopus in cauſis extrn
Civitatem pro retinendo,& recuperando Epiſcopatu,&
jura ipſius Epiſcopatus cum hominibus qui non ſunt ci-
ves Internmna, Communitas ipſa teneatur facere ex-
penſas pro certa parte, & hoc uſque ad decem annos,
quia hæc omnia ſupraſcripta ſunt ob reverentiam S.Ec-
cleſiæ,& veſtram,veſtrorumque ſucceſſorum,noſtrn me-
ra bona, propria, ac ſpontanea voluntate nobis placuit

dare, trndere, & conſtituere, ac ordinare. Inſuper pro-
mittimus,& obligamus nos,noſtroſque ſucceſſores in hoc
officio exituros, & populum Interamnenſem vobis D.
Raynerio Epiſcopo Internmna, & veſtris ſucceſſoribus,
præſente magiſtro Gratia Capellano D. Papa ſupradi-
cto, verbum in concione ſuper prædictis, & aliis ad po-
pulum proponente, & unanimiter populo conſentiente
hanc chartam,& dationem dotis omnium prædictarum
rerum,poſſeſſionum,redditnum,ac ſtatutorum ſemper in
perpetuum firmam tenere,& contra nullo modo venire.
Quod quidem ſi hanc chartam,& ea qua ſupradicta ſunt
rumpere vel falſare,aut in aliquo immutare voluerimus,
aut ſi hæc prædicta in curia,vel extra curiam litigando,
aut alias moleſtando venire tentaverimus,vel ſi res præ-
dictas quandocumque,& ubicumq;neceſſe fuerit ab omni
homine,jure, & etiam per vim non defenderimus, quia
noluerimus,aut non potuerimus, compònemus ipſas res,
qua evincerentur in duplum nomine cæna, & pœna ſolu-
ta,hæc charta, & omnia ſupradicta nihilominus firma
ſemper, & illibata permaneant. Nos Petrus Capitaneus
Poteſtas, & Jacobus Camerarius prædicti cum conſilio,
& authoritate conſiliariorum Internmnenſium,ſicut ſu-
pra legitur,ſcribi rogavimus. Ego Joannes Imperiali
Curia notarius,de mandato, & precibus, & authoritate
omnium ſupradictorum hanc chartam, & omnia ſupra-
dicta ſcripſi,& in publicam formam redegi.
Nulli ergo omnino hominum,&c.

Datum Laterani ſecundo idus Februarii Pontifica-
tus noſtri anno tertio.

25. PHILIPPUS, ex Capellano Petri Diaconi XXVI
Cardinalis S. Georgii à Capitulo in Epiſcopum ele-
ctus, confirmatur ab Innocentio IV. anno 1254. Pon-
tific. 11. Datum Laterani 14. Kal. Januarii ep. 310. fol.
38. reg. Vatic.

26. Fr. PETRUS Saracinus (,, *Romanus*) Ordi- XX
nis Prædicatorum adlectus eſt Epiſcopus Interam- VII.
nenſis 1276. cujus meminit Seraphinus Razzius de
viris illuſtribus ſui ordinis.

27. Fr. RAYNALDUS anno 1296. hanc rege- XX
bat Eccleſiam; ex inſtrumento S. Crucis de Saxovi- VIII.
vo Fulginatenſis.

28. MASSÆUS ann. 1297. 7 Kal. Februarii ele- XXIX
ctus à Bonifacio VIII. ex reg. Vatic. ep. 449. fol. 109.
Hic interfuit, una cum Joanne Epiſcopo Spoletino,
& Bartholomæo Fulginatenſi primi lapidis injectio-
ni Eccleſiæ S. Nicolai de Spoleto Ordinis Eremita-
rum S. Auguſtini.

29. ANDREAS Epiſcopus declaratus eſt à Jo- XXX.
anne XXII. anno 1316. die 3. menſis Decembris, ex
lib. Prov. Præl. ejuſdem Pontificis. Deceſſit autē 1319

30. ÆGIDIUS de monte Falco in Epiſcopatu XXXI
ſucceſſit anno 1319. 8. die Octobris; fato ceſſit 1323.
ex eodem lib.

31. THOMAS ſucceſſit Ægidio anno 1323. die XX
23. menſis Julii, ex eodem lib. XII.

32. GREGORIUS de Gregoriis Interamnenſis, XX
ſuæ Patriæ Pontifex fuit anno 1334. XIII.

33. THOMAS anno 1355. die 19. m. Julii ſolitū XXX
tributum Apoſtolicæ Cameræ pollicetur, obiit 1359. IV

34. MATTHÆUS ejuſdem Civitatis Epiſc. e- XX
lectus anno 1359. 4. idus Julii ex Priore ſecularis Ec- XV.
cleſiæ S. Petri foris portas Spoletanæ Diœceſis, ex
reg. Vatic. ep. 35. fol. 38.

35. AVGUSTINUS factus Epiſcopus à VII.
Clemente Antipapa, pollicetur ſe perſoluturum Ca-
meræ Apoſtolicæ ſolitum penſum, ut ſupra die 27.
menſis Januarij 1384. neque ulla alia ejuſdem repe-
ritur memoria, fortaſſe quod ab Antipapa creatus
Epiſcopus, nunquam Interamnenſis Epiſcopatus
inierit poſſeſſionem.

36. FRANCISCUS Amerinus electus eſt ab XXX
Urbano VI. memoratur anno 1389. 6. Februarij in VI.
lib. obligat. Deceſſit autem 1406.

37. LUDOVICUS Mazzancollus nobilis Inte- XXX
ramnenſis, Capellanus, atque Auditor Cauſarum A- VII.
poſtolici Palatij, ab Innocentio VII. ſuæ patriæ E-
piſcopus electus eſt anno 1406. 17 Kal. Auguſti. Fra-
trem habuit Joannem, qui ſub Eugenio IV. Came-
ræ Auditor fuit, vir planè doctiſſimus, inque Aula

Ro-

Romana ſecunda fama præcipuus, atq; in explicandis negotijs prudentia ſingulari. Sub Eugenio IV. fato functus eſt anno 52. ſui Præſulatus, ſepultus fuit in Cathedrali, ubi ante fores in pariete hæc legitur inſcriptio.

L. Mazzancollus Epiſcopus Interamnenſis per ann. LII. obiit 1458. 25. Julij.

In nobili majorum ſacello in Cathedrali Chriſti Cruci affixi altare extruxit, in eoque ad futuram rei memoriam Hippolytus Andreaſſus Epiſcopus hanc marmoream inſcriptionem apponi mandavit.

D. O. M.

Memoriæ perennitati Ludovici de Mazzancollis Patritij, & Epiſcopi Interamn. Nabart. V. præclariſſ. qui uno, & viginti ſupra ducentis ab hinc annis Chriſto in Cruce affixo pie compatiens miraculoſæ huic imagini in Majorum ſacello S. Angeli altare extruxit, & auxit. Patronatus jure ſuis reſervato gentilibus. D. Hyppolitus Andreaſſius nobilis Mantuanus Epiſcopus Interamnen. ara translata, ad tanti familiæ poſteros excitandos monumentum P. A. an. Domini M. D. C. XXXXI.

XXXVIII. 38. FRANCISCUS de Cuppinis Interamnas, (1) à Callixto III. ſuæ patriæ Epiſcopus electus eſt, ann. 1458. a die 19. menſis Maij, à Pio verò II. anno 1459. in Britanniam legatus inter VI. Henricum Regem, Regnique Proceres graviſſimas lites compoſiturus, utque nomine Pontificis eundem Regem in Turcas armaret, quos Pius egregij ſpiritus Pontifex jam pridem inſequi bello ſtatuerat. Cuppinus verò, cum uberem ſegetem quæſtus, turpiſſimiq; lucri nactus eſſet, Pontificijs ſpretis mandatis, pro pace, ſurſum deorsũ omnia vertit, ſuiſque conſiliis Regni Primates adegit, ut Eboracenſi Comiti adhærentes, Henricum legitimum Regem inſectarentur. Itaq; cum ſeditionis face præferente Cuppino, civilia arma extonuiſſent, primum victus, Regnoque ſpoliatus Rex eſt, deinde deletus propemodum exercitus, quem pia uxor, ut injuriam mariti Regis ulciſceretur, virili animo comparaverat. Sed tamen magni Eboracenſi victoria ſtetit, in ijs enim, qui in ea ſtrage deſiderati fuere, filius eius numerabatur, qui paulò ante Rex fuerat acclamatus. Ergo cum ſcelerati auſus Cuppini fama Romanam perveniſſet ad aulam, juſta ira ſuccenſus Pontifex illum in Italiam revocavit, moleque Adriana incluſum, ſcelus coegit fateri; turbaſſe ſcilicet Regnũ, ſacra, prophanaque æque habuiſſe venalia, Indulgentias vendidiſſe, corrupiſſe judicia, factioſos foviſſe, turpiſque lucri gratia omnia demum ſurſum deorſum vertiſſe. Itaque fatentem reum de Epiſcopali ſolio Pontifex juſtiſſimè deturbavit, cavitq; ne in poſterum ſacris ordinibus fungeretur, quibus Simoniaca labe infectus ſolemnem injuriam intuliſſe videbatur. Cæterùm Cuppinus, ſivè nè diutius Romæ, hoc eſt, in clariſſima mortalium omnium luce, ſuæ calamitatis deſnemis teſtis ſpectaretur, ſivè monaſticæ vitæ ſtudio tactus, ad monaſticam tonſuram apud Benedictinos monaſterij S. Pauli, Pontifice benignè annuente, confugit, melior monachus futurus, quàm antea fuiſſet Epiſcopus. Meminit facti Pontifex Pius in Commentariis libro 2. libroque 3. eius legationis dedecora tradit memoriæ ſempiternæ.

a 1413.

XXXIX. 39. LUDOVICUS Genuenſis Cuppino ſucceſſit anno 1463. 4. Aprilis, Eccleſiamque Interamnenſem ad 9. annos adminiſtravit b. Romæ deceſſit anno 1472. ſepultuſq; in ſacrario apud S. Petrum; ibi humo affixus magnus ſpectatur marmoreus lapis cum ejuſdem effigie, ſubiectoq; epitaphio, quod vix ingredientium pedes hactenus reliquũ fecerunt, dũ poſſet legi.

b De hoc Angelonus in hiſt. Interamn. p. 344. Mandoſ.

Lud. Jannen. Epiſc. Interamnen. abdormivit in Domino anno D. M. C D. L X X I I. die vii. Februarij, cuius anima requieſcat in pace. Amen. Chriſtum Deum dilexit, in quo credidit, & ſperavit.

XL. 40. FRANCISCUS MARIA adlectus eſt an. 1472. 16. Kal. Januarii, Sixto IV. ſedente. De quo acta Conſiſtorialia.

41. THOMAS reperitur Interamnenſis fuiſſe Epiſcopus 1474. XLI.

42. BARNABAS à Sixto IV. creatus eſt anno 1474. 4. Kal. Junii, ex act. conſiſt. XLII.

43. JOANNES de Fonſalida Hiſpanus, intimus Cubicularius, familiariſque Alexandri VI. ab eodem electus eſt die 27. menſ. Auguſti 1494. Baſilicæ Vaticanæ, mox Liberianæ Vicarius fuit. Romæ deceſſit anno 1498. ſepultuſque eſt apud S. Jacobum nationis Hiſpanicæ templum, ad lateralem portam, perpulchro tegente ſepulchro, quod ejus effigiem, ſtatuamque cum gentilitiis ſtemmatibus præſefert, in quibus Crux eſt, quinque ſtellis condecorata, quatuor hinc inde ſcuti Campum conſtipantibus liliis, hac inſcriptione adiecta. XLIII

Jo: de Fonſalida Hiſpano Alex. VI. Pont. Max. ex intimis ſecretario, Lupus de Fonſalida Ducis Valentini Campi ductor, ex teſtam: Fratri B. mœrens Præſuli Interamnen. ſub Domini ſui ſepulchro poſuit. obiit anno D. M. CCCC. LXXXXVIII. xiij. Martii.

44. FRANCISCUS Cubicularius Alexandri VI. ab eodem adlectus eſt anno 1498. die 16. menſis Maij. Vix annum integrum ſedit, ac deinde ultro Epiſcopali munere abiit. Act. Conſiſt. XLIV

45. VENTURA Buſalinus c (,, *Romanus.*) Tiphernas antea Epiſcopus, ad Interamnenſem translatus eſt 1499. die 17. menſis Aprilis, Cameræ Apoſtolicæ olim clericus fuit. Deceſſit autem 1504. XLV.

c De familia Buſalina videndus Gamurrinus vol. 2. p. 179. Mand.

46. FRANCISCUS Hiloris ex Hiſpania Valentinus ab Alexandro VI. inter Purpuratus Senatores adlectus eſt, vulgoque appellatus eſt Cardinalis Eluenſis S. R. E. antea Theſaurarius Generalis, ac Patriarcha Conſtantinopolitanus, à Julio II. perpetuus Adminiſtrator Interamnenſis Eccleſiæ adſcitus eſt anno 1504. die 4. menſis Decembris. Romæ autem deceſſit 1505. die 22. menſis Julii; Sepultuſque eſt apud S. Petrum. Fuit Franciſcus ſingularis conſtantiæ animi, qua omnem adverſam fortunam tolerantiſſimè fregit. Pro Alexandro VI. ad Ludovicum Regem Gallorum Caroli VIII. ſucceſſorem legatione functus eſt, ut ejuſdem prudentiſſimis conſiliis interturbata Italica res aliquando tandem coiret. XLVI

47. PETRUS Bodonus Maſſilienſis antea Epiſcopus ſub II. Julio ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1506. die 29. menſis Julii, cujus meminere acta conſiſtorialia. Deceſſitque anno 1509. XLVII.

48. ALOYSIUS de Apera Panormitanus, antea Coronenſis Epiſcopus, ad hanc translatus eſt anno 1509. die 7. menſis Septembris. Laterano Concilio interfuit anno 1512. Deceſſit autem 1520. Jacet in Cathedrali, ubi corroſum ferè legitur epitaphium. XLVIII.

Aloyſii Aperæ Panormitani Reverendi Epiſcopi Interamn. præteritarum Anguſtiarum ſanè vita . . .

49. POMPEJUS Card. Columna hujus Eccleſiæ Adminiſtrator fuit an. 1520. die 14. menſis Martii, ac poſt 7. menſes, in ſequentis favorem illã renunciavit. XLIX

50. SEBASTIANUS de Valentibus d, S. Laurentii in Damaſo Canonicus, Cardinaliſque Pompeii Columnæ familiaris delectus eſt an. 1520. die 5. menſ. Decembris; poſtque triginta tres annos ſuæ adminiſtrationis Romæ deceſſit 1553. L.

d Romanus.

51. Fr. JO: Jacobus Barba Neapolitanus, Procurator Generalis Ordinis Eremitani S. Auguſtini, Papæ Sacriſta; antea Aprutinus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1553. die 3. menſis Julii. Hic Tridentino Concilio interfuit e, unde ad Eccleſiam ſuam rediens, acuta, continentique febri tentatus, Utricoli defunctus eſt ann. 1565. Interamnamque delatus in Cathedrali ſepultuſque eſt. LI.

e an. 1563.

Jacobus ille pro ſua religione ingenti zelo exarſit, & quamvis Epiſcopatum gereret, lubenter ſe ſe ad eam regendam ingerebat, variiſque vicibus ſupremos illius

(1) Hic non Interamnas, ſed è Prato Etruriæ oppido filius fuit Guccii Cuppini, & Canonicus Florentinus, ut à me probatur in hiſtoria Canonicorum Florentinorum. Poſtquam verò è throno Epiſcopali deturbatus inter Benedictinos Aſcetas ſe ſe recepit, ignotis nomen aſſumpſit, ut aſſerit Angelonus in Interamnenſi hiſtoria. *Salvinus*.

illios gradus tentavit. Idque cum Paulus IV. præſentiſſet, ut mala, quæ in religioſis familiis ex eo orirentur, extingueret, & præfocaret, ſequenti bulla hujusmodi prætenſiones, nè quis obtento vel dimiſſo Epiſcopatu, ullum dignitatis gradum in iis aſſequi poſſet, excluſit, ac ſregit.

PAULUS PAPA QUARTUS,

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſacra B. Petri ſede, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione collocati, ad ea quæ ſub religionis jugo Domino famulantium quieti conſulitur, & ambitionis via præcluditur, diligenter intendimus, & in his noſtri paſtoralis officii partes favorabiliter impartimur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque ſicuti nobis innotuit, nonnulli Epiſcopi, & Archiepiſcopi diverſorum ordinum profeſſores, dignitates, & officia etiam ſuperioritates nuncupata ſuorum ordinum ambientes, ad hoc, & ad illa aſſumi, eaque obtinere valerent ab eorum Eccleſiis, quibus præerant, etiam munere conſecrationis per eos ſuſcepto, per ſedem Apoſtolicam abſolvi procuraverint, & ad clauſtra ſuorum ordinum redenntes, ſe ad dignitates, & officia, ac ſuperioritates hujuſmodi diverſis modis, & viis aſſumi, eaque conſequi ſategeriat, & exinde quamplures diſſenſiones, & cōtentiones, ac religionis inobedientia exorta fuerint, & in dies exoriātur in animarū ſuarū periculū, & dictorū ordinū, opprobriū, ac ſcandalū plurimorū. Nos præmiſſis, prout ex debito paſtoralis officii tenemur, providere volentes, motu proprio, & de certa noſtra ſcientia volumus, & Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus cujuſvis ordinis, ſeu religionis profeſſor Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus, poſtquam munus conſecrationis hujuſmodi ſuſceperit, etiam ſi à vinculo Eccleſiæ, cui præfuerat, per ſedem eamdem abſolutus, ſique quod in ſuo ordine remanere, & ad dignitates, ac officia, & ſuperioritates hujuſmodi aſſumi, eaque obtinere poſſet, per ſedem eamdem, ſeu illius authoritate conceſſum foret ad dignitates, aut officia, ſeu ſuperioritates hujuſmodi cujuſcumque qualitatis exiſtant, & quovis nomine nuncupentur, eligi, ſeu aſſequi, aut obtinere nullatenus poſſit, & ineligibilis, ac ad ea obtinenda perpetuò inhabilis exiſtat, ac quævis indulta, conceſſiones, diſpenſationes & facultates, ac aliæ gratiæ etiam à nobis, & ſede Apoſtolica prædicta, etiam per literas Apoſtolicas etiam in forma brevis, vel alias ab ejus legatis, ſeu nunciis, aut Majori Pœnitentiario noſtro, quam à ſuperioribus dictorum ordinum, ac quibuſvis aliis etiam ad id poteſtatem, & authoritatem habentibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, & deſuper hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda nulla, & invalida, nulliuſq; roboris, vel momēti ſint, & eſſe cenſeantur: & ſi quis eis de cætero ad dignitates, ſeu officia, aut ſuperioritates hujuſmodi ſcienter elegerit, jure eligendi perpetuo careat, ac voce activa, & paſſiva eo ipſo privatus exiſtat, revocantes, caſſantes, & annullantes omnia, & ſingula indulta, conceſſiones, diſpenſationes, & facultates, & gratias hujuſmodi, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac decernentes irritum, & inane, quicquid ſuper his à quoquam, quavis occaſione ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis Epiſcopis, & Archiepiſcopis prædictis, ac quibuſvis alias conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, & dicta authoritate decernimus, quod præſentium literarum tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ firmatis, eadem prorſus fides, in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub anulo Piſcatoris, die xix. Julii, Pontificatus noſtri anno quinto.

Franciſcus Aragonia.

Die xxii Julii 1559. retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ in forma brevis affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Apoſtolorum de Urbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie Campi Floræ dimiſſis copiis affixis per me Medardum S. D. N. Papæ Curſorem.

Nicolaus de Matthæis Magiſter Curſ.

52. Fr. THOMAS Scotus de Regheccianodiœceſis Viglebanenſis ex Commiſſario S. Officii Ordinis S. Dominici, 6. die Martii anno 1565. creatus eſt; morte præventus breviſſimus Pontifex fuit. Obiit anno 1566. 22. Maii. Jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio. LII.

D. O. M.

F. Thomæ Scoto Viglevan. Theologo, ordinis S. Dominici S. Inquiſitionis præfecto Epiſcopo Interamnenſi. Joan. Scotus nepos, morte prævent. Guglielmi Schola Montis Regal. heredis, amicique fidi opera P. C. Vixit ann. lxv. Obiit ann. 1566. x. Kal. Junii.

53.* MUTIUS Calinus Brixianus ex Archiepiſcopo Jadrenſi hunc translatus an. 1567. a Fato functus eſt 1570. („ *Hujus meminit Cozzantus in Bibl. Brixiana par.* 2. Mandoſ.) LIII.

* Ex App. tom. 1. a 1566. 22. Junii.

54. Fr. BARTHOLOMÆUS Ferros de Lugo Ordinis Prædicatorum b ex Epiſcopo Literenſi ad Eccleſiā hanc translatus eſt à Pio V. Pont. Max. die 10. menſ. Maii 1570. è vivis aurē exēptus eſt 1581. LIV.

b De quo Razzano de viris illuſ. Ferd. p. 310. Mand.

55. HIERONYMUS Petronius Romanus („ *E Civitate Caſtellana, qua de re videndum Theatrum Archiatrorum Pontificum Equitis Mandoſii p. 14. & ſeq.*) à Gregorio XIII. creatus eſt die 16. menſis Januar. 1581. Deceſſit autem 1591. Ex hac nobili familia vivit Hiacynthus Petronius illuſtris famæ Theologus Dominicani Ordinis alumnus Melphitanus Epiſcopus. LV.

56. JOANNES Antonius Honoratus Cremonenſis S. Theologiæ Doctor, familiaris, intimuſque Cubicularius Papæ Gregorii XIV. primum S. Petri Canonicus effectus eſt, poſtea Epiſcopus Interamnēſis, an. 1591. die 23. Aprilis. Defunctus vita eſt 1606. („ *Laudatur ab Angelono in hiſt. Interamn. par. 2. p. 195. & ab Ariſio in Cremona literata t. 2. p.* 368. Mandoſ.) LVI.

57. LUDOVICUS Ripa Cremonenſis („ *U. S. Refer.*) ex Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ, & Aſculi Præfecto adlectus eſt 1606. die 24. Aprilis. Deceſſit autem 1613. ſepultus in Cathedrali, ubi hæc inciſa inſcriptio in marmore legitur. LVII.

D. O. M.

Ludovico Ripa patritio Cremonenſi Antiſtiti Interamnenſi, qui cum primarium locum apud Petrum Donatum Caeſium, & Paulum Sfondratum Gregorii XIV. fratris filium Cardinales ampliſſimos tenuiſſet, & gravibus in rebus, atque temporibus egregiam utique operam navaſſet, & Apoſtolicæ Cameræ primo Commiſſarius, deinde Proauditor univerſali plauſu fuiſſet, dinque cauſas in utraque Signatura retuliſſet, & Auſculanam Præfecturam laudatiſſimè adminiſtraſſet, tandem cum licuiſſet præ ſenio quieſcere Epiſcopale ſibi impoſitum onus tanto animi robore, tantoque amore complexus eſt, ut & vegetior quotidie videretur, & toto ſeptennio, quo in Epiſcopatu vixit, nè unum quidem diem cura, labore, ac liberalitate in pauperes, & Eccleſiam ipſam ſeriatum abire ſuſtinuerit. Obiit vi. id. Septemb. M. DC. XIII. nonagenarius.

58. CLEMENS Gera c Novarienſis Prothon. Apoſtolicus ad hanc Eccleſiam promotus fuit anno 1613. die 12. Novembris Paolo V. ſedente. Anno verò 1625. ad Laudenſem Eccleſiam translatus eſt in Inſubria. LVIII.

c De hoc Cotta in Muſeo Novarien. p. 98. Mand.

59. COSMUS Manuccius Jacobi filius, Civis, ac Canonicus Florentinus ab Urbano VIII. aſſumptus eſt ad Interamnenſem Epiſcopatum ann. 1625. die 9. menſis Junii, vir candidus magis moribus, ob quos Romanæ Aulæ charus erat, quam divina, humanaque eruditione clarus. Fato functus eſt Interamnæ die 21. menſis Aug. an. 1633. Poſt obitum Manuccii Urbanus VIII. hanc Eccleſiam in adminiſtrationem conceſſit FRANCISCO Vitellio Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, ad Rempub. Venet. LIX. LX.

Apoſtolico Nuncio, qui nunc eodem munere fungi- A
tur, factus Archiepiſcopus Urbinas.

LXI. 60. HIPPOLYTUS Andreaſſus nobilis Man-
tuanus, Monachus, & Abbas S. Benedicti Congrega-
tionis Caſinenſis, electus Epiſcopus Interamnenſis
die 12. Aprilis 1636. (,, *Urbano VIII. in paucis cha-*
,, *rus, cui præcipienti ut obſequeretur, corpus ſuſtulit Co-*
,, *mitiſſæ Mathildis è ſuo Mantuano Cœnobio, & in Va-*
,, *ticanum intulit, ubi honorificentiſſime excipitur tu-*
,, *mulo. Obiit in Patria an. 1646. menſe Octobri Sepe-*
,, *litur ibi apud ſuos Aſcetas.* Luc.)

LXII.[*] 61. *FRANCISCUS Rapacciolus Romanus S.
R. E. Cardinalis, ex Generali Theſaurario ab Ur-
bano VII. creatus, Interamnenſem Eccleſiam ſuſce-
pit regendam ab Innocentio X. Pontif. Max. hoc
ipſo an. 1646. menſe Octobris Romæ conſecratur à
Card. Franciotto, in Eccleſia S. Luciæ in Silice, aſſi-
ſtentibus Alphonſo Gonzaga Rhodienſi, & Hiero-
nymo Farneſio Patracenſi Archiepiſc. die 28. ejuſ-
dem menſis. Præſul ſane in omnibus liberalibus di-
ſciplinis eruditus, probitate morum, eximiaque pru- B
dentia præditus, ac ſummæ exiſtimationis.

[*] Ex App. tom. 2.

A D D I T I O.

(,, *Denique cum etiam multo effuſo ære huic Eccle-*
,, *ſiæ ſummè profuiſſet, ne morborum cauſa, quibus perti-*
,, *naciter gravabatur, aliquid detrimenti pateretur opus*
,, *ſibi commiſſum, liberè, & volens nuncium remiſit an.*
,, *1656. menſe Majo. obiit Romæ ex calculi morbo*
,, *Presb. Car. Tit. S. Cæciliæ die 15. Maii 1657. Ejus*
,, *laudes probe, lepideque concinnat Oldoinus in ſuis*
,, *ad Ciaconium additionibus, nobiliſſimamque origi-*
,, *nem habuiſſe ex Oppido Narnienſis Diœceſis. Collis*
,, *Scipionis vulgo* Colleſcipoli *è Rapizonia gente oſten-*
,, *dit. Conſule item Bibliothecam Romanam equitis*
,, *Mandoſii cent. 9. a. marg. 76. Ciampinum in narra-*
,, *tione Synoptica Abbrev. de Parco majori pag. 41. &*
,, *Angeloaum in hiſt. Interamn. p. 220.*

LXIII. ,, SEBASTIANUS *Gentilis nobilis Fulginas,*
,, *Epiſcopus olim Anagninus cedenti Cardinali Ra-*
,, *pacciolo ſubrogatur 29. Maii 1656. ſed jam ſenio*
,, *gravis, omnem lubens depoſuit Epiſcopalem ſollicitu-* C
,, *dinem 1667.*

LXIV ,, Fr. PETRUS *Lanfranconus Anconitanus Ord.*
,, *Eremit. S. Auguſtini, cujus cum plures egregie Ma-*
,, *giſtratus expleſſet, demum Procurator Generalis, Vi-*
,, *cariuſque, & Generalis, anno ætatis ſuæ 62. ad Inte-*
,, *ramnenſem ſubvectus eſt Thronum 3. Aug. 1667. de-*
,, *ceſſit proſpera ſama Optimi Paſtoris an. 1674. 6. Mar-*
,, *tii. ſepelitur in communi Epiſcoporum Oſſuario. Lan-*
,, *franconi cum laude meminit eruditus Vir Julianus*
,, *Saracenus in ſæpius a nobis laudato opere intitulato:*
,, Notitie Hiſtoriche d'Ancona. *par. 3. pag. 522.*

LXV. ,, CAROLUS *Bonafatcia Romanus Epiſcopus*
,, *Ortonenſis, & Camplenſis à viginti annis, & ultra,*
,, *ad Interamnenſem hanc ſedem translatus eſt 1675.*
,, *6. Maii, morum elegantia, & Epiſcopali regimine*
,, *plurimum valens ſui deſiderium fecit 1683. 18. Octob.*
,, *quieſcit apud ſuos deceſſores.*

LXVI[a] ,, SPERELLUS *de Sperellis nobilis Aſſiſienſis*
,, *è Sperella vetuſta apud Peruſinos gente Oriundus,*
,, *Alexandri Sperelli laudatiſſimi Eugubienſium Epi-* D
,, *ſcopi Nepos J. U. D. & in Aula Romana apud præ-*
,, *cipuos Purpuratos Patres ob miram in agendo ſuavi-*
,, *tatem, & cum ſumma rerum eruditione vitæ præſtan-*
,, *tiam maximo in pretio; quare plurimis iiſque arduis*
,, *adhibitus in negotiis, cum omnium ad votum omnia*
,, *expediret, Innocentii XI. animum facile impulit, ut*
,, *de tanto Viro Interamnenſi gregi provideret 10. Jan.*
,, *1684. Inde Urbis Vices gerens, ſum S. Inquiſitionis*
,, *Conſultor, demum ab Innocentio XII. primum Aſſeſ-*
,, *ſor S. Officii, deinde Presbyter Card. renunciatus eſt*
,, *die 14. Nov. 1699. cum jam pridem Interamnen-*
,, *ſium oneri ceſſiſſet.*

[a] Ejus vita legitur in 3. p. oper. inſcript: Vite degli Arcadi ill. pag. 219. Mand.

LXVII ,, CÆSAR *Cardinalis Sperelli germanus frater,*
,, *ejuſdemque in hac ſede ſucceſſor delectus 19. Decemb.*
,, *1698. Percurrerat Cæſar graviores ſcientias Cæſa-*
,, *rei, & Pontificii juris adeptus lauream, inter Aſſi-*
,, *ſienſes Canonicus cooptatus eſt, & pro Epiſcopo Vica-*
,, *riatum primum generalem ſuſtinuit, & in ſede vacan-*

,, *te Capitularis Vicarius conclamatus eſt, & dum inter* A
,, *Canonicorum ſubſellia dignitate Prioris perfunge-*
,, *tur, inde pro Interamnenſium paſtorali cura avulſus*
,, *eſt.* Lucentius.)

LABACENSIS

,, *Epiſcopatus, qui hodie ſummo Pontifici immedia-*
,, *te ſubeſt, hic mentio erat facienda, ejuſque Epiſcopo-*
,, *rum ſeries exhibenda. Ughellus de iis agit tom. 5.*
,, *atque inde, quæ de his dicitur, ſunt petenda.*

LAURETANI

EPISCOPI. B



INter Italiæ recentes Civitates, quibus Pontifica-
lis contigit dignitas Lauretum eſt, domicilium
hoc tempore S. Domus, in qua Deipara nata eſt, atque
educata, & in qua demum Jesus Chriſtus æterni Pa-
tris filius, dum adventu ſuo piiſſimo mundum illu-
ſtraret, humanam carnem aſſumpſit. Locus ſanè Ita-
liæ decus, orbis miraculum, nationum celebritas, gen-
tium gaudium, aſylum, expiatio peccatorum, pere- C
grinantium requies, piorum deſiderium iteratum, &
amor. Situatum eſt inter Recanatenſe oppidum, ma-
reque Hadriaticum non procul à Muſtonis fluvio,
ſuper elatum collem, quo nonnulli contendunt, anti-
quum Etruſcorum oppidum Cupram, templo Jovis
olim inſigne fuiſſe fabricatum. Hic Igitur inquam S.
Lauretanam domus exurgit, miniſterio Angelorum,
primum ad Sclavones Illyricos olim delata, inter
Civitatem fluminis, Caſtellumque Terſattum, ſub
Nicolai IV. Pontificatus cum Maumethana potentia
Paleſtinam omnem violentiſſimè invaſiſſet anno
1290. die 9. Menſis Maji; ſed divino conſilio brevi
inde divulſa in Italiam translata eſt in Picenatibus à
Recanatenſibus non procul, quievitque in denſiſſima
ſylva, mille paſſibus tantum à mari diſtanti; quæ cum
Lauretæ Recanatenſis ditiſſimæ fœminæ juriſdictio
eſſet, è Dominæ nomine, Lauretum poſtea mortales
dixere. Cæterùm cum ingens miraculum, omnium
propemodum gentium acuiſſet peregrinationes, il-
lucque ex largitate piorum divitiæ, opeſque invidio- D
ſæ congererentur, Latrones inſidiando, deprædando-
que nacti commodiſſimas latebras, fidelium pietatem
ſceleroſis incurſionibus jugularunt. Quamobrem
Deipara Virgo ibi per 8. menſes murata, eorundem
pertæſa ſcelerum, ad collem duorum fratrum Reca-
natenſium, mille paſſibus à ſylva diſtantem opportu-
nè confugit. Sed avaritia, quæ Latrones ad prædam
compulerat, eadem, concordes antea, armavit in præ-
lia fratres, dum quiſque munera, quæ ingererentur, ad
ſe pertinere decertat. Verum cum idem ſordidum ſce-
lus integerrima virgo fuiſſet abominata, poſt 4. omni-
no menſes, ex quo collem inſederat, in publicam, mi-
litaremque viam evaſit, à loco, quem paulò ante de-
ſeruerat, haud longiori diſceſſu, quam, quantum ar-
cus contentè ſagittam impelleret, utique ibi manſura
quandiu illam indignabundam mortalium inde ſcele-
ra non arcebunt. Trecenti igitur quadraginta duo an-
ni omninò jam ſunt, ex quo ibidem totius Orbis cele-

brita-

britate ſtabili ſede moratur. Porrò S. Domum pulcherrionum, marmoreumque ſacellum concludit, quod exquiſiræ ſculpturæ ſigna decorant, ſupra quod viſendum, ſuperbumque templum exurgit, quod Pontificum munificentia ex quadrato marmoreo lapide conſtruendum curavit. Adeo verò S. Domuſ ingredientibus religioni eſt, ut pleno lætitiæ, admirationiſque repente corripiantur horrore, qui illuc pedem intulerint, cogitantes non modo ibi Divinum verbum noſtram induiſſe mortalitatem, ſed etiam puerulum parva illa, tenuique luſiſſe in aula. Miracula autem, quæ illic crebra fulſere, fidem fecere hactenus, divinioris conſilii locum fuiſſe domicilium. Conſtat Lauretanam domum tot Principum opibus auctam, tot Pontificum privilegiis inſignitam, dubium, ancepſque relinquere, an donis divinioribus ſit illuſtrior, an fortunarum acceſſionibus locupletior. Qui primus Pontificum indulgentiarum prærogativis illam ditavit, Beoedictus XII. Tholoſanus fuit, Martinus V. adauxit, Nicolaus verò V. ac Calliſtus III. additis munimentis, contra Barbarorum impetum illam armarunt; Paulus II. Venetus templum, quod hoc tempore ſpectatur, ornatus gratia ſubſtruxit; Sixtus IV. eidem domui Hieronymum Roboreum nepotem ſuum adhibuit Protectorem. Julius deinde II. ſupra cæteros in eandem domum contulit opes, occepitque Lauretanum Palatium ædificare, Leoque X. ſua illa munificentia principem Capellam, ut vocant, exquiſitis marmoribus incruſtavit, ſculptiſq; ſignis nobilitavit, adauctis ibidem Eccleſiaſticis adminiſtris, qui divinum penſum urgerent, eandemque Eccleſiam Collegiatam declaravit; Clemens deinde VII. Pauluſque III. Farneſius certatim illam ornarunt. At Julius III. præter ea, quæ ornatus, utilitatiſque gratia ibi conſtruxit, Pœnitentiariam etiam, ad expiationem animorum inſtituit, duodecim è Societ. Jeſu adhibitis Patribus, qui diverſarum linguarum gentium confeſſionibus audiendis pares eſſent. Paulus deinde IV. ejuſdem domus procnlit fines, ac Pius IV. ampliori ſacerdotum numero illic decrevit divinum opus urgendum, atque à Recanatenſi juriſdictione liberam fecit; Pius V. exſiccatis ſtagnantibus aquis, apertiſque viis, & aerem reddidit ſalubriorem, & ut incolis, acceſſuque peregrinorum frequentior eſſet, effecit; Gregorius XIII. à Laureto, Romam verſus Apenninos montes aperuit, ut itinerum ambages compendio compenſaret, ibique Illyricorum Sclavonum fundavit Collegium. Cæterum Sixtus V. natione Picenus munificentiam omnium ſuperavit. Hic etenim ann. 1. ſui Pontificatus Lauretum muris ineluctabilibus cinxit, additis munimentis, unde diplodi poſſent tormenta, oppidumque Civitatem effecit 1586. cui ſacrorum Antiſtes diceret jus divinum, propriamque diœceſim haberet, cui moderaretur. Præclarum factum produnt, ejus Eccleſiæ faciei hæ ad æternam memoriam inciſæ inſcriptiones.

Sixtus V. Pontifex Maximus Picenus Eccleſiam hanc ex Collegiata Cathedralem conſtituit MDLXXXVI. Pontif primo.

Cni hæc altera ſubjecta eſt.

Sixtus V. Pontifex Maximus Picenus, Lauretum oppidum Epiſcopali dignitate ornatum Civitatis jure donavit.

M.D.LXXXVI. Pont. I.

Novæ autem Civitati Epiſcopum attribuit eodem anno 800. ſcutatorum cenſu ditatum, ut dignitatem poſſet tueri. Sed cum deinde Gregorius XIV. Lauretanæ diœceſis arbitraretur terminos anguſtiores, quam juſtum Pontificatum videretur decere, eidem Recanatenſem adjecit Eccleſiam, olim à Sixto V. ſuppreſſam, ac Maceratæ, Tolentinatæq; conjunctam anno 1591. die 18. menſis Decembris, ita ut qui Lauretanus eſt, etiam Recanatenſis cenſeatur Epiſcopus. Tribus dignitatum gradibus Lauretana Eccleſia condecoratur, Archidiaconatu, Presbyteratu, Primiceriatu, quibus additur Theſaurarius, ac decem, & ſeptem Canonici, cum Minorum gentium beneficiatis, pluribus Sacerdotibus, qui illic divinas laudes perſolvunt. Muſicorum chorus à cætero Clero diſiungitur, cui Magiſter muſices moderatur. Duo ibi ſacraria ſunt; alterum S. Domus uſui, alterum ad Epiſcopalem cultum ſervandum, miniſtrandumque comparatum, adeò divite Eccleſiaſtica ſupellectili inſtructa, ut difficile propemodū ſit in cætero Chriſtiano Orbe, fortunatiora promptuaria reperire. Nec præter Pœnitentiarios, quos ſupra memoravi, deeſt ex Canonicis unus, qui pro Theologo apud loci Epiſcopum ſe gerat. Verùm ad Cardinalem, qui S. domus pro tempore Protectoris munere fungitur, ſpectat totam illam machinam, theſauroſque illuc illatos curare; expenſum, acceptumque revocare ad calculos, quod ipſum hoc tempore adeò exactè, pièque per Procuratorem exequitur Card. Antonius Barberinus Urbani VIII. ex fratre nepos, ut nihil videatur poſſe fieri abſolutius.

ADDITIO.

(„ *Morte ſublato ultimo Laureti Protectore Card.* „ *Paulutio Alterio Innocentius XII. inſtitutâ quatuor* „ *Cardinalium Congregationem vice Protectoris Car-* „ *dinalis fungi perpetuo diſpoſuit. Urbs 5000. circiter* „ *animarum continet. Lauretana verò Diœceſis ex tri-* „ *bus Terris conſurgit, quæ ſunt:* Monte Caſſiano, „ Monte Lupone, e Caſtel Fidardo. *In his Virorum,* „ *Virginumque ſacra ſepta extant cum decenti Clero,* „ *& incolis ſupra* 5000. Lucent.)

Qui plura de Lauretana Domo deſiderat, conſulat Horatium Turſellinum eruditum hominem, qui ejuſdem hiſtoriam poſt alios uberrimè conſcripſit. Nobis ſat hæc pauca indicaſſe, ne videremur ex abrupto Præſulum ſeriem, qui per 50. annos illic ſederunt, proferre. Quorum facta, geſtaque antequam enarremus, operæ prætium nobis viſum eſt fundati Lauretani Pōtificatus hic Sixti V. bullā exſcribere.

SIXTUS EPISCOPUS,

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRo excellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt Petrum Apoſtolorum Principem, quamvis imparibus meritis, pari tamen authoritate conſtituti ſumus, in exigua militantis Eccleſiæ agro, novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare dignum arbitramur, ut per hujuſmodi novam plantationem popularis augeatur devotio, divinus cultus efflореat, & animarum ſalus ſubſequatur, nec non propagatione novæ ſedis, honoratiq; Præſulis aſſiſtentia, & regimine, cum Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & orthodoxæ fidei profectu, & exaltatione, populi ipſi propoſitum eis æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci. Conſiderantes itaque Oppidum Lauretanum in Provincia Picena ſitum nullius Diœceſis, ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectum, in toto orbe celeberrimum, & in eo unam inſignem Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione B. Mariæ Virginis fundatam exiſtere, in cujus medio ineſt illud ſacrum cubiculum divinis myſteriis conſecratum, in quo Virgo Maria nata fuit, & ibidem ipſa ab Angelo ſalutata, Salvatorem mundi de Spiritu Sancto concepit, miniſterio Angelorum illud translatum, & ad dictam Eccleſiam ob miracula, quæ in dies omnipotens Dominus interceſſione, & meritis ejuſdem B. Mariæ Virginis in eodem cubiculo operari dignatur, Chriſti fideles ex omnibus mundi regionibus devotionis, & peregrinationis cauſa confluere. Et propterea cupientes, Oppidum, & Eccleſiam hujuſmodi dignioribus titulis, & nominibus decorare, habita ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione matura, de eorum conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad ejuſdē omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & ipſius B. Mariæ Virginis honorem, nec non Chriſti fidelium devotionis augmentum, Oppidum in Civitatem Lauretanam nuncupandam, Eccleſiam vero in Cathedralem, ſub eadem invocatione pro uno Epiſcopo Lauretano nuncupando, qui Juriſdictionem Epiſcopalem habeat, & exerceat in ſpiritualibus cum menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, aliiſque inſignibus, & honoribus, & privilegiis, quibus alii Epiſcopi de jure vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet in eiſdem ſpiritualibus utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, Apoſtolica authoritate tenore præſentium, perpetuo erigimus, & inſtituimus, illaſque ſic erectas, nec non Epiſcopum Laure-

ta-

A *tanum pro tempore exiſtentem, ac ipſius Eccleſiæ capitulum dictæ ſedi immediate perpetuo etiam ſubjicimus, & ſub protectione BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ſuſcipimus, nec non cum nuperrime unionem olim de Eccleſia Recanatenſe, & Eccleſia Maceratenſi eadem authoritate perpetuò factam, de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus diſſolverimus, & ven. fratrem noſtrum Galeatium Epiſcopum Maceratenſem à vinculo, quo dictæ Eccleſiæ Recanatenſi, cui tunc ratione unionis hujuſmodi præerat, tenebatur, abſolverimus, ac in dicta Eccleſia Recanatenſi, nomen, & titulum Cathedralis, nec non ſedem, dignitatem, & menſam Epiſcopalem ſuppreſſerimus, ipſamq; Eccleſiam Recanatenſem in Collegiatam reduxerimus, Civitatem tamen Recanatenſem, titulum & denominationem Civitatis propterea non amiſiſſe, itaut illius inhabitatores Cives denominari, & privilegiis Civium uti poſſent; decernendo Caſtrum Ficardi ab Anconitana, & S. Mariæ in Caſciano ab Auximana, & montis Luponi Oppida, à Firmana Diœceſibus, quibus in ſpiritualibus ſubjecta ſunt, authoritate, & tenore præmiſſis ſimiliter perpetuò diſmembra-* B *mus, dividimus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata, ac eorum incolas, & habitatores, ab omni juriſdictione, & poteſtate, & ſubjectione Anconitani, & Auximani, ac Firmani Epiſcoporum pro tempore exiſtentium, nec non ſolutione decimarum eiſdem Epiſcopis per eos debitarum, ex tunc de cætero facienda teidem perpetuò eximimus, & liberamus: nec non ipſa, ac Civitatem Recanatenſem prædictam illiuſque, & Caſtri Ficardi, ac Oppidorum prædictorum territoria, pro Diœceſi dicti Epiſcopi Lauretani, illos verò, nec non Civitatis Lauretanæ eccleſiaſticas perſonas pro Clero, & habitatores pro populo, authoritate, & tenore præmiſſis ſimiliter perpetuò concedimus, & aſſignamus; ac pro Epiſcopi Lauretani pro tempore exiſtentis dote, quā ſummam duorum millium ſcutorum dictæ Provinciæ conſtituere debere declaramus, omnia, & ſingula fructus, redditus & proventus jura, obventiones & emolumenta in quibuſvis rebus, & actionibus, & ubique locorum conſiſtentia, & provenientia, & ad quamvis ſummam aſcendentia dictæ menſæ Epiſcopalis Recanatenſis ſic ſuppreſſæ, & extinctæ, & quæ ad illam quomodolibet ſpectant & pertinent, ac antè illius ſuppreſſionem, & extinctionem hujuſmodi quovis jure ſpectabant, & pertinebant, ſpectareque, & pertinere potcrant, nec non Caſtri Ficardi, & Oppidorum territoriorum* C *hujuſmodi decimas Anconitano, Auximono, & Firmano Epiſcopis ſolvi ſolitas, reſiduum verò dictorum duorum millium ſcutorum pro dote dictæ Eccleſiæ Lauretanæ conſtitutorum hujuſmodi. ex tot prædiis, & poſſeſſionibus dictæ domus Lauretanæ per dilectum filium noſtrum Philippum S. Angeli in foro Piſcium Diaconum Card. Vaſtavillanum nuncupatum dictæ domus protectorem ejus arbitrio, declarandis, & aſſignandis, etiam perpetuò concedimus, & aſſignamus. Nec non in dicta Eccleſia Lauretana, in qua unus Archipresbyteratus, qui ante erectionem hujuſmodi inibi principalis exiſtebat, pro uno Archipresbytero, ac una præpoſitura pro uno Præpoſito, ac unus decanatus dignitates pro uno decano nec non 12 Canonicatus, & totidem præbendæ pro 12. Canonicis, ac etiam 12 beneficiatis, & totidem clericatus nuncupata perpetua ſimplicia beneficia pro totidem perſonis eidem eccleſiæ Lauretanæ deſervientibus, erecta, & fundata exiſtunt, unum Archidiaconatum, qui ibi dignitas major poſt Pontificalem eccleſiam pro uno Archi-* D *diacono, qui in choro, & capitulo ipſius eccleſiæ Lauretanæ, ac proceſſionibus, aliiſque actibus capitularibus primum locum, ac primam vocem, ante obtinentes alias dignitates prædictas habeat, authoritate & tenore præſentium etiam perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac Præpoſituram in Primicerlotum pro uno Primicerio, Decanatus verò dignitatem hujuſmodi denominationes in theſaurariam pro uno Theſaurario commutamus, nec non Archipresbyteratum ſecundam pro Archipresbytero qui ſecundam, & Primiceriatum tertiã pro uno Primicerio, qui tertiam, ac theſaurariam quartam inibi dignitates pro uno theſaurario, qui quartum locum in choro, capitulo, proceſſionibus, & actibus prædictis, aut canonicos prædictos habeant, nec non Canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia prædicta, aliàs juxta collationes, & proviſiones de illis eorum poſſeſſoribus factas, pro capitulo eiuſdem eccleſiæ Lauretanæ remanere declaramus. Ac inſuper motu proprio non ad alicuius deſuper nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate familiæ noſtræ de Perettis de monte Alto juſpatronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad Archipresbyteratũ prædictum, quoties illum, per obitum, aut reſignationem, vel aliàs quovis modo, etiam apud ſedem prædictam vacare cõtigerit, Epiſcopo Lauretano pro tempore exiſtenti, per eum ad præſentationem hujuſmodi inſtituendam authoritate, & tenore prædictis pariter perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Lauretanæ, Recanatenſis, Auximanæ, Anconitanæ, & Firmanæ Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, earumque Præſulibus, Capitulis, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, B quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè, cæteriſq; quibuſcumq; motu ſimili derogamus. Nulli ergo &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. 1586. 16. Kal. Aprilis Pont. noſtri anno 1.

1. FRANCISCUS Cantuccius Peruſinus [a], illuſtris juris conſultus, poſtquàm multos Peruſiæ ad legem, juraque publicè profitendo inſtituiſſet, à Gregorio XIII. Romam vocatus, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor effectus eſt, in quo munere cum ſumma prudentiæ, juſtitiæque laude fuiſſet verſatus per annos 13. meruit primus eſſe, quem Sixtus V. Lauretanæ Domus ſanctiſſimæ Epiſcopum daret, anno 1586. 24. Martii; cujus Eccleſiæ ſolemni ritu iniit poſſeſſionẽ, totamque Diœceſim adeò ſalubrioribus inſtituit le- C gibus, ut inde ſucceſſores poſſent auſpicari hujuſmodi à Cantuccio fundamentum, cui nulla ætas vitium videretur poſſe adſerre. Cæterùm cum præter Lauretanæ Eccleſiæ domeſticas curas, Sixto V. mandante, Cantuccio etiam acceſſiſſet legatio, ut Picenatium graviſſimas, implicitaſque lites componeret, ſedaretque ebullientes diſcordias, in eoque maxima tum animi, tum corporis contentione laboraſſet, ſeactus laboribus, lentaque ſed pertinaci febri correptus, poſt 8. ſuæ dignitatis menſem, Deiparæ Lauretanæ Virginis Præſul deceſſit an. 1586. inconſolabile mœrentibus populis ſui deſiderium relinquens: rariſſimi exempli ſanè Epiſcopus, qui tam brevi mora, qua præfuit, tanta aggreſſus ſit, quanta vix alius poſt multos annos poſſet excogitare. Denique ita tentatis operibus, ſi non perfectis, clarus exceſſit, ut animi magnitudine, vitæque ſanctimonia fidem faceret, haud Sixtum V. Pont. Max. aberraſſe, cum Franciſcum Cãtuccium juſſiſſet in Lauretana ſede principẽ locũ tenere. I.

[a] Laudatur ab Oldoino in Athen. Aug. Mand.

D 2. RUTILIUS Benzonius [b] nobilis Romanus, ſed virtute nobilior, claruſque eruditione, dignus repertus eſt, qui Franciſco Cãtuccio ſucceſſor exiſteret, Sixto V. ſedente, anno 1586. die 17. menſis Decembr. Hic quanto probitatis exemplo Lauretano gregi præfuerit, illorum, qui Benzonii meminerunt, teſtantur lachrymæ adhuc, quæ etiam jampridem defuncti haud ſatis videntur poſſe lenire dolorem. Clerum ſanctiſſimis legibus inſtitutum habuit. A fundamentis propemodum Palatium Epiſcopale erexit, itaut non modo reſtaurator, ſeu fundator merito dici poſſe videatur. Dum Benzonius Lauretanam Eccleſiam ſanctiſſimè adminiſtraret, Gregorius XIV. adjecta juriſdictione Recanatenſi, ejuſdem Eccleſiæ protulit fines, itaut jam Lauretanus Epiſcopus, etiam Recanatenſibus ut Præſul divinas perſcribat leges. Libertatis Eccleſiaſticæ Benzonius amantiſſimus fuit, itaut *de Eccleſiaſtica immunitate* etiã librum ediderit. Scripſit etiam doctè, & piè *de anno jubilei, deq; beata Vir-* II.

[b] De hoc vide Mandoſium in Bibl. Rom. Centur. 5. n. marg. 15.

gine, aliaque ingenii munimenta teliquit, quæ Benzoniam eruditionem ſaperent. Vigintl ſeptem ipſos annos Lauretanam rexit Eccleſiam, aliquot ſalubriter Diœceſanis celebratis Synodis; deinde è vivis exemptus eſt 1613. poſtrema die ſe convolnentis Januarii, ſepultuſque eſt apud S. Domum, ejuſdemque anniverſarius dies in Cathedrali Recanatenſi ſolemniter celebratur, nbi ejus recurrentis diei inſculpta marmori hujuſmodi extat memoria.

Anniverſariis precibus, & miſſarum celebrationibus renovandam obitus memoriam Reverendiſſ. Epiſcopi Rutilis Benzonii decrevit Capitulum, ſcutis CC. ex illius teſtamento auctum. Obiit ultima Januarii M.DC.XIII.

III. 3. Fr. AUGUSTINUS Calaminus Card. de Aracæli a, olim Ordinis S. Dominici Generalis Magiſter, à Paulo V. vocatus ad purpuram eſt anno 1611 atque ab eodem Pontifice 1. die Februarii, anno 1614. tertius Lauretanus Epiſcopus electus, inque purpuratis primus, qui illam Eccleſiam ſit moderatus. Non attinet modo dicere, quanto pietatis affectu utramque Eccleſiam, Lauretanam ſcilicet, & Recanatenſem gubernaverit; ſat ſit dixiſſe, Galaminum In iis Præſulibus hoc tempore numerari, qui priſcos Illos mores, redivivo, rariſſimoque exemplo revocare videntur. Seminarium adauxit, eidem propria domo attributa, inceptumque à Benzonio Epiſcopale palatinm abſolvit. Denique à Paulo V. ad Auximanam Eccleſiam translatus eſt, die 29. menſis Aprilis, anno 1620.

a De hoc tractat Fontana in Syll. Magiſtr. S. Palatii p. 152 Mand.

IV. 4. JULIUS Card. Roma Mediolanenſis, ex Adminiſtratore Peruſiæ, ac V. S. R. à Paulo V. Cardinalis creatus eſt anno 1621. electuſque Quartus Epiſcopus Lauretanus, atque à Gregorio XV. confirmatus, Lauretanam pariter, & Recanatenſem Eccleſiam cum pietatis haud vulgari laude adminiſtravit, donec ab Urbano VIII. ad Tyburtinam Eccleſiam translatus eſt anno 1634. die 21. menſis Auguſti.

V. 5. AMICUS Panichius nobilis Maceratenſis, Sarſinæ antea Epiſcopus, translatus eſt ad Eccleſiam Lauretanam, atque Recanatenſem 1634. adhuc ſuperſtes eſt, illamque Eccleſiam adminiſtrat cum laude. (*„ De cæteris verò Lauretanis Epiſcopis conſule „ſeriem Recanatenſium Præſulum.*)

LIPARENSES
EPISCOPI.



LIPARA ex omnibus Aeoliis, Vulcaniiſque Siciliæ coadiacentibus Inſulis celebris, quæ antea Melingonis, ſeu Longonis vocabatur Plinio, Strabone, Stephano, Callimacho, & Euſtathio teſtibus, quam Lipam vocat Serapio de Sulphure, item Birchen. cap. de pumice. Inter omnes Aeolias Inſulas hæc ſola hodie habitatur, ſoli natura ferax, magno aluminis proventu, fructuumque domeſticorum copia clara. Balneæ ſunt in ea tum humidæ, tum ſudatoriæ ad valetudinem ſimul, & voluptatem accomodatiſſimæ. Ignem olim ex pluribus crateribus evomuiſſe ſcribunt Diod. & Strabo, cujus ora, & veſtigia adhuc viſuntur. Nomen ſumpſit à Liparo Auſonii Italiæ Regis filio, qui magna militum copia ſecum advecta ibi oppidum ſuo nomine Liparum vocatum, In rupe undique prærupta, quam mare alluit, condidit; poſt vicinarum inſularum Herateæ, Delimæ, Phinicuſſæ, Ericuſſæ, Hieræ, & Onoſtrongoli

A agros excoluit. Decedente Liparo Aeolus Hippntæ Herechidarum generis filius, Iliacis temporibus, claſſe in hanc appulſus inſulam, Teleporam Regis filiam uxorem duxit, atque Liparam urbem cum viciuis inſulis dotis nomine à patre accepit, quas mutato nomine Aeolias à ſe nuncupavit. Subinde à Romanis imperantibus in ſocietatem adſcitur, quorum nomina præ ſoribus templi Cathedralis adhuc teſte Gualtero in antiq. Siciliæ tabulis ita proſtant.

CORNELIO MATURIO PROCURAT. TI. CÆSAR. AUGUST. ET JULIÆ AUGUST. EX D. D. P. P.

Poſt Romanos, Sarracenis primum, iis exturbatis, Siculis Principibus, Regibuſque paruit, hodieq; Regis Catholici faſces adorat. Ad Evangelii lumen Paulo Apoſtolo prædicante Liparenſes aperuiſſe oculos, cum illuc è Syracuſis ſolvens appuliſſet, ab eoque Chriſtianæ religionis proſeminatore Antiſtitem accepiſſe Patrum inveterata traditio eſt; quorum nomina iuvidioſa obſolevit vetuſtas, donec Agatho Li-
B parenſium S. Epiſcopus ſub Decio, ac Valeriano Impp. floruit. Poſt hunc ad annum uſque 700. Liparenſium Præſulum ad nos pervenit memoria, nec longe poſt ann. Chriſti 864. à Sarracenis Lipara, cum Sicilia, aliiſque adiacentibus inſulis depopulata, Chriſti fideles cum Epiſcopo vel occiſi, vel in exilium exacti, per 200. circiter, & 80. annos Epiſcopali caruerunt dignitate, donec Eugenius III. Liparenſe cœnobium, quod olim Rogerius Northmannus Siciliæ comes, expulſis ab ea inſula Sarracenis, magnificentius excitaverat anno 1088. unaque cum Pactenſi alio nobili Benedictini Ordinis cœnobio in Sicilia ab eodem Rogerio ædificato, ac dotato anno 1094. earum Eccleſias D. Bartholomæo Apoſtolo ſacras canonice in Cathedrales erexit, propriumque paſtorem reſtituit Gilibertum anno 1151. Joanne horum cœnobiorum Abbate defuncto, ille, qui ab Hugone Meſſanen. Epiſcopo fauctore Anacleti II. Antipapæ in Archiepiſcopali dignitate intruſo, nomen, & dignitatem Epiſcopalem vitio ſuſceperat;
C quem cum Innocentius II. ex Lateranenſis Concilii ſententia, una cum Hugone promotore deturbaſſet de ſede, pro Epiſcopali inſula baculum Abbatialis dignitatis inſigne iterum reaſſumpſit, in eoque munere deceſſit eodem Eugen. III. ſedente. Giliberto Stephanus ſucceſſit, quo Præſule Lucius III. Liparenſem, ac Pactenſem unitas Eccleſias, earumque Epiſcopum Meſſanenſi ſubiecit Archiepiſcopo anno 1185. ita tamen, ut qui Liparenſis Epiſcopus diceretur, idem Pactenſis cenſeretur Antiſtes. Harum Eccleſiarum unionem diſſolvit Bonifacius IX. ann. 1399. unicuique proprio attributo paſtore. Urbanus tandem VIII. ſuo diplomate Liparenſem Eccleſiam à Metropolitico Meſſanenſis Archiepiſcopi jure immunem fecit, perpetuoque Romanæ ſedi immediatè ſubjecit anno 1627. Cæterum Liparitanus Epiſcopus ſolum Liparam, & ejus inſulas habet diœceſ. ubi incolæ ad 4. millia cenſentur. S. Bartholomæus Apoſtolus ut divus Tutelaris Liparenſes tuetur, cujus corpus è Bora Perſarum civitate translatum, o-
D lim eorum veterem Cathedralem illuſtravit; quod deinceps, ut auctor eſt Sigebertus in chronic. anno 832. vel anno 842. ex Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 26. ex hac Liparitana inſula, forte Sarracenorum timore, Beneventum detulere. De prima translatione agit Gregor. Turonen. c. 34. de gloria Martyrum. In ea Cathedrali dignitates 4. quarum prima Archidiaconatus Pontificiæ collationis, ſecunda Decanatus, tertia Cantoratus, quarta Theſaurarius; 14. Canonici, violacea ſtola inſigniti, & alii promiſcui Clerici numerantur. Unica parochialis Eccleſia, unum virorum cœnobium, unumque xenodochium, & tres laicorum ſodalitates in ea civitate ſunt. Epiſcopi annui proventus ſunt hodie ſcuta 4500. ex decimis cujuſcumque rei, maximè ex uvis paſsis, & ficis, quæ ab inſula extrahuntur; taxatur vero in libris Cameræ ad florenos 50. Nec omittendum, quod ex antiquo jure ad Epiſcopalem curiam devolvuntur, cauſæ appellationis curiæ civilis, & Balivii. Præſulum Lipa-

ren-

renſium hiſtoriam ſcripſit Abbas Rocchus Pyrrhus Siculus, vir doctiſſimus, & eruditiſſimus, in octava notitia Siciliensium Eccleſiarum, Panormi edita an. 1638. à qua hæc noſtra ſeries, tum ex aliis monumentis deſumpta eſt, quam modo damus.

I. 1. S. AGATHO primus Liparenſis Eccleſiæ Epiſcopus invenitur. Sub Decio, & Valeriano Imperat. circiter ann. 254. Liparitanam adminiſtrabat Eccleſiam ex perveruſtis tabulis Leontinis. Is de ſui cleri conſilio perſecutionem Diomedis Puteolorum Præfecti ſub Imp. Decio commotam fugiens, navim aſcendit cum tribus ſuis clericis, ex Lipara inſula, quæ à Diomede vexabatur, in Siciliam ad Leontinum fluvium (is hodie S. Leonardi nuncupatur) appulſus, liberali animo à Demetrio viro Leontino extorre ſuſcipitur, atque de Tertylli Siciliæ præſidis crudelitate, & SS. Alphii, Philadelphii, & Cyrini illuſtri martyrio inſtituitur. Iis rebus auditis multò magis Tertylli, quam Diomedis tyrannidem deteſtatur. Sequenti nocte prædicti tres martyres Agathoni apparuere, & magnum Leontinæ Eccleſiæ bonum, Deo volente, illum attuliſſe atteſtati ſunt. Poſt 40. dies divinis monitis Selinadium rediit, ubi invenit Alexandrum Tertylli conſiliarium, eumque biennio ſacram ſcripturam docuit, noſtræque fidei myſteriis imbuit. Inde cum eodem Alexandro in alium Leontini agri locum Creco nuncupatum migravit, & à Publico Leontino Chriſtiano locupiete benigno hoſpitio recipitur, ubi in monte Publius templum conſtruxerat, in cujus tribus columnis Agatho imagines trium fratrum martyrum ad vivum depinxit, templum ipſum conſecravit, atque fontem ſacrum baptiſmatis conſtruxit. In eo Alexandrum baptizavit, Neophytumque appellavit, clericum inſtituit, ſacerdotio tandem initiavit, illic alios annos duos ſanctam duxit vitam. Obeunte interim tyranno Tertyllo, Agatho, & Neophytus ad cæterorum Leontinorum ſalutem urbem ingreſſi, populum Chriſtianis monitis inſtruxere Leontinum. Aliquibus clericis ad ſuum Antiſtitem Agathonem tranſmeantibus, ipſe, & Neophytus (qui paulo ante à D. Andrea Apoſtolo Epiſcopus fuerat conſecratus) Romam proficiſcuntur. Ibi Neophytum Romano Pontifici obtulit confirmandum, & tribus annis fuit, dum Neophytus è Vaſconia rediret. Poſt annum ſui receſſus tertium ad Eccleſiam ſuam Liparenſem revertitur adminiſtrandam. (1) Tunc accidit S. Bartholomæi Apoſtoli ſacri corporis tranſlatio, quo fuerat in primis illuſtrata Baras civitas in finibus Perſidis, ut ſcribit Theod. lib. 2. Collectan. & Nicephorus hiſtor. lib. 16. cap. 37. De ampliſſimo templo illic erecto à Juſtiniano Imperatore meminit Procopius lib. 2. ædif. Juſtinian. Imp. De tranſlatione in Liparam facta agit Greg. Turon. de gloria martyrum cap. 34. Scripſit etiam rei geſtæ hiſtoriam Theodorus Studita, quam latinitati tradidit Anaſtaſius. Conſentit iis Molanus in notis ad Uſvardum, quam legiſſe teſtatur Baronius in Bibliothec. Vat. c. plut. 4. num. 234. pag. 24. incipit *Maximum quidem certamen.* Paucis eandem refert hiſtoriam Metaphraſtes ex Joſepho apud Surium tom. 4. & alii. Cæterum in perveruſto manuſcripto apud Liparenſem Eccleſiam legitur, quod cives, ac incolæ Albanopolis tot, tantiſque beneficiis à S. Bartholomæo quotidie acceptis ingrati, cujus corpus in arca lapidea incluſum ejecerũt in profundum maris, mox in eos divina ultio ſævit, & ab hoſtibus civitas vaſtatur: accolæ vero ſervituti ſubiiciuntur. Pietas tamen divina eaſdem S. Bartholomæi exuvias in Liparim inſulam vexit, ad eum ſane locum haud longe ab ea urbe, ubi adhuc ſub aquis lapidea arca viſitur, ut narrant Liparenſes ex traditione manu ducta ad noſtra hæc tempora accepiſſe. De corporis ſacri appulſu ab Angelo monitus noſter Agatho ad locum adiit, & cœleſtem theſaurum invenit; procumbit in genua, veneratur ſacras exuvias, atque quo potuit honore

A tractavit. Intellexit ſcilicet divinitus id ſuæ inſulæ munimentum dari; è mari in Cathedrale templum presbyterorum humeris invehi juſſit. Poſt hæc Agatho quandiu vixerit, nobis non conſtat, requievit tamen in Domino die 27. Junii, & apud Leontinum eo die feſtum celebratur. Eum ſub anno ſal. 313. ſtatuit Maurolycus in hiſtor. Sic. fol. 30. Memoratur in geſtis SS. Virginum Theclæ, & Juſtinæ, cujus etiam meminit Ferrarius in catalogo.

2. AVGUSTINUS Liparenſis Epiſcopus, ſub Symmacho Papa in actis 3. & 6. Romanæ ſynodi ſubſcribitur. Circa ea tempora Maurolycus in ſua Sicula hiſtoria, ſcilicet anno 530. exiſtimat in eadem inſula Liparitana degiſſe S. Calogerum Conſtantinopolitanum monachum, cujus domus, & templi adhuc viſuntur veſtigia juxta balneas, ut vocant, ſiccas. Calogerus, teſte D. Gregorio Papa lib. 4. dialog. cap. 30. ann. 530. obitum Theodorici Regis prædixit. An B iſte Calogerus fuerit is, qui Saccæ in Sicilia incoluit, cuius feſtum die 18. Junii celebratur, incertum eſt; licet tamen in eius die feſto legantur lectiones ejuſdem D. Gregorii in Moralibus. Octavius Caietanus in ſua idea SS. Siciliæ alium eſſe Calogerum ab illo Saccæ exiſtimat. Eremitæ illi antiqui fere omnes Græco nomine Calogeri dicebantur. II.

3. AGATHO II. Liparitanæ præerat Eccleſiæ ante Præſulatum Gregorii Magni circa an. 585. qui de privatione Epiſcopatus Agathonis ita ſcripſit epiſtola 53. lib. 2. *Maximiano Epiſcopo Syracuſano, poſtquam in Agathonem quemdam Epiſcopum Liparitanum juxta qualitatem exceſſuum diſtrictione canonica eſt vindicatum, neceſſe eſt humanitatis intuitu quemadmodum ſubſtentari poſſit, diſponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam Eccleſiam, in qua ſupradictus Agatho ſacerdotis geſſit officium, feſtinet dirigere, eique ad præſens exinde 50. ſolidos, qui in eius poſſint proficere victum, tranſmittat, &c.* ſufficitur hac de cauſa Paulinus. III.

C 4. PAVLINUS Taurianenſis Eccleſiæ, in Calabria inferiori Epiſcopus, Eccleſiæ Liparitanæ gubernandæ etiam præficitur à D. Gregorio circa ann. 592. ut is ſcripſit epiſtola 26. lib. 2. indict. 10. *Maximiano Epiſcopo Syracuſano. Locis inimicis Eccleſia conſtituta paſtoris vacare non debet officio. Quia igitur Eccleſia Liparitana ſacerdote privata dignoſcitur, ideò Paulinum Taurianenſis Eccleſiæ Epiſcopum in prædicta Eccl. Liparitana fraternitas tua ſine mora præeſſe cõſtituat, ut officij ſui adminiſtrationem in eadem Eccl. vigilanter exhibeat, & quæque ejus utilitatibus convenire didicerit, ordinare non deſinat, cunctumq; clerum, ut in omnibus canonice ei obedire debeat, admoneat, quatenus præfata Eccleſia in cunctis utilitas, prædicto fratre, & coepiſcopo noſtro diſponente, Chriſto adiuvante, procurari valeat.* Eidem Paulino literas tranſmiſit num. 13. ind. x. *Ita ergo fraternitas tua Pauline, hæc omnia implere feſtinet, ut & tui præſentia Liparitanam ſalubriter diſponat Eccleſiam, at viſitationis ſtudio Taurianenſem Eccleſiam congregare, & fovere deſinat.* D Anno 594. obijſſe conſtat Paulinum ex epiſt. 38. D. Gregorii ad Joannem Epiſcopum Scylacenſem. Hic Epiſcopatus eſt in magna Græcia ſub Archiepiſcopo Rhegienſi Metrop. patria Caſſiodori. Et Taurianenſis civitas, hodie Seminara dicitur teſte Myreo lib. 5. Eccleſiaſt. Coſmog. IV.

5. N . . . novi Antiſtitis Liparenſis meminit idem Greg. epiſt. 19. lib. 6. indict. 5. ann. 595. ſcribens *Cypriano Diacono Siciliæ. Liparitanum verò, ait, & Regitorium Epiſcopo, ut huc veniant, pariter commonebis, &c.* V.

6. PEREGRINUS Liparitanus Antiſtes anno circiter 660. ſub Martino I. Lateranenſi interfuit Concilio, a cum cæteris Siculis Præſulibus. VI.

a an. 649.

7. N . . . . cujus nomen ignoratur, Liparitanus Epiſcopus, civis Leontinus anno ſal. circiter 700. die 3. poſt natalem Domini. Templum conſecravit VII.

Kk a B.Vir-

(1) Hæc acta mihi ſuſpecta habentur, quinimò dubito, an revera illo ævo Liparitana inſula Epiſcopum habuerit Agathonem. Nominatur quidem Agatho Liparitanus Epiſcopus in Oratione de corpore S. Bartholomæi in iſtam inſulam advecto, eumque Rocchus Pyrrhus vult eſſe, cujus in Actis SS. Alphii &c. habetur vita (& de quo hic Ughellus:) Sed nunc tranſlationem libentius crediderim ævo S. Gregorii, quo Liparitanus Epiſcopus erat Agatho, quam Decii factam: ideoque adhuc requiro certius de alterius Agathonis exiſtentia teſtimonium. Talem enim Liparitani veroſimiliter inter Patronos ſuos colerent ſi habuiſſent, Bollandiani in Maji tom. 2. pag. 548.

A B. Virginis, nunc vulgò nuncupatæ de Terpito in Inſula Didymarum, ſeu Salinarum à Lipara 18. m. diſtante. Illa Mariæ Icon tunc temporis divino afflante numine inventa eſt, ut conſtat ex pervetuſtis monumentis apud Liparenſes.

VIII. („ *BASILIVS Epiſcopus Liparenſium interfuit „Concilio Oecumenico, ſive Nicano II. an. 787. ex Hard. „Concil. tom. 4.*

IX. „ *SAMUEL Liparenum Epiſcopus interfuit Pſeudo „ Synodo Photiana an. 879. Hard. Concil. tom. 6.*)

Diuturnum interregnum poſt hunc tenuit Liparitana Eccleſia; occupata namque à Sarracenis inſula ab anno circiter 864. ad annum uſque 1150. Epiſcoporum ſeries intermitti cœpit. Quamquam autem ab anno 1080. Sarracenis ſuperatis Robertus, & Rogerius Northomanni eam Inſulam Chriſtianis reſtituiſſent, ubi ſtatim à Rogerio templum D. Bartholomæi erectũ eſt, teſte Fazello dec. p. & ab aliquibus monaſticam profitentibus cœnobium eſt ædificatum, cui Ambroſius præfectus eſt. Eo tempore comes ex diplomate, quod confirmatum fuit à Rogerio II. ejus B filio anno 1134. conceſsit Liparam, Vulcanum, Salinam, Panariam, Strangolon, Accuri, & Filiculi Inſulas. Deinde ab eodem comite Rogerio multa fuerunt data prædia in Calabria eidem Abbati Ambroſio, & monaſterio Liparenſi ex diplomate hoc anno 1088.

Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ adjutorium Chriſtianorum 26. menſis julij 11. indictione, anno ab initio mundi 6596. Poſtquam cum filijs meis ex Francia veni in Militum, dedi Abbati Ambroſio pro monaſterio S. Bartholomæi Liparenſis terragia infraſcripta pro ſalute animæ meæ, & remiſſione omnium peccatorum meorum, quæ terragia ſunt prope faciem Caſtri Militi limitata cum finibus infraſcriptis, quæ terragia do tibi D. Ambroſio Abbati, ut habeat, & in tua dominatione poſſideat, & quod nullus contradicere poſſit ullo modo. Si quis vero vellet contradicere prædicto privilegio noſtro, & dictæ benevolæ donationi noſtræ aliquo modo, maledictionem trecentorum, & decem octo Sanctorum C *Patrum anathema . . . . ab eis, & maledictionem Judæ Iſchariotis habeat in æternum, & in ſeculum ſeculi.*

Eaſdem largitiones, & Inſulam ipſam Liparen. monaſt. Lip. omniaq; bona ei data ſuo privileg. confirmavit Vrbanus Papa II. quod extat apud eumdem Pyrrhum ex tabulis Pact. eccl. hiſce conceptis verbis.

VRBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto fratri Ambroſio Abbati Liparitano, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Cũ univerſa Inſula ſecundum inſtituta Regula juris ſint, conſtat profecto, quia religioſi Imperatoris Conſtantini privilegio in jus proprium B. Petro, ejuſque ſucceſſoribus Occidentales omnes Inſulæ condonata ſunt, maxime quæ circa Italiæ oram habentur, quorum multa peccatis exigentibus accolarum à Sarracenis capta Chriſtiani nominis gloriam amiſerunt. Inter quas Liparis B. Bartholomæi Apoſtoli corpore quondam inſignita, Eremi inſtar redacta cognoſcitur, quam multis annorum curriculis evolutis, cum Sarracenorum vires divina miſericordiæ potentia repreſſiſſet, religioſi fratres divinæ ſervitutis D *ſtudio eamdem ingreſſi Inſulam monaſteria illi, domicilia conſtruere curaverunt, & plurimos in eamdem Inſulam colonos ſua induſtria conſtituerunt. Nos itaque quibus ex divinæ arbitrio voluntatis per Apoſtolicæ ſedis culmen cunctarum ſollicitudo imminet Eccleſiarum, licet in eadem Inſula Epiſcopatum quondam fuiſſe in S. Gregoriana pagina regiſtris agnoſcamus, quia tamen Epiſcopi dignitatem nunc ipſius loci exiguitas, & accolarum raritas non meretur, Monaſterium tamen illi habere, & totius Inſulæ ambitum poſſidere præſenti pagina auctoritate ſancimus. Ipſum etiam monaſterium, cui fraternitas tua auctore Domino præſidet, in B. Bartholomæi honore, & nomine conſecratum, in S. R. & Apoſtolicæ ſedis favendum ſpeciali protectione ſuſcipimus. Per præſentem igitur noſtri privilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque hodie idem cœnobium juſte poſſidet, ſive in poſterum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte, atque* A *canonico poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Obeunte te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi favore, vel fratrum pars conſilii ſanioris elegerit, electus autem ad Rom. Pont. conſecrandus accedat. Vos itaque filii in Chriſto dilecti oportet regularis diſciplinæ inſtitutioni ferventer inſiſtere, & divinæ legis præcepta ſtudioſius obſervare; ut quanto à ſecularibus tumultibus liberiores eſtis, tanto ſolertius placere Deo totis mentis, & animæ viribus anheletis. Ad indicium autem perceptæ à Romana Eccleſia libertatis, unam auri unciam per annos ſingulos Lateranenſi palatio perſolvatis. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Im-* B *perator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut vicecomes, aut judex, aut perſona qualibet magna, vel parva, potens, vel impotens hujus noſtri privilegij paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, eum honoris ſui, & officij periculo ſubiacere decernimus, & à Chriſti atque Eccleſiæ corpore, auctoritate Apoſtolica ſegregamus. Conſervantibus autem pax à Deo, & miſericordia a præſentibus, & futuris ſeculis conſervetur. Amen. Amen. Amen.*

Datum Militi per manus Joannis S. R. E. Diac. Card. 3. Nonas Junij ind. 18. Incarn. Domini 1091. Pont. vero D. Vrbani II. ann. 4.

Anno 1094. aliud exædificavit Rogerius Comes in Sicilia apud Pactas cœnobium, univitque cum hoc Liparitano, eundemque Abbatem Ambroſium præfecit. Eodemque anno idem Comes conceſſit Abbati Ambroſio Caſale nuncupatũ Fatalia, aliaque jura iis verbis: *Donum monaſterio S. Bartholomæi Apoſtoli, quod in Inſula Liparis per nos noſtris temporibus per Dei* C *gratiam conſtructum eſt &c.* Eidẽ monaſteriis Robertus I. Epiſcopus Meſſanenſis, quædam jura in ſua diœceſi, datis litteris an. 1104. 12. indictione conceſſit. Eidemque Abbati Ambroſio, ejuſque ſucceſſoribus Raynaldus Avevellus obtulit quædam jura in ſuo Caſali Parteniel an. 1117. poſt hæc nulla alia de Ambroſio Abbate extat memoria. Joannes monachus Benedictinus II. Abbas fuit monaſteriorum Liparen. & Pactenſis, qui & Epiſcopi dignitate exornatus ab Hugone Meſſanenſi Præſule, Anacleti II. Antipapæ auctore, mox ab Innocentio II. ex Concilio Lateranenſis ſententia ab ea dignitate exturbatus, Abbas defunctus eſt circa ann. 1149. de quo hæc habet idem Pyrrhus. Is anno 1130. 8. ind. cum Petro Archiepiſcopo Panormitano convenit de decimis conceſſis à Rogerio monaſterio Liparenſi in civitate Thermis, ad annum 1131. ind. X. menſe Septemb. adhuc nomen Abbatis retinebat, ita enim ſubſcribitur in privilegio conceſſionis jurium cœnobii Salvatoris Meſſanæ: *Ego Joannes Liparenſis Abbas*. Cæterum Hugo D Meſſanenſis Epiſcopus per ſummam Romanæ ſedis injuriam Meſſanenſis Archiepiſcopus declaratus ab Anacleto Antipapa an. 1131. Joannem hunc Liparenſem, & Pactenſem Abbatem Epiſcopum conſtituit menſe Octobris, ac ſibi cum Cephaludenſi noviter electo Antiſtite, ſuffraganeos ſubjecit. Hugonis tabulæ hæ ſunt ab eodem Pyrrho in ſecunda notitia Meſſanenſi allatæ ex autogr.

In nomine Dei æterni, & Salvatoris D. N. J. C. anno ab Incarn. ejus 1131. ind. 10. menſe Octobri.

Ego Hugo Dei gratia Meſſanenſis humilis Archiepiſcopus. Cum unuſquiſque fidelium Eccleſiæ ſuæ profectui debeat providere, Epiſcopus maxime ad Archiepiſcopatum noviter promotus pro dignitate Eccleſiæ ſuæ adipiſcẽda plurimum debet elaborare. Idcirco Eccleſiæ Meſſanenſis dignitati augmentandæ providentes, quia ſine aliquantis ſuffraganeis honorifice conſiſtere non poſſet, Liparitanam Eccleſiam conſilio Meſſanenſium, & Traianenſium Canonicorum, utrinſque denique con-

ven-

ventum Epiſcopatum perpetuo conſtituimus. Igitur frater in Chriſtu chariſſime Joannes nunc ejuſdem eccleſiæ Abbas te Liparitanum Epiſcopum eligi concedimus, ita ſane, ut tam tu, quam & tui ſucceſſores in noſtra obedientia in poſterum permanentes, a noſtris manibus, noſtrorumque ſucceſſorum tanquam noſtræ eccleſiæ ſuffraganei debeatis conſecrari. Statuimus quoque & præſentis privilegii auctoritate tibi tuiſque ſucceſſoribus in parochiam totam Inſulam Liparitanam perpetuo jure habendam, & poſſidendam, & Pactas cum omnibus ſuis pertinentiis, cæteriſque locis jus univerſum Epiſcopale, abſque omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum calumnia, ſeu contrarietate. Si qua autem in poſterum magna humiliſque perſona hanc noſtram conſtitutionem ſcienter violare præſumpſerit, à gremio S. Matris Eccleſiæ aliena fiat, donec cōgrua ſatisfactione de perpetrata iniquitate pœniteat. Ad hujus noſtræ conceſſionis indicium ſubſcriptis teſtibus præſentem cartam inſcribi, noſtroq; ſigillo plumbeo inſigniri præcepimus.

Ego Hugu Meſſan. Archiepiſcopus.
Ego VV. Rhegienſis Archiepiſc.
Ego M. Catanen. Epiſc.
Ego G. Palvearia Prior.
Ego L. Prior Cataniæ.
Ego T. Meſſanenſis Cantor.
Ego P. Trainenſis Archidiac.
Egu N. Rhegienſis Cantor.
Ego G. Meſſanenſis Canon.
Ego Meſſ. Canon.
Egu Creſp. Meſſ. canon.
Ego VV. Deotot teſtis fui.
Ego R. Monachus capellanus Domini Regis.

Porro Anacleti II. Antipapæ diploma, quo fultus Hugo Liparenſem Joannem Abbatem Epiſcopum conſtituit, eſt hujuſmodi, quod Pyrrhus refert ex auctographo in tabulario Pactenſis Eccleſiæ ſervato.

ANACLETUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis in Domino filiis in Liparitano cœnobio regulariter Domino ſervientibus, & ſervituris in perpetuum. Sedis Apoſtolicæ moderatio, quam licet indigni Deo diſponente ſuſcipimus, nos invitat, quatenus pro varietate temporum diverſas res metiri debemus. Liparitanum ſiquidem monaſterium unum fuiſſe huctenus ex majoribus Siciliæ monaſteriis, & ad Romanã Eccleſiã jus pertinere dignoſcitur: creſcente igitur glorioſi filii noſtri Regis Rogerii gloria, quam ſibi ſuiſque filius ſedis Apoſtolicæ liberalitas tradidit; dignum ſatis, ac juſtum eſt, ut ejuſdem regimen eccleſiæ noſtris quoque temporibus augmentetur. Decernimus igitur de fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & cardinalium conſilio, & hoc præſenti decreto ſtatuimus, ut jam dictum Liparitanum cœnobium Epiſcopalem deinceps obtineat dignitatem, & proprium veneretur Antiſtitem, qui per manus ven. fratris noſtri Meſſanenſis Archiepiſcopi munera conſecrationis accipiat, & Meſſanenſi Eccleſiæ tam ipſe, quam ſucceſſores illius, tanquam ſuæ Metropoli debeat perpetuo ſubjacere, ſolius tamen in omnibus conceſſionibus, & privilegiis glorioſo filio noſtro Rogerio, ſuiſque hæredibus à Romana Eccleſia traditis. Si qua igitur eccleſiaſtica, &c. Cunctis autem hæc iſta, &c. Amen.

Anacletus catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Creſcentius presb. Card. tit. SS. Petri & Marcellini ſubſcripſi.
Ego Joannes presb. Card. tit. Paſtoris ſubſc.
Ego Amatus presb. Card. tit. S. Euſebii ſubſc.
Ego Gregorius Card. diac. S. Euſtachii ſubſc.
Ego Silvius Card. diac. S. Luciæ ſubſc.
Ego Raynaldus diac. Card. S. Laurentii ſubſc.
Datum Priverni per manus Saxonis S. R. E. presb. Card. & Cancell. 18. Kal. octob. ind. 9. Incarn. Domini 1131. Pontificatus autem D. Anacleti II. Papæ an. 2.

An. 1139 ſicut Hugo Meſſanen. dejectus eſt ab illo faſtigio Archiepiſcopalis honoris ab Anacleto Pſeudo Pontifice collati, ita & noſter Joannes ab Epiſcopali dignitate, quam illi Hugo contulerat, Innocentii II. ſiquidem, & Lateranenſis Concilii ſanctionibus. Hac itaque ratione Joannes amiſſo Epiſcopi nomine, Abbas iterum nuncupatur, ut legitur in quodam diplomate ſcripto ann. 1143. In alio quoque tranſactionis actu an. 1148. cum Arnoldo Antiſtite Meſſanenſi, in quo Liparenſis, & Pactenſis monaſterii Abbas recenſetur. Sequenti verò ſenectute confectus moritur, ſucceſſitque ei in Abbatiali munere Gilibertus, deinceps Eugenii III. auctoritate Epiſcopali Inſula exornatus circa annum ſ1ſ1. Ita poſt tot ſecula Liparitana eccleſia priſtinum Epiſcopalem ſplendorem accepit.

8. GILIBERTUS Monachus S. Benedicti; octa- X.
vus Liparitanus Epiſcopus ex iis, qui ad poſterorum
pervenerunt notitiam: creditur hunc ab Eugenio
III. Liparitanum, & Pactenſem fuiſſe conſtitutum
Epiſcopum poſt exceſſum Joannis, licet diploma ea
de re deſideretur. In tabulis eccleſiæ Panormitanæ
ſubſcriptus invenitur ante Robertum Epiſcopum
Meſſanenſem in diplomate conceſſionis Bruccati
Eccleſiæ Panormitanæ anno 1157. menſe decemb. 6.
indictione in hunc modum. *Ego Gilibertus Pacten-*
ſis electus teſtis ſum.

9. STEPHANI Epiſcopi Liparenſis, & Pacten- XI.
ſis meminere quidem tabulæ Meſſanenſes 1180. Is
in conſecratione templi S. Petri de Bagniaria Panor-
mi ab Innocentio Papa III. poſt Tranenſem, & ante
Cephaludenſem Epiſcopos ſe ſubſcripſit: *Ego Lipa-*
renſis Epiſcopus Dei gratia. Ac primum à Lucio III.
Pontifice ſubjicitur juri Metropolitico Eccleſiæ
Meſſanenſis an. 1185.

10. ANSELMUS anno circiter 1208. præficitur XII.
Liparenſi, & Pactenſi Eccleſiæ, quem ad ann. 1227.
perveniſſe refert Pyrrhus. Nos tamen in Reg. Vatic.
Honorii III. epiſt. 552. f. 222. an. Pontif. 4. legimus P.
forte Petrum, Pactenſem monachum in demortui
Pactenſis Epiſcopi locum à Capitulo electum, ab Ho-
norio ex ſententia Meſſanenſis Epiſcopi reprobatũ.
Oportuit ergo Anſelmum ante annum 1220. obiiſſe.

11. JACOBUS poſt Anſelmum harum Eccleſia- XIII.
rum Epiſcopus adlegitur circiter ann. 1220. electio-
nem tamen ejus non vidi in cit. Reg. quemadmodum
ejus ad Capuanum Archiepiſcopatum translationem
anno 10. Honorii III. 7. Kal. Octob. factam notavi in
ep. 55. fol. 87. ad Fridericum illuſt. Romanorum Imp.
quam ſupra retulimus in Epiſcopis Averſanis. Inci-
dit vero ejus translatio in an. Chriſti 1225. qui fuit de-
cimus Honorii Pont.

12. PAGANI electi Liparenſis, & Pacten. fit men- XIV.
tio, teſte Pyrrho, an. 1229. menſ. Octob. in tabul. Ec-
cleſ. Pacten. ex diplomate confirmationis privilegio-
rum à Federico Imp. Obiit Paganus anno 1246. 22.
Martii 4. ind.

13. RAYNALDUS, ſeu Ranntius Aheretinus XV.
die 15. Feb. 1248. permiſſu Berardi Archiepiſcopi Pa-
normitani, in ea urbe conſecratur Epiſcopus Lipari-
tanus, & Pactenſis ab Raynaldo Aquaviva Epiſco-
po Agrigentino.

14. PHILIPPUS anno 1250. Caſale S. Luciæ de XVI.
Milaſio ſui juris à Gregorio Muſtacio revocandum
curavit. Is Antiſtes (verba ſunt Pyrrhi) utriuſque
Eccleſiæ bona diſſipavit. Obiit eodem teſte an. 1254.
ſed revera ante annum 1253. ex hac mortali vita di-
ſceſſiſſe videtur ex Reg. Apoſtolico.

ſ5. Fr. BARTHOLOMÆUS Varellus, Sicu- XVII.
lus Leontinus, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus
Liparenſis, & Pactenſis electus 1252. Capitulo Pa-
ctenſi commendatur ab Innocentio IV. an. 11. ſui Pō-
tiſ. Nonis Januarii, ita in Reg. Vat. epiſtola 359. fol.
43. Subſcribit ſe erectioni cœnobii ſui Ordinis Meſ-
ſanæ. Ab Alexandro IV. litteras exoravit an. 1254.
ſcriptas Anagniæ 8. Kal. Septemb. Pontiſ. 1. quod
Margaritus Archidiaconus Panormitanus bona, quæ
Philippus prædeceſſor Epiſcopus malè alienarat, re-
ſtituenda curaret. A Carolo I. Siciliæ Rege an. 1265.
ſuæ eccleſiæ jurium confirmationem obtinuit, & ad-
verſum eundem Regem, cum fratre Bon Joanne Ma-
rino an. 1281 Romam adiit ad Martinum Papam IV.
Obiit anno 1282. eodem Pyrrho teſte, cum è Siculo
Regno ejiciuntur Galli, qui tamen Neapolitani Re-
gni, atq; Liparenſis Inſulæ potiti ſunt. Poſt Bartho-
lomæum Pyrrhus in ſuo catalogo quendam Matthæ-

nm ad Liparenſem, & Pactenſem Epiſcopatum aſcendiſſe ſcribit an. 1282. ex ſchedis Ludovici Torres Montis Regalenſis Archiepiſcopi. In Reg. vero Vatic. ſequentem Pandulphum reperimus immediatè ſucceſſiſſe Bartholomæo vita functo, idcoq; Matthæum è Liparenſium Epiſcoporum ſerie expunximus.

XVIII 16. PANDULPHUS ex Apoſtolico Capellano his Eccleſiis præficitur per obitum Bartholomæi ab Honorio IV. an. ſal. 1286. Nonis Martii Pontif. 1. ità habetur in Reg. Vatic. ann. 1. Honorii ep. 318. fol. 87. Is Pyrrho teſte ſuarum Eccleſiarum privilegia ex Græco in Latinum idioma transferenda curavit, & à Nicolao IV. Papa ex diplom. Reatæ 26. Junii 1289. ſcripto, publicis tabulis exſcribenda voluit. Cæterum cum in magnam animi perturbationem incidiſſet, variaſq; difficultates exortas coactus eſt è propriis eccleſiis apud Pontificem Nicolaum IV. exulare, qui miſericordia motus Turritani in Sardinia Archipræſulatus, ut loco Torgotonii Archiepiſcopi defuncti eſſet, adminiſtratorem conſtituit Nonis Julii anno Pontif. 3. ex Reg. Vatic. ep. 359. fol. 46. quem deinde Bonifacius VIII. Joanne Nicoſienſi Archiepiſcopo ad Turritanam eccleſiam translato, an. ſui Pontif. 1. Anconitanæ eccleſiæ ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis præfecit. Ad tres omnino annos demandatum munus ſuſtinuit, deinde ad curiam reverſus, ibi defunctus ann. 1304. in diaconia S. Agathæ in Suburra, cujus hiſtoriam ſcripſit eruditus noſter Floravantes Martinellus, tumulatus addito hoc marmore.

HIC JACET D. PANDULPHUS EPISCOPUS PACTENSIS CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

XIX. 17. JOANNES Liberianæ Baſilicæ in Urbe Canonicus aſſumitur ad Epiſcopatum Liparenſem, & Pactenſem per Benedictum Papam XI. anno 1304. Kal. Februarii litteræ fuerunt expeditæ, quas legimus in Reg. Vatic. ep. 393. an. 1. Pontif. Præfuit ann. fere 38. obiitque ſub Clemente VI. an. 1343. Pyrrhus ſe Epiſcopum Liparenſem, & Pactenſem ann. 1325. qui ſub Regibus Friderico II. & Petro ejus filio, antiquam ſuæ eccleſiæ juriſdictionem in cognoſcendis Judæorum ſuæ diœceſis cauſis temporis lapſu deperditam, revocandam curaſſe. Poſt Petrum Dominicanum refert Franciſcum quendam de Petro Ludovici Regis ſacellanum iis adiūctis Eccleſiis præfuiſſe an. 1342. huic ſucceſſiſſe Vincentium. Verum in Regeſtis Vaticanis, neque Petrum Dominicanum, neque Franciſcum hoc tempore reperimus Liparenſes, ac Pactenſes Epiſcopos, ſed Vincentium Joanne defuncto, has ſuſcepiſſe regendas eccleſias à Romano Pontifice.

XX. 18. Fr. VINCENTIUS Ordin. Minorum Epiſcopus Marianenſis in Corſica ad has eccleſias translatus eſt à Clemente VI. per obitum Joannis 5. Kal. Decemb. 1343. Pontif. 1. ex Reg. Vaticano epiſtola 95. fol. 171. Vixit in ea dignitate annos 4.

XXI. 19. Fr. PETRUS de Pernis Theutonicus nuncupatus, ejuſdem Ordinis Minorum ab eodem Clemente VI. harum eccleſiarum fit Epiſcopus 15. Kal. Martii an. Pont. 4. qui fuit Chriſti 1346. ex reg. Vat. ep. 63. an. 4. de quo etiam Waddingus noſter ad eum annum. Vir fuit Petrus litterarum peritia, & virtutum exemplis præclarus, Regis Ludovici Capellanus major. Obiit 21. Jan. 7. id. 1354.

XXII. 20. B. PETRUS Thomaſius Ordinis Carmelitarum conſtituitur harum eccleſiarum Antiſtes ab Innocentio VI. an. 1354. 16. Kal. Decemb. ſucceſſit Petro eodem anno teſte Waddingo, ab Innocentio Nuncius miſſus ad Stephanum Boſinæ Regem ſimul cum Bartholomæo Minorita Epiſcopo Tragurienſi, & cum Fr. Stephano electo Zagabrienſi. Anno eodem deſtinatur Petrus ad Imperatorem Græcorum Joannem Palæologum, aliiſque & quidem perfunctus legationibus, an. 1359. ab Epiſcopatu Liparenſi, & Pactenſi ad Coronenſem ſub Patracenſi Archiepiſc. transfertur. Deinde plenam ei commiſit Papa legati Apoſt. ſedis auctoritatem in ampliſſimo Patriarchatu ſupradicto, in Regnia Cyprio, Cretenſi, atque Inquiſitorem generalem inſtituit, multis privilegiis decoravit. Ab Eccleſia Coronenſi ad Archiepiſcopatum Cretenſem, deinde anno ſequenti aſſumptus ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum. Legatus Apoſtolicæ ſedis pro tranſitu ad Terram ſanctam miſſus, multum conſilio, & ſingulari ſua prudentia ſanctum illud opus promovit. Tandem plenus dierum, ac bonorum operum ſanctiſſime obiit Famaguſtæ hora noctis 2. an. ſal. 1366. multis in vita, & poſt mortem clarus miraculis. Epitaphii loco hæc duo inculta carmina à diſcipulo Joan. Hyldentheimenſi inciſa referuntur.

Virgo virum rege virginum, qui virginis alma
Conſpicuum titulum gerit, huic ſibi da loca palmæ.

Scripſit libros de Conceptione B. Virginis, ſuper ſententias lib. 4. Sermonum lib. 2. & quædam ſimilia. Plures ſcripſere de hoc B. Petro, quos recenſere longum eſſet; noviſſime doctus Lucas Waddingus de vita, & geſtis B. Viri accuratiſſime ſcripſit; impr. Lugduni an. 1637.

21. Fr. JOANNES Graffeus Siculus Maſſarienſis Ordinis Minorum electus ab Innocentio VI. an. 1358. 16. Kal. Auguſti Pontificatus 8. XXIII

22. Fr. FRANCISCUS Ordinis Prædicatorum conſtituitur Antiſtes Liparenſis, ac Pactenſis 1364. In Inſulam Liparitanam tranſmiſit Simonem Mariſcaleum ſuum procuratorem ad jura ſuæ Eccleſiæ conſequenda. Septem an. adminiſtravit has eccleſias, translatuſque deinde eſt ad Maſſanenſem an. 1371. XXIV

23. Fr. UBERTINUS Corleonenſis Siculus Ordinis Minorum, vir prudentia, & litterarum peritia eximius, fuit Regi Friderico charus, factus harum eccleſiarum Epiſcopus 1372. Sed (ait Pyrrhus) decedenti Joannæ Primæ Reginæ Neapolitanæ ſucceſſerat ejus nepos Carolus III. filius Ludovici, ac nepos Joannis Dyrrachii Ducis, cui Carolo nupſerat Margarita filia Mariæ neptis Roberti ex filio Carolo II. Rege, & Philippi comitis Acerræ; iis obeuntibus an. 1385. ſucceſſerat eorum filius Ladislaus, qui favente Bonifacio IX. Papa genere Neapolitano Liparis etiam potitus eſt, idemque adhæſerat Ubertinus Epiſcopus noſter. Quare è Catalonia cum Maria uxore Regina in Sicilia appulſo Martino fit infeſtus, cujus opera à Bonifacio Præſulatu Pactenſi privatur anno 1392. & à Rege conceditur in adminiſtrationem Jo: de Aragonia filius Vinciguerræ de Aragonia magni Cancellarii Siciliæ. Tamen Ubertinus Epiſc. Liparen. ab eodem Martino nuncupari videtur in litteris ſcriptis Cataniæ, forte quod ad illā dignitatē admiſit. XXV

24. JOANNES de Cauſſa Ordinis Minorum an. 1392. præficitur in Epiſcopum Liparenſem & Pactenſem per Benedictum XIII. Antipapam. XXVI

25. FRANCISCUS Gattulus à Bonifacio IX. inſtituitur catholicus Epiſcopus Liparenſis & Pactenſis 1397. 18. Decemb. ex lib. Oblig. quo ſedente ab eodem Bonifacio diſſolutæ ſunt ad invicem unitæ hæ duæ Eccleſiæ, quarum Liparenſis Franciſco remanſit, Pactenſis vero datā eſt Franciſco Hermemir Catalano viro eximio. Voluit enim Bonifacius, ne idem Epiſcopus Pactenſi, quæ ſub ditione Regis Siculi Martini erat, & Liparenſi eccleſiæ præeſſet, quam juriſdictionis fuiſſe Papa decreverat Ladislai Regis Neapolit. Porrò diſſolutionis diploma Bonifacii IX. eſt ſequentis tenoris, à Pyrrho in ſua quarta notitia relatum. XXVII

BONIFACIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Pactenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium, quamquam ſine meritis nobis ex alto commiſſum, quo eccleſiarum omnium regimini præſidemus, utiliter exequi coadjuvante, Domino cupimus, ſolliciti corde reddimur, & ſolertes. Et cum de ipſarum regiminibus agitur committendis, tales etiam in Paſtores præficere ſtudemus, qui commiſſum ſibi gregem Dominicum ſciant non ſolum doctrina verbi, ſed exēplo boni operis informare, commiſſaſque ſibi eccleſias in ſtatu pacifico, & tranquillo velint, & valeant, duce Domino ſalubriter regere, & feliciter gubernare. Hodie ſiquidem attendentes, quod in civitatibus, & diœceſibus Pactenſi, & Liparenſi adeo,

A ſicut notorietas facti manifeſtat, benedicente Domino crevit populi multitudo, quod unius paſtor ſingulorum vultus etiam propter locorum diſtantiam, nequit inſpicere, aliaſque partes boni paſtoris implere, eratque difficile in locis tam populatis, & diſtantibus inter ſe, adnumum tantum à tot perſonis Eccleſiaſticis, & mundanis haberi recurſum. Ex præmiſſis & aliis etiam certis rationabilibus, ſuadẽtibus cauſis volentes ſuper hoc ſalubriter providere, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Dei laudem, & gloriam divinique cultus augmẽtum, & ſalutem fidelium animarum, Pactenſis & Liparenſis eccleſiarum olim invicem unitarum unionem dudum factam duximus diſſolvendam, & venerab. fratrem noſtrum Franciſcum Liparenſem, tunc Pactenſem, & Liparenſem Epiſcopum, licet abſentem, à vinculo, quo dicta Pactenſis eccleſia dumtaxat, cui tunc præerat, tenebatur, de eorundem fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duximus abſolvendum. Cùm itaque Pactenſis eccleſia ſecundùm præmiſſa vacare noſcatur, nos ad proviſionem ejuſdem Pactenſis eccleſiæ celeriter, & feliciter paternis,
B & ſollicitis ſtudiis intendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem eccleſiæ Pactenſi perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Franciſcum Hermemir clericum Tarraconenſem, legum doctorem, notarium noſtrum, in minoribus dumtaxat ordinibus conſtitutum, cui de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium jurium ſpectatione, & aliis multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona ipſius Franciſci Hermemir nobis & eiſdem fratribus ob dictorum ſuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Pactenſi eccleſiæ de dictorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providimus, ipſum illi præficimus in Epiſcopum, & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Pactenſis eccleſiæ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo in illo, qui dat gratias, largitur & præmia, confidentes, quòd
C d. eccl. Pactenſis ſub ſuo felici regimine, gratia ſibi aſſiſtente divina, proſpere dirigatur, & ſalubria in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiat incrementa. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Franciſco electo, tanquam patri, & paſtori animarum veſtrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ſibi obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis devote, & efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Romæ apud S. Petrum 16. Kal. Maji Pontificatus noſtri ann. 10.

Cæterum exorta eſt contentio inter utriuſque eccleſiæ Antiſtites de bonis illarum: à Bonifacio Papa id præſcribitur diploma.

BONIFACIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad futuram rei memoriam.

D *Dudum ex certis cauſis, & rationibus Pactenſis, & Liparenſis Eccleſiarum, olim canonice unitarum, unionem factam diſſolvendam decrevimus, & venerab. fratrem noſtrum Franciſcum, nunc Liparenſem, tunc Pactenſem, & Liparenſem Epiſcopum licet abſentem à curia, à vinculo, quo dictæ Pactenſis Eccleſiæ dumtaxat, cui tunc præerat, tenebatur de fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duximus abſolvendum, ac inſuper filium Franciſcum Hermemir electum Pactenſem de eorumdem fratrum conſilio ipſi Pactenſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica duximus providendum: præficiendo vere ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in literis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem ſicut accepimus, nonnullum vertatur dubium, an per diſſolutionem, & abſolutionem, ut prædicitur, hujuſmodi, ſit intentionis noſtræ, Eccleſiæ Liparenſis in bonis, & juribus ſuis, quæ ante habebat, prout habet in inſula Sicilia, & Calabria, aliqualiter præjudicare. Nos vero ad hujuſmodi, & quodlibet aliud ſuccurrendum dubium auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus intentionem noſtram fuiſſe, & eſſe per dictam Liparenſis Eccl. diſſolutionem, & abſolutionem hujuſmodi nullo modo prædictis, & aliis bonis, & juribus ſuis ubicumque conſiſtentibus præjudicare, imo quod in bonis, & juribus ſuis prædictis integraliter manuteneatur, ac conſervetur; mandantes nihilominus per præſentes Epiſcopo Pactenſi, qui eſt pro tempore, ut Epiſcopum Liparenſem pro tempore exiſtentem ſuper bonis, ac juribus ad Eccleſiam Liparenſem de jure ſpectantibus nullatenus inquietet, moleſtet, ſeu quomodolibet perturbare præſumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque, & quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum, &c. Si quis autem, &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum 6. id. Julii, Pontific. noſtri anno X.

Franciſcus vero Liparenſis Epiſcopus, ex hac mortali vita diſceſſit an. 1400. ut ex lib. oblig. elicitur, cui ſucceſſit.

26. ANTONIUS ex Archidiacono Cathedralis Liparenſis an. 1400. die 3. Idus Julii, ex lib. Proviſ. Prælatorum fol. 31. Porro hactenus incognitum quanto tempore hanc rexerit Eccleſiam, quove anno certo obierit, in iiſdem lib. non exprimitur; perveniſſe tamen ad Gregorii XII. tempora pro certo habetur. XXVIII.

27. THOMAS, de quo nulla apud Pyrrhum extat memoria, Liparenſis Epiſcopus fuit, tranſlatuſque eſt ab eodem Gregorio XII. qui illum ad hanc Eccleſiam extulerat, ad Marſorum Eccleſiam. Id habetur in lib. oblig. XXIX

28. ANTONIUS de Comite à Gregorio XII. creatus eſt Liparenſis Epiſc. in tranſlati Thomæ locum. Verum cum in illam temporum malignitatem incidiſſet, à Joanne XXIII. eſt deturbatus de ſede, iterum à Martino V. ejuſdem Eccleſiæ canonice conſtituitur Epiſcopus an. 1419. prid. Kal. Aug. ut docet lib. 1. Proviſ. Prælatorum fol. 182. vitam cum morte commutavit an. 1432. XXX.

29. BARTHOLOMÆUS de Salerno ab Eugenio IV. an. 1432. 16. Kal. Novemb. Liparenſi donatus eſt Epiſcopatu, ex act. Conſiſt. quem in ea dignitate multo tempore geſſiſſe ad Pauli II. Pontif. eruitur ex iiſdem act. XXXI

30. Fr. FRANCISCUS de Stylo Ord. Prædicatorum, vir eximius, à Paulo II. electus eſt Epiſcopus Liparenſis, cui Rex Ferdinandus an. 1476. ſuo diplomate jura Eccleſiæ ſuæ libenter roboravit. Epiſcopatu ceſſit poſt multos annos, ac pene capularis ſenex an. 1489. de quo in act. conſiſt. XXXII.


31. JACOBUS Carduinus, ex ceſſione Franciſci hanc ſuſcepit Eccleſiam regendam à Bonifacio VIII. an. 1489 die 2. Octob ex iiſdem act. Hunc obiiſſe ſcribit Pyrrhus circa an. 1523. ſed revera defunctus eſt an. 1506 ut notatum legi in citatis act. Conſiſt. XXXIII.

32. FRANCISCUS Epiſcopus Rapollanus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt à Julio II. an. 1506. die 26. Septemb. ſucceſſitq; Jacobo. Præfuit an. 8. iterumque ad aliam Eccleſiam Veſtanam an. 1514. vacuum Liparitanum ſacerdotium ſequenti dimiſit; de quo acta conſiſtorialia. XXXIV.

33. ANTONIUS Genonius in Liparenſem Epiſcopum aſſumitur die 26. Januar. 1514. ex act. citat. quando vero deſiit eſſe, mihi incertum. XXXV.

34. PETRUS quidam ſufficitur, ex Pyrrho, ann. 1524. qui elegit ſibi vicarium Nicolaum de Comito Liparenſem, de quo in act. conſiſt. nil invenimus. XXXVI

35. GREGORIUS Magalottus Urbis Gubernator, Epiſcopus Liparenſis electus eſt à Clemente VII die 23. Aug. 1532. per obitum, cujus nomen non exprimitur in act. Conſiſt. Abſens præfuit ann. duobus, deinde tranſlatus eſt ad Eccleſiam Cluſinam in Hetruria 1534. de quo ibi plura in 3. tomo. XXXVII.



XXXVIII. 36. **BALDUS** Ferratinus Amerinus, vir eximius, & æterna memoria dignus, Liparenſi Epiſcopatu donatus eſt à Clemente VII. die 20. Auguſt. 1534. quo Præſule anno 1544. ab Ariodeno Barbaroſſa Turcicæ claſſis præfecto ferro, & igni prorſus abſumpta eſt Liparis. Rem totam deſcribit Pyrrhus in notitia hujus Eccleſiæ. Baldus vero hanc rexit Eccleſiam ad annum uſque 1553. eamq; dimiſit. Anno deinde 1558. Amerinæ Eccleſiæ præficitur, de quo vide quæ diximus in Epiſcopis Amerinis.

XXXIX. 37. **ANNIBAL** Spataſora nobilis Meſſanenſis ſucceſſit Baldo, breviſq; Pontifex fuit, cum vix tranſacto anno ab ejus promotione fato functus eſt ſalutis noſtræ 1554. ut acta habent Conſiſtor. An iſte idem dicendus ſit cum illo, quem Pyrrhus narrat huic Eccleſ. præfuiſſe 1493. videat ipſe. Ego enim, quæ ex actibus Conſiſtorialibus licuit elicere, in medium attuli, ut veritas magis eluceſcat.

XL. 38. **PHILIPPUS** Lancia demortno Annibale Spataſora, Liparitanus Epiſcopus deligitur anno 1554. die 23. Aprilis. Decem omnino annis præfuiſſe habetur in act. Conſiſtor. ubi & annus obitus ejus notatur 1564.

XLI. 39. **ANTONIUS** Juſtinianus Chienſis, Ord. Prædicatorum, ex quæſitore fidei in eadem inſula Nazienſis Archiepiſcopus, in Concilio Tridentino clarus, ad hanc Liparitanam Eccleſiam translatus eſt die 12. Maji 1564. Obiit an. 1571. de quo Michael Pius, actaque conſiſt.



XLII. 40. **PETRUS** de Cancellariis Hetruſcus Piſtorienſis vetuſtæ nobilitatis, & eximiæ virtutis Pio V. charus, eligitur in ſucceſſorem Antonii Juſtiniani ab eodem Pontifice 3. Octob. 1571. Exceſſit è vita an. 1580. de quo nil aliud referunt citata acta.

XLIII. 41. **PAULUS** Beliarditus Siculus Leontinus J. U. D. genere, virtutibus, ac literis nobilis, ſuique juris eccleſiaſtici acerrimus propugnator, Liparenſis Epiſcopus electus eſt à Gregorio XIII. anno 1580. die 17. Octobris, juſſuque ejuſdem Pontificis Quæſitoris de rebus fidei in inſula Melitæ functus eſt officio. Præfuit Liparitanæ Eccleſiæ annis 5. ac libens volens ſe abdicavit anno 1585. Fuit Abbas commendatarius S. Eliæ ordinis S. Baſilii. Troinæ deceſſit è vita anno 1592. die 1. Martii in oppido Giojoſæ juxta Pactas, cujus corpus delatum eſt (teſte Pyrrho) honorifice in patrium templum S. Dominici Leontini, ubi in tumulo dealbato ſine epitaphio ſitum eſt cum natalitiis ſtemmatibus, ſcilicet tres ſtellæ aureæ deſuper in campo cæruleo, & tres igneæ flammæ in parma alba.

XLIV. 42. **MARTINUM** quendam in Liparenſem Epiſcopum electum lego ex ceſſione Pauli Bellarditi die 21. Decemb. 1585. in act. conſiſt. eamque Eccleſiam adminiſtraſſe ad annum 1591. quo è vivis exemptus eſt.

XLV. 43. Fr. **JOANNES** Gonzales de Mendoza Hiſpanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in Antiſtitem electus anno 1593. ultima Martii. Ceſſit an. 1598. factuſque eſt Epiſcopus in America, de quo legendus Herrera in Alphabeto Auguſtiniano.

XLVI. 44. Fr. **ALPHONSUS** Vitalis Hiſpanus Ordinis Minorum diſtrictioris obſervantiæ, ſucceſſit Joanni 1599. 24. Novemb. vir eccleſiaſticæ juriſdictionis acerrimus defenſor. In cœnobio à Capuccinis fratribus ob loci paupertatem derelicto, ſui ordinis ſodales è Calabria efflagitavit, opem præſtitit, & ædificiis auxit. In vinea Epiſcoporum ædes nobiles ædificare cœpit, paralyſi affectus ætatis ann. 82. menſe octobris an. 1618. obiit, & in tumulo marmoreo ſacelli ab ipſo conditi Cathedr. templi ſepelitur, ubi teſte Pyrrho epitaphium proſtat.

XLVII. 45. Fr. **ALBERTUS** Caccamo Panormitanus Ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ magiſter, Franciſci de Caſtro Proregis Siciliæ precibus à Paulo V. Liparitanæ Eccleſiæ deligitur Epiſcopus die 2. Aprilis 1618. Ædes in vineis amplificavit, annuos proventus auxit, ſedem Epiſcopalem, quæ in Canonicorum choro erat, in medium templum contra ſuggeſtum tráſtulit. Præfuit annis novem haud illaudabiliter, mortuuſque eſt Romæ in monaſterio S. Mariæ de Popnio ærumnis è paupertate affectus, recluſuſque Urbano VIII. Pont. Max. ita cenſente, die 9. Auguſti 1627. Panormi in templo S. Mariæ de Victoria ordinis S. Franciſci de Paula. Nobiliſſimum ſacellum eidem divo dicatum, ac ſepulchrum marmoreum conſtruxit cum hoc epit.

D. F. ALBERTUS CACCAMO PANORMITANUS, ORD. PRÆDICATORUM, EPISCOPUS LIPARENSIS VIVENS, ET MORTIS HORAM PRÆ OCULIS HABENS HIC SVOS CINERES IN DIE NOVISSIMA DEPONERE CURAVIT ANNO DOMINI M. DC. XXII.

XLVIII. 46. **JOSEPH** Candidus Syracuſanus patre Joann. Baptiſta Scannacuccio, matre Antonia Candida natus, nepos Jacobi Candidi Epiſcopi Lancianenſis, & Fr. Vincentii Candidi, nunc Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri doctrina, ac morum probitate clariſſimi, ex Cubiculario Urbani VIII. conſtituitur Liparitanus Epiſcopus ab eodem die 29. Novembris 1627. eodemque anno, & ab eodem Pontifice Max. factus eſt liber à Metropolitico Meſſanenſi jure, & Romanæ ſedis immediate ſubjectus.

(„ *En Diploma ſumptum ex reg. Bullarum ſecreta-*
„ *rum ejuſdem Pontificis.*

„ *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad*
„ *perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, cujus*
„ *Principatum ſuper omnes extulit Altiſſimus, Cathe-*
„ *dralium Eccleſiarum Præſules interdum à Me-*
„ *tropolitica, cui ſuppoſiti ſunt, ſubjectione ſegregando*
„ *ſuo, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio, ac Juri tutelari*
„ *immediate ſubdit, quos erga dictam ſedem obſequia*
„ *multipliciter commendant, & amplioribus meritis*
„ *juvari agnoſcit, ac eorum contemplatione ſui favoris*
„ *prærogativam in ſucceſſores, & illis Subditos deri-*
„ *vare libenter permittit, ut ſub tranquilla ipſius prote-*
„ *ctione vivere gaudeant, & aliorum animi ſervitu-*
„ *tum illi fideliter præſtitorum gratiâ geſtiant prome-*
„ *reri. Cum itaque nos hodie Eccleſiæ Liparen. tunc per*
„ *obitum bo. me. Alberti Epiſcopi Liparenſis extra*
„ *Romanam Curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtituta*
„ *de perſona dilecti filii Joſephi electi Liparēſis ac fami-*
„ *liaris, & continui Commenſalis noſtri nobis, & Ven.*
„ *fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ob ſuorum exi-*
„ *gentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem*

„con-

,, conſilio Apoſtolica auctoritate providerimus; Ipſum-
,, que illi in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem, curam,
,, regimen, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Lipa-
,, ren. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè cõ-
,, mittendo, prout in noſtris deſuper expeditis literis
,, plenius continetur. Nos eumdem Joſephum electum,
,, ejuſque gratorũ familiaritatis, & devotionis nobis, &
,, Apoſtolicæ ſedi hactenus impenſorum obſequiorum,
,, & meritorum intuitu illius in dicta Eccleſia Lipa-
,, ren. ſucceſſores Præſules, ſeu Adminiſtratores pro
,, tempore exiſtentes, ac Eccleſiam ipſam & Civitatem
,, Liparen. aliqua potiori prærogativa proſequi volentes;
,, Ipſumque Joſephum Electum à quibuſvis Excommu-
,, nicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſq; Eccleſ.
,, ſententiis, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine
,, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodoli-
,, bet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dunta-
,, xat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſo-
,, ſolutum fore cenſentes, Motu proprio non ad ipſius Jo-
,, ſephi electi, ſeu alterius pro eo deſuper oblatæ petitio-
,, nis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, meraque
,, deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
,, habita prius ſuper his cum eiſdem fratribus delibera-
,, tione matura de ſimili fratrum eorumdem conſilio
,, ipſum Joſephum electum, ejuſque in dicta Eccleſia
,, Liparen. ſucceſſores Præſules, ſeu adminiſtratores
,, pro tempore exiſtentes, ac Eccleſiam ipſam Liparen.
,, & dilectos filios illius Capitulum, Canonicos, Clericos
,, Beneficiatos, & quoſvis alios Miniſtros, officiales, &
,, perſonas, ac Epiſcopalis, & Capitularis Liparen.
,, Menſarum bona, res, jura quæcunque cujuſcunque qua-
,, litatis, & quantitatis exiſtant, ac Civitatem Lipa-
,, ren. prædictam, omniaque & ſingula Oppida, loca, Ca-
,, ſtra, Terras, Villaſque Epiſcopo Liparen. pro tempore
,, exiſtenti in ſpiritualibus ſubjecta, ſi quæ ſint, eorum-
,, que, ac ſingulorum ipſorum territoria, terminos, di-
,, ſtrictus, Communitates, Univerſitates, Cives, Incolas,
,, Habitatores, Eccleſiarum Rectores, Vicarios, Capel-
,, lanos, Beneficiatos, & alios inibi Beneficia Eccleſia-
,, ſtica quomodolibet nuncupata, & qualificata obti-
,, nentes, necnon Collegia, ſeminaria, Hoſpitalia, Con-
,, fraternitates, Conſortia, Prioratus, ac Eccleſias, Mo-
,, naſteria etiam Monialium, & Domos Regulares cu-
,, juſcunque Ordinis, aliaque tam ſæcularia, quam regu-
,, laria, & pia loca quæcumque ab omni, & quæcunque
,, nunc, & pro tempore exiſtentium à Meſſanen. & quo-
,, rumvis alior. Archiepiſcopor. Patriarcharum & Pri-
,, matum, eorumque Iudicum, Officialium, & Miniſtro-
,, rum, ac ipſorum Eccleſiarum Capitulorum, Canonico-
,, rum, & Dignitates in eis obtinentium. Iuriſdictio-
,, ne, correctione, viſitatione, Dominio, ſuperioritate, po-
,, teſtate, & univerſo Iure Metropolitico ac ſolutione
,, Decimarum, ſi quæ eis debitæ ſint, de cætero facienda:
,, itaut Archiepiſcopus Meſſanenſis, & alii præfati in
,, illos, & illa aliquem viſitationis, Iuriſdictionis, ac ſu-
,, perioritatis Iuris Metropolitici actum exercere, aut
,, aliquam ſententiam, cenſurã, aut pœnam promulgare,
,, aut recognitionem ſuperioritatis, vel Decimarum hu-
,, juſmodi præſtationem ab eiſdem petere, aut prætẽdere
,, nullatenus poſſint, Apoſtolica auctoritate prædicta te-
,, nore præſentium perpetuo penitus, & omnino eximi-
,, mus, & totaliter liberamus, illaque omnia, & ſingula
,, Nobis, & ſedi Apoſtolicæ prædictæ immediatè etiam
,, perpetuò dicta auctoritate ſubiicimus, & ſupponimus,
,, ac ſub Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum cura,
,, & protectione recipimus. Decernentes Joſephum ele-
,, ctum, & ſucceſſores, necnon Eccleſiam, & Civitatem
,, Liparen. ac omnia Territoria, & perſonas, aliaque
,, præmiſſa ex nunc de cætero perpetuis futuris tempori-
,, bus ab Archiepiſcopor. Patriarcharum, Primatum,
,, ac Judicum, Officialium, & Miniſtrorum, aliorum-
,, que prædictorum Juriſdictione, correctione, viſitatio-
,, ne, Dominio, ſuperioritate, poteſtate, Jure metropoliti-
,, co, & Decimarũ ſolutione hujuſmodi libera, & exẽpta,
,, ac nobis & ſedi prædictæ immediatè ſubjecta, ac ſub cu-
,, ra, & protectione hujuſmodi recepta eſſe & fore, &
,, quamcumque viſitationem, Juriſdictionem, aut ſupe-
,, rioritatem aliquam quomodolibet denotantia, &
,, quaſcunque promulgationes, quas per Archiepiſco-
,, pum Meſſanenſem, & alios prædictos, vel eorum ali-
,, quem, quibus omnimodam hac deinceps faciendi, ac
,, Decimas hujuſmodi exigendi, aut petendi undecun-
,, que, & quomodocunque illis attributam motu pari
,, abrogamus auctoritatem, contra tenorem præſentium
,, fieri contigerit nulla, & invalida, nulliuſque roboris,
,, & momenti fore, & eſſe, ac pro nullis, & infectis habe-
,, ri debere, eaſdemque præſentes ſemper, & perpetuo
,, validas, & efficaces exiſtere, neque ex eo, quod Ar-
,, chiepiſcopi Patriarcha, Primates, ac Miniſtri, Iudi-
,, ces, & Officiales prædicti, aliique in præmiſſis jus for-
,, ſan habentes, aut habere prætendentes vocati, & au-
,, diti, & cauſæ propter quas præmiſſa à nobis emana-
,, runt ceram eiſdẽ Archiepiſcopis, Patriarchis, Prima-
,, tibus, ſeu aliis dictæ ſedis Delegatis iuſtificatæ, & veri-
,, ficatæ nõ fuerint, aut quavis alia de cauſa de ſubreptio-
,, nis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel
,, quopiam alio defectu notari, vel impugnari unquam
,, poſſe; Sicq; & non alias per quoſcunq; Iudices Ordina-
,, rios, vel Delegatos auctoritate fungentes etiam cauſa-
,, rum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardi-
,, nales etiam de Latere legatos, & Vicelegatos, dictæq;
,, Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis
,, aliter judicandi, & interpretandi facultate, & au-
,, ctoritate ubique judicare, & definiri debere; irritum
,, quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam
,, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit
,, attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac noſtra de Jure
,, quæſito non tollendo, aliiſque conſtitutionibus, & or-
,, dinationibus Apoſtolicis, ac eorumdem Archiepiſco-
,, porum, Patriarcharum, Primatum Eccleſiarum ju-
,, ramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmi-
,, tate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privi-
,, legiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, ac
,, Archiepiſcopis, Patriarchis, Primatibus, Judicibus,
,, & officialibus hujuſmodi, aliiſque perſonis in contra-
,, rium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & in-
,, novatis. Quibus omnibus etiamſi alias pro illorum ſuf-
,, ficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus
,, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo
,, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem
,, importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio haben-
,, da, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda
,, foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum ni-
,, hil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata
,, inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter ex-
,, preſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris
,, hac vice dumtaxat conſilio, & poteſtatis plenitudine
,, paribus ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque
,, contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum
,, liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, exemptionis,
,, liberationis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, receptionis,
,, abrogationis, Decreti, & derogationis infringere, vel
,, ei auſu temerario contraire. Si quis autem ſecus hoc
,, attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis
,, Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus
,, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum
,, Petrum anno Incarnat. Dominicæ MDCXXVII.,
,, 3. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno V.

,, Nec multò poſt idem Urbanus VIII. ſequens
,, Breve eidem Joſepho dedit talis tenoris.

,, *Ven. Fratri Joſepho Epiſcopo Liparenſi Urbanus*
,, *Papa VIII.*

,, Ven. Frater, ſalutem, & Apoſt. Benedictionem. Per-
,, ſonam tuam nobis, & Apoſtolicæ Sedi devotam tuis
,, exigentibus meritis paterna benevolentia proſequen-
,, tes, illa tibi favorabiliter concedimus, quæ tuis com-
,, moditatibus fore conſpicimus opportuna. Alias ſiqui-
,, dem Eccleſia Liparenſis certo tunc expreſſo modo Pa-
,, ſtoris ſolatio deſtituta de perſona tua nobis, & Ven.
,, fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ob tuorum e-
,, xigentiam meritorum accepta de eorum fratrum con-
,, ſilio Apoſtolica auctoritate providimus, teque illi in
,, Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, curam, regimen,
,, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpirituali-
,, bus & temporalibus plenarie committendo, eamdem
,, que Eccleſiam ab omni, & quocunque jure metropoli-
,, tico exemimus, & liberavimus, ac nobis, & S. Sedi
,, Apoſtolicæ immediatè ſubjecimus, & ſuppoſuimus, pro

A ,, ut ex literis Apoſtolicis ſub plumbo deſuper expediendis latius explicabitur. Nunc vero te, eccleſiamque hujuſmodi amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia tibi, ac in eccleſia præfata ſucceſſoribus tuis, ut tanquam ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis à quocunque quacunque auctoritate, & poteſtate etiam Apoſtolica quantumlibet individua mentione, & ſpeciali nota digna fungente, etiam ſedis prædictæ Nuncio ac quocunque legato etiam de latere quomodolibet deputato, vel deputando, ſive etiam Nato, interdici, ſuſpendi, excommunicari, declarari, aut aliàs quomodolibet quibuſvis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis innodari, ſivè ſupponi nullatenus poſſis, ſeu debeas, niſi ex ſpeciali mandato, ſeu delegatione à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Ro- B manis Pontificibus contra Perſonam tuam, ſeu tuorum in Eccleſia hujuſmodi ſucceſſorum emananda Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes quaſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas, ſi quas contra præſentium tenorem in te inſligi contigerit, illarumque incurſus, declarationes nullas, irritas, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti fore; ſicque per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores; ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quatenus opus ſit, Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti de- C rogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſive quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Martii M. DC XXVIII. Pontificatus noſtri anno V.

Hoc ſuæ Eccleſiæ addidit ornamentum, quam multis auxit beneficiis, præfuitque ſumma cum laude ann. decem & ſeptem. Romæ obiit ann. 1644. die 9. Decemb. & in D. Mariæ ad Minervam ſepultus jacet inglorius, nulla inſcriptione ejus meritas laudes proloquente.

XLIX. 47. AUGUSTINUS Candidus Syracuſanus prædeceſſoris conſobrinus, electus die 12. Junii 1645. ab Innocentio X. Pont. Max. * Romæ è vivis obiit anno D Jubilæi 1650. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam.

* Ex App. tom. 9.

L. 48. * BENEDICTUS Hieraceus ex Parocho S. Mariæ in Campo Catleo regione Montis ſucceſſit Candido propriis meritis ab Innocentio X. ad hanc Inſulam vocatus eodem anno 1650. decem omnino annos conſultè ſedit. Romæ, quo ad Apoſtolorum limina inviſenda ſe contulerat, febre correptus, longiori vita dignus mortem invenit die 18 Aug. 1660. in Eccleſia S. Agathæ Suburræ ad radices montis Quirinalis humatus eſt. Cujus virtutes brevi elogio in marmore iis verbis expreſſit amicus noſter, probuſque vir, ac medicæ artis eximius Doctor Terentius Tornatorius.

* Ex App. tom. 8.

D. O. M.

Benedictus Hieracius civitatis Hieracen. oriundus Liparenſium Epiſcopus, Divinarum, atque humanarum litterarum incomparabili A *inſimul animi probitate, & religione adjuncta vir ornatiſſimus hic jacet. Sacra Apoſtolorum limina de more veneraturus die xviii. Auguſti MDCLX. ætatis annorum lxxi. Romæ obiit. Terentius Tornatorius amico meritiſſimo faciendum curavit.*

49. ADAM Gentilis Caſertanus, Liparenſis Epiſcopus creatus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. eodem ipſo an. 1660. H

A D D I T I O.

LII. (,, *Mortuus eſt 1663.*

,, FRANCISCUS *Arata Siculus Meſſanenſis U. S. R. Adamo ſucceſſit die 14. Auguſti 1663. Nobilitatem generis cum omnium virtutum choro ita attemperavit, ut decorem omnem cum rerum proventu exceperit Liparenſis Eccleſia tanti ſub regimine Antiſtitis, cui affabrè correſpondent in Aula Romana germani fratres Vincentius intimus olim Cubicularius Clementis IX. Vaticanæ deinde Baſilicæ Cano-* B *nicus, & ſi animum ſpectes, ad grandia natus: alter Jo: Baptiſta Arata Clericorum Regul. Theat. Fulgidiſſimum ſydus, qualem ſe prabuit in domeſticis ſuæ Congregationis Præfecturis, & inter Romanæ Sedis ſervitia, Congregationum Indicis, & Rituum Conſultor, divinique Verbi præco præſtantiſſimus, uti palmam præ omnibus tulit è Vaticano, præcipuiſque Italiæ ſuggeſtis. At Franciſcus noſter in ſumma affabilitate integerrimus, pauperum præcipuè amantiſſimus, quibus ſublevandis cum etiam paternas opes impendiſſet, ſui omnibus lachrimabile deſiderium fecit 25. Maji ipſa die ſolemni Corporis Chriſti ann. 1690. in ſua Cathedrali conquieſcit.*

LIII. ,, CAJETANUS *de Caſtillo nobilis Panormitanus Clericus Reg. Theat. in humanioribus literis, & Theologica facultate eximiè verſatus, annum agens 32. ob præclaras animi ſui dotes hac Inſula inſigniri promeruit die 8. Jann. 1591. ſed in florentiſſima ætate dum ſacrum attentiſſime implet onus, morte ſurripitur 1694.*


LIV. C ,, HIERONYMUS *Vintimiglia nobilis Panormitanus Clericus Reg. Theat. literis tum ſacris, tum profanis eleganter inſtructus, qui Matriti in Hiſpania, & in Civitate Panormi Præpoſitus fuit. Viſitatoris Hiſpaniarum, & in Urbe Procuratoris Generalis totius Ordinis ſui munus præclarè geſſit, ſormalis etiam Concionator Cæſareæ Majeſtatis, & Regis Catholicæ extitit. Germanus Frater P. D. Antonini Vintimiglia item Clerici Reg. Theat. qui Vicarii Apoſtolici Indiæ Orientalis munere ab Innoc. XII. condecoratus, ampliſſimam Bornæi Inſulam, in qua nunquam lux Evangelica effulſerat, non ſine vitæ diſcrimine penetravit: & inibi Chriſti Fidem annuncians Sacroſanctæ Crucis Vexillum, magno incolarum plauſu, & prodigiorum comitante ſtrepitu primus erexit Anno 1689. Hieronymus Digniſſimis his ſplendens Titulis Liparitana Thiara coronari promeruit 19. Julii 1694. quinquagenario major. Nec omittendum in proviſione facta de præfati Hieronymi Liparenſis Eccleſiæ Decretum Conſiſtoriale hujuſmodi interceſſiſſe.* Pro- D videtur de perſona Hieronymi Ventimiglia Cleric. Regul. Theat. cum penſione 294. duc. auri de Camera, & duorum Juliorum ad favorem Capituli ejuſdem Eccleſiæ eodemmet Hieronymo pro ea humiliter ſupplicante inter dignitates, & Canonicatus dictæ Eccleſiæ, ut de more regionis feſtivis diebus, feriatim verò hebdomadarim interceſſentes juxta providam per dictum Hieronymum faciendam reparationem dividendæ; & decreto, quod Eccleſiæ Cathedralis reparationi pro viribus incumbat, nec non Seminarium juxta præſcriptum Concilii Trident. inſtituat, & Montem Pietatis erigi curet. *Heroicum quippe factum, inſtante ipſo electo, de quo vere effari poteſt, quod non abiit poſt aurum, nec ſperavit in pecunia Theſauris.* Luc.) *Is poſt mortem Innoc. XII. menſe Octobris ann. 1700. in Baſilica D. Petri inter Miſſam ipſius Sancti à Cardinale Bullionio Epiſcopo Oſtienſi celebratam concionem doctiſſimam habuit de Electione futuri Pontificis ad Emi-*

,, *nen-*

,, *nentiſſimos Cardinales tunc inter Conclavis ſepta ob-*
,, *ſerandos.*
,, *Obiit Romæ apud ſuos PatresTheatinos in Domo*
,, *S. Andreæ de Valle die 17. Decembris Anno 1709.*
LV. ,, NICOLAUS *Maria Tedeſchi, Nobilis Cata-*
,, *nenſis, Presbyter Ord. S. Benedicti Congreg. Caſinen-*
,, *ſis annorum 40. S. Scripturæ Magiſter, & ejuſdem*
,, *Congregationis Prior, promotus eſt ad Eccleſiam Li-*
,, *parenſem 10. Martii 1710. cum fuiſſet in urbe Sac. ri-*
,, *tuum Congregationis, & examinis Epiſcoporum ſecre-*
,, *tarius. Liparitana Eccleſiæ exemptionem, & liberta-*
,, *tem confirmavit noviſſimè Sanctiſs. D. N. Clemen.*
,, *Papa XI. literis ſuis in forma Brevis die 7. Septembr.*
,, 1714. *Pontificatus an. XIV. editis, quarum initium;* ad
,, Apoſtolatus noſtri notitiam &c. *his verbis*. In pri-
,, mis verò ſupraſcriptæ Eccleſiæ Liparenſis imme-
,, diatam nobis, & ſedi Apoſtolicæ, ſubjectionem il-
,, liuſque quoad ſpiritualia à quocumque Tribunali
,, etiam Eccl. Regni Siciliæ exemptionem, ac liber-
,, tatem approbantes, & confirmantes, & quatenus
,, opus ſit, innovantes, motu proprio, & ex certa ſci-
,, entia &c.)

LUCENSES EPISCOPI.

Qui pallio utuntur.



LUCA Etruriæ Civitas vel titulo retentæ, defenſæq; ſtrenuè libertatis, in primis nobilis, tametſi anguſtior, ſed munitiſſima, fœtaque populo, ac nobilibus incolis gravis propè Lunenſes montes ſita eſt. Latens ipſius præ antiquitate exordium plures compulit, ut vel ad laudem ingenii, vel ad divinandum fabulas ſcriberent. Annius Viterbienſis in ſuo florido, ſed mendaci Catone, vult illam à ſuo fundatore Luchio Lucumone Thuſcorum Rege, Lucæ nomen fuiſſe ſortitam, quæ prius ab eodem Lucemonia appellabatur. Narrant alii ex aureis clypeis, qui ex ejus Civitatis turribus dependebant, latèque lucem ſpargebant, vel Lucis, vel lucæ ſplendidum inveniſſe nomen. Nec defuerunt, qui à, Lucus, latina voce, Lucæ Civitati nomen deducant, quod Lucenſes Populi in lucis, templiſque ædificaudis apprimè dediti eſſent. A Luco denique alii, prope mare Caſtello, unde primi Lucæ prodierunt auctores., Lucam volunt fuiſſe denominatam. Fatius autem Ubertius, cum illam, vel Lucem, vel Lucam, quod prima Etruſcarum Civitatum Evangelii lucem aſpexerit, appellatam fuiſſe contendit, oſtendit planè parum ſe legiſſe antiquos Auctores ante conditam chriſtianam ſalutem, qui de hac Civitate ſub nomine Lucæ meminere frequentius. Arbitror igitur de hujuſmodi appellatione, præ antiquitate nil certius ſtatui poſſe, quod vel à fabellis abſit, vel à voluntaria divinatione. Illud conſtat, Lucam antiquiſſimam Etruriæ Civitatem eſſe, tametſi illam Frontinus ad Ligures ſpectare arbitretur: cum ſub Domitio Tito Calvino ejuſdē narrat obſidium. A Romanis Colonia facta fuit an. à conſtituta Urbe 577. anteà conditam verò Chriſtianam ſalutem 188. Conſulibus autem C. Claudio Pulchro, Titoque Sempronio Graccho, è Luca Romani victores plura virorum robora eduxerunt, ut facti meminit Strabo in hæc verba. *Urbs eſt ad montes Lunæ incumbens, ubi plerumque vicatim habitant; regio virorū probitate flores, magnumque robur militare, magnam Equitum multitudinem ſuppeditat, unde Romani bellicas manus accipere ſolebant.* Fuit etiam Municipium ſui juris poſt Marſicum bellum, ut prodit Feſtus. Illius meminit Ptolomæus, eandemq; locat inter Mediterraneas. Huic adde Plinium, Ciceronem, Agathiamque in lib. de bellis Gothorum. Scribit Blondus à Narſete Juſtiniani impigro Duce per ſex menſes fuiſſe obſeſſam, demumque debellatam, tametſi Gothi per idem tempus illam ſibi defendendam putarint. Paruit diu Romanis, Græciiſque Imperatoribus; mox & Italicis Regibus. Quorum Deſiderius Rex, eandem ineluctabilibus propemodum muris cinxit. Inde Marchionis Thuſciæ Bonifacii, qui Beatricem Henrici Imperatoris filiam habebat in matrimonio, quæ magnam illam Comitiſſam Mathildem progenuit, ditionis evaſit. Poſtea diverſorum Dominorum ſenſit tyrannidem, uſque ad tempora Honorii IV. Pontificis. Deinde Lucenſes Cives à Rodulpho Imperatore 12. millium florenorum pretio jura libertatis emerunt, quam eiſdem deinde Uguccio Faſolanus ademit, quocum Nerio filio exacto, Caſtrutius Civis Lucenſis Patriæ evaſit tyrannus, totius quondam Etruriæ terror. Cujus filios cum Ludovicus Bavarus exegiſſet, Germanorum præſidium, quod eam Civitatem tenebat, Gherardo Spinulæ Genuenſi divendidit. Petro deinde Rubeo commendatam Joannes Bohemorum Rex una cum eodem Rubeo Maſtino Scaligero Veronæ Domino attribuerunt. Hic verò accepto pretio tradidit Florentinis, cujus cum per novem menſes potiti fuiſſent, coacti & ipſi ſunt eo dominatu abire, perfunctique aliis periculis Lucenſes Carolo IV. 25. millium florenorum aureorum oblato pretio iterum redemerunt libertatem; quam ut multum conati eſſent tutari, haud tamen deinceps unius Civis Lucenſis Pauli Guiniſij 30. annorum tyrannidem potuerunt avertere, qui & ipſe injuria occupatæ Patriæ diutino Mediolanenſi carcere cum filijs fædiſſimas pœnas dedit. Ex eo malorum diuturnitate, acerbitateque edocti Lucenſes, nil ad tutandam libertatem efficacius eſſe ſtatuerunt, quàm ſi omnes ſub potentiori auſpice Cæſare, uni publicæ rei intentiori cura ſtuderent, quod ipſum ita ad hæc noſtra tempora cumulatè præſtiterant, ut nil firmius libertate Lucenſi videatur poſſe excogitari. Igitur territorio gaudent fæto, gravique populis, Caſtelliſque frequenti, tametſi longius haud proferat fines. Civitas ipſa, tum munitionibus, tum induſtria Civium, pulchriſque ædificijs viſenda eſt; quam tamen illuſtres commendant viri, in omni profeſſione, artium nobiliorum conſpicui, vitæque ſanctimonia florentes, in quibus Lucius III. Pontifex Maximus, innumerique Cardinales, atque Eccleſiarum Antiſtites longè clariſſimi numerantur, qui omnes præcipua ſanctimoniæ laude teſtari videntur, inter Etruſcas Civitates Lucam primam fuiſſe, quæ prædicante Paulino Antiocheno Principis Apoſtolorum nobili alumno, lucem hauſerit Evangelij. Hic igitur ab eodem Apoſtolo illuc legatus, gentem ad pietatem alioqnin proclivem, brevi ad cultum Chriſti ubere cum fructu traduxit, primumque Templum in honorem beatiſſimæ Triadis fundavit; unde poſtea extitit Lucenſis Cathedralis, ac nobiliſſimi Epiſcopatus exordium. Quam ille deinde ſedem effuſo ſanguine conſecravit, ſtabilivitque relictis ad ſui exemplar formatis, animatiſque SS. Antonino, Valerio, Severo, ac Theobaldo alumnis, qui pari pietatis ardore idolatriæ reliquias exſcinderent, & qui perſecutorum eluſerant rabiem, Chriſtianos confirmarent in fide. Paulinus excepit Valerium, poſt cujus palmam martyrii, uſque ad annum 324. nullus reperitur, qui Lucenſem Eccleſiam rexerit, tametſi veroſimile ſit, ſuo non fuiſſe deſtitutam Paſtore, qui hac illacque ex perſecutionum rabie per latebras diſperſis fidelibus, ducatum præſtaret, atque ad omnem tolerantiam animaret. Eo enim excrevit dementiæ gentilium in Chriſtianos tyrannis, ut non ſatis haberet ſi innocentibus crudeliter vitam eripe-

ret

ret,ut eriam fortiſſimorum Martyrum acta ſibi comburenda arbitraretur, ut illorum conſtantiæ famam æterna ſuneraret oblivio. Poſt redditam autem pacem ex Conſtantini converſione univerſæ Eccleſiæ, Luca,ſicut & cæteræ ſedes palam ſuos paſtores acceperunt. Lucæ autem S. Theodorus obvenit,à quonſque ad hæc noſtra tempora ferè Lucenſium Præſulũ ſeries interrupta decurrit. Cæterùm antiqui Pontifices, atq; Imperatores indultis, privilegiiſq; viſi ſunt merito exornaſſe Lucenſem ſedem, in qua tot viri probitate, ſanctitateque præſtantes floruerunt. Epiſcopum namque Lucenſem Otho Magnus Imperator titulo Principis Imperij, Comitiſque inſignivit, Lucenſem Eccleſiam S. Vultus ſacrarium appellans. Alexander verò II. Pont. Max. eundem uſu Pallij exornavit,olim & ipſe Lucenſis Epiſcopus,hactenus inuſitata in Italia dignitate,ſi unam Papienſem Eccleſiam excipimus, neque proceſſurus ex Archiepiſcoporum more Crucem præferret. Hoc tam inſigne privilegium alij Pontifices ratum eſſe juſſerunt, decreveruntq; Antiſtitem Lucenſem uni S.Sedi,ut olim ab ipſius inſtitutione, immediatè ſubeſſe. Nobiliſſima ipſius Cathedralis primum S.Martino, poſtea ab Alexandro II. Pontif. Max. ejuſdem ſedis Antiſtite reparata, ac propemodum à fundamentis erecta ſanctiſſimo Crucifixo, quem Vultum ſanctum appellãt, dedicata ſuit. Summæ dignitatis Senatum clericalem habet,cujus Canonicos Alex. II. ita privilegijs exornavit, ut eiſdem mithram certis ſolemnitatibus geſtandi ius eſſe voluerit. Quem titum deinde alii Pontifices comprobarunt, Julius verò III. ita ampliavit, ut non modo albis thiaris utendi eiſdem fecerit poteſtatem,ſed etiam attribuerit, nullo feſtivitatum præſcripto tempore, violaceas cappas cum ſtiriaris albis induſijs, ſuperhumeralibuſque, ac brevibus palliolis: quamobrem cum Lucenſis Antiſtes tot mithriatorũ medius eſt, auguſtiorem ſanè pompam exhibere videtur, quam pro Lucenſi Epiſcopo, præſertim cum circa ipſum frequentiſſimi clerici,ac presbyteri opus Divinum perurgeant. Eccleſiaſtico cultu dives eſt, ſed magis inſignibus ſanctorum reliquiis, quæ ibi præter ſanctum Vultum honorificè requieſcunt. Civitati ipſi ornamento ſunt innumera templa, ac fortunatiſſima Monaſteria, quæ iterum ſanctorum corpora nobilitant. Diœceſis ſatis ampla eſt, longiuſq; olim protulerat fines cum S.Miniatem ad Todeſcum ſuæ ditionis haberet. Temporibus Clementis IV. Eccleſiarum Lucenſis diœceſis numerum diligentiſſimè inierunt, repereruntque ſummam æquare 772. De Eccleſiis Lucenſibus, deq; diœceſi, ſanctis, ac Beatis, qui in ea floruerunt, brevem, ſed diligentiſſimum Catalogum edidit Cæſar Franciottus Congregationis B. Virginis Lucenſis eruditus, ac plus Religioſus, unde de rebus ſacris Lucenſibus uberem cognitionem poterit diligens lector haurire. Scripſit etiam de Epiſcopis Lucenſibus Nicolaus Tuccius, cujus opus nondum lucem aſpexit. De ijſdem diffuſam modo ſcribit hiſtoriam Franciſcus Maria de Florentinis erudi tiſſimus,atque excellentiſſimus Medicinæ Doctor Lucenſis. ex cujus induſtria noſtra hæc ſeries uberior prodibit,dum interim ejuſdem diffuſior ſtudioſiſque diu expectata procudatur hiſtoria.

ADDITIO.

(„ *Quatuor in hac Cathedrali dignitates eminent,* „ *Archipresbyteratus major poſt Pontificalem, Archidiaconus, Primicerius, & Abbas:* 40. *capellani beneficiati nuncupati cum Prabendis Theologali, & Pœnitentiaria. Cura animarum inibi exercetur per Presbyterum à Capitulo deputatum. Adſunt in urbe quinque alia Eccleſia Collegiata: Anima vero* 25000. *& ultra, quas alunt* 20. *Parochiales Eccleſia. Virorum Cœnebia* 11. *Virginum* 9. *Decentiſſimas ades Epiſcopus habet propè Eccleſiam, neque deeſt ſeminarium, Xenodochia, & mons Pietatis. Epiſcopus unus eſt ex iis Provincia Romana immediatè ſub Apoſtolica ſedis arbitrio. Annui redditus Epiſcopalis menſa quandoque ſcuta* 4000. *attingunt: Taxatur in libris Camera in ſumma flor. bis mille.* Luc.

I. 1. PAVLINUM Antiochenus, S. Petrus Apoſtolorum Princeps, à ſe inſtitutum, eruditumque in fine Romam perduxit, noſtræ ſalutis an. 46. eundemq; primum Lucenſem Præſulem conſecravit. Quam Civitatem cum anno eodem fuiſſet ingreſſus, æmuloque cum magiſtro pietatis ſtudio euangelium diſſeminare inſtituiſſet, innumeram propemodum multitudinem convertit ad Chriſtum, ſocijſque, ac adnitentibus Antonino, Valerio, Severo, Luca, & Theobaldo. Septem ædificavit Eccleſias, quarũ princeps S. Triadi dedicata eſt, nempe illa, quam poſtea in honorem ipſius S. Paulini, ſanctique Martini honorificè conſecrarunt. Paulinus igitur primus fuit,qui Lucæ tum Epiſcopalem ſedem,tum Chriſtianam ſedem plantavit, ac mirificè excoluit, Innumeris exantlatis laboribus, atque periculis, quæ iterum per palmam martyrii ſuo ſanguine nobilitavit. Siquidem poſt Principum Apoſtolorum glorioſum triumphum perſequente Nerone, accuſatus Paulinus apud Etruriæ Præſidem Analinũ, qui Piſis toti Etruriæ ius dicebat, quod Lucæ Chriſti doctrinam diſſeminaret, ab eodem cum Severo, Luca Diacono, ac Theobaldo milite comprehendi juſſus, perducitur Piſas,ubi variis, ſæviſſimiſq; tentatus tormentis, cum nihilominus conſtantiſſimè Chriſtum confiteretur, tandem in monte, quo inter Piſas, Lucamque exurgit, hodieque vocatur S. Juliani, ſæviſſimè verberatus, cum Severo presbytero palmam martyrii promeruit; quorum poſt obitum Lucas diaconus, mileſque Theobaldus truncati capite occubuerunt die 12. menſis Julij anno Domini 69. Horum ſacra corpora feris devoranda juſſit tyrannus inſepulta relinqui,ſed intempeſta nocte ſecuta, Antoninus, Valerius, Victor, Lucianus, aliiq; plures illorum diſcipuli illa Lucam detraxerunt ad ſepulturam, ad id loci videlicet, qui olim Cellula Martyrum vocabatur, quod ibi, qui pro Chriſti fide fortiter occubuiſſent, condi ſolerent, ubi poſtea corpus B. Pauli ſepelierunt, tempore Henrici Epiſcopi Lucenſis ann. 1261. quod ex divino inſtinctu repererunt in capſa marmorea, cum hac inciſa inſcriptione.

Hic eſt corpus B. Paulini primi Epiſcopi Lucenſis, & diſcipuli Petri Apoſtoli, & SS. Martyrum Severi presbyteri, & Theobaldi militis.

Solemni ritu S. Paulini corpus cum ſociis, alumniſq; in eandem Eccleſiam tranſtulerunt, quæ tunc S. Antonini vocabatur, ſub maiori altari cum hac inſcriptione.

Sanctiſſimi Martyris Paulini primi Epiſcopi Lucenſis, & hujus libertatis protectoris Theobaldi, Severi, atq; Luca corpora hic teguntur.

Hujus S. Paulini meminit Romanum Martyrologium, Baronius in ſuis notis ad idem, cujus acta ſe accepiſſe dicit à Lucenſi Eccleſia: ejuſdem vitam ſcripſit Sylvanus Razzius in lib. de vitis Sanctorum Etruriæ. Cæſar Franciottus ex monumentis, atq; actibus Cathedralis Lucenſis, Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ. Extiterunt plures in Italia ejuſdem nominis ſancti, diverſarum Eccleſiarum Epiſcopi, ut S. Paulinus Nolanus Antiſtes doctrina, ac ſanctimonia vitæ longè clariſſimus, Paulinus Brixianus, Senogallienſis, Aquilejenſis, alterque Præſul Campanus, quibus omnibus hic Paulinus antiquior eſt, qui primus ab Apoſtolis hauſtum Lucam intulit Evangelium, ejuſdemque liberæ Civitatis Protector habetur præcipuus.

2. S. VALERIVS natione Lucenſis, S. Paulini alumnus defuncto magiſtro ſucceſſit anno 69. Habetur traditio hunc abſolviſſe templum Deiparæ Virgini olim conſecratum, incœptumque à S. Paulino, duoque altera templa ſubſtruxiſſe, alterum B. Petro, alterum B. Paulo Apoſtolis. Palmam accepit martyrii circa ann. Domini. 90. die 29. menſis Januarii, quo ipſo die Lucæ celebratur ejuſdem triumphus martyrii. Ejus mentio extat in actibus S. Paulini. In Martyrologio Romano ad hanc ipſam diem, quidam S. Valerius Epiſcopus Trevitenſis memoratur, quem Cæſar Franciottus, cum hoc ipſo Lucenſi non eſſe eundem, non ſatis idoneis rationibus conatur oſtendere. Tametſi ſuffragetur Franciotto, Valerium ſucceſſiſſe Paulino circa annum 69. ideoque juſſum à Petro Apoſtolo, qui jam evolarat ad Cœlos, Trevitas non II.

po-

A potuiſſe proficiſci. Qui autem arbitrantur, Lucenſem Valerium à Trevirenſi non eſſe diverſum, ſi tempora invicem aptè concilient, haud longè aberunt à vero. Aiunt enim Luca exceſſiſſe exulem, perveniſſeq; Treviras, ibique ſupremam diem obiiſſe, defunctum redditum fuiſſe Lucenſibus. Nec parum momenti habet, eadem die, ut notat Martyrologium Romanum utriuſque Valerii tam Lucæ, quam Treviris feſtum ſolemniter celebrari; nec item multum retulerit, quod Lucenſis Paulini diſcipulus, Trevirenſis autem Valerius Principis Apoſtolorum alumnus vocetur. Potuit enim primum Petrus Paulinum, cum Valerio, Lucam legaſſe, deinde Valerium cum Euchario anno noſtræ ſalutis 54. deſtinaſſe Treviras, & ibi hoc eſt Lucæ Valerium in prædicatione Euangelij, ita Paulini veneratum fuiſſe arbitrium, ut pro illius diſcipulo poſſet haberi; Treviris autem ita ſe geſſiſſe, tanquã immediatè ab Apoſtolo miſſus, ut ejuſdem Apoſtoli alumnum plerique jactarent; poſt Paulini verò exceſſum, Treviris revocatum, Lucenſem ſuæ Civitatis B renunciaſſe Epiſcopatum, actumq; in exilium à perſecutoribus iterum Treviras transfugiſſe, Euchario q; ſucceſſiſſe in Epiſcopatum anno 75. ibidemq; vitam finiſſe anno 96. relatum ſepultum fuiſſe in Eccleſia ſancti Paulini. Et hæc quidem ex conjectura verius divinari poſſunt, quam ab omni dubio procul commemorari. Quamobrem hujus rei cenſuram ſaniori judicio relinquendam putavi, nè incerta pro certis cogeremur afferre. Dum autem hic S. Epiſcopus Lucenſem Eccleſiam adminiſtraret, S. Antoninus Eremita evolavit ad ſuperos, quem S. Paulinus ad vitæ perfectionem inſtituerat anno 83. die 27. menſis Aprilis, quo ipſo die ejus feſtum Lucenſes concelebrant. Requieſcit autem prope Paulinum magiſtrum. Hujus vitam enarrat Cæſar Franciottus, & alij non ignobiles ſcriptores. Poſt exceſſum S. Valerij, Præſulum Lucenſium ſeries vacua eſt uſque ad annum 324. ſive quia perſecutores gentiles nullum ſinerent conſcendere cathedram illam, ſive monumenta geſtorum abſumebant incendio, nè fama dimanaret ad poſteros.

III. C 3. S. THEODORUS *a*, qui aliquibus Theodomus eſt, nonnullis etiam Theodolus, electus eſt circa annum 324. Eccleſiam ſibi commiſſam piè, ſancteq; per aliquot annos adminiſtravit, requievitq; in Domino, tum vivus, tum vita functus clarus miraculis, cujus feſtum Lucæ recolitur die 19. menſ. Maij. Ejus ſacrum corpus ex Eccleſia S. Donati in Paulinianum templum tranſtulerunt, deinde in altare ejuſdem nomini conſecratum, ubi hæc inciſa verba leguntur.

a De hoc Acta SS. Maji t.4. p.329.

Hic eſt Corpus S. Throdori de Dombellinghis,
Qui fuit Epiſcopus Lucenſis.

De quo Franciottus in ejus vita, Ferrariuſq; in Catal.

IV. (,, *MAXIMUS a Tuſſia de Luca ſubſcribitur Concilio Sardicenſi inter Epiſcopos ab Italia ibi congregatos an.* 346. b Luc.)

b Vel 347.

V. 4. PAULINUS hujus nominis II. Ariminenſi Concilio interfuit anno 359.

VI. 5. FULLANUS, ſive Fullarius. Hunc antiqua Kalendaria, Miſſaliaque Lucenſia tradunt in Germania Martyrium fuiſſe perpeſſum, cum S. Urſula, D. ac ſociabus ejus. Cujus meminit Petrus in Catalogo lib. 9. c. 87. cum de S. Urſula narrat. Sed Petri Ferrarii, Franciotti, aliorumque, qui de ſanctis Lucenſibus ſcribunt, pace dixerim, nullum unquam, ſive Fullanum, ſive Fullarium extitiſſe. Tametſi enim in actibus S. Urſulæ reperiatur, meminerint actus illos, ſi Baronio in notis ad Martyrologium credimus, portentoſis mendaciis fuiſſe depravatos, ita ut non mirũ ſit, ibi fingi Fullanum, quem nulla unquam ætas aſpexit. Certè actus S. Urſulæ, qui extant in Vaticana, nuſquam meminerunt Fullani, neque Urſula cum ſociabus aliquando Italiam vidit, ſed è Britannia ſolvens in Germanicum litus excurrit, ubi pro pudicitia ſervanda cum ſociabus ab Hunnis barbara gente cæſa narratur. Igitur hunc fictitium Fullanum, Cyriaco Papæ à ſcriptorum malè ſano cerebro in S. Urſulæ actibus excogitato, Romanoq; itineri ejuſdem Sanctæ prudens lector poterit aggregare, indeque colligere, quo aliquando exceſſerit mortalis audacia, quæ ſanctorum præclariſſima geſta anilibus fabellis involverit, quaſi Deus, vel Sancti, noſtro indigerent mendacio, ut ampliori, vel ſanctimoniæ, vel fortitudinis fama mortales raperent in ſui admirationem. (1)

6. FELIX, Romano Concilio interfuit ſub Hilario P.M. anno 465. VII.

7. OBSEQUENTIUS. Hujus mentio extat in vita S. Frigidiani, quem in Epiſcopatu Lucenſi anteceſſit. Huic Cæſar Franciottus titulum ſanctitatis, ac 14. annorum Pontificatum adſtruxit anno 546. VIII.

8. GEMINIANUS immediatus prædeceſſor S. Frigidiani, ſtatim poſt Obſequentium memoratur in antiquo quodam codice Bibliothecæ Canonicorum Lucenſium caracteribus Longobardis exarato, ut Franciſcus Maria de Florentinis affirmat in ſuo compendio ms. de Lucenſibus Epiſcopis. IX.

9. S. FRIGIDIANUS Epiſcopus, ac Protector Lucenſis Civitatis, fuit filius Regis Hultoniæ in partibus poſtremis Hiberniæ, vel Scotiæ, ut alii volunt, ex parentibus Idolatris; primum idolatra fuit, ſed ex divino inſtinctu ſacro fonte luſtratus, temporibus Gelaſii *b* I. Pontificis Romam venit. Ibi cum ſancta loca, ſanctorumque reliquias religioſiſſimè veneratus fuiſſet, agnitus à Pontifice, donatuſque pluribus Sanctorum reliquiis, ac vitæ ſanctioris inſtitutione, in Hiberniam rediit, ubi parentes ad fidem Chriſti perduxit, ſeque in eadem inſula abdidit clauſtro, ibique cæterorum illic degentium evaſit Abbas Monachorum, quos deinde ad omnem rigorem vitæ ſanctiſſimè inſtituit. Cumque mordicus Monaſterii, cui præerat, contra mox expiraturam, ideoque acerbius deſævientem idolatriam jura defenderet, arbitratus cũ diſcrimine vitæ eam, quam ſemel profeſſus fuerat, vitæ tranquillitatem ſibi in eo conatu aliquando eripiendam, induxit in animum iterum proficiſci Romam tanquam ad totius ſanctitatis portum ſecuriorem. Cùmque iter arripuiſſet, atque ex divino nutu Lucam perveniſſet ann. 560. ibique illius fulſiſſet ſanctimonia vitæ, ex deceſſu Epiſcopi ab omnibus, Lucenſis Epiſcopus acclamatus eſt; cujus electionem ratam deinde eſſe juſſit Pontifex Romanus. In ea adminiſtratione Frigidianus cum ſingulari pietatis ſtudio ingentibus, perſpicuiſque miraculis claruit, illoq; à Magno Gregorio Papa in ſuis dialogis cum admiratione legentium relato, cum ſcilicet Auſerim fluvium in territorium Lucenſe debacchantem raſtro deſignans viam indignabundum compulit in novum alveum, ut ibi coercitis undis, imperatumque ſibi à ſucto curſum tenens, à læta ſegetibus planitie deinceps abſtineret. Deceſſit Frigidianus anno 578 *a*. die 13. menſis Martii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Vincentii à ſe conſtructa, quam poſtea in memoriam ſancti, S. Frigidiani placuit appellare. Repererunt ejus corpus anno 782. die 18. menſis Novembris, inque decentiorem locum tranſtulerunt, ejuſdemq; feſtum eadem die celebrandum ſanxerunt. Illius meminit præter Gregorium Magnum, Romanum Martyrologium, Baronius, & alii. Scripſit ejus vitam Cæſar Franciottus ex antiquis manuſcriptis, monumentiſque Lucenſis Eccleſiæ. Thomas Dempſterus in ſuo apparatu ad hiſtoriam Scoticam multum conatur, ut probet, perſuadeatque S. Frigidianum Scotum eſſe. Sed cum paternum S. Frigidiani Regnum prope famoſum S. Patritii puteum, hoc eſt in poſtrema Hibernia fuiſſe narretur, apud peritos vix invenerit fidem. Erexit, ut proximè diximus, Frigidianus Eccleſiam S. Vincentii extra muros Civitatis Lucenſis, quam ejus Civitatis prolatis finibus, hodie novi muri circumdant, prope quam etiam Monaſterium fundavit, ut ibi cum ſuis Canonicis regularem convictum excoleret. Porterius Rex Longobardorum deinde haud longe exorſus eſt fundare Eccleſiam S. Frigidiano dicandam, quam poſtea Cumpertus filius magno cenſu dotatam abſolvit ann. 690. quæ uſque hodie Lateranenſibus regularibus Canonicis pro

b Pelagii

a 588.

(1) Non ideò tamen Fullanus expungendus eſt ab hac ſerie, quandoquidem antiquæ tabulæ hujus Eccleſiæ ejuſdem ſervant memoriam, aſſeritque Pontificius legatus in partibus Germaniæ in revelationibus, ſeu viſionibus S. Eliſabeth. cap. 2. *Luc.*

pro domicilio eſt, cum altera Frigidiana conjuncto, opibuſque ſociatis . Hoc illud ſama inclitum Monaſterium eſt , unde tot illuſtres virique graves Regularis ordinis prodierunt, adeo verò gratiis, privilegiiſque ab Imperatoribus,ac Pontificibus olim auctum,ut hand indigna ſedes Lucenſium Præſulum , qui ibi diuturniorem illam fiaere, poſſit videri.

XI. 10. VALERIANUS hanc Eccleſiam rexit poſt eaceſſum S. Frigidiani anno 588. Hujus mentio extat in ſupracitato codice Cathedralis , eumdemque Franciottus ſanctum appellat , tametſi nullum prodat auctorem ,cui innitatur.Poſt Valerianum autem hæc nuda nomina notantur Epiſcoporum in eodem codice , quos nulla certa annorum ſeries diſtinguit , ut Franciſcus Maria de Florentinis ſe obſervaſſe affirmat , ſcilicet.

XII. 11. PATERNUS .
XIII. 12. PISANUS .
XIV. 13. VINDICIVS .
XV. 14. PROBINUS .
XVI. 15. MAXIMUS .
XVII. 16. AURELIANUS .
XVIII 17. NURMOSUS .
XIX. 18. DICENTIUS .
XX. 19. AVENTIUS .
XXI. 20. ABUNDANTIUS .
XXII. 21. LAURENTIUS .

Horum nullus alius auctor,neque hujus Eccleſiæ tabulæ meminerunt . Præter quod incredibile videri poſſit, 12.Præſulum ſibi invicem ſuccedentium Pontificatum , 50. aut paulo plus annorum clauſula definire potuiſſe , cum & ipſa anachroniſma inſtituta narratio arguat ea nomina gratis in Codicem illum irrepſiſſe. Quamobrem à Valeriano ad Lætum , qui proximè ſequitur,cenſui tranſeundum .

XXIII 22. LÆTUS Lateranenſi Concilio interſuit anno 649.

XXIV 23. ELEUTHERIUS ſub Agathone Papa Concilio interfuit anno 680.

XXV. 24. FELIX floruit anno 6854. Hujus memoria extat in privilegio Cumperti Regis Longobardorũ . 680.

XXVI 25.BALSARIUS Præſul Cathedram Lucenſem moderabatur anno 700.Hic plura Lucenſis Eccleſiæ jura recuperavit, quæ Joãnes Piſtorienſis Epiſcopus eidem Eccleſiæ violenter,inverſoque jure eripuerat.

XXVII. 26. TAPORPERIANUS ſedit anno 714. uſq; ad annum 730. extatque illius memoria in monumentis hujus Eccleſiæ . Fratrem habuit Sigiſmundum Archipresbyterum Cathedralis.

XXVIII. 27. VVALPRANDUS Walperti filius, Ducis Lucæ,eundem geſſit Epiſcopatum an.732.reperiturque in pluribus monumentis nominatus,uſque ad annum 754.coemitque in favorem ſuæ Eccleſiæ Titianum Caſtellum.* Pervenit ad meas manus exemplar quoddam brevis documenti Walprandi Epiſcopi an. 739.ſcriptum,quod extat in tabulatio Lucenſis Epiſcopii,& dignum viſum eſt , ut hic recenſeatur , in memoriam tanti Præſulis . * Ex App. tom. 5.

In Dei nomine .

Regnante D.noſtro Aſtulpho Rege anno Regni ejus V. menſe Julio pro Indict.7.feliciter .

Certus ſum ego Vvalprandus in Dei nomine Epiſcopus quia ex juſſione D. noſtri Aſtulfi Regis directus ſum in exercitu ad ambulandum cum ipſo, unde ſic diſpenſare prævidi de omnibus rebus meis,ut dum ad vivere mer . . . in mea ſit poteſtate vendendi , donandi quid facere, vel judicare adhuc voluero , & ſi mihi occaſio obvenerit , volo ut omnes res meas quæ addicata & non vendita,aut non donata remanſerit,duas partes habeat Eccleſia S.Martini,ubi nunc præſes & ego Pontifex eſſe videor,& taliter , ut una pars de ipſis duabus portionibus , quas in Eccleſia S. Martini feci,debeat eſſe in xenodochio,quia D.Talerperano Epiſcopo hic fore muro civitatis inſtructum tertiam partem habebat Eccleſia S. Fridiani , A ubi ipſum ſancti corpus requievit,& quarta parte habeat Eccleſia S. Reparatæ .

† *Ego Vvalprandus in Dei nomine Epiſcopus in huic judicati pagina à me facta ſicut ſuperius legitur propria manu mea ſubſcripſi.*

† *Ego Operto exiguus Dux juſſu Dom. Vvalprandi Epiſcopi in hac pagina judicati propria mea manu ſubſcripſi.*

† *Ego Brungio Presb. rog.*

† *Ego Gualpertus exiguus Clericus rog.*

† *Ego . . . Orprandi Subdiac. ſupraſcr. ſcriptor.*

Hujus Epiſcopi temporibus deceſſit Lucæ Richardus Britanniæ Rex , ſepultuſque fuit in templo Frigidiano cum hujuſmodi epitaphio.

Hic Rex Richardus requieſcit Sceptifer almus.
Rex fuit Anglorum,regnum tenet ipſo cælorum ,
Regnum dimiſit,pro Chriſto cuncta reliquit .
Ergo Richardum nobis dedit Anglia ſanctum .
B *Hic genitor ſanctæ Vvalburgæ Virginis almæ ,*
Et Vvillebaldi ſancti ſimul,& Vvinibaldi ,
Suffragium quorum det nobis Regna Polorum. Amẽ.

De Rege Richardo , qua cauſa,quave occaſione deceſſerit Lucæ,cujuſvè filius fuerit , narrat Baronius in tomo 9. Eccleſ. Annalium . *b* b ad an. 750.

28. * PEREDEUS filius Pertualdi fuit Epiſcopus Lucenſis an. 780. cujus mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ,quæ plura extant ejuſdẽ Epiſcopi. XXIX * Ex App. tom. 5.

29. B. JOANNES filius Teuperti Lucenſis, patriam ſedem adminiſtrandam ſuſcepit ann. 781. ejuſdemque memoria extat uſque ad annum 799. *c* quo ipſo anno è vivis potuit exceſſiſſe. Cæterùm dum ſederet Jo: S. Crucifixi effigie à S. Nicodemo effecta placuit Deo locupletare Lucam. Cum enim è Hieroſolymis illam Deus Lunenſi Portui appuliſſet, Joannique per Angelum edixiſſet,ut inde erutam,certiore prius de divino arbitrio Lunenſi Epiſcopo facto , Lucam inferret, paruit Joannes, Vultumque ſanctũ, ut vulgo appellant , lætantibus populis tranſtulit in C Cathedralem . Nec multò poſt alterius ſpiritualis theſauri adjectione,ob præclaræ ſanctimoniæ merita Joannis Civitatem Lucenſem Deus adauxit. Siquidem cum S.Regulus Archiepiſcopus,ac Martyr, cum S.Cerbone ex Africa deſcendiſſet in Italiam , propeque Populoniam in Etruria à Totilæ ſæviſſimi Regis militibus Martyrium paſſus fuiſſet,ibidem ab eodem S.Cerbone ſepultus fuit , latuitque,quoad Joanni ex Divino admonitu demonſtratum eſt, ubi jaceret , ut eundem ſanctum honorificentiori tumulo Lucæ exciperet. Membranam manuſcriptam Vaticanam ipſe offendi (3) quæ cum abunde commemoret,tum Epiſcopi Joannis merita,tum S Reguli Lucam tranſlationem,operæ pretium exiſtimavi, ſi illam hic exſcriberemus ea fide . XXX. c 801.

I*DEO enim,Fratres chariſſimi , diligentiſſimè narremus,ac annunciemus , quali ordine ductum fuit corpus B. Reguli Archiepiſcopi , & Martyris Domini in Civitatem Lucenſem. Ibi in ipſa Civitate ordinatus erat Ioannes Epiſcopus,aſpectu Angelicus , ſermone nitidus,* D *opere ſanctus,fide Catholicus , conſilio magnus , inter cleros potentiſſimus,charitate diffuſus,quando hoſtiam Deo ſanctificabat , ad prædicationem eius coperſa turba currebat.In ſuo namque tempore per ſingulos annos pergebat locum maritimè,non tantum propter foſſionem prædii,ſed tantum ut adoraret ad ſepulchrum B. Reguli,& quod etiam in infantia evenit , memorabat ſuis fidelibus.Ego multa in infirmitate ſui detentus, in ſomno ſanavit me B. Regulus.Hac eo narrante apparuit ei Angelus Domini in ipſa nocte,& dixit ei.Oſtendet tibi Deus B.ſui Reguli in hac parte corpus , tolle eum , & educ tecum in Urbe Lucenſi , & ſicut illa eſt provincia provinciarum , ſic oportet B. Regulum habere proprium ſepulchrum intus in Baſilica B. Martini Confeſſoris Chriſti,quam B.Epiſcopus Frigidianus à fundamentis ædificavit. De hac die in futurum ibi erit in cuſtodem , & defenſorem.Evigilante Epiſcopo , referendo univerſa,*

(3) Vacillat tamen hujus Codicis fides . Ex vetuſtis enim documentis in hujus Eccleſiæ Archivo aſſervatis conſtans fides eſt ſuperioris Epiſcopi Vvalprandi tempore corpus S Reguli ex loco Gualdo , ſeù Valdo tranſlatum Lucam fuiſſe ad Eccleſiam S.Martini . Succedens fortaſſe Joannes exornaverat ſacrum depoſitum , ejuſque cultum ſplendidius auxerat . *Lucenſium* .

A *ſa, quæ audivit in ſomnis ab Angelo, omnibus, qui ibi aderant, diligentiſſime placuit. Tunc Epiſcopus ſuis fidelibus prædicavit triduanum ieiunium, ſimiliter, & orationis inſtantiam, & dicebat; dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt Salvator omnium, in hoc loco cerniferi potentiam demonſtrare ſui Reguli Martyris. Expleto triduano Ieiunio, & oratione, convocatis presbyteris, Diaconibus, Clericis, ipſe Præſul primus terræ foſſor acceſſit. Ceteri clerici proſecuti fodientes pervenerunt ad ſepulchrum, quod aperientes, invenerunt corpus B. Reguli Martyris, quaſi ipſa hora fuiſſet occiſum, miro odore flagrans de ſepulchro ſicut cinamomum, & balſamum, Chriſmi arva pretioſa. Epiſcopus autem cum ſuis Clericis, & cum Dei laudibus levavit Beatiſſimum corpus B. Reguli, & involvit in linteaminibus mundis, & poſuerunt eum in feretrum novum cũ pſalmis, & hymnis, & laudibus, cum omni feſtinatione duxerunt eum in Civitatem Lucenſem in Baſilica B. Martini, ſicut Angelus Domini Epiſcopum admonuit. Poſt hæc autem diligentiſſimè, & cum omni ſtudio, &* B *univerſo populo Lucenſi, fabricavit Eccleſiam, & confeſſionem ſimilem B. Petri Apoſtoli urbis Romæ. In ipſa vero confeſſione corpus B. Reguli cum omni diligentia poſuit in ſepulchro marmoreo novo, & deſuper altare conſtruxit. Primum vero honorem B. Martini ſic legitur in partibus juxta aram B. Martini. Metallo Præſul Joannes ſolutum gradibus portibus fecit, hic corpus beati Reguli deduxit, & altare ſurſum erexit, & conſtruxit. Ad ejus caput jacet humatus Paſcentius Archidiaconus ſuus, ibi namque legitur, & cernitur in brevi tabula lapidea. B. Beda in Martyrologio Sanctorum metrica arti B. Regulum commemorans ſic ait. September Regulus tenet orditurque Kal. Regulus Antiſtes ſibi qui caputenſe peremptum. Perſavit binis, Chriſto ſtadiis faciente, Cujus reliquias nunc urbs Lucana adorat. Inclyto Ioanne Epiſcopo, quem ſuperius commemoravimus miſſarum ſolemnia in honorem B. Reguli celebrante plurimorum miraculorum apparuerunt ſigna per Divinam virtutem, & B. Reguli honorem; Cæci receperunt viſum, claudi greſſum, ſurdi auditum, homines à dæmonio oppreſſi liberati ſunt, & multi infirmitatibus, & languori-* C *bus curati, atque ſalvati ſunt. Ex hac ergo conſuetudine decretum eſt, ut omnes S. Dei Eccleſiæ Lucenſium longè, lateque ſolemnia B. Reguli devotiſſime cum gaudio celebrent, & omnes plebes ibi veniant adorare, & miſſarum ſolemnitates celebrare in die, quam prædiximus, Kal. Septembris, &c. huc uſque de Ioanne Lucenſi Epiſcopo Codex.*

Scribit præterea Franclottus, huic Epiſcopo Joanni poteſtatem fuiſſe fa[illegible]am Lucam transferendi reliquias celebris illius Matronæ Lucinæ cum S. Geneſii corpore, quæ Romæ quieſcebant, famaque eſt, in Cathedrali modo latere. Joannes verò in Frigidiano conditus jacet. De eo cum laude commemorat antiqua hiſtoria Lebaini diaconi.

XXXI 30. JACOBUM Archidiaconum Lucenſem, fratri Joanni defuncto ſuffecere anno 800. *a* qui vixit uſque ad ann. 818.

a Ibi.

XX XII. 31. PETRUS Diaconus Eccleſiæ Lucenſis, filius etiam ipſe Teuperti, ad eandem ſedem promotus eſt an. 819. apparetque diuturniorem Pontificatum geſ- D ſiſſe, cum ejuſdem mentio extet uſque ad annum 834. interfuit Romano Concilio ſub Eugenio II. Papa an. 826. De quo Baron. in Annal. Eccleſ.

XX XIII. 32. *BERENGARIUS Epiſcopus Lucenſis, cujus mentio extat an. 843. in quodam inſtrumento, ut nos monuit eruditus amicus noſter Franciſcus Maria Florentinius.

* *In App. tom. 5.*

XX XIV. 33. AMBROSIUS hanc eandem Eccleſiam Præſul renunciatus adminiſtravit an. 844. uſque ad annum 851. ut hujus Civitatis hiſt. produnt. Narrat Francinttus hujus Epiſcopi temporibus Cives Lucenſes fuiſſe donatos corporibus S. Caſſii Epiſcopi Interamnenſis, ac S. Fauſtæ, quæ honorificè intulere in Eccleſiam S. Frigidiani. Conſule, quæ ſupra de hoc narravimus, cum de Epiſcopis Interamnenſibus ageremus.

XX XV. 34. HIERONYMUS nobiliſſimus Lucenſis, filius Heriprandi, fraterque Comitis Ildebrandi, Lucenſem Epiſcopatum tenuit an. 852. ſibique creditam Eccleſiam adminiſtravit per annos omnino 16.

35. GHERARDUS in eadem ſede floruit anno 869. *b* Hic aliquot jura, quæ Lucenſi Eccleſiæ exciderant, reſtituit, vindicavitque, cui recuperationis inſtrumento teſtes interfuere Epiſcopi Oſchiſius Piſtorienſis, Plato Piſanus, Andreas Florentinus cum pluribus aliis. Monumentum Ludovici Imp. ab archivo Lucenſi receptum tale eſt. XX XVI.

b Hic legitur interfuiſſe Concil. Rom. an. 868. apud Hard. Conc. t. 5

Ludovicus gratia Dei Imperator Auguſtus.

Omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ noſtriſque præſentibus ſcilicet, & futuris notum eſſe volumus qualiter venit ad nos Gherardus S. Lucanæ Eccleſiæ ven. Epiſcopus, & innotuit celſitudini noſtræ, quot res Eccleſiæ Epiſcopatus ſui à multis pravis hominibus invaſæ atque ſubtractæ injuſtè eſſe noſcuntur, tam in theſauro ipſius Eccleſiæ, quam in rebus, ſeu mancipiis; unde petiit pietatem noſtram, ut ob amorem Dei, & venerationem ejuſdem Eccleſiæ veram, & legalem inquiſitionem fieri ſuper ſacramentum juberemus, ſicut libenter facimus. Ideo conſtitui- B *mus miſſos noſtros Oſchiſium Piſterienſem, & Platonem Piſanæ Eccleſiæ Venerabiles Epiſcopos, ſeu Andream Florentinæ Eccleſiæ vocatum Epiſcopum, nec non Adalbertum Zulnſter Comitem, atque Marchionem noſtrum, & Zolebundum Comitem ſimul cum Uboldo fidele noſtro, qui veram, & integram juſtitiam eidem Epiſcopo vel Advocato, ipſis Eccleſiis de omnibus cujuſque cauſis movilibus immovilibus quæſierint, præſentialiter fieri faciant, ut lex eſt, vel à prædictus Epiſcopus, vel ſuus Advocatus veram inquiſitionem fieri poterit per bonos, & veraces homines hoc adimplere ſtudeant. Præcipientes etiam jubemus, ut nullus fidelium noſtrorum de hac inquiſitione quot ipſe Epiſcopus Lucanæ Eccleſiæ, vel Advocatus ipſis petierit, aut quislibet ex miſſis noſtris venire aliquem juſſerit ad plenam juſtitiam prædictis Epiſcopo vel Advocato ipſi faciendam ullatenus venire ſe ſubtrahat. Quod ſi venire aliquis contempſerit & juſtitiam facere neglexerit, aut falſa inquiſitione pro veritate ſuper ſacramento dicere noluerit, bannum noſtrum in rebus illius per prædictos miſſos no-* C *ſtros mittere jubemus abſque ulla dilatione. Quod ſi fortaſſe omnes prædicti miſſi noſtri ad hanc juſtitiam faciendam ſimul ſe conjungi non potuerint, tunc monemus, atque præcipimus, ut cuicumque illorum præd. Epiſcop. Gherardus, vel advocatus ipſis hoc annunciaverit, vel hanc noſtram epiſtolam oſtenſerit per ſe abſque ulla dilatione præfatæ Lucanæ Eccleſiæ, Epiſcopo, ſeu ejuſdem Eccleſiæ advocatus veram juſtitiam, & plenam inquiſitionem facere ſtudeat, & cum rei veritas inventa fuerit, ſtatim prædictum Epiſcopum, vel advocatum ipſis ad partem præfatæ Lucanæ Eccl. ſine mora reſtituere faciant, & hoc certius credatur, & diligentius obſervetur de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari. Inſertum eſt hoc edictum in judicio quodam actitato Lucæ coram Oſchiſio Epiſcopo Piſtorienſi miſſo D. Imperatoris, & Gherarde Lucano Epiſ. de bonis in Vaccule eidem reſtitutis.*

Anno Ludovici Imperatoris 15. 15. Kal. Jan. ind. 3.

Cæterùm Gherardus ab Imperatore Carolo Manno Veronæ obtinuit, anno 1. ejuſdem Italici Regni, ut ſibi Eccleſia S. Vincentii reſtitueretur, cum aliis Ec- D cleſiis, quæ ab aliis uſurpatæ magnis, implicitiſq; litibus tribunalia per id tempus compleverant. In cujus rei gratiam hujuſmodi favorabile Diploma manavit, noſque exſcriptum ex originario ſecreti Archivi Lucenſis, hic apponendum cenſuimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Carolomannus Divina movente gratia Rex.

Si juſtis, & rationabilibus admonitionibus, ſeu petitionibus fidelium noſtrorum aſſenſum præſtamus, maximè circa loca Deo dicata non ſolum eos promptiores noſtro efficimus ſervitio, verum æterna nobis inde proventure præmia liquido credimus. Quapropter omnium S. Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum tam præſentium, quàm & futurorum cognoſcat induſtria, quia vir ven. Gherardus Epiſcopus Lucanæ Eccleſiæ, quæ conſtructa in honorem S. Martini Confeſſoris cernitur, & in qua S. Regulus requieſcit in corpore, apud noſtram celſitudinem indicavit, quaſdam Eccleſias inde jam diu injuſtè ablatas fuiſſe, id eſt Eccleſiam S. Vincentii, ubi B. Fridianus Confeſ-

ſer Chriſti requieſcit in corpore, & Eccleſiam S. Sylveſtri à ſervendo, venerabilem Epiſcopum dilectum fidelem noſtrum petiet, ut euſdem jam dictas Eccleſias ad prafatam ſedem Lucanenſem ob amorem Dei per praceptum noſtra authoritatis tradidamus per praſentis noſtra authoritatis praceptum ob amorem Dei, & reverentiam ejuſdem S. ſedis pradicta, nec non & pro remedio anima patris, & matris noſtra, atque pro noſtra aterna mercede ad eandem Gherardi Epiſcopi ſedem, ipſas predictas Eccleſias cum omnibus ſuis appendiciis, idest, veſtibus, adificiis, mancipiis, agris, piſcatis, pratis, ſylvis, campis, aquis, aquarumque decurſibus, egreſſibus, & regreſſibus, mobilibus, & immobilibus, atque cum univerſis qua ad eaſdem Eccleſias jure, & legaliter pertinere debeant, quatenus jure perpetuo ſine ulla contradictione, ſeu diminoratione ſub regimine, ac poteſtate Epiſcoporum jam dicta ſedis nmodo, & deinceps permaneant, nullo nunquam ſucceſſore noſtro hoc frangente, ſed Deo auxiliante, hac noſtra traditio perpetuis temporibus firma, & inviolabilis permaneat, quatenus Epiſcopus ejuſdem ſedis . . . . . congregatione jugiter pro nobis ac conjuge noſtra, ac pro animabus fratris noſtri, matriſque noſtra, nec non & pro ſtabilitate Regni à Deo nobis collati, Divinam miſericordiam exorare delectet. Et ſi quis, quod fieri non credimus, contra hoc noſtra authoritatis praceptum venire, & inſurgere auſus fuerit, Marchas 40. auri puriſſimi ſolvere cogetur, medietatem eidem Eccleſia, & medietatem Palatio noſtro. Ut hoc traditionis noſtra praceptum certius credatur, manu propria ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impoſitione ſigillari juſſimus.

Signum † Domini Carolomanni Piiſſimi Regis.

Baldo Cancellarius authentico continere recognovi.

Dat. 10. Kal. Decembris anno 1 Regni Carolomanni Sereniſſimi Regis in Italia indictione XI.

Actum in Urbe Veronenſi in Dei nomine feliciter Amen.

a Interfuit Conc. Raven. an. 877.

Vixit autem Gherardus uſque ad annum 895 *a*. ut ex diverſis inſtrumentis perſpicuè eruitur, quæ de eodem commemorant citra omnem temporum errorē.

XX XVII.

36. PETRUS hanc eandem rexit Eccleſiam ab anno 896. uſque ad annum 933. Hic ab iis, qui ſibi creditæ Eccleſiæ aliquando bona extorſerant, ex æquo, jureque recuperavit, juvantibus Epiſcopis Helbringo Parmenſi, Albino Voluterranenſi, Adelberto Lunenſi, Graſulphoque Florentino, aliiſque Epiſcopis coram Lodovico IV. Imperatore, & Benedicto Papa IV. in judicio reſidentibus an. Chriſti 904 Hujuſmodi autem Judicii tenor ita ſe habet ex originali Lucenſi deſumptus.

Dum D. Ludovicus Sereniſſimus Imperator Auguſtus à regale dignitate Romam ad ſummum Imperialis culminis Apicem per ſanctiſs. ac ter beatiſſ. ſummi Pontificis, & univerſalis PP. D. Benedicti dexteram adveniſſet, atque cum eodem Reverendiſſ. Patre cum ſanctiſſ. Romanis ſeu Italicis Epiſcopis atque regni ſui Ducibus, & comitibus, cateriſque Principibus, & Judicibus, quorum nomina Petro, Silveſtro, Urſo, Leone Romano, Joannes, Allo, Bonoſo. Gregorius, item Romano, Coſma, & item Gregorius Epiſcopis hujus Romaniæ finibus Adelbertus Lunenſis, Adelbertus Bergomenſis, Everardus Placentina, Garibaldus Novarienſe, Helbrangus Parmenſo, Ildegarius Laudenſo, Ardingo Brexianenſe, Graſulfus Florentian, Albino Vulterrenſe, Petro Aretinenſe, & Eraldo Feſulanenſe, Aſterius Piſtorienſe, venerab. Epiſcopis Adelelmo, Rosbaldo, Gottefredo. comitibus Stefano, Teufilatus Grigori, Omiculator Graciano, Atrianus, Tedoro, Leo, Creſcentius, Benedictus, Joannes, Anaſtaſio. Judices hoc Romani Vualpertus, Aquilinus, Farimundus, Vvenejus, qui & Boderatus, Stabilis, & Stadelbertus Judices idem Auguſti Petrus Sichardus, & Teutelmus Notarii ſacri Palatii Vvinigildus, Aubertus, Supo, & item Vvinigildus, & reliqui plures in Palacio, quod eſt fundatum juxta Baſilicam beatiſs. Petri Principis Apoſtolorum in Laubia majore ipſius palacii; inter cum eodem ſummo Pontifice in judicio reſidiſſet atque de ſtabilitate ſancta Dei omnipot. Eccleſia Reique publica ſtatu diligenter tractare cœpiſſet, ſingulorumque cauſa intenta auribus ſue clementia percipere conatus eſſet, atque cum multas hominum conſenſiones ibi juſtè, & legaliter definirentur; ibique eorum venerunt praſentia reclamaadum Petrus Epiſcopus S. Lucenſis Eccl. una cum Eleazar qui Elbonizo filias quondam Eriterii Advocati ipſius Ecc. Lucenſis, & retulit ipſe Petrus Epiſcopus, jam plures vices me reclamavi ad vos Dominus Ludovitus ſereniſſ. Imp. tam in Civitate Papia quamque & per alias locas quod Lambertus filius quondam Rodelandi de Civitate Lucenſe injuſte detineret caſas, & res juris prafata Eccleſia Lucenſe nominative infra eadem Civitate ſeu ancilla una nomine Adrepergn atque & caſa, & rebus illis hominibus quibus ſunt poſitas Caſtellione prope ſubdrominio Cornino ubi dicitur Caſale Lapi Monterioni Comitatu Popoloniſtenſe videlicet, & petia una de terra ubi dicitur à Pulia atque in loco, & fundo Cuniano prope fluvio Elſa, & in loco, & fundo Quaravianu, ubi dicitur Miliano, & Pulciano ſeu & in loco, & fundo Miciano atque & res in Conca, verum etiam & Eccleſiam unam fundatum in honorem S. Mauritii in loco, & fundo filituli, unde vos D. Ludovicus Imperator idem Lamberti veſtra epiſtola ad veſtro anolo ſigillata direxiſti, ut Civitate Luca veniret ibi exinde juſtitiam faciendum & ſubunedum Civit. Luca advenienduh diſtuliſſet, tunc hic Civit. Roma veſtri veniſſet praſentia juſtitiam faciendum, ſed eum minime ad platitum habere potuiſti. Ideoque prout me de ipſis caſis, & rebus, & parte Epiſcopis Eccleſia propter Deum, & anima veſtra mercedis ſalva querela inveſtire faciatis, quouſque ipſe Lambertus ad platitum venire, & mihi juſtitiam fecerit, ut lex eſt. Tunc ipſe D. Ludovicus Imperator ſua conſuetudinis miſericordia motus precepit Vvalteri Vaſſus, & Miſſus ſuo ut eum de prad. caſis, & rebus ſalva querela à parte Epiſcopis Eccleſia inveſtiret, ſtatimque ibi praſente ipſe Vulterius ex Imperiali juſſione per fuſte quam ſuis detraebat manibus, eundem Petrum Epiſcop. & Eleazar Avocato ſuo de prad. caſis ſalva querela à parte Epiſcopis Eccleſia inveſtivit quouſque ipſe Lambertus ad Placitum veniat, & juſtitiam faciat; Inſuper miſit Bandum D. Imperat. ſuper ipſis rebus in monachos auri duo millia, ut nullus &c. inde pars Epiſcopis Eccleſia ſine legali judicio deſveſtire audeat, qui vero fecerit prad. duo millia monachos auri ſe compoſiturus agnoſcat eſſe medietatem partis Camera idem D. Imperat. & medietatem pars Epiſcopis Eccleſia Lucenſe, & hanc notitia pro ſecuritate idem Petri Epiſc. facere admonuerunt quidē.

Et ego Thomas Notarius D. Imperat. ex ammonitione ſuprascrips. miſſo, & judicium ſcripſi anno Imperii D. Ludovici Primo menſe Febr. ind. IV.

† Ego Odelb. Epiſcop. in uno judicato interfui, & mm. SS.

Vvalpertus Judex D. Imperat. interfui.

Farimundus Judex D. Imperat. interfui.

Stabilis Judex D. Imperator interfui.

Stadilbertus D. Imperat. interfui.

Anno verò 915. Eldegurio Laudenſi Abbatiæ Suvanonienſis jus ceſſit ex ſententia, quam tulerant Odelvius familiaris Berengarii Regis, & Adelpertius Bergomatium Præſul. Hujus autem Petri temporibus, Adalbertus Marchio Cathedrali S. Martini Lucenſis omnes decimas ditionis Lucenſis munificentiſſimè dono dedit, idemque voluit eſſe ratum Berta ejuſdem Uxor, ac filia Arnulphi Imperatoris. Donatio eſt, quam hic ſtatim ſubjicimus, ex eodem Lucenſi ſecreto archivo diligentiſſimè exſcripta.

Divina gratia munere, & ſuperna virtutis auxilio faucibus Damonica poteſtatis eruti &c.

Ut nos miſericors Deus aterna patria gaudiis faciat cohæredes, ſedulis admonitionibus, crebriſque praceptis informat. Unde eſt illud, venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam, ut ne quis de vi . . . ad eum perveniendi aliqualiter ab eo recipiendi eſſe facultas dubitaret, quod promiſit ipſe certam oſtendit formulam dum dixit, dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis. Sed tamen hoc idem, quod docuit, ſignificans quis agere opetatur, ipſe alibi dum dixit, vigilate igitur, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc vocem domini ita omnes debemus frequentiſſimè meditare, quatenus ſemper pra oculis mentis habeatur. Oportet denique ſingulis, qui ſe omnipotentis miſeri-

feri-

ſericordia hujus mundi divitiis, vel quibuſcumque temporalibus adinmentis noverime . . . lata ex his, quibus accepit ab eo quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, à quo ſolo neſcit cuncta, quæ habet; quo ut credi poſſimus dominicis quod audivimus documentis, quod mulierem duo minuta devotè offerentem plus cæteris omnibus offerentibus . . unde ego in Dei nomine Adelbertus gratia Dei Marchio optimum duxi pro anima mea remedium, ordinavi, atque confirmavi per hanc paginam offerſionis defero, atque concedo Deo omnipotenti & S. Martini confeſſoris, & S. Reguli martyris decimam portionem de cunctis frugibus, ſeu nutrimentibus quas habere viſus ſum in Comitatu Lucenſe nominatim Curte, quæ vocatur Luca, Branculo, Carfagnana, Peſcia, S. Geneſio de eſtis prædictis curtis . . . ſuperius legitur de decima portione Eccleſiam S. Martini, & S. Reguli inveſtivimus ut uſque in finem ſæculi habeat, teneat etiam ſecundum Canonicam authoritatem poſſideat, & ut Canonici, qui ibi ordinati ſunt, vel in antea eſſe debebũt, faciant ex ea quidquid illis congruum fuerit, vel actum
B *videtur. Si quis hanc paginam noſtræ offerſionis, ſeu inveſtitionis pro quolibet modo frangere, vel violare tentaverit, ſciat ſe excommunicatum, & anathematizatum à Deo Patre omnipotente, & à Beatiſſima Virgine Maria & à B. Joanne Baptiſta, & à B. Petro Apoſtolorum Principe, & à S. ſede Apoſtolica Catholica, quod nec vivus pœnitentiam agat, nec mortuus ſepulturam capiat, ſed cum Iuda proditore noſtri Creatoris portionem habeat; inſuper notum ſit omnibus noſtris Caſtaldionibus præſentibus, & futuris eſſe volumus, quatenus nos Dei præ timore, animæque noſtræ remedium decimam de ſumptis curtis, ut ſupra legitur, Deo omnipotenti, & S. Martini, & S. Reguli conceſſimus, præcipiendo præcipimus, ut de hinc in antea nullus Caſtaldius, neque ulla perſona ab aliquo Caſtaldio miſſa prædicta decima de jam memoratis curtis ſubtrahere, vel contemnen. præſumat. Si quis hoc non obſervaverit, ſciat ſe ut ſuperius legitur, excommunicatum, & inſuper componere auri optimi biſantios mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædictis Canonicis, qui ibi ordinati, vel con-*
C *ſtituti ſunt, & ut verius credatur, & ab omnibus hominibus obſervetur, ſigillum noſtrum imprimere juſſimus.*

Adelbertus Marchio ſſ.

Quorum liberalitatis veſtigia, cum pie inſecuti fuiſſent Vgo, ac Lotharius Reges an. 932. à Marchione Boſſone exorati, in expiationem animarum Adelberti, Bertæque uxoris eidem Eccleſiæ delargiti ſunt Maſſagrava curtem cum ſuis iuribus, ac pertinentiis, ut videre eſt in ſequenti monumento.

In nomine Dom: noſtri Jeſu Chriſti Regis æterni, &c. Vgo, & Lotharius gratia Dei Reges. Quia decet regali magnificentia loca ſancta ditare, atque venerari, & omnibus Chriſtianis de animabus parentum ſuorum curam, atque ſollicitudinem gerere. Ideo dignum duximus modo in præſenti S. Martini Epiſcopi locum Lucæ ſitum de hæreditatibus noſtris in aliquid locupletari, ut & ipſi, pro quibus offertur ad refrigerium, & ipſis qui offerunt ad remedium proficiant ſempiternum. Quapropter conſiderantes nos hoc, & in animo volventes proce, & admonitione Kariſſimi fratris noſtri Boſonis Illuſtriſſimi
D *Marchionis offerimus prædicto ſancto loco pro remedio animarum Adelberti Marchionis, & Bertæ Sereniſſimæ Comitiſſæ chariſſimæ Matris noſtræ prædicto B. Martino Pontifici, Eccleſiæque ſuæ ſitæ Lucæ, ſuiſq; fidelibus ibi pro tempore Domino famulantibus ſacerdotibus ſcilicet, & diaconibus, ſubdiaconibus quoque, cæteriſque ibi pro tempore ordinatis, videlicet curtem unam de jure proprietatis noſtræ pertinentem, quam prædicta mater noſtra de patris noſtri, ſuoque pretio comparavit, & dicitur Maſſagravi conſiſtens in ipſo Comitatu Lucenſi, cum terris, & maſſaritiis ibi juſte, & legaliter modo in præſenti pertinentibus, videlicet in loco Mozatico manentes duos, in Arſiculos manentes duos, in Montiſane manentes duos, in Fivelo manentes quatuor, in Caſule manentes tres, in Cerri manentem unum, in Scopeto manentes duos, in Platano manentem unum, juxta ipſam curtem adiacentes manentes decem, in Celezani manentem unum, in Panicale manentem unum, qui omnes jam dicti curti vicini eſſe videntur in aliis locis, &*

A *villis ad ipſam curtem pertinentes, ad Toiane ultra portam manentes quinque, Areſiniano ad Turrim iuxta Campum maiorem manentem unum, in Caſule Montanino manentem unum, in Baliſano manentes duos, in Cerbaiela manentem unum, in Bonazola iuxta Vertediã campum unum, iuxta Eccleſiam S. Angeli in Cornuta campum unum, ad Meſate Campora duo, unum ex uno latere Sereli fluminis, & alterum campum ex altero latere, unum caput tenet in terra S. Anſimi, & alterum caput tenet cum ambobus lateribus in terra S. Mariæ, ſeu & petiolam unam de terra in inſula iuxta fluvium Sereli cum omnibus pertinentiis eiuſdem curtis noſtra præceptaria authoritate iam dicto S. loco concedimus, fundituſque largimur, omnium Epiſcoporum penitus de eadem curte poteſtates ſubtrahentes, atque auferentes: illud quoque rogamus, ut ſi aliqua neceſſitas illis fuerint de hac re Epiſcopis illorum, qui tempore fuerit, illis paterno amore ſubveniat, quemadmodum Paſtor bonus ſuis Clericis facere debet. Jubemus denique, pleniterque ſtatuimus, ut ſi unquam in tempore aliquis Epiſcopus, vel*
B *ipſe, qui nunc Præſul eſt, ibi ſuper illos malo ordine ſurrexerit, & de ipſa terra, in aliquid, aut ſuper totum deminorationem eiſdem fratribus, eorumq; ſucceſſoribus fecerit, aut facere quæſiverit, & pro ipſa ſacerdotum laceratione hoc clare factum fuerit, ſtatim deveniat ipſa curtis cum omni ſua integritate in poteſtate propinquioris parentis noſtri, qui pro tempore fuerit, & tamdiu ipſa eam per hanc noſtram juſſionem teneat, donec Dominus talem Paſtorem eidem ſanctiſs. loco donet, qui hoc quod iubemus adimplere ſtudeat. Igitur ipſe, qui eam ipſis ſubtrahere quæſiverit, primo perfidiæ ſuæ æternam poſſideat maledictionem, interitumque ſempiternum, & quod nobis, & prædictis animabus debuerat eſſe ad præmium ſalutis ſempiternæ, illi ſit ad augmentum damnationis perpetuæ. Pro maiori quoque ſecuritate ipſorum quoque ſervorum Dei, futuraque ſtabilitate filium noſtrum Lotharium nobiſcum regnantem hoc præceptum ſimul nobiſcum firmari, corroborari manu propria fecimus, concedentes eandem curtem prædicto ſancto loco in præſcripto tenore una cum caſis, terris, vineis, campis, pratis, pa-*
C *ſcuis, ſilvis, ſalictis, ſactionibus, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, vallibus, alpibus, plantitiebus, olivetis, piſcationibus, ſervis, & ancillis, utriuſque ſexus, aldionibus, & aldianis, & cum omnibus quæ dici, vel nominari poſſunt ad eandem curtem, quæ Maſſagravi dicitur juſte, & legaliter reſpicientibus in integrum, ut habeant prædicti Dei ſervi, & prædicta Eccleſia ſoliti, & delibatè eandem curtem quemadmodum mater noſtra habuit, firmiterque teneant, poſſideant proprietario jure, faciant de frugibus, ſeu de reditionibus ejus quidquid voluerint, omnium hominum contradictione, atque oppoſitione remota. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, mediatatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ, & clericis ibi pro tempore Deo ſervientibus, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes de anulo noſtro ſubſcribere annotari juſſimus.*

Signa Sereniſſimorum

D


Vgonis, & Lotharii Regum.

Petrus Cancellarius ad vicem Gerlanni Abb. & Archicancellarii recognovi, &c.

Data Kal. Julii, anno Dom. Inc. DCCCC.XXXII. Regni autem D. Hugonis piiſſimi Regis vi. D. Lotharii idem Regis 2. ind. v. Actum in Civitate Lucæ feliciter. &c.

Deceſſit autem Marchio Adelbertus Lucæ circa annum Domini 917. tumulatuſq; fuit in eadem Cathedrali. Berta vero ejuſdem uxor poſtremam diem obiit anno 925. propeque maritum ſepulturam accepit, in quorum tumulis hæc inciſa Carmina leguntur.

A *Hic populi leges, ſaxi ſub mole ſepulchri*
Hic ius, paxque iacet, hic patria auxilium.
Hic cubat ala, ſcutum, dolor, lacrimaq; repoſta:
Hic oculus caci, hic pietas viduæ,
Pes claudi, veſtis nudi, ſolamen egeni,
Noſter Adalbertus Dux pius, atque bonus.
Gentibus externis timor, atque pavor minitandus,
Militibus propriis gloria ſumma ſuis.
Quam fortis fuerit, noverant ultima Tile,
Qua bonitate fuit, dicere lingua nequit.
In ſexto decimo Septembre notante Kalendas
Hic poſuit membra funereo gemitu.
Quiſque legis tumulum culparum facta ſuarum,
Ante Deum recita in precibuſque iuva.
Epitaphium Bertæ tale eſt.
Hoc tegitur tumulo Comitiſſa corpus humatum
Inclita progenies, Berta benigna pia;
Vxor Adalberti Ducis Italiæ fuit ipſa;
Regalis generiſq; fuit omne decus.
Nobilis ex alto Francorum germine Regum,
B *Karolus ipſe pius Rex fuit eius Avus.*
Quæ ſpecie ſpecioſa, bono ſpecioſior actu,
Filia Lotharii pulchrior ex meritis.
Permanſit felix, ſæclo dum vixit in iſto,
Non inimicus eam vincere prævaluit.
Conſilio docto moderabat regmina multa;
Semper erat ſecum gratia magna Dei.
Partibus ex multis multi comites veniebant,
Mellifluum cuius quærere colloquium.
Exulibus miſeris mater cariſſima manſit;
Atque Peregrinis opus ſemper tribuit,
Claruit hæc mulier, fortis, ſapienſque Columna
Totius virtus, gloria, lux Patriæ.
Idibus Octavis Martis migravit ab iſta
Vita: cum Domino vivat in requie.
Mors eius multos contriſtat, proh dolor, & heu.
Eous populus plangit, & occiduus.
Nunc Europa gemit, nunc luget Francia tota,
Corſica, Sardinia, Græcia, & Italia.
Qui legitis verſus iſtos, vos dicite cuncti:
C *Perpetuam lucem donet ei Dominus. Amen.*
Anno Dom: Incarnationis DCCCC.XXV.
Indict. xiii. obiit de mundo.

Nec prætermittendum videtur ſub ejuſdem Petri Epiſcopatu Lucam fuiſſe delatum corpus S. Pontiani Martyris à Jacobo Cathedralis Archidiacono anno 926. Ille ipſe eſt, qui poſt Petrum Epiſcopum Lucenſem ſedem eſt aſſecutus, quam ille reverendam reliquiam à Joanne Pontifice X. dono acceperat. S. Pontiani autem feſtum concelebratur Lucæ die 25. menſis Auguſti.

XXXVIII. 37. JACOBUS, ex Archidiacono Cathedralis adlectus eſt anno 934.

XXXIX. 38. CONRADI mentio extat ab ann. 935. uſque ad annum 963. Hunc Franciſcus Maria de Florentinis arbitratur fuiſſe ſchiſmaticum, quod Conciliabulo Imperatoris Othonis contra Joannem Pontificem XII. reperiatur ſubſcriptus ſemel apud Luitprandi continuatorem; quare hoc ipſum, ut cenſeatur ſchiſmaticus, non ſatis idonea cauſa mihi videtur. (1) Quin Franciottus huic titulum Beati adſtruxit, contenditq; ſucceſſiſſe Raymundo, qui in Frigidiano templo ad honorem ejuſdē ſancti, Vincentiiq; Martyris ſacellum fundavit, abi ipſe poſtea tumulatus fuit. Idem Franciottus eidem Conrado ſucceſſorem attribuit quendam Gualterum, ſed nos ſecuti Franciſcum Mariam de Florentinis, Aghinum, & magis ad veritatem hiſtoriæ reponemus.

XL. 39. AGHINUS Lucenſium fuit Præſul an. 967. ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ.

XLI. 40. ADALONGUS eandem ſedem obtinuit anno 968. uſque ad annum 978.* Hic an. 973. livellario nomine aliqua bona dedit Adalberto filio quond. Adalberti, ut ex documento Archivii Lucenſis habetur ſignat. lit. D. n. 89. cujus exemplar tale eſt.

* Ex App. t. 7.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Otto gratia Dei Imp. Aug. anno Imperii ejus in Italia XI. cum filio ejus D. Otto item Imp. Aug. an. Imperii ejus in Italia V. 4. Kalen. Octob. Indict. 1.

A *Manifeſtus ſum ego Adalberto filio bon. mem. item Adalberti, quia tu Adalongus gratia Dei hujus S. Lucanæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus per chartulam livellario nomine ad conſum perſolvendum dediſti mihi, ideſt una petia de villa cum caſa illa, quod eſt ſala ſuper ſe habente, quæ eſſe videtur foras civitate iſta Lucenſe recta muro, & Eccleſia S. Vincentii, & S. Fridiani pertinentes ſupradicta Eccleſia ſub poteſtate ſupradicta Eccleſia Epiſcopatu veſtro S. Martini tenentes ambas capitas ambas lucertas in terras curas, ſeu muro ſupraſcripta Eccleſia S. Fridiani hac ſupradicta petia de terra cum caſa, quod eſt ſala ſuper ſe habentes cum fundamento, & omne ædificio ſuo qualiter circundata eſt per alias locas, quod eſt per menſura ad iuſta pertica menſuratas ſcalas duo, & pedes duo in integrum una cum acceſſionibus, &c. Quas mihi dedis eas habendi, tenendi, imperandi, liberandi, meliorandi, &c. & exinde vobis reddere debemus ex . . . ad ſupraſcripto D. Epiſcopo argentum denarios binos expendibile num. 54. tantum, &c.*
B *Spondeo ego, qui ſupra Alberto una cum meis hæredibus tibi Adalongus Epiſcopus, vel ad poſteris, & ſucceſſoribus pœnam argenti ſolidis ſexaginta, &c. Actum Luca.*
† Signum M. Adalberti, qui hanc e libello fieri rog.
Ego Benedictus rog. ab Adalberto teſtis.
Ego Petrus Notarius Dom. Imper. rog. teſtis.
Ego Andreas Not. rog. ab Adalberto teſtis ſubſcripſi.
Ego Vuinighilde Judex D. Imp. ſubſcripſi.
Ego Ghiſalprandus Not. & Judex D. Imp. poſt tradita complevi, & dedi.

41. VIDO, ſive Guido natione Lucenſis, filius Theudimandi, cum Populoniæ eſſet Epiſcopus, ad patriæ ſedem translatus eſt an. 981. Huic Otho Imperator amplum privilegium indulſit exoratus à Petro Ticinenſi Epiſcopo.* Hæc Diptycæ. Sed ex Ildebrandi Gerardi Comitis filii veteris documento habemus Widonem ſuperiori ann. 980. Lucenſem Epiſcopum fuiſſe, & fortaſſis an. 978. poſt Adalongi obitum. Documenti tenor ita eſt ab exemplari Lucenſis Eccleſiæ. XLII.

* Ex App. tom. 7.

C *In nomine S. & Individuæ Trinitatis.*

Otto gratia Dei Imp. Aug. fil bo. me. item Ottonis Imp. anno Imperii ejus 13. 15. Kal. Decembris Ind. 9.

Manifeſtus ſum ego Ildebrando filio bon. mem. Gherardi, qui fuit Comes, quia tu Wido gratia Dei S. Lucenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus per chartula livellario nomine ad cenſum perſolvendum dediſti mihi, ideſt 5. inter caſas, & caſinis, rebus maſaritiis, quæ ſupra pertinentibus Eccleſia plebis veſtra S. Mariæ, & S. Joannis Baptiſtæ, quod eſt plebe Baptiſmalis ſito loco, & finibus civitatis Lucanæ, quæ plebem ipſa eſſe videtur ſub regimine, & poteſtate S. Eccleſia Epiſcopatui noſtro S. Martini, cum villis, &c. habendi, tenendi, imponendi, gubernandi, libere faciendi, meliorandi, &c. port averit argentum ſolides 30. de bonos denarios expendibiles 12. den. pro ſingulo ſolido rationatos tantum, & ſi a vos nobis hæc omnia, quæ ſuperius leguntur per ſingulos annos ſi non fuerit adimpleta, & conſervata, & vos nobis hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, quas nobis dediſti, relinquerimus, vel ſi per vos reſervata fuerit, ſpondeo ego,
D *qui ſupra Ildebrando una cum hæredibus meis componere tibi, qui ſupra Wido Epiſcopus, vel ad poſteris &c. pœnam argentum libr. 60. quia taliter inter nos convenit, & dies inter nos libelli Petrus Not. D. Imp. libere recognovimus. Actum loco, & finibus Cornino, ubi dicitur Vincile.*
† Ego Ildebrandus in hoc libello à me facto ſſ.
† Petrus Judex D. Imper. ſſ.
† Verardus Not. D. Imper. rog. teſt.
† Petrus Not. D. Imper. poſt tradita cōplevi, & dedi.

42. THEUDIGRIMUS filius Theudigrimi Lucenſis eandem ſedem aſſecutus eſt ann. 982. uſque ad annum 987. Hunc plures arbitrati ſunt, è nobiliſſima Tigrima gente fuiſſe alumnum, cujus ſtirpis fuit Tigrinus, qui nuper Aſſiſinatem Pontificatum digniſſimè geſſit in Umbria. XLIII.

43. ISALFREDUS huic ſucceſſit anno 987. rexitque Lucenſem Eccleſiam uſque ad ann. 990. XLIV.

44. GHE-

(1) A ſchiſmatico errore excuſari non poteſt Conradus ille: potuit tamen ab eo reſipuiſſe, ut de aliis Sanctis viris obſervat Baronius. Len.

XLV. 44. GHERARDUS filius Inghefredi Lucenſis ad eandem ſedem fuit promotus anno 990. extatque ejuſdem memoria uſque ad ano. 1002.

XLVI 45. RODILANDUS ſedit anno 1005.

XL VII. 46. GRIMIZZUS, quem Theugrimum Tuccius appellat, contenditque Tegrinæ gentis fuiſſe alumnum, reperitur hanc rexiſſe Eccleſiam anno 1014. uſque ad annum 1022. Hujus autem Epiſcopi temporibus Joannes filius Walperti Lucenſis Piſtorienſium Præſul plura bona dilargitus eſt Eccleſiis SS. Pantaleonis, & Reparatæ Lucenſis diœceſis.

XL VIII. 47. IOANNES Lucenſis, filius Gothifredi, hanc ipſam Eccleſiam cum laude præcipua adminiſtravit ab ann. 1023. uſque ad annum 1056. Siquidem in Lucenſi Cathedrali, perque omnem diœceſim Canonicos ad communem convictum traduxit, poteſtate ad id ſibi facta à Leone IX. Pontifice, quam ejuſdem Pōtificis bulla promit, in Lucenſi archivo diligentiſſimè aſſervata ſub anno 1051. 4. id. Martii. En Diploma ex originali in tabul. Canonic. Lucen. deſumptum.

LEO EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Canonicis principalis, ac majoris Eccleſiæ in Civitate Luca Deo, ac S. Martino confeſſore regularem vitam inibi ducendo, & caſtitatem ſervando famulaturis perpetuam in Domino ſalutem.

CUM ad bona Eccleſiarum firmiter obtinenda magna ſit adhibenda ſollicitudo, ut eorum qui caſte, ac regulariter ſancto altari ſervire deſiderant, animæ ſerventur, & corpora, avidiori eſt procurandum deſiderio, quia dum inibi laborant fideliter deſervire, oportet eos in Canonicum uſum victus, ac veſtitus accipere, ne dum iſta præ neceſſitate quæritant, culpam vagationis incurrant. Huic ſiquidem veſtro defectui benevolam compoſitionem, ac benignam proviſionem volentes impendere, pia Apoſtolica authoritatis pagina omnia, quæ ad communem uſum regulariter vivendi modo habetis, vel in perpetuum habituri eſtis, aut Epiſcopi veſtre conceſſione, qui nunc eſt benevolus, & hilaris veſter adjutor frater, & Coepiſcopus noſter Joannes, aut ſucceſſorum ſuorum, vel aliquorum fidelium charitativa donatione, volumus rata vobis, & confirmata, & nulla ratione violanda eſſe, & ſi Dominus Deus humilitatem Eccleſiæ ſuæ miſericorditer reſpiciens Eccleſiam veſtram ab uxoratis presbyteris, & omnino a Dominica oblatione repellendis liberaverit, pro inceſtis caſti, pro immundis mundi reſtituantur, & bona, quæ habeat Eccleſiaſtica, quæ illi luxurioſe vivendo diſſipantur, in cōmunem uſū Canonicè cohabitantium redigantur, ſicque horum exoptabilius interitus paſtoralis fiat familiæ deſideratiſſima ſalus, nec in præbendis dandis aliquam precii, aut venditionis moleſtiam ab Epiſcopo ſuo ſuſtineant hic fidelis conventus. Uſque modo igitur tenebræ, nunc autem lux facta in Domino, ut filii lucis ambulate, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & Patrem D. Jeſu Chriſti, quoeſt benedictus in ſæcula, qui & vos conſervet, & confirmet in fraterna concordia, diſſipator veſtræ Congregationis diſſipetur, contradictori contradicatur. Quilibet Epiſcopus veſter vos in hoc ignorans, & de quo dictum eſt aſſimiletur, quia omnis ignorans ignorabitur, Coadjutor veſter per Martinum ſanctum ſemper adjutus congaudeat optamus Divina retributione verè dicens, adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Datum 4. id. Martis per manus Federici Cancell. Vice Domini Herimanni S. Apoſt. ſedis Archicancell. & Colonien. Archiep. anno D. Leonis IX. Papæ iii. ind. 4.

Contradus Imperator ab Epiſcopo Joanne exoratus, Giſlaque Imperatrice, donationem Bernardi cognomento Benſo, qui Monaſterium ædificaverat in Eccleſia S. Michaelis ad forum, ut vocant, intra muros, anxeratque invidioſis fortunis, ratam habuit, portionemque confirmavit oppidorum Mozarji, de Lacuna, de Verrucula, Caſtelli S. Donnioi, duorumq; aliorum Caſtellorum, cum aliis bonis, ut ex ſubjecto diplomate lector videbit.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. Contradus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

A *SI ſacris locis opportuna præſidia Imperialis juvaminis conferre ſtuduerimus, æternæ Beatitudinis præmium à Deo conſequi non dubitamus. Quapropter omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſque omnibus loquendo patere volumus Joannem Lucanæ Eccleſiæ ven. Epiſcopum, interventu Joannis ſummi Præſulis, & univerſalis Papæ, necnon Giſlæ Imperatricis noſtræ dilectæ conjugis, atque Arbonis Moguntinenſis Archiepiſcopi, & Placentinæ venerab. Rifredi Epiſcopi, atque Ugonis Capellani, & Cancellarii noſtri, aliorumque multorum, quorum hic nomina inſerere longum eſt, adiiſſe noſtram clementiam, ſuppliciter poſtulans, quod Imperialis roborationis præcepti, quidquid chartula offerſionis, Berardus, qui & Beazo vocatur, in Eccleſia S. Michaelis Archangeli, quæ eſt ſita intra muros Urbis Lucæ, ubi ad forum dicitur, ubi & Monaſterium facere diſponit prædictus Epiſcopus pro ſua anima, ſuorumque parentum remedio, devotè obtulerat, firmam, & inconvulſam donationem pro amore Dei, noſtraque animæ remedio largiamur. Nos itaque juſtis ejus petitionibus pietatis clementia annuentes per præcepti hujus tenorem perpetuo*

B *jure prælibato Epiſcopo Lucano, ejuſque ſucceſſoribus habenda, & poſſidenda concedimus quæcumque prædictus Berardus præfatæ Eccleſiæ, ſive ex patrimonio, ſeu quovis acquiſitionis ordine, vel præceptorum authoritate proprio jure ab eodem retenta obtulit. Prædia verò, ſicut in diverſis locis habeantur, hic breviter inſerere ratum duximus. Curtem contulit, quæ dicitur de ..... cum omnibus ſuis pertinentiis. Portionem ſuam integrā de Caſtello de Nozzano, necnon & integram portionem ſibi pertinentem de Caſtello, & Curte, quæ Vetucula dicitur. Portionem autem integrā ſuā de Caſtello, & Curte S. Domnini. Portionem integram ſibi pertinentem de duobus Caſtellis, & Curte, quæ dicitur ad Crucem. Quemadmodum igitur Berardus præfatus prætaxatæ Eccleſiæ obtulit omnia, quæ ſuprāſcripta ſunt, vel ſi quæ ſunt alia, quæ brevitatis ſtudio, vel in rerum oblatione prædicto Berardo pertinentia, ut non habentur inſerta, cum omnibus ſuis pertinentibus, ubicumque poſſidere ipſe viſus fuerat, & ei legitimo jure debebantur Eccleſiis,*

C *titulis, terris, rationalibus, & incultis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, & omnibus appendiciis. Ita nos pro Dei timore, noſtraque animæ remedio hujus noſtri Imperialis præcepti roboratione, necnon & ſub noſtra Mundiburdii defenſione prædicto Joanni Epiſcopo, vel ejus ſucceſſoribus jure proprio in perpetuum donamus, concedimus, largimur, atque ſubnixa ſtipulatione firmamus. Volumus itaque, ut noſtra Imperiali cura, ac ſollicitudine, quam venerabilibus locis ſemper impendere debemus, ut à nobis, noſtriſque ſucceſſoribus prædicta Eccleſia ſit tuta, atque defenſa uſque in perpetuum, atque ſub noſtri Mundiburdii tutamine etiam cum omnibus ſuis pertinētiis præcipimus. Præcipiētes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu qualibet Regni noſtri magna, parvaque perſona prædictam Eccleſiam S. Michaelis, de ſuis rebus, omnibus diſveſtire audeat, aut aliquam violentiam inferre præſumat. Si quis igitur hujus præcepti, atque Mundiburdii violator exſtiterit ſciat ſe compoſiturum auri optimi lib. centum, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam verò medie-*

D *tatem præfatæ Eccleſiæ S. Michaelis. Quod ut verius credatur, manibus propriis præſentem paginam roborantes, ſigilli noſtri, &c.*

Datum, &c. Anno Incarn. D. 1027. 7. id. Aprilis ind. 10. Anni D. Conradi II. regnantis 3. Imperii.

Anno verò 1047. Joannes à Bonifacio Duce, & Marchione Etruriæ de nonnullis caſſuris rebus inveſtitus fuit. Documentum habemus ex antiquo manuſcripto codice Lucenſi apud Franciſcum Mariam Florentinum, ad calcem lib. memorabilium Mathildæ Comitiſſæ; ſic enim ſe habet.

Dum in Dei nomine in Civitate Luca in palatio D. Imperatoris in judicio reſediſſet Donnus Bonifacius Marchio, & Dux ad cauſas audiendas ac deliberandas, adeſſentque eum Rotecberias, Leo, Flaiperto, Rolando, Joannes, Sigaifredo, Vuido Berardo, Teuperto, Bernardo Judicibus, Ildebrando, Teudigrimo, Uberto, Andreas, Rodulfo, Petrus Notarii, Ubaldo Vicecomes, Alberto filio Roberti, & Ardingiſco Vualfridi germani, filiique Ardinghi, qui fuit Comes Uberto,

& Ro-

& Rolando fratribus fil. q Andingardi . . . Bonaldo filio q Comiti . . filioq Lei, Raynerio filio q. Cunimundi, & reliqui plures: ibique comparuit veniens prædictus Joannes Epiſcopus Lucenſis cum Rodulfo Notario advocato ſuo, cæperuat dicere: jam plures vices reclamavimus ad vos Domino Bonifacio Marchio de Vuido olim filio Teodici, qui fuit Comes qui contendit, & contradicit nobis à pars prædicta Eccleſia Epiſcopatui noſtro S. Martini decem Caſſuris cebus, illis maſſaritiis, quæ eſſe videntur in loco, & finibus Camuliano quatuor ex ipſis dicit à Brinciteratico, una regitur per Martino filio q Joannis; ſecunda, & tertia regitur per filiis q. Oddi, quarta per Alberto da Botri, Quinta per filios q. Bonuti; Sexta per filios q Lei de Campo ad laborandum detinet; Nono & Decima dicitur ad Vignalia, una petia fuit pro filiis q Iſqulalori, ſecunda regitur pro Beritio, & Bonitio germanis cum ſuorum pertinentiis, & caſis, & caſinis, ſeo caſalinis, atque rebus in loco, & finibus vico, tam infra ipſo Caſtello, ubi dicitur Surtſule, quam & de foris in loco, & ubi dicitur Aſcanio prope ipſo Caſtello, unde plures vices eum vociferare feciſti, ut ad veſtrum placitum veniſſet, & nobis exinde legem, & Juſtitiam feciſſet, & nemo venit, unde deprecamur vos Domino Bonifacio Marchio, & Dux propter Deum, & anima D. Imperat animæque mercede nobis de præd. Caſinis, & terris, ſeu caſis, & caſſinis, & rebus inveſtiatis à pars præd Eccleſiæ Epiſcopatui S Martini ad ſalvam querelam, aſque dum ipſe Vuido Comes ad placitum veniat, & legem, & juſtitiam eninde faciat ad pars præd. Eccl. Epiſcopatui S Martini Tunc ipſe D Bonifacius Marchio, & Dux per fuſtem, quam in ſuis detinebat manibus, præd Joanne Epiſcopo cum præd. Rodulfo Notario Advocato ſuo de jam dd. Caſis, & Caſſinis, ſeu terris, & rebus, qualiter ſupra legitur, inveſtivit ad Salvam querelam, uſque dū ipſe Vuido Comes ad placitum venerit, & legem, & juſtitiā eninde fecerit à pars præd Eccleſ & Epiſcop S Martini, inſuper miſit Bannum D Imperat. ſuper eodem Joanne Epiſcopo, & præd Rodulfo Advocato ſuo, & ſuper ipſas res, ut ſi eſt ullus homo, qui pars præd Eccleſ. & Epiſcopatui S. Martini diſveſtire præſumpſerit, ſine legali judicio duo millia Mancuſos aureos componat, medietatem pars cameræ D. Imperatoris, & medietatem parte præd Eccleſ. & Epiſcopatui S. Martini Unde hanc chartulam pro ſecuritate, & futura oſtenſione partis præd. Eccleſ Epiſc S. Martini, oſtendende facta eſt quidem, & ego Leo Not. D. Imperat juſſione præd Domini Bonifacii Marchionis, & Ducis, & ſeu Judicum admonitione ſcripſi, anno D. Incarnat. 1047. 3. non. Decembris, ind 1.

Bonifacius Marchio, & Dux ſſ.
Rotbechcinus Judex ſacri palatii interfui.
Flaipertus Juden D. Imp. interfui.
Joannes Judex Sacri Palatii interfui.
Evide Judex D. Imp interfui.
Rolandus Judex ſacri Palatii interfui.
Bernardus juden D Imp interfui.
Sigifredus Juden D Imp interfui.
Teupertus Juden ſacri Palatii interfui.

* Perveniſſe Joannem ad annos 1056. docet documentum ejuſdem, actum eodem anno ab incarnatione 6. Kal. Junii, indictione 9. pauloque poſt exceſſiſſe fatendum eſt, cum initio ſequentis anni 1057. 9. Kal. Aprilis indict. 10. Anſelmus Badagius jam Lucenſis Epiſcopus Eccleſiæ S. Fridiani aliqua bona locaverit. Eodemque anno 15. Kal. Aprilis indict. 11. Stephanus XI. Papa anno I. ſui Pontificatus confirmat Eccleſiæ Lucenſi privilegia ab Othone Imp. eidem conceſſa, eximitque clerum à laicorum ſubjectione, una cum bonis, ac familiis obnoxiis, *interventu dilectiſſimi coepiſcopi noſtri Anſelmi Lucenſis Epiſcopi*, hæc ſunt verba Pontificis. Lucenſis Epiſcopus erat unus de ſuffraganeis Romani Pontificis: videndus Baronius ad annum 1057.

* Ex App. tom. 5.

XLIX — a Seu Bagius — * Ex App tom. 5.

48. ANSELMUS Badagius a Mediolanenſis, adlectus fuit Epiſcopus Lucenſis anno 1056. * Jam Epiſcopus conſecratus erat an. 1058. cum produxiſſet Apoſtolicum privilegium de Eccleſia S. Alexandri coram Gottifredo Duce, quæ illi adjucatur, ut ex documento liquet aſſervato in tabulario Lucenſis Eccl. cujus: tenor talis eſt.

Dum in Dei nomine intus caſa, quæ eſt ſala de Palatio de civitate Lucenſe in judicio reſediſſet D. Gottifredus Dux, & Marchio ad cauſas audiendas ac deliberandas reſidentibus cum eo Flaiperto Iudex miſſus D. Imperatoris, Teudigrimus Hubertus, Teupertus, Vuido Ioannis, Sigifredus, Teerus Teutonis, Sigefredus, Bernardus, Vido Judicibus, Leo, Vuido, Siginolphus, Antonio Notariis Domini Imper. Kadulo filio bo. mem. Vuidi, Rodulphus filius Gerardi, Pagano fil. bo. me. Rolandi, Hildebrandus, & Henrigus germani fil. bo. me. Sigefredi, Sigeſmundus fil. bo. mem. Magineri, Ugo Vicecomes, & alii plures eorum veniens præſentia Anſelmus Epiſcopus Lucenſis una cum Chriſtophano Avocato ſuo . . . unum quem habebat . . . Apoſtolica Sedis B. Petri Romana Eccleſia, de Eccleſia illa cui vocabulum eſt B. S. Alexandri, quæ eſt poſita infra iſta civitate Lucenſe, cum ſuo pertinentia, & cœpit dicere ipſe Anſelmus Epiſcopus cum prædicto Chriſtophano advocato ſuo ab eo te detineo a pars prædicta Romana Apoſtolica Eccleſia per iſtum præjudicium prædicta Eccleſia S. Alexandri cum omni ſua pertinentia . . . quod exinde aliquis adverſus me dicere vult paratus ſum hic veſtris præſentiis, cum eo exinde ad rationem ſtandi, & legitime finiendi, & cum nemo ibidem ſe præſentaſſet, tunc ipſe Dom. Gottifredus Dux, & Marchio cum taliter Judice audivit miſit bannum D. Imp. ſuper eodem Anſelmo Epiſcopo, & ſuper jam dicto Chriſtoforo advocato ſuo ſuper Eccleſia B. S. Alexandri cum ſua pertinentia in mancuſos duo millia, ut nullus quilibet homo magna, parvaque perſona eundem Anſelmum Epiſcopum de ſupradicta Eccleſia S. Alexandri, neque de ſua pertinentia . . . legale judicio diveſtire præſumat, quis vero fecerit præd. duo millia mancuſos aureos compoſiturus ſe agnoſcat medietatem par. camera Dom. Imp & medietatem prædicti Anſelmi Epiſcopi, qui hanc notitiam pro ſecuritate futura, & oſtentione ſupradicti Anſelmi Epiſcopi oſtendendam fieri juſſimus quidem ego Raynerius Notarius Domini Imp. ex juſſione prædicti Dom. Gottifredi Ducis judicium ex ammonitione ſcripta anno ab Incarn. Dom. N. J. C. Dei æterni 1058. Kalend. Januarii Ind. 12.

† *Gottefredus Dux.*
† *Flaipertus Judex, & advocatus miſſus Dom. Imp. & Vicedomino dom. Anſelmi Epiſcopi ſſ.*
† *Ego Rolandus Judex S. Palatii interfui.*
† *Ego Hubertus Judex ſacri Palatii interfui.*
† *Ego Rolandus Iudex ſac. Palatii interfui.*
† *Ego Sigefredus Iudex Dom. Imper. interfui.*
† *Ego Vuido Iudex ſacri Palatii interfui.*

Interfuit deinde Anſelmus Romanos Concilio ſub Nicolao II. anno 1059. & 1061. Hic ex clariſſimis deinde in Eccleſiam meritis ad Pontificiam ſedem evaſit, ſub nomine Alexandri II. cujus præclarè res geſtas, præter cæteros Scriptores Baronius in Eccl. Annal. enarrat. Clarus miraculis exceſſit è vivis anno 1073. Adeò vero Lucenſis amans fuit Eccleſiæ, ut etiam Pontifex factus, nullum ſibi ſucceſſorem adſciverit, pluribus in bullis, quas Canonicorum aſſervat archivum, ſubſcriptus reperitur.

Ego Alexander Solus Dei miſericordia licet indignus S. R. E. Præſul, & Lucenſis Epiſcopus.

Huic ſuæ Eccleſiæ, ut Prolomæus Lucenſis affirmat, plura indulſit privilegia; Epiſcopo verò, ut pallio uteretur, atque more Archiepiſcoporum progrediens ante ſe Crucem delatam haberet, Canonicis autem, ut in publicis ſupplicationibus, mithriati Epiſcopum antecederent. Cathedralem S. Martini à fundamentis refecit 1060. quam deinde abſolutam ſolemni ritu dedicavit, prolato in illorum favorem ampliſſimo indulto, qui dictum Eccleſiam ea ipſa die quotannis inviſerent. Illius Cathedralis reſtaurationis amplum continet teſtimonium hæc ſtatim ſubjecta carmina in marmore ſupra portam ejuſdem Eccleſiæ affixo, in hunc modum inciſa.

Hujus quæ celſi radiant faſtigia templi
Sunt ſub Alexandro Papa conſtructa Secundo,
Ad curam cujus proprios, & Præſulis usus
Ipſe domos ſedes præſentes ſtruxit, & ædes,
In quibus hoſpitium faciens terrena poteſtas,
Ut ſic in æternum ſtatuens anathemate ſanxit,
Milleque ſex denis templum fundamine facto

Lu-

Luſtro ſub bino ſacrum ſtat ſine peracto.

Sicut nobiliſſimis ædificiis, ut vidimus, hic ſummus Pontifex Cathedrale Lucenſe templum reſtituerat, ita & privilegiis ampliſſimis ditare voluit, cujus Clerum, & Canonicos ad optimam vivendi normam reducere ſtuduit. Extant in tabulario eorundem Canonicorum, originaria de hac re nonnulla monumenta, quorum tenor talis eſt.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Lucenſis Eccleſiæ Clero, & Populo in perpetuum.

CUm Divina providentia dignatione nos in Sede Apoſtolica conſtituere voluerit, ut omnium Eccleſiarum generalem curam gerere debeamus, tum maximè illi Eccleſiæ ſtudium noſtræ devotionis ſollicitum eſt exhibendum, in qua ante ſuſceptum univerſalis regiminis opus Eccleſiaſtici officii neceſſitate laboravimus, & cui privata quodammodo dilectione prius deſervire ſtuduimus. Circa Lucenſem itaque Eccleſiam tanto ſpecialius noſtræ devotionis ſtudium deſideramus impendere, quanto, & illi privata ejus, & publica omnium cura compellimur providere. Id ergo igitur quod multis temporibus malè pullulaſſe, & in robur tam inveteratæ malitiæ comperimus excreviſſe, divini verbi gladio ſuccidere, & penitus extirpare optamus, ut Deo volente erutis ſpinis vitiorum in fertilem poſtmodum meſſem ſemen illuc ſatum valeat abundare. Ex multis temporibus hoc deteſtabile malum intra ipſam Eccleſiam inoleviſſe cognovimus, ut nulli unquam clerico, quamvis religioſo, quamvis ſcientia, & moribus prædito Eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi ei, qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet. Fiebat Eccleſia, & res ejus ita venalis, veluti quædam taberna, & vilis merx à negotiatoribus ad vendendum expoſita. Quod malum, quam deteſtabile, quantum Deo, ſanctiſque ſit contrarium, & ſacri Canones docent, & ferè omnibus manifeſtum exiſtit. Chalcedonenſe namque Concilium unum ex principalibus, ſimili pœna condemnat eos, qui ſacram manus impoſitionem (per quam Spiritus Sanctus confertur) mercari dignoſcuntur. Utroſque enim authoritate inexpugnabili illos à beneficio, iſtos ſacro ordine jubet repelli. Sacrorum verò Canonum authoritate docemur omnia, quæ Deo, vel ejus Eccleſiæ offeruntur, ſacra fieri ipſa oblatione, nullaque autem ſacra fieri poſſunt, niſi Spiritu ſancto, à quo omnis ſanctificatio procedit. Nam ſicut omnis quælibet res cum Imperatori defertur, Imperialis efficitur, ſic cum ex voto Deo, vel ſanctis offertur, divina, ac per hoc ſanctificata cognoſcitur. Non igitur mirum, ſi pari pœna conſtringit eos, qui aut ſacrum ordinem, aut ſacram rem Eccleſiæ vendere, ſeu emere audent, cum neutrum niſi Sancti Spiritus dono valeat ſanctificari. Præterea cum ſacrorum Canonum authoritas quatuor ex rebus Eccleſiæ jubeat fieri portiones, quarum una pauperibus, altera fabricis Eccleſiarum ſit impendenda, tertia Epiſcopo, quarta Clericis conferenda, ſicut pauperibus Eccleſiis ſingulæ partes gratis ſunt concedendæ, ita quoque reliquæ partes, nec ab ipſo Epiſcopo, vel clero ſunt retinendæ, aut vendendæ, ſed eis pro Evangelii præcepto, & officii ſui labore eodem modo conferendæ. In veteri quoque teſtamento cum adhuc gratia Evangelii non coruſcaret in mundo, legimus ſcelus hoc quantum abominabile eſſet, cum tempore Jeroboam quicumq; volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum, & propter hanc cauſam peccavit domus Jeroboam, & deleta eſt de ſuperficie terræ. Si verò domus Jeroboam ob hoc deleta eſt, quod pecuniam accipiens conſtituebat ſacerdotes in excelſis, non immeritò de libro vitæ cœleſtis eorum nomina delentur, qui interventu pecuniæ ſacerdotes, vel clericos in domo Dei conſtituunt. Puto enim, quod hi tales nunquam adverterunt Pſalmiſtæ ſententiam dicentis, quia non cognovi negotiationem, introibo in potentias Domini. Nam ſi quis ideò intrat in potentias Domini, quia non cognovit negotiationem, apertè conſequitur, ut non intret in eas, qui negotiationes, maximè Eccleſiaſticarum rerum, non ſolum cognoverit, ſed etiam exercuerit. In novo autem teſtamento humani generis redemptor omnes ementes, & vendentes de templo ejiciens cathedras vendentium columbas evertit, nummulariorum effundit æs, præcepti ſui authoritate denuncians, & dicens: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. In quo Salvatoris facto vigilanter eſt advertendum, quod non dicitur cathedras vendentium moviſſe, ſed everſiſſe, levius utique ferendum eſſet, ſi talium negotiatorum cathedræ moverentur, quam ſi everterentur. Sicut per Joannem Dominica voce Angelo idem prædicatori Epheſi Eccleſiæ dicitur: Age pœnitentiam, & prima opera fac, alioquin veniam ad te, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo. Illud quoque in eodem facto ſollicitè conſiderate, quod per totum textum S. Evangelii nuſquam reperitur, Dominum tanta ſeveritate, tam diſtricta cenſura juſtitiæ peccantes corripuiſſe, cum non ſolum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminavit de templo, apertè demonſtrans, quod tales negotiatores non ſicut cæteri peccatores ſunt corripiendi, ſed à templo Dei ſcilicet à S. Eccleſia longius ſunt projiciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur, ſic per nummularios Eccleſiaſtici beneficii venditores deſignantur, qui domum Dei, teſte evangelio, ſpeluncam latronum efficiunt, quia ab hujuſmodi mercatoribus quidquid poſſunt capiunt, & gladio ſuæ malitiæ, non corpora, ſed quod pejus eſt animas trucidare noſcuntur. Tempore verò Apoſtolorum cum multi rerum ſuarum pretia ad pedes eorum ponerent, Ananias, & Saphira, inſpirante ſancto Spiritu, voto cordis pretium agrorum ſuorum Deo obtulerunt, qui poſtmodum, quia ſuggerente diabolo, partem ipſius pretii retinere conati ſunt, voce B. Petri Principis Apoſtolorum Spiritui Sancto mentiti eſſe dicuntur, & quàm grave ſcelus contraxerint, utriuſque repentina morte monſtratur. Si ergo illi initio ſurgentis Eccleſiæ tam horribili pœna divinitus ſunt puniti pro eo ſolummodo, quod partem pretii retinuiſſent, quod ſolo voto Eccleſiæ obtulerant, quid dicendum eſt de his mercatoribus, qui non ſuas, ſed res Eccleſiæ in uſus ſuos, & propinquorum ſuorum non verentur vertere. Profectò ſicut deterius eſt diſtrahere, vel comparare res Eccleſiæ, non quas ipſi Eccleſiæ conferunt, ſeu quas pro animabus ſuis fideles offerunt, quam ſolam pretii partem rerum à ſe oblatarum retinuiſſe, ſic talium negotiatorum interitus gravior, & profundior, quam illorum eſſe convincitur. Ex hac quoque perſonarum venditione penè malorum omnium ſemina pullulare noſcuntur. Non ii, qui res Eccleſiarum, & potiora earum pretio ſtudent acquirere, non Deo, vel ejus Eccleſiæ velle famulari, ſed ſoli Mammonæ velle ſervire, veridica ratione probantur, ſicut etiam S. Gregorius de Simoniacis teſtatur, non vitam moribus componere, non ſcientia curant exornare, ſed ſolummodo aurum, & pecuniam, quibus res emant Eccleſiæ, inhiantes deſiderant congregare. Ac ſi tandem malitiæ ſuæ votum impleverint, & data numeroſa pecunia, rerum Eccleſiaſticarum penes ſe Dominium habere cœperint, tunc aperiunt, qua intentione Eccleſiæ militare decreverunt. Toto enim mentis annixu, undecunq; poſſunt, corradere pecuniam ſtudent, ut quæ prius evacuaverunt, poſſint redimplere marſupia, cujus aviditate impulſi, ſacris non parcunt altaribus, ſed veluti fures, & ſacrilegi profanas eis manus injiciunt, pauperibus, & Eccleſiarum fabricis decimas, & oblationes juſtè, & canonicè competentes more prædonum diripiunt, à mortuis etiam quaſi fiſci exactores importunis clamoribus, velut tributa exigunt. Terras quoque, quas fideles pro ſuis peccatis Eccleſiæ contulerunt, quia eas ex toto vendere non poſſunt ob viliſſimum redditum, pecunia accepta quibuſque concedunt. Inter ſe autem, ubi de lege Divina, & de animarum ſalute eſſet tractandum, litibus, & contentionibus, clamoribus, & injuriis perſtrepere non deſiſtunt. Quibus ad cumulum ſuæ damnationis non ſufficit, quod ipſi pereunt, ſed inſuper laicos, quibus ducatum rectæ vitæ præbere debuerant, ſecum malo exemplo trahunt in profundam inferni voraginem. Qua propter ego Alexander S.R.E. & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, imò minister indignus, tot, & tanta mala in multis Eccleſiis, & maximè in Lucenſi Eccleſia, ex iniqua concupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis iniquorum à diſtricto judice de manu noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decrevimus. Conſtituimus itaq; & præſenti decreto firmamus [ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur] ut nullus deinceps Epiſcoporum, Beneficium Eccleſiæ (quod quidam Canonicam, vel præbendas, ſeu etiam ordines vocant.) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat unquam conferre. Sed etiam miniſtros, & ſervitores Eccleſiæ gratis, & abſque ulla venalitate in ſancta Eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui majores ſacculos pecunia conferant. Sed eos, qui moribus, & diſciplina, atq; ſcientia divites pro officio ſuo ipſam valeant ſubſtentare Eccleſiam. Sponte Chriſti donaria non pro libitu cujuſque invito ſponſo venalia fiant, ſed gratis, &

pro

provisæ meritis tribuantur, nec audeat nullus cujuſcumque gradus ſit clericus per ſe, vel per interpoſitam perſonam aliquo ingenio pretium, vel dare, vel promittere, nec ipſi Epiſcopo, nec alicui ex ejus miniſtris, ſeu cuicumque magnæ, vel mediocri, aut parvæ perſonæ. Ne verò calliditas, & fraus Diaboli ſub ſpecie religionis aliquos ſuæ malitiæ laqueo capiat, conſtituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus cujuſcumque gradus Clericus pro Eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ Eccleſiarum, vel donariis Eccleſiarum, ſeu etiam quòd pauperibus ſit tribuendum, quia (teſte ſcriptura) qui aliquid malè accipit, ut quaſi benè diſpenſet, potius gravatur, quàm juvatur. Quod ſi aliquis divinorum præceptorum, & animarum ſalutis immemor, præſumtum beneficium Eccleſiæ iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi Concilio definitum eſt, gradus ſui periculo eum ſubjacere decernimus, nec miniſtrari poſſit Eccleſiæ, quam pecunia venalem fieri concupiunt, & inſuper terribili anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab Eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

† Ego Alexander ſolius Dei miſericordia S. R. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, & Lucenſis Epiſcopus, in hoc decreto ad confirmandum. SS.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Lucenſis Eccleſiæ Canonicis, ac filiis per omnia dilectis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

QUamvis eccleſiaſticæ diſciplinæ cenſuræ proſectò à Deo nobis commiſſo nos admoneat vigilanti cura univerſis Eccleſiis toto orbe terrarum diffuſis providere, ſpeciali tamen ſpeculatione noſtræ Lucenſi Eccleſiæ pro poſſe nos opitulari oportet, cujus regimen, antequam ad Apoſtolicæ ſedis curam vocaremur, divina nobis impoſuit providentia. Unde cum omnibus ſimpliciter, huic tamen dupliciter oculum noſtræ ſpeculationis intendere oportet. Nam quia inimico humani generis inſidiante, S. matris Eccleſiæ compoſitos mores ab antiquis Patribus inſtitutos prava quorumdam temeritas, ſeu potius cupiditas violare non metuit, idcircò ſtudioſos, ſollicitoſque convenit eſſe, ut quæ mala quotidie pullulant, mucrone juſtitiæ reſecentur. Nam cariſſimi filii veſtra benè novit dilectio, in noſtra prælibata Eccleſia peſſima inoleverat conſuetudo, ut ordines, & canonicæ ipſius Eccleſiæ ſic paſſim, & indiſcretè cuique tribuerentur, ut ille ſacerdotalis ordinis iniret officium, qui nec dum etiam Oſtiarii, vel Lectoris miniſterium ſuſcepiſſet. Nec ſtabili ordine ſervatum fuerat, quis miſſarum ſolemnia celebrare, quis ſanctum Evangelium, vel Apoſtolum legere debuiſſet. Indiſciplinatis etiam, & ſæcularibus clericis vita, & ſcientia longè ab Eccleſiaſtica doctrina ſejunctis prælibatæ Canonicæ conferebantur, nec tamen abſque interventu pecuniæ, vel etiam præmiorum, qui ipſam Eccleſiam potius perturbare, quam moribus videbantur ornare. Quæ omnia quantum Deo, & Eccleſiaſticæ religioni contraria, & inimica exiſtant, nullum ignorare putamus, vobis autem tanto verius ſunt cognita, quanto divinitus ſuſtentata. Quapropter divino adjutorio ſimul, & Apoſtolica fulti authoritate, hæc deinceps reſecanda, & in melius reformanda decernimus, eo ſcilicet tenore, hac ratione, ut ex triginta ordinibus qui in jam nominata Eccleſia eſſe noſcuntur, duodecim Presbyteris traderentur, qui quotidie miſſarum ſolemnia, & quæ ſacerdotali officio congruunt, peragere poſſent; Septem verò Diaconos, totidem Subdiaconos in his ſemper ordinibus, qui competenter Eccleſiaſticum officium juxta ordinem ſuum adimplere valerent. Reliquos verò choro tantummodo deputavimus. Nos ergo in præfatis ordinibus ita elegi decrevimus, ut ſi quando Deo vocante, aliquis eorum ex hac luce deceſſerit, loco ejus nullus alius ſubrogetur, niſi ille, qui decedentis officium integritate vitæ, & puritate ſcientiæ valeat adimplere, ut ſi Presbyter fuerit deceſſor loco ejus, vel Presbyter ſubſtituatur, vel qui eodem anno Presbyterii valeant honorem accipere. Similiter de Diaconibus, & de Subdiaconibus eadem ratio, idemque ordo procedat. Horum autem omnium ordinationem, ita Deo annuente volumus canonicè fieri, ut nulla venalitatis fraus, vel pecuniæ interventus aliqua poſſit ratione ſurripere, ſed gratis & abſque ullius commoditatione conſiſtat, niſi ordinandus non ſtatuto pretio, ſed ſua ſponte ad utilitatem, vel honeſtatem Eccleſiæ aliquid largiri voluerit. Avaritiam etenim de Templo Dei eliminandam ſacrum teſtatur Evangelium, quod refert, & Dominum per ſe ipſum nummulariorum æs effudiſſe, & cathedras vendentium columbas evertiſſe. Officium autem ipſius Eccleſiæ ita ad honorem Dei fieri volumus, ut omni die una ſolemnis miſſa cum Diacono, & Subdiacono hora tertia celebretur cum canonicis horis, ſicut conſuetudo depoſcit Matricis Eccleſiæ. Illud quoque non minima correctione indigere proſpeximus, quod quidam clericorum plus ſuæ avaritiæ, quàm Eccleſiæ conſulentes, in duabus, vel etiam in tribus Eccleſiis miniſtrare noſcuntur, & cum uni vix congruè, & opportunè ſufficiant, ambitu pecuniarum illecti duabus, vel tribus, ſicut diximus, ſuum officium pollicentur. Sicque fit, ut dum plures viciſſim percurrunt, nullam canonicè, & juſtè regere valeant. Quapropter hanc quoque cauſam in melius reformantes conſtituimus, & præſenti decreto firmamus, nullum qui in majori, & Matrici Eccleſia deinceps fuerit ordinatus, aliam præter ipſam poſſe tenere Eccleſiam, ſed ſicut ſacri præcipiunt canones, ipſa, & ſola contentus, ut competens in ea poſſit exercere ſervitium. Nec vagus, & inſtabilis huc, illucque diſcurrat, ſed ſingulari Eccleſiæ, qua fixus, & immobilis perſeverit. Quod ſi quis temerario auſu hæc omnia, quæ ſalubriter ad utilitatem S. Eccleſiæ conſtituta ſunt, violare vel infringere temptaverit, noverit ſe Apoſtolica authoritate, niſi reſipuerit, gradus ſui periculo ſubjacere, & Eccleſiaſtici beneficii fieri expertem, & inſuper pro ſua temeritate à Clero repulſus, laicorum tantum communioni deputetur. Si vero adhuc quoque obſtinato animo in eadem pertinacia manere præſumpſerit, & admonitus ad hoc, quod ſalubriter decrevimus, reverti noluerit, a liminibus S. Matris Eccleſiæ, quam impugnare non deſinit, alienus exiſtat. Conſervator autem hujus noſtræ Canonicæ diſpoſitionis, Apoſtolica ſit munitus interceſſione, & gaudeat cæleſti repletus benedictione.

Ego Alexander Solius Dei miſericordia, licet indignus S. R. & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, & Lucenſis Epiſcopus in hoc decreto à me facto ad confirmandum ſſ.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Clero, & Populo S. Lucenſis Eccleſiæ in perpetuum.

QUamvis circa omnes Eccleſias per orbem terrarum longè, latèque diffuſas pro earum gubernatione oculum noſtræ ſpeculationis intendere oporteat; præcipuè tamen erga Lucanam Eccleſiam attentiſſimè vigilare nos convenit, quia ei, & propter Epiſcopatus ſuſcepti adminiſtrationem, & pro univerſalis Apoſtolicæ conſideratione dupliciter quodammodo providere compellimur, qua de cauſa hoc noſtri cordis, Deo aſpirante, voluntas ſemper inhærere debebit, ut quæ in ea vel incuria, vel malitia quorumdam hactenus malè pullulare cognovimus, reſecare, & emendare ſtudeamus, & quæ ad honorem, & ſalutem ipſius eccleſiæ ſpectare videantur, congruè ordinare, & firmiter ſtatuere debeamus. Ante noſtra etenim tempora prædeceſſores noſtri, qui eidem eccleſiæ præeſſe viſi ſunt, ſeu propter carnalium propinquorum affectus, ſeu pecuniæ amore illecti, vel etiam quorumdam potentium nimia importunitate devicti, caſtella, terras, poſſeſſiones ipſius eccleſiæ ita indiſcretè ſuperflua effuſione largiti ſunt, ut nec ſibi, nec familiæ ſuæ, vel reliquis ſibi miniſtrantibus, prout cõgruebat, in propriis neceſſitatibus ſuccurrere potuiſſent. Fiebat itaque propter rerum penuriam, ut ordines ſacros, & eccleſiaſtica officia, quæ pure, & abſque ulla venalitate, ſolo vitæ æternæ intuitu concedi oportet, pro pecuniæ acceptione, & diverſorum munerum exactione, profanis quibuſdam, & indignis tribuerunt, & quod omnes catholicos deteſtari, & abominari oportet de morte animæ vitam corporis ſuſtentarent. Proinde Divina inſpiratione commoniti, ne de cætero tam grave peccatum ex occaſione paupertatis emergat, præſenti decreto conſtituimus, & Apoſtolica authoritate firmamus, ut nullus deinceps Pontificum, quibus ipſa ſancta eccleſia commiſſa fuerit, caſtella, manſos, terras, poſſeſſiones, quas non modo ad manus noſtras habemus, vel quas ipſa eccleſia in antea, Deo largiente, pure, & abſque contradictione acquiſitura eſt, præter illa, quæ in beneficium nunc uſque dari conſueverunt, aliquo ingenio alienare, vel offerre, ſeu alicui dare moliatur (niſi neceſſitate cogente in pignus ca ſine malo ingenio ad tempus tradiderit) ea ratione, ut

ante

A *ante ſtatutum tempus eas perſolvat, & recipiat. Ita ſanè omnem alienationem, & quamcumque dationem penitus interdicimus, ut nemo in poſterum præſumat, prædictas res eccleſiæ, vel per beneficium dare, aut per libellum concedere, aut quovis modo alicui perſonæ tribuere, niſi tantùm agricolis, & laborantibus, & ipſi epiſcopo, vel ejus miſſo, aut miniſteriali rationem reddentibus, ſed omni tempore intacta, & illæſa ſubſiſtant ad utilitatem epiſcopi, & ſuæ neceſſitatem familiæ ſubſtentandam. Ne vero in dubium venire poſſit, à quarum rerum traditione nos noſtroſque ſucceſſores per omnia volumus abſtinere, præſentis decreti pagina nominatim illas inſerere, adnotari præcipimus, ne vel ipſos epiſcopos, vel procaces, & importunos petitores latere poſſit ipſarum rerum notitia.* Hic enumerata bona conſulto relinquuntur. *Hæc itaque omnia, quæ præſenti decreto connumeravimus, & ſi quæ alia noviter acquirenda, quæ Deus in manus noſtras, vel noſtrorum ſucceſſorum, ſicut ſuperius dictum eſt, dare voluerit, eo modo ordinamus, & firma ſtabilitate componimus, ut ſemper deinceps ad manus Lucenſis Epiſcopi teneantur & ad* B *privatas ejus rationes ſpectare videantur, ut ex his valeat ſuæ utilitatis ſimul, & honeſtati conſulere, ac ſuæ familiæ decenter neceſſitati ſuccurrere. Id ſi quis noſtrorum ſucceſſorum hæc, quæ ſalubriter ad Eccleſiæ honeſtatem, & ipſius Epiſcopi utilitatem ſtatuta ſunt, temerario auſu infringere, vel violare præſumpſerit, vel carnali amore, vel iniqua cupiditate devictus contra hæc aliquo ingenio venire temptaverit, pro ſua præſumptione nodo excommunicationis, & maledictionis alligatus ſe eſſe cognoſcat, & ab Epiſcopali officio uſque ad ſatisfactionem removendum, itaut omne damnum, quod ex ſua malitia ſibimet ipſi, & Eccleſiæ ex hac re intulit, reſarcire cogatur. Ut vero omnia, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, firma, & illibata, Deo authore ſerventur, hanc decreti paginam manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli noſtri impreſſione confirmari præcipimus.*

† *Ego Alexander ſolius Dei miſericordia licet indignus S. Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, & Lucenſis Epiſcopus in hac conſtitutionis à me facta pagina SS.*

L.
a Picinellus in Athen. litterat. Mediolan. pag. ex familia de Badagio Mediolanen. Alexandri II. Nepotem dicit. Mand.

49. S. ANSELMUS *a* Monachus S. Benedicti ab C Alexandro II. Presbyter Cardinalis creatus, ab eodem Pontifice paulò antequàm è vivis excederet, Lucenſis Epiſcopus eſt deſignatus anno 1073. monitus à Gregorio VII. ne inveſtituram epiſcopatus ab Henrico Imperatore reciperet ſequenti epiſtola.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Anſelmo Dei gratia Lucenſium electo Epiſcopo, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Q*Uoniam fraternitatem tuam ſinceræ charitatis affectu & dileximus, & diligimus, quæ tibi, ſeu verbis, ſeu literis ſuper uditate vitæ tuæ ſcribere curamus, ut indubitanter accipias, oportet ut enim viam, qua ambules, poſtulaſti tibi notificaremus; nullam novam, nullam expeditiorem ſcimus ea, quam nuper dilectioni tuæ ſignificavimus, videlicet te ab inveſtitura epiſcopatus de manu Regis abſtinere, donec de communione cum excommunicatis Deo ſatisfaciens, rebus benè compoſitis, nobiſcum pacem habere Perſonæ namque tales hoc opus conantur perficere; chariſſima* D *utique filia noſtra Agnes Imperatrix, nec non & glorioſa Beatrix, cum filia Mathildi, Rodulfus quoque Dux Sueviæ, quorum religioſa conſilia ſpernere, nec poſſumus, nec debemus. Quod ſi præfati operis perfectio dilationem quacumque occaſione contigerit habere, interea noſtræ familiaritati poteritis adhærere Romæ, & nobiſcum ſeu adverſitatem, ſeu proſperitatem communicare. Datum Capuæ Kal. Septemb. Ind. incipiente XII.*

Hic vir fuit, qua doctrina, qua ſanctimonia vitæ illuſtris. Magna Comitiſſa Mathildis illum habuit à confeſſionibus, cujus precibus exorata, viſendum S. Benedicti Mantuanum fundavit Cœnobium, auxitque invidinſia fortunia. Ærumnoſis inſectationibus ab Henrico Imperatore impetitus eſt, deque ſua ſede deiectus, ad quam illum inauguraverat VII. Gregorius, cujus familiariſſimus erat; tametſi ipſe, ut ſibi impoſitam excuteret dignitatem, ad Mantuanum clauſtrum transfugerit. Sed parere coactus, ab A Henrico eam, quam diximus, calamitatem accepit, Petrumque Pſeudo Pontificem intruſum excepit. Itaque cum in Inſubriam ad VII. Gregorium confugiſſet, ibi ab eodem Pontifice Vicarius renunciatus eſt, ubi ſchiſmaticos prudentia ſingulari retudit, Pōtificiaſque partes mirabiliter erexit ſcribendo. Canonum collectam copioſiſſimam concinnavit, quàm deinde Gratianus abſolvit. Edidit præterea ſuper Pſalmos, Hieremiamque Prophetam egregium commentarium, aliaque monumenta reliquit, quæ ſancti egregiam ingenij laudem abundè deprædicant. Mantuæ deceſſit anno 1087 *b*. inque numerum Sanctorum relatus eſt, cujus feſta dies celebranda recurrit 18. Martij. In Mantuana Cathedrali conditus iacet, cujus meminit Romanum Martyrologium, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſ. *c* Sigibert. in Chron. Veſpergen. & alij. Sed hic non omittenda monumēta duo donationis Comitiſſæ Mathildis, factæ huic Lucenſi Epiſcopatui, Anſelmo noſtro Epiſcopo ſuperſtite, ex Tabulario huius Eccleſiæ à Florentinio B extractæ, ſic enim ſe habent.

b 1086.

c Et Oudin in ſupplem.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Anno ab Incarn. ejus M LXX.VIII. 6 Kal. Octobris ind. II.

*Conſtat me Mathilda Dei gratia inclita Comitiſſa Tuſciæ ex genere Longobardorum relicta bonæ mem. Gottifredi Ducis, & filia bo. me. Bonifacii Magni Ducis, & Marchionis Tuſciæ. Quia ego ex parte ſupradicti viri mei. qui fuit Salicus lege videor vivere ſalica in atramentario pennam, & pergamenam manibus meis de terra levavit, & Ruſtichi Notarii D. Imperatoris ad ſcribendum tradidi per vuaſonem terræ .... & fiſticum nodatum, ſeu ramo arborum, ad quæ per Coltellum, & guantone, ſimulque andilagine ſic per hanc chartulam juxta Saligorum conſuetudinem pro animæ meæ remedium, & remedium animarum ſupradicti Bonifacii, qui fuit genitor meus, & glorioſæ Beatricis Comitiſſæ genitricis meæ offero tibi Deo, & Epiſcopatui S. Martini, qui eſſe videtur ædificato infra Lucenſem Civitatem, ideſt meam portionem ex integra de monte, & poio, ſeu Caſtello illo qui dicitur Decimo de monte, & Poio, ſeu Caſtello vero ipſo cum curia. & turre, & caſis infra ſe, & ſu*C*per ſe habentes in circuitu ſuo, & cum fundamento, & omni ædificio ſuo competi exinde mihi quartam portionem ipſam vero & integram meam portionem, & quantum mihi exinde, per quantumque ordinem eſt pertinentes, & cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſuras ſuas tibi Deo, & ſupraſcripta Eccleſia S. Martini offerre prævideor tali ordine, ut ab hodierna die in ipſius Eccl. & Epiſcopatu S. Martini, & de illo Epiſcopo qui ibi pro tempore ordinatus, & electus fuerit, in ejus ſint poteſtate ſupraſcriptam meam portionem de prædictas res, quas in ipſius Eccleſia, & Epiſcopatu S. Martini offerimus eas habendi, tenendi, poſſidendi, & imperandi, laborare faciendi, & uſufructuandi, & ſi opportunum fuerit licentiam, & poteſtatem habeant prædictus Epiſcopus cauſas exinde agendi, querimonias faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus ad pars ipſius Eccleſiæ, & Epiſcopatu S. Martini defenſandi cum chartula iſta offerſionis qualiter juxta legem melius potuerit pro animæ meæ remedium, & per remedium prædictorū Bonifacii, qui fuit genitor meus, & glorioſæ Beatricis Comitiſſæ genitricis meæ ſtabilem per*D*maneat ſemper; & ſi aliquo tempore ego qui ſupra Mathilda Dei gratia inclita Comitiſſa, vel meos hæredes tibi Deo, & ipſius Eccleſia, & Epiſcopatui S. Martini, ut ad illud Epiſcopus, qui ibi pro tempore ordinatus, & electus fuerit ſupraſcriptam portionem de prædictas res quas in ipſius Eccleſiæ, & Epiſcopatum offerri aliquando tempore in aliquid exinde intentionaverimus, aut retolli, vel ſubtrahi quæſierimus, nos, vel ille homo cui nos eas dediſſemus, & dederimus pro colibet ingenium, & eam ad partem prædicti Epiſcopatus ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, tunc feramus ad partem ſupradicti Epiſcopatus mulctam, quod eſt auri optimi uncias 20. & argenti pondera 40. & hoc quod ſupradictæ Eccleſiæ obtuli in duplum inſer quidem loco ſub exiſtimatione quale tunc fuerit, & nec ſic valeamus, nec poſſamus diſrumpere, vel infringere, ſed præſens hæc chartula offerſionis meæ diuturnis temporibus firma, & ſtabilis perſiſtat perpetualiter inconvulſa conſtipulatione ſubnixa, ſic tamen ſi nos exinde authores nec defenſores quærere, nec dare volueritis licentiam habeatis abſque*

no-

noſtra perſona ſi veſtra fuerit voluntas; exinde cauſas agendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus pars ſupradictæ Eccleſiæ Epiſcopatus S. Martini defenſandi cũ cartula iſta oblationis, & traditionis meæ qualiter juxta legem melius potueritis, & ita in hoc ordine hanc cartulam ego Matilda tibi Ruſticus Notarius ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogavi.

Actum in loco ubi dicitur S. Cipriano prope Peruſiam.

Ego Matilda Dei gratia Dux in hac chartula à me facta SS.

Flacopertus Juden, & Miſſus D. Imperatoris.

Ubertus Juden Domini Imperatoris

Gerardus Judex ſacri Palatii SS. & †

Signum manus Roberti filius bon. mem. Rolandi rogatus interfui.

Signum manus Rolandi filii bon. mem. Allardi rogatus interfui.

Ruſticus Notarius D. Imperatoris poſt traditam complevi, & dedi.

Alterum monumentum donationis Comitiſſæ Mathildis Eccleſiæ Lucenſi eſt tale.

In nomine D. N. Jeſu Chriſti Dei eterni.

Anno ab Incarnatione ejus 1079. 15. Kal. Octobris Ind. 3. Manifeſta ſum ego Matilda Marchioniſſa, & Ducatrix relicta bon. mem. Gottifredi, qui fuit Dux, & filia bon. mem. Bonifacii, qui fuit ſimiliter Dux, & Marchio.

Quia ego qui ſupra Matilda Marchioniſſa profeſſa ſum ex natione mea legem vivere videor Longobardorum, ſed nunc modo pro parte ſupradicti Gottifredi, qui fuit viro meo, legem vivere videor Saligam. Quia ego qui ſupra Matilda Marchioniſſa, ac Ducatrix ſecundum legẽ meã Saligã cum atramentario pinnã, & pergamenã manibus meis de terra levavit, & Cunradi Notarii D. Imperatoris ad ſcribendum tradidi per Vuaſonem terra, & fiſtucum nodatum, ſeu ramo arborum, atque per cultellum, & vuantonecionem, ſeu andilaginem ſic per hanc chartulam juſta legem meam Saligam dono, trado, cedo, atque offero tibi Deo, & Eccleſia, & Epiſcopatui S. Martini, quæ eſt conſtructa, & levata infra Civitatem Luca prope muro ejuſdem Civitatis, id eſt caſa, & curte, ſeu monte, & pojo, atque Caſtello illo qui dicitur Caſtallione Beſardeſcos, qui eſt poſitum infra Comitatum, & territorio Volterranenſe una cum Eccleſia illa, cui vocabulum eſt beati ſancti ... ibi conſiſtente una cum omnibus foſſis, & carbonariis, & muris, & turre qui infra præd. monte, & pojo, ſeu Caſtella eſſe videntur unu cum omnibus caſis, & caſſinis, ſeu caſalinis, ſimulque terris, & rebus illis, qui ad jam dicta caſa, & curte, ſeu monte, & pojo atque Eccleſia ſunt pertinentes tam de muro pro dicto Caſtello, quam & de foris caſis, & caſſinis, ſeu caſalinis, ſimulque terris, & rebus vero ipſis tam donnicatis, quàm & maſſaritiis cum fundamentis, & omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, ſeu curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercietis, ſilicis virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis omnia, & in omnibus rebus, tam donnicatis, quam & maſſaritiis quantas ubique in qualibet locis, vel vocabulis ad ſupraſcripta caſa, & curte ſeu monte, & Pojo, atque Caſtello, ſive Eccleſia ſunt pertinentibus, ut dictum eſt omnia in integrum, & cum inferioribus, & ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſoriis earum tibi Deo, & jam dicta Eccleſia Epiſcopatui S. Martini donare, & tradere, atque offerre provideor tali ordine, ut ab hodierna die in ipſius Eccleſia, & Epiſcopatu S. Martini, & ad illo Epiſcopo, qui in jam dicta Eccleſia Epiſcopatuo, & pro tempore ordinato fuerit, in ejus ſint poteſtate eas habendi, tenendi, gubernandi, laborare faciendi, & uſum fructuandi, & ſi opportunum fuerit licentiam, & poteſtatem habeatis, cauſas exinde agendi, querimoniam faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus vobis eam defenſandi, cum cartula iſta offerſionis à pars jam dicta Eccleſia, & Epiſcopatuo S. Martini qualiter juxta legem melius potueritis pro anima meæ remedium ſtabilem permanet ſemper, & ſi aliquando tempore ego qui ſupra Matilda Marchioniſſa, vel in eos haredes ſupradicta caſa, & curte, ſeu monte, & pojo, atque caſtello, ſive Eccleſia qui in pradicto Caſtello de Caſtilione eſſe videantur, cum ſua pertinentia, & jacentia tibi Deo, & jam dicta Eccleſia, & Epiſcopatuo S. Martini, & ab illa Epiſcopus, qui ibi pro tempore ordinati fuerint in aliquod exinde intentionaverimus, aut retollis, vel ſubtragi queſierimus. Nos, vel ille homo, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus per quodlibet ingenium, & caſu à pars jam dicta Eccleſia, & Epiſcopatuo S. Martini ab omnis homines defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondimus nos vobis comprare ſupradicta caſa, & curte, ſeu monte, & pojo, atque caſtello, ſive Eccleſia, & terris, & rebus, quas in ipſius Eccleſia, & Epiſcopatuo S. Martini offerruit in duplum inter quidem loco ſub exiſtimatione quales tunc fuerit, & ſuper pœnam auri optimi uncias 50. & argenti optimi pondera 100. Nec ſi valeamus, atque poſſamus diſruppi, nec infringi, ſet præſens hanc cartula offerſionis mea diuturnis temporibus firma, & ſtabilem perſiſtat perpetualiter inconvulſa cum ſtipulatione ſubmiſſa. Sic tamen ſi nos exinde authores, nec defenſores querere nec dare voluerititis, licentiam habeatis abſque noſtra perſona, ſi veſtra fuerit voluntas, exinde cauſas agendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus vobis eas defenſandi cum cartula iſta offerſionis qualiter juxta legem melius potueritis, & mihi qui ſupra Matilda Marchioniſſa foras exinde vuerpivit, & exitum fecit, jam dicta Eccleſia, & Epiſcopatuo S. Martini ad ſuam proprietatem intromiſit, & ad habendum tradidit, & hanc cartulam offerſionis Cunradus Notarius Domini Imperatoris ſcribere rogavi. Actum Burgo qui dicitur Bricole.

Ego Matilda Dei gratia id quod ſum in hac cartula a me facta SS.

Ubertus Judex Domini Imperatoris.

Ego Ardericus Judex rogatus teſtis.

Signum manus Federighi Comitis legem viventem Saligam, filius quondam Lodoici, qui fuit Dux, & Enrichi filius quondam Evrardi, qui fuit ſimili legem Saligam rogatus interfui.

Signum manus Anſelmi legem viventem Saligam filio bon. mem. Gerbotta, qui fuit ſimiliter Saligo rogatus interfui.

Signum manus Pagani filio bon. mem. Rolandi, & Idelbrandi filio ſupraſcripti Pagani rog. interfui.

Signum manus Enrighi filio bon. mem. Sigifredi rogatus interfui.

Cunradus Notarius Domini Imperatoris poſt traditam complevi, & dedi.

50. GOTHIFREDUS anu. 1089. illius mentio extat in quadam epiſtola Vrbani II. apud Baronium. Aliquot bona conceſſit monaſterio de Tolle Lucenſi 1091. Cæterum Franciottus poſt Anſelmum, Joannem quemdam Epiſcopum facit, quem appellat illius nominis III. anno 1086. qui fortè ſchiſmaticus fuit, quemadmodum Petrus Diaconus temporibus S. Anſelmi. LI.

51. RINGERIUS, qui aliis etiam Reingerius eſt, & Rogerius in huius temporis monumentis. Anno 1098. interfuit Rangerius Romano Concilio, ut Baronius refert. Vitam S. Anſelmi ſui prædeceſſoris heroico carmine comprehendit, ut Domnizo in vita Comitiſſæ Mathildis affirmat. Ad hunc eundem literas dedit Paſchalis Papa II. anno 1107. 14. Kal. Octobris, ind. 1. ſub Datum Feſulis, ann. Pontificatus IX. in quibus illud præcipit, conaturque, ut nullus diœceſis Lucenſis ſe ab illius ſubducat imperio, caveteque, ne Monachi, aut Clerici à ſecularibus deinceps, ſacella, aut eccleſias accipiant: eidemque indulſit Epiſcopo portionem oblationũ, ſacrario olim, Vultuq; ſancto attributarum. In ſacrarii autem veſtibulo huius Rangerii ſpectatur marmori inciſum decretum an. 1109. ad majorem Sancti loci decentiã, decoremque. Deceſſit autem an. 1112. Præſtat autem Archivii Lucenſis beneficio tria alia Mathildis Comitiſſæ documenta hic recenſere, in gratiam eiuſdem Rongerii ſcripta, in quibus Epiſcopus noſter Rongerius, & Reingerius vocatur. Sic enim ſe habent. LII.

Dum in Dei nomine foras civitatem Luca in Prato D. Marchioni prope eccleſ. S. Donati in judicio reſediſſent D. Matilda Comitiſſa, ac Ducatrix ad cauſas audiendas, ac deliberandas, reſidentibus cum ea Ardericus Joannes Antonius, qui Sapiebonus vocatur, Benedi-

A *ctus Senioreſtus judsibus, Ubaldus, Satus, Leo, Vvidus, item Ubaldus, Arnulfus, Canſidici, Ugo fil. b. m. Ruſtisi Berlingherius filius b. m. . . . Gerardus de loco Cornathano, olandus fil. b. m. Bolgarelli, & relicorum aliorum. Ibique eorum veniens præſentiis Rogerius Epiſcopus de Eccleſ. & Epiſcopatu S. Martini de civitate Lucenſe una cum Lamberto Avocato ſuo cœperunt dicere adverſus jam d. Dominn Matildæ: jam plures vices reclamavimus ad vos jam d. Domina de Vvido Comes fil. b. m. item Vvidi Comis de tertiam portionem de curte, & caſtello . . . una cum tertiam portionem de omnibus caſis, & caſinis, ſive caſalinis, ſimulque terris, & rebus cultis, & incultis, donicatis, & maſſaritiis quas ad pred. curte, & caſtello . . . infra Comitatum Lucenſe prope . . . quas prædictus Vvidus Comes condidit nobis, & ſimul condidit nobis par præd. eccleſ. Epiſcopatui noſtro S. Martini omnibus caſis, ſeu caſinis, ſimulq; terris, & rebus cultis, & incultis, domnicatis, & maſſaritiis, quos præd. Vvido Comes per chartula in loco pignoris fecit ad præd. Eccleſia Epiſcopatui S. Martini, unde nos B per plures vices de veſtra præſentia miſſos veſtros ad eũ miſiſtis, ut ad veſtrum placitum veniſſet, & nobis exinde pars præd. Eccleſ. Epiſcopatus S. Martini legem, & juſtitiam feciſſet, & minimè venit, tunc præd. Epiſcopus cũ jam dicto avocato ſuo petierunt mercedẽ ad eamdẽ Dominam, ut præd. caſis, & caſinis, ſeu caſalinis, ſimulque curte, & caſtello, & terris, & rebus, quæ ſuperius legũtur, eos inveſtiret pars præd. Eccleſia Epiſ. S. Martini. Tũc jam dicta Domina per fuſtem, quã in ſuã detinebat manum à proprietatem jam d. eccleſ. epiſcopatus S. Martini jam d. Epiſcopus, & ſuo advocato de præd. tertiã portionem de præd. curte, & caſtello . . . cum ſua pertinentia, & jacentia, & de præd. omnibus caſis, & terris, & rebus quas præd. Vvidus in loco pignoris . . . Eccleſia Epiſcopatus fecit, inveſtivit, & inſuper prædictus Epiſcopus, & jam d. advocato petierunt mercedem ad eamdem Dominam, ut propter Deum, & anima ſua mercedem . . . mitteret bandum ſuper jam d. Epiſcopus, & ſuper ſuo advocato, & ſuper præd. res; ſtatimque jam d. Domina Matildis per ſupraſcriptam fuC ſtem, quã in ſuam detinebat manum, miſit bandum ſuper jam d. advocato, & ſuper jam dictis caſis, & caſinis, & curte, & caſtello, & terris, & rebus, quæ ſuperius legitur, in libras trecentis de optimo argento, ut nullus quislibet homo magna, vel parva perſona de ſupraſcripta tertiam portionem de præd. curte, & caſtello . . ., cum ſua pertinentia, & iacentia, & de præd. omnibus caſis, & caſinis, ſeu caſalinis, ſimulque terris, & rebus, quæ ſuperius legitur jam d. Epiſcopus, vel poſteris ſucceſſoribus ſuis pars præd. Eccleſia Epiſc. S. Martini diſveſtire præſumat ſine legale judicio, vel ſine legem quis vero fecerit præd. 300. libras argenti optimi compoſituro ſe agnoſcat medietatem jam dicto Epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus pars præd. eccleſia epiſcop. & medietatem parte publice. Unde hanc notitiam per ſecuritatem, & futura oſtenſione eidem Epiſcopi . . . avocati eorum ſucceſſoribus oſtendenda fieri juſſimus, quidem, & ego Cunradus notarius D. Imperat. ex juſſione jam d. Domina, & judicum amonitione ſcripſi anno ab Incarn. D. N. Jeſu Chriſti Dei æterni 1099. 16. Kal. Julii, indict. 7.

D

MATIL DA DEI GRA SI QD EST	*Leo militaris patronus cauſarum confirmo.*
	Ego Ardericus Iudex interfui, & ſſ.
	Ego Ubaldus advocatus interfui, & ſſ.
	Benitius notarius. D. Regis, qui hunc breve ſcripſi, & ibidem fui.

Aliud monumentum Mathildis pro Rangerio Epiſcopo eſt tale.

In Chriſti nomine.

Breve recordationis pro memoria futuris retinenda temporibus, qualiter Matilda Comitiſſa reſidente in loco martire intus canonicam plebis S. Mariæ Rangerius Lucenſis Epiſcopus conqueſtus eſt ſuper Bennonem, ſuosque conſortes de villa Meongnana, quam ab eccleſia S. Martini Lucenſis epiſcopatus libellario nomine detinebant, & jam fere per 20. annos penſionis dederunt, quapropter Alderigius judex, & Ubaldus de Carpineta judicarunt, quod nihil ad eos pro libello præterito pertine- A *bat, ſed rogatu D. Matildis, & ſuprad. judicum, cæterorumque fidelium præd. Rangerius Epiſcopus inveſtivit præd. Bannum, & ſuos conſortes de præd. villa, ut haberent, & tenerent præterito uſu, & libellario nomine. Illi autem videl. Benno, & Raynerius germ. & Gerardus filius Uberto, & Ubertellinus filius Ughi inveſtiverunt præd. Epiſcopum, quod ab ea hora in antea eam penſionem, quæ in eo libello ſcripta eſt, & eo terminum quod ibi invenit, omnè anno perſolverent, & ſi aliquis illorum non perſolveret non per ſuo termino, & non recuperand. infra menſe uno poſt termino non amplius haberet poteſtatem, vel licentiam cauſandi præd. villam, vel agere, aut litigare inde contra præd. Epiſcopum, vel ſuum ſucceſſorem, vel cui ipſi dederint, & ſi faceret, 50. libras bonorum denariorum moneta componeret. Hoc factum eſt D. Matilda reſidente, Alderico, & Ubaldo laudante, in præſentia bonorum hominum, videlicet Alberti Comitis q. Bulgarelli, & Fralmi fil. Moretti, & Relandi fil. Pagani, & multorum aliorum anno ab Incarn. D. N. I. Chriſti 1100. 3. non. Aprilis indict. 3.*

B

MATIL DA DEI GR̄A SI QD EST	*Ego Ardericus Iudex interfui, & ſſ.*
	Ego Ubald. advocat. interfui, & ſſ.
	Benitius notarius D. Regis qui hunc breve ſcripſi, & ibidem fui.

Tertium Mathildis monumentum pro Rangerio Lucenſi Epiſcopo ſequens eſt ejuſdem farinæ, verbiſque inſulſis, ac barbariſmis, ut illa ferebat ætas inſcriptum.

Die Martis, quæ eſt decimo die intrante menſe Aprilis præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur.

Ideſt Rolandum fil. Paganini de Curſina, Raginerio fil. Bulgarelli, Opizo de Gonzaga, Fralmus de Pichena, & Petrus filius Gualfredi de Pichena, Saxo de Bibianello, Ioannes fil. Donati, Rodulfus Peloſus, & Ugo Fralmi, & reliqui plures definita eſt lis, quæ erat inter Reginerium Lucenſem Epiſcopum, & Bennum, & Raginerium filios Ardinghi, & ſuorum conſortes coram Comitiſſa Matilda ſedente in judicio in loco Surſiano in Canonico juſta C *eccleſiam S Joannis, reſidente cũea Arderico Judice, & Ubaldo de Carpineta, in quo judicio Clericus, & Martinus Plebanus S. Mariæ ad montem admiſſ. ſuprad. D. Raginerii Lucenſis Epiſcopi adfirmabant, quod Benno, & Raginerius, vel ejus ſucceſſor ad quodum iret Romam receptum eis dare Bẽnus, & Raginerius, & cum ſuis conſortes cum 30 equitibus, aut cum minus 40. ſemel in anno, ſive in eũdo, ſive in redeundo. His auditis judicavit Ardericus judex cum Ubaldo de Carpineta, quod Petrus Clericus, quo dicebat ſe interfuiſſe conventioni, hoc per ſacramentum ſuum declararet. Petrus Clericus confidenter ad librum accedens ad ſancta Dei evangelia juravit quod Benno, & Reginerius germ. & ſui conſortes conventum ſecundum quod ſuprad. eſt, fecerunt. Factum eſt hoc an. Dominicæ Incarn. milliſimo centeſimo, ind. 8.*

MATIL DA DEI GR̄A SI QDEST	*Ego Ardericus judex interfui, & ſſ.*
	Ego Ubald. advocat. interfui, & ſſ.
	Benitius notarius Domini Regis, qui hunc breve ſcripſi, & ibidem fui.

D 52. RODULPHUS ad eundem ſedem promotus eſt anno 1112. Fato functus eſt ann. 1118. Kal. Decembris. LIII.

53. BENEDICTUS, ex Archidiacono Cathedralis, Rodulpho ſucceſſit an. 1118. jubenteque Gelaſio III. Pontifice conſecratus fuit ab Epiſcopis, Aretino, Piſtorienſi, atque Cluſino. Idem Gelaſius cum verſaretur Piſis, à Benedicto, fortaſſis tum Archidiacono, rogatus, Canonicis, Clericiſque Cathedralis, plura privilegia hoc ſubjecto diplomate contenta conceſſit. LIV.

GELASIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Benedicto Archidiacono, Uberto Archipresbytero, Raynerio Primicerio, Mauro Cantori Lucanæ Eccleſiæ, eorumque fratribus, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

CHaritatis bonum eſt proprium, aliena damna, propria deputare, & alienis tanquam propriis gaude-

re profectibus. Ea propter petitiones veſtras clementer admittimus, & vobis antiquas Eccleſiæ Matricis conſuetudines confirmamus, ut videlicet unctiones infirmorum, & ſepulturæ Civitatis propria ad Matricem Eccleſiam pertinentes, & officium, & participatio beneficii funerum ad alias Eccleſias pertinentium vobis nulla clericorum calliditate, aut laicorum quorumlibet, ſubtrahantur. Electiones Priorum, & collationes clericorum in aliena Eccleſia infra Urbem, vel extra in ſuburbiis ſine conſenſu Epiſcopi, & priorum, qui loco poſiti nominantur, Matricis Eccleſiæ non fiant. Nec laicorum violentia in aliqua Eccleſiarum ulla Priorum, aut Clericorum fiat electio. Et nulla Eccleſiarum Epiſcopatus veſtri præter eorum conſenſum alicui ſubiiciatur Eccleſiæ. Neque publica, & majora negotia aliqua ſibi Eccleſiarũ ipſis invitis arripiat; aut publicas pœnitentias tribuat. Nec ſententias, & interdictam Matricis Eccleſiæ temptet infringere. Nulla etiam veſtri Epiſcopatus perſona ſine conſenſu Epiſcopi, vel Priorum, qui loco poſiti nominantur Matricis Eccleſiæ excommunicetur, & quod ab Epiſcopo ligatum fuerit, a nemine irritum duci tentetur. Sane Civitatis veſtræ Clerici, & qui in ſuburbiis ſunt, ſolitas obedientias, videlicet in letaniis, in proceſſionibus communibus, in feſtivitatibus, & ſtationibus majoris Eccleſiæ eidem impendant Eccleſiæ, ut vobiſcum adſint. Porrò in quinta feria noctè ante paſcha nulla eccleſia ſecundum morem veſtræ eccleſiæ campanas ſonet, neque in ſabbato ſancto cereum benedicat, ſed ad baptiſmum prædicti Clerici, prout conſuetum eſt, veniant. Nulla præterea eccleſiarum miſſas ſolemnes celebret in feſtivitate B. Martini, & S. Reguli, & in ſecunda feria paſchæ, & in proceſſionibus quadrageſimæ, donec ſtationis ſalvantur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum, aut mortuorum ad Matricem Eccleſiam pertinens facere, vel celebrare præſumat. Ad hæc adiicienter ſtatuimus, ut decimæ Matricis Eccleſiæ ab his, qui tribuunt, non fraudentur; & nulla vas clericalis perſona ſurripiat, aut diminuat; nulli etiam Epiſcopo liceat aliquem matricis eccleſiæ Canonicum officio, ſeu beneficio, ſive Canonico privare judicio. Sane charitativa illa ciborum beneficia, quæ ab Epiſcopis veſtris, ſive præſentes, ſive abſentes fuerint, in ſolemnioribus feſtis conſuevistis accipere, vobis, veſtriſque poſteris rata præcipimus, & illibata ſervare. In his omnibus prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Paſchalis Papæ privilegium confirmamus, & ſtabilitate perpetua corroboramus. Si qua igitur, &c. Amen.

Ego Gelaſius Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Signum manus meæ: Deus in loco ſancto ſuo.

Ego Deuſdedit Card. presb. tit. S. Laurentii in Damaſo ſubſcrip.

Ego Petrus Card. tit. S. Suſannæ ſubſcr.

Ego Guido Card. presb. tit. S. Balbinæ ſubſcr.

Ego Petrus diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi.

Ego Petrus diaconus Card. S. Adriani ſubſcr.

Datum Piſis per manum Griſogoni S. R. E. diacon. Card. Idibus ſeptembris, ind. xii. anno Dom. Incarn. MCXVIII. Pontificatus autem D. Gelaſii II. PP. an. 1.

Idem Benedictus à Callixto II. obtinuit an. 1120. ut pallii utendi privilegium, ab Alexandro, Paſchalique II. olim conceſſum Epiſcopis Lucenſibus, ratum eſſet, ut ex ſequente exemplari ex Lucenſi archivo ex fide eruto, perſpici poteſt.

CALLIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Vener. fratri Benedicto Luc. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

ET charitatis debito provocamur, & Apoſtolicæ ſedis benevolentia incitamur honorem fratribus exhibere, & S. R. Eccleſiæ dignitatem aliis etiam eccleſiis impartire, illis præcipuè, quæ familiarius, ac devotius in B. Petri obedientia, & ſervitio perſeverant. Propter quod chariſſime in Chriſto frater, & coepiſcope Benedicte fratrum tuorum, & nobilium civitatis petitionibus duximus annuendum, ut Lucanam Eccleſiam, cui Deo authore præſides, ex liberalitate ſedis Apoſtolicæ ſpecialius honoremus. Ipſa enim cum clero ſuo, ac populo, ita ſe diebus noſtris Romanæ devovit eccleſiæ, ita ſe B. Petri obedientiæ, ac ſervitio mancipavit, ut de conſueta ſedis Apoſtolicæ liberalitate merito & honorari debeat, & gaudere. Nos ergo in præteritorum memoria habentes, & in poſterum de dilectionis, & ſervitii noſtri perſeverantia confidentes, tibi, tuiſque ſucceſſoribus pallii uſum infra eccleſiam tantum ad miſſarum ſolemnia, ex Romanæ Eccleſiæ benignitate concedimus diebus illis, qui inferius diſtinguuntur. Ipſo videlicet die Nativitatis Domini, in feſtivitate B. Joannis Evangeliſtæ, in Epiphania, Cœna Domini intra Urbem, & extra ſi cauſa gravior intervenerit, Reſurrectione, ſequenti ſecunda feria, Aſcenſione, Pentecoſte, Nativitate S. Jo: Baptiſtæ, Natale Apoſtolorum Petri, & Pauli, Aſſumptione B. Mariæ, Commemoratione S. Michaelis, feſtivitatibus S. Martini, & S. Frigidiani, Dedicatione majoris Eccleſiæ, in ordinationibus Presbyterorum, & Diaconorum, & in Dedicationibus Eccleſiarum Lucanæ Urbis. Cujus nimirum pallii volumus te per omnia genium vendicare, hujus ſiquidem indumenti honor, humilitas, atque juſtitia eſt. Tota ergo mente fraternitas veſtra ſe exhibere feſtinet, in proſperis humilem, & in adverſis, ſi quæ evenerint, cum juſtitia erectam amicam bonis, perverſis contrariam. Nullius unquam faciem contra veritatem ſuſpiciens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis piè ſæviens, in fovendis virtutibus auditorum animas demulcens, in ira judicium ſine ira tenens, in tranquillitate autem ſeveritatis juſtæ cenſuram non deſerens. Hæc eſt, frater chariſſime, pallii accepti dignitas, quam ſi ſollicitè ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam per ſecula longa ſervet incolumem. Amen. Dat. &c.

Anno 1121. Epiſcopus Benedictus deprecantibus Lucenſibus Legatis Henrico de Fulgerio, Sogifredo, atq; Bernardo, ad Imperatorem Conradum deſtinatis, in ſuæ favorem Eccleſiæ villam Baſilicam, cum cæteris eiuſdem Plebaniæ villis, aliiſque iuribus excepit. Fato autem ſunctus eſt Benedictus an. 1127.

54. VBERTUS ad eandem ſedem adlectus fuit anno 1128. ad quem Innocentius II. literas dedit. Hic Præſul, ut Cardinalis Aragonenſis prodit collecta, in Piſano Concilio exauctoratus fuit an. 1134 quod forte Petri Leonis Antipapæ partes foveret. Tametſi Lucenſia monumenta habeant hanc Vbertum tenuiſſe Eccleſiam uſque ad annum 1139. LV.

55. OTHONEM Vbertus excepit 1140. qui diuturnas cum Archiepiſcopis Piſanis, ob quædam Eccleſiæ ſuæ iura lites exercuit, retulitq; contra eoſdem favorabilem ſententiam ab Athone Piſtorienſi, in ea cauſa à Pontifice Judice delegato, cui Apoſtolicam firmitatem, ac robur adiungendum curavit. Protulit ætatem uſque ad ann. 1146. LVI.

56. GREGORIUS electus 1146. hanc eandem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad an. 1163. Huius Epiſcopi temporibus, cum Eugenius III. Pontifex Lucam veniſſet, S. Frigidiani Eccleſiam conſecravit. LVII.

57. PLEBANUS de Piſcia in Etruria hanc eamdem ſedem obtinuit anno 1164. A Friderico I. amplum obtinuit privilegium; quem cum deinde Romana Eccleſia ſenſiſſet adverſarium, Luca Civitas pluro pericula adivit, inq; Alexandri III. Pontificis obedientia vacillavit, mox & aperta perfidia ad Fridericum defecit. Cumque Victor Antipapa Lucæ exceſſiſſet è vivis, à Cathedralis, ſanctique Frigidiani Canonicis ſepulturæ honore meritò ſpoliatus eſt. Poſt cujus exceſſum, Guidonem Cremenſem Fridericus in Pſeudopontificem nihilominus procuravit eligendum, ejuſdemque favore Cumitum quendam, contra Plebanum, qui III. Alexandro ſtudebat, in Lucenſem ſedem intruſit. Plebanus verò fato functus eſt ann. 1166. 14. Kal. Februarii. LVIII

58. HENRICI ad eandem ſedem promoti 1166. memoria extat uſque ad ann. 1170. LIX.

59. LANDUS è Piſcia Lucenſium Præſul fuit 1171. cuius mentio fit in quodam decreto Friderici Imperatoris, quod in favorem Epiſcopatus Lucenſis indulſerat. Obiit diem poſtremam 1175. LX.

60. Magiſter GVILLELMUS de Domo Roſſtedi, Cathedralis Primicerius, Epiſcopus effectus eſt an. 1175. Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. ann. 1179. Huic Lucius III. Papa Lucen- LXI.

ſis an. 1183. a id. Novembris, Ind. 15. Cœleſtinus III. 1192. 11. Kal. Maij, ſub Datum Laterani, uſum Pallii, ac Crucis cum aliis pluribus gratiis confirmarunt. Quorum indulgentiam Henricus VI. Imp. imitatus ſuorum anteceſſorum Cæſarum privilegia eidem confirmavit 1186. Deceſſit autem Guillelmus 1195. Poſt cuius exceſſum crediderim ſuiſſe adlectum Gerardum Allucingolum Lucii III. Pontificis affinem, ab eodem Cardinalem creatum, tametſi trepidis S. R. E. implicitus negotiis ſibi demandatum Epiſcopatus honorem, nec geſſerit, nec adierit unquam, nempe Pontifice prohibente, ut minor utilitas publico commodo poſthaberetur, ut ſcribit Ciaconius.

LXII. 61. VVIDONEM deinde Archipresbyterum Cathedralis evexerunt ad ſedem anno 1196. qui Piſis agens ab Henrico VI. Imp. ampliſſimum retulit privilegium, quo cætera omnia gratioſa diplomata confirmabantur, quæ aliquando cæteri Cæſares Lucenſi Eccleſiæ indulgenda cenſuerant. Protulit autem ætatem Vido uſque ad ann. 1201.

LXIII 62. ROBERTUS Canonicus Lucenſis Guidoni ſuffectus eſt anno 1201. huius temporibus populabundi Piſani, avidique proferendi Imperii Lucenſibus aliquot Caſtella ademerunt. Nec Guthifredi Cardinalis Legati attriti, deterritiq; cenſuris animum inducere potuerunt, ut ea iura propriis Dominis reſtituerent, quippe quibus Maieſtas Honorii III. ſummi Pontificis, qui cenſuras illas Legati ratas eſſe debere juſſit, nullum poſtea timorem incuſſit. Retulit ab Othone IV. Imp. in favorem ſuæ Eccleſiæ omnia privilegia iterata liberalitate confirmata, trajecitque in Orientem contra Turcas, ut expugnando Peluſio intereſſet, cum triremem unam ſuis armatam impenſis ad peregrina illa littora impuliſſet. Mortuus eſt circa annum 1215.

LXIV 63. M. R. Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, à Capitulo poſtulatus confirmatur in Epiſcopum ab Honorio III. ann. 1225. 3. Non. Octob. an. 10. ep. 70. fol. 90. reg. Vatic.

LXV. 64. OPIZO adlectus fuit anno 1227. Hic moltum conatus eſt, ut de Piſanis adepta Caſtella reciperet, idque infelici conatu tantum obtinuit, ut novis cenſuris involuerentur. Anno 1231. cum Lucenſis Populus in Romanam Eccleſiam, & Lucenſem Epiſcopum nonnulla perpetraſſet, Gregorius IX. vinculo excommunicationis eum innodavit, Civitatem Epiſcopali dignitate, ac Canonicos Cathedralis Eccleſiæ facultate ferendi mithras privavit; remotoq; Opizone Epiſcopo, vices ſuas commiſit Florentino Epiſcopo, ſequentemq; epiſtolam Lucanis clericis, & Prælatis ſcripſit, ex Vaticano regeſt. deſumptam fol. 67. ann. 4.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Univerſis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis Lucanenſibus, &c.

CUM exigentibus multis, & enormibus culpis Civium Lucanorum, quas plenius ipſi noſtis, quam valeat de facili recenſeri, in confuſionem eorum ven. fratrem noſtrum Lucanum Epiſcopum à civitate Lucana duximus removendum, providentes, ut ven. frater noſter Florentinus Epiſcopus in civitate, ac diœceſi Lucana vice noſtra juriſdictionem exerceat epiſcopalem, univerſitatem veſtram monemus attentè per Apoſtolica ſcripta vobis in virtute S. obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus beneplacitis noſtris imperterriti obſequentes, prædicto epiſcopo Florentino de juribus epiſcopalibus plenariè reſpondere curetis, & alias eidem nomine noſtro intendatis humiliter, & devotè. Alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus authore Domino inviolabiliter obſervari.

Datum Laterani 6. idus Apr. pontificatus noſtri an. V.

Epiſcopo Florentino has dedit literas anno Pontificatus X. Chriſti verò 1236. ex eod reg.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Venerab. fratri noſtro Epiſcopo Florentino, &c.

Licet occupatus cura eccleſiæ Florentinæ, eccleſiæ Lu-

A *canæ ſollicitudinem, quam tibi pro parte commiſimus, Archidiacono Lucano duxeris committendam, nos tamen attendentes quid id ad præſens nullatenus expedit præcepta mandamus, quod hoc revocato, Primicerio, & Conrado Canonico Lucano vices tuas in hac parte committas. Cæterum ne occaſione juriſdictionis, quam ſibi vendicat Archidiaconus ſupradictus, illorum adminiſtratio valeat impediri, donec Lucanæ Eccleſiæ previderimus de paſtore, non permittas ejuſdem Archidiaconi, præterquam in quibus ratione Archidiaconatus, juriſdictionem obtinet, exercere aliquam poteſtatem, contra dictione, &c.*

Datum Reatæ 12. Kal. Septembris, anno X.

Poſtremum obiit diem Opizo prædicto an. 1231.

65. M. GUERCIUS* Teſtæ filius de Thebalduccis, nobilis Senenſis, a hanc eandem cathedram conſcendit anno 1236. à Gregorio IX. electus, & conſecratus; de qua re ſcribit idem Pontifex Epiſcopo Florentino 17. Kal. Junii anno 11. ep. 84. f. 289. reg. Vatic. Hic obtinuit ab eodem Pontifice, ut ſuis Canonicis, qui eo honore exciderant, mithræ uſus reſtitueretur, utque ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus Cruce, pallioque utendi novo diplomate confirmatus fuerit ſub Datum Interamnæ 2. id Decemb. an. 1237. Pontif. verò an. 10. En diploma è reg. vat. ep. 285. f. 209. LXVI

* Ex App. e. 7. a Laudatur [illegible] Senens. Mand.

B *GREGORIUS EPISCOPUS*
Servus Servorum Dei.
Electo Lucano, &c.

REdemptor noſter cum delicto peccatoris offenditur, & pater qui filiorum exceſſibus ad iracundiam provocatur, majori eos creduntur pietate diligere, quos gravioribus ſtudens verberibus ad viam rectitudinis revocare, eoſq; ad Dei, & miſericordiam redeuntes in ſinum gratiæ uberioris excipiunt, quos abeuntes in diſſimilitudinis regionem flagellis ad paternum gremium durioribus reduxerint. Horum ſiquidem ſi Côſules, Concilium, & populus Lucanus recta id acie conſiderationis inſpiciunt circa eos ſecuta veſtigia horum circa Lucanam eccleſiam Apoſtolica Sedes imitata proceſſum propter quoſdam exceſſus, quos in Romanam, & Lucanam eccleſias non timuerunt ſuperba præſumptione committere, & inſe Divinam offenſam non fuerunt veriti multipliciter

C *provocare, Civitatem Lucanam Epiſcopali honore, quo tunc ſe indignam reddidit, & canonicos Eccleſiæ Cathedralis dignitate portandi mitras, & alia, ſi quam ab Apoſtolica obtinuerit ſede, privavit, noſque ven. fratri noſtro Archiepiſc. Piſano, Volaterranenſi, Lunenſi, & Piſtorienſi epiſcopis, ut eccleſiis, clericis, & parochianis, eccleſiarum ipſarum Lucanæ Civitatis, & diœceſis partibus aſſignatis, Sacramenta eccleſiaſtica exhiberent, necnon prædictarum eccleſiarum Prælatis, & clericis, ut ab eis ipſa reciperent, & venerab. fratri noſtro epiſcopo Florentino humiliter intendentes, ei vice noſtra de juribus epiſcopalibus reſponderent, ac eidem epiſcopo Florentino noſtris dedimus literis in mandatis, ut in eiſdem Civitate, ac diœceſi proventus epiſcopales vice noſtra perciperet, & epiſcopalem juriſdictionem inibi exerceret, injungentes nihilominus poſtea Archiepiſcopo memorato, ut dictam juriſdictionem epiſcopalem in parte aſſignata ſibi exercere curaret, Carfaniana, & vallis Limæ eccleſiis in eorum manibus reſervatis. Nec autem quorum paterna increpatione commoniti, & ad mandatum*

D *ſedis Apoſtolicæ matris eorum prudentiori conſilio revocati de parendo ſuper præmiſſis exceſſibus, mandatis Apoſtolicis præſtantes juratoriam, & alias cautiones eis, & eidem eccleſiæ Lucanæ prædictos honorem, & dignitates reſtitui humiliter poſtularet, paterna benignitate ipſorum precibus de communi conſilio fratrum noſtrorum annuimus, & tui quem eis in patrem, & epiſcopum duximus concedendum, & in te prædicta Lucana eccleſia præfatos honorem, & dignitatem cum omnibus juribus ſuis reſtituendos duximus authoritate præfata decernentes, ut per ea, quæ dicti Archiep. & epiſc. in epiſcopatu Lucano medio tempore feciſſe noſcuntur, nullum tui, & ſucceſſoribus tuis, & prædictæ Lucanæ eccleſiæ in poſterum præjudicium generetur. Nulli ergo noſtræ conſtitutionis, &c. Si quis autem, &c.*

Datum Interamnæ, 2. id. Decemb. anno 10.

Hoc idem privilegium in anteceſſorem Opizo-

nem Gregorius idem non ita pridem contulerat, qui Opizo & ipſe omnem adhibuit operam, ut raptores Piſanos, novis ad id irretitos cenſuris, ad oppidorum reſtitutionem redigeret. Fato functus eſt ſupramemoratus Guerçius Teſta 1255.

LXVII 66. HENRICI ejuſdem ſedis Antiſtitis memoria extat ab an. 1259. uſque ad annum 1268 *a*.

a 1269.

LXVIII. 67. PAGANELLUS Præſul Lucenſis deceſſit 1271. ut prodit Vaticanum regeſt. ſub X. Gregorio, cum ſequentis memorat electionem.

LXIX. 68. Fr. PETRUS Angelellius *b* Lucen. Ordin. Præd. S. Palatii Magiſter, à X. Gregorio Pontifice, Paganello ſuffectus eſt an. 1272. die 14. menſ. Maii, ex reg. Vatic. Hic in Lugdunenſi Concilio è vivis exceſſit, ut narrat Ptolomæus Lucenſis in ſuis Annal.

b De quo Fontana in Syll. Magiſt. S. Palatii p. 70. & de Rom. Prov. p. 112. *Mand.*

LXX. 69. PAGANELLUS hujus nominis II. è gente Porcarienſi, electus fuit anno 1275. *c* eccleſiaſticæ libertatis propugnator acerrimus. Plura condidit ſtatuta, ac ſanctiones, quibus Clericorum mores ad honeſtiorem vivendi rationem traducerentur. Deceſſit an. 1300. extatq; illius memoria in Vatic. reg.

c 1297.

LXXI 70. Fr. HENRICUS ex Ordine Minorum ſubrogatus eſt an. 1300. Kal. Auguſti, à Bonifacio VIII. caſſata electione Raynerii de Monte Magno Canonici Lucani, à Capitulo celebrata tanquam vitio habita, ex reg. Vatic. ep. 211. f. 316. ann. 6. (1) Hic relicta ſede, Luca exceſſit, Ludovico Bavaro inſectante, quod Antipapæ noxioſiſſimas partes ſequi noluiſſet. Hic erat Petrus Corbarius, qui neſcio quem Rochigianum Tadolinium in hanc ſedem intruſit, ex ordine Dominicano aſſumptum, qui anno 1329. hanc tyrannicè adminiſtrabat Eccleſiam. Exceſſit autem Henricus circa annum D. 1330. Cujus Waddingus meminit ex Vatic. reg.

LXXII. 71. Fr. GUILLELMUM deinde Dulcinum *d* de Monte Albano, Generalem Procuratorem Ordinis S. Dominici, cujus erat alumnus, Joannes XXII Pontifex Lucenſem evexit ad ſedem anno 1330. die 28. menſis Aprilis. Poſitus Avenione ſacto Collegio Cardinalium ſolitum ſubſidium adpromittit. Hujus epiſtolam quandam meis oculis uſurpavi ad Dominicanos fratres Senenſes, devotionis plenam, ac pietatis, ubi ſe fratrem Guillelmum Dulcinum appellat, de Monte Albano electum Lucenſem. In optimis Præſulibus numeratur, pluresque ſynodos celebravit, conditiſque ſaluberrimis decretis, ut Eccleſiaſticam labentem diſciplinam erigeret, omnem diœceſim ſuam inviſit. Fato functus eſt Lucæ anno 1349. die 12. menſ. Aprilis, ſepultuſque in choro S. Romani apud ſuos Dominicanos.

d De hoc item Fontana de Rom. Provincia p. 325. *Mand.*

LXXIII. 72. BERENGARIUS Archipreſbyter Cathedralis ſucceſſor Guillelmi fuit 1349. 12. Kalen. Novembr. qui inſecuto anno plura condidit ſtatuta, ut clero ſuo auxilio forent ad bonos mores. Et Clemens VI. Pontifex, Caroluſque IV. Imperator omnia Lucenſi Eccleſiæ aliquando indulta privilegia prolixius confirmarunt. Deceſſit an. 1368. ſepultuſque eſt in clauſtro Cathedralis.

LXXIV. 73. GUILLELMUM Berengarius ſucceſſorem excepit anno 1368. dieque 17. menſis Auguſti ſolitum ſubſidium pollicetur ſacro Collegio: ſibi demandati Epiſcopatus ſolemni ritu iniit poſſeſſionem die 27. menſis Septembris ejuſd. anni, in cujus gratiam Carolus IV. Imperator rata eſſe juſſit privilegia omnia, quæcumque ſuperiores Cæſares aliquando Lucenſi Eccleſiæ indulſiſſent. In quo diplomate, Principem Imperii Guillelmum appellat. Obiit in Inſubria prope flumen Ollium anno 1372 *e*. duorumq; annorum ſecutum eſt Interregnum.

e 1371. & anno ſubſequenti datus eſt ſucceſſor.

LXXV. 74. PAULUS Gabriellius Eugubinus ad eandem ſedem promotus eſt anno 1374. præfuitque uſque ad annum 1380. quo ipſo anno Peruſiæ exceſſit è vivis, ibidemque ſepulturam accepit.

LXXVI. 75. ANTONIUS de Riparia Paulo ſubrogatus eſt 1381. Deceſſitque 1383.

76. Fr. JOANNEM deinde Salvutium Fucinatem, Ord. Min. alumnum, ſac. Theologiæ præclarum Doctorem, egregiumque Prædicatorem, Bethleemitem Epiſcopum ad hanc tranſtulere ſedem an. 1383. reparavit Epiſcopale palatium, ac poſt egregiè adminiſtratam Lucenſem Eccleſiam, è vivis exemptus eſt ann. 1394. („ *In Archivo Extractionum Florenti-* „ *narum inter Colucci Salutati Epiſtolas, quas Flo-* „ *rentinæ Reipublicæ nomine ipſe à die 20. ad diem 27.* „ *Junii 1387. conſcripſit, hæc habetur noſtro Joanni da-* „ *ta ſequentis tenoris;* LXXVII.

„ Epiſcopo Lucano. Reverende in Chriſto Pater „ Dilectiſſimi filii noſtri Commune Ficuli nobis cum „ querimoniis ſuggeſſerunt, quod veſtra Paternitas „ maxima cum curioſitate procurat, quod Epiſcopalis juriſdictio ad ipſum commune, & Eccleſias di- „ ctæ terræ contra antiquiſſimas conſuetudines ex- „ tendatur. De quo quidem ſatis cogimur admirari. „ Non omittamus, quod vos de dicto loco ſecundum „ carnem traxiſtis originem, propter quod naturali „ ratione ad amplificandos honores Patriæ eſtis qua- „ cumque dignitate fulſeritis, obligatus, nonne vide- „ tis injurioſum eſſe cum aliena jactura quærere ſuæ „ juriſdictionis, & dominii incrementa? Placeat igi- „ tur tam amore noſtri, quam pro honore veſtræ „ Perſonæ ad hujuſmodi procurationis inſtantia pe- „ nitus abſtinere. Ita quod immunitas, & privilegium „ antedicti communis operatione veſtra non pereat; „ ſed Compatriotis veſtris pleniſſimè conſervetur. „ Invidioſa quidem & malevolentiæ plena memoria „ foret, ſi de vobis oppreſſoris libertatis Patriæ no- „ men apud Poſteros remaneret: & nobis etiam „ pro conſervatione ſubditorum, & filiorum noſtro- „ rum materia præberetur ſuper hoc opportunum re- „ medium apponendi. Datum Florentiæ die 20. Ju- „ nii X ind. 1387. *Salvinus.*)

77. NICOLAUS Lazari de Guiniſiis nobiliſſimus Lucenſis, Pauloque Guiniſio Lucenſium tyranno proprior affinis, adhuc juvenis, ſed eximiæ expe- LXXVIII. ctationis indolis, à Bonifacio IX. Lucenſium Præſul adlectus eſt anno 1394. 2. Kalen. Februarii, jubenteque Pontifice, ab Epiſcopis Piſtorienſi, ac Feſulano pallio exornatus eſt. Cumque fuiſſet conatus Paulum Guiniſium patriæ tyrannum expellere, atque in irritum cecidiſſent conatus, ab eo deinde multa, graviaque perpeſſus, demum coactus eſt excedere patria, exulque vitam traducere. Rediit tamen defuncto tyranno, Lucæque poſtremum obiit diem 1435. 15. Novemb. tametſi narret Franciottus exulem deperiiſſe. In archivo Bichernæ Senenſis epiſtolæ cujuſdam exemplar ex fide extractum perlegi, Lucenſis neſcio cujus Epiſcopi, qui nomine Martini V. Columnæ Polonica, Germanicaque legatione fungebatur anno 1423. certioremque reddebat Pontificem de fœdere percutiendo inter Cæſarem, Regemque Poloniæ, quam ille epiſtolam hac ratione ſubſcripſit. *F. Epiſcopus Lucenſis humilis factura veſtræ ſanctitatis*, ubi per literam F. ſuſpicor indigitari aliquem, cui nomen eſſet Franciſcus, quem exuli Nicolao ſuffecerit Pontifex in gratiam Pauli Guiniſii regnantis, cum etiam repererim in lib. 3. de diverſis formis anno I. Innocentii VII. Lothum quemdam in Præſulibus Lucenſibus nominatum anno 1404. Quamobrem poterat conjectura eſſe, hos duos Epiſcopos Nicolao Guiniſio exuli ſucceſſiſſe. Cæterum cum apud nullum auctorem, neque Lothi, neque illius Martini V. Legati mentio occurrat, in antiquo illo epiſtolæ exemplari pro N. potuit mendosè, atque ex ſcribentis injuria irrepſiſſe F. fuiſſeque Nicolaum Guiniſium Legatum illum, qui pacem fecerit inter Poloniæ Regem, ac Cæſarem, illaque epiſtola de hujuſmodi fœdere Pontificem reddiderit certiorem. Haud ideò tamen ſupradicta conjectura de duobus Epiſcopis, Nicolai Guiniſii ſucceſſoribus pro inſulſa habenda erit, cum hoc ipſum Piſanis olim à Flo-

(1) In Vita Clementis V. quam Ptolomæus Lucenſis deſcripſit, edidit que Baluzius in t. 1. de Vitis Papar. Avenion. habetur, quod anno 1309. *Ambaſciatores Januenſes venerunt ad Curiam cum magna ſolemnitate, ad eos ... Clemente, petuntque Epiſcopatum Lucanum: ſed non obtinuerunt, quia ibi erat ... & quia dictus Epiſcopus erat de Provincia Tuſcia.* Hinc patet (notat idem Baluzius in tom. 2.) Henricum, qui à Bonifacio VIII. factus eſt Epiſcopus Lucanus, diverſum eſſe ab eo, qui Joannis XXII. Pontificatu tenuit Cathedram illam. Nam ſi ea vacabat anno 1309. ... Henricum à Bonifacio inſtitutum jam tum deſiiſſe eſſe Epiſcopum Lucanum De ultimo porrò intelligenda ſunt, quæ leguntur in tomo p. 1. Miſcellaneorum 291. Hactenus Baluzius. Verùm ut fieri potuerit duos ejuſdem nominis, ejuſdemque profeſſionis viros ad eandem ſedem ſucceſſivè fuiſſe vocatos, haud facile tamen ſola conjectura adducor, ut credam.

Florentinis domitis uſuvenerit. Siquidem Florentini victores Lothum Gambacurtam Piſanum Atchiepiſcopum, ad Tarviſinenſem ſedem transſerendum curarunt, ne inde pertinacia rebellionis reſurgeret, altero Piſis ſubſtituto, qui pacis artibus videretur, & velle, & poſſe ſtudere. Libenter autem hac de re ſuſpendi judicium, quod Franciſci Mariæ de Florentinis diligentiſſimi ſcriptoris videatur eſſe negotium, qui Lucenſem Eccleſiaſticam hiſtoriam ex profeſſo ſcribendam ſuſcepit. Exemplar ſupramemoratæ epiſtolæ illius Martini Legati eſt hujuſmodi.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino noſtro Domino Martino Divina providentia PP. Quinto,

BEatiſſime Pater, & Domine poſt humillima recomandationa. aſque ad veſtræ Beatitudinis devota pedum oſcula beatorum die 26. menſis Martij. Recepi bullas S. V. cum Magiſtro Eubardo, & ante per eos dies convenerant Domini Reges Romanorum, Poloniæ, & ſtatim fuit præſentata bulla S. V. Regi Romanorum, & Vaguriæ, &c. qui lætiſſime eam recepit, & legi fecit, ego etiam ſibi legi alias bullas, & multum commendavit, & regratiatus fuit S. V. deſiderio magno deſiderabat videre pacem, & concordiam inter ipſos Reges, & facta ſibi fide de bulla patenti, recommendavi ſibi ex parte ejuſdem S. negotium concordiæ pacis, allegando ſibi incommoda, & damna provenientia ex guerra, & bona, quæ ſequuntur ex pace; ſubjunxi qualiter hæreſis in Bohemia convaluerat ex iſta diſcordia: reſpondit quod ſemper mandatis S. V. paruerat, & quod pro eo non remanſerat, & duxe ſine longo ſermone intercedente receſſi. Bullæ venerunt optimo, & congruo tempore, & multum profecerunt in negotiis, continuati fuerunt tractatus, qui multis diebus fuerant incepti, & pluries eminebat futura, & diſpoſiti erant Domini ad receſſum: diſcordes impediebat multum negotium Prutenorum, quo volebat deſerere Rex Romanorum, & Deus illuminavit Mareſcallum Prutenorum, & ſocios procuratores cordis, qui conſiderantes futuram diſcordiam, & magnam guerram cum turbatione fidei 29. dicti menſis concordarunt in pace facta inter ipſos, & Regem Poloniæ, & Ducem Witholdum, & Rex Poloniæ remiſit eidem 12. mil. florenos, de quibus ipſos dicebat ſibi obligatos, & omnia damna facta poſt dictam pacem, & ſic remanet pax facta inter eos de conſenſu ſuo confirmata. Eadem die poſt multas difficultates concordia, & pax extitit facta inter dictos Dominos Reges Romanorum, Poloniæ, & Ducem Witholdum, voluntque juvare Regem Romanorum contra hæreticos cum magno exercitu, nec intendunt in perſecutionem contra hæreticos pro aliqua cauſa deficere. Dominus Rex Romanorum dimiſit omnes injurias ſibi illatas, nec petivit aliquid; niſi quod juvent extirpare hæreſes, & errores in Bohemia. Beatiſſime Pater lator præſentium honorabilis vir Petrus Iacobi Secretarius Domini Zawiſſi accedit ad S. V. pro una gratia expectativa, eſt bonus, & probus, & quantũ Dominus Zawiſſius ſit fidelis S. V. neſcio aliud, niſi qui totus ſit ſervitor, & amator Veſtræ Beatitudinis in quocumque poſſit. Supplico humiliter dignetur E. S. in ſuis petitionibus ipſum audire, & gratiam ſibi facere, ut cum conſolatione redeat. Quam ſanctiſſimus conſervet Deus feliciter. Amen Stephanus eſt adhuc in Polonia, cum venerit, cum erit mihi cum eo de reliquis ſcribere. Scriptu in Lubitx prope Heiſmet 30. Martii.

Ejuſdem S. humillima facturn F. Epiſc. Lucen.

LXX IX. 78. LUDOVICUS de Maurinis Lucenſis, Caroli VII. Regis Gallorum à ſecretis, abſens adlectus fuit Epiſcopus patriæ, cuius deinde electionem ratam eſſe juſſit Eugenius IV. Pont. Max. cum moraretur Florentiæ poſtrema die Januarii anno 1436. die verò II. menſis Februarii ejuſdem anni inauguratus fuit ab Epiſcopo Ambianenſi, quarto verò die Lucam ingreſſus eſt, præfuitque uſque ad annum 1440. quo ipſo anno vita functus eſt die 24. menſis Octobris.

LXXX 79. BALTHASSAR Mannus Lucenſis, Archipresbyter Cathedralis, Nicolai Epiſcopi quondam Vicarius, Viſitatorque Apoſtolicus, Lucenſis evaſit Epiſcopus anno 1441. die 24. menſis Martii, cui Cardinalis S. Georgii contulit pallium. Hujus Epiſcopi temporibus Moniales S. Cerbonis ex Ordine Ciſtercienſi cum Monialibus S. Juſtinæ in unum Collegium cojerunt an. 1442. Fr. Jeſuatorum conſecravit Eccleſiam 1446. Deceſſitque 1448. die 18. m. Januar.

80. STEPHANUM ex nobiliſſima proſapia de Trentis Lucenſem, quæ jam inde à Caroli Magni temporibus deſcenderat in Italiam, Lucæque ſemper primariæ nobilitatis habita eſt, Archidiaconum Cathedralis, eruditione, legumque peritia longe clariſſimum, ſanctimonia autem morum præcipuum, Nicolaus V. Pontifex à Senatu, Cleroque Lucenſi exoratus, Lucenſium Antiſtitem renunciavit anno 1448. 4. Non. Martii; qui inauguratus ſibi creditæ Eccleſiæ iniit poſſeſſionem die 19. ejuſdem menſis, & anni. Nec expectationem Lucenſis populi unquam fefellit, ſiquidem tanta prudentia, tantoque pietatis ardore hanc Eccleſiam adminiſtravit, ut nunquam illius virtutum proſpera fama interitura videatur. Multoties diœceſim ſuam luſtravit, ſynodoſque plures coegit, in quibus, conditis ſaluberrimis ſtatutis, Eccleſiaſticam diſciplinam ſarctam tectam ſervavit, ſeque ipſum irreprehenſibilem præbuit. Romæ tribus Pontificibus, Nicolao V. Calliſto III. Pioque II. magno uſui fuit, & adjumento. Quorum Pius illum Legatum à latere in Germaniam declaravit anno 1459. ut inter Federicum Imperatorem, Regemque Bohemiæ æquatis juribus diuturniorem pacem componeret, cum hoc tamen, ut Bohemiæ Regnum Matthiæ Pannoniæ Regi ſatiſſimam cederet in poſſeſſionem, utque ejuſdem regni Oratores deduceret ad Concilium. Stephani igitur omnino feliciter ceſſit legatio, reverſumque in Italiam, Pius Mantuæ honorificè, cumque laudatione excepit. Sed mortuo Pio, rediit Lucam, à cujus Senatu Romam Legatus eſt, ut Reipublicæ nomine Paulo II. novam Pontificatus dignitatem gratularetur. Quem iterum Paulus in Angliam Legatum direxit, ut inter Odoardum, Ducemque Burgundiæ difficillima expediret negotia. Cujus ad utrumque Principem Legationis meminit Cardinalis Papienſis. Inde vix Lucam conceſſerat, quando Sixtus IV. ſibi, ſuæque vacantem Eccleſiæ iterum acceſſivit Romam, illumque Patrimonii Legatum declaravit. In quo obeundo munere, in oppido Cingulo vitam finivit menſe Septembri anno 1477. ubi ſepulturam accepit, in mortalium memoria æternum victurus. Stephani meritas laudes Cardinalis Papienſis in ſuis epiſtolis protulit ad perennitatẽ poſteritati. LXX XI.

81. JACOBUS Ammannatus Lucenſis, vulgo Cardinalis Papienſis vocatus, inter alumnos nobiliſſimæ gentis Piccolomineæ à Pio II. ob egregias animi dotes relatus eſt, Cardinaliſque Epiſcopus Tuſculanus creatus, quem paulo poſt Sixtus IV. Pontificem renunciavit Lucenſem anno 1477. quam ille deinde ſedem cum Papienſi tenuit, & adminiſtravit. Cumque illuc Eccleſiam inviſendi gratia ſe contuliſſet, auguſtali propemodum pompa à Lucenſibus exceptus eſt, cujus aliqua ex parte Epiſcopale palatium refecit, duobuſque non plus annis narrâtur præfuiſſe, abſenſque ferè hanc Eccleſiam adminiſtraſſe. Apud Lacum Vulſinum demum fato perfungitur 1479. cujus cadaver Romam relatum apud S. Auguſtinum ſepelierunt. Conſule quæ de ipſo in Tuſculanis Epiſcopis narravimus, quæque de eodem narraturi ſumus in Papienſibus. LXX XII.

82. NICOLAUS ex Comitibus S. Donnini Lucenſis, filius Bartholomæi, per id tempus Epiſcopus Mutinenſis, qui nomine Romanæ Eccleſiæ in Gallia, Burgundiaque feliciter obita legatione maximè inclaruerat, Pauloque II. in paucis charus evaſerat, à Sixto IV. à Lucenſibus exorato ad hanc ſedẽ translatus eſt 1479. 17. Kal. Decembris Vix autem præeſſe occeperat, cum Card. Jo: Baptiſta Sabellus Peruſinus legatus illum conatus eſt illius Provinciæ Gubernatorem efficere. Sed Lucenſibus obſiſtentibus, Eccleſiam ſibi creditam adminiſtrare perrexit; omnem Diœceſim ſuam inviſit, pluresque ſynodos Diœceſa- LXX XIII

(1) Epiſtola, quæ recitatur ſcripta à Fr. Epiſcopo Lucenſi, præſumitur alterius illarum partium Epiſcopi Lucenſis eſſe, ut apud Hiſtoricos Bohemiæ, *Lec.*

nos celebravit, tulitq; Eccleſiaſticas leges, quibus clerum traduxit ad puriores mores. Innocentio VIII. ad Apoſtolicam ſedem noviter ſubleƈto, Lucenſis Reipublicæ nomine, cum Nicolao Noceto legationis collega, obſequium præſtitit, ſolemni pompa Romã ingreſſus eſt 1484. 8 Kal. Octobris, quintoque Nonas ejuſdem coram Pontifice habuit obſequii pleniſſimã orationem. Ubi cum per aliquot menſes eodem legationis munere fuiſſet perſunctus, eidemque Patrimonii adminiſtrationem Pontifex demandaſſet, ipſe dum eos populos cum laude frænaret, in Epiſcopales curas Dominicum Sandonninium ſubſtituit. Nec tamen diu abeſſe potuit, exorantibus enim Lucenſibus, à Pontifice miſſionem obtinuit, Lucamque rediit, ubi Epiſcopale palatium magna ex parte reſtauravit, inceptumque à Trenta, Papienſique munificenter abſolvit. In Cathedrali D. Clementi erexit altare. Carmelitaniſque concinnavit illuſtrem Bibliothecam, adauxitque quampluribus manuſcriptis. Labans Monaſterium Abbatiæ de Guamo, cui vetuſtas attulerat vitium, novis munimentis ſuffulſit, montemque Pietatis, quem nuper erexerant, liberaliſſimè juvit. Carolum Regem Gallorum, cum illuc ſuccinctus armis Regnum Neapolitanum expugnaturus cum flore Gallicæ nobilitatis præteriret, excepit hoſpitio, ann. 1494. apud quem pro Paulo II. Pontifice olim legatũ egerat, cui viciſſim Carolus gratitudinis ergo, ejuſq; poſteritati Regia Gentilitia ſtemmata communicavit, illumque Piſanis à ſe in libertatem aſſertis adhibuit conſiliarium. Præfuit omnino annos 20. maximo cultus ſplendore, atque magnificentia, ſuique nominis perenni fama ad poſteritatem. Cæterum eſt viſus Nicolaus cæteras res à ſe præclarè geſtas haud parum obſcuraſſe eo ſatuo conſilio, quo Lucenſes Canonicos, qui ex inſtituto maiorum propè Cathedralem clauſtro concluſi, tanquam monachi puriorem vitam agebant, compulit, ut in paternis quiſque domibus, ſeculoque permixti, vitæ ſplendorem excolerent. Interea cum ſe graviter ſenſiſſet ſeneſcere, obtinuit ab Alexandro VI. Pontifice, ut Felinum Mariam Sandæum Epiſc. Hadrienſem, & Pinnenſem, cum futura ſpe ſucceſſionis ſibi coadjutorem attribueret an. 1495. Exceſſit autem poſtea è vivis Sandonninus 1499. menſe Junio non ſine mærore Civium. Præſul ſanè Principibus viris charus, præcipuè autem Ferdinando Neapolitano Regi, qui Nicolaum omni honore digniſſimum arbitrabatur. Illius meminit cum laude Campanus, Papienſiſque Cardinalis, cum pluribus aliis illius ſeculi ſcriptoribus. Nec prætereundum, quod paulo ante quam Sandonninus exceſſiſſet è vivis, Io: Gilius, ſeu de Liliis Nobilis Lucenſis, Vuirgunienſis in Anglia Epiſcopus, ac Henrici VII. Regis apud Innocentium VIII. Orator, Sandonnino ob morum ſtudiorumque ſimilitudinem unicè charus, Romæ extrema clauſit die 25. Auguſti anno 1498. Honorifico funere elatus in Eccleſia S. Thomæ Anglorum ibidem tumulatus eſt, lapide tectus marmoreo, inſignibus familiæ ſuæ & ſequenti epitaphio ornatus, à Sylveſtro ſororis filio, & in Epiſcopatu ſucceſſore, qui & ipſe anno 1525. 16. Aprilis Romæ obiit, ut notat Franciſcus Godinus de Præſulibus Angliæ. Epitaphium vero tale eſt.

Joanni Gilio Lucenſi Vuigornienſi Epiſcopo
I. V. Conſul. contínen. atque virtutis viro ſer.
Henrici VII. Angliæ Regis apud Pontif. oratori. Silveſter regia liberalitate dignitatis ſucceſſor Patrueli B. M. poſuit. Obiit anno ſalutis. MCCCCIIC. menſ. Auguſt. ætatis vero ſuæ LXIIII.

LXXXIV. [a] Laudatur a Voiue de ... Lat. ... [illegible margin note] Mandoſ.

83. FELINUS Maria Sandæus Lucenſis, a tametſi Ferrariæ natus, S.R. Rotæ Auditor, Hadrienſis, Pinnenſiſq; Epiſcopus, ac juris prudentia clarus, Sandonnino coadiutor cum futura ſpe ſucceſſionis attributus eſt 1495. eidemque poſtea demortuo ſucceſſit 1499. ſed poſt 5. menſes, ex quo illius Epiſcopatus inierat poſſeſſionem, coactus eſt excedere ſede. Julianus enim Card. Robereus, qui poſtea Julius II. fuit, eam Eccleſiam ab Alexandro VI. obtinuit adminiſtrandam. Sandæus igitur tametſi Romæ longo litigio divexaverit tribunalia, tamen adverſarii impar potentiæ iuri ſuo cedere coactus eſt, adminiſtravitque Roboreus Eccleſiam illam per Georgium Franciottum Vicarium ſuum aſque ad annum 1501. Sed cum poſtea illius Epiſcopatus ius ad Sandæum rediiſſet ann. 1501. die 29. menſis Auguſti, per manus Franciſci Piccolominei Card. Senenſis pallium accepit, retentis Epiſcopatibus Hadrienſi, & Pinnenſi, quibus non multò poſt, libens, volenſque ſe abdicavit, hoc eſt anno 1502. Erat Sandæo perſpicaciſsimum ingenium, ita ut vix annos 20. natus, publicè Piſis cum admiratione omnium Decretalia profiteretur ab anno 1464. uſque ad annum 1481. quo ipſo anno ab Innocentio Pontifice Romanæ Rotæ Auditor renunciatus eſt, tum Hadrienſis, ac Pinnenſis Epiſcopus, Referendarius Apoſtolicus, ac Locumtenens Cameræ Apoſtolicæ Auditoris. Demum cum litium moleſtiſsimum æſtum Romæ vorasſet alacritate mirabili, ſuaque tolerantia, conſilioque Roboreum Cardinalem propemodum coegiſset, ut ſemel obtentæ ſedis ſibi iura concederet, Lucam conceſsit, gratulantibus reditum Sandæo Lucenſibus Civibus, qui fore ſperabant, ut Reipublicæ ſuæ tranquilla omnia eveniret, dum ſub Paſtore proprio, præſentique intentiori cura ducerentur ad paſcua. Cæterum haud diuturnior ea lætitia fuit, ſi quidem anno 1503. menſe Octobri exceſſit è vivis, vir utique memorandus in paucis, cum omni humaniori literatura excultus, legum tamen nodos locutionis barbarie plerumque implicitos feliciſſimè enodaret. Itaq; plura reliquit monumenta ingenij, quorum partem ad utilitatem mortalium expreſſere præla, partem Lucenſiũ Canonicorum Bibliotheca manuſcripta excepit. Ibi ergo plures epiſtolæ leguntur Sandæi, epitomaque de Regno Italiæ, atque Siciliæ: Relatio ad Alexandrũ VI. de juribus Gallorum ſuper Neapolitanum Regnum; epiſtola Paſtoralis nomine Innocentij VIII. ad poſtulata Ferdinandi Regis de cogendo concilio; concluſiones eiuſdem contra falſas doctrinas miniſtrorum ejuſdem Ferdinandi Regis: Conſilium diſpẽſationis contrahendi matrimonium inter Regem Gallorum, filiamque Romanorum Regis; Pluraq; alia conſilia, conſultaque de rebus graviſſimis, quibus expediendis uno Sandæi erudito ingenio opus eſſe videretur. Laudat Sandæi ingenium, ejuſdemq; exaggeratas virtutes Michael Ferrus, dum ad Pomponium Lætum in hæc verba perſcriberet. *Vir hic jari dicendo, libellis referendis Pontificijs, conſultationibus, & mille præterea occupatus negotijs, ſemper, aut in jure compoſuit aliquid, aut in ijs, quæ humanitatis ſtudijs, tanta felicitate, copia, & ornatu, ut reliquis mortalibus humanum, huic divinum putes à natura datum ingenium.*

84. GALEOTTUM Franciottum [b] Lucenſem filium Joannis Franciſci, atque Luchinæ Roboreæ, Julij II. ſororis, nobiliſſimæ gentis, & indolis iuvenem avunculus primum Cardinalem adlegit ſub titulo S. Petri ad Vincula, ac Vicecancellarium S. R. E. mox etiam poſt Sandæi exceſſum ann. 1503. opimo Lucenſi adauxit Sacerdotio, alijſque prædivitibus cenſibus, cum eidem adminiſtrandum attribuiſſet Beneventanum Archiepiſcopatum, Paravinam Eccleſiam, atque Cremonenſem; quas omnes ſedes per Vicarios rexit, & abſens; Lucenſis autem curam Georgio Franciotto affini ſuo, atque Canonico demandavit. Cum eximia Galeotti forma convenerunt ſuaviſſimi mores, atque cum ijs eruditio ſingularis, quamobrem adamavit Poeſim, quam quibuſdam Lyricis poematibus conſtat excoluiſſe. Similitudine ergo ſtudiorum Joannem Mediceum Cardinalem, qui poſtea, poſt Julium II. Apoſtolicam emerſit ad ſedem ſub nomine X. Leonis, ſibi familiariſſimè devinxit, adeòque invicem dilexerunt, ut Leo Pontifex nunquam poſtea meminerit amici in florida ætate extincti, quin lachrymaret effuſè. Vitam liquit Franciottus, dum ei felicior arrideret fortuna die 11. menſis Octobris 1508. ſepultuſq; eſt in Vaticano, Romana Aula cum Julio avunculo acerbiſſimum Juvenis fatũ deplorante. Ejus ſepulchro hæc verba inciſa legũtur. LXXXV.

[b] De hoc Oldoinus in Athen. Liguſtic. Mand.

Depo-

Depoſitum Galeotti Cardinalis ſancti Petri ad Vincula.

LXXXVI. 85. SIXTUS Gata Roboreus Lucenſis, Julij II. ex ſorore Luchina nepos, quæ ad ſecundas tranſierat nuptias, fratet uterinus Galeotti Cardinalis, Eques Hieroſolymitanus, einſdemq; ordinis equeſtris Romæ Prior, in omnibus fortunis, ac dignitatibus Galeotto fratri ſucceſſit, tametſi ab eiuſdem elegantia morum, atque eruditione longè abfuerit, cohoneſtatus tamen purpura ab avunculo eſt, ad titulum S. Petri ad Vincula, habuitque Luceuſem, Patavinum, atque Beneventanum Epiſcopatus cum Romana Vicecancellaria, ann. 1508. cumulo tot dignitatum præproperum fatum invidit. Deceſſit enim anno 44. ſuæ ætatis, noſtræ vero ſalutis 1517. die 8. menſis Martij, accepitque Romæ ſepulchrum ante Presbyterium S. Petti ad Vincula cum Epitaphio ſequenti.

D. O. M.

Sixtus Julij II. nepos, Xixti IV. Pont. Max. pronepos S. Petri ad Vincula è familia Roborea Quartus presb. Cardinalis ſepulchrum in Templo a ſua familia inſtaurato, ornato ſibi vivens fecit. Obiit VIII. Martii MDXVII. annum agens XLVI.

Quinta die autequam decederet, Luceuſi Epiſcopatu Sixtus ſe abdicaverat in favorem Leonardi
LXXXVII. Cardinalis GRASSI Roborei, cognomeuto Cardinalis Agenenſis. Qui itetum poſt quinque dies, hoc
LXXXVIII. eſt 9 die Martij anno 1517. RAPHAELI Cardinali Riatio illum ceſſit; qui illum adminiſtravit uſque ad 13. diem menſis Novembris ejuſdem anni, quo ipſo die illum reſignavit Franciſco Sfortiæ de Riarlis, ut legitur in actibus Conſiſtorialibus.

LXXXIX. 86. FRANCISCUS Sfortia de Riarlis filius Comitis Hieronymi Imolenſis, à Leone X. adlectus fuit Epiſcopus ann. 1517. die 13. menſis Novembris. Hic Franciſco Sfortiæ Mediolanenſium Duci in paucis charus fuit, itaque illum inter Mediolanenſes Senatores cooptavit 1527. Franciſcus autem Epiſcopus haud admodum apud Senatores Lucenſes gratioſus fuit, ſive enim ille conatus tutari Eccleſiaſticam libertatem contra politicas leges civium animos offendetat, ſive ſuſpicioſi cives, ut libertatis ſtudioſis uſuevenire ſolet, ob leves cauſas illum odiſſe cœperant, coactus eſt exulare, commoratique Florentiæ, Bonaventura Dalmata Epiſcopo Cavenſe ſuffraganeo relicto. Sed cum mora temporis, vel ſuſpiciones, vel ſimultates illæ conſuenitſent ad ſuam ſedem rediit Franciſcus, ubi exceſſit è vivis anno 1546. prudentis, optimique Paſtoris ſama relicta.

XC. 87. BARTHOLOMÆUS Card. Guidiccionius Lucenſis in Patriæ Epiſcopatum ſucceſſit ann. 1546. Hic Lucæ natus eſt ex antiqua, & nobiliſſima Guidiccionia gente anno 1469. qui nobilitatis ſplendore uſus eſt ad æmulandas ſuorum majorum virtutes, non ad ſuperbum faſtidium tenujorum. Juvenis adhuc nobiliter eruditus, legumque peritia axcultus Romam, variantis fortunæ domicilium, conceſſit, exceptuſque eſt inter honorarios aulicos Alexandri Farneſii Cardinalis, qui poſtea evectus ad Sedem Paulus III. dictus eſt; cujus cum Alexander iotroſpexiſſet virtutes, illum Piceni Generalem Auditorem renunciavit, Farſenſiſque Abbatiæ Gubernatorem, mox & Vicarium Parmenſis Epiſcopatus; quæ munera cum ſingulari æquitate, laudeque prudentiæ impleſſet, tranquillioris vitæ amore Lucam deinde ſe contulit, ut abditus paterna villa, aulæque devitato tumultu ſuaviſſimo otio muſas excoleret. Interea Farneſius ad Eccleſiaſticæ publicæ rei clavum admotus eſt, nihilque prius viſus eſt in ea geſtientis Urbis, & Orbis exultatione, quàm Guidiccionium ſuum requirere. Itaque ſcriptis litetis, Bartholomæum ad Urbem invitat; renuit ille cum aulico ſtrepitu, tranquilliſſimum litetarum otium commutare. Sed ſemel, & iterum renuentem ſua auctoritate compulit Pontifex, ut veniret. Cum veniſſet ad aulam, è veſtigio Datarius renunciatus eſt, ac paulò poſt ipſius Urbis Vicarius, tum & Epiſcopus Aprutinus, prætetea ad titulum S. Cæſarii Presb. Cardinalis 1539. Præfectus Signaturæ juſtitiæ, & gratiæ, Cluſinæ Eccleſiæ adminiſtrator, ſummus Pœnitentiarius, Romanæ Rotæ reformator, ac denique Lucenſis Antiſtes. Agitabantur autem per id tempus Romæ conſilia de celebrando Concilio, quam conſultationem urgebant ſelectiſſimi, ac doctiſſimi Cardinales, in quibus Guidiccionius ſummæ habebatur auctoritatis, quippe qui auctor deinde Principi fuerit, ut Tridenti indiceretur, ut illuc tam Italis, quàm cæteris Proſalpinis gentibus hæreſi infectis, facilior pateret acceſſus. Erat Bartholomæus caſtiſſimis, & innocentiſſimis moribus, adeo verò juſti tenax, ut nullæ nunquã preces illum impulerint ad id præſtandum, quod conſcientia reclamante, haud fieri poſſe videretur. Nuperos religionis ordines, ſupra veteres à ſanctiſſimis viris inſtitutos, aliquandiu ex ſtudio pietatis adverſatus eſt; ſed à ſancto Ignatio in ſomnis admonitus, ita ſtudium vertit, ut JESU ſocietatem & juverit, & diplomatibus Pontificiis confirmandam curaverit. Prætet innumera opuſcula, epiſtolaſque eruditiſſimas, in utroque jure ſcripſit Bartholomæus viginti pergrandia volumina, quæ adhuc manuſcripta apud Guidiccionios diligentiſſimè aſſervantur. Pleraque autem eruditionis monumenta Lelio Guidiccionio S. Mariæ Majoris Canonico eruditiſſimo, atq; ſuaviſſimis moribus viro, tanquàm pretioſa ſupellectiles obvenerunt. Extulere autem laudibus Guidiccionium Reſtaurus, Caſtuldus, Annibal Catus, aliique plures illuſtres Scriptores. Præfuit Lucenſibus ad tres annos, annoque 1549. paucis menſibus antequam moreretur, Alexandro nepoti Lucenſem ſedẽ attribuendam curavit. Deceſſit autem Bartholomæus octuagenarius, dum adoraturus Pontificem cum cæteris Cardinalibus prælongo purpuræ ſyrmate Cardinalis S. Angeli implicitus imbecillum præ ſenectute corpus noxioſiſſimè afflixiſſet. Optimi ſenis caſum univerſa Romana Aula effuſè deflevit, ipſeque Pontifex Paulus præ dolore conqueſtus eſt, ſe & amicum, & ſucceſſorem digniſſimum amiſiſſe. Obiit 1549. 5. Kal. Septembris. Illius Cadaver Lucam relatum, cũ hujuſmodi Epitaphio, in Cathedrali ſepelierunt.

Bartholomæo Guidiccione Cardinali, & Præſuli Lucenſi, juris utriuſque conſulto, & theologia perito, Paulo III. Pont. Max. ut gratiſſimo, ita multis, magniſque rebus, & ſignandis libellis juſtitia, & gratia aſſidue exercitato, & cũ quiete ſtudium vita otiumq; appeteret, invito evecto grato totius curia & damno, & mœrore è medio ſublato. Nicolaus Guidiccionius nepos patri, & patruo amantiſſimo; vixit ann. LXXXV. Kal. Septemb. MDXLIX. inter vivos eſſe deſiit. L.V.T.

88. ALEXANDER Guidiccionius filius Nicolai Bartholomæi Card. fratris, Patriæ ſedem aſſecutus eſt anu. 1549. die 9. menſis Januarii. Qui aliquamdiu Romæ moratus, non prius obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, quam die 8. menſis Maji an. 1550. Lucenſe Populo præ lætitia geſtiente. Inſecuto autem anno à Card. Piſano pallio exornatus eſt. Anno 1561. Alexandri Card. Farneſii in Avenionem vicelegatus profectus eſt, ubi per duos annos munus illud incorruptè implevit. Lucam reverſus, ſynodos plures cœpit. Diœceſim luſtravit, pluraque condidit decreta, quibus Clerum optimè inſtitutum haberet. Eccleſias SS. Claræ, & Nicolai conſecravit, annoque 1597. S. Paulini reliquias in novam tranſtulit Eccleſiam, publicis extructam impenſis, quam ipſe ſolemni ritu dedicavit. Adeo piè, ſanctèque Lucenſem Eccleſiam adminiſtravit, ut Patruus Cardinalis ſuaviſſimæ memoriæ vir, re vixiſſe videretur; literatoſque homines excoluit diligentiſſimè, haud minus quàm olim feciſſent Alexander Epiſcopus Adjacentis, Pauli III. aulæ magiſter, Joanneſque Fori Sempronii Antiſtes, ex Guidicciona gente viri doctiſſimi. Pauperibus, egeniſq; ſe Patrem exhibuit, eiſdemque decedens, tanquam filiis, luctum, mærorémque reliquit. Fato functus eſt anno 1605. cum omnium ferè Epiſcoporum Decanus haberetur, ſepultuſque eſt in Cathedrali, cum prius Alexandrum nepotem XCI.

ſibi

ſibi jam graviter feneſcenti paraſſet coadjutorem. Huc Epiſcopo, Joannes Leonardus è Decimo Lucēſis ditionis caſtello, exortus eſt inſtituere congregationem Clericorum B. Virginis, obtentaque Eccleſia S. Mariæ de Corte Orlandinga, ibi futuris clericis domicilium paravit, ut communi convictu vitam exigerent. Hujus novæ ſocietatis ſtatutis pondus adjecit Clemens VIII. decrevitque, ut immediatè S. Apoſtolicæ Sedi commendata ſubeſſet, additis multis aliis gratiis, & privilegiis, quibus ſuffulta poſſet ulterius progredi. Adhuc tamen Romam uſque tantum protulit fines, cum ejuſdem Alumnis idem Clemens VIII. Eccleſiam S. Mariæ de Porticu attribuiſſet, paulò inde S. Mariam de Campitello acquiſierunt. Exquiſita diligentia nitoreque urgent divinum cultum, ſacramentiſque adminiſtrandis indefeſſam adhibent operam, non alieni à literarum cultura. Illorum aliquando Præfectus Generalis *a* fuit Cæſar Franciottus, cujus Chriſtianæ pietatis monumenta magno animorum fructu hoc tempore terunt mortales. Quamobrem Alexandri Epiſcopi olim poſteritas felicitati adſcribet tantum opus ad Patriæ decus, communemque Eccleſiæ utilitatem, & voluiſſe, & potuiſſe jovare.

a Dele ly Præf.-Generalis.

XCII. 89. ALEXANDER Guidiccionius Junior filius Antonii, patruo Coadjutor adſcitus, eidem demortuo ſucceſſit anno 1600. libertatis Eccleſiaſticæ defendendæ ſtudio maximè deflagravit. Itaque civium offendit animos, coactuſque eſt diuturniori mora excedere ſede. Sed per graviſſimos principes viros *b* deinde compoſitis rebus, Lucam reverſus eſt, ſuamque Eccleſiam ſanctè adminiſtravit, explevitque ſuæ ætatis tres & octoginta annos; fatoque functus anno 1637. die 16. menſis Martii, apud Cathedralem excipitur ſepulchro, quod adhuc vivens Patruo Card. Patrueli anteceſſori, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus è Guidicciona gente paraverat, hoc Epitaphio.

b Præſertim Card. Bellarminum, ut ex ejus vita. Mand.

D. O. M.

Alexandro Guidiccione Nicolai F. quem præclara indoles patruo Cardinali annum agentem XXVI. in Epiſcopatu ſuffecit, vita integritas omnino labis expertem, actuoſa prudentia civium oraculum, diuturna adminiſtratio paſtoralium virtutum exemplar exhibuit præſulum imitationi, populorum felicitati. Demum amor patriæ, Sacerdotum pater, Epiſcoporum Decanus, exceſſit anno ætatis LXXXII. ſal. MDCV.

D. O. M.

Bartholomæo Cardinali Guidiccione Luc. Epiſcopo probitatis antiquæ, & virtutis vero divini humanique juris ſcientiſſ. qui poſt probatam civilibus negotiis fidem, mitis ingenio ad ſacra ocia traductus, à Paulo III. Pont. Max. ad purpuram evocatus, Datariæ ſignaturæ præfectus, major pœnitentiarius, Urbis Vicarius, eo non ſublectus Pontifici, quod nec ſuperſtes, relictis doctrinæ inſignibus monumentis, obiit paulo ante ipſum, tanquam morte ſuo principi prægustata ann. ætatis LXXX. ſalutis M.D.IXL.

Alexander Guidiccionus Antonii F. Tertius utriqueſucceſſor, an. ſui Præſulatus xxxiv. inſignis memoriæ patruo, & patrueli, charitate conjunctiſſ. jungendus cineribus & ſepulchrum poſuit, & ſibi proprium delegit vivens. Obiit anno MDCXXXVII. ætatis LXXXIII.

Cum Alexander ſederet, Gregorius XV. nobilem Pagum S. Miniatis ad Tedeſcum, ut vocant, à Diœceſi Lucenſi disjunxit, cum cæteris locis, Caſtelliſq; quæ Magni Etruriæ Ducis reverebantur Imperium, illumque ad preces ſereniſſimæ M. Magdalenæ Auſtriacæ in Epiſcopatum erexit, ut nulla prorſus Guidiccionii culpa facta ſit non temnenda Lucenſis ditionis diminutio.

XCIII 90. M. ANTONIUS Franciottus, Curtii filius, nobiliſſimus Lucenſis, ex Apoſtolicæ Cameræ Generali Auditore, ab Urbano VIII. Pont. Max. ad purpuram vocatus eſt anno 1637. 3. Kal. Aprilis, Lucenſiſque Præſul renunciatus. Lucam profectum, Cives mirabili applauſu, obſequioque ſuſceperunt die 25. menſ. Octobris ejuſdem anni, quippe qui augurarentur illius Galeotti Franciotti Cardinalis in Marco Antonio revicturas virtutes, quæ patriæ quondam, ac Purpuratorum Senatui olim fuerunt ornamento, & commodo. (,, *Eo ſe exolvit onere penſum Sacra Purpura felicius ut impleret Roma, diem ubi extremum felicíſſime clauſit 9. Febr. 1666.*)

91. JO: BAPTISTA Raynoldus ex præcipua nobilitate Mediolanenſi, U.S. Ref. per reſignationem Card. Franciotti, ab Innocentio X. Pontif. Max. Lucenſis Epiſcopus declaratus eſt ann. 1646. die ultima Julii. Præfuit ſumma omnium laude ann. 4. Exceſſit è vita die 24. Decembris poſt ſacra ab ipſo peracta, apoplesia ractus; jacet in Cathedrali. XCIV

* Ex App. tom. 5.

92. PETRUS Rota nobilis Ravennas, ab eodem Pontifice ſummo Innocentio X. datus eſt ſucceſſor Jo: Baptiſtæ anno 1650. XCV.

A D D I T I O.

(,, *Morte ſurripitur 1657. Celebratur à Hieronymo Fabri in Memoriis Ravennatibus par. 1. p. 36.*

,, HIERONYMUS *Bonviſius S. R. E. Presb. Cardinalis Patria ſua ſacrorum Princeps renunciatur 28. Maii 1657. Cum tertium interfuiſſet pro creando novo Pontifice Vaticanis comitiis, ipſeque optimus Senex, ſuavis, & pulcherrimi decoris non ſemel reportaſſet plurimorū acclamationes, tandē mærentibus omnibus in ſede Lucenſi mortalitatē explevit an. 1677. m. Febr. 21. Inter Senatores Patres jus habuit ſuffragium ferendi in Congregationibus Aquarum, Clanarum, Boni Regiminis, Cæremoniarum, Epiſcoporum, & Regularium, Propaganda Fides, Status Regularium, & Viſitationis Apoſtolicæ. Omneſque ad ſe recurrentes in omnibus ſemper benigniſſimè patrocinatus eſt.* XCVI

,, JULIUS *Card. Spinula è Dominis Inſulæ, & Mariana Patritius Januenſis, Sutrinus, & Nepeſinus Epiſcopus, ad Lucanam deinde ſedem translatus 8. Novembr. 1677. quam ſuaviſſima lenitatis ſplendoribus illuſtravit uſque ad ann. 1690. quo cum ſenio gravis liberè dimiſit.* XCVII.

c Vide Oldoin. Athen. Liguſ. p. 389. Mand.

,, FRANCISCUS *Bonviſius prædicti Hieronymi nepos, ex Presb. Cardinali, Lucenſis Epiſcopus ab Alexandro VIII. declaratus eſt die 7. Septemb. anno 1690. Deceſſit autem die 25. Auguſti an. 1700. Sepultus in Cathedrali* Luc.) XCVIII

,, HORATIUS *Philippus Spada Lucenſis, Archiepiſcopus Thebarum, & apud Poloniæ Regem Nuncius, translatus fuit ad Eccleſiam Lucanam 15. Decemb. 1704. Fuit deinde à Sanctiſſ. D. N. Clemente XI. creatus Cardinalis tit. S. Honuphrii 17. Maii 1706. & denuo translatus ad Eccleſiam Auximanam 17. Januarii 1714.* XCIX

,, GINNESIUS *Calchi, Nobilis Mediolanenſis, Presbyter an. 47. J.V.D. Canonicus Ordinarius Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanenſis ad Eccleſiam Lucanam aſſumptus eſt 28. Maii an. 1714. Fuit antea Vicarius in criminalibus, deinde in Civilibus cauſis Curiæ Archiepiſcopalis Mediolanenſis, Vicarius capitularis, & tandem generalis Em. D. Benedicti Cardin. Odeſcalchi Archiepiſcopi Mediolanenſis.*) C.

LUNENSES ET SARZANENSES EPISCOPI.



LUNA Etruriæ in confinio, Liguriæ ad Macræ fluminis oſtia, antiquiſſima Tuſcorum Colonia inter duodecim Civitates numerata, cujus ingentes ſuperſtant ruinæ, cum aliquot piſcatorum caſis. De condita ab Trojanis Luna, exciſaque ab Octaviano Auguſto, multa fabuloſè circumferuntur. Certè ante Lucani tempora præceps ire cœperat, & labi, fœcundiſſimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunẽſem caſeum celebrat Martialis. Meminerunt Lunæ multi Scriptores, Plinius, Strabo, Ptolomæus, Liviuſque lib. 39. & 4. ubi Coloniam eò deductam notat. Lunenſis Portus celebris, de quo cecinit Silius lib. 8.

Tunc quos à niveis exegit Luna metallis
Inſignis porta, quo non ſpatioſior alter
Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.

Portum hunc tanta amplitudine teſtatur Strabo, ut omnibus, quæ toto mari verſantur, navigiis excipiendis ſufficiat; nec ſolùm latè, vaſtèque patere, ſed etiam tutiſſimum eſſe, quod jugis mõtium præexcelſis undiqua claudatur, ideoq; longiſſimum in omnes partes, & utrumq; littus, & in Sardiniam proſpectum habeat. Urbs quamquam interciderit, memoriam ejus ſervat, Ager confinalis, qui Lunigiana vulgo nuncupatur, in Genuenſium ferè ditione. Antiquæ Lunæ Civitatem, portum, ditionemque ingenioſe, & eruditè deſcripſit Hippolytus Landinelius nobilis Sarzanenſis, quod extat M.S. apud virum nobilem, & doctum Philippum Caſonem ejus nepotem, cui multa debemus. Cætarùm ex Lunæ ruderibus, vicinum Oppidum Sarzanam *a* exſtructum cenſet Volaterranus. Luna Patria fuit Eutychiani Papæ, & Martyris; Sarzana Nicolai V. qui dignitatem Epiſcopalem Lunenſem huc tranſtulit, unde Lunenſis, & Sarzanenſis Epiſcopus dicitur, Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectus. Diœceſis latiſſimè patet, & plura continet Oppida. Cathedralem Eccleſiam S. Baſilii ob aeris intemperiam è ruinis Lunenſis, Sarzanam tranſtulit ad Eccleſiam S. Andreæ Innocentius III. anno 1204. 7. Kal. Aprilis anno 7. ut habetur in Regeſto Vatic. ep. 24. fol. 116. Hæc autem Cathedralis amplæ, & antiquæ ſtructuræ, Deiparam Virginem Patronam habet, duas verò dignitates, quarum prima eſt Archidiaconatus, 12. Canonicos, Præbendas Theologalem, & Pœnitentialem, nonnullos manſionarios, & Clericos. Fulget ſanguine D. N. J. Chriſti; extat ibidem ſeminarium, quatuor virorum, & unicum Monialium Monaſterium. Lunenſis Epiſcopus ex conceſſione Imperatorum, Regumque Italicorum merum, & mixtum Imperium in ipſa Sarzana, tum & Lunenſi territorio exercebat, Princeps, & Epiſcopus Lunenſis dicebatur, ut vidimus in antiquo codice pergameno ms. olim ab Henrico Epiſcopo compilato, ubi privilegia, jura, bonaq; Epiſcopatus recenſentur, à quo tum & ex aliis monumentis ſequentem confecimus Lunenſium, & Sarzanenſium Epiſcoporum catalogum.

a Seu Sarzanum, vel Sergianum, & novam Lunam.

ADDITIO.

(„ *Lunenſem Cathedralem, quam legimus S. Baſilio Lunenſi Epiſcopo intitulatam ex Diplomate Regis Berengarii elargito Odelberto Lunenſi Epiſcopo ann.* „ 890. *S. Dei genetricis, ſemperq; Virginis Mariæ dicatam comperimus. Eugenius Papa III. dum ſub immediata S. Petri protectione Lunenſem Eccleſiam excepit, ejus Titularem agnovit B. Dei genitricem Mariam; id ipſum aſſerit Innocentius III. confirmans omnia bona, & jura Lunenſis Eccleſiæ, fortaſſe potiori, primævoque Titulo adhaſit illud S. Baſilii devotione gregis acclamante ſcilicet hunc ſuum Paſtorem ibidem reconditum, & in præcipuum Patronum à Deo imploratum. Chriſtiana vero ſacra Lunam excepiſſe primis Apoſtolorum tẽporibus fere inconcuſſa traditio. Epiſcopalis vero mõſa annuus cenſus eſt ſc. 1800. moneta Rom. Taxa Apoſtolici fiſci eſt* 2050. *ſeu* 2000. *Fl.* Luc.)

1. S. HABETDEUS *b* Lunenſis Epiſcopus, tẽpore Vandalicæ perſecutionis vixit, ob fidei Catholicæ defenſionem, ab Arrianis primò exilio pulſus, indeque revocatus, cum fortius Catholicam veritatem tueretur, ab ipſis captus, capite truncatus, martyrii palmam adeptus eſt. Ejus commemorationis dies celebratur 17. Februarii in Eccleſia Sarzanenſi. De quo Petrus in catal. lib. 11. cap. 59. I.

b De quo Acta SS. Febr. t. 3. p. 15.

2. S. TERENTIUS Epiſcopus Lunenſis (quem nonnulli Gallum Epiſcopum fuiſſe affirmant) cujus virtutes inter cæteras, pietas, & charitas in pauperes numerantur præcipuæ. Cumque extra Urbem cum pauperibus eleemoſynam erogaret, à latronibus, magnam pecuniæ ſummam apud eum reperturos ſperantibus, impiè interfectus eſt juxta Lavaniam, qui in Macram influit, amnem. Corpus plauſtro impoſitum à jumentis indomitis, eum in locum, qui S. Terentius nominatus, delatum, ibi conditum eſt, conſtructa ibidem Eccleſia ejus nomini dicata. Ejus memoria, ut notat Ferrarius in catal. habetur 15. Julii. II.

3. VICTOR ſub Symmacho Papa vixit, interfuitque ſynodo ab ipſo Romæ celebrata an. 504. (*Et* „ *prius an.* 501. 502. 503.). III.

4. VERECUNDUS, 553. *c* cum Vigilio Papa relegatus. Vide Baron. IV.

c 551.

5. S. CECHARDUS, zelo fidei accenſus, pravorum hominum mores verbo, & exemplo eum reprehendiſſet, ab illis efferatis viris comprehenſus, tamdiu fuſtibus cæſus, donec emitteret ſpiritum. Paſſus eſt circa an. D. 600. (1) Cujus corpus Carrariæ in majori Eccleſia in tumulo marmoreo quieſcit, hac brevi inſcriptione. V.

Hic jacet Corpus B. Cechardi Epiſcopi Lunenſis,
Qui paſſus eſt martyrium anno DC.

Eo in loco ubi martyrium paſſus eſt extat fons in ædicula, cujus aqua febre, capitiſque dolore laborantibus uſque in hodiernum diem prodeſſe fertur. Vocatur fons S. Cechardi. Ejus memoria celebratur 16. Julii in eadem Eccleſia.

6. S. VENANTIUS, de quo S. Gregorius ad Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum in reg. lib. 3. epiſt. 25. *d* quem nonnulli Laudenſem Præſulem faciunt. Ferrarius 13. Octobris meminit ejuſdem Venantii Abbatis apud Sarzanam. VI.

d De hoc etiam in Cam... 50. c. Arcerius.

7. S. BASILIUS Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Tutelaris ea ſanctitate floruit, ut cum diem ſuum in pace obiiſſet 4 Kal. Novembris, eos honores, qui ſanctis deferuntur, ab Eccleſia Lunenſi promeruerit. Corpus ejus in Cathedrali (quod olim ob ejus memoriam S. Baſilii dictam) aſſervatur. Cujus acta periere. De quo hæc pauca retinet Lunenſis Eccleſia. VII.

8. S. SALARIUS, ſeu Solorius, Martyrio coronatus, cujus extat in ara Lunenſis Portus inter Euycem, & S. Terentii Caſtrum Eccleſia cum pago, quo in loco martyrio paſſus creditur, ibique præcipuè veneratur. Ejus ſolemnitas in diœceſi Lunenſi 22. Octobris habetur. De quo Petrus in catalogo. VIII.

9. LUCIUS, de eo mentio in actis S. Venerii apud Regium, cui Eccleſiam in inſula Cirni dedicavit. IX.

10. LAZARUS vixit anno 640. X.

(„ THOMAS *adfuit Concilio Rom. an.* 649. Luc.) XI.

11. SEVERUS interfuit Concilio ſub Agathone Pont. an. 680. XII.

12. LENTHECORIUS. XIII.

13. APOL-

(1) Papebrochius in Actis SS. Junii t. 3. p. 243. ubi agit de S. Cechardo, cenſet hunc non fuiſſe paſſum an. 600. ſed cum fuerit Gotkberti ab Haſtingo Normanno jugulati ſucceſſor ante annum 895. circa Latomias Carrarienſes occiſum.

XIV. 13. APOLLONIUS. A
XV. („PETROALDUS *enumeratur in Rom. Conci-„lio an. 826. Luc.*)

XVI. 14. * TEUDOLASIUS Epiſcopus Lunenſis anno 867. quædam bona ſua vendidit in territorio Lucenſi poſita; pretium pro remedio animæ ſuæ pauperibus erogandum mandavit, quorum bonorum partem coemit Hieremias Epiſcopus Lucenſis Ludovici Imp. an. 4. quarto idus Martii Actum Lucæ. Documentum extat in archivio Eccleſiæ Lucen.

* Ex App. tom. 5.

XVII. 15. GUALCHERIUS tempore Caroli Craſſi Imp. à quo pro ſua Eccleſia ampliſſimum privilegiũ recepit. („ *Hunc Gualcherium fuiſſe duxerim illum „Præſulem, quem Haſtingus Normandorum dux capta „per dolum Luca anno circiter 991. interfecerit, ut nar-„rat Dodo l. 1. de geſtis Normanaorum apud Collecto-„res Actorum SS. Junii t. 3. p. 144.*)

XVIII 16. ODELBERTUS Lunenſis Epiſcopus ſummam Berengarii Regis gratiam collegit, à quo confirmationem omnium privilegiorum, à Carolo Magno, aliiſque Imperatoribus Eccleſiæ Lunenſi conceſſorum obtinuit an. 900. ſequenti diplomate, quod in codice pergameno, ab annis 400. Henrici Epiſcopi opera excepto, inter cætera monumenta ejuſdem Eccleſiæ relatum eſt. Id Romam an. 1640. delatum, cujuſdam amici beneficio inſpeximus, à quo non ſolum ſequens Berengarii diploma, ſed etiam omnia alia Imperatorum, ac Pontificum privilegia decerpſi, & delibavi. Porrò diploma Berengarii folio codicis 56. deſcriptum, in hunc modum jacet exaratum. B

In nomine Domini noſtri JeſuChriſti, Amen.

Berengerius divina favente clementia.

Petitionibus ſacerdotum Dei juſtis rationabilibus animum noſtra pietatis . . . ut oporteat adimplere ſic egimus proculdubio beatitudinem æternæ hereditatis adipiſci nequaquam ambigimus, & temporalem honorẽ facilius obtineri. Quapropter comperiet ſolertia omnium fidelium S. E. Dei noſtrorum præſentium videlicet, & futurorum, quia vir ven. Odelbertus S. Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quæ eſt in honore S. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ dicta ad noſtram accedens majeſtatem præceptum Domni Caroli authoritateſque noſtrorum prædeceſſorum Regum noſtris ob . . tibus, in quibus inſertum fuerat qualiter ipſi memoratam Matrem Eccleſiam ſumma pleniſſima defenſione, atque immunitatis tuitione cum omnibus rebus ſibi pertinentibus ſuſceperat, eamque ex rebus ſui Imperii ſublimare ſtuduerit, pro firmitatis vero ſtudio noſtram petiit excellẽtiam memoratus Epiſcopus, ut prædeceſſorum noſtrorum authoritate noſtra roboraremus firmitate, cujus petitionis propter amorẽ divini cultus, & dilectiſſimi fidelis noſtri aures inclinantes videlicet memoratam Matrem Eccleſiam una cum ſacerdotiis, & Eccleſiis baptiſmalibus, atque oraculis, omnibuſque rebus ad eam ſedem pertinentibus ſub noſtra pleniſſima tuitione, atque immunitatis protectione ſuſcipimus, quatenus in noſtra manens defenſione nullus judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate juſta res, aut territoria juſte, & legaliter ad eandem ſedem reſpicientia quovis modo in quocumque poſſideat loco, vel quas divina Majeſtas augere voluerit ad cauſas judiciario more audiendas, vel excutiendas nullo unquam in tempore ingredi audeat, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ſuper terra ipſius, aut ingenuos quamquam ſervos cum manentes diſtinguendos, aut paratos Manſionaticos, aut parandes excutiendos, aut ſticum freda, vel ullus red. . . . occaſione requirere præſumat, ſed cumque, quæcumque ad jus noſtri fiſci exigi . . . omnia . . . ipſius Eccleſiæ referendas, decernentes autem, ut præcepta noſtrorum prædeceſſorum Regum, ac noſtra, & omnia ex quibus per diverſa loca memorata ſedi hactenus delegata fuerunt, ac confirmata, qui nunc à rectoribus ejus ubicumque poſſidentur deinceps per noſtram authoritatem recte, atque inconvulsè inibi permaneant, quin etiam libellos, & precarias . . . commutationes injuſta eſt donaſtancoatenatus Eccleſiaſtica dogmata capitulum S. Lunenſis Eccleſia emiſſa hoc noſtra authoritatis pragmatice infringimus, caſſamus, atque omnimodis evacuamus uti admodum nullum unquam in tempore obtineat vigorem, ſed tanquam non fuerint penitus caſſata, atque evacuata permaneat, ſancientes, ac præcipientes, ut nullus ex judiciario ordine juxta eaſdem increpationes aliquando judicium proferat, ſed quicumque ex ipſis rebus . . . irrationabiliter aliqua inſcriptionis pagina aggreſſus, & accipere, ac dictus Sta contenatui prohibemus, temporibus maneat de ipſis . . . legem ſæpedicta Eccleſia expoliata legitima inveſtitura ad eiuſdem Eccleſiæ partem adſcribimus, nec deinceps iure proprietario iuſte, & legaliter paſſa eſt diminorationem. Si quis autem contumax, ac rebellis huius noſtra iuſſioni contraire tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem palatio, medietatem iam ſæpedictæ Eccleſiæ Lunenſis, & ut verius credatur, & diligentius omnimodis obſervetur manu propria corroboravimus anuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri.

Signum Domini  *Berengarii optimi Regis.*

Beatus Cancellarius ad vicem Luitnardi Epiſcopi Archicancellarii recognovi.

Datum 9. Kal. Junii, anno Incarn. Dom. 900. a *Anno vero Beringarii piiſſimi Regis XII. ind. 3. Actum Papiæ Civitate, palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.* a 895.

Hanc Eccleſiam diuturno tempore Odelbertus geſſit, cum ab an. 890. ad annum 941. de eo celebrata mentio reperiatur. Interfuit ille decreto in Eccleſiæ Lucenſis favorem à Ludovico IV. Imp. tempore Benedicti IV. Pontificis dato an. 905. Pronunciatæ etiã alterius ſententiæ à Marchione Uberto, in gratiam Conradi Lucenſis Epiſcopi an. 941. die 14. Martii, ut ſuperius vidimus, ſuum calculum adjecit. Ab hoc anno nulla ejus amplius mentio facta reperitur, quare haud paulò poſt, eum è vivis exemptum colligo. C

17. ANSELMUS anno 960. XIX.

18. ADELBERTUS b ſubſcripſit privilegio erectionis Eccleſiæ Magdeburgenſis Joannis Papæ anno 968. („*ſedit in Concil. Ravennatenſi an. 967.*) Hic Adelbertus circa annum 961. Epiſcopatum adiit, quo mors Anſelmi debuit contigiſſe, ac mox in ornanda, amplificandaque ſua Eccleſia, operam, induſtriamque ſuam collocavit. Quare ab Othone Magno Imperatore apud Montem Feretranum in loco Petra S. Leonis tunc dicto, in quo hodie munitiſſima, & inexpugnabilis Arx conſurrexit, ampliſſimum privilegium elicuit, quo ab Imperatoribus aliis conceſſa, additis aliis immunitatibus confirmata continentur, quæ anno 963. contigere, & citati codicis pagina 57. hoc tenore reperiuntur. XX

b Seu Hubertus.

In nomine ſancta, & individuæ Trinitatis.

Otto divina providente clementia Imperator Auguſtus.

Sanctis Venerabilibus locis collata fidelibus non confirmamus proculdubio præſentis, & æternæ vitæ emolumentum adipiſci non habemus. Quapropter S. Dei Eccleſiæ omnium fidelium, noſtrorumque præſentium, ac futurorum ſolertia noverit qualiter Adelbertus S. Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtram adiit celſitudinem, ut pro Dei amore, animæque noſtra remedio S. Lunenſis Eccleſia, cui præeſt, omnes cortes, plebes, res, & familias utriuſque ſexus, tam à noſtris anteceſſoribus, quam à cæteris fidelibus Deum timentibus per paginam cartarum collata ſunt, per noſtri præcepti paginam confirmare, & corroborare dignaremur, cujus precibus aſſenſum præbentes, hũc noſtrum præceptum fieri juſſimus, per quod prædicta Lunenſis Eccleſia omnes cortes, plebes, res, & familias utriuſque ſexus, ideſt cortem de Luna cum mercatis, & pertinentiis ſuis, cortem de Ca, cortem de Cliva cum ſua pertinentia, cortẽ de Serviliano, cortem de Lavacle, cortẽ de Maſſa, cortẽ Biinengi, Caſtrum de Amelia in laulo, & Caſtrũ de Sarzano, Certẽ de Pedegniano, cortem de Carreria, cortem de Niblone, cortem de Curvaſano, cortes diſtrictus de Bardarano,

cor-

cortes de Vecano cum caſtro Renitiano, cortem de Ceperana cum mercato, & caſtro, cortem de Caſcagnano, cortem de Bajano, & Ticunia, cortem de Bracerio, caſtrum S. Andreæ, caſtrum de Tribiano, cortem de Exlato, & cortem de Porto cum Eccleſia S. Juliana, cortem in Placentia cum omnibus illarum pertinentijs, cum omnibus cortibus, rebus, ac familijs ad eam pertinentibus confirmamus, & corroboramus, unacum caſis, ſedíminibus, campis, vineis, pratis, paſcuis ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, vallibus, planitiebus, alpibus, ſervis, & ancillis, adhæſionibus, & additionibus, cunctiſque rebus, ac familijs ad prædictam Eccleſiam Lunenſem pertinentibus, ut tam ipſe Adelbertus Epiſcopus, quam ſucceſſores ejus ad jus, & dominium præfatæ Eccleſiæ habeant, & teneant, firmiterque poſſideant. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſcio, Gaſtaldio, aut ullus Reipublicæ exactor res præfatæ Eccleſiæ invadere, aut poteſtas, ut ingredi, vel manſionaticam facere teloneum, aut ullam publicam functionem functionem exigere ex rebus, & familijs ejuſdem Eccleſiæ præſumant. Si quis igitur hujuſmodi præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri centum libras, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Adelberto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes anuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.

Signum D. Ottonis Magni, & Invictiſſimi Imp. Aug.



Luigerius Cancellarius ad vicem Widonis Epiſcopi, & Archicancellarij recognovi, & ſubſcripſi.

Datum xiiij. Kal. Junij, anno Dom. Incarn. 963. ind. vi. anno Imperij Magni Ottonis Imperatoris Auguſti II. Actum in Monte Feretri ad petram S. Leonis.

XXI. 19. GOTOFREDIUS Marchionis Attonis filius, proavus Comitiſſæ Mathildis, Epiſcopus Lunenſis, non minori augendæ, illuſtrandæque Eccleſiæ ſuæ zelo, quem anteceſſor Adelbertus arſiſſet, flagravit, ſummaque contentione Immunitatum confirmationem novis privilegijs ab Othone II. dicto III. anno 981. obtentis conſecutus eſt; ſpeciatim verò, confirmationem ſententiæ à Gualchero Judice, Carolo Magno, ſummique Pontificis legatis, præſentibus in favorem Lunenſis Eccleſiæ contra Gunnebaldum Bobienſem Abbatem datæ comparavit. Documenti in citatum codicem relati f. 58. tenor hujuſmodi eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus.

S Ipetitionibus fidelium noſtrorum juſtis, & rationabilibus divini cultus amore faventes, & neceſſariis proclamationibus aures pietatis noſtræ accomodamus, & apud Deum veniam promereri, & noſtri Imperii vires non ambigimus roborari. Quapropter omnium S. Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum comperiat induſtria, quia Gotefredus S. Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopus ad noſtram notitiam venit proclamans de pluribus ſuæ Eccleſiæ injuſtis oppreſſionibus à ſeculari, & publica poteſtate temere illatis, itaut contempto amore, & timore Dei, & abſoluta à prædeceſſoribus noſtris interdicta deſtrictione in ſervos, & ancillas facient pervenientes ad eamdem Eccleſiam, tributa ab eis, angarias, & opera, cenſus, & donaria exigant, quod Deo odibile credimus, quia tales inſolentias apud Chriſtianos non debere fieri procul dubio ſcimus; ideoque omnium fidelium noſtrorum, tam religioſorum Epiſcoporum, quàm devotorum comitum notitia prædictas ſuperſtitiones, & importunas violentias, quas quidam nefario auſu res ejuſdem Eccleſiæ invadendo committunt, funditus ab hodierno die, & deinceps à S. Lunenſi Eccleſia abolendas, & exterminandas modis omnibus deliberavimus, ſtatuimus, ut in S. Lunenſi Eccleſia nullus Comes, vel Dux, ſeu qualibet judicariæ poteſtatis perſona tam in Civitate, quam in plebibus, necnon ſeu in titulis, aliiſque Eccleſiis, ac domibus, ſive ruſticis poſſeſſionibus ad eam S. Eccleſiam pertinentibus placida tenere, maſſarios, & colonos, liberos, & ſervos diſtinguere, pignorare, angariare cenſus, & reditiones, & donaria aliqua exigere præſumat, ſed cuncti homines reſidentes ſupra prædictas res S. Lunẽſis Eccleſiæ, quod legalis coactio exigat quærere ad placitum, per patronum, ſeu advocatum ſuum ad placita ducantur, ut legalis deſinitio finem imponat. Hæc jam in omnibus liberis, & herimanis præfatæ Eccleſiæ filiis, & in eadem diœceſi commanentibus maſſariis, & colonis obſervari omnimodis jubemus videlicet, ut ab eis, nec donaria, aut redibitiones, nec pignorationes, vel injuſtæ diſtinctiones exigantur, verum uniuſcujuſque legalis cenſura exigat, ut à patrono ſuo unuſquiſque ad placitum deducatur, ne pignorationis occaſio aditum rapinæ prædatoribus in aliquo præſtet; Inſuper etiam concedimus, confirmamus, & corroboramus, & omnino transfundimus chartarum paginam, quam præ cæteris Deum timentibus collata ſuat prædictæ Eccleſiæ, quam diligentiſſima perquiſitione, & veterum præceptorum antiqua atteſtatione ex parte regni noſtri eidem præfatæ Eccleſiæ pertinere, & quamplurima annorum curricula ab ea detineri cognovimus; confirmamus etiam in Comitatu Parmenſe corticellam, quæ dicitur Linaridum, & Eccleſiam S Georgii poſitam in loco, qui dicitur Variano cum pertinentiis ſuis, atque Eccleſiam S. Laurentii in loco, qui dicitur Carrellia, & aliam Eccleſiam, quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Vvipilla cum ſuis pertinentiis, Mercatum etiam in plebe S. Caſſiani, & aliud in plebe S. Stephani, necnon & omnes plebes, & curtes, Ameliam videlicet cum caſtello, & curte, una cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, ſervis, & ancillis, colonis, & colonabus, aldiis, & aldiabus, cum venationibus, & piſcationibus infra ipſius Epiſcopatum terram habentibus, & confluentibus nominatum etiam Campilia, cum piſcatione, & venatione ſua. Volumus etiam, ut per liberos homines inquiſitio facta ſit de rebus prædictæ Eccleſiæ, quæ ab ea injuſtè abſtractæ ſunt, quæ infra xl & xxx. annos tenuit teneat, inveſtituram etiam in autea Præterea confirmamus decimam vi. Villarum Vuſſula, Pontilla, Valeburdulaſca, Teturano, & Rupinalia, Conſtello, quam Gualchertus S. Lunenſis Eccleſiæ ſuper Gulnebaldum Bobienſem Abbatem præſentia Caroli Imperatoris, & Legatorum S. ſedis Apoſtolicæ præjudicium vicit. Et ut hæc noſtræ Imperialis inſtitutio, ac promulgata authoritas, noſtrumque confirmationis præceptum perpetuum robur obtineat jubemus, ut ſi quis contra hæc, quæ in hac pagina continentur, in aliquo agere convictus fuerit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem Cameræ noſtræ, medietatem Pontifici S. Lunenſis Eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, & ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus in poſterũ obſervetur, manus illud noſtræ inſcriptione annotavimus, & anulo noſtro ſubterſigniri juſſimus.

Signum D. Ottonis Sereniſſ. invictiſſ. Imp. Aug.



Joannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarij recognovi, & ſcripſi.

Datum 15. Cal. Aug. anno Dom. Incarn. 981. anno Regni D. Ottonis II. xxi. Imperij autem ejus xiiij. ind. viiii. Actum in Campo vici. feliciter. Amen. Amen. Amen.

Incubuerat Gotifredo quædam lis, de quarumdã parochiarum juriſdictione cum Otberto Marchione de Maleſpinis, qui omnium illorum regionum ſupremi Domini extitere, multiſq; opibus, prædiiſq; hanc Lunenſem Eccleſiam auxere. Cumque lis compoſita, extinctaque fuiſſet, Vbertus ann. 986. qui fuit tertius Othonis III. dicti IV. cognomine Ruſſi, ſequentibus promiſſis, quæ codici fol. 243. inſerta ſunt, adverſus Gotifredum ſe ſe adſtrinxit.

In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Tertius Otto, gratia Dei Imperator Auguſtus, anno Im-

pe-

A *perij ejus, Deo propitio, tertio, 7. Kal. Auguſti, ind. 14. Tibi Gotifrede Epiſcope S. Lunenſis Eccleſiæ, Ego Otbertus Marchio filius quondam item Otberti, itemque Marchio, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Longobardorum, propterea dixi, promitto, & ſpondeo me ego qui ſupra Otbertus Marchio una cum meos haredes tibi D. Gotifrede Epiſcope, veſtriſque ſucceſſoribus, ut amodo nullum quam tempore non habeamus licentiam, nec poteſtatem per nullum jus, ingenium, nullaque occaſione, quod fieri poteſt, agere, nec ceſſare nominative de plebibus quatuor: Una quæ dicitur S. Caſſiani de Urciola, alia de Vico, tertia de Soleria, quarta de Veſſelia cũ omnibus ſuorum pertinentiis, quæ ſunt ipſis plebibus de ſubregimine iam dicti Epiſcopi veſtri. Actum in Brolio de Carraria feliciter. Otbertus Marchio ſubſcripſi. Burgo Judex interfui. Ego Gerardus rogatus ſubſcripſi. Siganm manus Rolandi Vicecomitis, & Joannis qui eſt à me Zeniſco Gotozoni Gregorij, omnes lege viventes Longobardorum teſtes.*

B Eodem anno 986. cum lis Gotifredo cum Adurando Azonis filio de multis bonis ad Epiſcopatum pertineutibus, quibus ille potiebatur, interceſſiſſet, cum eo conciliatus eſt. Sequens ab eo ſcriptum, quod, cum pervetuſtum ſit, quamvis incomptum, inculcumque ſit, ejus ſeculi ſubagreſtis more, non injucundum tamen legentium eſſe poſſit, in eodem codice f. 242. inſinuatum hoc tenore conſpicitur.

In nomine Dom. Deiq; Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Tertius Otto, gratia Dei Imperator Auguſtus, anno Imperij ejus, Deo propitio, tertio, 14. die menſis Octobris, indict. xiiij. Peto ego Adgurando quondam Azo filius quondam Rodulfi q. Bonizoni de loco Ponſano, una cum meis haredibus ad vos D. Gotefridus Epiſcopus S. Lunenſis Eccleſiæ hoc eſt medietatem res terras Epiſcopio veſtro in Geneſtiulo, & in Ponciano ſevino, Catulo, & pro alijs cateris locis uſque de ipſa res de Geniſtiulo eſt pertinente ſtans inde cum caſis, & terris, vineis, ſalectis, ficetis, campis, ſylvis, & paſcuis, diverſiſque terra, con res plenam, & vacuum, quæ cum omnia ſuper ſe habente in , . . ipſa . . medietatem juris Epiſcopio veſtro, quæ eſt pertinente de curia noſtra Capatiana alendi, colendi, laborandi, quam meliorandi, & ſuperſedere debeant. Ego Adeurando, vel meis haredibus, aut noſtro miſo ad habitandum, & à mandato veſtro veniamus de ipſa res ad lex faciendum, & exinde perſolvere debeam ego Adeurando, vel meis haredibus, vobis Domni Gotefredi Epiſcopi, vel ad ſucceſſores veſtros in curte veſtra Caparsana, aut ad veſtro miſſo per ãnum octava de Nativitate à ficta penſione dari bonos, & expendibiles numero 24. & 14. quæ debet omnia ſi aliunde aliquid minime compleverimus ad dandum, vel perſolvendum de quibus ſupra libris, aut ipſa res dimiſerimus tunc cop. Ego Adeurando, vel meis haredibus vobis Domni Gotefredi Epiſcopi, vel ad ſucceſſores veſtros pœna numero ſoldoe 12. & ego Gotefredus Epiſcopus ſic repromitto, vel meis ſucceſſoribus tibi Adeurandi, vel ad tuis haredibus ſi vobis aliquid ſuper impoſita fecerimus, aut ipſas res retollerimus pro quolibet ingenio tunc cop. ſimiliter Alid. 12. & ipſa liberaliter inter nos facti ſua maneat firmitate.

D *Actum in curte Carraria. Signum manus iſtius Adeurandi quod hoc libello fieri rogavit.*

Adhuc ann. 986. in eo codice, aliiſque documentis Gotifredi memoria celebratur, quo verò è vita ſublatus, aſſequi non poſſum: illi verò ſequentes reperio ſucceſſiſſe. Tranſlatum deinde fuiſſe Gotifredum ad Eccl. Brixien. nonnulli referunt.

XXII. 20. VVIDO, alijs Viridonus, vel Guidn, cuius memoria privilegii ipſius Eccleſiæ ann. 1028. à Conrado Imperatore conceſſi, & in eundem cod. fol. 54. relati beneficio ad nos profluxit. Eius etiam aliud documentum anno 1039. 4. Novembris meminit; altum deinde de eo ſilentium uſque ad ann. 1078. quo Guidonis fit mentio, quem ab eo diverſum exiſtimo, ac Vidonem non Guidonem reperio appellatum. Porrò privilegii à Conrado Ipſi Vidoni petenti indulti ſeries ita jacet.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. Conradus, Divina favente clementia, Romanorum Imp. Aug . . .

A *Deo, qui bonorum omnium largitor, & Imperiale diadema ſuſcepimus, dignum eſt, ut & nos, noſtrorumq; procerum petitionibus libenter annuamus, eorum maxime, qui ſacra myſteria quotidie tractant, ac pro republicæ ſtatu, noſtrorumque, omniumque fidelium noſtrorum ſalute Deum inceſſanter exorant, quatenus id agendo cæteros ad noſtram fidelitatem intentius attrahamus, necnon ab æterno remuneratore præmia ſine fine manſura percipimus. Proinde omnibus S. Dei Eccleſiæ, noſtriſque fidelibus præſentibus pateat, & futuris, qualiter nos interventu Giſlæ dilectæ conjugis noſtræ, ac Imperatricis Auguſtæ, necnon D. Arbonis Archiepiſcopi, & Archicancellarii, atque Hugonis Cancellarij confirmamus Domno Vidoni Ven. Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & præſentem firmitatis chartulam roboramus ſuæ S. Eccleſiæ in perpetuum ſecundum prædeceſſorum noſtrorum Regum, & Imperatorum data munimina, quandam Abbatiolam Brumiadæ nomine in Comitatu Lunenſi ſitam una cum corticellis, titulis, ſive oratoriis, & cellis, tam in Comitatu Lunenſe, quam*

B *etiam Januenſe, necnon & Mutinenſe, vel Placentino, aut Laudenſe, aut etiam Volaterranenſe, ſive ubicumq; per loca poſſidetis rebus juſte, & legaliter per qualemcũque lineam, vel titulum, ſive ordinem ad iam dictam Abbatiolam pertinentibus, vel aſpicientibus cum ſervis & ancillis utriuſq; ſexus, ita ſane ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, aut quiſquam publicus exactor, ſeu etiam quavis Imperii noſtri magna, vel parva perſona aliqua audeat præſcriptæ Eccleſiæ Lunenſi ſcilicet, ſuiſque rectoribus inferre moleſtiam, violentias, vel diminutionem, ſeu aliquam invaſionem de præfata abbatiola Brumiada ſita in Comitatu Lunen. & de omnibus ibi iure pertinentibus, ſed quod à nobis roboratum eſſe omnibus patet, firmiſſimum quoque cuncto tempore perſeveret. Si quis igitur huius confirmatoris præcepti edictum temerario auſu dirumpere, vel diminuere quæſierit, auri optimi libras centum ſe compoſiturum ſciat, dimidietatem Cameræ noſtræ, & dimi-*

C *diam prænominatæ Eccleſiæ Lunenſi, ſuiſque Rectoribus quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur manu propria corroborantes ſigillo noſtro repercuſſo iuſſimus inſigniri.*

Signum D. Conra-  *di Invictiſ. Imper. Aug.*

Hugo Cancellarius Vice Domini Haribonis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum anno Dom. Incarn. 1028. indict. X. 7 id. Aprilis, anno D. Conradi ii. Regnantis Imperii vero 21. Actum Romæ feliciter

[,, *ANSELMUS Epiſcopus Lunenſis ſubſcribitur Con-* XXIII
,, *cil. Rom ſub Nicolao II an. 1059. apud Hard. Concil. t. 6.*]

21. GUIDO alter poſt Vidonem ſedit, quo verò XXIV
D anno ceperit, aſſequi non potui; ejus ſolummodo citatus codex fol. 244. mentionem edidit; *Anno* (inquit) *ab Incarnatione Domini noſtri Jesu Chriſti 1078. XVIII. Cal Julii, ind. 1. conſtat me Beringarium de Burcivione, filium quondam Gotezionis, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Romana accepiſſe ſicut & in præſentia teſtium accepi à te Guidone Lunenſi Epiſcopo argenti denarios bonorum Papienſium libras xx. ſervitium pretium, &c.*

Fortè cum viveret Guido, eamq; Eccl. adminiſtraret Albertus Marchio Alberti dicti Ruſſi filius, egregia illa donatione Eccleſiam Lunenſem, tot in eam collatis bonis ornavit; quæ donatio cum Marchiones Maleſpinas admodum commẽdet ea eodem codice fol. 243. excerptam inſerere placuit.

Anno ab Incarnatione D. N. J. C. 1085. menſe Junio, indict. 7. Eccleſiæ S. Mariæ ſitæ in loco Lunæ. Ego Albertus Marchio qui dicor Ruffus filius quondam itemque Alberti Marchionis, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Longobardorum offertor, & donator ipſius Eccleſiæ pp. Dixi quiſ-

quis

A *quis in ſanctis, ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulit rebus juxta authoris vocem centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego qui ſupra Albertus Marchio dono, & offero à preſenti die in eadem Eccleſia pro animæ meæ, quam Patris, & fratris mei Ugonis mercede, ideſt omnes terras, quas iſte Albertus pater meus dedit iſti Eccleſiæ, ſcilicet curtem de Camiſiuno cum omnibus ſuis pertinentiis excepto Manſo de ſilva majori, quod ego dedi Gerardo de Veſaro, & excepto quantum dedi ego Azoni filio Villuni, quod eſt in caſtagneto plano; nam omnes alias terras, & res dono, & offero in iſta Eccleſia, ideſt quantum Albertus de la Valle, quod eſt de Arcula tenuit in Ceſare, & quantum Gripolus de Pegazane tenuit, & quantum presbyter Teuzo, & Morettus de ferra tenuerunt, & quantum Bellottus, & Barellus de Aciliano tenuerunt en parte patris mei, & Guidonis Marchionis, & quantum pater meus, & iſtius Guidonis tenuerunt in Carpinetulo, & quantum illi de Beblo tenuerunt ex eorum parte, & quantum filii Ruſtici tenuerunt in Valle cla, & quantum patri meo pertinuit in caſa poci, & quantum Bonifacius de Ardano tenuit in Corfeciano, quod medium de quarto fuit Guido*B*nis Marchionis in Ricco Carbonario, & quantum Mattolus de Aciliano tenuit in eodem loco ex parte patris mei, & quantum Paganus de rivo de arino tenuit in eodem loco Aciliano, & quantum Bellinus clericus tenuit, & quantum Odo filius Maſcari tenuit, & quantum Villanus de valle cla cum ſuis conſortibus tenuit, ſicut ubique de fuerit, totum in iſta præſente offerſionis meæ chartula permaneat. Iſtam terris, & rebus de iſta curte inventum autem curtem cum omnibus ſuis pertinentiis, & iſta omnes alias terras, una cum acceſſionibus, atque ingreſſionibus ſuis, & cum omnibus ſuper habentibus .. ab hac die in eadem Eccleſia pro animæ meæ, & patris, atque fratris mei mercede, dono, cedo, & offero, & faciat exinde pars ipſius Eccleſiæ, aut cui pars ipſius Eccleſiæ dederit proprietario nomine ad uſum, & ſumptum de canonicis, qui ibi Deo, die, noctuque deſervierint, quicquid voluerint pro anima meæ, & patris, & fratris mei mercede. Equidem & ſpondeo, atque promitto ego qui ſupra Albertus Marchio, una cum meis hæredibus iſti Eccleſiæ, aut cui parti iſta Eccleſia dederit iſtam meam offerſionem qualiter ſu*C*pra in perpetuum ab omni homine difenſare; quod ſi defenſare non potuerimus, aut ſi parti iſtius Eccleſiæ exinde aliquod per quod ſui gentium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum eamdem meam offerſionem iſti Eccleſiæ reſtituam, ſicuti pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub extimatione in conſimilibus locis. Hanc enim chartulæ offerſionis meæ paginam Caro Amico notario tradidi, & ſcribere rogavi, in qua etiam ſubtus confirmans, teſtibuſque obtuli roborandam. Actum Burgo Sarzanæ feliciter.*

Signum manuum iſtius Alberti Marchionis, qui hanc chartulam offerſionis fieri rogavit.

Signum manuum Gatberti de Burcione, & Guidoni de Bibula, & Guniardi de Caricino omnium rogatorum teſtium

Ego Charus Amicus notarius ſacri Palatii ſcripſi, poſt traditam complevi, & dedi.

XXV. 22. * LAZARUS Lunenſis Epiſcopus floruit an. 1089. memoratur in teſtauratione Templi S. Venerii, quam refert Lancellotus in hiſt. Olivetana.

* Ex App. tom. 5.

XXVI. („ PHILIPPUS *Epiſcopus Lunenſis ſubſcripſit* „ *Bullæ Urbani II. an. 1095. XII Kal. Martii Ind. 3. pro mo-* „ *naſterio S. Ægidii confirmatæ in Concilio Placentino, a-* „ *pud Baluzium Miſcell. tom. 6. p. 382.*)

D XXVII. 23. ANDREAS Epiſcopus Lunenſis an. 1124. contra Marchiones Maleſpinas pro ſua Eccleſia viriliter decertavit. Extat inter ipſum, eoſdemque Marchiones initæ pacis documentum in eodem codice, f. 131. tenoris ſequentis.

In nomine Domini. Omnium Civitatum homines maximè principalium omnia civiliter, atque honeſtè agere oportet, & decet; eſt enim Civitas converſatio populi aſſidua ad jure vivendum collecti. Glorioſa igitur Civitas Luna multis dignitatibus decorata, atque ſuper univerſam Tuſciæ Marchiam caput ab exordio conſtituta, quoniam Andream Ven. Lunenſem Epiſcopum, ac homines de Epiſcopatu, necnon nobiliſſimos, atque prudentiſſimos Malaſpinam, & Vuillelmum Franciſcum Marchiones in ſuam cum gaudio receperat amicitiam, audiens, veréque cognoſcens, quod inter prædicti Epiſcopi exercitum, prædictoſque Marchiones, eorumque milites bellum factum eſt, iterumque ab utraque parte

A *fieri præparabatur, ſuos ad illos cities legatos direxit, qui monerent, atque ſuaderent utrique ſupraſcriptæ parti, ut ipſam Civitatem veram illorum amicam advenirent. Contriſtabatur enim univerſa ſupraſcripta civitas de eorum diſcordia, atque inter illos pacem facere deſiderabat. Ipſi verò exaudita legatione ſtatim ipſam Civitatem advenerunt. Convenerunt itaque ad Eccleſiam S. Alexandri 60 ferè prædictæ Civitatis Conſules, multique alii cum eis ejuſdem Civitatis ex omni ordine ſapientes homines, & utriuſque ſupraſcriptæ partis diſcordiam audire volentes, illamque ab ipſis repellere, atque ipſos ad pacem reducere deſiderantes, interrogaverunt ſupraſcriptam utramque partem, ſicut prius iiſdem civibus obſides dederant, ſi ſuper eorum jam enarrata diſcordia illos arbitros eligere, eorumque arbitrio, atque ſententia ſtare vellent. Reſponderunt itaque prædicti Epiſcopus, prædictique Marchiones jam dictam noſtram cauſam veſtro arbitrio committimus, atque ſuper illa vos arbitros eligimus. Repromiſit itaque jam dictus Andreas Epiſcopus prædictis Marchionibus ſub pœna 100 librarum auri optimi præ*B*dictorum Conſulum de jam enarrata diſcordia arbitrio, quod protulerint, ſtare, atque ſe, ſuoſque ſucceſſores ſemper obſervare; repromiſerunt etiam ſupradicti Marchiones ſupraſcripto Epiſcopo ſub pœna 100. librarum auri optimi prædictorum Conſulum de eadem diſcordia de arbitrio quod protulerint ſtare, atque ſe, ſuoſque hæredes ſemper obſervare.*

*His autem ita peractis Vuillelmus de Apulia ſurrexit, & ut jam dixerat pro ſupraſcriptis Marchionibus de prædicto Epiſcopo arbitris electis ita conqueſtus eſt. Audiat me quæſo univerſus conſulatus, cæterique eidem boni homines aſſidentes, quando iſtis ad inſtantibus Marchionibus cum ſuis militibus per ſuam terram ad proximum pogium ire placuerat, qui eſt in monte, qui vocatur Caprione ad ædificandum ſuper eum caſtrum, venit eis obviam, juxta prædictum montem ad repugnandos, & vi repellendos illos prædicti Epiſcopi armatus exercitus, magnumque damnum in hominum, & caballorum occiſione eis intulit, Marchiones vero cum ſuis viribus reſiſtendo pogium ipſum eundem aſcenderunt, & in quan*C*tum poterant invito prædicto exercitu ædificare cœperunt. Unde quia prædictus Epiſcopus cum ſuo exercitu injuſte, nec antea ſicut decet Epiſcopum, Marchiones inquiſierat, jam dictum damnum eis fecit, atque multa mala eis intulit, quatenus Epiſcopus emendet, rogo vos judicare. Ex adverſo autem prædictus Epiſcopus reſpondit. Scio, & verum eſt, quia egomet inquiſivi, & rogavi illum Vuillelmum Marchionem, qui mihi fidelitatem juravit, quatenus nunquam, vel per ſe, vel cum Malaſpina prædictum pogium cauſa Caſtelli ædificandi aſcenderet dicens: ſi feceris ita recipio, tamquam ſi abſtraxeris ſegatum de corpore meo; ſcio namque quoniam cauſa minuendi, & ferè Epiſcopatum meum deſtruendi hoc facturi eſtis; Malaſpinam vero, quia meus inimicus, nec in præſentiarum erat, non inquiſivi. Addidit autem ad hæc Maginardus de Ponte tumulo ita dicens: audite, & intelligite Conſules prudentiſſimi, nec more, nec legibus injuriam, vel damnum factum Marchionibus mandare debet Epiſcopus; palam enim in armata ad damnum, & injuriam prædicti Epiſcopi, ejuſque Epiſcopatus detrimentum, prædictum pogium non eorum proprium, D ſed in quo maximam partem Epiſcopus habebat, ædificare veniebant; unde moribus, & legibus vim vi pellere potuit, nec quicquam de injuria, vel damno Marchionibus facto Epiſcopus debet emendare. Interrogavit autem ſupraſcriptus Vuillelmus de Apulia dicto quam habet partem Epiſcopus in prædicto Pogio. Maginardus reſpondit; Epiſcopus enim Philippus emit partem, quam Marchio Fulco habebat in eo, & habet partem de Malnevothe, quam indicavit cum aliis pluribus ſuis rebus, Eccleſia, & Epiſcopatui S. Mariæ, & partem Marchionis Pallavicini per donationem, quæ hic adeſt. Reſpondit Vuillelmus de Apulia, quia nulli alii Eccleſia de judicatu, quod fecit Malnevothe juſtitiam fecimus, neque ſibi faciemus, quod enim Eccleſiæ S. Mariæ Lunenſi, vel aliis Eccleſiis, aut Epiſcopatibus de Longobardia indicavit odio fratris, & ut demens fecit, Pallavicinus verò, aut Fulco Marchiones nullas in prædicto Pogio partes alicui dare potuerunt. Mons ille namque coloni mei, &*

circa eũ reſidẽtes, in quo prædictus Pogius eſt, ita diviſi fuerũt, medietatem unam per certa, & diviſa loca receperunt ad ſe invicem communiter proavus Pallavicini, & proavus Willelmi Franciſci, aliam vero medietatem . . . . . per certa, & diviſa loca receperunt ad ſe communiter proavus Malaſpinæ, & avus Athonis Marchionis, in quam partem ſine dubio prædictus Pogius cotus venit, & fuit. Poſtea vero ſupraſcriptus proavus Malaſpinæ & avus Athonis inter ſe diviſerunt ſuam partem, & prædictus Pogius in partem tantum proavi Malaſpinæ venit, quæ fuit. Interrogaverunt autem prædicti Conſules ipſum Willelmum, ſi ea, quæ dixerit, approbare poterat: reſpondit; faciam ſi potero: interim tamen cognoſcere volo, ſi ea, quæ dixit Maginardus de ſupraſcriptarum partium acquiſitione, vera ſint. Datis igitur competentibus dilationibus, interim prædicti Marchiones quocumque modo, poſſent, prædictum Pogium eorum eſſe proprium approbarent, & ſicut ſupraſcriptum eſt, ita diviſum fuiſſe notificarent. Epiſcopus autem ſimiliter quocumque modo poſſit, approbaret, quam in prædicto Pogio partem prædicta Eccleſia haberet. Sexta feria igitur venientes prædicti Conſules in prædicta Eccleſia S. Alexandri cum multis ex omni ordine prædictæ Civitatis ſapientibus rurſum convenerunt; Advenerunt autem apud illos prædicti Marchiones, & prædictus Epiſcopus docentes, & oſtendentes, qualiter ea pro quibus dilationes petierant, approbare poſſunt. Legit itaque Maginardus Epiſcopi advocatus inſtrumentum publicè, & legitime confectum, quo apparuit Albertum Ruſum, & patrem ejus Marchiones, id eſt partem, quæ eis in prædicto Pogio competebat prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ pro ſuorum peccatorum remedio prætoritis jam 39. annis obtuliſſe, atque dediſſe. Reſpondit itaque Vuillelmus Marchio: Nunquam ego hæc amplius audivi, vel ſcivi. Addidit autem & Vuillelmus de Apulia: dixi, iterum dico, quoniam nec prædictus Albertus Ruſus, nec pater ejus ullam in prædicto Pogio habuere portionem. Prædictus namque Pogius, antequam ipſi naſcerentur, venit in partem, & fuit proprius locus abavi iſtius Malaſpinæ, nec iſte Vuillelmus Marchio partem niſi ex moderno dato iſtius Malaſpinæ in prædicto Pogio habet, hæc autem ut approbaret, quinque ante prædictos arbitros homines, ut teſtes adduxit. Ipſi vero diligenter interrogati unanimiter dixerunt prædictam diviſionem ante tempus ſuorum avorum, ut audierant, factam eſſe, neq; aliter niſi ex auditu ſciebant; unum autem viderant, & ſciebant à retro tempore pluſquam 30 annis, ex auditu vero à 100. annis inter prædictum Marchionem Malaſpinam, ſuoſque parentes prædictum Pogium per ſuos colonos poſſeſſum fuiſſe. Ex adverſo vero ex parte prædicti Epiſcopi plores venerunt teſtes, qui diligenter interrogati unanimiter dixerunt: nos & vidimus, & ſcimus, quia prædictus Pogius totus à 40 ferè annis retro, & plus ab hominibus ſuis per dictam Eccleſiam S. Mariæ poſſeſſus fuit. Prædictus præterea Pallavicinus aſſerebat quartam partem prædicti Pogii ſicos ſuit avi, & patris ſui illam ſe dediſſe pro communi prædicto Epiſcopo, qui nullam diviſionem factam eſſe de prædicto Pogio, quam ita paratus erat defendere. Omnibus itaque ſupraſcriptis, & aliis multis rationibus diligenter auditis, quoniam prædictus Epiſcopus, prædictique Marchiones ſupraſcriptam cauſam nobis non tantum ſecundum leges, & jura judicaturis, ſed ſi aliter placeret, commiſerit, hujuſmodi ſupra prædicta querimonia, & cauſa ſententiam proferimus. Medietatem igitur prædicti Pogii prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ, ſecundum quæ audivimus, & cognovimus, judicamus, à qua invito prædictæ Eccleſiæ Epiſcopo in prædicto Pogio, quia communis eſt, prædictis Marchionibus caſtellum facere, aut aliquid ædificare nos judicando interdicimus. Volumus inſuper, firmiterque præcipimus, quoniam Epiſcopi benigniores laicis, quam laici Epiſcopis, ut mala remaneant eſſe debent pro his, quæ contra Marchiones facta ſunt, det eis prædictus Epiſcopus ſolidos mille expendibiles Lucenſis monetæ, quos ipſi dividant, ut eis placuerit inter ſe, medietatem uſque ad proximam Nativitatem Chriſti. Jubemus inſuper, ut prædicti Marchiones faciant repromiſſionem prædicto Epiſcopo quodammodo nec ipſi, nec eorum ſubmiſſa perſona medietatem prædictam Pogii prædicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus contendere, vel contradicere, aut aliquam moleſtiam facere habent, nec aliquod ædificium in prædicto Pogio ſine voluntate prædicti Epiſcopi, ſuorumque ſucceſſorum facere habent, & ſi ita non obſervaverint, ſint compoſituri ſupraſcripto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus pœnam auri optimi libras 100. atque omni tempore iſta promiſſa ſit ſtabilis. Item jubemus ut ſupraſcriptus Epiſcop. ſimiliter repromittat ſupraſcriptis Marchionibus ſub prædicta pœna. Præcipimus igitur, ut prædicti Marchiones, homineſque ſui ſupraſcriptum Pogium relinquant, atque ædificium omne caſtelli cauſa in eo factum, vel ab hominibus Marchionum ſi eis placuerit vel ab hominibus prædicti Epiſcopi deſtruatur. Volumus inſuper atque jubemus, ut ante nos de omnibus, quæ pro hac cauſa inter Epiſcopum, & Marchiones facta ſunt, ſit finis, atque pax inter eos, & nomine pacis ad invicem ſe oſculentur. Hæc autem ſupraſcripta ſententia à prædictis Conſulibus, ſicut ſupradictum eſt à prænominatis partibus arbitris ſelectis excogitata, atque confirmata ex eorum communi conſenſu atque mandato à Gregorio legis perito, atque prædictæ vel arbitro ordinati, & cæteris Conſulibus, & arbitris aſſidentibus præſente, atque audiente ſupraſcripto Andrea Epiſcopo cum multis aliis ſuis fidelibus, necnon præſentibus, atque audientibus ſupraſcripto Vuillelmo, atque Malaſpina Marchionibus cum multis ſuis fidelibus in prædicta Eccleſia S. Alexandri lecta, atque data fuit, anno vero Incarn. Dom. N. J. Chriſti 1124. 15. Cal. Novembris Indi. 3. His autem interfuit Pallavicinus Marchio, Ugo filius Ilte, Gerardus filius bon. mem. Ermmendi, Rolandus Macho, Lambardus Zebrinus de Fillittiera, Monachus de Bagnone, Gaſarus de Foldenova, Ubertus Caſtagno, Monaſcus de Sertana, Malabocca de Trebiano, Maginardus prædicti Epiſcopi advocatus, Aldebrandus prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ Præpoſitus, hi verò omnes cum multis aliis erant cum prædicto Epiſcopo. Cum Marchionibus verò erant Armaninus, & Ugolinus filii Comitis Gerardi de Lavagna, Sigibaldus gener Malaſpinæ, Joannes de Tartona, Ugo filius Fralini, Ugiſſione filius Fraliſſi, Gregorius de Bojano, Villelmus de Arcule, Villelmus de Apulia, Rolandinus filius Rolandi; de noſtris verò civibus aderant Villelmus filius Conetti, Salomon filius Salomonis, Falcone filius Petronii, Albertinus Faſtidus filius Gerardi, Valterone filius Ugi, Alcelminus de S. Martino filius Brinſalini. Tancredus, miſſus Domini Imperator.

Leo gratia Dei ab Henrico Romanorum Imperatore Cæſare Auguſto Judex conſtitutus, & prædictæ cauſæ Arbiter electus prædictam ſententiam confirmando.

Idem Andreas ſubſcripſit bullæ Honorii II. Eccleſiæ Piſanæ conceſſæ anno 1126. pauloque poſt exceſſit è vivis.

24. PHILIPPUS circa annum 1130. de quo XX
mentio in bulla Alexandri III. ad favorem Eccleſiæ VIII.
Lunenſis contra Monachos Arelatenſis monaſterii.

25. GOTIFREDUS Lunenſis Epiſcopus, an- XXIX
no 1137. donat Archipresbytero plebis S. Andreæ de Carraria, omnia bona ſive in terris, ſive in vineis, ſive in decimis &c. perpetuo poſſidenda. Donationis tenor talis eſt, cujus exemplar affert Pennottus ex originali.

Gotefredus Lunenſis Eccleſiæ humilis ſervus.

Alberto Archipresbytero plebis S. Andreæ de Carraria.

Fraternitatis tuæ petitioni humaniſſimæ gratanter condeſcendimus: petis namque, & indeſinenter flagitas, quatenus plebs de Carraria ad unitatem redacta, indiviſa permaneat, & clerici, qui ibidem pro tempore fuerint, in communi vita permaneant, & divinæ Majeſtati ſervire ſe ſtudeant. Quod quia ratio omninò poſtulat, nobis admodum placet, & per hanc privilegii paginam noſtra authoritate firmamus. Capellas inſuper omnes, quæcumque ſunt, vel in antea fuerint in territorio ſupradictæ plebis S. Andreæ, ordinationi tuæ, ſuorumque ſucceſſorum, quos pro tempore in eadem Eccleſia S. Andreæ Lunenſis Eccleſia ordinaverit, omnibus modis committimus: & ut nulla perſona in aliqua de ipſis capellis, abſque tua, ſuorumque ſucceſſorum ordinatione poteſtatem habere præſumat, omninò prohibemus. Omnia etiam quæcumque ſive in terris, ſive in vineis, ſive in aliis arboribus, ſeu in decimis & quibuſcumque rebus, quæcumque ex modo jam dictæ plebi juſtè ſunt, vel in antea fuerint acquiſita, tibi, tuiſque ſucceſſoribus præſentis privilegii authoritate perpetuò poſſidenda ſancimus. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona contra hujus privilegii paginam

A *nam temerè venire præſumpſerit, & ſecundò, tertiòvè commonita congrua ſatiſfactione non emendaverit, anathematis gladio ſe deputatum agnoſcat. Cunctis autem ejuſdem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU CHRISTI; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmium æternæ pacis inveniant. amen. Actum in Synodo habita in Eccleſia S. Andreæ de Sarzana anno Domini 1137. 3. Nonas Junii, Ind. XV.*

Ego Gotefredus Epiſcopus propria manu ſubſcripſi.
Ego Hugo Lunenſis Archipresbyter ſubſcripſi.
Ego Paſtor S. Lunenſis Eccleſiæ Prępoſitus ſubſc.
Ego Gregorius S. Lunenſis Eccleſię cantor ſubſcripſi.

Extat apud eundem alia ejuſdem Gotifredi Epiſcopi donatio prædictæ plebis, omniumque Capellarum, Jurium, & bonorum ad illam ſpectantium, facta Petro Priori S. Frigidiani Lucenſis anno 1151. ſic enim ſe habet.

In Chriſti nomine.

Breve recordationis, qualiter prope Caſtellum Meliæ, juxta flumen, quod dicitur Magra, præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur, Gotefredus Dei gratia Lunenſis Civitatis Epiſcopus dedit, & ſuppoſuit Eccleſiam, & plebem S. Andreæ de Carraria Eccleſiæ, & canonicæ, & decretis S. Frigidiani, cum capellis ſuis, cum Hoſpitali montis Furculi, & cum capellis ſuis, videlicet S. Sixti, B *& S. Brancatii, & cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum hoſpitali S. Leonardi de Padule, & cùm duobus jugeris terræ in loco lavandario, & cum ſex jugeris terræ in loco Broilo, cum Caſſajo, quod eſt juxta plebem, & cum terra, quæ eſt juxta plebem, quæ fuit feudum Sileman, cum villa, quæ dicitur Plaula, cum omni ſuo jure, & placito, & diſtricto. Item conceſſit, ut omnes homines modo habitantes in terris prædictæ plebis, aut qui in antea venerint ad habitandum de alia terra in terram ſupradictæ plebis, vel qui venerint de terris ſupradicti Epiſcopi cum ejus conſenſu, vel ſuorum ſucceſſorum ad habitandum in terris ſupradictæ plebis, quos modo habet, vel in antea habuerit, ſint liberi, & abſoluti à juriſdictione prædicti Epiſcopi, vel ſuorum ſucceſſorum, & inſuper ſupraſcriptus Gotefredus Epiſcopus promiſit obſervare omnia ſupraſcripta per ſe, & ſuos ſucceſſores Rectores ſupradictæ* C *Eccleſiæ, & canonicis S. Frigdiani ad pœnam librarum 100. optimi argenti. Hæc acta ſunt in præſentia Oliverii, divina gratia presbyteri, & Capellani ſupradicti Epiſcopi, & Veltri de Corvaria quondam Gulielmi, Genetii quondam Rolandi, Uldicioni quondam Arcadi Guidi, & Gulielmi germanorum quondam Rolandi, Juſti quondam Guidi, anno Dom. Incarn. 1151. 3. Nonas Decembris, ind. 15. ſupradicti homines ibi fuere.*

Henricus Notarius Domini Imperatoris his interfuit, & per commandamentum prædicti Epiſcopi Gotifredi memoriæ cauſa deſcripſit.

Anno 1140. Gotifredus ab hominibus Sarzanenſium juramentum fidelitatis recepit menſe Julio Indictione XII. Cujus exemplar legimus in citato codice fol. 184. ibidemque ſpectatur Eugenii III. diploma intuitu Gotifredi Eccleſiæ Lunenſi conceſſum anno 1149. in quo omnia bona, & jura Epiſcopatus ſub ſua, & B. Petri protectione ſuſcepit. En Diploma.

D *EUGENIUS EPISCOPUS*
Servus Servorum Dei.

Ven. fr. Gotifredo Lunenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtitutis in perpetuum.

IN eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente domino conſtituti, & injuncto nobis Apoſtolatus officio fratres noſtros Epiſcopos debemus diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis ſuam juſtitiam conſervare. Ea propter ven. frater noſter in Criſto Gotifrede Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus debita benignitate gratum impertientes aſſenſum B. Dei genitricis, ſemperq. virginis Mariæ Eccleſiam de Luna, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, noſtraque protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſ-

A *ſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regii, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda. Plebem S. Stephani de Unſilia cum capella de vallechia, & aliis capellis ſuis, plebem S. Viti de Caſtello Aguilfi, plebem de Maſſa, plebem de S. Vitale, plebem S. Laurentii de monte Libero, plebem de Carraria, plebem S. Marię de Sarzana, plebem S. Andreæ de Sarzana, plebem S. Stephani de Cerreto, plebem de S. Venerio, plebem de S. Vectiano, plebem de Marnaſco, plebem S. Petri de portu Veneris, plebem de Ceula, plebem de Rubiano, plebem de Cornia, plebem de Pignone, plebem S. Andreæ de Caſtello, plebem de Bollano, plebem S. Petri de Caſtello, plebem S. Laurentii, plebem de Offiano, plebem S. Cipriani de Capite pontis, plebem de Viano, plebem de Soleria, plebem S. Pauli, capellaniā S. Mariæ de Pugnano, Eccleſiam S. Margaritæ de Caſtro Verucula, Eccleſiam S. Michaelis de Saxo Albo, plebem de S. Criſpiano, plebem de Venelia, plebem de Bagnione, plebem de Vico, plebem de Tarano, plebem S. Caſſiani de Verteola,* B *plebem de Vigniola cum omnibus capellis ſuis, quas juſtè, & canonicè poſſidetis. Decernimus verò, ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut oblata retinere, minuere, aut aliquibus fatigationibus, venationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur &c. Amen. Amen. Amen.*

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Conradus Sabinus Epiſcopus.
Odo Diaconus Card. S. Georgii ad Velum Aureum.
Gregorius Diaconus Card. ſancti Angeli.
Octavianus Diac. Cardi. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Joannes Diaconus Card. Sanctæ Mariæ Novæ.
Ubaldus presb. Card. tituli SS. Jo. & Pauli.
Guido Diaconus S. Laurētii, & Damaſi presb. Card.
Julius presb. Card. S. Marcelli.

Datum Piſis per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Card. & cancellarii 3. Idus Novem. Ind. 12. Incarn. Dom. anno 1149. Pontif. vero D. Eugenii Papæ III. an. 4.

C In eundem modum, iiſdemque penè verbis Eugenii privilegium, inſtante Gotifredo Epiſcopo, & jura Lucenſis Eccleſiæ confirmat Anaſtaſius IV.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. Card. & Cancellarii 15. Kal. Aprilis ind. . . . Incarn. Dom. anno 1153. Pontificatus verò Domini Anaſtaſii IV. Papæ anno 1. ſubſcriptiones ſunt ſequentes.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ymarus Tuſculanus Epiſcopus.
Odo Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureum.
Rodulphus Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.
Gregorius Diac. Card. S. Angeli.
Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
GG. presb. Card. tit. S. Callixti.
FF. Ubaldus presb. Card. S. Praxedis.
Manfredus presb. card. tit. S. Savinæ.
Aribertus presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Bernardus presb. Card. tit. S. Clementis.
Henricus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei.

26. ANDREAS. Anno 1160. XXX.

D 27. RAYNERIUS vivebat anno 1168. XXXI

28. PIPINUS * de Arrighis nobilis Piſanus ab Alexandro III conſecratus hujus Eccleſiæ Præſul, memoratur anno 1170. 21. Auguſti, in permutatione quorumdam bonorum ſui Epiſcopatus. XXXII. * Ex App. t. 2.

29. ALEXANDER (1) adfuit in Concilio Laterano ſub Alexandro III. anno 1179. ubi ſubſcriptus invenitur inter Epiſcopos Provinciæ Ravennatenſis. Obiit eodem anno. XXXIII.

30. PETRUS anno 1183. in Germania Apoſtolicus Nuncius una cum Joan. presb. Card. Legato corpus S. Aymonis Epiſcopi Colonienſis de tumulo elevavit, in quo per octo ſupra cēteſimum annum quieverat; de quo Godefridus monachus in Chronicon apud rerum Germanicarum Scriptores tomo 3. Petro XXXIV.

(1) Hic ex accurata Concilii Lateranenſis inſpectione patet Ughellum, itque hunc incautè ſecutum Lucentium deceptos. Edidit in tom. 12. ſui Spicilegii Lucas D'Achery, atque ex eo Harduinus in noviſſima Concil. editione tom. 6. par. 2. ejuſdem Concilii ſupplementum, in quo habentur nomina Epiſcoporum, qui eidem interfuere. Atque e Lunenſi cathedra in illo ſediſſe legitur PETRUS Lunenſis Epiſcopus, adnumeratus inter Patres Romanæ Provinciæ. Alexander verò ab Ughello relatus, atque inter Præſules Ravennatenſes Provinciæ adſcriptus ibi dicitur mendosè LURENSIS Epiſcopus: ſedi adjudicandus Livienſi potius ſeu Forolivienſi, quæ Ravennati paret, quam Lunenſi, quæ & in alia cenſetur Provincia, & Petrum ad idem miſerat Concilium.

confirmat Alexander III. jus benedicendi Abbatem S. Caprafii Arelenſis Monaſterii ſequenti diplomate ex citato codice deſumpto.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ven. fratri Petro Lunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

CUM univerſa, quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus deciſa ſunt, & ſcripti munimine roborata, noſtra quoque debent authoritate firmari, ne recidivam in poſterum pati non poſſit a ſede Apoſtolica controverſia jam ſopita. Ea propter ven. in Chriſto frater Petre Epiſcope ſententiam à prædeceſſore noſtro felicis memoriæ Lucio Papa ſuper controverſia, quæ inter prædeceſſorem tuum bo. mem. Gotefredum Lunenſem Epiſcopum, & Monachos S. Caprafii Arelenſis de ſubjectione ejuſdem Abbatiæ, atque benedictione Abbatis, & conſecratione Monaſterii promulgata eſt, authoritate Apoſtolica confirmamus, & ratam habemus, perpetuis temporibus decernimus permanere, quæ atque talis noſcitur extitiſſe. Monachi quidem S. Caprafii de Arola electum ſuum bo. mem. Cæleſtino præſentaverunt, & occaſione cujuſdam privilegii, quod à felicis recordationis PP. Innocentio noviter adquiſierant, ipſum ab eo in Abbatem inſtanter poſtularunt, quod tu audiens frater Epiſcope in ejuſdem prædeceſſoris noſtri præſentia aſſeruiſti monaſterium ipſum Lunenſi Eccleſiæ, & tibi ſubjectum hactenus extitiſſe, & Abbates qui deceſſerant prædeceſſorem tuum Philippum, qui gravi corporis infirmitate depreſſus, Epiſcopale Officium explere non poterat, à Bernardo tunc Parmenſi Epiſcopo benedictum, monaſterium ipſũ conſecratum eſt. Quod quidem iidem monachi denegabant, & tu ad agendũ ſuper hoc imparatus veneras, idem prædeceſſor noſter electum ipſum benedicere voluit, ſed tam tibi, quam eiſdem monachis diem præfecit, ut tunc utraque pars S. Apoſtolicæ Sedis conſpectus ſe præſentaret, et juſtitiã ſuam per idoneos teſtes, ſive per authentica inſtrumenta oſtenderet; iterum ab eodem prædeceſſore noſtro, ſicut Domino placuit, viam .... ingreſſa. Nos qui licet indigni Domino diſponente ſibi ſucceſſimus.... ſtatuto termino, utraq; pars noſtro ſe conſpectui præſentaſſet, cauſã ipſam hinc inde diligenter audivimus, & per fratres noſtros ſtudioſè examinavimus. Monachi ſiquidem nec ſcripta, nec teſtamenta, nec aliquid quod ratione ſubnixũ foret, niſi præfatũ privilegiũ prætendebant. Tu vero frater Epiſcope duos nobis teſtes idoneos Archipresbyt. S. Moderni de Sato Sechetinum nomine, & Abbatẽ Ceperana eodem nomine nuncupatũ nobis repræſentaſti jurare paratos, quod præfatus D. Parmenſis Epiſcopus rogante, & poſtulante Philippo Lunenſi Epiſcopo, monaſterium ipſum conſecravit, & Abbatem benedixit. Habito itaq; fratrum noſtrorũ conſilio, juramentum eorum recepimus, atq; benedictionem Abbatis, & conſecrationem monaſterii tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Lunenſi adjudicavimus, & contra quaſdem Philippus, & alii prædeceſſores tui in eodem monaſterio habuiſſe noſcũtur. Si vero ipſi Monachi quolibet tempore libertatem ſuam per alia authentica privilegia, vel alias evidentes rationes oſtendere poterint, ſilentium eis non imponimus. Apoſtolica igitur authoritate ſtatuimus, ut nulli de cætero liceat te, vel ſucceſſores tuos ſuper hac ipſius adjudicatione, temerè inquietare, ſeu quamlibet moleſtiam, vel injuriam arrogare de benedictione ſanè Abbatis prædicti loci, quam & dum venerit annuimus, impendimus, & privilegio eidem indulto nullum tibi, & Eccleſiæ tuæ imposterum volumus præjudicium provenire. Si quis autem &c. Amen amen amen.

Ego Alexander catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.
Jacinthus card. ſanctæ Mariæ in Coſmedin.
Arditio Card. S. Theodori.
Laboras Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.
Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureum.
Gratianus Diac. Card. Ss. Coſmæ, & Damiani.
Jo. Diaconus Card. S. Angeli.
Raynerius Diaconus Card. S. Adriani.
Matthæus S. Mariæ Novæ Diac. Card.
Bernardus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano
Jo. Presb. Card. Ss. Jo. & Pauli tit. Pamachii.
Jo. presb. Card. tituli S. Anaſtaſiæ.
Jo. presb. card. tit. S. Marci,
Theodinus presb. card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.
Petrus presb. card. tit. S. Suſannæ.
Petrus presb. card. tit. S. Griſogoni.
Cinthius presb. card. tit. S. Cæciliæ.
Ug. presb. card. tit. S. Clementis.
Arduinus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem,
Matthæus presb. Card. S. Marcelli.

Dat. Laterani per manũ Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancell. 7. Kal. Maii ind. 12. Incarn. Dom. anno 1179 Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. anno ejus 20.

Non contentus Petrus, Eccleſiam ſuam ampliſſimo privilegio ab Alexandro comparato ſulciviſſe, voluit etiam illud à Friderico Ænobarbo jam cum Eccleſia in gratiam reverſo confirmari: quod anno 1183. verbis ſequentibus ex dicto codice fol. 304. depromptis, eſt aſſecutus.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Cum ex officio Imperatoriæ Majeſtatis à Deo nobis credito univerſis Imperii fidelibus teneamur gratiæ noſtræ ſubſidium impendere, principibus noſtris, & præcipuè Eccleſiaſticis, quorum fides ſedula devotione nobis eſt obnoxia, & quorum operis exhibitio ſinceræ dilectionis affectum probat in eo debitores nos eſſe, clementer cognoſcimus, ut quanto honeſtate morum, & fidei ſinceritate clarius eluceſcunt, tanto liberalius conſueta benignitate eſſe ſtudeamus eis, & prodeſſe. Notum igitur facimus univerſis Imperii fidelibus, tam præſentis ætatis, quam ſuccesſuræ poſteritatis, quod nos dilectum, ac fidelem noſtrũ, familiaremque amicum ſcilicet Petrum Lunenſem Epiſcopum ob intuitum ſinceræ dilectionis, & conſtantia fidei illibata, quam erga perſonam noſtram, & coronam Imperialis Excellentiæ gerit, intimis animæ præcordiis amplectentes ad rationabiles, & honeſtas preces, ac petitiones ſuas favorabiliter inclinati comitatum Lunenſem cum omni integritate honoris ſui, & ripam Lunenſis portus, & portus Amelia, & pedagium ſecundum quod habere conſuevit, ei concedimus, ſtatuentes, & imperiali authoritate firmiter inhibentes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Capitaneus, nulla poteſtas, nullumve commune, nulla denique perſona humilis, vel alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam audeat violare, nec aliquibus injuriarum calumniis ſeu damnis attentet infeſtare. Quod qui fecerit Majeſtatis reus 10. libras auri pori pro pœna componat, dimidium fiſco Imperialis Cameræ, & reliquum Epiſcopo Lunenſis Eccleſiæ. Hujus rei teſtes ſunt.

Joannes Anagninus tit. S. Marci presb. Card.
Villelmus Aſtenſis Epiſcopus.
Anſelmus Cumanus Epiſcopus.
Godefridus Imperialis Aulæ cancellarius.
Otto Dux Bavariæ.
Federicus Dux Sueviæ filius noſter.
Bertoldus Marchio Iſtriæ.
Comes Henricus de Dies.
Comes Theopoldus de Leſchemunde.
Rodulphus camerarius, & alii quam plures, tam clerici quam laici.

Acta ſunt hæc anno ab Incarn. Domini 1183. Ind. 1. Regnante D. Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno Regni ejus 32. Imperii vero 29. Datum Conſtantiæ 2. Kal. Julii.

Longe etiam magnificentius privilegium idem Petrus ab eodem Friderico retulit, non iis ſolummodo, quæ ab aliis Imperatoribus ipſius Eccleſiæ indulta fuerant, confirmatis, verùm etiam majores alias immunitates, exemptioneſque, ſequenti diplomate, in citatum codicem fol. 383. relato, eſt conſecutus.

In Nomine S. & individuæ Trinitatis. Fridericus Divina favente clementia Roman. Imperator Auguſtus.

Majeſtatem Imperialis excellentiæ decet circa ſacri Principes Imperii ſanæ diſcretionis pariter, & dilect. habere conſtantiã, ut liquido conſideratis uniuſcujuſq; meritis non ſolum proſperitatis eorum quietem, & pacem provideat, verum etiam devotione ſinceritatis eorum

pen-

A *penſata honoribus ipſorum, & augmentis dignitatum libenter intendat, & quorum fides officioſa ſedulitate multos antecellit principali favore ſpecialis gratia multos anteire poſſit. In quorum numero digne computantes dilectum, ac fidelem noſtrum Petrum ven. virum Lunenſem Epiſcopum ſobria morum honeſtate decenter illuſtratum, ſcientiaque litterarum pariter, & Chriſtiana Religionis cultu merito venerandum juſtis, favorabilibuſque petitionibus ſuis facilem prabuimus aſſenſum, ſperantes in examine judicis etiam precibus ſuis, Eccleſia ſua juvare. Ea propter cognoſcat iam praſens atas fidelium Imperii quam ſucceſſura poſteritas, quod nos ad imitationem pradeceſſorum noſtrorum dominorum Regum Imperatorum Eccleſiam Lunenſem, & perſonam pradicti ven. Epiſcopi, & omnia tam Epiſcopatus, quam Eccleſia bona, qua nunc habet, vel in poſterum authore Domino canonice poterit obtinere ſub protectione defenſionis noſtra ſuſcipimus, & nominatim Civitatem Lunenſem cum foſſatis, & ſuburbiis, & ſuburbanis ſuis, cum ripa, & theloneo, atque mercato, bannu, & pedagio, juſtitia, atque guidatico alavello, & per totam terram*
B *Epiſcupatui eidem, & Eccleſia attinentem, & plateam, qua eſt inter murum Civitatis, & mare, adificium quod circulum vocatur, aut arena, comitatum etiam Lunenſem totum in integrum, caſtra etiam qua ad Lunenſem Eccleſiam ad comitatum pertinent, curtem videlicet guidengam, qua corvaria dicitur, & quicquid in burgo de brancalliano ad jus Lunenſis Eccleſia pertinet, caſtrum de ſtrectoria cum diſtrictu, & pertinentiis ejus, & quidquid in Caſtru Aginulphi ad ſupradictam Eccleſiam pertinet, caſtrum Campilia, & curtem Carraria cum alpibus, lapidicinis etiam marmorum cum montibus, nemoribus, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, plenum, & vacuum cum herbatico de curtis, piſcariis, venationibus, curtem etiam qua ſupra Lunam dicitur, Maſſa cum herbatico de Azzione, & alias villas, qua ad ipſam curtem pertinent, nemus vallis majoris, caſtrum de Sarzana cum curte, & diſtrictu ſuo, & villas qua ad ipſam curtem pertinent, & herbaticum ejuſdem curtis burgi de Sarzana, & juſtitiam*
C *ejus, & mercatum, bannum, & decretum, quartam partem caſtri de brina, & caſtrum de falcinello cum pertinentiis ſuis, caſtrum de caprelliula, cum curte, & pertinentiis, & piſcatione, burgum S. Stephani cum mercato, bannu, juſtitia, diſtrictu, piſcationibus, caſtrum de Bolanu cum burgo, mercatu de Cepperana cum omni curte, & diſtrictu herbatico, & pertinentiis ſuis, caſtrum de Sivenia cum omni curte, & pertinentiis, burgum de Panularmo, jus etiam quod ipſe Epiſcopus, vel anteceſſores ſui in homines, & locu de Bruniade, & pertinentiis ſuis praſertim in obſervatione tregua, & pacis habuerunt, quem ubique locum ex tenure privilegiorum pradeceſſorum noſtrorum Imperatorum, & Regum Caruli ſcilicet, Othonis, & Berengarii, Luduvici, Conradi Regis, & Conradi Imperatoris, & aliorum apertè cognovimus in Lunenſi comitatu conſiſtere eis, & ſucceſſoribus ſuis Imperiali authoritate confirmamus; nihilominus quoque caſtrum de Terblanu cum fodro, & pertinentiis ſuis, & caſtrum de Amolia cum curte diſtrictu, portu, venationibus, piſcationibus, & herbatico ejuſdem curtis, montem de Capriune, locum qui dicitur*
D *Particella, & montem Illicis cum portu, & piſcatione ſua, cuncta quoque animalia, qua per terram, & diſtrictum ſuum tranſeunt, caſtrum de Puzanello cum curte, & diſtrictu, & venatione ſua, caſtrum Soleria cum curte, & diſtrictu ſuo, villis & pertinentiis ſuis, locis, & villam qua dicitur S. Terentii, caſtrum de Reniann cum curte, & pertinentiis ſuis, caſtrum Muntis Floris cum pertinentiis ſuis, caſtrum de Maliano cum pertinentiis, caſtrum de Sagarſio cum pertinentiis ſuis, caſtrum de Longia cum pertinentiis, & territoriu, partem caſtri de Maviaſio cum omnibus aliis bonis ejus eadem Imperali authoritate ipſi Epiſcupo, & ſucceſſoribus ſuis confirmamus ſalva in omnibus Imperiali juſtitia. Statuentes, & Imperiali authoritate ſancientes, ut nullus Dux, nullus Marchiu, neque comes, nulla civitas, nullum commune, nulla denique perſona humilis, alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica hanc noſtra majeſtatis paginam audeat violare, nec aliquibus in iis calumniam, ſeu damnũ praſumat abiemare, quod qui fecerit in ultionem temeritatis ſua componat 100. libras auri, dimidium Imperiali Camera, & dimidium injuriam paſſis. Hujus rei teſtes ſunt.*

Vuillelmus Aſtenſis epiſcopus.
Hildebrandus Vulterranus epiſc.
Boniſacius Novarienſis epiſc.
Fridericus prapoſitus de Argentina.
Comes Sepaldus de Lechilgemunde.
Comes Sion de Spancheim.
Rodulphus Camerarius.
Ezelinus de Huvare.
Otto Novellus.
Placentinus Judex.
Oddobellus Judex Mediolanenſis.

Signum Friderici  *Domini Romanorum Imperatoris invictiſſ.*

Egu Goteſredus Imperialis Aula Cancell. vice Philippi Culonienſis Archiep. & Italia Archicanc. recogn.

Acta ſunt hac anno Dominica Incarn. MCLXXXV ind. 3. regnante D. Friderico Romanorum Imp. glorioſiſſimo, anno regni ejus 33. Imperii veru 31. Datum in Caſtro S. Miniati 4 Kal. Auguſti feliciter. Amen. Amen. Amen.

31. ROLANDUS anno 1191. Quo anno ab Henrico VI. Imperatore, eorum confirmationem elicuit, quæ ab ipſius patre Friderico, prædeceſſori ſuo Petro fuerunt conceſſa. Quæ cum iiſdem verbis exarata ſit, ſolummodo teſtium multorum, qui interfuere ſubſcriptiones referemus ex eodem codice fol. 61. XX XV.

In nomine ſancta, & individua Trinit.

Henricus VI. Divina favente clementia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Regia Celſitudinis, &c. rogatu Rolandi Venerab. Lunenſis Epiſcopi omnia, &c. ſicut in privilegio Friderici continentur. Hujus teſtes ſunt Godefredus Patriarcha Aquilejenſis, Otto Friſingenſis Epiſcopus, Buniſacius Novarienſis Epiſcopus, Conradus Dux, Derontiba, Petrus Praſectus Urbis, Robertus de Durne, Eraſmus de Bulerben, Henricus Teſta Mareſcallus, Henricus Camerarius, Ildebrandinus, Joſeph, Lotharius Judex de ſancto Geneſiu, & alii quamplures.

Signum † Henrici VI. Romanorum Regis invictiſſ.

Ego Dicer.us Imperialis Aula Cancellarius vice D. Philippi Colunia Archiep. totius Italia Archic. recogn.

Acta ſunt hac D incarn. 1191. Indict. 4. regnante D. Henrico VI. Romanor. Rege glorioſiſſ. an. regni ejus xxii.

Datum Luca per manum Magiſtri Henrici Imperialis aula prothonot. 8. Kal. Martii feliciter.

32. PHILIPPUS, anno 1196. XX XVI.

33. GUALTERUS, ſive Vualterus a, utroque modo legitur anno 1198. Extant conſtitutiones pro bono regimine oppidi Sarzanenſis ab ipſo factæ ann. 1200. Sequenti anno conceſſit Eccleſias S. Andreæ, & S. Baſilii cum pertinentiis ſuis Capitulo Lunenſi, Cathedralemque antiquam ab eadem Eccleſia S. Baſilii ad S. Andeeam tranſtulit, auctoritate Innocentii III. anno 1204. ut habetur in regeſto Vaticano. Datum 7. Kalend. Aprilis anno 7. fol. 116. epiſt. 24. Numerum Canonicorum ad 16. redegit anno 1206. cui confirmavit omnia jura, & bona Lunenſis Eccleſiæ, nec non conventiones, & permutationes inter ipſum Gualterum, ac Canonicos Lunenſes, Innocentius III. an. 1202. ut in ſequenti diplomate ab eod. codice deſumpto. XX XVII.

a De quo [illegible]

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. fratri noſtro Gualtero Lunenſi Epiſcupo, ſuiſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

IN eminenti ſodes Apoſtolica ſpecula, &c. Ea propter ven. frater in Chriſto Gualtero Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus debita benignitate gratum impertientes

aſſenſum B. Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ Eccleſiam Lunenſem, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ad exemplar felicis recordationis Eugenii PP. prædeceſſoris noſtri ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda. Plebem S. Stephani de Vaſilia cum capella de Vallechia, & aliis capellis ſuis, plebem S. Viti de caſtello Aginulfi, plebem de Maſſa, plebem de S. Vitale, plebem S. Laurentii de Monte libero, plebem de Carraria, plebem S. Mariæ de Serzana, plebem S. Andreæ de Serzana, plebem S. Stephani de Ceroto, plebem de Amelia, plebem de Treblane, plebem de Arcula, plebem de S. Veneriò, plebem de Ceula, plebem de Rubiano, plebem de Ceraja, plebem de Pignone, plebem S. Andreæ de Caſtello, plebem de Bollano, plebem S. Petri de Caſtello, plebem S. Laurentii, plebem de Oſſlano, plebem S. Cipriani de capite pontis, plebem de Viano, plebem de Soleria, plebem S. Pauli, capellam S. Mariæ de Pugaano, Eccleſiam S. Margaritæ de caſtello Vernicula, Eccleſiam S. Michaelis de Saxo albo, plebem de Criſpiano, plebem de Venelia, plebem de Bagnone, plebem de Vico, plebem de Turrane, plebem S. Caſſiani de Urceola, plebem S. Alexandri ad Ponte Tranuſio, plebem de Vigaola, cum omnibus capellis, quas juſtè, & canonicè poſſidetis, Burgum de Aventina cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis, ad has conventiones, & permutationem tam in Eccleſiis, quàm aliis inter te, & dilectos filios Canonicos Lunenſes initam . . . . ſine pravitatis provideſacta, & ab utraque parte ſponte receptas, & pacificè hactenus conſervatas in ſcripto authentico continentur authoritate Apoſtolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Octavianus Hoſtienſis, & Velitrenſis epiſc.
Petrus Portuenſis, & S. Rufinæ epiſc.
Joannes Albanenſis epiſc.
Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diacon. Cardin.
Gregorius S. Georgii ad velum aureum diac. card.
Hug. ſancti Euſtachii diac. card.
Matthæus ſancti Theodori diac. card.
Petrus tit. ſanctæ Cæciliæ presb. card.
Jordanus S. Pudentianæ, tit. Paſtoris, presb. Card.
Guido S. Mariæ Tranſt. tit. S. Callixti presb. Card.
Ugo presb. card. ſancti Martini Equitii.
Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card.
Joannes tit. ſanctæ Priſcæ presb. card.
Gregorius tit. ſancti Vitalis presb. card.
Benedictus tit. ſanctæ Suſannæ presb. card.

Datum Laterani per manum Blaſii Archiepiſcopi Turritani Nonis Martii, indict. 6. Incarn. Dom. anno 1202. *Pontificatus vero D. Innocentii PP. III. anno 6.*

Pervenit Gualterus ad annum 1212. quo è vivis ſublatus eſt, Præſul æterna memoria dignus.

XXVIII 34. MARZUCCHUS, ſeu Marzinus ſucceſſit Gualtero anno 1213. quem Conſtantinus Abbas Cajetanus familiæ Cajetanæ Piſanæ attribuit. At in monumentis Lunenſis Eccleſiæ, citatoque codice, quo plures viſuntur Marzucchi memoriæ, nulla habetur de familia mentio. Prima ejus occurrit an. 1214. in quo contra Sarzanenſes ſibi rebelles viriliter ſe geſſit, eoſque ad obedientiam compellit. At inde iterum orta diſcordia prudenti conſilio, homines ad compoſitionem excitavit. Extat compromiſſio facta à Marzuccho Epiſcopo, & Conſulibus Sarzanæ in nobilem virum Bandinum Cajetanum Piſanorum judicem de omnibus controverſiis ann. 1219. 8. id. Martii, qui paulò poſt ad favorem Epiſcopi ſententiam tulit. Unde à Conſulibus, hominibuſque Sarzanæ eodem anno juramentum fidelitatis accepit, quod legitur in eodem codice pagina 150. Arelenſis Monaſterii, Eccleſiæ Lunenſi ab Innocentio III. in perpetuum uniti, ſequenti confirmatione Honorii III. jura protexit ad majorem facti firmitatem. Diploma eſt tale, ex eodem codice.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri Marzucco Lunenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

AMpla Divino munere manus Apoſtolicæ ſedis hos humiliat, hos exaltat, his ſuperflua ſubtrahit, aliis neceſſaria ſubminiſtrat; ipſa enim tanquam mater omnium generaliter cum perſonarum merita, & temporis, & loci qualitatem attendat, hos honorat, immo potius honorem oneribus, & onus honore compenſans, & onerat honoratos, & oneratus honorat. Hac ſiquidem ratione felicis memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter inductus ſpecialem gratiam, quam ad perſonam bo. mem. Gualterii Lunenſis Epiſcopi ſuis exigentibus meritis, & propter ipſum ad Eccleſiam Lunenſem gerebat attendens, & volens ipſius Eccleſiæ utilitati conſulere, de communi fratrum conſilio Monaſterium Arelenſe, quod ad juriſdictionem ſedis Apoſtolicæ pertinebat, cum pertinentiis ſuis præfato Epiſcopo, & per ipſum Eccleſiæ Lunenſi conceſſit, confirmavit, ſuique ſcripti privilegio communivit. Unde nobis ven. in Chriſto frater Epiſcope humiliter ſupplicaſti, ut conceſſionem ipſam Apoſtolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur precibus tuis benignum impertientes aſſenſum, & conceſſionem ipſam gratam habentes, & ratam, illam authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Et quia ſperamus, quod ipſi magis prodeſſe deſideres, quam præeſſe, volumus ut honorem, quem tibi ſuper hoc exhibemus, attendens onus, & proviſionem ipſius Monaſterii taliter exequaris, quod in temporalibus, & ſpiritualibus per tuum ſtudium authore Domino reformetur, nec tu, nec ſucceſſores tui privilegium amittere mereamini ſi conceſſa vobis abuſi fueritis poteſtate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam Lunenſem temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
Guido Præneſtinenſis epiſcopus.
Ugo Hoſtienſis, & Velitrenſis epiſcopus.
Pelagius Albanenſis epiſcopus.
Gui. S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card.
Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. Card.
Gregorius ſancti Theodori diac. card.
Raynerius ſanctæ Mariæ in Coſmedin diac. card.
Romanus ſancti Angeli diac. card.
Aldebrandinus ſancti Euſtachii diac. card.
Stephanus ſancti Adriani diac. card.
Cynthius tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card.
Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. card.
Petrus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. card.
Robertus tit. S. Stephani in Cælio monte presb. Card.
Gregorius tit. ſanctæ Anaſtaſiæ presb. card.
Thomas tit. ſanctæ Sabinæ presb. card.
Petrus tit. S. Laurentii in Damaſo presb. card.
Joannes tit. ſanctæ Praxedis presb. card.

Datum Laterani per manum Raynerii S. R. E. Vicecancellarii 4. Nonas Martii Ind. 5. Incarn. Dominicæ anno 1217. Pontificatus vero Honorii Papæ III. anno I.

*. Cæterum Marzucchus interfectus fuit, ut ex literis Honorii III. habetur dat. Laterani 4. Kal. Febr. ann. 6. in reg. Vat. epiſt. 204. p. 192. Priori S. Fridiani. * Ex App. tom. 5.

35. NORANDINUS defuncto Marzuccho ſufficitur circa an. Dom. 1221. de eo mentio an. 1221. XXXIX.

36. BUTTAFAVA, ab Honorio III. ann. 1224. XL.

con-

conſecratus ex reg. Vat. Hic in aliquibus monumentis permutationum bonorum vocatur Epiſcopus, ac Comes Lunenſis an. 1223. 17. Kal. Novemb. Gualterum filium Balduini de Vezano Lunenſem Canonicum inveſtivit de Archidiaconatu Lunenſis Eccleſiæ; parum inde ſupervixit.

XLI. 37. GUILLELMUS an. 1228. reperitur. Extant pacta, & conventiones inter ipſum, & homines Sanzanæ an. 1230. 3. Septembris in citato codice fol. 126. memoratur ibidem uſque ad annum 1238

XLII 38. GOTIFREDUS 1241.

XLIII 39. HENRICUS de Fucechio Tuſcus, ex Canonico Eccleſiæ S. Audomari Marinenſis diœceſis à Gregorio X. electus an. 1273. 2. Non. Aprilis, ex reg. Vat. Hic eſt ille Henricus, qui omnia bona, juraque ſuæ Eccleſiæ multo labore recuperata in uno magno volumine pergameno collexit, in quo hæc leguntur verba.

a A*. Tuſchio.

In nomine Domini Amen. Anno Domini 1287. Ind. 15. die 12. Decembris ven. Pater D. Henricus miſeratione Divina Lunenſis Epiſcopus natione Tuſchio fecit redigi in iſtud volumen omnia privilegia conceſſa à S. ſummis Pontificibus Romanæ Eccleſiæ, & à Sereniſſimis Imperatoribus, & Regibus Romani Imperii ſibi, & prædeceſſoribus ſuis, & Lunenſi Eccleſiæ conceſſa, & etiam omnia alia Inſtrumenta ſpectantia ad utilitatem, & Lunenſis Eccleſiæ ſanctæ inventa, & q. ubicumque potuit invenire. ibid. In Dei nomine, anno 1273. in quo anno aſſumpti fuimus nos Henricus natione de Fuſechio in Epiſcopum Lunenſem per D. Gregorium Papam X. apud Urbem veterem menſe Aprilis, & menſe Maii intravimus Epiſcopatum primo in die S. Marci Evangeliſtæ, & ordinavimus in eo dicto anno negotia Epiſcopatus, prout Dominus melius miniſtravit. Sequenti anno emimus tertiam partem caſtri Regnani ex 1. lib. dictum caſtrum, quod erat amiſſum recuperavimus, & de ipſo fecerunt omnes Conſortes nobis fidelitatem, & ſic dictũ caſtrum eſt in dominio Lunenſis Epiſcopatus. Hactenus codex, in quo vigilantia, pietas, & charitas Henrici erga Eccleſiam ſuam clarè patet. Hic ego, quam Hẽricus à Rodulpho Imperatore an. 1285. percutiendæ juſti pretii, ac ponderis monetæ, gratiam impetravit, lato edicto, ut ubique reciperetur, ſilentio præterire noluit, juvatque hic privilegium ex eodem codice fol. 62. petitum attexere.

In nomine Domini amen. Exemplum privilegii conceſſi Domino epiſcopo de nova moneta facienda, ut infr.

RODULPHUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ven. Henrico Lunenſi Epiſcopo ſibi dilecto gratiam ſuam, & omne bonum. Quia devotionem tuam, & fidem puriſſimam, quam erga nos, & Imperium ſacrum Romanorum geris comprobaris, diligenter inſpicimus, & gratioſius amplectamur, placet nobis, & volumus, quod monetam Lunenſem teneas, & fieri facias perpetuo, ac tibi nominatim, & Lunenſis Eccleſiæ, & ſucceſſoribus tuis magis viſum fuerit expedire, dummodo juſti, equi, & legalis ponderis dicta moneta fiat, mandãtes, & præcipientes omnibus fidelibus noſtris ne te, Lunenſem Eccleſiam, vel ſucceſſores tuos, quod dictam monetam feci faciendam, & recipiendam perpetuo quiſquam impediat, vel perturbet, in cujus rei teſtimonium præſens privilegium, & conceſſionem exinde conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigilla fecimus communiri.

Datum apud Aldachem idus Maii, Ind. XIII. anno Domini 1285. Regni vero noſtri anno XII.

Sigillum prædictum erat de cera pendens cum cera Flavia, & rubea, & in ipſo ſigillo erat infixa, & ſcripta quædam Regalis imago cum lilio in manu dextra, & in ſiniſtra quædam palla cum Cruce ſuperius, & literæ erant, quæ circa dictam imaginem, ita legebantur.

Rodulphus Dei gratia Romanorũ Rex ſẽper Auguſtus.

Henricus tandem poſt multos labores, cum hanc adminiſtraſſet Eccleſiã an. 24. fato functus eſt 1296.

XLIV. 40. ANTONIUS ex Canonico Bajonenſi à Bonifacio VIII. electus id. Maii ann. 3. qui fuit Chriſti

A 1296. ex reg. Vat. ep. 92. f. 206. Exceſſit anno 1312. (r) (,, *Hic ille eſt, qui deſperata valetudine ad ſolum* ,, *tactum ſepulchri Cœleſtini V. convaluit*. Luc.)

41. GERARDINUS ex Marchionibus Maleſpinis, Plebanus Eccleſiæ S. Petri in Campo Lucanæ diœceſis, à Clemente V. in demortui locum Antonii creatus an. 1312. 7. id Martii an. 7. ep. 736. fol. 152. reg. Vat. in quo habetur, quod defuncto Antonio, una pars Capituli congregata in ſacrario Eccleſiæ Sarzanenſis, hunc elexerit Epiſcopum, altera verò pars in Eccleſia caſtri de Ponzanello Lunenſis diœceſis quemdam Fr. Guillelmum Ordinis Minorum poſtulaverit in Paſtorem, Clemens rejecta Guillelmi poſtulatione, Gerardinum Apoſtolica auctoritate præfecit in Epiſcopum. E vivis exemptus eſt an. 1321. Gaſpar Muſca in Catalogo Salernitanorũ Archipræſulum Iſaurum Lunenſem Epiſcopum ad Salernitanam tranſlatum fuiſſe refert an. 1310. Sed male; Iſaurus enim non Lunenſis Epiſcopus, ſed Lũdenſis Archiepiſcopus erat, quando à Clemente V. XLV

B in demortui Berardi locum, ad Salernitanam Eccleſiam tranſlatus fuit an. 1310. 2. Id. Junii, ut patet in reg. Vat. ep. 325. fol. 87. ann. 5. defunctus eſt Iſaurus Avenione eodem anno, cui ſucceſſit Robertus.

42. BERNABAS, ſeu Bernabonus ex Marchionibus Maleſpinis ſucceſſit Gerardino ann. 1321. ex lib. oblig. Hic cum Piſanis ſociis multa bella geſſit in finitimis, & cum iiſdem in ſuſpicionem veniſſet, ab ipſis propinato veneno extinctus eſt ann. 1338. De quo Joan. Villa. lib. 11. c. 25. Franciſcus. Arluſius in hiſtor. Piſtorienſi. *Obiit an. 1338. die 5. Aug Sarzanæ ſepultus in Eccleſia S. Franciſci cum hoc cœnotaphio inſculpto. XLVI

* Ex App. tom. 5

Annos millenos, trecentos ter cape denos
Cum quibus octenos, Chriſti naſcentis amanos.
Tunc tulit Auguſti, lachrymabile funus adufti
Quinta dies triſte, tumulus quod continet iſte.
Bernabo ſacratus, Præſul Lunenſis humatus
Ecce jacet ſtratus, genere Marchio, natus
Patre Maleſpina, veteri qui ſtirpe creatus

C *Dogmate divino contemplans eſt honoratus.*
Nam coluit metas legis, Moſenſque Prophetas,
Et nova mandata, Chriſto doctore probata
Sobrius & lenis, caſtus, miſerator egenis
Compatiens mæſtis, & moribus aptus honeſtis.
Chriſte tibi parte, Paradiſi vivat in arce,
Cui ſis ſolamen, requies, pax, lux, Deus. Amen.

43. ANTONIUS de Fliſco Genuenſis ex Canonico Pariſienſi, & Capellano Benedicti XII. ab ipſo ad hunc evectus eſt Præſulatum an. 1338. 2. Non. Novemb. ex reg. Vat. ep. 408. an. 4. Obiit. 1343. XL VII.

44. AGAPITUS de Columna Romanus, Archidiaconus Lumbarienſis, Clementis VI. Capellanus, in Epiſcopum electus ab eodem Pontifice anno 1344. 5. Id. Januarii, cum rejeciſſet Clemens poſtulationem à Capitulo Lunenſi factam de perſona Fr. Joannis Clerici Ord. Prædicatorum, ex reg. Vat. ep. 190. an. 2. Avenione deceſſit eodem anno. (,, *Die vero 16. Ja-* XL VIII.
,, *nuarii ejuſdem anni interfuit ſubmiſſioni Ludovici*
,, *IV. Bavari Imperatoris factæ per Nuncios Clementi*

D ,, *VII. ibique dicitur Lunenſis electus, ut licet videre in*
,, *Miſcellaneis Baluzii tom. 2 pag. 273.*

45. JORDANUS Columna, Archidiaconus Tullenſis Agapito ſucceſſit, à Clemente VI. creatus ann. 1344. 7. Kal. Junii, regeſt. Vatic. ep. 16. f. 8. anno 3. Obiit anno 1351. XLIX

46. GABRIEL ex Marchionibus Maleſpinis, Canonicus Veronenſis electus eſt à Clemente VI. an. 1351. 9. Kal. Nov. an. 10. ex reg. Vat. ep. 32. fol. 20. L.

47. *Fr. ANTONIUS Senenſis Ord. Prædicatorum Epiſcopus Lunenſis defunctus dicitur an. 1363. in notis, ac ſchedulis Monaſterii S. Dominici Senenſis, cujus alumnus fuerat; ille inquam, qui doctiſſimè in lib. S. Auguſtini de Civitate Dei ſcripſit Commentaria, de quo nullum in reg. Vat. apparet veſtigium, neque etiam in Lunenſis Eccleſiæ tabulario. LI.

* Ex App tom. 7.

48. *JA-

(r) Extat in tomo 2. Baluzii de Vitis Paparum Avenionenſium Philippi Galliarum regis ad Clementem V. Epiſtola, qua eum rogat, ut Epiſcopatum Lunenſem per diu vacantem donet Magiſtro Aloyſio de Bardis. Tempus verò, quo dicta Epiſtola data fuit, non apparet. Baluzius tamen neſcio quo nixus fundamento illam in annum 1309. refert. Potuit eſſe ſcripta anno 1312. Ex hac, cum Lunenſis ſedes jam diu vacaſſe ibi dicatur, manifeſtè deducitur Antonium ante an. 1312. fato ceſſiſſe. An autem Clemens Philippi petitioni fuerit obſecutus, non conſtat.

LII. * Ex App. t. 7. 48. *JACOBUS Scotini filius, filii Turæ del Campana, non Piccolomineus, Senenſis, Ord. Prædicatorum ex Archiepiſcopo Tranenſi ad hanc Eccleſiam translatus circa annum Domini 1378. Hic in Urbani VI. obedientia vixit, ſub quo Apoſtolicus Nuncius in Longobardia fuit an. 1380. Hic auctoritate ordinaria conceſſit univerſitati caſtri Sillani Lunenſis diœceſis hoſpitale pauperum S. Sixti, ſitum in Alpibus an. 1383. Conceſſionem confirmavit Boniſacius IX. anno 6. Obiit circa an. 386. de quo in Archiep. Tranenſibus. A

LIII. * Ex App. tom. 7. 49. Fr. FRANCISCUS de Piſis * Lantenſis, ſeu de Lantis nobili ſamilia Piſana, ex qua hodie vivit Marcellus Lantes Epiſcopus Card. Oſtienſis ſacri Collegii Decanus Ordinis Minorum, Epiſcopus Lunenſis, fuit an. 1386. Translatus legitur ad Brixienſem Eccleſiam 1390. pauloque poſt ad Cremonenſem, inde ad Bergomatenſem, de quo ibi.

LIV. 50. MARTINUS de Ferrariis Præpoſitus Monaſterii de Mortaria Ord. S. Auguſtini Novarienſis diœceſis, eligitur à Boniſacio IX. an. 1390. 9. Febr. in locum Franciſci translati, ex lib. de Dignitatibus. B

LV. * Ex App. tom 5. 51. JOANNES * Monturius anno 1396.

LVI. 52. JACOBUS de Rubeis Parmenſis, ex Marchionibus S. Secundi, à Veronenſi Epiſcopatu ad hãc ſedem translatus an. 1406. ab Innocentio VIII. quo tempore Benedictus XIII. Pſeudopontifex quendam Aragonium de Maleſpinis in Lunenſi Eccleſia intruſit. Verum Jacobus deturbato Aragonio pacificè eam obtinuit, quam ad annum uſque 1415. rexit, indeque ad Neapolitanum Archiepiſcopatum translatus eſt à Joanne XXIII. Diem clauſit extremum Parmæ an. 1418. ſepultus in Cathedrali, cum hoc epitaphio.

Sanguinis heroici Rubeorum gloria Præſul
Jacobus hic ſitus eſt, patriæ memorabile nomen,
Religionis honos vatis, ſynodique verenda,
Mens tamen alta petens, quo voverat, aſtra revicit.
Hic norat cauſas rerum, ſacrataque jura,
Hunc Verona ſuum paſtorem, ac oppida Lunæ,
Regia Parthenope novit, ſibi Marchia ceſſit.
Milloquadringentos bis nonos ſol habet annos, C
Magna Juſtina perit cum gloria Parma.

LVII. 53. FRANCISCUS ex oppido Petræ ſanctæ Tuſcus, Canonicus Lucenſis, & Joannis XXIII. Cubicularius, ab ipſo Epiſcopus creatus pridie Nonas Martii an. 1415. Vixit uſque ad Nicolai V. tempora, qui Eccleſiam Lunenſem cum Sarzanenſi perpetuò univit, cum utriuſque Eccleſiæ denominatione.

LVIII 54. ANTONIUS MARIA Parentucellus, Nicolai V. Pont. Max. Gentilis, ex Canonico Bononienſi, patriæ Epiſcopus fuit anno 1465. Romæ deceſſit anno. 1465. * Sepelivit in Cathedrali Joannem Petrum Parentucellum ſuum genitorem, Nicolai V. Papæ patruelem, inſculpto ad tumulũ hoc epitaphio. * Ex app. t. 5.

Jo. Petro Parentucello Sac. Later. Palatii Com. Patrueli Nicolai V. Pontif. Max. quo ſedente Narniam urbem viii. annos ſumma æquitate, & civium gratia gubernavit. Anno L. natus deceſſit iii. Kal. Januarii MCCCCLXIV. Ant. Maria Lunen. & Sarz. Epiſcopus Jacob. Barthol. & Franciſcus optimo genitori, ejuſque poſteræ Parentucellorum familiæ. D

Non longe ab hoc tumulo viſitur alterum tumulum Andreolæ Calderinæ Nicolai V. Pont. Max. matris, quod Philippus Card. filius ſtatuit, in eoque ſequens poſuit epitaphium.

Andreola de Calderinis, quæ Nicolaum V. Pont. Max. ſeden. & Philippum Card. Bononien. Majorem Pœnitentiarium ex ſe natos, Romæ materno affectu ſalutavit, Spoleti moriens, ejuſdem Card. pietate in patriam delata, humili hoc tumulo felix tanta prole quievit. Vixit annos LXXX. Obiit anno MCCCCLI.

LIX. a Benittus dicitur ab Oldoino in Athen. Liguſt. p. 537. Mand. 55. THOMAS Benettus, a ſeu de Benedictis Lunenſis, ab Innocentio VIII. creatus an. 1486. 21. Februarii, poſtquam annos 12. has rexiſſet Eccleſias liberè reſignavit an. 1497. A

56. SYLVESTER Benettus Thomæ ſuperioris nepos ſucceſſit 28 Aprilis 1497. Obiit anno 1537. LX.

57 JOANNES FRANCISCUS Paliaria, U.S. Reſer. à Paulo III. præficitur an. 1537. 28. Novemb. LXI.

58. SIMON Paſqua Januenſis, (1) Galeatii, & Peregrinæ Stellæ filius, Philoſophiæ, Medicinæ, Græcæ, ac Latinæ linguæ cognitione clarus, in Britannia ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem, Mariæ Anglorum Reginæ maritum, patriæ nomine gratulatum miſſus, à Pio IV. Lunenſis, ac Sarzanenſis Epiſcopus an. 1561. delectus S.R.E. Cardinalis tit. S. Sabinæ creatus an. 1565. Romæ poſt paucos menſes defunctus, in titulo ſuo ſepulturam accepit, hoc addito epitaphio ad tumulum. LXII.

Qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt Simoni Galeatii F. Paſqua Theologo, & Philoſopho, Romana, Græcaque facundia clariſſimo S. R. E. presb. Card. S. Sabinæ, qui cum præclare domi, foriſque de repub. meritus eſſet, Romam à Pio IV. Pont. Max. accitus Lunenſis primum epiſc. factus, ac poſt egregie navatam Dei eccleſiæ Tridentino in Concilio operam, in ampliſſimum ordinem eſt cooptatus, viro integerrimo, & in ſumma gravitate iucundiſſimo, Stephanus frater germanus mœrens P. vixit annos lxxii. menſes x. dies xvii. Obiit Romæ pridie nonas Septemb. MDLXV. B

59. BENEDICTUS Lomellinus Januenſis J.U. publicus Interpres, Epiſcopus Vintimilienſis, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ad hanc Eccleſiam translatus 7. Septemb. 1565. cum paulò ante, hoc eſt 12. Martii à Pio IV. in numerum Cardinalium eſſet accitus. Rexit has Eccleſias annos ſeptem, & ad Anagninam translatus. Exceſſit anno 1579. LXIII

60. JO. BAPTISTA Biacellus huic Eccleſiæ præficitur à Pio V. anno 1572. 2. Julii anno Epiſcopatus 18. morte ſublatus. („ *De hoc videndus Oldoi-„ nus in Athen. Liguſticu.*) LXIV C

61. JO. BAPTISTA Salvagus *b* Januenſis eligitur in Epiſcopum anno 1590. Diem ſuum clauſit extremum ſub Urbano VIII. anno 1631. LXV. b De hoc idem Oldoinus loco cit.

62. IO: DOMINICUS Spinula, *c* S.R.E. presbyter Cardinalis, tit. S. Clementis, ab Urbano VIII. creatus ex Auditore Cameræ Apoſtolicæ anno 1626. & ex Archiepiſcopo Materann, & Acheruntino, ad hanc Eccleſiam eum tranſtulit 1631. *d* 6. Kal. Maii, eamque adminiſtravit ad annum uſque 1636. quo 2. *e* Kal. Decemb. ad Mazarienſem in Siciliam tranſiit. LXVI c Vide laudatum Oldoinum & Brandanũ in hiſt. Portugal. par. 1. p. 271. & ſeqq. Mand. d 1632. ex Actis. e Prima die Decemb.

63. PROSPER Spinula Januenſis, electus ab Urbano VIII. die 7. Septembris 1637. („ *Cum eſſet I.V.* „ *& S. Theologiæ doctor, & in Romana Curia U. S.* „ *Refer. Præſuit plurimos in annos maximo cum ſui* „ *gregis proventu digniſſimus Antiſtes.*) LXVII.

ADDITIO.

(„ IO. BAPTISTA *Spinula ex eadem gente digniſſimum germen omnium virtutum prærogativa* „ *commendabilis in Urbe Roma U. S. Ref. prudentiſſi-* „ *me obita Romandiolæ Vicelegatione jam ferè quadra-* „ *genarius demortuo Proſpero ſuffectus 22. Aprilis* „ *1665. ad Januenſem Archiepiſcopatum gradum fe-* „ *cit 13. Septemb. 1694. ubi de viro digniſſimo ſermo* „ *redibit.* LXVIII. D

„ IO. HIERONYMUS *Naſelli nobilis Saonenſis, Albintimilienſium Pontifex, Spinulæ ſubrogatus eſt die 7. Feb. 1695.* Luc.) LXIX.

(„ *Paſtorali ſollicitudine hanc rexit Eccleſiam ad* „ *an. 1709. menſe Auguſto quo obiit.*

„ AMBROSIUS *Spinula, Epiſcopus Vintimilienſis translatus eſt ad Epiſcopatum Lunenſem & Sarſanen. 10. Martii 1710.*) LXX.

MAN-

(1) Hic Simon Paſqua adſcriptus olim fuerat in familiam de Nigro. Quod non advertens Oldoinus in Athen. Liguſtico unum eundemque in duos perperam diſſecat, Simonem Paſquam alterum dicens à Simone de Nigro. Hujus cum laude meminit in Theatro Archiatrorum Pontif. *Mandoſ.*

MANTUANI EPISCOPI.



INter Paludes, quibus Mincius flumen tardis flexibus locum fecit in antiqua Gallia Ciſalpina, quam Tranſpadanam vocamus, fortis, pulchraque Mantua Gonzaghiorum hodie Principum nobiliſſima ſedes ſituata eſt. De cujus antiquiſſima origine varie varii tradidere Scriptores. Arbitrantur enim nonnulli à Mantho Tireſiæ filia Thebana fuiſſe ædificatam, quæ ob civiles diſcordias, relicta patria, pluribus Thebanis comitantibus, in Italiam deſcendit, deflexitque ad eas oras Mincii, undis in modum paludis ſtagnantes, quas paulò ante Heneti, è Paphlagonia gens orinnda poſſederat: ibidemque fixa ſede, Civitatem Mantuam de ſuo nomine nuncupatam, ante Urbem conditam 500. anno, ædificavit. Cujus poſſeſſionis cum Manthum deinde pœnituiſſet, illam narrant in Etruriam ad Tiberium Regem fuiſſe profectam; atque ex ejuſdem juſto conjngio Agnellum, & Oenconem, cui ab inſigni fortitudine Bianoris fecere cognomen, filios procreaſſe; Oeneonemq; jam adultum, cum iiſdem Thebanis transgreſſum, fuiſſe Alpes, atque ad Mincianas paludes, ubi mater Mantuã ædificaverat, perveniſſe, ſtatutamque Civitatem, dictam de nomine Matris, adjectis muris ſtabiliſſe, adjunctis inſuper 12. aliis Civitatibus, quæ Mantuanum venerarentur Imperium, illamque Etruſcis conſtitutam legibus, tribus nobilibus Populis, hoc eſt, Henetis, Thebanis, Etruſciſque frequentaſſe. Cujus opinionis Virgilius fuiſſe videtur, cum lib. 10. ſuæ Æneidis ita caneret.

Ille etiam patriis agmen ciet, Ocnus ab oris,
Fatidicæ Manthus, & Tuſci filias amnis,
Qui muros, Matriſque dedit tibi Mantua nomen.
Mantua dives avis, ſed non genus omnibus unum,
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni,
Ipſa caput populis, Tuſco de ſanguine vires.

Quæ omnia Marius Æquicola de Alveto in Mantuana hiſtoria dicit Virgilium in laudem Patriæ poeticè commemoraſſe. Leonardus Aretinus in quadam epiſtola ad Jo: Franciſcum Gonzagam, Servij Honorati ſuper Virgilium auctoritate innixus, Mantuæ auctores antiquos facit Etruſcos; additque ſtultitiæ propiores eſſe, qui credunt, Manthum fœminam è Thebis digreſſam, novam ædificaturam Civitatem in illas ab omni humano conſortio ſejunctas paludes ſe incluſiſſe. Cæterum Leonardo quotquot de Mantuanis initiis ſcripſere refragari videntur, aſſentirique Virgilio. Cujus rei, qui pleniorem deſiderant cognitionem, conſulant Æquicolam, Leandrumq; Albertum, qui plurium opiniones retulere Scriptorum ut Mantuana exordia efficerent clariora. Nullus tamen negat, & ſi incerta plerumque ſint, quæ adferuntur, antiquiſſimam Civitatem eſſe, in cujus initiis revolvendis, omnium Scriptorum deſudat induſtria. Illius meminere Livius, Ptolomæus, Virgilius, Ovidius, Martialis, Silius Italicus, Plinius, qui illam appellat Etruſcorum Coloniam, Strabo, aliique antiquiores ſcriptores. E recentioribus verò Dantes Aligherius, eiuſdemque Commentatores, Sabellicus, Blondus, Volaterranus, Facius Vbertus. Paruit Mantua Etruſcis ſuis conditoribus, deinde Gallis, qui illos exegerunt, tum & Romanis, qui Gallis Ciſalpinæ Galliæ Principatum ademerunt. Ab Imperatoribus præterea leges accepit. Secundum illos, barbaros ſenſit Ty-

A rannos, ſuorumq; Civium arbitrium interdum venerata eſt; Magnæque Comitiſſæ Mathildis lene Imperium. Denique, cum Bonaccoltiæ generis crudelius in ſe exercentis tyrannidem jugum feliciter excuſſiſſet, in ſinum Principum Gonzaghiorum, qui per id tempus, Vicariam Cæſaribus operam præſtabant, confugit. Cuius adlecti Marchiones, & mox Duces, tantum Mantuæ contulerunt ſplendoris, ac opulentiæ, ut in præcipuis Italiæ Civitatibus, hoc tempore poſſit haberi. Illud ſplendidius, quod Mantuani Cives ſolent gloriari, à Longino Iſaurico, qui latus Domini JESU dormientis in Cruce, lancea pectus exhauſit, altero à morte Chriſti anno, ad fidem ſe fuiſſe traductos; eundemque poſt ſuæ prædicationis annum ibidem primum, ſub Octaviano Mantuæ Præfecto, fuiſſe decollatum, Mantuaniſque non modo corpus ſuum, ſed & ſpongiam, Chriſti ſanguine imbutam, quam arcula plumbea incluſam, ſecum detulerat, defoderatque in terram, in monumentum à ſe Chriſtianæ fidei diſſeminatæ reliquiſſe. Hæſit in Mantuania B fides, quouſque Princeps Apoſtolorum Petrus Romam veniret. Ex eo, ne ſemel plantata fides ſeſceret, impetrarunt ab Apoſtolo Petro cultores, in quibus præcipuus Romulus habitus eſt, qui deſtinatus Feſulas, inde Ciſalpinam Galliam, Mantuamque Evangelio illuſtravit anno 48. ubi ſacro fonte quamplurimus abluitis, & deletiſque idolatriæ reliquiis, Bergomatibus, Brixianiſq; S. Evangelium enunciavit. Nec multo poſt S. Barnabæ Apoſtoli miſſa, ejuſdem Alumni Mantuanos recens converſos confirmarunt in fide. Quin ipſe Civitatem illam adivit, ut eiuſdem cives, qui nomina Chriſto dederunt, contra jamjam ingruentes perſecutiones animaret. Cæterum cum Barnabas Mediolanum, ubi fixerat ſedem Epiſcopalem, fuiſſet reverſus, ii, quos erudierat in fide, tanta deinceps ſub Nerone, alijſque Imperatoribus ſunt perpeſſi tormenta, ut melior illorum pars coronaretur Martyrio, ſepultiq; juxta Longinum, cœmeterio, ubi tumulabantur, Campi ſancti fecere nomen. Primum templum, quod Mantuani fundarunt, Deiparæ San-C ctiſſimæ Virgini conſecrarunt extra muros, cujus cum devotione magis in dies flagrarent, 24. templa intra Mantuana Mœnia in ejuſdem honorem ſtatuẽda curarunt. Priſcis autem illis temporibus, ab omni juriſdictione exempta, ſi unam Apoſtolicam ſedem excipias, Mantuana Eccleſia res ſuas agebat; erexitque circa an. D. 250. duo templa Principibus Apoſtolorum Petro, & Paulo, quorum illud Petri cum majori frequentia percoleretur, in Cathedralem demũ evaſit, crevitq; in eam magnitudinem, ex Principum, piorumque Mantuanorum largitate, quæ mortalibus hoc tempore poſſit admirationi eſſe. Interea ex Magni Conſtantini pietate à tyrannorum perſecutione Chriſtiani reſpirarunt; quamobrem Mantuani Eccleſiam ſuam paulò ante diſſipatam in ordinem redegerunt, exeitatis Templis, quæ furor gentilium fuerat demolitus; juſſaque eſt ad arbitrium Mediolanenſis Antiſtitis reſpicere, qui eidem ſpiritualibus attributis adminiſtris, perplures annos Mantuanam Eccleſiam ſuæ juriſdictionis agnovit, ut ſcribit Carolus D. Baſilica Petri Novarienſis Epiſcopus. Paruit deinde Archiepiſcopo Ravennati, Pelagio I. Pontifice ita cenſente, adnitenteque Smaragdo Ravennate Exarcho, Mantuæque Gubernatore, qui per id tempus Conſtantinopolitano Cæſari vicariam operam præſtabat anno 585. anno verò 729. Gregorius II. Pontifex à Luitprando Longobardorum Rege exoratus, divulſam à Ravennate juriſdictione, Patriarchatui Aquilejenſi, majoris honoris ergo illius ſedis illam adiecit. Sed cum poſtea Leo III. ex fama repertæ ſpongiæ anno 804. ſanguine Chriſti imbutæ, à Longino olim defoſſæ, Mantuam veniſſet, hauſiſſetq; oculis admirabilis reliquiæ veritatem, tum primum Mãtuæ Epiſcopalem dignitatem attribuit, ejuſque Præſulem Aquilejenſi Patriarchatui voluit ſuffragari; decretoque Leonis ſuum robur manſit uſque ad Nicolaum V. Pontificem, qui anno 1453. Mantuanam Eccleſiam à juriſdictione Aquilejenſis exemit, atque Romanæ ſedi eamdem immediatè ſubiecit, ut ex ſe-

quen-

A quenti diplomate ab originali eruto videre licet, cujus tenor eſt hujuſmodi.

NICOLAUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

SEdes Apoſtolica, cui diſponente Domino, univerſæ Orbis Eccleſiæ &c. Cupientes igitur Eccleſiam Mantuanam ſpeciali privilegio decorare; nos ven fratris noſtri Galeatij Epiſcopi Mantuani, in hac parte ſupplicationibus inclinati, & certis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, ipſum Galeatium, Epiſcopumque Mantuanum protempore exiſtentem, & ejus clerum, ac majorem, & alias Eccleſias diœceſis Mantuanæ, cum omnibus bonis, ac juribus, & pertinentijs ſuis ab omni juriſdictione, devotione, & poteſtate, necnon viſitatione, & ſuperioritate, ven. fratris noſtri Ludovici, & cujuſcumque alterius Patriarchæ Aquilejenſis protempore exiſtentis, ac quorumlibet officialium ſuorum, authoritate Apoſtolica tenore præſentium in perpetuum prorſus eximimus, abſolvimus, & penitus liberamus, & ſub B. Petri, & dictæ ſedis, atque noſtra protectione ſuſcipimus, decernentes Epiſcopum, Clerum, & Eccleſias hujuſmodi, cum bonis juribus, & pertinentiis ſupradictis, ubicumque & in quibuſcumque rebus conſiſtant, nobis, ac eidem ſedi B *immediatè ſubiacere; item, quod Patriarcha, & officiales prædicti, ſeu eorum aliquis, etiam ratione delicti, vel contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam poſſint in Epiſcopum, Clerum, Eccleſias, bona, & iura prædicta, utpotè prorſus, & omninò exempta, juriſdictionem, ſeu poteſtatem, aut viſitationem, correctionem, ſuperioritatem, ſeu aliud dominium quomodolibet exercere: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis, ſtatutis quoq; & conſuetudinibus Eccleſiæ Aquilejenſis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, etiamſi de ipſis, eorumq; totis tenoribus præſentibus habenda foret mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nos enim ea nunc omnes, & ſingulas ſententias, cenſuras, pœnas, atq; proceſſus, ſi quos contra præſentium tenorem haberi, aut promulgari, ſeu alias quomodolibet à quoquam, quavis authoritate ſuper præmiſſis, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritos decernimus, & inanes Nulli ergo omnino, &c.*

Romæ apud S Petrum, an. incarn. Dom. 1453. Id. April. pontif. noſtri anno vii.

C Poſt Concilium autem Tridentinum ao. 1577. cum Angelus Petruccius Epiſcopus Cæſareæ Apoſtolicus Viſitator Mantuam veniſſet, ut Tridentini Concilii decreta, ſeſſ. 24 cap. 2. obſervanda vulgaret, Mantuanam Eccleſiam juſſit eligere ſibi Metropolitanum, in cujus ſynodo Provinciali intereſſe deberet, privilegijs ejuſdem eccleſiæ illibatis ſemper permanentibus, elegitque annuentibus Gregorio XIII. Guillelmoque Duce Gonzaga, Patriarcham Venetiarum, ut in ſequenti decreto ſynodi ab Epiſcopo Mantuano celebratæ ſpectatur.

In Mantuana diœceſana ſynodo in Cathedrali celebrata die 6 ſequentis menſis Septembris 1577 ſub multum Illuſtre, & Reverendiſſimo D D Marco Gonzaga Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Mantuano, prædictus Reverendiſſimus his omnibus obtemperare volens citra tamen præjudicium exemptionis jamdiu ex privilegio legitimè obtento, ut ex literis Apoſtolicis Nicolai V Datis ſub idib Aprilis 1453. pontific. ſui anno 7 prout ita proteſtatus fuit, & proteſtatur, & non aliter, quoad hoc tantum elegit, & eligit in Metropolitanum Reverendiſſ. Patriarcham Venetam, ſalva manente D *in cæteris ejus exemptione. Quæ electio, ut ſupra facta, citra præjudicium partium, ſatis ut ſupra fuit publicata per notarium cum proteſtatione etiam per ipſum Reverendiſſ D. facta, quod non intendit quoquomodo per præſentem electionem ſibi aut Epiſcopatui ſuo prædicto, aliquod inferre præjudicium &c.*

Hanc verò Eccleſiam ſpecialibus privilegijs exornarunt Luitprandus Rex, Caroluſque *b* Magnus, qui ipſe per ſe ſanctum ſanguinem veneratus eſt; ut interim alios Pontifices, Cæſareſque prætercam, qui in eandem quamplura alia contulerunt privilegiorum ornamenta. Templis, aliiſque oratorijs abundat; Cathedraliſq; Apoſtolorum Principi conſecrata recentis ſtructuræ eſt, ideoq; maximè elegantis, ubi nobile presbyterorum collegium divinum opus perurget. Canonici numerantur 22. inſignibus privilegijs exor-

A nati, ſex manſionarij, ac 28. capellani, alijque clerici non pauci; quatuor ibidem Collegiatæ Eccleſiæ viſuntur, in quibus illa, quæ S. Andreæ dedicata eſt, habetur præcipua, ubi ſanguis Chriſti honorificentiſſimè aſſervatur, cum corpore S. Longini, aliiſque Sanctorum reliquijs. Parochiales Eccleſiæ numerantur 19. monaſteria religioſorum 15. *a* monialium tredecim, Xenodochia cum alijs pijs locis 7. laicorum confraternitates 10. ſimpliciaque oratoria 9. Per totam Diœceſim ſparſæ ſunt parochiales Eccleſiæ numero 104. ſimplicia oratoria 25. religioſorum monaſteria ejuſdem numeri, in quibus ſplendet opibus Cœnobium S. Benedicti, à generoſa Comitiſſa Mathilde munificentiſſimè dotatum, ubi ejuſdem oſſa uſque ad hæc noſtra tempora quieverunt, quę deinde Urbanus VIII. non ſine lachrymis circumvicinorum populorum, Romanique populi ingenti lætitia, erecto nobiliſſimo tumulo, tranſtulit in Vaticanum Templum. Plura alia, tum monaſteria, tùm nobiliora templa Mantuana pietas, tàm in Civitate ipſa, quàm foris B munificenter exſtruxit, gens utique ad omnem pietatem proclivis, Etruſco more, à quibus narratur traxiſſe originem. Tametſi autem munificentiſſima habeatur, haud tamen elapſis proximè annis *b* Teutonicam rabiem defugere potuit, quin incolis, opibuſque propemodum uſq; ad deſolationem exhauriretur. Cæterùmque lata eſt, nobilitatq; ſumptuoſis ædificijs, ita ut miraculo penè ſit in lacunoſis aquis, quibus alluitur, potuiſſe tam decorè, minaciterque exurgere. Nobilibus Incolis litteratis, armigeriſque viris abundat, ſibique maximè decorum arbitratur primum, alterumq; peperiſſe Maronem, Virgilium ſcilicet Principem poetarum, Baptiſtamque Carmelitam Virgilianæ gloriæ æmulum propiorem. Viri autem, qui illum illuſtrarunt præclarius, plures numero Sancti ſunt, quos, quem modò damus, enarrabit catalogus, quem ex Hippolyti Doneſmundi Eccleſiaſtica Mantuana Hiſtoria, Gonzagaque Mantuano Epiſcopo, aliiſq; monumentis, ex fide depromſimus.

a Et Collegium Societ. Jeſu.

b An. 1629. quo capta eſt.

ADDITIO.

C (,, *Hujus Epiſcopatus redditus annui ſunt Monetæ*
,, *Romana 5000. circiter ſcut. olim ſupputabantur* 1300.
,, *Taxa Romana eſt flor.* 800. Luc.)

1. GREGORIUM Patria Romanum, Leo III. I.
Papa primum Mantuanum creavit Epiſcopum, qui ex fama Chriſti ſanguinis reperti, ſe contulerat Mantuam. Ibique certior factus illum ipſum ſanguinem Chriſti eſſe, quem cum ſpongia ibidem Iſauricus Longinus condiderat, Mantuam Epiſcopali dignitate adaugere conſtituit, juſſitque Gregorium Romanum ſubire onus, atque Aquilejenſi Patriarchæ ſubeſſe an. 808. eundemque quampluribus exornavit privilegiis, ſicut & Carolus Magnus, qui & ipſe Chriſti ſanguinem adoraturus Mantuam conceſſiſſe narratur. Excepit hic Gregorius Chriſtophorum Venetiarum Epiſcopum, quem aliquot ſeditioſi Cives de ſede depulerunt; interfuitq; conſecrationi Eccleſiæ S. Georgii Veronenſis an. 813. ſepultuſq; eſt apud Cathedralem.

2. ERFULFUS *c* natione Gallus ſucceſſit anno II.
823. Quem Aquilejenſis Patriarcha conſecravit. Hu-
D jus Epiſcopi temporibus Patriarcha Aquilejenſis Mantuæ coegit Concilium ex auctoritate Eugenii II. Pontificis anno 828. (1) ut inter Gradenſem, atque Aquilejenſem Patriarchas diuturnior lis dirimeretur, Arbitris, Legatiſq; Pōtificiis Benedicto Epiſcopo, Leoneq; Bibliothecario Diac. Cardinalibus, præſentibus autem Petronazzio Archiepiſ. Ravennate, Angelperto Mediolanenſi, Andrea Ferrarienſi, Leone Faventino, Vitale Comaclenſi, Chriſtophoro Bononienſi, Noderberto Regienſi, Lautperto Parmenſi, Auſerio Vercellenſi, Lamberto Brixienſi, Herimperto Laudenſi, Siniperto Cremonenſi, Rotoldo Veronenſi, Erſulpho Mantuano, Francario Vicentino, Dominico Patavino, Adeodato Tarviſino, Ermonico de Ceneda, Odelberto Bellunenſi, Anſelmo Concordienſi, Auratoque Feltrenſi, cum aliis quampluribus presbyteris, qui abſentium Liguriæ Præſulum nomine

c al. Erſulfus.

(1) Agnellus Maphæjus in Annal. Mantuanis p. 282. hoc Concilium anno 4. Eugenii I. qui in an. Domini 655. incidit, Mantuæ coactum affirmat: ideoquè Erſulfum primum Mantuanorum Epiſcoporum, quorum extet memoria, ſtatuit, atque in alia tempora rejicit.

mine aſſidebant Concilio. Ibi Aquilejenſis favorabilem tulit ſententiam cum decreto, ut Gradenſis Aquilejenſi, ſuppreſſo titulo, adjungeretur, tametſi uſque ad tempora Nicolai V. Pontificis id nunquam evenerit; donec idem Pontifex in Venetiarum Patriarchatum illa jura transfunderet. Eodem Epiſcopo Templum S. Martini, ſanctæque Annæ Oratorium, ac S. Stephani ex largitate piorum extitere. Populoque Mantuano exultante, Ludovicum Imperatorem Lotharii filium excepit anno 847. exceſſit autem è vivis anno 858.

III. 3. JOANNES Eginulphus è nobiliſſima gente Treviſana Longobardorum proſapia, tertius Mantuanus Epiſcopus creatus eſt circa annum 859. atque ab Aquilejenſi Patriarcha inauguratus. Hic ex præcipuo pietatis ardore curavit, ut ædificarentur Eccleſiæ S. Michaelis de Porto, S. Georgii in Burgo, Sanctorumque Gervaſii, atque Marci, cum S. Barnabæ oratorio, atque ex conceſſu Joannis Papæ VIII. cum Epiſcopis Vicentino, atque Ferrarienſi arbiter fuit dirimendæ litis inter Ardichinum Veronenſem, & Aldeghiſium Tridentinum Epiſcopos, ut approbante utraque parte, feliciter evenit. Mantuæ deceſſit Joannis temporibus Carolus Calvus Imperator, cujus corpus Vercellas delatum, ut inde in Galliam transferretur, ibidem tumulatum fuit. Cui deinde ſucceſſit Ludovicus Balbus ejuſdem filius, is ille, qui deinde nobile Monaſterium, Eccleſiamque S. Ruffini prope Mantuam fundavit, ſub Benedictina temperatione, maximiſq; opibus auxit. Quod olim Monaſterium ingens monachorum numerus incoluiſſe narratur, quos poſtea inde exegit paupertas, potentioribus ita monaſticas opes abſorbentibus, ut vix hoc tempore parvula Eccleſia, tantæ liberalitatis veſtigium extare dicatur. Plura, ampliſſimaque privilegia à Carolo Craſſo in favorem ſuæ Eccleſiæ hic Præſul impetravit, cum adoraturus Chriſti ſanguinem, Mantuam ille veniſſet. Cæterum cum adminiſtrante Joanne, Cathedralis forte fortuna deflagraſſet, ab hoc Præſule Berengarius exoratus, inſecuto anno, ſarſit detrimentum, noviſq; atq; ampliſſimis donariis auxit. Quam deinde munificentiam Berengarius II. Ugoq; Italiæ Reges ampliſſimè cumularunt, tametſi haud monumenta potuerint revocare, quæ ex illo incendio miſerabiliter periere. Hic igitur cum per multos annos Mantuanā adminiſtraſſet Eccleſiam, vita functus eſt, poſt cujus exceſſum, diuturnius interregnum Mantuanam divexavit Eccleſiam.

IV. 4. MANASSES nobilis Gallus, Arelatenſis Archiepiſcopus, vocatus in Italiam, ex propiori Ugonis Regis Italiæ affinitate, circa ann. Domini 933. Mantuanam Eccleſiam, Veronenſem, Tridentinamq; tum viduatas Eccleſias, cū Mediolanenſi inuſitato ſanè exemplo, uſque ad obitum adminiſtrandas ſuſcepit.

V. 5. PETRUS natione Germanus Manaſſæ ſucceſſit. Hic Eccleſiæ ſibi commiſſæ maxime ſtuduit, obtinuitque à Lothario Germanorum Rege poteſtatem procudendi monetam anno 945. die 27. menſis Maji tanquam Imperii Princeps, in qua circa Crucem, antiquum Mantuanæ Civitatis ſtemma, Vergilius inſcribebatur, in altera verò parte, Epiſcopus Mantuæ legebatur, ut hinc procudendi denarios proderet poteſtatem, illinc præcipuum ejus Civitatis decus commemoraret. Obiit diem poſtremam * ante ann. 967.

* Ex App. tom. 5.

VI. („ GULIELMUM *Mantuanum Epiſcopum circa an. 951. vixiſſe conſtat ex inſtrumento permutationis factæ inter ipſū & Adelbertum Mantua comitem „ anno 1. Regni in Italia Othonis I. die X. menſis Octob. „ Ind. V. Hujus documenti pars refertur à Maphæo in „ Annal. Mant. p. 336.*)

VII. 6. * PETRUS a Epiſcopus Mantuanus interfuit ſynodo celebratæ Ravennæ à Joanne XIII. anno 967. (1) quo ſubſcripſit literis ejuſdem Joan. adverſus Archiepiſcopum Saltzburgenſem, apud Hund. in hiſt. Archiep. Saltzburg.

* Ex App. tom. 5.
a MARTINUS.

VIII 7. JOANNES hujus nominis II. Mantuanus Epiſcopus adlectus fuit anno 985. qui ab Othone III. Imperatore obtinuit, ut omnia privilegia, bona, juraque olim S. Ruffini Eccleſiæ munificentiſſimè indulta, ad reparationem Cathedralis Eccleſiæ, rata eſſe juberet. Dum Joannes Mantuana in ſede floreret, Theodaldus de Canoſſa Mantuæ Dominus S. Benedicti celebre monaſterium fundare aggreſſus eſt, ampliſſimiſq; fortunis augere, quas deinde ad miraculum auxit Comitiſſa Mathildis, qua ſatagente ad eam magnitudinem crevit, quæ hodie poſſit admirationi eſſe. Adhuc vivebat Joannes, cum ex eodem monaſterio migravit ad Cœlos S. Simeon Benedictinus natione Armenus anno 1006. die 26. menſis Julii, quem deinde in numerum Sanctorum retulere Pontifices; cujus vitam Arſenius Patriarcha Hieroſolymitanus accuratè perſcripſit, inſecutoq; anno Epiſcopus Joannes deceſſit.

IX. 8. ISOLPHUM a Germanum Joannes excepit ann. 1017. (2) Hunc maximè fuiſſe pium, ex ardentiori ſtudio, quo Sanguinem Chriſti, qui in Eccleſia S. Andreæ honorificè aſſervatur, mortales venerari volebat, abundè colligitur. Quam devotionem, ut promoveret ardentius, in eamdem Eccleſiam Benedictinos Monachos introduxit, multis fortunis eiſdem attributis, cum Eccleſiis Formigoſæ, atque Suavis, cum earumdem juriſdictionibus, ac pertinentiis. Fato ceſſit anno 1044.

a Ab. Hildulphum.

X. 9. MARTIANUS, ſive Martialis ad eandem ſedem pervenit anno 1045. quem ipſum annum Comitiſſæ Mathildis ex Bonifacio, ac Beatricis Mantuæ progenitæ, natale nobilitavit. Quæ in gratiarum actionem, Eccleſiam S. Andreæ, Martiali primum lapidem jaciente, reædificare exorſa eſt. Ibi igitur ex divino inſtinctu iterùm Sanguis Chriſti, cum corpore S. Longini repertus eſt, quem Martianus, dum novū S. Andreæ ædificium abſolveretur, in Cathedralem inferendum curavit. Quem ut ſuppliciter adoraret, Leo IX. ſe contulit Mantuam, voluitque ad ſe pertinere ejus Eccleſiæ conſecratio, ſecum parte Sanguinis ablata, quæ in Laterano collocata Romam redderet ſanctiorem. Cæterum idem Leo, procuſo diplomate, omnia alia privilegia olim Mantuanæ Eccleſiæ indulta, rata eſſe decrevit. De inventione hujus ſacratiſſimi Sanguinis ad latus Portæ Majoris S. Andreæ, hæc ſequens inſcriptio legentibus proſtat.

Omnipotens Domine Jeſu Sanguis Tui glorioſi hoc in Templo locati Honori, & Reverentiæ gratam utinam Majeſtati Tuæ, atque huic urbi propitiabile dicatum iſtud opus accipe, & ad vota ad tibi offerentium reſpice Pietate tua Clementiſſime Pater.

MCCCII. . . . Bonifacii Papæ IX. XIV. Venceslai Romanorum Regis XXVII. Anno ejus Sacri Cruoris hic inventione facta ſub Leone Papa III. & Carolo Magno D. XC. Anno III. ſub Leone IV. & Henrico III. Erectioni eo tempore hujus Eccleſiæ ſub Bonifacio Comite Beatrice, & Matilda CCCLIV.

Hæc inſcriptio ibi affixa fuit anno 1402. ſub Pontificatu Bonifacii IX. cum hujus Eccleſiæ partem exteriorem abſolviſſent. Quam qui excudit, ſæpè lapſus eſt, cum 100. omninò annos oſcitanter omiſerit. Repoſuit enim pro 1402. 1302. idque in primo verſu; hoc enim incidit in annum 12. Pontificatus Bonifacii IX. Quintus verſus continet errorem Regni Venceslai. Etenim cum apponere debuiſſet 22. repoſuit 27. Ubi enim notatur DXC. numerus Quinarius deficit, tantùm enim temporis interceſſit ab inventione, quæ in tempora Caroli Magni incidit anno 807. uſq; ad annum 1048. ad alterum, quæ ad tempora IX. Leonis pertinuit anno 3. Pontificatus ejuſdem, Henricique III. Imperatoris. Itaque dicendum erat anno 2. Leonis IX. Tunc enim recto ordine intercurrerent anni

(1) Ughellus Petrum alterum ex hac ſede adfuiſſe cenſet Concil. Raven. ſub Jo. XIII. falſati Codicis ſubſcriptione deceptus, ubi pro *Metamaucenſi*, *Mantuanenſis* ſubobſcure legitur. Ita *Lucentius*. Verum ſi quis noviſſimam Conciliorum editionem ab Harduino adornatam conſuluerit tom. 6. in quo refertur memoratum Concilium Raven. ſub Jo. XIII. an. 967. videbit Petrum non obſcure dici Metamaucenſem, interque Patres dicti Concilii MARTINUM Mantuanum ſubſcripſiſſe reperiat.

(2) Adfuit Concilio Francofordienſi an. 1006. aliis 1007. Citius igitur ſucceſſit in hac ſede, quam ab Ughello memoratur an. videlicet 1017. ni ſit error librarii, & ſcribendum fuerit 1009. *Luc.*

anni 354. uſque ad annum 1402. ut in fine inſcriptionis ſpectatur.

XI. 10. CONON natione Germanus, eandem dignignitatem eſt aſſecutus anno 1054. Hic concilio interfuit à Victore III celebrato Florentiæ, impetravitque ab Henrico Imperatore, ut omnia privilegia, quæ aliquando in favorem ſuæ Eccleſię dimanaſſent, vellet rata habere. Deceſſit 1055.

XII. 11. ELISEUS item Germanus Cononis ſucceſſor fuit anno 1056. Hic monachus, Eccleſiæque S. Andreæ decimas omnes, quibus in territorio Caſtilionenſi perfruebatur, munificè dilargitus eſt; palatioque Epiſcopali honorificè excepit Alexandrum II. Pontificem, quo ipſo anno in Mantuana Cathedrali contra Cadolaum Antipapam celebrarunt Concilium. Fato functus eſt Eliſeus anno 1078.

XIII. a al. 1079. 12. SAPHODOMUS ad eundem dignitatis gradum ſublectus eſt anno 1078. a Hunc Mathildis Comitiſſa legavit in Germaniam, ut cum Imperatore Henrico de ſtabilienda pace tranſigeret. Obiit diem poſtremam 1082.

XIV. 13. UBALDUS ad hanc eandem ſedem promutus eſt anno 1082. Hic ille, qui vitam S. Anſelmi Cardinalis, atque Epiſcopi Lucenſis, natione Mantuani, enarravit, qui vita functus ann. 1086. ſepulturam in Cathedrali accepit. Hunc Ubaldum Henricus Imperator cum Mantuam invaſiſſet, intruſo Conone, deturbavit de Sede. Qui exul vitam finivit, cum non multò poſt Conon intruſus diſceſſiſſet è vivis.

XV. 14. UGO Monachus monaſterii S. Benedicti de Podolirone, à Paſchali Papa II. creatus, Ubaldo ſucceſſit an. 1102. Interfuit Vaſtallenſi Concilio 1106. Deceſſit anno 1109. ſepultuſque eſt in ſuo monaſterio.

XVI. 15. MANFREDUS, ſive Manfredinus Ugoni ſuffectus eſt anno 1109. Vir ingentis exiſtimationis, & in expediendis conſiliis dexteritatis præcipuæ. Siquidem Mantuanis Civibus exoratis Mathildem Comitiſſam, quam Cæſaris impotens dominatus expulerat, Mantuam reducendam curavit; ubi non ſine lachrymis hujus optimi Præſulis, exceſſit è vivis anno 1116. die 24. m. Julii, ſepultaq; eſt apud S. Benedictum; indeque noſtris temporibus in Vaticanum honorificè translata, ut ſupra memoravimus. Adminiſtravit autem Manfredus piè, ſanctèque Mantuanam Eccleſiam ad multos annos, exceſſitque è vita circa annum Domini 1148.

XVII. 16. HENRICUS Mantuanã tenuit ſedem 1148.

XVIII. 17. GARSIODORUS, ſive Geridonius, quem Jacobus Chifletius in 2. par. hiſtoriæ Veſentionæ, Griſandinum appellat, Mantuanam ſedem eſt aſſecutus; quem idem Jacobus narrat interfuiſſe conſecrationi illius Eccleſiæ ſub Eugenio III. anno 1148. 3. Nonas Maii. Hujus Epiſcopi temporibus Eccleſiam S. Stephani fundarunt, ut in marmorea ſequenti inſcriptione legitur ejuſdem Eccleſiæ parieti ſuffixa.

Anno ab Incarn. D. N. I. C. 1154. primo die intrante menſe Martio, ſub temporibus Anaſtaſii Papa, Graſſiodorii Epiſcopi, ac Friderici Imperat. fundata eſt Eccleſia S. Prothomartyris Stephani indictione II.

b An. 1162. Cæterum hic Epiſcopus Friderici Imperatoris partes fovit contra Alexandrum III. verum Pontificem, Papienſique Conciliabulo interfuit, epiſtolæque Imperatori directæ ſe ſubſcribit b Comes Cameræ Imperialis. Quamobrem ab Alexandro Pontifice cenſuris Eccleſiaſticis innodatus eſt tamquam Imperatoris aſſecla, qui ab eodem quamplurima retulerat privilegiorum ornamenta. Denique cum inter Fridericum, Alexandrumque Pontificem iterum gratia coiiſſet, ejus inſtaurati Catholici fœderis Garſiodorus non fuit exors, quin tanquam exſolutus cenſuris inter Lateranenſis Concilii patres numeratus eſt an. 1179. ſubſcriptuſque poſt Aquilejenſem Patriarcham. Meminit hujus Epiſcopi Gregorius IX. epiſt. 153. ſui Vaticani Regiſtri.

XIX. 18. VIDO Garſiodoro ſucceſſit, ut Donesmundus ſcribit, tametſi manifeſtè labatur, cum narrat ſucceſſiſſe Vidonem anno 1170. quo ipſo tempore adhuc Garſiodorus vivebat, ut ſupra vidimus. Nec ſi dicatur ad Mantuanam ſedem fuiſſe ſubvectum, cum Garſiodorus dejectus fuiſſet de ſede, benè, apertèque cohærerent tempora, cum idem auctor affirmet Vidonem poſtremam obiiſſe diem anno 1177. eidemque quendam ſucceſſiſſe Joannem, quem addit fato ceſſiſſe 1188. cum luce meridiana clarius ſit Garſiodurum in Lateranenſi fuiſſe Concilio anno 1179. ut ejuſdem Concilii acta produnt, cui tamquam Catholicus poſt Patriarcham Aquilejenſem immediatè reperitur ſubſcriptus. Alio igitur tempore oportet hunc vixiſſe Vidonem.

19. *JOANNES cognomento de Caccìafronte Cremonenſis Abbas S. Laurentii poſt Widonem electus eſt Epiſcopus Mantuanus. Translatus deinde eſt ad Vicentinam Eccleſiam anno 1176. Martyrio occubuit anno 1185. de quo vide Vicentinæ Eccleſiæ Præſulum ſeriem tom. 5. (t) XX. * Ex App tom. 7.

20. SEGEFREDUS floruit ann. 1187. fatoque ceſſit 1194. XXI.

21. HENRICUS ad hanc eandem ſedem adlectus fuit 1194. quo ipſo anno reperitur nominatus in quodam inſtrumento Abbatiæ Nonantulanæ, tanquam Mantuanus electus, die 2. exordientis menſis Junii. Anno verò 1210. ejuſdem Epiſcopi mentio extat in quodam privilegio Othonis IV. Imper. inſigniturq; tit. Vicarii Imperialis ab eodẽq; Imperatore erga ſuã Eccleſiam favorabile retulit privilegium. Hujus Epiſcopi temporibus S. Franciſcus Aſſiſianus Mantuam venit, atque prope Eccleſiam S. Mariæ Incoronatæ, quam illi Mantuani attribuerant, Monaſterium ſuæ ſodalitatis fundare exorſus eſt, Mantuano geſtiente populo, ob eximiam viri ſanctimoniam, quam fama vulgaverat. Cæterùm vult Donesmundus Henricum exceſſiſſe è vivis anno 1227. tametſi Præſulum Mantuanorum alter catalogus M.S. obiiſſe narret anno 1220. Hugonemque, qui ſequitur, fuiſſe provectum ad ſedem. („ *De eo in Texta cap. 5. de* „ *purg. cum Patriarcha Aquilejenſi agit de Epiſcopo* „ *Tridentino de Simonia infamato. Mandante Innocentio III.* Lucent.) XXII.

22. HUGO adlectus fuit anno 1220. XXIII.

23. PELIZARIUS Civis, ac Epiſcopus Mantuanus floruit anno 1227. fatoque functus eſt 1231. XXIV.

24. GUIDOTTUS è gente Corregia Mantuanus c Pelizario defuncto ſucceſſit anno 1231. inauguratuſque fuit die 2. menſis Decembris. Hunc Gregorius IX. ſequenti anno, inter Epiſcopum Mutinenſem, ac Nonantulanum Abbatem Iudicem adlegit, ut æquo jure lites dirimerentur, quæ utrumque ad eam diem diuturnius exercuerant. Anno verò 1234. cum Beatrice Eſtenſi Andreæ II. Regi Pannoniæ nupta profectus eſt, quorum nuptias ipſe Alberegalli ſolemni ritu celebravit. In Italiam deinde reverſum, cum inſecuto anno Eccleſiam ſibi creditam piè ſanctèque adminiſtraſſet, conſcelerati ejuſdem hoſtes in Monaſterio S. Andreæ ſæviſſimè trucidarunt. Cujus Epiſcopi indignum fatum, non modò Mantuanis dolorem expreſſit, verum etiam in juſtum vertit furorem, quo perciti parricidarum domos everterunt à ſolo. Gregorius verò IX. in parricidas ſequentem ſcripſit epiſtolam Poteſtati, & Populo Mantuano, quam modò ex regeſt. Vaticano epiſt. 34. ſol. 97. an. 9. exhibemus, ſic enim ſe habet. XXV. c Hunc Parmenſem facit Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. c. 6. p. 212. ubi plura de eo: cujus item meminit Campina in hiſt. Placen. par. 2. p. 155. Man 4.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Dilectis filiis Poteſtati, Conſilio, & Populo Mantuano &c.

REM his diebus audivimus anima noſtra amariſſimam, plenam acerbitate flagitii, & immanitatis horrore, ſuper qua inexplicabilis gemitus, & ploratus indeficiens ad Apoſtolicam ſedem aſcendit, diro doloris gladio nos transfigens, clamante de terra voce ſanguinis innocentis effuſi, videlicet bo. mem. Epiſcopi Mantuani, cujus interitum commiſſum a parricidis in patrem, quanto eſt exemplo pernicioſior, tanto amarius compellimur

(t) Hinc optimè deducitur ſeries Mantuanorum Epiſcoporum, quæ hic aliquatenus videtur involuta. Garſiodoro enim è ſede dejecto ſuffectus eſt Vido circa an. 1170 ut Donesmundus ſcribit: Vidoni ſucceſſit Joannes, qui ex hac ſede translatus eſt ad Vicentinam ante an. 1177 quo Epiſcopus Mantuanus ſecundò renunciatus fuerat Garſiodorus ex indulgentia Pontificis Alexandri, qui in eo munere vitam catholicè protraxit ad an. 1187. Luc.

limur deplorare. Sane idem Epiſcopus poſt ſuſceptum A
*Pontificatus officium, ſciens in vinea Domini poſitum
ſe cuſtodire, & cancellis ovium Chriſti Paſtorem ſolli-
citè ſtuduit, reſecatis noxiis, & propagatis ſalubribus,
ſuper gregem ſibi creditum noctis vigilias vigilare, mu-
rumque defenſionis pro domo Domini ſe opponens, a in-
tione Catholica fidei, & Eccleſiaſtica libertatis nulla
adverſitate averti potuit, vel timore, prater id, quod
exaltationem Eccleſia Mantuana diligenti cura im-
penſa circa conſervationem ſuorum jurium, & augmen-
tum ipſius ſpiritualiter, & temporaliter procuravit, un-
de multorum, quibus, cum ſint iniqui, æqua placere non
poſſunt, odium, & indignationem incurrit. Quorum qui-
dam viri nefandiſſimi, qui Advocati dicuntur, & alii
fautores pravitatis hæretica, quando peſtilentiores ſunt
aliis, eo contra ipſum gravius conceperunt. Cumque nu-
per primo die rogationum Epiſcopus ipſe ad Monaſte-
rium S. Andrea Mantuan. accedens, ingreſſus fuiſſet
Capitulum Monachorum pro reformatione ipſius mona-
ſterii tunc vacantis, ſupervenerint Antichriſti Satelli-
tes, a quibus fuit tam crudeliter interfectus, ut ex ipſa* B
*atrocitate ſceleris, & ſævitia manifeſte appareat, eos
velut hæretica ſorde infectos, Eccleſia Dei, & Catholi-
ca fidei voluiſſe injuriam irrogare. Nam cum primo
ejus faciem gladiis impetiiſſent, poſtmodum ambas ma-
nus ipſius Domino conſecratas cum in modum crucis
brachia cancellaſſet, deſpecta Crucifixi reverentia, im-
pie amputantes, eumdem 40. & pluribus ſibi plagis im-
poſitis, qui totum ſcindere præſumpſerint; ſaturari de
morte, & laniatione Chriſti Domini, non valentes. Por-
ro licet ad clamorem ſanguinis tota Civitate commota,
quorum iniquitatem Cœli revelant & adverſus peſtilen-
tes terra conſurgit, Poteſtas veſtra ad hoc vindicandum
negligens fuerit, & remiſſus, ex quo non levem ſuſpicionis
notam noſcitur incurriſſe, vos tamen deplorantes, & ge-
mentes miſerabilem parentis occaſum, & nimium exin-
de conturbati, zelo vos excitante divino, inſurrexiſtis
unanimiter per vos ipſos in parricidii ultionem, quamvis
in perſonas, qua aufugerant, ſe illis favorabile exhiben-
te poteſtate prædicta, neque ſitis vindicati. Propter
quod & ſi ad tam grande malum noſter exhorruerit ani-* C
*mus, cor contremuerit, & aures tinnierint horribilita-
te peccati, expoſita nobis tamen veſtra devotio immen-
ſum dolorem, quem intulerat enormitas maleficii, in
parte aliqua mitigavit, qui moti contra vos non imme-
ritò fuiſſemus, ſi aliter feciſſetis. Equidem cum pro cau-
ſis prædictis biberit Epiſcopus memoratum calicem paſ-
ſionis paſſus ſacro Die, & in loco ſacro, videlicet in ca-
pitulo ipſius monaſterii, pro cujus fide, ac libertate cer-
tabat, & ibi mortem recipiens, univerſalis vita requi-
rebat authorem, patientis titulis concurrentibus, ſingu-
lis circumſtantiis clarius eniteſcit, dum qui novus Za-
charias eſt in Templo pro fide, ac libertate Eccleſia im-
molatus, & nequiſſimorum amplius revelatur nequitia,
nomenque ipſorum ſempiterno parricidat reatus oppro-
brio. Ut igitur magis vindicta, quam exceſſus memoria
propagetur, cum lictores flagitioſiſſimi, & ſceleratiſſimi
parricida in acerba, & ſæva nece parentis Epiſcopi, &
Paſtoris contra ſe provocaverint Cœlum, & terram, &
graviſſimè offenderint non ſolum Romanam Eccleſiam,
a qua præfatus Epiſcop. fuit ad Mantuanam aſſumptus,* D
*verum etiam nimis exacerbaverunt Eccleſiam genera-
lem, nos de fratrum noſtrorum conſilio, ac venerabilium
fratrum Patriarcharum, Archiepiſcopòrum, Epiſcopo-
rum, & aliorum Prælatorum, qui tunc erant apud ſedem
Apoſtolicam conſtituti, hujus criminis patratores tam
Advocatos, quam alios, nec non illos, quorum ope, conſi-
lio, vel auxilio eſt commiſſum, publice candelis accenſis
denunciavimus excommunicationis ſententia ſubjacere,
& loca, ad qua devenerint, quamdiu ibi fuerint, ſuppo-
ſita interdicto ſtatutis quibuſdam contra prædictos, &
omnes de Advocatorum progenie, promulgatis. Inter
qua duximus ſtatuendum, ut iiſdem ab hujuſmodi ex-
communicationis ſententia non poſſint, niſi per Eccle-
ſiam Romanam abſolvi. Quod ſi eorum aliqui per alium
extiterint in mortis articulo abſoluti, careant tamen
eccleſiaſtica ſepultura; & ſi forſan poſt abſolutionis be-
neficium, reſtituti fuerint ſanitati, niſi ſtatim ad ſedem
Apoſtolicam feſtinaverint, pro ſuis meritis recepturi, ut*

A *videlicet cum primo pali baculo pedites ultra mare, dum
vixerint, circumeant loca ſancta, implentes injunctam
ſibi pœnitentiam cum gemitu, & dolore, relabantur in
priſtinam excommunicationis ſententiam ipſo facto. Quia
verò conſiderata exceſſus immanitate nulla ipſorum pœna
ſufficeret ad vindictam, & ſinceræ compaſſionis affectus, in
hoc à vobis exhibitus, ex quo apud ſedem Apoſtolicam non
modicum meruiſtis, firmam nobis præbet fiduciam de futu-
ris: univerſitatem veſtram monemus, & obteſtamur in Do-
mino per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus præfatos
Advocatos tanti reatus actores, & eos qui ad hoc dederunt
conſilium, auxilium, vel favorem, ac ab ipſis rectalinea de-
ſcendentes, banniatis de veſtra Civitate, Diœceſi, ac di-
ſtrictu, ita quod aliquo ingenio per ſe, aut per alios ad eadem
loca redire non poſſint, bona quando publicetis ſceleratorum
ipſorum de illis taliter diſponentes, quæ ad eos, vel eorum
hæredes nulla valeant occaſione reverti, nec adhiberi patia-
mini, cum circa iſta fraudem aliquam ſive dolum, juvari e-
tiam ſemper immutatione Rectoris in animabus veſtris in
concione facietis. Quæ præmiſſa omnia obſervabitis, & fa-*
B *cietis firmiter obſervari, nec permittetis quicquam contra
præmiſſa præſumi vel aliquod eorumdem, neque habebitis
aliquem pro Poteſtate, Conſule, vel Rectore, qui hujuſmodi
non præſtiterit juramentum, atque omnia, & ſingula obſer-
vanda in capitulari. ſeu libro ſtatutorum Civitatis conſcri-
pta, ibidem perpetuo manſura, quilibet Rector Civitatis
veſtræ juramenti vinculo ſe aſtringet, & ſuum aſtringi faciet
ſucceſſorem. Taliter autem exhortationes, & mandatum no-
ſtrum implere curetis, quod famam veſtram ſicut laudabili-
ter incepiſtis in omni puritate ſervantes propter gratiam A-
poſtolicæ ſedis, & noſtram mereamini præmium apud Do-
minum, & acquiratis vobis apud homines nomen bonum.
Nam ſi, quod abſit, mandata noſtra nunc, & impoſterum ali-
qua fraude, vel dolo, ad plenum non fuerint obſervata, Ci-
vitas veſtra meritò poterit formidare, ne adempto ſibi per-
petuò Epiſcopalis dignitatis honore, veſtra Diœceſis in par-
tes diviſa, vicinis Epiſcopis aſſignetur. Nos enim ad explo-
randum veſtra veſtigia non ſolum futurum Pontificem, ac
Clericos veſtros, verùm etiam circumpoſitos Epiſcopos, &
Prælatos deputare curabimus, ut per tempora ſedis Apoſto-
licæ nuncientur, quæ aguntur, ſi honoris ſui periculum vo-*
C *luerint evitari. Indefeſſa nempe ſollicitudine ad ultionem
tanti facinoris Romana Eccleſia vigilabit, ut in exemplum
abeat, ſi quid de vindicta fuerit negligenter omiſſum, & ut
pœnæ immenſitas diffuſa per orbem terreat peſtilentes; non
ſolum manus à ſimilibus cohibens, ſed etiam cogitationes a-
vertens.*

Datum Peruſii. Nonas Junii anno nono.

Sedis autem Mantuanæ duorum annorum inter-
regnum ſecutum eſt ab exceſſu Guidotti.

25. JACOBUM deinde à Caſtello Arquato Pla- XXVI
centinum, [„ *è nobili familia de Porta, Monachus Ci-*
„ *ſtercienſis.*] Capitulum, Gregorii IX. auctorita-
te, Mantuanis impoſuit Præſulem, defæcatiſſimis
moribus virum anno 1238. Exhortatoriam epiſto-
lam ejuſdem Pontificis, ſtatim poſt necem Guidotti,
Capitulo Mantuano datam, ex Regeſto Vaticano
deſumptam n. 46. fol. 33. ann. 4. hic adſcribere volui-
mus.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

D Dilectis filiis Capitulo Mantuano, &c.

*NOn fuit neceſſe vobis merita bo. mem. Mantuani Epiſ-
copi commendare, quorum plenius illa noviſtis, ejuſ-
que titulis commendatione non indiget, cum per ſe pateat,
& ſe ipſum oſtendat. Cum ergo tanto, & tam honorabile ſi-
tis deſtituti paſtore, qui pro Eccleſia ſibi commiſſa, & credito
ſibi grege defendendo eccleſiaſticam libertatem, fidemque Ca-
tholicam, bibit calicem paſſionis, non indignè talem deſidera-
mus ſibi ſubſtitui, qui ejus ſucceſſor exiſtere mereatur. Mone-
mus itaque devotionem veſtram per Apoſtolica vobis ſcripta
mandantes, quatenus cum conſilio requiſito, & obtento ve-
nerabilium fratrum noſtrorum Parmenſis, & Regini Epiſ-
coporum, de tali perſona provideatis per electionem canoni-
cam eidem Eccleſiæ in paſtorem, qui tanto congruat oneri,
& honori, & prompta, & ſollicita debeat inveniri, ſalvo or-
dine ſuo quantum cum Deo poterit ad tantam Dei, & Ec-
cleſiæ injuriam ulciſcendam.*

Datum Peruſii, 5. id. Junii anno 9.

A Hic B. Agnetem S. Claræ ſororem lectiſſimam virginem Mantuam advocavit, ut illic moniales Minorum Ordinis fundato cœnobio institueret, ut in loco, quem eidem attribuerat extra Civitatem, feliciter evenit. Inter Bononienſes, Mutinenſeſque jam exæſtuans bellum extinxit, Carmelitaſque Fratres Mantuam introduxit. Illiuſque temporibus evolavit ad ſuperos B. Joannes Bonus Mantuanus Ordinis Eremitarum Reſtaurator egregius, perſpicuuſque miraculis longè clariſſimus anno 1248. * an. 1252. factus eſt S. R. E. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis ut ſup narravimus. Obiit verò paulo ante Innocentii IV. deceſſum, vel poſt Alexandri IV. creationem, cum deinceps nulla de eo mentio reperiatur in Apoſtol. diplomatibus.

* Ex App. tom. 1.

XXVII. 26. B. MARTINUS ex Comitibus Caſaloldis Parmenſis S. Marci Mantuani Canonicus, Præpoſituſque Parmenſis, Jacobo ſuffectus eſt à Capitulo, & ab Innocentio IV. confirmatus 11. Kal. Junii anno. 1252. ex reg. vatic. ep. 285. fol. 157. an. 9. * En Epiſt.

* Ex App. tom. 1.

B *INNOCENTIUS EPISCOPUS*

Servus Servorum Dei.

Epiſcopo Mantuano.

Licet continuata &c. uſque deputari. Cum igitur dilecto filio Archipresbytero, & Capitulo Mantuano non procedentibus ad proviſionem Eccleſiæ Mantuanę tunc paſtore vacantis infra terminum quem eis duximus præfigendum, Ven. fratri noſtro Epiſcopo Portuenſi, cui ſuper proviſione facienda ipſi eccleſiæ commiſerimus plenariam poteſtatem, de te tunc Præpoſito Parmenſi capellano noſtro ete, & eccleſiæ providerit ſupradictæ. Nos conſiderantes, quod tu plus tuis meritis Pontificatus dignitatem extolles, quam præſulatus efferaris honore, proviſionem ipſam gratam, & ratam habuimus, & habemus, teque cui noſtris manibus conſecrationis munus duximus impendendum. per quem poterit grex dominicus ſalubriter verbo Domini refici, & à lupi rapacis morſibus cuſtodiri, ipſis, & Eccleſiæ Mantuanæ conceſſimus, & concedimus in Epiſcopum, & Paſtorem, plena tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus administratione conceſſa, ſperantes firmiter, & pro certo tenentes, quod tu, qui nobiſcum apud ſedem Apoſtolicam C *longo tempore ſic laudabiliter converſatus, quod nobis, & fratribus noſtris tuæ prærogativa virtutis carum te reddidiſti plurimum & acceptum, præfatam Eccleſiam provide, & ſalubriter auctore Domino gubernabis, mandamus quatenus conſiderato prudenter, quod ex affectu, quem ad eos, & Eccleſiam Mantuanam gerimus, ſincero proceſſit, quod te literarum ſcientia præditum, morum honeſtate decorum, & conſilii maturitate præclarum virum tam utilem, & experientia longa probatum nobis, & Eccleſiæ Romanæ ſubtraximus, ut te ſibi, & Mantuanæ Eccleſiæ præberemus noſtrum incommodum, ut eorum commodum procuraremus, non vitantes, ad ipſam accedens Eccleſiam ſic ſtudeas gerere curam ejus, quod tibi per vitæ meritum, & familiæ tibi creditæ proficias per exemplum, ipſaque Eccleſia in te gaudeat reperiſſe, quod de te cum bona conſcientia prædicamus.*

Datum Peruſii 2. Kalendas Junii anno nono.

Piè, ſanctèque Mantuanam rexit Eccleſiam per 50. non minus annos, fatoque functus anno 1303. tumulatus fuit apud S. Marc. cum hac brevi inſcriptione.

D B. MARTINUS DE PARMA EPISCOPUS MANTUÆ.

Cui poſt aliquot ſecula Franciſcus Gonzaga ejuſdem ſucceſſor in Mantuana ſede, marmoreum erexit ſepulchrum cum ſequenti epitaphio.

B. Martini Parmenſis, ex Comitibus Caſaloldis
Circa annū Dom. MCCLII. olim Epiſcopi Mantuæ
Vitæ ſanctimonia, ac paſtorali prudentia inſignis
Oſſa, & cineres, ne diutius deliteſcerent, pietate in
Sanctum prædeceſſorem hoc monumentum ornavit
Fr. Franciſcus Gonzaga Mantuæ Epiſcopus
anno MDCVI.

XXVIII. 27. PHILIPPUS ex Comitibus Caſaloldis Brixianus eandem ſedem obtinuit anno 1303. Hic paucorum menſium Pontifex fuit: ſiquidem cum Brixiam profectus fuiſſet, ut ibi aliquot expediret negotia, febre tentatus, impar ægritudini exceſſit è vivis eodem anno, ſepultuſque eſt apud S. Dominicum cum ſequenti epitaphio.

A *Hic jacet Ven. Pater D. Philippus Comes de Caſaloldo, Dei gratia Mantuæ electus, & confirmatus Epiſcopus. Qui obiit MCCCIII. Ind. 1. die Jovis intrante xii. Novembris, cujus anima requieſcat in pace.*

28. Fr. PHILIPPUS de Bonaccoltis Mantuanus Ordinis Minorum, Epiſcopus Tridentinus, ad Mantuanam Eccleſiam translatus ann. 1303. à Benedicto XI. qui deceſſit antequam poſſeſſionem adipiſceretur, ut habetur in reg. Vat. e. 203. anno 1. Benedicti. XXIX

29. Fr. JACOBUS ex Ordine Prædicatorum, ad eandem dignitatem adlectus eſt 1304. 3. id. Januarii, ex reg. Vat. ep. 203. Benedicto XI. ſedente. vitam finivit 1307. XXX.

30. SACRAMOZUS è nobiliſſima gente Gonzaga primus, Mantuanorum Antiſtes evaſit anno 1307. Exceſſit 1320. XXXI

31. Fr. JACOBUM de Benefactis nobilem Mantuanum, ex Ordine Prædicatorum, Joannes XXII. XX. XII
B Pontifex Mantuanis Civibus præfecit Antiſtitem anno 1320. qui Civium ſuorum adverſus ſe paratam expectationem haud feſellit, quin votis omnium illuſtri doctrina cum probitate morum ita reſpondit, ut omnis ordinis homines tanquam Mantuanis divinitus datum illum ſuſpicerent. Fato functus eſt an. 1338. die 19. menſis Novembris, ſepultuſque eſt apud ſuos Dominicanos, ubi olim hoc ſequens epitaphium legebatur, ut refert Michael Pius in libro de viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum, cum Doneſmundiana hiſtoria vero ſatis conſentiens.

Hic jacet B. F. Jacobus de Benefactis
Epiſcopus Mantuæ, qui obiit die 19. Novembris
Ann. Domini MCCCXXXVIII.

32. GOTHIFREDUS Mantuanus, Archidiaconus Januenſis, & Benedicti XII. Capellanus, ſuæ XX XIII.
patriæ adlectus Epiſcopus eſt anno. 1338. die 2. Nou. Novembris, ita in regeſt. Vatic. ep. 451. par. 1. anno 4. Anno verò 1339. idem Pontifex Veronam illum legavit, ut illos Eccleſiaſticis cenſuris exſolve-
C ret, qui Bartholomæi Scaligeri Epiſcopi Veronenſis cædem urſere, Principique conjurationis Martino Scaligero eam mulctam præcipue imponeret, ut à porta S. Felicis in monte, cum accenſa face, centumque nobilibus Comitantibus cum iiſdem facibus, duo milliaria paſſuum facti pœnitens, pedeſque conficeret. Deceſſit autem Gothifredus circa ann. Dom. 1348.

33. RUFINUM proximè Gothifredus excepit anno 1348. die 26. menſis Junii ejuſdem anni, qui jam inauguratus reperitur Sacro Collegio ſolitum ſolviſſe ſubſidium. Carolum IV. Imperatorem, ſacrum Chriſti Sanguinem adoraturum, proficiſcentem Mantuam magnificentiſſimè excepit hoſpitio anno 1354. quo ipſo anno, 10. die Decembris retulit ab eodem Imperatore confirmationem omnium privilegiorum, quæcumque ſuperiores Cæſares Mantuanæ induſiſſent Eccleſiæ. Fato functus eſt 1366. XX XIV.

34. GUIDO GONZAGA ex Canonico Mantuanam obtinuit Eccleſiam anno 1366. 14. Kalen. XX XV.
D Septemb. quo ipſo anno jam conſecratus, ſolitum ſubſidium ſacro collegio ſolvit. Deceſſiſſe conſtat circa annum 1384.

35. SACRAMOZUS Gonzaga hujus nominis II. adlectus eſt circa annum Domini 1385. Hic ſive quia Clementi VII. Pſeudopontifici faverat, ſive quid aliud contra Eccleſiaſtica jura grave commiſerat, à Bonifacio IX. ex publica ſententia, honore Epiſcopatus exutus eſt, atque ab ejuſdem adminiſtratione demotus, ut legitur in libris Proviſ. Prælatorum. XX XVI.

36. ANTONIUS de Ubertis, antiquiſſimæ nobilitatis Florentinus, ut prænotatur in iiſdem Proviſ. Prælatorum lib. ab eod. Bonifac. IX. Pontifice Mantuanam ſedem, unde paulò ante Sacramozus exciderat, accepit regendam an. 1390. 9. Kalen. Octobris. Hic in Cathedrali ſacellum erexit ſub invocatione B. Mariæ Virginis, ac S. Bernardi Epiſcopi Parmenſis, ac Cardinalis de Ubertis, eidemque XX XVII

non temoendum cenſum attribuit ex Epiſcopali mẽſa; Quam donatlonem ratam eſſe juſſit Innoceotius VII. anno 1. ſui Pontificatus. Subſtruxit item in Eccleſia Patrum Minorum S. Barbaræ ſacellum, in quo ſibi, gentique Ubertæ, quæ jam Mantuæ ex Florentinis civilibus diſcordiis, fixerant ſedem, ſtatuit ſepulturam. Antonlique temporibus S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, qui jam olim in Cathedrali conquieſcebat, ſacras reliquias in nobile tranſtulere ſepulchrum, quod eidem ſancto Franciſcus Gonzaga, ab Epiſcopo Antonio exoratus, munificenter paraverat 1393. Fratres Servitas Mantuam introduxit, Eccleſia S. Barnabæ eiſdem attributa die 24. menſis Aprilis. Deceſſit Antonius 1417. Ubertorum faoiliæ ſtemmata, parma aureis cæruleiſque taſſellis diſtincta.



XX XVIII 37. JOANNEM item de Ubertis Florentinum, Antonii nepotem, Canonicumque Mantuanæ Cathedralis, Clericalis Senatus adlegit Epiſcopum 1417. cujus electionem Martinus V. Columna Conſtantiæ inſecuto anno ratam eſſe juſſit, qui fuit primus ejuſdem Pontificatus 11. Kalend. Martii; eidemque poteſtatem fecit in Cathedrali erigendi dignitatem Archidiaconatus, cum pluribus aliis privilegiis. Anno autem ſequenti hic idem Epiſcopus Pontificem Martinum à Concilio Conſtantienſi per Mantuam Romam revertentem, magnificè excepit hoſpitio. Fato functus eſt anno 1428.

XXXIX. 38. Fr. MATTHÆUS Bonimpertus *a* Novarienſis, ex Ordine Prædicatorum, ob raras animi dotes, à Martino V. defuncto Joanni ſuffectus eſt anno 1428. 7. Kal. Junii. S. Mariæ Angelorum Monaſterium à ſe conſtructum ad ripam Laci ſuis fratribus reformatis attribuit domicilinm, ordinavitque in Epiſcopum Ferrarienſem B. Joannem à Toſſignano. Vitam cum morte mutavit anno 1444. („*Cum* „ *etiam adfuiſset Concil. Ferrarien. an.* 1438.)

a Laudatur à Cotta in Muſeo Novarien. p. 40. Mand.

XL. 39. GALEATIUM deinde Caurianum nobilen Mantuanum, Archipresbyterum Mantuanum, Clericum Cameræ Apoſtolicæ, Abbatemque Commendatarium S. Rufini, Bonimperto defuncto Eugenius IV. Pontifex ſubrogavit anno 1444. 3. Idus Septembris. Galeatius autem ob ſingularem prudentiam maximo in pretio fuit apud Pontifices Eugenium IV. Nicolaum V. qui eidem Umbricam legationem prorogavit, ac Pium II. qui cum Mantuam proficiſceretur, Almæ Urbis Romæ curam demandavit Cardinali S. Petri ad Vincula, Galeatioque Cauriano; quibus Romanam rem adminiſtrantibus, Mantuanm Pius celebravit Concilium, inviſitque venerabundus ſacrum Chriſti Sanguinem; ad cujus conſpectum, præſentiamque diræ podagræ dolore divinitus levatus eſt, cum deſæviente adhuc dolore Tetraſthicon illud elegans effudiſſet.

Si verus Sanguis Chriſti eſt de pectore fuſus.
Et dignus latria, dira podagra fuge.
At ſi membra deo poſſeſſa relinquere neſcis.
Urgeat, ah! ſaltem flamma, dolorque minus.

Poſtquam autem Pius Romam reverſus eſt, Galeatius Romanæ Urbis cura levatus, Mantuam conceſſit, ſibi creditam Eccleſiam diligentiſſimè adminiſtraturus. Quam deinde temporibus Nicolai V. ab juriſdictione Patriarchæ Aquilejenſis exemit, ut in diplomate legitur, quod de ea re idem Pontifex evulgavit; decrevitque, ut Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjiceretur, quo exemptionis jure Mantuana Eccleſia hucuſque uſa eſt. Mortuus Galeatius eſt anno 1466. Mantuæ, ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi in nigro lapide hoc ſequeos epitaphium legentibus proſtat.

Eruditiſſimo virtutum omnium Galeatio Capr. olim Mantua Epiſcopo hoc monumentum ſingulari pietat. in pontific. regenti ad annos xxi. obeunte lix. ætatis ſuæ, an. ſalutis humanæ M. CCCC. LXVI. Ill. fratres Octavus, & Her. Cap. dirup. deſecere.

XLI. 40. Fr. deinde ROBERTUM Bonimpertum Novarlenſem, *b* ex Ordine Prædicatorum ſuperioris Matthæi Mantuani Epiſcopi affinem, virum doctrina clariſſimum, Paulus II. Pontifex Mantuanis præfecit anno 1466. Verum breviſſimus Pontifex fuit, ſuique inconſolabilem deſiderium fecit iis, qui propius ejus exaggeraras virtutes noveraat.

b De hoc item Cotta in Muſeo Novarien. p. 41. Mand.

XLII 41. FRANCICUS Gonzaga à Pio II. Pontifice S. Mariæ Novæ diaconus Cardinalis creatus, à Paulo deinde II. dum 23. ageret annum, Mantuanum obtinuit Epiſcopatum anno 1466. die 16. menſis Auguſti. Hic nobiliſſimæ indolis, exactæque virtutis Princeps filius fuit Ludovici Mantuæ Marchionis, Barbaræque Brundeburgenſis. Piſis hauſit nobiliores diſciplinas, quas eximio exornavit ingenio, regiiſque moribus. Pontificius Legatus Bononiam adminiſtravit ſedente adhuc Paulo, eodemque munere ſub Sixto IV. perfunctus eſt, quem præcipuè promoverat ad pontificatum. Legationi Bononienſi ex deceſſu Card. Calandrini, ejuſdem Civitatis nobilem Epiſcopatum adiunxit, atque ita utramque Eccleſiam egregiè admioiſtravit. Mantuæ ſuffraganeis uſus eſt Aloyſio Roſatto Bergomate, ex Ordine Prædicatorum illuſtri viro, Ludovicoque Aldraghetto Mantuano Canonico Regulari cum ſuperiore pro eximia virtute conſerendo. Laudatiſſimus hic Cardinalis deceſſit Bononiæ an. 1483. 11. Kal. Novembris. Ejus cadaver Mantuam relatum, apud Eccleſiam S. Franciſci conditum fuit, prope gentis Gonzagæ proceres ſuos majores. Regium invictumque animum hujus Cardinalis collaudant Papienſis, Corteſius, Sigonius, Fr. Aleander Albertus, Poſſevinus, & alii.

XLIII 42. LUDOVICUS Gonzaga Cardinalis defuncti frater, Ludovicique Mantuæ Marchionis quartingenitus, qui viventi fratri ſuffraganeam operam diu præſtiterat, Mantuanam ſedem eſt aſſecutus an. 1483. 6. Kalend. Novembris. Uſus ſuffraganeo eſt Comino Laurentio Brixiano è Pontevico Epiſc. Lamorenſi, qui vita functus eſt 1503. inque Carmelitarum ſacrario ſepultus. Cæterum Ludovicus protulit ætatem uſque ad annum 1511. tumulatuſque eſt in Cathedrali.

XLIV 43. SIGISMUNDUS Card. Gonzaga, filius Franciſci Mantuæ Marchionis, Ludovico ſuffectus eſt, ſuo anteceſſori Franciſco Card. Gonzagæ haud impar virtute, indoliſque nobilitate. Is igitur piè, ſanctèque Mantuanam adminiſtravit Eccleſiam, palatinmque Epiſcopale prope Cathedralem excitavit à fundamentis, in illud opus pluribus ornamentis collatis. Epiſcopali tamen curæ ferè ſemper abſens incubuit, diſtentus ſcilicet modo Picena, modo Bononienſi legatione; quam ipſe opulentam Civitatem Eccleſiaſtico aſſeruit Imperio, ſtrenuè ejectis Bentivolis. Mantuanæ autem Eccleſiæ, ne quid in ea ex ſua abſentia negligeretur, ſuffraganeum adhibuit Nicolaum Groſſettum Patavinum ex Ordine Minorum Epiſcopum Limoſenſem, cui vita functo 1516. die 25. menſis Novemb. ſepultoque apud S. Leonardum, ſubſtituit Ambroſium Neapolitanum, item Epiſcopum Limoſenſem. Ejuſmodi Epiſcopali munere ſe poſtea abdicavit in favorem Herculis Gonzagæ nepotis. Ejus intuitu Clemens VII. memorabile illud Epiſcopis Mantuanis contulit privilegium delegandi etiam in ſecundis, & tertiis inſtantiis, quem mallent Judicem, ſublata facultate reis appellandi. Argumento erit ipſius Clementis diplo-

mu die 30. menſis Jan. ann. 1524. ſcriptum, quod in tabulario Mantuano hac ſerie verborum legitur.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam bened.

Sanè dilectus filius noſter Sigiſmundus S. Mariæ Novæ diaconus Card. Eccleſiæ Mantuanæ perpetuus adminiſtrator nuper nobis exponi fecit, quod inter multiplices curas, quibus ad conſulendum commoditati ſubditorum ſuorum ardua ſollicitudine premitur, illa præcipue ſibi cordi eſt, ut laboribus, & expenſis litigantium quantum fieri poteſt, parcatur, ex quo ſæpius ſolet accidere, ut deſperatione eorũ juſtitia veritas evaneſcat, & adverſariorum potentia jus debiliorum intereat, quod interdum propter appellationes, & reclamationes, ac reductionum petitiones, quæ à ſententiis diffinitivis, interlocutoriis, vel mixtis, aut arbitramentis, ſeu laudis vicarii in ſpiritualibus, & temporalibus epiſcopi Mantuani, vel ſui, & eccleſiæ Mantuanæ, quam ipſe Sigiſmundus cardinalis ex conceſſione Apoſtolica in adminiſtrationem obtinet, ſub alterius judicio, arbitri, vel arbitratoris, ſeu locumtenentes, ſeu locumtenentium ſuorum, vel ejus ſucceſſorum, qui pro tempore ſunt, vel erunt ad ſedẽ Apoſtolicam, vel ejus legatum, ſeu alium ſuperiorum ſiunt, partes ita graventur expenſis, quod propter illarum onera, & cauſas dimittere, & jus ſuum negligere cogantur; & ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſi in cauſis hujuſmodi appellari, reclamari, & reductionem fieri peti poſſit ad vos, ſeu aliquem veſtrũ, vel ſucceſſores veſtros, qui pro tempore fuerint, vel aliquem eorum, qui habeant, & debeant appellationes quaſcumque, reclamationes, ac reductiones, quas de confidentibus partium committere uni, vel pluribus, tam juris pontificii, quam juris civilis, ſeu utriuſque doctoribus de collegio Mantuano, magna exinde commoditatis, ad earum cauſarum expeditionem inveniri. Quare ejuſdem Sigiſmundi cardinalis, & adminiſtratoris ſupplicationibus inclinati, ac ex certa noſtra ſcientia de plenitudine noſtra poteſtatis tenore præſentium concedimus, & ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi in futurum contigerit à dictis vicario, locum tenentibus, judicibus, qui modo ſunt, & pro tempore erunt, arbitrie, vel arbitrantibus in omnibus, & ſingulis cauſis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, beneficialibus, vel mixtis, Feudalibus, vel emphyteuticis, vel aliis etiam civilibus, vel criminalibus, quibuſcumque etiam ipſius eccleſiæ Mantuanæ, & quarumcumque aliarum eccleſiarum etiam in civitate Mantuana, vel ejus diœceſi exiſtentium, vel aliarum quarumcumque perſonarum, vel quomodocumque, vel qualitercumque eas, vel quaslibet earum tangentibus, vel pertinentibus appellari, reclamari, vel reduci peti, etiamſi cauſæ fuerint mere ſpirituales, vel ſpiritualitati annexa, ſeu beneficiales, vel mixta, vel criminales, vel civiles, de perſona tamen clericorum, ſeu prædictarum eccleſiarum, tunc committi poſſint, & debeant uni, vel pluribus ex dicto collegio de confidentibus partium, qui ſint clerici. Si vero fuerint cauſa profanæ mere civiles, vel mixtæ, ſeu criminales committi poſſint uni, vel pluribus de confidentibus partium ex dicto collegio, etiam laico, vel laicis; & ſi contingat iterum appellari, vel reclamari à delegatis, ſecundo committi poſſint eadem cauſa uni, vel pluribus ex dicto collegio ſecundum diſtinctionem prædictam, & ſic ſucceſſive quouſque cauſa ipſa finem debitum ſortita fuerint; qui judices, vel ſic delegati procedere poſſint, & valeant ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii; ſalarium quoque ipſis delegatis taxetur ſecundum formam ſtatutam Mantuæ, quam in hac parte ſimili ſcientia approbamus, injungimuſque, ut præſentes noſtras literas in volumine conſtitutionum eccleſiæ Mantuanæ ad perpetuam rei memoriam deſcribi, & regiſtrari mandetis, & faciatis, quas perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere decernimus, atq; mandamus, & inſuper ex nunc irritum, & inane decernentes, ſi à quacumque quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus, indultis, privilegiis Apoſtolicis, etiam cum decreti irritantibus, & aliis clauſulis inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ſtatutis etiam juramento roboratis conſuetudinibus, ſeu aliis indultis, & privilegiis, quibus omnibus, & ſingulis ſpecialiter, & expreſſè per præſentes derogamus, & derogatum eſſe volumus habentes contradictorum omnium & ſingulorum tenores pro ſufficienter expreſſis, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 30. Januarii 1524. Pontificatus noſtri anno 1.

Ipſe tandem Sigiſmundus Mantuanæ ditionis Legatus fato functus eſt anno 1525. Non. Octobris, ſolemnique pompa in Cathedrali ſepultus eſt cum hoc epitaphio.

Sigiſmundo Gonzagæ Cardinali, qui cum generis ſplendore bonitatem adæquavit.

Ejus deinde cadaver cum Ludovico anteceſſore Franciſcus Gonzaga Mantuanus Epiſcopus in medio Eccleſiæ Novæ ſub principe fornice honorificentius collocavit cum hujuſmodi epitaphio.

D. O. M.

Sigiſmundo Gonzaga Cardinali Mantuæ Epiſcopo, & Ludovico Gonzagæ electo Mantuæ itidem Epiſcopo cum eorum corpora fere inhumata, & indecorè jacerent, non ut ſanguinis nobilitas, ſplendor, functique officii dignitas poſtulabat, Fr. Franciſcus Gonzaga Epiſc. Mantuæ ſumma in utroque pietate, atque ſingulari reverentia in ampliſſimos patres anteceſſores ſuos, quo potuit decore, monumentum hoc eis faciendum curavit. Obiit Sigiſmundus anno MDXXV. Ludovicus vero anno MDXI.

44. HERCULES Gonzaga, filius Marchionis Franciſci, atque Iſabellæ Eſtenſis, frater Ducis Ferrantis, natus eſt anno 1505. 10. Kalend. Decembris. Illum Eccleſiaſtico cultui deſtinantes parentes, Bononiæ nobilioribus diſciplinis excolendum curarunt, agenti vix 15. ann. ex ceſſione Sigiſmundi Gonzagæ delatus eſt Epiſcopatus Mantuanus anno 1520. à Clemente verò VII. Senatoria purpura eſt cumulatus anno 1527. Adeò verò prudentia, & doctrina valuit, ut apud pleroſque Europæ Principes, ipſiſque præcipuè Clementi Pontifici, qui ejuſdem opera, in explicandis Eccleſiaſticis conſiliis aſſiduè utebatur, admirationi eſſet. Ad Carolum V. Pontificius Legatus profectus eſt, cum Genua digreſſus Bononiam pergeret, ut ibi Auguſtale inſigne de manu Clementis acciperet. Ab exceſſu Ferrantis Ducis fratris per 16 ominino annos Mantuanum Principatum ſumma æquitate, fideque, ac totius populi gratulatione adminiſtravit, donec Federicus nepos tanto oneri par adoleſceret; ſub Paulo IV. Tarraconenſem Archiepiſcopatum regendum ſuſcepit, Soanæque Epiſcopatum. Mortuo verò Paulo, minimum abfuit, quin Pontificiam promoveretur ad ſedem. Pius tamen IV. in Campaniam illum legavit, Fanenſiſque Eccleſiæ adminiſtratorem effecit, Legatumque, ac Principem Præſidem Concilii Tridentini. Quo cum perveniſſet, Papali auctoritate ſuffultus, luculentam ad Patres Concilii orationem habuit 1562. 15. Kal. Februarii: ut quod inceptum erat, ſtrenuè proſequerentur, divellerentque abuſus, qui Chriſtianos, ac Clericales mores peſſimè infecerant. Ætatem extendit Hercules uſque ad celebrationem VI. ſeſſionis, fatoque functus piè, ac ſanctè, attulit mœrorem inconſolabilem cunctis ordinibus ann. 1563. 6. Non. Martii, cum ætatis ſuæ annum perageret 58. Ejuſdem cadaver delatum Mantuam, in Cathedrali S. Petri, ſepelierunt, ab ipſo nuper ſplendidè ædificata, ut ejuſdem incendium munificentia planè regia reſarciret. Sepulchro autem hujuſmodi Epitaphium affixere. XLV.

Herculis Gonzagæ cardinalis, & Epiſcopi Mantuani magni conſilii, magnæque eruditionis viri dum ſacro concilio præſidet, vita functi cadaver.

Mantuanæ autem Eccleſiæ ſuffraganeos habuit, Philippum Artivabene nobiliſſimum Mantuanum, Epiſcopum Hieropolitanum, qui deceſſit ann. 1545. die 21. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Salvatoris, Leonardinumque Marinum Epiſcopum Laodicenſem. De Cardinali autem Gonzaga

con-

conſule Ciaconium, noſtraſque additiones ad illum, atque Andreæ Victorelli.

XLVI 45. FRIDERICUS Gonzaga Federici Ducis Mantuæ, Margaritæque Paleologæ filius à Pio IV. creatus Cardinalis eſt, in gratiam Herculis Cardinalis patrui anno 1563. eodemque anno, cum exceſſiſſet è vivis Hercules, Mantuanus Antiſtes renunciatus eſt, illiuſque Epiſcopatus ſolemni pompa iniit poſſeſſionem 1. die Maji, ac diligentiſſime inſtitit veſtigia patrui in pietate colenda. Vix per unam diem cum morbo colluctatus, exceſſit è vivis die 22. menſis Februarii, an. 1565. ſepultus eſt lachrymantibus cunctis in Eccleſia Cathedrali ſub majori Altari conditus cum hujuſmodi Epitahio.

Friderico Friderici Ducis filio poſthumo Gonzaga, Mantuæ Epiſc. Card. Legato, acerbiſſima morte erepto an. ætatis xxxv. ſalutis humanæ MDLXV.

Vix Fridericus exceſſerat, cum Franciſcum Facinum Citrenſem Epiſcopum ejuſdem ſuffraganeum extulerunt, atque apud S. Franciſcum cum hujuſmodi Epitaphio ſepelierunt.

Franciſco Facino Guillelmi Ducis Mantuæ medico Epiſcopo Citrenſi, ac Federici card. Mant. ſuffraganeo vixit annos xlix. obiit v. Nonas Maji MDLXV.

XLVII. 46. FRANCISCUM deinde Gonzagam Ferrantis filium Ducis Ariani, atque Eliſabellæ Capuanæ, Herculis nepotem, Vincentiique Mantuani Cardinalis, Pius IV. Cardinalem adlegit anno 1561. idemque anno 1566. die 18. menſis Maji ad Mantuanam ſedem Franciſcum evexit. Sibi creditæ Eccleſiæ ſolemni ritu iniit poſſeſſionem die 28. menſis Novembris ejuſdem anni; Princeps ſummæ expectationis, cui ob ſingularem prudentiam Campaniæ legationem demandarunt, Coſentinumque Archiepiſcopatum attribuerunt adminiſtrandum. Poſt Pii IV. exceſſum, dum novo creando Pontifici agitarentur Comitia, Franciſcus ſupremam obiit diem florenti ætate, ideoque toti Romanæ Aulæ inconſolabilis mæror futurus, ann. 1566. die 10. menſis Januarii, cum prius præſagiiſſet animo, fore, ut Apoſtolicam eveheretur ad ſedem Cardinalis Alexandrinus, quem ut prædixerat Gonzaga, illius Comitii Patres renunciarunt Pontificem ſub nomine Pii V. Franciſcus vero conditus jacet apud S. Laurentium in Lucina, cujus titulo fuerat inſignitus, cum ſequenti Epitahio.

D. O. M.

Franciſco Gonzagæ qui ſi ad ſenectutem perveniſſet, cum Hercule Gonzaga cardinale ejus patruo, cujus diſciplina fuerat alumnus, conferri jure potuiſſet, tanta jam in eo religio, prudentia, omniumque virtutum indoles fulgebat. Vixit annos xxviii. menſes vi. dies xxv. obiit anno ſalutis MDLXV.

Defuncti autem Gonzagæ, funebri Panegyrico meritas laudes contexuit Leonardus Malaſpina. Suffraganeo uſus eſt, M. Antonio Oradino Peruſino Uticenſi Epiſcopo, qui vita functus 1565. die 6. menſis Octobris, requieſcit in Cathedrali.

XLVIII. 47. Fr. GREGORIUS Boldrinus *a* ex Ordine Prædicatorum Mantuanus, virtute, probitateque ad Epiſcopatum viam ſibi aperuit, quam jam inde ab infantia dicitur excoluiſſe. In Dominicano Inſtituto Pii V. ſocius fuit, quem idem Pius jam Pontifex, dum Provincialis Inſubriæ munere fungeretur Gregorius, Mantuanum adlegit Epiſcopum ann. 1567*b*. die 7. menſis Februarii. Septem ipſos annos piè, ſanctèq; Mantuanam adminiſtravit Eccleſiam, ſepultuſque eſt apud ſuos Dominicanos cum ſequenti Epitaphio

a De quo Fontana in Theatro Domin. p. 214. Mandoſ.

b 1566.

Gregorio Boldrino Epiſcopo Mantuano, qui in Prædicatorum ordine à prima adoleſcentia ſacris initiatus, eruditione, & probitate tantum profecit, ut omnes illi honores Patres ultro detulerunt, à Pio V. demum Pontif. Max. & Sereniſſ. Guil. ſententia ad Epiſcopatus apicem evectus præclarum Pontificii muneris adminiſtrandi exemplum ſucceſſoribus ad imitandum reliquit. Hieronymus Boldrinus fratri filius m. p. vixit ann. lxiij. menſ. vi. dies xij. obiit iv. nonas Novembris MDLXXIV.

XLIX 48. MARCUS Fidelis Gonzaga, qui olim Epiſcopus Auxerenſis in Tridentino Concilio maximè claruit, à Gregorio XIII. ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1. die Decembris anno 1578. Fato functus eſt anno 1583. die 8. menſis Septembris, accepitque ſepulturam in Cathedrali, ubi hujuſmodi legitur Epitaphium.

D. O. M.

Marcus Gonzaga, qui primum Auxerenſis Epiſcopus, Tridentino Concilio interfuit, poſt Sereniſſ. D. Guil. Mant. Ducis III. intuitu ad hanc cathedralem Eccleſiam tranſlatus eſt, annos fere novem præfuit, hic quieſcit. Endimione ejus fratre, Ferdinandoque, & Aurelio ex eodem fratre nep. & hæred. eum ſic tumulari curantibus. Salutis anno MDLXXXIII.

L. 49. ALEXANDER Andreaſſus Mantuanus, utriuſque juris Doctor clariſſimus, nomine Ducis Guillelmi legatione functus eſt Mediolani, ac Romę deinde; ejuſdemque Ducis intimus Conſiliarius cum eſſet, Caſalis primùm Epiſcopus renunciatus eſt, indeque tranſlatus fuit ad Mantuanum die 4. menſis Novembris anno 1583. die 5. menſis Januarii inſecuti anni obtenti Epiſcopatus poſſeſſionem iniit, coronavitque in Cathedrali Vincentium Ducem Mantuanum die 22. menſis Septembris anno 1587. deceſſit autem 1593. die 23. menſis Martii, inque Cathedrali ſepulturam accepit.

LI. 50. Fr. FRANCISCUS Gonzaga *c* ex Ordine S. Franciſci de Obſervantia, filius Caroli Marchionis Gazuoli, dum in Hiſpania apud Philippum II. Aulicus eſſet, ſpreto ſeculo, ejuſdemque dignitates, quas illi ſuæ gentis nobilitas videbatur ſpondere, auſterum S. Franciſci inſtitutum complexus eſt. Cujus religionis ex merito, gradatimque Generalis evaſit. Quo munere perfunctus egregiè, eumque acclamatione bonorum, Ceſaludenſis Epiſcopus in Sicilia renunciatus eſt, in gratiam Philippi Regis, indeque ad Papienſem ſedem tranſlatus fuit. Ad quam dum proficiſcitur, ex deceſſu Andreaſſi, Mantuanus Epiſcopatus eſt illi delatus, eam viciſſitudinem rerum Papienſibus adverſantibus, quos tanti viri primùm ſuſpenderat, moxque feſellerat expectatio, poſtrema die ſe convolventis Aprilis anno 1593. die autem 30. ejuſdem anni adiit poſſeſſionem ſibi demandati Epiſcopatus ſolemni pompa, quam ille Eccleſiam per 27. annos adeò flagranti pietatis ſtudio rexit, ut propemodum videretur incredibile, virum vitæ rigore fractum, tanto oneri potuiſſe tamdiu ſufficere. Itaque conatus eſt Mantuanum Populum, Clerumque ad defæcatiſſimos mores Chriſtianos traducere, Cathedralem exornavit, cenſuque adauxit, ſubſellia nova paravit divinum penſum perſoluturis, Altare majus, Ciboriumque divinæ Euchariſtiæ dedicavit; celebratiſque quampluribus Diœceſanis Synodis, Clerum correxit, ardentique pietatis ſtudio Mantuanam Diœceſim omnem ſæpius perluſtravit. Ex invida antiquitate anteceſſores ſuos diligentiſſimè expiſcatus eſt, eoſdemque in Epiſcopali Aula ad perennitatem pingendos curavit. Propè flumen Padum ſtatuit Templum, unde Mincius Pado confunditur. Ibi S. Leo Pontifex olim Attilæ populabundo occurrit, monuitque ne progrederetur, ni ultoris divini Numinis iram vellet experiri. Rem geſtam Epiſcopus Gonzaga effigiato marmore expreſſit, illudque ſupra portam memoratæ Eccleſiæ cum hac inſcriptione collocandum curavit, quam nos inde exſcripſimus, dum Mantuam, paulò ante à barbaris Germanis devaſtatam contendiſſemus.

c De eo vide Nicium Erythr. in Pinacoth. 1. imag. 46. & Vuadingum de Script. Ord. Min. p. 129. Mand.

Hic eſt locus celebris ille, ubi in Padum olim Mincii confluentibus undis Leo primus Pont. Max. Anno Domini CCCLIV. Attilam Flagellum Dei præſentia mirabunda Petri, & Pauli Apoſtolorum munitus admiranda eloquentia ſua à Romanæ Urbis, & totius Italiæ devaſtatione demovit; cujus Sancta Rei

memoria ne deperiret Fr. Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mant. Ædiculam poſuit ac Sancto Leoni Papæ dicavit anno MDCXVI.

Cæterùm ſub VIII. Clemente in Gallias munere legationis functus eſt Gonzaga, ut Henricum Gallorum Regem Catholico Philippo reconciliaret, in quo munere obeundo omnem operam adhibuit, ut perpetuam pacem firmaret. Ad Eccleſiam ſuam reverſus, exemplo, verboque gregem ſibi commiſſum uberrimè pavit. Seraphicam ſcripſit hiſtoriam, ſuaſque conſtitutiones Synodales emiſit in lucem, pluraque alia, ad pietatem ſpectantia monumenta procudit. Supra quatuor ſeptuagenarius requievit in Domino ann. 1620. ſepultuſque eſt in Cathedrali ante majus Altare, in ſepulchro quod ſibi vivens paraverat, ubi in nigro marmore hoc ſequens legitur Epitaphium.

Fr. Franciſcus Gonzaga Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia General. Miniſt. annos octo perfunctus Cephaludenſis, inde Tricinenſis, & demum Mant. Epiſcopus mortis memor, ne clerus, & populus ipſius ſit immemor, medium inter utrumque ſibi vivens hunc locum elegit. Orate pro eo. Obiit ætatis ſuæ lxxiv. Domini verò MDCXX.

LII. 51. VINCENTIUS Agnellus Suardus nobilis Mantuanus Prothonotarius Apoſtolicus, Referendariuſque utriuſque ſignaturæ, ex Epiſcopo Albenſi Franciſco Gonzagæ jam graviter ſeneſcenti Coadjutor attributus eſt cū futura ſpe ſucceſſionis 1619. die 6. menſis Majii à Paulo V. Pont. Max. eidemque poſtea defuncto ſucceſſit ann. 1620. Ad Ferdinandum Cæſarem, alioſque Chriſtianos Principes, ter ad tres Pontifices Maximos, Paulum V. Gregorium XV. & Urbanum VIII. pro ſuis Gonzagis Principibus de graviſſimis rebus Legatus, quem Carolus I. Mantuæ Dux, Mariæ Caroli II. Ducis pupilli, Matri, & tutrici conſiliarium ex teſtamento legavit. Hic nobiliſſimus Præſul oculis hauſit ſuæ Patriæ propemodum excidium, cum in illam omni crudelitatis exemplo Cæſariani debaccharentur. Vivit adhuc, cujus virtutem poſteri enarrabunt, cum interim nobis ſat erit dixiſſe ita illum vitam inſtituiſſe, ut æmula virtute ſuorum anteceſſorum veſtigia videatur velle æquare. * Obiit Mantuæ an. 1645.

* Ex App. tom. 2.

LIII. 52. MASSÆUS Vitalis Bergomenſis Ord. Min. diſtrictionis Obſervantiæ, Mantuæ Duciſſæ à ſacris confeſſionibus, electus eſt Epiſcopus Mantuanus ab Innocentio X. Pont. Max. an. 1646. Romæ conſecratur in Vallicellana Eccleſia à Card. Pancirolo die 11. Februarii.

ADDITIO.

(„ *Piè, ſanctèque ſuum Gregem adminiſtravit uſque ad an. 1670. quo ſenio, laboribuſque fractus ad requiem perennem evaſit.*

LIV. „ FERDINANDUS *Tiburtius ex Marchionibus de Gonzaga J. U. D. hanc ſedem eſt aſſecutus 13. Feb. 1671. at Eccleſiaſticam diſciplinam dum intenſiſſimè promoveret, omnium mærore ſublatus eſt, tres cum abſumpſiſſet ſui regiminis annos.*

LV. „ JO. LUCIDUS *Cataneus nobili gente apud Mantuanos progenitus Gonzagæ ſuffectus 12. Martii 1674. ſuo munere functus egregiè deceſſit apud ſuos 1686.*

LVI. „ HENRICUS *Vialardus adlectus 3. Martii 1687. Hic nobili germine apud Caſalem S. Evaſii natus Tyrocinia virtutum poſuit inter Clericos Regulares S. Pauli, Barnabitas nuncupatos; inter quos humanas, divinaſque literas cum ebibiſſet, ad docendum alios eas adhibitus primùm fuit, mox varia munia, & Præfecturas exercuit, præfuitque iiſdem Vicarius factus Generalis. Divini Verbi Concionator egregius, Duci Mantuæ in paucis charus, à confeſſionibus etiam adfuit.* „ Lucentius.)

a De quo fusè agit Aloyſius Barellius in memoriis PP. Barnabitarum. Mant.

(„ *Obiit in ſua Reſidentia menſe Decembri 1711.*

LVII. „ ALEXANDER *Aragonus, nobilis Mantuanus, Presbyter annorum 38. J. U. D. in utraque Signatura SS. D. Noſtri Refer. ejuſdemque Prælatus Domeſticus, alias Cubicularius honoris Sa. mem. Innocentii XII. poſt gubernia Civitatis Reatis, S. Severini, Fani, & Montis Alti laudabiliter adminiſtrata, creatus Epiſcopus Mantuanus 30. Januarii 1713.*

S. MARCI EPISCOPI.

b En ſtemma hujus Civitatis Ex App. tom. 1.



SAncti Marci Civitas Calabriæ Epiſcopali dignitate nobilitata, immediatè S. Apoſtolicæ ſedi in ſpiritualibus ſubjicitur, ſitaque eſt inter Cæſentiam, atque Temetam, quæ olim Civitas fuit, unde poſtea in hanc S. Marci fluxit dignitas Epiſcopalis, quæ olim fuit Argentanum antiquiſſimum Oppidum. Hodie hæc Civitas anguſtis præficitur cancellis, atque tantum ad 500. mortalium capita. Epiſcopus ab omni alio Metropolitano exemptus, unius tantum Romani Pontificis veneratur arbitrium. Perampla Diœceſi gaudet, („ *In qua animæ* 25000.) cum 52. Oppida complectatur, in quibus eminet *Belvedere* 4. millibus mortalium frequens, ac *Mongraſſonicem* c, in quod Epiſcopi jus eſt, tam ſpirituale, quam civile. Redditus Epiſcopales 2400. ſcutorum ſummā efficiunt; tametſi in lib. Cameræ tantùm taxam ferant 50. florenorū. Cathedralis pulchra eſt, ſanctoque Nicolao dicata, utpotè à Normandis, profectum ædificium, qui præcipua devotione venerantur hunc Sanctum. Sex dignitatibus nobilitatur, ſcilicet Archidiaconatu, Cantoratu, Decanatu, Archipresbyteratu, Theſaurariatu, Primiceriatu cum 12. Canonicis. Deſtituitur tamen præbendis Theologali, atque Pœnitentiali; animarum cura in Cathedrali exercetur. In Civitate duo tantùm Religioſorum Monaſteria ſunt, unicum monialium S. Claræ. In ſeminario inſtituuntur Clerici, domiciliumque Epiſcoporum ſatis commodum eſt. In Cathedrali horum SS. Martyrum corpora requieſcunt, Senatoris ſcilicet, Viatoris, Caſſiodori, & Dominatis quorum Romanum Martyrologium (1) meminit. 18. Kal. Octobris. Hujus ſedis Epiſcopi ſunt qui ſequuntur, quos ex diverſis monumentis, ſcripturiſque ex fide depromſimus.

c Mongraſſanum.

1. * HUNFRIDUS Epiſcopus S. Marci an. 1156. ſubſcripſit donationi factæ ab Ogerio Comite Altimontis Eccleſiæ S. Mariæ de Fontibus in diœceſi Caſſanenſi, quam donationem dabimus in Caſſanenſibus Epiſcopis tom. 8. I.

* Ex App. t. 9.

2. ANDREÆ S. Marci Epiſcopi an. 1216. mentio extat in quodam privilegio Honorii III. Abbatiæ Fontis laureati indulto. Interfuit etiam conſecrationi Eccleſiæ Coſentinæ ann. 1222. de eo Jacobus Græcus in Chronologia Ioachimi Abbatis. * Ultima Andreæ mentio extat in membranacea chartula ejuſdem ſcripta ann. 1226. dum tanquam Apoſtolicus Commiſſarius ſententiam tulit ad favorem Archimandritæ S. Mariæ de Patiro Ord. S. Baſilii, contra monaſterium S. Martinæ de Sambuccina Ord. Ciſtercienſis in hæc verba, ex membranacea chartula. II.

* Ex App. tom. 9.

† In nomine D. N. J. Chriſti.

Anno Incarn. ejus 1226. menſe Junii Indict. 14. regnante D. noſtro Federico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem, & Siciliæ Rege, Apuliæ, & Principatus Capuæ anno 28 feliciter. Amen.

Quibus itaque temporibus Nos Andreas Dei gratia humilis S. Marci Epiſcopus per præſens ſcriptum notum facimus univerſis, quod cum Abbas, & Conventus Martine

(1) Ferrarius ex Urſado, non autem Romanum Martyrologium de iis mentionem facit ad præfatum diem. Cor-

A *tina dictus Sambucina nobis , & Biſtinnenſi Archidiac. nunc Cant. ejuſdem, qui nobis commiſis plenarie vices ſuas, quaſdam Apoſtolicas litteras præſentaſſent, per quas mandabatur nobis, ut omnia, quæ de bonis Matinæ Eccleſiæ alienata inveniſſemus illicito, vel diſtracta, deberemus ad jus, & proprietatem ipſius Eccleſiæ mediante juſtitia revocare. Ad inſtantiam Abbatis, & Conventus jam dicti citavimus legitime Archimandritam , & Conventum Patiri, ut ſuper quadam vinea, quæ eſt in territorio S. Marci, quam Matinenſes dicebant fuiſſe quondam Belprandi villani Eccleſiæ Matinen. & ideo ipſam vineam revocari ad jus Matinenſis Eccleſiæ poſtulabant , coram nobis reſponſuri venire deberent, vel pro ſe ſufficientem mittere reſponſalem. Comparentibus igitur partibus coram nobis , & exiſtentibus nobiſcum Archidiacono, & Rogerio Canonico noſtro in aſſeſſores electis, & poſt altercationes multiplices ab utraque parte , poſt conteſtationem litis , præſtito calumniæ juramento, partem Eccleſiæ Matinen. admiſimus ad probandum jam dictum Belprandum fuiſſe villanum Matinæ , & ipſas vineas fuiſſe illius , & pars Eccleſiæ de Patire probare*

B *debuit ipſam terram, in qua modo eſt vinea, fuiſſe Eccleſiæ de Patire , & datam fuiſſe ad paſtinandum Belprando conditione tali, ut 10. denarios interim Eccleſ. Patiri redderet annuatim, & poſt deceſſum ipſius, & liberorum ſuorū tota ipſa vinea in jam d. terra plantata devolveretur ad jus, & proprietatem Eccleſiæ de Patiro . Licet enim Belprandum fuiſſe villanū Matinæ probaviſſet pars Eccleſiæ Matinenſis, quia Archimandrita, & Conventus Patiri per teſtes idoneos ſufficienter probavit , & inſtrumentum , quo uſi ſunt in judicio ea quæ propoſuerunt coram nobis videlicet terram ipſam , in qua eſt vinea , fuiſſe, & eſſe debere Eccleſiæ Patiri, cenſum, & conditionem ſicut ſuperius eſt iam dictum de conſilio proborum virorum Archimandritam , & Conventum Patiri ab impetitione prædicti Abbatis, & Conventus Matinæ de Sambucina ſuper jam dictis vineis facta auctoritate Apoſtolica per diffinitivam ſententiam duximus abſolvendos . Ne igitur quæ à nobis ſemel ſunt judicio terminata oblivione rei geſtæ iterum recidant in quæſtionem, ad perpetuam ſecuritatem ipſius ſupradictæ Eccleſiæ Patiri ,*

C *præſens inſtrumentum per manus Joannis publici Notario S. Marci ſcribi juſſimus, Noſtra, & aſſeſſorum noſtrorum ſubſcriptione muniuum. Anno, menſe, & indictione prætitulatis JOANNES .*

† Andreas Dei gratia Epiſcopus S. Marci ſubſcr.
† Ego Robertus S. Marci Archidiaconus & ſuprad. quæſtionis aſſeſſor .
† Ego Catalns Cantor S. Marci interfui .
† Ego Rogerius Canonicus S. Marci ſuprad. quæſtionis aſſeſſor interfui, me ſſ.
† Ego Theodorus Canonicus S. Marci interfui, me ſſ.

III. 3. * MARCUS Epiſcopus S. Marci tranſlatus eſt ad Polymnianenſem (1) Eccleſiam ann. 1256. 15. Kal. Aug. ex reg. Vat.

* Ex App. tom. 9.

IV. 4. FABIANUS Epiſcopus olim Policaſtrenſis , ad Eccleſiam S. Marci à Stephano Epiſcopo Præneſtino tranſlatus, confirmatur ab Alexandro IV. anno 1256. 15. Kalendas Auguſti ep. 378. fol. 198. Reg. Vatic. anno 2.

V. 5. MIRABELLUS Canonicus Cathedralis , ad hanc ſedem adlectus 1272. die 29. menſis Auguſti ,

D Gregorio X. ſedente , ex reg. Vatic.

VI. 6. Fr. PETRUS ex Ordine Minorum illi ſuffectus eſt 1275. die 7. menſis Aprilis ex reg. Vatic.

VII. 7. FRANCISCUS Epiſcopus S. Marci, obiit tempore Nicolai III.

VIII. 8. MARCUS (,, *Mirabellus*,) ex Canonico electus Epiſcopus S. Marci defuncto Frāciſco ſucceſſit. *a.* Martinus IV. ſcribit Epiſcopo Neocaſtrenſi, & Guardiano Ordinis Minorum de Coſentia , ut electionem ipſius diligentius examinent , & Apoſtolicæ ſedi referant. Datum 5. Decemb. an. 1. qui fuit Chriſti 1281. ex reg. Vatic. ep. 90. fol. 22. Tranſlatus fuit Marcus ad Archiepiſcopatum Surrentinum ab Honorio IV. ano. 1286. 5. Kal. Martii ex eodem reg. ep. 320. fol. 87. an. 1.

a an. 1281.

A 9. MANFREDUS ſucceſſit Marco ann. 1286. Exul à ſua Eccleſia à Nicolao IV. factus eſt adminiſtrator Eccleſiæ Biſacienſis tum Paſtore vacantis , anno 1291. 4. Nonas Junii ep. 535. fol. 18. IX.

10. THOMAS Monachus, ex Ordine Ciſtercienſi Epiſcopus S. Marci anno 1321. cum Florentiæ diverſaretur , aliquot altaria S. Salvatoris de Septimo conſecravit , & S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello , quod per id tempus Cœnobium nobile erat Ordinis Ciſtercienſis Septimianæ juriſdictionis, cujus rei extare voluit memoriam, in membranis exaratam, quo diuturnior foret, quæ ibidem in Archivo aſſervātur. Protulit ætatem Thomas uſque ad ann. 1348. quem ejuſdem antiquæ Abbatiæ monumenta virum eximiæ virtutis, probitatiſque appellant. Extat ejuſdem memoria in libris Oblig. Prælatorum ſub Clemente VI. Pontifice. * Sedente Thoma anno 1346. Franciſcus Cuſentinus Archiepiſcopus, aliique Epiſcopi indulgentiam elargiti ſunt omnibus Chriſti fidelibus manus adjutrices apponentibus ad reparationem Eccleſiæ S. Nicolai Pollicaſtrelli Diœceſis S. Marci , X.

* Ex App. tom. 9.

B quam Thomas Epiſcopus idem S. Marci , ratam , & firmam habuit , & ad id documentum propria manu conſtabilivit, quod nuper inventum in tabulatio ejuſdem Epiſcopii mihi traditum hic attexo .

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes noſtras inſpecturis,

Nos miſeratione divina Franciſcus Cuſentinus, Joannes Roſſ. Archiepiſcopi, Chriſtophorus Umbriacen. Senatorus Martoran. Rogerius Caſſanen. & Fr. Thomas Strungulenſ. Epiſcopi ſalutem in Dom. ſempit.

Paternæ gloriæ ſplendor , qui ſua illuminat mundum ineffabili claritate, fidelium pia vota de ipſius clementi majeſtate ſperantium tunc præcipue favore begnino proſequitur , cum ipſorum devota humilitas ſanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur quod Eccleſia S. Nicolai ſita intus terram Policaſtrelli diœc. S. Marci , quæ reparatione indiget , piis eleemoſynis fidelium congruè reparetur , ac poſtmodum congruis honoribus frequentetur, & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad fabricam ipſius Eccleſiæ luminaria, ornamenta, & alia dictæ Eccleſiæ neceſſaria manus porrexerint adjutrices , aut qui

C *in extremis laborantes dictæ eccleſiæ quicquam ſuarum legaverint facultatum , nec non ipſam Eccleſiam in feſto S. Nicolai, & in feſtivitatibus Nativitatis D. N. J. C. Circumciſionis, Epiphaniæ, Cœnæ Domini, Paraſceves, Reſurrectionis, Aſcenſionis & Pentecoſtes , & in omnibus ſolemnitatibus glorioſæ Virginis Mariæ , ac commemoratione omnium ſanctorum, nec non dedicatione ipſius Eccleſiæ devotè viſitaverint, de Omnipotentis Dei miſericordia , & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſinguli noſtrum ſingularum dierum quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus , dummodo Diœceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda ſub anno Domini 1346. de menſe Madii XIV. Ind.*

† Nos Fr. Thomas Dei gratia Epiſcopus S. Marci prædictorum Reverendorum patrum indulgentias ratas & gratas habemus concedentes inſuper indulgentiam XL. dierum ex parte noſtra Chriſti fidelibus viſitantibus & benefacientibus in dictis diebus Eccleſiæ memora-

D *tæ , præſentibuſque ſigillum appoſuimus noſtrum in teſtimonium veritatis .*

Sancti Nicolai. Nativitatis Domini, Circumciſionis. Epiphaniæ. Cœnæ Domini. Paraſceves. Aſcenſionis. Pentecoſtes . Omnibus ſolemnitatibus Virginis Mariæ. Omnium Sanctorum. Dedicationis .

11. Fr. BERTUCCIUS de Ciſſano Ordinis Minorum Thomæ ſucceſſit 1348. 5. Nonas Octobris , ex reg. Vatic. Deceſſit autem 1349. XI.

12. JOANNES ex Canonico Caſſanenſi fuit electus 1349. 15. Kal. Junii. Confirmatur à Clemente VI. ex reg. Vat. ep. 145. fol. 127. an. 7. lib. 4. pp. XII.

13. Fr. PHILIPPUS de Ligonio , ex Ordine Hieroſolymitano S. Joannis, ac Beneventanus Præceptor, XIII.

hanc

(1) Ex lapſu Amanuenſis ad Polymnianenſem hic dicitur tranſlatus Eccleſiam Marcus. De eo loquitur Ughellus in ſerie Polycaſtrenſium , ubi eum Minorum nominat : atque viceverſa è Polycaſtrenſi ad S. Marci infulam tranſlatum refert . Unde poſtponendus eſſet in hac ſerie Fabiano , qui è S. Marci Cathedra ad Polycaſtrenſem facta cum Marco commutatione eodem die & anno tranſiiſſet .

A hanc eandem ſedem tenuit 1380. die 3. menſis Januarii: Qui ſpondet ſacro Senatui ſe ſoluturum ſolitum ſubſidium, tanquam qui, vel fuerit ad hanc ſedem promotus, vel ſaltem intruſus ab Antipapa VII. Clemente, cujus partes fovebat.

XIV. 14. THOMAS de Maris, an. 1399. ex eodem lib.

XV. 15. Fr. DOMINICUM Soranum Ord. Min. Boniſacius IX. ad hanc ſedem provexit 1399. 3. Kal. Auguſti, qui inſecuto anno exceſſit è vivis.

XVI. 16. MANERIUS Monachus S. Sebaſtiani de Neapoli, Ordinis S. Benedicti electus fuit 1400. 3. id. Junii. è vita diſceſſit 1404. ex eodem libro.

XVII. *a Ambriacus.* 17. LUDOVICUS Imbriacus *a*, Monachus monaſterii S. Mariæ ad Capellam, extra muros Neapolis, ex Ordine Benedictino creatus eſt Epiſc. S. Marci 1404. 16. Kal. Aprilis. obiit 1435.

XVIII ** Ex App. t. 9.* 18. ANTONIUS Cale Canonicus Roſſanenſis ejuſdem ſedis fuit Antiſtes 1435. die 7. Kal. Novembris. * Translatus deinde eſt ad Eccleſiam Marturanenſem an. 1446. 4. Id. Febr. inde ad Inſulanam 1451. in qua obiit.

B

XIX. ** Ex App. tom. 9.* 19. GOTEFREDUS * hujus Eccleſiæ Epiſcopus florebat an. 1473. 12. Kal. Febr. ex conſtitutione Sixti IV. apud Rom. Bullarium fol. mihi 117. Deceſſit 1484.

XX. 20. QUINTILIUS, ſive Rotilius de Zenone S. Marci Caſtelli Anglonæ Diœceſis, ad hanc Eccleſiam ſucceſſit regendam 1484. die 28. menſis Januarii. Hic 1492. ſimul cum Archiepiſcopo Cuſentino ſecundogenitum Neapolitani Regis auguſtioris pompæ ſpecie, Romam, indeque deduxit in Vaticanum: („ *Habuitque coram Alexandro VI. nobilem oratio-* „ *nem, tum ipſum noviter ad Pontificatum aſſumptum* „ *ſalutatum venit regio nomine: ex Victorel. in Ciac.* „ *Vivebat adhuc an. 1509. ex Reg. Bullarum hujus Ec-* „ *cleſiæ.* Luc.)

XXI („ ALOYSIUS *de Amato Calaber hujus Eccle-* „ *ſiæ Antiſtes erat ann. 1518. ut habetur ex Reg. litera-* „ *rum Beneficialium aſſervato in Archivo Capitali, cu-* „ *jus notitia ad noſtrum Ughellum non pervenit, vel ſa-* „ *ne tum ſequenti confundit, quem Aloyſium, & Ludo-* „ *vicum nominat, à quo diſcriminandus eſt.* Luc.) *Inter-* „ *fuerat Lateranenſi Concilio an. 1515.*)

C

XXII. 21. ALOYSIUS, ſeu Ludovicus Alferius Cortonenſis, juriſconſultus celeberrimus, cujus Conſilia una cum notis ad Andream Alferiom à doctis teruntur. Deceſſit ann. 1530.

XXIII *a De Martyrariis.* 22. CORIOLANUS de Martyrariis *a* Conſentinus, græcæ, latinæque linguæ peritiſſimus, inque Romana Aula ſummæ exiſtimationis, à Clemente VII fuit adlectus S. Marci Epiſcopus 1530 die 3. menſis Junii. Plura compoſuit, in quibus flexibile ad omnia oſtendit ingenium, ut narrat Maraſiottus lib. 4. Antiquitatum Calabriæ. Deceſſit 1557. de quo acta Conſiſt. („ *Concilii Trident. aperitioni, ejuſque actis* „ *præſens fuit an. 1545. 1546.* Luc.) *Præter Maraſiot-* „ *tum, qui ejs meminit lib. 4. p. 264. videndus eſt Bar-* „ *rius pag. 117. necnon Toppius in Bibl. Neapol. p. 67. &* „ *præcipuè Nicodemus in Additionibus ejuſdem biblio-* „ *thecæ pag. 63.* Mandoſ)

D

XXIV 23. JO: ANTONIUS dela Tolſa creatus 1557. die 15. menſis Decemb. eo munere volens abivit 1562.

XXV 24. PETRUS dela Tolſa, ad eandem ſedem fuit adlectus, 1562. die 17. menſis Aprilis, eodemque anno defunctus eſt.

XXVI 25. FABRITIUS Landrianus Mediolanenſis eandem ſedem adeptus eſt 1562. die 6. menſis Julii. „ *Concil. Trident. interfuit an. 1563.*)

XXVII. *b Ughel. Sirletus.* 26. GUILLELMUS Card. Sirletus hanc S. Marci Eccleſiam perpetuò adminiſtrandã ſuſcepit 1566. eoque munere functus eſt uſque ad annum 1569 *b*. primaque die ineuntis Aprilis hanc S. Marci cum Squillacenſi commutavit. Hic ille eſt celebris Cardinalis Sirletus, qui Græcæ, Latinæ, Hebraicæque peritiſſimus ſui ſeculi doctis omnibus admirationi fuit. Illius ſcripſere elogium Jo: Maria Toſcanus, Petramell. Ciac. Andreas Scotus, Sanderus, Victorellus in ſuis ad Ciaconium additionibus, & nos in noſtris notis ad eundem; ejuſdem etiam meminerunt Paulus Manutius, Antonius Caracciolus in vita Pauli IV. M. Ant. Muretus, Roſcius, Sypontinus, & alii. Scripſit Sirletus annotationes in pſalterium, apparatum ad ſacram Bibliam, varias lectiones ad Bibliam Regiam: monarchiæ Eccleſiaſticæ inſigne opus, plures epiſtolas, atque orationes, aliaque plura monumenta. Fuit Sirletus innocentiſſimis moribus, eumque una commendatione virtutum perveniſſet ad purpuram ſub Pio IV. Pontifice, ita in ea vixit, ut aliis ejus ordinis clariſſimis viris potuerit eſſe exemplo. Decedens famoſam mſs. Bibliothecam reliquit, quæ apud Ducem Altemps hodie proſtat. Mortalem cum immortali vitam mutavit an. 1585. 8. idus Octobr. ſepultuſque eſt apud S. Laurentium in Paniſperna; cujus titulo fuerat inſignitus, cum hoc Epitaphio.

Guillelmo Sirleto Cardin. Stili in Calabria
nato hujus Eccleſiæ titulari S. Sedis Apoſtol.
Bibliothecario, Hebraica, Græca, Latinaque
lingua peritiſſ. humanarum, divinarumque di-
ſciplinarum ſcientia claro, eruditorum, &
pauperum Patrono, ac parenti beneficientiſſ. ob
probitatem ejus, pietatemque à Pio IV. P. M.
ſacro inſtante Collegio Card. creato. Vixit an.
lxxi. obiit anno MDLXXXV.

XXVIII. *c Scarola.* 27. ORGANTINUS Scarola *c* Tabernenſis è Calabria, Cardinali Sirleto ſucceſſit 1569. 1. die Aprilis; mortuus eſt 1572.

XXIX *d Pie 10. Martii.* 28. HIPPOLYTUS Boſchos Savonenſis, ſuæ Patriæ Cathedralis Præpoſitus, ad hanc ſedem fuit aſſumptus 1572. die 1. menſis Junii, dieque 1. Martii *d* ad Fulginatem Eccleſiam translatus fuit 1576.

XXX. 29. MATTHÆUS Guerra Coſentinus Calaber, celebris Theologus, Tridentinum Concilium ſuo ſuffragio juvit, factuſque Epiſcopus Fundanus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 30. menſis Januarii 1576. deceſſit 1578.

XXXI 30. JOANNES ANTONIUS Grinitus electus eſt 1578. die 26. menſis Junii.

XXXII. ** Ex App. t. 5.* 31. M. ANTONIUS de Fuſo * electus an. 1585. 1. Aprilis, inde translatus ad Militenſem anno 1585. 12. Octobris.

C

XXXIII. *e Sed prius Oppidenſis.* 32. JO: MARIA de Alexandris Urbinas, Militenſis Epiſcopus *e*, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1585. die 21. menſis Octobris, eum vix annum in ea dignitate expleſſet.

XXXIV. ** Ex App. t. 9.* ** Ex App. t. 9.* 33. * FRANCISCUS ANTONIUS de Afflicto Neapolitanus, electus Epiſcopus S. Marci anno 1585. die 21. Octobr. pauloque poſt exceſſit è vita in Oppido Bellivederi ſuæ diœceſis, jacet ibidem in Eccleſia Jeſus Mariæ, ubi extat epitaphium * ſequens.

V. T.

Excipis hoſpitio cor non, Franciſce, propinquum,
Antoni & latas protrahis ore moras?
Hoc tua me pietas agnatum ſanguine traxit,
Adſum ubi jura dabas, nec tuo amore fruor.
Chare nepos hæſit ſicco mea lingua palato,
Reddidit immotas mors properata manus.
Scilicet expletis mihi vix fatalibus annis,
Eccleſiam, & vitam ſuſtulit una dies.
Namque mihi dum templa Deo externa parabam

D

Edere, terribilis urna parata fuit.
Dum reſecant celeres parca mea fila, parentum
Linquere noſtrorum nec monimenta ſinunt.
O ſors infelix, quæ primo extinguitur ævo,
Et pubeſcentem triſtia fata premunt!
O flos purpureas, quam primo vere nitentem
Ante diem carpit inſidioſa manus!
Tu vero inſignis miti pietate ſacerdos
Inter cœlicolas connumeratus eris.
Euſtachius te etenim Divum revocavit ad oras,
Ut Cœli conſors ſidera ſumma colas.
Certat dum geminas tibi frontem ambire thiaras,
Certamen dirimit mors, & utramque rapit.
Tantus enim duplicis non clauderis orbe thiara.
Tantum nec caperet trina corona caput.
Funeris hinc victor, par & crinalibus aſtris,
Serta Ariadnes ſidera mille reples.
Illuſtriſſimo & Reverendiſs. D. D. Franciſ-
co Antonio de Afflicto D. Fabritii, Andreæ-

neque

neque de Judice filio, hujus ampliſſimæ Sanctimarten. Diœceſis ad epiſcopandum, Anno MDLXXXV. electo, è vivis MDLXXXVI. erepto, in Acheruntinum, & Materanum Archiepiſcopum jam deſignato, in hoc Jeſu Mariæ Minimorum Cœnobio minimè laudato jacenti, Abbas D. Io: Baptiſta de Afflicto S. Marci Proepiſcopus Hoc gentilitiæ conſanguinitatis apponit munus Anno MDCLIV.

XX XV. 34. ANTONIUS Micheliis(„ *Non Michelius, „ ſed Meliorius de Acquaviva cognominatur. Videndus Alverus in Opere: Roma in ogni ſtato par. 2. p. 264. „ nec non Petrus Saulnier de capite ord. S. Spiritus p.* „ 53. Mandoſ.) Capellanus major Sixti V. Pontificis, ab eodem Pontifice hanc Eccleſiam obtinuit 1586. die 13. menſis Octobris; quo munere deinde ſe abdicavit 1591.

XXX VI. 35. LUDOVICUS Alſerius Mediolanenſis, hujus Eccleſiæ gubernacula ſuſcepit 1591. die 20a. menſ. Martii. Deceſſit 1594.

a 16. XXX VII. 36. IO: HIERONYMUS Piſanus, de Maſſa Lubrenſe, ex Neapolitano Canonico S. Marci evaſit Epiſcopus 1594. die 3. menſis Octobris. Obiit 1602.

XXX VIII. 37. AURELIUM deinde Novarinum Archiepiſcopum Raguſenſem ad hanc Eccleſiam tranſtulere 1602. die 26 m. Junii. Deceſſit 1607.

XXX IX. 38. JO: VINCENTIUS Canſaccus nobilis Amerinus, V. S. Ref. à Paulo V. hunc obtinuit Epiſcopatum anno 1607. die 10. m. Decembr. Deceſſit 1613.

XL. 39. Fr. GABRIEL Narius b Fabritii filius, atque Olimpiæ Lantes, Gregorii Card. germanus frater, cum à primis annis Dominicanum inſtitutum profeſſus fuiſſet, atque facultatum earum, quæ in clauſtris tradi ſolent, feliciter gradus omnes percurriſſet, à Paulo V. creatus eſt S. Marci Epiſcopus 1613. die 12. menſis Novembris. Cumque per 10. annos piè, ſanctèque ſibi creditam Eccleſiam adminiſtraſſet, veniſſetque ad Apoſtolorum limina, in domo Bernardini fratris contracto morbo, è vita diſceſſit, anno 1623. die 16. menſis Novembris cum 46. annos vixiſſet, menſes 11. dies 13. ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam in ſuorum majorum ſacello prope Patrem, cui Bernardinus patri, & fratri hoc poſuit Cœnotaphium.

b De hoc Fontana de Rom. Provincia Ord. Prædic. p. 114. Mand.

D. O. M.

Memoriæ Fabritii Narii Patritii Romani qui hoc gentilitium ſacellum D. Jo. Baptiſtæ dictum dotavit annuo vectigali Dominicanis patribus à monte fidei, & columna perſolvendo, tum ut ſacrum inſtrumentum æra compararetur, tum ut bona ſolemnes miſſa in ejuſdem titularis honorem, & animæ ſuæ expiationem, quot annis octo privatè pro ſe, & pro Olympia Lantes uxore ſingulis hebdomadis celebrarentur. Fr. Gabriel filius Epiſcopus S. Marci cenſum addidit, ut anniverſario ſuo obitus die ſolemne ſacrum 50. vero privatè ſingulis annis peragantur. Bernardinus filius parentis, ac fratris votum hac in tabula incidi curavit.

Vixit Fabritius annos lxvii. menſes iii. dies xv. obiit xxiii. Novembris MDCXVI. Vixit Olympia annos xxviii. menſes iiii. dies i. obiit die v. Decembris MDLXXXV. Vixit Gabriel annos xlvi. menſes xi. dies xiii. obiit xvi. Novembris MDCXXIII.

XLI. 40. JO: BAPTISTA Indellius Monopolitanus 1. die Julii an. 1624. Nario ſuffectus eſt. Deceſſit 1630.

a XLII. 41. CONSALVUS Caputus Maſſalubrenſis, Neapolitanus, S. Marci Epiſcopus creatus eſt anno 1630. die 10. menſis Februarii; tranſlatus inde ad Eccleſiam Cathacenſem ann. 1633. („ *De eo agit cum „ laude Carolus de Lellis de Familiis Neapol. par. 2. p.* „ 265. Mandoſ.)

XLIII 42. DEFENDENS Bruſatus Novarienſis, 8. Aug. 1633. („ *Quindecim annos hanc rexit Eccleſiam, quam „ liquit ad ſupernam in cœlis vocatus.*)

XLIV 43. * HYACINTHUS Cevolus c Romanus Ord. Prædic. alumnus electus Epiſcopus S. Marci die

* Ex App. c. 5.

c De quo Fontana de Rom. Provincia.

A 2. Martii 1648. ſucceſſit Defendenti præmortuo. Obiit 1652.

44. THEODORUS Fantonus electus Epiſcopus S. Marci anno 1652. die 19. Febr. („ *Cum eſſet Ca„ nonicus Regularis Lateranenſis Profeſſione, Patria Me„ diolanenſis, Abbas S. Mariæ de Pace de Urbe, & ſui „ Ordinis Procurator Generalis, nec non in S. Theolo„ gia Magiſter. At poſt expletos ſui muneris 33. annos, „ Capularis iam ſenex obiit.* XLV.

A D D I T I O.

„ *ANTONINUS Papi Calaber Militenſis Diœceſis J. U. D. „ & Procurator Rotalis in Romana Curia jamferè ſexagenarius hunc Epiſcopatum obtinuit 1685. 16. Martii; „ dum ſaluberrima quæque intentat pro ſui gregis commodo, tertio adeptæ dignitatis anno invida morte ſurripitur.* XLVI

„ *PETRUS Antonius de Alexandro Diœceſis Neritonenſis liberalibus diſciplinis, & juri tum Cæſareo, tum Pontificio, & S. Theologiæ Magiſterium, & J. U. doctoratus laurea facilè aſſecutus eſt. Plurimùm in his cum cæterorum „ proventu verſatus, Archiepiſcoporum Brundusini, &* XL VII.

B *Hydruntini, nec non Epiſcoporum Neritonenſis, & Lycienſis „ Vicarius Generalis extitit: cujus virtus Romanæ Aulæ „ benè perſpecta ad hanc Marcopolitanam Exedram jam „ ſexagenarius aſſumptus eſt die 31. Maji 1688. tanto munere dignus ſua dum jura tuetur, ſuumque gregem ducit „ ad paſcua æternæ ſalutis, ad ea ipſe pervenit 1693.*

„ *FRANCISCUS MARIA Carrafa nobilis Neapolitanus Clericus Reg. ex Ord Theat eximius Theologus, qui ſacras, humanaſque literas alios docuit, & munus Præpoſiti S. Mariæ de Advocata Neapoli geſſit ſumma cum laude, hac ſede potitur 25. Jan 1694. ætatis an. 37* Luc.] XL VIII

(„ *Hinc ad Cathedram Nolanam à Clemente XI. tranſlatus eſt die 7. Aprilis 1704.*

„ *MATTHÆUS Januarius Sibilla Presbyter Neapolitanus, J. U. & S. Th. Doctor, an. 47. Fuit Lector Utriuſque juris in civitate Neapolitana, & in ejuſdem Seminario pariter Lector, dein Vicarius Generalis Epiſcopi Aquinatenſis, nec non Confeſſarius, & Superior Academiæ Nobilium Eccleſiaſticorum Romæ. Promotus eſt ad ſedem Epiſcopalem S. Marci 19. Maji 1704. Obiit an.* . . . .] XLIX

C

MARSORUM EPISCOPI.



LAtii Mediterranei poſtrema pars illa, ſive Romanæ Campaniæ, quam Fucinus lacus nobilitat

D hodie dictus Celani, antiqua Marſorum Regio eſt, quæ initium ſumens à Tybure, per Æquicolas excurrit, definiturque Corfinio principe Pelignorum Civitate. Hujus meminerunt omnes ferè antiqui Scriptores, ſed præcipue Livius ſparſim, diverſiſque in locis, libroque 72. narrat, Marſos fuiſſe illos, qui contra gliſcentem Romanam rem circumvicinos Populos ad defectionem vocarunt; unde poſtea Marſicum, ſocialeque bellum exarſit, quo primum Romani improſperè pugnarunt; deinde reſumptis animis viribuſque refectis, victores Marſos ad internecionem uſque delerunt, quique ſuperfuere ſtragi ſub Sylla compulerunt ad fœdus. Arbitratur Plinius Marſos ita fuiſſe dictos à Marſo, Circes, Ulyſſiſque filio: Silius verò Italicus, à Marſya Tibicine Phrygio, qui illuc aliquando inhabitaſſe fertur; is ille eſt, qui tanta temeritate fuit, ut Phæbum ipſum, ad cantus certamen provocare auderet, à quo demum victus, & excoriatus eſt. Alii autem ſcribunt, Marſiam Lydorum Ducem Re-

gioni

gioni nomen feciſſe. Eoſdem alii ſcriptores appellarunt Agnicios, quod ſanè cantu ſerpentes conſtringerent, ab Agnitia Medeæ, Circeve ſorore Oetæ filia quæ circa lacum Fucinum commorans eam artem illos edocuit, decedenſque pro Dea habita eſt; meminitque illius Virgilius in 7.

——& Marſis quæſita in montibus herba.

Te nemus Agnitiæ, vitrea te Fucinus unda.

Ad Marſorum verò carmina obtorpuiſſe ſerpentes prodit Iulius Capitolinus in vita Eliogabali, Siliuſq; in lib. 8. Regionis Marſorum quatuor principes numerantur Civitates, Valeria ſcilicet, patria Boniſacij IV. Pontificis plano impoſita, cujus adhuc partim in lacum, partim ad litus cernuntur veſtigia. Ab ea Vrbe Gothorum temporibus totus ille terræ tractus provincia Valeriæ vocabatur, ut non ſemel memorat Gregorius Papa Magnus in dialogis; Longobardi Regionem ipſam Valeriam nuncuparunt. Secunda Civitas eſt nomine Penna, (1) cuius adhuc circa lacũ extant ruinæ, nullaque alia ejus Civitatis memoria occurrit, quam in quadam donatione Reginæ Margaritæ Neapolitanæ de ſuo territorio de Avezzano. Narrant multitudinem ſerpentum inde demigrare coegiſſe Pennę Colonos, quorum adhuc non temnendam copiam in lacunoſis illis locis conſtat inſidiari. Tertia Civitas Alba fuit, ſimul cum Sora Romanorum deducta Colonia, quæ in montibus ſexto à lacu milliario, cujus hodie Apennini montes tantum habent ruinas. De ea cecinit Silius in 8. lib. Dum Romani Imperii Majeſtas floreret, Alba reis, rebellibuſque pro carcere erat. Quamobrem Q. Caſſius ex Senatus cenſura in illam compulit Regem Perſeum cũ Alexandro filio, illic aſſervandos, ut ſcribit Livius in lib. 45. Quarta Marſorum Civitas, cuius adhuc in lacu extare veſtigia ſcribit Leander Albertus, Marrubia eſt, quam Silius memorat. Strabo, Pliniuſq; illam reiicit in quartum regimen Marſorum, Virgilius autem in 7.

Quin & Marrutia venit de gente ſacerdos.

Has igitur quatuor Civitates præter ſcriptores, ſola ruina prodit. Nam fuiſſe aliquando Marſiam Civitatem, quam lacus abſorpſerit, quæque Marſis cognomen fecerit, planè fabula eſt, conſtatque Epiſcopum appellari Marſorum, non ut hodie uſuvenit, alicuius Civitatis illius Provinciæ. Horum enim Epiſcoporum, vaga, incertaq; reſidentia fuit, tametſi pro Cathedrali, ubi Epiſcopalia munia exercere ſolebant, Ecclesia S. Sabinæ uterentur, quæ adiecta erat nobili S. Benedicti Monaſterio, quod cum Valeria dicitur partim concidiſſe, tertio milliario ſupra lacum à Piſcina oppido diſtans, extra cuius muros, Matthæus Colles Epiſcopus ſub VIII. Clemente Epiſcopi commodiſſimum domicilium præparavit, Eccleſiamque S. Mariæ gratiarum ampliavit, illucq; translatis Canonicis, & Clero, idem Clemens VIII. loco S. Sabinæ illam in Cathedralem erexit. Fama tenet primum Marſorum Epiſcopum fuiſſe S. Rufinum, qui ex Amaſea in Italiam deſcendit, ut Maximini rabiem devitaret, & huius regionis renunciatus fuit Epiſcopus Tradunt hunc in caſtello Traſacco Eccleſiam conſecraſſe, quam poſtea S. Rufini vocarunt, ibidemq; cum 13. ſociis corpus S. Cæſidij ejuſdem filij requieſcere. Sub titulo Abbatiæ, Eccleſia hæc collegiata eſt, omnium Eccleſiarum hujus diœceſis ſplendidiſſima. Hic itaque Rufinus ſua prædicatione Chriſtianam fidem plantavit, rexitque Marſos, atque hanc Tranſacci Eccleſiam ibi domũ Claudij Cæſaris aliquando fuiſſe, tum marmora, tum inſcriptiones produnt, præter Taciti, Svetoniique narrationem. Cæterùm Marſorum Epiſcopi jam inde à principio S. Apoſtolicam ſedem proximè venerati ſunt, & ut ſupra diximus, poſt Civitatis Valeriæ excidium, quocunque collibuiſſet, ſedem figebant. Diœceſis ampla eſt, utpote quæ, ſive terras, ſive caſtella ad 70. contineat, quorum præcipua ſunt. *Cellanum*, *Avezzanum*, *Traſaccum*, atque *Piſcina*. Cellani olim Præpoſitus mithra, & baculo exornatus Epiſcopalem juriſdictionem exercebat in prædicto oppido, inq; novem circumvicinis caſtellis, donec poſt diuturnam litem, baculo, mithraque exutus, tulit ab Apoſtolica ſede ſententiam, ſuo ſubeſſe debere Epiſcopo tanquam membrum, ad quem creandum ſuffragium conferre ſoleret, ſicut & S. Sabina, olim Matrix, & Cathedralis Epiſcoporum idem jus olim poſſederat. Eccleſia, quam cum domicilio Præſulum Epiſcopus Colles ad Piſcinam tanquam Epiſcopalibus bonis propiori loco ædificavit, ampla eſt, & pulchra, unaq; tantum gaudet dignitate, hoc eſt Archidiaconatu cum 10. Canonicis, qui in eadem Eccleſia curam animarum exercent. Tamquam novum ædificium, Sanctorum ferè reliquiis deſtituitur, cum S. Berardi corpus adhuc in veteri eius nomini dicata Eccleſia hucuſq; conquieſcat. Intra muros oppidi Seminarij alumni inſtituuntur, ubi etiam unicum Monaſterium Fratrum Conventualium S. Franciſci ſpectatur, cum altero Monialium, & Xenodochio. Quoniam verò, tam in antiquis, quam recentioribus monumentis Marſorum Epiſcopi, Marſicanenſes vocantur, pleriq; hos cum Epiſcopis Marſicanenſibus provinciæ Salernitanæ ex nominum ſimilitudine ita confuderunt, ut vix hi ab illis videantur poſſe diſtingui. Certè nos haud parum deſudavimus, ut utroſque in ſuam ſeriem ſcribendo compelleremus, qui ne ad aliena ſigna ex errore legentium transfugerent, hos placuit vocari Marſorum, ut revera vocandi ſunt, illos autem, vel Marſicanos, vel Marſicenſes cum eruditioribus cenſuimus appellandos. Taxa hujus Eccleſiæ in libris Apoſtolicæ Cameræ 100. florenorum eſt, tametſi eiuſdem cenſus ad millena ſcutata monetæ Romanæ non aſcendat. Hæc Provincia Regi Catholico paret ſub titulo Ducatus, cujus majorem, ac meliorem partem Columnenſium nobiliſſima gens jam inde poſſedit. Illius Dux Carolus Philippi Comitis ſtabilis filius, relicto ſeculo Benedictinum Monachum induit apud Sublacum, nobilem einſdem ordinis Abbatiam, quem appellarunt deinde D. Ægidium. Celanum verò cum ſuo territorio, ac oppidis, Franciſci Cardinalis Peretti Sixti V. Pontificis pronepotis, juriſdictio eſt. Haud mediocrem ſplendorem huic provinciæ attulit Boniſacius IV. Is ille, qui à Phôca Imperatore Pantheon obtinuit, ubi ſanctos omnes mortales venerarentur. Nec deſuere alij, qui vel literis, vel armis, hanc ipſam provinciam mirabiliter illuſtrarunt a; quæ omnia ſi contigiſſet abeſſe, ad decus æternum ſatis eſſet, Rufinum primum Amaſeæ Civitatis, tum & Aſtiſinatem Epiſcopalem ſedẽ in Marſis tenuiſſe, cuius vitam compendiario è monumentis Tranſaquorum erutam, hic exſcribendam curavimus, ut noſtræ narrationi majorem lucem adferret.

a Vide Corſignani opus de viris illuſtr. Marſorum.

A D D I T I O.

(„ *Marſorum regio Chriſtiana ſacra ab ipſis Apoſtolis, vel ſane Apoſtolorum diſcipulis excepit Marco* „ *Galilæo Evangelium in his locis promulgante. Antiqua Cathedralis in ipſa civitate Valeria primum conſtructa fuit ſub invocatione S. Sabinæ martyris, mox* „ *Valeria exciſa manſit Epiſcopus vagus per regionem,* „ *donec S. Sabinæ Canonici translati ſunt intra mœnia* „ *Piſcinæ oppidi, accedente indulto Pontificio, quo Eccleſia S. Mariæ Gratiarum pro Cathedrali Marſicanæ diœceſis inſtituitur, quouſque Valeria Urbs inſtaurata fuerit: ut in diplomate habetur Gregorii XIII.* „ *Dat. Romæ ann. 1580. Kal. Jan. Annui vero fructus* „ *Archidiaconi 60. ſcuta, Canonicorum circiter 40. ſupputantur, & per unum ex Canonicis animarum cura* „ *exercetur. Animæ in dicto oppido ſunt ad 2000. Univerſa diœceſis 30000. circiter capita enumerat, & Eccleſias animarum curam habentes ſupra 70. Virorum* „ *Cœnobia ultra 20. Monialium tria. Unicam habet Abbatiam Conſiſtorialem in Oppido Scurculæ ſub tit. S.* „ *Mariæ de Victoria.* Luc.)

(„ S. MARCUS *Galilæus ab Apoſtolorum Principe ad Æquicolas edocendos miſſus, Marſos Æquicolis admixtos cœleſtibus Sacramentis primus omnium* „ *imbuiſſe fertur. Martyr obiit in Atinenſi Cathedra* I.

„ *die*

(1) Penna licet ampliſſimum Oppidum eſſet, nunquam tamen urbs fuit: imò in ipſa donatione Reginæ Margaritæ, quam Ughellus citat, legiturque in Marſorum hiſt. à Phœbonio edita parte Pinna Caſtrum ſemper vocatur. Verum id fuſius patebit in opere à me quamprimum evulgando cum hac Epigraphe *Della Regia Marſicana: ovvero dell' Iſtoria Univerſale de' Marſi libri* . . . Corſignanus.

A „ *die 28. Aprilis, cujus acta deſcripſit Adenulphus* „ *Archiepiſcopus Capuanus an.* 1008. Luc.)

II. 1. S. RUFINUS cum Cæſidio filio Maximini Imperatoris perſecutionem aliquandiu latebra eluſit inde extractus, lapidibus os contuſus, execratuſque thura adolenda mutis idolis, verum Deum, de Deo vero Chriſtum confeſſus eſt, cœleſtis iræ placulum à Deo Patre in terris miſſum, de Virgine natum, Cruci affixum exhalaſſe animam, victorem inferni, & mortis, tertia die reſurrexiſſe, aſcendiſſe ad cœlos, indeq; venturum Judicem omnium ſuccinctum ultionis armis in peccatores. Exarſit ſcilicet ad has liberas voces Proconſul Andreas, demiratuſque eſt pro gemitu, querelíſque homines imperterritos cœlorum ſibi ominari mortem, quo liberius Deo debitas perſolverent laudes. Quamobrem prætoriam ſævitiam teterrimo carcere cumulavit, carcereq; concluſis, Niceæ, & Aquilinæ meretricum, ac Sagarum machinas, & fraudes admovit, expugnaturus martyrum tolerantiam. Sed vix intraverant carcerem, cum cœleſtis odoris afflatu, luceque perfuſæ poſitis B illecebrarum armis, victis ipſis deditionem fecerunt; à quibus fidei edoctæ myſteria, etiam ſacro baptiſmate luſtratæ ſunt. Quæ cum proconſuli Andreæ reverſæ ex fide narrarent, atque idolatriam, flagitioſamque præteritam vitam execrarentur, Alex. & Silon Proconſulis Prætoriani milites ex divino inſtinctu Chriſto ſe adiunxere ab eodem Rufino ſalutaribus undis abluti. Quod idolatriæ ex ipſo remedio acceptum detrimentum adeò pupugit Proconſulem, ut ira percitus, Niceam, & Aquilinam minis adigeret ad ſacrificandum, renuẽtes verberibus dilaniaret, divinitus priſtinę redditas ſanitati Amaſeæ capite mulctaret. Ex imbecillibus fœminis Alexander, & Silon didicere conſtantiam; namque à Proconſule mitioribus verbis rogati, ut deſerto Chriſto, Diis vellent litare, cum prius ipſi conſtantiſſimis verbis Chriſtianæ fidei veritatem aſſeruiſſent, Proconſuli etiam obtulerunt conditionem illi demum credendum, qui Numine, quod venerare-tus, exorato alicui paralytico languorem poſſent diſcutere. C Adductus paralyticus eſt; idolorum ſacrificuli juſſi, ut à Diis languenti impetrarent medelam, ſed illi non ſentientium lapidum nequicquam auſes vocibus diverterunt. E veſtigio Proconſul, ut pudorem, quem ex inanibus ſuorum precibus contraxerat, ex pari inertia Chriſtianorum levaret, milites imperavit, quod ſpoponderant, cumulatè præſtare. Illi procumbentes in genua, atq; in has preces effuſi.

Rex immenſe Deus, Tellus, quem Pontus adorat,
Da nobis famulis, quæ pura mente precamur,
Auxilium miſero, ſanitatem confer ægroto,
Omnibus ut pateat te Deum fore ſalutes,
Poſcimus ecce tibi, nobis ſuccurre Miſellis:
Quatenus ii credant præſentes te omnia poſſe,
Qui ſine fine gubernas ſæcula cuncta.

Indeque facti alacriores paralytico juſſerunt explicare greſſus, atque ad priſtinam ſanitatem redire. Quid plura? ad impoſita excuſſit ille torporem, gradienſque Proconſulem admiratione complevit, itaut divinitus illuſtratus ad Rufini carcerem baptizandus decurreret. D Ibi factus Chriſtianus, Proconſulatus munere volens abivit, divulgatoque Chriſto, cum carcerem diffringendum curaſſet, Rufinum, Cæſidium, duoſque milites incitavit ſecum ad fugam. Marſorum Regio primum fugientes excepit; ubi Rufinus Chriſtum enunciare aggreſſus eſt, atque Epiſcopatus munera exercere. Trans lacum Fucinum, Tranſaquenſem ſedem defixit, conſtructo non ignobili oratorio, in ruinis domus Claudii Imperatoris, quam ibi quondam munificentiſſimè condiderat, ut inde cum Agrippina uxore navales ludos ſpectaret, cum abſolveretur emiſſarium. Igitur cum ille ibi ſua prædicatione, ac ſanctimoniæ exemplo magna ex parte idolatriam jugulaſſet, accuſatus, Romamque deductus cum ſociis in carcerem conjectus eſt, cum interim Cæſidius fuga trans montem ſibi conſuluiſſet, latuiſſetque in oratorio Patris. Verum poſtea facti pœnitens, quod minus promptus fuiſſet juventus ad pœnam, Romam ad Patrem profectus eſt, tantæ inertiæ effuſis lachrymis veniam poſtulaturus. Solatus flentem Pater eſt, remiſitque illum, unde transfugerat, ut ibi divinum nutum devotus præſtolaretur. Interea Andreas olim Proconſul ante Præfectum Romanum ſtetit, cauſaque dicta, ut Chriſti cultor ſuſpenſus eſt in equuleo, ferreiſque pectinibus exaratus, coronatuſque Martyrio evolavit ad cœlos. Rufinus verò cum ſociis ex divino nutu permittente Præfecto, vincula diſcuſſit, rediit ad Marſos, ſolatuſque pupillum gregem, Aſſiſinatibus in Umbria, eodem pietatis ardore, Epiſcopum ſe præbuit, ac præceptorem. Quo munere cum ardentius, ideoque cum incredibili gentis admiratione perfungeretur, iterum teterrimo carcere mulctatus eſt, adolendaque Apollini Thura abominatus cum ſociis ignis tulit ſententiam. Sed inſuſſlante Angelo, cum diſſipatus ignis decidiſſet ardorem, liberis, illibatiſque ad exitum patuit fornax; eoque perſpicuo miraculo, cum plures convicti evaſiſſent Chriſtiani, ſolus Aſpaſius Prefectus in Chriſtianam rem odio pertinaciori conB cepto, Rufinum, ſocioſque vivere non eſt paſſus, quibus ſurdus, edaxque ignis, voracitatem ſuam oblitus pepercerat. Siquidem cum extra muros Aſſiſinates duci juſſiſſet Rufinum, mola lapidea ad ejus collum alligata, in ingluviem fluvii Eloaſii præcipitatum, omneſque ad unum ſæviſſimè tortos occidit, die 11. menſis Auguſti, a quos paulò poſt Cæſidius cum ſociis ſecutus eſt ad coronam. Romam ſiquidem miſſus, continuo, litanti Cæſidio in Tranſaquenſi ſacello, brachium gladio vibrato detruncat, ſpirantique adhuc fuſtibus vitam ademit, prid. Kal. Septembris, eodemque die, Vibius, Placidus, Eutychiuſque cum aliis ſociis coronam Martyrii ſunt adepti. Et Cæſidius quidem ſeorſum à ſociis honorificentiori loculo, nullique alteri, uſque ad hæc noſtra tempora pervio exceptus eſt, tanquam cujus ſanctimonia vitæ celebrior haberetur. Et hæc quidem ſunt, quæ ſummatim de vita S. Rufini videntur poſſe adferri. Unum autem tantum Rufinum eſſe, qui tam Marſos, quam Aſſiſinates in Umbria illuſtraverit evangelio, ac C Antiſtes utriſque præfuerit populis, pro certo habeo. Tametſi monumenta m. ſ. utriuſque Eccleſiæ de genere mortis, locoque videantur diſcrepare, in cæteris tamen conveniunt. S. Petrus Damianus in ſuis ſermonibus, illorum temporum haud ſatis peritus, duos Rufinos invexiſſe videtur, cum narrat in 30. diem Julii ejus mortem incidiſſe, affirmatque eadem die Aſſiſii ejus feſtum celebrari ſolere. Quamobrem Martyrologium Romanum auctoritate Petri Damiani innixum, S. Rufinum retulit in hanc diem, tanquam Epiſcopum Aſſiſinatem; in 11. vero diem Auguſti alterum Rufinum Marſorum Epiſcopum, cum tamen conſtet utriuſque Rufini acta, vel ſimillima, vel eadem eſſe; atque apud Marſos, Aſſiſiumque 11. die Auguſti feſtum S. Rufini celebrari, cum iiſdem lectionibus, officioque: in quibus narratur primum Marſis, deinde Aſſiſinatibus eundem Rufinum Epiſcopali munere inſignitum præfuiſſe. Perperam igitur, unus, idemque in duos fuiſſe diſſectus videtur, ex Petri Damiani errore, niſi eam injuriam D velimus in illorum ſermonum exſcriptorem refundere, qui pro 3. idus Auguſti, poſuerit 3. Kal. Auguſti. Duos alteros Rufinos reperio Aſſiſium protuliſſe, alterum S. Franciſci alumnum, ſed non Martyrem, alterum S. Rufinum in Arce, ut vocant, quem puerum adhuc nominis Chriſtiani oſores in puteum projecerunt, cujus feſtum recurrit die 19. menſis Auguſti, illiuſque meminit Ferrarius in ſua Topographia ad Martyrologium Romanum, qui tamen non potuerunt hujus Rufini, de quo loquimur, hiſtoriam invertere, neque illius, tum nominis, tum rei multiplicationem inferre. Cæterum de genere mortis non conveniunt utriuſque Eccleſiæ monumenta: Marſi enim volunt Rufinum extra muros Aſiſii, ſpectante Maximino Imperatore, fuiſſe decollatum, Aſiſinates verò, mola deprimente, in aquis fuiſſe ſubmerſum. Et Marſi quidem abducuntur errore, dum Maximinum narrant Rufinianæ torturæ adfuiſſe, qui nunquam fuerit in Italia. Quamobrem

a Circa an. 240.

opti-

optimo jure Baronius in notis ad Martyrologium Romanum cenſet Marſica monumenta indigere caſtigatione, utpote quæ alicubi gratuitis narrationibus, fabelliſque videantur ſcatere. Addunt verò Aſſiſinates Rufinum aliquandiu latuiſſe ſub aquis, ſed prodente ſplendore, qui inde ulterius emicabat, in ſuique admirationem traxerat hominem prope caſtellum Coſtanum, Aſſiſinatis juriſdictionis, ruſticantem, ex cujus relatu cum Canonicis, Cleroque ſuppliciter ad locum fluvii Epiſcopum adiiſſe, inque oculis omnium Molam, quaſi ſubeream factam cum corpore Martyris ſupernataſſe undis, receptumque impoſuiſſe plauſtro, in S. Mariam Majorem deportandum; ſed pertinacius ſtetiſſe boves, nec progredi voluiſſe, ſed ex divino, ut credidere, admonitu, ſubſtitutis juvencis, ad locum cognomine Bonam Matrem deportaſſe, ibique templum excitaſſe, ibidemque honorificè conditum ſanctum perſpicuis claruiſſe miraculis. Ex quibus monumentis planè conſtare videtur, Rufinum apud Aſſiſinates requieſcere, eoque genere mortis palmam tuliſſe Martyrii, quãdo poſt multos annos cum mola ejus illigata collo corpus tradunt fuiſſe repertum. Itaque non te moveat, lector, Baronium in ſuis ad Romanum Martyrologium notis Marſorum monumentis, vel nimis addictum, vel deceptum potius narrare, Rufinum cum Alexandro, & Solone prope Reatem capitis obtruncatione conſumaſſe Martyrium. Rufinus enim pro Ruſo ille fuit, qui cum Carpophoro prope Reatem capite pro Chriſto plexi perierunt. Sed danda venia Baronio eſt, quem vera Aſſiſinatis Eccleſiæ conſtat latuiſſe monumenta, eidemque Marſica mendis repleta patuiſſe, quibus tamen minorem fidem habuiſſe illum oportuit, quod illa, ut ſupra retulimus, caſtigatione digna cenſuerit. Rufini patriam tradunt Amaſiam fuiſſe. Hujus nominis duæ Civitates eſſe narrantur; Amaſia ſcilicet in poſtrema parte Phrygiæ prope flumen Albim, quod olim Romani Imperii terminus erat, pertinetque ad Germanos, illamque mediam abluit Amaſius flumen, unde nomen traxit, hodieque Marpurg vulgo appellant, cujus Abrahamus Ortelius meminit in ſua Geographia; Altera Amaſia Cappadocum Juriſdictio eſt, patriaque Strabonis, ut ipſemet teſtatur in libr. 12. Poſterioris Amaſiæ Rufinum Civem fuiſſe ſcribit Mutius Phœbonius ex vetuſtiſſima traditione, quæ Cæſidium prodit, cum Rufino, ac ſociis fuiſſe germanus; Picti enim, ait, cum pallio ex more antiquorum Gallorum, ac Germanorum ſpectantur. Tametſi autem nulla extent monumenta, unde perſpicuè eruatur, cujus Amaſiæ ii Martyres fuerint cives, ex conjecturis tamen id poſſe aſſequi videtur. Primum enim in Germania Maximinus Imperator renunciatus eſt, ibique contra Chriſtianos maximè deſævit, compulitque Rufinum, Cæſidiumque cum ſociis, ut transfugerent in Italiam ad Fabianum Papam, qui illos evangelii Prædicatores deſtinavit ad Marſos. Nec dici poſſe aſſerit, è Cappadocum Amaſia illos prodiiſſe: inde enim illis non tam facilis patuiſſet aditus in Italiam, ibique per id tempus, non ita perſecutio exæſtuabat, ut compellerentur ad fugam. Nec veriſimile item eſt Amaſeæ in Cappadocia Proconſulem ad jus dicendum defixiſſe tribunal, cum ex Strabonis ipſius ſententia, Oppidum Cappadociæ magis haberetur, quam Civitas. Quis autem non videat Civitatem magis Proconſulis majeſtatem decere, quam Oppidum? Eamque Civitatem, quæ Metropolis Phrygiæ eſt, deſinentiſque Rom. Imperii arx munitiſſima, ac terminus? Rufinum autem ſub Maximino fuiſſe coronatum Martyrio, nullus eſt qui dubitet, docet ille. In Eccl. autem Tranſaquenſi ſpinale os cum capite S. Andreæ Procõſulis, reliquiiſque SS. Niceæ, & Aquilinæ martyrum, capitibuſque SS. Silonis, & Alexandri martyrum honorificè aſſervantur. Traduntque S. Cæſidium decisum ſibi brachium, ſuis ipſe manibus in altari ejuſdem Eccleſiæ condidiſſe, cedente Petra, ut aſſervandum reciperet. Dirutum altare poſtea eſt, cum Eccleſiam illam reparare aggrederentur, tametſi uſque ad hæc noſtra tempora tam grande miraculum haud exciderit mortalibus. Sub majori altari reliquiæ inventæ ſunt SS. Vibii, Placidi, Eutychii, aliorumque S. Cæſidii ſociorum. Hodie huic Eccleſiæ præeſt, ſub Abbatis titulo, Mutius Phœbonius amicus noſter, eruditus homo, atque Patriæ ſuæ antiquitatum benè peritus, à quo multa accepimus, tum de Marſis, tum de vita S. Rufini Martyris. Hujus ſancti res præclarè geſtas, inſigni narratione comprehendit Ludovicus Jacobillus, in libro de vitis SS. Umbriæ, quem nondum emiſit in lucem, *a* idemque Phœbonius.

(„ *JOANNES in Conſtituto Vigilii Papa, de* „ *quo Baronius an.* 555. Lucent.) III.

2. * *LUMINOSUS* Epiſcopus Marſenſis ſubſcripſit Concilio Lateranenſi („ an. 649.) Congregato „ à Martino Papa I. [„ *Ex Phœbonio, & Corſignano in* „ *Martini II. tempora rejicitur.*) IV.

3. * *LIDUERITUS* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus interfuit Concilio ſub Leone IV. („ *Variè ſcribitur hic Epiſcopus*, & Liduerifius, Tuderiſius, „ Linderiſcus, & Tuderiſcus dicitur. *Marſicenſes* „ *etiam Salernitana Provincia hunc ſuum eſſe contendunt, ſed hi Marſis attribuunt Phœbonius, & Corſignanus.*) V

4. ROTTARIS *b* Epiſcopus Marſorum an. 968. teſtis fuit in ſententia ab Imperatore Othone data ad favorem Eccleſiæ S. Mariæ Apiniaci ex lib. 4. Chronic. S. Vincentii de Vulturno. Idem reperitur ſubſcriptus privilegio Joannis XIII. Eccleſiæ Beneventanæ anno 964. VI.

5. ALBERICUS filius Berardi III. Marſorum Comitis hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit anno 970. VII. Hunc flagitiis contaminatiſſimum avaritia arſiſſe legi, qui cum Guinnſium ſpurium filium ſuum in Epiſcopatum intruſiſſet Caſinenſem Abbatiam occupare, atque in ſuam poteſtatem redigere in animum induxit. Uſque nefarium conſilium in opus perduceret, Monachos plures, alioſq; perditionis homines promiſſis corrupit, ut Abbati oculos eruerent. Qui cũ commiſſo ſcelere ad præmiũ flagitii expoſtandum oculos miſeri Abbatis afferrent, Albericus eodem tempore juſtiſſima numinis vindicta eodem die, & hora ſceleratam animam evomuit. Hæc Leo Oſtienſis lib. 2. c. 16. Chronic. Caſin. Comperi Albericum anno 981. ſententiæ à Petro Ticinenſi Epiſcopo, Hubertoque Terdonenſi, in gratiam Abbatis S. Vincentii de Vulturno pro certis bonis datæ interfuiſſe, quæ cum lectorem curioſum delectare poſſit, ex ms. chronica ejuſdem Monaſterii in celebratiſſima Franciſci Card. Barberini Bibliotheca aſſervata decerptam hiſtor. mandare viſum eſt. Tenor eſt hujuſmodi, rudi quidem ſtylo, ut illa ſerebat ætas.

In Dei nomine.

Nutitia judicatum qualiter actum eſt in territorio Marſicano in ipſo campo de S. Felice in palude, ubi reſidebat Petrus Epiſcopus de Pavia, & Gubertus de Derdona miſſi Sacri Palatii, & Raynaldus, & Oderiſi germanis Comitibus pro ſingulorum omnium juſtitia fieri faciendam, vel deliberandam in intenſionet, ibique reſidebat cum eis Albericus Epiſcopus Marſicanus, & Ingezo, & Ildeprandus, & Juphel judex de Marſi, & Berardus judex de Valva, Notuſcheri, & Oebaldus, & Hudini filii quondam Hudinis, & Joannes qui ſupranomen Valterii vocatur cum Hillu filio ſuo, & Raymbaldus cum Oldelvo filio ſuo, & Hillo filius quondam Gothefredi cum Nilo filio ſuo, & Giſu filius Valterii, & Giſu filius quondam Ingillarami, vel reliqui plures circumſtantibus, vel reſidentibus. In iſtorum omnium ſupraſcriptorum præſentia, hic venit Joannes Abbas Monaſterii S. Vincentii, quod ſitum eſt in partibus Beneventanis, unde oritur fluvium Vulturnum, locus quod dicitur Samme cum Franco advocatu ſuo, & querelam habebat de rebus proprietatis prædicti Monaſterii S. Vincentii, & de rebus proprietatis Monaſterii S. Mariæ de Apiniaci, quæ ſubjecta eſt Monaſterio S. Vincentii, de rebus, quæ . . . in territorio Marſicano, & querelam habebat ſupradictus Abbas Joannes, & ſupradictus advocatus ſuus de hominibus Marſicanis,

a Jacobilli opus prodiit in lucem, itemque Phœbonii. 1678 Corſignani.

* Ex App. t.3.

* Ex App tom.3.

b Seu Rattarius.

qui

qos illi cenebant ad tertium placitum, & modo ſumos parati de ipſis hominibus, & habere illi non poſſumos, Unde ſopraſcripti Epiſcopi, & pradictis Comitibus interrogaveront ſupraſcriptos judices qoid exinde judicate; Illi bandiis fuerunt ad tertium placitom, & nolueront venire. Tunc ſupraſcriptos judices judicaveront, quomodo inveſtire debetis ſupraſcripto Franco advocato ſoo de omnibus rebus proprietatis ſupruſcripto Monaſterio S. Maria, unde querelutis ſunt, & ſopraſcriptos Petros, & ſupraſeriptos Gubertoe Epiſcopus, & ſopraſcriptus Raynaldus Epiſcopus, & ſupraſcriptus Raynaldus Comes per unom batulū inveſtivit ſupraſcripto Abbatō, & pradicto Franco advocaterō ſuū de omnibos rebos proprietatis, & ſubſtantiis ſupraſcripti Monaſterii S. Vincentii, & ſupraſcriptum Monaſterium S. Maria, quod eſt in territorio Marſicano, & miſerunt bandū de pars D. noſtri Imperatoris quocumque de omnibos ipſis ſopraſcriptis rebos diſveſtire praſumpſerit ſopraſcripta Monaſteria, qoomodo componitur aureos bizantios centum ſine legals judicio ad praſatum Monaſterium. Et finita eſt caoſa iſta in iſtorum omnium ſopraſcriptorum praſentia. Unde pro ſecuritate pradicta Monaſt. hanc notitiam judicatum ſcribero juſſerunt Loponi judici, & notario, quam & ego Lupo jodex ibi foin ann. ab Incarn. D. N. J. C. DCCCCLXXXI. regnante D. Ottone Imp. anno xiv. & dies menſis Aug. per indict. ix. prima menſis inde feliciter.

Ego Petrus humilis Epiſcopus, & Archicancellarios, & Prothonotarius.


Gnibertos Epiſcopos Imperialis miſſus interfoi, & ſupraſcripſi.

Ego Albericus Epiſcopus interfui.

Raynaldus Comes interfui.

Ego Odoriſius Comes ibi foi.

Ingezo, Ildeprandus, Jophel Judices ibi fuerunt, quapropter pracipimus, ot nolla noſtri Regni perſona jam dictum Monaſteriom de pradictis terris diſveſtire, moleſtare, inquietare praſumat. Si quis igitur hujus noſtri pracepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi lib. 100. medietatem Camera noſtra, & medietatem pradicto Abbati, ſuiſqoe ſucceſſoribus. Quod ut ot verius credatur, diligentioſqoe ab omnibus obſervetur annolinoſtri ſubterinſſimus inſigniri.

Signum D. Ottonis Imperatoris  *Secundi sereniſſ. Angoſti.*

Joannes Cancellarios ad invicem Petri Papien. Epiſcopi Archicancellarius recognovi, & ſubſcripſi v. idos Auguſti xiv. ind. viii acta feliciter.

VIII. 6. QUINISIUS, filius ſpurius ſupradicti Alberici, parenti in Epiſcopatum intruſus ann. 994. ſucceſſit, cujus mentio extat apud eundem Leonem Oſtienſem.

IX. 7. ACTIUS, ex Marſorum Comitibus, ad Theatinam Eccleſiam translatus eſt an. 1056.

X. 8. PANDULPHUS, ejuſdem ſedis Antiſtes,* electus à Victore II. Papa an. 1056. ſubſequenti anno pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus ab Stephano IX. privilegio donatus eſt, quo Epiſcopatus Marſorum jam antea vitio anteceſſoris Actii fœdè in duas diviſus partes, iterum io priſtinum ſtatum traductus aſſeritur, ubi Diœceſis Eccleſiæ ennmerantur. Privilegii exemplar ab ipſo aotographo exſcriptum, nuper nobis è tabulario Marſorum eccleſiæ tranſmiſit Mutius Abbas Phœbonius vir probus, & doctus ſcriptor Hiſt. Marſorum, quam nondum typis evulgavit, & oos hic damus pretioſum Marſorum Eccleſiæ monumentum.

* Ex App. tom. 9.

STEPHANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto confratri & Coepiſcopo Pandulpho caeteriſque ſocceſſoribus Epiſcopis in S. Marſicana Eccleſia Canonice promovendis in perpetuum.

In ſpecula S. & Univerſalis Eccleſia adhuc peregrinantis, qoanto cateris eminentiores apparemus, tantò vehementius concorrere viciſſitudinibus inde debemos; ſicut enim lona menſtruo curſu deficit, & perficit, ſic in Eccleſia militanci temporalibus ſubjecta, continuas altercationes, valde defectus, & profectus incurrit, cujot defectus, vel diminotiom, ſicut neceſſe eſt, ut compatiamur, ſic procul dobio expedit, ot profectus vel plenitudini congratolemur. Quapropter unam Marſicanam Eccleſiam inteſtino & diuturno malo, & pluſquam civili diſcordia ſecularium hominom miſerabiliter diſciſſam, & in duos Epiſcopatos contra SS. Patrum canones à Theophylacto dicto Papa diviſam, & poſtea permiſſu magis quàm conſenſu, neceſſitate, quàm utilitate, à ſanctiſſimo pradeceſſore noſtro Leone, ſicut inventa fuit, omiſſam, eandemque ſob b. mem. deceſſore noſtro Victore, judicio generalis Concilii per divinam gratiam in gremio Baſilica Conſtantiniana aggregatam, 14. Kal. Maii, Ind. X. diviſionem illam ouius Diœceſis in duas partes evacoatam, & abdicatam, atque in antiquam ſui ſtatos unionem reformatam, & in perpetuum ipſam, ſicut joſtum fuit, Diœceſim unam uni Epiſcopo decretam, inde interventu totius S. Synodi Epiſcopo Actone, qui tunc partem Marſicana Diœceſis injoſte occupabat, in Theatinum civitatem ſublato, per hojus noſtri privilegii decretalem paginam, deinceps tibi beatiſſime, & confrater, & Coepiſcope Pandulphe, & ſocceſſoribos tois in perpetuum concedimos, & ſecundom quod tibi ſynodaliter, ſicut ſuperius dictum fuit, jodicatum eſt, firmum Marſicanom Epiſcopatum, com omni ſoa integritate & pertinentia, interea, qua nominatim Eccleſia S. Sabina antiqua civitatis Marſorum ad Epiſcopalem ſedem largimor, atque decernimos; necnon & reliquas Eccleſias totios Marſicana Diœceſis cum pertinentiis, decimis, & oblationibus earum, tam pro vivis, quam etiam pro defunctis, ſecondum qood S. Canones decreveront, pariterque Eccleſiam D. noſtra S. Dei Genitricis Virginis Maria in Carſeolo com decimis & oblationiboe, imo cum omnibus ſibi adjacentibos Eccleſiis, & rebus juſtè tibi pertinentibos, tam in caſtro Topho, & Scallellis, quam . . . & alto S. Maria, & Civitella, & Pamperano oſqoe ad Capiſtrellom, & in tota valle Nerſacenda. Inſoper auctoritate Apoſtolica ſancimos, ut quandocunqoe expedierit, ordinationes Clericorum, & conſecrationem Altariom ibidem facias, & in Monaſteriis, qood tui joris eſt, uc S. Canones cenſent, & reliqoa omnia, qoa ad Epiſcopum pertinent, ſine cuiuſquam contradictione expleas; ſcilicet intra iſtos terminos totios Parochia Marſicana, tam illios partis, qoam antea obtinebas, ſive & alterius, quàm tibi injuſte Epiſcopi invaſerant. Hinc Apoſtolica Sedis auctoritate ſubnixos, poteſtates, & confirmationis privilegium indiſſolobiliter ſtatuentes interdicimus, ſub divini etiam conteſtatione jodicis, anathematis interpoſitione, ut nollos unquam ſucceſſorom noſtrorum Pontificum, vel quilibet publicarom actionum adminiſtrator, ſeu alia qualibet, vel qoantomlibet magna, parvaqoe perſona audeat, vel praſomat contra hojus noſtra confirmationis privilegium agere, aut quippiam inde alienare, auferre, aot minuere; ſed potios firmum ac ſtabile in perpetuum ſit, ſicut à nobis conceſſum, & confirmatom eſt. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu hoc noſtra Apoſtolica Sedis ſtatutum in quopiam alienare, vel infringere praſumpſerit, & contradictor illios extiterit, auctoritate S. individua Trinitatis, & Apoſtolorom Principis vinculo anathematis mancipatus, à Regno Dei ſegregatus, & à Diabolo, & Angelis ejus, niſi fortè reſipiſcat, indiſſolobiliter aggregetur. Qui vero pro reſpectu obſervator, & defenſor, hojus conceſſionis, & confirmationis extiterit, poteſtate S. Dei Genitricis, & ſemper Virginis Maria, & B. Petri Apoſtolorum Principis, & precibus B. Sabina martyris, & omniom Sanctorum, & cæleſtium multitodine Angelorom, atque gloria, à juſto Iodice D. noſtro Jeſu Chriſto, vitamqoe aternam percipere mereatur in ſecola ſeculorom Amen.

Scriptum per manum Notarii & ſcriniarii S. R. Apoſtolica Sedis in menſe Decemb. ind. 11.

Datom in Caſtro Caſino 5. Idus Decembris per ma-

nus Humberti S. Eccleſiæ Silvæ Candidæ Epiſcopi, & Bibliothecarii S. R. & Apoſtolicæ Sedis anno primo D. Papæ Stephani IX. Ind. 11.

Cæterum Pandulphus interfuit Concilio Romæ celebrato ſub Nicolao II. anno 1059. Hujus mentio extat in vita S. Berardi Epiſcopi, ejuſdem diſcipuli, & ſucceſſoris. Fato ſunctus eſt ſub Urbano II. Ad hunc verſus ſcripſit Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus in laudem B. Sabinæ martyris, in cujus honorem Epiſcopatus ipſius, & Eccleſia conſecrata eſt. (,, *De hoc Pandulpho* ,, *mentio habetur in Chron. antiq. Caſinen. l. 2. c. 99.* ,, *& de ipſo ritè, atque fuſe Phœbonius loquitur in Catalogo Epiſcoporum Marſorum p. 5. & 6. nec non erudite, ut aſſolet, Abbas Corſignanus, cujus opera,* ,, *& ſtudio non parum profecit hæc noſtra editio, de viris illuſt. Marſ. p. 132. qui dicit illum D. Benedicto* ,, *planetam cum pluviali diaſpro, & altaris pallium* ,, *purpureum cum gemmis, Thuribula argentea duo, calicem argenteum unum, patenam, & plura alia donaſſe.* ,, *Is etiam Corpora SS. martyrum Simplicii, Conſtantii, & Victoriani, tunc inventa repoſuit in inſigni Collegiata Celani, ex Corſignano ibidem.*)

XI. 9. ANDREAS Marſorum Epiſcopus memoratur in donatione Berardi Comitis Marſorum, & Gemmæ matris ſuæ, Eccleſiæ S. Cæſidii in caſtro Tranſaquarum anno 1096. die 8. Junii Donatio eſt talis.

IN nomine Dei ſummi, & æterni, Amen.

Anni Dominicæ Incarnationis ſunt mille nonaginta ſex, ex indictione quarta, menſe Junii die octava. Ego Berardus Marſicanorum Comes cum Gemma Matre mea, noſtra bona, & ſpontanea voluntate pro redemptione animæ noſtræ parentumque noſtrorum ex nunc, & in perpetuum donamus, offerimus, & tradimus ad Eccleſiam S. Cæſidii, quæ ſita eſt in caſtro, quod dicitur Tranſaquæ, hoc eſt in circuitum, & omnes terras, & ſingulas poſſeſſiones, annuos reditus, & debita, quæ nobis facere tenentur omnes, & ſinguli, qui domos, hortos, ſpatia, & tenimenta teneat intus circuitu dicti Caſtelli de Tranſaquis, pro quibus omnibus domibus, hortis, & tenimentis ſinguli in dicto caſtello poſſeſſores noſtris progenitoribus, & noſtræ curiæ tenebantur, quia à nobis & noſtris prædeceſſoribus poſſidentes dictarum domorum, & tenimentorum ita, & ſemper ſub certa penſione tenuerunt, & habuerunt tanquam propria noſtra prædictas domos, horta, & tenimenta, ac cum omnibus viis, & plateis publicis dicti caſtelli, ac omnibus ædificiis ædificatis, & ubique inde ædificandis in caſtro Tranſaquæ Et à prædicta Eccleſia nullam de poſſeſſionibus facimus liberam, niſi palatium, & habitationem noſtram prope portam ipſius caſtelli, qua porta aſcendimus ad Rocchas noſtras, & habitationes Guffoni Saraceni militis, & magiſtri noſtri. Et ſicut ſuperius legitur omnia præmiſſa integra à præſenti die hæreditario jure firmiſſime tenenda, & perpetuo poſſidenda obtulimus in Canonicam Eccleſiæ præfatæ, nec alium præter dictam Eccleſiam, & ipſius clerum de prædictis domibus, & tenimentis in ſuperiorem recognoſcant etiam in juribus conceſſionum prædictarum verum donatarii Et nos pro nobis, & hæredibus noſtris omnia præd. defendere promittimus ab omni perſona omni tēpore in perpetuū, ſicut ſuperius actum eſt. Noſtram habitationem, & habitationem prædicti Guffoni militis, & magiſtri noſtri prout ſitæ ſunt, liberas, & francas reſervamus. Et ſi nos, noſtrique hæredes aliqua, vel parva perſona litigium in præmiſſis fecerimus, in iram incurramus Dei, & ſi quis in hoc, quod ſuperius legitur minuere, vel ſubtrahere aliquid præſumpſerit, vel venire contra voluerit, cum juſtis non ſcribatur, ſed nomen ſuum deleatur de libro vitæ, & cum Juda, & Pilato, & Caifa in inferno excommunicationis, & anathematis vinculo damnetur. Et præfatæ Eccleſiæ inſuper libras auri trecentas componat, & præſens cautela in poſterum firma permaneat, & in æternum Ego autem prædictus Berardus Comes, & prædicta Gemma mater mea ita cum Domno Andrea ven Epiſcopo Marſicano, & cum Theuldæo presbytero Abbate prædictæ Eccleſiæ S. Cæſidii Martyris, ac Canonicis de Canonica dictæ Eccleſiæ videlicet, Domno Angelo Joannis presbytero, Petro D. Riccardi presbytero, Iacobo D. Carmonis presbytero, Elia Pandolfi Diacono, Stephano Sacriſtano, & aliis militibus noſtris ſubſcriptis videlicet, D Guffone Saraceno, D Maſſaro de Rocca de caſtello Tranſaquæ, D Gentile de Alba, D Henrico de Porte, D Giſivo de Agello, D Odo

A *riſio, & D Pandulfo de Celano noſtris Magiſtris, & Conſiliaribus prædictam excommunicationem de noſtra voluntate ſacravimus, & celebravimus in dicto caſtello de Tranſaquæ ante altare dicti Martyris Cæſidii, ut omnes in præmiſſis cōtrafacientes, ut ſupra damnentur, & excommunicentur, & reſponſum ab omnibus fiat: fiat. Amen.*

Et hoc inſuper actum eſt in ſcriptum à me Philippo de Alba notario mihi Berardo Comite, & Gemma Comitiſſa jubentibus, & rogantibus menſe, & indictione prædictis.

Signum † manu de me ſupradicto Comite Berardo, qui hanc cautelam fieri præcepi, & rogavi.

† *Signum manu de ſupradicto Guffone, qui interfuit.*
† *Signum manu de ſupradicto Maſſaro, qui interfuit.*
† *Signum manu de ſupradicto Gentile, qui interfuit.*
† *Signum manu de ſupradicto Henrico, qui interfuit.*
† *Signum manu de ſupradicto Giſivo, qui interfuit.*
† *Signum manu de ſupradicto Pandulfo, qui interf.*
† *Signum manu de ſupradicto Odoriſio, qui interf.*

Ego Philippus notarius rogatu, & præcepto à ſupradicto Comite Berardo, & Gemma Comitiſſa ſcripſi, & complevi.

B *Locus † Signi.*

10. SIGENULPHUM poſt exceſſum Andreæ, Antipapa Gibertus, Marſorum Epiſcopum ordinavit, qui tametſi in vita S. Berardi vir religioſus, magnæque abſtinentiæ appelletur, intruſus tamen fuit, atque ſchiſmaticus, Eccleſiamq; quam violenter invaſit, ſuorum affinium potentiæ innixus, 17. annos adminiſtravit, quem poſtea circa ann. Domini 1106. temporibus Paſchalis II. deturbarunt de ſede.

11. S. BERARDUS, ex Comitibus Marſorum, primum diaconus Cardinalis fuit, ad titulum S. Angeli, poſtea presb. Card. ſub titulo S. Chryſogoni, Marſorumque renunciatus Epiſcopus anno 1110. In numerum Sanctorum relatus. A Paſchali II. Pontifice omnium bonorum ſuæ Eccleſiæ confirmationem obtinuit. Cujus confirmationis ſequens diploma eſt, in quo appoſitè cernuntur deſcripta Marſorum diœceſis confinia. XII.

PASCHALIS EPISC. Servus Servorum Dei. Dilecto filio Berardo Marſicanæ Eccl. Epiſc. ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

C *SIcut injuſta petentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitimè deſiderantium non eſt differenda petitio. Tuis igitur, frater in Chriſto chariſſime, precibus annuentes ad perpetuam S. Matris Eccleſiæ pacem, & ſtabilitatem præſentis decreti ſtabilitate ſancimus, ut univerſæ parochiæ fines, ſicut à tuis anteceſſoribus uſque hodie poſſeſſæ ſunt, ita omninò, tam tibi, quam ſucceſſoribus in perpetuum conſerventur, qui videlicet fines à Turri Ferraria decurrunt in caput Corriti, inde per viam de Merſo in Poſtellam de Valle putrida, per terram de Fereſca per Argatonem, per terram de Camino, per terram Formellæ, inde ad Molzanum vetrem, inde ad Furcam Auræ per terram de Vivo, per terram de Troja, inde ad Paſculum Canalis, inde ad Pennam Imperatoris per terram de Cervara, inde ad S. Britium per Furcam de Auricula, inde ad Arcum S Georgii, per flumen Riſanæ, per Turres de Ofrano, per Scalellas. per Tuſum fluvii remanili, per Trepontum, inde ad Vulpem mortuam per Buccam de Teba, per Campum de Pezza, per Rivum Gambarorum, per terram de Candida, per Venetrinum, & redeunt ad Furcam* D *Ferrati; intra quos fines quæcumque oppida, quæcumq; Villæ, quæcumque plebs, quæcumque Eccleſiæ ſitæ ſunt, aut in poſterum fuerint ſub tua, & tuorum Catholicorum ſucceſſorum Epiſcopali providentia, & diſpoſitione permaneant, & ex eis omnibus Epiſcopalia vobis jura ſolvant, tam in clericorum ordinationibus, & Eccleſiæ conſecrationibus, quam in redditu decimarum, & oblationum, ſive in correctionibus delinquentium Sanè illam Monachorum pravam præſumptionem, quæ partim Epiſcoporum abſentia, partim eorum pervicacia in Marſorum finibus omnimodo inhibemus, ut nec baptiſmata ulterius in Monaſteriis faciant, nec ad infirmorum unctiones clauſtris ſuis progredi audeant, nec ad pœnitentiam injungendam populares perſonas admittant, nec ab Epiſcopo excommunicatos ad communionem, nec interdictos ad officia ſacra ſuſcipiant. Porrò Eccleſiam B. Sabinæ Martyris Matricem ſemper haberi, ſicut hactenus habita eſt, & illic Epiſcopalem ſedem permanere decernimus, & in ejus poſſeſſione, ac juriſdictione Eccleſiæ cum prædiis ſuis, quæ præteritis temporibus poſſeſſa ſunt, etiam in futurum*

per-

perpetuis temporibus quietè, liberè integrèque ſerventur, id eſt S. Pauli ad Peſculū Serulæ, S. Mariæ in Cāpo Mitio, S. Nicolai ad fontem Regiuæ, S. Quintini in Vico, S. Martini in Agne, S. Martini in Botorrita, S. Archangeli ſuper Meſula, S. Mariæ in Ortucula, S. Mariæ, & S. Petri in Veneri, S. Felicis in Ferrati, S. Valentini, & S. Petri in Apiniacis, S. Marci in Geno, S. Martini in Filiacino, S. Petri in Cerverano, S. Joannis in Pentoma, S. Marcelli, & S. Angeli in Arca, S. Mariæ in Palude, S. Anatoliæ de Lione, S. Felicitatis in Cerferro, S. Laurentii in Prætorio, S. Feliciani in Villa Magna, S. Mariæ in Avando, S. Viti in Ozano, S. Chriſtinæ in Supezzano, S. Georgii in Beſda, S. Joannis ad caput Aquæ, cum titulis ſuis, S. Patris ad Caſtellum, S. Felicis in Porciano, S. Laurentii in Curia, S. Caſidii, cum titulis ſuis, S. Vincentii in Forma cum titulis ſuis, S. Andreæ in Ancezzano, S. Mariæ in Vico, S. Petri in Capiſtrello, S. Petri, & S. Mariæ in Albe, S. Marci in Maſſa, S. Martini in Valle cum titulis ſuis, S. Joannæ in Marano, S. Felicis in Montecello, S. Mariæ in Elvero cum titulis ſuis, S. Nicolai in Erſe, S. Mariæ in Furca, S. Eraſmi cum titulis ſuis, S. Andreæ in Caſelliaco, S. Maximi in Cerro, S. Victoriæ in Cellis, S. Mariæ in Carſeo cum titulis ſuis. Præterea quæcumque poſſeſſiones, quæcumque prædia ad eandem Eccleſiam legitimè pertinere noſcuntur, aut in futurum largiente Domino quibuslibet juſtis modis, vel contractibus poterit adipiſci, tibi, & tuis ſucceſſoribus, illibata permaneant, decernimus. Ergo nulli omnino hominum liceat, ſuprafatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſtè datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur tam tuis, quam Clericorum uſibus profutura. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, Caſteldio, aut Eccleſiaſtica quælibet ſecularis perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfecerit, congruè emendaverit, poteſtatis, honoriſq; ſeu dignitatis careat privilegio, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat. Cunctis autem Eccleſiæ jura ſua ſervantibus ſit pax D.N.I.C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterni Patris maneant Amen. Amen. Scriptum per manum Gervaſii ſcriptoris regionarii, & notarii S. Palatii.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Ricardus Albanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Leo Epiſcopus Oſtienſis ſſ.
Ego Cono Præneſt. Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Romanus Card. S. Priſcæ ſſ.
Ego Benedictus Card. tit. Eudoxiæ ſſ.
Ego Card. Raynerius SS. Marcellini, & Petri ſſ.
Ego Conradus S. Pudentianæ Card. ſſ.

Datum Laterani per manum Ioannis S.R.E. Card. & Bibliothecarii v. Kal. Martii. indict. vii. Incarn. D. ann. MCXV. Pontif. quoque D. Paſchalis II. Papæ anno xv.

Hujus Sancti vitam, erutam ex antiquiſſimis Tranſaquenſis Eccleſiæ membranis, hic apponendam curavimus in gratiam ſtudioſorum antiquitatis.

Incipit epiſtola ad Venerabilem presbyterum Joannem Faratum miſſa de vita B. Berardi.

Reverendo Patri, & Conſacerdoti Ioanni Furato, Ioannes Signenſis Eccleſiæ humilis Miniſter. Charitatis vigor, & virtus tanta eſſe aſſeritur, quod ejuſdem interventu non negatur etiam quod dari non poſſe creditur. Ipſa enim ſola ita ad innumerabilia ſeſe extendit, quod omnia, teſte Apoſtolo, credat, ſufferat, & ſperat. Cum ergo Venerande Frater, & Conſacerdos Ioannes Furate dudum apud vos eſſem, de conſuetudine in novo Eccleſiæ clauſtro ante Patris noſtri S. Epiſcopi Berardi ſepulchrum conſedentes, quod ſine dolore dici non poteſt, de noſtræ Eccleſiæ ſtatu, de confratrum noſtrorum religione, & honeſtate, cæterorumque bonorum, quæ prædicti Patris noſtri ſi filii, & non privigni, quod de me ſolo magis credo, dici poſſumus, temporibus iiſdem agebantur, ad invicem lacrymando colloqueremur, præmiſſa charitate mihi injunxiſti, & ut ejuſdem Patris, quod utique non ad noſtræ animæ detrimentum dicimus, & Paſtoris noſtri vitam, & quæ propriis oculis vidimus, facta miracula ſcribere, ita quod in S. Romanæ Eccleſiæ Conſiſtorio pro eodem canonizando honore, & indubitatus in dictis Evangeliis firmare poſſint. Cum autem primum imperitia mei, excuſatione deinde Paſtoralis officii in aucta cura, demum ſecundum meam ſcientiolam eandem jam ſcripturam ſancta increpatione voce non mente mutata ipſi meæ reſponſioni obviaſti, dicens etiam ſi caſu ſeu caſum jungere neſcires, & totius mundi cura, & ſalva D. Papæ reverentia loquar, tibi injuncta eſſet, quod prorſus fieri nunquam poſſe tuo colloquio interrupto non reſpondi, quoniam ipſe te à puero nutrivit, docuit, & ordinavit, & quidquid es, poſt Deum per eum eſſe videris, & quoniam vitam ipſius bene noveris, & te præſente Deo authore ad ſepulchrum ejus miracula facta fuerunt. Deberes tamen ut bonus æmulator ad poſterorum exemplum Magiſtri tui acta etiam non rogatus qualitercumq; ſcribere. Hac igitur ratione ſuperatus charitate me manente credidi, & quod non habebam ſcientiæ dare promiſi. Meum itaque venerande & omni devotione digne Frater, & Conſacerdos Joannes nomine non re Furate omnibus aliis ſanctiſſimis Canonicis noſtris conniventibus, mecum inceſſanter, qua debes, prece, & devotione opera, ut in majoris ad petitione, quæ veritas eſt Deus, ita ſit, ut nec vera prætermittantur, & ſecundum tuam petitionem, meamque devotionem veris falſa nunquam intermiſceam.

In cipit prologus in vita beati Petri Berardi Epiſcopi, & Confeſſoris.

Scripturus Patris noſtri vitam, volo ſi poſſem, quæ ſcripturus ſum, breviter adnotare, ut qui totam percurrere non valuerunt S. Berardi Levitæ, hoc perlecto breviloquo quis, & unde, cujus fuerit, ubi natus, doctus, & nutritus, à quibus, & ubi ordinatus, & cujus meriti ante Epiſcopatum, & poſt Epiſcopatum extiterit, & ubi requieſcat, & quo tempore abierit à parte prænoſcere poſſint. Patria igitur Marſus, pater ejus Berardus, mater Theodoſia, patrius, matriuſque Caſtellum, ſemine magnorum Comitum Berardorum nutritus, & doctus in Eccleſia S. Sabinæ, & ab Epiſcopo Pandulfo, qui tunc erat Acolytus ordinatus. In monaſterio Caſinenſe à prudenti viro Paulo corpore cæco grammaticam didicit, à Papa Paſchale ad Romanam Eccleſiam vocatus, & ab eo Subdiaconus ordinatus, & poſtea Campaniæ Provinciæ ab eodem Comes conſtitutus, à Petro de Columna propter Romanam Eccleſiam captus, & in Ciſternam miſſus, exinde Dei miſericordia à Ioanne de Petrella tractus, ac Romam reductus, in Eccleſia S. Angeli Diaconus factus, & in Eccleſia S. Griſogoni presbyter Cardinalis ordinatus, Marſis pro Epiſcopo datus ad S. Sabinæ Illuſtriſſimæ martyris honorem Epiſcopus conſecratus, glorioſiſſimi meriti, & ante epiſcopatum, & poſt epiſcopatum, à tyrannis multa ſuſtinuit, ita quod propter veritatem, quam prædicabat, ab ipſis victibus actus expulſus de Epiſcopatu fuit; ſimoniam deſtruxit, parentelas ſeparavit, pauperes fovit, pupillos, & viduas defendit, clericos compoſuit, congregata conſervavit, conſervanda congregavit, omnia vitia extirpavit; puellam, in cujus gutture aſprum ſixum fuerat, de mortis periculo ſigno Crucis liberavit; vacuo horreo pro pauperibus mulieribus triticum colligere fecit, quod ſua prece multum eiſdem ſuffecit, excommunicationis ſuæ gladio Comitem percuſſit, ſed divina miſericordia tamdiu vexit, donec eum abſolvit, in feſto S. Sabinæ mortem, & poſtquam ægrotavit, diem mortis prædixit apud Eccleſiam S. Ioannis in capite aquæ: nativitate S. Mariæ ægrotavit; inde lecto delatus in Eccleſia S. Sabinæ ſicut prædixi 3. Nonas Novembris anno 1130. ind. viii. mortuus eſt, ibique ſepultus, ubi multa miracula omnipotens Deus operatur uſque in hodiernum diem. Explicit prologus.

Incipit vita beati Antiſtitis Berardi Confeſſoris.

Berardus igitur Marſorum Comitum progenitus, quod de parte patris ſui ſibi æquivoco cum aliis Caſtellis evenerat in Caſtello, cui collis nomen eſt, natus, & quam novus puer, ſed ut gravis vir graviter tranſegit pueritiam ibidem nutritus extitit, divina autem diſpoſitione ad literarum ſtudio, unde poſtea Epiſcopus factus in Eccleſia S. Martini, & Matricis Sabinæ à parentibus ſuis traditus eſt, ubi per Dei miſericordiam uſque hodie viræ religionis, & honeſtatis fratres ſub S. regulæ diſciplina abſque dubio multi degunt, quibus etiam quod magnum à Deo precioſum eſt, ſemper in eſt cor unum, & anima una. Erat ergo juvenis iſte omni nobilitatis electione poſtpoſi-

ta, humilitatis, potentiæ, caſtitatis, charitatis, & omnium virtutum amator, ita quod eius aſpectu humilitatis imago dignoſcebatur, potentiam in reſponſis, & ſibi illatis contumelijs ſeruabat, libidinis authorem calcans, & comprimens, mulieres nedum intueri, nedum alloqui ſine certa cauſa, legalique teſte, caſtitatem, & honeſtatem cuſtodiens nolebat: In ſuſcipiendis hoſpitibus, eorumque ſervitio virtutum maximam charitatem, manuum opere, oris officio, rerumque diſpendio ſtudioſiſſimè fovebat. In pedum inceſſu, & veſtimentorum ornatu, atque tonſura compoſitus, lectioni divinæ aſſiduus, nocturnis, ac diurnis officiis iaſſiſtens, culpam credens maximam, ſi ad primum nolæ pulſum diu, noctuque adſurgere tardus aliquando eſſet, & ſecundùm prædicti ſancti loci conſuetudinem in quatuor conſuetis locis, ideſt Eccleſia, Capitulo, dormitorio, & refectorio ſine interrogatione, vel certa cauſa nuaquam locutus, aut ſine licentia clauſtrum egreſſus eſt ſervitium cunctis exhibens: nulli unquam, quod mirabile eſt, ſcandalum intulit, omnes diligebat, quoniam inimicum nunquam noverat, ſeſe cunctis eſſe minorem aſſerens cunctis officioſiſſimè ſerviebat; omnes venerabatur; quid multa inreprehenſibiliter in cunctis ſeſe exhibebat.

Pandulphus itaque Epiſcopus, qui tempore prædictæ Eccleſiæ Pontifex inerat, huius viri conſtantiam cernens, corona, & cæteris Eccleſiaſticis ordinibus, certis temporibus, ritè datis, quo debuit honore, & veneratione in Acolytum ordinavit, crevit ætate, ſed magis gravitate, crevit prudentia, non minus honeſtate. Quid autem hoc tempore, mirabilius? Quid ſecundum canones rectius? ibidem doctus eſt, & nutritus ubi corpora docere, & animas fovere divina providentia futurus doctor, & gubernator erat.

Rogatu præterea ſui genitoris, & Epiſcopi Pandulphi mandato, Caſinenſium Monaſterium gratia legendi adiit, ibique per ſex annos à quodam prudenti viro Paulus nomine, corpore tamen cæcus grammaticam diſcens feliciter manſit. ſi quis verò qualis ibidem extiterit, plenius ſcire voluerit, quam ſuo nomine, immo ipſi ſancto viro præfatus magiſter Paulus fuit, Cantica Canticorum expoſitionem legat, ubi mores, compoſitionem, & honeſtatem ſuam tanto clarius oſtendit, quanto nobis prudentior, & præſtantior habetur.

Oſtendit mores Paulus, mentique vigores
Hujus Berardi corpore mente pii.

Cum lectioni die, noctuque canonicam ſervans regulam inſiſteret, ecce divino nutu bona ſua fama creſcente à ſanct. recordat. Papa Paſchali ad Romanam Eccleſiam Apoſtolicis literis honorificè vocatus, honorificèque receptus eſt, & ut ipſe pius recitare ſolebat eo die, quo curiam intravit primus ad ſecundam, & quartam feriam uſque ad ſabatum in cœna ſedit. Sabato verò à manu ſummi Pontificis, ſicut dignus erat, ad Subdiaconatus ordinem promotus, & ut Eccleſiaſtici ordinis ratio exigit in proprio loco tanquàm junior poſt omnes in menſa poſitus, immò ipſe de conſuetudine ſemper ultimum locum petiit, quod videns prædictus ſummus Pontifex ſubridens ait: Fr. Berarde ecce, heri, nudius tertius, quoniam tibi locus aſſignatus non erat, quaſi juxta nos in menſa ſediſti, hodie in proprio loco poſitus es Cui ſonctus: hoc Paſtor, novi, non alta, ſed infima ſempe habere, Deus ſcit mirandè pater, elegi enim abiectus eſſe in domo Domini magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Cæpit itaque vir iſte ſanct. honeſtatis tanto ſtudio ſuis vivere, cunctiſque miniſtrare, quanto ad majora ſublevatus, & à cunctis accuratius ſpectabatur, non tam favorabiliter, ſed honeſtè, & legaliter incedens.

Conſiderata hujus innocentia, & ex omni parte probata Campaniæ Provinciæ Comes eſt conſtitutus, in cujus terræ adminiſtratione, prudentia, juſtitia. fortitudo, & temperantia virtutes ibi ſibi comites exiſtere, ut nunquam in dictis, nunquam in factis ab eodem aliqua harum defuit virtutum, prudentiam enim in adminiſtrationibus populi ſub ſuo regimine poſiti habebat, juſtitiam verò in rapinis prohibendis, in latronibus coercendis, in furtis, homicidiis, & his ſimilibus extirpandis tenebat, in ſuperandis tyrannis, & iniquis, in ſecuritate, & fortitudine, & quod melius eſt, & laudabilius in ſuperandis vitiis eadem mirabiliter ſervabat; & quoniā rectum in ſuis actionibus modum nunquam excedebat, temperantiam virtutum maximam optimè cuſtodiebat, ſic tanquam pius Rex, & perfectus Imperator virtutes diligentiſſimè, & ſtudioſiſſimè regebat. His itaque munitus, his circumdatus, his ſuffultus, his denique virtutibus profectus, commiſſam ſibi Provinciam Campaneā ita regebat, ut placens Deo, neque Pontificem Romanum, neque quem cuſtodia habebat, populum offendebat, ut mihi in eadem regione ad præſens manenti à multis relatum eſt, ultra quam credi poſſit, ab omnibus amabatur, non enim ut Comites ſolent, ſed ut verus veritatis defenſor, & pietatis amicus, ſeſe in cunctis exhibebat.

Quidam Petrus nomine Comes Columna, & ut fertur, Romanorum Conſul, quoniam terra hujus in circuitu uno circa Urbem ſita eſſe videtur, contra S. R. Eccleſiam diabolico inſtinctu calcaneum erexit, ita quod quidquid rapina furto, aut vi, ſive deceptione aliqua de bonis S R. Eccleſiæ habere poterat, in ſuos perfidos uſus attrahebat, & quod pejus, & magis eimendum erat, quotquot habere curiales poterat, tamdiu vinculatos carcere tenebat, donec, vel pœnis, vel fame deficerent, vel multa redimerentur pecunia; & quoniam ſicut dicit Propheta: Deus eſt mirabilis in Sanctis ſuis, ut ſua mirabilia in iſto, de quo loquimur, ſancto viro oſtenderet, immò ut oſtenderet, cujus meriti Berardus eſſet, ipſum eundē præfatus tyrannus cepit, & in Ciſterna ſine aqua expoliatum, verberatum jactari fecit. Foſſus Ciſterna Chriſto, qui cuncta gubernat, clamavit dicens, Omnipotens Domine Rex Cœli, & terræ, qui Danieli, quod ſuccurras miſero, deprecor hoc puteo. Cum autem huc, illucque nunciatum eſſet quod tantus, ac talis, tamque illuſtris vir in carcere haberetur. fuit mœror, & luctus inæſtimabilis tam in Romana Curia, quam in parentum, & conſanguineorum domibus.

Quidam interea miles genere, & moribus prudens Ioannes nomine ſancti hujus, de quo loquitur, conſanguineus de Caſtello, cui Prætella nomen eſt, quod in Valle de Norſis poſitum videtur, depoſita militari veſte, & indutus mendici, divina inſpiratione, & ſancta præſumptione, qua Sanctus carcere tenebatur, Præneſtem Urbem pervexit, & undique parietes, & quæ in circuitu ejuſdē Civitatis erant, antequā eandē ingrederetur viſitans, cautè circūſpiciens, cautèq; intravit, ac tādiu mendicando oſtiatim ivit, donec ad locū, quo illuſtris vir jacebat, devenit, quē accuratè proſpexit, & à quo accuratius receſſit, cogitans quid agere poſſet. Sequenti itaq; nocte (quod dictu mirandum eſt) acceſſit ad Ciſternam ſolus, ſuper quam Cuſtodes gladiis accincti jacebant, Tabulas, Dei tantum auxilio, de ore Ciſternæ ſublevavit, eaſque hinc inde poſuit, moxque illuſtrem virum, jacto funiculo de puteo ſanum & incolumen traxit Sed quis non miratur, quod unius hominis viribus, tabulatum, & hominis pondus de ore Ciſternæ ita ſublatum ſit, quod neque aliqua conquaſſatio ibi fuerit, neque ſonus, ad quem cuſtodes, vel qui in circuitu per domos hinc inde poſitas recumbebant, homines excitari valerent? Non eſt mirandum id eſſe, me met reprimens, dico, quoniam qui ſui ſancti ſepulchri, immò ſui ſanctiſſimi Corporis cuſtodes, velut mortuos Angelo adveniente, eodemque Creatore reſurgente ad horam reddidit, potuit pro ſui famuli amore operari, quod unius viri vigore, & actione, & cuſtodes de ore Ciſternæ levare, & nemine ſentiente inde ſanctū extrahere valeret. Liberatus igitur Dei miſericordia de carcere ſanctus, mox curiam redit, flentibuſque præ gaudio fratribus, dixit, nolite fratres, nolite flere, ſed mecum gaudete, quoniam pro matre noſtra, & totius mundi Domina S.R. Eccſia, quod dignus non ſum, pati merui.

Noluit hunc poſtea Romanus Pontifex ad Comitatum remittere dicens, indignum forè tantum virum de curia recedere. Adveniente ergo certo tempore Diaconum cum ordinavit, & in Eccleſia S. Michaelis, ubi piſces in Urbe venduntur, eum poſuit, ubi ſicut à quibuſdam fratribus ibidem manentibus, quorum perſonas novi, ſed nominum non recordor, mihi relatum eſt, multa dixit, & fecit, quæ huic operi interſerere dignum eſt.

Eo itaque tempore Marſa Eccleſia vacabat, cui tamen inerat quidam religioſus, & miræ abſtinentiæ vir Sigenolphus nomine, qui à Giberto ordinatus fuerat, per 17. annos Epiſcopi nomen ferens ibidem manſit Et quoniam ſecundū Deum ſtare non poterat, ſatagebat Romana curia eum expellere, & alium Catholicum ponere. Imminente autem hæreſi, tum ob conſanguineorum præfati Sigenulphi potentiam, tum quos ordinaverat, clericorum ſtudio, aliquando verò cleri, & populi, à quibus æquanimiter diligebatur, fortitudine, tandiu facere Romana curia non valuit. Renitente omni niſu indignum ſe acclamante, ſanctus prius in Eccleſia S. Griſogoni presbyter Card. poſtmodum in Eccleſiæ S. Sabinæ honorē Epiſcopus eſt electus, & ſuæ ætatis anno 30 conſecratus. Unde quidam dolens flendo tunc verſificando luxit, dicens.

Roma

Roma fieat, cum Marſa vetat, quem gliſcit, habere.
Damno pios ſic Roma viros, dic, unde beavis.

Celebrata itaque hujus ſancti Paſtoris conſecratione, Apoſtolica benedictione potiti, Marſicum ad Epiſcopatum cum ipſo reverti, atque ea ſede præſcriptæ Illuſtriſſimæ Martyris, & Dominæ debito honore eundem ſublimarunt.

Paſtoralis igitur ſarcinæ ſuppoſitus cogebatur ad ſemetipſum animum recolligere, ſed non valebat, quia ad multa animus dividebatur. Cœpit eſſe tamen, & mutus, & verboſus, mutus in otioſis, & vanis, verboſus verò in neceſſariis, & utiliſſimis verbis. Sic enim decet Paſtorem hanc primum cum propheta, prius iſte cuſtodiam Pontifex in ſua, cuſtodiam poſuit. In ſpeculatione verò poſitus cogebatur, quæ ſui officii erant, exercere, & primum cum Apoſtolo omnia in omnibus factus, mundo ſibi Crucifixo, ipſe ſe mundo verſa vice crucifixit. Deinde Eccleſiarum, clericorum, orfanorum, & viduarum, pauperum, & indigentium ſollicitè curam gerere cœpit. Cauſas, actus, & ſingulorum vitas diſcutere, commiſſi gregis negotia tractare, eoſque luporum inſidias, & invaſiones fortiter timere. Reſpexit in infirmitatis vallem, ſuperexcelſum operis montem aſcendit, evangelizare Sion cupiens, cujus nimirum operis, & prædicationis tanta erat inſtantia, quod non erat vir, non erat mulier in Epiſcopatu ſuo, ſive nobilis, ſive ignobilis, ſive dives, ſive pauper, qui vel ob bonæ operationis exemplum, vel prædicationis, & monitionis dulcedinem, eum non veneraretur, & timeret. Orationi ita inſiſtebat, quod non fuit tempus, non fuit hora, non fuit dies, qua aliquid divino officio præponeret, dicens, maledictus omnis, qui opus Dei negligenter fecerit. Congregata conſervabat, diſperſa colligebat, infructuoſa, & arida ſanctæ prædicationis cophino ſtercoris, & vomere puræ doctrinæ ſitulo fovebat, ut fructum producerent inceſſanter irrigabat. Et quoniam ſicut dictum eſt, actus, cauſas, & ſingulorum vitas, diligentiſſimè diſcutiebat, ut de aliis taceamus, quid de ſimoniis, quid de Clericorum incontinentiis, & eorum inhoneſtis tonſuris, & calceamentis, veſtimentis incompoſitis, quid de parentelis, & affinitatibus, quid de virorum, & mulierum ſacramentis ad invicem pro matrimonio factis fecerit, videamus. Creverat plane extirpandæ ſimoniæ calidum vitium in Marſorum finibus, in tantum quod laici tanquam proprium hæreditatem Eccleſias vendebant, & quod deterius eſt, qui eas tenebant Clerici, peccatum ferè non credebant. Nonnulli Clericorum extra Canonicas habitantium incontinenter vivebant, parvam, vel nullam coronam apoſtatando aliis capite geſtabant, alii verò ſparſo crine incedebant, alii autem, quod propriè joculariorum eſt, ab utroque latere diviſis, item mixtis coloribus, veſtimenta variabant ſub tellares irvidos oblicos. Hic ferebat murenas, & armillas, ille hic turritum, ille caudatum portabat caput, & ut de multis pauca dicantur, uniuſcujuſque Clerici ferè propria voluntas, & regula erat. Nolebant enim Clerici per Epiſcopatum poſiti ſanctis, & religioſis Canonicis S. Sabinæ illuſtriſſimæ Martyris credere, nolebant eos audire, nolebant eos, eorumque veſtigia ſequi, nolebant denique ſub jugo matris ſuæ Paſtoris abſentia colla tenere. Ipſa enim Marſorum omnium non ſolum Clericorum, verum etiam laicorum virorum, mulierum mater ipſa, & ſanctorum Patrum, tam Romanorum Pontificum, quam aliorum Epiſcoporum, & Cardinalium privilegio à principio Domina virorum, denique alii conſanguineas, alii verò ſibi affinitate junctas pro uxore accipiunt. Alii autem hanc Sacramento confirmabant, & eo oblito aliam pro uxore ducebant. Quid multa, totus ferè Epiſcopatus in his, quæ dictæ ſunt, diſſipatus erat, quoniam, qui veritatis viam in eo manentibus viris oſtenderet paſtor non fuerat, & ſic paſtoris abſentia rapaces lupi, ut ſcriptum eſt, gregem invaſerunt. Sed quid pius iſte, de quo loquimur, Paſtor Dei auxilio fecerit, breviter dicatur.

Simoniam ergo Deo authore ita extirpavit, quod neque qui venderet, neque qui emeret Eccleſiaſtica, prorſus inveniri poterat, & ut breve ſit nobis in hac longa via iter, omnia quæ ſuperius nominavimus, & alia vitia, quæ ſigillatim enarrare longum eſſet, ſecundum Apoſt. primum obſecrando, ut conſtructione loquimur, deinde increpando, arguendo opportunè, & importunè inſtando ita compeſcuit, & extirpavit: quod nullus Clericus, nullus laicus ferè nullus, mulier, quod credi difficile eſt, inveniri poterat infra fines Epiſcopatus, qui in iis, quæ ſupra vetulimus, publicè peccaret, & ſi diabolo ſuadente delinqueret, aut cito ſeſe pœnitens corrigeret; aut ſi ſe non corrigeret, vera emendatione poſt Canonicam requiſitionem, ad aliorum timorem ſuique cum emendatione ruborem canonicè percutiebatur. Ipſis Monachis in his non parcebat ipſe enim erat regula, & correctio Monachorum. Factum eſt ergo, quod Baronibus, multiſque tyrannis per Marſicanum Epiſcopatum manentibus, propter eorum ſcelera excommunicatis, de propria ſede, de proprio Epiſcopatu pius iſte Præſul pro nefas! ejectus eſt centies. In quibus expulſionibus aliquando in Lateranenſi palatio Romæ manſit, aliquando Alatrinus, & Verulanus ſibi commendati fuerunt, aliquando autem, ubi innumerabilia bona fecit, ſicut ab iis, qui cum eo fuerunt, didicimus a Papa Paſchale in Sardiniam Legatus factus eſt; ii nimirum tyranni primitias, decimas, mortuorum oblationes, & debita S. Sabino Eccleſia, & eccleſiis per eorum terras poſitis dare non permittebant, & quod pejus eſt, iſti ſtudio, omnique riſu deteſtabile, accepta occaſiuncula Clericos in carcerem mittebant, & tandiu eos ibidem cruciando detinebant, donec quam etiam non habebant pecuniam, ab eis extorquerentur. Ruſticos pauperes, pupillos, & viduas ſub ſe poſitas intolerabiliter tyrannus affligebant. His & aliis præmiſſa canonica requiſitione canonico gladio tyranni percutiebantur, eorumque elata potentia pius impiè expellebatur. Quinimmo quoties expulſus, toties honorificè revocatus, & reductus fuit. Sed quid dicamus, hac copia ſæpè me reddit. O quoties hinc inde ut caperetur, vel prorſus a tyrannis, & malignis interimeretur, ſibi per vias poſita fuerunt inſidiæ, quoties injuriis afflictus, lapidatuſque fuit. Quid plura? omnia, quæ hactenus pro Dei nomine Martyribus præter mortem huic pro Dei ſervitio à tyrannis, & impiis illata ſunt, Mortem quoque diabolica functione, qui venenum, neſcio ſi emerunt maligni, ſibi inferre conati ſunt. Sed cui omnia nuda, & aperta ſunt, diſplicuit, idque propulavit. Manens ergo in hoc fluctuum, & tempeſtatum pelago iſte inexpugnabilis domus, vel murus, nihil, quæ ſui officii erant, prætermittebat. Sed ut de cæteris ſileã, quã ſtudioſè in eleemoſynis Deo ſervierit, licet in ſuperficie jam dictum ſit, ſine quibus debemus, quibus poſſumus verbis, quod vidimus, breviter annotetur de pauperum ſollicitudine, quam habuit. Omni igitur tempore pauperum ſollicitudinem ſollicitè, & accuratè gerebat, maximè eorum qui loca, quæ ab ipſo pro paſtore, & Gubernatore frequentabantur, inhabitabant. Pauperum Marſicanæ Civitatis, Veneris, Piſcinæ villarum, & Celani viciſſim caſtellorum & multorum aliorum locorum habitantium curam ſtudioſiſſimè ſollicitus gerere erat, & quãquam omni tempore præcipue in Nativitate Domini, diebus quadrageſ. in Reſurrect. & circa Majũ, & Juniũ menſes, quando pluribus egerent, tanquam proprius pater, proprius cuſtos, proprius paſtor, proprius gubernator, & rector, ſingulis pauperibus per ſingula caſtella, per ſingulas villas, per ſingulas etiam domos, panis, carnis, & tritici, necnon leguminum eleemoſynas aliquando, qui ni fallor in Eccleſia S. Pantaleonis circa flumen, & in radice Montis Veneris ſita eſt, uſque hodie habitat Fr. Petrus Bonus S. & veræ vitæ vir, aliquando verò per ſuos privatos viros, honeſtos ita mittere ſtudebat, ut neſciret ſiniſtra, quod manu daretur dextera.

Cum igitur ſanctæ ſollicitudini inſiſteret, quadam die Dominica celebratis matutinis ſummo mane prima Maii menſis hebdomada, quæ ad pedes graduum palatii Eccleſiæ S. & Illuſtriſſimæ Sabinæ Martyris ante hoſtiũ cameræ inferioris poſita eſt, lapideã ſuperſedẽs ſedẽ, manus levãs me ſuo jocoſo nomine vocavit dicẽs, Dic mihi, dic. fili, dic ſi muliercula vivit... Filia Teutonis militis illa boni, & ſoror illius, quorũ domus juxta tui patris domum fere ſita eſt. Reſpondi, vivunt; miſerere, quia fame peribunt. Quo audito intimo cordis dolore, ſuſpirio, lacrymiſque effuſis venerabilem religioſum, & honeſtum Clericum D. Benedictum Giſonis, qui & hujus, & aliorum miraculorum teſtis eſſe aſſeritur, noſtrum, meum ſcilicet, & tuum reverende frater, & conſacerdos Joannes cognomine tantum Furate, Priorem per omnia Deo dignum Camerarium ſuum vocari juſſit, & eo accerſito lacrymans dixit. Eſt nobis triticum? Cui ille: Secundum veſtræ Sanctitatis mandatum pauperibus uſquequaque. poſitis triticum diſtributum eſt Pater, & ſanctus: nunc quid non pro his nobilibus mulieribus fame cruciatis aliquantulum ſcopis adhibitis ſaltem inveniri poteſt? Deus ſcit, reſpondit Camerarius; quoniam heri hi duo pauperes, quos propter ſuorum filiorum pudorem nominare deſiſtimus, qui hic prope in loco, cui viri lapſum nomen eſt, habitant, pro velle ſuo granarium mũ-

daverunt,& triticum illa collegere,quod, ut jocando verum dicam, nec proponere pro portione, nec etiam pro medicina, aliqua invenire ibidem triticum poteſt. Vade,inquit ille Paſtor miſericors, & affer quatuor panes, affer aucum porci, unum deſeceatum affer,& ſagimen, quoniam ſecundum,quod iſte dicit,dividerat prius ſine condimento,pane,& omni vitæ ſubſidio deficiente,avide cruciante,eximiè commendat, affer ſ.i, ut eiſdem mittantur.Cumq;allatæ eſſent,hæc verſus ad me ſanctus dixit,vade & nemine ſentiente, hæc illis mulieribus porta,& dicito eis,ut poſt prandium pro tritico deferēdo,quemdam ad nos mittant virum. Factum eſt ergo, ut veniente quem juſſerat,viro ſancto jubente,omnium frugū proculdubio vacuo in granario miſſus eſt,ut quod ibidem inveniret triticum,prædictis fœminis deportaret. Mirabile dictū, ſed mirabilius factum,& noſtro tempore inuſitatum, tantum tritici invenit, quod niſi ſuper Aſellum aſportari aliter non valuit.Mira res,ſed mirabilius ſubſequitur, hoc triticum his mulieribus, & aliis, quibus de conſuetudine charitativè dabant,donec omnia frumenta repoſita fuerunt,hoc eſt uſque in Auguſtum,mirabiliter ſuffecit. Sed quod mirum, ſub jubente ſancto,in vacuo granario triticum invenit,& ſi multis diebus illud parum tritici multis mulieribus, & aliis,quibus amore Chriſti illæ ipſæ fœminæ declarant, prece ſancti interveniente,ſuffecit,cum tantæ eſſet miſericordiæ,quod neque legere,neque pſallere,neque orare, neque manducare, neq;bibere unquam valeret,donec quem indigere noverat,pauperi quoquomodo ſubveniret.

Et quamquam quæ propriis oculis vidimus, ſcribere promiſerim,quæ à Comite Raynaldo egregio, & religioſo viro,& à multis aliis audivimus,taceri tamē incōgruū fore cēſemus.

Ferunt ergo,quod di gutture cujuſdam novennis,vel decennis puellæ ſibi, immò autem ſe pro Chriſmatis conſecratione ductæ,facto Crucis ſigno,os pruni ejecit. Hęc jugiter triduo non manducans,non bibens,neque etiam loquens entiterat,ſic tamen Dei miſericordia, cujus mors indubitanter ſine difficultate expectabatur, ſancti hujus benedictione poſita, qui eā flendo,& dolendo duxerat,patri ineffabiliter præ gaudio expergefacto ſana,& incolumis reddita eſt.

Et quoniam iniquorum,& tyrannorum colla,Præſul iſte benignus canonico S.Eccleſiæ gladio domabat, & percutiebat, ab ipſis iniquis,& tyrannis, ſicut dictum eſt, ſemper injuriis afficiebatur, ſæpe lapidibus obruebatur, morte minabatur, inſidiæ hinc inde parabantur,quorum alios exulari, alios de propriis domibus expulſos, alios verò infirmari,& tanquam divino gladio percuſſos, ſubito mori in via, & poſt mortem ſuam vidimus gratia verborum.

Magnus quidam Comes erat in Marſorum finibus,qui præ omnibus eum offendere, immo Deum ſub ſua cuſtodia poſitos offendere ſolebat, quem pro ſuis culpis convocatis Berardo Theatino, Grimaldo Pennenſi, & Gualterio Valvenſi Epiſcopis hora tertia ſextæ feriæ excommunicavit. Quid multa? juſto Dei judicio, ea, qua excommunicatus eſt, alterius diei hora ſepultus eſt.Cum ergo hora nona ejuſdem diei prædicto Comiti id eſſet nunciatum,accerſito Celerario deridens excōmunicationem,magnam ſibi cœnam parari juſſit,unde factū eſt,quod cum ſorporca,quam non ſperabat, ſibi inopinata parabatur cęna.Cum autem intereſſet cęnæ, multis ſecum convivantibus,inimicus gladium ferens,ex inſperato ſubito advenit, venit, & intrepidus acceſſit, heu pro dolor! acceſſit, & percuſſit quidem,& uſque ad mortem vulneravit,ſed tamdiu omnipotentis Dei miſericordia eidem loquelam dimiſit,donec quanta potuit velocitate, & afflictione pro pęnitentia accipienda,tertiò ipſum ſāctū Epiſcopū vocavit,dicēs,currite,& velociter currite,ut pęnitentiā mihi donet,continuò Epiſcopū ducite,veniat,ut mihi det veniam,ne forte ſic ligatus moriar.

Currite Berardum vos ad me ducite Sanctum,
Ut mihi det veniam,ducite quod veniat.

Et cum his verbis finem loquendi faceret, plangentium, & colluctātium manibus,qui lætus,& ſanus ad cęnam ierat Comes,ipſa eadem cęna in dolore, triſtitia, & mœrore verſa ſemivivus ad lectum deportatus eſt,ubi tādiu vivens jacuit, donec ſecundum ſuam petitionem miſſis Nūciis, à Celano ad Albam S.Epiſcopus venit,diſtat enim,ni fallor,ab Alba Celanum octo,& amplius milliaribus.Venit ſanctus,& cum vivū, & non loquentem invenit, vivum, ſed non ſentientem, tunc anxiè cępit quærere Sanctus,quid ageret.Hinc ei Dei miſericordia,inde divinum cernebat judicium,hinc hic miſeris miſeris clamabat,inde ut unicuique ſuum jus tribuatur veritas requirebat.Sed quoniam miſericordia præjudicat,& ſuperexaltat judicium, & miſericordia Domini, nam judicio plena eſt terra, & plenitudo ejus, hoc eſt de plenitudine miſericordiæ,Sacramēto accepto ſub multorum teſtimonio, qui ſeſe invocaverit,immò pro pęnitentia accipienda per ſeſe clamaverit,& petierit,eumdem abſolvit,unde factum eſt, quod omnipotentis Dei judicio, hujus divini gladii percuſſione, qui carnis incurrit,animæ mortem evaſit.

Cum his, & aliis ſanctus polleret virtutibus,& jam circa hujus vitæ finem ſeſe divina revelatione appropinquare dignoſcere cœpit,ſtudioſiſſimè diſcordes ad concordiam, lapſos ad pęnitentiæ erectionem,ſuperbos ad humilitatis viam,impudicos ad pudicitiam revocare,& cætera vitia tanto ſtudioſius comprimere,quanto ad receptura præmia ſe propinquiorem fore noverat.Unde contigit, ut eo, quo mortuus eſt anno, convenientibus de conſuetudine ferè totius Epiſcopatus Pręlatis,& ſubditorum multitudine præmaxima, laicorumq;innumerabili cœtu in feſto S. Sabinæ Illuſtriſſ. Martyris infra miſſarum ſolemnia,ſuā prædixit mortem, adjiciens interea, quod ad idem altare miſſas ulterius non foret celebraturus, & fuſis lachrymis ſanctus, cæteris præ dolore flentibus, pro parentela Comites quoſdā excōmunicavit,quos etiā per fratres ſuos, per quos nutu,& redditu,precibus,meritiſq;S. Deus mira operatus eſt, antequā mortuus eſſet,ut reſipiſcerent,& ſe corrigerent,atq;ab injuſta copulatione deſiſterent, requiſivit.

His itaque geſtis,ut pacem reformaret,& officium ſuum exerceret,Epiſcopatum viſitans apud Eccleſiam S.Ioannis ad caput aquæ poſitum in Nativitate S.Mariæ Virginis, Id.Septembris lateris dolore,quo ſæpiſſimè cruciatus fuerat cum epatis infirmitate,immò epatis,& pulmonis, ſicut medici aſſerebant,graviter infirmatus eſt.Jacuit ergo rogatu,hortatu,& ſuaſione quorumdam ibi per dies aliquot, jacuit, & patiendo anxiè manſit,rogabatur quidem ibidem jacere hortatu,& ſuaſione,ſicut dictum eſt,ſed dolore ægrotabat. Rogabatur planè, ut ibi moreretur; rogabatur, ut corporis ejus honore fruerentur Celanenſes ſaltem in morte; hinc itaque ſub pietatis colore machinabatur, ne exinde permutaretur Sanctus, ſed quare, ut ibi moreretur. Cum autem id ſanctus præſentiret,mox ſub excommunicationis vinculo,quod ſæpè prohibuerat,indixit, ut ſi illic mortuus eſſet, ibidem non ſepeliretur,& ne id contigeret,accerſito Stephano glorioſiſſimo Collegii S.Sabinæ Illuſtriſſimæ Martyris Præpoſito, dixit, immo præcepit,ut ſibi per obedientiam,& ſub quo ſibi, & Eccleſiæ debebat,ſacramento injunxit,dicens: Vade fili, & cum velocitate vade,& ita ſtudeto,ut vir ad uxorem,ſponſus ad ſponſam,filius ad matrem, & ſervus ad Dominum moriturus redeat, & ſub ſua protectione moriar, ſub ſua umbra ſepeliar, in æternum maneam,me in lecto afferri facias.Indignum eſt hoc,& nimis reprehenſibile, alibi,niſi ad Marſicem Eccleſiā, ad ſedem ſuam,ad Eccleſiam, cui ordinatus, cujus ſponſus, cujuſque Paſtor dictus eſt,Epiſcopum mortuum jacere.Factū eſt ergo, ſecundum ſuum mandatum. Sed ſi qui ſcribere velit,quantus clamor, quanta triſtitia in hujus ſanctiſſimi Paſtoris tranſlatione fuerit, caveat ſibi, ne extenſa prolixitate faſtidium generet audientibus. Poſtquam à prædicta Eccleſia S.Joannis ad Epiſcopatum fuit reportatus, expoſuit, & ritè ordinavit non ſolum, quæ in eadem Eccleſia exponenda, & ordinanda erant,verum etiam quæ in omnibus Eccleſiis expoſuit,cōpoſuit,induit,& ordinavit.Expoſitis ergo omnibus, fuſis lachrymis præſentes ſuos fratres his verbis monuit, dicens: Fratres mei gloria,laus,honor,decus,& poſt Dominum, & ſanctos ejus, ſpes, & corona mea, animæ meæ vita, & ſalus,rogo,hortor,& qua debeo devotione, vos moneo,ut in charitate virtutum maximè abundetis,ut unanimiter,& concorditer in fide,ſpe,humilitate,religione,cōcordia,patientia,largitate,caſtitate,& ſobrietate vivatis.fugientes vitia,virtutibus adhærentes,quæ radix eſt malorum, ſuperbiam humilitatis confunditis,& extirpate, blaſphemiam religione, diſcordiam concordia,iram patientia,avaritiam largitate,luxuriā caſtitate,ebrietatem verò ſobrietate domate, vincite, & ſuperate oratione;jejuniis,vigiliis,& eleemoſynis, quantum vires adminiſtraverint,inſtate,moribus, non veſte, ſeu aliqua vana,& elata oſtentatione:Deo placere affectate: accepta licentia ſimul ſtate,ſimul ābulate, ſimul ſedete,& ut in una Eccleſia cantatis,in una domo mūducatis,& in una domo cubatis, de una maſſa panē comedatis, & de una vite in charitate vinum bibatis,ſic ſit vobis unum cor, una mens, unus ſpiritus, una voluntas,unum,& idem omnes volentes,omnes facientes, omnes patientes,omnes egentes;melius eſt enim egere, quam plus habere,& quod veritatem decet,ſanctitatem,nihil ſit in ſtatu, & inceſſu veſtro, quod cujuſquam oculum offendat; & quoniam plenitudo legis eſt dilectio, dilectionem, quæ eſt ſine

ſimu.

Digitized by Google

ſimulatione, ad invicem ſervate, & ſi quod abſit, inter vos diſcordia emerſerit, infra unius diei finem emendetur, ut ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram, & ita in odium non creſcat, ne forte trabem de feſtuca facientes, animæ, quod Deus à vobis avertat, exinde moriantur. Vos ergo fratres ſi in dilectione, quæ eſt ſine ſimulatione manſeritis, dilectionis fructũ, quod eſt vita æterna proculdubio obtinebitis. His, & aliis verbis, his præſtantioribus fratres, & in Chriſto filios S. Pontifex monuit. Ego autem, quod de ſuis verbis recolligere potui, recolligi.

Appropinquante itaque die mortis ſancti ſicut annum, & tempus, ita proprium ſanctus ſuæ mortis diem prædixit, & ut ipſimet eius utamur verbis, quinto die ante mortem dixit coram fratribus cunctis, in hoc futuro anno dicens tertio nonas Novembris erit obitus Berardi Marſicani Epiſcopi. Migravit ergo pius iſte Præſul ad Chriſtum, ut ipſe prædixerat 3. Non Novemb. horis matutinis 2. feriæ anno Dominicæ Incarn. 1130. indictione 8 ſepultus eſt ad dexteram partem B. Martyris Sabinæ cum hymnis, & laudibus, lachrymis, mœrore, dolore, & nimio planctu plenis, ſepultus eſt magna veneratione, ut tantum decet Paſtorem, de cuius tumulo, quod eſt mirum, corruptus fœtor nunquam exivit, imò pro fœtore, & loco fœtoris, odorem ſuaviſſimum dedit, ubi ſiunt mira, & innumerabilia beneficia uſque in hodiernum diem, ubi Deo authore Cæcos illuminatos, Dæmones fugatos, contractis membris reſtituta, ac diverſarũ infirmitatũ homines, poſt mortẽ ſuã convaleſcere vidimus, operante D. N. J. C. qui cũ Patre & Sp. S. vivit, & regnat in ſæcula ſæcul. Hactenus m. ſ. Sancti vita.

In gratiam ejuſdem Berardi, Comes Creſcentius Eccleſiæ SS. Martyrum Cæſidii, & Rufini in Comitatu Tranſaquano nonnulla bona donavit, cui donationi ſubſcripſit idem Berardus Epiſcopus anno II. ſui Præſulatus. Tenor ejuſdem talis eſt, ex originali in archivio Collis Longi deſumptæ.

In nomine Dei ſummi, & æterni Anno Dom. Incarn. 1020. ind. viii. anno 1. D. Papæ Callixti, undecimoq; e D. Berardi Marſicani Epiſcopi. Ego Creſcentius Marſicanorũ Comes filius bo. me. Berardi Comitis Marſicanorum rogatus à Landulpho filio Egeſii, & noſtris fidelibus, ut pro redemptione, & amore Dei, & SS. Martyrum Cæſidii, & Rufini, & redemptione mea, & meorum parentum, & pro anima Federici fratris mei de mea hæreditate, & pertinentia dicti mei Comitatus, ſcilicet in Tranſaquana terra domus de cultu in plano, & in monte ſpatium terræ, ad ſolatium clericorum dictæ Eccleſiæ S. Cæſidii Deo ſerviendo medietatem vallis, quæ dicitur Formenſinus, cum caſtaneis ibidem habentibus, & omnibus arboribus ibi conſiſtentibus, ut per medium dictæ vallis à capite uſq; conſcendendo per montem herbarum uſque grottas, quæ dicitur Cencopozza deſcendendo per vallem de Candelis, & uſque ad plantitiem, & inſuper de noſtra ſpontanea voluntate pro nobis, & noſtris hæredibus in perpetuum confirmamus, roboramus, & acceptamus, ac de novo damus, & tradimus prædictæ Eccl. totum circuitum caſtri Tranſaquarum cũ cortiliis in circuitu adjacentibus, ac redditibus debitis, & penſionibus domorum, & hortalium tenimentorum, vel ſpatiorũ, pro quibus ſingulis poſſidentes in caſtello Tranſaquano prędicto noſtro progenitori, & curiæ ſingulis præteritis temporibus pro qualibet domo, poſſeſſione, vel horto ſolvebant, & ſolvere tenebantur, & nullus à ſolutione & tributo pro domibus ſpatiis, quæ in jus in dicto caſtello poſſidentur, & fructus habentur, tanquam propriorum noſtrorum jurium, à qua præſtatione liberam francamus noſtram habitationem D. Landulphi Saraceni militis, & collateralis noſtri, quæ ſunt prope portam turris, & palatii noſtri, in quibus domibus, hortis, & ſpatiis in circuitu caſtelli prædicti nulli alteri, quam Canonicæ præfatæ Eccleſiæ debeantur, & ſecundum donationem præfati D. Berardi Comitis, & Genitoris noſtri de domibus ædificatis, & ædificandis, hortis, ſpatiis in circuitu prædicto præfatæ Eccleſiæ merum donativum habeat. Et promittimus vobis pro nobis, & hæredibus noſtris in perpetuum prędicta omnia omni tempore in futurum ſub fide, & obligatione noſtræ donationis, & noſtrorum bonorum, & hæredum noſtrorũ omnia prædicta defẽdere, & legitimè dictæ eccleſiæ gubernare, ita ut præfatam eccleſiam ex nunc prædicta omnia hæreditario jure in æternum liberè poſſideat ſine contradictione aliqua. Et ſi quis de hoc jure, quod eſt præfatæ eccleſiæ per noſtrum prædictum genitorem, & nos donatũ, ut ſuperius legitur, minuere, & occupare, vel ſubtrahere præſumpſerit, tanquam ex rebus ſacris, vel connexis d. ſacræ Eccleſiæ tanquam ſacrilegus, & excommunicatus divino judicio damnetur. Et ſi nos, noſtriq; hæredes in aliquo magna, vel parva perſona, amore, vel odio, vel quovis modo aliquo contra iura dictæ Eccleſiæ litigii, & contra inferre procuraverimus cum ſingulis, qui contra jura præfatam Eccleſiam, & jura ipſius præſidium aliquod, & conſilium præſtaret, in iram Dei incurramus, & ſinguli contra hoc quomodolibet tentantes excommunicati ſint, & cum Juda, & Caifa, Anna, & Pilato damnentur, & cũ juſtis non ſcribantur, inſuper libras trecentas componant præfatæ Eccleſiæ. Ego Creſcentius Marſicanorum Comes filius bo. me. Berardi Marſicanorum Comitis præſente D. Berardo Epiſcopo Marſicano, & Vergone Aprutii Apoſtolico Legato, D. Joanne Abbate præfatæ Eccleſiæ, & Canonicis ſingulis tunc reſidentibus in dicta Eccleſia, ac noſtris militibus, videlicet D. Pandulfo de Vallata, D. Joanne de fons, D. Landulfo Saraceno de Tranſaquis, D. Simeone de Agello, & D. Riccardo de Albe militibus, & Conſiliariis, & Collateralibus noſtris omnibus prædictam excommunicationem ſacratam à nobis, & prædicto D. Epiſcopo, & Apoſtolico Legato ante maius altare dictæ Eccleſiæ S. Cæſidii, & reſponſum ab omnibus fuit, Amen. Hanc chartulam, quam obtulit de præmiſſis omnibus præfatus Comes inveſtivit. Et hoc actũ & ſcriptum in Tranſaquis à me Roberto de Celano notario, & ſcriptore mihi à prædicto D. Creſcentio Comite iubente, & rogante, anno, menſe, die, & indictione prædictis, & meum ſignum conſuetum proprium feci. Signum † Roberti.

Signum † manu prædicti Domini Comitis Creſcentii.

† Signum manu D. Berardi Marſicanorum Epiſcopi, qui donationem, & excommunicationem ſacravit.

† Signũ manu D. Pandulphi, qui de præmiſſis fuit præſ.

† Sign. manu D. Joannis de fõs, qui ad omnia prem. præſ. fuit.

† Sig. manu D. Landulfi, qui ſupra ad omnia præm. præſ. fuit.

† Signũ manu D. Simeonis, qui ad præmiſſa præſ. fuit.

† Signum manu D. Riccardi, qui ad præd. omnia rog. fuit.

12. BERNARDUS Marſorum fuit Epiſcopus ann. 1155 (1). interfuitque dedicationi cujuſdam Eccleſiæ S. Victoris Reatinæ diœceſis anno 1156. *Bernardum iſtum, ſive Berardum, S. Berardo ſucceſſiſſe ann. 1130. quidam autumant. Sed ex quadam brevi hiſtoria litigii, quod exagitatum eſt inter Clericos S. Joannis, & S. Sabinæ matricis Marſorum Epiſcopatus, Eugenio III. ſedẽte, creditur ſub eodẽ Põtifice Epiſcopatũ iniiſſe multo poſt tẽpore. Hiſtoriã hic exſcribam ex veteri membranacea chartula, cũ ſatis pulchra ſit, tametſi inculto ſtylo, ut illa ferebat ætas, conſcripta. XIII.

* Ex App. p. 9.

℟ Solent multorum facta oblivioni, niſi de recenti ſcribantur. Inde eſt, quod congruum fore duximus, quæ tempore D. Berardi Epiſcopi inter Eccleſiam S. Sabinæ, & S. Joannis accidere, ſummatim ſcribere. Primo itaq; anno ordinationis ejus, feria quinta in Cœna Domini, ſecundum conſuetudinem tam Clerici S. Joannis, quam totius Epiſcopatus ad Eccleſiam S. Sabinæ convenere. Cumque ſolemnia celebrarentur, Canonici S. Joannis hoſtias ad altare ſacrandas, & plebanis dominandi ambitione diſtribuendas obtulere. Et quia D. Epiſcopus tunc uſque ad mortem patiebatur, id patienter toleratum fuit. Celebratis itaque ſolemniis, ſanctum Chriſma ex more per ſingulas plebes, coadunatis totius Epiſcopatus plebanis, Canonici S. Sabinæ diſtribuere cœperunt. Quod videntes Domnus Raymundus, & Ing. qui dicebatur Præpoſitus ægrè tulere, ita quod primum ipſi Chriſmatis diſtributori Ioanni Berardi injurias, deinde plebanis cum injuriis, & minis verbera intulere. Et quia de ampullis S. Ioannis Chriſma non tulerant, fractis ampullis, quod dici nefas eſt, Chriſma effudere. Et in Paſchalia exenia Epiſcopo in Eccleſia S. Sabinæ patienti afferrentur, obliti fidelitate plebanis præcipiendo ſuaſere, & quia ... D. Epiſcopo mediante, nullum exinde paſſi ſunt. Alio anno cuidam homini de Eccleſia S. Nicolai de Nerſe, cui præerat quidã S. Sabinæ Canonicus Raynaldus nomine, quas pro Chriſmate ferebat, ampullas cum capſis ſuis abſtulere, de quibus omnib. juſtitiam facere noluere. Quamobrem S. Sabinæ Canonici ad pedes Romanæ Eccleſię querelas deponere diſpoſuere. Quod præſentientes S. Ioannis Clerici, ut prohiberent, Comiti perſuaſere, & ſic ad D. Epiſcopum pro juſtitia accipienda ſemper conclamare S. Sabinæ fratres nõ ceſſabant, quorum clamores in ſubſequenti an. D. Epiſcopus ſedare promittebat. Adveniente igitur quinta feria

(1) Bernardus iſte a Phœbonio proximè collocatur poſt S. Berardum in hac ſerie. Ex veteri tamen membranacea chartula ab Ughello relata deprehenditur multo poſt tempore ab obitu S. Berardi, videlicet an. 1143. ſedisſe in Marſorum Cathedra. [illegible] enim anno quo litigium accidit inter Canonicos S. Sabinæ, & eos S. Joannis dicitur primo ordinationis ejus [illegible] [illegible] Epiſcopali regimine ſacra ordinatione nondum interveniente, quod non inſuetum erat illis temporibus, quibus facile admovebantur Eccleſiarum gubernatis [illegible] ætate [illegible], jure tamen natalium potentes. *Ed.*)

A feriu, quæ S. Chriſma conſecratur, celebratis ſolemniis ex more, de ampulla S. Joannis ablitus permiſſione juſtitiam S. Sabinæ conculcans, propria manu ipſe Dominus Sanctum Chriſma diſtribuit, unde tanto dolore Canonici S. Sabinæ repleti ſunt, quod ea die, nec mandatum, nec aliquod officium præter altarium expoliationes in Eccleſiam factū fuit. Quod videns D. Epiſcopus ad eorum conſolationem ipſo Paſchali feſto, cum eis manſit. Id vero S. Ioãnis Clerici præſentientes, iniqua cogitatione, modo ad Comitem, modò ad milites ibant, hinc inde per vicos, & plateas ipſa Reſurrectionis die clamātes, & dicentes; Succurrite matri veſtræ Eccleſiæ S. Joannis, quam Epiſcopus, & Canonici S. Sabinæ deſtruere nituntur. Qui audito hoc, iniquum invenere conſilium, ſicut in ſubſequenti oſtenditur; callidè, doloſè, & fraudulenter ad Epiſcopum milites miſere, qui ſuaderent illi, ut qui non venerat die Reſurrectionis, ſecunda feria poſt Reſurrectionis diem ad officium faciendum veniret. Hoc autem non propter officiū, ſed ut ſibi, & fratribus ſuis, proprio auctore, vituperium inferrēt, agebant. Unde factum eſt, quod D. Epiſcopo eunte ad Eccleſiam S. Joannis, & Clericis. ita quod in terram alios proiecere, alios pugnis, & contumeliis verberavere, & Epiſcopum B Miſſam cantare, & loqui ad populum non permiſere, ac eidem nullam reverentiam intulere, ſicq; factum eſt, ut dum Epiſcopus loqui volebat, ſecundum quod à Clericis commoniti erant, manibus plaudentes omnes in eum, & fratres ejus clamabāt dicentes, ut ita dicam, Acri, Acri. & loqui nō poſſent, egreſſi foras Epiſcopus, & fratres ejus injuriis, & contumeliis afflicti redire nitebantur. Quid multa? percuſſo Gilberto Diacono, qui Epiſcopum ducebat, ab inferiori gradu ſcalarum uſque ad ſcamnum ante Eccleſiæ januam Epiſcopus violenter reductus eſt, & ſic mala malis adjicientes, volentes palliare, quæ commiſerant, Epiſcopi manus, & os oſculati ſunt. Hac pace facta poſt bellum, licet nolens cum eis Epiſcopus manſit, & ſic verberati, & lapidibus obruti, qui cum Epiſcopo iverāt, Canonici reverſi ſunt. Cœpere poſtmodum tam apud Epiſcopum quam apud Comitem Canonici S. Sabinæ ſuper his querelas deponere, qui id compoſuere, ut id in Dominorū Tiburtini, Furconenſis, Pinnenſis, atq; Valvenſis Epiſcoporum judicio finiretur. Convocatis ergo, & coadunatis in ultima hebdomada Maji Epiſcopis apud Eccleſiam S. Sabinæ, ubi erat & Joannes Signenſis Epiſcopus, qui ejuſdem Eccleſiæ Canonicus erat, C mendaciis compoſitas Clerici S. Joannis coram Epiſcopis litteras recitavere. Quæ cum audiſſent Canonici S. Sabinæ ſingulis capitulis rationabiliter reſponderunt. Et inter multa à rivo Argentellæ uſq; ad Siſaram ab Epiſcopo Pandulfo ſibi conceſſum eſſe ſub excommunicationis vinculo dicebant, & uſque ad præſens tempus videtur. in tenimento eſſe offerebant, & per ſingulas plebes infra hoc fines poſitas Chriſma diſtribuere inverecunda fronte affirmabant. Quæ omnia falſa eſſe hac ratione S. Sabinæ Canonici comprobavere: Primum Imperatorum præcepta oſtendere, in quibus non ſolum Eccleſia S. Joannis, ſed quicquid ipſa in terris, & vineis, & in ſervis poſſidet, antequam ipſa Eccleſia fundaretur juris ejuſdem Eccleſiæ eſſe manifeſtè continebatur. Deinde privilegia, Romanorum Pontificum tam Pandulfo Epiſcopo, quam multis aliis Epiſcopis ad honorem B. Sabinæ facta oſtendere, in quibus continebantur omnes Eccleſiæ ſibi pertinentes, & ipſa S. Ioannis Eccleſia, & ut Eccleſia S. Sabinæ matrix, ut hactenus, perpetuo haberetur. Deinde omnes ferè plebani, & boni Clerici ejuſdem Epiſcopatus hæc teſtabantur: ex quo nati ſumus non audivimus dici, quod aliqua Eccleſia, vel Clericus hujus Epiſcopatus aliquid debeat Eccle- D ſiæ S. Joannis, & miramur, qua fronte hoc aſſerunt, cum nil aliud nos ipſis, quam ipſi nobis debeant; Ipſi enim ut nos ſacramento Eccleſiæ S. Sabinæ tenentur. Cumque hæc, & alia multa legerentur, recitarentur, & teſtarentur coram Epiſcopis præcepere utrique parti, ut cauſam iurarent. Quid prorſus Clerici S. Joannis tenuerunt. Tandem habito conſilio, hoc conſilium D. Marſicano Epiſcopo, Epiſcopus Tiburtinus, Furconenſis, & Valvenſis coram omnibus fere Clericis ejuſdem Epiſcopatus, & multis laicis in hæc verba dedere: Domine Epiſcope, nos videmus quia tui clerici S. Joannis obedire renuunt, & quia de juſtitia non confidunt propter offenſas, quas huic Eccleſiæ, & injurias, quas fratribus tuis intulere, cauſā intrare renuunt; conſilium tibi damus, ut omnia exenia, præter quæ in feſto S. Sabinæ afferrentur, ubicumque tibi placuerit. . . . juriſdictioni reddantur. Decimas & mortuorum oblationes ad tui utilitatem ubicunque . . . . per E-

A piſcopatum condunentur. Ampulla vero donec D. Papa Eugenius redeat, quamvis inutiles, & extra Sanctorum rationem videantur, dua facrentur. De ampulla S. Joannis duabus tantum Plebibus, S. Felicis ſcilicet, & S. Putite; de ampulla vero S. Sabinæ, ſicut ratio exigit, vel manu propria, vel per quem fratrum tuorum canonicorum tibi placuerit, per totum alium Epiſcopatum chriſma diſtribuatur. Quo audito reſpondit D. Marſicanus Epiſcopus: Quoniam fratres illi mihi non obedientes judicium veſtrum ſubterfugere, & nec mihi, nec huic Eccleſiæ ſatisfacere voluere, quod mihi conſilium datis, proculdubio id agere, & tenere me amodo Domino propitio noveritis, irrefragabiliter, & ſic coram ipſis Epiſcopis, & omnibus ſupradictis, ſummatim ſcriptum eſt. Hoc autem eſt anno 1148. Ind. XI. anno Pontificatus Dom. Eugenii III. Papæ V.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Oderiſio Præpoſito, & Canonicis Eccleſiæ S. Sabinæ Marſicanæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

B Ne oblivionis obſcuritas humanis mentibus ingeratur, quod ſuper cauſarum litigiis judicatum fuerit, ſcripturæ debent memoriæ commendari, ut per hoc habeat ſecutura poſteritas, quod in futuris temporibus evidenter agnoſcat. Quocirca qualiter controverſia, quæ inter vos, & clericos Eccleſiæ B. Joannis ſuper conſecrando oleo diutius fuerit agitata, per noſtram ſententiam fuerit terminata, præſentis ſcripti ſerie præcepimus annotari. Clerici ſiquidem B. Joannis aſſerebant, quod Marſicanus Epiſcopus deberet eis ſegregatam ampullam unam olei conſecrare, aſtruentes, quod ampullam ipſam ex antiqua conſuetudine à Marſicano Epiſcopo percepiſſent. Vos autem contra hoc reſpondentes dicebatis, quod quamvis in eadem Eccleſia fuerit facta, Siginulfus à Biberto Ludovico ibi intruſus, hoc primum contra juſtitiam introduxit, & hoc SS. Patrum inſtitutis, & venerandis Canonibus omnino dignoſcitur eſſe contrarium. Nos igitur, quia petitionem eorum ſuperſtitioſam eſſe cognovimus, & principium ipſum ex maxima ſuperbia proceſſiſſe, communicato fratrum noſtrorum conſilio exinde judicamus, ut de C cætero una tantum ampulla olei in Matrici Eccleſia B. Sabinæ conſecretur, & tam per Eccleſiam B. Joannis, quam per alias, ſicut juſtum eſt, æqualiter dividatur, & ita firmum, & inconvulſum futuris temporibus in perpetuum modis omnibus obſervetur; Si vero oleum ipſum recipere prædicti Clerici fortè noluerint, Marſicanus Epiſcopus eos, tanquam contemptores, atque rebelles ſevera animadverſione coerceat. Datum Ferentini 8. Idus Junii, Indict. 14. Incarnat. Dom. anno 1151. Pontificatus D. noſtri Eugenii Papæ III. anno 7.

13. *BENEDICTUS Marſorum erat Epiſcopus anno 1178. (1) ut ex ſententia Guillelmi Regis ad favorem Eccleſiæ Marſorum prolata contra Oddonem de Celano quondam Comitis Raynaldi filium, quorundam bonorum ejuſdem Eccleſiæ invaſorem, quam ipſiſſimis verbis exhibemus à ſuo originali, quod extat in eodem tabulario. XIV. * Ex App. tom. 9.

Anno Dom. Incarn. 1178. m. Januarii, Ind. 7. Regni vero noſtri D. Guilelmi Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, anno octavo feliciter. Amen.

D Nos Guilelmus Dei gratia Panormitanus Archiepiſcopus, & D. Regis familiaris, & Mattheus D. Regis Vicecancellarius, & Bartholomæus Dei & Regia gratia Agrigentinus Epiſcopus, & Dom. Regis familiaris, per hoc præſens ſcriptum declaramus, quod vener. Epiſcopi Joannes Signinus, & Benedictus Marſorum cum quibuſdam Canonicis ſuis . . venientes coram nobis querimoniam depoſuerunt dicentes, quod Oddo de Celano innumeris gravaminibus, injuſtis directionibus, exactionibus multis Eccleſiam S. Sabinæ, homines ſuos, & Eccleſias ſibi ſubditas moleſtabat, & jugi perſecutione vexabat. Oddo vero in noſtra præſentia conſtitutus juſſu noſtro in omnibus objectis ſibi reſpondit dicens, quod Eccleſiam Marſicanam, Eccleſiaſque ſibi ſubditas nunquam in aliquo vexabat, ejuſque homines in nulla directione compreſſit, præterquam de eo, quod ab eadem Eccleſia percipere ſolebat, & ſibi de jure opinabatur deberi; con-

(1) Hic ille, qui interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Victoriæ Mentinæ diœceſis, ut ex ipſa inſcriptione ab Ughello allata in ſerie Mentinorum, qui in hac ſerie vice Benedicti [illegible] Beraldum aſſumit. *Luc.*

contra hoc vero præfati vener. Epiſcopi cum omni juſtitia allegabant, dicentes, quod Eccleſia Marſicana nullis conditionibus, ſeu prætenſionibus ſibi fuiſſet obnoxia, cum & de jure communi, & conſuetudine longa ſuis titulis, propriaque libertate gauderet: cumque hinc inde multæ altercationes haberentur: ambæ partes interventu amicorum ſuorum Curiam exorarunt, quatenus conaremur eos de ſupradictis quæſtionibus concordare. Nos verò ex parte Regia illud eis conceſſimus, impetrataque licentia concordata ſcilicet inter ſe, & concordiam, quam inter ſe contraxerant, nobis repræſentarunt; Nos vero cum utrique parti placeret, Regia auctoritate illam firmavimus, & eandem concordiam D. noſtro glorioſiſſimo Regi retulimus, & dum in ſolio majeſtatis ſuæ reſideret feliciter utraque præſente, ipſam concordiam ratam & firmã juſſit haberi. Contractæ quidem concordiæ modus hic eſt, videlicet. Quod prænominatus Oddo reliquit .. dimiſit in manu Benedicti Marſorum Epiſcopi omnia in Eccleſia Marſicana, & hominibus ejus ſe credebat habere excepto, ſi quid in Eccleſiis matricibus, & Eccleſia ſibi ſubditis juſte & rationabiliter ſibi deberc probaverit, quibus .. ſuis remiſit temporum meſſis, cuſtodiam arcarum reſtituit Eccleſiæ B. Savinæ, molituram vallis Carreti juxta tenorem inſtrumenti, quod olim pater ſuus inde fecerat B. Berardo: pepigit etiam, & promiſit, quod ab hac hora in antea matricem Eccleſiam B. Savinæ, & univerſos homines ſuos liberos, & abſolutos ab omni exactione perpetuo quietos dimittat, nullam in eos quoque modo, qualibet occaſione moleſtiam ingerat, vel ingeri faciat, nullum præſtabit impedimentum, quo ipſa Eccleſia juſtitias ubicunque ſibi debitas minus percipiat .. decimas, oblationes vivorum, & mortuorum ſepulturas, irrigationes terrarum, paſcua, piſcationes, & omnes alias commoditates tam ipſa Eccleſia, quam ſui homines, & prædictæ Eccleſiæ ſibi ſubditæ de cætero habeant in pace, & in omni libertate fruantur, nullo impedimento, vel diſturbatione omnia hæc, aut ſupradicta omnia ſine diminutione ... obligavit ſe, ſuoſque hæredes, ut ſi in aliquo tempore concordiam, & pacta prædicta infringere, vel evacuare præſumpſerint, componant Regiæ Curiæ libras auri 50. ipſa concordia firma, & inconcuſſa manente. Ad hujus autem concordiæ firmitatem conceſſu, & rogatu utriuſque partis, & in ſimilia ſcripta per manus Joannis de Melfia Regii Notarii inſimul ſcribi & manuum noſtrarum & ipſius Oddonis ſubſcriptione firmari, quorũ unũ præcepimus Marſicano Epiſcopo venerabili tradi, alterutrũ ipſi Oddoni, & tertiũ in ſacra aula Regia reponi.

Data in urbe felici Panormi anno, m. Ind. præſcriptis,
Ego Guillelmus Panormitanus Archiep.
Ego Bartholomæus Agrigentin. Epiſcopus.
Ego Matthæus D. Regis Vicecancellarius.
Ego Oddo de Celano filius quondam Comitis Raynaldi ſcribi rogavi, & propria manu firmavi.

Benedictus autem Epiſcopus eodem anno 1178. ab Incarnatione, vel initio ſubſequentis mortuus creditur, cum Zacharias ejus ſucceſſor eodem anno 1179. in Lateranenſi in Concilio ſubſcriptus reperiatur.

XV. 14. (t) ZACHARIAS, Lateranẽſis Concilii ſub Alexand. III. decreta ſubſcripſit anno 1179.* Zacharias Benedicti ſucceſſor litem habuit cum Gentile de Palearia pro Eccleſia S. Bartholomæi de Avezzano, quę de mandato Vvillelmi Regis Siciliæ ſedata fuit Capuæ anno 1182. à Judicibus ab ipſo Rege in hujuſmodi negotio conſtitutis, ac in publicis tabulis redacta, in Archivio Marſicanæ Eccleſiæ aſſervabatur. Sed cum dubitaret propter vetuſtatem aliquando poſſe conſumi, Thomas Marſicanus Epiſcopus an. 1363. in publicam formam, auctoritate Ioannæ Primæ Reginæ, ab ipſo autographo exſcribi, & confirmari fecit. Authenticum hoc documentum hœdina charta conſcriptum, vetuſtate laborans, multis in locis exeſum vidimus in multis ita lacerum, ut vix multis lacunis oppletum ſenſum habere quis poſſit; tamen utcumq; ſit, viſum fuit hic attexere, ut ſaltem pauca illa, quæ legi potuerunt conſerventur verba; ſic enim ſe habent.

In Dei nomine Amen. Anno Dom. 1363. Regnante Excell. D. noſtra Ioanna Dei gratia inclyta Hieruſalem & Siciliæ Regina, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & Forchalquerii & Pedemontis Comitiſſa, Regnorũ vero eius anno 20. die .. menſis Ianuarii I. Ind. apud Avezzanum in Eccleſia S. Bartholomæi de dicta Terra.

Nos Lucatellus de S. Antonio annalis Judex dictæ terræ Avezzani, Philippus ſer Benedicto publicus ejuſdem terræ regia auctoritate Notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati ſpecialiter & rogati, vid. Judex Joannes de Perono, Abbas Nicolaus de Biſineo, Notarius Paulus de Avezzano, Petrus Notarii Andreæ de eadẽ terra, & Andreas Lane de Avezzano præſenti publico ſcripto declaramus, notũ facimus, & teſtamur quod vocatis nobis qui ſupra Judice, Notar. & teſtibus ad præſentiã venerab. viri Abbatis Joannis de Curcarmello Vicarii Rever. in Chriſto Patris, & D. D. Thomæ Epiſcop. Marſ. Abbas Angelus de Nito, D. Andreas Diaconus, Benedictus & Abbas Jacobus de Avezzano Canonici Eccleſiæ S. Bartholomæi de Avezzano, aſſerentes in dicta eorum Eccleſia eſſe quoddam inſtrumentum, ſeu privilegium utile & neceſſarium dictæ Eccleſiæ, dubitantes dictum inſtrumentum poſſe propter vetuſtatem conſumi, vel alio caſu, & eventu deperire, ideo nec non de ipſo, & ejus tenore pereat memoria in futurum, & per incertudinem ipſius, & contentorum in eo, dictum inſtrumentum præſentaverunt coram nobis Judice, Notario, & teſtibus cum auctoritate Vicarii prælibati & . . . : Judicis ordinarii terræ Avezzani in ſpiritualibus pro parte dicti Epiſcopi prælibati reaſſumi, & in publicam formam redigi, ut eandem vim cum originali obtineat, quod inſtrumentum vidimus, legimus, inſpeximus, & perquiſivimus diligenter, & invenimus non abolitum, non cancellatum, non abraſum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectũ, ſed in propria figura eadẽ manu conſiſtens, ſubſcriptionibus teſtiũ ſcriptũ, & erat per omnia cujus tenoris.

In nomine D. N. J. Chriſti.

Anno ab Incarn. 1182. XV. anno Regni D. Villelmi II. glorioſiſſimi Regis; menſe Febr. 17. die ejuſdem menſis, Indict. 15. Dom. Roberto Dei & Regia gratia Caſertano Comite & magno Comeſtabulo, & magiſtro Juſtitiario totius Apuliæ, & Terræ Laboris Capuæ Curiam tenente.

Reſidentibus nobis Ioanne magiſtro Iudice, Alexandro, Ioanne Leone, Ioanne Iudicibus ſupradictis civitatis, necnon & præſentibus Dom. Rano vel Raulo venerab. Theanenſi Epiſcopo, & D. Ponſileo, vel Pontilio, ſeu Porfirio, vener. Caſertæ Epiſcopo, ex lite quæ vertebatur inter D. Zachariam vener. Marſicanum Epiſcopum, & D. Gentilem de Palearea pro Eccleſia S. Bartholomæi de Avezzano, idem D. Epiſcopus ſuper eodem negotio literas Sereniſſimæ Regiæ majeſtatis obtinuit, & Curiæ præfatæ repræſentavit. Mag. Comeſtab. & Magiſtro Juſtitiario Apuliæ & Terræ Laboris fidelibus ſuis ſalutem ſpeciales, & dilecti, ut ex ejus continentia, Vvillelmus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ. Tancredo .. & Roberto Caſert. Comit. magnis Comeſtab. & magiſtris Juſtitiariis Apuliæ & Terræ Laboris fidelibus ſuis ſalutem, & dilectionem. Zacharias Marſicanus Epiſcopus fidelis noſter Panormi ad Curiam noſtram veniens oſtendit majeſtati noſtræ dicens, quod Gentilis de Palearea vendicat in demanium .. Marſicani Epiſcopatus, videl. Eccleſiam S. Bartholomæi, quæ ſita eſt in terra ipſius Gentilis, & percipit & exportat ad uſum .. dominium, & poſſeſſionem ipſius Gentilis, Abbas, & Canonici prædictæ Eccleſiæ pro eorum ſubſtentatione conſueverunt, quod ſicut ipſe Epiſcopus aſſerit .. & tandem ab Eccleſia ejecit, & alii ataꝺi pervenit ad Eccleſiam dimiſerant, & ſuper Eccleſiam .. tam in ſpiritualibus, quam temporalibus .. mandamus fidelitati veſtræ & præcipimus Rever. præſenti Epiſcopo eundem prædictum præſentialem ante vos venire faciatis, & adhibeatis . . . . differentiam audiatis, & ra-

(t) Joannem Signinum ex Canonico Marſorum Epiſcopum dicit in ſua ſerie Phœbonius, talemque fuiſſe deducit ex inſtantia facta coram Rege Siciliæ contra Comitem Celani pro juribus hujus Eccleſiæ an. 1170. ut ipſe ſcribit: at plurimùm decipitur: Inſtantia ſiquidem fuit ex duplici perſona, expreſſe ut habetur in inſtrumento emanatæ ſententiæ apud Ughellum in laudata appendice, ubi ſic legimus: *Per hoc præſens ſcriptum declaramus, quod Venerabiles Epiſcopi Joannes Signinus, & Benedictus Marſorum cum quibuſdam Canonicis ſuis venientes coram nobis depoſuerunt &c.* Ex quibus apertè dignoſcitur; Joannem Signinum fuiſſe, non Marſicanum Epiſcopum. Quo titulo proceſſerit coram Rege pro juribus alienæ Eccleſiæ, hoc novum non eſt, in Provincia novum Epiſcopum alterius jura tueri conſueviſſe, & de hoc Joanne æqualitas neduum. ſed jura ita imperabant, cum ipſe in Marſorum Eccleſia Canonicatum tenuiſſet. & hæc ille, qui S. Berardi Diſcipulus Magiſtri ſui Vitam deſcripſit, quam refert Ughellus, & nos de eo in Signinis enunciabimus. Hæc evenere an. 1178. quare alter Benedictus poſt Joannem adſtipulatus in Catalogo Phœbonii delendus eſt. *Lucentius*.

A & rationes prout idem Epiſcopus oſtendit pro Eccleſia ipſa, & ſimiliter rationes Gentilis de Palearea pro ſe oſtendet, & pro ipſa Eccleſia juſto & rationabiliter habere debet ipſa Eccleſia pro ea . . oſtendat & probet, quod juſte & rationabiliter debet de prædictis hominibus & tenimentis ejuſdem Eccleſiæ ſimiliter debet juſtè, & . . quod tenet . . dominationis noſtra in ſpecie datum eſt aperte & diſtincto ſignificet . . in ſpecie dictum eſt . . ipſa . . . . reſpondeat de Eccleſia ipſa tranſigeret cum eodem Epiſcopo, pro qua tranſactione idem Dominus Epiſcopus & Judex . . . . . . Eccleſia & ipſa . . . . uſum & antiquam conſuetudinem faciebat . . . . . . ſuper quibus ne in multis offens litigis . . . . utraque partes ad concordiam, & conventionem hanc devenerunt, ex quo d. Abbas inſtitueretur ab Epiſcopo. . . . . . . S. Bartholomæi de perſona Clericorum, & Canonicorum & Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ & Epiſcopo, ſcilicet ut . . . D. Gentilis repræſentatorum, ut ab eo ſicut dictum eſt inſtituendorum . . . . . dummodo de juris

B dicta Eccleſia S. Bartholomæi participent meliorem vineam in ſtartionem . . . . terrarum ſeu vinearum dividantur D. Gentilis per medium cum Eccleſia, & D. Epiſcopus recipiat omne quod vo . . . . eſt domum D. Gentilis, de quibus ſingulariter reddit decimam ipſi Eccleſiæ, & pro angariis . . . . & ut Domino . . . . . . vineam quarta ſimila utilem decimam pro antiquario duas libras ceræ. Partem utramque . . . . Eccleſia S. Bartholomæi in caſtro de Ceto non moleſtari eadem Eccleſiam parte, & per . . . . . Excepta cuſtodia, quam habebit Dominus . . . . . . D. Gentilis eandem Eccleſiam accipiet de lignis ipſius boſci pro reſtauratione . . . . eidem Gentilis haberet in collectam ejuſdem S. Mariæ de Agoſto pariter ibi ſine habitatulo & . . . . eidem & jurabit inſtrumento poſſident De . . . . . ſicut tenebatur . . . . idem D. Gentilis & filius & nepos in March. Marſ. Epiſcopi in demanium . . . . . . ipſi Eccleſiæ, ſicut . . . .

C poſſideat omnes poſſeſſiones ipſas, verum ſi attigerit in . . . . ipſa Eccleſia fuerat ſimiliter ſicut veſtem, & omnia poteſtatem ipſi Eccleſiæ. . . . memoriam effugerit duo ſimul inſtrumenta convenienter & concordia ſcribi fecimus . . . . quoniam alterum D. Gentili aſſignandum Riccardo Curia Notario alterum prælibato ven. Epiſcopo aſſignetur . . . . . . Actum Capue.

Ego Joannes Magiſtro Index.
Ego Alexander Iudex.
Ego Ioannes Iudex.
Ego Ioannes Iudex.
Ego Leo Iudex.

XVI. (,, THOMAS ſubſequitur apud Phœbonium, qui ,, favorabilem ſententiã retulit ab Innocentio III. Luc.)

XVII. 15. INGEAMUS Epiſcopus Marſorum a, Teſtis donationis Comitis Petri de Celano Eccleſiæ S. Cæſidii, quæ ſita eſt in caſtello Tranſaquis anno 1198. 1. Apr. Donatio ex originali deprompta eſt hujuſmodi.

a Huic ſcribit Innocentius III. c. 6. de Conditionibus.

In nomine Domini æterni Dei. Anno Dominicæ Incarnationis 1198. menſis Aprilis, 1a die 1.

D Nos Comes Petrus de Celano quondam Berardi Comitis filius hac die præſenti libero arbitrio ſpontanea voluntate pro redemptione animæ meæ, noſtrumque parentum concedimus, & confirmamus pro nobis, noſtriſque hæredibus Eccleſiæ S. Caſidii, quæ ſita eſt in caſtello Tranſaquis per manus D. Raynaldi Ven. ejuſdem Eccleſiæ Abbatis, præſentibus Canonicis ipſius Eccleſiæ presbyteris, Thaddæo presbytero, Petro Sacriſta, Presbytero Petri Antonii, Diacono Petro Deatzo, Diacono Giſo, Ioanne de Melo diacono, Andrea Bonello diacono, Helia Petri ſubdiacono, Petro Benedicti ſubdiacono, Andrea de Villa ſubdiacono, Benedicto Azonic ſubdiacono, Egidio ſubdiacono, Piſcationes in lacu Fucino cum introitu, & exitu, & cum omnibus ſuis pertinentibus in loco ubi Macerola dicitur, quæ tales habent affines, ab uno latere via de Avezzano, ab alio latere girata, quæ vocatur trecarom. Ut ipſa giratas prænominata Eccleſia in perpetuum teneat, ha-

A beat, poſſideat eo jure, & tenore, quo Comes quondam Rogerius Andreæ ipſas Piſcationes jam dictæ Eccleſiæ dedit eo tempore, quo tenebat Comitatum Albæ, & ſicut continetur in inſtrumento, quod idem Comes Rogerius præfato Eccleſiæ fieri fecit, nulla reſervata conditione, quod inſtrumentum coram nobis repræſentatum, & lectum fuit. Ut autem hæc noſtræ conceſſionis, & confirmationis pagina ſemper firma, & inconvulſa permaneat, hoc inſtrumentum coram ſubſcriptis teſtibus per manus Celalli Iudicis, & Notarii ſcribi, & reddi juſſimus. Teſtes rogati hi ſunt.

D. Ingeãus Vener. Marſorum Epiſc. rogatus teſtis.
Magiſter Benedictus D. Comitis Bajulus rogat. teſtis.
Berardus Elialis filius rogatus teſtis.
Ego Celallius Index, & Notarius rogatus ab utraque parte coram prædictis teſtibus hoc inſtrumentum propria manu ſcripſi, & ſignum feci.

Locus † Signi.

(,, JOANNES abſtinere jubetur à perturbandis ,, juribus Caſinenſis Abbatis an. 1230. Eccleſiam dica- XVIII

B ,, vit Apoſtolo Petro in Apiniacis, et ex ſequentibus ,, conſtat verſiculis a Phœbonio relatis,
,, Anni milleni duceneni jam bene pleni
,, Mundo bis quini currebant ordine trini;
,, Pontificum Princeps, cœlorum elaviferalme.
,, Hoc à Joanne novum ſuſcipe Simon opus.
,, Et qua ex altaris rutilanti tegmine factum.
,, Et tibi Petri, ſimul clerus, & ipſe Pater. Luc.)

16. N. Epiſcopo Marſicano ſcribit Greg. IX. anno 1236. de controverſia inter ipſum, & Abbatem Caſæ Marii Ord. Ciſtercien. ſequentem epiſt. in regeſt. Vatic. XIX

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei Epiſcopo Marſicano.
Ea quæ judicio &c. uſque communiri.

SAnè inter te ex parte una, & Abbatem, & Conventum Monaſterii Caſæmarii ex altera ſuper juribus Epiſcopalibus, quæ in S. Nicolai de Capellis, S. Rufini de Archipreta, S. Magni, & S. Nicolai de Caſtulis Eccleſiis tua diœceſis petebat ab eis orta materia quæ-

C ſtionis, tandem tuo, & ipſorum Abbatis, & Conventus Procuratoribus propter hoc in noſtra præſentia conſtitutis, dilecto filio noſtro O. S. Nicolai in carcere Tolliano diac. Cardinali dedimus Auditorem; coram quo libellis diverſis hinc inde porrectis, & lite ſuper præmiſſis legitimè conteſtata, idem Cardinalis viſis, & auditis utriuſque partis confeſſionibus, probationibus, & allegationibus diligenter, receptoque à nobis de ſententia proferenda mandato, eoſdem Abbatem, & Conventum ad præſtanda tibi jure Epiſcopalia in Eccleſiis ſupradictis per diffinitivam ſententiam condemnavit, à petitionibus factis tui prædictorum Abbatis, & Conventus nomine te nihilominus abſolvendo, prout in literis ipſius Cardinalis confectis exinde plenius continetur. Nos igitur ſententiam Cardinalis ejuſdem providè latam ratam habentes ipſam authoritate Apoſtolica con. & ſ. pa. communimus. Tenorem autem literarum ipſarum præſentibus de verbum ad verbo inſeri fecimus ad cautelam, qui talis eſt. In nomine D. N. I. C. Amen. Anno Incarn. ejuſdem 1236. Ind. IX. die Lunæ, 5. die in-

D trante Majo, in præſentia infraſcriptorum teſtium, Ven. Pater Otto, miſeratione divina S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Card. a D. Papa datus auditor in cauſa, quæ vertebatur inter Vener. Patrem . . . . Epiſcopum Marſicanum ex una parte, & religioſos viros Abbatem, & Conventum Caſamaris ex altera, ſententiam protulit in hunc modum. Cum quæſtio verteretur inter Vener. Patrem Epiſcopum Marſicanum ex una parte, & religioſos viros Abbatem, & Conventum Caſamaris, ex altera ſuper juribus Epiſcopalibus S. Nicolai de Capellis, S. Rufini de Archipreta, S. Magni, & S. Nicolai de Caſtulis coram nobis Ottone miſeratione divina S. Nicolai in Carcere Tulliano diacono Card. a D. Papa in auditorem conceſſo, Raynaldus procurator prædicti Epiſcopi, frat. Oderiſio Procuratori eorumdem Abbatis, & Conventus Caſamarii coram nobis libellum obtulit in hunc modum. Petit Raynaldus procurator Epiſcopi Marſicani nomine ejuſdem, ab Abbate, & Conventu Monaſterii Caſa-

ma-

A marii jura Epiſcopalia in Eccleſia S. Nicolai de Capellis, cum ſic ſita in diœceſi Marſicana, ſalvo &c. Item petit nominationem ejuſdem ab Abbate, & Conventu prædictis jura Epiſcopalia in Eccleſia S. Rufini de Archipreta, & in Eccleſiis S. Magni, & S. Nicolai de Caſtulis, cum ſint ſita in diœceſi Marſicana, ſalvo &c. Cui prædictas Oderiſius procurator Abbatis, & Conventus Caſamarii ſic litem conteſtando reſpondit, ſalvo jure reconveniendi, frater Oderiſius procurator Abbatis, & Conventus Monaſterii Caſamarii litem conteſtando reſpondit. Ipſos Abbatem, & Conventum non teneri Epiſcopo Marſicano ſuper juribus Epiſcopalibus, quæ petuntur, ſive quia Eccleſia, in quibus petuntur, non ſunt de diœceſi Marſicana, ſive quia eorum Monaſterium ſuper omnibus, & ſingulis ipſis juribus præſcriptione legitima, & aliis adminiculis eſt munitum, & licet in litis conteſtatione negaverit præmiſſas Eccleſias non eſſe de diœceſi Marſicana, interrogatus tamen in jure, ſic præterea eſt confeſſus. Interrogatus procurator Caſamarii, utram ſint infra Epiſcopatus Marſicani, confitetur, quod ſic. Item frater Petrus procurator Abbatis, &
B Conventus Caſamarii prædictorum, Raynaldo procuratori prædicto libellos obtulit ſub hac forma. A vobis Vener. Pater D. Cardinalis, quem D. Papa dedit partibus auditorem, peto ego frater Petrus nomine Abbatis, & Conventus Monaſterii Caſamarii, quatenus cum idem Monaſterium S. Nicolai de Capellis, S. Rufini de Archipreta, S. Nicolai, & S. Magni de Caſtulis Eccleſias pene in temporalibus, & ſpiritualibus poſſediſſet, vel quaſi, quod ab eo ſuper omnibus, & ſingulis juribus Epiſcopalibus adverſus Epiſcopum Marſicanum, & Eccleſiã Marſicanam legitimè ſit præſcriptum, cum nullum jus ſibi competat in eiſdem; inhibere eidem Epiſcopo, quod ſuper dictis Eccleſiis, & earum juribus aliquid juris, vel juriſdictionis non uſurpet, nec exerceat in eiſdem. Item peto, quatenus cum olim D. Leo Papa auditis, quæ ex parte ipſius Monaſterii nomine Eccleſiæ S. Mariæ de Pertuſo, & ex parte Epiſcopi, & Eccleſiæ Marſicanæ ſuper permutatione Eccleſiarum S. Nicolai de Capellis, & S. Luciæ fuere propoſita coram eo de fratrum conſilio ſententialiter irritaverit permutationem eandem;
C & mandaverit reſtitui à dictis Epiſcopo, & Eccleſia Marſicana, dicto Monaſterio Eccleſiam S. Nicolai cũ pertinentiis ſuis, inſtrumentis, & expenſis neceſſariis, & utilibus, quas feciſſe in Eccleſia S. Luciæ dicebatur, nec adhuc dicta inſtrumenta, vel expreſsè ſint ipſi Monaſterio reſtituta, vel cum uno pare bonum, & una jomaria ab Epiſcop. Marſicano, cum hæc omnia indebite pervenerint ad Epiſcopum, & Eccleſiam Marſicanam, ipſi Monaſterio reſtitui faciatis, & nihilominus ſatisfieri ei ab ipſo Epiſcopo, & Eccleſia Marſicana de expenſis in hujuſmodi negotio jam factis, & etiam uſque ad finem faciendis: factas expenſas æſtimo 40. libras provenien. ſalvo &c. quibus Raynaldus procurator prædictus ſic litem conteſtando reſpondit. Ad primum litem conteſtando reſpondet Raynaldus procurator Epiſcopi Marſicani, narrata vera non eſſe, ut narrantur, & petita fieri non debere. In eundem modum ad ultimum libellum reſpondet. Lite igitur ſuper præmiſſis legitimè conteſtata, nos viſis, & auditis utriuſque partis confeſſionibus, probationibus, & allegationibus diligenter domũ
D deferenda ſententiam a D. Papa mandato recepto, habitoq; conſilio quamplurimorum ſapientum, cum conſtiterit nobis ex confeſſione prædicta, præfatas Eccleſias eſſe ſitas in diœceſi Marſicana, & ex parte altera nihil omnino probatum fuerit, propter quod ad pronunciandum per ea noſtrum poſſemus animum inclinare; Baronem procuratorem prædictorum Abbatis, & Conventus Caſamarii, & per eum ipſos Abbatem, & Conventum ad præſtanda jura Epiſcopalia in prædictis quatuor Eccleſiis in libello expreſſis, quæ Epiſcopi debent habere in Eccleſiis, monaſteriis ſubjectis, prædicto Raynaldo procuratori nomine Epiſcopi memorati, & per eum ipſi Epiſcopo, ſententialiter condemnamus ipſum Rainaldum nomine ſæpefati Epiſcopi, & per eum ipſum Epiſcopum à petitionibus nomine prædictorum Abbatis, & Conventus Caſamarii ſibi factis ſententialiter abſolventes.

Actum Viterbii in palatio S. Mariæ Novæ, præſentibus teſtibus, videlicet

A D. Gregorio de Alatro.

D. Attulino de Barat canonico Parmenſi.

D. Ægidio Priore S. Savini Spoletano dicti domini Cardinalis, & quibuſdam aliis,

Ego Guillermus de Mercorengo ſacri Palatii Notarius huic ſententiæ interfui, & de mandato prædicti vener. patris D. Octoaii Card. eam ſcripſi, & in publicam formam redegi. Ad majorem autem cautelam nos ſupradictus Card. hanc ſententiam fecimus noſtro ſigillo muniri. Nulli ergo &c. ſi quis autem &c. Datum Interamnæ 2. Nonas Junii anno 10.

17. CAESARIUS Epiſcopus Marſorum defunctus eſt Romæ anno 1254. cui ſucceſſit Nicolaus, ex reg. Vatic. XX.

18. NICOLAUS de Celano, ex Præpoſito S. Joannis de Celano electus Epiſcopus ab Innocentio IV. XXI.
confirmatur 1254. 13. Kalendas Julii ep. 746. fol. 103. a15.
eidemq; idem commendat Guidonem Subdiaconum Apoſtolicum in Præpoſitum ejuſdem Eccleſiæ S. Joannis electum epiſt. 747. Confirmatur iterum ab Alexandro IV. Nonas Martii ann. 1. epiſt. 218. fol. 29.

19. S.... MARSORUM Epiſcopus ſub Gregorio X. vita functus eſt circa annum Domini 1275. ex bulla Honorii IV. infra. Hic cum prænotetur littera S. forſitan illi nomen erat Sylveſter, vel Stephanus, ut illis temporibus in moribus erat in publicis ſcripturis ſignandis. XXII.

20. JACOBUM Canonicum Cathedralis, ſupramemorato defuncto, Canonici, Clerusque ſuffecerunt. Cæterum quia Præpoſitus, Capitulumque S. Joannis de Celano electioni, in quam ex antiqua conſuetudine, Apoſtolicis privilegiis jus habebant, haud vocati non interfuerant, proteſtabantur de nullitate, atque ad Romanum Pontificem provocarunt. Gregorius implicitam litem demandavit cognoſcendam Matthæo Urſino Diacono Cardinali. Decem, & eo amplius annos pertinaciſsima lis tenuit, cumque Præpoſitus, Clericaliſq; Senatus de Celano jure ſuo non modo ceſſiſſent, ſed etiam apud Honorium IV. XXIII
C qui ſucceſſerat, in favorem Jacobi quondam electi preces adhibuiſſent, electionem iterum per tres Cardinales examinatam, Pontifex ratam eſſe juſſit, conſecraudumque curavit electum per Epiſcopum Cardinalem Prænestinum anno 1286. ut ſequens bulla prodit, eruta ex originali.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diœceſis Marſicanæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

INter varias ſollicitudines quæ &c. Sanè dudum Eccleſia Marſicana per mortem bonæ mem. S. Epiſcopi Marſicani Paſtoris ſolatio deſtituta dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ die ad eligendum Paſtorem præfixa, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerint, & potuerint commodè intereſſe, Spiritus S. gratia invocata, Vener. fratrem noſtrum Jacobum Epiſcopum, tunc canonicum Marſicanum canonicè, & concorditer elegerunt, ſed poſtmodum Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ S. Joannis de Celano Marſicanæ Diœceſis prætendentibus electioni hujuſmodi Epiſcopi celebrandæ in eadem Eccleſia, quoties illam contigit Paſtore carere, tam de antiqua, & approbata conſuetudine, & hactenus pacificè obſervata, quàm ex indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, & intereſſe debere, ac prædeceſſores eorum fuiſſe in hujuſmodi viris eligendis poſſeſſione, vel quaſi a tempore, cujus memoria non exiſtit, & quam idem capitulum poſt appellationem legitimam ab eiſdem Præpoſito, & capitulo, ne ad electionem procederent ſine ipſis, ut aſſerunt ad ſedem Apoſtolicam legitimè interiectam, dictũ Jacobum ipſis contemptis, & irrequiſitis, qui requiri, ut prætendebant, commode poterant, & de iure debebant; in eorum præiudicium eligere præſumpſerint. in Epiſcopum Marſicanum, & ſe propter hæc ad ſedem iterato appellaſſe . . . . . . cauſa quoque quæ ſuper hac inter Præpoſitum, & capitulum S. Joannis prædictos ex parte una, & capitulum Marſicanum ex parte altera orta exiſtit, ad ſedem ipſam per appellationem hujuſmodi legitimè devoluta, felic. record. Gregorius Papa X. prædeceſſor

noſter.

A *noſter dilectum filium noſtrum m. S. Maria in Porticu Diatonum Card. dedit in cauſa ipſa partibus Auditorem. Cumque tandem in cauſa huiuſmodi poſt habitos in ipſa coram eodem Cardinali proceſſus fuiſſet à partibus ipſis concluſum, Prapoſitus, & capitulum S. Joannes præfati nobis humiliter ſupplicarunt, ut huiuſmodi electionem de ipſo factam, tamquam canonicam, & de perſona idonea canonicè celebratam, iure, ſi quod eis in electione Marſicani Epiſcopi competit, in poſterum reſervato, confirmare miſericorditer dignaremur. Nos igitur huiuſmodi Prapoſiti, & Capituli prædictorum, qui ad præfatam Eccleſiam Marſicanam ob diuturnam vacationem ipſius affectum debitæ compaſſionis habebant, in Domino commendantes, eorum ſupplicationibus inclinati præfato nobis huiuſmodi electionis decreto, tam electionem ipſam, quam d. I. apud ſedem Apoſtolicam conſtitutum per vener. fratrem B. Portuenſem Epiſcopum, ac dilectos filios noſtros G. tit. S. Martini presbyterum, & dictum M. S. Maria in Porticu Diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter; & quia ex eorum relatione fideli invenimus electionem eamdem canonicam, & de perſona idonea canonicè celebratam, ipſam ſine iuris Prapoſiti, & capituli S. I. prædictorum præiudicio de fratrum noſtrorum conſilio confirmandam, ipſumque ipſi* B *Eccleſia Marſicana præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, ſibi adminiſtrationem Eccleſia Marſicana in ſpiritualibus committentes, & facientes ei per vener. fratrem noſtrum S. Praneſtinſem Epiſcopum munus conſecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente altiſſimo, actus ſuos eadem Eccleſia Marſiana per ſua circumſpectionis induſtriam ſpiritualiter, & temporaliter proſpere dirigetur, & ſalubria, dante domino, ſuſcipiet incrementa. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus præfatum Epiſcopum ad ſupradictam Eccleſiam Marſicanam cum benedictionis noſtra gratia venientem devotè, & humiliter admittentes, ac honorificè pertractantes, ſibi obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, & ei tanquam membra, capiti obſequi ſtudeatis diligenter vigilantis, ne mutuo caritatis ſtudio vobis, & ſibi, quæ ſunt pacis adveniant,* C *& tanquam pacis æterna ſolatium, largiente Domino cumuletur, alioquin ſententiam, quam idem propter hoc riso tulerit in rebelles, ratam habebimus, ac faciemus, authore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.*

Datum apud ſanctam Sabinam 11. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno primo.

XXIV 21. IACOBUS Boſce Ordinis Prædicatorum, defuncto Iacobo, à Bonifacio VIII. caſſata poſtulatione Capituli de perſona Alexandri de Pontibus, creatus eſt Epiſcopus Marſicanus an. 1295. 6. Nonas Octobr. ex reg. Vat. Epiſt. 301. fol. 92. an. 1.

XXV 22. PETRUS Ferrus Privernas, a Anagninus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt an. 1327. ad Theatinam ſedem iterum translatus an. 1336. eodemque anno vita ſunctus eſt 15. Kal. Decembris Avenione, cujus mentio extat in veteri Kal. S. Petri in Vaticano.

a Hujus mentio apud Theodorum Valle in hiſt. Privern. l. 2. p. 250. Mand.

XXVI 23. THOMAS b Theatinus, ſive ut alii volunt de Celano, ex Abbate ſeculari S. Mariæ de Manulo D Pennenſis Diœceſis in diaconatus ordine conſtitutus, Petro ſucceſſit anno 1336. 5. idus Maii, ex regeſto Vaticano epiſtola 177. Deceſſit 1348 ſepultuſque eſt in Theatina Cathedrali, * ubi adhuc ſpectatur marmoreus tumulus una cum effigie jacentis Epiſcopi, & inſigniis ejuſdem, & Epitaphio, quod leges in noſtro 6. tomo.

b Eo Cyprana, vel Valgnano familia, Canonicus Anagninus.

* Ex App. t. 9.

XX VII. 24. THOMAS, ex Archipresbytero Roſeti Arienſis Diœceſis ſucceſſit Thomæ, à Clemente VI. electus anno 1348. 3. Kal. Ionii, ex regeſto Vat. epiſt. 15. fol. 24. Ann. 7. lib. 4. parte 1. * Idem Thomas Epiſcopus Marſorum anno 1363. menſis Iunii 1. Ind. Guillelmi Regis monumentum ad favorem olim Zachariæ Epiſcopi Marſorum, ſupra in Zacharia relatum, conſcribi & confirmari fecit, & in publicam

* Ex App. t. 9.

A formam redigi, ut melius ad futuram memoriam poſterorum in tabulario ſuæ Eccleſiæ conſervaretur. E vivis eripitur ann. 1363. cui ſucceſſit Iacobus de Militibus ex reg. Vat. Urbani V. ideoque dele totum id quod de Bartholomæo dicitur, qui Marſicenſis Epiſcopus fuit, non Marſorum: atq; adeò ex hac ſerie expungendus, & referendus ad ſeriem illius Eccleſiæ.

(„ IACOBUS *Piſcinenſis ex Puccia familia poſt „ Thomam ſedit, ejuſque mentio habetur apud Marſos „ ex Phœbonio* 1353. Luc.) XX VIII.

25. IACOBUS de Militibus Romanus Canonicus Oſtienſis, & Capellanus Papæ, electus Marſorum Epiſcopus 1363. 3. idus Octobris ex regeſto Vat. poſtea ad Aretinam ſedem translatus eſt in Etruria, ex libr. oblig. XXIX

26. BERNARDUS ex Archidiacono * Salernitano Iacobus ſucceſſorem excepit anno 1365. 16. Kal. Ianuarii, ut in reg. Vat. videre licet. XXX.

* Ex App. tom. 9.

27. PETRUS ſucceſſit Bernardo 1380. 14. menſis Februarii, ab Urbano VI. creatus, eodemque anno B Vicarius S. Mariæ Majoris de Urbe, ex bulla. Hic Clementi VII. Antipapæ adhæſit, ex lib. oblig. XXXI

(„ JACOBUS *Petro ſucceſſor eſt datus ex Archivo „ hujus Eccleſiæ apud Phœbonium*. Luc.) XX XII

28. GENTILIS Marſorum Epiſcopus 1387. c ad Eccleſiam Neocaſtrenſem fuit translatus 1398. 2. Idus Novembris. XX XIII.

c 1395. Ex Phebonio.

29. PHILIPPUS paulo ante Puteolanus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam fuit translatus an. 1398. 2. Nonas Novembris. XX XIV.

30. Fr. JULIANUS Thomaſius ex Ordine Minorum, adhuc ſchiſmate æſtuante, Marſorum adlectus fuit Epiſcopus à Clemente VII. Antipapa anno 1380. (1) demortuo Bernardo. Qui poſt diuturnam contentionem hujus ſedis honore ſpoliatus eſt, annoque 1409. ab Alexandro V. qui calamitoſum hominẽ miſerabatur, Prioratum de Colle Martio S. Auguſtini obtinuit ad tolerandam vitam, eundemque poſtea Martinus V. tranſtulit ad Eccleſiam Capritanenſem anno 1418. cum pluribus annis ante hujus Eccleſiæ C Marſorum adminiſtrationem obtinuiſſet.

31. SALVATUS de Pireto, Terra Æquicolarum juriſdictionis in Latio d, ex Canonico S. Laurentii in Damaſo à Martino V. hujus Eccleſiæ Epiſcopus factus eſt 1418. 14. Kal. Martii. De quo Acta Conſiſtor. XX XV.

d Marſorum [illegible]

32. THOMAS, à Martino V. item ad hanc eandem ſedem adlectus, mortuus eſt 1430. XX XVI.

33. SABAS de Carbonibus Romanus, Thomæ ſubrogatus eſt 1430. 6. idus Februarii. Præfuit ſexdecim annos, translatuſque fuit ad Tricaricenſem ſedem 1446. (2) XX XVII.

34. ANGELUS filius Antonii, è Maccaſania nobili gente de Pireto, („ *Qua cum multis nobilibus familiis Marſicanis neceſſitudinem habet, præſertim cũ „ Familia Durante de Avezzano ex Anna Maccaſana in eandem nupta progenie, qua conſanguinitate „ jungitur inter alias cum Familia Corſignana, inter „ Marſos ex principalioribus,*) juriſprudentia clarus, Cardinalis S. Marcelli cognomine Capuani diuturniori mora Auditor fuit, poſtea ſub Eugenio IV. Epi- D ſcopus Marſorum evaſit 1446. 15. Kal. Septembris; commendatumque habuit Monaſterium S. Mariæ de Putralia Ordinis S. Benedicti Sabinenſis Diœceſis. Qui non modò cum laude prudentiæ hanc Eccleſiam adminiſtravit, ſed totius Eccleſiaſtici juris pluribus aliis Civitatibus incorruptè jus dixit. Piceni Generalis Theſaurarius fuit, Fanenſiſque Civitatis. Maceratæ deceſſit 1470. ſepultuſque in Cathedrali ante altare majus, ubi ejuſdem marmorea ſpectatur effigies, cum gentilitiis ſtemmatibus, quæ Gallum ſupra obliquam regulam continent, infra tribus pilis adjectis, cum hujuſmodi epitaphio. XXX VIII.

Sepulchrum Rev. P. D. Angeli Epiſcopi Marſicani, Marchia Anconitana Generalis Theſaurarii, & Locumtenentis, ac Gubernatoris

(1) Stephanus Baluzius in ſuis notis ad vitas Paparum Avenionenſium refert hunc Julianum Marſicanum Epiſcopum unà cum Thoma de Puppe Doctore Decretorum Legatum miſſum fuiſſe à Cardinalibus Florentino, & Mediolanenſi circa an. 1380. ut aliorum Cardinalium mentem exploraret circa veram, aut fictam electionem Urbani. Hinc ſatis arguitur tunc Julianum jam ante an. 1380. hanc ſedem occupaſſe. *Luc.*

(2) Phœbonius Thomam & Gentilem hic interſerit. Sed nos ex Vaticanis monumentis iis omiſſis proximè ſequentem recenſemus. *Lucentius.*

toris Civitatis Fani. Obiit xiv. Septembr. MCCCCLXX.

XXXIX. 35. FRANCISCUS Maccaſanus de Pireto, Angelo ſucceſſit 4. idus Julii anno 1470. ad hanc ſedem à Paulo II. vocatus; parum inde ſupervixit.

XL. 36. GABRIEL Jacobus, filius Jacobi Antonii de Maccaſanis de Pireto, Angeli Anteceſſoris nepos, ex ceſſione Franciſci Maccaſani fratris, qui ad hanc ſedem fuerat adlectus renunciatus fuit Marſorum Epiſcopus in locum Patrui anno 1471. prid. idus Octobris. Hic præſuit uſque ad annum 1511. deceſſitque, cum prius Jacobum nepotem Coadjutorem obtinuiſſet cum futura ſpe ſucceſſionis. Hujus cadaver ſepelierunt apud S. Mariam de Biſognoſi, ut vulgo vocant, in Piritano territorio, ubi ſequens marmorea legitur inſcriptio.

D. O. M.

Gabrieli Marſorum Epiſcopo, qui vixit an. lxv. menſes iiij. dies xviij. Jacobus nepos eorundem Epiſcopus hoc monu. Patruo B. M. P. ann. ſalutis MDXI. N. M. H. S.

XLI. 37. JACOBUS Maccaſanus, filius Camilli Jacobi, Gabrielis nepos, Romæ primum Archipresbyter fuit S. Euſtachii, annumque agens 27. coadjutor Patrui adlectus fuit anno 1498. 18. Junii, quo ipſo die profeſſionem fidei emiſit, præſtititque juramentum infra conſecrationem, Patruoque ſuffectus eſt 1511. cui ſepulchrum erexit. Angelum habuit fratrem, cui S. Euſtachii ceſſit Archipresbyteratum, qui poſtea Lanciani Epiſcopus fuit renunciatus. Beneventanam Civitatem adminiſtravit Jacobus anno 1512. annoque 1520. à Pontifice Leone obtinuit Joannem Dionyſium nepotem coadjutorem, qui poſtea eidem ſucceſſit; ipſeque Pireti exceſſit è vivis, ibidemque fuit ſepultus apud S. Sylveſtrum in Lateritio ſepulchro, nulla appoſita inſcriptione.

XLII. 38. JO. DIONYSIUS de Maccaſanis, filius Joannis Camilli, ex hac nobili gente quartus Marſorum Epiſcopus, coadjutor Patrui declaratus eſt anno 1520. die 6. menſis Julii. Præfuit uſque ad annum 1533. quo ipſo anno è vita diſceſſit, crediturque ſepultus in Tranſaquenſi Eccleſia. De quo Acta Conſiſt.

XLIII 39. MARCELLUS è nobiliſſima, & antiquiſſima gente Creſcentia, Romanus, æmulatus ſuorum majorum virtutes, cum nobilitate conjunctas, adhuc juvenis ſummam juriſprudentiæ apud doctos homines tulit exiſtimationem, factuſque Canonicus S. Mariæ Majoris, pauló poſt 25. tantùm natus annos, inter Auditores S. Romanæ Rotæ, à VII. Clemente numeratus eſt, atque ab eodem anno 1533. Marſorum Epiſcopus declaratus. Paulus III. illum vocavit ad purpuram, anno 1542. 6. Nonas Julii ſub titulo primùm SS. Joannis, & Pauli, poſtea S. Marcelli. Præfectura Brevium, legationibuſque Ravennate, ac Bononienſi functus eſt. Bononiam illum Præſidentem Concilii legavit, quod deinde ſub Julio III. Tridentum cenſuerunt transferendum, eodemque Pontifice inter Romanæ Urbis Cenſores præcipuus habitus eſt. Eccleſiam Conſanenſem adminiſtrandam ſuſcepit, protexitque in Aula Romana Monachos Ciſtercienſes. Etiam Cardinalis, Marſorum Eccleſiam rexit, ſed abſens, ut potè qui gravioribus Romanæ Eccleſiæ negotiis deſtinaretur. Eo autem munere libens, volenſque obivit an. 1546. Præter plures doctiſsimas deciſiones, eruditiſsimas reliquit epiſtolas. Demum Julius III. abſolvendo Concilio deſtinavit Marcellum, qui cum in eam rem ardentius incubuiſſet, gravi infirmitate contracta, ſe deportandum Veronam curavit, ubi fato functus eſt 1. die Julii anno 1557. Romamque relatus apud S. Mariam Majorem cum hac inſcriptione honorificam ſepulturam accepit.

D. O. M.

Marcello Cardinali Creſcentio, qui ob inſignem pietatis, ingenii laudem 25. natus annos à Clemente VII Rotæ Auditor, deinde Epiſcopus factus, à Paulo III. S R. E. Cardinalis creatus, Principum virorum, Regumque in primis gratia, & benevolentia floruit, ſub Julio III. Bononiæ perpetuus, Tridentini Concilii ſolus Apoſtolicæ ſedis Legatus, in Orthodoxæ fidei cauſam cum totus incumberet, gravi morbo correptus, Veronæ deceſſit anno ætatis ſuæ LII. ſalutis humanæ MDLII. Kalendas Junii. Alexander Creſcentius Alexandri nepos Hippolyti filius, Marii pronepos fecit M. D LVI.

40. FRANZINUS Michaelius Sypontinus, ex ceſſione Cardinalis Creſcentii hanc eandem ſedem obtinuit anno 1546. die 17. menſis Aprilis. Hunc Paulus III. Urbis Romæ gubernandæ admovit; an. 1548. verò ad Caſalenſem Eccleſiam tranſtulit Môtis Ferrati. De quo infra. XLIV

41. NICOLAUS de Vigiliis Bononienſis, Franziano ſuffectus eſt die 27. menſis Julii, anno 1548. ſedit uſque ad annum 1562. graviterque ſeneſcens, eo munere ſe exolvit. XLV.

42. JO. BAPTISTA Milaneſius, nobilis Florentinus, Marſorum Epiſcopus fuit adlectus anno 1562. die 27. menſis Maii. (" *Concil. Triden. interfuit an. 1563.*) Præfuit annos 17. ampliuſque præfuiſſet, niſi fraude cujuſdam ſui familiaris coactus fuiſſet excedere ſede. Hunc enim cum. Jo. Baptiſta Romam legaſſet quibusdam gravibus explicandis negotiis, cum ampliſſima poteſtate agendi ad libitum, ille callida interpretatione uſus, majori ſpe præmii illectus, abdicationem Epiſcopatus Milaneſii cœpit apud Aulicos agitare. Credita res eſt, tantumque fidei ambitioſo homines adhibuerunt agenti, ut non expectato ſe abdicantis conſenſu, Marſorum Epiſcopum ſimul eligerent, & conſecrarent. Baptiſta ſerio ſapiens Romam accurrit, procuratoris aperit fraudem, prehenſatiſque omnibus innocentiæ ſuæ cauſam perorat. Sed plus valuit frontoſum mendacium affirmantis, quàm probiſſimi Præſulis ſimplicitas denegantis. Ne igitur Milaneſius alienæ fraudis deformis teſtis diutius ſpectaretur in Aula, concedere Florentiam coactus eſt, cæteros Epiſcopos ibi ſuo exemplo docturus, aulicis canibus non eſſe fidendum, quibus pinguior præda ſanctior eſſet, quam fides. XLVI

43. MATTHÆUS Colles *a* Neapolitanus, Milaneſio ſervili fraude deturbato de ſede, ſucceſſit anno 1579. die 13. menſis Februarii, cum Abbatias S. Mariæ de Victoria, ſanctæque Catherinæ à Cella commendatas haberet. Proregi Neapolitano, Joannæque Proreginæ Siciliæ, ex Aragonia Aſcanii Columnæ uxori, Regni Conteſtabilis, à ſecretis fuit. Obtentoque Epiſcopatu, cum ingentis animi eſſet, ſibi diſſipatam Diœceſim, reordinandam cenſuit, ſedemque Epiſcopalem ſucceſſoribus præparandam. Ab excidio enim Valeriæ, ſanctæque Sabinæ monaſterii, Marſorum Epiſcopi, tanquam extorres, ingenti illius dignitatis dedecore ſubinde mutabant ſedes, indeque propemodum facti contemptibiles, cæteris privatæ ſortis presbyteris ſeſe in libertatem aſſerendi occaſionem præbuerant. Cumque Diœceſim Civitatibus deſtitutam videret, redditusque Epiſcopales propè territorium Piſcinæ verſari, extra prædictum Oppidum, Epiſcopalem figendam ſedem arbitratus eſt, erecto Templo, cui S. Mariæ Gratiarum fecit nomen, adiecitque palatium ſucceſſuris futurum domicilium haud procul à Templo. Hic igitur ſedem fixit, tametſi adhuc apud S. Sabinam Epiſcopalia munia exerceret. Celanum domuit, ejuſque Præpoſitum ea Judicum ſententia exuit baculo, & mithra, coegitque ſuo parere Imperio Abbatem de Lucco, cum pluribus aliis Eccleſiis, quæ unius montis Caſini Abbatis arbitrium hactenus reveritæ fuerant. Contra Primates ſuæ Diœceſis ita ardenter Eccleſiaſtica jura defendit, ut inde prægrandi deflagrans invidia, ex cenſura Pontificis carcerem Hadrianæ molis ſit experiri coactus. Verum repertus innocens, ita diſcuſſit vincula, ut nihilominus Romæ diverſans, libertati ſuæ Eccleſiæ ſtabiliendæ, accuratius, quàm antea feciſſet, operam daret. Hæc illum molientem, importunum fatum oppreſſit, ſepultuſque eſt apud S. Laurentium in Lucina, in cujus *b* medio pavimento

XLVII.

a Laudatur ab Andrea [illegible] in [illegible] *Mand.*

b [illegible]

prægrandis ſpectatur tabula marmorea cum ſequenti inſcriptione, ac Gentilitiis ſtemmatibus, quæ medium collem habent cum imminenti comete.

Matthæo Colla Neapolitano S. Mariæ de Victoria, S Catharinæ à Cella Abbati, Marſorum Epiſcopo, Joannæ Aragonæ Columnæ, Gratiæ à Toletis vice Regis Siciliæ à ſecretis liberalibus ſtudiis erudito in conſulendis ſingulari, in agendis incomparabili ſuæ Eccleſiæ annos xvi regenti uſurpata, deminuta, collapſa, reparanti, reſtituenti, augentique Cathedralem, ſeminarium, domum Epiſcopalem, monaſteriuque erigenti, atque Romæ eam tuenti. Obiit anno ſalutis M. LXXXXVI vixit annos lxiiij. menſes vi dies ... Andreas Collæ Aldana non ſine lachrymis avunculo B. M. P.

XLVIII. [a] 44. BARTHOLOMÆUS Perettus, a Talamone in Etruria, Colli ſucceſſit 1596 die 14. menſis Aprilis. Hic à Clemente VIII. obtinuit, ut Templum S. Mariæ Gratiarum titulo Cathedralis inſigniretur, utque in eo transferretur Capitulum, ibidemque exercerentur munia Epiſcopalia Ingenio fuit elato, litigioſo adeò, ut vix quiſquam ab eo defugerit litium æſtum Quamobrem cum plures intentatis litibus divexare ſoleret, plura adivit vitæ diſcrimina, Romæque conclusus carcere, perpurgare coactus eſt, quæ illi obiiciebantur à multis. Deceſſit 1628.

[a] De eo tractat Ughellus [illegible] in Tempiis [illegible] Ad annum

XLIX. 45. BALLEONUS Carradorus de monte Fano, Verulanus antea Epiſcopus, ad hanc eandem ſedem translatus eſt, anno 1628. die 5. menſis Junij. Fato functus eſt 1630.

L. 46. MUTIUS Columna Romanus [b], ad hanc ſedem promotus anno 1630. duorum tantùm annorum Pontifex fuit, deceſſitque 1632. mærentibus Marſis, qui tam nobilem, piumque Paſtorem tam brevi temporis ſpatio amiſiſſent.

[b] De quo [illegible] Mand.

LI. 47. LAURENTIUS de Maximis Romanus, ex Canonico S. Joannis in Laterano, Marſorum evaſit Epiſcopus anno 1632. 8. Kal. Decembris * Obiit an. 1648.

* Ex App. [illegible]

LII. 48. JO. PAULUS Caccia, electus Epiſcopus Marſorum die 13. Maii 1648. ſucceſſit Laurentio de Maximis; ſequenti anno obiit (,, *Hujus egregia facinora diſertiſſimè enarrat Phœbonius.*)

LIII. [c] 49. ANTONIUS a de Gaſparis Verulanus, ex ſecundo Capitolii Collaterali, præficitur in Epiſcopum Marſorum ab Innocentio X. an. 1650. die 13. Februarii.

[c] Aſcanius

A D D I T I O.

(,, *Contentiones præcedentiarum inter primarias* ,, *Collegiatas compoſuit, & Synodum habuit, ſcientia, & morum ſuavitate præclarus Piſcina vivendi* ,, *finem fecit 6 Aug. 1664.*

LIV. ,, DIDACUS *Petra è nobiliſſima Baronum Caſtri* ,, *Sangri, & Vaſti Girardi progenie natus Aſcanii ex* ,, *materno genere propior affinis, cui ſubrogatur die 15.* ,, *Septembris (ita ex act. Conſiſt. hinc dele 18. Aug.* ,, *in Phœbonio) an. 1664. Synodum habuit, multaque* ,, *ſaluberrime dum præſtat huic ovili, ad Surrentinum* ,, *Archiepiſcopatum transfertur 29. Aprilis 1680.*

LV. ,, FRANCICUS BERNARDINUS *nobili a-* ,, *pud Fabrianenſes Corradina gente prognatus J.U.D.* ,, *cùm plures Epiſcoporum nomine Eccleſias gubernaſ-* ,, *ſet, Mediolanenſis Archiepiſcopatus difficillima ju-* ,, *ra tam bellè ſuſtinuit, ut omnium ſibi amorem conci-* ,, *liaverit: hinc ejus fama delata ad Innocentium XI.* ,, *ab eodem Sypontinus Archiepiſcopatus ipſi deſigna-* ,, *tur, at acquieſcenti conſilio Marſicano gregi præficitur* ,, *27. Maii 1680. Solemnem ſuæ cathedræ initi poſſeſ-* ,, *ſionem, licèt ægra valetudinis incommodis detineretur; perluſtrata Diœceſi Divini verbi pabulo, egre-* ,, *giiſque operibus Eccleſiaſticam diſciplinam reparare* ,, *ſtuduit. Vivit adhuc egregius Paſtor, pauperum Pa-* ,, *ter, æqui, rectique amantiſſimus, vivatque diù fe-* ,, *liciter.*

MELPHITENSES EPISCOPI.



MElpheta (1) ſeu Malfatta, vel Morfetta Apuliæ Urbs, cujus Epiſcopus olim ſub Archiepiſcopo Barenſi, nunc Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiectus exiſtit ſpeciali indulto Innocentii Papæ VIII. ante Pontificatum hujus Civitatis Epiſcopi, cui equum liberum abſque freno in ſignum libertatis conceſſit. Eccleſiæ Cathedralis Patrona eſt Deipara Virgo. Fructus hujus Epiſcopatus taxantur in libro Cameræ ad Florenos 76. Epiſcopi autem hi tantùm reperti.

A D D I T I O.

(,, *Melficta Apulia Peucetia litoralis Civitas eſt,* ,, *intra mare Adriaticum, quo tribus alluitur ex lateribus, ſita. Amplum habet in continenti ſuburbium.* ,, *Milliaribus 15. à Bario diſtat. Mortalium capita* ,, *8000, enumerat: agrumque habet amygdalarum,* ,, *oleique feraciſſimum. Vetuſta Civitas eſt, quam à* ,, *Mauro Ulyſſis ſocio conditam fuiſſe, ſunt qui volunt:* ,, *alii tamen id Romanorum coloniæ tribuunt, quæ M.* ,, *Conſtantini juſſu dum ad incolendam novam Romam Byzantium videlicet tranſvehebatur, claſſe* ,, *furenti æquore quaſſata, duæ naves ſuperſtites litus* ,, *tenuere, ubi compulſi Romani conſidentes civitatem* ,, *hanc ſubſtruxerunt, & ob tot perpeſſas amaritudines* ,, *mel factas omen, & nomen Melfacta indidere civitate. Verùm ex antiqua traditione non conditores,* ,, *ſed inſtauratores fuiſſe habetur. Quæ traditio per-* ,, *multis ſuperioris antiquitatis veſtigiis comprobatur,* ,, *& ex ipſo nomine ex Regeſt. Cancellariæ Apoſt.* ,, *expiſcato; ubi hujus urbis epiſcopus non tantùm Melfittenſis, ſed etiam Caelphatanus, ſeu Caelphajanus* ,, *notatur. Hinc apertè deſumitur hujus Urbis Epiſcopatum ſatis ante præfatam Romanorum inſtaurationem, quo tempore Epiſcopus Caelphatanus inſcribebatur, inſtitutum fuiſſe, adeoque in tempora Principis* ,, *Apoſtolorum reiiciendum, quem ex Oriente Romam* ,, *contendentem, hanc etiam cum finitimis Urbibus perluſtraſſe credendum eſt, id quoque ſuadente vetuſtiſſima Eccleſia S. Petri, ad quam pene dirutam ſuperiori* ,, *ſeculo translatum fuit monialiũ Cœnobiũ. Regitur hæc* ,, *civitas per duos ordines, quos plateas vocant, nobilium ſcilicet & popularium. Ex primis Regum auſpiciis inter domaniales Urbes conſtituta ſolius Regis* ,, *venerabatur immediatè arbitrium, quo privilegio donata etiam fuit diplomate Urbani VI. ſed etiam omni antiquato jure ſub Carolo V. Imp. Regulis ſubacta* ,, *fuit, pluresque experta, in Spinolam gentem ex Januenſibus proceribus tandem tranſiit an. 1640. ipſique inſervit.*

,, *Cathedrale Templum amplum, & antiqua ſtructura Deiparæ in cœlum aſſumptæ, & S. Conrado Urbis* ,, *Patrono dicatur. In eo ſacrum penſum quotidie perſolvunt 60. ſacerdotes, qui participantes dicuntur, inter quos maſſa communis dividitur ad 3000. ducatorum, & hi Capitulum conſtituunt; ex quibus emergunt ſex dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter,* ,, *duo Primicerii, ſeu Cantores, Pœnitentiarius, & Sacriſta: Canonici 18. cæteri ſunt ſimplices Sacerdotes,* ,, *qui ſimul cum Canonicis vocem habent in Capitulo* ,, *ex conſuetudine. Inferior Clerus Cathedrali inſerviens multiplex eſt, 200. circiter conjuratos enumerans,*

(1) Melfi [illegible], ſeu Melphiſtum, vel Melfita, ſive Melfittum ſcribendum eſt, non autem Melfeta, ſed Malfacta. Sic enim ex antiquis authographis deſumitur, [illegible] Decretal Gregorii IX. [illegible] de Sepult. & Altit. [illegible] in Achertinorum, ex Chron. Caſinen [illegible] & aliis apud Luc.

„ *rans, qui licet nil de maſſa percipiant, 130. fore in* A
„ *aliis Eccleſiis, Capellaniis ratione beneficiorum, nec*
„ *non pro eorum libito in ipſa Cathedrali celebrant ſa-*
„ *cerdotes, ex quibus antiquiores in ordine, dummodo*
„ *ex paterno, & avorum genere Melphitenſes ſint, in*
„ *locum demortuorum participantium ſubrogantur. Ca-*
„ *pitulum tenetur quotannis ad ſatiſfactionem Miſſarũ*
„ *circiter 14000. Ad perfectum hujus Eccleſiæ ſplendo-*
„ *rem deſiderantur tantum Seminarium, & Præbenda*
„ *Theologalis. Præter Cathedralem Parochialẽ Ec-*
„ *cleſiam alteram in ſuburbiis provide erexit Carolus*
„ *Loffredus. Univerſa diœceſis ultra 40. Eccleſias cum*
„ *animarum cura complectitur. Melphitum habet ædes*
„ *Epiſcopales ſatis pulchras, Virorum Cœnobia 5. ul-*
„ *tra Granciam Cœleſtinorum Barulanæ Abbatiæ, ex*
„ *quibus inſigne eſt collegium Soc. Jeſu, Monialium*
„ *unum, aliud pauperum Orphanorum, & mulierum*
„ *pœnitentium. Expoſitorum etiam cura apud univer-*
„ *ſitatem reſidet. Xenodochia pro infirmis, & pere-*
„ *grinis, Montes Pietatis & Charitatis ſublevandis*
„ *egenis, & præcipue periclitantibus puellis, ſodalitates* B
„ *Laicorum etiam adſunt. In Cathedrali plures Reli-*
„ *quiæ venerantur, inter quas integrum corpus S. Cor-*
„ *radi Confeſſoris monachi, & Eremitæ Ord. Ciſterc.*
„ *Henrici Bavariæ Ducis filii, Urbis Patroni. Epiſco-*
„ *palis menſa annuus cenſus de præſenti computatur*
„ *ſcut. 2200. in libris Cam. Apoſt. tax. Fl. 700.* Luc.)

I. 1. JOANNES Epiſcopus Melphitenſis, inter Epiſcopos Romanæ Provinciæ ſubſcriptus legitur in Concilio Laterano ab Alexandro III. congregato anno 1179. (1)

II. („ *N.... cui, aliiſque finitimis Epiſcopis commiſit* „ *Innocentius III. an. 1207. conſecrationem Berardi* „ *Epiſcopi Barenſis, ut habetur ex ipſo Ughello in Ba-* „ *renſibus.* Lucentius.)

III. („ *N.... Melphitenſi enim una cum Rubenſi Epiſ-* „ *copo commiſit Gregorius IX. examinare teſtes contra* „ *Acheruntinum Archiep. de ſimonia conclamatum.* „ *Ex decretal. de teſt. & atteſt. c. 53.* Lucent.)

IV. 2. RICCARDUS obiit 1271. jacet in Cathedrali; ad tumulum legitur epitaphium. C

Virginis ingentis ab annis mille ducentis
Annis undenis luſtris poſt duodenæ
Cum ſua natura communi debita jure,
Solvit Riccardus Antiſtes vir venerandus.
Quinto die intrante m. Auguſti mortuus eſt R. Ep.
Oret quiſque legit, nam nil crudele peregit
Sic ſacra Virgo Dei crimina parcat ei.
Petrus in hac petra condidit iſta metra.

V. 3. Fr. PAULUS Ordinis Minorum vacante hac Eccleſia, à Thoma tit. S. Marcelli, & Petro S. Euſtachii Cardinalibus in proviſione Paſtoris Cœleſtino delegatis, creatus eſt. Hanc ratam habuit Bonifacius VIII. anno 1. Pontificatus 5. Idus Decembris 1295. ut habetur in regeſto Vatic. epiſt. 577. fol. 129.

VI. 4. PASCHALEM de Penna creatum referunt anno 1316. tabulæ Melphitanæ.

VII. („ ALEXANDER *ex domo Faſſitelli de S. Elpi-* „ *dio, Ord. Eremitarum S. Auguſtini pluries Genera-* „ *lis, ad hanc ſedem evectus fuit an. 1325. Cum enim* „ *Joannes XXII. intellexiſſet Archiepiſcopum Cre-* D „ *tenſem obiiſſe, ad illam Cathedram Alexandrum* „ *deſtinarat, & cum denuo accepiſſet Archiepiſcopum* „ *in humanis agere, eum ad infulam Melphitenſem* „ *tunc vacantem direxit: qua paucis menſibus potitus* „ *diem clauſit eodem anno 1325. De quo vide Gandul-* „ *fum in diſſert. de 200. Script. Auguſt.* Mandoſius.]

VIII. 5. JACOBUS, poſtulatus in Epiſcopum Averſanum anno 1335. („ *Melius an. 1336. quo ea Eccleſia* „ *vacabat. Nulla tamen in illa ſerie hujus Jacobi men-* „ *tio occurrit.* Lucent.)

IX. 6 LEO electus anno 1344. ex lib. oblig.

X. („ NICOLAUS *a nobis eruitur ex Archivo hu-* „ *jus Eccleſiæ. Anno ſiquidem 1375. Pontificias ſuas*

Italia Sacra Tom. I.

„ *literas expendit in collatione Eccleſiaſtici beneficii.* „ Lucentius.)

7. SIMON à Lopa Neapolitanus, de quo mentio in tabulis ejuſdem Eccleſiæ, ſub quo numerus Canonicorum ex 36. ad 24. redactus eſt anno 1388. translatus ad Puteolonenſem Eccleſiam an. 1401. XI.

8. JOANNES Brancia Canonicus Amalphitanus, ſucceſſit Simoni anno 1401. 7. Kal. Aprilis, ex lib. oblig. Jacet in Cathedrali ſub marmoreo lapide una cum inſignibus, & brevi inſcriptione. XII.

HIC JACET EPISCOPUS JOANNES DE MALFETA.

9. PETRUS Piezius, ſeu Piccius de Barulo, per revocationem commendæ ejuſdem Eccleſiæ Pauli de Jurenaccio, deligitur à Martino V. anno 1421. 15. Kal. Auguſti. Extat in tabulario hujus Eccleſiæ Cleri ſupplicatio ad Martinum pro eodem de nonnullis criminibus inquiſitus. Obiit anno 1427. ſepultus in Cathedrali cum hoc epitaphio. XIII.

HIC JACET DOMINUS EPISCOPUS PETRUS PICCIUS DE BARULO.

10. GENTILIS de Monte, electus 4. kalendas Maii 1427. ex Capellano Regio. Jacet in choro Cathedralis, brevi inſcriptione ſequenti. XIV

HIC JACET D. EPISCOPUS GENTILIS, QUI OBIIT ANNO MCCCCXXXII.

11. ANDREAS de Rocca Tranenſis, eligitur 16. Kal. Decembris 1433. ab Eugenio IV. quadrageſimum attinxit annum in gubernio; fatoque functus eſt ſub Sixto IV. anno 1473. XV.

12. LEONARDUS de Palmeriis, eodem anno quo Epiſcopus creatus interiit, anno 1473. XVI.

13. JO: BAPTISTA Cybo Januenſis, 6. Kal. Octobris 1473. eligitur, pauloque poſt S. R. E. Cardinalis creatur, tandem ſummus Eccleſiæ Pontifex anno 1484. renunciatus, Innocentius VIII. dictus eſt. Ejus inſignia ſupra januam Cathedralis Eccleſiæ viſuntur iis tantum verbis ibidem inſculptis. XVII

INNOCENTIUS CYBO PP. VIII. M. CCCC. LXXXVII.

14. ANGELUS de Lacertis Melphitanæ Eccleſiæ Sacerdos, ab Innocentio VIII. Epiſcopus pronunciatus anno 1484. 17. Kal. Octobris. A jure Metropolitano eum idem exemit Pontifex, eidemque equum album liberum, effrænatumque in ſignum libertatis conceſſit. Diem obiit 1508. ſepultus in Cathedrali in ſacello S. Mariæ ad Nives. XVII

15. ALEXIUS Caladonius Lacedæmonius, ſubſtituitur à Julio II. an. 1508. ex Epiſcopo Gallipolitano; ſub quo Pontifice Lateranenſi Concilio interfuit a. Sacellum beatiſſimæ Mariæ Virginis reſtauravit, ornavitque in Cathedrali, addiditque ſequentem inſcriptionem. XIX. a An. 1513

Recipe ſacroſanctiſs. Virgo veri Dei, atque hominis Parens inſtaurationem, & ornatum hujus tuæ venerandæ imaginis à ſervo tuo, licet indigno, Alexio Caladonio Lacedæmonio Epiſcopo Malfiti.

Romæ obiit 1517. ſepultus fuit in Eccleſia S. Auguſtini, ubi in lapide legitur ſequens epitaphium penè corroſum.

Alexius Caladonius Epiſcopus Malfitan. Ap. ſecret. Geminæque linguæ Orator, & Interpret. acutiſſ. Lacedæmonia ex nobili genere oriundus, religione, & ſanctis operibus admirabilis lxvi. ætatis ſuæ ann. fel. Obiit xiiij. Kal. Martii MDXVII.

16. FERDINANDUS Poccettus, ſeu Ponzettus, Florentinus, Neapoli oriundus, Epiſcopus Melphitenſis, Cardinalis creatus à Leone X. anno 1517. vir ingenio clarus doctrina, & philoſophandi præeminentia celeberrimus, & in evolvendis omni genere profeſſionis auctoribus conſumatiſſimus. Scripſit de philoſophia naturali libellum. A pueritia in Roma- XX.

Qq 2 na

(1) Joannem Melphitanum Epiſcopum una cum Tuſculano & Ferentino nefaria conſecratione in Pontificem inauguraſſe Pſeudo-Victorem ex antiquo Codice Vaticano recenſet Baron. an. 1159. Hunc fuiſſe Jo: Amalphitanum noſtra opinio eſt. Ille ſiquidem, qui in Amalphitanum Thronum intruſus ab Antipapa Anacleto, poſtea dejectus ab Innocentio II. hinc illinc vagari coactus fuit, hinc talis Joannes in citato Codice profugus dicitur tunc fuiſſe in partibus Anconæ, nec ulla ſuſpicandi occaſio datur de Joanne Melphitenſi, cum facile per ea tempora Amalphitani ſæpius nuncupati Malphitani cum Melphitano, ſeu Melphitenſi confunderentur nomina. *Luc.*

na curia verſatus, pet gradus tandem ad Purpuram pervenit; Præſul omni laude memorandus, ſi tantum avaritiæ notam demas. Cum Melphitenſi Groſſetanam Eccleſiam in Tuſcia adminiſtravit. Eo Præſule Civitas Melphitenſis ab Odetto de Foix, Lautreco nuncupato, Franciſci Gallorum Regis Duce, ingenti Civium ſuornm miſerabili clade devaſtata, ac penè diruta eſt. Exceſſit anno 1527. 2. Septemb. Romæ jacet in Eccleſia S. Mariæ de Pace. De quo vide iuſra in catal. Epiſcoporum Groſſetanorum, & noſtris ad Ciac. addit.

XXI. 17. JACOBUS PONZETTUS Cardinalis ſuperioris ex fratre nepos, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & S.R.E. Theſaurarius, factus eſt coadiutor Patrui cnm fotura ſucceſſione 28. Maii 1518. eidemque ſnceeſſit anno 1528. poſtquam benè 25. & eo amplius annos ſediſſet, Epiſcopatu ſe abdicavit ſub Julio III. anno 1553.

XXII. 18. NICOLAUS Majoranus a de Malpignano Hydruntinus, Græcis, & Latinis littetis eruditus, electns 15. Decemb. 1553. reſignavit an. 1566.

a De quo Toppius in Bibl. Neapol. p. 122. Mand.

XXIII. 19. MAJORANUS de Majoranis, Patruo Nicolao ſucceſſit 13. b Maii 1566. cnm ann. 30. laudabiliter hanc rexiſſet Eccleſiam, omnibus charus, pauperum pater, Cleri lumen, gloria populi, extrema clauſit 31. Julii 1597. conditus jacet in Eccleſia S. Mariæ de Martyribus, quam vivens maximè coluerat.

b 25.

XXIV. 20. OFFREDUS de Offredis Florentinus c Baſilicæ Vaticanæ Canonicns, à Clemeote VIII. Epiſcopus tenunciatus eſt anno 1598. 13. Maii, & ad Rempublicam Venetam Apoſtol. Nuncius miſſus; ibidem debitum naturæ perſolvit, Menſe Junio 1606. nbi & ſepultus jacet. Vicariũ habuit Jo. Sylveſtrũ de Majora I.V.D. Archipresbyterum Melphitenſem.

c Perperam Florentinus dicitur, cum fuerit Cremonenſis Ariſio in Cremona Liter. t. 1. p. 462. Mand.

XXV. 21. Fr. JO. ANTONIUS Bovius Novarienſis, d Ordinis Carmelitarnm Theologus inſignis, omnique ſcientiarum genere ornatus, cumque de immunitate Eccleſiaſtica in Venetos ſtylum ſtruxiſſet, à Paulo V. Intuitu virtutum, & laborum pro Romana Eccleſia exantlatorum, Epiſcopatu Melphitano ornatus eſt anno 1606. 19 Februarii, quem cum an. 16. ſumma cum laude rexiſſet, morte ſublatus interiit 11. Auguſt. 1622. Cadaver in Cathedrali humatum quieſcit cum hoc epitaphio.

d Celebratur à Fabitello in Athen. Liberat Mediolanen. p. 162. à Nicio Pinacoth. 1. imag. 63. Cotta in Muſeo Novarien. p. 148. De eo item Toppius in Bibl. Neapol. p. 126. Mand.

D. O. M.

Joanni Antonio Bovio Carmelitæ Epiſcopo Melphiten. Magno S.T. Magiſtro, ſui ordinis ſplendori, Romanæ Eccleſiæ authoritatis acerrimo vindici, verbo, & exemplo omnibus perſpicuo, in gregis vigilantia pauperum, & vitiis evellendis ſolertiſſimo Præſuli benemærentis C.F.F. Obiit prid. id. Aug. M. DC. XXII.

XXVI. 22. Fr. HJACYNTUS Petronius Nobilis Romanus, e Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter 5. Septembris 1622. à Gregorio XV. electus Epiſcopus. Fuit Neapolitani Regni ſupremus Inquiſitor. Scripſit, ediditque in Logicam, Phyſicamque Ariſtotelis commentaria, una cum quæſtionibus ad mentem Divi Thomæ, cujus laudes, inclytaſque virtutes poſteri non tacebunt.* Obiit non ſine propinati veneni ſuſpicione an. 1647. 6. menſis Septembris.

e Hujus meminit Mandoſius in Bibl. Rom. t. cent. 5. n. 28.

* Ex App. tom. 7.

XXVII. 23. JO. THOMAS Pinellus Januenſis Clericus Regularis Theatious ſucceſſit Petronio die 18. Maii 1648.

A D D I T I O.

(„ *Hic Neapoli ortus eſt ex Patre nobili Januenſi: „ germanum fratrem habuit Bernardum Pinellum itē „ C.R. Theat. Archiep. Avenionenſem Summa ſapientia, & pietatis Virum. Melphitenſem Eccleſiam tenuit Jo. Thomas uſque ad ann. 1666. dimiſitque die „ 29. Martii translatus ad Albingaunenſem in Corſica.*

XXVIII. „ FRANCISCUS *de Marinis nobilis Januenſis „ Epiſcopus Albingaunenſis, eadem die, qua Pinellus ad „ Albingaunenſem, ipſe ad hanc Melphitenſem acceſſit. „ Hic Corpus S. Corradi in ſua Cathedrali recognovit „ anno 1668. deque ejus veneratione poſteros publicis tabulis monuit: deinde Romæ agens hoc munere ſe abdicavit anno 1670. factus Archiepiſcopus Amaſiæ in „ partibus infidelium, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, & „ unus ex Prælatis Congregationis Status Regularium, „ & Apoſtolicæ Viſitationis, nec non Sacræ Apoſtolicæ „ Pœnitentiariæ Corrector.*

„ CAROLUS *Loffredus, Cl. R. Theatinus cedenti Marino ſucceſſor datus eſt die 4 Octob. 1670. ingreſſusque eſt Melphitam die 25. proximè inſecutimenſis Decemb. Hic univerſam Diœceſim luſtravit; diuturniores lites inter Magiſtratum Melphitenſem, & „ Clerum vertentes compoſuit; moniales ad communem „ vivendi formam eximia dexteritate perduxit: Catechiſmi exercitationes inſtauravit; in ſuburbiis novam animarum curam cenſu attributo erexit: ad inſtitutionem Seminarii Clericorum plura aureorum „ centena attribuit: Synodum edidit. Denique factus „ forma gregis agendo, & docendo, ab Innocentio XII. „ cui affinitate propior eſt Loffreda gens, ad Barenſem „ Archiepiſcopatum transfertur 26. Nov. 1691. unde ad „ Capuanum abiit ſacerdotium, de quo ibi plura. Clariſſima Loffrida gens, Regioque ſanguine concreta, ſtipitis eſt Comitum, & Ducum Hortmandiæ, antiquis, moderniſque celebris ſcriptoribus, de qua Abbas Juſtinianus in 2. par. liter. memorab.* XXIX

„ PETRUS *Vecchia Venetus ex Monacho, & Abbate Ord. S Benedicti Congreg. Caſinenſis Epiſcopus „ Andrienſis, ad hanc Melphitenſem venit 19. Decemb. „ 1691. Sibi obvenientes Eccleſiæ redditus, ut patrimonia pauperum contemplatus, conſtituto Religioſo „ Viro deſuper ſuo Oeconomo, parciſſima ſibi portione reſervata, in pauperes, & Eccleſiæ ſponſæ commoda abire jubebat; omnibus aque charus, annorum plenus ſui „ deſiderium fecit anno 1695.* XXX.

„ DOMINICUS *Belliſarius de Bellis Barenſis „ Diœceſis J.U.D. Prothonotarius Apoſtolicus extra „ numerum participantium, qui munera eleganter cum „ exercuiſſet Vicarii Generalis in Converſanenſi, Montis Peluſii, Barenſi, & Melphitenſi Eccleſiis, Romæ „ conſiſtens dum Innocentio XII. intimus eſſet Capellanus, Virum hunc commendante Barenſi Archiepiſcopo, ab eodem Pontifice ad hanc Sedem aſſumptus eſt „ annum agens 48. die 17. Januarii 1696. inita poſſeſſione Epiſcopatus, dum oves ſuas tranquille ad requiem duceret, a Pontifice Romam vocatus Viceſgerentis Onus ſubire jubetur, quo in munere ſubitanea „ morte ex his humanis ereptus eſt anno 1701. die 18. „ Januarii. Cadaver ſolemni pompa elatum ſepultum in „ Eccleſia S. Mariæ in Via Ord. Servorum jacet.* XXXI

„ JOANNES *de Effeltibus nobilis Romanus J. „ U. D. & U. S. Prælatus Refer. egregiè Interamnenſem, & Beneventanam Civitates Pontificius Gubernator cum rexiſſet, hunc Epiſcopatum ſuſcepit in florentis ætate 40. annorum die 9. Maii 1701. deferente „ Clemēte XI. qui Viri probitatē optimè noverat.* Luc.) XXXII

(„ *Obiit in ſua Reſidentia an. 1712.*

„ FABRITIUS *Salerno, Presbyter, nobilis Cuſentinus, annorum 34 J.U.D. promotus eſt ad eandem infulam die 17. Septemb. 1714.)* XXXIII.

MELPHIENSES EPISCOPI.



MELPHI Neapolitani Regni nobilis Civitas, Apuliæ janua ad tadices Montis Vulturis, Lucaniam, & Apuliam dividentis, in Collibus poſita eſt, mutis vallata lapideis, quos ab occaſu placidè ab-

luit

luit aquæ rivus, Melphia dictus, non longè ab Aufido rapido flumine. Conditores ejus adhuc ignoti; ſuſpicantur tamen Normanni Principes fuiſſe apud Jo. Villanum; Volaterranus verò lib. 36. Commen. à flumine Melphi nomen recepiſſe refert, Leander è ruinis antiquæ Melphæ, Collenucius lib. 9. cui aſſentit Pontanus lib. 4. de bello Neapo. à Græcis ædificatam volunt. Erimpertus tandem antiquus Auctor à Romanis Magni Conſtantini temporibus conditam fuiſſe, hiſce verbis recenſuit *Romani vero cum uxoribus, & natis, ſuaque ſupellectili venerunt in locum, qui dicitur Melphis, ibique multo tempore ſunt dimorati, poſtmodum vero Amalphiam condiderunt, & dicti fuerunt Amalphitani, hoc eſt Amelphi.* Ex iis namq; clarè videtur ante Normannorum adventum in Italiam hanc conditam fuiſſe Urbem; ab iiſdem verò ædificiis, populoque auctam fuiſſe, poſtquam ab Arduino Duce vi receptam, ſedem conſtituere ſuam, ac refugium; de qua Vvilielmus Apulienſis lib. 1. de geſtis Normandorum.

Appula Normandi intrantibus arva repente
Melphia capta fuit; quicquid prædantur, ad illam
Urbem deducunt.

Caput Apuliæ ab eodem Vvillelmo vocatur. *Mœnia Melphienſis caput hæc erat Urbibus illis omnibus.* A Joanna prima Regina an. 1348. hæc Urbs in Comitatum erecta, Nicolao Acciajolo nobili Florentino magni Neapolitani Regni Siniſcalco in feudum attributa eſt, diuque ab Acciajola gente poſſeſſa, quouſque Robertus Comes Nicolai nepos ſine virili prole extinctus eſt, ad Regiam, ut vocant, Aulam rediit. A Joanna deinde II. Regina Joannes Caracciolus Ducis titulo inſignitus, eam Civitatem dono accepit, diuturnioríque temporum mora à Caracciolis dominata, donec Joannes III. Princeps Melphienſi juriſdictione ſpoliatus fuit, quod contra Carolum V. Franciſci I. Galliarum Regis partes ſecutus fuiſſet. Juris nunc eſt feudalis Principis Auriæ, *a* quam Andreas ille Auria famoſus Oceani domitor ab eodem Carolo Imp. poſt deturbatos Caracciolos receperat.

a Doriæ.

Ad portam, quam Venuſinam vocant, Joan. II. Caraccioli de hac urbe benemeriti Ducis, ſequens ſpectatur marmorea inſcriptio, ob Urbem mœnibus præcinctam, ædificiis, opibuſque auctam.

Nondum ſceptra tulit quiquam ſub nomine Regni
Sicilia, tantum ſeptem diviſa per oras:
At ſub Principibus fuerat tunc Regia tellus,
Normando veniens Tancredo cum ſatus in iſta
Robertus poſuit Guiſcardus mœnia primus,
Diruta quæ tandem civili Marte fuerunt.
Surgit ab antiqua majorum ſtirpe Joannes
Dux Caracciolus illuſtris reciviva ſecundus,
Condidit, inſtituitque replere hoc civibus omne,
Nunc opus egregium præcinxit mœnibus Urbem.

Lares habet circiter 2000. habetque arcem conſpicuam præcipiti rupi innixam, Normannorum opus admirabile. Urbs eſt aeris temperie, populorum frequentia, agri fœcunditate celebris, lauta, ſatiſque ſplendidè ædificata. Cathedralis Eccleſia Beatiſſimæ Virginis Aſſumptæ dicata, elegantis ſtructuræ eminet inter cæteras Eccleſias, cui adhæret campanile mirabili arte à Rogero Guiſcardo Siciliæ Rege conſtructo anno 1155. à ſiniſtris ſpectatur epiſcopale palatium magnitudine, venuſtate, & pomariorum amænitate celebre, maximè vero ob Concilium inibi ab Urbano II. celebratum anno 1089. teſte Lopo Protoſpata. Quatuor ſunt in Cathedrali dignitates, quarum prima eſt Cantoratus, Canonici 16. ſacerdotes 38. diac. 16. ſubdiac. 15. Clerici 60. qui omnes feſtivis diebus Eccleſiæ inſervire tenentur. Civitas univerſa in ſex parochias, præter ipſam Cathedralem, diſtincta eſt, unum Monialium cœnobium, virorum intra mœnia 5. extra duo numerantur Monaſteria, Confraternitates quinque laicorum, *b* & ſeminarium, in quo 12. aluntur pueri. Divos tutelares habet SS. Bartholomæum Apoſtolum, Martinum Epiſcopum, Thomam Aquinatem, Blaſium, & Alexandrum Martyrem, cujus corpus annis elapſis è Cœmeterio Callixti Romæ extractum, cum aliis ſanctorum inſignibus reliquiis Melphiam translatum, in ſacello ornatiſſimo in Cathedrali, à Deodato Scalia Præſule repoſitum fuit. Epiſcopus Melphienſis à primæva ſua inſtitutione Romano Pontifici immediatè ſubjectus, à quo olim, ex Paſchalis II. privilegio, munus conſecrationis accipiebat. Diœceſis, & ſi exigua, tamen nobilis exiſtimatur; poſſidet enim Epiſcopus caſtra Salſulæ, & Gordiani à Rogero Comite dono habita, in quibus, præter ſpiritualem, temporalem etiam exercet juriſdictionem, cum omnimoda etiam gladii poteſtate, libera ab omni ſervitute, & Adhoa: pro quorum dominio idem Epiſcopus titulo Comitis, & Domini eorundem feudorum inſignitus eſt. Melphienſi Eccleſiæ Clemens VII. anno 1528. Rapollanum perpetuò univit Epiſcopatum, ac diœceſim.

b Xenodochium.

A D D I T I O.

(„ *Reliqua tres Melphienſis Cathedralis dignitates* „ *ſunt Theſaurarius, Primicerius, Vicecantor. Canoni-* „ *ci ibidem ſunt 20. & 70. circiter Presbyteri beneficia-* „ *ti, & Clerici. Certi dignitatum fructus ad 70. ſcuta,* „ *incerti ad 10. ſingulis annis aſcendunt, excepto Can-* „ *toratu majoris proventus. Canonicorum redditus im-* „ *pares ſunt plus minus 30. Scutorum: cæterorum infe-* „ *rior annuus cenſus eſt. Cathedralis caret præbendis* „ *Theologali, & Pœnitentiali.* Luc.)

Perexigua eſt Rapolla Civitas, centum circiter larium, mille proriſus à Melphia diſtans paſſus. Cathedralis eidem Virgini Aſſumptæ ſacra, in qua tres dignitates, quarum prima Archidiaconus, ſex Canonici, unicum virorum cœnobium eſt. In diœceſi celebris eſt Abbatia S. Angeli in Vultu, redditus ſex mille aureorum, & altera S. Mariæ de Perno in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, valoris mille aureorum. Quinque caſtra ſunt in hac diœceſi, duo Latinorum, Ripa Candida, & Aſſeſſa *c*, tria verò Albanenſium Græco, & Latino uſu viventes olim, nunc verò ad Romanum ritum redacti, opera, & ſollicitudine Scalii Epiſcopi. Poſt unionem Rapollanæ Eccleſiæ, Melphienſis, & Rapollanus harum Eccleſiarum Antiſtes inſcribitur Epiſcopus. Series Epiſcoporum ſequens eſt.

c Atellæ.

A D D I T I O.

(„ *Univerſi verò horum Epiſcopatuum redditus ſunt* „ 5000. *Scutorum, quæ partim deſumuntur ex Decimis,* „ *partim ex prædiis, & ex ſumma pecuniaria 600. Scu-* „ *ta in cenſibus, 600. ex Regia Doana ipſis ſolvuntur. In* „ *libris Cam. Apoſt. tax. in fl. 500. Cæterum Rapollanos* „ *Epiſcopos ex lapſu memoriæ noſter Ughellus omiſit hic* „ *referre: promiſitque in 7. tomo: atque inde ſunt petendi,* „ *ſicut etiam plura de Rapolla Civitate.* Luc.)

1. BALDUINUS primus occurrit, qui Melphienſis Eccleſiæ munus paſtorale ſuſcepit circa an. 1059. quo die 23. Auguſti, una cum aliis Præſulibus interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Angeli in Vultu, à Nicolao II. peractæ. Qui eodem anno, Balduino præſente, Melphiæ Concilium habuit centum Epiſcoporum, in eoque fidelitatis homagium à Roberto Guiſcardo recepit pro Ducatu Apuliæ, & Calabriæ, de qua re Guillelmus Apulienſis liber. 2. de geſtis Normandorum. I.

Interea Papa Nicolai ſortè ſecundi
Melphia ſuſcipit hunc & ibi ſuſceptus honore
Magno Papa fuit; hic Eccleſiaſtica propter
Ad partes illas tractanda negotia venit.
Concilium celebrant. Ibi Papa faventibus illis
Præſulibus centum ius ad ſynodale vocatis,
Robertum donat Nicolaus honore Ducali.
Hic Comitum ſolus conceſſo iure Ducatus
Eſt Papa factus iurando iure fidelis.

Is à Gregorio Epiſcopali dignitate ſuſpenſus anno 1075. reſtituitur. De qua re ſcribit idem Gregorius Epiſcopo Acheruntino, ut Balduino, poſt peractam pœnitentiam, Epiſcopale munus reddat, ep. 11. lib. 3. Eodem Præſule, Robertus Calabriæ Dux anno 1079. pro remedio animæ ſuæ, caſtrum Reginæ in Calabria Melphienſi Eccleſiæ dono dedit, quod non multò poſt idem Epiſcopus, cum Abbatia S. Joannis Thieſu commutaſſe legitur in antiquis monumentis ejuſ-

dem Eccleſiæ Melphiæ, viveote Balduino, Urbanus II. anno 1089. Concilium celebravit, teſte Lupo Protoſpata. Interfuit idem conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis ſub Alexandro II. ann. 1072. Obiit ann. 1093. ut habetur in privilegio Roberti Ducis, qui eodem aono Salſulæ nobile feudum, liberum, atque ſolutum ab omni jugo ſervitutis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Eccleſiæ Melphienſi conceſſit in perpetuum poſſidendum, cujus rei cauſa hoc diploma ſcripſit, quod nuper Deſiderius Scalia Epiſcopus pro temporali ejuſdem caſtri juriſdictione tuenda, in lucem emiſit, una cum aliis ejuſdem Eccleſiæ privilegiis: ſic enim ſe habet.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

EGo Rogerius, Dei gratia Dux, dilectionem, quam erga Eccleſiam B. Mariæ Melphien. diu habueram, manifeſtare cupiens quodam tempore manente me in palatio Melphien. quod prope prædictam Eccleſiam ſitum eſt, intervenientibus Comitibus, atque Magnatibus meis, necnon Archiepiſcopo Sipontino, & G. Trojano Epiſcopo Eccleſiam Melphien per hujus præcepti confirmationem, atteſtationemque ſubſcriptis rebus dotavi, dilectione quidem Dei fervidus, futurarumque pœnarum, tremendique Judicii timore perterritus id facere decrevi, ſperans me miſericordiam Dei facilius eſſe conſecuturum, ſi venerabilibus locis, eorumque miniſtris, & cuſtodibus neceſſaria adhibuero, & præſtitero adjumenta. Proinde ego qui ſupra R. Dux prædictæ Eccleſiæ dilector, & filius pro remedio animæ meæ genitoris, atque genitricis meæ, & parentum noſtrorum concedo, & trado eidem Eccleſiæ caſtellum, quod dicitur Salſula cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, & territoriis, cum omnibus ruſticis, qui modo ibi ſunt, vel futuri ſunt ſic, ut non ſint tributarii Ducis, item omnes Judæos, & Monaſterium S. Joannis de Iliceto de Balnea, & quicquid Pater meus, & ego Eccleſiæ conceſſimus, hoc tamen concedo ſine omni infeſtatione, & contrarietate, & requiſitione heredum, ac ſucceſſorum meorum, pariterque infeſtatione, violentia, & calumnia ordinariorum meorum, vel heredum, aut ſucceſſorum poſt me futurorum, & quoniam Baldoinus Epiſcopus de hoc ſæculo migraverat hujus donationis; & conceſſionis inveſtituram tradidi per baculum unum Bonohomini Sipontino Archiepiſcopo, & G. Trojano Epiſcopo, & Clericis illius Eccleſiæ, Roaulpho, & Urbojo ſacerdotibus, atque Ioanni Tito in præſentia Comitis Goffredi de Coperſano, & Comitis Henrici de Monte, & Ricci Comitis de Andria, & Rodulphi de Lauricello, & Brienni Comitiſtabilis, quorum precibus, & interventu hæc omnia feci. Inſuper & Grimoaldo noſtro Prothonotario hujus præcepti ſeriem ſcribere præcepi. Si quis autem de prædictis aliquo tempore aliter quam conceſſum eſt mutare, aut violare præſumpſerit, præceptique noſtri contemptor extiterit, ſciat ſe de perpetuo anathemate condemnandum, inſuper in Palatio noſtro mille libras puriſſimi auri compoſiturum.

Hæc ſupradicta manu ducis firmata, & ſigillo illius ſigillata anno Dom. Incarn. Milleſimo nonageſimo tertio Ducatus mei IX. menſe Novembri, indict. 2.

Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.
† *Signum Henrici Comitis de Monte.*
† *Signum Goffredi Comitis de Coperſano.*
† *Signum Ricci Comitis de Andria.*
† *Signum Rodulphi Comitis de Lauritello.*
† *Signum Comitiſtabilis Brien. &c.*

II. 2. WILLELMUS, ſeu Guiglelmus Balduino ſucceſſit, cui, & ſucceſſoribus ſuis idem Rogerius Dux ann. 1097. donavit Caſtrum Gaudiani, cum omnibus vaſſalibus, juribus, & pertinentiis ſuis, liberum, atque ſolutum ab omni jugo ſervitutis, pro remedio animarum Roberti, & Sichelgaitæ genitorum ſuorum. En diploma ab originali extractum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Rogerius, Divina favente clementia Dux Roberti Magnifici Ducis hæres, & filius. Si Divinum cultum, & S. Eccleſiæ honorem, ac utilitatem debita reverentia, & ordine digno attendimus, profecto devotione tota circa S. Dei Eccleſiam diligentiſſimam curam, & ſolatium adhibere debemus, ut tanto nos ſuperna pietas gratius protegat, quanto ferventius ſuam Eccleſiam exaltari, atque tueri ſatagimus. Idcirco pro redemptione animæ D. Roberti ſupradicti genitoris noſtri, & animæ Sichelgaitæ genitricis noſtræ, & pro ſalute noſtra concedimus Melphienſi Eccleſiæ in honorem S. & ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ Matris ædificatæ, ſuoque ven. Antiſtiti nomine Guglielmo, ejuſque ſucceſſoribus, Eccleſiam S. Angeli Michaelis & Caſale, quod dictum eſt Gaudianum cum omnibus vaſſallis, & juribus & pertinentiis ſuis, liberum, atque ſolutum ab omni jugo ſervitutis, ea ratione, ut ſemper ſit in poteſtate Melphien. Epiſcopi ſupradicti, ſuorumque ſucceſſorum, & liceat eis inde facere omnia, quæ voluerint, & neque à nobis neque à noſtris heredibus, Stratigotis, Judicibus, Vicecomitibus, Curmarchis, Platearis, vel ab aliquibus miniſtris noſtræ Reipublicæ, inde aliquod contrarium, aut calumniam habeant, ſed ut dictum eſt omni tempore firmiter & abſque aliqua calumnia illud habeant. Quod ſi quis forte temeraria auſu hujus noſtræ conceſſionis violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi liber. 20. medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus applican. & hæc noſtra conceſſio ſemper firma, & inconcuſſa remaneat: Teſtimonium vero hujus noſtræ conceſſionis tibi Grimaldo Notario noſtro ſcribere precibus, & noſtro cum typario plumbea bulla bullare juſſimus. Anno Dom. Incar. 1097. Ducatus autem noſtri XII menſ. Decemb. V. indictionis.

Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.
Signum Vicecomitis.
Signum N. de Monte.
Signum Rodulphi Comitis de Lauritello.
Signum Ricci Comitis de Andria.
Signum Joel de ſancta Agata.
Signum Herberici Comitis.
Signum Briennis Comitiſtabilis.
Signum O. de Monte.

Rogerii erga Melphienſem Eccleſiam pias liberalitates, plus Præſul Guillelmus immunes retinuit, & à Paſchali II. earundem donationum retulit confirmationem anno 1102. Diplomatis tenor talis eſt.

PASCHALIS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Venerab. Fratri Gulielmo Melphienſe Epiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.

PEr Apoſtoli Petri diſcipulum ſucceſſorem Anacletum Apoſtoli Petri præceptum accepimus, ne in villis, aut municipiis, vel in modicis Civitatibus ordinentur Epiſcopi; magnum enim eſt Eccleſiæ detrimentum, cum Epiſcoporum nomen, ac dignitas frequentia, inopiaque vileſcit. Hujus nos providentiæ juſtitia commoniti, præſentis decreti authoritate juxta SS. Patrum ſtatuta ſancimus, ne in Lavellano oppido, quod Melphiæ proximum eſt, ullo deinceps tempore Epiſcopalis cathedra ſtatuatur, ipſum verò oppidum cum pertinentiis, & finibus ſuis, tibi venerab. frater Gulielme Melphienſis Epiſcope, tuiſq; legitimis ſucceſſoribus perpetuò regendum, & Epiſcopali jure tenendum, diſponendumque firmamus. Præterea villam Salſulæ, Gaudianum, poſſeſſiones S. Joannis de Iliceto, ita ſemper in propria Melphienſis Eccleſiæ poſſeſſione permanere cenſemus, ſicut à filio noſtro Duce Rogerio ſuis temporibus traditæ, & chirographo confirmatæ ſunt, hoc ipſum Judæorum cenſu, Balnearum reditu, villanorum vectigalibus, molendinis, vineis, agris, cæteriſvè rebus quas intra, vel extra Civitatem Melphiæ idem Dux Eccleſiæ veſtræ contulit præſentis privilegii pagina conſtituimus: ad hoc quicquid, vel proprietario, vel baronali jure Eccleſia veſtra in præſentiarum obtinet, ſive in futurum largiente Domino juſtè poterit. atq; canonicè adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Porrò in legationem . . . ut quicumque deinceps Epiſcopi Melphien. in Eccleſia, Deo authore, ſucceſſerint, ab Apoſtolicæ Sedis noſtræ Pontificiæ conſecrationis gratiam ſortiantur. Si qua igitur in craſtinum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione emendarit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, eumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore, & ſanguine D. Redemptoris noſtri JESU Chriſti aliena fiat, atque in extremo exami-

ne

Digitized by Google

ne diſtrictæ ultioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Beneventi per manus Ioannis S. R. Eccleſiæ diaconi 3. Kal. Octobris, indictione X. Incarn. Dom. anno 1102. Pontificatus autem D. Paſchalis II Papæ 3.

III. 3. ROGERUS vixit anno 1155. ſub Rogerio Rege, qui Melphiæ eodem anno Fanum, Turremq; ſacræ ædi propinquam, miræ altitudinis, nobiliſque ſtructuræ ædificavit. Hoc fortaſſe Præſule, à Rogerio capta, & deſolata fuit penè Civitas, ut notat Fulco Beneventanus in Chronico ann. 1133.

IV. 4. RODULPHVS, a in Concilio Laterano ſub Alexandro III. inter Romanæ Provinciæ Epiſcopos reperitur ſubſcriptus anno 1179.

a Al. Rodulfus.

V. 5. GUGLIELMUS Epiſcopus Melphienſis, confirmationem omnium jurium, poſſeſſionum ſuæ Eccleſiæ, necnon Caſtrum Salſulæ, & Gaudiani caſalis à Cœleſtino III. anno 1193. ſub hoc diplomate obtinuit.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Venerab. Fratri Gulielmo Melphien. Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

IN Apoſtolicæ Sedis Specula diſponente Domino conſtitute, fratres noſtros Epiſcopos tam vicinos, quam longè poſitos fraterna debemus charitate diligere, & eorum quieti, & tranquillitati ſalubriter, auxiliante Domino, providere. Ea propter vener. in Chriſto frater, tuis iuſtis poſtulationibus clementius annuentes Melphien. Eccleſiam, cui Authore Domino præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſenti ſcripto privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci. firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, ad exemplar quoque prædeceſſorum noſtrorum Paſchalis, & Alexandri Romanorum Pontificum Apoſtolica auctoritate ſancimus, ne in Lavellano oppido, quod Melphiæ proximum eſt, ullo deinceps tempore Epiſcopalis Cathedra ſtatuatur, ſicut eſt hactenus obſervatum; ipſum verò oppidum cum pertinentiis ſuis, & finibus, tibi, tuiſque cathedraticis ſucceſſoribus perpetuo regendum, & Epiſcopali iure tenendum, diſponendumque firmamus. Præterea villam Salſulæ, Gaudianam, & poſſeſſiones S. Ioannis de Ilicetaita ſemper in propria Melphien. Eccleſiæ poſſeſſione permanere cenſemus, ſicut à bon. mem. Duce Rogerio ſuis temporibus traditæ, & chirographo ſuo confirmatæ ſunt, hoc ipſum de Iudæorum cenſu, Balnearum redditu villanorum, vectigalibus, molendinis, vineis, agris, cæteriſvè rebus, quas intra, vel extra Civitatem Melphien idem Dux Eccleſiæ veſtræ contulit præſentis privilegii pagina conſtituimus. Porrò in legitimum ſempiternum ſancimus, ut quicumque deinceps Epiſcopi in Melphien Eccleſiam Deo authore ſucceſſerint, ab Apoſtolicæ ſedis Pontifice conſecrationis gratiam ſortiantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſvè perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire tentaverit ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri IESU Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax D N I C quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Amen.

Datum Laterani, per manum Aegidii S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. Card. 3. Kalendas Iulii, ind. 12. Incarn. Dom. anno 1193. Pontificatus verò D. Cæleſtini Papæ III. anno III.

VI. 6. JACOBUS obiit circa annum 1202. De quo mentio in literis Innocentii III. ut videbimus.

VII 7. R. ſic notatur in regeſt. Innocentii III. ep. 113. anno 15. Hic cædis, periurii, concubinatus, ſimoniæ, proditionis, aliorumque criminum reus, ſuſpendi ab officio Pontificali mandatur ab Innocentio, & infra tres menſes ſe ſiſtere jubetur, alioquin excommunicari, & alium Paſtorem Eccleſiæ Melphienſi idoneum præfici. De hac re has Epiſcopo Murano Innocentius ſcripſit epiſtolas.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, &c.

Circa radices infructuoſæ arboris ſtercora ſubmiſimus fodientes, & per tempora plurima ſuſtinuimus ſi forſan fructum produceret exoptatum. Verum quia non poteſt arbor mala bonos fructus facere, juxta ſententiam veritatis, arbor eadem ſic fota ſtercoribus, & tamdiu expectata, non ſolum fructum bonum non pertulit, ſed prorupit in ſpinas, quæ facis acriter pupugere cultorem. Hæc autem pro Epiſcopo Melphienſi proponimus, de quo nobis ſunt ſæpius nefanda, & ſceleſta ſuggeſta, & cum in ipſum, propter ſuorum exigentiam meritorum, manum noſtram debuerimus merito aggravare, tanta erga eum patientia uſi ſumus, quod parvulum nobis ſuorum ſcelerum codicillum, ſibi duximus tranſcribendum, ut illud quaſi ſuo admoventes aſpectui, eum ſuit oculis monſtraremus; ipſeque videns in eo, quibus, & quantis ſua foret facies obnubilata palloribus, de cuius hoc putredinis corruptela procederet, in latibulo conſcientiæ ſcrutaretur. Acceperamus autem, & accepta reſcripſeramus eidem, qualiter habitus fuerat de bonæ memoriæ Iac. prædeceſſoris ſui morte ſuſpectus, quid, & qualiter poſt obitum ſucceſſoris eiuſdem Iacobi firmaverit juramento, qualiter contra id venerat quod juraret, & quomodo tandem in ſua fuerat electione proceſſum. Qualiter etiam vitula, in qua tunc arabat, & arat, adhuc ipſam publicè retinendo, ſicut manifeſtum eſt ſuis civibus univerſis, fuerit die ſuæ conſecrationis enixa, & quomodo qui poſt eum venerat, & deſcenderat ex eodem, ante ipſum fuerat factus preſbyter, & ante patrem acceſſerat filius ad altare. Cum autem nobis annunciata, renunciataq; ſibi, eum corrigere debuiſſent, in tantum ipſe noſtros poſt ſua projecit terga ſermones, quod poſtmodum ſicut fuit noſtris auribus intimatum, depoſita penè penitus modeſtia paſtorali, virtutibus hoſtis, & vitii amicus effectus licet in Eccleſia ſua plures perſonæ honorabiles haberentur, tam ætate, ſcientia, quam moribus idoneæ, ad officium Cantoriæ dictum facit filium in Eccleſia Melphienſi cantorem, quo ſecum in choro ſedente, mutua viſione perpenditur, quam carnaliter alter ab altero diligatur. Præſertim cum idem cantor nullam dicatur gravitatem morum, & diſciplinæ modeſtiam intromiſſa ſibi dignitate ſervare, ſed diſcurrat potius levitate propria tanquam ſimplex clericus in contemptum Eccleſiæ, ac plurimorum ſcandalum jugiter per plateas. Inſuper etiam Epiſcopus ſupradictus nepotibus ſuis in cunabulis vagientibus, in gravamen eorum qui Eccleſiæ famulantur, maiores præbendas tribuit, & beneficia meliora. Et licet ſuper his, à capitulo ſuo conventus, coram judicibus, & aliis probis viris pluribus Civitatis, menſa, & rationibus aliis, quibus per eundem ſpoliati fuerant reſtitutis, ſe promiſerit præmiſſa emendaturum omnia ſub fidei ſponſione; Ipſe tamen faciens ad peiora proceſſum, menſam Canonicis ſubtraxit eandem, & tam ipſos, quam clericos præbendis, & beneficiis ſpoliavit, juris ordine prætermiſſo præbendas ipſis Canonicis inconſultis, & ſubripiens eis judicia mortuorum, pœna pecuniaria clericos ſuos mulctat, contra SS. Patrum canonicas ſanctiones. Matrimonia inſuper, tam licita, quam illicita, paſſim prohibet, niſi pro quibus pecunia intercedit. Adulterorum quoque publica peccata diſſimulat, quia non ſolum in talibus, verum etiam & in aliis promiſſo munere, vel oblato redimentes ſe in errore dimittit, uſque adeo deditus ſimoniacæ pravitati, quod pene eum fine ipſa, nec in Eccleſiis immolatur, nec aliquod ſpirituale confertur. Appellationes etiam quantumcumque rationabiliter ad ſedem Apoſtolicam interpoſitas, vilipendit. Licet autem ſuper tantis exceſſibus eum duxerimus hactenus in patientia ſupportandum, nec exeruerimus ultorem gladium in eundem, expectantes nos, ſi forſitan pœniteret, ſibi clementia noſtra ignoſceret ne periret. Ipſe tamen patientia noſtræ benignitatis abuſus, ut nos acrius provocaret, de reddenda Civitate Melſiæ, quam in

fide-

fidelitate Regia per iunovata juramenta primitus ſolidaret ab Ottone maledicto, & excommunicato, pulſari precibus non ſuſtinuit, ſed prævenit eundem. Et movens in ipſa Civitate diſcordiam, & provocans bello cives, eis de præſtanda fidelitate ipſi O. ab eodem commonitis, & cur hoc faceret ſciſcitantibus, ſic reſpondit, quod malebat honoris proprii, quam rerum ſuarum incurrere detrimentum, & reddi ſibi faciens Civitatem, ad exhibendam ei fidelitatem, & hominium ſpontaneus, & ſine inductione alicuius acceſſit, ac idem ſuis concives, quos revocare debebat, inducens, & nec excommunicationis ſententiam, nec perjurii notam metuens, quam ex hoc incurrere ſe ſciebat, ei familiarius præ cæteris Apuliæ Prælatis adhæſit, ſibi manifeſtè in noſtram iniuriam, & Regium diſpendium obſequendo. Nolentes igitur, ut dictus Epiſcopus, eo quod malle ſe aſſeruerit honoris proprii, quam rerum ſuarum detrimentum incurrere, mentiatur, Fraternitati tuæ per Apoſt. ſcrip. mand. & diſtrictè præcipimus, quatenus eundem omni appellatione ceſſante, ab officio Pontificali ſuſpendas, ex parte noſtra firmiter iniungens eidem, ut infra tres menſes noſtro ſe conſpectui repræſentet. Alioquin ipſum ex tunc vinculo excommunicationis innodans, mandes capitulo Melphienſi, ut ſibi provideant perſonam idoneam, per electionem Canonicam in Paſtorem.

Datum Laterani Non. Iun. Pontificatus noſtri an. 15.

In eundem ferè modum ſcriptum eſt ſuper hoc Capitulo Melphienſi, uſque per electionem Canonicam in Paſtorem. Ideoque diſ. veſ. per Apoſt. ſcript. *Mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus mandatum Apoſtolicum per eundem Muran. Epiſcopum ſuſcipiatis humiliter, & fideliter obſervetis.*

Idem in prædictis criminibus, pro quibus prius ſuſpenſus, perſeverans perpetuo ab Eccleſia Melphienſi removetur, & deponitur, eiuſque alienationes irritæ declarantur. En alia Innocentii epiſtola, ex regiſtro deſumpta.

Aures habuit, & non audivit, nares, & non odoravit, ille qui præfuit, & obfuit Eccleſiæ Melphienſi, cum operum eius clamores, qui uſque ad nos in longinquo inſinuatione clamoſa communis ferè opinionis vallata teſtimonio pervenerunt, in proximo noluerit intelligere, ut bene ageret: comparatus iumentis inſipientibus, & ſimilis illis effectus, & noſtræ commonitionis ſurdus auditor inter virtutum odorē, & fœtorem non diſcreverit vitiorum. Acceperamus ſiquidem olim qualiter R. tunc Melphienſis Epiſcopus, ſi Epiſcopus dici debet, quem opera mercenarium exhibuerunt, non Paſtorem, habitus fuerat de bo. mem. Iacobi prædeceſſoris ſui morte ſuſpectus: quod, & qualiter poſt obitum illius proprio firmaverat juramento, & contra id venerat, quod juraverat, quomodo tandem in ſua fuerat electione proceſſum: qualiter etiam illa, quam in oculis populi ad publicæ infamiæ teſtimonium detinebat, in die conſecrationis eius enixa, & libidinis teſtem produxerat, & quaſi eccontis ediderat incontinentiæ argumentū. Et quomodo alius, qui poſt eum venerat, & deſcenderat ex eodem ante ipſum factus eſt presbyter, ante patrem aſcendens filius ad Altare. Nos autem erga ipſum tanta patientia ſumus uſi, quod qui poteramus deſcendere, ac videre, utrùm clamor, qui ad nos de ipſo aſcenderat, opere compleretur, & reſpondente facto ſermoni vibrare ultionis gladium in eundem, virgam correctionis remiſimus, rigorem iuditii ſuſpendentes, & affectu ei patris ſpiritualis exhibito ipſi caritative monitionis manna porreximus prægustandum. Et ne quid de contingentibus omittere videremur, oblatum nobis infamiæ ſuæ libellum ſibi duximus tranſcribendum; audita ſuis oculis admoventes, ut ingreſſus conſcientiæ ſuæ judicium, idem ſibi teſtis, & judex exiſtens, humiliatus ad pœnitentiam ſic apud ſe caderet, quod reſurgeret apud Deum. Ipſe vero tanquam aſpis ſurda, quæ vocem non exaudit incantantium ſapienter, uſque adeo noſtros projecit poſt ſua terga ſermones, quod ſicut poſtmodum noſtris fuit auribus intimatum, depoſita penè penitus modeſtia paſtorali, carnem, & ſanguinem ſapiens, filium voluptatis, & ſanguinis, & alias prorſus indignum, & moribus oneroſum, dignis, & honorabilibus prætulit officio Cantoriæ. Sicque factus eſt poſt Epiſcopum primus inter alios excellentia dignitatis, qui meritis noviſſimus exiſtebat, & primi prærogativa virtutum facti ſunt noviſſimi beneficii qualitate. Nepotibus quoque ſuis vagientibus in cunabulis, licet ad plus vix valentibus balbutire, nedum quod in Eccleſia legerent, vel cantarent, niſi forte legat balbutiens expeditè, ac dulces choro concinentium reſonet vagiens melodias, majores præbendas tribuit, & beneficia meliora, portātibus aliis pōdus diei, & æſtus, et iſtis, ubi nō ſeminaverūt, metēribus plena manu. Hæc autem licet ſe promiſiſſet correcturum ſub fidei ſponſione, faciens tamen ad ulteriora proceſſum, immo magis exceſſum, tam vos, quàm alios clericos præbendis, & beneficiis prætermiſſo juris ordine ſpoliavit, & contra Turonen. ſtatuta Concilii, quod ſectionem inhibet præbendarum, dividebat, & diviſas conferebat præbendas, non ſecundum rationis judicium, ſed pro ſuæ arbitrio voluntatis. Sponſalia ſanè, niſi de ſolvenda ſibi pecunia præcederent ſponſiones, contrahi prohibebat: ac factus in Templo domini venditor Columbarum, quo nummulariorum menſas evertere debuiſſet, opibus, non operibus penſatis in ſubditis, in collatione beneficiorum, & aliorum, quæ juris ſpiritualis exiſtunt, non quid exigeret meritum, ſed quid munus ſuggereret, attendebat, ut qui plus de temporalibus in ſtateris ejus doloſis poſſet appendere, plus de ſpiritualibus reportaret. Sicque ad Simeonem magum imitatione ſimoniacæ pravitatis acceſſit, quod à Simone Petro penitus viſus eſt diſceſſiſſe. In his autem, & aliis quæ licet in publicum malitia ſua prodiderit, nos tamen faſtidio ſubticemus, in patientia ſupportavimus, illi locum veniæ reſervantes, ut ſi forſan actus ſuos reformaret in bonum, ſibi noſtra clementia ignoſceret, ne periret: ſed ipſe gratia noſtræ benignitatis abuſus, ut nos acrius provocaret O. reprobo, & maledicto, nec pulſatus precibus, nec ſufficienti metu commotus, Melphien. ſubdidit Civitatem, factuſque proditionis præcurſor, Cives quos revocaſſe debuerat, prævenit temerè ad jurandum, immò potius dejurandum, cum dici non debeat, juramentum, per quod juſtitia læditur, fides aliis debita violatur, & cujus adhuc manus, ut verbis cujuſdam ſolitæ loqutionis utamur, de recenti juramento celabat, quod Kariſſimo in Chriſto filio noſtro F. illuſtri Regi Siciliæ paulò ante præſtiterat, traxit poſt ſe plurimos ad ruinam, & excommunicato prædicto tantò principalius inter alios Regni Prælatos adhæſit, quanto plus alii ab Eccleſiæ devotione, ac memorati Regis fidelitate receſſit. Porrò ut pœna revocaret à culpa, quem culpa traxit ad pœnam, & ſentiret fulgura, qui tonitrua non timebat, ven. fratri noſtro . . . Murano Epiſcopo noſtris dedimus literis in præceptis, ut ipſum ab officio pontificali ſuſpendens, firmiter eidem injungeret, quod infra tres menſes noſtro ſe conſpectui præſentaret, alioquin ex tunc eum vinculo excommunicationis aſtringens vobis ex parte noſtra præciperet ut provideretis Eccleſiæ veſtræ, ac vobis perſonam idoneam canonicè in Paſtorem. Cumque per ſupradictum memoratum Epiſcopum noſtra fuiſſet authoritate ſuſpenſus, infra trium menſium ſpatium eidem indultum per nuncios inſtitit, & humiliter ſupplicavit, ut terminum, quo noſtro ſe debeat præſentare conſpectui, dignaremur uſque ad octavas B. Martini proximè præteritas prorogare. Cui non ſolum illas, ſed etiam uſque ad octavas Epiphaniæ ad convincendam ejus malitiam alias inducias duximus indulgendas. Interim autem ipſe iram ſibi accumulans in die iræ, nedum quod à præmiſſis non deſtitit, ſed etiam, ſicut accepimus, tanquam fœdus cum morte pepigerit, in profundum veniens vitiorum, in contumaciam ſe majorem erexit, & prioribus priora commiſit, medio tempore bona Eccleſiæ ſibi commiſſa tam prodiga diſpenſatione diſpergens, quod eventu ſecuto præmiſſæ petitionis interprete, ad diſſipandum, non ad comparendum in noſtra præſentia, viſus eſt prorogationem termini, non abſq; illuſione Sedis Apoſtolicæ poſtulaſſe. Cum igitur idem mortuus per peccatum, & evidentia ſuorum actuum perverſorum extra Civitatem delatus, jamque delinquendi conſuetudine compeditus in monumento jacet fœtidus, non adiiciens, ut reſurgat, ut excidatur ficus fatua, quæ nec verba ſalutis enuncians, nec opera virtutis exercens, non protulit fructus, aut folia, ſed terram ſterilem reddidit ſub occupatione nociva: dictum R. ab Eccleſia Melphienſi perpetuò duximus amovendum, ut nec etiam ut ſubjectus in ea remaneat, cui ſic præeſſe noluit, ut prodeſſet, excommunicationis vinculo innodantes, ſi quis et de cætero præſumpſerit intendere, ut paſtori. Contractus præterea venditionis, donationis, vel cujuslibet alterius alienationis, quos in damnum celebravit ejuſdem Eccleſiæ, irritamus, & ut terra, quæ ſub umbra inutilis arboris habebatur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem, per Apoſtolica ſcri-

pta

A *pta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus in talem perſonam de prudentum virorum conſilio vota veſtra per electionem canonicam conferatis, per quam, & præteriti temporis valeat reparari jactura, & futuri cõmoditat provideri.*

Datum Laterani 3. Kal. Febr. Pont. noſtri an. 15.

VIII. 8. RICHERIUS doctrina, ac vitæ ſanctimonia inſignis, præficitur in locũ depoſiti anteceſſoris circa annum 1213. Hic à Federico II. cujus erat à conſiliis, privilegiis, & immunitatibus cohoneſtatus, magnum Eccleſiæ ſuæ beneficium contulit; hoſpitale apud Eccleſiam S. Nicolai de Aufrido erexit, Moniales S. Benedicti è vaſta ſolitudine ab Eccleſia S. Veneris ad Eccleſia S. Joannis de Niceto tranſtulit anno 1224.

IX. 9. Fr. ROGERIUS de Leontio Ord. Prædicatorum, magnæ virturis, ac ſcientiæ vir, à Raynaldo Epiſcopo Cardinali Oſtienſi Apoſtolicæ ſedis Legato, in Epiſcopum electus, ab Innoc. IV. an. 1252 *a*. 7. id. Febr. confirmatur Pontif. an. 9. ex reg. vat. ep. 108. f. 128.

a 1252.

X. 10. GUILLELMUS conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ Vallis viridis Bovinæ Diœceſia interſuit an. 1261. ut habetur in vita S. Marci Luceriæ Epiſcopi.

B

XI. 11. GARVERUS *b*, ex decano S. Petri de Cunac Cœnomanenſis Diœceſis, electus à Clemente IV. an. 1266 die 12. Kal. Novembris, Pontiſ. 2. ex regeſt. Vat. epiſtola 134. ſol. 100.

b al. Garverius, alias ...

XII. 12. FRANCISCUS de Monaldis Balneoregienſis à Nicolao III. ad Melphienſem Epiſcopatum an. 1278. evectus, nec diu eum titulum tenuit, cum ab eodem Pontifice anno ſequenti 5. id. Martii ad Eccleſiam Urbevetanam translatus, atque ab ea poſtea ad Florentinam traductus eſt anno 1295. Hic ille Franciſcus Balneoregienſis eſt ex clariſſima Urbevetana Monaldorum familia ſatus, quæ ob potentiam, qua efflorescebat, multa loca, atque adeò Balneum regium ipſum annis pluribus obtinuit; ex ea namque ſtirpe natus Franciſcus Balneoregienſia dici voluit, ut ſe ſe ab aliis Monaldeſchis Urbevetanis diſtingueret. Monaldos Balneoregii Dominos extitiſſe Innocentii IV. temporibus conſpicuum eſt, cum ille juriſdictionem eandem ipſis confirmavit. At ſub Urbano VI. anno 1389. à civibus pulſi fuere, ac tandem anno 1412. eo dominatu exuti ſunt, ut narrat Petrus Romanus lib. 4. Pětaliologiæ in deſcriptione Balneoregii. De Monaldis verò Peruſinis infra nonnulla dicemus, cum de Monaldo hujus ſedis Epiſcopo ſermonẽ inſtituemus.

C

XIII. 13. Fr. SINIBALDUS Ordinis Minorum, creatus anno 1280. Is campanam magni ponderia contra aeris tempeſtates, quæ adhuc extat, conflari fecit. Indefeſsè, diuq; laboravit Sinibaldus pro Eccleſiæ ſuæ juribua tuendis adverſus Robertum de Juriaco Lavellj Dominum, partis Salſulæ ad Eccleſiam Melphienſem ſpectantis occupatorem; cumque Sinibaldus ad Berardi Epiſcopi Cardinalis Præneſtini Apoſtolicæ ſedis Legati tribunal cõfugiſſet, ab ipſo judex delegatus datus eſt Gobertus Montis viridis Epiſcopus, qui tandem ad favorem Sinibaldi ſententiam tulit, quam inde Nicolaus IV. hoc diplomate confirmavit.

NICOLAUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. Fr. noſtro B. Epiſcopo Præneſtino, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

D *Significavit nobis Ven. frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Melphienſe, quod cum ipſi nobilem virum Robertum de Juriaco Dominum Civitatis Lavelli ſuper quibuſdam terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis coram Ven. Fratre noſtro Epiſcopo Montis viridis authoritate literarum tuarum traxiſſent in cauſam, præfatus Epiſcopus Montis viridis, quia idem nobilis citatus legitimè comparere coram eo in aſſignato ſibi ad hoc termino peremptorio competenti contumaciter non curavit, propter hujuſmodi ipſius nobilis contumaciam manifeſtam præfatos Epiſcopum, & Capitulum Melphien. in corporalem poſſeſſionem terrarum, poſſeſſionum, & aliarum rerum prædictarum, per eos in judicio petitarum, cauſa rei ſervandæ inducendos fore decrevit juſtitia exigente; ſed ipſi Epiſcopus, & Capitulum Melphienſe, tum propter potentiam, malitiam, & reſiſtentiam dicti nobilis in ſua contumacia perdurantis, tum etiam propter favorem, quem dilectus filius nobilis vir Robertus Comes Attrebatenſis eidem Roberto ſuper hoc dicitur præſtitiſſe, poſſeſſionem hujuſmodi nancisci minime potuerunt. Quare ex parte ipſorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſi propter malitiam, & potentiam partis adverſæ non confidant ſe poſſe ſuper hoc conſequi juſtitiæ complementum, niſi congruo remedio ſubveniatur, eiſdem providere ſuper hoc indemnitati, paterna ſollicitudine dignaremur. Nos igitur plenam gerentes de tua circumſpectione fiduciam, qui de iis habere poteris notitiam pleniorem, fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ſi eſt ita, conſiderato prudenter, quod non eſt deferendum homini contra Deum, præfatos Epiſcopum Melphienſem ſic habere ſtudeas ſuper prædictis in eorum jure favorabiliter commendatos, faciens eis omni prorſus difficultate, ac tarditate, gratia, & amore poſtpoſitis exhiberi juſtitiæ complementum, quod hujuſmodi cauſa litis, amputatis anfractibus, fine debito celeriter terminetur, ipſi Epiſcopus, & Capitulum Melphienſe ſuam lætari poſſint e tuo mediante favore fuiſſe juſtitiã conſecutos. Noſque ſuper hoc non oporteat aliud remedium adhibere.*

B

Datum apud Urbem Veterem Kalend. Martii, Pontificatus noſtri anno quarto. Coma, &c.

14. SARACENUS, in contentione ab una parte Capituli poſtulatus, alia enim quemdam M. Gervaſium de Bello Monte Canonicum Eboracenſem ſibi delexerat in Paſtorem, à Bonifacio VIII. rejecto Gervaſio, confirmatur ann. 1295. 2. Non. Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 350. ſol. 76. an. 1. Pontificatus. Saraceno an. 1296. Carolus II. Siciliæ Rex caſale Gaudianum, & caſtrum Salſulæ à Rogerio olim Calabriæ Duce Eccleſiæ Melphienſi elargita confirmavit diplomate ſequenti, ex originali deſumpto. XIV.

Carolus Secundus Rex. Ad perpetuã rei memoriã &c.

C *Si præmia conferuntur hominibus retributiones merentibus impenduntur, Divina Clementia, à qua cuncta, quæ habet, recepit humana conditio, largitiones ſunt exhibendæ, ac præſtantius promptis affectibus munificentius impendenda. Sanè ven. in Chriſto Pater Saracenus Melphienſis Epiſcopus continuus familiaris, & fidelis noſter dilectus Majeſtatis noſtræ præſentiam adiens, & quædam privilegia Catholicorum Ducum, & Principum Regni Siciliæ indulta ſuæ Melphienſi Eccleſiæ de Caſali Gaudiano, & de Caſtro Salſulæ ſitis in juſtitiariatu Baſilicatæ in curia noſtra præſentans ſupplicavit humiliter, ut privilegia ipſa, quorum tenores deſcribuntur inferius pro prædicta ſua Melphienſis Eccleſia cautela perpetua confirmare, & ratificare de benignitate regia dignaremur, quorum privilegiorum tenores hi ſunt, videlicet. In nomine S. & individuæ Trinitatis. Rogerius divina favente clementia Dux. Roberti magnifici Ducis hæres, & filius. Si divinum cultum &c.* ut ſuperius ſunt allata.

D *Nos autem præfixam erga nos ſupernam dexteram largitatis ex multis perceptis beneficiis agnoſcentes, attendentes quoque multiplicis probitatis merita Epiſcopi memorati, quem fides conſtantia comprobat, & ſervitiorum exhibitio grata commendat, ſuis in hac parte ſupplicationibus ad gratiam exauditionis admiſimus, præſcripta privilegia omnia de certa ſcientia, & ſpeciali gratia confirmamus, & ratificationes noſtræ robore communimus. In cujus rei teſtimonium, & tam dicti Epiſcopi, & ſucceſſorum, quam propriæ ſuæ Melphienſi Eccleſiæ cautelam perpetuam præſens privilegium exinde fieri, & aurea bulla noſtra Majeſtatis impreſſa typario juſſimus communiri, alio conſimili ſub pendente noſtro ſigillo areo exinde ſibi dato.*

Datum Neapoli per manus Vener. viri magnifici Petri de Ferreriis de Camera Cancellarii, & Bartholomæi de Capua militis locumtenentis, & prothonotarii Regni Siciliæ an. Dom. 1296. die 26. Ap. IX. indiction.

Saraceni temporibus, S. Pauli Eccleſia à fundamentis excitata, ibidem hæc legitur inſcriptio.

Mirabilis locus iſtius Eccleſiæ, mirabiliter inventus eſt, per revelationem B. Pauli pluries ibi apparentis in ſomnis cuidam nomine Nicolao ſub anno Dom. 1310. B. Bernabæ 11. Junii, indict. VIII. reſidente in S. Romana Ec-

cle-

cleſia Epiſcopo Clemente Papa V. regnante D. Roberto Illuſtriſſimo Rege Hieruſalem, & Sicilia, exiſtente Præſule D. Saraceno ven. Epiſcopo Melphienſi.

XV. 15. CONSTANTINUS ſucceſſit Saraceno; ejus mentio anno 1319.

XVI. 16. GUILLELMUS Roberti Regis Conſiliarius, pro manutentione juris Caſalis Gaudiani ab omni præſtatione feudalis ſervitii liberi, & exempti, has eiuſdem Regis litteras obtinuit regio procuratori juſtitiæ Baſilicatæ anno 1324.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ Ducatus, & principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis comes, Juſtitiario Baſilicatæ, nec non ſuper procurandis ſtatutis procurator bonis contumaciam feudatariorum ipſius fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Ven. Pater Guillermus Dei gratia Epiſcopus Melphienſis, Conſiliarius, & devotus noſter nobis nuper expoſuit, quod tu juſtitia prætextu cujuſdam mandati Caroli Primogeniti noſtri chariſſimi Ducis Calabriæ noſtri Vicarii generalis ſub datum Neapoli anno domini 1324. die 28. Januarii 7. indictionis tibi directum eum proceſſu Caſalis, quod dicitur Gaudianum de decreta provincia deſtituiſti Procurator, voſque pro ejuſdem particulare curia procuratis in ipſius Epiſcopi, & ejus Eccleſiæ præjudiciū, & gravamen, & cum Præſul idem præfatum Caſale conceſſum utique majori Eccleſiæ Melphienſi per clar. mem. Rogerium Ducem ab omni præſtatione feudalis ſervitii, vel adhoa exemptum, & liberum aſſerat fuiſſe conceſſum, ſicut per privilegium Ducis eiuſdem plumbea bulla pendan. munitum poſſit inde conſtare, reſtitui ſibi Caſale præfatum pro ipſius Eccleſiæ ſua parte à nobis humiliter imploravit. Nos autem Eccleſiarum jura quantum bono modo poſſumus protegere diſponentes, fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus, quia quæſitis regeſtis regalibus non eſt inventum hucuſque præfatam Eccleſiam, ſeu præſulem ad aliquod pro Caſale prædicto curia noſtra teneri ſervitium, vel adhoam, conſtito vobis prius de exemptione caſalis prædicti, niſi alia circa hoc in contrarium rationabilis cauſa ſubſit, quam nobis è veſtigio nuncietis, poſſeſſionem caſalis prædicti cum fructibus, ſi qui exinde medio tempore ſunt percepti, præfato Epiſcopo, ſeu eius procuratori, vel nūcio authoritate præſentium reſtituere ac reſignare curetis, omnem proceſſum per vos habitum in prædictis in irritum ſine dilationis præpedio revocantes, noſtra curia reſervato. Quod ſi proceſſu temporis inveniatur dictam Eccleſiam, eius Præſulem ad aliquid pro caſale prædicto Curia noſtra teneri ſervitium, vel adhoam, ſed illud diminutè præſtitiſſe, ad hoc cum pœna ſtatuta in talibus dicta curia teneatur.

Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua militem Logothetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ an. Domini 1324. die 22. VII. indictione Regnorum noſtrorum anno XVI.

Extat declaratio Regiæ Cameræ, in qua aſſeritur caſale Gaudianum eſſe Francum, & liberum, & exemptum ab omni ſervitute, & adhoa; cujus exemplar habetur in eodem libello privilegiorum Melphienſis Eccleſiæ: ibidemque ſpectatur aliud Roberti Regis diploma ad favorem ejuſdem Guillelmi Epiſcopi, & Eccleſiæ Melphienſis pro Caſtro Salſula cum declaratione Regiæ Cameræ illud eſſe liberum Francum, & exemptum ab omni ſervitute, datum eodem die, & anno, ſic enim ſe habet.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Vener. Pater Guill. Dei gratia Epiſcopus Melphienſis Conſiliarius, & devotus noſter nobis nuper expoſuit, quod tu Juſtitiaria prætextu cujuſdam mandati Caroli primogeniti noſtri chariſſimi Ducis Calabriæ noſtri Vicarii Generalis ſub datum Neapoli anno Domini 1324. die 28. Januarii 7. indictionis tibi directum cum poſſeſſione Caſtri, quod dicitur Salſula, de decreta tibi Provincia deſtituiſti pro Curia, voſque ſtatuti pro ejuſdem partic. cur. procuratis in ipſius Epiſcopi, & ejus Eccleſiæ præjudicium, & gravamen, & cum Præſul idem præfatum Caſtrum conceſſum utique majori Eccleſiæ Melphienſi per clar. memor. Rogerium Ducem ab omni præſtatione feudalis ſervitii, vel adhoa exemptum, & liberum aſſerat fuiſſe conceſſum, ſicut per privilegium Ducis ejuſdem plumbea bulla pendenti munitum poſſit inde conſtare, reſtitui ſibi Caſtrum præfatum pro ipſius Eccleſiæ ſua parte à nobis humiliter imploravit. Nos autem Eccleſiarum jura quantum bono modo poſſumus protegere diſponentes, fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus quia quæſitis regiſtris regalibus, non eſt inventum hucuſque prædictam Eccleſiam, ſeu Præſulem ad aliquid pro Caſtro prædicto curiæ noſtræ teneri ſervitium, vel adhoam, conſtito vobis prius de exēptione Caſtri prædicti, niſi alia circa hoc in contrariū rationabilis cauſa ſubſit, quam nobis è veſtigio nuncietis, poſſeſſionem Caſtri prædicti cum fructibus, ſi qui exinde medio tempore ſunt percepti, præfato Epiſcopo, ſeu ejus procuratori, vel nuncio authoritate præſentium reſtituere, ac reſignare curetis, omnem proceſſum per vos habitum in prædictis in irritum ſine delationis præpedio revocantes noſtra curiæ reſervato. Quod ſi proceſſu tempore inveniatur dictam Eccleſiam, ſeu ejus Præſulem ad aliquid pro Caſtro prædicto ipſi Curiæ teneri ſervitium, vel adhoam, ſeu aliud diminutè præſtare, ad hoc cum pœna ſtatuta in tabulis dicta Curia teneatur.

Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua militem Logothetā, & prothonotarium Regni Siciliæ an. D. 1324. die 22. Junii 7. ind. Regnorum noſtrorum an. 16...

Delegatio, ſententia, & acta Epiſcopi Goberti pro Melphienſi Eccleſia habentur in citato libello privilegiorum ejuſdem Eccleſiæ.


XVII. 17. ALEXANDER * de S. Elpidio Picenus Ord. Eremitarum S. Auguſtini Magiſter Generalis, electus Epiſcopus Melphienſis à Joanne XXII. ann. 1325. 12. Kal. Martii, ut in reg. Vatic. Scripſit teſte Pamphilo in chronic. Eremit. de Juriſdictione Imperii, & Auctoritate ſummi Pontificis, de paupertate evangelica, de Eccleſiaſtica unitate, in libros Priorum, & Topicorū Ariſtotelis, & alia plura; vir fuit doctiſſimus, ac præcipuè Theologica facultate clarus. obiit an. 1328.

* Ex App. c.5.

XVIII. 18. Fr. MONALDUS de Monaldis a nobilis Peruſinus, Ordinis Minorum cum familiæ claritate, doctrinam, ac in rebus gerendis conjunxit induſtriam. Qui cum adhuc religioſum habitum ferret, concives ſuos cum Tudertinis, iis calamitoſis temporibus, quibus Guelphorum Gibellinorumque mutuis odiis ardens Italia miſerrimè attrita, & conſumpta eſt, conciliavit, virtutem gentilium ſuorum Giotti Monaldi imitatus, qui Peruſiam, & Monalduli, qui Tudertinam, aliaſque Umbriæ, ac Tuſciæ Civitates ſumma prudentiæ laude adminiſtrarunt. Tanta vero gratia apud omnes Monaldus floruit, ut cum ipſius fama, ob literarum, ac præſertim juris canonici peritiam, ſacrorum Canonum ab ipſo collectorum ſumma edita, latè increbreſceret, apud Joannem XXII. gratiam iniit, ac Procuratoris Generalis pro ſuo Franciſcano Ordine functus munere, anno 1328. die a. Nonas Octobris ab ipſo in Melphienſem Epiſcopum evectus, Avenione inauguratus eſt. Cumque ſe ſe ad ſuam gerendam Eccleſiam contuliſſet, ineunte anno 1332. incredibili ſuorum luctu obiit; in Cathedrali ſepulchro datus eſt. Quanta verò exiſtimatione floreret, Landulphi Caraccioli Amalphitani Archiepiſcopi viri doctiſſimi, ut Scoti teſtimonium probat, qui ipſi ſuarum doctiſſimarum elucubrationum partem conſecravit. Hunc Monaldum cum altero etiam Monaldo Ordinis Minorum, qui iiſdem viguit temporibus, confudere, & quæ unius erant, alteri ex ſimilitudine nominum, familiæque tribuere. Monaldus iſte Melphienſis Epiſcopus oriundus fuit ex Monaldorum familia Peruſiæ antiquitate ſpectatiſſima, quæ omnibus ſeculis literis, armis, ac dignitatibus Eccleſiaſticis clariſſimos extulit viros, hodieque in Benedicto Monaldo eminentiſſ. S.R.E. Cardinale, & Peruſiæ patriæ Epiſcopo, vulgo Card. Baldeſco nuncupato, atque in Horatio ejus germano fratre Epiſcopo Eugubino ad pompā, & majeſtatem efflorefcit. Alter Monaldus Suanenſis Epiſcopus, poſtea Beneventanus

a De quo [illegible] in Athen. Aug. Monal.

Archiepiſcopus, ex Monaldis Urbevetanis nobiliſſimis ex eadem ſtirpe ſatus, qua Monaldi Peruſini derivant, quamvis diverſa ferant inſignia. Monalda Urbevetana familia, lapſis ætatibus feudis nobiliſſimis potita eſt, atque etiam obtinet, pluresque viros omnium profeſſionum laude celebrariſſimos effudit, inter quos Beneventanus iſte Archiepiſcopus inclaruit, de quo infra in 2. tomo in Epiſcopos Suanenſes, & in Beneventanos Archiepiſcopos plura. Ambos verò hoſce Monaldos confundere facillimum fuit, quod ambo Monaldi appellati, ambo è ſtirpe Monalda, Ordinisque Minorum profeſſores, amboque Epiſcopi, ac iiſdem ferè temporibus extincti, cum Monaldus Melphienſis Epiſcopus ann. 1331. Beneventanus vero Archiepiſcopus anno 1331. è vita emigrarint. De iis Waddingus noſter tom. 3. Annal. Minorum. Cæſar verò Alexius in Peruſinorum illuſtrium elogiis, Felix Ciattus in 1. par. Peruſinæ Hiſtoriæ, Pellinus, aliique de noſtro Melphienſi Epiſcopo Monaldo ſcripſere. Ejus gentilitia ſtemmata, quæ poſteri hodie, ut antiquiſſima, præferunt, ut vides, Caſtellum, ac pons argenteus eſt, in cerulea parma, quamvis nunc Apes Urbani VIII. Pōt. Max. inſignia conjunxerint, eū ejus munificentia hæc Peruſina Monalda familia, Cardinalitia dignitate in Benedicto fuerit exornata.



Urbevetani verò Monaldi, quos vulgus Monaldeſcos vocat, in gentilitio ſcuto quatuor faſcias cæruleas, utrinque pinnatas, in aureo campo geſtant, quæ ſanè inſignia à Monaldorum Peruſinorum ſtemmate multum diſcrepant. Sed dictis id fidem non detrahit, cum plures, etiam ſi ex eadem ſtirpe originem traxerint, variis tamen occaſionibus, vel ut ab invicem ſe ſe diſtinguerent, ut iis accidit, inſignia variarint.

XIX. 19. **JACOBUS** ſucceſſit Monaldo ann. 1331. Defunctus eſt anno 1347.

XX 20. **PETRUS** Epiſcopus Clugienſis, huc translatus anno 1347. 2. id. Decemb. à Clemente VI. ex reg. Vatic. ep. 64. fol. 60. mox ſequenti anno eum tranſtulit Clemens ad Concordienſem Eccleſiā 3. Kal. Junii.

XXI. 21. **JOANNES** de Naſo Galeratenſis in Comitatu Mediolanenſi natus, ex Cantore Patracenſis Eccleſiæ in minoribus conſtitutus à Clemente VI. ann. 1348. 3. Kal. Junii Epiſcopus creatus, eodemque anno 6. Kal. Aug. ad Veronenſem translatus, inde ad Bononienſem, ut videbimus ſuis in locis.

XXII. 22. **NICOLAUS** è Squillacenſi in Calabria Epiſcopo, huc translatus à Clemente VI. 2. Non. Oct.
a 1349. anno 1348. a poſt menſem iterum idem Pontifex eum ad Arborenſem in Sardinia tranſtulit Archiepiſcopatum 12. Kal. Novemb. ex reg. Vatic.

XXIII 23. **NICOLAUS** Caracciolus Neapolitanus Nicolao ſucceſſit anno 1348 *b.* 12. Kal. Novemb. ex Ar-
b 1349. chidiacono Vulteranenſi, qui à Joanna, & Ludovico Siciliæ Regibus in protectione ſuſceptus anno 1354. antiquæ donationes à Calabriæ Ducibus Eccleſiæ Melphienſi conceſſæ confirmationem ab ipſis ſuſcepit. Sedit laudabiliter an. 15. & factus eſt Cuſentinus Archiepiſcopus ab Urbano. ann. 1363. Obiit verò an. 1366. cui ſucceſſit in Archiepiſcopatu Cuſentino Cerretanus de Cerretanis nobilis Florentinus tunc Plebanus S. Stephani de Camplo Diœceſis Florentinæ, ac ſacri Apoſtolici Palatii Auditor, ex reg. Vatic. anno 3. Innocentii VI.

24. Fr. **ANTONIUS** de Rivello, Ord. Prædicatorum inſignis Theologus, & Concionator egregius, XXIV.
ab Urbano V. an. 1363. 18. Kal. Junii anno 1366.

25. **PANDULPHUS** de Suponte Canonicus Neapolitanus electus an. 1366. 4. id. Aprilis *c.* Obiit 1369. XXV.
ex reg. Vatic. c Novemb.

26. **FRANCISCUS** Sconditus Canonicus Neapolitanus creatus anno 1369. 2. Id. Novembris. Diſ- XXVI
ſenſiones inter Canonicos Melphienſes communem vitam ducentes ſopivit. De quo nil aliud de ipſo dignum reperi.

27. **JACOBUS**, cujus mentio extat an. 1382. in monitorio contra Nicolaum de Montorio Lavelli XXVII.
Dominum, quaſdam terras juriſdictionis Gaudiani Eccleſiæ Melphienſis propria invadere, tentantem contra libertatem, & privilegium Cœleſtini III. ejuſdem Eccleſiæ conceſſum, quod publicare, eidemque notificare fecit, ut legitur in tabulis ſuper hoc confectis tenoris ſequentis.

Anno ab Incarn. D.N.J.C. 1382. Regnante D. noſtro Roberto Dei gratia glorioſiſſimo Rege Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Forcalqueriis, ac Pedemontis Comite, Regnorum ejus anno 23. menſe Decemb. die 29. ejuſdem X. indictionis apud Gaudianum.

Nos Paſqualis Nicolai de Judice, Paſchalis Gaudiani judex, Sebaſtianus de Andria publicus per totas provincias Terræ Laboris, Comitatus Moliſii, Terræ Barii Capuana, & Baſilicata Regia auctoritate nobis, & teſtibus ſubſcriptis ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis præſenti ſcripto publicū notā facimus, ac teſtamur, quod prætitulatu die nobis exiſtentibus intus in prædicta terra Gaudiani, ibidem fuimus requiſiti pro parte Rev. in Chriſto Patris, & D.N. D. Jacobi Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Melphienſis per ven. virum Abbatem Nicolaum Judicis Auguſtini Canonicum Melphien. & ipſius D. Vicarii Epiſcopi Vicarium Generalem aſſerentem, & dicentem, quod cum dictus Dominus Epiſcopus intellexiſſet, quod D. Bartholomæus de Scrino miles Vicarius magnifici viri D. Raymundi de Vanno, & D. Iſabella de Apia ejuſdem D. Raymundi conſortis lubrieis, & balia ſpectabilis juvenis Nicolai de Montorio Terræ Lavelli Domini minabatur inferre moleſtiam, & facere novitatem dicto D. Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ Melphienſi ſuper poſſeſſione, vel quaſi jure herbagii, & fide terrarum Eccleſiæ S. AEgidii ſitis in territorio Gaudiani, & Maſſaria ipſius Eccleſiæ exiſten. in terris prædictis contra tenorem Papalis privilegii S. memoriæ D. Cœleſtini Papæ III. & ne poſſent dicti Domini ejuſdem privilegii allegare ignorantiam, vellet dictus D. Epiſcopus dictum Papale privilegium notificare, & publicare prædictis D. Raymundo, D. Iſabella, & D. Bartholomæo eorum Vicario ſupradicto, & nonnullas eis facere requiſitiones pro parte ſua, ac ſuæ Eccleſiæ Melphien. deberemus accedere cum dicto D. Epiſcopo ad præſentia D. Raymandi prædicti, qua requiſitione audita, quia noſtrum non poſſumus, nec debemus officiū denegare eodem die una cum prædicto D. Epiſcopo acceſſimus ad terram Cornetæ, & invenimus dictum D. Raymundum in domibus nobilis viri judicis Enrici de Curneto Regii Magiſtri Maxarii præſentibus ibidem D. Iſabella, & D. Bartholomæo prædicto, & quampluribus aliis familiaribus D. Raymundi prædicti, ac multis aliis probis viris, & ibidem prædictus D. Epiſcopus in noſtri præſentia conſtitutus notificavit, publicavit, & legit eiſdem D. Raymundi, D. Iſabellæ, & D. Bartholomæo dictum Papale privilegium, quod erat tenoris, & continentia ſubſequentis. vide ſupr.

Quod quidem privilegium vidimus, & inſpeximus diligenter non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectum ſubſcriptionibus prædicti Dom. ſummi Pontificis, & quamplurimorum DD. Cardinalium roboratum, & in filis ſericis bulla plumbea bullatam, poſt quam dictam notificationem, publicationem, & tenorem privilegii ſupradicti factam dictis Dominis per dictum D Epiſcopum, prædictus D. Epiſcopus coram nobis ex parte Sedis Apoſtolicæ, & ſub prædictis pœnis contentis in privilegio ſupradicto requiſivit prædictos Dom. Raymundum, D. Iſabellam, & D. Bartholomæum, quod non

de-

adherent per ſe, vel per alios dictam Melphienſem Eccleſiam, & Epiſcopum ſupradictum ſuper pacifica poſſeſſione, vel quaſi terrarum Maſſaria, & Jurium S. Ægidii prædictorum turbare, moleſtare, vel quibuslibet vexationibus fatigare dictum D. Epiſcopum, vel Eccleſiam Melphien. ſed ſi quod jus crederent Nicolao prædicto competere, illud proſequerentur cor. judice competente, quas terras, & Maſſarias, & jura dictus D. Epiſcopus aſſeruit ſe, & Eccleſiam ſuam prædictam tenere, & poſſidere pacificè, & quietè, ac tenuiſſe, & poſſediſſe, tam ipſum, quam prædeceſſores ipſius à tempore, à cujus in contrarium memoria hominum non exiſtit.

Petente itaque dicto D. Epiſcopo, quod de prædictis omnibus faceremus publicum inſtrumentum noſtrum officium, quod eſt publicum, implorando. Per nos vero, qui juſta petentibus noſtrum non poſſumus, nec debemus officium denegare, ad ipſius D. Epiſcopi requiſitionem, & preces factum eſt exinde præſens publicum inſtrumentum ſcriptum per manus mei, qui ſupra, notarii ſigno meo ſolito ſignatum ſubſcriptione mei, qui ſupra, judicis Paſchalis, & noſtrum infraſcriptorum, qui prædictis interfuimus, ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi.

Ego idem Sebaſtianus de Andria publicus, ut ſupra Regia authoritate notarius, qui prædictis vocatus, & rogatus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi.

Paſchal. qui ſupra Gaudiani judicis prædicta fatetur.

Ego Thomas de Gainerio Canonicus, & Theſaurar. Melphien. teſtis ſum.

Ego Bartholomæus Magnif. Franciſci Canonicus Melphien. teſtis ſum.

Ego Angelus de Aquila Canonic. Aquilen. & Melphien. teſtis ſum.

Ego Ser. Jacobus de Caſalis teſtis ſum.

Ego Paſchalis de Batola teſtis ſum.

Ego Joannes de Bononia teſtis ſum.

Ego D. Bartholomæus de Goilduino teſtis ſum.

28. HELIAS Clementis VII. Antipapæ ſectator, à quo hanc ſedem occupandam ſuſcepit anno 1384. ex lib. oblig.

XXVIII. 29. ANTONIUS de Samudia civis Melphienſis ab Urbano VI. Patriæ Epiſc. adlectus an. 1384. De eo iterum mentio anno 1388.

XXIX 30. ANTONIUS, an idem cum ſuperiori, mihi incertum: electionem ipſius non vidi in lib. oblig. in quibus tantum habetur mentio an. 1400. in lib. 1. proviſ. Præl. fol. 69. ann. 11. Bonif. IX. cui idem Pontifex cauſam delegavit inter Archiepiſcopum, & Conſilium Neapolis ſuper differentiis Eccleſiæ S. Reſtitutæ anno 1403. Conſiliarius is fuit Ladiſlai Regis, à quo pro Caſale Gaudiani, contra Hieronymum ſtipendiarium conſervatorium privilegium an. 1409. obtinuit, quod ſubjicio.

Ladiſlaus, Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Romaniæ, Serviæ, Galitiæ Lodomeriæ Bulgariæque Rex, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes, Vicegerentibus noſtris, & Juſtitiariis Provinciæ Baſilicatæ, vel eorum Locatenentibus, & officialibus noſtris aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quocumque titulo, & denominatione nominentur per Regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis præſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem.

Ad Præſidentis ſpectat officium jurgia tollere, diſſidia ſupputare, ſicque prudenter agere ſuæ jurisdictionis opportune præſidio, ut cum facultas contendenti de facto tollitur, concertandi noxia materia ſopiatur. Sane R. A. Epiſcopus Melphienſis orator, & fidelis noſter dilectus Majeſtati noſtræ reverenter expoſuit, quod cum major Melphienſis Eccleſia, cui præeſt, à tempore dictæ fundationis habuerit, tenuerit, & poſſederit, ac ad præſens habeat, teneat, & poſſideat quoddam Caſale inhabitatum, quod dicitur Gaudianum cum turri, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus, quod fuit, & eſt dos præcipua, & patrimonium proprium ipſius Melphienſis Eccleſiæ, & de cujus fructibus, redditibus, & proventibus conſueverunt dictæ Eccleſiæ Præſules ſuſtentari, dictuſque exponens ſuo, & dictæ Eccleſiæ ſuæ nomine jurisdictionem prædictam annis 24. jam elapſis ſub fidelitate noſtra cuſtodiri fecerit, & faciat ad præſens ſuis ſumptibus, & expenſis quidam nomine Herricenus ſtipendiarius noſter ſuæ propriæ ſalutis immemor, & nullum ad Deum habendo reſpectum ſalva tacita veritate, & temere aſſerens dictum Caſale conceſſum fuiſſe per dictum exponentem Notario Nicolao Rollo de Flomaro pro ſex unciis annuatim, illudque à Majeſtate noſtra propterea obtinuiſſe prætendens, nec ſuis contentus juribus exponentem ipſum, vel alios ejus, & dicta ſua Eccleſia nomine Caſale prædictum tenentes, & poſſidentes ſuper poſſeſſione dicti Caſalis, ejuſque jurium, fructuum, & redditunm perceptione turbat, indebitè vexat, & multipliciter inquietat, non permittentes exponentem ipſum, vel alios pro eodem ſuo, & dicta Eccleſia ſua nomine dicti Caſalis pacifica poſſeſſione gaudere, ac fructus, redditus, & proventus provenientes ex eo quietè percipere, & habere in ejuſdem exponentis, & dicta ſua Eccleſia evidens detrimentum, ſuper quo per dictum exponentem ejus, & quo ſupra nomine noſtra proviſione petita. Nos illata fidelibus noſtris, & Eccleſiis præſertim gravamina, quas tenemur ſumma ope protegere, moleſta, & implacida perferentes, fidelitati veſtræ per de certa noſtra ſcientia committimus, & mandamus expreſſè, quatenus tu præſens, ſeu primo futurus Vicegerens, ſeu Juſtitiarius, vel Locumtenens ad ipſius ſupplicantis inſtantiam, vocato coram te Herricono, & aliis vocandis ſi ſummariè, & de plano ſine ſtrepito, forma, & figura judicii oblatione libelli, & conteſtatione litis, Eccleſiarumque exposcente favore præmiſſa expoſita vera eſſe reperoris, nec ſit aliud rationabile in contrarium, quod obſiſtat, præfato Herricone ſub pœna unciarum centum noſtra curia, ſi ſecus inde fieret, applicanda, ex parte noſtra mandes expreſſè, quod exponentem ipſum, vel alios ejus, & dicta Eccleſia ſua nomine ſuper poſſeſſione dicti Caſalis, ejuſque fructuum, & proventuum perceptione non turbet de cætero, vexet indebitè, vel moleſtet. Quinimo ſinat dictum exponentem, ſeu alios ejus, & dicta Eccleſia ſua nomine Caſale prædictum pacificè tenere, & poſſidere, ejuſque territorium colere, ſeminare, ac fructus, redditus, & proventus provenientes ex eo quiete percipere, & habere. Et nihilominus tam nos ipſi præſentes, quam vos alii ſucceſſivè futuri Vicegerentes, Juſtitiarii, vel locatenentes, & officiales exponentem ipſum in ea poſſeſſione dicti Caſalis, in qua eſt, & cum per ſe, vel alios eſſe inveneritis quidem poſſeſſionis ipſius juſta cauſa duraverit, manuteneatis juſti favoris præſidio, protegatis, & etiam defendatis, nec permittatis exponentem ipſum, aut alios ejus, & dicta Eccleſia ſua nomine à prædicto Herricono, vel quibuſvis aliis ejus nomine ſuper poſſeſſione prædicta indebitè impeti, vel etiam moleſtari. Moleſtatores, ſi qui fuerint, qui ab hujuſmodi indebita moleſtatione deſiſtant, tam per exactionem pœnæ jam dictæ ſi in illam inciderint, quam per alia, & debita, ac favorabilia juris remedia, quæ ad id expedire videritis, ſtrictius cohibendo. Prædicentes eidē Herricono, quod ſi in d. Caſali jus aliquod habere ſe credat, illud ſi voluerit coram cōpetenti judice ordine debito proſequatur; facturus, nihilominus fieri, tu prædicte Vicegerens, ſeu Juſtitiarius, vel locumtenens de executione præſentium cum earum forma ad cautelam curiæ, & exponentis ejuſdem publicum inſtrumentum, quod debita ſolemnitate munitum dicto exponenti tradatis inſtan. per eum cum expeditum fuerit in dicta noſtra curia producendum. Pecuniam autem totam, quam ex hujuſmodi pœna vos, vel alter, aut alii veſtrum exigentis ad noſtram cameram ſuis vicibus deſtinare curetis quibuſcumque literis per dictum Herriconum de conceſſione dicti Caſalis à nobis, ut præfertur obtentis ſi, & in quantum contra Juſtitiam, & Eccleſiaſticam libertatem proceſſiſſent, & per nos facta fuiſſent non obſtantibus quoquo modo; præſentes autem literas poſt opportunam inſpectionem earum pro cautela reſtitui volumus præſentanti efficaciter valituras.

Datum Neapoli per virum Magnificum Gorellum Aurilia de Neapoli militem Logothetam, & Prothonotarium Regni noſtri Siciliæ Collateralem Conſiliariū, & fidelem noſtrum dilectum anno Domini 1409. die 27. menſis Julii II. ind. Regnorum noſtrorum anno 23.

Obiit Antonius ann. 1412. eoque ſublato Gregorius XII. in ſua obedientia hanc Eccleſiam adminiſtrandam conceſſit Roberto Acciajolo Florentino

pri-

primogenito Angeli AcciajoliMelphienſisComitis, & Magni Regni Neapolitani Siniſchalchi, eamque tanquam Vicarius Apoſtolicus parvo tempore rexit, cum patri in Comitatu, magnique Siniſchalchi dignitate ſucceſſiſſet, ut in ſuo nobili opere de Neapolitanis familiis narrat Ferrantes della Marra Guardiæ Dux priſcæ nobilitatis germen, eruditione illuſtris.

XXX. 31. FRANCISCUS Caroſius Capuanus eligitur in demortui Antonii locum à Joanne XXIII. anno 1412. 4. Non. Julii, ex lib. prov. Prælat. a. Diu & ipſe pro libertate ſuæ Eccleſiæ decertavit cum Regiis Miniſtris; ampliſſimum à Joanna Regina privilegium reportavit. Unus ex Electoribus Martini V. in Concilio Conſtantienſi pro Italica natione fuit. Translatus eſt ad Archiepiſcopalem Tranenſem anno 1418. De quo hæc habet Michael Monachus in ſanctuario Capuano.

Franciſcus Caroſius Capuanus Civis, & Canonicus, cum eſſet decretorum Doctor eximius, geſſit in Regno Locumtenente Logotheta, & Cancellarii, deinde creatus Epiſcopus Melphienſis. Ad Concilium Conſtantienſe, a Regina Joanna II. legatus eſt Orator. Tandem translatus ad Tranenſem Archiepiſcopalem Eccleſiam, ubi mortuus eſt, ac in marmoreo tumulo ſuper ſolum octo palmos eminente conditus jacet, cum opinione ſanctitatis. Confirmavit opinionem quidam eventus. Quando enim S. P. Pius V. ſua conſtitutione præcepit, eminentia ſepulchra ab Eccleſiis tolli, & pavimentis æquari, Tranenſes ſublatis ejuſmodi nonnullorum ſepulchris, quod eſt noſtri Franciſci, propter ſubitam improviſamque exortam magnam tempeſtatem amovere, non potuerunt, ſed propterea relinquere illud intactum oportuit, ut hodie cernitur cum hoc epitaphio.

Capuanus hic clauditur Antiſtes mirificus
Franciſcus divinitus Tranenſis Archiepiſcopus Caroſeorum natalibus, & bonis parentibus ortus, ſimoniæ pravitatibus, & laſciviæ ſermonibus ſemper extraneus, norma errantibus, & exemplar continentibus præcipuum, eleemoſynisque deditus, & . . . . ſapientiæ dogmatibus, & utriuſque juris doctiſſimus, Regibus, & Principibus, ac ſummis Pontificibus Eccleſiæ aptus M. CD. XXVII. Aprilis xxvij.

Signum gentilitium ejus erat in campo auri coloris, vulgo bronzino, faſcia rufa à ſuperiori angulo dextero ad inferiorem ſiniſtrum deſcendens, à qua media eminebat viride caput, imberbe, jucundo vultu, & brevi capillo.

XXXI 32. ASTORGIUS Agenenſis Epiſcopus Militenſis huc trasfertur à Martino V. anno 1418. 6. Kal. Februarii, ſequenti anno translatus ad Anconitanam, ex lib. proviſ.

XXXII. 33. IACOBUS Inſulanus Bononienſis S. R. E. Diac. Cardinalis S. Mariæ Novæ, hanc in Commendam ſuſcepit Eccleſiam, ann. 1419. 2. Non. Maji. Ceſſit juri ſuo an. 1425. ut habetur in eodem lib.

XXXIII. 34. NICOLAUS Georgius de Matilino Civis Melphienſis eligitur per ceſſionem commendæ Cardinalis Inſulani 6. Kal. Julii anno 1425.

XXXIV. 35. CICCIUS a Palumbus Neapolitanus, Abbas S. Benedicti Avellanenſis, ex Epiſcopo Avellinenſi, & Frequentinenſi, huc translatus an. 1431. 2. Idus Decembris. Obtinuit is an. 1434. indultum à Joanna Regina cognoſcendi privativè quoad alias de omnibus quibuſcumque cauſis ſuorum familiarium, etiam in crimine læſæ Majeſtatis. Obiit anno 1437.

a Æquiori nomine Franciſcus.

XXXV. 36. HONUPHRIUS Franciſcus de S. Severino Neapolitanus electus anno 1437. 3. Id. Junii ab Eugenio IV b. Exceſſit anno 1450. Confirmationem Caſtri Salſulæ à Nicolao V. ſequenti diplomate obtinuit anno Pontificatus I.

b Concil. Ferrarien. interfuit an. 1438.

NICOLAUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Ven. Fr. Epiſcopo, & dilectis filiis Epiſcop. Melphien. ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur

A *officium. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod qu. Rogerius Dux Apuliæ cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, caſtrum Salſulæ Melphienſis Diœceſis, cujus idem Dux tunc Dominus exiſtebat, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, nec non & juſpatronatus Monaſterii S. Joannis de Iliceto ejuſdem Diœceſis, cujus patronus exiſtebat, & quidquid juris in Monaſterio ipſo habebat, veſtræ Melphienſi Eccleſiæ pia, ac provida liberalitate conceſſit, prout in inſtrumento publico inde confecto ipſius Ducis plumbea bulla, qua idem Dux utebatur, ſignato plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc piè, ac provide factum eſt, & in alterius præjudicium non redundat, ratum habentes, & gratum id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.* B

Datum Reate, idus Junii, Pontificatus noſtri anno 1.

37. ALPHONSUS Coſta Neapolitanus eligitur à Nicolao V. anno 1450. 2. Non. Septembris. Exceſſit ſub Sixto IV. Extat ad petitionem Alphonſi, Pii II. bulla, prædeceſſoris Callixti jura Eccleſ. Melphienſis confirmans. XXXVI.

PIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.
Ad futuram rei memoriam.

Cunctis diſponentes fidelibus juſtitiam miniſtrari tenorem cujuſdam per nos dudum editæ conſtitutionis, quæ die 5. menſis Septembris anni Incarn. Dom. 1458. publicata fuit ad inſtantiam fratris noſtri Alphonſi Epiſcopi Melphienſis ſollà pro ſui conſervatione juris indigere aſſerentis, præſentibus annotari fecimus volentes, & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod hujuſmodi ſic inſerto tenori ſtetur, & fides plena adhibeatur, ubicumque in judicio, vel extra illud exhibitus fuerit, vel oſtenſus, cujus quidem conſtitutionis tenoris talis eſt. C *Item prædictus Dominus noſter omnes & ſingulas ab ipſo Callixto prædeceſſore infra annum ante diem obitus ejuſdem conceſſionis gratiæ, vel juſtitiæ literas temporibus debitis eorum executoribus non præſentatas omnino revalidavit, & in ſtatum priſtinum, quo videlicet ante fuerant, & eis pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè reſtituit, ac decrevit per executores prædictos, vel ab eis ſubdelegandos perinde ad ipſorum executionem procedi poſſe, & debere, ac ſi executio hujuſmodi temporibus prædictis inchoata fuiſſet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ 1458. tertio Non. Octob. Pontific. noſtri anno 1.

38. GASPAR Loffredus Neapolitanus, ex Marchionibus Triviei, huic ſedi proponitur à Sixto IV. an. 1472. 15. Kal. Junii. Cathedralem Eccleſiam exornavit, ampliavit, perfecit, Palatium Epiſcopale auxit an. 1480. ſequenti fato functus eſt, vir nobilitate generis, ſcientia, rerumque uſu, & experientia celebris. XXXVII.

D

39. OCTAVIANUS Bentivolus Eugubinus 17. Kal. Junii 1481. ſucceſſit à Sixto IV. creatus; præſuit an. 5. ad Salernitanã Eccleſiam translatus, de quo ibi. XXXVIII.

40. FRANCISCUS Caracciolus Neapolitanus electus 14. Julii anno 1486. ab Innocentio VIII. quem idem Alphonſo Regi ſpecialibus literis commẽdavit. XXXIX.

41. JOANNES Borgia Valentinus Hiſpanus, Alexandri VI. nepos, diac. Card. tit. S. Mariæ in via lata, hujus Eccleſiæ Commendatarius, quam ceſſit ad favorem ſequentis anno 1498. XL.

42. JOANNES Ferrerius Tarraconenſis, Alexandri VI. Cubicularius, electus anno 1498. 28. Novembris, translatus poſt annum ad Arelatenſem Eccleſiam in Gallia, ubi defunctus eſt anno 1521. Maſſiliæ jacet in Eccleſia S. Trophini Arelate, ubi in Mauſoleo ſuperbo legitur hoc epitaphium. XLI.

Deo Opt. Max.

Joanni Ferrerio Decret. Doct. ex oppido Terrarega Provinciæ Tarraconenſis, Epiſcopo Melfienſi, demum Archiepiſcopo Arelatenſi, ſingulari probitate, & religione prædito, cujus prudentia, & integritate in duabus ampliſſimis legationibus, quas juſſu Alexandri VI. Pont. Max. ad Ferrandum Siciliæ, deinde ad Ludovicum XII. Regem Galliæ Chriſtianiſſ. cum maxima amborum Principum approbatione peregit, egregiè perſpecta, & honoribus, ac præmiis ornata eſt. Vixit ann. lvij. dies x. Maſſiliæ moritur die xvij. Januarij M. D. XXI.

Joannes Ferrerius in eadem Eccleſia ſucceſſor Patruo B. M. ſibique poſuit, ſacellumque hoc conſtrui fecit.

XLII 43. RAPHAEL Pedemontanus, ex Marchionibus Cevæ Epiſcopus Aſtenſis, huc translatus 26. Julii anno 1499. obiit ann. 1518. poſtquam portas ſacrarii Eccleſiæ Cathedralis ex marmore exornaſſet.

XLIII 44. LAURENTIVS Puccius Florentinus, presb. Cardinalis Minor Pœnitentiarius, à Leone X. hanc Eccleſiam in Commendam accepit anno 1519. præfuit annis 3.

MELPHIENSES, ET RAPOLLANI EPISCOPI SIMUL UNITI.

XLIV 45. JANNOTTUS Puccius Florentinus, („ *Roberti Senatoris, qui etiam fuit inde Cardinalis, filius*) Laurentii nepos, („ *Florentinus Canonicus*) 7. Januarii 1521. electus. Eo ſedente Clemens VII. defuncto Giſberto Rapollano Epiſcopo, Antonium Puccium Cardinalem eidem Eccleſiæ præfecit, quam ipſe cum Jannoto reſignaſſet, die 16. Maji 1528. Clemens cum Melphienſi perpetuò univit, hoc pacto, ut idem Epiſcopus Melphienſis & Rapollanus enunciaretur publicis in tabulis. Obiit Jannottus anno 1537.

XLV. 46. ANTONIUS Cardinalis Puccius *a* Jannotti frater, per regreſſum has ſuſcepit regendas Eccleſias anno 1537. eodemque anno poſt paucos dies, ſequenti reſignavit.

a Alexandri filius deinde non fuit Jannotti frater. Salvinus.

XLVI 47. JOANNES Vincentius Aquaviva Neapolitanus, 21. Februarii 1537. Epiſcopus electus, pauloque poſt S. R. E. presb. Cardinalis tit. S. Martini in Montibus à Paulo III. creatus, exceſſit Aug. menſe an. 1546.

XLVII. 48. ROBERTUS Card. Puccius, Laurentii frater, Antonii Patruus, Card. Epiſcopus Piſtorienſis, defuncto Aquaviva, Melphienſis, & Rapollanus Epiſcopus delectus eſt an. 1546. paulòque poſt mortalitatem explevit, de quo infra in Epiſcopis Piſtorien.

XLVIII. 49. MARINUS Ruffinus nobilis Romanus, Paoli III. affinis, Hadrianæ Molis Præfectus, ex Epiſcopo Sarnenſi, huc translatus anno 1547. 7. Februarii, Ciſternas ampliſſimas in Epiſcopio exſtruxit, odeum exornavit, juraque ſuæ Eccleſiæ acerrimè defendit. Romæ in Eccleſia S. Mariæ Rotundæ ſacellum S. Sylveſtri pulcherrimè reſtauravit, monumentumq; ſibi, poſteriſque ſuis condidit. Romæ obiit ann. 1548. poſtquam ſibi coadjutorem adſciviſſet Alexandrum fratrem, ibidemque jacet cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Marinus Ruffinus Pontif. Melphien. Aelii Ha. Arcis Præfec. Sacellum hoc IESU, Divoque Sylveſtro dicatum vetuſtate pene collapſum in ſpecioſiorem formam reſtituit, bonis auxit, antiquiſſimumq; familiæ ſuæ monumentum, quod hoc in templo fuerat una cum majorum oſſ. in hunc locum tranſtulit, ſibique, Ruffiniſque ſuis gentilibus ſepulchrum vivens exſtruxit Paulo III. Pontif. Max. 1548.

XLIX 50. ALEXANDER Ruffinus coadjutor cum futura ſucceſſione à Paolo III. fratri datus eſt an. 1548. 27 Aprilis, eidemque ſucceſſit anno 1559. Urbem ſolemniter ingreſſus 14. Maji ejuſdem anni. Is Aram principem in Cathedrali exornavit, ſacellum SS. Roſarii erexit, ſacrarium varia ſupellectili locupletavit, Epiſcopium collabens reſtituit, ſynodum celebravit, corruptos Cleri mores ad formam Concilii Tridentini reformavit, juraque ſuæ Eccleſiæ intrepidè defendit, tandem poſtquam benè annos 26. hanc Eccleſiam adminiſtraſſet, ſenio feſſus liberè reſignavit, an. 1574. 8. Januarii. Cui Pontifex Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ contulit. Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud Marium fratrem.

51. GASPAR Cincius nobilis Romanus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, ac U. S. Referend. à Gregorio L.
XIII. ad hanc ſedem promotus 8. Januarii ann. 1574. ſynodum celebravit, Epiſcopale Palatium exornavit, Cathedralem Eccleſiam eccleſiaſticis indumentis locupletavit, ſub Sixto V. tandem ſponte abdicavit anno 1590.

52. HORATIUS Celſus Romanus, Canonicus Vaticanæ Baſilicæ, U. S. Refer. Romandiolæ ſub Sixto V. Prolegatus, ab ipſo Epiſcopus electus ann. 1590. 6. Julii, immatura morte præventus, Melphim adire non potuit. („ *Vide plura de eo apud Vincentium Armannum in hiſt. Bentivol. l. 2. pag.* 122. Mandoſ.) LI.

53. MARCUS ANTONIUS Amidanus, Cremonenſis Civis & Canonicus, Abbaſq; omnium ſanctorum, Gregorii XIV. intimus familiaris, Signaturæ Referendarius, ad hanc ſedem evectus ab eodem Pontifice die 13. Septemb. 1591. Ceſſit antequam munus conſecrationis acciperet, annua penſione cum præpoſitura S. Agathæ retenta. Obiit in patria anno 1598. *humatus in Eccleſia Collegiata S. Agathæ, cujus fuerat Præpoſitus, cum hoc epitaphio in nigro lapide ſculpto. LII.

* Ex App. t. 9.

D. O. M.

Marco Antonio Amidano J. U. D. celeberrimo Utriuſque Signat. S. D. N. Referend. S. Inquiſitionis in tota Chriſtiana religione conſiliario, uni ex aſſiſtentibus Congregationi ſacræ Conſultæ negotiorum ſtatus eccleſiaſtici, Romana civitate donato, Epiſcopo Melphienſi deſignato, eoque Epiſcopatu ultro, & ſponte depoſito, huic D. Agathæ Fano Præpoſito, ſacer. doctrina, & integritate incomparabili. Nicolaus, & Carolus fratris filii pientiſſ. patruo benemerenti P. P. Vixit ann. LXVIII. Obiit x. Kal. Septembris MDXCIIX.

54. MATTHÆUS Brumanus Cremonenſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, Epiſcopus Nicomedienſis, cum pro Guillelmo Mantuæ Duce apud Innocentium IX. legatione fungeretur, ab ipſo die 9. Nov *b*. 1591. huc translatus. Mortalitatem explevit anno Pontificatus ſui tertio, die 19. Auguſti 1594. ætatis ſuæ 49. ſepultus in Cathedrali. Fuit ſui temporis inſignis Theologus, prudentia, & religione inſignis. („ *Laudatur à Celſo Roſino in Lyceo Lateranen. tom. 2. l. XI. p.* 69. *& ab Ariſio in Cremona Literata tom. 2. p.* 434. Mandoſius.) LIII.

b Januar. e 9.

55. PLACIDUS *d* de * Marra Neapolitanus Jo: Donati & Hippolytæ Carbonæ filius Ferrantis Guardiæ Ducis, & Franciſci Aſculani Epiſc. ex U. S. Refer. à Clemente VIII. die 6. Maji 1594. creatus, ſynodum celebravit, Epiſcopales redditus auxit, aliaque pia opera edidit ad animarum ſalutem. Sub Paulo V. cum Gratia Card. Mellino in Pannoniam legato, miſſus, apud Cæſarem Matthiam pro Romana Eccleſia Nuncius ordinarius plures tranſegit annos. Reverſus ad propria ibidem fato functus eſt 2. Decembris 1620. ſepultus in Cathedrali, cui Lazarus Caraffinus ſucceſſor monumentum extulit marmoreum, addita inſcriptione ad gratæ poſteritatis exemplar. * Placidi elogium refert in ſuo Inſcriptionum libro eruditus Jo. Baptiſta Urſus Societatis Jeſu iis verbis. LIV.

d Commendatur à Petro Paulo Boſca de Statu Bibl. Ambroſ. p. 31. Mandoſ.

* Ex App. tom. 2.

* Ex App. tom. 2.

Virtutis excelſa humile faſtigium, Meriti majoris, quam præmii, Placidus de Marra, Cum probitate Civile ad libellam religionis prudentia, doctrina politioris, ſanctioriſque araris egregius Legatione ad Cæſarem difficillima pro nomine, & re Romana functo feliciſſ. Pro valetudine, vitaq; ſua improſperè præter omnium vota, plauſumque ingemiſcente purpura Epiſcopus moritur Melfitanus An. æt. LX. ſal. hum. CIↃCↃXXV. Tu cave accenſes ſidera, ſtudio famulata Præſulis Virtutem impenſius quærentis, quam inſignia virtutis.

LV. 56. Fr. DESIDERIUS Scalia Cremonenſis, Ordinis Prædicatorum, S.R.E. presbyter Card. creatus à Paulo V. 1621. eodemque die Epiſcopus Melphienſis deſignatus, à Gregorio XV. confirmatus, præfuit annum unum, menſes aliquot, translatus inde ad Comenſem Eccleſiam, de quo ibi.

LVI. 57. LAZARUS Caraſſinus Cremonenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, Cardinalis Scaliæ Cubiculi præfectus, die 19. Decemb. 1622. Domini ſui bis ſucceſſor, in Melphienſi primum, ac inde in Epiſcopatu Comenſi. Anno 1622. 8. Aprilis, urbem ſolemniter ingreſſus, ingenti cura, ac ſollicita ſedulitate hanc rexit Eccleſiam an. quatuor, translatus ad Comenſam 1626. Hic Canonicorum numerũ in Cathedrali auxit, reſtituit Hoſpitale, Seminarium Clericorum inſtituit, inſignes reliquias à Card. Scalia acceptas honorificentiſſimè in Cathedrali collocavit, Diœceſanam ſynodum habuit, typiſque mandavit. Anteceſſorum ſuorum catalogum ex antiquis monumentis contexuit, compilavitque ad calcem ſynodalium conſtitutionum, de quo alibi.

LVII. 58. Fr. DEODATUS Scalia Ord. Prædicatorum, Card. Scaliæ nepos, ſpectatæ virtutis vir, ab Urbano VIII. anno 1626. 19. Februarii Epiſcopus creatus. Ab adoleſcentia jugum Domini ſuave ſuſcepit, optimiſque diſciplinis apprimè eruditus, Philoſophiæ, mox Theologiæ in univerſitate Bononienſi Magiſter, ſumma cũ laude præcelluit Orator, ac verbi Dei declamator in præcipuis Italiæ Urbibus, & publicè docendo Divinam ſcripturam diu eſt interpretatus, à Patruo in Theologum adſcitus, mox ab Urbano VIII. ad Epiſcopalem Infulam vocatus, conſecratus, inde ſequenti ann. Aprilis menſe ſolemniter Urbem ingreſſus, ſtatimque perluſtrata Diœceſi, collapſam morum diſciplinam ſedulo reſtituit, Eccleſiã Melphienſem 35. Sanctorum Martyrum reliquiis, una cum D. Alexandri Martyris integro corpore, è Callixti cœmeterio eruto decoravit, & in ſacello exornato in Cathedrali honorifice collocavit, Cathedralem ſufficienti ſacra ſupellectili adauxit. Doctrinæ Chriſtianæ Congregationem multis retro annis prætermiſſam, ad uſum priſtinum revocavit. Beatiſſimæ Virginis Roſar, um alternis choris, vicibuſque recitandi ſingulari in eandem ſacram Virginem pietate ſæpius adhortando indixit, Græcos ſuæ Diœceſis, ad Latinum vivendi morem ſuaviter adduxit. Litem inter Abbatem S. Angeli in Vultu, & Epiſcopos Melphienſes ſub juriſdictionis utilitate ſedavit. Veteres controverſias inter Urbis ſuæ Gubernatores, Regioſque Judices in favorem Eccleſiaſticæ dignitatis, Epiſcopaliſque juriſdictionis, indeſeſſè ſuſtinuit, menſæ Epiſcopalis redditus auxit. Jura temporalium Caſtrorum acerrimè defendit, confirmavitque inpoſterum, Epiſcopale Palatium ampliavit, reſtauravit, & in meliorem faciem reduxit: Diœceſanam ſynodum celebravit, in qua plura edidit decreta, tum ad ſpirituale, tum verò ad temporale regimen ſpectantia a.

a Hic aliqua ſunt deleta. Ex App. tom. 1.

LVIII. 59. * JACOBUS Raymundus nobilis Comenſis antiquæ probitatis vir, amicus noſter, virtutum fama, ab Urbano VIII. anno 1634. die 11. Aprilis ſufficitur Eccleſiæ Melphienſi; Romæ conſecratur. Ad Eccleſiam ſuam profectus, poſt paucos menſes ex animi dolore mortalitatem explevit, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

* Ex App. t. 5.

LIX. 60. HIERONYMUS Peregrinus in defuncti Jacobi locum ſucceſſit anno 1645. die 16. Januarii. Tres nondum expletos annos hanc rexit Eccleſiam, obiitque anno 1648. ſepultus prope predeceſſorem.

LX. 61. ALOYSIUS Brancifortius Siculus præcipua nobilitate clarus, ſucceſſit Hieronymo an. 1648. die 28 Septembris.

A D D I T I O.

(„ *Cum pervigili cura ſuas oves gubernaſſet; exceſſit optimus Senex an. 1666.*

LXI. „ JULIUS *Caracciolus perantiqua nobilitate Neapolitana illuſtris, ſed illuſtrior ſuarum virtutum decore ex Ordine Clericorũ Regularium Theatinorum deſumptus ad has Eccleſias aſſumptus eſt 1. Martii 1666. quas cum ſapienter, ſuaviterque adminiſtraſſet, tranquillioris vitæ cupidus dimiſit 1671.*

„ THOMAS *de Franchis Januenſis J.U.D. nec non in Sacra Theologia apprimè eruditus ad has Eccleſias promotus fuit 24. Auguſti 1671. præfuit qua decet Paſtoris ſolertia uſque ad annum 1696. quo deceſſit.* LXII

„ Fr. FRANCISCUS *Antonius Triveri Ordin. Min. Conventualium Epiſcopus Andrienſis ad has ſedes translatus eſt 14. Septemb 1696. cujus regimen citò explevit, anno vix integro abſumpto morte ſublatus.* LXIII

„ ANTONIUS *nobilis è gente Spinella progenitus ſecularibus, diviniſque literis excultus in Ordine Clericorum Regular. Theat. in Urbe, & Neapoli egregius Concionator conclamatus, dum Præpoſitus eſſet Domus S. Mariæ de Advocata Neapolis, huic gregi præficitur 2. Decemb. 1697.* Luc.) LXIV

(„ *Cui tanto zelo tantaque pietate incumbit ut inter alias optimi Paſtoris ſollicitudines ad ſublevandas ſuarum ovium neceſſitates præcipue intentus præclarum, ac perutile opus ſuo licet maxime ſumptu inſtituere non recuſaverit. Nomen illi Mons Pauperum apud quem, quos egeſtas, morbi, fortuna iniquitas premit, opportuna habeant adjumenta, quæ hæc natura, atque humanitatis incomoda propulſent. Annuat Deus, ut longum protrahat regimen ad commiſſi ſibi gregis majus ſemper ſubſidium.*

MILITENSES EPISCOPI.



Miletum antiquiſſimam Calabriæ Civitatem, ut fert opinio Sebaſtiani Conradi, à Hieronymo Maraſſiotto relata in 2. lib. ſuæ deſcriptionis Calabriæ, antiqui Mileſij fundarunt, cum Mileto Civitate Aſiæ à Rege Dario exciſa, in Italiam profugi deſcendiſſent. Qui ſociata fuga cum Samijs, poſt ancipitem, longamque navigationem Rhegium in Calabria appulerunt. Sed eo littore, ac deinceps Meſſana Civitate prohibiti ab Anaſilao Rhegino Tyranno, Samii verſus orientalem plagam Calabriæ navigarunt, ubi deſcenſione facta, Samiorum Civitatem ædificarunt: Mileſii verò verſus Occidentalem partem curſum dirigentes, einſdem Calabriæ tenuerunt Portum ſub antiqua Civitate Medama citciter octo milliariis, inq; continenti hunc novum Miletum ſtatuerunt, in prioris memoriam. De hac prima ædificatione Herodotus, & Thucydides, tametſi diverſè, loquuntur. Illam ſubjugarunt Romani, ac poſt varios belli, fortunæq; eventus, Rogerius Guiſcardus Calabriæ Princeps, Dominuſque Siciliæ, qui auxit opibus, & ampliavit, ſuæ ditionis fecit. Hic Gregorium VII. exoravit, ut ſedem illic Epiſcopalem vellet translatam à Taurianenſe, Bibonaque ſceleroſis ob incolas Civitatibus, quæ meritò viderentur viduandæ Paſtoribus, ipſeque provehendæ pietati adjutrices admovit manus, S. Nicolai ſumptuoſo ædificato templo, adauctoque invidioſis opibus, quo pro Cathedrali uterentur futuri Epiſcopi. Idem Rogerius conſtruxit etiam templum ſanctiſſ. Trinitatis in eadem Civitate, adeoque ditiori cenſu locupletavit, ut etiã cum Cathedrali de opibus videretur poſſe certare. In utroq; templo marmoreæ columnæ ſpectantur, quas è Proſerpinæ templo ab Hipponenſibus ædificato Rogerius illuc aſportandas curavit. Hi inſtitutum Epiſcopatum S. Apoſtolicæ ſedi proximè ſubjecere. Idque nobis cauſæ fuit, cur inter Epiſcopos Romanæ

ſedi ſubiectos illum reiiceremus, tametſi inter Calabriæ Civitates memoretur. Cathedralis quinque dignitatibus fulget, Archidiacoonatus ſcilicet cum 13. Canonicis, Theologali, Pœnitentialique præbendis. Callixtus II. dicitur illam conſecraſſe. Præter hanc, altera parochialis Eccleſia extat Mileti, cuius animarum curam, Abbas ex Ordine Benedictino exercet, ad quem etiam ſpectat dimidiatom ius temporale. Tria ibi Religioſorom Monaſteria oumerantur, cum duabus ſodalitatibos laicorum, unoque Xenodochio. Epiſcopatus cenſus ampliſſimus eſt, cum quinque millium ſcutatorum ſummam efficiat, taxatorq; in lib. Cameræ flor. 200. Ad ſexcentos producit, aliteoe mortales, Ducique Paſtranæ hoc tempore paret, ubertate agri habetur nobilis, populoque ad omnem elegantiam comparato.

ADDITIO.

(„In Cathedrali Militenſi unica tantū eſt Prabenda: „annuuſque rēſus ſeu dignitatū, ſeu Canonicorum exiguus eſt. Ipſa Civitas eſt unius milliarii per circuitum „ducenta focularia, & circiter mille habitatores complectitur: quorum omnium cura incumbit Archipresbytero Cathedralis. Duo tantum ibi Religioſorum monaſteria viſuntur, unica Laicorum ſodalitas. Adeſt „etiam Domicilium Epiſcopale, & Seminarium. Diœceſis vero extenditur ultra 20000. paſſus, & 100. circiter loca ſub ſe continet, quorum præcipua ſunt hæc „Oppida, ſeu Terræ celebriores, quibus ſinguli plurimi „pagi ſubiiciuntur. Suntque Francica, Meſſiano, Briatico, Montelione, Bibona, & Valeotia, Pizzo, S. Onoſrio, Monte Santo, Filogaſſo, Boroello, Carida, Sorero, Arena, Roſarno, Anoiſa, Galatro, Seminara, quæ & Taurania, Sinopoli, Radicioa. *Ex his „Bibona, & Taurania olim Epiſcopales.*a *Infra limites „hujus Epiſcopatus Abbatialia jura habet Collegium „Græcorum Romæ extans, quod & partem Militenſis „civitatis ſibi ſubiicit, & plura Caſalia Montis Leonis: & inſuper Militaris Hieroſolymitanus Ordo Terram Dorſi commendatam habet.* Luc.)

a De Bibonenſibus, & Taurianenſibus olim Epiſcopis in X. tomo agemus.

Epiſcopi qui jam inde à ſua inſtitutione uſque ad hæc noſtra tempora in hac ſede floruerunt, ſunt qui ſequuntur, quos haud parvo noſtro labore, tum diligentia docti viri Lucæ Iiarii nobilis Aſculani, olim ejuſdem Epiſcopatus Generalis Vicarii ex diverſis ſcripturis, monumentiſque expiſcati ſumus, quorum catalogum antequam explicemus, operæ pretium duximus, bullam inſtitutionis, donationiſque Rogerii Comitis, quam Aureum ſigillum dicunt, caracteribus Græcis conſcriptam, & in Latinum tranſlatam à clariſſimo viro Nicolao Alamano Vaticanæ Bibliothecæ olim Præfecto, hic ad verbum exſcribere.

SIGILLUM FACTUM à me Rugerio Magno Comite Calabriæ, & Siciliæ, & Chriſtianorum auxiliatore, & datum tibi ſanctiſſimo Militenſi Epiſcopo Dom. Arnulpho menſe Octobris, Indictione decima.

QUoniam Eccleſiæ Epiſcopales Bibonæ, & Taurianæ propter patrata ſcelera ab hominibus inhabitatæ, atque deperditæ ſunt, & ego Rugerius Dei gratia Comes Calabriæ, & Siciliæ, annuente nobis Divina providentia, ut novi, volui duas has Cathedras in unam Eccleſiam Militenſem redigere, & hanc unam, nec Bibonæ, nec Taurianæ nomine, ſed Militenſem vocari, quam Deo favente nomini Dei Genitricis, & ſancti Nicolai Epiſcopi, Patris noſtri dicavi: Quare hujus rei cauſa confirmandæ petii conſpectum Sanctiſſimi Papæ Gregorii Septimi, qui glorioſi Apoſtolorum Principis Petri Sedem tenet. Is petitiones juſtas implevit noſtras, deditque nobis honeſtiſſimum virum D. Arnulphum nomine, & Epiſcopum Eccleſiæ Militenſis conſtituit. Ideò prædictum Sanctiſſimum Epiſcopum, & ipſam ſanctam Militenſem Eccleſiam, & eos, qui illi ſerviunt ad Dei cultum quæcumq; illis ad vitam neceſſaria ſunt, ut Deum pro Chriſtianis, & ſpirituali ſalute noſtrorum parentum, & noſtra aſſiduè orent omnes quaſcumque Eccleſiæ Bibonæ, & Taurianæ Epiſcoporum quondam pertinentias, & ſubſtantias, Villanos, & omnia alia jura poſſederunt, & ſuo tempore dominatæ ſunt in perpetuum poſſidere, & dominari contentus ſum. Quare propter animæ meæ ſa-

lutem

ΣΙΓΙΛΛΟΝ ΓΕΝΑμενον παρ' ἐμοῦ Ρουκέρη μεγάλου κόμητος καλαβρίας, καὶ σικελίας, καὶ τῶν χριστιανῶν βοηθοῦ, καὶ ἐπιδοθὲν πρός σε τὸν ἁγιώτατον κύριον μιλίτου ἀρνοῦλφον μηνὶ Οκτωβρίῳ, Ἰνδικτιῶνος δεκάτης.

ΩΣ ὅτι αἱ ἐκκλησίαι τῆς βιβώνης, καὶ τῆς ταυριανῆς ἐπισκοπῆς διὰ τὰς πραχθείσας ἁμαρτίας ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ἀκατοίκηται, καὶ ὀλεσμέναι. Κἀγὼ Ρουκέρης Θεοῦ χάριτι κόμης καλαβρίας, καὶ σικελίας προνοίᾳ θείᾳ ἡμῖν ἐγγίσασα, ὡς ἐπέγνων, ἠθέλησα αὐτὰ τὰ δύο καθήματα εἰς μίαν ἐκκλησίαν ἀνεγείρειν τοῦ μιλίτου, καὶ αὐτὴ ἡ μία οὔτε τῆς βιβώνης, οὔτε τῆς ταυριανῆς ὀνομάτιζεσθαι, ἀλλὰ τοῦ μιλήτου ἐν Θεῷ δὲ δοκοῦντος, εἰς ὄνομα τῆς θεοτόκου, καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιερέως Νικολάου πεποίηκα. ταύτην ἕνεκα εἰς τὸ στερεῶσαι, εἰσῆλθον εἰς τὴν πρόσοψιν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ ἐνδόξου κορυφαίου Πέτρου πάπα Γρηγορίου ἑβδόμου. ὅς τις δίκαια ἡμῶν ἐπιστε πληρωματίσαι ἐγνώς. ἔδωκεν ἡμῖν τετιμημένον ἄνδρα, κύριον Αρνοῦλφον ὄνομα, καὶ εἰς ἐπίσκοπον κατέστησε τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τοῦ μιλήτου. Διὰ τοῦτο λοιπὸν εἰς τὸν ῥηθέντα ὁσιώτατον ἐπίσκοπον, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ χριστιανῶν, καὶ ψυχικῆς σωτηρίας τῶν ἡμετέρων γονέων, καὶ ἡμετέρας, ἅπαντα ὅσα ἡ ἐκκλησία τῆς βιβώνης, καὶ τῆς ταυριανῆς ποτὲ ἐπισκοπῶν τίσον χαρατίματα καὶ ὑποστάσεις, βελλανοὺς, καὶ ὅσα ἄλλα δικαιώματα ἐκράτουν, καὶ ἐδέσποζον ἐν τῷ καιρῷ αὐτῶν, αἰωνίως αὐτὰ κρατεῖν, καὶ δεσπόζειν στέργω. Δια-

δὲ,

δῆ, δέδωκα, καὶ ὑπὲρ ψυχικῆς μου σωτηρίας εἰς τὴν αὐτὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τοῦ μιλήτου τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου, καὶ εἰς τὸν προῤῥηθέντα ὁσιώτατον ἐπίσκοπον κύριον Αρνοῦλφον, καὶ εἰς τοὺς κληρικοὺς αὐτῆς εἰς ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας ἔσεσθαι ἐπισκόπους, καὶ κληρικοὺς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, καὶ διαδόχους τὸ τοιόνδε κράτημα ἔνδον ἐν τῇ ἄστει μιλήτου, ὅσαπερ ἔρχεται τὸ ῥιάκιον τὸ λεγόμενον τῆς περρέραι ἀναμεταξὺ τοῦ ἡμετέρου καστέλλου, καὶ τῆς αὐτῆς ἐπισκοπῆς, κἀκεῖθεν κατέρχεται εἰς τὸν ποταμὸν τὸν ὀνοματιζόμενον σκατοπλύτον, καὶ καταβαίνει ὁ αὐτὸς ποταμὸς, καὶ εἰς κατέρχεται τὸ προῤῥηθὲν ῥιάκιον, ὅθεν ἡ ἔναρξις, καὶ μίγνυνται ὑποκάτω τοῦ γεφυρίου. δέδωκά σοι, καὶ τὴν κουλτούραν τὴν λεγομένην τῆς πιόκας ἔμπροσθεν τῆς πόλεως μιλήτου ἐγγὺς τῆς κουλτούρας, ἣν δέδωκα εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα μιλήτου, καὶ ἐγγὺς τοῦ δημοσιακοῦ δρόμου, καὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὴν κουλτούραν τὴν οὖσαν ἄντικρυς μιλήτου ἐγγὺς τοῦ ῥίακος τοῦ λεγομένου σκουπίνου, καὶ τοῦ ὀνομασθέντος ποταμοῦ. ἑτέραν κουλτούραν ἡ λεγομένη τῆς πιόκας εἰς τὸ χωρίον καλαβρῶν μετὰ τῶν πιόκων, καὶ ἐλαιῶν ἐγγὺς τοῦ δημοσιακοῦ δρόμου. ἑτέραν κουλτούραν ἡ λεγομένη τῶν σκορδάδων σὺν τοῦ ὄρους καθότι ἀπάρχει εἰς τὸν ποταμὸν τοῦ σκατοπλύτου, ἐγγὺς τῶν χωραφίων τῆς παρασκευῆς, καὶ τοῦ ῥιακίου τοῦ λεγομένου τῆς ἰαννῆς τοῦ κατερχομένου ἐκ τοῦ σκορδάδες. ἑτέραν κουλτούραν εἰς τὸ ὁμαλὸν χωρίου καμπαρόνου συνεγγὺς αὐτοῦ χωρίου, καὶ τῆς ὁδοῦ. ἑτέραν κουλτούραν εἰς τὸν μεδιμίτζην, ἐγγὺς τῆς κουλτούρας τῆς λεγομένης τοῦ μικροῦ χρίματος συνεγγὺς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ. εἰς αὐτὴν δέδωκά σοι εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν μιλήτου βιλλάνους ἐνενήκοντα πέντε, σὺν τῶν κληρονόμων, καὶ ὑποστάσεων αὐτῶν, ἤγουν, καλόκην κουσάτον σὺν τῶν παίδων του, Νικήφορον ἀδαυλύτην, νικήφορον ἀνεψιόν του, θεόδωρον κόνδον, σὺν τῶν παίδων του. μαρία χήρα, ἰωάννην ἀναφαγάν, λέον συγγενὴ αὐτοῦ, νικόλαον μιλλαρανόν, κόνδον μαρία σὺν τῶν παίδων, νικόλαον στρατοπόδην, καλὴ χήρα σὺν τῶν παίδων της. ὁ μελαγρῖνος σὺν τῶν παίδων του, νικόλαος σιλλοπῆς σὺν τῶν παίδων του, νικόλαον σογγέτην παῖδα ἱερέως ἀλέξη, πρεσβύτερον νικόλαον σὺν τῶν παίδων του, ἄννα χήρα σὺν τῶν παίδων της, νικόλαον φιστονίκλην, γρηγόριον σὺν τῶν παίδων του, κωνσταντῖνον ἀδελφὸν φιστονίκλην, ἰωάννην χάρρερν, γεώργιον φιστονίκλην, ἰωάννην τοῦ παπᾶ λέοντος σὺν τῶν παίδων του, νικήφορον ἀμαντινέον σὺν τῶν παίδων του, ἀρχοντίσσαν τοῦ φιλίππου σὺν τῶν παίδων του, στέφανον γαμβρὸν νικηφόρου, ἰωάννην γαμβρὸν φιλιόπου, ἀνδρέαν κουσεντῖνον, πρεσβύτερον κωνσταντῖνον τοῦ τραΐνου, τὰ παιδία ἰωάννην φαγουλλίνου, νικόλαος ὁ γρηγορίου πινελλίτης σὺν τοῦ ἰωάννου γιβαννίτου, τὰ παιδία ἱερέως γρηγορίου τοῦ δρελλίπου, τὰ παιδία ἱερέως φωτίνου, πρεσβύτερος μουλκούσι σὺν τῶν παίδων του, χήρα σὺν

A lutem dedi eidem *Sanctæ* Dei Eccleſiæ Militen. ſancti Patris noſtri Nicolai, & prædicto Sanctiſſimo D. Epiſcopo Arnulpho, & Clericis ejus in perpetuum, & ſuturis Epiſcopis, & Clericis ejuſdem Eccleſiæ, & ſucceſſoribus poſſeſſionem, quæ eſt intus in urbe Militen. ſupra Rivum dictum Perrera inter noſtrum Caſtrum, & Epiſcopatum, & inde defluit in flumen, nominatum Scatoplytum: & excurrit idem flumen, & unde fluere incipit idem Rivus, & miſcentur ſub ponte. Dedi etiam tibi culturam vocatæ Piocæ ante urbem Miletum, ſitam prope culturam, quam *Sanctiſs.* Trinitati Militenſi dederam prope viam publicam, & fluvium, & poſſeſſionem, ſeu culturam exiſtentem contra
B Miletum prope rivam vocatum ſcupini, & prædictum flumen. Item aliam culturam, dictam Pioco in Regione Calabrò una cum oleis, & Piocis, prope viam publicam. Item aliam culturam vocatam Scordade, cum monte, quæ protenditur uſq;ad flumen Scattopliti, apud terras paraſceves, & rivum vocatum Jannus, qui ex Scordade deſcendit. Item aliã culturam in plano villæ Camparone apud eandem villam, & viam: item aliam culturam ad Medimizem, apud culturam dictam Parvi Chrimi, prope idem flumen: Præterea dedi tibi in eadem urbe Militen. Villanos nonaginta quinque, una cum hæredibus, & ſubſtantiis eorum videlicet, Calocam Cuſaton cum filiis, Nicephorum ejus nipotem, Theodorum Cõdò cum filiis, Mariam viduam, Joannem Ana-
C faga, Leonem cognatum ejus, Nicolaum Milaranum, Condò Mariam cum filiis, Nicolaum Strattopodi, Calem viduam cum filiis, Melagrinum cum filiis, Nicolaum Silopi cum filiis, Nicolaum Songettem; filios Sacerdotis Alexii, Presbyterum Nicolaum cum filiis, Annam viduam cum filiis, Nicolaum Fiſtonichi, Gregorium cum filiis, Conſtantinum fratrem Fiſtonichi, Joannem Carrerium, Georgium Fiſtinochium, Joannem Sacerdotis Leonis cum filiis, Nicephorum Amantineum cum filiis, Archontiſſam Philippi cum filiis, Stephanum cognatum Nicephori, Joannem cognatum Filiopes, Andrum Coſentinum, Presbyterum Conſtantinum Trajani, filios Sacerdotis Joannis Fagoli, Nicolaum filium Gregorii, Pinel-
D lum cum Joanne Givanniti, filios Sacerdotis Gregorii Drelepti, filios Sacerdotis Fotino, Presbyterum Mulcuſſe cum filiis, viduam Sacerdotis vocati Chilò, Andream Sacerdotis filii Gravi, Sacerdotem Petrum Chionata, Nicolaum presbyterum Meſiani, Petrum Sacerdotem Vinæ, presbyterum Nicolaum cum filiis, Heliam presbyterum cum filiis, Pancalum presbyterum cum filiis, Petrum presbyterum S. Conſtantini, Leopardum presbyterum, Joannem presbyterum, Viduam presbyteram cum filiis, Joannem presbyterum Eugenii, Nicolaum presbyterum Guſileni cum filiis, filios Sacerdotis Eupraxi, Antonium nepotem Sacerdotis Antonii, Petrum Sacerdotem Or-

todelle, Philippum presbyterum Angelorum, Sacerdotem qui dicitur Scannaci cum filiis, Nicolaum presbyterum de Mexiti, Nicolaum Sacerdotem Laguado, filios Sacerdotis dicti Clidl, Viduam Sacerdotis Leonis Meſoſila cũ filiis, Joannem presbyterum cognatum Galati, Joannem presbyterum de Meniti cum filiis, Philippum presbyterum Gregorli cum fratre, Petrum presbyterum Zavatti, Baſilium presbyterum Sculcami, Baſilium Sacerdotem Cullotidl, vlduam presbyteram Baſilli Diaboli, Petrum presbyterum Carovadi, Viortilum Sacerdotem cum filiis, Joannem Caſarum Attiſanum, Joannem Siccanam, presbyterum Conſtantinum Criſojoannem, Joannem Potamita, Nicolaum Cancare cognatum ejus, Pantaleonem cum filiis, viduam presbyteram Joannis vulgò cum filiis, Nicolaum presbyterum Condum, Philippum Sacerdotem cognatum Rematlſi, Viduam presbyteri Achillis cũ filiis, Baſilium Sacerdotem Colocinti, Baſilium Cuzzocherim Pancali, Pagalum cum filils, Baſilium Cariſanum Romanum, Joannẽ Capogala, presbyterum Nicolaum Liopardum, Nicolaum Chalcomatum, Joannem Buchilo, Aruidium Vandigerium, Gregorium Milonetum, Joannem Cancari, Joannem à Malſano, Leonem Scolſeri, Nicolaum Fruſsuni, Nicolaum Petrum cum fratre, Nicolaum Salonicum cum filiis, Theodorum Salvari. Præterea facultatem damus eidem Eccleſiæ, & eidem Reverend. Epiſcopo, ut poſſit facere Molendina, & Vattinderia, ubi voluerit in loco Epiſcopatus, & habeat aquam liberam, abſque ulla moleſtia, & tributo. Item do, & concedo eidẽ Eccleſiæ ſanctiſſimæ, ut perpetuò à nobis, & noſtris ſucceſſoribus, & noſtris ſubditis, Baronibus, Burgheſiis, & Stratiotis, & ab Eccleſiis in eadem Provincia exiſtentibus, tam Græcis, quam Latinis, ſuper quibuſcũq; fructibus, tùm rerum immobilium, tùm verò animalium naſcentium integram decimam recipiat, quemadmodum miſericors Deus præcipit. Item do, & contentus ſum, & præcipio, ut ſanctiſſima Eccleſia Dei habeat, ex hoc tempore in perpetuum quæcumque jura ego habebam, aut ſubditi noſtri Dominii Barones, Burgheſii, Stratiotæ ſuper Eccleſiis Provinciæ Mileti, Bibonæ, & Taurinæ ex diſtrictu Mayde, uſque ad Rhegium, quod ſpectat ad Decimas, & alia jura. Et hæc omnia teneat, & potiatur eadẽ ſanctiſs. Eccleſia, & illius ſucceſſores ad ſuos uſus, & dominium. Item volo, & contentus ſum, ut eadem Sanctiſs. Eccleſia poſſideat liberè ſine ullo vectigali ex hoc tempore, omnia illa, quæ donare, & dicare valent propter ſpiritualem ſalutem animarum ſuarum noſtri ſubditi, Barones, Burgheſii, & Stratiotes, Villanos, & poſſeſſiones. Volo, & firmiter præcipio omnibus noſtri Dominii, ut omnes homines, Villanos, quos habet eadem ſanctiſs. Eccleſia, & nos dedimus, & confirmavimus, poſſit tenere, cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, abſque ulla ſervitute, vel tributo, tàm quæ noſtri

τῶν παίδων ἱερέως καλουμένου τοῦ κάλου, ἱερέα ἀνδρέαν τοῦ φιλιππακίου, ἱερέα πέτρον τῆς χιονάτης, πρεσβύτερον νικόλαον τοῦ μισιανοῦ, ἱερέα πέτρον τῆς βιωνῆς, πρεσβύτερον ἠλίαν σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον νικόλαον σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον παγκάλλον σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον πέτρον τοῦ ἁγίου κόνου, πρεσβύτερον λεοπάρδον, πρεσβύτερον ἰωάννην, χήρα πρεσβυτέρα σὺν τῶν παίδων της, ἰωάννην τοῦ πρεσβυτέρου ἀγγέλου, πρεσβύτερον νικόλαον τοῦ γούνου σὺν τῶν παίδων του, παιδία ἱερέως ἀπράξη, ἀντώνιον ἀνέψιον ἱερέως ἀντωνίου, ἱερέα πέτρον τῆς ὀρθοδίλλης, πρεσβύτερον φίλιππον τῶν ἀγγέλων, ἱερέα λεγόμενον τῶν σκαμνάκων, σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον νικόλαον λαγούβαδον, τὰ παιδία ἱερέως λεγομένου κλυδοῦ, χήρα ἱερέως λέων μεσίσυλα σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον ἰωάννην γαμβρὸν γαλλάτι, πρεσβύτερον ἰωάννην τῆς δεμενίτζης σὺν τῶν παίδων, πρεσβύτερον φίλιππον τοῦ πρεσβυτέρου γρηγορίου, σὺν τῶν ἀδελφῶν του, πρεσβύτερον πέτρον ζαβάτην, πρεσβύτερον βασίλειον σκουλκάμην, ἱερέα βασίλειον κυλλωτίδην, τὴν χήρα βασιλείου ζαβόλου, πρεσβύτερον πέτρον λαγουβάδην, ἱερέα βυρσίλλον σὺν τῶν παίδων, ἰωάννην κάσαρον ἀρτισανόν, ἰωάννην λυκιναῖ, παπὰ κωνσταντῖνον χρυσοϊωάννην, ἰωάννην ποταμίτην, νικόλαον κάγκαριν συγγενῆ αὐτοῦ, τὸν παντολέον σὺν τέκνων, τὴν χήραν πρεσβυτέρου ἰωάννου βούλγου σὺν παίδων του, πρεσβύτερον νικόλαον κόνδον, ἱερέα φίλιππον γαμβρὸν ῥεματίση, τὴν χήρα πρεσβυτέρα τοῦ ἀχιλλέως σὺν παίδων, ἱερέα βασίλειον κολοκίντι, βασίλειον κυζζοχέριν πανκάλη, πάγκαλον σὺν παίδων, βασίλειον καρισανὸν τὸν ῥωμαῖον, ἰωάννην τὸν καπογαλέαν, παπᾶ νικόλαον τοῦ λεοπάρδου, νικόλαον καλκόματον, ἰωάννην βυχίλλην, ἀρκάδιον βανδιγέρην, γρηγόριον μιλονικόν, ἰωάννην κάγκαριν, ἰωάννην ἀμαλφανόν, λέοντα σκαλτζίερην, νικόλαον φλουτζούνην, νικόλαον τοῦ πέτρου σὺν τῷ ἀδελφῷ του, νικόλαος σαλονίκος σὺν τῶν παίδων, καὶ θεόδωρον σάλβαρην. Ἔτι ἐπιδίδομεν ἄδειαν ἔχειν αὐτῇ, καὶ εἰς τὸν τιμιώτατον ἐπίσκοπον ἵνα ὅπου δ' ἂν θελήσῃ εἰς τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς κατασκευάσαι μύλους, καὶ βαττιδέρια, ἵνα ἔχῃ τὸ νερὸν ἐλεύθερον εἰς τὸ τινος ὀχλήσεται ἄτελον. Δίδω ἔτι, καὶ στέργω εἰς τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἔχειν ἀτελεύτητον ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων, βαρωνίων, στρατιωτῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν ὄντων εἰς τὴν ἐπαρχίαν γραικῶν καὶ λατίνων ἐκ παντὸς καρποφορᾶς, τόσον ἀκινήτων πραγμάτων, ὅσον τῶν γεννημάτων τῶν ζώων σώαν τὴν δεκάδαν, καθάπερ ὁ παναγαθὸς Θεὸς ἐντέλλεται, ἔτι δίδω, στέργω, καὶ ἐντέλλομαι ἔχειν τὴν ἁγιωτάτην ταύτην τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ἀπ' ἐντεῦθεν ἀτελεύτως ὅτι ἂν δικαίωμα ἔχον ἐγώ, ἢ ἡμέτεροι ὑπήκοοι τοῦ ἡμετέρου κράτους, βαρώνιοι, βουργέσιοι, καὶ στρατιῶται εἰς τὰς ἐκκλησίας τῆς ἐπαρχίας μιλήτου, βιβώνης, καὶ ταυριανῆς, ἀπὸ τῆς διαχωρίσεως

μαΐδος ἕως ῥηγίου, ὅσον εἰς δεκατίας, ὅσον εἰς ἄλλα δίκαια, καὶ ταύτην διακατέχειν, καὶ νέμεσθαι, καὶ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίᾳ, καὶ οἱ διάδοχοι αὐτῆς εἰς ἰδίαν χρῆσιν καὶ δεσποτείαν, στέργω, καὶ θέλω ἔχειν ταύτην τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐλεύθερος, καὶ ἁπλὸν ἀπευτῦθεν ἅπαντα, ὅσα ἂν οἱ ἡμέτεροι ὑπήκοοι, βαρώνιοι, βυργέσιοι, καὶ στρατιῶται, βελλάνους, καὶ ὑποστάσεις δωρήσαι, καὶ ἀμφιέρωσαι ἕνεκα ψυχικῆς αὐτῶν σωτηρίας θελήσωσιν, θέλω, καὶ πρὸς ἐντέλλομαι ἅπασι τοῦ ἡμετέρου κράτους, ὅτι ἅπαντας τοὺς ἀνθρώπους βελλανοὺς, οὓς τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἡμεῖς ἐδώκαμεν, καὶ ἱερώσαμεν, καὶ αὐτὰ δυνηθῇ ὑποκτῆσαι μετὰ πάντων τῶν πραγμάτων, καὶ διακρατημάτων αὐτῶν ἐκτὸς πάσης δουλώσεως, καὶ τέλους, τόσον ἡμετέρου, καὶ τῶν ἡμετέρων ἐξουσιαστῶν, ὥσπερ βαρώνιοι, καὶ βυργέσιοι, καὶ τῶν ἐξουσιαστῶν αὐτῶν εἶναι ἐλεύθερον καὶ ἀτελῆ, καὶ εἰρηνικῶς καὶ γαληνῶς διαμενεῖν τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, μόνον ἅπαντα τὰ δικαιώματα αὐτῶν τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κληρικῶν, τῶν προσκαρτερούντων εἰς τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν, καὶ ἐπιδιδόσιν, καὶ τέλλειν, καὶ ὅπου ἔχει ἀνθρώπους τόσον εἰς τὸ ἡμέτερον κράτος, καὶ πάντων τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων, θέλομεν, καὶ δίδομεν αὐτῇ ἄδειαν τοῦ ἔχειν βάγκον τοῦ κρατεῖν κριτὰς, καὶ κρίνειν αὐτοὺς οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐκκλησίας αὐτῆς, καὶ οἱ μελλόντες ἔσεσθαι ἐκμέρους αὐτοῦ, καὶ μηδεὶς ἄλλος ἔχῃ ἄδειαν κρίνειν αὐτοὺς, ἔτι θέλομεν, καὶ στέργω εἰς ταῦτα πάντα, ἵνα ἔχῃ ἄδειαν εἰς τὴν κρατεῖν αὐτῆς δέχεσθαι εἰς ἀγκυμαῖν διψῶν ἀνθρώπους, ἔτι ἀέκοντας, καὶ ἀδίλας ἐντέλλομεν ἐπὶ πᾶσι βαρουνίοις, βυργεσίοις, στρατιώταις, ἀρχιεπισκόποις, ἐπισκόποις, καὶ ἡγουμένοις τοῦ ἡμετέρου κράτους καλαβρίας ἵνα ὅπου ὁ τιμιώτατος ἐπίσκοπος μιλήτου, ἢ διάδοχοι αὐτοῦ θελήσωσιν ἐγκόψαι ἀπὸ τῶν δένδρων ἡμετέρων ὁρέων, ἢ τὰ ἡμέτερα ὄρεα οἶκον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ἢ οἱ κληρικοὶ ἐλεύθερα αὐτὰ κόπτειν, καὶ φέρειν ἐκτὸς παντὸς δοσίμου ἀτελῶς, καὶ ἵνα τὰ ζῶα αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ, ἤγουν πρόβατα, βωίδια, χοιρίδια, καὶ ἄλογα στέλλειν ἐπὶ πάσαν τὴν περίχωρον καλαβρίας πρὸς ποιμαντικὴν, καὶ χλοαστικὴν λυμὴν, ἵνα ὑπάρχῃ ἀτελῆ, ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ὁρίζομεν δὲ καὶ ἵνα ὑπάρχῃ ἐλεύθερα, ἀπὸ πάσης δόσεως, καὶ ἐχλύσεως μὴ διδόντες τέλος, τὸ χρίζοντι δηναρίου ἑνὸς, ἔτι ἵνα λαμβάνῃ τὸ χόρτον ἢ ἀγρὰς ἐκ τοῦ εὐρετικοῦ, καὶ πλέκειν τὰ σχοινία, καὶ τὴν ἄγραν ἐκ ἐλεύθερος, ὡς καθάπερ οἱ πρώην ἐπίσκοποι τῆς βιβώνης ἐποίησαν, ἀγίτιως, ἐντέλλομεν πᾶσι τοῦ ἡμετέρου κράτους βαρωνίοις, βυργισίοις, στρατιώταις, καὶ ἡγουμένοις, σεβασθῆναι, τιμῆσαι, καὶ ὑπακούειν τὸν τίμιον ἐπίσκοπον μιλήτου, καὶ τοὺς ἅπαντας διαδόχους, ὡς πνευματικοὺς αὐτοὺς πατέρας, καὶ ἐάν τις ἔχει τι ἐξ ἐναντίας τολμήσει, εἴτε εἰς τὰ πράγματα τῆς ἐπισκοπῆς, εἴτε τοῦ ἁγίου ἐπισκόπου παρακούσῃ ἐντέλλομαι τοῦτον ἀναθεματίζειν, καὶ ὅστις δὲ βουληθῇ ταῦτα πάντα παρ' ἐμοῦ δοθέντα, στερχθέντα, στερεωθέντα, καὶ κυρωθέντα μεταστρέψαι ἐν μικροτάτῳ πράγματι ἢ ἀλλοιῶσαι, ἢ ἀφελεῖν τολμήσειε, εἰ δὲ μὴ παραυτίκα διορθωθῇ, ἵνα ἔχῃ τὸ ἀνάθεμα παρὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῶν τιη θεοφόρων πατέρων, καὶ μετὰ τοῦ διαβό-

A juris erant, quam Baronum, & Burgheſiorum, eiſque ſubditorum, & libera ſunt, & immunia poſſidenda, ab eadem Eccleſia in pace, & tranquillitate: ſolùm ut ſolvantur omnia jura Epiſcopatus, & Clericorum in eadem Eccleſia permanentium; Et ubi homines habet, tam noſtri dominii, & Subditorum noſtrorum volumus, & facultatem damus Epiſcopis ejuſdem Epiſcopatus, & futuris locumtenentibus eorum, ut poſſint habere Bancum, & Judicem, & judicent eos, Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ, & qui futuri erunt ex ea parte, nec ullus alius eos judicandi facultatem habeat: etiam volumus, & contenti ſumus ad hæc omnia, ut poſſit ſuis in locis ſuſcipere ſibi commendatos homines. Etiam præter hæc ſeB dulo, & ex corde præcipio Baronibus Burgheſiis, & Stratiotis, Archiepiſcopis, & Rectoribus noſtri dominii Calabriæ, ut cum Reverendiſſimus Epiſcopus Mileti, vel cuius ſucceſſores, vel clerici volent ex arboribus montium noſtrorum ligna cedere propter ſanctiſſimam Eccleſiam liberè poſſint incidere, & deferre, abſq; ullo tributo. Similiter omnia animalia Epiſcopi, vel Clericorum ejus videlicet oves, boves, equos, ſues, poſſit per totum territorium Calabriæ mittere ad paſcua, & herbaria prata abſque ullo tributo. Præter hæc omnia jubemus eum liberum eſſe omni exactione, vel moleſtia, itaut alieni, ne denarium quidem ſolvere teneatur. Item poſſit agri fœno uti abſq; ſuo damno, funes texere liberè, ut olim Epiſcopi Bibonæ faciebant, etiam præcipio omniC bus Dominii noſtri Baronibus, Burgheſiis, & Stratiotis, & Rectoribus, & revereantur, honorent, & obediant Reverendiſſimo Epiſcopo Militen. & ſucceſſoribus ejus tanquam Patri ſpirituali, & ſi quis contrarium audebit in rebus ad Epiſcopatum ſpectantibus, vel ſanctiſſimo Epiſcopo non obediet hujuſmodi hominem jubeo anathematizari. Item ſi quis has res omnes, quas dedi, confirmavi, & corroboravi, volet evertere, alterare, etiam leviſſimè, aut anferre audebit, niſi ſe ſtatim emendaverit, ut habeat anathema à Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & à trecentis decem, & octo Deiferis Patribus, & cum Diabolo æterno igne punietur, & ſentiet noſtram inD dignationem. Ad majorem autem confirmationem, & corroborationem ſignavi auream meam bullam, ſub prædicto menſe, & indictione præſens ſigillum ſcriptum, & formatum eſt à Nicolao, & Nicode. Oſtiariis, & Myſtolectis.

Rugerius Comes Calabriæ, & Siciliæ anno ab Orbe condito ſexies 1595.

λυ

λυ ἐν αἰωνίῳ πυρὶ καταδικασθήσεται, καὶ τὴν ἡμετέρας ἀγανακτήσεως ἐμπεσεῖται, περὶ δὲ πλείστερας ἀσφάλειαν, καὶ βεβαίωσιν τῇ ἰδίᾳ μου χρυσοβούλλῳ ἐσφράγισα αὐτὸ, καὶ δέδωκα τοῖς προγεγραμμένοις. ἐγράφη, καὶ ἐτυπώθη τὸ παρὸν σιγίλλον ὑπὸ Νικολάου, καὶ Νικόλαυ ἀσηκρῆτοις, καὶ μυστολέκτοις.

Ρουκέρης Κόμης Καλαβρίας, καὶ Σικελίας.

I. 1. ARNULPHUM primum Militenſem Epiſcopum Pontifex Gregorius VII. conſecravit anno 1073. Huic Epiſcopo Rogerius Comes Colonos, territoria, culturas, vaſſallos, pleraque bona conceſſit, ſubditoſque ab omni Regia juriſdictione exemit, ut io aureo ſigillo vidimus. E vivis exemptus eſt anno 1077.

II. 2. HIOSPHORUS Arnulpho ſucceſſit anno 1077. Rogeri o ſuperſtite, à quo jura, & pertinentias Eccleſiæ S. Martyris Agnetis in Squillacenſi territorio accepit. Extat conceſſionis diploma Græcis literis manu ejuſdem Eccleſiæ, quod in latioom Conſtantinus Laſcarus Græcus anno 1498. convertit. Pervenit Hioſphorus ad annum 1090. Habetur Gregorii VII. epiſtola ad Rogerum comitem de conſecratione Epiſcopi Melitenſis, dubitantis, an ad jus Rhegitanæ Eccleſiæ pertineret hujuſmodi conſecratio, neq; hunc Epiſcopus ante conſecravit, quam ſcivit eum Metropolitano Rhegino non eſſe ſubjectũ.

III. 3. GAUFRIDUS Epiſcopus Militenſis interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ de Turri juxta eremum S. Bruooois, aono 1094. cum Archerio Archiepiſcopo Paoormitano, Theodino Squillacenſi, Tuſteno Tropeienſi, & Henrico Neocaſtrenſi Epiſcopis. Ita habetur in monumentis S Stephani de Nemore Ordinis Carthuſiani Squillacenſis Diœceſis.

IV. 4. EBERARDUS præfuit ann. 1099. ad quem extat Paſchalis II. privilegium datum per manum Joannis S. R. E. Cardinalis, 6. Kal. Octobris, Pontificatus anno 1. in quo Bibonenſem, & Tauritanam Eccleſias eidem Militenſi confirmat, cæteraque jura, & bona à Rogerio donata; & hoc addidit, ut impoſterum Militenſis Epiſcopus diceretur.

V. (,, G . . . . *ſubſcribitur privilegio conceſſionis facta à rio an. 1100. ex Authentico Archivii Lateranen.* Luc.)

VI. 5. GAUFRIDUS circa annum Domini 1119. præficitur. Hic à Callixto Secundo oobile privilegium obtinoit anno 1122. in quo Militenſis, Eccleſia ab Archiepiſcopi juriſdictione eximitur, ſanctæque ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiicitur, idemque ſtatuit, ut Epiſcopus à Romanis Pontificibus munus conſecrationis acciperet. Diplomatis exemplar ab originali deſumptum tale eſt.

CALLIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. Patri Gaufrido Militenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſ. canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

OFficii noſtri nos hortamur authoritate pro Eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe, & qua recte ſtatuta ſunt ſtabilire. Proinde chariſſime in Chriſto frater Gaufride Epiſcope tuis petitionibus annuentes, & prædeceſſorum noſtrorum S. mem. Gregorii VII. & Urbani II. Eccleſiæ Romanæ Pontificum ſtatuta firmantes, præſentis privilegii ſtabilitate ſancimus, ut Militenſis Eccleſia ſub jure ſedis Apoſtolicæ ſpecialis perſeveret, omneſque ſucceſſores tui, quemadmodum & ſucceſſores tui per manus Romani Pontificis conſecrentur. Authoritate etiam Apoſtolica confirmamus, ut Bibonenſis in Militenſem tranſlata ſicut prædictorum prædeceſſorum noſtrorum privilegiis decretum eſt, maneat in perpetuum; addentes etiam, ut Tauranenſis Eccleſia, quæ peccatis accolarum exigentibus, deſolata eſt, in Diœceſim Militenſis cedat, & Militenſi deinceps Epiſcopo ſubiecta permaneat, ut una, utriuſque Bibonenſis ſcilicet, & Tauranenſis Eccleſia Diœceſis habeatur, & deinceps Militenſis vocabulo nuncupetur. Nulli ergo omnino hominum liceat eandem Militenſem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed univerſa, quæ conceſſione Pontificum, libertate Principum, oblatione fidelium, vel aliis modis, aut in præſenti poſſidet, aut in futurum largiente Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, præſertim quæ ad Bibonenſem, & Tauranenſem Eccleſias, ſive in poſſeſſione, ſive in regimine, juſte viſa ſunt pertinere. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo corpore, & ſangine Dei, & Domini Redemptoris noſtri JESUCHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem mandata Eccleſiæ ſervantibus ſit pax D. N. J C. quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, apud diſtrictũ Judicē præmia æternæ pacis inveniant Amē. Amen.

† Ego Callixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.

Datum Laterani per manum Gryſogoni Catholicæ Romanæ Eccleſiæ Diac. Card. ac Bibliothecarii 10. Kal. Jan. ind. 15. Incarn. Dom. an 1122. Pontif autem D. Callixti II. an. 3.

Gaufrido ſedente, idem Callixtus Miletum ſua præſentia nobilitavit, Abbatiale Templum S. Trinitatis, à Rogerio Comite (tranſlatis à Bibona Colonis) magnificē conſtructum, Gaufrido aſſiſtente conſecravit. obiit eodem an.

6. RAYNALDUS ſtatim Ganfrido ſucceſſit, Cathacenſi Carhedrali à Callixto II. conſecratæ anno 1123. interfuit, ut ipſius Eccleſiæ Cathacenſis antiquus lapis prodit inſcriptus. VII.

7. STEPHANUS proximè poſt Raynaldum, hanc ſuſcepit Eccleſiam; ab Innocentio II. an. 1139. privilegio nobilitatus, in quo Gregorii VII. Urbani II. & Callixti II. privilegia Militenſi Eccleſiæ conceſſa confirmantur. Datum Laterani per manum Alberici S. R. E. Diaconi Card. Cancellarii 5. Kalen. Januarii, Pontificatus 10. Idem Stephanus ſe ſubſcripſit diplomati Regis Rogerii Panormitanæ Eccleſiæ indulto an. 1157. apud Rocchum Pyrrhum in notitia Panormitana. Hoc porrò Stephaoo Præſule Eugenius III. an. 1150. Roberto Abbati monaſterii SS. Trinitatis, & Michaelis Archangeli de Mileto hoc indulſit privilegium, cujus exemplar habuimus à Felice Contilorio domino meo humaniſſimo. VIII.

EUGENIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Roberto Abbati Militenſis monaſterii, quod in honore S. Trinitatis, & B. Michaelis Archangeli ædificatum eſt, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

CUM omnibus Eccleſiaſticis perſonis debitores ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio exiſtamus, illis tamē locis atq; perſonis, quæ ſpecialius ad Apoſtolicam ſedem ſpectare, atque ad Romani Pontificis ordinationem pertinere noſcuntur, propenſiori nos convenit charitatis ſtudio imminere, & eorum juſtis clementer annuere. Ea propter dilecte in Domino fili rationabilibus tuis poſtulationibus benignius impertientes aſſenſum, præfatum monaſterium, quod ab illuſtris memoriæ Rugerio Comite à fundamentis eſt inſtructum, ut per manum felicis record. D. Urbani prædeceſſoris noſtri Papæ II. B. Petro, ejuſque S R Eccleſiæ in jus perpetuum & tutelam oblatum eſſe dignoſcitur, ad exempla prædeceſſorum noſtrorum S. mem Paſchalis, & Innocentii Romanorum Pontificum ſub B Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio, poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Territorio Militenſi Villam S. Gregorii, & ibidem Eccleſiam S. Nicolai, Eccleſiam S Gregorii de Briatico, S Joannis de Rayachio, S. Mariæ de Medina, S. Mariæ, & S Clementis de Arenis, S Mariæ de ſtilo, S Joannis, & S. Nicolai de Gerentia.

In Civitate Giratio tres Eccleſias, monaſterium S. Nicodemi

demi de Patera, Eccleſiam s. Nicolai de Falla cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Mariæ de Demontorium cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam s. Petri juxta Bibonam, quam tenuit Romeus. Apud Caſtellum vetus Eccleſiam s. Nicolai de Catonis, Eccleſiam s. Joannis, & s. Mariæ de Melicano. In Civitate Squellacio Eccleſiam s. Martini, s. Nicolai de Prato. In pertinentia Agnelli Eccleſiam s. Philippi, s. Mariæ de Ponticella, s. Laurentii, & S. Ippolyti. In territorio Alunantia Eccleſiam s. Angeli de Stricto, s. Barbaræ, & s. Peſſi. In territorio fluminis frigidi Eccleſiam s. Nicolai de Turiano, & Eccleſiam s. Philippi apud montem Altum, Eccleſiam s. Caſſiani, s. Nicolai de Mave de Trabea, juxta Maurum gurgitem Eccleſiam s. Georgii, & Nicolai de Regina. In Sicilia Eccleſiam s. Ioannis, s. Georgii de Mebac, s. Ioannis de Calatmiſeth, s. Barbaræ de Calatebutor, s. Nicolai de Caca, s. Ioannis de Rocca Maris, ss. Coſmæ & Damiani de Chetaludio cum pertinentiis ſuis, Eccleſiæ s. Anaſtaſiæ de Graterii, ss. Innocentium de Miſtrete, & s. Stephani, s. Baſilii de Naſo, s. Nicolai de Brutana, S. Angeli, S. Georgii, S. Mariæ de Murra . . & S. Peſſi de Melaſio, & partem Oppidi quod Meſſianum dicitur, Quota à ſupradicto Comite præfato monaſterio s. Trinitatis, & s. Angeli oblata cognoſcitur. Cujus anima Rogerii Comitis in pace requieſcat. Porrò ſepulturam ejuſdem loci omninò liberam eſſe ſancimus, ut eorum qui ſe illic deliberaverint ſepeliri, devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat.

Miſſas autem, ſeu ſtationes publicas in eodem loco præter Abbatis, & fratrum voluntatem fieri prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus. Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum, vel clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi à quocunque malueritis catholico recipietis Epiſcopo. Adiicimus etiam ut nulli Epiſcoporum facultas ſit abſque licentia Romani Pontificis locum veſtrum, vel monachos, ſeu clericos inibi commorantes interdictioni, vel excommunicationi ſubiicere, aut aliquam poteſtatem, vel moleſtiam exercere. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia præponat, niſi quem fratres cum omni conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam elegerint ab Apoſtolicæ ſedis Pontifice conſecrandum. Hoc quoque præſenti capitulo ſubjungimus, ut idem monaſterium, ejuſque poſſeſſiones, & monachi ab omni ſecularis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique gravamine mundanæ oppreſſionis remoti, in s. religionis obſervantia ſeduli maneant, & quieti, nec ulli alii, niſi Romanæ, & Apoſtolicæ ſedi, cujus juris ſunt, aliqua teneantur occaſione ſubjecti. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Ad indicium vero perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis unam auri unciam nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire temptaverit ſecundo, tertiové commonita, niſi præſumptionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri JESU Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus, ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† *Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Nicolaus Albanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Ubaldus presbyt. Cardin. titul. S. Praxedis ſubſcripſi.*

† *Ego Nicolaus presbyt. Cardinal Sancti Cyriaci ſubſcripſi.*

† *Ego Jordanus presbyter Cardinalis tit. S. Suſannæ ſubſcripſi.*

† *Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſcr.*

† *Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi.*

† *Ego Aſtaldus Diaconus Cardinalis S. Euſtathii ſubſcripſi.*

† *Ego Jacynthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ ſubſcripſi.*

† *Ego Joannes Diaconus Cardinalis SS. Sergii, & Bacchi ſubſc.*

Datam Ferentini per manum Boſonis S.R.E. Scriptoris 6. Kal. Martii, indict. XV. Incarnat. Dom. an. M.C.L. Pontificatus vero Dom. Eugenii Papæ. III. anno 6.

(„ ARD. . *ſubſcribitur cum aliis Calabriæ Epiſ-* IX.
„ *copis inſtrumento declarationis confinium inter Ab-*
„ *batiam S. Euſemiæ, & Priorem Bagnaræ. an. 1168. ex*
„ *Auth. Archivii Lateranen.* Luc.)

8. ANSELMUS vixit temporibus Alexandri III. X.
à quo Prædeceſſorum Pontificum immunitatum ſuæ
Eccleſiæ conceſſarum liberaliter confirmationem ob-
tenuit. Datum Ferentini per manus Gratiani S. R. E.
Subdiaconi, & notarii 16. Kal. Julii indictione 1. ann.
1175. Pontificatus verò 16. Anſelmus reperitur ſub-
ſcriptus Lateranenſi Concilio anno 1179. inter Epi-
ſcopos Romanæ Provinciæ, qui Pontifici ſubſunt
immediatè.

(„ *N. . Militenſi Epiſcopo ſcribit Innocentius III.* XI.
„ ut in Decret. l. 1. c. Expoſuiſti: *in cujus Epiſtola hujus*
„ *prædeceſſor indicatur per initialem literam I, & ex*
„ *diverſo Codice per literam H. intercesſerit ne aliquis*
„ *inter hunc, & Anſelmum anceps quis eſſe poteſt. Ve-*
„ *rum cum ſequens Petrus Innocentii tempora impleve-*
„ *rit, & litera Pontificia ad ipſum directa cenſean-*
„ *tur, præſens, cujus nomen ignoratur, illi adju-*
„ *dicari poterit, qui per præfatam Epiſtolam indica-*
„ *tur.* Luc.)

9. PETRUS Innocentii III. familiaris, ab eodem XII.
renunciatur Epiſcopus anno 1200. ut habetur in vita
ejuſdem Pontificis in cod. Vatic. ad quem extat ejuſ-
dem Pontif. literæ, ut Abbatem Militenſis Monaſte-
rii, à prædeceſſore ſuo electum, ſed manu mutilatum
deponeret. Huic anno 1213. mulier devota Venetia
uxor quondam Alexandri de Seminaria, poſſeſſio-
nem quandam donavit, quæ adhuc à Militenſi Eccl.
poſſidetur.

10. ROGERIUS fuit hujus ſedis Antiſtes anno XIII.
1222. 3. Kal. Februarii, interfuitque Coſentinæ Ec-
cleſiæ conſecrationi: apud Jacobum Græcum Sylla-
neum in chronologia Joachimi Abbatis.

11. RIVIBARDUS Catanenſis S. Agathæ mo- XIV.
nachus, præfuit huic Eccleſiæ, cujus meminit Marty-
rologium Eccleſiæ Catanenſis, eumdemque facit o-
biiſſe 29. menſis Martii.

12. N. . . . Epiſcopus Bituntinus huc tranſlatus XV.
ab Innocentio IV. an. 1252. 10. Kal. Maji, ex reg. Vat.
epiſt. 226. fol. 147. an. 8.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.

Epiſcopo Militenſi.

TE olim graviter perſequentibus inimicis Eccleſiæ multos gemitus, & profunda ſuſpiria per longa ipſa noſceris effudiſſe, nullo contra tribulationes hujuſmodi tibi parante ſubſidium, vel tuis adhibente doloribus aliquod lenimentum. Ad inſtar itaque naufragi ad portum aſſidue ſuſpirantis, tu de tua propulſus Eccleſia, & redactus ad

im-

importabilem egeſtatem confugiſti ad Apoſtolicæ ſedis auxilium, cujus gratioſa benignitas ſæpe corda lætificat afflictorum. Cum autem decens, & pium eſſe viderimus, ut de tuæ virtutis conſtantia tibi condigna gaudeas præmia provenire. Nos F. N. communicato conſilio te à vinculo, quo Eccleſiæ Botonten. tenebaris aſtrictus, per ven. Fratrem noſtrum Epiſcopum Oſtienſem, & Veletrenſem abſolvi, & Militen. Eccleſiæ præfici fecimus in Paſtorem. Quo circa ea volumus, & fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Militenſem, cujus in ſpiritualibus plenam tibi adminiſtrationem committimus, de divina gratia, & noſtro favore confiſus accedas, & te in ejus regimine ita ſtudeas providum, & utilem exhibere, ut grex tuæ circumſpectioni creditus in te ſalutis miniſtrum reperiſſe gaudeat, & tu ab æterno Iudice unicuique reſponſuro pro meritis perennis vitæ præmia conſequaris.

Datum Peruſii. X. Kal. Maii, anno 8.

XVI. 13. DOMINICUS anno 1279. ſub Carolo I. Andegavenſi vixit. Hic auctoritate Nicolai III. an. 1280. à Petro Archiepiſcopo Coſentino delegato miſſus eſt in poſſeſſionem jurium ſpiritualium Clericorum Montis Leonis. Deceſſit paulo poſt, eoque defuncto magna eſt orta diſſenſio inter Canonicos de electione ſucceſſoris. Nam pars una Capituli Deodatum ſequentem, alia Arnoldum de Bauro Monachum poſtularunt in Paſtores. Verum Arnoldus poſt appellationem ad S. Sedem, diem clauſit extremum. Martinus IV. Deodatum confirmavit, ut habetur in reg. Vatic. ep. 105. fol. 75. anno 2.

XVII. 14. Fr. DEODATUS de Capua Ord. Prædicatorum, à Martino IV. confirmatus 7. Kal. Oct. 1282. Fato functus anno 1286.

XVIII. 15. SABA electus à Capitulo ab Honorio IV. confirmatus anno 1286. 4. Id. Julii, ex regeſt. vatic. ep. 63. fol. 145. anno 2. Diu hic Præſulà ſua Eccleſia exulavit. Cujus miſeriæ compaſſus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus Apoſtolicæ Sedis Legatus eum Eccleſię Larinæ Paſtore vacantis, adminiſtratorem conſtituit, idque Nicolaus IV. anno 1291. ſuo diplomate confirmavit, ex reg. Vat. ep. 472. fol. 92. Tandem ad Eccleſiam ſuam reverſus, cum Monachis S. Petri de Arena ſuper annuo cenſu menſæ Epiſcopali ſolvendo litem compoſuit. Exceſſit an. 1298.

XIX. 16. ANDREAS Monachus, & Abbas S. Stephani de Boſco Ordinis Ciſtercienſis, vir doctus, cæteriſque virtutibus inſignis, Caroli II. Regis familiaris, in demortui Sabæ locum ſufficitur anno 1298. Sed in electione magna eſt orta inter Canonicos controverſia. Alii Andream hunc virum ſecundum cor Regis, elegere; alii verò Manfredum de Ciſono Militenſem, Cathedralis Canonicum, Regi valde ſuſpectum. Verum ad litem ſedandam rem totam ad Landulphum Diac. Cardinal. S. Angeli Apoſtolicæ Sedis Legatum detulerunt, qui electionem Andreæ ratam voluit, habito Bonifacii VIII. Papæ aſſenſu, & Caroli Regis commendatione. Hujus rei teſtes erunt ſequentes literæ, quas idem Carolus eidem Cardinali perſcribit, nobiſq; communicavit eaſdem eruditus amicus noſter Camillus Tutinus ex reg. Neap. ſign. 1299. lit. A. f. 14.

Ven. in Chriſto Patri, & amico chariſſimo D. Landulfo, Dei gratia S. Angeli Diacono Card. Apoſtolicæ ſedis Legato Karolus II. eadem gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forqualquerii Comes Votiva proſperitatis lætitiam, & ſalutem. Pro bono communi, noſtrorumque ſereno ſtatu, fidelium curam, & diligentiam habere nos expedit, quod in Cathedralibus Eccleſiis Regni noſtri eæ perſonæ præferantur ad regimen, quas fides, & probitas ſpecialiter comprobent. Illud quoque per conſequens attentis ſtudiis debemus advertere, ne tales admittantur ad prælationis officium, quas infidelitatis infamia maculat, vel exinde ipſa ſaltem nota ſuſpicionis accuſat. Sicut igitur ad noſtræ Majeſtatis productu notitiam, vacante jam pridem Eccleſia Militenſi de religioſo viro fratre Andrea Abbate Monaſterii S. Stephani de Boſco dilecto Capellano familiari, & fideli noſtro, ac de Manfredo de Ciſono Canonico Militenſi, contra quem, quia noſtris adhæſit hoſtibus, prout à fide dignis accepimus, juſtā cauſam ſuſpectionis habemus, eſt electio diſcorditer celebrata, ipſiuſque electionis negotium ad noſtram audientiam devolutum, pro conſideratione præmiſſa noſtris affectibus gratum accideret, quod præfatus Abbas, quem fide clarum, devotione ſincerum ab experto cognovimus, nec ab honeſtatis, & probitatis meritis alienum præfatæ præficeretur Eccleſiæ in Paſtorem, propter quod paternitatem veſtram deprecandam, ut ſi Canonum aliquod non obſiſtat, dignumque duxeritis, quod de præfato Abbate dictæ Militenſi provideatur Eccleſiæ, velitis annuere, & quod dictus alter electus, adverſus quem clamat infidelitatis infamia, ad prælationem non admittatur eandem pro præmiſſorum conſideratione, quæ obviant aliquatenus aſſentire.

Datum Neap. an. D. 1299. die 15. Aprilis 12. ind.

Confirmatus Andreas ab eodem Legato, munus conſecrationis ſuſcepit, extatque de ejus mentio in regeſt. ſumm. Pontificum, & in membranis ejuſdem Eccleſiæ habetur, quod ipſe anno 1304. finem litis impoſuit de Bibonenſi juriſdictione cum Nicolao Abbate S. Trinitatis de Mileto. Poſtremo defungitur die 1311. cui ſucceſſit ille idem Manfredus de Giſono à Clemente V. electus, jam ab infidelitatis ſuſpicione purgatus apud Robertum Regē Caroli ſucceſſorem. Cæterùm cęnobium S. Stephani de Boſco, de quo Andreas noſter ad inſulam Militenſem aſſūptus fuerat, nobilis Ciſtercienſis ordinis Abbatia in Squillacenſi diœceſi fuit, olim à B. Brunone Carthuſienſis Ordinis Cęnobiarcha fundatum, invidioſiſq; fortunis à Rogero Comite Siciliæ auctum, in quo ſacræ ejus reliquiæ aſſervantur, cum ibidem ad cœlum evolaſſet ann. 1101. poſt cujus obitum *in Carthuſiana vita inſtituto perſeveravit Monaſterium illud*, inquit Franciſcus Puteus in ejuſdem Sancti vita apud Surium, *ſub quinque Prioribus, qui ei ſucceſſerunt: in Gallia creſcente ordine Carthuſienſi, ſolum illud Calabriæ Monaſterium à B. Patris Brunonis fervore, & ſanctitate tepeſcendo degeneravit, & petebant quidem ejus habitatores à Carthuſia viſitatores, & reformatores, ſed nimia locorum intercapedo non id facile obtinebat. Itaque ad Ciſtercienſe inſtitutum illi ſe tranſtulere.* E Carthuſienſi ad Ciſtercienſem ordinem tranſiit juxtà veriorem computum anno 1150. idemque referuntur indiculi Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis, qui paſſim in Monaſteriis viſuntur, ibidemque manſere noſtrates 464. annos, hoc eſt ab anno 1150. ad annum uſque 1514. quo Leo X. poſtquam Brunonem inter ſanctos retuliſſet, Ciſtercienſibus Monachis deturbatis, ſuppreſſaque Abbatiali dignitate, Carthuſianis primis conditoribus ingenti eorum lætitia reſtituit. Ad Abbatem hujus Monaſterii extant Honorii III. epiſtolæ duæ. Ejuſdemque Abbas fuit Thomas vir in omni ſcientiarum genere illuſtris, potens in opere, & ſermone inter præcipua Ciſtercienſis Ordinis, immo univerſalis Eccleſiæ luminaria recenſendus, ab Innocentio IV. Martoranenſis Epiſcopus electus 1253. 4. Kal. Martii, de quo ſuo loco.

17. MANFREDUS Giſonus Militenſis, è cujus familia extant hodie Marchiones Quinquefradium, ex Canonico, & Decano, ad hanc ſedem à Capitulo poſtulatus confirmatur à Clemente V. anno 1311. 5. Kal. Julii, ex reg. Vatic. ep. 904. f. 188. an. 7. Is Campanam condidit, quæ vulgo Dominicalem ajunt, in qua hi Leonini verſus leguntur. XX.

Sub Præſule claro Manfredo, anno milleno primo, ternoque.

Seno, atque treceno de ſub tempore pleno.

Obiit anno 1328. conditus marmoreo lapide ante majorem Templi aram, cum epitaphio.

18. GOTTIFREDUS Fazarus Militenſis, cujus nobilis familia hodie Mapeæ degit, ex Decano Cathedralis, & Roberti Regis Conſiliario, eligitur à Joanne XXII. Epiſcopus, conſecraturque ab Archiepiſcopo Capuano, Epiſcopoque Caſinenſi, ejuſdem Joannis indulto. Portam Cathedralis marmoreo lapide conſtruxit, cum imaginibus Beatiſſimæ Virginis, S. Joannis Baptiſtæ, & S. Nicolai patroni, ad cujus pedes flexo genu viſitur marmorea Gottifredi XXI.

ima-

A imago. Majorem Eccleſiæ campanam conflandam curavit, in qua ejus habetur mentio. Eccleſiaſticæ dignitatis propugnator fuit, quippe qui cum dignitate pietatem, & Eccleſiaſticam diſciplinam coluit ſemper. Defunctus eſt anno 1348. in marmoreo nobili tumulo conditur ſub confeſſione altaris Roſarii in Cathedrali, cujus ſepulchrum poſtea anno 1632. Mauritius Centinus Epiſcopus ad novam S. Nicolai ædem tranſlatum nobiliori loco collocavit.

19. DOMINICUS, de quo unicam, ajunt mentionẽ haberi in archivo ejuſdem Eccleſiæ in quibuſdam literis anno 1345. ego verò in regeſto Clementis VI. poſt Gottifredum, Petrum reperi ad hanc ſedem evectum, demortuo Gottifredo anno 1348. An Dominicus verè Epiſcopus Melitenſis fuerit, an ſolum à Capitulo electus, & à Pontifice haud confirmatus, prorſus ignoro. (1) Hoc certiſſimè habetur, quod diſcimus ex reg. vatic. tametſi monumenta Militenſis Eccleſiæ Gottifredum exceſſiſſe anno 1339. referant.

XXII. 20. PETRUS de Valerianis Canonicus Remenſis Gottifredo ſubſtituitur anno 1348. 6. Non. Julii à B Clemente VI. ep. 15. fol. 26. ann. 7. de quo mentio an. 1370. in tabulis ejuſdem Eccleſiæ.

XXIII * Ex App. tom. 1. 21. THOMAS * de Buccamungellis Salernitanus an. 1376. Joannæ primæ Reginæ Neapol. à conſiliis. Obiit in patria anno 1391. jacet in Metropolitana cum hoc epitaphio.

Hic jacet dominus Thomaſius Epiſcopus Militenſis, filius quondam domini Richardi Buccamungelli militis de Salerno —— PP. Urbani V. & Gregorii XI. qui obiit ann. Domini MCCC.LXXXXI. die VII. men. Januarii.

XXIV 22. HENRICUS Benedicti XIII. Antipapæ fautor memoratur in lib. oblig. ejuſdem Pſeudo pontificis anno 1396. 7. Decembris.

XXV. 23. ANDREAS d'Alagni nobilis Neapolitanus, Balduini Siciliani Comitis, & Margaritæ de Alemagna ex Dominia Manfredoniæ filius Juris utriuſque Conſultiſſimus, ann. 1392. a Bonifac. IX. beneficio hac ſede potitus, ex lib. obligat. Obiit anno 1402.
a 1398.

XXVI 24. CONRADUS Caracciolus Neapolitanus C Archiepiſcopus Nicoſienſis, ad hanc ſedem translatus anno 1402. 6. Non. Octob. Olim ſub Urbano VI. Camerarius, & ſpoliorum Collector, in arduis negotiis accitus clarus habitus eſt; ſub Bonifacio IX. & Innocentio VII. ſumma fide Apoſtolicæ ſedi ita inſervijt, ut purpureo Galero dignus exiſtimatus, ab Innocentio anno 1405. inſignitus fuerit ſub titulo S. Chryſogoni. Interfuit Gregorii XII. Comitiis, eoque paulò poſt deſerto ad Concilium Piſanum aufugit, & cum ceteris Alexandrum V. creavit Pontificem. Verum Gregorius cum ſe deluſum à Caracciolo vidiſſet, eum Militenſi, aliiſque ſacerdotiis ſpoliavit inaniter, eidẽq; Militenſi Eccleſiæ Dominicum quendam intruſit. Ab Alexandro V. nobili in Galliam Ciſalpinam legatione cohoneſtatus, Bononiæ poſt Joannis XXIII. creationem ex hac mortali vita diſceſſit an. 1411. in Cathedrali ſepultus, ubi adhuc in marmore hæc ſpectatur inſcriptio.

Conrado Caracciolo Neapolitano tit. S. Chryſogoni presb. Card. S.R.E. Camerario Bonon. D
Legato ſupremam vitalis ſtudii metam emenſo xv. Kal Martii MCCCCXI.

XX VII. 25. ASTORGIUS Agnenſis Neapolitanus à Joanne XXIII. in demortui Cardinalis Caraccioli locum creatus eſt anno 1411. 14. Kal. Octob. ſedit an. 2. ad Ravellenſem tranſlatus an. 1413 (2) tandem Melphienſis fuit Epiſcopus, ex libro Obligationum.

XX VIII. 26. JACOBUS Monachus Ciſtercienſis, & Abbas S. Sebaſtiani ad Catacumbas de Urbe ejuſdẽ Ordinis, eligitur à Joanne XXIII. anno 1413. Kal. Martii. Deceſſit ſub Martino V. ex eodem lib. oblig.

XXIX 27. ANTONIUS Strada Rheginus reperitur an. 1420. in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

28. JACOBUM ſucceſſiſſe referunt ejuſdem tabulæ anno 1422. de quo nil reperi in libris Obligationum; an idem ſit cum ſuperiori prorſus ignoro. XXX.

29. DOMINICUS obiit anno 1435. ut notatur in libris oblig. Eugenii IV. XXXI

30. ANTONIUS Sorbillus de Mileto, aliis Montis Leonenſis Civis, ſucceſſit Dominico, ab Eugenio IV. electus anno 1435. 7. Kal. Aug. Hic majoris Aræ januam erexit, ſeminarium inſtituit ann. 1440. egregiè demandatum ſibi munus obivit, eſſe deſiit anno * 1464. ad dexterã majoris aræ ſepultus in Cathedrali. XX XII. * Ex App. tom. 5.

31. CÆSARI, Ferd. Regis à Conſiliis idem gratificaturus, Epiſcopatum hunc Paulus II. contulit anno * 1464. 17. Kal. Julii ex Bulla conſecrationis. Fuerat antea Cæſar Abbas S. Stephani de Cornu Laudenſis Diœceſis, Ord. Ciſtercienſis, ex nobiliſſima gente Cajetana natus. Extant in tabulario ejuſdem Regis literæ ad Henricum ejus filium Calabriæ Ducem, in hujus Epiſcopi favorem pro juribus Epiſcopalibus in Caſale Doſina, aliæque de concordia Epiſcopi cum Marino Carveali Comite Terræ novæ de juribus Terræ Galaſſi, in quibus reſervantur Comiti criminalia, Epiſcopo vero civilia. Sedit annos plus minus ſeptem. XX XIII * Ex App. tom. 5.

32. NARCISUS * natione Catalanus, vir doctiſſimus, cujus vitam ſcripſit Veſpaſianus Florentinus, à Sixto IV. ad hanc Cathedram vocatus anno 1474. 8. Kal. Junii. Defunctus eſt anno 1478. de quo acta Romana. XX XIV. * Ex App. t. 5.

33. ANTONIUS hujus nominis III. Sarnenſis Epiſcopus (3) huc tranſlatus à Sixto IV. anno 1478. 10 a Kal. Februarii, Ferdinando Regi chariſſimus. Tempore præfuit admodum brevi. Exceſſit enim an. 1479. [„Romæ, in Sacello S. Mariæ de Populo ſepultus.) XX XV. a 18.

34. JACOBUS de Ruvere b Saonenſis, Sixti IV. nepos, Ferdinandi Regis Conſiliarius, ſucceſſit anno 1480. præfuit tempore admodum diurno, annis nempe pluſquam 24. & ad Sarnenſem c Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1504. 7. Martii. Hic Præſul novum Sacrarium in Cathedrali erexit, ubi hæc ex marmore leguntur carmina. XXX VI. b Cognomento Saluppus. c Savonenſis.

Jacobus iſte nepos Sixti de Ruvere Quarti,
Pontificis Præſul condere fecit opus.

35. FRANCISCUS Alidoſius, ex Dominis Caſtelli del Rio, Imolenſis, Julii II. Theſaurarius, hanc eandem ſedẽ eſt aſſecutus an. 1504. 7. Mart. qui tranſlatus deinde ad Papienſem Eccleſiam, factuſque Cardinalis, Militen. Epiſcopatu ſe abdicavit an. 1505. vide, quæ de eo infra narramus in Epiſcopis Papienſibus. XXX VII.

36. FRANCISCUS Roboreus Saonenſis, Julii II. ex fratre nepos, anno 1505. 1. die Novembris fuit adlectus, præfuitq; ad tres annos, & ad Camerinam Eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1508. Fato functus eſt Archiepiſcopus Beneventanus anno 1545. 21. Januarii. Jacet Romæ in Eccleſia S. Auguſtini. Habet hoc epitaphium in marmore. XXX VIII.

D. O. M.

Franciſco de Ruvere, Archiepiſcopo Beneventano, Julii II. Pont. Max. ex fratre nepoti, ex matre vero è nobiliſſ. Comnenorum Græciæ Imperat. familia, qui vivens, & animi, & fortunæ bonis locuples fuit. Moriens vero Cæleſtibus divitiis locupletiſſ. extitit. Arravisſus Comnenus Maced. Princeps gratiſſ. atq; amantiſſ. conſanguinei memor poſuit. Obiit anno MDXLV. die xxi. menſis Januarii. Vixit anno lxx. M. II. D. XX.

37. ANDREAS de Valle Romanus, Epiſcopus Crotonenſis, ad hanc tranſivit Eccleſiam ann. 1508. 23. Februarii. Concilio Lateranenſi interfuit anno 1512. Cardinal. presbyter à Leone X. ann. 1517. creatus, Militenſem Eccleſiam cum regreſſu dimiſit anno 1523. Novi Palatii Epiſcopalis ſtructuram inchoavit. Parochiales Eccleſias Montis Leonis in populi commodum XXX IX.

(1) Nos regeſto Rom. Curiæ ſolidioris fidei aſſentientes Gottifredo-Petrum ſubdititimus, cujus Præſulatus veritatem judicent alii. *Luc.*
(2) 1412. Indeque ad Melphienſem eodem anno, ut æquior calculus harum ſedium concordat. Nobis aſſentitur Concilium Conſtantienſe, cujus actis adfuit Aſtorgius uti Militenſis Epiſcopus an. 1416. *Luc.*
(3) Inter Sarnenſes in ſuæ Sarnenſem 6 letur Antonii tranſlatio ab Ughello, ponitur que vice tranſlationis obitus. *Luc.* Fuit autem Antonius patria Florentinus, Petri de Pertis, & Flammettæ Bernardi Junii filius, Decretorum Doctor, Canonicus Florentinus, & Prothonotarius Apoſtolicus. Fuſè de eo in mea hiſt. Canonicorum Florentin. *Salvinus.*

A modnm In portiones octo diſtribuit, organa in Cathedrali iostituit, aliaque ſigna pietatis ibidem edidit. De quo alibi.

XL. 38. QUINTIUS de Ruſticis Romanns ad hanc Eccleſiam promotus eſt anno 1523. die 17. Jnlii. Inchoatum novum Epiſcopale palatium ab Andrea abſolvit: Marmoream S. Nicolai imaginem Roma Miletum evexit, in Cathedrali poſuit.[a] Diu hanc Eccleſiam rexit. Romæ tandem deceſſit anno 1566.

[a] Ex App. tom. 9.

XLI. 39. (1) INNICUS Avolus a de Aragonia Neapolitanus S. R. E. Cardinalis hanc eandem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1566. die 21. Aug. quo munere ſunctus eſt ad annum 1573. De quo alibi.

a Al. Davolus.

XLII. 40. JO: MARIA de Alexandris Urbinas, Oppidenſis Epiſcopus, Cardinalis Avoli in bac Eccleſia Vicarius Generalis, ad ipſam eandem Eccleſiam trãſiit anno 1573. die 9. Februarii, iterumque ad Eccleſiam, S. Marci io Calabria translatns eſt. b In Patria è vita diſceſſit. Scripſit inter cætera materna lingua *Trattato della comparatione della lingua Toſcana, e Caſtigliana*, Neap. typis excuſum, *Diſcurſum in artem Muſica*, qui ms. aſſervatur à Blaſio Michalorio Urbinate affini.

b An. 1585. 21. Octob.

B

XLIII 41. M. ANTONIUS de Tuſo Neapolitanus ſnceeſſit ann. 1585. 21. Octobris, ex Epiſcopo S. Marci. Hic plures aras in Eccleſia inſtituit, ſeminarium perſecit, Pontificale ſolnm ligneum ſegmentatum, & variis iconibus contextum poſnit. Sacras ædes ſacris ſupellectilibus dooavit, diœceſanam ſynodum non ſemel coegit, præfuit ſanctiſſimè ann. 21. Diſceſſit ex hac mortali vita Gallari anno 1606. Miletom relatus in Eccleſia S. Nicolai ſepultus eſt.

XLIV 42. JO. BAPTISTAM Leninm c Romanum Paulus V. Militenſem Epiſcopum ſecit anno 1608. 4. Julii, ac paulo poſt eidem Senatoriam detolit purpurã, atque Epiſcopatum Ferrarienſem; de qno ibi.

c De quo Ciaconius novi edit. t. 4. col. 419 Mand.

XLV 43. Fr. FELIX Centinus Aſculanus, ex Ordine Minorum Conventualium, à Paulo V. presbyter Card. creatus anno 1611. d poſtrema die Auguſti ejuſdem anni hanc Eccleſiam eſt aſſecntus. Diœceſim totam perſonaliter inſtravit, Clerum reformavit, ſynodum coegit, Eccleſiam argenteis candelabris, pretioſiſqne ornamentis, Canonicos verò propriis Inſigniis donavit, anno verò 1613. ad Maceratenſem translatus eſt. Conſule quæ ſcripſimus in Epiſcopis Maceratæ, & Sabinenſis Eccleſiæ.

d 1610.

C

XLVI 44. VIRGILIUS Capponius nobilis Aſcnlanus, Vintidii, & Finideæ Andreantonellæ filius, I. V. D. in gratiam Cardinalis Centini, cujus Vicarius ſuerat, ſnblectus eſt à Paulo V. an. 1613. die 10. Novembris. Hic immenſo labore hanc Eccleſiam adminiſtravit, Eccleſiaſticã immunitatem acerrimè propugnavit, ab æmnlis mnlta paſſus, itaut illum oportuerit objectas calnmnias Romæ ſumma animi conſtantia perpurgare, cumque ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ ſavorabilem ſenrentiam retuliſſet, victor cauſæ inculpabilis repertus, ad Eccleſiam ſibi creditam rediit, impoſtores verò pœna tallionis mulctati ſuere. Varia ſortuna per 18. annos ſedit, vir nobilitate generis, morum affabilitate, virtutis præſtantia clarus; mortuus eſt Palmæ an. 1631. in Catbedrali ſepultus in ſacrario. Marmoream illi memoriam una cum Gofredo Fazaro, & Marco Antonio de Tuſo, translatis ad ædem S. Nicolai eorumdem oſſibus Mauritius ſucceſſor erexit, hoc addito epitaphio.

C

Gotfredi Fazari Tropejen. nobilis M. Antonii de Tuſo Neapolit. Patritii, & Virgilii Capponii Aſculani prædeceſſor. Oſſa, translata in hanc ædiculam fabrefactam è ſacrario marmorea S. Nicolai Patroni imagine.
Mauritius Centinus nobilis, ac Patritius Aſculanus Militenſis Epiſcopus, pietate in ordinem, & Patriam collocavit anno reſtauratæ ſalus M. DC. XXXII.

XLVII. 45. Fr. MAURITIUS Centinus e Aſculanus, ex ſratre nepos Centini Cardinalis, io ordine Minorum Conveotualium omnis dignitatis literarum gradus aſſecutus, primnm Maſſæ Lubrenſis Epiſcopus renunciatus, indeque ad banc Militenſem an. 1631. f translatus, ſeminarium perſecit, majorem Templi aram ornavit, Aedem S. Nicolai translato ſacrario de novo erexit, Diœceſim non ſemel inviſit, ſynodum celebravit, aliaque digna pii paſtoris opera patravit. Palmæ exceſſit è vivis, dum annus 1640. exordiretur, tumulatus in Cathedrali.

e De eo Franchinus in Bibliosophia p. 517. Mand.

f 12. Maii.

XLVIII. 46. GREGORIUS Panziann Romanus, Mauritio ſucceſſit. Is ex antiqua illa Panzanorum familia Florentina ortus, quæ vigente Repnblica, ad ſummos magiſtratus ſæpius evecta, variante inde fortnna, ab eadem expulſa, partim Aretii, partim alibi ſedes fixit. Aretinns ſamiliæ ramus prorulit Octavium, qui Romæ 16. Octobris 1592. ex Laura Paulla Cremonenſi ſuſcepit Gregorium noſtrum, qui cum in jnventute juriſprudentiæ operam dediſſet, in Romano Gymnaſio Lauream Doctoratus promeruit, & meliora ſtudia meditatus, ad Patres congregationis Oratorii S. Philippi Nerii conſogit, ibique in ſancta converſatione diu manſit, quouſque in Angliam à ſanctiſſimo Urbano VIII. Pont. Max. non ſine ingenti vitæ periculo miſſus, ut Henriettã Mariam Borboniam Reginam, Caroli I. Britanniæ Regis Catolicbiſſimam uxorem ejuſdem Pontific. nomine ſalntaret, & de maximis ſecum ageret negotiis, nec non motus componeret exortos ſecularem inter, & regnlarem clerum. In Angliam Panzanus primus, centum propè anoorum poſtliminio Catbolicæ veritatis divertit; à Regina exceptus comiter expoſuit Sanctiſſimi, nec non Franciſci Card. Barberini vota pro ſelici ſuo regimine, & deſideria pro rei catholicæ proſpero cnrſu. Manſit poſtea plures annos eo in Regoo, magno illius bono, nam & diſſenſiones ſopivit inter clerum, & regnlares, rem catholicam promovit plurimum, catholiciſque inſigni adiumento, & conſolationi fuit, & qnod majori dignum & admiratione, & laude, ipſi tam Magnates, quàm Populus à fide Catholica alieni, plurimi erant in illius laudibus; Ceperat enim eos integerrimæ illiùs vitæ ſama, prudentia eximia, morum ſuavitas, & qnem præcipuè ea gens miratur, vitæ, morumque candor. Hinc difficilè non fuit eo ſuggerente, & ipſis regiis miniſtris annuentibus, nt in Anglia aliquis vir nobilis, tanquam ſedis Apoſtolicæ apud Catholicam Reginam Internnncius palam reſideret, ac Romæ Reginæ ejuſdem nomine alius eſſet, qui mntua utriuſque vota, meotemque deſerrent, & explicarent. Id ſi poſteritas audierit, &, ſi Deus cœpta ſortunet, ſeliciora viderit incrementa, ſciat id primò deberi feliciſſimis auſpiciis Barberinę domus, deniquè Gregorii Paozani prudentiæ, & induſtriæ opus eſſe. Romam inde reverſus Gregorius, Georgio Coneo nobili Scoto ſucceſſore eo in munere relicto, ab Urbano intuitu laborũ, S. Laurẽtii in Damaſo Canonicus factus, mox in civilibus cauſis Almæ Urbis Gubernatoris Locumtenens, ad Epiſcopatus culmen non ſemel vocatus, invictus tandem, Militenſem ſuſcepit anno 1640. 13. Auguſti. Vivit florenti ad huc ætate, Eccleſiæ Militenſis decus inſigne, & ornamentum ſingulare futurum.

A D D I T I O.

(,, *Rexit annos 22. obiitque dierum plenus, & me-*
,, *ritorum.*

XLIX. ,, DIDACUS *Maurellus nobilis Cuſentinus. J. U.*
,, *D. qui cùm expleſſet Vicarii Generalis Epiſcopatuum*
,, *Urbevetani, & Cuſentini integerrimè per multos an-*
,, *nos, ad hanc Eccleſiam vocari promeruit 26. Junii*
,, *1662. nulli parcens labori, Gregem hunc ad Cœleſtia*
,, *paſcua ducere ſtuduit ãnis ferè viginti, & mortuus eſt.*

L. ,, OCTAVIUS *Paravicinus nobilis Mediolanen-*
,, *ſis J. U. D. Collegiatæ Eccleſiæ S. Nazarii Medio-*
,, *lanenſis Canonicus, cùm plurima Eccleſiaſtica diſci-*
,, *plinæ exemplaria in ſua vita cãdore exhibuiſſet, Prin-*
,, *ceps Sacrorum in Militenſi Ovili enunciatus eſt 12.*
,, *Maii 1681. Hujus cathedræ ſingulare decus, & popu-*
,, *li ſibi commiſſi ſalutare ſydus occubuit anno 1696.*
,,DO-

(1) Hic ex Appendice tomi noni deleta ſunt omnia, quæ de Franciſco Rodio, Jo. Petro Ferreto, & Fr. Gregorio Caſelia dixerat Auctor: cum revera ii tres non Militenſes, ſed Milonſes in Inſulis Ægei maris fuerint Epiſcopi.

LI. ,, DOMINICUS ANTONIUS *de Bernar-*
,, dinis nobilis Lycienſis, Caſtellanetenſis Epiſcopus,
,, ad Militenſem translatus 18. *Junii* 1696. Luc.)

MONOPOLITANI EPISCOPI



IN Apulia Peucetia per litus Urbs nova Monopolis viſitur, Epiſcopalis, & Marchionatus titulo celebris, non quidem magna, ſed pulchra, ſplendida, ædificiorumque magnificentia celebris, nobilis: quam Volaterranus putat ex ruinis Egnatiæ antiquiſſimæ Civitatis exſtructam *a*, cujus ager inter cætera, olei feraciſſimus exiſtimatur. Epiſcopus à primæva ſua inſtitutione Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiectus eſt ad regiam præſentationem, Baroque eſt Terræ Ciſterni, in qua utramque habet juriſdictionem, temporalem ſcilicet & Eccleſiaſticam. Cathedralis Eccleſia Deiparæ Virgini dicata, quatuor habet dignitates, quarum prima eſt Archidiaconatus, 20. Canonicos, 12. Portionarios, alioſque clericos, una cum Pęnitentiali, & Theologali præbenda. In Civitate quatuor numerantur Parochiales Eccleſiæ, ſex virorum, tres ſanctimonialium Cęnobia, quinque laicorum fraternitates, Xenodochium, mons Pietatis, & Epiſcopale palatium ſatis commodum. Fructus hujus Eccleſiæ taxantur in lib. Cameræ ad florenos 250. verus valor ad ducat. 5. millia aſcendit. Illuſtrarunt nomẽ Urbis præter alios Barthnlomæus Sibilla Philoſophus, & Theologus inſignis, Hieronymus cognomine Monopolitanus Archiepiſcopus Tarentinus, ac noſtro ſeculo Anſelmus Marzatus *b* ex ordine Capuccinorum, in numerum Cardinalium adſcitus, à Clemente VIII Porrò Epiſcopi, qui huic Eccleſiæ præfuerunt, ſunt ſequentes.

a De Egnatino Epiſcopatu in tom. x. agemus.

b Martianus.

A D D I T I O.

(,, *Non adeo modica civitas eſt Monopolis, cum ad ,, tria millia focularia contineat. Cathedralis B. Virgi- ,, ni in cœlum aſſumptæ dicatur. Parochiales Eccleſiæ ,, 5. numerantur. Diœceſis non extenditur ultrà terram Ciſternum. Menſa Epiſcopalis taxatur in lib. ,, Cameræ Apoſt. ad ſummam Fl.* 260. *annuus cenſus ,, tria millia ſcuta excedit.* Lucentius.)

I. 1. DEODATUS primus Eccleſiæ Monopolitanæ Epiſcopus reperitur anno 1059. de quo in privilegio Euſtachii Archiepiſcopi Brunduſini, quod conceſſit Melo Abbati S. Andreæ inſulæ Brunduſinæ.

II. 2. SMARAGDUS, anno 1065.

III. 3. PETRUS interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. ex Anonymo Caſinenſi, ſubſcripſit bullam Alexandri II. eodem anno.

IV. 4. ROMOALDUS anno 1073. vixit ad annum uſque 1118. * Is Romualdus ſui Epiſcopatus an. 30. novum Cathedralem cœpit ædificare, in cujus perfectione divina afflante miſericordia celebris illa Beatiſſimæ Virginis Mariæ Icon vulgo *della Madia* nuncupata miraculosè inventa, eidem Deiparæ novum templum, quod olim S. Mercurium patronum agnoſcebat, dedicatum eſt; cujus hiſtoriam ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ quidam devotus Canonicus Monopolitanus ſatis ſimpliciter conſcripſit in hunc modum.

* Ex App. om. 1.

Anno 1073. *Eccleſiam Univerſalem regente Urbano II. aſſumptus Epiſcopus Civitatis Monopolis Romualdus Eccleſiã Cathedralem reperit in loco, in quo adhuc reperitur, tunc vetuſtate quaſi labentem, populoq; valde anguſtam ſub tit. S. Mercurij, cujus feſtivitatis dies celebratur* 28. *Novembris, ſuique Epiſcopatus munere iam* 30. *annis functus novam Baſilicam fabricare cœpit, tunc Comite hujus Civitatis D. Roberto, cujus auxilio templi incœpti ædificium fuit perfectum, cujus ſtructura lapidibus vivis ternis hic inde columnis Cylindrica forma, quibus tres fornices hinc inde innixa corpus dicti templi conſtruitur. Duæ verò aliæ fornices hinc inde in alijs baſibus innixa ſpatium occupantes, in quo Chorus recenter eſt ſitus, totum templum complere videtur. Eſt autem forma Eccleſiæ, juxta iſtam Græcorum additis hinc inde alijs ſub quibus altaria conſternuntur. Conſtructio dicti templi lignorum defectu tecta tegentium multis annis perfici minime potuerunt & in mœnibus dicti templi hi verſus leguntur.*

Mille annis Centenis, atque peractis
Septenis natum dum Chriſtus venit in Orbem
Hoc præſul templum juſſit Romualdus.
B *Annis terdenis plenis ſibi pontificatus*
Tempore ſub Comite Magni Dominique Roberti
Auxilio cujus templi labor editus hujus.
Tempus edax minuit ſtatuis auroque coruſcum
Quale olim Petrus de Pede ſculpſit opus
Cæſaris Tudelli Abbatis Pius obviat ardor,
Sacra vetuſtatis ne monumenta ruant.
Redditus & Mariæ fulget mira arte triumphus.
Cum ope ſui Paulus Quintus in Urbe ſedet.
Aſt ubi theſaurus patriæ Virgo emicat auro
Parior et Gryphes invigilare decet.

Qui etiam græcis litteris ex parte intima dicti templi ſuper majorem portam ejuſdem leguntur. Devotus Epiſcopus Romualdus deficientibus lignis neceſſarijs opus inceptum perficere non potens ad ſanctiſſ. Virginem quotidie precatus accedens, eandem beatiſſ. Virgo albis veſtibus induta in ſomnis quemdam civem admonens, ut Romualdum Epiſcopum peteret, caſtrum reddens votorum compotem factum, ligna pro tegumento templi iam portu maritimo civitatis cœlitus a ſe miſſa; & cum civis devotus raptim ad Epiſcopum accurreret, nulla fuit ipſi ab Epiſcopo fides adhibita, rato potius illum à ſomno
C *illæſum; qui domum rediens ita accubans initio ſomni iterum beatiſſima virgo apparuit ſuadens illum, & ſi in ſomnis non illudere: & cum ſecundo Epiſcopum petiiſſet, eademque nunciaſſet, ludibrio habitus, domum iterum quieturus rediſt; cum tamen tertio beata Virgo irata in ſomnis apparuiſſet, demum Epiſcopus expergefactus eodem cive aſſerente ſe portum maritimum petiiſſe, & ita ut ſomniavit inveniſſe; Epiſcopus convocatis civitatis magiſtratibus, nocte ſurgens toto populo ſequente cum clero ad portum proceſſionaliter acceſſit, & repertis lignis & trabibus numero* XXXI. *qua adhuc templum cõtegunt, textis, & replicatis forma navigabili, qua trabeum textura vulgo dicitur Madia, ſuper quibus nemine reperto niſi ſolum Iconie ligno, quo beata Virginis imago coloribus deſcribitur, palmarum quatuor altitudinis, trium longitudinis. Eſt autem pictura B.V. non integra, ſiniſtra amplectens infantem græco uſu indutum, ſicut & mater ſiniſtra infantis papyrus apparet, duoque picti viri in pede Iconij nigris veſtibus, & monachali capuccio ad modum eremitarum S. Auguſtini induti, &*
D *ſub dextero brachio B. Virginis figura, mulier etiam græcis indumentis, ſtatura palmi dimidiati perſpicitur, quod Iconium ab Epiſcopo manibus proprijs fuit ad prædictam Eccleſiam delatum, ibique in altari majori collocatum, magnaque veneratione habitum. Poſtea ex lignis prædictis perfecto templi opere in altum ſublatum Iconium, in medio templi repoſitum fuit, à quo loco, ut à majoribus fertur ſublatum ſæpius, & alibi poſitum ſemper de mane in eo loco ſublimi, in quo nunc reperitur, fuiſſe repertum, &c. quæ ſequuntur ſunt nonnulla inſigniora miracula ab eadem ſanctiſſima Virgine fidelibus patrata.* Hactenus ille inter alia.

At Romualdo noſtro Epiſcopo nobile pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus ab Urbano II. an. 1091. recepit privilegium, quo Monopolitana Eccleſia ab omni Metropolitico jure libera immediatéque S. Apoſtolicæ ſedi ſubiecta hiſce verbis declaratur.

URBANUS EPISOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto fratri Romualdo Monopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Sacrorum canonum, & decretorum Pontificalium depoſcit authoritas, ut majores Eccleſiarum cauſæ Apoſtolicæ ſedis judicio terminentur, cui nos licet indigni divinæ diſpoſitionis arbitrio præſidentes eamdem ſollicitudinem univerſis per orbem Eccleſiis, prout nobis Apoſtolorum ſuorum divina dignatio majeſtatis ſcire, & poſſe impendit, impendimus. Cum ergo præſtante domino incarnationis dominicæ anno M.XCI. ſynodale concilium in Beneventana eſſet Eccleſia ſub noſtra præſentia congregatum, & adverſus fraternitatem tuam Brundusinus, ſeu Oritanus conquereretur Epiſc. & tua, & illius Eccleſiæ munimenta perſpecta ſunt. Quibus in conſpectu noſtro concilii univerſi diligentiori indagine perquiſitis à venerabilibus noſtris Epiſcopis presbyteriſq; Cardinalibus adjudicatum eſt Monopolitanam Eccleſiam majoris ſcriptorum pontificalium authoritate fultam Brundusinæ Eccleſiæ ſubjectionem, & obedientiam non debere. Quorum nos ſententiam approbantes noſtræ authoritatis robore confirmavimus, & per præſentes privilegii paginam te tuoſque ſucceſſores ab Oritana, ſeu Brundusina Eccleſia ſubjectione liberos ſub ſolius Apoſtolicæ ſedis obedientia in perpetuum permanere decernimus, ſtatuentes ut quæcumque Monopolitana Eccleſia hactenus juſte poſſedit, aut hodie poſſidet, ſive in craſtinum juſte, atque canonice poterit adipiſci in caſtellis, villis, ſilvis, in Eccleſiis, in monaſteriis tibi tuiſq; ſucceſſoribus Epiſcopali jure regenda, diſponenda, ac poſſidenda firma, & illibata perſiſtant ſalva in omnibus Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ reverentia. Obeunte te, vel tuorum quolibet ſucceſſorum clero, populoq; Monopolitano facultas ſit, ſemota omni pravitate, Epiſcopum canonicè eligendi, electus autem à Romano Pontifice conſecrabitur. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſc. Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Judex, aut perſona qualibet magna, vel parva, potens, aut impotens hujus noſtri privilegii paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonitus ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, eum honoris ſui, & officii periculo ſubjacere decernimus, & à Chriſti atque Eccleſiæ corpore authoritate poteſtatis Apoſtolicæ ſegregamus, conſervantibus autem pax à Deo, & merito præſentibus ac futuri ſeculi conſervetur. Amen. Amen. Amen. Scriptum per manus Lanfranci notarii ſacri Palatii.

Datum Beneventi per manus Ioannis S.R.E. diaconi Card. anno D. Incarn. M.XCI. ind. xiiii. Kal. Aprilis anno Pontificatus D. Urbani PP. II. 4.

Diplomatis exemplar ex antiquo hodierno codice Monopolitani Archivi una cum ſequentibus nobis pro ſua humanitate communicavit Franciſcus Surgentæ gentis apud Neapolitanos clariſſimæ, ac vetuſtæ nobilis Præſul, olim Archiepiſcopus Brundusinus, nunc hujus Eccleſiæ Monopolitanæ Epiſcopus, virtute, ac pietate non minus, quam ſanguinis nobilitate præclarus.

> V. a Patria Monopolitanus.

5. NICOLAUS a creatus anno 1118. obiit anno 1144. Jacet in Cathedrali ſub confeſſione in marmoreo tumulo his carminibus illuſtrato.

Hic Nicolaus jacet hujus Epiſcopus Urbis,
Defenſor Patriæ, decus, author, & auxiliator.
Lector ob hunc Domino ſtudeat, & corde rogare,
Hunc ut in Regno faciat gaudere ſuperno.

> * Ex App tom. 1.

* Affigam hoc in loco & aliud diploma ad confirmandam Eccleſiæ Monopolitanæ libertatem. Præfert autem iſtud diploma editæ ſcripturæ diem a. Kal. Aprilis an. 1123. eſtque à Callixto II. Pontifice conceſſum Nicolao Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Tenor eſt hujuſmodi.

CALLIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dil. fratri Nicolao Monopolitano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Quia igitur dilectio tua ad ſedis Apoſtolicæ portum confugiens iteratam ejus tuitionem devotione debita requiſivit. Nos ſupplicationi tuæ clementer annuentes & dictam Monopolitanam Eccleſiam, cui Deo authore præſides, decretis præſentis authoritate munimus. Statuimus enim, ut eadem Eccleſia nulli alii præter Apoſtolicam ſedem ſubjectionis reverentiam debeat, ſicut per Apoſtolicæ memoriæ prædeceſſorem noſtrum Urbanum II. in Beneventana ſynodo definitum, & privilegii teſtimonio confirmatum, necnon & à S. recordationis Paſchali Papa privilegii munimine roboratum eſt. Te igitur, tuoſque ſucceſſores hujus libertatis gratia perfruentes ſub ſolius Apoſtolicæ ſedis obedientia in perpetuum manere decernimus. Statuentes ut quæcunque Monopolitana Eccleſia hactenus juſte poſſedit, aut hodie poſſidet, ſive in futurum juſte, & canonice poterit adipiſci, in Caſtellis, villis, ſylvis, in Eccleſiis, in monaſteriis, cæteriſque poſſeſſionibus, tibi tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopali jure regenda ſemper, ac diſponenda ſerventur. Salva in omnibus Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ reverentia. Obeunte te, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, clero, populoque Monopolitano facultas ſit, ſemota omni pravitate, Epiſcopum canonice eligendi, electus autem à Romano Pontifice conſecrabitur. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Callixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.

Datum Laterani per manum Hugonis S. R. E. ſubd. ii. Kal. Aprilis, ind. 1. Incarn. Dom. anno MCXXIII. Pontificatus autem D. Callixti II. PP. V.

6. MICHAEL conſecratus anno 1144. exceſſit anno 1176. * Sed præſtat diploma Eugenii III. Papæ in hunc locum referre ad favorem Michaelis Monopolitani Epiſcopi, ſucceſſoribuſque ſuis conceſſum ſub his verbis. VI.

> * Ex App tom. 1.

EUGENIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. Fr. Michaeli Monopolitano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Et juſtitiæ ratio exigit, & rationis ordo depoſcit, ut Eccleſiis, & perſonis, quæ familiarius Apoſtolicæ ſedi adhærent, & ad Romani Pontificis ordinationem ſpectare noſcuntur, propenſiori ſtudio providere curemus. Dignum namque, & honeſtati cōveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas, & à pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri, atque S.R. Eccleſiæ patrocinio muniamus. Ea propter dilecte in Domino frater Michael Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Urbani, Paſchalis, Callixti, & Honorii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes Monopolitanam Eccleſiam, cui, Deo authore, præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & illibata permaneant. Statuimus quoque ut eadem Eccleſia nulli alii præter Apoſtolicam ſedem ſubjectionis reverentiam debeat. Te igitur, tuoſque ſucceſſores hujus libertatis gratia perfruentes ſub ſolius Apoſtolicæ ſedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obeunte vero te nunc ejuſdem Civitatis Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum Clero Monopolitano facultas ſit, ſemota omni pravitate, aſſiſtentem canonicè eli-

gen-

gendi, electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtitutione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva in omnib. Apoſtolicæ ſedis authoritate, & reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularis ſive perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax D.N.J.C. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccl. Epiſc.

Ego Ymarus Tuſculanus Epiſc.

Ego GG. presb. Card. S. Callixti.

Ego Octavianus Diac. Cardin. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ego Julius presb. Card. tit. S. Marcelli.

Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalē.

Datum Ferentini, per manum Boſonis S.R.E. ſcriptoris xiiij. Kal. Januarii ind. 14. Incarn. Dominicæ ann. M.C.L. pontificatus verò Eugenii Papæ III. an. 6.

VII. 7. STEPHANUS ſucceſſit Michaeli an. 1176. interfuit Lateranenſi Concilio anno 1179. in quo ſubſcriptus reperitur inter Epiſcopos Romanæ Provinciæ. Obiit anno 1187. Noſtro huic Epiſcopo & ſucceſſoribus Alexander III. anno 1180. quod ſequitur, indulſit privilegium, ex autographo deſumptum, quod in Archivo ejuſdem Civitatis aſſervatur, hujus tenoris.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerab. fratri Stephano Monopolitano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

EX injuncto nobis Apoſtolatus officio fratres, & coepiſcopos noſtros, tam vicinos, quàm longè poſitos ſincero cordis affectu diligere debemus, & Eccleſias, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam dignitatē, & juſtitiam conſervare. Aequum tamen & rationabile eſt, ut qui B. Petro, ejuſque Vicariis devotiores eſſe noſcuntur, & S.R.E. patrocinio cupiunt confoveri, ejuſdem piæ matris uberibus foveantur, & in ſuis rationabilibus petitionibus exaudiantur. Quapropter ven. in Chriſto Fr. Epiſc. tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monopolitanam Eccleſiam, cui authore Deo præeſſe dignoſceris, quæ juris, & proprietatis B. Petri Apoſtoli exiſtit, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Urbani, Paſchalis, Callixti, Honorii, & Eugenii Romanorum Pontificum ſub ejuſdem Apoſtoli tutela, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum concesſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum in quo præfata Eccleſia conſtructa eſt, cum domibus, appendiciis, & omnibus tenimentis ſuis, cum hominibus quoque affidatis, Judæis, & certis juſtitiis, quas in eadem civitate habet, in eadem Civitate Eccleſiam S. Leonis, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri mediæ Civitatis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Salvatoris cum vineis, & certis pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri de Palatrolo cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Thomæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Damiani cum omnibus pertinentiis ſuis; Item Eccleſiam S. Scolaſticæ, Eccleſiam S. Nicolai de Pinnæ, Eccleſiam S. Benedicti de Græcis, Eccleſiam S. Angeli monialium, cum jure Parochiali, & canonico Cathedratico. Extra vero Civitatem Eccleſiam S. Baſilii cum omnibus pertin. ſuis Eccl. S. Petri cum omnibus pertin. ſuis, Eccl. S. Angeli & cum omnib. pertinen. ſuis & aliā Eccl. Crucis cum pertinen. ſuis, Eccleſ. S. Angeli in Suburbio cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Zachariæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Luciæ cum Caſali ſuo, Eccleſiam S. Cataldi cum Caſali ſuo, Eccleſiam S. Simonis cum Caſali ſuo, Eccleſiam S. Mariæ de Sermitito cum Caſali ſuo, Eccleſiam S. Nicolai de Ciſternino cum Caſali ſuo, Eccleſiam S. Mariæ de Bernis cum Caſali ſuo, Caſale, quod dicitur Talona, Eccleſiam S. Petri de Octava cum Caſali ſuo, & hominibus, domibus, vineis, olivis, terris cultis, & incultis, cum placitis, & cunctis juſtitiis, & pertinentiis ipſorum Caſalium, cum jure etiam Parochiali, & Canon. Cathedratico eorundem; jus quoque Parochiale, & Canonicum Cathedraticum in Barſeneo, Caſtro Frangeſto, Faſano de S. Joanne, & in alio fagiano de S. Mariæ in Subiceto, flunachia, in S. Ilario, in S. Petro Veterano, in omnibus Eccleſiis eorum feudis pertinentibus cum judicio clericorum, & debita reverentia, & cæteris Eccleſiaſticis juſtitiis tibi, & tuis ſucceſſoribus Apoſtolica authoritate confirmamus. Item Eccleſiam S. Petri de Trovica cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Simeonis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Matthæi de Portanova cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Juliani in eodem vico cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Crucis in eodem vico cum omnibus pertinentiis ſuis, præterea Eccleſiam S. Mariæ in Portu Manſano, Eccleſiam S. Petri de Bonochio, Eccleſiam S. Procopii cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli de Soſilacto, Eccleſiam S. Angeli de Meralditto, Eccleſiam S. Stephani de Bulno, Eccleſiam S. Martini de Turricella, Eccleſiam S. Mariæ in eodem territorio, Eccleſiam S. Nicolai de Vergaro, Eccleſiam S. Baſilii majoris de Gaudio, Eccleſiam S. Marini de Eturnillo, Eccleſiam S. Stephani de Cornola, Eccleſiam S. Angeli de Jenelo, Eccleſiam S. Mariæ de Sibelliſo, Eccleſiam S. Angeli de Lamatraderi, Eccl. S. Petri Verroni, Eccleſiam S. Petri Titti, Eccleſiam S. Andreæ de Burgo, Eccleſiam S. Mariæ de Poma, Eccleſiam S. Aventii, Eccleſiam S. Joannis de Stacta, Eccleſiam S. Arontii, Eccleſiam Trinitatis in Paterno, Eccleſiam S. Naſtaſii de Curte, Eccleſiam S. Joannis de Baliano, Eccleſiam S. Cæciliæ, Eccleſiam S. Euſtachii, Eccleſiam S. Barbati, Eccleſiam S. Caſarii, Eccleſiam S. Nicolai de Monte Joe, Eccleſiam S. Joānis de Taramanno, Eccleſiam S. Lucæ, Eccleſiam S. Mariæ de Bagone, Eccleſiam S. Joannis de Fugiano, Eccleſiam S. Nicolai ejuſdem loci, Eccleſiam S. Mariæ de Fajano maradicii, Eccleſiam S. Sepulchri, Eccleſiam S. Ilarii, Eccleſiam S. Angeli de Frangeſto, Eccleſiam S. Vincentii, Eccleſiam S. Euſtachii de Cāpomero, Eccleſiam S. Cypriani, Eccleſiam S. Andreæ de Parochialis, Eccl. S. Potiti, Eccleſiam S. Barbati, Eccleſiam S. Bartholomæi de Palude, Eccleſiam S. Stephani de Palude, Eccleſiam S. Martini de Palude, Eccleſiam S. Luciæ de Vertenſi, Eccleſiam S. Euſemiæ, Eccleſiam omnium SS. de Carnara cum omnibus pertinentiis, & eorum pertinentiis, Eccleſiam S. Catharinæ, Eccleſiam S. Clementis, Eccleſiam S. Nicolai de Portu aſpro, Eccleſiam S. Martini de Clurleone, & cæteras Eccleſias Parochiæ Monopolitanæ cum canonico Cathedratico, & jure Parochiali, vineas quoque, quæ ſunt inter viam Bari, & Cuperſani, vineas quas habetis in territorio S. Euſemiæ, vineas apud paludem, vineas, & olivas, ac terras de Manba de caſa Bened. quoque Abb. S. Joannis de Cajano, & Abbatiſſarum Eccleſiæ S. Sepulchri, & S. Angeli de Frangeſto cum canonico cathedratico, ac debita reverentia, nec non libertates à Romanis Pontificibus, & Regibus, atque Principibus Monopolitanæ Eccleſiæ indultas, ſicut de antiqua conſuetudine prædeceſſores tui habuiſſe noſcuntur, & ut canonice poſſidet, & quietè tibi, tuiſque ſucceſſoribus authoritate Apoſt. confirmamus. Statuimus quoque ut eadem Eccleſia nulli alii præter Apoſtolicam ſedem ſubiectionis reverentiam debeat. Tu igitur, tuiſque ſucceſſores hujus libertatis gratia perfruentes ſub ſolius A-

poſt. ſedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obeunte vero te nunc ejuſdem Civitatis Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, Cleropopuloque Monopolitano facultas ſit, remota omni pravitate, Antiſtitem canonicè eligendi. Electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Monopolitanam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet perturbationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, aut ſobſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitatis careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & à ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri IESUCHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis &c. Amen. B

Ego Alexander Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ.
Ubaldus Oſtienſis Epiſc.
Theodinus Portuen. & ſanctæ Rufinæ ſedis epiſc.
Berneredus Præneſtinus epiſc.
Joannes presb. Card. SS. Io. & Pauli eccli. Pammachii.
Vivianus presb. Card. S. Stephani in Cœlio monte.
Cynthius presb. Card. eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ.
Laborans presb. Card. S. Mariæ Tranſtib. Callixti.
Hugo presb. Card. S. Clementis.
Iacobus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Rainerius diac. Card. S. Georgii ad velum Aureum.
Joannes diaconus Card. ſancti Angeli.
Datum Velet. per manum Alberti S. R. E. presb. Card. & cancellarii 4. Kal. Martii ind. xiii. Incarnat. Dominicæ anno M.C.LXXX. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. anno xxi.

* Ex App. t. 3. * Alterum Alexander anno 1177. eidem Stephano Monopolitano Epiſcopo diploma dederat, quod C cum ſit ferè ejuſdem tenoris cum ſuperiori Callixti, & Eugenii, inſcriptiones tantum hic referemus; ſic enim ſe habent.

Ego Alexander Catholicæ Eccl. Epiſ.
Ego Manfredus Præneſtinus Epiſc.
Ego Boſo presb. Card. S. Pudentianæ Eccleſ. Paſtoris.
Ego Cynthius Diac. Card. S. Hadriani.
Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
Datum .... per manum Gratiani S. R. E. Subd. & Notarii iv. idus Febr. indict. x. Incar. Dom. an. 1177. Pontificatus verò D. Alexandri Papæ III. an. xviii.

VIII. 8. PAGANUS, anno 1187.

IX. 9. GUILLELMUS, anno 1202.

X. 10. MATTHÆUS, anno 1218. Obiit an. 1226. quo defuncto, Capitulum Abbatem quemdam S. Mariæ Amalphitanæ contra ſtatuta Concilii Laterani poſtulavit. Verum Honorius III. cum irritam electionem declaraſſet, ſcripſit Epiſcopo Melphienſi, & Archidiacono Brunduſino, ut vocatis vocandis, alterum idoneum, juxta canonicas ſanctiones, Epiſcopum eligerent. Extat epiſt. in reg. Vat. an. xi. 19. Kal. Januarii, ep. 38. fol. 153. D

XI. * Ex App. t. 1. 11. JOANNES canonicè Matthæo ſubſtituitur an. 1227. Obiit an. 1238. * Cui Gregorius IX. ad inſtar aliorum Pontificum privilegia ſua Monopolitanæ Eccleſiæ confirmavit an. 1231. Iiſdem ferè verbis cum ſuperiori Alexandri III. datum eſt diploma, ſubſcriptiones ſequentes leguntur.

Ego Gregorius Catholicæ Eccl. Epiſc.
Ego Ioannes Sabinenſis Epiſc.
Ego Iacobus Tuſculanus Epiſc.
Ego Thomas S. Sabinæ presb. Card.
Ego Ioannes eccl. S. Praxedis presb. Card.
Ego Guefredus eccl. S. Marci presb. Card.
Ego Segembaldus eccl. S. Laurentii in Lucina presb. Card.
Ego Stephanus S. Mariæ Tranſt. tit. Call. pr. Card.
A
Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card.
Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin, Diac. Card.
Ego Petrus S. Georgii ad velum Aureū, Diac. Card.
Datum Laterani per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii xi. Kal. Aprilis, ind. 4. Incar. Dominicæ an. 1231. Pont. vero D. Gregorii Papæ IX. anno V.

12. GUILLELMUS, ex Diacono à Capitulo electus anno 1238. De ejus electione ſcripſit Gregorius IX. Archiepiſcopo Tarentino, Epiſcopo Melphienſi, & Archidiacono Neritonenſi, ut inquirant, an canonicè celebrata fuerit, eundemque, ſi idoneum invenerint, in Epiſcopum confirment. Datum Laterani 3. Kal. Aprilis, an. 11. ex reg. Vatic. ep. 16. fol. 3. Obiit anno 1255. XII.

13. JULIUS, ab Alexandro IV. conſecratus anno 1255. Habetur in regeſt. vatic. ejuſdem Pontif. epiſtola, Clero Monopolitano, in qua commendat Juliū à ſe conſecratum in Epiſcopum Monopolitanæ Eccleſiæ, nullo medio pertinentis. Datum Laterani XI. Kal. Januarii anno 3. epiſt. 2. fol. 3. Defunctus eſt Julius tempore Gregorii X. Poſt cujus obitum, Capitulum in partes diviſum, Hugonem Decanum Mochenſem, & Guarinum Archidiaconum Brunduſinū in contentione poſtulavit. Sed cum electi ante litis diſcuſſionem viam univerſæ carnis ingreſſi fuiſſent, Martinus IV. an. 1282. Capitulo præcepit, ut quantocius Eccleſiam diu Paſtore viduatam provideret. Datum apud Montem Flaſconem 9. Kal. Decemb. an. 2. ep. 22. f. 190. regeſt. Vat. XIII.

14. PASCHALIS, poſt diutinam vacationem à Capitulo eligitur anno 1282. confirmatur à Martino IV. Obiit anno 1286. XIV.

15. PETRUS Saracenus de Urbe, defuncto Paſchali, ab Honorio, inconſulto Capitulo conſecratur an. 1286. 2. Non. Febr. ex reg. Vat. ep. 309. f. 85. ab eodem Pontifice, an. 1287. ad Vicentinam Eccleſiam translatus eſt 16. Kal. Martii. XV

16. ROBERTUS Epiſcopus Marturanenſis, à Nicolao IV. anno 1288. 2. Non. Junii huc translatus habetur in regeſt. Vatic. ep. 69. fol. 18. anno 1. Obiit anno 1309. XVI.

17. NICOLAUS * Buccafingus, defuncto Roberto ab una Capituli parte contra Berardum quendam ab altera poſtulatum, eligitur. Verum dum ab Apoſtolica ſede judicium expectatur, Berardus vale dixit huic mortali ſeculo, Nicolaus verò à Clemente V. confirmatur 2. id. Septemb. anno 1309. ex reg. Vat. ep. 727. fol. 149. ann. 4. Fato functus eſt anno 1311. Jacet Neapoli in Metropolitana in ſacello Sacratiſſimi Sacramenti cum hoc Epitaphio. XVII. * Ex App. t. 1.

Hic jacet D. Nicolaus Buccafingus Monopolitanus Epiſcopus anno Domini M.CCC.XI. die XXV. Auguſti.

18. FRANCISCUS, ex Archidiacono Brunduſino vocatur ad ſedem à Capitulo anno 1312. confirmationem ſuſcepit à Clemente V. eodem an. 6. Idus Junii, ex reg. Vat. epiſt. 360. fol. 74. anno 7. Exceſſit anno 1316. XVIII

19. PASCHALIS hujus nominis II. electus anno 1316. commune ſervitium ſolvit die 4. Maii. E vivis eximitur anno 1339. Eo defuncto magna orta eſt contentio inter Canonicos Capituli; nam quinque ex ipſis Dionyſium ſequentem, quatuor Biſantium de Baro Canonicum Barenſem, reliqui tres ad ſummum Pontificem electionem remiſerunt. Qui cum alterutram poſtulationem nullam feciſſet, eundem Dionyſium de plenitudine poteſtatis præfecit in Epiſcopum, ut in regeſto notatur epiſt. 216. ann. 6. Benedicti XII. XIX.

20. Fr. DIONYSIUS Tuſcus a de Burgo S. Sepulchri ordinis * Servorum, ſacræ theologiæ magiſter, egregius verbi Dei concionator, deligitur hujuſce ſedis Epiſcopus à Benedicto XII. ut vidimus an. 1336. 16. Kal. Aprilis; tertio ſui Præſulatus anno vitam cum morte commutavit. XX. a De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Gandolphus in diſſert. de 200. ſcript. Auguſt. p. 113 Mand. * Ex App. t. 1.

21. Fr. MARCUS Leonis de Aſchado Ordinis Minorum, quem Capitulum poſtulavit, à Clemente VI. confirmatur 2. Kal. Junii an. 1342. Pontificatus 1. ex regeſto Vatic. epiſt. 17. XXI.

XXII. 22. PETRUS de Oriello Monopolitanus Civis, & Epiſcopus anno 1457. in tabulis ejuſdem Eccleſiæ notatus.

XXIII. 23. Fr. JOANNES Oſdinis Minorum ann. 1373. de quo mentio in lib. obligat. an. 1382. fuit Clementis VII. Antipapæ fautor, ac Reginæ Joannæ I à ſacris confeſſionibus.

XXIV. a Seu Carbonarius. 24. FRANCISCUS Carbonus a nobilis Neapolitanus, Monachus Ciſtercienſis ab Urbano VI. hujus ſedis Epiſcopus creatus anno 1382. Apoſtolicæ ſedis Nuncius ab eodem in Regno contra Joannam I. Reginam in favorem Ladiſlai Regis miſſus una cum Raymundello Urſino S.R.E. Vexillifero, pro ſede Apoſtolica nobilem navavit operam, unde in numerum Cardinalium ſub titulo S. Suſannæ ab eodem Urbano meruit cooptari an. 1385. Obiit Epiſcopus Cardinalis Sabinus anno 1405. 18. Julii. Vide ſupra inter Sabinenſes Epiſcopos.

XXV. 25. PETRUS ſucceſſit Franciſco anno 1385. Obiit 1391. ex lib. oblig.

XXVI. b Hic quo Toppius in Bibl. Neapol. p. 110. 26. JACOBUS de Teramo b Canonicus Aprutinus, Apoſtolicarum literarum, & Pœnitentiariæ ſcriptor, eligitur à Bonifacio IX. ann. 1391. 5. Idus Octobr. ex lib. de Beneficiis f. 192. Sedit plus minus an. 9. & factus eſt Archiepiſcopus Tarentinus anno 1400. in Eccleſia S. Mariæ de Grotta in patria de eodem legitur ſequens marmorea inſcriptio.

Dominus Jacobus de Terame Epiſcopas Monopolitanus, fecit facere hanc capellam anno Domini M. CCC. LXXXXII.

XXVII. 27. MARCUS de Teramo Archidiaconus Aprutinus, electus à Bonifacio IX. an. 1400. 9. Kal. Aprilis, poſtea translatus Bertinorium in Flaminia an. 1404. („ *Obiit Epiſcopus Sarnenſis.*)

XXVIII. 28. URSUS, ſeu Urſillus de Afflicto nobilis Neapolitanus, Epiſcopus Bertinorienſis, huc translatus 5. Novem. an. 1404 ſequenti anno defunctus eſt Neapolis; ibidem in Eccleſia S. Laurentii ſepulturam accepit, ubi hæc ſpectatur inſcriptio.

Hic jacet corpus Rev. in Chriſto Patris, & Domini Urſilli de Afflicto quondam Epiſcopi Monopolitani, qui obiit anno Domini MCCCCV. die xii. menſis Aug. indict. xiii.

XXIX. 29. OTTO, vel Oddo Mormilius nobilis Neapolitanus eligitur ab Innocentio VII. anno 1405. 5 Kal. Septembris. Obiit anno 1413.

XXX. c Mormile Nob. Neapolitanus. 30. JOSUE c ſucceſſit Oddoni à Joanne XXIII. creatus anno 1413. 6. idus Martii poſt annum ſui regiminis 17. Epiſcopatu ſe abdicavit, inde an. 1431: 15. Kal. Januarii ad S. Agathæ Gothorum Eccleſiam translatus eſt, ex lib. oblig.

XXXI. d Ord. Prædic. 31. PETRUS d Bojanenſis Epiſcopus huc translatus anno 1431. 15. Kal. Januarii exceſſit an. 1437. ex lib. oblig.

XXXII. 32. ANTONIUS de Pede Civis Monopolitanus electus anno 1437. 24. Octobris: pervenit ad annum 1456. ex eodem lib.

XXXIII. * Ex App. num. 1. 33. ALEXANDER Abbas Monfredus, & Cantor Eccleſiæ Tarentinæ hunc Epiſcopatum ſuſcepit anno 1456. 14. Maii * Is ſuit Feedinandi I. Neapolitani Regis à conſiliis, à quo nobile privilegium pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in Monopolitana Eccleſia benignè recepit, ubi & Romanorum Pontificum immunitates, & jura eidem Eccleſiæ conceſſa confirmantur. Diploma, quod in citato codice Monopolitano extat, deſcriptum hic apponimus.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ.

VNiverſis præſentes literas inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris, & ſecularium preces per gratiis benignis exaudimus, quanto magis Prælatorum petitionibus in favorem Eccleſiarum, & illarum ſignanter, quæ ſub vocabulo Dei Genitricis ſunt fundatæ, annuere ex debito obligamur. Sanè ſicut habuit recens petitio nuper noſtro Culmini facta pro parte Ven. in Chriſto Patris A. Epiſcopi Monopolitani oratoris, Conſiliarii, & fidelis noſtri dilecti, dicta ejus Eccleſia ab eo tempore, cujus in contrarium memoria hominum non exiſtit, & ſucceſſione retro Regum, & Principum hujus Regni noſtri, & ex confirmatione plurium

A *Summorum Pontificum, & ſignanter D. Alenandri PP. III. diverſas Eccleſias in pluribus locis, & partibus cum terris, caſalibus, feudis, & bonis tam feudalibus, quam burgenſatibus, & cum dictarum terrarum, Caſalium, feudorum, & bonorum feudalium, Caſtris, ſeu fortelicis, hominibus, vaſſallis, & aliis juribus, & pertinentiis eis ſpectantibus, & pertinentibus, prout in privilegiis conceſſionum prædictarum dictorum retro Regum, & Principum hujus Regni, & ex confirmationibus dictorum ſummorum Pontificum, & ſignanter D. Alexandri III. ſummi Pontificis. Quorum privilegiorum, ut brevitate utamur, noluimus præſentibus inſeri, binas autem Bullas expreſſam mentionem facientes de prædictis, & ſupradictis bonis dicti D. Alexandri PP. III. pro eo, qui de re Eccleſiaſtica agitur, duximus ad futuram memoriam, & cautelam dictæ Eccleſiæ hic inſerendas: Quarum Bullarum tenor per omnia talis eſt.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Geffredo Abbati Monaſterii S. Joannis Fajanenſibus fratribus tam præſentibus, quam futuris mona-
B *ſticam vitam profeſſis in perpetuum religioſam vitam eligentibus. Apoſtolic. convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abeſt, ſacræ Religionis infringat Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulā in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur; præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona ibidem monaſterium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam S. Nicolai cum ipſo Caſale Fajani cum hominibus ibidem commorantibus, Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ cum caſale*
C *Funiani cum hominibus, & tenimentis ſuis, Eccleſiam S. Catharinæ, quæ eſt extra portam veterem Civitatis Monopolis cum pertinentiis ſuis, locum Cerdaniani cum vineis, & omnibus pertinentiis ſuis, Terras in loco qui dicitur Triti, Terras in loco qui dicitur Lupini, Olivas, & terras in loco, qui dicitur Cengari, Olivas in loco qui dicitur Bandelli, Olivas, & terras apud Eccleſiam S. Crucis de Salvatico, domum in Civitate Monopolis, Clauſurellam olivarum in altero caſale Fajani. Statuimus præterea, ut perſonas liberas, & abſolutas ex ſeculo fugientes in Monaſteriis veſtris recipiendi facultatem liberam habeatis, libertatemque quam monaſterio veſtro bo. mem. Romualdus quondam Monopolitanus Epiſcopus de aſſenſu Capituli ſui rationabiliter contulit, ſicut in authentico Inſtrumento ipſius habetur, authoritate Apoſtolica vobis confirmamus. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & B. Benedicti*
D *Regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe cenſemus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſunt, nullatenus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus corpora mortuorum aſſumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſve ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini*

Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loca ſua jura ſervantibus pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani, per manum Alberti S. R. E presb. Card. & Cancellarii xiii. Kal. Maii. indict. 12. Incarn. Dominica an. M. LXXVIIII. Pontificatus vero Alexandri Papæ III. an. 20.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Vener. Fratri Stephano Monopolitano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Injuncto nobis Apoſtolatus officio Fratres, & Coepiſcopos noſtros tam vicinos, quam longe poſitos ſinceræ cordis affectu diligere debemus, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur ſuam dignitatem, & juſtitiam conſervare. Æquum enim, & rationabile eſt, ut qui B. Petro, ejuſque Vicariis devotiores eſſe noſcuntur, & S. R. E. patrocinio cupiunt confoveri, ejuſdem prædictæ matris uberibus nutriantur, & in ſuis rationabilibus poſtulationibus exaudiantur. Quapropter Ven. in Chriſto Fr. Epiſc. tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monopolitanam Eccleſiam, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, quæ juris, & proprietatis B. Petri Apoſtoli exiſtit, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Urbani, Paſchalis, Callixti, Honorii, & Eugenii Romanorum Pontificum, ſub ejuſdem Apoſtolica tutela, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificũ, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum in quo præfata Eccleſia conſtructa eſt cum domibus, appendiciis, & omnibus tenimentis ſuis cum hominibus quoque affidatis, Judæis, & certis juſtitiis, quas in eadem Civitate habet, in eadem Civitate Eccleſiam S. Leonis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri mediæ Civitatis, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Salvatoris cum vineis, & certis pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri Palazuli cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Thomæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Damiani cum omnibus pertinentiis ſuis. Item Eccleſiam S. Scholaſticæ, S. Nicolai de Penia, Eccleſiam S. Benedicti de Græcis, Eccleſiam S. Angeli monialium cum juribus Parochiali, & Canonico Cathedratico. Extra verò Civitatem, Eccleſiam S. Baſilii cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Crucis cum omnibus pertinentiis ſuis, & aliam Eccleſiam S. Crucis cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli in ſuburbio cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Zachariæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Luciæ cum caſali ſuo, Eccleſiam S. Simeonis cum caſali ſuo, Eccleſiam S. Mariæ de Genna cum caſali ſuo, Eccleſiam S. Mariæ de Termiteto cum caſali ſuo, Eccleſiam S. Nicolai de Ciſternino cum caſali ſuo, Eccleſiam S. Mariæ de Bernis cum caſali ſuo, caſale quod dicitur Talona, Eccleſiam S. Petri de Octava cum caſali ſuo, & omnibus domibus, vineis, olivetis, terris cultis, & incultis cum plantatis, & cunctis juſtitiis, & pertinentiis ipſorum caſalium cum jure etiam Parochiali, & Canonico Cathedratico eorumdem. Jus quoque Parochiale, & Canonicum Cathedraticum in Barxito, Caſtro, Fenugeſto Fujano de S. Joanne, & in alio Fujano de S. Maria in Seberito, Anachia in S. Ilario, in S. Petro Ventano, & in Eccleſiis eorum fundis pertinentibus in judicio Clericorum, & debita reverentia, ac certis Eccleſiaſticis judiciis tibi, & tuis ſucceſſoribus authoritate Apoſtolica confirmamus. Item Eccleſiam S. Petri de Trochata cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Sylveſtri cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Simeonis cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Matthæi de Portanova cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Nicolai in eodem vico cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Juliani in eodem vico cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Crucis in eodem vico cum omnibus pertinentiis ſuis. Præterea Eccleſiã S. Marci de porta Marzano, Eccleſiam S. Petri de Bonecchio, Eccleſiam S. Procopii cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Angeli de Toſlacto, Eccleſiam S. Angeli de Maraldicio Eccleſiam S. Stephani de Bacchio, Eccleſiam S. Martini de Turricella, Eccleſiam S. Mariæ in eodem territorio, Eccleſiam S. Nicolai de Ghiricalo, Eccleſiam S. Blaſii majoris de Gaudio, Eccleſiam S. Martini de Turteriuſo, Eccleſiam S. Stephani de Cornolo, Eccleſiam S. Angeli de Genglo, Eccleſiam S. Mariæ de Sabelito, Eccleſiam S. Angeli de Lamatreſdecim, Eccleſiam S. Petri Vetrani, Eccleſiam S. Petricili, Eccleſiam S. Andreæ de Gurgo, Eccleſiam S. Mariæ de Poma, Eccleſiam S. Joannis de Statuta, Eccleſiam S. Orontii, Eccleſiam Trinitatis in Paterno, Eccleſiam S. Anaſtaſii de Turri, Eccleſiam S. Joannis de Baliano, Eccleſiam S. Cæciliæ, Eccleſiam S. Eunuſchii, Eccleſiam S. Barbati, eccleſiam S. Cæſarii de Monte Ioie, Eccleſiã S. Joannis de Caramanna, Eccleſiam S. Luciæ, Eccleſiam S. Mariæ de Babone, Eccleſiam S. Joannis de Faſano, Eccleſiam S. Nicolai eiuſdem loci, Eccleſiam S. Mariæ de Faſano Maraldicii, Eccleſiam S. Sepulchri, Eccleſiam S. Ilarii, Eccleſiam S. Angeli de Frangeſto, Eccleſiam S. Vincentii, Eccleſiam S. Euſtachii de Campo more, Eccleſiam S. Cypriani, Eccleſiam S. Andreæ de parvulis, Eccleſiam S. Potiti, Eccleſiam S. Barbati, Eccleſiam S. Bartholomæi de palude, Eccleſiam S. Stephani de palude, Eccleſiam S. Martini de palude, Eccleſiam S. Lucæ de veterili, Eccleſiam S. Euſemiæ, Eccleſiam omnium SS. de Carnara cum omnibus poſſeſſionibus, & earum pertinentiis, Eccleſiam S. Catharinæ, Eccleſiam S. Clementis, Eccleſiam de S. Nicolao de Portu aſpero, Eccleſiam S. Martini de Curuleone, & cæteras Eccleſias Parochiæ Monopolitanæ, cum Canonico cathedratico, & iure Parochiali, vineas quoq; quæ ſunt inter viam Bari, & Cuperſani, Vineas, quas habetis in territorio S. Euſemiæ, vineas apud paludẽ, vineas, & olivas, ac terras de macchia de Caſa, Benedictinorum quoque Abbates S. Joannis de Faſano, & Abbatiſſarum eccleſiæ S. Sepulchri, & S. Angeli de Frangeſto cum Canonico Cathedratico, ac debita reverentia, nec non libertates à Romanis Pontificibus, à Regibus, atque Principibus Monopolitanæ Eccleſiæ indultas, ſicut de antiqua conſuetudine prædeceſſores tui habuiſſe noſcuntur, & tu canonicè poſſides, & quietè tibi, tuiſque ſucceſſoribus authoritate Apoſtolica confirmamus. Statuimus quoque ut eadem eccleſia nulli alii præter Apoſtolicam Sedem ſubiectionis reverentiam debeat. Te igitur, tuoſque ſucceſſores huius libertatis gratia perfruentes ſub ſolius Apoſtolicæ Sedis obedientiam perpetuò manere decernimus. Obeunte verò te nunc eiuſdem Civitatis Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum Clero, populoque Monopolitano facultas ſit ſemota omni pravitate Antiſtitem canonicè eligendi; electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominũ liceat præfatam Eccleſiam Monopolitanam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus perturbare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe Divini iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loca ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Veletri per manus Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 4 Kal. Martii Indictione 13. Incarn. Dom. anno M. C. LXXX. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ 3. anno xxi. Et ſubſequenter pro parte dicti Epiſcopi Noſtræ Majeſtati ſuit reverenter expoſitum, quod jam pridem pro parte dictæ Univerſitatis, & hominum Monopoli oblata fuerunt noſtro culmini certa Capitula, quæ grato, & libenti animo admittimus, eaque decretari & expediri juſſimus, prout in ipſis Capitulis, & eorum decretationibus latius cõtinetur, inter quæ fuit, & eſt quoddam Capitulum tenoris ſubſcripti. Item ſupplicatur, & petitur, Che lo Caſale di Ciſternino ſi debbia reſtituire alla majore Monopolitana Eccleſia, & reintegrarſi con eſſa Citta co-

mo-

modo, & forma, prout antiquitus erat, & juxta conſuetudines antiquas dictæ Civitatis, E che la Selva d'arbore bello, torna, e ſia, e conſervarſi per la Eccleſia ſi come era nel tempo paſſato quando la detta Citta era in demanio, & ancora la ſelva di bonfiglio alla comenda di S. Joan. Jeroſolimitano di Monopoli. Placet Regiæ Majeſtati prout in poſſeſſione fuerũt, & sũt. Propter quod pro parte ipſius Epiſcopi fuit celſitudini noſtræ humiliter ſupplicatum, ut tã prædictas præinſertas Apoſtolicas bullas, necnon & gratias ſuperius prænarratas dictæ Eccleſiæ per retro Reges, Reginas, & Principes conceſſas, quod ſupradictum Capitulum confirmare, ratificare, approbare, & acceptare benignius dignaremur. Nos intendentes tam præinſertas Apoſtolicas bullas, quam prædictum præinſertum Capitulum juxta ejus decretationem, & modificationem obſervari facere prout jacent, ob reverentiam Genitoris omnium Genitricis, cui nec immeritò propter gratias noviſſimè ex alto ea mediante nobis collatas hoc noſtrum Regnum placatum & quietatum poſſidemus, tam prædictas præinſertas Apoſtolicas bullas, quam prædictum præinſertum Capitulum juxta ſui decretationes, & modificationes, continentiam, & tenorem, tenore præſentium, & certa noſtra ſcientia confirmamus, acceptamus, & approbamus, noſtrœque confirmationis, ratificationis, & approbationis munimine roboramus. Et prædictis nos cauſis digne moventibus in quantum opus eſt, de novo concedimus, & donamus. Mandamus propterea ipſarum tenore præſentium de ipſa ſcientia certa noſtra Viceregibus, Juſtitiariis, Capitaneis, & aliis officialibus noſtris majoribus, & minoribus, quocunque nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, & eorum locatenentibus præſentibus, & futuris in provincia Terræ Barii, & dicta Civitate. Monop. conſtitutis, & conſtituendis, quatenus forma præſentium noſtrarum literarum diligenter attenta illam ipſi obſervent, & obſervari ab aliis inviolabiliter faciant, atque mandent. Necnon eidem Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis circa corporalem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem dictorum feudorum, Caſalium, & bonorum ut ſupra annotatorum juſtitia mediante aſſiſtant, & faveant ope, opere, auxilio, conſiliis, præſidiis, & favoribus opportunis, Eccleſiarum, & bonorum Eccleſiaſticorum expoſcente favore, & contrarium non faciant ſicut noſtram gratiam charam habent, iramque, & indignationem noſtram cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri, & magno Majeſtatis noſtræ ſigillo impendenti juſſimus communiri. Datum in Caſtro noſtro Civitatis Barii per nobilem, & egregium virum Benedictum de Balſamo de Pedemonte locumtenentem ſpectabilis, & mag. viri Honorati Gaitani Fundorum Comitis hujus Regni noſtri, Siciliæ Logothetæ, & Prothonotarii Collateralis Conſiliarii, & fidelis noſtri plurimum dilecti die 7. menſis Januarii XII. indict. anno à Nativitate Domini 1464. Regnorum noſtrorum anno 7. Rex Ferdinandus. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petrucis. Ego Sebaſtin. PP. Garlo, ſolvit tarenos duodecim N. à Montibus Loc. M. cam.

Regiſtrata in Cancell. penes Cancellarium in R. xxxv.

Jacet in Cathedrali ſepultus, anno 1485. in marmoreo tumulo his carminibus exornato.

Nomen Alexander, mihi ſtirps Monfreda, Tarenti
Natus, à Monopoli Præſul in Vrbe fui.
Reſtitui Eccleſiæ Ciſternum, & tibi ſupplex,
Qui jaceo, hanc aram, dive Cathalde, dedi.

XX XIV. 34. VRBANUS Caragninus. Tarentinus Non. Aprilis 1485. ab Innocentio VIII. ad hanc ſedem vocatus, ſub Julio II. exceſſit anno 1508. de quo acta Romana.

XX XV. 35. MICHAEL Claudius, Epiſcopus Polignanenſis, huc translatus à Julio II. anno 1508. 7. Februarii, cum eſſet Vrbis Gubernator.

XXX VI. 36. Fr. THEODORUS Pius Romanus Ordinis Minorum anno 1515. mortuus eſt an. 1546.

XXX VII. 37. Fr. OCTAVIANUS Præconius Siculus è Caſtro Regali Ordinis Minorum pietate inſignis, & eruditione clarus, à Paulo III. anno 1546. 11. Martii creatus Epiſcopus, ad Arianenſem translatus anno 1561. mox ad Cephaludenſem, tandem Panormitanus Archiepiſcopus obiit an. 1568. de quo ibi. („ Hujus meminit Maraccius in Bibl. Mariana par. 2. pag. „ 184. & Mongitorius in Bibl. Sicula tom. 2. Nonnul„ las dedit Epiſtolas Petro Aretino, quæ leguntur in lib.

A „ 2. Epiſt. ad Aretinum ſcript. p. 419. Mandoſ.)

38. FABIUS Pignatellus è primaria nobilitate Neapolis ad hanc ſedem evectus à Pio IV. an. 1561. die 10. Octobris. Debitum naturæ perſolvit an. 1568. tumulo ejus in Cathedrali, hæc carmina leguntur inſculpta. XXX VIII

Flos Pignatella geneis demeſſus ab ungue
Mortis, adhuc florens hic ſitus eſt Fabius:
Doctrina, ac pietas illi, inculpataque vita
In terris ſacram ferro dedere mitram.
Ille etiam in Cœlo, quo fulgeat inter
Cœlicolas, ornans tempora Syderibus.
Obiit an. Dom. MDLXVIII. xviii. Kal. Septemb.

39. ALPHONSUS Alvarez à Guertero Hiſpanus, anno 1572. die 2. Junii, a à Rege præſentatus, electus eſt, exceſſit anno 1577. („ De eo in Bibl. Hiſpana „ Antonii pag. 7. Mandoſ.) XXX IX. a 31. Julii

40. ANTONIVS Portius Neapolitanus ſucceſſit anno 1577. 31. Julii; obiit anno 1598. XL.

41. Fr. JOANNES Lopez Hiſpanus Ordinis XLI.
B Prædicatorum ab Epiſcopatu Crotonenſi ad hunc translatus 25. Novembris 1598. multa edidit ſui ingenii monumenta, quibus clariſſimam ſuæ virtutis ſibi famam peperit. Epiſcopatu ſe abdicavit an. 1608. obiit deinde an. 1632. Januario menſ. ætatis ſuæ ann. 108. („ De hoc item Antonius in Bibl. Hiſpana t. 1. p. „ 549. Et Maraccius in Bibl. Mariana p. 1. pag. 756. „ Fontana in Theatro Dominicano pag. 239. Mand.)

42. JACOBUS Macedoneus Eques Neapolitanus, Catholici Regis Sacellanus, electus anno 1608. die 13. Martii. Cum annos ſediſſet 17. mortem oppetiit 1627. die 12. Septembris, & in Cathedrali conditus jacet, hoc epitaphio à ſuis exornatus. XLII

Joan. Jacobo. Macedonio Patritio Neapolitano, epiſc. Monopolitano, qui vitales adhuc cineres, ſuo hic in ſacello, gremioque cœleſtis ſponſæ, quam inter ſuos quieſcere maluit. Scipio Macedonius fratris filius ann. ſalutis humanæ M.DC.XXII.

43. JVLIUS Maſius Florentinus Epiſcopus Juvennatenſis translatus ad hanc ſedem an. 1627. die XLII
C 18. Julii. Vrbem ſolemniter ingreſſus 21. Septemb. ejuſdem anni, obiit an. 1637. ſepultus in Cathedrali.

44. FRANCISCUS Surgentius Clericus Regularis Theatinus, b Archiepiſcopus Brundusinus huc translatus die 9. Januarii 1640. una cum retentione tituli. („ Vbi de eo plura.) XLIV b Nobilis Neapolit.

45. *BENEDICTUS de Herrera Hiſpanus, vir doctiſſimus, electus eſt Monopolitanus per obitum Surgentii. 12. Januar. 1654. XLV * Ex App. tom. 3.

ADDITIO.

(„ Ad Puteolanam ſubinde evaſit 23. Martii 1664.
„ JOSEPH Cavallerus c nob. Neapol. J. U. D. Ar„ chipresbyter inſignis Collegiatæ Terræ de Altamura, „ ad hunc Thronum aſſumptus eſt 9. Junii 1664. ætatis „ annum agens 47. Pontificias faſces vera cum majeſta„ te ſuſtinuit, omni honore dignus Paſtor; obiit an. 1697. XLVI c De eo Toppius in Bibl. Neapol. p. 170 Mand.

„ CAROLUS Tille nobilis Trevirenſis, Regius Ca„ pellanus, & Acerrarum Epiſcopus, unde Monopolita„ nus evaſit 3. Junii 1697. vix annum agens in hoc regi-
D „ mine mortalitatem exuit. XL VII.

„ CAJETANUS nobili de Andrea familia proge„ nitus, Clericus Reg. Theat. ſacræ Theologiæ Magiſter, „ qui præter multa præclare obita ſuæ Religionis munia „ ſemel, & iterum pro eadem in Romana Curia Procu„ rator Generalis fuit, Epiſcopus ſalutatus eſt 15. Se„ ptemb. 1698. Lucent.) XL VIII.

(„ Obiit apud ſuam Eccleſiam an. 1702. menſ. Jan.
„ Fr. ALPHONSVS Franciſcus Dominguez, Ord. „ Eremitarum S. Auguſtini, Presb. Mediolanenſis, an„ norum 62. S. Theologiæ Magiſter, Aſſiſtens Genera„ lis Hiſpaniarum, fuerat Lector Theologiæ in Conven„ tu S. Auguſtini Salamanticæ, & deinde Prior ejuſdem „ Conventus, evectus ad hanc ſedem 17. Aprilis 1704. „ Obiit in Eccleſiæ ſuæ ſinu an. 1706. menſe Februario. XLIX.

„ NICOLAVS Centomani, nobilis Potentinus, „ Presbyter annorum 53. J. V. D. Archidiaconus Cathe„ dralis Eccleſiæ Potentinæ, & alias ejuſdem Eccleſiæ „ Vicarius Capitularis, necnon Vicarius Generalis ejus L.

„ Epiſ-

„ Epiſcopi, promotus eſt ad inſulam Monopolitanam „ 11. Aprilis 1707.)

MONTEFLASCONENSES
ET CORNETANI
E P I S C O P I.



SUpra lacum Vulſinum via Caſſia Mons Flaſconus in arduo, ſupinoque colle ſituatus eſt, Civitas planè, quæ magis à natura munitæ Arcis, quam juſtæ Civitatis ſpeciem præſeſert. Siquidem Incolis infrequens eſt, brevibuſque confiniis coarctatur, ita ut apud exteras, vinoſaſque nationes, magis muſcatelli vini, ut vocant, nobilitate celebritatem invenerit, quàm quod aliquid dignum hoc tempore in ea ſpectetur, unde civile decus eidem inhæſiſſe argumententur cordati. De ea variè arbitrati ſunt, qui patrum memoria de Italicis rebus accuratè ſcripſerunt. Quippe Blondus, Volaterranus, atque Leander hanc antiquam Faleriam, in Faliſcis poſitam eſſe contendunt, illorumque Populorum caput, Faliſcamque Coloniam olim ab Argis ædificatam, à Strabone, Pinioque in iis ipſis confiniis collocatam; ſed Antonius Maſſa parvo in ſuo libello, de rebus, & origine Faliſcorum hunc non eſſe montem illum Faliſcorum planè oſtendit; quando neque planities, que inter hunc, Viterbiumque intercurrit, campi Faliſci ſunt, ut eruitur ex Livio, ſituque, quem à Campis Faliſcis quàm longiſſimè conſtat diſtare. In eaſdem partes Cluverius libenter conceſſit, qui lib. 2. ſuæ antiquæ Italiæ, aſſerit hunc montem, Troſſulum a Tuſcorum eſſe, non plus octo milliatiis à Vulſino laco diſiunctum, ita à Plinio lib. 33. Feſtoque Pompejo vocatum; & Plinius rurſus 10. lib. Troilium hunc mõtem appellat, cui lectioni ſubeſſe mendum ſuſpicatur Sigonius, arbitraturque Troſſilum denuum eſſe legẽdum. Hæc item Civitas, mons Phiſcon b dicta eſt, & Aruxiti, ut adnotavit Fictitius Cato. Aſſerit mẽdax Annius in Commentariis à Phiſconibus antiquis Pelaſgis ità fuiſſe appellatam, qui celebre Volturnæ Templum conſecrarunt, cum illuc à Phiſca Macedonum Civitate progreſſi tranſirent, unde poſtea nomen Fiſci, Peliique in territorio Vulterreno derivatum eſt. Item Arx Iri dicta eſt, Juviſque Coriti, quæ duo idem ſunare Annius aſſeruiſſe videtur. In tanta igitur appellationum varietate, ſciat lector hunc Troſſulum eſſe Tuſcorum, ſi veriſimiliori, atque probabiliori ſententiæ velimus ſubſcribere. Sed ad inſtitutam noſtram narrationem redeamus. Itaque Montis Flaſconis Eccleſia non admodum antiqua eſt, cum illam ad Cathedralis dignitatem Urbanus V. evexerit, à Balneoregienſi juriſdictione divulſam, anno 1369. etenim cum illac Urbanus tranſiret, à Monteflaſconenſibus exceptus eſt, ut memor hoſpitii, ejus humanitatis, perpetuum voluerit extare gratitudinis ſignum. Nullum autem majus præclariuſque invenit, quàm ſi illorum Civitatem Epiſcopali dignitate condecoraret. Quamobrem cum eidem Civitati propriam, peculiaremque Diœceſim attribuiſſet, ut deinceps ibidem Præſul jus divinum diceret, per bullam decrevit, quæ cum illius Pontificatus eum primum fundati abundè contineat, ex noſtro veteri inſtituto hic exſcribendam curavimus, ab autographo ejuſdem Eccleſ. deſumptam. Ejus tenor eſt hujuſmodi.

a Seu Truſculum.

b Seu Monphiſcon, vulgo Monteſiaſcone.

URBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

C*Um illius, cujus perfecta ſunt opera, vices, licet immeritò geramus in terris, eum pro viribus imitari nos convenit, ut ea, quæ ad ipſius laudem, & gloriam pia diſpẽſatione incæpimus, ad debitæ conſumationis exitum perducamus. Sanè dudum conſiderantes, & intra noſtri pectoris clauſtra ſollicita meditatione revolventes, quod dilecti filii Commun. Montis Flaſcon. quæ tunc Caſtrum Balneorea. Diœceſis exiſtebat, inter cæteros fideles Italiæ ad nos, & prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Romanam Eccleſiam ſponſam noſtram ſemper geſſerint, prout gerebatur, ſinceræ devotionis affectum, & quod eorum fidelitas meruerat, ut eos ſede Apoſtolica favoribus, & gratiis proſequeretur opportunis, quodque nos in Caſtro ipſo cum Romana Curia, ſeu majori parte ipſius tunc reſidebamus, & propterea ipſorum devotionem multipliciter in Domino commendantes, ipſum Caſtrum volentes Apoſtolici favoris præſidio confovere, ſuper his acta meditatione intra nos ipſos, & etiam cũ fratribus noſtris diligenti tractatu præhabito, & matura deliberatione ſubſecuta, de ipſorum fratram noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ad divini nominis laudem, & gloriam, exaltationem Eccleſiæ, animarumque profectum, Eccleſiam B. Margaritæ Caſtri prædicti in Cathedralem ereximus, cum dignitatis. Epiſcopalis titulo decorãtes, necnon ipſum caſtrum Montis Flaſcon. tanquam locum inſignem, devotum, aptum, & congruum civitate conſtituimus, ac civitatis vocabulo inſignivimus, eamque civitatem Montis Flaſconis volumus perpetuis futuris temporibus vocari. Verum ut in eadem Eccleſia eo majorum laudationum præconiis laudetur Omnipotens, quo plurium ad hoc miniſtrorum ibidem numerus fuit demonſtratus, ac Paſtor eidem Cathedrali præſit Eccleſiæ, ut ipſius Eccleſiæ miniſtri congruam ſubſtentationem habeant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod in Eccleſia ipſa ſic denuo erecta, fiat 8 Canonici præbendati Capitulum facientes, quorum unum ſit Decanus, poſt Epiſcopum aliis Canonicis, & perſonis dictæ Eccleſiæ præſit, quique primum locum, & primam vocem in choro, & Capitulo, & Eccleſia obtineat, & alius Sacriſta, qui campanas pulſare, necnon vaſa ſacra, jocalia, ac libros, & alia utenſilia dictæ Eccleſiæ fideliter, & reverenter debeat cuſtodire, & ſecundam vocem in choro, & capitulo, ac eccleſia prædictis habeat. Alii verò canonici poſt ipſum Decanum, & Sacriſtam juxta ſuarum proviſionum ordinem, loca, & voces obtineant, & nihilominus Decanus decanatum, quam dignitatem curatam, & Sacriſta ſacriſtiam, quod officium fore cenſemus in eadem eccleſia obtinebunt, & inſuper, quod præter huiuſmodi capitulum ſint in eadem eccleſia ſex capellani perpetui, & 4 clerici etiam perpetui, quorum unus ſit diaconus, & alius ſubdiaconus, & alii duo Chorerii, ſeu Ceroferarii nuncupentur, & eidem eccleſiæ in divinis deſerviant, quodque iidem Decanus, Sacriſta, Canonici, & capellani ſiat in ſacerdotio conſtituti, vel infra annum à tempore quo decanatum, ſacriſtiam, canonicatus, & præbendas, ac capellanias pacificè aſſequuntur, ſe faciant ad ſacerdotium promoveri. Duoque canonici, & duo capellani, in ſacerdotio conſtituti, præfatæ eccleſiæ Montis Flaſconen. eccleſiæ S. Flaviani prope dictam civitatem, quæ parochialis exiſtit, continuò deſerviant, ita tamen, quod ad præfatam eccleſiam Cathedralem in die ejuſdem S. Margaritæ venire teneantur. Reliqui verò canonici, & capellani continuò in ipſa Cathedrali eccleſia deſerviant, aliàs puniantur, & mulctentur, prout præfatis Epiſcopo, & capitulo videbitur faciendum. Volumus autem, quod vacante dicto decanatu, electio Decani ad dictos capitulum, confirmatio verò ad dictum Epiſcopum pertineat. Collatio verò ſacriſtiæ, Canonicatuum, & præbendarum, Capellaniarum, & aliorum beneficiatorum eccleſiaſticorum quorumcumque ſecularium, & regularium, cum cura, & ſine cura tam in ipſa eccleſia, quam in civitate, & diœceſi Montis Flaſcon conſiſtentium ad Epiſcopum Mõtis Flaſcon. cum ſui capituli conſilio pertineat. Verum memoratus Decanus pro decanatu ſuo, & præbenda 65. Sacriſta verò pro ſua ſacriſtia, & præbenda 50 florenos annis ſingulis percipiant, & habebunt. Alii autem reſidui ſex canonici, videlicet ſinguli pro ſingulis præbendis eorum 25. florenos, & quilibet dictorum capellanorum 15. & uterque dictorum clericorum 4. pro dimidio capellano de bonis dicti capituli*

per-

percipient annuatim. De oblationibus verò, & aliis diſtribu-
A *tionibus, quæ quotidie prædictas ſummas poterunt dividi,*
prædicti Decanus, & Sacriſta. quod officio divino præſentes
erunt, duplicatam recipiant portionem. Cæterùm cum de
eccleſiis, & eccleſiaſticis beneficiis, caſtris, villis, territoriis,
terris, poſſeſſionibus, juribus, juriſdictionibus ſpiritualibus,
& temporalibus, aliiſque redditibus, proventibus, terris,
poſſeſſionibus, & bonis tam eccleſiaſticis, quam aliis, in qui-
bus propria diœceſi Montis Flaſcon. deputari, & etiam limi-
tari, & 500. pro Epiſcopi, ac 450. floreni annui pro ejuſdem
eccleſ. capituli portionibus, quos aſſignare proponimus prædi-
ctorum redditum, proventuum, terrarum, poſſeſſionum, &
aliorum bonorum aſſignari poterunt per nonnullos ex ven.
fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, & alios ſufficientes,
& fide dignas perſonas, per quas ſuper his ſpecialiter injun-
ctas mandavimus plenariè ſumus informati. Volentes illud,
quod tam utiliter incepimus, ad debitum finem perducere, ac
per hoc ad limitationem dictæ diœceſis Montis Flaſcon ad
aſſignationem ſpecialem de hujuſmodi redditibus, proventi-
bus, terris, poſſeſſionibus, & aliis bonis pro hujuſmodi doti-
B *bus facienda in Dei nomine procedentes, volumus, & decre-*
vimus authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ut caſtra,
loca, & territoria infraſcripta, necnon monaſteria, Eccleſiæ,
manſiones, & alia in ea conſiſtentia, videlicet Vallem, Late-
rem, Gradulanum gripetarum S Laurentii, necnon Biſen. &
Capitis montis, cum eorum territoriis, caſtra, & inſuper lo-
cum Inſulæ Martanæ infra lacum de Bolſeno conſiſtentia
Martæ, quod etiam prope dictum locum conſiſtit, Cornone, &
Cartellunem, Celleni, & Florentini caſtra, cum eorum terri-
toriis, & tenimentis, ac inſulæ Biſentin. quæ prope lacum
de Bolſeno conſiſtit, & S. Mariæ de Sanguinario, SS Joan-
nis, & Victoris caſtri Araldi, S. Martæ in capita, & S Ma-
riæ hoſpitalis. S. Jo. Hieroſolym. manſiones caſtrorum Urbe-
vetan. Viterbien. Tuſcanen. & Balneoregien. diœc. &c. Nec-
non quicquid de diœceſi Balneoregienſi prædicta inter Vi-
terbium, Cellenium, Tuſcanellam, & Montem Flaſconum in
eorum tenimentis ſuis, & eſſe conſuevit de diœc Montis Flaſ-
con. in antea exiſtat, eaque omnia in eadem diœceſi Mon-
tis Flaſcon. deputamus, & aſſignamus, ac ipſam diœceſim
ſic limitatam dominio, & poteſtate ven. fratrum noſtro-
rum Caſtren. Urbevetan. Viterbien. Tuſcanen. & Bal-
C *neoregien. Epiſcoporum eximimus, & Epiſcopo Montis Flaſ-*
con. qui eſt, & pro tempore fuerit, diœceſano, & ordinario jure
ſubjicimus, volentes, & decernentes, ut quidquid præeminen-
tiæ, majoritatis, ſuperioritatis, juriſdictionis, & exercitii ju-
ris ſpiritualis, & temporalis in eadem diœceſi per nos taliter
limitata prædictis Caſtren. Urbevetan. Tuſcan. & Balneo-
ren Epiſcopis quomodolibet competebat, ad Epiſcopum Mon-
tis Flaſconen pertinere antedictum. Cæterum unionem, ſeu
annexionem de parochiali eccleſia S. Stephani in prædicta in-
ſula Martanæ Epiſcopo Viterbien. pro tempore exiſtenti, &
eius menſæ Epiſcopali Viterbien. dudum factam, tenore præ-
ſentium diſſolvimus, ac ipſam eccl S. Stephani, & ruralem.
Prioratum nuncupatum S. Benedicti de Paterno, alias de Pi-
tigliano Balneoregienſis diœceſis eccleſias, quæ quidem S.
Benedicti eccleſia ad præſens per obitum quondam Petri
Capti de Amelia vacare dignoſcitur, cum omnibus iuribus,
& pertinentiis earundem in quibuſcumque locis exiſtant
menſæ Epiſcopali Montis Flaſcon. annectimus, incorpora-
mus, & unimus per præſentes, ita quod liceat Epiſcopo Mon-
tis Flaſcon. pro tempore exiſtenti Eccleſiarum, ac iurium, &
D *pertinentiarum prædictarum, quarum valor 180 florenorum*
eſſe dignoſcitur, corporalem poſſeſſionem apprehendere, cuiuſ-
cumque licentia minimè requiſita, ſic tamen quod in prædi-
cta parochiali eccleſia perpetuus Vicarius deſerviat in divi-
nis, ſicut ante unionis huiuſmodi diſſolutionem conſueverat
deſervire. Et inſuper fructus, redditus, & proventus Abba-
tiæ, ſeu monaſterii S Petri de Aliano valoris 40 floren in qua
nullus eſt Monachus, nec à longis citra tẽporibus fuit, & quæ
dudum per felic. mem. Joannem Papam XXII prædeceſſo-
rem noſtrum Cameræ Patrimonii B. Petri in Tuſcia unita
fuit, qui quidem fructus, redditus, & proventus, in terris, vi-
neis, ſylvis, paſcuis, pratis, & domibus in diſtrictu, & tenimẽ-
to caſtri Cannini, & civitatis Tuſcanen poſitis cum omnibus
iuribus, & pertinentiis ſuis conſiſtere dignoſcuntur, ac etiam
redditus, & proventus, quos Camera noſtra in caſtro de Bul-
ſeno, & in tenimento eius, ac in loco vocato Burgi ad ſextum,
& in loco vocato Quarte vallis lacus, qui conſitus videtur in
caſtro de Bulſeno in domibus ſitis iuxta plateam, & macel-

A *lum, & in quodam molendino de aqua ad macinandum, de la*
fontana, & in quodam molendino de aqua ad macinandum
bladum vocatum molendinum prætorii poſitum iuxta por-
tam dicti caſtri, redditusque Burgi ad Seretum, quorum fru-
ctus conſiſtunt in pratis, terris, & campis poſitis in diſtricti-
bus & tenimentis caſtrorum Bulſcnæ, Gripetarum, & S Lau-
rentii prædictorum, qui quidem redditus, & emolumenta præ-
miſſorum 47 floren. annuatim valere noſcuntur, necnon red-
ditus, & proventus, quos dicta Camera noſtra recipit in præ-
dicta civitate Flaſconen de poderiis, vocatis poderiis Domi-
næ Adventis, & Ser. Bertoldi, quorum fructus, & redditus
conſiſten in domibus, vineis, & campis, & ultra 15. floren nõ
valent annuatim, necnon quamdam domum in dicta civita-
te conſiſten ad nos, & dictam Cameram pertinen quæ de di-
cto poderio fore dignoſcitur, ac aliqua prata, quæ dicuntur
prata Cameræ, & in quibuſdam vineis ſitis in tenimentis
dicti loci, cenſus qui conſiſtant in vino, & fæne, & ultra tres
floren annuatim non valent, redditus quoque, proventus, &
cenſus qui recipiuntur pro Camera noſtra prædicta in caſtro
Martæ in ejus tenimento, qui conſiſtunt in domibus, vineis,
B *molendinis, ſylvis, paſcuis, & pratis, excepto tamen paſſagio,*
qui quidem redditus, proventus, & cenſus anni 70 floren.
non excedunt, & quoddam molendinum aptum ad macinan-
dum bladum, poſitum in tenimento dicti caſtri Gripetarum,
quod eſt Cameræ prædictæ valoris 5 floren. annuatim, nec-
non redditus, & proventus, quos præfata noſtra Camera re-
cipit in caſtro, & eius tenimento Centumcellarum, qui conſi-
ſtunt in paſcuis, & glandibus valoris 140 floren pro dote di-
cti Epiſcopi, & menſæ ſuæ deſignamus, & etiam deputamus,
volentes, & decernentes animalia, quæ in prædictis paſcuis
Centumcellarum ex parte prædicti Epiſcopi mittentur pro
prædictis paſcuis dumtaxat ſumendis, poſſit, & debeant per
paſcua provinciæ noſtræ patrimonii S Petri in Tuſcia, abſ-
que ſolutione herbatici, & etiam alicujus pedagii, ſeu gabellæ,
ire, redire, & liberè tranſire, quoties fuerit opportunum. Et
inſuper pro hujuſmodi dote dd Capituli, prædictam Eccle-
ſiam S. Flaviani, ſeu capellis ſibi annexis, & dependentibus
ab eadem valoris 200. floren prædictis Capitulo tenore præ-
ſentium incorporamus, annectimus, & unimus, ac volumus,
& ordinamus, quod beneficia obtinentes in eadem ſint Cano-
C *nici Cathedralis Eccleſiæ ſupradictæ, medietatemque fru-*
ctuum, & redditum, ac proventuum ruralis Eccleſiæ S. Luciæ
de Paterno d. Balneoreg. Diœc. quæ quidem medietas ad
100 floren auri aſcendit, eidem Capitulo tenore præſentium
concedimus, donamus, annectimus, incorporamus, & unimus,
ita quod idem Capitulum hujuſmodi medietatem dictorum
fructuum, redditum, & proventuum. ſi ipſa Eccleſia S. Luciæ
nunc vacat, vel quam primum eam vacare contigerit, autho-
ritate propria liberè percipere, & in uſus ſuos convertere poſ-
ſint, cuiuſcumque licentia minimè requiſita, prædicta pode-
ria, ſeu redditus, & emolumenta, quæ dilecti filii Capitulum
Eccleſiæ Lateranenſis, & ipſa Eccleſia in territorio dictæ ci-
vitatis Montis Flaſcon percipiunt, & percipere conſueverunt
in quibuſcumque rebus conſiſtant, valoris annuatim 50. flo-
ren. necnon redditus, & proventus, quod dicta Camera iam
in S Savino inter Tuſcanellam, & Martam percipere conſue-
vit, quæ valoris annui 100 florenorum exiſtunt, pro dote di-
cti Capituli aſſignamus, donamus, & etiam deputamus, ac
volumus, quod ſi huiuſmodi aſſignationes, & deputationes no-
ſtræ ultra prædictas ſummas 500 pro Epiſcopo, ac 440. flo-
D *renorum auri pro Capitulo ſupradicto modo, vel alias*
fuerint reperti, nihil poſſint ab iiſdem Epiſcopo, & Capi-
tulo de majori valentia peti, ſeu exigi valeat quomodoli-
bet, ſeu deduci, ſed totum in ipſorum Capituli, & Epiſco-
pi commodum cedat, aut ſi forte minus reperiantur præ-
miſſa valere, nihil petere, vel exigere valeant eidem E-
piſcop. & Capitul. ultra illa, non obſtantibus quibuſcum-
que literis noſtris ſuper hoc quorumcumque tenorum exi-
ſtant; quas quatenus huic ordinationi noſtræ poſſint eſſe
contraria, viribus vacuamus omnino, & nullius decerni-
mus fore firmitatis, quoad illa contenta in eis in ſuo robo-
re duraturis. Hãc igitur limitationem, uniones, annexio-
nes, incorporationes, conceſſiones, donationes, deputatio-
nes, & aſſignationes noſtras ſic factas, & utiliter ordina-
tas, perpetuis valituras temporibus, & robur incommu-
tabilis firmitatis obtinere volentes, authoritate prædi-
cta diſtrictius inhibemus, ne aliquis cujuſcumque præ-
minentiæ, ordinis, aut ſtatus quantumcumque perfulgeat
dignitate, hujuſmodi limitationem, & alia præmiſſa per

nos,

nos, ut prænittitur, facta, ſeu aliqua, vel aliquid de contentis in eis quovis quæſito colore, modo, vel cauſa, ſeu occaſione generaliter adinventis turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos enim irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ limitationis, unionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, donationis, deputationis, aſſignationis, voluntatis, & conſtitutionis hujuſmodi infringere, vel ei auſa temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii 11. Kal. Sept. Pontif. noſtri anno 7.

Tametſi aotem Urbanus Epiſcopalem illi Civitati ſuo diplomate decreviſſet dignitatem, haod tamen eidem non niſi poſt annos 7. à procuſa bulla attributus Epiſcopus eſt, cum ſcilicet Gregorius XI. S. Margaritæ Montis Flaſconis Eccleſiam dedicaſſet in Cathedralem, eidemque Præſolem aſſignaſſet, ut perſpicuè colligitur, ex lib. 11. Proviſionum Prælatorum. Potuit autem id eveniſſe, quod per id tempus importuoa mors abſtuliſſet Urbanum, io eaqoe rerom converſione ſeptem excurriſſe annos, donec, quod Urbanus decreverat, Gregorius XI. ei ſuccedens exequeretur anno 1376. Eugeoius deinde IV. ann. 1436. die 30. menſis Martii *a* Cornetanam huic Eccleſiæ junxit, itaut qui illud onus ſubiret, Cornetanus ſimul, ac Montis Flaſcoenſis Epiſcopus haberetur. In Romanæ Provinciæ Præſulibos numeratur; ideoque com aliis eiſdem gaudet prærogativis, quas ſupra narravimus. Cathedralis S. Margaritæ conſecrata eſt, ut ſupra docuimus, octangulæ figuræ templum, præcipua pulchritudine, cultuque viſendum, in quo corpora ejuſdem S. Margaritæ, ſanctæque Felicitatis virginum, & Martyrum requieſcunt, huc translata Urbano III. ſedente anno 1185. Extat in antiquo codice illius Eccleſiæ de eorumdem translatione fideliſſima narratio, cujus exemplar habetur in bibliotheca Vallicellana, quod cum nonnihil juvet ad Eccleſiaſticam hiſtoriam illuſtrandam, anteqoam Præſulom ſeriem hujus Eccleſiæ explicemus, interendom hic duximus, ſic enim ſe habet.

a 2. Id. Decemb.

Anno ſalutis nongenteſimo octavo, Sergio Eccleſiæ Romanæ Pont. Max & Berengario Imperatore regnante.

Cum inter Euſebium Patriarcham Antiochenum, & Andronicum quendam ipſius Civitatis Principem maxima diſcordia orta eſſet ob inſolentiam ipſius Andronici, quem populus diutius ferre non poterat, Simardus Simetri q. Principis filius annos natus 14 ab omni populo in Principem eſt electus, & ob ipſo Patriarcha inter celebrandum eſt confirmatus, qui poſtea ipſius Andronici gener effectus, ſocerum inſolentiæ præſertim in Patriarcha non timide incuwabat. Andronicus autem ob ſua ſcelera ab ipſo Patriarcha excommunicatus non ferens Principis correctionem, qui Patriarchæ favebat, ipſe Andronicus propter metum Patriarchæ Romã diſceſſerat; qui nocte en improviſo rediens, Simardum Generum interfecit, Urbem invaſit, & poſt multam hominum ſtragem omnia ferro, igneque vaſtavit, incenſiſq; ſacris ædibus, quæ ploribus in eadem Urbe auro, & argento munitæ ſacrarum reliquiarum veneratione coruſcabant, templum SS. Virginum Margaritæ, & Euprepiæ funditus evertit. Erat eodẽ tempore Prior illius templi Auguſtinus quidam Papienſis genere, & virtute clarus, qui horreſcens deletam Urbem, & tẽpla incenſa, deflens in patriam remigrare decrevit, & volens ſacratiſſima corpora dictarum SS. Martyrum, ſic inculta deſerere, edoctus ab Ubaldo ſacerdote ſeniore ubi illa jacerent, ſecum ferre putavit, ut his duabus gemmis B. Sirii confeſſoris templum decoraret in patria ſua Habebat enim iſte familiares duos, quorum alteri Lucæ, alteri vero Roberti nomen erat. Quibus largis muneribus, & pollicitationibus allectis jure jurando ſe aſtrinxit, quod militiæ cingulo eos decoraret, ſi ſecũ in patriam proficiſcerentur. Noctis igitur ſilentio, effoſſo loco ubi jacebant ſacratiſſima Corpora circa unum paſſum invenerunt Concam porphyriam, ferro æreque munitam, ubi litteræ inſculptæ patebant.

Margarita hic eſt terquinis Martyr in annis
Virgineam Cœlo reddidit ipſam animam.

Appoſito autem igne ſolverunt Concam illam, ubi alia inerat argentea gemmis ornata, qoa ſacræ Virginis corpos continebat. Læti igitor, & ſuaviſſimo odore refecti domum ejuſdem Chriſperii Amici Prioris clam adivere: ubi nulli patefacto conſilio quatuor dies ſe ibi continoere; deinde collocato corpore in vaſe quoddam ligneo concam argenteam, quam fregerant, vendiderunt. Favente autem omnipotenti Deo, & ipſa martyre glorioſa quaſi duce plenis velis ad Brundiſii portom applicarunt, ubi emerunt eqoos duos, & inde per Apuliam Romam profecti in domum cujuſdam Hiacynthi, juxta templum S. Theodori Martyris ſe receperunt. Hic autem cum prior ille Auguſtinus dies 15. ingenti animi devotione templa ſanctorum viſeret, aſſiduo labore fatigatus incidit in adverſam corporis valetudinem, quam diſſenteriam vocant. Qua opprimi ſentiens, timens ne moreo præreptus ſacra ipſa Corpora ad patriam perferre non poſſet, ſtatim inde diſcedens cum Comitibus ſuis Sutrium pervenit. Poſtera dio ad templum B. Victoriæ in via publica juxta veterem aulam ſe contulerunt, nec olterius progredi potoerunt ob Prioris infirmitatem. Et quoniam eo die, qoo B. Marci Papæ, SS. Sergii, & Bacchi ſolemnitus celebratur, Baſilica B. Victoriæ in Eccleſiam fuerat conſecranda, de glorioſis reliquiis B. Margaritæ omnis ſcilicet Coſtæ particulam tribuit, & ad laudem omnipotentis Dei ſub inclyto Virginis nomine ibidem altare erectum eſt. Die vero poſtera ad montem Lucæ profecti ſunt ad ædem SS. videlicet Mariæ, & B. Candidæ, ubi Prior donavit optimum pallium, & duas ſindones. Inde proceſſerunt ad Eccleſiam B. Petri Vallis prælatæ juxta lacum Volſinium, ubi à Bonifacio Abbate, & fratribus monaſterii dies aliquot com honore ſuſceptus eſt. Sed in infirmitate prægravatus ſentions ſe diutius vivere non poſſe, Abbatem, & fratres accerſiri jubet, & ingemens, ac lachrymans, quod in ſolo alieno vitam ignotus amitteret, ſacras reliqoias, corpus S. Margaritæ, Euprepiæ caput, ſe habere patefecit, commendanſque ſe omnipotenti Deo, & orationibus Abbatis, & fratrum, ſuſceptiſqoe ſacramentis eccleſiaſticis, rite, & recte, è vita migravit xv. Kal. Novembris. Sepultos eſt autem non longe ab altari S. Blaſii mar. Abbas vero, & fratres corpos inclytæ Virginis Margaritæ ſoper altari majori collocarunt, & dies octo ſacrificiis ſolemnibus, hymnis, & canticis ad laudem, & gloriam JESU chriſti, & ejos dicatæ Virginis devotiſſime celebrarunt. Qoo tempore in eodem loco multa coruſcavere miracula, annuente clementia ſummi Dei propter merita glorioſæ Matyris. Quidam enim Donatus ox caſtro S. Victoris oriundus, homo dives cum ibi forte adeſſet & ſiniſtra manu, qoam aridam habebat, ſacri Corporis loculum tangeret, valida ſtatim, atque potens miraculosè effecta eſt. Matthæus cuſtos horti ejuſdẽ loci ex paralytico firmos effectus eſt. Ægidius quidam Piſanos ox ſorore Abbatis nepos deſperata valetudine morbi hydropici, quo laborabat, à Vincentio ſacerdote illius loci ereptus, & ad S. reliquias ductus incolumis evaſit. Qoidam qui Mugentius dicobatur, eo quod mutus mugiret, non loqueretur, tactus devotione Martyris verba formavit. Roſa de caſtro S. Chriſtinæ malo vexata ſpiritu, & propterea catenis aſtricta tracta à viro ad ſacratiſſimum corpus ſtatim eſt liberata. Laurentius filius Albonetti S. Flaviani artetica infirmitate dio gravatus impoſitus equo, & eo perductus, ſanus pedibus ire recepit. Lucanus qooque dicti loci cum lapidis morbo diu laboraret, incolomis evaſit. Itidem Vitellus quartana eſt liberatus. Berta mulier præfati loci dies 4. in diſcrimine partus conſtituta invocato D. Margaritæ nomine emiſſo partu ſana eſt præſervata. Palma Balneoregienſis cum dies, & noctes à maligno ſpiritu vexaretur, coarctata catenis, & à Britio ejus viro illoc perducta, altis, & inhumanis vocibus emiſſis foit liberata. Mulier quædam nobiliſſima nomine Roriſana ex Urbe Veteri oriunda cum ſangoinis fluxom dio pateretur, & nulla medicorũ curatione ſanari poſſet, ad Deum, & B. Margaritam voto emiſſo incolomis facta eſt. Unde non ingrata ſacro Corpori obtulit Pallium, ſyndonem, & calicem argenteum, Floriana quoque Balneoregienſis annos 5. graviſſimam perpeſſa corpore infirmitatem, ad venerandum Corpus perducta, illico firma, & valida eſt effecta. Scambus quidem de Borgo S. Valentini, natura claudus, ductus ad ſacras reliqoias fortis, & rectos incedere cœpit. Honorius

vir

A vir doctus ex eodem loco natus cum propter longam ægritudinem oculorum lumen amiſiſſet, viſum recipere meruit. Brimachius S. Chriſtinæ colica graviter ita laborans, ut jam de ejus funere ageretur, Martyris gratia liber evaſit. Ubertus vir quidem nobilitate clarus Archidiaconus Pariſienſis Roma regrediens multis comitantibus, cum de Equo, cui inſidebat, deſcendere vellet, exterritus equus, ſeque in ſaltum erigens Dominum ad terram projecit, cumq; adhuc frænum tenens ſurgere conaretur & equus pedibus ſuperbiret, vel ictus demum habenis, calcibus percuſſus crura fregit, cumque graviſſimo dolore affectus nec pedibus, nec equo inde diſcedere poſſet, ibi noctē egit. Venit autem in mentem Margarita Virgo ſāctiſſima, cujus nomē, ob ſtupenda miracula in omni Eccleſia celeberrimū erat, & ex intimo corde lachrymans votum vovens Martyri glorioſæ longa oratione ſe commendavit. Sopore quoque occupatus dormire cœpit; apparuit illi in ſomno B. Margarita dicens: noli timere, age gratias Deo omnipotenti, qui te meis precibus liberare dignatus eſt, & viſa eſt illi membra fracta molliter B tangere, & imponere rupta oſſa, & eum ſanum reddere. Cumque excuſſo ſomno ſe liberum, & firmum perſpiceret, Deo, & B. Martyri innumeras gratias habuit, & accedens ad locum ſacrum reliquiarum Lucaſium libras 60. donavit. Contigit ut paucis annis poſt vi bellorum, quæ in iis regionibus geſta ſunt, locus ipſe deſereretur incultus.

Erat autem, ſecundum ſitus ejus dicitur lacus Vulſinis verſus flumen, quod Marta dicitur, Caſtrum quoddam, quod Rovillianum appellabant, ubi Genitricis Dei Mariæ conſtructum ſtabat parvum templum, in quo Divæ Felicitatis matris ſeptem filiorum ſub bona religione reliquiæ aſſervabantur, cujus dies feſtus ix. Kal. Decem. agitur. Clerici igitur ejuſdem Templi cum habitatoribus dicti Caſtri, Margaritæ Virginis ſacratiſſimum corpus S. Felicitatis collocarunt, ubi cæci illuminati ſunt, & variis languoribus laborantes, meritis, & interceſſione invocatæ Virginis, bonam recuperarunt valetudinem; pluri ma que ibidem miracula claruerunt, quæ enumerare longum eſſet. Ad corroborationem bonaC rum mentium prædicta, quæ brevi ſermone reſtrinximus, ſufficere viſa ſunt.

Tranſlatum fuit autem corpus B. Virginis ab Eccleſia S. Petri ad Rovillianum pridie idus Octobris, eodem ſcilicet die, quo B. Callixti Martyris atque Pontificis paſſio celebratur ad laudem, & gloriam ſummi Dei. Cum autem & Rovillianum propter bella ſolo æquatum eſſet, & jam ſpinæ creviſſent, ubi homines habitaverant, haud paſſa eſt divina pietas in locis ſylveſtribus ſacra dd. Martyrum corpora ſummis decorata meritis perpetuo ignota latere. Sed anno ſalutis MCLXXXV. indict. 3. Urbano III. Romano Pontifice, regnante Federico Imperatore, erant in ſylva Marchionis, quæ eſt inter Neapolim, & Terracinam, duo Eremitæ viri admodum religioſi, quorum alter dicebatur Joannes. Huic Margarita in ſomnis apparuit, dicens: Joannes famule Dei ſurge, & ad montem Faliſcum proficiſcere nuncius meus, dic Priori Baſilicæ Divi Flaviani Mar. ne me & Felicitatem in loco deſerto diutius latere patiatur. Cui Joannes eremita ſic reſpondere viſus eſt; quiſnam es, qui talia jubes? D & Virgo, ego, inquit, ſum Margarita Ancilla Dei, quæ pro nomine JESU CHRISTI apud Urbem Antiochiam ſub Olybrio Præfecto mortem perpeſſa, opera, & induſtria Auguſtini Papienſis in Tuſciā ſum delata. At ille, ut Margaritæ nomen auribus inſonuit, Religioſo quodam timore correptus, Ego, inquit, Virgo ſanctiſſima locum, quem me petere jubes, ignoro, & quid agam neſcio. Cui Margarita ſurge, inquam, ſocius tuus tibi comes eſt; ne dubites: rectum tenebis iter; ſic Deo placitum eſt; me duce omnia recte perages. Illo autem cum è ſomno evigilaſſet, ſocio cuncta ordine narravit; qui ſtatim iter aggreſſi, ſicut, qui opera Dei aguntur, ad montem Faliſcum pervenerunt. Ubi iterum B. Margarita apparens ait. Propera ad priorem, quod tibi dixi, nuncia illi meo nomine, me, & Felicitatem apud Rovillianum, ubi Genitricis dictæ Mariæ Templum fuerat, inter rubos in terra latere: mittat viros idoneos qui nos inde effodiant; non placet Omnipotenti Deo nos amplius inculta ſſe. Eremita autem cupiens Virginis Dei adimplere mandata profectus ad Priorem, omnem rei ſeriem exploravit. Prior cum à referente caput avertens nullam fidem habuit. Quod cum vidiſſet eremita, dolore affectus ingemuit. Cui tertio Margarita ait: noli ingemere: omitte dolorē: redi ad eūdē, & quæ juſſi, etiā atq; etiā referas. Eremita: mihi fidē non habet, tu quæſo ad eum properes, Virgo, tibi ipſe credet, tu facilius coram explicabis, quidquid facto opus eſt. Sed à Virgine vox ſubinde profecta eſt; regredere vir Dei, ne dubites, tibi fidē habebit, ipſo principe Deo volente, miniſterio, & officio tuo hæc ſunt peragenda. Quæ quidem vox non ſolum ab eo, ſed etiam à multis, qui ibidem aderant, audita eſt, & cum alium viderent neminem, niſi ſolum Eremitam cum ſocio, percuſſi Virginea voce, & ſubita religione correpti omnes una Priorem adivere. Quibus conclamantibus, & aſſerentibus vera eſſe, quæ Jo. Eremita prædicat de Margarita Virgine, Prior acquievit & credidit, ſeque rei expediendæ accingens Ugonem Presbyterum, & Scagnum quendam, & nonnullos alios locum ipſum petere, & pro ſacris reliquiis inveniendis diligenter perquirere juſſit. At illi juſſa Prioris exequi cupientes eo profecti, in ſolo, ubi ſacra ædes extiterat, fodiendo diem integrū conſumpſere; & cum nihil invenire potuiſsēt dedignati, quod fruſtra laboraſſent, ad Oppidum redierunt, & Eremitæ turbatis animis acta nunciaverunt. Quibus ipſe reſpondit: Fratres mei nulla ſit vobis turbatio, ipſe locum nunquam adivi, ſed ſequimini me, & oſtendam vobis, ubi lateat theſaurus à Deo gratioſè conceſſus. Et iter capiens multis comitātibus profectus eſt, ubi circumſpiciens vidit in quodam loco, ubi fuerat templum, magis quam alibi rubos creviſſe. Hos, inquit, incidite, hic effodite; nam ſicut Margarita mihi detegere viſa eſt, hic ejus, & Felicitatis reliquiæ jacent cum duobus coſtis SS. Coſmæ, & Damiani. Illi autem è veſtigio monita exequentes invenerunt tabulas marmoreas accuratiſſimè clauſas, in quibus hæ literæ ſculptæ patebant. Hic requieſcit corpus B. Margaritæ, & Felicitatis. Opertis autem tabulis locus ipſe redoluit ſuavitatem odoris, & ſacræ reliquiæ inventæ ſunt, ſicut vir ille ſanctus prædixit. Omnes igitur gaudere, lætari, exultare, & nuncios ad Oppidum mittere inceperunt, ut rem ipſam Priori, & Populo patefacerent. Prior autem, & Populus omnis lætitia affecti properarunt ad ſacras reliquias, & maxima veneratione canente, & pſallente Clero ad Oppidum transferebant: ſed nocte ſuperveniente tenebræ factæ ſunt, & omne Cœlum nubibus tectum, ut quod iter eſſet ad Oppidū, nullo modo inveniri poſſet. Senes autem, & pueri, fœminæ, valetudinarii, omnis deniq; Populus, qui illuc confluxerat, obſcura & improviſa nocte perterriti deſperato reditu valde timebant. Unde emiſſis votis ad ſacras reliquias clamabant omnes: adjuva nos B. Margarita. Illico cœleſti, & clara luce via reſplenduit, ac ſi meridiano ſole dies clareſceret, & ea luce prævia pervenerunt ad montem Faliſcum uſque ad domum Benecaſæ Bonæ filiæ juxta domum Sigiſmundi, ubi, & lux evanuit, & S. reliquiæ ita fixæ ibi permanſere, ut nulla vi inde amoveri potuerint. Splendor autem, quem ſupra diximus, tenebras fugaſſe, ut aperta cerneretur via, à quam plurimis in remotis, & longinquis regionibus viſus eſſe refertur, ut nōnulli de Civitate Lucana, qui ſplendorē ipſum perſpexiſſe retulerunt, venerunt ad reliquias adorandas cum muneribus. Quo miraculo ſtup factis omnibus acceſſ . . . Benēcaſa, & data illi optione, ut, aut venderet domum ſuam quantumcunque vellet, aut cum alia permutaret, id ſæpe rogatus agere recuſavit. Intonuit ſubito à Cœlo Dominus, & nox atra terris incubuit, ſimul & exorta tempeſtas imbribus & crebris ignibus dies tres continuos Civitatem perterrere fecit. Qua quidem re perterritus etiam Benencaſa domum ſuam ultro conceſſit, & in eodem vico aliam perbenignè accepit. Quo peracto Cœlum continuo clarum, atque mite redditū eſt, & omni tempeſtate fugata cuncti in lætitiam, & SS. Martyrum laudem prorumpere, & accingentes ſe operi alter alterum exhortantes ibidem Baſilicam extruere, novis ſemper miraculis crebeſcentibus. Nam Scontra Voncuiche de Vico S. Bartholomæi, quæ longo tempore in mammillis fiſtula fuerat perpeſſa, & nulla poſſet medicina curari, accedens ad Sanctorum corpora quam primum eſt liberata. Fedeſcus Corgneti de regione Porticellæ incurabili narium morbo, qui cancer dicitur, graviſſimè affectus auditis SS. miraculis ſurrexit è lecto, & eo profectus ita ſanus factus eſt, ut nulla morbi veſtigia apparerent. Quidam Oltramontanus obcæcatus infirmitate oculorum meritis dictarum Martyrum eſt illuminatur. In vico D. Bartholomæi ignis validus accenſus eſt, & mulier quædam Joletta nomine interiit cum nulla aquarum multitudi-

ne

ne nulla vi extingui poſſet. Ugo ſacerdos divæ Margaritæ caput exhibuit, & ad ignem pertulit, quo oſtenſo flammæ illius ſedatæ ſunt, & omnis ignis ita extinctus eſt, ut ne ſcintilla ignea inveniri poſſet. Hæc, & alia quamplurima miracula ibidem facta ſunt, & quotidie fiunt, quibus coruſcantibus, ipſa Baſilica its Cathedralem Eccleſiam eſt erecta ſub vocabulo Margaritæ Virginis, ubi ſacerdotes, & miniſtri numero duo de viginti pias orationes, & divina quotidie perſolvunt officia ad laudem, & gloriam ſummi Dei, & SS. Martyrū Margaritæ, & Felicitatis, quarum Corpora ad Montem Faliſcum tranſlata ſunt xviij. Kal. Decembris, regnante D.N. JESU Chriſto, cui laus, honor, & gloria in ſempiterna ſecula Amen.

Hactenus Codex.

Hujus civitatis ſeriem Epiſcoporum, ex actibus conſiſt. aliiſque erutam monumentis, hic ex fide ſubjecimus.

ADDITIO

*(,, Cornetum viſitur in colle apud oram Tyrrheni
,, ob Auſtros ſpirantes inſalubris aeris, antiqua Tar-
,, quinia ex ruinis exurgens, Innuum quoque dictum, to-
,, tidē ferè, ac Montisfaliſci Civitas, enumerans morta-
,, lium capita, videlicet circiter 3000. Quandonam, & à
,, quo in Epiſcopalem Sedem erecta fuerit, nos latet. Con-
,, ſtat ſanè in gratiam Card. Jo: Vitelleſchi, qui obiit an.
,, 1438. Cives omnes Cornetanos in Romanorum Ci-
,, vium numerum cooptatos fuiſſe. Per hæc eadem tempo-
,, ra intuitu meritorum ejuſdem purpurati Principis
,, cenſeo Cornetanum oppidum avulſum à jure Diœceſa-
,, no Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopi, & in civita-
,, tem Epiſcopalem erectum. Protulit nobis ejuſmodi e-
,, rectionis eruditiſs. Jo: Ciampinus è ſuis Cimeliis Di-
,, ploma vetuſto, & fere corroſo charactere deſcriptum,
,, & grandi volumine comprehenſum, exhibente varia
,, Romanorum Pontificum Acta, Bullas, & Indulta
,, XV. ſeculi, & præcipuè Eugenii IV. Nicolai V. Callix-
,, ti III Pauli II. & Sixti IV. in iis tamen nomen, & da-
,, ta deſiderantur. Cornetanam Diploma Eugenii IV. ex
,, conceſſione produiſſe facile cenſemus in obſequium præ-
,, fati Card. Vitelleſchi de Romana Eccleſia optime me-
,, riti, eveniſſeque mox unionem Cornetana Eccleſia cum
,, Monteflaſconenſi eodem Eugenio ita adjudicante, in-
,, ſpecta cenſus menſæ Epiſcopalis tenuitate; adeo que nul-
,, lo adhuc inſtituto ſingulari Cornetano Epiſcopo, ea lege
,, invicem coire hæ duæ Eccleſiæ juſſæ ſunt, ut unus, & idē
,, pari onere, & honore Monteflaſconenſis, & Corneta-
,, nus eſſet, & nuncuparetur Epiſcopus. Cornetanæ Ca-
,, thedralis inſtitutionis indicatum exemplar ſequēs eſt.*

,, In ſuprema dignitatis ſpecula ſuperni diſpoſitio-
,, ne Conſilii, licèt immeriti conſtituti, ad univerſas
,, Fidelium Regiones aciem noſtræ conſiderationis
,, extendimus, prout fidelium Populorum integritas
,, exigit, ac locorum, & temporum utilitas perſua-
,, det, regiones, & populos hujuſmodi condignis fa-
,, voribus & gratiis & decoramus, & præcipuè illos,
,, quos merita devotionis, & fidelitatis exornant, ut
,, eorum digna retributio cedere poſſit aliis in exem-
,, plum. Hodiè ſiquidem attenta meditatione penſan-
,, tes, quòd terra noſtri Corneti, quæ uſque ad præ-
,, ſens fuerat Viterbien. & Tuſcanen. Diœceſis ordi-
,, nario jure ſubjecta, adeò ſicut facti notorietas ma-
,, nifeſtat, Domino benedicente in Chriſti fidelium
,, multitudine fœcundata, ac rerum omnium uberta-
,, te referta exiſtat. Quodque dilecti filii ipſius Terræ
,, Populus, & Advenæ cæteros Italiæ Populos Ro-
,, manæ Eccleſiæ Sponſæ noſtræ fidelis, devotionis,
,, & fidelitatis ſinceritate præfulgeant, quam ex debi-
,, to gratitudinis meruerint, ut eos Apoſtolica Sedes
,, paternis proſequatur affectibus, & cohoneſtet, ac
,, ſingularibus inſignibus decoret, unde ex præmiſſis,
,, nec non aliis rationabilibus cauſis moti volentes ex
,, certa ſcientia cupientes eorum merita condignis
,, honoribus compenſare, ipſoſque attollere gratioſis
,, favoribus, & honoribus confovere, poſt deliberatio-
,, nem fructuoſam, & utilem, quam ſuper his cum
,, fratribus noſtris habuimus diligentem, Terram
,, ipſam cum ſuis pertinentiis, quarum confines, de-
,, nominationes, & loca præſentibus habere volumus
,, pro expreſſis, nec non omnibus & ſingulis perſonis
,, tam Eccleſiaſticis, quàm Secularibus in ea degenti-
,, tibus, rebuſq; aliis conſiſtentibus in eiſdem ab omni
,, immunitate, juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione
,, Epiſcopi pro tempore exiſtentis, & dilectorum fi-
,, liorum Capitulorum Viterbien. & Tuſcanen. ac
,, earundem Eccleſiarum auctoritate Apoſtolica &
,, tenore præſentium eximentes, & perpetuo liberan-
,, tes, Terram ipſam tanquam locum idoneum exi-
,, ſtentem congruum, & fidelitate inſignem de ipſo-
,, rum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis ple-
,, nitudine pro Divini nominis gloria, Eccleſiæ S.
,, Dei exaltatione, felici Divini cultus augmento, ſa-
,, luteque Fidelium animarum in Civitatem erigi-
,, mus, Civitatiſque titulo, & inſigniis decoramus,
,, ipſamque Terram ex nunc Civitatem Cornetanam
,, volumus futuris perpetuis temporibus nuncupari.
,, Et inſuper SS. Mariæ, & Margaritæ, ac S. Mariæ
,, de Caſtello Cornetanæ Collegiatæ Eccleſiæ invi-
,, cem eadem auctoritate unientes, annectentes, & in-
,, corporantes, ac in eis Collegiatarum Eccleſiarum
,, nomen hujuſmodi penitùs extinguentes, & in unū
,, corpus, unumque Collegium reducentes, SS. Mariæ,
,, & Margaritæ Eccleſias præfatas in Cathedralem
,, Eccleſiam erigimus, eamque dignitatis Epiſcopa-
,, lis titulo inſignimus: Sponſum utilem, & idoneum
,, per Apoſtolicæ Sedis providentiam præſtante Do-
,, mino, cui præeſſe valeat, & prodeſſe, volentes, &
,, Apoſtolica authoritate decernentes, quòd in eadem
,, erecta Eccleſia loco Præfecti, qui nunc eſt, Archi-
,, diaconatus, major poſt Pontificalem dignitas cum
,, honoribus, & oneribus conſuetis, ac eidem annexis
,, per futurum Præſulem inſtituatur, ac poſt ipſum de
,, cætero in eadem Cathedrali Eccleſia Archidiaco-
,, natus nuncupetur. In alia verò Eccleſia S. Mariæ de
,, Caſtello, ſicut præfertur unita, prima dignitas o-
,, mninò ceſſet, cùm illa vacare contigerit per ceſſum,
,, vel deceſſum; ambo quoque ipſarum Eccleſiarum
,, Collegia in unum Collegium Cathedralis Eccleſię
,, ſic erectæ Capitulum facientia reducantur, ſinguli-
,, que ipſarum Eccleſiarum Canonici, non Collegia-
,, tarum, ſed Cathedralis Eccleſiæ Canonici nun-
,, cupentur. Cæterùm cùm de Eccleſiis, & Eccleſia-
,, ſticis Beneficiis, Caſtris, Villis, Territoriis, Terris,
,, poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus ſpiritua-
,, libus, & temporalibus, aliiſque redditibus, necnon
,, proventibus, Terris, poſſeſſionibus, & bonis tam
,, Eccleſiaſticis, quàm aliis, in quibus propriæ Diœce-
,, ſis Cornetani deputari, ac etiā limitari debeāt, ple-
,, narie in Dei nomine procedere volumus, & Apoſt.
,, Auctoritate ſtatuimus, quòd Territorium, & Di-
,, ſtrictus ipſius Corneti eidem Eccleſiæ Cornetanæ
,, in Diœceſim aſſignetur, cum omni juriſdictione,
,, dominio, cohærentiis, & connexione debitis, & con-
,, ſuetis, quæ nos etiam præfatos Cornetanæ Eccle-
,, ſiæ in veram, & immutatam Diœceſim tenore præ-
,, ſentium aſſignamus, volentes, & præfata auctorita-
,, te decernimus, quòd Epiſcopus pro tempore exiſtēs
,, ipſius, ac Montis-Flaſconen. Eccleſiæ, quem Mon-
,, tis Eccleſiæ hodiè etiam de Corneto ad Montem,
,, vel è converſo de Monte ad Cornetum recto trami-
,, te tranſire contigerit, extra tamen Civitates, Ter-
,, ras, & Caſtra, atque loca alia .... in alienis Diœceſi-
,, bus conſiſtentia in via tantummodò obvenientibus
,, benedictionem impendere valeat abſque aliquorum
,, injuria, ſeu contradictione quacunque. Et nè pro-
,, pter hujuſmodi exceptionem, erectionem, & aſſi-
,, gnationem de dictis Civitatibus, & Eccleſiis, à Diœ-
,, ceſi factas, Viterbien. & Tuſcanen. Eccleſiæ, qui-
,, bus ipſa noſtra Civitas fuerat, ut præfertur ordina-
,, rio Jure ſubjecta, aliquod aliud diſpendium patia-
,, tur. Volumus, & eadem auctoritate decernimus,
,, quòd omnes fructus, & proventus, & emolumenta
,, obvenientia, & in ratam ex poſſeſſionibus, quàm
,, poſſeſſiones in Territorio, & Diſtrictu eorum Epiſ-
,, copales, & ad ipſas Eccleſias Viterbien. & Tuſca-
,, nen. ſeu ipſarum Epiſcopalem menſam pertinen. e-
,, iſdem Eccleſiis, & menſis pro tempore debita eiſdē
,, Eccleſiis remaneant pleno jure, ipſiſque gaudeant,
,, & utantur, & ea participent ſine diminutione qua-
,, cunque, ſicut ante erectionē hujuſmodi aliis, quam

,, Or-

,,Ordinario jure percipere conſueverant,& debebāt. A
,, Non obſtantibus quibuſcunque Privilegiis, Indul-
,, gentiis,Exemptionibus,& Literis Apoſtolicis huic
,, noſtræ ordinationi contrariis,quorumcunque teno-
,, rum exiſtant. Quæ quoad hoc omninò viribus va-
,, cuamus,& nullius eſſe decernimus firmitatis, præ-
,, miſſa auctoritate omnia ſpecialiter facta, & ſalu-
,, briter ordinata perpetuis valitura temporibus, &
,, noſtrum volumus robur inviolabilis firmitatis. Di-
,, ſtrictiùs inhibentes,nè aliquis cujuſcumque ſtatus,
,, dignitatis,ordinis,vel præeminentiæ fuerit,& qua-
,, cunque perſulgeat dignitate, præmiſſa omnia, &
,, ſingula per nos ordinata,& inſtituta, ſeu aliqua,vel
,, aliquid de contentis in eis quovis quæſito colo-
,, re,occaſione, vel cauſa turbare, vel quomodolibet
,, impedire præſumat. Nos enim prout eſt irritum de-
,, cernimus,& inane, ſi ſecùs &c. ſuper his &c. aſſen-
,, tari. Nulla &c. Datum &c.

,, *Ex his corrigendus Carolus à S. Paulo in ſua Geo-*
,, *graphia, qui Cornetanam Eccleſiam antiquiſſimam*
,, *putat, Cornenſes, ſeu Coronenſes Epiſcopos deſumptos* B
,, *ex antiquis Conciliis ad eam trahens. Sed jam ad u-*
,, *triuſque Eccleſiæ deſcriptionem accedamus. Propriam*
,, *eamque nobiliſſimam utraque habet Cathedralem ſub*
,, *unius S. Margaritæ Virginis, & Martyris invocatio-*
,, *ne; Cornetana verò primo loco ab ea Deipara denomi-*
,, *nationem ſumit, Margarita ſuccedente. In Cathedra-*
,, *li Montis Faliſci incendio voraciſſimo abſumpta for-*
,, *tuito, & magnis expenſis magnificentius reſtituta ab*
,, *ejus Antiſtite Card. Paulutio de Alteriis, tres digni-*
,, *tates numerantur Decanus, Sacriſta, & Archipresby-*
,, *ter, 7. Canonicatus, inter quos ſolum Pœnitentiaria*
,, *præbenda, ſex Beneficiati, & alii Presbyteri in divi-*
,, *nis ſervientes; Canonicatuum annui redditus 100. De-*
,, *canatus vero 200 ſcutorum ſummam non excedunt. In*
,, *Cornetana ſimiliter Cathedrali inſerviunt tres digni-*
,, *tates Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius*
,, *una cum 5. Canonicis, inter quos ſolum Pœnitentia-*
,, *rius extat cum aliquibus Presbyteris. Canonicorum*
,, *fructus 100. ſcuta perficiunt, Archidiaconi 200. Ani-*
,, *marum cura in ea Montis Faliſci à Canonico exerce-* C
,, *tur, in Cornetana à Presbytero per Canonicos deputa-*
,, *to: in ambabus Eccleſiis multæ Sanctorum Reliquiæ aſ-*
,, *ſervantur, ſed in ea Montis Faliſci de Ligno Domi-*
,, *nicæ Crucis habetur, & SS. Virginum Martyrum-*
,, *que Margaritæ, & Felicitatis Corpora, aliorumque*
,, *SS. Tàm apud Montem Faliſcum, quàm Corneti pro*
,, *Epiſcopi habitatione decens Palatium extat. Utriuſq;*
,, *Epiſcopatus conjunctim annuus cenſus eſt ſcutorum*
,, *Rom. monetæ 4300. ejuſque taxa floren. 200. In Mon-*
,, *te Faliſci adſunt tres Parochiales Eccleſiæ, 4. Viro-*
,, *rum, & Sanctimonialium Ord. S. Benedicti unum Cœ-*
,, *nobium, nec non unum Conſervatorium nuncupatum*
,, *Pœnitentium, & Puellarum: plures Laicorum Confra-*
,, *ternitates, Xenodochium Mons Pietatis, & Clerico-*
,, *rum Seminarium. In Cornetana Civitate unum Mo-*
,, *nialium, & 5. Virorum ſepta, inter quæ Hoſpitale Fra-*
,, *trum Ordinis S. Joannis Dei, & Mons Pietatis, nec*
,, *non Ergaſtulum ibidem erectum ſacros Viros publicis*
,, *pœnis deſtinatos ad expiandos. Diœceſis ex utraq; Ci-*
,, *vitate hæc loca continet:* Celleno, Teſſenano, Arli- D
,, na, Pianzano, Marta, Capo di Monte, Grotte, S. Lo-
,, renzo, Beſenzio, Valentano, Latera, Gradoli. *Quo-*
,, *rum plurima Vulſinium lacum ſpectant piſcata, & ſui*
,, *nominis fama ampliſſimum. Animæ omnes, quæ ex*
,, *his Oppidis emergunt, numerantur ferè duodeviginti*
,, *mille.* Lucentius.)

I. 1. **PETRUS** de Arzenſis, ſive de Anguiſcen Gallus ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, à Gregorio XI. primus Montis Flaſconen. Epiſcopus adlectus eſt anno 1376. Meminit hujus viri Petrus Amelius Senogallienſis Epiſcopus in itinerario Gregorii Papæ XI. quem ille honoris ergo malleum hæreticorum appellat. Oratoris munere functus eſt apud publicam rem Senenſem pro VI. Urbano Pontifice 1384.

II. 2. **NICOLAUS** Petro ſucceſſit. Is ſub Urbano VI. Patrimonii Gubernator fuit anno 1381. memoratur in bullis ejuſdem Pontificis, deceſſitque 1398. dum Bonifacius IX. S. Sedis clavum teneret. (,, *Hic*
,, *Nicolaus dicitur ex familia Scarincia à Durante*
,, *Dorio in hiſt. Familiæ Trinciæ l. 5. p. 265.* Mandoſ.)

3. **ANTONIUS** de Portiano Alatrinus Canonicus, Subdiaconus, ac Canonici juris peritus, à Bonifacio IX. electus eſt an. 1398. 5. id. Aug. anno verò 1404. ad Soranam Eccleſiam translatus eſt. III.

4. **ANDREAS** Joannis Guidius de Arclano Senenſis, Maſſæ antea Epiſcopus, mox & Aſſiſii, demū ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1404. 6. Kal. Martii. IV.

5. **ANTONIUS** Anagninus, Epiſcopus Monte Flaſconenſis; pro S. Apoſtolica Sede Locum tenens Bononiæ fuit an. 1412. poſtque multos exantlatos labores pro Apoſtolica ſede, ad Tudertinam Eccleſiam translatus eſt an. 1429. pridie Kal. Martii. V.

6. **DOMINICUS** a Monachus Monaſterii S. Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ord. Ciſtercien. Abbaſque S. Sebaſtiani ad Catacumbas ejuſdem Ordinis, paulò ante Sutrinus Epiſcopus, hoc eſt, an. 1410. deinde huc translatus eſt an. 1429. prid. Kal. Martii, Obiit 1432. VI.

a Romanus.

7. **PETRUS ANTONIUS** Dominico ſuffectus eſt anno 1432. die 8. menſis Octobris, Eugenio IV. Pont. Max. ſedente. Deceſſit autem 1436. in quo quidem an. 2. id Decemb. Eugenio Cornetanam Eccleſiā Monte Flaſconēſi perpetuo fœdere junxit, ex lib. proviſionum Prælatorum. (,, *Hic Petrus Antonius fuit* VII.
,, *Abbas Regularis ordinis Præmonſtratenſis Clauſuræ*
,, *SS. Quirici, & Julittæ Reatinæ Diœceſis, ut habetur*
,, *ex actis Conſiſt. Eugenii IV.* Luc.)

8. **PETRUS** Joannis de Orto Epiſcopus Nepeſinus ad ſupra dictam Eccleſiam translatus eſt, 2. id. menſis Decembris anno 1436. ſeditque ibidem annos duos, deinde ab Eugenio IV. translatus eſt ad Eccleſiam Maſſanam Senenſis ditionis anno 1438. die 6. menſis Martii. VIII

9. **VALENTINUS** Epiſcopus Hortanus translatus ad hanc Eccleſiam, reſignavit poſt paucos dies, prioris ſuæ Eccleſiæ contentus. IX.

10. **BARTHOLOMÆUS** Vitelleſchus b Cornetanus, nepos Joannis Card. famoſi illius viri, cui Patriarchæ cognomen inhæſit, ab Eugen. IV. ſublectus eſt Epiſcopus Monte Flaſconen. ac Cornetanus die 16. Kal. Aprilis anno 1438. reſignante Valentino. Hic cum poſt violentam mortem patrui rebellantis animi Eugenio Pontifici veniſſet in ſuſpicionem, cum Lilio Lavellano Cornetano aufugit Cornetum, patruique ſpolia cum retinuiſſet, citatus ad tribunal, pertinaxque venire contemnens, honore Epiſcopatus à Pontifice privatus eſt 1442. Sed cum Injuriæ impatiens ad Baſileenſe Cōcilium provocaſſet, non modò ab Antipapa Felice V. reſtitutus ei honor eſt, ſed etiam ſub titulo S. Marci Pſeudocardinalis creatus. Cæterùm cum Bartholomæus moderati animi eſſet, falſo ſibi delatum honorem roſei pilei haud acquievit accipere, mortuoque Eugenio cū ad obedientiam Nicolai V. rediiſſet, poſt Carpentoratenſem in Gallia dignitatem, amiſſæ dignitatis recuperavit honorem 1449. Non. Aug. poſt mortem Franciſci, qui ei fuerat ſubſtitutus. Deinde Fulginatibus, Peruſiniſque jus dixit, anno ſcilicet 1455. cumque deinde ad Eccleſiam ſuam adminiſtrandam rediiſſet, adeò ſalubribus legibus eam conſtituit, ut hactenus etiam pro regula habeantur. In otio etiam ſapientiam ſcripſit, edi- ditque opuſculum, valde utile de tranſitu mortis. Quam cum propediem ſibi meditaretur inſtare, ex inſtinctu divini fervoris, ut ad terribilem exitum illum ſe præmuniret, annuente Pontifice Pio II. uſque in Hieruſalem ad S. loca peregrinatus eſt, rediènſque Modoni vita exceſſit anno 1463. die 13. Decemb. cum prius quam excederet Italia hæredes ex condito teſtamento inſtituiſſet; relatuſque in Patriam ad pedes Cardinalis patrui ſepultus eſt, in Cathedrali Cornetana cum ſequenti epitaphio. X.

b De [illegible] tractat Santonus in hiſt. Avenionen. tom. 2 l. 3 p. 117 *Mand.*

Sepulchrum R. in Chriſto Patris D. Bartholomæi de Corneto Epiſcopi Cornetani, & Montis Flaſconis nepotis ſuprà ſepulti Cardinalis. Obiit anno MCDLXIII. Decemb. xiii. Modoni pergens ex Hieruſalem.

Narratur autem Bartholomæi corpus adhuc incorruptum eſſe: adeò plerunque mentis integritatem

incorruptela corporis ſequi ſolet.

11. HONUPHRIUS Sinueſſauus Montis Faliſci Epiſcopus anno 1441. ſub Eugenio IV. Frratribus Minoribus Obſervantibus dedit inſulam Biſentinam in medio lacus Vulſinii, in qua ædificarunt Cœnobium ſub invocatione SS. Jacobi Apoſtoli, & Chriſtophori Martyris, ex Vvaddingo tom. 5. Annal. Minor. De Honuphrio nulla habetur mentio in lib. oblig. an Bartholomæo ſucceſſerit, vel præceſſerit, prorſus ignoro. (1)

XI. 12. FRANCISCUS de Mateſio Romanus antea Epiſcopus Brixianus, ad hunc Epiſcopatum translatus eſt, cum ex eodem ſupra memoratus Vitelleſchus ab Eugenio IV. fuiſſet deturbatus an. 1442. 2. Kal. Martii. Deceſſit autem 1449.

XII. *a* Bartholomæo. 13. ANGELUS Vitelleſchus ſucceſſit Franciſco *a* ad quem extat epiſtola Card. Papienſis conſolatoria, cum à Pio II. inter purpuratos Patres non fuiſſet cooptatus una cum ipſo Papienſi anno 1461. ep. 4.

XIII. * Ex App. tom. 5. 14. * GISBERTUS Ptolomæus nobilis Senenſis Pii II. Pont. max. patruelis, ab ipſo Montis Flaſconis, Epiſcopus electus, deceſſit in Patria an. 1470. Jacet ante altare majus Eccleſiæ S. Franciſci, hac brevi ad tumulum Inſcriptione inſculpta.

Giſberto Ptolomæo Coriti, & Montis Faliſci Epiſcopo V. I. Theolog. Antiſtiti Pii II. Pontificis Patrueli an. 1470. Vixit an. XXXVI. defuncto, Dicatum.

De eo loquitur Papienſis Ep. 21. ad Lollium.

XIV. * Ex App. tom. 7. 15. * ALBERTUS patria Senenſis, quem putant ex eadem Ptolomæa familia fuiſſe, & Giberti ſucceſſorem, vivebat anno 1477. die 3. Decemb. ex inſtrumento Baptiſtæ Martini Notarii Senenſis, ut me monuit Belliſarius Bulgarinus Senenſis Patritius, ac patriæ antiquitatis peritiſſimus.

XV. („ DOMINICUS *Cardinalis de Ruvere ex Ciaco- „ niano Opere, & ex ipſo Ughello in ſerie Taurinenſium „ t. 4. per hæc tempora has rexit Eccleſias.* Luc.)

XVI. * Ex App. t. 7. 16. * SERAPHINUS Panulphatius Ortanus aſſeritur hujus Eccleſiæ Epiſcopus ab Alexandro VI. creatus anno 1496. à Bonaventura Theulo Veliterno in apparatu hiſtor. S. Franciſci Romanæ Provinciæ ex inſcriptione Ortana in Eccleſia S. Franciſci.

Perilluſtris, atque Reverendiſſ. Dom. Dom. Seraphinus D. Antonii Panulfatii, ac Domina Hippolyta Valle filius, Sereniſſimi Ferdinandi Regis a Secretis ab Alexandro VI. Pont. Max. ob ejus ingenuas virtutes, præſtantes mores, ſingularemque doctrinam Montis Flaſconis Epiſcopus creatus anno, MCCCCXCVI.

XVII. * Ex App. tom. 7. 17. * JOANNES Ptolomæus Senenſis, hujus Eccleſiæ Præſul, Senis obiit anno 1499. ſepultus die 11. Maii in ſacello Martinoziæ familiæ in Eccleſia S. Franciſci, ut refert ex lib. emortuali ejuſdem Eccleſiæ Iſidorus Ugurgerius titulo 7. *delle Pompe Seneſi*. Sed de iis tribus Epiſcopis nulla in Actis conſiſtorialibus habetur mentio.

XVIII. 18. ALEXANDER Card. Farneſius, Romanus Papæ Alexandri VI. Theſaurarius ab eodem Epiſcopus electus eſt *b*, annoque 1493. creatus eſt Diaconus Card. ſub tit. SS. Coſmæ, & Damiani. Hanc ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1519. poſtque Cardinalatus 40. annos, ad univerſalem Cathedram Petri aſcendit *c*, ſub nomine Pauli III. in eaque præclare geſtis claruit quam qui maximè.

b an. 1499.

c an. 1534.

XIX. 19. LAURENTIUS Puccius Cardinalis SS. Quatuor factus adminiſtrator per ceſſionem Cardinalis Farneſii an. 1519. 23. Martii.

XX. 20. RAYNUTIUS Farneſius nothus, tametſi novem annorum adhuc puer eſſet, ex indulgentia Leonis X. qui natalium, ætatiſque defectum ſuppleverat, Monte Flaſconenſem, & Cornetanam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit an. 1519. 13. Aprilis. Sed cum deinde Alexander Card. Farneſius ad Apoſtolicam ſedem fuiſſet ſubvectus, ipſe clericalem vitam cum uxorata commutavit; Virginiam quippe

A Gambaram nondum conſecratus ſibi junxit uxorem, ex qua deinde narratur nullos filios ſuſtuliſſe. Adeo verum eſt, quod ipſa ſacra ſcriptura teſtatur. *Spuria vitulamina non dabunt radices altas.*

21. WIDO Aſcanius Card. Sfortia harum Eccleſiarum perpetuus adminiſtrator fuit, quarum onere, cum regreſſu tamen, ſe exſolvit, annoque 1548. Epiſcopus Parmenſis adlectus eſt. XXI.



B

22. UBALDINUS Bandinellus Florentinus, vir ſanè doctus, ac linguarum peritia longè clariſſimus, Cardinalis Sfortiæ perquam familiaris, à Paulo III. electus eſt anno 1548. die 3. *d* menſis Junii; qui tamen memoratæ Eccleſiæ brevis Pontifex fuit. Siquidem cum Julius III. illum Romam advocaſſet, ut in rebus gravibus ejuſdem opera uteretur, melioris fortunæ ſpe plenus, ibidem paulò poſt deceſſit 1551. *e* ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam prope vas luſtralis aquæ ad humum, ubi inciſus lapis ſpectatur cum ejus gentilitiis ſtemmatibus, hocque proloquente epitaphio. XXII.

d 5.

e De eo ſuſe loquitur Salvinus in hiſtoria Canonicorum Florentinorū.

D. O. M.

Ubaldino Bandinello patritio Florentino Montis Flaſconis Epiſcopo, viro non minus vita, ac moribus integerrimo, quam multiplici rerum ſcientia ornatiſſimo. Franciſca ſoror mæſtiſſima optimo fratri poſuit. Obiit vii. Martii anno à Chriſto nato M. D. LI. ætatis vero LVII.

C

23. ACHILLES Graſſius *f* Bononienſis filius Joannis Antonii, cum ſacræ Rotæ Auditor eſſet, electus die 27. menſis Auguſti anno 1551. Anno verò 1553. apud Neapolitanū Proregem Oratoris munere functus eſt, ut Italicæ tranquillitati conſuleret. Concilio Tridentino interfuit, deceſſitque Romæ die 8. Menſis Auguſti 1558. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Tranſtiberim. XXIII

f De quo Carthatius in ſyll. Advoc. Conſiſt. p. 119. qui ait eum obiiſſe an 1555 Mandoſ.

24. CAROLUS Graſſius Bononienſis, filius Joannis Antonii, Blancæque Gratæ, Julii III. intimus Cubicularius, atque Bononienſis Archipresbyter, ex ultronea abitione Achillis Montis Flaſconis Epiſcopus adlectus eſt anno 1555. die 16. menſis Decembris. Deinde etiam Apoſtolicæ Cameræ Clericus fuit, Umbriæ, Peruſiæque, ac Romæ Gubernator ſub Pio V. anno 1569. die 4. menſis Junii, cujus opera non modo in arduis, difficillimiſque negotiis D. enituit ſub memorato Pontifice, ſed olim antea ſub Pio IV. in abſolutione Tridentini Concilii mirum in modum inclaruerat. Itaque exigentibus meritis demum ſub Pio V. presbyter Card. ſub tit. S. Euphemiæ renunciatus eſt, ann. 1570. interque eos Cardinales adſcitus, quibus cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege, Venetoque Senatu contra inſultantes Turcas incumbebat fœdus urgere. Ex cuius demum Conſiliorum explicatione, Chriſtianæ publicæ rei res bellè ceſſit, victoriaque inclinavit ad noſtros, quæ tamen morte præventum Carolum haud potuit exhilarare. Siquidem inſecuto anno 18. Kal. Aprilis exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt apud S. Trinitatem in monte Pincio, cum hoc epitaphio. XXIV

D. O. M.

Carolo de Graſſis Bononienſi, S. R. E. Cardinali, viro integritate vitæ, ingenij acumine,

(1) Verum cum per ea tempora Vitelleſchus Præſulatum gereret, Vitelleſcho depoſito Franciſcus ſubrogatus, & poſt Franciſcum ad hæc jura Vitelleſchus redierit; nullum extare locum Honuphrio evidens eſt, cujus ſanè nec acta Conſiſtorialia, nec libri Obligationum mentionem aliquam faciunt. *Luc.*

ne, ac rerum tractandarum ſolertia, quas pro Chriſtiana Republ. per xx annos adminiſtravit inſigni, fratres fratri benemerenti poſuere, vix. annos lxj. Obiit ann. M.D.LXXI. viii. Kal. Aprilis.

XXV. („ ALEXANDER *Card. Farneſius ſuperioris „ Alexandri, Pauli videlicet III. nepos, harum Eccleſiarum Adminiſtrator, & Commendatarias ſubſtitutus, ceſſit in favorem ſequentis.* Luc.)

XXVI 25. FERRANTES Farneſius, filius Petri Bertoldi, Juliæque Aquavivæ Lateræ Ducum, ex Alexandri Farneſij reſignatione, qui per id tempus hujus Eccleſiæ erat adminiſtrator, atque Commendatarias, adlectus eſt anno 1572. die 22. menſis Auguſti. Ferrantes verò inſecuto anno ad Parmenſem Eccleſiam translatus eſt, de quo ibi poſtea plura.

XXVII. 26. FRANCISCUS Guiniſius Parmenſis, Ferranti ſucceſſit 1573. 1. die ineuntis April. a Deceſſit autem 1578. („ *Guinuſius appellatur a Bordono in „ Theatro Eccleſ. Parmen. p. 172.* Mandoſ.)

a Auguſti.

XXVIII. 27. VINCENTIUS Fucherius, à Greg. XIII. ſublectus eſt die 29. menſis Junii 1578. Qui deinde ſaro ceſſit 1580. * Menſe Auguſto in Hiſpania dum Card. Riarium Greg. XIII. ad Philippum Regem Hiſpaniarum Legatū comitaretur, ibidem ſepultus.

* Ex Append. tom. 7.

XXIX 28. HIERONYMUS è Comitibus Bentivolis Eugubinus, b Montis Flaſconis, & Cornetanus Epiſcopus effectus eſt à Gregorio XIII. anno 1580. die 7. menſis Octobris; eamque Eccleſiam annis omnino 21. adminiſtravit, deceſſitque anno 1601. pridie idus Aprilis, „ ſenex propemodum effœtæ ætatis, literis probitateque venerabilis, ſepultuſque eſt in Montis Flaſconis maiori templo in marmoreo ſepulchro, cum ſequenti inſcriptione, quam in eiuſdem laudem Clerus procudendam curavit.

b De eo Jacobillus in Bibl. Umbr. p. 111. Armannus in hiſtoria Famil. Bentivol. l. 1. p. 135. Ego quoque in mea Bibl. Liguſtica, nondum edita. Mand.

D. O. M.

Hieronymo, ex Comitibus Bentivolis Eugubinis, huius Montis Flaſconenſis Eccleſiæ Epiſcopo vigilantiſſimo Latinè, Græcè, Hebraice erudito, doctrina, pietate, ſanctitate conſpicuo, qui hanc capellam Capitulari menſæ perpetuò uniri, & ſcuta 200. annua ad Sacriſtiæ manutentionem, & ornatum à ſummis Pontificibus applicari obtinuit. Vixit in Epiſcopatu ann. xxi. Obiit octuagenarius, pridie idus Aprilis M.DC.I. Capitulum, & Canonici eiuſdem Eccleſiæ B. M. P.

XXX. 29. PAULUS ÆMILIUS Zachias, ex Nobilibus de Vetiano Januenſis, tit. S. Marcelli Cardinalis, à Clemente VIII. Epiſcopus effectus eſt, anno 1601. die 4. menſis Maii. Parentes Zachias habuit Gaſparem, Veronicamque è Vetiano nobiles, ſummaque diligentia educatus, edoctuſque in bonis literis, ſe Romam tranſtulit, ubi eius virtute, probitateq; perſpecta, illum Clem. VIII. inter intimos ſuos Cubicularios cooptavit. Deinde ab eodem Signaturæ de Gratia, ut vocant, Auditor effectus eſt, Cameræq; Commiſſarius, mox etiam Prothonotarius Apoſtolicus, ex numero participantium, totque titulis inſignitum ad Hiſpaniarum Regem de rebus extraordinariis, graviſſimiſque eundem legavit. In quo quidem munere, cum ad mentem Clementis VIII. fuiſſet executus, inter Purpuratos Senatores, ſub tit. S. Marcelli adlectus eſt, ac Montis Flaſconis Epiſcopus in Lateranenſi Baſilica ab ipſo Pontifice conſecratus. Eccleſiam ſibi concreditam piè, ſanctèque adminiſtravit, interfuitque Comitiis, ubi XI. Leo, Pauluſque V. emerſerunt ad Sedem, quam probitati Zachiæ multi deſtinaſſe videbantur. Romæ deceſſit die 31. menſis Maij An. 1605. ætatis vero 51. ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Marcelli, cuius titulo fuerat inſignitus.

XXXI 30. LAUDIVIUS Zachias c germanus frater Cardinalis S. Marcelli, à Paulo V. in locum demortui fratris ſuffectus eſt anno 1605. die 17. menſis Auguſti. Qui cum in Pontificis negotiis, graviſſimiſque rebus parem attuliſſet dexteritatem, probitatemque, præcipuè autem in Veneta Legatione, ab Urbano VIII. Magiſter Aulæ effectus eſt, nec multò poſt ſub titulo S. Sixti Cardinalis anno 1626. Monte Flaſconenſem autem Eccleſiam rexit uſq; ad annum 1630. quam deinde in favorem Gaſparis Cecchinelli Rom. conſanguinei, renunciavit. Obiit Cardinalis Laudivius magna, incredibiliq; Aulæ expectatione anno 1637. Filiam ex aſſe hæredem inſtituit, quam ante Clericatū ex legitimo, iuſtoq; ſuſtulerat matrimonio.

c De hoc Oldoinus in Athen. Liguſt. & Cotthar. in ſyll. Advoc. Conſiſt. p. 125. Mand.

31. GASPAR Cecchinellus Romanus Monte Flaſconenſis, & Cornetanus Epiſcopus adlectus eſt ab Urbano VIII. anno 1630. die 22. menſis Aprilis. Adhuc ſuperſtes eſt, cuius, ne modo oneraremus modeſtiam, eiuſdem laudes enarrare negleximus. XXXII

ADDITIO.

„ *Trigintaſex annis hunc gregem ſuo cum illuſtraſſet „ fulgere, omnium mœrore deceſſit.* („ *Eius meminit Oldoinus in Athen. Liguſt. qui ritè animadvertit perperam dictū eſſe Romanū, cū Sarzanenſis eſſet.* Mand.)

„ PAULUTIUS *Card. Paulutius Albertonius ille, qui Clemente X. auſpicante in Familiam Alteriam „ adſcitus graviorem ut negotiorum molem ſuſtineret „ Romana Curia, Cardinalis Alterius nuncupatus deinde eſt, has ſedes obtinuit ab Alexandro VII. 29. „ Martii 1666. Sacrorum ſplendorem augere dum curat, „ fortuito incendio Montis Faliſci Cathedrale Templum abſumitur, cuius inſtaurationi anhelans opera „ Caroli Fontanæ præſtantiſſimi Architecti uſus multis „ millibus aureis erogatis magnificentiſſimo reſtituit, „ Tholo, vulgo Cupula, adeo elegantis forma ſuperinducto, ut poſt Vaticanum Roma ſpecioſiorem non efferat. „ Sed jam plurimis bonis, & Cathedralibus ſuis, & „ univerſa Diœceſi ditatis, Ravennenſi Archiepiſcopato auctus eſt 19. Maii 1670.* XXXIII.

„ DOMINICUS *de Maximis Patritius Romanus „ J.U.D. & Romanæ Aulæ præſtantiſſimum decus, ætatis ſuæ quadragenario maior ſacrorum Princeps in his „ declaratus Eccleſiis 17. Martii 1671. ſumma cum laude prudentia ſuam dum regit Eccleſiam charus omnibus, claruſque virtutibus morte importuna ſurripitur „ die 12. 1685. demortui cadaver ſepultum fuit poſt „ Aram Principem Cathedralis Eccleſiæ.* XXXIV

„ MARCUS ANTONIUS *Presbyter Card. Barbadicus Tit. S. Suſannæ Corcyrenſis Archiepiſcopus, „ abſolutus à vinculo Corcyrenſis Eccleſiæ Monteflaſconenſi, & Cornetanæ attributus eſt 7. Julii 1687. Hic „ Venetiis nobiliſſimo majorum germine ſatus, excelſæ „ indolis juvenis, & ſummæ expectationis, cum animum „ excoluiſſet dignioribus quibuſque diſciplinis, deſpecto „ quolibet gradu ſeculari, ut Deo propius inhæreret, „ Leviticæ Ordini adſcribi voluit. Ea igitur in claſſe „ tantæ religioſæ vitæ exemplo valuit, ut bonorum omniū „ plauſu ad Archiepiſcopatum Corcyrenſem Maris Jonii annum dum ageret 38. eum aſſumere maximè geſtiverit Innocentius XI. die 6. Junii 1678. quo in munere ſacri juris, & Eccleſiaſticæ purioris diſciplinæ obſervantiſſimus, noxiis curis præpeditus, aliquando tandem Romam tanquam ad tutiſſimum ſui aſylum advolavit. Ubi dum animi angore ex zelo ſui muneris excruciatur, in ſecunda Cardinalium promotione, nil tale omnino cogitans, & præter totius Curiæ opinionem, „ ſe inter Purpuratos Patres cooptatum ab eodem Pontifice Innocentio intellexit die 2. Septembris ann. 1686. „ His Eccleſiis additus trepidiora quæque intentat, „ ipſe forma gregis factus, ut oves ſibi commiſſæ à Chriſto Domino evulgatis Statutis conformentur. Juxta „ normam Concilii Tridentini ampliſſimum Seminarium aperuit. Interfuit Summorum Pontificum electioni, Alexandri videlicet VIII. Innocentii XII. & „ XI. Clementis.* Lucent.) XXXV.

(*Demum obiit in Reſidentia 26. Maii an. 1706.*

„ SEBASTIANUS *Pompilius Bonaventura ex „ Epiſcopatu Eugubino translatus eſt ad Eccleſias prædictas die 15. Novembris 1706.)* XXXVI.

Digitized by Google

MONTIS ILCINENSES EPISCOPI.

a Pro baculo Paſtorali ilicem arborem reponendum admonet in hoc ſtemmate Auctor in App. t. 8.

a 

ILcinum Civitas ſupra celſiſſimum collem extulit faſtigium, nulla alia re nobilis magis, quam quod Patrum noſtrorum memoria, pro inexpugnabili arce fuerit iis, qui illuc ſe contulerant, jam jam expirantis Senenſis libertatis jura defenſuri. Conſtat à condita Chriſtiana ſalute poſt plura ſecula fuiſſe ædificatam * ex ruinis antiquæ Roſellæ civitatis à Barbaris ſolo æquatæ, ut refert Dominicus Cerettus Montis Ilcinenſis in ſua Chronica. Atque à Pio II. Senenſi Romano Pontifice, tum Epiſcopalem dignitatem, tum civitatis honorificum tuliſſe cognomen, junctamque prius fuiſſe Pientinæ Eccleſiæ, atque Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectam, quæ ipſa jura adhuc mordicus retinere videtur, tametſi in cauſarum appellationibus Archiepiſcopi Senenſis abitrium reveſeatur. *Cæterùm* (inquit Pius II. in bulla erectionis Eccleſiæ Ilcinenſis, & Pientinæ in Cathedrales ſub datum Pientiæ an. 1462. Idus Auguſti Pontif. 4.) *cupientes ipſas Eccleſias ſingulari beneficio decorari, eas, & earum Præſulem pro tempore exiſtentem cum Capitulis, Clero, Populis, Civitatibus, Oppidis, ſeu Caſtris, ſeu Villis prædictis, ac totis illarum Diœceſibus ab omni juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, dominio, & poteſtate Archiepiſcopi Senenſis pro tempore exiſtentis, ejuſque officialium, ac aliorum quorumcumque Ordinariorum Judicum, motu, authoritate, & ſcientia ſupradictis in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, ac ſub noſtra, & B. Petri, ac Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, dictas Eccleſias, & earum Præſulem Romanæ Eccleſiæ nullo medio decernimus ſubjacere. Ita tamen quod ſi quis in cauſa ab Epiſcopo Pientino, & Ilcinenſi, ejus officialibus ad Archiepiſcopum Senenſem prædictum, ſeu Metropolitanam Curiam pro tempore appellare voluerit, liceat eis id libere facere, ipſique Archiepiſcopo Senenſi, ſeu ejus officialibus, vel delegatis ab eo hujuſmodi appellationum cauſas cognoſcere, & definire, ita, & quodam modo alias cauſas appellationum à ſuis ſuffraganeis interpoſitarum cognoſcunt. Liceatque etiam ipſi Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti cum per Pientinam, vel Ilcinenſem Civitates, ac Diœceſes iter faciet, præ ſe crucem portare facere, ſicut in locis ſuæ provinciæ portare facere conſuevit. In reliquis verò nullam ordinariam juriſdictionem in Epiſcopatu Pientino, & Ilcinenſi, aut eorū ſubditos valeat quomodolibet exercere. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c.* Integrum hujus erectionis diploma habes infra in Pientinis Epiſcopis. In noviter verò erectæ Ilcinenſis Eccleſiæ Diœceſim, ditionemque ceſſit nobile, atque olim opulentiſſimum S. Anthimi cœnobium Ordinis S. Benedicti, oppidaque, quibus ejus Monaſterii Abbas pleno jure leges ſcribebat, cum aliis tum Cluſinæ, tum Aretinæ ditionis, quæ Pius eidem Eccleſiæ Ilcinenſi juſſit accedere *. Præſtat hic exhibere tum Henrici III. Imp. diploma, tum Anaſtaſii IV. Papæ privilegium hujus celeberrimæ Abbatiæ à Carolo Magno olim ædificatæ, in quibus major pars hujus Diœceſis deſignatur, quorum exemplar ab authographo deſumpſit, nobiſque pro ſua humanitate idem commu-

Ex App. tom. 4.

* Ex App. t. 1.

A nicavit Sergardus Epiſcopus antiquitatum ſtudioſus, doctuſque vir.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Si ſancta, & venerabilia nuper in motibus pravorum hominum dilaniata reſtauramus, participes nos fieri mercedis eorum, qui ea Deo voverunt, nullatenus dubitamus. Quapropter omnium fidelium S. Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, qualiter D. Teuzo Ven. Abbas Monaſterii BB. Martyrum Chriſti Anthimi, & Sebaſtiani, quod à bonæ mem. Carolo Imperatore conſtructum eſt in Comitatu Cluſino, loco, qui dicitur Vallis ſtarcia, noſtris præſentavit obtutibus Prædeceſſorum noſtrorum præcepta, Regum videlicet, & Imperatorum Caroli, Ludovici & Lotharii, & trium Othonum, petens, & ſupplicans, quatenus ea omnia inviolata ſtatuere, & corroborare noſtra præceptali authoritate dignaremur. Cujus precibus annuentes pro noſtræ remedio animæ univerſa, quæ jam dicto venerabili loco à quibuſcunque hominibus devotè ſoluta fuerunt, concedimus, confirmamus, & corroboramus. Id ſuit
B *Curte S. Mariæ, qui dicitur Mater Eccleſia, cum plebibus S. Salvatoris, & S. Joannis Baptiſtæ, & S. Chriſtinæ in Caio, & S. Marci cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ in Suble, & S. Georgii, & S. Petri in Greta, & Adrina, & Cipolonam, & Cignanum, cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, Eccleſiam S. Deſiderii intra Civitatem Senarum, & S. Hadriani in Larciano, & S. Juſtum in Guiſrigena, S. Laurentium in Corno, S. Stephanum in Mōte cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, S. Petrum in Monticellum in Comitatu Florentino, & S. Petrum in Burita, Curte de Vall Fabricæ, & Turrita, & Eccleſiam S. Joannis in Piſcaria, Anguillaria de Mortaria cum Barcariis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ in Arcione, S. Petrum in Vinciano, & triginta ſalmas in campo Albimano, & Eccleſiam S. Severæ, Terram, quæ nuncupatur Pereto, & Olveto, caſale juxta fluvium Orſa, Corte de Arena, S. Jacobum in Piſa cum omnibus ſuis pertinentiis, Corte de Cellena, & Lavinum cum Eccleſiis, & Caſtello cum una parte de Monte uſque ad cacumen ipſius, Caſtra etiam de Avignone cum omnibus ſuis pertinentiis, & adjacentiis, Caſtrum ſuper Sartu-*
C *rianellum in Comitatu Senen. integrum cum medietate ad eum pertinentium, Monaſterium quoque S. Thomæ Apoſtoli, Tajo Abbas conſtruxit in finibus Piſtorienſibus. Confirmamus etiam eidem ven. loco ſecundum quod ſenior III. Otto bo. mem. Imperator Auguſtus, & Hugo Marchio ordinaverunt, ea videlicet ratione ut Abbas, qui pro tempore fuerit, habeat poteſtatem ordinandi Monachos, & ipſum locum, prout ei opportunè viſum fuerit. Confirmamus, atque Imperiali authoritate corroboramus prædictæ Eccleſiæ omnem hæreditatem Ugonis de Seiſcano, quæ illi provenerat ex parte genitoris, & genitricis ſuæ. Confirmamus ſimiliter præfato Monaſterio omnem hæreditatem Corbulini filii bo. mem. Mariæ, quæ data eſt prædictæ Eccleſiæ. Eccleſiam quoque S. Blaſii de Cornieto. Hæc omnia ſupraſcripta confirmamus prænominato cœnobio, ſicut continentur in præceptis anteceſſorum noſtrorum, & in hoc noſtro ſunt augmentata, videlicet cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, cum plebibus Cortibus, Cellulis, Caſtris, Domibus, Ædificiis, Servis, Ancillis, Aldiis, Aldiabus, & familiis utriuſque ſexus, libellariis, precariis, cartulariis, maſſaritiis, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, venationibus,*
D *montibus, alpibus, vallibus, planitiebus, ſalcetis, olivetis, cānetis, molendinis, cultis, & incultis. Confirmamus etiā eidē præfato cœnobio, decimas, & primitias de ſuis hominibus ſecundum privilegia Apoſtolicorum Romanæ ſedis, & præcepta prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum. Confirmamus quoque, ut eidem venerabili Monaſterio quinque Advocationes liceat habere. Illis autem adjungimus 12 liberos homines, cū quibus vel prælibati Monaſterii Sacramenti acquirant, & defendant, ut nullum tortum mali adiiciant. Præcipientes inſuper jubemus, ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſcio, nullaque Imperii noſtri magna parvaque perſona prædictum ven. Abbatem, vel ejus ſucceſſores, aut Monachos ibidem Deo famulantes, de prænominatis Cortibus, & Decimis, primitiis, vel familiis utriuſque ſexus, ſeu de omnibus ſupradictis rebus, inquietare, aut moleſtare, ſive diſveſtire ſine legali judicio temerario auſu præſumat. Aut teloneum, ſive aliquam publicam functionem ab eis exigat, nullumq; fodrum, vel cenſum, aut peratam perſolvere cogan-*

tur.

tur. Item liceat illi ſub noſtra tuitione, & defenſione quiete, & pacifico vivere, & Deo in tranquillitate devotè ſervire, ut pro nobis, noſtriq; Imperii ſtatu, atque pro omnibus fidelibus poſſint exorare remota omnium hominum moleſtatione, & contradictione. Cumque Paſtorem ipſius loci Deus ad ſe migrare juſſerit, nullus extraneus Monachus ipſam S. Congregationẽ aggredi præſumat, ſed liceat unum ex ipſis eligere, & ipſe ordinet, ſitque Abbas inter eos. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis præceptum infringere, vel violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri obrizi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Abbati, aut ejus ſucceſſoribus, quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur ab hominibus, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum D. Henrici III. Regis Invictiſſimi, ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti R. Archicancellarius Vice Ermanni Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Loco ſigni. Ego Mattheus Ordinarius Judex Imperatoris, ac Notarius Francus hujus Authenticum privilegii vidi, legi, nihil addens, nihilque diminuens dicti Imperatoris ſigilli munimine roboratum ſcripſi, exemplavi, & in publicam formam redegi abſque vitio, & alia abraſura.

Loco ſigni. Ego Morandus Judex, ac Notarius Authenticum hujus privilegii vidi, legi, & auſcultavi, non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, & de hoc me teſtem ſubſcribo.

Loco ſigni. Ego Ingilbertus à D. Imperatore ordinarius Judex, & Notarius Authenticum hujus privilegii vidi, legi, & auſcultavi, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua parte corporis vitiatum, & de hoc me teſtem ſubſcribo.

Actum xvi. Cal. Auguſti, Ind. IV. anno Dom. Incarn. MLI. anno autem D. Henrici III. Regis ſecundi Imperatoris ordinationis ejus xxiv. Regni vero xiij. Imperii quinto.

Anaſtaſii diploma eſt hujuſmodi.

ANASTASIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Guidoni Abbati Monaſterii S. Anthimi, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

CUm omnibus Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis debitores ex injuncto nobis e Deo Apoſtolatus officio exiſtamus, illis tamen propenſiori ſtudio nos convenit imminere, quæ ex antiqua inſtitutione ad jus, & proprietatem B. Petri ſpectare noſcuntur. Ea propter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Innocentii veſtigiis inhærentes Monaſterium B. Anthimi, cui Deo authore præeſſe digneſceris, Apoſtolicæ ſedis privilegio præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes, ut quæcunque bona, quaſcunque poſſeſſiones in præſentiarum idem Monaſterium juſte, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, procurante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata ſerventur. Ut autem juxta normam veſtræ profeſſionis divinis obſequiis liberius vacare poſſitis, ſimili modo ſancimus, ut cujuslibet Eccleſiæ ſacerdotis nullam juriſdictionem, nullam poteſtatem, aut authoritatem, excepto dumtaxat Romano Pontifice, in veſtro Monaſterio liceat vindicare. Adeo quidem ut niſi ab Abbate ejuſdem Monaſterii fuerit invitatus, nec etiam Miſſarum ſolemnia ibidem audeat celebrare. Interdicimus etiam, ut nulli Epiſcopo licentia pateat ſacerdotes ejuſdem cœnobii Monachos, ſive Canonicos diſtringere, vel excommunicare, aut divinum eis officium prohibere. Quos etiam ab omni Pontificali ſynodo liberos, & abſolutos manere decernimus. Porro locum ipſum ab omni jugo quarumlibet poteſtatum, tam Epiſcoporum, quam Marchionum, Comitum quoque, & Vicecomitum, Caſtaldionum, cæterorumque Longobardorum omnium volumus eſſe quietum, nulluſque eorum in poſſeſſionibus præfato cœnobio pertinentibus, judicium aliquod, placitumve tenere, aut diſtrictionem facere, qualibet occaſione præſumat, ſed potius tam hæc, quam alia, quæ ad jus ejuſdem Monaſterii ſpectare noſcuntur, in tua, & ſucceſſorum tuorum libera poteſtate, & diſpoſitione conſiſtant. Concedimus inſuper eidem venerabili loco decimationes, atque primitias de ſuis omnibus, ſive de præceptalibus, ſive de aliis, quæ jam ſunt ipſi Monaſterio acquiſita, ſeu in antea, Deo propitio acquirenda. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti auxilium prævideriut eligendum. Electus autem à Romano Pontifice conſecretur; Chriſma ſanè, Oleum ſanctum, Conſecrationes altarium, vel Baſilicarum, Ordinationes etiam Presbyterorum, Diaconorum, aut aliorum, tam de Monachis, quam de Canonicis, qui ad ſacros gradus fuerint promovendi, ſive à ſede Apoſtolica, ſive ab aliquo Catholico ſuſcipietis Epiſcopo, qui rerum fultus authoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Et ſi aliquando quempiam de noſtris Epiſcopis, ſive de aliis, prout nobis congruentius viſum fuerit ad ſacrum miniſterium celebrandam, vel conſecrationem aliquam exhibendam invitare ad veſtrum Monaſterium volueritis, abſque alicujus contradictione id ipſum faciendi habeatis omnimodam facultatem. Ad hæc adjicientes ſtatuimus, ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Joannis, ſeu etiam in aliis Eccleſiis veſtro Monaſterio pertinentibus, ſi id neceſſitas exegerit, baptiſmus debeat celebrari, quemadmodum prædeceſſorum noſtrorum Joannis XV. Joannis XIII. Benedicti, Stephani VII. Sergii. Hadriani, & aliorum Romanorum Pontificum ſanctionibus noſcitur inſtitutum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit veſtrum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Si qua igitur eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud ſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Dat. Romæ, apud S. Mariam Rotundam per manus Rolandi S.R.E. presb. Card. & Cancell. 11. Kal. Novemb. Incarn. Dom. anno M.C.LIII. Pontif. vero D. Anaſtaſii Papæ IV. anno 1.

Ilcinenſis autem Eccleſia modo Pientinæ Eccleſiæ conjuncta fuit, modo disjuncta, donec an. 1600. ex toto diſſociata proprium Paſtorem accepit. Series illorum Præſulum, qui Ilcinenſi Eccleſiæ divinum jus dixerunt, ſequens eſt.

ADDITIO.

(,, ILCINUS *Mons Etruriæ inter Senas, & Montem Tunniatum extans ab Umbrone Regiu fluvio, & ejuſdem nominis Torrente, quorum undis ejus perfunduntur radices, Mons Umbronus antiquitùs dictus. Is locus multis jam ſeculis ante Dominicum Natalem ædificiis munitus, & incolis refertus erat, ad eumque tanquam ad certiſſimum aſylum confugere Romani à profligantibus Gallis propè Cluſium Caji Attilii Conſulatu excurrente, ut Livius lib. 10. decade 1. & Polybius Hiſtor. l. 2 indicant; referentes confugium Romanorum factum in quemdam tumulum altum: & hic ſanè Mons fuit, utpotè via finitimus, & natura hoſtibus inacceſſus, de quo videantur Antoninus de fragmentis Viæ Caſſiæ: & Cato in fragmentis de Originibus. Antiquiſſimæ ædes, & locus inibi exiſtens, Caſtrũ Vetus, nuncupatus, undequaque Umbra, & Umbroſi, Umbrono Monti alludentes, nomina retinent. Temporum ſucceſſu ad melius omen, nomen vertit Montis Umbronis in Montem Lucis, quo nomine claruiſſe deinde habetur ex plurimis antiquis monimẽtis, & apud Ughell. t. 3. in Archiep. Senenſibus n. 22. ann. 800. in Diplomate Ludovici Pii. Nec Lucis nomen diu illuxit huic Monti; nam ex corruptela Vocum Mons Lu-*

,, *cinus, Mons Ilcinus, & Mons Alcinus vocitatus in po-* A
,, *ſterius eſt. Longobardi Montem hunc eo tempore, quo*
,, *Italiam oppleverunt, incoluerunt, & ampliarunt per to-*
,, *tam Parochiam S. Laurentii. Mox Franci ſub Carolo*
,, *Magno, ipſoque Carolus illuc pervenere, locum nobili-*
,, *tando perſenis, & ædificiis per totas Parochias S. Æ-*
,, *gidii, & S. Margaritæ: demum acceſſere proximi Ro-*
,, *ſellani, qui per Parochiam S. Salvatoris inhabitando,*
,, *novum incrementum addidere, & hinc plurimi hallu-*
,, *cinati, putarunt Ruſellanos hujus loci conditores fuiſſe.*
,, *Ilcinea Civitatis vetuſtatem comprobant varia Eth-*
,, *nicorum ſepulchra cum ſuis inſcriptionibus, ex ære nu-*
,, *miſmata vetuſtiſſima, oſſa defunctorum gigantea, ſimu-*
,, *lachra multa gentilitiæ ſuperſtitionis: & traditio eſt*
,, *Eccleſiam S. Luciæ Caſtri Veteris Templum olim*
,, *fuiſſe Martis. In ſuburbiis viſitur Eccleſia S. Mariæ,*
,, *cujus antiquior Titulus erat S. Matris Eccleſia. Et*
,, *traditio item eſt, eam ab Apoſtolo Petro dicatam, vel*
,, *ſanè ex Idolorum delubro tranſiiſſe in veri Dei Tem-*
,, *plum: hic fama eſt S. Apoſtolorum Principem aliquan-*
,, *diu manſiſſe, & ex Vicino Balneo plures S. Baptiſma-* B
,, *tis undis perluſtraſſe. Hinc Ilcinenſium gloria, jam ab*
,, *ipſis primordiis Evangelii lucem inſpexiſſe. Paruere*
,, *diu in ſacris Aretino Epiſcopo, deinde jus omne tem-*
,, *porale & ſpirituale tranſlatum fuit in Abbatem S.*
,, *Anthimi Ord. S. Benedicti, cujus Cœnobium in fini-*
,, *bus Ilcinenſibus à Carolo Magno ſumptuosè conſtru-*
,, *ctum invidioſis opibus ditatum fuerat, ſuperaddito ipſi*
,, *Abbati cum plurimis juribus Principis Imperii Titu-*
,, *lo. S. hujus Anthimi Monaſticus locus clarum olim*
,, *fuiſſe receſſu S. Donati Aretini Epiſcopi Tyrannorum*
,, *perſecutionem declinantis, ibique ſecum Anthimum*
,, *habuiſſe Diaconum ſuum, qui poſtea Presbyter Ordi-*
,, *natus, & ipſe Martyr occubuit, inquiunt Ilcinenſes, ea-*
,, *que feruntur in eum Veneratione, ut pro tutelari colant*
,, *Civitatis, & univerſæ Diœceſis. Hunc igitur locum*
,, *Pius II. in Civitatem erexit, & Epiſcopali dignitate*
,, *ornavit ſoli Apoſtolicæ Sedi obtemperaturam, ſerva-*
,, *to jure appellationum cauſarum ad Archiepiſcopum*
,, *Senenſem, tanquam ad hoc ſpecialiter Delegatum Se-*
,, *dis Apoſtolicæ. In hujus novæ Eccleſiæ ditionem ceſſit* C
,, *S. Anthimi nobilis Abbatia cum omnibus ſuis juri-*
,, *bus, & pertinentiis. Cathedrale Templum inſtitutum*
,, *fuit illud S. Salvatoris veteris, & mediocris ſtructuræ,*
,, *Jovi olim Servatori, ob ſervatos Romanos in fuga e-*
,, *narrata, nuncupatum. Cathedralis hujus divina per-*
,, *ſolvunt 4. Dignitates, quarum major poſt Pontificalem*
,, *eſt Archidiaconatus, 11. Canonici omnes congruam*
,, *habentes, & ultra prædictos alii Presbyteri, & Clerici*
,, *inferiores, caret utraque præbenda, & Seminario. Cu-*
,, *ra animarum exercetur in Cathedrali per Archidia-*
,, *conum, & præter hanc 4. aliæ numerantur Parochiæ,*
,, *Virorum Cœnobia duo, unum Monialium, Hoſpitale,*
,, *& Mons Pietatis, & Domus pro Epiſcopo parum ab*
,, *Eccleſia diſtans. Animæ Civitatis ſunt circiter 4. mil-*
,, *le: Diœceſis ad 15. mille paſſus ſe extendit, & habet ſub*
,, *ſe 12. loca. Taxa Rom. Cancell. eſt flor. 50. verus valor*
,, *700. ſcutorum. Erectio Epiſcopatus Ilcinenſis à prima-*
,, *va ſui inſtitutione ſimul fuit cum unione Pientini an.*
,, *1462. idibus Auguſti ſub datum Pientiæ, quo ſe contu-*
,, *lerat tunc temporis Pius II. aliquandiu manſere uniti,* D
,, *poſtmodum ſejunctim qualibet Civitas proprio lætata*
,, *eſt Paſtore. Et hæc de Ilcina ſede, & Civitate luculen-*
,, *tius ſcripſimus tum ad loci antiquiorem originem vin-*
,, *dicandam, tum ad hujus Eccleſiæ ſtatum repræſentan-*
,, *dum.* Lucent.)

I. 1. JOANNES Chinugius nobilis Senenſis, (a) paulò ante Epiſcopus Cluſinus, Pio II. mandante ad Ilcinenſem, & Pientinam Eccleſias tranſlatus eſt anno 1461 a 7. die men. Octobr. E vivis exemptus eſt 1470.

a 1462. ex Ughello in Comp. Senen pte. p. 173. ubi de eo plura. Mand.

II. 2. THOMAS de Teſta Piccolomineus nobilis Senenſis, Soanæ antea Epiſcopus, à Paulo II. ad has Eccleſias tranſlatus eſt ann. 1470. pridie idus Novembris. Senis deceſſit; ſepultus eſt in Metropolitana Eccleſia 1482. Epitaph. habes inſta in Pientinos Epiſc.

III. 3. AUGUSTINUS Patritius nobilis Senenſis, Papæ Cæremoniarum Magiſter, electus Epiſcopus 1483. literatura valuit, pluraque ſcripſit ad Eccleſiaſticos ritus, cæremoniaſque ſpectantia. (,, *Romæ obiit* ,, *anno* 1496.)

IV. 4. FRANCISCUS Card. Piccolomineus, Archiepiſcopus Senenſis, has Eccleſias ſuſcepit regendas, defuncto Auguſtino, anno 1496. deinceps munere libens, volenſque ſub Alexandro VI abivit 1498. Fuit inde ſūmus Eccleſiæ Pont. ſub nomine Pii III.

V. 5. HIERONYMUS Piccolomineus Jacobi filius Senenſis adlectus eſt Epiſcopus die 14. Martii 1498. ſedit ad ann. uſque 1510 b. Deceſſit verò 1520.

b Quo abdicavit.



VI. 6. HIERONYMUS Piccolomineus Senenſis Bonſignorii filius Hieronymo ſucceſſit 1510. die 9 c. Decembris. Hujus conſenſu, rogatuque Clemens VII. Ilcinenſem à Pientina diſjunxit Eccleſiam, Pientinam in Alexandrum Hieronymi nepotem refudit anno 1528. 29. Novembris, ea tamen conditione, ut uter prius abiiſſet è vivis, iterum in antiquum fœdus coirent, quod ex deceſſu Hieronymi evenit 1535. Cæterùm Hieronymus varia nobilium artium ſupellectili mirificè exornatus erat, interfuitque Lateranenſi Concilio, ad commune commodum Eccleſiæ inter doctos ſententiam laturus. Geſſit Hieronymus in ſcuto gentilitio, præter crucem cæruleam quinque aureis lunis exornatam, Imperialem Aquilam nigram in campo argenteo.

c 30.

VII. 7. ALEXANDER Piccolomineus, Jo: Baptiſtæ filius, Hieronymi ſuperioris nepos, Epiſcopus Pientinus, poſt mortem patrui 1535. Ilcinenſem, Pientinamque ſimul junctas Eccleſias adminiſtravit, donec iterum annuente Pontifice, ſejunctæ, altera Alexandro, Ilcinenſis verò Franciſco Mariæ fratri obvenit an. 1554. Alexandrum autem omni exceptione majorem Philoſophum (1), varia ingenii, quæ reliquit, monumenta teſtantur. Mortalitatem explevit 1563.

VIII. 8. FRANCISCUS MARIA Piccolomineus, Alexandri germanus frater, Ilcinenſi tantum Epiſcopatu nobilitatus eſt anno 1554. poſtque fratris deceſſu d, utroque ſacerdotio auctus, diuque ſuperſtes, Senis demum defunctus eſt 1599. ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum. Quo defuncto, Clemens VIII. decreto perpetuo valituro Eccleſias illas ſejunxit e, voluitque proprios paſtores, ac ſeorſum jus dicere.

d An. 1563.
e An. 1609.

IX. 9. CAMILLUS Burgheſius nobilis Senenſis Petri Mariæ filius, Paulo V. Pont. Max. propior affinis, Epiſcopus tunc Caſtri Provinciæ Hydruntinæ, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1600. die 24 menſis Januarii. Inde verò 1607 f. ſub eodem Paulo V. ad Archiepiſcopalem ſedem Senenſem evectus eſt; ex cujus tranſlatione Ilcinenſis adminiſtranda Card. Taruſio obvenit (2) tametſi brevi ei oneri ſe ſubduxerit.

f 14. Jun.

X. 10. MARIUS Coſſus Senenſis ex nobiliſſima Coſſa gente Neapolitana originem trahens, vir planè doctus, ac eruditus, ex Canonico, ac Generali Vicario Metropolitanæ Eccleſiæ Senen. (3) hunc obtinuit Epiſcopatum 1607. die 24. Januarii. Hanc Eccleſiam, applaudentibus cunctis, conſultiſſimè adminiſtravit, cumque eo Ilcini defuncto nobiliſſima Coſſa gens Senis extincta eſt. Tumulo ejus in Cathedrali

ſive

(1) Non iſte, ſed alter fuit Piccolomineus Alexander, Patracenſis Archiepiſcopus, magni nominis Philoſophus. Alexander verò noſter pluribus Trid. Concilii ſeſſionibus interfuit. *Luc.*
(2) Sed cum Marius hanc ſedem obtinuerit eodem die, quo ad Senenſem tranſlatus eſt Camillus, nullus locus dari poteſt adminiſtrationi hujus Eccleſiæ, quæ dicitur ab Ughello demandata Card. Taruſio. *Luc.*
(3) Non fuit Vicarius Eccleſ. Senen. ſed eo in munere ſuam operam præſtitit Card. Bellarmino in regimine Capuani Archiepiſcopatus. *Luc.*

ſive elogium, ſive epitaphium legitur inſculptom in marmorea tabula, ſub ejus gentilitia ſtemmata.



D. O. M. S.
Marius Coſſus patritius Senenſis
Præſul Ilcinenſis ix. vigilant. jurisprudentia admirandus, ſanctimonia venerabilis, avita gloria clariſſimus, mortalis obiit, immortalis abiit Anno MDCXIX. ætatis ſuæ lxv. Epiſc. xi. ſuaque oſſa in hoc anguſto Fano
B. E. S. P.

Sub Sarcophago verò.

Aequa Aequat Aequo
Ave æternum, ave lumen,
& columen.
ſit tibi terra levis.

XI. 11. HIPPOLYTUS *a* Burgheſius Burgheſii filius Senenſis, Monachus, ac Generalis Abbas Montis Oliveti, hujus Eccleſiæ Epiſcopus delectus eſt die 26. Martii 1619. anoo verò 1636. ad Pieotinam Eccleſiã translatus eſt, ubi & paulò poſt extrema clauſit.

a Lucentius hunc vocat Hieronymum (?) ... Ughellus loco citato.

XII. 12. SCIPIO Tancredus Octavii filius nobilis Senenſis, Epiſcopus Soanenſis, huc translatus eſt 1637. die 2. Martii, ubi extrema clauſit die 13. Aprilis 1641. Ejus cadaver Senas relatũ in Eccleſia S. Dominici in Patrum ſuorum ſepulchro reconditũ fuit.

XIII. 13. ALEXANDER Sergadus *b*, nobilis Senenſis, Julii, & Auguſtæ Allegrettæ filius, Prothonotarius Apoſtolicus, Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, diuque Senarum Archiepiſcopi Generalis Vicarius, Ilcinenſis Eccleſiæ Epiſcopus electus eſt die 21. Octobris 1641. vir doctus, & ſummæ prudentiæ, cujus exaggeratas virtutes enarrabit poſteritas, quando nobis ſcribentibus affectatæ adulationis timor, ac verecundia ſilentium videntur indicere. At vero apud Senenſes ex hac nobili, vetuſtaque Sergarda gente, inter cæteros toga illuſtres viros recenſentur Philippus ille Joannis, ex Franciſca Foſcarania filius, Archiepiſcopus in Partibus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Nunciuſq; Apoſtolicus pro Alexandro VI. Pontif. Max. in Germania apud Maximilianum I. Imperatorem ibidem defunctus; Philippus ejuſdem nepos, Nicolai viri clariſſimi, & Petræ de Vecchiis vetuſtæ nobilitatis fœminæ filius, Iulii II. à Secretis, qui maxima omnium expectatione cum vixiſſet, Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Decanus, Romæ mortalitatem explevit, Hieronymus inſigni Cœnobii S. Galgani Abbas, & Achilles Maſſanæ Eccleſiæ Epiſcopus, Alexandri noſtri patruus, de quo infra. („ *Alexander germanum fratrem habuit Achillem Bajulum militaris ordinis D. Stephani. & Generalem Maris Præfectum pro Sereniſs. Etruriæ Magno Duce, apud quem ſumma ſemper æſtimationis extitit. Obiit Alexander 1649. menſe Aprile. Sepelitur in ſua Cathedrali. Cæterum Sergarda gens Senenſis, ex nobiliſſima Sergarda gente Ilcinenſi ortum ducit, quæ Senas cum aliis deinde nobilioribus Ilcini montis familiis translata, Ilcinenſem antiquum decorem ubique comprobat*. Luc.)

b De hac item Ughellius in Pompeis Senen. p. 2.

XIV. 14. * ANTONIUS Bichius, Senenſis, Firmaoi filius, Fabii Ghiſii Cardinalis *c* ex ſorore nepos, ex Internuncio Pontificio Coloniæ, poſt trium annorum ſpatium à morte Sergardi renunciatus eſt Epiſcopus an. 1652. menſe Decembris* die 11. translatus eſt ad Auximanam Eccleſiam ab Alexandro VII. Pontif. Max. die 26. Octobr. 1656.

* Ex App. tom. 5.

c Poſtea Alexandri VII. Pontif.

* Ex App. tom. 7.

15. LAURENTIUS Martinozus, nobilis Senenſis, ex Monacho Ord. S. Benedicti adlectus eſt Epiſcopus ab Alexandro VII. Pont. Max. die 16. Octob. 1656. XV.

ADDITIO.

(„ *Obiit 1665. ſepelitur in Cathedrali quinquagenario major*.

„ *FABIUS de Vecchiis nob. Senenſis, J.U.D. Metropolitanæ Senenſis Eccleſiæ Canonicus, & olim Vicarius Generalis Cluſini Epiſcopi conſanguinei ſui, huic Ovili præficitur 14. Jan. 1664. Epiſcopale Palatium ampliavit, rurales etiam Ædes pro Epiſcoporum levamine à noxiis curis addidit. In ſuam Cathedralem inſignes reliquias invexit, Caput S. Julii Romani Senatoris, & Martyris, & Victoriæ Virginis item & Martyris. Demum impetrata Paſtoralis ſarcinæ dimiſſione omnium luctu receſſit an.* 1688. XVI.

„ ROMUALDUS *Tancredi, nobilis Senenſis Ord. S. Benedicti ad normam Congregationis Olivetanæ Monaſticam Vitam profeſſus eſt. Exactis humanis, ſacriſque ſtudiis, pluribuſque adhibitus in muniis ſuæ Religionis, talem virtutum ſplendorem prætulit, ut inde illectus Magnus Etruriæ Dux eum Summo Pontifici pro Ilcinenſi Ovile moderando inter cæteros propoſuerit, quem delegit Romanus Antiſtes 9. Aug.* 1688. *ætatis annum agentem 51. De Ilcinenſi ſpecula Divinum dum meditatur Numen, ſuumque tuetur Populum bonus Paſtor, multa agit, pluraque parat ſuæ Eccleſiæ maximè profutura, morte ſurripitur.* XVII.

„ JOSEPH MARIA *Borgognini I.V.D. & Canonicus Pœnitentiarius Metropolitanæ Senenſis ad Ilcinenſem Cathedram ſubvectus eſt 28. Nov.* 1695. Lucentius.) XVIII.

MONTIS PELUSII
EPISCOPI.



CIVITAS Montis Peluſii ſituata eſt in Provincia Baſilicatæ, pertinetque ad Neapolitanum Regnum *d*: cujus Eccleſia immediatè ſubiicitur S. Apoſtolicæ ſedi, eximiturque ab omni alio jure, tametſi ſituata ſit in provincia Acheruntini Archiepiſcopatus. Civilibus motibus ornata eſt, atque ad 5. millia mortalium alit. Jam inde à primis temporibus cum Adrienſi Eccleſia conjuncta erat (1). potitaque eſt Epiſcopali dignitate circa annum Domini 1463. cujus etiam titulo Adrienſis Epiſcopus nobilitabatur; donec Sixtus IV. utramque disjunxit, Peluſianamque Eccleſiam in libertatem aſſertam S. Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjecit. Cathedralis ſanctiſſimæ Deiparæ Virgini *e* dedicata eſt. Sex dignitatibus fulget, Archidiaconatu, Archipresbyteratu, cui ipſius Cathedralis cura animarum incumbit tanquam Parochialis Eccleſiæ, Cantoratu, Primiceriatu, Theſauratu, Cruce-

d Sub dominio ut ... Il... Merchionis.

e in Cœlum Aſſumptæ.

(1) Montis Peluſii Civitas jam inde à primis temporibus Epiſcopali fulgebat dignitate, ut nobis produnt jam antiquiora Concilia, atque inter Acheruntini Epiſcopatus ſuffraganeos recenſebatur, ut ex Diplomate Alexandri II. ad Arnoldum primum Acheruntinum Archiepiſcopum. Dignitatem amiſit Calixto II. ſedente, cum Acheruntinus Archipræſul propria auctoritate eam illi ademerit, univeritque Tricaricenſi. Cæterum Calixtus cum illac pertranſiret, exoratus à Peluſieno populo, ut Pontificiam dignitatem per ſummam injuriam ſublatam eis reſtituere dignaretur, annuit, reſtituitque cum Diplomate an. 1123. 14. Septembr. Leonemque Abbatem ex Ord. S. Benedicti Epiſcopum adlegit, & ipſe conſecravit, atque immediatè juris S. Romanæ ſedis decrevit eſſe voluit. Quare ex hoc Calixti documento hucuſque in Bibliotheca Beneventana aſſervato, clarè conſtat, quam mendoſe ſcriptum ſit à pleriſque, Epiſcopatum hunc initium habuiſſe circa an. 1413. vel 63. & cum Adrienſi Eccleſia univiſſe, donec Sixtus IV. illos diſſociavit: quod accidiſſe ſub IV. Eugenio an. 1445. refert liber Taxarum. Luc.)

ceriatu, cum 12. Canonicis, Præbendaque Theologali *a*. Nullam Diœceſim habet, Epiſcopique juriſdictio haud ultra muros Civitatis extenditur, ubi Epiſcopale palatium prope Cathedralem exurgit; unicum tantùm Monialium monaſterium ibi eſt, tria verò religioſorum Cœnobia, S. Franciſci ſcilicet, S. Auguſtini, & Capuccinorum *b*, duæ laicorum ſodalitates, cum unico Xenodochio. Cenſus hujus Eccleſiæ ſunt ad mille eſcutata pondere illius Provinciæ: taxa illius eſt in lib. Cancellariæ 66. florenorum. Epiſcopi, qui hanc Eccleſiam aliquando adminiſtrarunt, ſequentes ſunt, quos ex actibus conſiſtorialibus ex fide deſumpſimus.

a Et Pœnitentiarii?
b Et 4. aliæ Parochiales Eccleſiæ.
c 1200.

I. („ (1) LEO *ex Ord. S. Benedicti Abbas à Clero, „ & populo poſtulatus, inauguratus eſt Peluſianus Pontifex à Callixto II. an. 1123.* Luc.)

II. („ Fr. ANTONELLUS *Ord. Min. Andrienſis „ ſimul, & Montis Peluſii Epiſcopus fuit ab ann. 1451. „ Kal. Octob. uſque ad ann. 1460. ipſo teſte Ughello in „ Andrienſium ſerie n. 19. non tamen primus enumerandus hujus Catalogi Epiſcopus, ut ibidem ſentit.* Luc.)

III. 1. Fr. ANTONIUS de Johanneto *d* Adrienſis Epiſcopus, fuit etiam Præſul montis Peluſii *e*, ut ex Epitaphio in ejuſdem ſepulchro inciſo perſpicuè eruitur. Deceſſit ſub Paulo II. *f* ut poſtea videbimus in Epiſcopis Adriæ (2) * Jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

d Al. de Joannotto.
e 1460.
f An. 1463.
* Ex App. tom. 1.

Hic jacet Fr. Antonius de Johannocto nobilis civis Andriea. ejuſdemque Epiſc. ac Montis Peloſi, cujus induſtria hæc eccl. refecta eſt. M. CCCC. LXIII.

IV. 2. ROGERUS de Atella ſucceſſit anno 1463. habet hoc epitaphium in Eccleſia.

Hoc ſua ſub tumulo defuncta Rogerius oſſa,
Duxit Atellana qui genus Urbe, tegit.
Pontificis titulum, cui Græca ſalubria quondam
Tradidit, & qui dignus honore fuit.

V. 3. MARTINUS de Sotomajore Hiſpanus, Epiſc. Adriæ, & Montis Peluſii, vir optimus, ac ſummæ exiſtimationis. Deceſſit 1477. ſepultuſque fuit in Cathedrali Adriæ, ubi Epitaphium legitur, quod perſpicuè prodit fuiſſe illum tum Adriæ, tum montis Peluſii Epiſcopum.

Martinus tumulo, quem reddunt ſtemmata ...
Sibylla genitus conſigit Auſonia.
Parthenope vati Franciſcum ſidera notum
Conciliat Bautium Andriæ magne Ducem
Andria & effectus Præſul, Montiſque Peloſi
Condidit in Templi plura ſacella latus.
Campanilis & arcem hinc erexit providus ære;
Atque Numam ſuperans extruit ſacrarium.
Majoris pias Ara prætextum opus & ...
Quippe animum ſuperis occaluo ...
M. CCCC. LXXVII.

VI. 4. DONATUS electus à Sixto IV. anno 1480. 8. Kalen. Iulii. („ *citiſſime obiit.*)

VII. 5. ANTONIUS ejuſdem ſedis Antiſtes *g*: deceſſit 1482.

g an. 1480.

VIII. 6. IULIUS Cantelmus nobiliſſimus Neapolitanus Antonio ſucceſſit die 20. menſis Martii anno 1482. Umbriam adminiſtravit ab an. 1488. uſque ad annum 1490. quo ipſo anno finem vitæ fecit. (3)

IX. 7. BERARDUS, ſive Leonardus de Carninis aliàs de Corbara *h* ad hanc eandem ſedem adlectus 1491 *i*. ad Triventanam deinde Eccleſiam translatus fuit 1498.

h al. de Corbaria.
i 10. Jun. per liberam ceſſionem Julii.

X. 8. MARCUS Coppuleus *k* Neapolitanus montis Oliveti Monachus, hanc eandem ſedem obtinuit anno 1498. die 16. menſis Novembris, cum diſpenſatione ut poſſit mutare habitum de albo in nigrum. Præfuit ad 30. annos, mortuuſque eſt 1527. illius meminit Secundus Lancellottus lib. 2. ſuæ hiſtoriæ Olivetanæ.

k Melius Coppola, de cujus familia tractat Carolus de Lellis de famil. Neapol. par. 2. p. 189. 198. Mand.

XI. 9. AUGUSTINUS Landulphus Canonicus Regularis eandem ſedem eſt aſſecutus 1528. die 23. menſis Martii. Quatuor annis hanc rexit Eccleſiam, eoque munere libens, volenſque ſe abdicavit 1532. equo delapſus interiit 1536.

XII. 10. JO. DOMINICUS Card. de Cupis hanc Eccleſiam perpetuò adminiſtrandam ſuſcepit die 4. menſis Novembris 1532. quam cum per 9. annos adminiſtraſſet, cenſuit illā reſignandam cum regreſſu.

XIII. 11. BERNARDINUS Tempeſtinus Umber è Montefalco hujus ſedis creatus Antiſtes 1537. die 2. menſis Aprilis *l*. * Ceſſit anno 1540. ſequenti anno Romæ Eccleſiam S. Blaſii de Foſſa, cujus erat Commendatarius, in meliorem formam reſtituit, ut inſcriptio ibidem ad parietem poſita proloquitur.

l Auguſti.
* Ex App. t. 9.

Bernardinus Tempeſtinus Epiſcopus Montis Peluſii, ac ædis Divi Blaſii in perentum trivio commendatarius, ædem ipſam vetuſtate collabentem in honeſtiorem formam reſtitui curavit redempt. noſtra ann. MDXLI. pridie Kal. Auguſti.

XIV. 12. PETRUS Martinus *m* ex ceſſione regreſſus Cardinalis de Cupis, hanc Cathedram conſcendit 1540. die 15. menſis Nov. Fato functus eſt 1546.

m De Sancta Cruce. ex Tabul. hujus Eccleſiæ.

XV. 13. PAULUS de Cupis Romanus, Canonicus Baſilicæ Lateranenſis, ex conſenſu Cardinalis de Cupis adlectus fuit Epiſcopus Montis Peluſii anno 1546. die 27. menſis Junii. Duos annos tranſegit inauguratus, tranſlatuſque fuit ad Recanatenſem Eccleſiam. *n*

n An. 1549. 24. Febr.

XVI. 14. ASCANIUS Ferrerius è Biſignano ſucceſſit 1548. *o* die 24. menſis Februarii, ac 2. annis cum ſediſſet, poſt liberè eo munere ſe abdicavit.

o 1549.

XVII. 15. VINCENTIUS Ferrerius, frater Aſcanii, ad eandem ſedem fuit promotus 1550. die 14. menſis Novembris; quam cum anno 1561. liberè renunciaſſet, iterum poſtea anno 1564. huic adminiſtrandæ Eccleſiæ operam dedit, donec ad Epiſcopatum de Umbriaco translatus eſt.

XVIII. 16. ALOYSIUS de Coperia *p*, è Roſſano Calaber, electus fuit anno 1561. die 5. menſis Decembris. Duobus tantum præfuit annis, poſteaque renunciavit, eum ad Mutolam ſedem fuiſſet translatus 1566.

p Seu de Campania.

XIX. 17. LUCIUS („ *Maranta Canonicus Venuſinus*, „) Epiſcopus Lavellinus ad hanc eandem ſedem fuit translatus die 2. menſis Junii 1578. deceſſit 1592.

XX. 18. GIOJA Dragomannus, è Caſtilione Florentino Etruſcus, Lucio ſuffectus eſt 1592. die 17. menſis Novembris, quam ille Eccleſiam quatuor annis adminiſtravit, deinde liberè eo munere ſe exolvit, ſedente jam Clemente VIII. qui eidem contulit Pientinum Epiſcopatum in Etruria.

XXI. 19. CAMILLUS Scribonius ad hanc ſedem fuit ſubvectus 1596. 30. die menſis Octobris. Mortuus eſt 1600.

XXII. 20. Fr. HIPPOLYTUS Maſſarinus *q* Lucenſis, ex Ordine Servorum, Theologica facultate clariſſimus, à primis annis Servitarum inſtitutum amplexus eſt, nobilique præditus indole, celeritate mirabili hauſit ingenuas artes, itaut ad ſuos magno ingeniorum proventu, & fructu tradiderit artes, Patavii, Venetiis, Ferrariæque. Præſertim autem cum Venetiis demoraretur, intimam familiaritatem contraxit cum Jo. Antonio Fachinetto Apoſtolico Nūcio, cujus poſtea confeſſarius, ac Theologus evaſit. Hic autem eum multo poſt inter purpuratos cooptatus fuiſſet, ac deinceps Pontifex renunciatus, ſub nomine Innocentii IX. è veſtigio Hippolytum Romam accivit, qui per id tempus munere Alphonſi II. Ferrariæ publicè Theologiam profitebatur; vocatumque ſuum Theologum creavit, ex aſſidua ſingularis benevolentiæ ſignificatione, maximorum etiam honorum benè merenti viro ſpe injecta. Sed cum minus oportuit, Innocentii propemodum fatum Hippolyti omnes ſpes illas abrupit. Manſit tamen Romæ uſque ad VIII. Clementis tempora, in quibus, cum trepida illa quæſtio de Divinis Auxiliis agita-

q Hujus cum laude meminit Gianius in hiſt. B. Philippi Benitii. l. 3. p. 243. 244. Mand.

(1) Lucentius hanc ſeriem exorditur à Do.... (Dorotheo) Peluſiano Epiſcopo inter Patres Concilii Niceni an. 325. & à Callenico, qui à Peluſio Sardicenſi Concilio interfuit an. Chriſti 347. Dubitat autem, ex hac ne Peluſiana Eccleſia, an à Peluſio Ægypti prodierint hi Epiſcopi: at mihi dubium non eſt, quia fuerint Ægyptii, cum iis Conciliis rariſſimi adfuerint ex Occidente Epiſcopi.

(2) Sunt, qui ſuſpicantur, hunc Antonium eundem eſſe cum Antonello præmemorato. Rem definiendam iis linquimus, quibus de identitate Perſonæ aliquo veritatis [illegible] conſtiterit. Luc.

(3) Ex Actis Conſiſt. comperimus Julium ab hoc munere abiiſſe. Luc.

gitaretur, Hippolytus haud in poſtremis Theologis fuit, qui doctiſſimorum virorum ſenatum illum explerent. Siquidem in rem tam arduam non modò ſuam præferebat doctrinam, ſed aliundè etiam quæſitam quæſtioni illi implicitæ diſſolvendæ adhibera ſolebat. Itaque Martini Vaſquez Abbatis Ciſtercienſis Hiſpani, ac Monachi Septimiani, plerumque doctrina uſus eſt, qui aſſiduè ea de re transmittebat Romam ad Hippolytum non temnenda commentaria, quo laboranti Senatui ſub implicatiſſimis difficultatibus maximo uſui eſſent. Et Hippolytus quidem cum pluribus congreſſibus ſuam Pont. Clementi probaſſet doctrinam, ab eodem Pont. Montis Peluſii creatus Epiſc. eſt 1600. die 20. Martii, cum ad id etiam Lucreria Eſtenſis melioris notæ preces adhibuiſſet. Cæterum Hippolytus ſcribendo, diſputandoque Romæ maximè occupatus, Eccleſiam ſibi creditam videre non potuit; ex aſſiduis enim literariis laboribus morbo contracto, Romæ deceſſit anno 1604. die 07. menſis Decembris, ſepultuſque fuit apud S. Marcellum ante majus altare, cum hoc ſubjecto epitaphio; ejus autem ingenii monumenta juſſu Clementis Vaticana Bibliotheca excepit.

Fr. Hippolyto Maſſarino Lucenſi ex ordine Servorum Innocentii IX. & in Gymnaſio Ferrarienſi diu Theol. Epiſcopo Montis Peluſii ob ſuas innumeras virtutes à Clemente VIII. evecto, & ab eodem in graviſſima illa de gratia controverſia inter fratres accepto. Pii Patres Lucenſes Servitæ. Anno 63. ætatis ſuæ mortuo Benemerito die 17. Decembris 1604.

XXIII 21. FRANCISCUS Peruſens Spoletanus, Montis Peluſii Epiſcopus factus eſt à Paulo V. 1605. die 3. menſis Auguſti. Deceſſit 1615.

XXIV 22. THOMAS Sanfelicius Neapolitanus Theatinus Clericus, eandem ſedem eſt aſſecutus 1615. die 4. menſis Decembris. Deceſſit 1621.

XXV. 23. HONUFRIUS Griſarius monachus Caſinenſis, Romæque generalis Procurator ſuæ Congregationis, ad preces Alexandri Montis Alti Cardinalis, à Gregorio XV. adlectus fuit Epiſcopus Montis Peluſii 1621. die 17. menſis Martii; exceſſit è vivis 1623.

XXVI 24. Fr. DIDACUM Merinum Hiſpanum ex Ordine Carmelitano, Romæ Priorem S. Martini in Montibus, Urbanus VIII. Honorio ſubrogavit 1623. die 20. menſis Novembris *a*; idemque Pontifex illum deinde tranſtulit ad Iſernienſem ſedem 1626.

a Decembris.

XXVII. 25. Fr. THEODORICUM Pelleonium de Apiro, Camerinæ Diœceſis, Ordinis Conventualium S. Franciſci, Cardinalis Sabaudiæ Theologum, Urbanus VIII. Peluſianam evexit ad ſedem 1626.

XXVIII. 26. GAUDIUS *b* ex Comitibus Caſtellis Interamnas, U.S. Ref. plures Eccleſiaſticæ ditionis Urbes ſumma cum prudentia moderavit, ab Urbano VIII. anno 1637. 12. Januarii hujus Eccleſiæ Epiſcopus creatus. Gravinæ obiit eodem anno, menſe Octobri, ibidem ſepultus in Eccleſia S. Franciſci.

b De quo Jacobillus in Bibl. Umbriæ, & Angelonus in hiſt. Interamn. pag. 191-192. Mand.

XXIX 27. ATTILIUS Urſinus Romanus, electus 1638. Kal. Martii, vivit non modo doctrina, ſed etiam morum modeſtia celebris.

A D D I T I O.

(„ Laudatiſſimè rexit uſque ad an. 1654. quo deceſſit.)

XXX. *„ PHILIPPUS Cæſarius J.U.D. nobilis Nolanus ætatis annum agens quintum ſupra quadrageſimum Montis Peluſii creatur Epiſcopus 5 Julii 1655. quam dimiſit Eccleſiam tranſlatus ad Nolanam 12 Martii 1674.*

XXXI *„ RAPHAEL Riarius Monachus, & Abbas Caſinenſis nob. Saonenſis, qui ageſimo ætatis ſuæ anno hoc Epiſcopatu dignatus eſt 7. Maii 1674. decem annos in hoc munere digniſſimè abſumpſit; deſiitque eſſe inter mortales.*

XXXII. *„ FABRITIUS Suſana nobilis è Civitate S Severinæ J.U.D. Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Pignatellis Civitatis Neapolis, & olim Strangulenſis Epiſcopatus Vicarius Generalis, Riario ſucceſſit 24 Aprilis 1684 „ Lucentius)*

(„ Obiit in Reſidentia an. 1705. Menſe Novembri.

XXXIII. *„ ANTONIUS Agello, Presbyter Neocaſtrenſis Diœceſis, annorum 55. J.U.D. Rector Parochialis Eccleſiæ S Mariæ de Planctu de Urbe, & antea confeſſarius, ac Rector Hoſpitalis SS. Annunciationis Neapolitanæ decoratus eſt infula Montis Peluſii 22. Febr. 1706.)*

M O N T I S
P O L I T I A N I
E P I S C O P I.



POlitianum, Etruriæ Civitas, præeminenti inſidet colli, hinc Peruſinum lacum, illinc Cortonæ, Aretiique montes ad jucunditatem proſpectans: ſaluberrimo utitur cœlo, ac fertili ſolo, vinique nobilitate præclaro. Fœta populo eſt, ac familiarum nobilitate. Satis admodum ejus origo antiqua; Porſenam enim Etruſcorum Regem illam fundaſſe ſcribit Spinellus Bencius. Aliquandiu libera fuit, donec Florentinorum, Senenſiumque gliſcente potentia, ex fortuna belli, quod inter utrumque populum aſſiduè exæſtuabat, modo iis, modo illis ceſſit in prædã; ita ut etiam Orvetanorum interdum experiretur dominium. Denique cum victoribus Florentinis ſe dediſſet, iiſdemque in omni fortuna incorruptè fidem ſervaſſet, ſemel partam pacem cum nobilium artium cultura uſque ad Mediceorum adultum principatum ſervavit, & auxit. Protulit hæc Civitas in omni memoria viros & fortes, & graves, ac ſanctitate conſpicuos, in quibus numerari poteſt in primis flos ille ſanctitatis ex Ordine Prædicatorum Agnes virgo ſanctiſſima, Marcellus II. ſummus Pontifex gentis Cervinæ alumnus, noſtraque ætate ejuſdem Pontificis nepos Card. Bellarminus, qui poteſt eſſe inſtar multorum, præter tres alios ſummæ doctrinæ, ac pietatis Cardinales, cum Angelo Politiano tum Græcæ, tum Latinæ literaturæ facile principe. A ſui exordio uſque ad annum 1561. decimamque diem Novembris caruit Epiſcopali decore, donec Magno Etruriæ Duce Coſmo I. petente, Pius IV. Mediceus ob magnitudinem, nobilitatem, populorumque numerum, illam S. Sedi immediatè ſubjectam, in Cathedralem erexit; cujus templum ſanctiſſimæ Deiparæ Virgini conſecratum eſt, eodemque die noviter erectam Eccleſiam Joanni Card. Riccio Politiano tradidit adminiſtrandam: qui cum eo munere ad duos menſes egregiè perfunctus fuiſſet, deinde ſe abſolvit, ut ad clavum enavigaturæ proprius Paſtor ſederet. Cathedralis nobiliori ædificationis ſchemate inſtaurata eſt, ubi numeroſior Clerus divinum opus perurget. Plura Politiani, tum Monialium, tum Regularium conſtructa Monaſteria cernuntur, extraque muros templum Deiparæ Virgini dedicatum exurgit, miraculis illuſtre, ac planè viſendum. Ad hanc diem ſeptem tantum Epiſcopi in ea ſede fulſerunt, quos hic referemus ex fide.

A D D I T I O.

[„ Montis Politiani Cathedralis moderna, & elegantis ſtructuræ in honorem aſſurgit Deiparæ ad æthera aſſumptæ: eique inſerviunt tres Dignitates, quarum major eſt Archipresbyteratus. altera Præpoſitura, 3 Archidiaconatus, 12. Canonici, 4. Capellani. quibus adiiciuntur alii tres erectionis moderni Epiſcopi Antonii Cervini, & nonnulli alii Clerici, atque Presbyteri. Adeſt inter Canonicos utraque Præbenda, & per cuſtodem ſacrarii, ſeu alium Presbyterum à Capitulo deputandum exercetur in

„ca

„ea animarum cura , quàm tres inſuper aliæ Parochiales „Eccleſiæ explent. Tria ibi extant Monialium, 7. Virorum „Cœnobia , Hoſpitale, mons Pietatis, & ſeminarium. Ipſa „civitas circuitus eſt unius milliarii, 300. habitatores enu- „merat. Domus pro Epiſcopo contigua eſt Cathedrali. Diœ- „ceſis anguſta eſt, & unum tantum locum ſub ſe continet. „Redditus annui ſunt ſcutorum 1500. Taxantur in Rom. „Cancel. Flo 100. Lucent.)

I. 1 JOANNES Cardinalis Riccius Politianus, primus hujus Eccleſiæ adminiſtrator electus à Pio IV. ann. 1561. 4. id. Novemb. ut ex ſequenti Pii diplomate ab autographo ejuſdem Eccleſiæ deſumpto licet videre, cujus tenor eſt hujuſmodi.


PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Jo tit S. Vitalis presb. Card. de Monte Politiano nuncupato, ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

Eccleſiarum utilitati tunc rectè conſulitur, & indemnitati ſalubriter providetur, cum viris circumſpectis, & providis earum cauſa committitur. Unde Rom. Pont. cui id ex Apoſtolatus officio incibit, de univerſi Orbis Eccleſiis ſollicitè cogitans, illarumque adminiſtrationem S. R. E. Cardinalibus interdum committit, ut per illorum ſolertiam, & providentiam circumſpectam Eccleſiæ ipſæ præſerventur à noxiis, ac felicibus in ſpiritualibus, & temporalibus, dante Domino, proficiant incrementis. Dudum ſiquidem proviſiones Eccleſiarum omnium tunc vacantium, & in antea vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper iis à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Poſtmodum verò Eccleſia ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta montis Politiani quã noſtrorũ fratrũ conſilio Apoſtolica authoritate in cathedralem ereximus, cuique ipſum olim Oppidum montis Politiani etiam per nos hodie in Civitatem erectum, pro Civitate, & certum diſtrictum pro diœceſi ſua aſſignavimus, ac ejus menſæ Epiſcopali certos fructus tunc expreſſos pro ejus dote applicavimus, à primæva illius erectione hujuſmodi apud ſedem præfatam vacante, Nos tam eidem Eccleſiæ, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, de Gubernatore utili, & idoneo, per quem circumſpectè regi, & ſalubriter dirigi valeat, quam tibi ut ſtatum tuum, juxta Cardinalatus ſtatum, decentius onere, & expenſarum onera, quæ te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, ac ſperantes, quod tu propter grandia virtutum merita, quibus perſonam tuã, illarumque largitor Altiſſimus inſignivit, eidem Eccleſiæ poteris multum utilis & etiam fructuoſus .... te quoad vixeris adminiſtratorem in ſpiritualibus, & temporalibus dictæ Eccleſiæ fratrum eorumdem conſilio dicta authoritate conſtituimus, & deputamus, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi etiam, una cum S. Vitalis, qui tibi titulus tui Cardinalatus exiſtit, ac omnibus, & ſingulis Eccleſiis, nec non Monaſteriis etiam conſiſtorialibus, cæteriſque beneficiis, Eccleſiis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorumcunque ordinum regularibus, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum commendæ, & adminiſtrationem, ac alias obtines, & impoſterum obtinebis, nec non in quibus & ad quævis tibi quomodolibet competit & competet in futurum, ac quibuſvis fructibus, reddit:bus, & proventibus Eccleſiaſticis, loco portionum annuarum, ac pẽſionibus annuis, tibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus reſervatis, & aſſignatis, ac reſervandis, & aſſignandis, quos & quas ex ſimilibus conceſſionibus, & diſpenſationibus percipis & percipies in futurum, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſint & in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos Præfata Eccleſia Montis Politiani per tuæ circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum regetur, utiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quod debitis, & conſuetis mẽſæ Epiſcopalis Montis Politani ſupportatis oneribus de reſiduis illius fructibus, redditibus, & proventibus diſponere, & ordinare libere, & licitè valeas; alienatione tamen quorumcunque illius bonorum immobilium, & precioſorum mobilium ſibi penitus interdicta. Quocirca circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus curas, & adminiſtrationes præfatas ſic per te, vel alium ſecus alios ſollicitè geras, & fideliter proſequaris, quod Eccleſia ipſa Montis Politiani Gubernatoris provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe cõmiſſa, tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtram, & dictæ ſedis benedictionem & gratiam exinde uberius conſequaris. Nec non dilectis filiis, capitulo & vaſallis dictæ Eccleſiæ, & clero, ac populo Civitatis, & Diœceſis montis Politiani ſimiliter mandamus, quatenus Capitulum, ut tibi tamdem Priori, & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes, exhibeant tibi obedientiam, ut reverentia debita, & devota, ac clerus, & pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia benignè recipientes, tua ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. Populus verò te tanquam patrem, & paſtorem animarum ſuarum devote ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes, tuis monitis, & mandatis ſalubribus humiliter intendant, ita quod tu in eos devotionis filios, & ipſi in te principalem benevolum inveniſſe gaudeatis. Vaſſalli autem præfati te debito honore proſequentes, tibi fidelitatem ſolitam, nec non conſueta ſervitia, & jura ab eis tibi debita integrè exhibere procurent, alioquin ſententiam, ſeu pœnam, quam reſpectivè ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, authore Domino uſque ad ſatisfactionem congruam inviolabiliter obſervari. Rogans quoque dilectum filium nobilem virum Coſmum Florentiæ, & Senarum Ducem, ſub cujus temporali dominio dicta Eccleſia Montis Politiani conſiſtit, quatenus te, & præfatam Eccleſiam tuæ curæ commiſſam, habeat, pro noſtra, & præfatæ Sedis reverentia propenſius commẽdatos; ſic te benigni favoris auxilio proſequatur, quod tu cujus functus præſidio in commiſſo tibi curæ paſtoralis officio poſſis de ea propitius promereri, ac eidem Coſmæ Duci à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat actiogratiarum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dom. 1561. 4. idus Novembris, Pontificatus noſtri anno II.

Ad duos menſes Joannes Cardinalis hanc patriæ ſuæ Eccleſiam adminiſtravit; deinde eo munere ſe abſolvit, de quo infra in Archiepiſcopis Piſanis.



2. SPINELLUS Bencius, filius Synolphi & Apolloniæ Signiæ, è nobiliſſima gente Politianus, ex Archipresbyrero Cathedrali, primus Patriæ ſuæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1562. die 9. menſis Januarii, cujus animi dotes adeò ſpectatæ erant, ut ſub Pio IV. graviſſimo Pontifice meritò primus videretur Politianam aſcendiſſe ad Cathedram. A puero egregia indole fuit, Florentiæque ubi primum Canonicus effectus eſt, tum Græcas, tum Latinas literas peritiſſimè didicit; mox in Patria Archipresbyreratus munere fungens Balduino de Monte fuit à ſecretis, atque à Julio III. miſſus Internuncius ad Marignani Marchionem, Ducemque Coſmum, dum Senas arctiſſima obſidione cinxiſſent. Tridentino Concilio interfuit *a*, indeque reverſus omni majori ſollicitudine Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit. Cumque jam ſibi viveret, deque poſtrema die ſerio cogitaret, ſub Clemente VIII. cum Alexandro Card. Mediceo principe legationis ad Henricum IV. Galliarum Regem directus eſt, ubi 1596. die 10. menſis Aug. Pariſiis deceſſit è vivis, ſepultuſque eſt apud S. Paulum cum hac inſcriptione. II.

a an. 1563.

Spinello Bencio primo Epiſcopo Politiano avita virtutis, ac ſapientia viro, primum Julii III. ac Balduino fratri à ſecretis fide, ac

dili-

diligentia grato, à Pio deinde hujus nominis IV. ad patriam Eccleſiam Pontificali dignitate illuſtratam pro ſingulari pietate, atque religione regendam aſſumpto, ad ſac. Concil. Tridentin. miſſo, Eccleſiā demum ann. xxxiij. ſumma prudentia, doctrina, & Chriſtianis moribus inſtitutam, Alexand. Med. Card. Clementis VIII. Pont. Max. à latere legatum in Galliam ſecuto, Lutetia Pariſiorum in cœleſtem patriam redeunti, Nepotes benemerentes poſuere v. id. Auguſti M.D. LXXXXVI.

III. 3. SYNULPHUS Bencius, Juſtiniani ac Franciſcæ Pucciæ filius, cum Patruo primum in Archipresbyteratum ſucceſſiſſet, eidem etiam demortuo Politianorum Præſul ſuffectus eſt 1597. die 29. menſ. Januarii. Brevis Pontifex fuit, deceſſitque proſpera fama optimi Paſtoris 1599. die 5. menſis Junii, ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Synulpho Bencio Juſtiniani Militum Ducis F. I. C. hujus Eccleſiæ Archipresbytero ann. xxx. deinde ejuſdem Epiſcopo, viro morum, ac vitæ ſanctimonia, ſalutis animarum ſtudio, ſibi commiſſi gregis vigilantia, omni deinceps virtutum genere ornatiſſimo. Vixit annos lxiv. Obiit xxv. Junii MDIC.

In palatio Prætoris ejuſdem Civitatis hæc de eo alia inſcriptio legitur.

Synulphus Bencius Epiſcopus Politianenſis morum innocentia, vitæ ſanctimonia, paſtorali vigilantia ſingulari, à Clemente Octavo anno ſalutis M. D. LXXXXVII.

IV. 4. SALUSTIUS Taruſius Politianus, quartus Politianorum Epiſcopus effectus eſt ſub Clemente VIII. anno 1600. die 10. menſis Januarii, cum fuiſſet antea U. S. Ref. ac S. Spiritus in Saxia Commendator. Septem annos Politianis jus dixit, translatuſque eſt ad Piſanam Eccleſiam ann. 1607. fato functus eſt an. 1613. die 10. menſ. Auguſti. In palatio Prætoris Politiani de Saluſtio in marmorea tabula hæc ſubjecta memoria habetur.

Saluſtio Taruſio Epiſcopo Politiano ob ſingularem in agendis negotiis excellentiam, per quinquennium pro ſereniſſ. Etruriæ Duce apud Regem Cathol. Legat. mox Archiepiſcopo Piſarum. Qui obiit anno Domini MDCXIII. x. Auguſti.

V. 5. ROBERTUS Ubaldinus a Florentinus, pronepos Leonis XI. poſt Saluſtium Politianus Epiſcopus adiectus eſt an. 1607. die 1. ineuntis Octobris. Hic primum Florentino Canonicatu juvenis adhuc condecoratus eſt, ac poſt avunculi præproperum fatum à Paulo V. ſummo Pontifice magiſter Pontificiæ Aulæ declaratus, tum & Politianorum Præſul, Legatuſque demum in Galliam eſt, ubi difficillimis Reipublicæ temporibus in diviſa gente dexteritate mirabili uſus, tum Regi placuit, tum Pontifici, à quo antequam regrederetur è Galliis, retulit Senatoriam purpuram anno 1615. Romæque nullus purpuratorum cœtus fuit, ubi Robertus, Paulo jubente, ſuam non protulerit ſententiam. Verum cum Paulus exceſſiſſet è vivis, in ferendo ſuffragio ſuo novo creando Pontifice, haud parē viſus eſt Burgheſianis alumnis gratiam retuliſſe. Itaque ingrati animi propemodum ſubiit notam. Tametſi in novo poſtea Gregorii XV. Pontificatu, graviſſimis dubiiſque explicandis negotiis cum laude præfuerit, ita ut inde legationem ſplendidam Bononienſem meruerit. Sed vix eo munere graviſſimo fungi cœperat, cum XV. Gregorius, à quo fuerat miſſus, fato conceſſit, rediitque Robertus Romam novo ſufficiendo Pontifici laturus ſuffragium. Ibi cum Apoſtolicam emerſiſſet ad ſedem Maffæus Card. Barberinus, ſub nomine VIII. Urbani, Ubaldinus eandem legationem ab eodem obtinuit, illamque tres annos adminiſtravit, varia cum laude prudentiæ. Romam deinde reverſus, tortus ingentibus curis, quibus ſe exedendum de more præbuerat, calculum progenuit, ex eoque defunctus eſt Romæ 1632. menſe Aprili, ſepultuſque apud Minervam,

a De eo Janus in Pinacotheca 3. imag. 4. De familia vero Ubaldina ſatis, ſuperq; ſcripſit Gamurrinus de famil. Tuſcis, & Umbris. vol. 4. p. 1. Mand.

cum eorum, quæ poſſederat, Congregationem d[e] Propaganda fide inſtituiſſet hæredem, pluraque tu[m] Politianæ Eccleſiæ, quam uſque ad annum 1622. a[d]miniſtravit, tum aliis locis liberaliter, pièque lega[s]ſet. Charus Principibus fuit, magnique apud omn[es] politici, ſed minus quandoque conſulti laudem t[u]lit. Cæterùm ſapuit, ſingularique eruditione ade[o] valuit, ut habile ingenium ad omnia planè oſtend[e]rit ſe adhibere potuiſſe.

6. ALEXANDER Stupha nobilis Florentin[us] Politianus Epiſc. electus eſt anno 1622. die 17 menſ[is] Septembris. Præſul, tum nobilitate, tum probitat[e] morum nulli ſecundus; Vivit adhuc cum Epiſcopali [ca]re ſe abdicaſſet anno 1640. * Obiit Romæ an. 164[…] die 3. Octob. hora noctis tertia; ſepultuſque eſt in E[c]cleſia S. Jo. Baptiſtæ Nationis Florentinæ. („ *De[…]* „*fuſe Salvinus in Faſtis Conſularibus Academiæ Fl[o]*„*rentinæ, & Janus in Pinacotheca* 3. *imag.* 19. Mand.)

7. TALENTUS de Talentis Florentinus, v[ir] doctus, & animo præſtans, ille idem, qui valdè laud[a]tur à Mercuriali Merlino in tractatu de legit. lib. Is ab adoleſcentia ſtudiis addictus, adeò profecit, [ut] Academiæ Piſanæ, in ipſo juventutis flore, univerſ[i]tatis ſtudii Generalis Rector acclamatus fuerit. Fl[o]rentia, inde Roma integerrimi Advocati nomen ſo[r]titus, ſummis negotiis ſe poſtea præbuit; decem nan[i]que, & novem annos pro Apoſtolica ſede variis pra[e]fecturis cōſumpſit cum laude. Forumlivii civilis ca[u]ſarum Locumtenens, ejuſdemque Civitatis, defunct[o] Præfecto, Gubernator, Ravennæ mox civilis Jude[x] ab Alexandro Cardinali Urſino Legato delectus, n[on] multò poſt Archiepiſcopatus Firmani General[is] Vicarius fuit ab anno 1625. ad annum uſq; 1639. q[u]o eodem munere functus eſt in Veliternenſi, & Oſtien[]ſi Epiſcopatu, una cum temporali adminiſtratio[ne] Gubernator ab Urbano VIII. Pontif. Max. declar[a]tus, à quo anno 1640. menſe Novembris hujus Eccl[e]ſiæ Epiſcopus creatus eſt. Romæ munus conſecrati[o]nis accepit. Vivit, vivatque felix, quo diutiùs viri, [i]ntentiorique cura Eccleſiæ ſibi commiſſæ prodeſſ[e] poſſit. Talentæ gentis ſtemmata ſunt, ſcutum mini[a]tum capite Cervino aureo expreſſum. („ *Singula[ri]* „*integritate præfuit uſque ad annum* 1651. *quo ſen[ex]* „*gravis obiit.*)

8. * LEONARDUS Datus Patritius Florent[in]us, Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, & Archi[e]piſcopi Florentini Generalis Vicarius, ſucceſſit pra[e]defuncto Talento anno 1652. poſt paucos dies à ſ[ua] conſecratione Florentiæ è vita diſceſſit, florenti a[d]huc ætate, omnibuſque charus; vir quidem fuit affab[i]litate morum, prudentia, & integritate notus. Jac[et] in Eccleſia ſodalitatis S. Benedicti.

9. MARCELLUS Cervinus Montis Politiane[n]ſis, Epiſcopus Suanenſis, ad hanc Eccleſiam transl[a]tus eſt ab Innocentio X. Pont. Max. an. 1652.

A D D I T I O.

(„ *Die* 23. *Septembr. Undecim annos præfuit, plenu[s]* „*que meritis abiit ad ſuperos die* 8. *Febr. an.* 1663 [...] „*Gentis ſuo dominio* del Vivo *terra conſignatus in E[c]*„*cleſia Parochiali S. Marcelli ejuſdem loci.*

„ ANTONIUS *Cervinus Patruo ſucceſſor datus* „ 13. *Auguſti* 1663. *Cathedralis ædificium, jamdiu an*„*tea inchoatum, perficiendum reaſſumpſit an.* 1685. [e] „*publicis proventibus, & præcipue ex hæreditate patru[i]* „*perfecitque opus ſua adjutrici ope ſpatio* 14. *annorum* „ *Menſæ Epiſcopalis redditus auxit: proprio ære dota*„*tas tres Capellanias in ſua Cathedrali inſtituit:* [...] „*Territorio Erians ad animi levamen Palatium ſu[b]*„*ſtruxit.* Lucentius.)

(„ *Demum obiit apud ſuam Eccleſiā.* 9. *Sept.* 170[…]

„ Fr. CALLIXTUS *Lodigeri, Nobilis Urbevet[a]*„*nus, Ord. Servorum B. Mariæ annorum* 64. *S. Theo*„*logiæ Magiſter. & ejuſdem Ordinis Magiſter Genera*„*lis promotus eſt ad Eccleſiam Montis Polit. ant.* 1[…] „ *Aprilis* 1707. *Fuerat jam Regens in pluribus ſuæ Re*„*ligionis Cœnobiis, & bis Provincialis Provinciæ Ro*„*manæ. Obiit in ſua reſidentia Menſe Martii.* 1710.

„ FRANCISCUS *Maria Arrighi Presbyter no*„*bilis Florentinus, annorum* 50. *I. V. D. Decanus Me*

„*tro-*

,,tropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ, & Vicarius ad cauſas totius Diœceſis. Fuit antea Vicarius Generalis ,, Epiſcopi Feſulani, & Gubernator Monaſterii Monialium, quas Convertitas vocant, evectus ad Epiſcopatum Montis Politiani eſt 1. Decemb. 1710.)

NARNIENSES
EPISCOPI



NARNIA antiqua civitas Umbriæ, priſcis illis, ut Plinius, Liviuſque ſcribit, Nequirium fuit, nec prius illam antiqui Romani Narniam, à vicino flumine Nare appellavere, quam inter Romanas Colonias cooptaſſent. Qua de re ita in primis Livius lib. 10. *Alter Conſul Apulejus in Umbria Nequinum oppidum circumſedit. Locus erat arduus, atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia ſita eſt, nec vi, nec munimento capi poterat*; paucíſque interjectis. *Ita Nequinũ in ditionem Populi Romani venit. Colonia eo adverſus Umbros miſſa, à flumine Narnia appellata.* Conſtat id eveniſſe in Conſulatu M. Fulvii Petini, ac T. Manlii Torquati anno 454. à condita Roma. Procopius autem locum ſitumque hujus civitatis adamuſſim deſcribit, cum ita inquit in lib. 1. Gothicarum rerum. *Narnia in edito ſita eſt monte, ad cujus radices Nar amnis præterfluit, qui nomen etiam Urbi præbuit. Adventus ad eam, duo deducunt; Alter in Orientem ſolem verſus, in Occidentem alter. Horum alter difficiles in præciſe ſaxo anguſtias habet. Alter non niſi ponte adiri poteſt, qui flumen supernè integens, tranſitum præbet. Hunc Cæſar Auguſtus olim conjunxit, ſpectaculum memoratu digniſſimum; Quippe omniam fornicum, quos ſcimus, excellentiſſimus eſt.* De quo duos altiſſimos montes conjungente ponte ita Martialis cecinit lib. 7. Epig.

Vel po[illegible]us an. [illegible]5.

Sed jam parce mihi, nec abutere Narnia, Quincto
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

Quare autem prius Nequinum Narnia dicta fuerit, incolæque Nequiniates, ſive Nequiates, ut Dionyſius lib. 17. Antiq. Romanarum narrat, haud una, eademque ſcriptoribus opinio fuit. Leander inprimis Albertus diligentiſſimus ſcriptor aſſerit ſe vidiſſe in antiquiſſimo ejus civitatis chronico ab aſperrimo, difficillimoque ſitu loci ita fuiſſe appellatam, itaut Nequinum, quaſi inſinuare velle videretur, tametſi aliquãto corruptius, iniquiſſimo loco fuiſſe collocatam, tanquam qui ad meridiem rueret in præceps, ex altera verò parte, flumẽ infernè ſubſtridens, adeuntes omninò arceret. Quamobrem in eodem loco Martialis.

Narnia ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda jugo.

Silius autem Italicus lib. 8.

Hiſpellum, & duro monti per ſaxa recumbens
Narnia.

Narrant alii olim ob id Nequinum fuiſſe appellatam, quod valida obſidione cincta, cum nec ad arbitrium Victoris ſe dedere vellet, nec fame, quæ tunc pertinacem maximè urgebat, perire, per ſummum ſcelus, liberorum, uxorum, cæterorúmq; affinium coxerit carnes in refectionem, ſeipſamque demum occiderit, ne leges cogeretur ſubire Victorum, ideoq; dictam fuiſſe Nequinum, quod nequiter in ſe crudelitatem vertiſſet, ut iram circumſidentium oppidum declinaret. Hæc quam leviter currant, alii judicent: Hujus civitatis præter cæteros Scriptores meminere Strabo, Tacitus, Plutarchus, Ptolomæus, Itineraria antiqua, Sozomenus, Zoſimus, Stephani Epitomator. Sub Romano Imperio diu floruit, protulitque Nervam Imperatorem. Hoc autem tempore ſub ſuavi Eccleſiaſtico jugo degit; cum anteactis ſeculis ob civiles diſcordias miſerabiles ruinas paſſa ſit, in quibus nec in poſtremis numeranda eſt, quam temporibus Caroli V. ſub prædabundi Borbonii exercitu miſerabiliter incurrit. Tunc enim adeò opibus exhauſta eſt, ita habitatoribus deſtituta, ut vix demum poſt diuturnam moram potuerint coire cives, ut iterum civitatis titulo condecoraretur. Sed cum demum tametſi breve, fertile tamen, copioſumque territorium incolas advocaſſet, cœpit paulò poſt frequentari, priſtinamque ad dignitatem viſa eſt rediiſſe. Feliciano Epiſcopo Fulginate prædicante lucem hauſit Evangelii. Tametſi Juvenalis primus ejuſdem Civitatis Epiſcopus in totum idolatriam ſuæ prædicationis mucrone jugulaverat anno Domini 368. Plures ſancti Præſules extitere, qui Narnienſem Eccleſiam illuſtrarunt; quæ jam inde à ſuo ortu, atque incunabulis inter Romanæ Provinciæ Eccleſias numerata eſt, iiſdemque cum aliis privilegiis ornata. Extat Eccleſia Cathedralis antiquæ ſtructuræ, & competentis magnitudinis; Sexdecim ibidem numerantur Canonici, 18. Beneficiati, aliique Clerici; nullas dignitates, nec præbendas, neque Seminarium habet. Adſunt in Civitate 7. aliæ Eccleſiæ parochiales, totidemque virorum cœnobia, & 5. Monialium, Confraternitates 12. unum hoſpitale, & Mons Pietatis. Diœceſis continet terras 5. & 25. circiter Pagos. Hujus Epiſcoporum ſeries ſequens eſt, quam ex diverſis monumentis, & ſcripturis erutam, hic ſubjiciendam curavimus.

ADDITIO.

(,, Inter Canonicos Cathedralis Narnienſis ex placito Clementis X. affulſit Canonicus Theologus cum ,, ſua Præbenda an. 1674. Et Pœnitentialis etiam ſtatuta eſt. Nulla inter hos eminet Eccleſiaſtica dignitas, ,, ſed bimeſtre regimen per turnum ab uno, & altero exercetur. Ex Bullis tamen Alexandri II. & Innocentii II. ſatis deprehenditur Archidiaconum, & Præpoſitum Narnienſibus Canonicis olim præfuiſſe: oblongis ,, & manicatis tunicis more Advocatorum Conſiſtorialium Romanæ Curiæ cum extra Eccleſiam incedunt, ,, utuntur; & ex privilegio ſibi confirmato à Paulo IV. ,, & Clemente VIII. gaudent jure in feſto S. Juvenalis ,, reſtituendi profugum hominem extremi ſupplicii reum. ,, Ex 18. Beneficiatis duo ſunt exerti, iique in duos cæremoniarum Magiſtros converſi, quorum electio unius ,, eſt Epiſcopi, alterius ad Capitulum ſpectat: & his accedunt duo alii, qui Sacriſtiæ curam gerunt ex Capituli diſpoſitione. Narnia nunc habet ſeminarium, & ,, Palatium pro Epiſcopo nobilis Structura ipſi Cathedrali conterminum. Ipſa Civitas mortalium capita ,, circiter 4000. enumerat, univerſa diœceſis ferè 20. ,, Suntque Terræ, oppida, ſeu Pagi, unde ipſa exurgit: ,, Stroncone, S. Gemini, Colleſcipoli, Otricoli a, ,, Calci, Itieli, S. Vito, Schifanoja, Configni, Lugnola, Atiranda, Coppe, Camertana, S. Liuo, Vacciano, Capitone, Gualdo, Montoro, Stifone, Tazzano, Poggio, Borgaria, S. Urbano, Guadamelli, ,, Vaguzzo, Finocchietto, Mogglo, Madonna della ,, Cerqua. *Fructus hujus menſæ taxantur in libris Cameræ ad Floren. 220. aſcendunt autem ad Scuta 1000 ,, monetæ annua penſione ſcutorum 600. & aliis oneribus aliorum Scutorum 150. monetæ gravati.* Luc.)

a Otriculum urbe olim Epiſcopali, de qua, atque ejus Epiſcopis in X. tomo.

I. 1. S. JUVENALIS natione Afer, Carthaginenſis, cum medicæ artis ad ægrotorum ſalutem munere fungeretur, relevaturus ſpiritualibus ægrotantes, presbyter effectus eſt; inque Italiam veniens Narniæ commoratus eſt, ardoreque prædicationis adeò Idololatriæ ſuperſtitionem evertit, atque confodit, ut ne palpitaret quidem. Quamobrem Narnienſibus poſtulantibus, à Damaſo Papa primus ejuſdem Civitatis Epiſcopus ordinatus eſt anno Domini 369. iſque paſtoralem curam ad finitimos, qui per ea tempora penè diſperſi fuerunt, ex ſtudio pietatis extendit. Multa diruit Idolorum templa, eademque in divinum cultum convertit, præcipuè autem illud D. Valentino ſacrum. Innumera propemodum miracula edidit, ac ſimul, & ſemel duo millia hominum Baptiſmali fonte luſtravit, in quibus eximiæ nobilitatis Venantia

ſœ-

fœmina fuit, cum duobus filiis, ex antiquiſſima gente Anicia, qui ſuis opibus, fortuniſque S. Epiſcopum aluerunt. Septem ipſos annos Narnienſem rexit Eccleſiam, requievitque in Domino anno 376. * 7. Idus Sextilis; Natalis verò ejus ex impropria conſuetudine aditur die 3. Maii; atque ad portam ſuperiorem ſepultus via Flaminia, deinde in novum ſepulchrum translatus eſt prope cryptam, ubi ſucceſſu temporis ex largitate piorum ejuſdem nomini conſecrata ſurrexit Eccleſia, ubi ad ejus ſepulchrum hæc carmina inciſa leguntur.

* Ex App. 1.1.

Secreti locus eſt intus, ſanctique receſſus,
Quem famulus Chriſti ſanctus Juvenalis amavit,
Sanctorum ſocius meritis evectus in aſtra:
Rupe cava placuit tumulari membra ſepulchro,
Ne polluta manus ſacrum contingere poſſet.

Hujus Sancti meminit Martyrologium Romanum die 3. menſis Maji, Baroniuſque in ſuis ad idem notis, aſſeritque ejus nominis duos fuiſſe Narnienſes Epiſcopos; alter, de quo modo locuti ſumus, confeſſionis gloria clarus, alter, qui per Martyrii palmam pervenit ad cœlos, cujus meminit M. Gregorius Homilia 27. in Evangelia, Narniæque tumulatum fuiſſe affirmat. Hujus in Martyrologio Romano mentio habetur 7. die Maji, atque apud Bedam, Uſvardum, atque Adonem. Unus Ferrarius repertus eſt, qui in ſuo Italorum Sanctorum Catalogo Baronio, cæteriſque ante Baronium ſcriptoribus refragaretur, cum diceret, unum, eundemque eſſe Juvenalem, qui gemino confeſſionis, Martyriique titulo apud Narnienſes fulgeret. Sed me parum movet Ferrarius, qui probè exploratum habeo tum Narniæ, tum in Foſſano Pedemontis Civitate oſtendi, venerarique S. Juvenalis Narnienſis Epiſcopi corpus. Quamobrem oportet duos fuiſſe ejuſdem nominis Narnienſes Epiſcopos. Hoc multis, ipſiſque etiam Narnienſibus clarum, ea quorum traditione Ferrarius argumenta ſua elicuit, non duos, ſed unum tantum Juvenalem, eumque Epiſcopum, & Martyrem extitiſſe, eum in illa ipſa Eccleſia, ac diœceſi Juvenalis feſtum 3. Maii officio Epiſcopi, & Martyris celebretur. Verùm id inſtitutum ſatis mirari non poſſum, cum ſit contra auctoritatem Romani Martyrologii, veterumque Auctorum, in quibus Juvenalis iſte, non Martyris, ſed Epiſc. & confeſſoris tit. ſolummodo inſignitur. At non aliunde certè hic error defluxit, quam ex eo quod in pervetuſto rerum Narnienſium monumento, mandatum eſt memoriæ. Fluctuante enim, ac concuſſa ingenti rerum perturbatione Civitate, corpus iſtius ſanctiſſimi Epiſcopi, ingentem vim ſanguinis profudiſſe, adeò ut ipſum loculum, in quo aſſervabatur, perfunderet, imbueretque; quod prodigium, cum oblivioni poſtea datum eſſet, ac loculus tinctus ſanguine, ipſæque reliquiæ cruentæ apparerent, in eam mentem venere, ut crederent, ſanctum pro fide cæſum, Martyrii gloriam, palmamque collegiſſe. Hæc opinio propagata, confirmataque occaſionem cuidam Epiſcopo Narnienſi injecit, ut ei adhiberet fidem, ac in ejus feſto officium, ut Epiſcopi, & Martyris celebrandum inſtitueret, nec primum hunc Juvenalem ab altero ſecundo Juvenali Epiſcopo, cujus ſacrum corpus Foſſani jacet, diſtingueret (1). Hæc de duobus Juvenalibus Narniæ Epiſc. certiſſima veritas, luce clarius iis diebus apparuit, dum Narniæ primi Juvenalis confeſſoris ſacrum corpus inventum eſt, tanta Narnienſium lætitia, ut adhuc incerti, & ancipites penderent animo, ac penè fidem obruerent, illius ſancti ipſorum tutelaris oſſa in Cathedrali non ſtare, ſed lapſis retro temporibus Foſſanum Civitatem Pedemontii tra[n]slata fuiſſe, cum ii confeſſorem à Martyre non di[ſ]cernerent. Anno igitur præterito 1642. Jo: Paulus Bu[c]ciarellus Narnienſis Epiſcopus, divino inſtinctu a[f]flatus, multis adhibitis teſtibus die 16. Aprilis in ſu[b]terranea crypta in honorem illius ſancti erecti ſace[l]li ſubjecta, terram refodi juſſit ſub ipſa ara à Pet[ro] Guſmano Epiſcopo anno 1308. excitata, ubi ſanc[ti] corpus jacere traditio, ſuperius allato cœnotaph[ii] conformis celebrabat. Cumque palmis aliquot ter[ra] refoſſa eſſet, ingens marmoreum ſepulchrum app[a]ruit, in qua loculus ligneus, tinctus ſanguine, integru[m] ſancti corpus continens, includebatur, teſtibus Epi[ſ]copo, aliiſque, qui poſtea rem ſunt intuiti, ingenti ſtu[]pore defixis videre fundo loculi venerandam ſanc[ti] effigiem modo admirabili impreſſam. Cumque locu[]lus in humente loco ſtaret, aqua madens repertus e[ſt] ac proinde in contiguum ſacellum die 25. Junii eju[ſ]dem anni translatus, cum interea Narnienſes inge[n]tem pompam, ac locum in eadem Cathedrali conſp[i]cuum, ad reponenda ſacra Protectoris ſui lipſana i[n]ſtruerent, & adornarent, Deoque grates peragere[nt] ob detectas ſanctiſſimas reliquias, tum ad ſanctoru[m] ſuorum amplificandam gloriam, tum ad memoriam quæ jam conſenuerat, & venerationem earum rel[i]quiarum excitandam, erroremque, qui invaluerat [u]num ſolum Iuvenalem, eumque Martyrem fuiſſe, d[i]ſcutiendum. Sancti effigies in ima loculi parte mir[a]culosè impreſſa cum ad ſe omnium admirationes r[a]pere ſit digna, placuit eam tantum inſinuare, ad pia[m] curioſorum aviditatem ſatiandam, eorumque conve[l]lendam opinionem, qui hactenus ſacris illis ſpoli[is] Narnienſes orbatos putaverunt; cum non ſolum ſa[n]ctum ejus corpus divinum numen detexerit, veru[m] ejus effigiem in loculo, quamvis ſanguine cruentato ſummo intuentium ſtupore impreſſerit.

Hujus ſancti compendiario Surius vitam perſcr[i]pſit in 7. tomo. Hic ſanctus etiam poſt mortem tut[e]la ſanè præcipua Narnienſibus adfuit. Siquidem cu[m] Adelbertus Etruriæ Marchio circa an. 512. præval[i]do ſuccinctus exercitu ſuæ tyrãnidi contumaces Na[r]nienſes vellet ulciſci, ipſi cum ex publico voto conf[u]giſſent ad ſanctum, illico ſenſere opem, defunctiqu[e] periculo, veneratione deinde majori ſuum ſanctu[m] excoluere Paſtorem, cujus ope fuerat factum, ut [E]truſcus hoſtis penè deleto exercitu abiret ingloriu[s].

2. MAXIMUS ſucceſſit Juvenali anno 376. [e] quo in vita ejuſdem Sancti. Hic Eccleſiam prædece[ſ]ſori ſuo excitavit, ibiq; venerandum corpus tranſtuli[t] depoſitumque inſcriptione ornavit; exceſſit, ut qu[i]dam ajunt, an. 416. menſ. Novembri.

3. PANCRATIUS Epiſcopus Narnienſis an[no] 425. Hic ante ſacerdotium ex legitima uxore du[os] genuit filios in Epiſcopatu ſucceſſores. Deceſſit circ[a] an. 455. ſepultus in Cathedrali.

4. HERCULES Patri ſucceſſit; obiit circa an[no] 470. ſepultus prope ipſum.

5. PANCRATIUS II. fratri in Epiſcopatu ſu[c]ceſſit; requievit in pace anno 493. 3. Non. Octob. ſe[]pultus eodem loco, ubi Pater, & frater in Cathedra[li] depoſiti fuerant. Extat adhuc ibidẽ ſequẽs inſcripti[o].

Hic requieſcit Pancratius Epiſcopus filius
Pancratii Epiſcopi, frater Herculis Epiſcopi
depoſitus III. Nonas Octobris.

6. VITELLIANUS (2) interfuit Concilio R[o]mano ſub Symmacho Papa an. 500. Obiit circa an. 53[]

7. S. PROCULUS Epiſcopus Interamnenſis, a[c] Narnienſis (3) ſanctiſſimè has rexit Eccleſias, paſſu[s] que

(1) Quod duo fuerint Juvenales Narnienſes Epiſcopi, gratis aſſeritur, cum neque tabulæ hujus Eccleſiæ, nec ulla traditio id comprobent. Cenſ[et] autem Papebrochius in Actis SS. Maji tom. 1. p. 386. & ſeqq. Juvenalem, cujus corpus Foſſani colitur, ex illis Epiſcopis eſſe, qui ſub Hunnerico ex Africa pul[ſi] in Italia obiere: cujus deinde corpus ſub alicujus deſolatæ Eccleſiæ altari repertum, inde in Pedemontium fuerit ablatum. Quod verò de Martyrii honore [] Narnienſi Juvenali dicitur, quem in pace alii quieviſſe aſſerunt, utrunque conciliari poſſe judicamus, ſi ſervatur ritus Eccleſiæ quandoque martyrem vocan[di] iis eos, qui licet in pace deceſſerint, plurima tamen perpeſſi ſunt incommoda pro Chriſti fide: quod eveniſſe huic noſtro Juvenali, certiſſima veritas eſt, cum ſe gliſcenti Gentilium ſuperſtitioni ardore ſuæ prædicationi oppoſuit. *Luc.* & plura vide apud Papebrochium loco citato.

(2) Vitalianus dicitur in Concil. Rom. an. 499. Sediſſe vero in Concil. Symmach. an. 500 incertum, cum nomina Epiſcoporum, qui ipſi adfuere, hacte[nus] deſiderentur. *Luc.*

(3) Hunc Proculum, ſi bene perpendatur annorum decurſus, non potuit utrique Eccleſiæ præfuiſſe. Interamnenſis deceſſiſſe affirmat Ughellus ann. 538. ſcribendumque diximus an. 546. cui ſe melius accomodat ſeries Narnienſis. Hic proximè ſequentem Caſſium Epiſcopali onere decoratum dicit an. 537. & deceſſiſſe Præſulatus an. 25. qui fuit 32. imperii Iuſtiniani, irrefragabili è ſepulchro Caſſii teſtimonio prodeunte, id affirmante. Quare cum ita ſe res habeat Narnienſi Cathedræ Caſſius inſedit an. C. 537. quomodo potuit igitur in Ughellio Proculus Narnienſibus jura ſacra dicere uſque ad an. 545. Cenſendum igitur un[] cè eſt ex exiſtentia Caſſii in Narnienſi Ovili ab an. 537. uſque ad 558. Proculum Interamnenſium tantùm Præſulatum geſſiſſe, poſt Proculum Syrum, poſt Sy[] rum Valentinum, dum Caſſius moderabatur Narnienſes. Caſſium deinde ſibi commendatam à Romano Pontifice ſuſcepiſſe etiam Interamnenſis gregis, & paſ[] [illegible] ſublecatum Juvenalem eteo. *Luc.*

que martyrium eſt circa annum Domini 545. prima die ineuntis Junii, de quo vide ſupra in Epiſcopis Interamnenſibus.* Hic ille fuit Proculus Epiſcopus, qui Eccleſiam D. Juvenali Epiſcopo excitavit in colle, cui poſtea S. Juvenalis cognomen fecere; quo quidem loco, ut in actis S. Juvenalis legitur, dum ille à cuſtodibus tentus immolare, & carnes edere cogeretur, in os ejus gladius immiſſus fuerit, quem is ira dentibus tenuiſſe, ut qui illum immiſerat, extrahere conatus guttur ſibi præcideret.

[*Ex App. t. 2.]

VIII. 8. S. CASSIUS Narnienſis Epiſcopus ad id dignitatis adlectus eſt anno 537. floruitque Juſtiniani Imperatoris temporibus. Hic antequam Eccleſiaſticis ordinibus initiaretur S. Fauſtam Virginem conjonctam in matrimonio habuit, cum qua tamen perpetuam coluit Virginitatem, factuſque Epiſcopus, non modo Narniam, ſed poſt Valentini mortem, etiam Interamnenſes miſerabiles ruinas ſibi à Vigilio Papa commendatas ſuo ille ſtudio pietatis ſublevavit. Dum in vivis ageret Caſſius, accidit prædabundum Totilam Gothorum Regem in Narniam, ſicut olim Interamnas miſerabiliter exciderat, ſuum deſtinare furorem. Ad id itaque audendum Totilæ agmen agenti, Caſſius memor gregis, publicæque ſalutis, progredienti, minitabundoque fiduciæ plenus occurrit, fracturus furioſi Regis audaciam, antequam innocens Civitas experiretur iram victoris. Cæterùm cum corpulentioris habitus, vultuſque rubicundioris Caſſius eſſet, quam ſanctum videretur decere, à Rege deſpectus, haud videbatur ob id hoſtiles impetus poſſe retardare; Cum repente Dæmon in corpus militis Totilæ in paucis chari, violentiſſimè invaſit, illumque diſcerpens, Regis miſericordiam excivit, ut Caſſium deprecaretur, ut miſereretur obſeſſi. Annuit ſanctus, ſignoque Crucis expulit dæmonem, tanta ſæviſſimi Regis admiratione, ut ſtatim ad rapinam, ad ſanguinem paratas acies, à Narnienſibus juſſerit declinare. Refert S. Gregorius nullam omnino prætériiſſe diem, in qua Caſſius non offerret placationis hoſtiam, illumque eleemoſynis, donoque lachrymarum clarum, ipſo natali Apoſtolorum die, quorum ſepulchra Romam quotannis progreſſus venerari ſolebat, poſt peractam rem ſacrã demigraſſe ad Dominum an. 558. qui fuit ann. 31. Imperii Juſtiniani Imperatoris, cum Narnienſem Eccleſiam anno X. ejuſdem Juſtiniani Principatus regere fuiſſet aggreſſus, ut antiquiſſima ejuſdem ſepulchri prodit inſcriptio in Cathedrali Eccleſia ſupra ſubterraneam portam marmori oblongæ figuræ cum ſigno Crucis in hæc carmina inſculpta.

Caſſius immerito Præſul de munere Chriſti,
His ſua reſtituo terra, mihi credita membra:
Quem fato anticipans conſors dulciſſima vitæ,
Ante meum in pace requieſcit Fauſta ſepulchrum.
Tu, rogo, quiſquis ades, prece nos memorare benigna,
Cuncta recepturam te noſcens congrua factis.
(1) *S.D. an. xxi. M. IX. D. X. R.Q. in pace.*
prid. Kal. Julii P.C. Baſilii V.C. an. xvii.

Hujus ſancti feſta dies Narniæ celebratur 4. menſis Julii, qua ipſa die natus eſt; apud Martyrologium autem Romanum die 29. menſis Junii, qua ipſa die migravit ad Dominum. Hujus Baronius meminit, non modo in ſuis Annalibus, ſed etiam in ſuis ad Martyrologium Romanum notis ſub hac ipſa die. Narrat Cæſar Franciottus in vitis SS. Lucenſium, Caſſii Corpus Lucam fuiſſe translatum; conditumque in Eccleſia S. Frigidiani ann. 845. die 2. menſis Aprilis, ex conceſſu Philippi Regis Gallorum, Lotharii Imperatoris affinis. Etenim cum Philippus Narniam oppugnaret, in ejuſque favorem 100. Equites, ac 4. millia pedites Lucenſes tranſmiſiſſent, peracto bello, à Rege victore, nullum aliud præmium ſibi dari poſtularunt, ut erant egregiè pii, quam S. Caſſii Corpus. Idem Franciottus cum hujus Sancti commemorat translationem, portentoſè tempora invertit. Siquidem primus Rex Galliarum Philippus regnare incœpit ann. 1060. deceſſitque 1108. quamobrem cohærere non poteſt, S. Caſſii Lucenſibus conceſſiſſe reliquias anno 845. hoc eſt 200. & eo amplius antequam lucem aſpiceret. Igitur dicendum eſt, aut Carolum Calvum Caſſianas reliquias Lucenſibus in victoriæ præmium attribuiſſe, aut aliquo alio tempore Lucam fuiſſe translatas. Hac autem de re aliorum judicium eſto. Ego ſanè, ſi nullæ aliæ firmiores conjecturæ occurrant, putaverim diverſum Caſſium poſſidere Lucenſes ab eo, quem ut proprium Præſulem Narnienſes hoc tempore exoſculantur, adorant.

IX. 9. S. JUVENALIS hujus nominis II. Epiſcopus Narnienſis, & Interamnenſis exciſæ Civitatis, nobili proſapia ſatus, ob inſignem virtutem, ſanctitatemque in Epiſcopatu Caſſiano ſucceſſit anno 558. eamque Eccleſiam ad an. 565. ſanctiſſimè adminiſtravit. * Ad cœlum evolavit 3. die Maii, ut quidam probabili argumento volunt, quem confeſſorem, non martyrem fuiſſe affirmant. Ejus feſtum celebratur 7. die menſis Maji. Hujus meminit Uſvardus, Adon, Petrus de Natalibus, Romanum Martyrologium. D. Gregorius homil. 37. in Evangelia Martyrem appellat, aſſeritque ejus corpus Narniæ jacere; Baronius in annotationibus ad diem 7. Maii hunc Martyrem fuiſſe, & à primo Juvenali diſcrepare opinatur. Sancti hujus Epiſcopi memoriam æternitati voluit conſecratam Beliſarius ann. 537. celebris Monaſterii fundatione propè Horram, ut in Actis Vigilii Papæ legitur. Juvenalis iſtius II. corpus à Joanne Canonico Toloſano, cum Narnia iter haberet, occultè ſubreptum eſt, ut eo pretioſiſſimo theſauro patriam ornaret; atque in loculo collocatum Mulo impoſuit; cumque in Pedemontis oppidum nobiliſſimum Romanitium dictum perveniſſet, hæſit Mulus, adhibitaque omni diligentia, commoveri, impellique, ut progrederetur, ulterius non potuit. Quo viſo miraculo, pium furtum, ſacrumque pignus iis populis detegere coactus eſt, qui ingenti pompa in Eccleſiam principem tranſtulere, eumque ſanctum in Protectorem electum ſumma veneratione coluere. Quievit in eo templo ad annum uſque 1236. cum illud oppidum à Federico II. Imperatore exciſum eſſet, populique ejus juſſu in colle non multum diſſito, novum oppidum, Foſſanum dictum, exſtruxiſſent, eo omnia ſua ſanctique reliquias traduxere, & in nova Eccleſia B. Virginis Mariæ, eotumque Protectori Juvenali dedicata collocarunt, atque hactenus ibi eas coluere. Hodie Foſſanum Civitatis nomine, dignitateque potitur, ejuſque Cathedralis anno 1592. à Clemente VIII. erecta, ſuo ornatur Epiſcopo, de quo alias ſermonem inſtituemus. Foſſani, hujus glorioſi Martyris translatio 30. Decembris, ejuſque feſtum 7. Maji ingenti pompa celebratur, oſtentatis populis ſacris ejus reliquiis; certiſſimo contra Ferrarium, alioſque, qui unum, non duos Juvenales Epiſcopos Narnienſes arbitrantur, allatæ veritatis argumento. Cæterùm ſilentio involuendum non eſt noſtro Juvenali Interamnenſem diœceſim, quæ eo tempore, Interamna à Gothis diruta deletaque, paſtore carebat, commiſſam, demandatamque fuiſſe; unde hic Sanctus aliquando Interamnenſis Epiſcopi, alias Narnienſis ſimul nomine inſignitus reperiatur: cum Innocentius I. ipſi etiam alterius onus, & curam impoſuiſſet.

[* Ex App. tom. 2.]

X. (" IOANNES *Narnienſium Epiſcopus erat Summo Pontifice Pelagio, cujus extant literæ in decretis 2. p. c. 7. 9. cap. 18. quibus coadiutor decernitur Joanni inſtanti Conſtitutus Presbyter, & huic obediendum, ſimul & Joanni præcipit Clero Pelagius. Interamnenſes quoq; Joanni obſecutos fuiſſe ex deducta ſerie Epiſcoporum, uſque dum proprio iterum decorati ſunt, abſque ulla erroris formidine conſicimus.* Luc.).

XI. 10. PROJECTITIUS Narnienſis, & Interamnæ exciſæ Epiſcopus anno 565. Obiit circa an. 595. cui S. Gregorius Eccleſiam Narnienſem commendat lib. 2. ep. 2. De quo Baron. ann. 591.

XII. 11. CONSTANTIUS a Epiſcopus fuit Narnien-

[a Seu Conſtantinus]

(1) Ipſo autem vita functo, curatores funeris addiderunt ſequentia: *S.D. anno xxi. &c.* qui Poſt conſulatus notat annum Chriſti 558. Unde per annos, menſes, dies hic indicatos retrogrediendo, intelligitur ordinatum fuiſſe S. Caſſium Epiſcopum an. 537. 19. Septemb. qui ipſo anno habente literam Dominicalem C, Dominicus fuit, & obſervantiam Dominicæ ad ordinationes Epiſcoporum, ſæpe à nobis inculcatam, confirmat. *Papebrochius* in Actis SS. Junii t. 5. p. 457. ubi de S. Caſſio plura.

nienſis, & exciſæ Interamnæ anno 595. Interfuit Romanæ ſynodo ſub Gregorio Magno. Obiit anno 606. („ *Affigitur etiã privilegio S. Medardi an. 601.*) A

XIII. 12. S. ANASTASIUS factus eſt Epiſcopus Narnienſis, ac Interamnenſis anno 606. exceſſit autem è vivis anno 653. die 17. menſis Augaſti. Conſule Catalogum Interamnenſium Epiſcoporum.

XIV. 13. DEUSDEDIT Epiſcopus Narnienſis Romano Concilio interfuit ſub Agathone Papa an. 680.

XV. 14. VILARIS, ſubſcripſit ſe Gregorii II. decreto adverſus illicita conjugia in ſynodo Romana anno 721. Non. Aprilis, Indict. IV. ante confeſſionem B. Petri celebrata, ex cod. vatic. 1353.

XVI. 15. STEPHANUS Epiſcopus Narnienſis, floruit anno 813. a apud Baron.

a In Synodo Rom. an. 651.

XVII. 16. MARTINI Epiſcopi Narnienſis memoria extat in anno 871. uſque ad annum 879. apud eundem Baron.* Huic Anaſtaſius Bibliothecarius inſcripſit exilium S. Martini Papæ, & Martyris an. 879. ind. 8. Opuſculum cum aliis ejuſdem Anaſtaſii IV. in lucem emiſit Jacobus Sirmondus Soc. Jeſu. B

* Ex App. tom. 7.

XVIII 17. JOANNES Civis Narnienſis, defuncta uxore, ex qua Sergium inde generavit, qui Pontifex ſummus evaſit, Narnienſis Epiſcopus electus circa ann. 940. Deceſſit anno 960. („ *Una cum Benedicto* „ *Cardinali Diacono ad Othonem electum Imperato-* „ *rem a Jo: XII. miſſus eſt, ut ejus in urbem adventum* „ *impediret.* *Ex Ciaconio* Lucent.)

XIX. 18. SERGIUS (1) Civis, & Epiſcopus Narnienſis, Patri ſucceſſit anno 960. inde ad Apoſtolicam ſedem evaſit anno 965. appellatuſque eſt Joannes XIII. Hunc plures arbitrantur genere Narnienſem fuiſſe, alii Romanum, ſed Narnienſium Præſulem. Hic anno Domini 962. 8. Auguſti nonnulla bona dedit Monaſterio Sublacenſi, ſub his verbis.

Ego Joannes Epiſcopus Narnienſis S. Sedis Bibliothecarius, hoc parvum munuſculum placuit offerre tibi B. Benedicte Confeſſor Chriſti ſit Subl. duas petitas terra vinea cum arboribus, & pertinentiis poſitis in via Appia LI. mil. Romæ in fundo Nobula Marotiæ excellentiſſ. fœmina, atque Senatricis. C

XX. 19.* STEPHANUS Narnienſis Epiſcopus præſens fuit Synodo Romæ habitæ à Benedicto Papa IX. ad favorem Villelmi Abbatis Fructuarienſis anno 1015.

* Ex App. tom. 2.

XXI. 20. DODONUS, anno 1028. Hoc fortaſſe Præſule Henricus IV. Imperator 1047. Præpoſitum, & Canonicos S. Juvenalis, & Caſſii Narnienſis Cathedralis ſub Imperiali ſuſcepit protectione, hoc diplomate ex autographo ejuſdem Eccleſiæ deſumpto.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus Imperator Auguſtus.

Notum ſit omnibus Chriſti, noſtrique fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, quòd amore divino remedio &c. Præpoſitum, & Canonicos S. Juvenalis, & S. Caſſii Narnienſis, cum omnibus eorum mobilibus, & immobilibus, quæ nunc habent, vel in antea acquirere poterunt, ſub noſtri Mondiburdii tuitione recipimus, nominativè quidem cellas cum utriuſque familia Eccleſiis, terris, vineis, cum caſis infra Civitatem, aut extra poſitas, cum alodiis, & omnibus utenſilibus, & pertinentiis, ea videlicet ratione, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut aliqua Imperii noſtri magna, parvaque perſona prædictum Priorem, aut Canonicos de præfatis bonis inquietare, aut diſveſtire præſumant ſine legali judicio, aut fodrum, aut tribunal, aut aliquas redibitiones tam ab ipſis, quam à ſervis ſuis, & ancillis exigat. Si quis igitur hujus noſtri Mundiburdii violator extiterit centum libras auri componat, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Præpoſito, & Canonicis. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur hanc chartam inde conſcriptam, ſigillo noſtro juſſimus inſigniri. D

Locus † ſigilli.

Subſcriptiones aliquæ non poſſunt legi.

A *Datum iii. Kal. Aprilis, anno Dom. Incarn. Milleſimo quadrageſimo ſeptimo, Indict. 15. Anno autem D. Henrici ....*

Reliqua non poſſunt legi.

21. MARTINUS floruit temporibus Leonis IX. anno 1050. Martianus vocatur in privileg. Leonis ejuſdem conceſſo Monaſt. S. Gratæ de Bergamo an. 1050. Extat inter antiqua monumenta Narnienſis Eccl. ſequens Alexandri II. diploma ad favorem Alberti Præpoſiti, & Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, Martino forſan ſuperſtite, enarratum, quod hic lubenter damus ab anthographo exſcriptum. XXII.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Alberto Archid. Narnienſis Eccleſiæ, cunctiſque Canonicis S. Juvenalis, & Caſſii, necnon & Maximi, illorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

B *CONvenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & petentium votis congruum impertiri ſuffragium. Igitur quia poſtulatis à nobis, quatenus concederemus, & confirmaremus vobis omnia bona ipſius canonicæ, inclinati precibus veſtris per hujus noſtræ confirmationis ſeriem confirmamus, & corroboramus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus bona ipſius Canonicæ, quæ modo juſtè habetis, & in perpetuum juſte habituri eſtis, ſive ſint mobilia, ſive ſint immobilia, ſicuti in decreto alterum habetis Epiſcopi ſcilicet veſtri, ſalva in omnibus juſtitia, & reverentia .... veſtra, ſtatuentes Apoſtolicam cenſuram ſubducere obteſtatione judicii, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, ſive Comes, ſeu Vicecomes, aut aliqua Eccleſiaſtica, vel ſecularis, magna, parvaque perſona contra hanc noſtram confirmationem agere præſumat. Servato in omnibus jure S. R. Eccleſiæ, & privilegio. Quiſquis autem hujus noſtræ ſanctionis privilegium violaverit, & admonitus digna ſatisfactione, quod contra noſtra Apoſtolica ſtatuta deliquit, non emẽdaverit ...ſe Apoſtolica excommunicationis, ac anathematis vinculo graviter innodat. at vero, qui pro intuitu juſto, & obſervator extiterit Apoſtolicæ benedictionis abundantia repleatur.*

C *Datum in Monaſterio S. Laurentii Catiliani 16. Kal. Febr. per manus ... Eccleſiæ ſubdiaconi, ac bibliothecarii, anno ab Incarn. Domini Milleſimo ſexageſimo nono, Pontificatus vero D. Alex. Papæ II. anno viii. ind. vii.*

22. * RODULPHUS Epiſcopus Narnienſis, & Abbas S. Caſſiani, memoratur in reges. Farſenſi an. 1092.* Ejuſdem memoria habetur in donatione, quã fecit Paſchalis Papa II. Cœnobio Sublacenſi, ut notatur in magno regeſto ejuſdem Cœnobii. XXIII

* Ex App. t. 5.

23. AUGUSTINUS filius Rinaldi Marſorum Comitis* qui ſedit ſub Paſchali II. ann. 1101. vel 1102. ut apparet ex donatione Sublacenſi, ubi ejus prædeceſſores Dodo, & Rodulphus recenſentur an. 1125. montis Caſini Monaſterio ſplendida latifundia dilargitus eſt, ut narrat Petrus Diaconus in ſua chronica Caſinenſi. XXIV

* Ex App. tom. 2.

D 24. N. Epiſcopus Narnienſis Fulginatis Eccleſiæ conſecrationi legitur interfuiſſe an. 1146. 10. Martii. XXV.

25. PETRUS anno 1158. Hujus chronica Ceccanæ meminit anno 1161. in Ferentina Diœceſi multos ſacro chriſmate innnxiſſe. * Forte hic Epiſcopus Petrus ille eſt, qui ab Adriano IV. Papa tranſlatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Spalatenſem, de quo Mſ. Chronica Bibliothecæ Card. Barberini. * Petrus iſte natione fuit Longobardus, inſignis Philoſophus, omniumque ſcientiarum eruditus, & doctus, ad Spalatenſem Archiepiſcopatum tranſlatus eſt ab Alexandro III. Inter collectanea Julii Antonii Santorii bon. mem. Cardinalis invenimus litteras duas Alexandri ab exemplari exſcriptas, unam ad Belam Hungarorum Regem, quibus eum monet, & hortatur, ut Eccleſiæ Spalatinæ canonicè de idonea perſo- XXVI

* Ex App. tom. 5.

* Ex App. t. 5.

(1) Joannem etiam, & non Sergium ante Rom. Pontificatum nuncupatum fuiſſe ex plurimis clariſſimis teſtimoniis accipimus: Conciliabulo ſiquidem Romano præſens fuit contra Jo. XII. an. 963. inque eo Joannes Narnienſis Epiſcopus nominatur. Item cum nonnulla bona dedit Monaſterio Sublacenſi an. 961. in charta donationis Joannem ſe dicit, & qui de vitis Rom. Pontificum ſcripſerunt, uno ore concordant Joannem Epiſcopum Narnienſem ſub nomine Joannis XIII. in Petri Cathedra ſediſſe, uno excepto Oldoino, qui noſtro in hoc Sergii nomine blandiri videtur Ughellio. *Luc.*

na provideri permittat, & Miroſlavum Comitem ad reddendam eidem Eccleſiæ pecuniam olim bo. mem. R. Spalatino Archiepiſcopo ab illo ablatam, vel ejus æſtimationem cogat: atque ut loca, in quibus olim Cathedrales ſedes fuerunt, ordinari permittat; ſi aliter ad id induci nequeat, Regia auctoritate compellat: alteram ad Clerum, & populum Salonitan. confirmationis N. Epiſcopi Narnien. in Archiepiſcopum Salonitan. (hoc eſt Spalatenſem) creatum, & conceſſionis Pallii, quibus etiam eoſdem Clerum, & populum hortatur, ut illum benigne ſuſcipiant, ac debitam ei obedientiam præſtent, ipſique decimas, & alia, quæ Parochiali jure ipſum contingunt, libenter perſolvant. Porro litteræ ſunt hujuſmodi tenoris. A

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei; Dilecto in Chriſto filio B. illuſtri Ungarorum Regi ſalutem, & Apoſtol. benedictionem.

Significantibus nobis dilectis filiis noſtris Clero, & populo Spalaten. nobis innotuit, quod cum Eccl. Spalatina diu paſtore vacaverit, & uſque ad hac tempora juxta formam privilegiorum Romanorum Pontificum, & ſacrorum Canonum liberam electionem habuerit, tu in ea Epiſcopum, ſecundum quod obſervatum eſt, eligi non permittis. Volentes igitur Regiæ ſaluti conſulere, & indemnitati præfatæ Eccleſiæ pro noſtri officii debito providere, monemus Regiam excellentiam, & exhortamur in Domino, quatenus eam libere, & ſine contradictione de perſona idonea ordinari permittas, qui & populo Dei præeſſe valeat, & prodeſſe. Alioquin licet magnificentiæ Regiæ deferre velimus, jam dicta Eccleſia in jure ſuo deeſſe non poterimus aliqua ratione. Nam & Serenitati Regiæ credimus expedire, ut civitatem ipſam in ſua libertate conſerves, & habitatores ejus in fidelitate tua facias firmiores, & ne eis circa dominium tuum occaſionem tribuas malignandi. Ad hæc etiam Regiam magnificentiam monemus attentius, & rogamus, quatenus Miroſlavum Comitem ad reddendam pecuniam prænominatæ Eccleſiæ, quam olim bon. mem. R. Spalaten. Archiepiſcopo abſtulit, vel ad æſtimationem congruam, & ut loca illa, in quibus olim Cathedrales ſedes fuiſſe noſcuntur, ordinari permittat, ſi aliter ad hoc induci nequiveris, Regia poteſtate compellas. Datum Viterbii 11. Non. Julii. B C

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis univerſo Clero, & populo Salonit. ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

Illa devotionis ſinceritas, & puritatis conſtantia, quam circa matrem veſtram ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, & perſonam noſtram habetis, in hoc evidenter apparet, quod ven. fratrem noſtrum I. Prænеſtinum Epiſcopum, dilectum filium noſtrum P. S. Euſtachii Diac. Card. ſicuti ipſi idem nobis inſinuarunt, benigne recipere, & honeſte curaſtis pertractare. Pro tanto itaque charitatis fervore, & fidei conſtantia gratiarum vobis actiones perſolventes, & ſincera in Chriſti viſceribus charitate vos diligentes P. Abbatem S. Stephani F. O. & VV. Nuncios veſtros debita benignitate ſuſcepimus, & ad petitionem illorum ſuper electione vobis, & Eccleſiæ veſtræ volentes utiliter providere, ven. fratrem noſtrum quondam Narnienſem Epiſcopum, virum ſiquidem litteratum, honeſtum, providum, & diſcretum in Archiepiſcopum vobis conceſſimus, & Patrem ſpiritualem, atque animarum veſtrarum paſtorem duximus ſtatuendum; ad plenitudinem Pontificalis officii oſtendendam, ei Pallium de B. Petri corpore ſumptum exhibentes, ut per ejus ſollicitudinem, & providentiam ſpiritualibus, & temporalibus valeatis proficere incrementis. Illum itaq; cum gratia ſedis Apoſt. ac noſtra, & cum ſui officii plenitudine ad vos, & commiſſā ſibi Eccl. docente Domino venientem Univerſitati veſtræ duximus attentius commendandum, per Apoſtolica ſcripta vobis præcipiendo mandantes, quatenus eum benigne, ac reverenter recipiatis, & debitam ei obedientiam tanquam Archiepiſcopo veſtro impendatis humiliter, & honorem: decimas, & alia, quæ de jure Parochiali ipſū contingunt, illi ſine contradictione aliqua perſolventes. Sane ſi in ejus obedientia humiliter permanſeritis, & D

ipſius ſalubribus monitis acquieſcere volueritis, vos, & Eccleſia veſtra, ſicut credimus, & ſperamus, ſpiritualiter, & temporaliter ſuſcipietis auxiliante Domino incrementum. Si quis autem veſtrum adverſus eum contumax inventus fuerit, vel rebelle ſententiam, quam idem Archiepiſcopus in illum propter hoc canonice promulgaverit, nos auctore Deo ratam, & firmam habebimus. A

Datum Ferentin. 6. Non. Julii.

Petri translationem, & quædam Acta commemorat Thomas Archidiaconus Spalatrenſis in hiſtoria Salonitanorum Pontificum, quæ m. ſ. penes me eſt in hæc verba.

Petrus Archiepiſcopus Spalaten. iſte fuit Lombardus, ſed prius fuit Epiſcopus Narnienſis. Sed vir magnus ſcientia, & bonorum morum actibus decoratus. Erat autem præcipue eruditus in ſcientia phyſicali, ita ut reſpiciendo in faciem ſani hominis prænoſceret, quo ægritudinis genere, & quo foret tempore invadendus, quove medela antidoto poſſet languoris evitare diſcrimen. Cum autem Spalatum veniſſet benigne ſuſceptus eſt; tum ad Gaudium gratia viſitationis acceſſit; vidit eum adhuc Epiſcopalem anulum geſtare in digito, eum vehementer redarguens extraxit anulum de ejus digito, & abſceſſit. Hic itaque cum aliquot annorum curriculis Salonitanæ præfuiſſet Eccleſiæ, feliciter profectus eſt in Hungariam, mortis debitum ſolvit, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ in Alba, ob cujus laudabilis vitæ converſationem in magna veneratione ab incolis regionis illius ejus tumulus habebatur. B

Hactenus ille,

Gaudius ille, de quo ſupra, fuerat Archiep. Spalaten. ab Alexandro Papa depoſitus.

26. MAZZIUS, a Concilio Lateranenſi reperitur ſubſcriptus ſub Alexandro III. 1179. XX VII.

27. BONIFACIUS, teſtis in privilegio Friderici Imperatoris conceſſo Spoletinis, an. 1180. 4. Kal. Octobris. a Al. Armatus. XX VIII.

28. M. JOANNES electus à Capitulo an. 1220. ab Honorio III. confirmatur, & conſecratur, ex regeſt. vatic. anno 4. ep. 734. fol. 175. XXIX C

HONORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Capitulo Narnienſi, &c.

Gerardus Clericus procurator Eccleſiarum S. Mariæ Majoris, & S. Mariæ in penſula Narnienſis Procuratore, & Concanonico veſtra, in noſtra præſentia conſtituto electionem à vobis de dilecto filio Magiſtro Joanne in veſtra Eccleſia celebratam caſſari poſtulavit inſtanter, proponens eamdem poſt legitimam eorum appellationem præſumptam cum pars eorum ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, ne ad electionem præſumeretis procedere ſine ipſis, qui volebant, ac debebant ſecundum loci conſuetudinem intereſſe. Nos autem auditis, & intellectis, quæ ab utriuſq; partis procuratoribus fuere propoſita coram nobis, vos ab impetitione ipſorum de fratrum noſtrorum conſilio duximus abſolvendos. Nulli ergo, &c. noſtræ deffinitionis infringere. Si quis autē, &c.

Datum Viterbii, 10. Kal. Junii, Pontif. noſtri an. 4.

Hoc Præſule Honorius III. anno Pontificatus XI. (1) de conſenſu ejuſdem Epiſcopi 16. Canonicorum numerum in Eccleſia Narnienſi ſtatuit, ut in præſenti ſequenti epiſt. legitur. D

HONORIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.

Epiſcopo, Bernardo Subd. noſtro, & Signedulfo Canonicis Reatin.

Dilecti filii, Capitulum Narnienſe, ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum ipſi olim penſatis Eccleſiæ ſuæ facultatibus de ven. fratris noſtri Epiſcopi Narnienſis aſſenſu ſedenarium canonicorum numerum in Eccleſia ipſa taxarint; ſtatuentes, ut nullus reciperetur ibidem, donec devenіant ad numerum prætaxatum, nunc ex tunc etiam niſi fuerint in ſacris ordinibus conſtituti, noſque ſtatutum hujus per eos juramento firmatum authoritate Apoſtolica duximus confirmandum. F. clericus ad eos primo monitorias, ac poſtmodum præcepto-

(1) Annus XI. Honorii cum inciderit in annum ſalutis 1226. vel ſane 1227 haud potuit ... Diploma Honorii ad aſſenſum Joannis hujus, cum proxime ſequens Gregorius ... Cathedralis conſecrationi interfuiſſe aſſeratur ab eodem Ughello an. 1222. Hæc igitur præſtitit Honorius jam Gregorio Epiſcopatum gerente, vel ipſe Gregorius falſo aſſeritur tali conſecrationi interfuiſſe. *Lu...*

pterias ſuper receptione ſua in eadem Eccleſia noſtras literas impetrarit, quarum authoritate ipſos multipliciter inquietat. Quare nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum nondum ad prætaxatum numerum ſint redacti, & jam quinque ad mandatum noſtrum devotè receperint, ac præfatus clericus nondum ad ſacros ordines ſit promotus, ipſos ab ejus impetitione abſolvere miſericorditer dignaremur. Nolentes igitur devotis graves exiſtere, quibus potius exhibere convenit nos benignos, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, prædictum capitulum donec ad prætaxatum numerum veniant, ab impetitione dicti clerici abſolvatis, quod ſi non omnes tu frater Epiſcope &c.

Datum Laterani Kalendas Martii anno xi.

XXX. 29. GREGORIUS, Reatinæ Cathedralis conſecrationi interfuit, anno 1222. Ciſtercienſẽ ordinẽ hic maximè fovit; ſiquidem omne adhibuit ſtudium, ut S. Benedicti monaſterium de Fundis ſuæ Diœceſis dicto ordini adjungeretur, Gregorio IX. ſedente, obtinuitque ab eodem Pontifice, ut Narnienſis Diœceſis S. Victoris Cœnobio de Otriculo adaugeretur, ut ex ſequenti bulla liquidò patet, ad hunc ipſum Gregorium Præſulem Narnienſium directa, ex regeſto vaticano eruta tom. 3. fol. 103.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Gregorio Epiſcopo Narnienſi &c.

CUM Monaſterium S. Benedicti de Fundis dudum lege Diœceſana tibi ſubjectum de tuo, & dilectorum tuorũ Capituli Narnienſis aſſenſu monaſterio S. Matthæi Reatin. Diœceſis Ciſtercienſis ordinis, cui dilecti filii Abbas, & Monachi ejuſdem Monaſterii S. Benedicti incorporari cupierunt, juxta ipſorum deſiderium duxerimus uniendum, nihilominus ſtatuentes, ut idem monaſterium ab omni juriſdictione Epiſcopali ſit liberum, & exemptum, & præfati Abbas, & monachi ſui per B. Benedicti regulam, & inſtituta Ciſtercienſis ordinis fratrum una cum Abbate, & conventu ejuſdẽ monaſterii S. Matthæi de cætero ſtudeant Domino famulari, nolentes ut ex hoc Narnienſis Eccleſia læſionem incurrat, in recompenſationem ipſius, monaſterium S. Victoris de Utriculo, quod juris, & proprietatis B. Petri eſſe dignoſcitur, tibi committimus, & Eccleſiæ Narnienſi authoritate præſentium concedentes, ut tu, & ſucceſſores tui jura Epiſcopalia in eodem exercere liberè valeatis, ita dumtaxat, ut monaſterium ipſum in ordine ſuo ſe præſervet, alioquin in regulari alto reformetur Nulli ergo &c. noſtræ cõceſſionis &c. ſi quis autẽ &c.

Datum Anagniæ quinto idus Martii an ſexto.

Hic idem Gregorius ad Hiacynthum ſuum Capellanum, Canonicumque S. Petri literas dedit, ſuoque ſequenti decreto Procuratorem conſtituit, ut hujus monaſterii adjunctionem S. Matthæo de Rieti ord. Ciſtercien. urgeret.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Hiacyntho Capellano noſtro, & Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum.

LIcet dilecti filii Abbas, & Monachi monaſterii S. Benedicti de Fũdis Narnien. Diœceſis, in quo ven. frater noſter Narnienſis Epiſcopus jura epiſcopalia obtinebat, poſteriorum obliti ad anteriora ſe laudabiliter extendentes, ut cum ſanctis animalibus ante faciem ſuam liberius gradiantur proficiendo ſibi per vitæ meritum, & aliis per exemplum ad melioris vitæ propoſitum, videlicet Ciſtercien. Fratrum ordinem aſpirarent, & nos eorum tam ſanctum, & laudabile propoſitum dignis in domino laudibus extollentes, ac proſequentes actionibus gratiarũ illud de ipſius Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Narnien. aſſenſu Monaſterii S. Matthæi Reatin. Diœceſis Ciſtercienſis ordinis, cui incorporare cupierant, juxta ipſorum deſiderium duximus uniendum, nihilominus ſtatuentes, ut ſuper B. Benedicti regulam, & inſtituta Ciſtercien. fratrum una cum dilectis filiis Abbate, & conventu ejuſdem Monaſterii S. Matthæi de cætero ſtudeãt Domino famulari, volentes tamen indemnitati ejuſdem Eccleſiæ providere Monaſterium S. Victoris de Utriculo, quod juris, & proprietatis B. Petri eſſe dignoſcitur, jure præfati Epiſcopi commiſimus in ſpiritualibus, & temporalibus reformandum, ideoque mandamus, quatenus eundem Epiſcopum in corporalem jam dicti monaſterii poſſeſſionem authoritate noſtra inducas, & tuearis inductum, contradictores &c.

Datum Laterani 2. Idus Maji anno 7.

30. JACOBUS Manſuetus Peruſinus Rhodii eques, electus eſt Epiſcopus anno 1242. (1) XXXI

31. Fr. FLORENTIUS Ordinis Prædicatorum, cujus meminit Seraphinus Razzius. XXXII.

32. ORLANDUS anno 1278. adfuit deditioni Civitatis Bononienſis, quam Nicolai III. Pontificis nomine ſuſcepit Latinus Cardinalis Urſinus, ut Ghezardaccius in hiſtor. Bonon. lib. 8. refert. De Orlando nonnulla inſtrumenta Cathedralis Eccleſiæ mentionem habent uſque ad annum 1303. poſt cujus obitum Clemens V. adminiſtratorem generalem Eccleſiæ Narnienſis deſignavit quendam Albertum Canonicum S. Petri de Spoleto, anno 1308. ex monumentis Monaſterii Saxi vivi Fulginaten. Extat Nicolai III. epiſtola contra Orlandum Narnienſem Epiſcopum, dilapidatorem bonorum Eccleſiæ ad M. Nicolaum de Camillo Apoſtolicum Capellanum. An. 1. 12. Kal. Octobris ep. 90. fol. 88. reg. vatic. („ *Legitur in Actis* „ *SS. Menſis Maji tom. 5 ubi de S. Juvenale pag. 394.* „ *Bulla Indulgentiarum Cathedrali Narnienſi conceſ-* „ *ſarum à quibuſdam Epiſcopis, quos inter Orlandus* „ *Narnienſis, dat. an. 1287.*) XXXIII.

33. PETRUS Epiſcopus Narnienſis, à Clemente V. ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ ſuſpenſus, ab eodem abſolutus anno 1315. 4. Nonas Julii ann. Pontif. 11. ex reg. Vatic ep. 614. fol. 198. XXXIV.

34. AMANTIUS electus anno 1324. ex lib. proviſ. Prælat. Obiit 1337. XXXV.

35. LINUS, ex Priore ſeculari Eccleſiæ S. Crucis Spoletanæ Diœceſis, ad id dignitatis electus à Benedicto XII. anno 1337. ex reg. Vaticano epiſt. 11. anno ſecundo Pontificatus, 8. Kal. Maji. XXXVI

36. Fr. AUGUSTINUS Finaccius (2) de Alto Paſcio Florentinus, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, ſublectus eſt anno 1343. 15. Kal. Aprilis. Succeſſit Lino, ex regeſt. Vatic. epiſt. 100. anno 5. Clementis VI. Hic vir doctiſſimus fuit, celebriſque Concionator; quamobrem ann. 1356. à Pontifice juſſus Cruciatam contra Infideles miro pietatis ardore evulgavit Florentiæ, ut Jo: Villanus narrat in hiſt. Florent. l. 7. cap. 79. XXXVII.

37. Fr. GUILLELMUS electus eſt an. 1367. ex lib. proviſ. Prælat. („ *Hic ex Ord. Min. fuit. Hujus o-* „ *pera potiſſimum uſus eſt Urbanus V. ad Fraticellorum* „ *perniciſiſſimam luem exturpandam: nimio effervens* „ *zelo Thomaſinum Cardinalem de Frignane parùm* „ *ſinceræ fidei accuſavit. Ex Ciacconio. Luc.*) XXXVIII.

38. LUCAS Bertinus Senenſis *a*, delectus anno 1371. cum Prior S. Martini eſſet; ad Senenſem Epiſcopatum translatus eſt à Gregorio XI. anno 1378. de quo plura ibi. XXXIX.

a De quo Ugurgerius in Pompis Senenſ. par. 1. p. 130 Mandoſ.

39. JACOBUS è nobili Ptolomæorum familia Senenſis *b* Lucæ ſuffectus eſt ann. 1378. Nuncius fuit, atque Apoſtolicorum ſpoliorum Collector ſub VI. Urbano anno 1383. Eidem mandavit Urbanus, ut Crucem contra Clementem Pſeudopontificem in Etruria prædicaret, 7. Non. Maji anno 3. ex lib. 1. bull. ejuſdem Pontif. f. 14. Mortalitatem explevit Jacobus circa annum Domini 1387. (3) cujus cadaver Senis relatum in Eccleſiam S. Franciſci in ſepulchro patrũ ſuorum conditum fuit. Fratrem habuit Petrum virum in repub. Senenſi clariſſimum, patrem Jacobi, ex quo natus eſt Andreas Syracuſanus Epiſcopus, qui Romæ mortalitatem explevit 1472. jacet propè Jacobum patruum non longe à Giſberto Ptolomæo Curiti, & Montis Faliſci Epiſcopo, Pii II. Papæ patrueli, anno 1479. defuncto; ibique ex marmore hæ viſuntur inſcriptiones. XL.

b De hoc item Ugurgerius ſuo cit. p. 105. Mand.

 Jaco-

(1) Criſpoltus in Peruſia Auguſta pag. 333. hujus meminit Manſueti, quem circa decimi quinti ſeculi dimidium floruiſſe aſſirmat, atque diem extremum obiiſſe anno circiter 1460. *Mand.*

(2) E S. Geminiano, atque ex Familia Tinaccia hunc Auguſtinum prodiiſſe aſſerit Vincentius Coppius de Viris illuſt. S. Geminiani p. 92. Præter Villanum ab Ughello citatum de eo etiam videndus eſt Ammiratus in hiſt. Florent. l. X. p. 472. *Mandoſ.*


(3) Anno 1387. ad Groſſetanam ſedem translatus fuit, defunctus vero an. 1390. ut fatetur Ughellus ipſe in Groſſetanis, & percipitur ex ſucceſſione Angeli apud Groſſetanos facta ex lib. proviſionum 6. Kal. Octob. per obitum Jacobi. *Luc.*

Jacobus Petri Ptolemæi de Senis J. U. Doct. eximius, qui Urbeveteri, & R. P. D. Andreas ejus filius Syracuſanus Antiſtes, qui Romæ, ac Montana etiam filia, quæ in oppido Aquependentis deceſſerat, cura, ac pietate executorum inter majores relati hic requieſcunt M.CCCC. LXXII.

Ibidem.

Gisberto Ptolomæo Ceriti, & Montis Faliſci Epiſcopo VI. Theologoque Antiſtiti Pii Pont. ej patrueli MCCCCLXXIX. ann. ætatis vij. & xxx. defuncto dicatum.

Hujus nobiliſſimæ familiæ ſtemmata ſunt Lunæ tres argenteæ cum faſcia itidem argentea in ſcuto cæruleo, ut vides.



XLI. 40. FRANCISCUS de Bellantibus Senenſis *a* electus eſt anno 1387. Hic à Jacobo Viterbienſi Epiſcopo procurator adlectus eſt, ſanctæque Apoſtolicæ ſedis Generalis Theſaurarius fuit, ſub Urbano VI. Rocchæ Narnienſis Caſtellanus, eidemque Bonifacius IX. poteſtatem fecit ſui Epiſcopatus quædam in feudum dare. Cæterùm ſuſpicor hunc illum Narnienſem Epiſcopum eſſe, quem aliquando Populus Romanus conſternatus ad arma cum Patriarcha Gradenſi conjecit in carcerem, eundemque ſtatim exolvit, ut cum ſummo Pontifice familiaritate præcipua conjunctum agnovit, ut narrat Bzovius in 15. tomo ſuorum Eccleſ. Annalium. Fuit Franciſcus translatus ad Groſſetanam Eccleſiam anno 1407.

a De hoc etiam Ughellius loco cit. p. 165. *Mand.*

XLII. 41. Fr. JACOBUS Peruſinus Ordinis S. Dominici floruit 1407. (,, *Scripſit Chronicon ſuæ Eccleſiæ. Vi-* ,, *de Oldoinum in Athen. Auguſto.* Mand.)

XLIII 42. ANGELUS electus à XII. Gregorio an. 1408. Deceſſitque 1412. ex lib. proviſ. Prælatorum.

XLIV 43. DONADEUS Narnienſis, ſacrorum Canonum Doctor, atque Apoſt. Cameræ Clericus, Angelo ſucceſſit ann. 1414. die 20. menſ. Sept. Joanne XXIII. ſedente; è vivis autem exemptus eſt 1418.

XLV. 44. JACOBUS natione Peruſinus de Bontempis *b*, antea Æſinus Epiſcopus à Martino V. translatus eſt ad hanc Eccleſiam anno 1418. 2. Kal. Februarii; ætatem produxit uſque ad annum 1455. (,, *Hic* ,, *antea fuerat Prior Monaſterii S. Laurentii de Mon-* ,, *te Periolo. Ferrarienſi Concil. interfuit an.* 1438. *De* ,, *eo conſule Oldoinum in Athen. Auguſto, & Fontanam* ,, *de Romana Provincia p.* 326. Mandoſius.)

b Jul. de Bontempis.

XLVI 45. LÆLIUS SS. Coſmæ, & Damiani Romæ olim Canonicus, electus eſt 1455. die 3. menſis Septembris. De quo acta conſiſt.

XL VII. (,, CONSTANTIUS *Herulus Narnienſis Ber-* ,, *nardi Cardinalis Heruli nepos, hac ſede fulgebat ſub* ,, *Paulo II. translatus deinde ad Tudertinam an.* 1471. ,, 6. *Id. Jan.* Lucent.)

XL VIII. 46. CAROLUS de Buccardis, ſeu Buccardinis de Narnia electus à Sixto IV. Pont. Max. 1471. Vita autem defunctus eſt 1498. ex actis Conſiſt. ſepultuſque eſt in Cathedrali: hoc habet cœnotaphium.

D. O. M.

Carolo Buccardi Civi, & Epiſcop. Narnien. jur. Pont. conſultiſſ. ejus Eccleſia heres ex aſſe inſtituta B. P. vix. ann. lxxxxviii. Alex. VI. P. M.

A Ibidem in pavimento

D. O. M.

Carolo Civi, & Epiſcopo Narnienſi Pontificii Juris Conſultiſſ. viro graviſſimo opt. qui Deum excolens, & ſe, & ſua, quæ habuit bona ſibi dicavit; in quo vitæ candor, & ſanctimonia fuit mira. Narnienſis Eccleſia poſuit, ſedente Julio II. Pont. Max. Sedit an. xxvii. M.VII. D.XVIII. Obiit menſe Junii, anno ſalutis M.CCCC. LXXXXVIII.

47. PETRUS de Guxman *c*, Hiſpanus, Alexandri VI. familiaris, ab eodem Epiſcopus creatus eſt an. 1498. die 4. menſis Junii; exceſſit anno 1515. ſepultus jacet in Cathedrali, ubi legitur hæc inſcriptio. XLIX.

c De Gorman. inter. fuit Concil. Lateranen. an. 1512. & 1514. Vide Ciampinii in Abbrev. de Parco Majori p. 50. *Mand.*

Pe. Germaz Hiſpanus de Regno Aragoniæ Dei, & Alex. VI. Pont. Max. gratia Epiſc. Narnien. Scriptor Apoſtolicus, Abbreviator, Plumbique Collector, ac aliis honoribus, & fortunis honeſtatus, naturæ debitum excogitans, ſacellum hoc ſuis ſumptibus locavit, dotavitque, ac vivens ſepulchrum ſibi poſuit, Incarn. Dom. MDXIII. v. Kal. Julii ſedente Leone Pontif. Max. Pont. ſui an. 11. Vixit an. lxx. m. . . ſedit ann. xvi. menſ. ix. dies xvij. Obiit MDXV. xi. Kal. Maji.

B

48. (1) FRANCISCUS Card. Soderinus Florentinus, vulgo Volaterranus Cardinalis vocatus, Narnienſis Epiſcopus fuit, ultroque eo munere ſe exolvit ann. 1517. L.

49. UGOLINUS Martellus nobilis Florentinus *d*, Aloyſii filius, ſcientiarum penè omnium exaggerata cognitione longè clariſſimus, latinè autem, Græcèque ita excultus, ut non Thuſcus, aut Italus, ſed Latinus, aut Græcus omnino videretur eſſe natus, adeò ſcitè utraque lingua in humano convictu, ſcriptiſque mirabiliter utebatur; ex Licienſi Epiſcopo, ad Narnienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1517. die 18. menſis Maji. Florentiæ, doctis omnibus moerentibus, diem clauſit extremum eodem anno, ſepultuſque eſt in majori Templo. Reliquit multa ingenii C monumenta, quæ M S. adhuc apud Martellos hæredes aſſervantur. LI.

d De quo Poccian-tius in Catal. Script. Florent. p. 167. *Mand.*

50. CAROLUS Soderinus Florentinus, Bernardi filius Card. Franciſci fratris, & Lucretiæ Venturiæ nobilis fœminæ, electus eſt Epiſcopus poſt exceſſum Martelli 1523. jure regreſſus, quē Card. Patruus eo munere abiens, ſibi reſervaverat. Vix autem annum integrum Carolus Narnienſem rexit Eccleſiã, cum in Galliis ad aliam Eccleſiam translatus eſt. LII.

51. PAULUS Cardinalis Cæſius hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit poſt Soderinum, inquè eum, qui ſequitur, illam transfudit an. 1524. LIII.

52. BARTHOLOMÆUS Cæſius adlectus eſt à VII. Clemente Epiſcopus Narnienſis an. 1524. 1. die ineuntis Julii, fato autem functus eſt 1537. LIV.

53. ALEXANDER Cardinalis Sfortia per ſex menſes tantùm adminiſtrator hujus Eccleſiæ adſcitus eſt 1537. die 25. menſis Novembr. LV.

54. JOANNES Raynaldus *e* è Marchionibus de Mõtorio à Paulo III. creatus eſt Epiſcopus an. 1538. D die 11. menſis Februarii. Deceſſit autem 1546. LVI.

e Narnienſis Patria. *Mand.*

55. PETRUS DONATUS Cæſius Romanus, electus Epiſcopus anno 1546. die 21. menſis Junii. Hic Romæ natus eſt 1522. legibuſque Peruſiæ, Bononiæque operam dedit, Andreaque Alciato alicubi uſus Præceptore, juriſprudentiſſimus evaſit: rediit deinde Romam, inque Aula Card. Cæſii ſui affinis verſatus eſt, ac paulò poſt Narnienſium Pontifex eſt adlectus à Paulo III. atque ab eodem Æmiliam Provinciam adminiſtrandam accepit. In quo quidem munere, cum prudentiſſimè ſe geſſiſſet, ſub Pio deinde IV. Bononienſis Vicelegatus S. Caroli Borromæi fuit, eo ſcilicet potiſſimum tempore, cum illa Civitas ſeditionibus æſtuaret. Quamobrem cum in diviſa genre æquiſſimum jus adminiſtraſſet, tum Bononiæ, tum Ravennæ in publicis inſcriptionibus meruit æternitatem. Sub Pio V. Apoſtolicæ Cameræ Clericus fuit, ac ſub eo· LVII.

(1) In novis Conciliorum Harduini editione tom. 9. p. 1781. in actione X. Lateranenſis Concilii habita anno 1515. ita legitur: *Rev. P. D. Joannes Archiepiſcopus Guenenſis dedit mandatum Rev. P. D. Fabiani Epiſcopi Narnienſis*. Ni locus ſedis Epiſcopi Fabiani corrupte ſit inſcriptum, hic Fabianum eſſe interſerendum quis non videat?

A eodem Pontifice ad Venetam Rempublicam, ad Magnum Etruriæ Ducem Coſmum I. iode ad Carolom IX. Regem Gallorum, cnjus per id tempus Regnum Ugoootti hæretici babebant ioſeſtum, legationibus functus eſt ſumma prudentiæ laude. Reverius deinde Romam, ab eodem Pio V. creatus eſt Presb. Cardinalis ſub tit. S. Agnetis in Agone anno 1570. ſuitque inter eos, qui Principum Chriſtianorum fœdus contra Turcas urſerunt. Interea cum Pio V. demortuo Gregorius XIII. ſucceſſiſſet, ejuſdem juſſu, Bonooiam legationis digoitate inſignitus frænavit; quam cum ad æquilibrium æquitatis rexiſſet, in eamque multa contuliſſet ornamenta, Romam demum reverſus eſt, ubi aono 1588. inconſolabili ſui cunctis ordinibus telicto deſiderio, vitam fioivit, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Vallicellæ, quàm vulgo Eccleſiam Novam appellant, quamque ipſe cum amaotiſſimo fratre Angelo Tudertino Epiſcopo ampliaverat, B exornaveratque, ut ſubjecta inſctiptio liquidiſſimè prodit.

Caſii fratres Petrus Donatus S. R. E. presb. Card. apſidem fundavit, ades multas coemit, ſacerdotum habitationem ampliavit, Angelus Epiſcopus Tudertinus ſacellum exſtruxit, ac dotavit, anteriorem templi partem fundavit, ornavit, perfecit.

Ejus antem corpus io majori capella, ut vocaot, tumulatum eſt, inque marmoreo ſepulchro hujuſmodi epitaphio proloquente.

D. O. M.

Petro Donato Caſio S. R. E. Card. à Pio V. Pont. Max. ad Principes, & Reipub. Italia commovendas in hæreticos miſſo, demum Cardinali creato, & ad conſilium graviſſimarum rerum, præcipue ſacri fœderis adhibito, a Gregorio XIII. Bononia Legato, harum adium ampliatori, templique apſidis fundatori. Vixit annos liv. menſes vi. dies xvii. Obiit iii. Kal. Octobr. MDLXXXVI. Federicus Caſius hæres patruo poſuit.

LVIII. C 56. ROMULUS Cæſius Romaous, ex Petri Donati ceſſione, hunc Epiſcopatum obtinuit 1566. die 12. menſis Julii. Poſtea autem, quam hanc eamdem Eccleſiam pet 12. annos adminiſtraſſet, ultro eo munere ſe abdicavit.

LIX. 57. HERULUS de Herulis Civis Narnienſis, à Gregorio XIII. ſuæ Patriæ Præſul effectus eſt anno 1578. die 13. menſis Junii. Vixitque in ea dignitate annos 23. deceſſitque ſub Clemente VIII. an. 1600. Attingebat affinitate hic Præſul Berardum Herulom Spoleti Cardinalem, qui celebris floruit Pii II. temporibus. Jacet Herulus in Cathedtali, cænotaphio in inſigni marmoreo tumulo exornatus.

D. O. M.

Herulo Herulo Andrea ex Clara Caſia F. civi Narnien. nobiliſſ. viro probitate, & ſapientia inſigni, qui à Gregorio XIII. Pont. Max. Patria ſua creatus Epiſcopus; Bononia ſub Petro Donato Card. Caſio ejus Avunculo; deinde Æmilia ſub Ant. Maria Gallo Card. Vi-
D *celegat. præpoſitus, ſummam ex omni adminiſtratione laudem retulit, cumque ad ampliora majorum veſtigiis contenderet in medio curſu, invida morte præreptus eſt. Vixit an. liv. menſ. x. die xxii. Obiit iii. idus Octobr. anno ſalutis MDC. Paula Herula ex fratre neptis, & Joann. Baptiſta Cardolus Paula conjux nobiles Narnienſes hæredes B. M. poſ.*

LX. 58. JO. BAPTISTA Tuſcus Regienſis, nepos Domioici Cardinalis Tuſchi, Herulo ſuffectus eſt 1601. die 28. menſis Maii, translatuſque deinde eſt ad Tyburtinam Eccleſiam. De quo ibi.

LXI. a Bonettus. 59. JOANNES Beroſus a Regienſis, Cardinalis & ipſe Tuſchi ex ſorore nepos, conſobrino ſucceſſit an. 1606. poſtrema die ſe convolventis Jolii, qui hanc Eccleſiam ad multum tempus adminiſtravit. Cujus laboribus haudquaquam fortuna arriſit. Deceſſit autem 1632. menſe Julio.

LXII. b De quo Janus in 60. LAURENTIUS Azzolinus Firmaous, b Ri-

A pæ Tranſonenſis antea Præſul, Urbani VIII. ſtatus conſiliarius, atque à ſecretis, ad Natoienſem Eccleſiam translatus eſt, anno 1632. die 2. ineuntis Auguſti. Deceſſit eodem anno menſis Novembris Romæ ioter obſequia arridentis fortunæ, quæ viro forti, ac gnaro, ſub amante fautoreque Pontifice videbatur majora ſpondere, niſi invida, importunaque mors eidem ſpes ademiſſet, & vitam. Pinacotheca 1. imag. 158.

61. c PAULUS Buccerellus de Arquata Diœceſis Aſculanæ, Archiepiſcopatus Mediolanenſis Vicarius, ab Urbano VIII. electus eſt Epiſcopus Narnienſis anoo 1634. vivit adhuc. („ *Hic die 16. Aprilis an.* „ *1642. S. Juvenalis Sacra Lipſana detexit, eique dignum ſacellum proprio etiam erogato are conſtruendum ſatagit. Obiit tandem die 21. Febr. 1656. ætatis* „ *63. ſepelitur ante altare S. Juvenalis in ſepulchro,* „ *quod ſibi jam antea paraverat.* Loc.) LXIII c Jo. Paulus Buccerellus, cujus mentio apud Dominicum [illegible] Mand.

* 62. RAYMUNDUS ex Marchionibus Caſtel- LXIV * Ex Appen. p.
B lis Interamnenſis Patria, ex Abbate ſeculari evaſit Epiſcopus Narnienſis die 26. Junii 1656. Succeſſit prædefuncto Buccerelo. Ob egregiam virtutem cum nobilitate conjunctam magnam de ſe excitavit expectationem.

A D D I T I O.

(„ *Hanc Eccleſiam cunctis applaudentibus, conſultiſſimè rexit, ad normam Conc. Trid. Seminarium* „ *erexit die 11. Aprilis 1660. ſaluberrimam Synodum* „ *coegit, publicavitque an 1665. centum Sacerdotum approbante Alexandro VII. in Fidelium defunctorum* „ *ſuffragium Societatem inſtituit, in quorum numerum* „ *& ipſe obiit 1670. 14. Iulii æt. 63. in patria, ubi in* „ *Majorum tumulo ſepelitur in Eccleſia S. Franciſci* „ *Min. Conventualium.*

„ OCTAVIUS *Avini nob. Camerinenſis, I.V.D.* „ *Patriæ Cathedralis Archidiaconus, & Vicarius Generalis Narnienſi Thiara condecoratus eſt, ipſomet* „ *Summo Pontifice in Conſiſtorio eum proponente die* „ *1. Septemb. 1670. fauſtis acclamationibus exceptis,* „ *Epiſcopale Palatium ſumma diligentia reſtaurandum curavit, ſacram ſupellectilem elegantiorem auxit, ſed & ad animarum lucra converſus dum nihil* „ *omittit, quod optimi Paſtoris eſt, morte ſurripitur.* LXV.
C

„ JOSEPH-FELIX *Barloccius Romanus, I.V.D.* „ *atque U. S. Referendarius, tum majoris Præſidentia* „ *Abbreviator, Tyburtinæ Civitatis Rector, Epiſcopalibus tandem inſigniis in Narnienſi Throno cohoneſtari promeruit die 24. Maii 1682. Aſt cum ex aeris* „ *inclementia ejus valetudo vexaretur, ſupplex obtinuit* „ *à ſummo Pōtifice à ſuſcepto onere recedendi facultatē.* LXVI

FRANCISCUS *Picharellus ex nobili genere in* „ *terra Sarnani Camerinenſis Diœceſis natus I. V. D.* „ *diverſis in civitatibus conſultoris S. Officii & Iudicis munia egregie cum ſuſtinuiſſet, nec non Auditoris* „ *Rotæ Maceratenſis, Vicarii, Apoſtolici Abbatiæ Nonantulanæ, & Epiſcopatus Spoletani, tandem Narnienſium Antiſtes enunciatus eſt 22. Maii 1690.* Luc.) LXVII

(„ *Obiit in Reſidentia an. 1708. menſe Decemb.*

„ FRANCISCUS *Xaverius Guicciardi, Presbyter, nobilis Comenſis Diœceſis, annorum 46. I.V.D.* LXVIII.
„ *Canonicus inſignis Baſilicæ S. Mariæ Transtiberim* D „ *de Urbe, nec non Canonicus titularis Eccleſiæ Curien.* „ *& per 14. annos Auditor cl. me. Leandri Card. Colloredi, creatus eſt Epiſcopus Narniēſis 25. Apr. 1709.)*

NEPESINI EPISCOPI.



IN explicata inter Romam, Viterbiumque planitia, antiquiſſima Etruriæ Civitas Nepis aſſurgit, quam ita fuiſſe appellatam Feſtus affirmat, ab ſcorpionis inſigne, quem ejuſdem Cives, ut in bello diſcernerentur, extulerant. Varia autem apud Scriptores ejus appellatio eſt: ſiquidem apud Itinerarium Nepis eſt, & Nepet, Plinio Neps eſt, quam Strabo Nepiſam vult appellari: apud Epitomatorem autem ex Dionyſio Romanarum Antiquitatum, Neſpeſus dicitur; Quam iterum Livius multis in locis, ac Ptolomæus, antiquæque inſcriptiones Nepetem appellant, ejuſdemque populos Nepeſinos. Unde Silius lib. 8.

Hos juxta Nepeſina Cohors, æquique Faliſci.

Cæterùm Volaterranus in Urbanis commentariis contendit, Nepet, legendum eſſe, atque omnes omninò auctores, qui aliter habēt, librariorum injuria ſenſim fuiſſe corruptos. Primùm omnium conſtat antiquiſſimam Civitatem eſſe, interque XII. Romanas Colonias, ut refert Frontinus, Vellejuſque Paterculus lib. 1. Poſt octo annos quam Galli Urbem ceperunt, Sutrium deducta Colonia eſt, & poſt annum Setiam, novemque interjectis Nepetem. Livius lib. 6. anno 5. ab Urbe capta Sutrium, anno ſeptimo Nepete deducta Colonia. Poſtea ab iiſdem Romanis facta municipium eſt, ut Feſtus narrat. Hanc Civitatem expugnavit Valerius, receptiſque Nepeſinis pepercit, rebellionis contra Romanos mulctatis auctoribus. Idem Livius in 15. lib. ſcribit hanc unam ex illis XII. Civitatibus fuiſſe, qui in Romanorum favorem contra Carthaginenſem Annibalem arma expedire contempſit; quamobrem cum aliis poſt ſex annos duplo mulctata eſt. Olim præpotens fuit, priſciſque illis temporibus habitatoribus frequens, ſed hoc tempore depoſita propemodum videtur, anguſtiſque confiniis, aeris inſalubritate incolas deterrente. Ruente Romano Imperio & ipſa concidit, diverſoſque Dominos ſub nomine Ducum experta fuit, donec Romanorum Pontificum Majeſtate gliſcente, ſub eorundem demum ſuaviſſimo jugo conquieſcit. Ut non procul à Roma eſt, ſic in primis Civitatibus fuit, quæ lucem hauſere Evangelii, prædicante S. Ptolomæo Antiocheno, S. Petri Apoſtoli Alumno, quem ſecum Romam adduxerat. Inter cæteros, Romanum Nepeſinum Philoſophum convertit ad Chriſtum, ſacroq; abluit fonte, cumque anno 46. Ptolomæum Panthepolis (1) Nepeti vicinæ Civitatis, Romanum verò Nepetis ipſius Epiſcopos ordinaſſet, magno fidei incremento viſus eſt fundamenta jeciſſe. Siquidem uterque ingentibus editis miraculis, omnem propemodū idolatriam deleverunt. Itaque cum apud Aſpaſium Comitem, Tribunumque Etruriæ pro Claudio Imperatore accuſati fuiſſent, poſt diram carceris macerationem, verbera, ignes, cæteramque corporum lacerationem, in Chriſti fide mira conſtantia perſeverantes, tandem pœnam capitis ſubjere 19. die Octobris, anno conditæ ſalutis 51. Martyrum corpora clanculum ablata Lavinella *a* matrona nobilis, ac pietate præcipua prope Nepim condidit in ſpelunca, ubi non multò poſt fidelium pietas eorum nomini

a Savinilla.

A consecratum templum erexit, ubi ad mille annos conquieverunt, donec Petrus Aloyſius Farneſius Nepis Dominus, Templum illud evertit, cum Nepim Civitatem novis munimentis, muriſque contra hoſtiles impetus vellet concludere. Tunc enim Martyrum corpora adhuc madentia ſanguine reperta ſunt, mirante Paulo III. Farneſio ſummo Pontifice, qui propriis oculis ſpectaculum uſurpaverat. Itaque decrevit Pontifex intra Civitatem nobiliori Templo Martyrum reliquias eſſe condendas. Cujus voluntatem poſtea executus eſt Thaddæus Sartius Nepeſinorum, ac Sutrinorum Epiſcopus, cum in abſolutum jam Templum ſolemni pompa Martyrum reliquias intuliſſet anno 1606. die 24. menſis Auguſti. Hanc ſolemnem trāslationem Hiacynthus de Nobilibus, Ordinis Dominicani Alumnus enarrat. Itaque in Nepeſina Civitate Chriſtianam fidem ſundatam, adeo multi deinde Tyranni eam convellere conati ſunt uſque ferè ad Conſtantini tempora, ut poſt Romanum primum Nepeſinorum Epiſcopum, vix ulla memoria

B occurrat, qua illorum Epiſcoporum ſeries cohærere poſſe videatur. Cum tamen conſtet illam, ut S. ſedi viciniorem haud fuiſſe ſuo Paſtore deſtitutam. Demum Nepeſina Eccleſia una ex illis erat, quæ unius ſummi Romani Pontificis arbitrium immediatè intuebatur.

ADDITIO.

(„*Cathedralis Nepeſina Eccleſia B. Virgini Ma-* „*tri eſt dicata, inque ea ſunt 14. Canonici, quibus adde* „*Archipresbyterum, & Pænitentiarium. Incolæ Civi-* „*tatis vix explent 500. lares, quorum in ſpiritualibus* „*curam gerunt 5. Eccleſiæ Parochiales, quarum præci-* „*pua per Archipresbyterum Cathedralis exercetur.* „*Virorum 3. Monialium 2. ſpectantur ibi Cœnobia, 3.* „*Laicorum Confraternitates, Languentium & Peregri-* „*norum Hoſpitale, Mons Pietatis, & Frumentarius,* „*& nobilis Bibliotheca, cujus cura ineſt Canonico Pæni-* „*tentiario. Duæ in ipſa Diœceſi Eccleſiæ Collegiatæ ex-* „*tant, ſuamque habent Archipresbyteralem dignita-* „*tem. Plura oppida Nepeſinam augent diœceſim, ſunt-*

C „*que*, Fiano, Cāpagnano, Formello, Scroſano, Mor- „lano, Filacciano, Magliano di Pecorareccia, Caſtel „S. Elia. Mazzano *Univerſa Nepeſina Diœceſis 6000.* „*circiter alit mortalium capita.* Luc.)

Hæc Eccleſia rem ſuam ſeorſum egit, donec Eugenius IV. illam Sutrinæ junxit, ac fœderavit, quo utriuſque Præſul dignitatem ſuam honeſtiori pompa poſſet tueri anno 1436. („*Fructus autem utriuſque* „*uniti Epiſcopatus taxantur ad flor.* 133. *aſcendunt* „*verò ſcuta 975. circiter annuis penſionibus, & oneri-* „*bus gravati ſcutorum 150. Moneta.*) Series Nepeſinorum Epiſcoporum ſequens eſt.

1. S. ROMANUS primus Nepeſinorum Epiſcopus, ab Apoſtolo Petro ordinatus fuit anno conditæ ſalutis 46. nobilem tulit palmam martyrii anno 55. die 19. menſis Octobris; Illiuſque Civitatis Protector eſt, ac divus tutelaris, cujus Baronius meminit in Annalibus Eccleſiaſticis, inque ad Martyrologium Romanum notis, Ferrarius, aliique. I.

2. S. MILIONUS Epiſcopus Nepeſinus, & Mar- II.

D tyr, cujus reliquiæ anno 1116. reconditæ fuerunt in Eccleſia Præneſtina ſub Altari S. Agapiti per Cononem Epiſcopum Præneſtinum, ut ex marmorea inſcriptione ſuperius relata viſitur.

*3. EULALIUS in ſchiſmate contra Bonifacium III.
Papam, Pſeudopontifex creatus, ſe abdicavit anno * Ex App. tom. 5.
421. Baronius tom. 3. Annal. ad annum 419. aſſirmat Eulalium ex urbe pulſum, & in Campaniam miſſum Nepeſinum deinde creatum fuiſſe Epiſcopum; ſic Binius in Notis ad Concil. General. Alii habent Neapolitanam accepiſſe Eccleſiam regendam, ibiq; obiiſſe ann. 424. quod falſum omnino eſt.

(„PROJECTITIUS *deinde nobis occurrit in* „*Concil. Rom. 465. Lucent.*) *Projectinus dicitur in no-* „*viſſ. Concil. Harduini editione.*) IV.

4. FELIX interfuit Romæ celebratis Conciliis à V.
Symmacho Papa an. 502. (& 409. 501.)

5. PAV-

(1) Pentapolim fuiſſe in Etruria, ex quinque civitatibus coaleſcentem, cujus Nepis erat caput, diffuſè, & eruditè enarrat Nicolaus Nerdinus in libro, cui titulus: *La Cattedra Veſcovale di S. Tolomeo in Nepi*. Noſter Ughellus hic Ptolomæum Pentapolis Præſulatum geſſiſſe affirmat, exiſtimans Pentapolim Civitatem fuiſſe Nepeti vicinam; at ubi de Florentinis agit Archiepiſcopis, Ptolomæum Nepete fixiſſe ſuam ſedem affirmat. *Lucent.*

VI. 5. (1) PAVLUS, ſubſcripſit ſe decreto Gregorii Magni, habito in Synodo Romana anno 13. Mauritii Imperatoris 5. Julii, qui fuit ſalutis 596. *a* ex codice Vat. n. 1393. („ *Idem Gregorius ad Viſitationem „ Eccleſiæ Neapolitanæ legaſſe hunc Paulum, & interim „ cuidam Joanni Epiſcopo viſitationem hujus Eccleſiæ „ Nepeſinæ conceſſiſſe habetur ex lib. 2. Epiſt. m. April. „ Ind. X. Quanta æſtimationis fuerit Paulus, deſumi po- „ teſt ex tom. 6. hujus Operis. In Romano Concil. habe- „ tur Paulus Nepeſinenſis an. 590. 601. Luc.*)

a Melius 5. 5.

VII. 6. GRATIOSUS Concilium Lateranenſe ſubſcribit, à Martino Pontifice celebratum anno 642. *b*

b Corrige 649.

VIII. 7. THEODORUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus, ſub Agathone Papa Conſtantinopolitano Concilio *c* Interfuit 680.

c In Conc. Rom. pro Conſtant. Conc.

IX. 8. GEORGIUS, ſive Gregorius, Interfuit Synodo celebratæ temporis Gregorii II. anno 721.

X. 9. JOANNES, in Concilio Romano ſententiam dicturus aſſedit, anno 743. anno verò 769. Pauli Pontificis decreta ſubſcribit; Concilio Romæ celebrato interfuit, ut Baronius refert. Romæ deceſſit anno 770. 12 Kal. Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Sabam, olim celeberrimam Abbatiam, ubi adhuc ejuſdem tumulum cum hac inſcriptione ſpectatur.

Hoc humata jacent Ioannis membra ſepulchro,
Qui Nepe fuerat Præſul in Urbe quidem.
Ne Nepa ſæva ſibi noceat, ſuccurre Redemptor,
Et quæ contraxit crim.
Nempe loco ſancto voluit ſepelirier iſtu,
Quo per hos ſanctos inveniet requiem.
Extenſum per O. P. Q. E. A. connexa
Chriſti annum monſtrant quo tranſiit iſte ſacerdos,
Obiit in pace xi. Kal. Novemb.
E. M. O. L.

Baronius in 9. tomo Annalium retulit hoc epitaphiū, literaſque, quæ in ipſo ſunt, explicat, hujus Epiſcopi exceſſum deſignantes, hoc ratione. O anni IX. P. VII. Q. CCCCC. E. CCL. A. IV. qui omnes ſummum efficiunt DCCLXX. annorum.

XI. 10. GRATIOSUS, in Romano Concilio ſub Eugenio II. graviſsimè ſententiam dixit, anno 826.

XII. 11. BENEDICTUS in Romano reperitur aſſediſſe Concilio anno 853.

XIII. 12. STEPHANUS, apud Imperatorem Ludovicum falſo calumniatus cum Velitrenſi Epiſcopo, exilio mulctatus eſt, diutinaque carcere maceratus, in gratiam deinde Adriani II. Pontificis anno 868. abſolutus evaſit, rediitque ad Eccleſiam ſuam. Demum cum Donato Epiſcopo Oſtienſi, Marinoque ſanctæ R. E. Diac. Cardinali Collegis, Conſtantinopoli egregiè Legationem obivit, ut refert Bibliothecarius.

XIV. 13. SERGIUM Alberici Principis, ac Senatoris Romæ fratrem temporibus Marini II. Pontificis anno 945. Nepeſinum Epiſcopatum geſſiſſe comperio, quo anno cum Alberico, Conſtantino, Bertaque Maroziæ Romanorum Senatricis, Albertique Marchionis filiis, ampliſſimas poſſeſſiones in SS. Andreæ, & Gregorii ad Clivum Scauri Monaſterium contulerunt, atque adeo Benedicto Abbati, & Monachis inter cætera caſtrum Mazzanum in Nepeſino territorio ſitum Romæ milliaribus 20. diſſitum, cum omnibus ad id ſpectantibus tradidere. Hoc Caſtrum hodie eodem nomine inſignitum, beneficiario jure ab Apoſtolica Camera conceſſum fuit Franciſco Biſciæ nobili Romano, Lælii Biſciæ olim Cardinalis fratri. Hic ego ne ingrati animi labem ſuſcipiam, ſilentio præterire non poſſum, quantis beneficiis humaniſſimo Cardinali obſtrictus ſim, cum ille non modo ad hoc opus proſequendum verbis incenderit, verum pulcherrima antiquitatis monumenta, atque inter alia hoc donationis à Sergio Nepeſino Epiſcopo, & Alberico fratre dicto Monaſterio factæ documen-

A tum, cujus ille exemplum à Scipione Cardinale Burgheſio illius cœnobii Commendatario acceperat, liberalitas impertierit. Quod cum non exigui ſit momenti, ac dignitatis, hic conferre libet; cujus tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, anno Deo propitio pontificatus D. Marini ſummi Pontificis, & univerſalis II. Papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno 3. ind. 3. menſis Januarii, die 24. Quoniam certum eſt nos Albericus Domini gratia humilis Princeps, atque omnium Romanorum Senator, atque Sergius humilis Epiſcopus S. Nepeſinæ Eccleſiæ, nec non & Conſtantino Ill. viro, atque Berta nobiliſſima puella uterina & germanis fratribus, Marocha quondam Romanorum Senatricis filii, à præſenti die pro omnipotentis Dei, & S. Andreæ Apoſtoli, atque B. Gregorii confeſſoris Chriſti, atque Pontificis, & quotidianis, ſacriſque veſtris orationibus, atque ſuſtentatione cœnobii, & luminariorum continuatione, & veniam delictorum noſtrorum, ut pro interceſſione ejuſdem ſanctis, & ſacris quotidianis veſtris orationibus per hæc futura B *æterna gaudia cum electis Dei poſſidere mereamur, ideo donamus, cedimus, tradimus, atque in uſu, & utilitate Monaſterii S. Andreæ Apoſtoli, & S. Gregorii, quod appellatur Clivus Scauri, offerimus in perpetuum, nulla nobis cogente, neque contradicente, vel ſuadentu, aut vim facientu, ſed propria, ſpontaneaque noſtra voluntate vobis D. Benedicto Chriſti famulo religioſo presbytero, & monacho Abbati ſupraſcripti ven. Monaſterii ſanctæq; tuæ congregationi, ſucceſſoribuſque veſtris eidem Monaſterii ſervitio commorantibus, introeuntibus, ut ſuperius miſſum eſt, in uſu, & utilitate in perpetuum, id eſt Caſtello in integru, quod vocatur Mazzano cum caſis, & ſuis ædificiis, necnon & fundis, & caſalibus, ſive vocabulis ſuis, & ſibi omnibus pertinentiis, una cum familiis utriuſque ſexus inibi nobis pertinentibus poſito territorio Nepeſino milliario ab Urbe Roma plus minus XXV. juris, cui exiſtit, necnon, & caſale in integrum, qui vocatur Mons aureus, cum olivetis, & arboribus omnibus ſuis, terris, campis, cum oratorio Salvatoris, & ædificiis ſex fontana aqua viva, ſicuti noſtra quondam genitricis, & noſtrorum quondam parentum detinuere manibus eun-* C *dem Caſale integrū poteſtate poſitu foris porta Portuenſi juxta murum ejuſdem portæ, verum etiam, & duas clauſura de vinea cum arboribus earum in integrum, quæ infra ejuſdem clauſuræ via publica per medium ducit, & cum omnibus ad eas generaliter, & integrum pertinentibus poſitu territorio Albanenſe milliario ab Urbe Roma plus minus 14. juris, cui exiſtat, in fundum, qui vocatur Procli, una quidem cluſura, & quem ſupraſcripta res nobis evenit, à quondam noſtra genitrice, & à quondam noſtris parentibus. Iterumque, & donamus, & offerimus vobis vinea petias tres in integrum, & cum omnibus ad eas pertinentibus poſitas ſupraſcripti territorio Albanenſe in fundum, qui vocatur Caſa majula, ſive Piſcinula, juris, cui exiſtens, & inter affines ab uno latere vinea de me donatore, & à ſecundo latere de vos, qui ſupra donatrices, & à tertio latere foſſatum, in quo decurrit aqua. Unde & omnes exinde munimmas novas, & veteres apud nos, noſtriſq; hæredes, & ſucceſſores ad conſervandas, & ſalvas faciendas pro aliis immobilibus locis, quæ* D *in eas uſſe, continere videtur, & pro hoc eas vobis minime tribuere potuimus, ſed quandoque vobis, veſtriſque ſucceſſoribus neceſsè fuerit, ſemper eas abſque ulla mora demonſtrare, & oſtendere ſpondimus gratis abſque præmio omni tempore, & ſi in quolibet tempore qualemcumque chartulam exinde vobis, veſtriſque ſucceſſoribus litiganda oſtenſa fuerit, chartula illa ſine ullo robore firmitatis decernimus permanere, hanc a die præſentis donationis chartulam vobis contradidimus, quibus ſupraſcriptis immobilibus locis cum famulis utriuſq; in eodem Caſtello commorantibus, & cum omnibus eorum pertinentiis, ut ſuperius legitur, eo vero tenore, ut neque vos, ne-*

(1) Anno jam interim excurrente, quo nulla extat memoria Nepeſinorum Antiſtitum 535. cum in ſolio Romano ſederet Agapetus ex Baron. t. 7 an. 536. n. 66. refertur in Oppido Rumelli, ſeu Fornelli, quod eſt Nepeſinæ Diœceſis, Epiſcopum extitiſſe magnæ virtutis, & meriti, quem cum Oppidi incolæ nequiter accuſaſſent apud Agapetum, quod in ſanctificato vaſe manducaret, juſſu Pontificis Romam perductum carcere detinuit; at adveniente Dominica die, qua in Lateranenſi Altari de more Epiſcopo coram Papa Deo litandum erat, Divino ipſo Numine ſecundo Agapetum admonente, calumniatus poſſus Epiſcopus ad id peragendum aſſumptus eſt, evenitque ita, viſibili etiam Spiritus S. interventu, ut ibi enarratur. Hanc ſanctiſſimum Epiſcopum fuiſſe Nepeſinum certo affirmare non audemus, conjectari licet ex loco Nepeſino, in quo morabatur, ex incolis parentem fortaſſe ſeverioris diſciplinæ renuentibus, ideoque calumniatoribus, & ex ipſa Liturgia in Lateranenſi Patriarchio ab Epiſcopis Urbis vicinioribus conſerta peragi. *Luc.*

neque veſtri ſucceſſores, & qoalitercumque magna, parvaque perſuna aodeat per libellom, aut tertium genus, neque quovis modo ſupraſcriptis locis ab eodem S. Monaſterio auferre, neque alienare audeat, & quod non credimus, neque licentiam damus ſi alicui exinde chartula qualibet facta fuerit, ſine omni robore firmitatis eam decernimos permanere, & ſupraſcriptis locis in integris, & famulis ſupraſcripti monitoris habeas, teneas, poſſideas, & in uſu, & ſalario pro ſubſtentatione cœnobii, ſive in perpetuom etiam ſi præcepti Pontificalis pagina in perpetuum incula monaſterio renovandi, & nunquam à vobis, nec ab hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, aut à nobis ſubmiſſa magna, parvaque perſona contra vos, veſtroſq; ſucceſſores aliquam aliquando habebitis quæſtionem, aut calomniam, ſed in omni tempore, ab omni homine, & omni loco, obi vobis, veſtriſque ſocceſſoribus neceſſe foerit ſtare nos una com hæredibus, & ſocceſſoribus noſtris, & defendere promittimus vos, veſtroſque ſocceſſores in qua, & jurati dicimus per Deum omnipotentem, ſanctaque ſedis Apoſtolicæ, ſeu ſalutem Beatiſſimi, & Apoſtolici D. Marini ſummi II. Papæ hæc omnia, quæ hujus à die præſentis donationis chartulæ ſerie teſtes eloquitur, inviolabiliter conſervare, atq; adimplere promittimus, Si enim, quod abſit, & quoquo tempore nos, vel hæredibus, & ſocceſſoribus noſtris contra vobis, veſtriſque ſocceſſoribus, aut contra hanc à die præſentis donationis chartulã, quã ſponte fieri rogavimus, agere, aut cauſare præſumpſerimus per quovis modum ingenii, quod ſenſom humanum intelligere, vel capere poteſt, & minimè defendere potuerimus, aut noluerimos, tunc non ſolum perjurii reatum incurramus, verum etiam daturos nos promittimus una cum hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ante omne litis initium pœna nomine auri libras obrizas decem, & pœnam abſolutionis manentem. Hanc à die præſentis donationis chartola ſeriem in ſoa nihilominus maneat firmitate, quam ſcribendam rogavimus Leonem ſcriniariom, & tabellionem Urbis Romæ, in qua, & nos qui ſupra ſubtus mano propria ſubſcripſimus, & ſignom S. Crucis fecimus, teſtes, qui ſubſcriberent rogavimus, & vobis, qui ſopra contradidimus in menſe, & Indictione 3.

Albericus Princeps, atque omnium Romanorum Senator huic à die præſentis donationis chartola de ſopraſcriptis immobilibus locis, & familiis, cum eorum pertinentiis facta à me cum ois conſortibus in ſupraſcripto Monaſterio in perpetuom, ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † ſigni.

Signum mano ſupraſcriptæ Marociæ nobiliſſimæ fœminæ donatrice, qoi ſopra littera t. n. Signum † manu ſubſcriptæ Stephaniæ nobiliſſimæ fœminæ donatrice, qui ſopra littera s. n.

Berta nobiliſſima puella huic à die præſentis donationis chartola de ſupraſcriptis immobilibus locis, & familiis cum eorum pertinentiis facta à me cum ſupraſcriptis Conſortibus meis in ſupraſcripto Monaſterio in perpetuum ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes, qoi ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Sergius, Dei gratia, Epiſcopus S. Nepeſinæ Eccleſiæ huic à die præſentis donationis chartula de ſupraſcriptis immobilibus locis, & familiis, & eorom pertinentiis facta à me cum ſupraſcriptis Conſortibus meis in ſupraſcripto Munaſterio in perpetuũ, ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Cuuſtantinus in Dei nomine nobilis vir, huic à die præſentis donationis chartula de ſupraſcriptis immobilibus locis, cum familiis, & eorum pertinentiis facta à me cum ſupraſcriptis Conſortibus meis à ſupraſcripto Monaſterio in perpetuum ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Joannes nobilis vir omnis in hanc chartulam donationis de ſupraſcriptis immobilibus locis, & familiis, & omnibus eorum pertinentiis facta à D. Alberico glorioſo Principe omnium Romanorum Senatore, & ejus Conſortibus in Monaſterio Clivus Scauri in perpetuum ſicut ſuperius legitur rogati ab ea teſtes ſubſcripſimus, & traditam vidimus. Locus † Signi.

Georgius, Dei providentia Secundicerius S. Sedis Apoſtolicæ in hanc chartulam donationis de ſupraſcriptis omnibus immobilibus locis, cum familiis, & eorom pertinentiis ab Alberico glorioſo Principe, & eorum Conſortibus in Benedicto Abbate Monaſterii Clivus Scauri ſuiſve ſucceſſoribus ſicut ſuperius legitur ab eis ſubſcriptam traditam vidi. Locus † Signi.

Andreas, divini reſpectus gratia Arcarius S. Sedis Apoſtolicæ in hanc chartulam donationis deſuper ſcriptis omnibus immobilibus locis, cum familiis, & eorum pertinentiis facta à D. Alberico glorioſo Principe, & ſuis Conſortibus in Benedicto Abbate Monaſterii Clivus Scauri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperius legitor rogatus teſtis ſubſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Leo, Dei pietate, Prothonotarius S. Sedis Apoſtolicæ in hanc chartulam donationis de ſopraſcriptis immobilibos locis, & familiis, & eorum pertinentiis facta ab Alberico glorioſo Principe omnium Romanorum Senatore, & ejus Conſortibus in Monaſterio Clivus Scauri, ſuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperios legitur rogatus ab eis teſtis ſubſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Benedictus, in Dei nomine Conſul, & Dux in hanc à die præſentis donationis chartulam de ſopraſcriptis omnibus immobilibus locis cum familiis, & cum omnibus eorum pertinentiis facta à D. Alberico glorioſo Principe omnium Romanorom Senatore, & omnibus Conſortibos in Monaſterio Clivos Scauri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetoom, ſicut ſuperius legitur rogatus ab eis teſtis ſobſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Ego Leo Scriniarius, & Tabellio Urbis Romæ, quat ſcriptor hujus chartulæ poſt teſtium ſubſcriptiones complevi, & abſolvi.

Locus † Signi.

Hic Sergius Epiſcopus Nepeſinus non modo Albericum, verum etiam Joannem XI. Pontificem fratrem habuit, de quo, ejuſque Matre Marozia plura Baronius in Annalibus an. 955. Sergium ſubſcriptum invenio bullæ Agapiti Papæ Monaſterii SS. Sylveſtri, Dionyſii, & Stephani, nec ab eo tempore factam ullam ejus mentionem reperi.

14. JOANNES Romano concilio ᵃ legitur aſſediſſe anno 963. XV.
ᵃ Conciliabulo contra Jo. XII.

15. JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus, & S. R. E. Bibliothecarius, privilegium Ioannis XV. pro Eccleſia Caſinenſi anno 989. 3. Id. Novembris, & pro Eccleſia Portuenſi firmavit anno 992. & bullam canonizationis S. Uldarici ab eodem Pontifice emanatam ſubſcribit 993. Hunc illum arbitror, qui Romæ in Eccleſia S. Sabinæ tumulatur, ubi in marmorea tabula demortui Epiſcopi, cum hac inſcriptione ſpectatur effigies. XVI.

Epiſcopus Joannes, quem rege claude ſinas.
Hubrae jaces hic Nepeſinus.

16. * CRESCENTIUS Epiſcopus Nepeſinus, ſubſcripſit diplom. pro Eccleſia Fructuarienſi ſupra relatu an. 1015. neque alia de ipſo reperitur mentio * Creſceas Epiſcopus Nepeſinus an. 1042. de quo mentio in Regeſto Farſenſi. XVII.
* Ex App. t. 2.
* Ex App. 1. 5.

17. ALBERTUS pſeudo Cardinalis, cum aliis Schiſmaticis fuit in Conciliabulo Romano ann. 1098. ut notat Baronius ad hunc annum.

18 OTHO ᵇ Epiſcopus hujus Civitatis interſuit conſecrationi Paſchalis II. anno 1100. die 14. Auguſti in eccleſia B. Petri, ut notat Baron. tom. 12. ad hunc annum (,, *Creſcentio ſucceſſiſſe cenſendus.*) XVIII
ᵇ Seù Otto, Cardinalis ex Oldono.

19. BENEDICTUS bullam Honorii II. Pontificis ſubſcripſit, Eccleſiæ Piſanæ Indultam an. 1126. XIX

20. HUMBERTUS Gallus, Claræ Vallis Monachus, Ordinis Ciſtercienſis, Divique Bernardi Alumnus, ab Eugenio III. Nepeſinus Epiſcopus ordinatus, ac conſecratus eſt circa ann. 1150. vir ſanctimonia vitæ præclarus; qui poſtquam verbo, exemploque Nepeſinam Eccleſiam inſtituiſſet, requievit in Domino; cujus viri Alanus Altiſiodorenſis meminit in vita S. Bernardi. XX.

XXI. 21. MARTINUS, Laterano Concilio interfuit 1179.

XXII. 22. BERNARDUS Monachus Ciſtercienſis, ejuſdem Civitatis Epiſcopus anno 1186. reperitur. Hic SS.Confeſſorum Nicolai, & Benedicti in eccleſia S.Mariæ de Fallaris Aram conſecravit 8. Kal. Aprilis, ut in ſupranotata inſcriptione poteſt videri.

XXIII 23. GERARDUS, SS.Liberatoris, & Lucæ Evangeliſtæ altare conſecravit in eccleſia S.Cæſarii de Vignali Hortenſis Diœceſis an. 1210. die 4. menſis Martii, ex inſcriptione marmorea.

XXIV 24. N. ab Honorio III. anno 1218. conſecratus, ex reg. vatic.

XXV. 25. AMATUS Canonicus Anagninus, & Cardinalis S.Angeli Capellanus, ab Alexando IV. creatus eſt anno 1256. Kal. Iunii, cum prius electionem à Capitulo factam rejeciſſet, tum de Magiſtro Thoma Archipresbytero eccleſiæ SS.Sergii, & Bacchi in Suburra de Urbe, tum verò de Fr. Nicolao Conventuali S.Mariæ de Populo Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ut habetur in ep. 313. fol. 176. anno 2. in reg. vatic.

XXVI 26. LAURENTIUS deceſſit anno 1278.

XXVII. 27. Fr. THOMAS Ordinis Minorum ſublectus fuit à Nicolao III. Pontifice anno 1278. 5. id. Auguſti ex regeſt. Vatic. ep. 126. f. 35. ubi habetur, quod defuncto Laurentio, Capitulum in partes diviſum, una Bartholomæum de Corbaria Ord. Minorum, cui à ſuo Superiore licentia ad onus Epiſcopale ſuſcipiendum denegata fuit, alia pars Ægidium S. Apollinaris Canonicum, tertia Joannem S. Mariæ Transtiberim Canonicum poſtularunt. Ægidius ſponte ceſſit, Joannes lite pendente defunctus; hunc Thomam Nicolaus III. de plenitudine poteſtatis aſſumpſit in Epiſcopum: cui ſcribit Martinus IV. anno 3. Kal. Aprilis ep. 25. fol. 122. Obiit 1285. Eoque defuncto, Capitulum in electione iterum in partes diviſum, alia Rodulphum Canonicum Eccleſiæ S. Quiriaci de Prunia Senonenſis Diœceſis, alia Fr. Danielem de Urbe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui electioni de ſe factæ ſuum noluit præſtare conſenſum, iterumque Joannem Priorem Lateranenſis Eccleſiæ delegit, qui & ipſe renuit aſſentire. Honorius ſummus Pontifex ſequentem Lituardum elegit, ex reg. Vatic. ep. 72. fol. 21.

XXVIII. 28. LUITARDUS * è Cervata gente Cornetanus, ex Priore S.Mariæ de Caſtello Cornetanæ Diœceſis electus ann. 1285. 4. Kal. Auguſti, cum eſſet Rector Patrimonii S.Petri; à Bonifacio VIII. poſtea ad Eccleſiam Callienſem translatus eſt anno 1297. Hujus Præſulis adhuc multæ literæ extant in archivo Abbatiæ S.Salvatoris de Monte Amiato.

* Sive Lituardus.

XXIX 29. Fr. ANGELUS huic ſucceſſit an. 1297. anno verò 1302. translatus eſt ad Eccleſiam Reatinam, ex regeſt. Apoſtol. Hic anno 1301. Kal. Junii à Bonifacio VIII. deſtinatur Nuncius Apoſtolicus ad partes Germaniæ, ex regeſt. Vaticano epiſt. 11. anno 11. fol. 114. fuit Urbis Vicarius.

XXX. 30. Fr. PAULUS Ord. Minorum electus eſt à Bonifacio VIII. an. 1302. Deceſſit an. 1317. ex eodẽ reg.

XXXI 31. Fr. JOANNES Ordinis Minorum, ex Pœnitentiario Apoſtolico à Joanne XXII ſummo Pontifice electus Epiſcopus an. 1317. 2. Kal. Maji, ſubque eodem Pontifice Romæ Vicarius fuit.

XXXII. 32. Fr. GENTILIS Bentivenga Tudertinus Ordinis Prædicatorum à Joanne XXII. electus anno * 1322. 6. Non. Octob. ex Reg. Vat de quo in lib. proviſ. Prælatorum. Meminit ejuſdem Pamphilus Cæſius à Caſſia in elogiis virorum illuſtr. Tudertinæ Civitatis. Obiit 1337. („ *De eo Fontana de Romana Provin-* „ *cia p. 307.* Mandoſ.)

* Ex App. tom. 4.

XXXIII. 33. JACOBUS de Cancellariis Romanus, quam hoc tempore gentem de Buſalo appellant, è Piſtorio oriundus, electus 1338. ex Archipresbytero Eccleſiæ S.Mariæ de Caſtro Sublaci à Capitulo, confirmatur à Benedicto XII. 12. Kal. Junii anno 4. ex regeſt. vatic. epiſt. 54. Romæ deceſſit 1357. Sepultuſque eſt apud S.Mariam in Via, ubi, ante illius Eccleſiæ reſtaurationem, hoc epitaphium legebatur, ut Scipio Ammiratus ſcribit in deſcriptione Florentinarũ familiarũ.

S. Jacobi de Cancellariis Epiſcopi Nepeſini, qui Obiit anno Domini M.CCC.LVII. cujus anima Requieſcat in pace.



34. BONIFACIUS * de Cetto, patria Urbevetanus, Epiſcopus Vodienſis huc translatus 1358. 6. Idus Aprilis ab Innoc. VI. ex regeſt. vatic. ep. 11. fol. 24. an. 6. lib. 1. * Anno 1373. 10. Julii veluti Commiſſarius Petri Epiſcopi Urbevetani fidelitatem, & juramentum accepit à Nicolao ex Comitibus de Marciano Abbate electo S.Severi de Urbe veteri. XXXIV

* Ex App. tom. 9. * Ex App. t. 9.

35. PETRUS Seinus, Raynerii filius, Urbevetanus, Nepeſinorum Pontifex fuit an. 1374. XXXV.

36. LUCAS ſublectus eſt, ſive potius in hanc ſedem intruſus à VII. Clemente Antipapa, anno 1378. quem ut verum Pontificem reveritus eſt, ſolitamque Cameræ Apoſtolicæ penſionem exſolvit, die 17. menſ. Martii, ex lib. ſolutionum ejuſdem Pontificis. („ *Legitimè deinceps ſediſſe comperitur.*) XXXVI.

37. PETRUS Epiſcopus Pennenſis, & Adrienſis, Nepeſinæ Eccleſiæ Commendatarius fuit anno 1391. ſub Bonifacio IX. Pontifice, ex lib. ſolutionum. XXXVII.

38. * Fr. BONIFACIUS Cepti Urbevetanus Nepeſinus Epiſcopus an. 1391. ita in monumentis S. Mariæ Novæ de Urbe memoratur. XXXVIII.

* Ex App. t. 4.

39. SANCTES, electus 1393. die 28. menſis Octobris, ex eodem lib. Deceſſit autem an. 1396. ſepultus in Cathedrali. XXXIX.

40. PETRUS, ex Archipresbytero Nepeſinæ Eccleſiæ, electus eſt Epiſcopus an. 1396. 2. Kal. Aprilis, Bonifacio IX. ſedente. Deceſſit anno 1400. ex eodem lib. XL.

41. JACOBUS Onomali Paluiſi, ex Archipresbytero item Cathedralis, electus ejuſdem Eccl. Epiſc. 3. Non. Julii anno 1400. eodem anno vita functus eſt menſe Octobri, ex eodem libro. Jacet in Cathedrali, ubi hæc penè corroſa inſcriptio legitur. XLI.

Hic Requieſcit Reverend. Pater Dominus Jacobus Onomalis Paluiſi Epiſcopus, & civis Nepeſinus, qui Obiit anno M.CCCC.

42. FRANCISCUS Archipresbyter S. Crucis Nepeſinæ Diœceſis Jacobo ſuffectus eſt anno 1400. 13. Kal. Novembris, ex eodem libro. XLII.

43. PETRUS de Orto electus anno 1433. 5. Kal. Maii, ex lib. oblig. ad Monte Flaſconenſem ſedem translatus eſt anno 1436. 2. Id. Decembris ex eod. lib. Tunc Eccleſia Nepeſina, cum Sutrina perpetuò unita fuit, eodem die & anno; * ut ex ſequenti Eugenii bulla perhibetur, quam legimus in Vatic. archivo in lib. de diverſis formis, fol. 26; tenoris ſequentis. XLIII

* Ex App. t. 2.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei:

Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Eccleſia, ſacroſanctaque ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatum, ſi circa ſtatum Eccleſiarum omnium præſertim Cathedralium earumque profectus velut pia mater de filiorum neceſſitate ſollicitior vigilanter excogitat, & prudenter intendit, ut quandoque per uniones etiam ſalubres, & ac commoda miniſterium, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & illarum utilitas perſuadet; ſtudet Eccleſiarum ipſarum ſtatui efficaciter providere. Nuper ſiquidem attendentes, quod Sutrin. & Nepeſin: Eccleſ. quæ dudum fuere propriis facultatibus opulentæ adeo per diverſas calamitates, & ſuccedentium temporum ſiniſtros

even-

eventus, quibus partes ipſe, proh dolor, afflictæ fuere, in earum redditibus, atque facultatibus tenues factæ ſint, & exiles, quod propter inopiam, & ſervitutem hujuſmodi redditum, & proventuum Præſules in illis ſe commode ſuſtentare non poſſunt, propter quod Pontificalis in eiſdem vileſcit auctoritas, nec Epiſcopali dignitati debita reverentia exhibetur, Præſuleſque ipſi in ſuorum conſervatione jurium etiam Regalium, atque defenſione eorundem redduntur plurimum impotentes, cum revera ad illa tuenda non ſolum circumſpectionis induſtria, & ſollicitudo Pontificalis curæ profectum adducant, quinimo potius ſufficientia facultatum, propterea cupientes ipſarum pauperum eccleſiarum indigentiæ ſubvenire, ac ſtatum utriuſque per unionis miniſterium in melius reformare, dum ambæ ipſæ Eccleſiæ ſub unius, & ejuſdem Præſulis moderamine, atque cura reductæ feliciter in ipſarum unita potentia, mutuiſque facultatibus Præſul poſſit in eis præſidere decentius, perverſorum conatibus obſiſtere, defendere ſua jura commodius, & commiſſos populos felicius gubernare Quare pro evidenti ipſarum Eccleſiarum utilitate conſiderantes unionem hujuſmodi, nedum fore proficuam, ſed admodum neceſſariam, imo laudabiliter, & etiam opportunam, præmiſſis ſuadentibus, & aliis rationabilibus cauſis ad id animum noſtrum moventibus, poſt deliberationem, quam de uniendo ad invicem Sutrinam, & Nepeſinam Eccleſias præfatas, cum fratribus noſtris habuimus diligentem, Nepeſinam Sutrinam, & Sutrinam Nepeſinam Eccleſias antedictas de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, etiam ita quod altero ex Præſulibus earundem Eccleſiarum, qui nunc ſunt, cedente, vel decedente, aut altera ex eiſdem Eccleſiis quomodolibet dimittente, ex tunc ambæ ipſæ Eccleſiæ per unicum Præſulem, qui Sutrinæ, & Nepeſinæ, aut Nepeſinæ, & Sutrinæ Epiſcopus nuncupetur, ſalubriter gubernetur, liceatque ſuperſtiti ex eiſdem Præſulibus per ſe, vel per alium alterius Eccleſiæ ſic vacantis, ac ipſius civitatis, & diœceſ. in ſpiritualibus, & quantum ad ipſius Eccleſiæ jus, & proprietatem in temporalibus corporalem poſſeſſionem apprehendere, & perpetuo retinere, fructuſque, necnon redditus, & proventus, emolumenta, obventiones, & jura quæcumque ad menſam Epiſcopalem ipſius alterius Eccleſiæ pertinentia percipere, & habere, ac in ſuos, & ipſius Eccleſiæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, volentes,: & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod hujuſmodi unius Epiſcopus, qui eiſdem Eccleſiis pro tempore reſidebit, uno anno in altera, & alio anno in reliqua ipſarum Eccleſiarum, alternatis vicibus chriſma conficere teneatur, ordinationum quoque tempore celebrationum vices ex iiſdem Eccleſiis, & earum civitatibus, & diœceſ. diſtribuat portionem, quam unicuique tribuendam, quodque in qualibet earundem diœc. pro eius ſubditis annis ſingulis celebret ſynodum, prout eſt fieri conſuetum, & in qualibet earundem civitatum, & diœceſ. curiam teneat ad juriſdictionem Epiſcopalem inibi exercendam cum vicariis, & officialibus conſuetis; ac etiam cum idem Præſul in Sutrina, tum verò in Nepeſina civitatibus, & diœceſ. præſens extiterit, Nepeſin. & Sutrin. Epiſcopus appelletur, & ſic deinceps Eccleſiæ ipſæ unico Paſtore, & Antiſtite præmiſſiſque intitulationibus perpetuis temporibus gubernetur, & quod cedente, vel decedente, aut translato ipſo Epiſcopo, aut aliis Eccleſiis ipſis vacantibus, ipſarum Eccleſiarum canonici, & ambo capitula vocatis ad hoc, qui fuerunt evocandi, congregari debeant pro electione futuri Epiſcopi celebranda in loco, ubi Epiſcopus deceſſerit, ſi ipſas Eccleſias vacare contigerit per obitum, ſi vero per alias, quam per obitum Eccleſias ipſas vacare contigerit, fiant electione hujuſmodi temporibus vacationum ipſarum alternis vicibus in civitatibus, vel diœceſ. antedictis, quodque propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi Eccleſiæ præfatæ in ſpiritualibus non lædantur, aut in aliquo in temporalibus ſuſtineant detrimentum. Nulli ergo, &c. noſtræ unionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, &c. Si quis, &c.

Datum Florentiæ ann. Incarn. Dominicæ 1435. pridie Id. Decemb. anno 5.

XLIV 44. LUCAS Rubei è Tartara Nepeſina gente, antea Sutrinus Epiſcopus, cum ab Eugenio IV. Nepeſina Sutrinæ juncta fuiſſet Eccleſia, primus Epiſcopus fuit, qui utramque Eccleſiam moderaretur an. 1436 *a*. ex lib. proviſ. Prælatorum.

XLV. 45. JACOBUS Sublacenſis Abbas, ex Ordine S. Benedicti, electus fuit Sutrinus, ac Nepeſinus Epiſcopus anno 1447. die 19. menſis Jul. Nicolao V. ſedente. Vita functus eſt 1453. Conſule acta Conſiſtor.

a 2.14. Decemb.

XLVI 46. ANGELUS Alterius Romanus („ *Juris peritiſſimus, Lateranenſis Canonicus, & Papæ Generalis* „ *Theſaurarius* Lucentius.) Jacobo ſucceſſit 1453. 12. Kal. Maji. Romæ fato functus eſt, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam anno 1472.

XLVII. 47. BAPTISTA („ *Natione Aprutinus, Patria* „ *Marſus, gente Pontina, ut in Bituntinis habet Ughel.*) electus à Sixto IV. anno 1472. 3. Nonas Julii: demum translatus eſt ad Bituntinam Eccleſiam 1484. *acta conſiſtorialia*, Ciaconius affirmat in vita Jo: Baptiſtæ Cardinalis Millini, illum fuiſſe Nepeſinum, Anagninumque Epiſcopum; ſed aberrat, quantum enim, quidem ex actis conſiſtorial. vitaque hujus Cardinalis à Platina deſcripta erui poteſt, hujuſmodi dignitatum titulis condecoratus non fuit. Conſtat tamen eaſdem Eccleſias illi à Pontifice fuiſſe oblatas, ſed detrectaſſe onus, ac demum Pontificio impulſum imperio, Urbinatem Eccleſiam ſuſcepiſſe regendam, indeque inter Purpuratos Senatores fuiſſe adlectum.

XLVIII. 48. ANDREAS *b* Epiſcopus Bituntinus ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 5. men. Novembris 1484. Romæ deceſſit menſe Auguſto 1489. acta conſiſtor.

b De Paltronibus.

XLIX. 49. BARTHOLOMÆUS Flores, electus 12. Kal. Novembris 1489. deinde ab Alexand. VI. translatus eſt ad Cuſentinam Eccleſiam 1495. die 4. m. Auguſti *c*. De quo plura ibi.

c 8 Aprilis.

L. 50. FRANCISCUS à Caſſia Umbriæ Bartholomæo ſucceſſit 1495. die 4. menſis Auguſti. Fato functus eſt 1497.

LI. 51. ANTONIUS Torres Hiſpanus, ex Ordine S. Hieronymi Monachus, Epiſcopus antea Lucerinus, ad has Eccleſias translatus eſt dei 17. menſis Aprilis anno 1497. eodemque anno defunctus eſt.

LII. 52. ZANARDUS Bagarottus * Placentinus creatus eſt 1497. die 16. *d* menſis Julii. Romæ deceſſit in interregno Alexandri VI. 1503. * die 24. Auguſti in domo. Card. Alexandrini, cujus erat familiaris. Sepultus eſt in Eccleſia S. Auguſtini. Vocabatur Joannes Zanadus, ut in diariis Achillis de Graſſis obſervavimus.

** Ex App. tom. 1*
d 17.
** Ex App. tom. 9.*

LIII. 53. ANTONIUS de Alberiis nobilis Urbevetanus, familiaris, chariſſimuſque Pio III. Pont. Max. ab eo unicè creatus eſt Nepeſinus, ac Sutrinus Epiſcopus anno 1503. 11. Octobris, cum breviſſimus Pontifex fuiſſet. Queritur fruſtratas ſpes ſuas idem Antonius, datis literis ad Senenſem Archiepiſcopum, quas habeo apud me, & hic quanquam incultas, referre placuit.

Reverendiſſime Domine.

Perdonatemi, che non sò, che ſcrivermi, homo quaſi mente alienatus D.U.R. doloribus plenus, & merito per omnia alienatus: Deploremus igitur omnes fortunam, & rogemus Deum, ut indulgeat peccatis noſtris, poiche d'uno Papato, ſolum ſupereſt Epiſcopatus meus. Tota Urbs complorat, & me digito oſtendunt. Ec memore ſoluto offero, & commendo cum lachrymis in copia; quid ſcripſerim, neſcio. Rome 19. Octobris 1503.

D.V. Reverendiſſ.

Servitor A. de Alberiis Epiſcopus Sutrin. & Nepeſinus.

Antonius autem 3. ſui Epiſcopatus anno defunctus eſt, an. 1505. *e* ſepultuſque eſt in Cathedrali.

e 1506.

LIV. 54. JO. JACOBUS Brunus, *f* è Participantium numero Prothonotarius Apoſtolicus, demortuo Antonio ſuffectus eſt anno 1506. 6. die menſis Februarii. Concilio Laterano interfuit, cum fratri Nepeſinam, Sutrinamque ceſſiſſet Eccleſiam anno 1507. die 27. menſis Auguſti.

f Aſtenſis.

LV. 55. PALUS ÆMILIUS Brunus Joannis Jacobi frater, ex ceſſione fratris electus eſt ann. 1507. die 27. menſis Auguſti. Deceſſit adhuc vivente fratre 1516.

LVI. 56. JACOBUS Bongallus è Filacciano, citra

regu-

regulare inſtitutum Abbas, Leonis X. familiaris, ab eodem electus eſt primum Epiſcopus Anagninus, A
a 1516. deinde anno 1517. a die 5. menſis Novembris ad has Eccleſias translatus, quod in Ravennate clade Leoni tunc Cardinali Legato auxilio fuiſſet ad fugam. Temporibus Clementis VII. Nepeſina à Sutrina Eccleſia disjuncta eſt, haud diſſentiente Jacobo, Ægidioque Cardinali Viterbienſi attributa, ea lege, ut uter primus diem clauſiſſet extremum, ad ſuperſtitem adminiſtratio iterum coeuntium Eccleſiarũ rediret, quod Jacobo Bongallo, Viterbienſi Cardinali defuncto, evenit, qui demum, cum jam provectæ eſſet ætatis, ſub Paulo III. Farneſio Epiſcopali munere ſe exſolvit anno 1538. acta conſiſt.

LVII. 57. JACOBUS Cardinalis Simonetta Mediolanenſis harum Eccleſiarum adminiſtrator adſcitus eſt
b 14. 1538. die 8. b menſis Februarii. Mortuus eſt 1539. cum Laudenſis etiam in Inſubria Epiſcopus fuiſſet.

LVIII 58. POMPONIUS Cæſius Romanus, Hortanus, ac Civitatis Caſtellanæ antea Epiſcopus, ad has Eccleſias translatus eſt ann. 1539. die 24. menſis Novembris, evaſitque ad Purpuram 1542. eodemque anno deceſſit, menſe vix elapſo, Romæ ſepultus in Laterano in ſacello Majorum, ubi in marmore hæc ſpectatur inſcriptio. B

Julianus Cæcius Can. Lat. Hippolyta Cæcia, Tranquillus Cæcius, Aurelius cæcius Can. Lat. Matthias Cæcius, Ludovicus Cæcius Can. Lat. Fauſtina Cæcia, Pompon. Cæcius Can. Lat. S. R. E. Presb. Car. Pauli III. Vicar. fratres, Attilio Matthiæ filio F. Can. Lat. amanter, & pie curante diverſis locis diſſitis, qui ex une materno utero prodiiſſent, ut in unum terræ matris locũ reciperentur H. S. S.

Memini me in Ciaconianis notis, dũ Pomponii laudes, dignitateſque referrem, ſcripſiſſe, Pomponium à Paulo III. primum Tiſernatem Epiſcopum delectum, mox ad Nepeſinam translatum. Error irrepſit ex injuria Amanuenſis mei, qui pro Hortana Eccleſia Tiſernatem ſcripſit. Hic libenter noſtra, aliorumque errata ingenuè lectori fatemur.

LIX. 59. PETRUS ANTONIUS de Angelis Cæſenas, Romæ Gubernator, Cardinali Cæſio ſucceſſit 1542. die 7. menſis Auguſti. Deceſſit autem 1553.

LX. 60. ANTONIUS Simeonius (1) è Monte S. Sabini in Etruria, Julii III. Pont. Max. affinis, Monachus profeſſus cœnobii SS. Angelorum Florentiæ Ordinis Camaldulenſis, electus primum eſt Minorenſis Epiſcopus in Regno ab eodem Julio, deinde ex ejuſdem largitate ad has Eccleſias translatus eſt anno 1553. ubi è vivis exceſſit 1556. die 2. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXI. 61. Fr. MICHAEL Ghiſlerius Alexandrinus, Ordinis Prædicatorum, ex S. Officii Commiſſario à Paulo IV. electus eſt 1556. die 4. menſis Septembris, pauloque poſt vocatus ad purpuram. Has autem Eccleſias ad 4. annos ſapientiſſimè adminiſtravit, indeque ad Montis Regalis Eccleſiam in Pedemonte trãſlatus eſt; anno verò 1566. Chriſtiano orbe fauſtiſſimè acclamante, ſub nomine Pii V. Cathedram Petri conſcendit, cujus ſanctiſſimam memoriam nulla unquam eſt deletura oblivio. D

LXII. 62. HIERONYMUS Galeratus Mediolanenſis electus die 27. menſis Maii 1560. ad Alexandrinam demum Eccleſiam translatus eſt 1565. De quo ibi poſtea plura.

LXIII 63. TIBERIUS Card. Criſpus Romanus, Epiſcopus Sueſſanus, Amalphitanus Archiepiſcopus, Adminiſtrator harum Eccleſiarum fuit die 19. menſis Januarii 1565. Sutri deceſſit 1566. pridie Non. Octob. ſepultuſq; eſt in Cathedrali. De quo alibi plura.

LXIV 64. Fr. ÆGIDIUS de Valentibus Piſaurenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir ſanè doctus, ac Papæ Sacriſta creatus die 25. menſis Octobris anno 1566. Deceſſit autem 1568. De quo Nicolaus Cuſerius in Monachiſmo Eremitarum, & acta Conſ. *
* Ex App. tom. 9. Romæ ſepultus eſt in Eccleſia S. Auguſtini ante aram

A maximam cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

M. F. Ægidio Parentio Piſaurenſi ord. Eremitarum S. Auguſtini Præſid. .... Capell. .... ac .... Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo Nepeſino, Sutrino..... probitatis ..... prudentiæ viro. Obiit die IX. Maii. MDLXVIII.

65. Fr. CAMILLUS Campegius Papienſis, Ordinis S. Dominici, fidei quæſitor Ferrariæ, Pii IV. familiaris, ejuſdemque Theologus, Tridentino Concilio interfuit, atque à Pio V. deinde creatus eſt Epiſcopus, die 4. c Maii, anno 1568. Hic inſecuto anno, corpora glorioſiſſimorum Martyrum Romani, ac Ptolomæi reperit, quæ adhuc ſanguine madebant, ſolemnique pompa decentiori loco collocavit. Sutri deceſſit 1569. ſepultuſque eſt in Cathedrali. LXV c 14.

66. DONATUS Stampa Mediolanenſis, ex Commiſſario S. Officii electus anno 1569. die 14. menſis Decembris. Deceſſit autem 1575. LXVI

67. Fr. ALEXIUS Stradella, natione Etruſcus, patria Fivizanenſis, inter Italicos Concionatores ſui ævi facile primus, ex Procuratore Generali Eremitarum S. Auguſtini, dictarum Civitatum electus Epiſcopus fuit die 20. d menſis Julii 1575. Gregorio XIII. ſummo Pontifice ſedente. Fato functus eſt 1580. 27. Auguſti. Scripſit Dialogos 3. *De miſeria humana, de divino amore, & de gloria Paradiſi.* Hic ab eodem Gregorio XIII. ad Carolum Archiducem Auſtriæ miſſus, cum eo ſe conferret, in itinere febri correptus, è vita apud ſuos deceſſit. LXVII. d 28.

In medium rapuit Stradellum lumina parca.
Legati tamen eſt ſic morientis honos.

Hæc Thomas Gratianus in Anaſtaſi Auguſtiniana.

68. HORATIUS Moronus Mediolanenſis, nepos Cardinalis Moroni, filius Comitis Sfortiæ, ac Camillæ Doriæ, ex Canonico S. Petri Romæ, Præpoſito SS. Thomæ, & Simeonis Novariæ, Sanctique Martini Tortonæ Commendatario, electus eſt Epiſcopus, die 5. menſis Septembris 1580. apud S. Mariam ſupra Minervam demortuum Cardinalem C Patruum ſepelivit, eidemque Epitaphium ponendum curavit. Ipſe verò deceſſit anno 1604. LXVIII.

69. THADDÆUS Sartius Bononienſis, filius Laurentii juriſconſulti, cum ſupra mediocrem exiſtimationis eſſet, ex Civitatis Caſtellanæ Gubernatore, à Clemente VIII. Pont. Max. electus eſt anno 1604. die 7. menſis Junii, e conſecratuſque à Camillo Card. Burgheſio, qui poſtea ſummus Pontifex renunciatus, Paulus V. dictus eſt, ſub quo harum Eccleſiarum munere ſe exolvit, Romæque deceſſit an. 1617. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Nicol. apud Campum Martium. In Bononienſium autem Romæ Tẽplo, hujuſmodi de ipſo legitur epitaphium. LXIX. e 11. Maii.

Thaddæo Sartio Bononienſi Collegii juriſcõſulto, Epiſcopo Nepeſino, ac Sutrino in magnis trium Romanorum Pontificum negotiis, Greg. XIII. Sixti V. Clementis VIII. ſingularem prudentiæ, integritatis, vigilantiæ laudem promeruit. Thaddæus Sartius Patruo B. M. P. C. vixit annis LXXVI. obiit anno ſub M. DC. XVII. viii. idus Decembris. D

70. Fr. DIONYSIUS f de Martinis Ordinis Minorum de Obſervantia, Paulique V. à confeſſionibus, ab eodem electus eſt Epiſcopus Nepeſinus, ac Sutrinus 1616. die 18. menſis Maii; è vivis exemptus eſt 1627. dum Eccleſiam ſibi commiſſam attentiſſimè adminiſtraret. LXX f Hujus meminit Toppius in Bibl. Neapol. p. 71. Mandoſ.

71. SEBASTIANUS de Paulis Nepeſinus, Epiſcopus Neocæſarienſis in partibus, ad has Eccleſias translatus eſt die 20. menſis Septembris 1627. obiit ann. 1643. die 16. Februarii: ſepultus fuit in Cathedrali Nepeſina. LXXI

72. BARTHOLOMAEUS Vanninus Piſtorienſis, Civis Romanus, V. S. R. electus hoc ipſo anno 1643. menſe Maii, conſecratus die 22. Auguſti in Eccleſia S. Philippi à Cyriaco Card. Roccio. LXXII.
(„*Juris conſultiſſimus vir deceſſit 1654. de quo conſu*-

(1) In monumentis Cœnobii S. Mariæ Angelorum Florentiæ vocatur *Antonius Simeonis Montevarchii è monte S. Sabini*: ibique legitur diem ſupremum obiiſſe anno 1559. die 7. Septembris. *Salvinus.*

„ le Cl. Mandoſii Bibliothecam Romanam vol. 2. Centuria. 8. nu. marg. 96.)

LXXIII. a 73. Marcellus Anania Calaber electus Nepeſinus, & Sutrious die 1. Junii 1654.

A D D I T I O.

(„ *MARCELLUS Anania nobilis ex Diœceſi „ Cathacenſi J. U. D. Theologus inſignis, Vaticana „ Baſilica Beneficiatus, deinde S. Laurentii in Damaſo, mox S. Mariæ Majoris Canonicus, Papa ſecretus „ Capellanus, & Cardinalis Vicarii in Urbe Vicegerente, harum ovium Paſtor extitit ab anno* 1654. *die „ prima Junii, uſque ad* 1670. *quo ferè ſexagenarius „ obiit.*

LXXIV. „ *JULIUS Card. Spinula Januenſis Sutrinis, & „ Nepeſinæ vere Paſtorie amore fovendis datum eſt* 2. *„ Junii* 1670. *Montem Pietatis erexit, Suffragii Confraternitatem in eo loco inſtituit, ubi vetus Cœmeterium Cathedralis Nepeſina extabat: ſacram ſupellectilem auxit, in Sacris prope Nepim Catacumbis „ ann.* 1675. *quinque SS. Martyrum Corpora detexit. „ Denique optimus Paſtor horum mœrore populorum ad „ Lucanam in Etruria Eccleſiam tranſlatus eſt* 8. *„ Nov.* 1677.

LXXV. „ *JACOBUS Bona è Burgo S. Sepulchri Epiſcopus „ Feretranus, cum Romæ aliquandiu moraretur Cardinali Carpineo Urbis Vicario pro Statu Monialium „ inſerviens, eo procurante ad has Eccleſias tranſiit* 25. *„ Feb.* 1678. *feliciter rexit uſque ad an.* 1681. *quo obiit.*

LXXVI. „ *STEPHANUS Ricciardus nobilis Firmanus „ Cardinalis Decii Azzolini proprior affinis J. U. D. „ Metropolitanæ Eccleſiæ Firmanæ olim Canonicus, „ deinde Curiæ Capitolinæ ſecundus Collateralis, ſuffectus die prima Septemb.* 1681. *ætate ſexagenarius, „ ſpectata laude has dum regit Eccleſias, morte ſublatus eſt* 1685.

LXXVII. „ *FRANCISCUS Juſti Fulginatenſis I. U. D. qui „ in Nunciaturis Neapolitana, & Portugallienſi, cum „ Auditoris Generalis munera æquiſſime conſummaſſet, has ſedes adeptus eſt* 9. *Apr.* 1685. *indefeſſo labore ad gloriam boni Paſtoris contendens ad Camerinenſem tranſiit ſedem* 23. *Novemb.* 1693.

LXXVIII. „ *SAVUS Cardinalis Millinus Epiſcopus Urbevetanus cum ab ejus Eccleſiæ regimine petiiſſet abſolvi „ ex viciniori præſentia Romanæ Urbi, & univerſalis „ profuturus Eccleſiæ gregibus his attributus eſt Paſtor „* 17. *Maii* 1694. *Obiit die* 10. *Febr.* 1701. Lucenot.)

LXXIX. („ *JOSEPH Cianti Romanus Patritius I. U. D. & „ V. S. Refer. S. Congregationis boni Regiminis Ponens, perfunctus gubernio Tuderti, Reatæ, & S. „ Severini, fuit promotus ad has ſedes* 14. *Martii an. „* 1701. *Obiit Nepete menſe Novembri an.* 1708.

LXXX. „ *VINCENTIUS Vecchiarelli, nobilis Reatinæ „ Diœceſis Presbyter, an.* 44. *I. U. D. in utraque Signatura Refer. fuit viſitator Parochialis Eccleſiæ S. Salvatoris ad Pontem de Urbe, & Gubernator Caſenæ, „ Tuderti, & S. Severini; factus deinde Epiſcopus eſt „ Nepeſinus, atque Sutrinus die* 13. *Aprilis* 1709.)

NERITONENSES

SEU NARDI EPISCOPI



URbs antiquiſſima Nardum *a* in Salentinis Populo frequens *b*, & lauta, Ducatus dignitate

A nobilis, gentis Aquævivæ, in amœniſſima jacet planitie, à Gallipoli M. P. novem, ab ora ſinus Tarentini quatuor diſtat, cujus meminit Ptolomæus, Plinius, aliique perantiqui Scriptores. Niri, Neritini, vel Neretini apud eundem Plinium, Populi in Salentinis. In hac Civitate nobile Monachorum Cœnobium Ordinis S. Benedicti, jam inde multis opibus, ac magnis privilegiis celeberrimum fuit, cujus Eccleſiam in Deiparæ Virginis Aſſumptæ dicatam, Joannes XXIII. Papa in Cathedralem, Monachoſque in Canonicos convertit anno 1413. Cœnobii redditibus partim Epiſcopo, partim Capitulo conceſſis, quod ex 5. dignitatibus, quarum prima Archidiaconus, & 20. Canonicis conſtare voluit: novæ ſedis primum Epiſcopum, Abbatum poſtremum, Joannem Epiphanium deſignavit, ſubjecitque in perpetuum immediatè S. Romanæ Sedi. Diœceſim verò præter Urbem 17. Oppida viciniora aſſignavit. Epiſcopatus ſecundum communem æſtimationem valere cenſetur ſcuta 2500. taxatur autem 10 libr. Cameræ ad
B florenos 150. Cæterùm antequam ſeriem hujus Eccleſiæ Præſulum in medio proferamus, ejuſdem antiquum exordium, dignitatem, aliaque ſcitu digna ab Anonymo ex antiquis monumentis collecta, hic inſerere haud injucundum fore exiſtimavimus; ſic enim ſe habent.

Eccleſia major Neritonenſis ſub invocatione Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis eſt antiquiſſima. Extant Apoſtolicæ litteræ, privilegia Principum, & alia monumenta, in quibus fit mentio de prædicta Eccleſia ante 500 *ferè annos, & non quaſi de re nova, ſed tanquam de antiquiſſima, & quæ per plurima tempora ante extiterat; quanto autem tempore ante hoc* 560. *annos ipſa præceſſerit, nihil certi habetur; conjecturæ autem urgentiſſimæ ſunt, quod longe ante per plura ſecula fuerit.*

Quod liquido conſtat, illud eſt, ſcilicet quod tempore Urbani Papæ II. qui fuit aſſumptus ad Pontificatum in anno 1088. *Eccleſia prædicta erat Monaſterium, non quod tunc monaſterium eſſe cœperit, ſed præſupponebatur, quod multo ante fuerat inſtitutum; conſtat tamen, quod priuſquam monaſterium eſſet, Cathedralis extite-*
C *rit, cujus rei habetur antiquiſſimum teſtimonium vetuſtiſſimæ cujuſdam viſitationis factæ in monaſterio prædicto per quendam Legatum Apoſtolicum, de quo inferius patebit.*

Non conſtat in quo milleſimi anno Cathedralis extiterit; veriſimile tamen eſt, quod ſit res vetuſtiſſima, eo maximè, quod ejus origo, progreſſus, & ſuppreſſio penitus ignoratur, & hactenus cognoſcitur, quatenus ſupradicta viſitatio Legati Apoſtolici aperit, & nullum aliud hujus rei veſtigium remanſit niſi canonicorum, qui etiam poſtquam facta fuit monaſterium, duraverunt, itaque ſimul & ſemel inſerviebant Eccleſiæ, una cum monachis, qui erant Ordinis S. Benedicti, & eorum rectores appellabantur Priores: poſtea verò cum erecta eſſet in Abbatialem dignitatem, vocati ſunt Abbates. Deſumitur nihilominus ex ſcripturis dictam Neritianam Eccleſiam, antequam eſſet monaſterium S. Benedicti, extitiſſe monachorum Græcorum S. Baſilii, ſed quomodo ad Benedictinos tranſierit, penitus ignoratur.

D *Poſt vero ſuppreſſionem hanc Epiſcopalis dignitatis, reperitur ſolos Abbates, qui prioribus ſucceſſerunt, exercuiſſe poteſtatem in ſpiritualibus, unde controverſiam ulta, & lites inſurrexerunt ſuper decimis, & ſuper jure Diœceſis cum vicinis Epiſcopis. Priuſquam enim Abbates hanc in ſpiritualibus juriſdictionem acquiſierint, reperitur, quod ante* 500. *plus minuſve annos Eccleſia ipſa Neritonenſis cum villis, & locis ſuis ſuberat in ſpiritualibus Archiepiſcopis Brunduſinis, qui decimas ibidem acceperant, ac omnem juriſdictionem Epiſcopalem inexercuerant, tanquam in Eccleſia propria; ſed poſt inſtitutos Abbates in principio ſe ingerere in animarum cura, donec in brevi omnem adminiſtrationem in ſpiritualibus ad ſe traxerunt, & Archiepiſcopis ſubmotis, totos ſe oppoſuerunt Epiſcopo Gallipolitano, qui & ipſe prætendebat decimas, & jura Epiſcopalia ex lege Diœceſana in Eccleſia prædicta, & ejus villis, & locis, ſed Abbates prævaluerunt.*

Reperitur quod tempore ſupradicti Pontificis Urbani

II.

a Seu Neritum.
b Sex mille habitatores habet.

II. Goffridus inclitus Comes Superſarij, & Neriti, & totius fere hujus regionis dominator, obtulit Apoſtolicæ ſedi monaſterium prædictum per manus dicti Vrbani II. à quo ſub protectione B. Petri, & ipſius ſedis Apoſtolicæ fuit ſuſceptum, ac libertatis, & exemptionis privilegio cōmunitum, quo privilegio gaudet uſq; in hodiernū diem.

Sub Vrbano & Goffrido prædictis quidam Everardus erat Prior dicti Monaſterii, quo tempore ingentia dona fuerunt facta per ipſum Comitem Goffridum Monaſterio prædicto, nempè omnia quæ modo poſſidet Eccleſia ipſa in territorio S. Theodori, S. Nicolai deſſerneo, locugnani, & in tota illa regione, & alibi etiam in territorio Neritonenſi, necnon in territorio Ravellæ, quod tempore Ferdinandi II. de Aragonia Regis utriuſq; Siciliæ erat habitatum, ex liberalitate hujus Principis Goffridi acquiſivit, qui etiam donavit eidem monaſterio decimas ipſiuſmet Comitis ex eodem Oppido Neritonenſi & militum eius, & poſt eius mortem habuit dicta Eccleſia ex donatione Alexandri eius filii quicquid hodie poſſidet in feudo de Cigliano, & S. Nicolai pertinentiarum terræ Cupertini ab anno 1092. uſq; ad an. 1119.

Succeſſit Vrbano II. Paſchalis II. qui eidem monaſterio confirmavit dictum privilegium Vrbani II. & de novo conceſſit, ac omnes donationes per dictos Principes ut ſupra factas Apoſtolica firmitate roboravit; ac inſuper Monaſterium ipſum ſub Prioribus antea degere ſolitum, in Abbatialem dignitatem erexit, & primum Abbatem eidem præfecit quemdam Iordaymum nomine.

Conſimile privilegium tam exemptionis, quam omnium prædictorum fuit per Adrianum Pontificem IV. eidem monaſterio de verbo ad verbum confirmatum, & de novo conceſſum in anno ſalutis 1158.

In anno 1267. fuit per Clementem Pontificem IV. deſtinatus Legatus, & Generalis Viſitator in Regno Siciliæ Pandulfus Albanenſis Epiſcopus, qui cum ad monaſterium Neritonenſem acceſſiſſet, ſtatum ipſius in hunc, qui ſequitur modum, invenit, & reformavit.

Aſſeris primo per inquiſitionem, quam ibi fecit de ſtatu monaſterij prædicti, & per privilegia, & litteras Apoſtolicas, ac alia monimenta ſibi conſtitit, quod idem Monaſterium Cathedralis Eccleſia extiterit.

Quod poſtquam factum eſt monaſterium tam monachi ordinis S. Benedicti, quam inſimul Canonici regulares fuerint in eadem Eccleſia.

Quod intentionis ſuæ erat idem monaſterium de Monachis, & ſecularibus canonicis reformare.

Conſtituit in eadem Eccleſia ſervitium viginti perſonarum, quarum decem mandavit eſſe monachos S. Benedicti, & decem canonicos ſeculares.

Ordinavit decē præbendas ad rationē unciarū quatuor pro qualibet, ſingulis canonicis ſecularibus aſſignandas.

Perſonalem Canonicorum reſidentiam inſtituit præcipiens, ne aliquis ex eiſdem Canonicis de præbenda ſeu de beneficio ſeu ab ipſo monaſterio aliquid percipiant, niſi dum in eodem reſidentes fuerint.

Quod in una parte chori ejuſdem Eccleſiæ conventus monachorum, in reliqua vero Canonici ſeculares morantes divina celebrarent officia, & horas canonicas pſallerent juxta ritum regulæ S. Benedicti hactenus in dicto monaſterio ſervari ſolitum.

Quod cætera bona ejuſdem Abbatiæ uſibus Abbatis, & monachorum cederent.

Quod Abbas in Choro, & in aliis locis illum locum obtineat, quem ſui prædeceſſores conſueverant obtinere.

Quod omnes tam monachi, quam canonici obediant Abbati, qui pro tempore fuerint, tanquam Prælato ordinario eorum.

Quod ad electionem Abbatis, quæ facienda occurreret, vocarentur tam monachi, quam Canonici, ſicuti aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum.

Quod per Abbatem, qui pro tempore fuerit, creentur, & inſtituentur monachi, & canonici in dicto monaſterio, & ſubſit ei in omnibus uti eorum Prælato.

In his ordinationibus nulla reperitur mentio de dignitatibus capituli, & tamen alibi reperitur de ipſis facta mentio, & ſignanter de Archidiacono, & duobus Archipresbyteris uno latino pro Latinis, & altero græco pro Græcis in quodam regiſtro Brundufino.

Sub hoc regimine Abbatum ſtetit Eccleſia Neritonen. per annos 303. uſque ab anno 1110. quo tempore fuit per Paſchalem Pōtificem II. in Abbatialem dignitatem erecta uſq; ad annum 1413. quo tempore in Cathedralem item erigitur a Joanne Pontifice XXIII. mediante ampliſſimo privilegio.

Paucis annis ante hanc ultimam erectionem facta fuit quædam alia erectio in Cathedralem in ſchiſmate Clementis VI. Antipapæ contra Urbanum VI. in quo populus Neritonenſis cum conventu, & clero partes Reginæ Joannæ ſequens adhæſit prædicto Clementi, à quo plures gratias obtinuit.

Inter has gratias credendum eſt ex præcedentibus, & ſubſequentibus, quod fuerit etiam hæc, ſcilicet ut Eccleſia prædicta in Cathedralem erigeretur; reperitur enim in tempore prædicto bellorum & ſchiſmatis, quod quidam fr. Matthæus erat Epiſcopus Neritonen. ut videtur ex quadam bulla Collationis beneficii per eum tamquam Epiſcopum Neritonenſem collati in ann. 1389. patet etiam prædictum fr. Matthæum per plures annos extitiſſe Epiſcopum dictæ Civitatis, ut ex alia bulla proviſionis factæ per dictum Matthæum tamquam Epiſcopum cuidam fr. Benedicto magiſtris Antonii Ferrarii de Nerito Eccleſiæ Neritonenſis monacho de Abbatia S. Angeli de Salute, vacata per mortem cujuſdam fr. Durantis 4. Sept. Quare hic videtur fuiſſe primus Epiſc. Neriton. ſed quia fuit tempore ſchiſmatis non apparet, à quo fuit inſtitutus.

Reperitur etiam, quod reddita obedientia in Regno præd. Urbano VI. ejuſque ſucceſſori Bonifacio IX. iterum d. Eccl. rediit ad priſtinum ſtatum ſub regimine Abbatum, ſub quo permanſit per alios annos duodecim, & uſq; ad annum 1413. quo tempore iterum per Joannem PP. XXIII. ut ſupra dictum eſt in Cathedralem erigitur.

In anno ergo 1413. Ioan. PP. XXIII. ad ſupplicat. populi Neritonen. terram Neritonen. prædictam in Civitatem; & Eccl. Cathedralem erexit, quam Romano Pontifici immediate voluit eſſe ſubjectam; dignitatem vero Abbatialem in Eccl. & Monaſterio prædictis ſuppreſſit, privilegia tamen, & jura conſervavit.

Præſules à primæva inſtitutione ſequentes ſunt, è monumentis Romanis à nobis expiſcati.

ADDITIO.

(„ De nobiliſſima Neritonenſi Eccleſia pauca admodum, nec adeo felici calamo notavit Ughellus. Præterea „ ſi qui apud ipſum reperiuntur Epiſcoporum Catalogi „ multis, longeque graviſſimis ſcatentes erroribus, is „ profecto, qui ad eandem Eccleſiam ſpectat, unus eſt. „ Ut igitur priori malo mederemur, optimum factu duximus ex præſtantiſſimo Epiſcopali Archivo Neritino graviſſimum Scriptum de Statu veteri, atque recenti laudatæ Eccleſiæ ex vetuſtis, & authographis „ Monumentis à Joanne Epiphanio Neritonenſium „ Abbatum poſtremo, necnon Capitulo, & Monachis „ trecentos ante annos expreſſum, & ad Joannem Vigeſimum tertium ſummum Pontificem miſſum: itemque „ ampliſſimum eiuſdem Pontificis Diploma, quo Neritina Urbs Epiſcopalis Sedes reſtituta eſt, publicis typis vulgare. Utrumque egregium Monumentum ex authographis diligenter deſcriptum acceptum referimus „ Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino D. Antonio „ Sanfelicio Epiſcopo, Patricio Neapolitano, inclyta generis Nobilitate æque ac virtutibus, necnon doctrina, „ & eruditione clariſſimo, à quo abſolutiſſimam Neritinæ Eccleſiæ ſuæ Hiſtoriam ſummo cum eruditorum „ plauſu excipiendam in dies ſingulos expectamus. Ut „ autem quam emendatiſſimo Neritonenſium antiſtitum Catalogo eruditi Viri utantur in poſterum, Eorundem ſeriem, ſedis tempus, ac præcipua quædam geſta ex eruditiſſima Diſſertatione de Neritinis Epiſcopis *à Petro Pollidoro non minus ſtudioſè, quam eleganter adornata, reſtituimus.*

„ En Epiphanii Documentum.

Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Patri, & Domino noſtro, Domno Iohanni in Sacratiſſima ſede Beati Petri ſummo Pontifici vigeſimo tertio.

„ Quoniam Venerabilis ſanctitas veſtra dignata eſt „ mandare nobis Abbati, & Conventui tam Canonicorum, quam monachorum huius ſanctæ Eccleſiæ Neritoni, ut fideliter, & diligenter de ſtatu decoroſo antiquo, & moderno eiuſdem Abbatialis Eccleſiæ, & ſuæ

„ Diœceſis authenticum ſcriptum conficeremus, adhuc, A
„ ut eadem Sanctitas veſtra maturius, & ſapientius poſ-
„ ſit ad novam erectionem ipſius Eccleſiæ in Cathedra-
„ lem per Apoſtolica ſcripta devenire, prout ſereniſſimus
„ Dominus noſter Rex Ladislaus una cum univerſa Ci-
„ vitate prædicta Neritoni, & ſua Diœceſi per ſuos re-
„ ſpectivè Oratores humiliter ſupplicaverunt; Ideo, ut il-
„ la qua decet reverentia, & obſequio ſanctitati veſtræ
„ imperātis obediamus, Nos idē qui ſupra Abbas, & Cō-
„ vētus prædictæ Eccleſiæ cōvētualiter convocati ad ſo-
„ num Majoris Campanæ, ut moris eſt, in Clauſtro me-
„ moratæ Eccleſiæ, hac die vigeſima quarta Octobris
„ milleſimo quadringenteſimo duodecimo ſexta Indi-
„ ctionis ex originalibus ſcripturis ejuſdem Eccleſiæ
„ iſtam, quæ ſequitur, ipſius antiqui, & moderni ſtatus
„ ſinceram relationem coram infraſcriptis Notariis,
„ tàm Apoſtolicis, quam regalibus formamus, Sanctitati
„ veſtræ poſt obſequioſa Pedum Oſcula beatorum per præ-
„ dictos Oratores reverenter præſentandam.

„ Neritoni igitur Urbs in Salentinis fundatione anti-
„ quiſſima, jam inde ab Apoſtolorum temporibus fidem B
„ Chriſti recepit ſimul cum multis aliis hujus Provinciæ
„ Civitatibus, quemadmodum teſtatur antiquus Liber
„ inſcriptus: Japygia chronicon: & propria Neritonenſis
„ Urbis Hiſtoria, quæ in publico Civitatis Palatio, &
„ in noſtro Archivio conſervatur.

„ Major Eccleſia ejuſdem Civitatis Neritoni Aſ-
„ ſumptionis Beatæ Mariæ Virginis inſignita vocabulo,
„ eſt antiquiſſima; & de ea expreſſa fit mentio ante
„ quingentos annos, tùm in litteris Apoſtolicis, quam in
„ diverſis Privilegiis Principum Longobardorum, quæ
„ omnia ſcripta una cum univerſis aliis infracitandis ad
„ majorem cautelam prædictis Notariis ſingillatim, &
„ originaliter oſtendimus. In his inſuper ſcripturis eadem
„ Eccleſia non nominatur tanquam res nova, ſed anti-
„ quiſſima, & quæ per plurima ſecula antea extiterat.

„ Per quæ antiquiſſima ſecula, quando univerſa iſta
„ Provincia Græcorum Imperatorum Orientis parebat
„ imperio, hæc eadem Eccleſia erat Cathedralis, & ſuos
„ proprios habebat Epiſcopos; an autem ipſi fuerint La-
„ tini, vel potius Græci, neſcimus. Neque etiam certo no- C
„ bis conſtat hujus antiqui Neritonenſis Epiſcopatus ori-
„ go, progreſſus, & extinctio. Illud ſolum certiſſimum ex
„ Abbatiali noſtræ Eccleſiæ Archivio apparet, quod
„ ſub Romano, & ſummo Pontifice Paulo adhuc perſeve-
„ raverunt in illa Epiſcopi. Habetur enim ad hodier-
„ num uſque diem Originalis ipſius Pauli Papæ Epiſtola
„ ad Clerum, & Populum Neritoni ſub datum Romæ
„ quarta Septembris, decimaquinta Indictionis poſt
„ Conſulatum Conſtantini anno Vigeſimo Secundo; in
„ qua prædictis Clero, & Populo prohibet ſub Apoſtolica
„ authoritate, ne ad novi Epiſcopi electionē veniant, ſed
„ de redditibus Eccleſiæ ſuſtentari jubet Monachos,
„ qui ex Oriente in magno numero venerūt tunc temporis
„ Neritonū, & in ejus Diœceſim propter perſecutionem
„ excitatam ab Imperatore Conſtantino Iconoclaſta.

„ Habetur etiam hujus ſtatus antiquiſſimi Epiſcopa-
„ lis Eccleſiæ Neriti aliud vetuſtiſſimum Teſtimonium
„ in quadam viſitatione facta in hac eadem Eccleſia, &
„ Monaſterio per quendam Legatum Apoſtolicum no-
„ mine Rodulphum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina- D
„ lem Albanenſem anno Domini milleſimo duценteſi-
„ mo ſexageſimo ſeptimo. Hujus apoſtolicæ Viſitationis
„ omnia, & ſingula ſtatuta infra paulo poſt recenſebi-
„ mus. Sublata tamen Epiſcopali Dignitate Canonico-
„ rum Capitulum cum ſuis Dignitatibus, tanquam ſi ad-
„ huc Epiſcopalis duraret ſedes, conſtantiſſime manſit;
„ Quod etiam ex citatis actis Viſitationis Cardinalis
„ Rodulphi perſpicue apparet.

„ Poſt hæc tempora Neritoni Eccleſia evaſit Mona-
„ ſterium Græcorum monachorum Ordinis S. Baſi-
„ lii, ut oſtendunt complures ſcripturæ antiquæ, quæ in
„ Abbatiali noſtra Eccleſia conſervantur, & perdura-
„ vit dictum Monaſterium in hoc ſtatu uſque ad annum
„ milleſimum, & nonageſimum. Anno autem milleſi
„ mo, & ſexageſimo Robertus illuſtris Siciliæ, & Apuliæ
„ dux, ob ſuam ſpecialem devotionem erga monachos ex
„ Ordine S. Baſilii, ut ibidem ſcribitur, ampliſſimum
„ eidem Neritoni Monaſterio conceſſit Privilegium

A „ magno plumbeo Sigillo munitum ſub datum in Urbe
„ Tarenti die Octava Junii anno milleſimo Vigeſimo,
„ Ducatus autem Siciliæ, & Apuliæ anno ſecundo. Quo
„ Diplomate omnia Jura, & Privilegia dictæ Eccleſiæ
„ antea conceſſa confirmavit, & alia inſuper ampliſſi-
„ ma noviter addidit. His tamen temporibus poſt ſuppreſ-
„ ſam Epiſcopalem Dignitatem in Urbe Neritoni per
„ Priores Ordinis Sancti Baſilii non exercebatur Cura
„ animarum, & Juriſdictio ſpiritualis in diœceſi, ſed
„ per Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſucceſſive Brunduſi-
„ nos, quib. ſe Civitas, & Populi, ex Apoſtolicæ ſedis aſ-
„ ſenſu regendos commiſerunt, & illis etiam annuatim
„ Decimas ſolvebant, ut patet ex pluribus antiquis lit-
„ teres, & ſcripturis, quæ in noſtro Archivio Neritinæ
„ Eccleſiæ habentur, & præcipue in Faſciculis Signatis
„ B. D. & I.

„ Sub Urbano Secundo, qui electus fuit Papa anno
„ Domini milleſimo octuageſimo octavo, tenuitque ſum-
„ mum Pontificatum Eccleſiæ uſque ad annum milleſi-
„ mū nonageſimū nonū, idem Monaſteriū Neritonenſe ob-
B „ latū fuit Apoſtolicæ ſedi a Gorfrido Comite Normanno
„ Civitatum Neritoni, Taronti, Lycii, Brunduſii, Cu-
„ perſani, & totius ferè Japygiæ Domino. A Summo
„ Pontifice fuit receptum, & eidem ſanctæ ſedi Apoſto-
„ licæ immediatè ſubjectum, cujus oblationis, & rece-
„ ptionis, & Privilegii immediatæ ſubjectionis Apoſto-
„ licæ ſedi, præter proprium Diploma memorati Urba-
„ ni, habemus etiam Originale Documentum Confirma-
„ tionis in Bulla Paſchalis Papæ ſecundi ſucceſſoris ex-
„ pedita anno Domini milleſimo centeſimo decimo.

„ Prædicti Urbani Pontificis tempore Monaſterium
„ Neritinum ex ordine ſancti Baſilii ad obſervantiam
„ regulæ ordinis S. Patris noſtri Benedicti tranſitum
„ fecit, cœptique ſunt creari in eo Abbates, quando antea
„ ſolum Priores illud rexerant. Aſſeritur enim in dicta
„ Bulla Papæ Paſchalis in hujus rei confirmationem,
„ quod tunc primum reductum fuit memoratum Mona-
„ ſterium ſanctæ Mariæ Neritoni ad regularem obſer-
„ vantiam ordinis ſancti Patris noſtri Benedicti; & pri-
„ mus Abbas, qui in eo cœpit creari fuit quidam Mona-
C „ chus nomine Jordaynus factus Abbas ab eodē Urbano
„ Papa ſecundo. Dicitur etiam in eadē Bulla Paſchalis
„ Papæ, à ſe & præfato Urbano cōceſſum fuiſſe eidē Mona-
„ ſterio, quod moriente ipſius Abbate pro tempore, nullus
„ ibi præficeretur novus, niſi quem Fratres ex communi
„ conſenſu, vel ſanior ipſorum pars de ſuo, vel alieno
„ Collegio ſecundum Dei timorem, & regulam ſancti
„ Patris noſtri Benedicti elegiſſent, & quod electus à
„ Summo Pontifice confirmaretur. Cujus quidem am-
„ pliſſima Bulla Paſchalis ſecundi Tranſumptum per
„ extenſum legitur etiam in publico, & authentico In-
„ ſtrumento confecto anno Domini milleſimo treceнteſi-
„ mo quadrageſimo octavo, quod habetur ſimul cum præ-
„ citatis duabus Bullis in Abbatiali noſtro Archivio
„ in Faſciculo ſignato littera S. Hę duæ Bullæ exem-
„ ptionis prædicti Monaſterii Neritoni, & immediatæ
„ Subjectionis Apoſtolicæ ſedis confirmatæ ſunt etiam
„ alia ſpeciali Bulla ab Adriano Papa quarto confecta
„ anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo o-
„ ctavo, quæ ſub plumbo originaliter conſervatur in cita-
D „ to faſciculo S. Abbatialis Archivii.

„ Poſt erectum Neritoni Monaſterium in Abbatiam
„ & inſtitutos in eodem Abbates cœperunt ipſi Abbates
„ de volūtate Populorum, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ re-
„ petere antiquum Jus Eccleſiæ ſuæ, & per ſeipſos ani-
„ marum Curā habere, & contra vicinos Epiſcopos, &
„ Archiepiſcopos, qui id nolebant, fortiter reſtiterunt:
„ adeout brevi tempore omnem antiquam Neritinæ
„ Eccleſiæ Juriſdictionem ex ſummorum Pontificum au-
„ thoritate, & primævis Neritonenſis Eccleſiæ Juribus
„ recuperaverint. Præcipue vero varias lites habuerunt
„ cum Epiſcopis Gallipolitanis, adverſus quos variæ re-
„ periuntur pro Neritina Eccleſia emanatæ à ſede
„ Apoſtolica litteræ, & alia Decreta in materia Deci-
„ marum, quas illi nullo jure pertinaciter prætendebant
„ exigere in Neritonenſi diœceſi; Ut videre eſt in Faſci-
„ culo ſcripturarum Abbatialis Archivii ſignato litera
„ D. In quo præcipuè reperiūtur cōplures Bullæ Alexā-
„ dri Papæ Tertii, Cœleſtini Tertii, & Urbani itē Ter-

tii,

„tii, necnon Archiepiſcopi Tranenſis ab Apoſtolica Sede delegati in hac cauſa, qui etiam finalem ſententiã cõtra prædictos Gallipolitanos Epiſcopos promulgavit.

„Manſit in hoc ſtatu ſub regula ſancti Benedicti Abbatiale Neritonenſis Eccleſiæ Monaſterium uſque ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum ſeptimum. Quo tempore cum imminutus eſſet fervor regularis obſervantiæ, nec in Canonicis majoris Eccleſiæ debita, atque vetuſta diſciplina circa Divina peragenda officia obſervaretur; citatus Rudulphus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis à Clemente Quarto ſummo Pontifice deſtinatus Legatus Apoſtolicus, & Generalis Eccleſiarũ Viſitator in regno Siciliæ prædicto anno illud diligenter reformavit. Habetur enim in Abbatiali Archivio noſtræ Eccleſiæ publicum hac de re tunc temporis factum memoratæ reformationis Inſtrumentum, in quo circa hujus Eccleſiæ ſtatum, & emendationem, hæc, quæ ſequuntur, fuere ab ipſo notata, & ſtabilita.

„In primis aſſerit dictus Cardinalis Albanenſis quod per Inquiſitionem à ſe factam de ſtatu memorati Monaſterii, & Neritonenſis Eccleſiæ in antiquis Privilegiis, Bullis Apoſtolicis, & aliis monumentis ejuſdem Eccleſiæ, & Monaſterii ſibi plene conſtitit, quod eadem Neritonenſis Eccleſia olim antiquis temporibus Cathedralis, & Epiſcopalis extiterat.

„Quod poſteaquam facta eſt Monaſterium, tam Monachi, quam insimul Canonici Regulares fuerant in eadem Eccleſia, in qua Divina Officia conjunctim exercebant.

„Quod intentionis ſuæ erat idem Monaſterium, & Majoris Eccleſiæ Conventum ſive Collegium, quod ex Monachis, & Canonicis ſecularibus conſtabat, ſecundum rerum indigentiam reformare.

„Quare ordinavit in primis in eadem Eccleſia ſervitium viginti Perſonarum, demptis Dignitatibus, quarum decem mandavit eſſe Monachos ex Ordine ſancti Benedicti, & decem Canonicos ſeculares.

„Ordinavit ibidem decem Canonicales Præbendas ad rationem Unciarum quatuor pro unaquaque ſingulis Canonicis ſecularibus aſſignandas.

„Continuam Canonicorum Reſidentiam inſtituit præcipiens ne aliquis ex ipſis Canonicis de Præbenda vel Beneficio, vel ab ipſo Monaſterio aliquid percipiant, niſi dum in eadem Eccleſia reſidentes fuerint.

„Quod in una parte Chori prædictæ Eccleſiæ Monachorum Conventus, in alia vera Canonici ſeculares manentes divina celebrent officia, & Horas Canonicas pſallant juxta ritum Regulæ ſancti Benedicti hactenus in dicto Monaſterio ſervari ſolitum.

„Quod omnia, & ſingula alia bona ejuſdem Abbatiæ, demptis prædictis decem Canonicorum Secularium uſibus Abbatis, & Monachorum univerſaliter, & totaliter cedant, ita quod in eodem omnes Monachi vefcantur in Refectorio, de Communibus Bonis veſtiantur, & in eodem Dormitorio conquieſcant.

„Quod Abbas tam in Choro, quam in aliis locis, & Functionibus illum locum pacifice obtineat, quem ſui Prædeceſſores conſueverunt obtinere.

„Quod omnes tam Monachi, quàm Canonici obediant Abbati, qui pro tempore fuerit, tanquam proprio eorum ſuperiori, & Prælato.

„Quod ad electionẽ Abbatis, quæ facienda occurreret, vocentur tàm Monachi, quàm Canonici, ſicut aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum.

„Denique quod per Abbatem, qui pro tempore fuerit, creentur, & inſtituantur tam Monachi, quàm Canonici in dicto Monaſterio, & Eccleſia, & iidem ſubſint eidem Abbati in omnibus tanquam eorum Prælato.

„Ita laudatus Cardinalis Rudulphus in ſupradictis actis de ſtatu antiquo, & Reformatione Neritonenſis Monaſterii, quæ in memorato publico Inſtrumento ſingillatim expreſſa conſervantur in abbatiali Archivio in faſciculo ſcripturarum ſignato littera R.

„Inter Canonicos tamen prædictus legatus Apoſtolicus nullam mentionem fecit de duobus Archipresbyteris, uno Latino pro Populo Latino, & alio Greco pro Populo Græco. Item de Archidiacono Præpoſito, Cantore, & Sacriſta ſacrarũ ſupellectiliũ, & altariũ rerum pretioſarũ Eccleſiæ Cuſtode: Qui omnes fuerunt, & ſunt in Neritonenſi Eccleſia ab antiquis uſque temporibus etiam ante quinque integra ſecula, ut conſtat ex variis ſcripturis Abbatialis archivii, & præcipuè ex illis, quæ ſunt in faſciculis A.C.P. & S. Ideò autem de illis mentionẽ dictus Legatus non fecit, quia certos ſuos jam habebant particulares Redditus diſtinctos à Præbendis Canonicorum, ut conſtat etiam hodiè ex Platea ipſorum Redditũum.

„Duravit ſupradicto modo ſtatus Neritonenſis Eccleſiæ poſt viſitationem memorati Domini Cardinalis Rudulphi uſque ad annum milleſimum treceteſimum octuageſimum octavum, quando toto penè hoc Neapolis Regno ad indebitam obedientiam Clementis converſo, coacta Neritoni urbs ejuſdem favere parti, ab eodem in Epiſcopalem Sedem iterum evecta eſt conſtituto ibidem Januario menſe fratre Matthæo de Caſtellis, qui hanc Eccleſiam rexit uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum primum, quo cum tota Provintia ad obedientiam Domini Papæ Boniſ. felicis Recordationis rediit. Cujus poſtea auctoritate, omnes illi, qui præterito Schiſmati pro Clemente adhæſere, abſoluti ſunt, ut apparet ex ejuſdem Bonifacii Bulla data anno ſui Pontificatus undecimo, & ex Inſtrumento publico facto ſuper eadem abſolutione anno milleſimo quadringẽteſimo ſecundo, quod habetur originaliter in noſtro Abbatiali Archivio cum prædicta Bulla inter alias ſcripturas faſciculi ſignati littera S.

„Eodem anno milleſimo quadringenteſimo ſecundo pro Reformatione Eccleſiarum totius Hydruntinæ Provinciæ, quæ Schiſma ſupradictum Clementis ſequutæ fuerunt, conſtitutus fuit ab eodem ſummo Pontifice Apoſtolicus viſitator Generalis Dominus Archiepiſcopus Hydruntinus. Et quia idem Archiepiſcopus in viſitatione Eccleſiæ corrigi volebat Sacros Ritus, qui à Græcis Presbyteris fiunt in Epiphaniorum die, & inter Miſſarum ſolemnia Abbatis dictæ Eccleſiæ, eadem Eccleſia una cum D. Abbate, qui ſtatim poſt expulſum Epiſcopum Matthæum fuit noviter creatus, necnon Monachis, & Canonicis collegialiter reclamavit ad eundem Sanctiſſimum Dominum. Qui ſtatim juſſit prædicto Archiepiſcopo, ne ampliùs Neritoni Eccleſiam ſuper his moleſtaret, ut habetur in ſuis originalibus litteris datis Romæ Kalendis Novembris ſui Pontificatus duodecimo, quæ conſervantur in prædicto Archivio in faſciculo notato litera R. Quare prædictarum Apoſtolicarum Litterarum vigore adhuc illi Sacri Ritus Græcorum in hac noſtra Eccleſia conſervantur, & perſeverant.

„Atque hic eſt ſtatus antiquus, & modernus Neritoni Eccleſiæ circa ſuas Prærogativas, & Regimen pro diverſitate Temporum variè mutatum, quantum ex originalibus ſcripturis antiquis, & modernis per nos diligenter notatis colligi potuit.

„Circa ſtatum Locorum Diœceſis, & numerum animarum, præter urbem Neritoni, quę numerat animarũ quindecim millia, & ultra ſeptingentas, habet etiam ſequentia oppida populata, quorum alia ſunt aliis nobiliora, & meliora, & conſtant ex infra notatis animabus.

„Terra Tabellæ Græcorum diſtat à Nerito ſeptem millia paſſuum, & habet animas circiter, ducentum.

„Galatena Oppidum Gręcorum diſtat à Nerito tria millia paſſuum, & habet animarum quatuor millia ſeptingẽtas quinquaginta circiter.

„Cupertinum diſtat à Nerito ſex millia paſſuum, eſt oppidum Latinorum, & continet animarũ tria millia centum viginti circiter.

„Oppidum Parabbita Latinorum diſtat à Nerito decem millia paſſuum, & habet animas mille octingentas circit.

„Oppidum Caſarani magni Latinorum ſimul, & Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia quindecim, & habet Animas mille centum circiter.

„Oppidum alterius Caſarani inferioris eſt Græcorum; diſtat à Nerito etiam quindecim millia paſſuum circiter, & habet animas quadringentas triginta circiter.

„Oppidum Marini Latinorum diſtat à Nerito paſſuum millia undecim, & habet animas mille ducentum quadraginta circiter.

„Caſale Ottaviani Latinorum diſtat à Nerito paſſuum millia ſexdecim, & habet animas trecentum ſexaginta circiter.

„Caſale Meleſſani Latinorum diſtat à Nerito millia

,, *paſſuum ſeptendecim circiter, & habet Animas quadringentas triginta circiter.*

,, *Terra Alliſtæ Græcorum diſtat à Nerito millia paſſuum ſexdecim, & habet animas quingentas quadraginta circ.*

,, *Oppidum Raclæum Latinorum diſtat à Nerito millia paſſuum circiter quindecim & habet animas nongentas octoginta circiter.*

,, *Terra Fellini Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia decem, & octo, & habet animas mille centum ſexaginta circiter.*

,, *Terra Siceli diſtat à Nerito millia paſſuum quatuor, & habet animas quadringentas nonaginta circiter, & eſt oppidum Græcorum.*

,, *Terra Neniani ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito ſeptem millia paſſuum, & habet animas octingentas quinquaginta circiter.*

,, *Terra Aeæ Dei ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia ſeptem, & habet animas mille quadringentas quinquaginta circiter.*

,, *Terra Noiæ ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia ſeptem, & habet animas, ſeptingentas, circiter decem.*

,, *Terra Phulciliani Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia tria circiter, & habet animas centum circiter, & ſeptuaginta.*

,, *Caſale de Caſulis Latinorum diſtat à Nerito ſeptem millia paſſuum, & habet animas centum circiter, & ſeptuaginta.*

,, *Caſale Puteovivi Græcorum diſtat à Nerito quatuor millia paſſuum, & habet animas circiter centum.*

,, *Caſale Feudi S. Nicolai de Derneo Latinorum diſtat à Nerito duodecim millia paſſuum, & habet animas ſupra trecentum nonaginta.*

,, *Caſale Sancti Nicolai de Cilliano Græcorum diſtat à Nerito millia paſſuum circiter treſdecim, & habet animas centum triginta circiter.*

,, *Caſale Lucugnani Græcorum diſtat à Nerito treſdecim millia paſſuum, & habet animas circiter ducentum quinquaginta.*

,, *Omnia ſupradicta oppida, Caſalia, & Terræ habent ſuas Eccleſias Parochiales, & proprium archipresbyterũ, qui ſucceſſivè ab Abbate Monaſterii Neritoni conſtituitur, & eligitur.*

,, *Ultra prædictas autem terras, & Loca habitata habet Neritina Abbatia complura alia feuda, & loca inhabitata ſibi in Spiritualibus ſubjecta, in quibus tamen omnibus cõſtituit Rectorem, & Archipresbyterum Ruralem, & Titularem idem Abbas Neritinus pro manutenendo, & conſervando ſupra ea Jus ſuum, & ſuæ Eccleſiæ, & ſunt.*

,, *Tellementum*	*Millignanum*
,, *Tulliæ*	*Pampilianum*
,, *Ignianum*	*Flagianum*
,, *Speclæ*	*Temeranum*
,, *Carignanum*	*Uccitinum*
,, *Caſtrum*	*Perſanum*
,, *Oleaſtrum*	*Sanctus Andreas,*
,, *Renda*	*Sancta Barbara*
,, *Mollonum*	*Sanctus Coſmus.*
,, *Rugianum.*	*Sanctus Theodorus.*

,, *Quorum omnium, & ſingulorum oppidorum, Caſalium, Terrarum, & feudorum tam habitatorum, quàm non habitatorum Archipresbyteri, & Rectores pro tempore, præter conſuetam obedientiam, quam debent Abbati tanquam proprio Prælato, & ſuperiori, præcipuè die feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, quæ eſt Patrona Principalis Neritonenſis Eccleſiæ apud Deum, omnes cum ſuis Cleris, vel certis perſonis à Cleris deſtinatis in Cathedrali Eccleſia debent intereſſe, miniſtrare eidem Abbati inter miſſarum ſolemnia, & etiam nominatim ſpecialem ipſi obedientiam dare, eoque abſente illam præſtare debent, cui Abbas ipſe præſtandam prædixerit.*

,, *In hujus feſtivitatis Vigilia habet Abbas ampliſſimam poteſtatem eligendi quolibet anno in perpetuum aliquem ex ſuis Canonicis in ipſius feſtivitatis Præfectũ, & magiſtrum Nundinorum, qui deinde per octo ſequentes exercet Neritoni Juriſdictionem in civilibus tàm in Clericos, quàm in Laicos, & etiam nonnulla percipit emolumenta ex rebus vendibilibus Civitatis. Cujus antiquiſſimæ conſuetudinis, & Juriſdictionis habetur in Abbatiali Archivio antiquum Privilegium confirmationis, & manutentionis datum à Rogerio illuſtri Siciliæ Rege anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, quod conſervatur originaliter cum aliis ſcripturis in faſciculo ſignato lit. A.*

,, *Subſunt etiam collationi, & obedientiæ ſupradicti Abbatis ſequentes inferiores Abbatiæ, & Abbates Eccleſiæ Neritoni, qui quolibet die feſto collegialiter in Choro majoris Eccleſiæ, & quoties Abbas celebrat ſolemniter, debent Divinis officiis intereſſe, ſive ipſi Monachi ſint, ſive tantum ſeculares Clerici: Et iidem tenentur prædicto die Aſſumptionis Beatæ Mar. Virginis una cum cæteris aliis dignitatibus, Canonicis, monachis, & urbis, & Diœceſis Cleris quolibet anno irremiſſibiliter obedientiam renovare: Et quando ipſi per ſe non poſſunt, alium pro ſe tenentur ſubſtituere. Hujuſmodi autem Abbatiæ quatuordecim ſunt quæ ſequuntur.*

,, *Abbatia S Nicolai de Pergoleto.*
,, *Abbatia S. Angeli de Salute*
,, *Abbatia S Mariæ de Alto Neritoni*
,, *Abbatia Sancti Eleutherii*
,, *Abbatia S Mariæ de alto fellini*
,, *Abbatia Sancti Heliae*
,, *Abbatia Sancti Nicolai de Seugno.*
,, *Abbatia Sanctæ Anaſtaſiæ*
,, *Abbatia S. Mariæ de Talliata*
,, *Abbatia S. Stephani de Curano*
,, *Abbatia S. Mariæ de Civo.*
,, *Abbatia S. Nicolai Macugno*
,, *Abbatia S Johannis de Tollemeto*
,, *Abbatia S. Mariæ de Cæſarea.*

,, *Quæ omnes ſunt particulares Grangiæ Neritonenſis Eccleſiæ in diverſis locis ſuæ Diœceſis diſperſæ, & ſitæ.*

,, *Poſſidet etiam Neritonenſis Eccleſia complura feuda à variis principibus, & magnis Dominis donata, & ſunt: feudum Sanctæ Paraſcevæ: Feudum cum Caſale habitato Sancti Nicolai de Derneo: Feudum cum Caſale habitato Lucugnani: Feudum cum Caſale habitato Tabellæ, & feudum cum Caſale habitato Cilliani: Quæ quinque feuda poſſidentur, obtinentur, & uſufructuantur omnimodè, & pleniſſimo jure tanquam à propria domina à Neritonenſi Eccleſia ſupradicta. Donata autem fuerunt à Domino Goſfrido Comite dominatore Neritoni una cũ multis aliis bonis annis Domini milleſimo nonageſimo ſecundo, milleſimo nonageſimo quarto, & milleſimo centeſimo quarto; Ab Alexandro Comite Cuperſani Goſfridi filio anno milleſimo centeſimo decimo nono; A Guillelmo Guerreſio anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, & à Manſo filio quondam Dopni Rogerii Manſi Guerreſii anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto. Quarum omnium Donationum, & Conceſſionum inſtrumenta conſervantur originaliter in noſtro archivio in faſciculo Scripturarum Donationum ſignato litera D.*

,, *Poſſidet etiam Eccleſia Neritoni quàmplures alias Terras, maſſarias, caſamenta tam in urbe Neritoni, quam extra, Bona, & cenſus diverſi generis, quæ longum eſſet omnino ſingillatim hic ennumerare: adeout quolibet anno ſoli menſæ Abbatiali dictæ Eccleſiæ, & Monaſterio reddant certa ſupra tria millia ducatorum ex auro, ut conſtat ex libris introituum dictæ Abbatiæ, & Monaſterii.*

,, *Habet etiam Neritonenſis Eccleſia jus exigendi quartam Mortuorum, ſeu funeralium tàm in ipſa Civitate Neritoni, quàm in tota ejus Diœceſi. Cujus juris conceſſio facta fuit eidem Eccleſiæ, & Monaſterio per Illuſtrem Comitem Neritoni Dopnum Bernardum gentilem anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, & conſervatur originaliter in faſciculo M.*

,, *Obtinet etiam Jus Bajulationis exigendæ in Civitate Neritoni. Item Jus Decimæ, & Jus Regaliarũ, quæ exiguntur in morte omnium Baronum tam Urbis Neritoni, quam totius Diœceſis, ſive moriantur in illa, ſive extra. Quorum Jurium Donationes, & privilegia conſervantur in Abbatiali Archivio Originaliter colligatis in faſciculis Scripturarum Signatis literis B. D. & R.*

,, *Omnes autem ſupra numeratas Donationes, & Conceſſiones cum cæteris Privilegiis cuiuſcumq; generis fuerunt ratificatæ, & confirmatæ à pluribus ſummis Pontificibus, Imperatoribus, & regibus, & ſignanter à Federico Imperatore mediante ampliſſimo Privilegio confecto anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio. Quod ſi-*

,, *mul*

unà cum aliis conſervatur originaliter in faſciculo D. In quoquidem Privilegio non ſolum accepit ſub Imperialem Protectionem dictam noſtram Eccleſiam, & monaſterium, & confirmavit omnes, & ſingulas Donationes factas eidem Eccleſiæ, & monaſterio uſque ad id tempus, verum etiam futuras, & ulterius faciendas: Et inſuper exemit dictum monaſterium una cum omnibus ſuis bonis, Vaſſallis, & tenimentis ab omnibus ſervitiis, & oneribus cujuſcumque generis.

Habet præterea Abbas monaſterii Neritonenſis facultatem eligendi, & mittendi quemcumque ſibi placuerit Græcum, & Latinum Prædicatorem ad prædicandum Evangelium tàm in Quadrageſima, quam in adventu Domini quolibet anno in Civitate Neritoni ſubſtentandum Caritativis impenſis ſolus Populi dictæ Civitatis. Quam quidem facultatem, & Jus habet etiam, & exercet in omnibus aliis locis Diœceſis Neritoni ſive Græcis, ſive Latinis eodem modo, & iiſdem ſacris anni temporibus prout ſupra expoſitum, & dictum eſt.

Denique munita eſt Neritoni Eccleſia omnibus rebus neceſſariis, & pretioſis ſupellectilibus, & habet commodiſſimum hoſpitium conjunctum Eccleſiæ, in quo manet Abbas cum viginti ſeptem Monachis. Et præter Canonicos, monachos, & Abbates ſupradictos omnibus diebus feſtis ſolemnioribus anni ſervitur dicta Eccleſia à centum, & amplius ſacerdotibus, & magno numero Clericorum dictæ Civitatis.

Et hæc eſt fidelis, et ſincera relatio de ſtatu antiquo, & moderno tam ſpirituali, quàm temporali noſtræ Neritonenſis Eccleſiæ, quam ſanctitati veſtræ poſt humillima ſacrorum Pedum oſcula duximus tranſmittendam; prout eam ex certis, & Originalibus Scripturis ſingillatim infraſcriptis Apoſtolicis, & regiis notariis ad majorem cautelam oſtenſis, collegimus, & conventualiter ordinavimus. In quorum fidem Abbatialis monaſterii ſigilli, & propriæ manus mei infraſcripti Abbatis ſubſcriptione munivimus.

Joannes de Epiphaniis Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas Neritonenſis ſupradicta Omnia, confirmo, & ratifico.

locus † Abbatialis Sigilli

Nos ſupra indicati, & infra ad majorem prædictarum rerum certitudinem, & Cautelam ſubſcripti Apoſtolica, & regia auctoritate notarii fidem facimus, & teſtamur omnia ſupradicta vera eſſe, & prout in Originalibus Scripturis ſigillatim nobis à ſupradicto venerabili Domno Abbate, & Conventu dictæ Eccleſiæ oſtenſis, reperitur expreſſum, fideliter notata fuiſſe, in quorum fidem ſupradicta ſubſcripſimus, & proprio, quo in publicis actis reſpectivè utimur ſigno, ſignamus, munimus, & roboramus die, menſe, anno, & Indictione prænotatis.

Signum mei Antonii Tiſſi de Neritono publici in toto Siciliæ regno Apoſtolica auctoritate Notarii, qui ſupradictis omnibus interfui Rogatus, & ſubſcripſi.

locus † Signi

Signum mei Petri Vitalis de Tarento publici Apoſtolica auctoritate per totum Siciliæ regnum notarii, qui præmiſſis omnibus, ut ſupra dicitur, rogatus, & præſens ſubſcripſi.

locus † Signi.

Ego Guido Jolius, regia per totum Siciliæ regnum auctoritate notarius ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatus, rogatus, & præſens ſubſcribo.

locus † Signi

Ego Ioannes de Rotitio de Neritono publicus per totam Terram Hydronti regia auctoritate Notarius, ſupradicta omnia rogatus, atque rogatus ſubſcribo, ſigno; atque confirmo. locus †. Signi.

En Joannis Summi Pontif. Diploma.

Joannes Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, qui benemeritum ad Convivium Dominicum in ultimis recumbentem jubet ſuperius aſcendere, ut ſibi ſit gloria, vices, quamquam inſufficientibus meritis, gerentes in Terris, exemplo Dominico invitamur, ut de ſuprema Apoſtolicæ dignitatis ſpecula ad ſingulas Orbis partes profundæ conſiderationis aciem extendentes, ſi locum inſignem minùs decorè tractatum, & neglectum videamus pro rei qualitate ſuperius elevemus, & Dignitatis Inſigniis fulciamus. Ex hoc enim cum Dei Gratia partes boni Paſtoris implemus, ſi noſtro miniſterio ſinguli loci correſpondeant Tituli Dignitatum. Cum itaque, ſicut ipſa facti notorietas manifeſtat, Terra Neritonenſis, Territorii monaſterii Beatæ Mariæ de Neritono, quod nullius Diœceſis exiſtit, Ordinis Sancti Benedicti, benedicente Domino, Perſonarum numeroſitate, & aliis Domini muneribus ultra Civitates quamplurimas partium illarum ſit fecũda, ſanctiſque amplum habeat Territorium monaſterii prædicti nuncupatum, & in dicta Terra Perſonæ utriuſque ſexus degant in multitudine numeroſa: Abbas quoque dicti monaſterii pro tempore exiſtens in hujuſmodi Terra, & toto prædicti monaſterii Territorio, in quo multa Caſtra conſiſtunt, & Perſonis degentibus, & exiſtentibus in eiſdem, quantum ad Spirituale Forum pertinet, Ordinariam Iuriſdictionem exerceat: Ac ipſum monaſterium gratia favente divina, etiam ultra plures Cathedrales Eccleſias partium illarum opulentum, & multipliciter ornatum exiſtit. Proventus etiam, Bona, & Iura dicti Monaſterii ad Abbatem prædictum, & dilectos filios Conventum dicti monaſterii communiter vel diviſim pertinere noſcuntur, quæ ſolus Abbas conſuevit miniſtrare. Si ergo eadem Terra in Civitatem, & Eccleſia dicti monaſterii in Cathedralem Eccleſiam erigatur, opus merito cenſeri poterit laude dignum, & ſingulariter commendandum, ac Incolis Terræ, & Territorii prædictorum in eo maxime accommodum, & Jocundum quod proprium habebunt Epiſcopum, & pro Sacramentali Confirmatione, & ſuſcipiendis ordinibus, necnon Chriſmate, & oleo Santo recipiendis, & aliis eis neceſſariis, quæ ad Pontificale Miniſterium pertinent, procurandis, ad ro alienos Pontifices non cogentur. Nos igitur præmiſſa, necnon dilectorum filiorum Populi dictæ Terræ devotionem ſinceram, & inconcuſſam fidei conſtantiam, quibus tanquam Benedictionis filii erga nos, & Romanã Eccleſiam clarent, atque claruerunt, paterna conſideratione penſantes, & volentes propterea Terram ipſã Apoſtolici favoris præſidio communire, opuſque erectionis hujuſmodi ad effectum deducere cupientes, ex quibuſdam etiam aliis cauſis rationabiliter ad id noſtrũ inducentibus animum, & ex certa ſcientia de fratrum noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine Poteſtatis ad Individuæ Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti laudem, & gloriam, & exaltationem Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, divini Cultus augmentum, fideliumque ſalutem, Terram prædictam in Civitatem erigimus, ac Civitatis Titulo, & Inſigniis decoramus: Eamque in memoriam indelebilem Civitatem Neritonenſem volumus perpetuis temporibus nuncupari. Et inſuper eandem ipſius Monaſterii Eccleſiam in Eccleſiã Cathedralem ſimiliter erigimus; & conſtituimus de conſilio, & poteſtate prædictis ſponſum idoneum cum Epiſcopalis officii plenitudine, Deo auctore per Apoſtolicæ diligentiæ miniſterium habituram, qui ſponſus ipſe præſit, pariter atque proſit. Dignitatem inſuper Abbatialem in Eccleſia, & Monaſterio prædictis, quod quidem Monaſterium almo Paſtore caret, volumus de conſilio, & poteſtate prædictis eſſe ſuppreſſam, removimus, tollimus, & ſupprimimus per præſentes. Proventus autem, & Iura dictæ noviter erectæ Eccleſiæ, in qua Capitulum Canonicorum ſecularium, & Conventus hujuſmodi Monachorum ſemotus eſſe dignoſcitur, per Epiſcopum prædictum eidem Conventui miniſtrentur, ſicut Abbas dicti Monaſterii facere conſuevit. Cæterum de Conſilio, & poteſtate prædictis ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod perſonæ tàm Eccleſiaſticæ, quam Sæculares ſexus utriuſque in eiſdem nova Civitate, ac Territorio, quod quidem Territorium pro certa, & limitata Diœceſi aſſignantes, de cætero Diœceſis Neritonenſis eſſe cenſemus, & degentes præſentes, & poſteri, quemadmodum Abbati præfato in ſpiritualibus, & temporalibus parere tenebantur hactenus, & erant ordinario Jure ſubjecti, de cætero præfato Epiſcopo, & Eccleſiæ Neritonenſi teneantur obedire, & Diœceſano ſint jure ſubjecti. In Eccleſia etiam Neritonenſi prædicta, quam etiam

Re-

A
,, *Romana Eccleſiæ immediatè ſubeſſe cenſemus, divina*
,, *peragantur officia, juxta ritum, modum, & conſuetudi-*
,, *nem ibidem hactenus oſitatos: Remanentibus etiam*
,, *in dicta Eccleſia dignitatibus, Perſonatibus, Admi-*
,, *niſtrationibus, & Officiis, quæ inibi hactenus eſſe con-*
,, *ſueverunt. Demum volumus, quod Epiſcopus Nerito-*
,, *nenſis pro tempore exiſtens in adificiis ibidem exi-*
,, *ſtentibus habitationem honorabilem, & decentem ha-*
,, *beat pro ſe, & ſua familia, quæ ab ipſorum Conventus*
,, *habitatione penitus ſit remota: Et quod omnia Privi-*
,, *legia, Jura, & Bona hujuſmodi olim Monaſterio, qua-*
,, *litercumq; conceſſa, & in quorum poſſeſſione pacifica in*
,, *præſentiarum Canonicè exiſtit, eidem Eccleſiæ per-*
,, *maneant illibata: Non obſtante quod eadem Eccleſia*
,, *dicti olim Monaſterii, in Cathedralem, ut præmitti-*
,, *tur, ſit erecta. Decernimus tandem ex nunc irritum,*
,, *& inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authori-*
,, *tate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nul-*
,, *li ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ*
,, *Erectionis, Decorationis, Remotionis, Ablationis,*
B
,, *Suppreſſionis, Statuti, Ordinationis, Voluntatis, &*
,, *Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario con-*
,, *traire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-*
,, *gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &*
,, *Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſorum. Da-*
,, *tum Romæ apud Sanctum Petrum tertio Idus Janua-*
,, *rii Pontificatus noſtri anno tertio.*
,, *Stephanus de Mandato.* *de Prato.*
,, *Locus (†) Sigilli pendentis.*

,, *Cæterum Neritonenſi Cathedrali inſerviunt etiam*
,, *nonnulli Capellani, beneficia juris Patronatus obti-*
,, *nentes, & 100. circiter Clerici. Inter dictos Canonica-*
,, *tus deſideratur utraque Præbenda. Fructus Canonica-*
,, *tuum ſunt magis, minuſve pingues, item dignitatum, pin-*
,, *guiores ſummam 150. duc. non excedunt. Adſunt Ne-*
,, *riti quatuor, & propè atque extra ejus muros tria*
,, *virorum, & unum Monialium Cœnobia, & clericorum*
,, *ſeminarium. Omnium animarum cura exercetur per*
,, *Archipresbyterum Cathedralis. Habet Hoſpitale, &*
,, *plures Laicorum confraternitates, caret Monte Pieta-*
C
,, *tis. Ædes Epiſcopales ſatis commoda proxima ſunt*
,, *Cathedrali. Diœceſis ad 20. mille paſſus ſe extendit.*


I. 1. JOANNES de Epiphaniis Neritonenſis primus Epiſcopus, Abbatum poſtremus, creatus à Joanne XXIII. anno 1413. 3. Idus Ianuarii, ut habetur in lib. 2. de Proviſ. Prælator. fol. 1. & in lib. 3. de diverſis formis fol. 73. ſedit an. 10. & Epiſcopatu ſe abdicavit.



D
(,, *JOannes Epiphanius Patricius Neritonenſis, ac Be-*
,, *nedictini Ordinis monachus à nobiliſſimo Beneven-*
,, *tanorum Principum genere trahens originem, credi-*
,, *tam ſibi Diœceſim omni prorſus ex parte vigilantiſ-*
,, *ſimè rexit. Epiſcopale Palatium novis Ædificiis di-*
,, *latavit. Benedictini Ordinis Monachis novum Cœ-*
,, *nobium juxta Cathedrale Templum erexit. Anno*
,, *1419. Majoris Eccleſiæ Canonicis certas, perpetuaſ-*
,, *que Præbendas attribuit. Cum verò eorundem, tum*
,, *etiam Dignitatum redditus auxit. Tandem Epiſco-*
,, *pale munus, quod turbulentiſſimo Eccleſiæ tempore geſ-*
,, *ſerat, ſublato ab eadem ſchiſmate Martino V. ſummo*
,, *Pontifice dimiſit, poſtquam annos circiter decem Ne-*
,, *ritinæ Diœceſi præfuiſſet. Poſt exutam Epiſcopalem*
,, *Dignitatem, religioſæ tranquillitatis cupidus, unis*
,, *divinis rebus intentus inter ſui Ordinis Monachos ad*
,,

A
,, *annum uſque 1435. Neriti quam ſanctiſſimè vixit.*
,, *Quo demum 15. Kal. Novembris ætate ſexagenarius*
,, *Vita deceſſit.* Pollidorus.)

2. Fr. JOANNES Barula, ſeu Barella, vel potius Barla terræ S. Petri in Galatina, Ord. Minorum, à Martino V. creatus anno 1423. die 11. Kal. Martii. Obiit 1436. ex libro obligationum. II.



B
(,, *Joannes Barella Galatinus illuſtri natus genere,*
,, *Ordinis Fratrum Minorum Græcis, Latiniſque lite-*
,, *ris excultiſſimus, necnon Sacrorum Concionatorum,*
,, *atque Theologorum ſui temporis cum primis inſignis*
,, *electus eſt Neritinus Antiſtes, non Kalendis Martii,*
,, *ut perperam Ambroſius Luccotius commemorat,*
,, *ſed 11. Kalendas ejuſdem menſis anno Domini 1423.*
,, *ut veteres Neritonenſium Antiſtitum Catalogi no-*
,, *tant. Is Eccleſiaſticam Diſciplinam in Univerſa ſibi*
,, *credita Diœceſi, tam apud Græcos, quam Latinos*
,, *Populos egregiè provexit. S. Bernardinum Senenſem*
,, *vitæ ſanctimonia, ac Miraculorum gloria tunc maxi-*
,, *mè florentem Neriti excepit. Cum vero in urbe ipſa,*
,, *tum etiam in pleriſq; Diœceſis Oppidis author fuit, ut*
,, *ab ipſo aliquandiu ingenti cum omnium fructu ſa-*
,, *crum Chriſti Evangelium publicè exponeretur. Prædi-*
,, *catorum Ordinis fratres Neritum introduxit, ipſiſ-*
C
,, *que domos etiam ad commodiorem habitationem pro-*
,, *prio ære cœptas attribuit. Pontificias ædes nobili*
,, *ſcalarum opere nobilitavit. Quarto nonas Octobris*
,, *anno 1433. Donationem feudorum Fangi, atque Palu-*
,, *dium à nobili fœmina Pippa de Sancto Blaſio ſibi, ac*
,, *ſucceſſoribus Epiſcopis factam ſolemni celebritate ſuſ-*
,, *cepit. Quoniam verò gravi per id temporis ſenio, aliiſ-*
,, *que adverſæ valetudinis incommodis premebatur, quo*
,, *diligentius credita ſibi ampliſſimæ Diœceſis bono in-*
,, *cumberet, Ludovicum Scorpium Pinnenſem Patri-*
,, *cium, Utriuſque Juris ſcientia, tractandarum rerum*
,, *peritia, pluribuſque geſtis muneribus ætate ſua longè*
,, *conſpicuum anno D. 1434. Coadjutorem Epiſcopum ab*
,, *Eugenio IV. Summo Pontifice impetravit. Quo tamen*
,, *importuna mortis vitio uno plus anno Neritina Ec-*
,, *cleſia frui non potuit. Quare jure meritoq; vir eruditus*
,, *Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapol. fol. 197. ex*
,, *publicis, atque coævis Neapolitani Archivi Regiæ Ca-*
,, *meræ monumentis conqueritur Virũ tantum in Catalo-*
,, *go Neritonenſiũ Antiſtitum à Ferdinando Ughello o-*
D
,, *miſſum fuiſſe. Amanuenſium tamen, vel impreſſorum*
,, *oſcitantia apud laudatum Toppium factum eſt, ut quod*
,, *ad Ludovici tempus attinet, quo Neriti præerat, annus*
,, *Chriſti 1465. pro 1435. poſitus ſit. Rexit autem Neri-*
,, *tinam Eccleſiam Ioannes Barella annos 12. ac menſes*
,, *circiter Novem. fatiſque ceſſit menſe Decembri anno*
,, *Chriſti 1435. quemadmodum Veteres Neritonenſium*
,, *Antiſtitum Catalogi produnt. Emendandus eſt itaque*
,, *Ferdinandus Ughellus ubi ex libro Obligationum, qui*
,, *nihil tale comminiſcitur, ſcripſit, annum Dom. 1436.*
,, *Ioannis Barellæ extremum fuiſſe.* Pollidorus.]

3. STEPHANUS Pendinellus Brunduſinus, ſucceſſit anno 1436. ultima Aprilis, poſtea translatus ad Archiepiſcopalem ſedem Hydruntinam an. 1451. ex eodẽ lib. quo Præſule Hydruntina Civitas an. 1480. à Turcis capta, idem jugulatur immaniter ab illis.

3. STE-



(,, STEPHANUS, *è nobili familia Argercula, cui*
,, *cognomen etiã de Pendinellis acceſſit, Patria fuit Ne-*
,, *ritonenſis, quemadmodum Vetera Epiſcopalis Archi-*
,, *vi Neritini monumenta, aliiq. Coævi, atque recencio-*
,, *res Scriptores produnt, nõ autem Brundufinus, ut Scri-*
,, *pſit Ughellus, ſeu Galatinus, ut placuit Arcudio in libro*
,, *inſcripto: Galatina Letterata pag. 156. Patriæ Urbis*
,, *Epiſcopus delectus eſt 6. Idus Februarii anno Domini*
,, *1436. ut legitur in antiquo Vaticani Archivi volumi-*
,, *ne, cui titulus eſt Proviſionum Eugenii IV. lib. 2. fol.*
,, *25. Quare emendandus jure eſt Ughellus, ubi ad pridie*
,, *Kal. Majas id perperam retulit. Ob inſignem, qua Ste-*
,, *phanus claruit Vitæ Sanctimoniam, aliaſque præcla-*
,, *ras animi dotes, nedum Iapygia Univerſa, verum e-*
,, *tiam Tarentinis Principibus, ac quotquot ætate ſua*
,, *vixerunt, Neapolitanis Regibus acceptiſſimus extitit.*
,, *A Sacris Confeſſionibus fuit celeberrima Iſabella de*
,, *Claramonte ex Cupertini Comitibus Ferdinandi Se-*
,, *nioris Neapolitanorum Regis uxori ob eximiam vitæ*
,, *probitatem ab Hiſtoricis commendatiſſima. Neritinæ*
,, *ſuæ Eccleſiæ Iura, quæ à nonnullis uſurpata fuerant, di-*
,, *ligenter recuperavit; in dubium vero revocata invi-*
,, *ctiſſimè defendit, & aſſeruit. Cathedralis Templi fa-*
,, *ciem magnificentius reſtituit, ornavitque. Poſtquam*
,, *vero Neritinæ Eccleſiæ annos XV. Menſes IV. ac dies*
,, *IX. quam ſanctiſſimè præfuiſſet, XVI. Kal. Quintilis an-*
,, *no à Virginis partu 1451. a Nicolao ejus nominis V.*
,, *Hydruntis Archiepiſcopus factus, ibidem capta a Tur-*
,, *cis Urbe pro Chriſti fide glorioſiſſimè mortem oppetiit 3.*
,, *Idus Sextilis anno 1480.* Pollidorus.)

IV. 4. LUDOVICUS de Pennis Neapolitanus decretorum doctor, creatus 16. Kalendas Julii an. 1451. exceſſit anno 1458.



(,, LUDOVICUS *de Pennis Neapolitanus, gene-*
,, *re, ac Sacrorum Canonum peritia clarus, ſucceſſit Ste-*
,, *phano Argerculo 16 kal Julias anno Domini 1451. ut*
,, *legitur in antiquo Volumine Proviſionum Nicolai V.*
,, *ſummi Pontificis fol. 46. quod in Vaticano Archivo*
,, *ſervatur. Paulo poſt quam Epiſcopatus poſſeſſionem*
,, *eſt adeptus, novam Theſaurariatus Dignitatem in*
,, *Cathedrali Templo inſtituit. Juriſdictionem in He-*
,, *bræos homines tunc temporis Neriti morantes per ſum-*
,, *mum nefas ſibi, & Eccleſiæ ſuæ à Joanne Antonio Taren-*
,, *ti Principe ablatam, Ferdinandi I. Neapolitanorum Regis*
,, *auctoritate, ad quem indignæ rei cognitionem detulit, in-*
,, *fracta animi conſtantia Neritinis Epiſcopis rurſus aſſe-*

A ,, *ruit. Ab eodem Rege, cui chariſſimus extitit, complurium etiã*
,, *ampliſſimorum Privilegiorum confirmationem obtinuit.*
,, *Varia Opulentiſſima Neritonenſis Epiſcopatus Bona præ-*
,, *teritorum bellorum tempore à nonnullis præpotentibus Ja-*
,, *pygiæ Regulis uſurpata recuperavit. Cathedralem Eccle-*
,, *ſiam ſævientium Terræ motuum detrimentis labentem*
,, *maxima ex parte reſtituit, eandemque egregie adornatam*
,, *16 Kal. Decembris anno à Virginis partu 1479. celeberri-*
,, *ma pompa rurſus Deo Optimo maximo in honorem Bea-*
,, *tiſſimæ Dei Genitricis in Cælum aſſumptæ dicavit. Cujus*
,, *Dedicationis diec feſtus, quo Sanctior, atq; celebrior nedum*
,, *Civibus, verùm etiam cæteris eſſet in poſterum, anno ſe-*
,, *quenti ampliſſimum Diploma ab eodem Rege impetravit,*
,, *quo Univerſi quotquot in Urbe eſſent, quique eodem exer-*
,, *cendarum Nundinarum cauſſa octo proximè ſequentibus*
,, *diebus convenirent, omnibus prorsùs ſolitis vectigalibus,*
,, *atq; oneribus ſoluti ſunt, atque immunes redditi. Præfuit*
,, *Ludovicus Neritinus Epiſcopus annos duos atq; triginta,*
,, *Menſes ſex, & dies aliquot, obiitque Senex Nonagenarius*
,, *Januario menſe ineunte anno Domini 1484. ut ex pluri-*
B ,, *bus Epiſcopalis Archivi vetuſtis monumentis liquido con-*
,, *ſtat. Emendandi ſunt igitur Ferdinandus Ughellus, & Am-*
,, *broſius Lucentius in Catalogis Neritinorum Antiſtitum,*
,, *ubi Septennium circiter Ludovicum ipſum Neritinam Ec-*
,, *cleſiam rexiſſe, annumq; 1458. extremum illi vitæ fuiſſe*
,, *confingunt.* Pollidorus.)

5. LUDOVICUS de Juſtinis de Caſtello, defuncto Ludovico, præficitur anno 1458 præfuit annos 33. de quo acta Conſiſtor. Reſignavit anno 1491. V.



C

(,, LUDOVICUS *Juſtinus, nobilis Tiphernas, Six-*
,, *ti IV. Pontificis Maximi Prælatus Domeſticus, &*
,, *Capellanus, ſucceſſit alteri Ludovico menſe Januario*
,, *anno Domini 1484. non autem 1458. quemadmodum*
,, *Ughellus, atque Lucentius notatum reliquere. Reli-*
,, *gione in Deum, ac in pauperes pietate maximè enituit.*
,, *Rexit vero vigilantiſſimè Neritonenſem Eccleſiam*
,, *annos octo, menſes undecim, & dies aliquot, ſatiſque*
,, *ceſſit anno 1492. ut ex vetuſtis Neritonenſium Anti-*
,, *ſtitum Catalogis, aliiſque pluribus Epiſcopalis Ar-*
,, *chivi ſcriptis certiſſimè conſtat, non autem 1491. ut*
,, *laudatis nuper Ughello, atque Lucentio placuit, qui ei-*
,, *dem Ludovico nullo prorſus Hiſtoriæ fulti mumento,*
,, *tres ſupra triginta Epiſcopatus annos perperam tribue-*
,, *re.* Pollidorus.)

D 6. GABRIEL Setarius Neapolitanus ab Innocentio VIII. creatus anno 1491. die 12. Decembris, translatus ad Avellinam Eccleſiam anno 1507. VI.



(,, GABRIEL *Setarius Neapolitanus, vir genere,*
,, *atque doctrina conſpicuus creatus eſt Neritinus Epiſ-*

,, co-

NEPESINI EPISCOPI.



IN explicata inter Romam, Viterbiumque planitie, antiquiſſima Etruriæ Civitas Nepis aſſurgit, quam ita fuiſſe appellatam Feſtus affirmat, ab ſcorpionis inſigne, quem ejuſdem Cives, ut in bello diſcernerentur, extulerant. Varia autem apud Scriptores ejus appellatio eſt: ſiquidem apud Itinerarium Nepis eſt, & Nepet, Plinio Neps eſt, quam Strabo Nepiſam vult appellari: apud Epitomatorem autem ex Dionyſio Romanarum Antiquitatum, Neſpeſus dicitur; Quam iterum Livius multis in locis, ac Ptolomæus, antiquæque inſcriptiones Nepetem appellant, ejuſdemque populos Nepeſinos. Unde Silius lib. 8.

Hos juxta Nepeſina Cohors, æquique Faliſci.

Cæterùm Volaterranus in Urbanis commentariis contendit, Nepet, legendum eſſe, atque omnes omninò auctores, qui aliter habēt, librariorum injuria ſenſim fuiſſe corruptos. Primùm omnium conſtat antiquiſſimam Civitatem eſſe, interque XII. Romanas Colonias, ut refert Frontinus, Vellejuſque Paterculus lib. 1. Poſt octo annos quam Galli Urbem ceperunt, Sutrium deducta Colonia eſt, & poſt annum Setiam, novemque interjectis Nepetem. Livius lib. 6. anno 5. ab Urbe capta Sutrium, anno ſeptimo Nepete deducta Colonia. Poſtea ab iiſdem Romanis facta municipium eſt, ut Feſtus narrat. Hanc Civitatem expugnavit Valerius, receptiſque Nepeſinis pepercit, rebellionis contra Romanos mulctatis auctoribus. Idem Livius in 15. lib. ſcribit hanc unam ex illis XII. Civitatibus fuiſſe, qui in Romanorum favorem contra Carthaginenſem Annibalem arma expedite contempſit, quamobrem cum aliis poſt ſex annos duplo mulctata eſt. Olim præpotens fuit, priſciſque illis temporibus habitatoribus frequens, ſed hoc tempore depoſita propemodum videtur, anguſtiſque confiniis, aeris inſalubritate incolas deterrente. Ruente Romano Imperio & ipſa concidit, diverſoſque Dominos ſub nomine Ducum experta fuit, donec Romanorum Pontificum Majeſtate glifcente, ſub eorundem demum ſuaviſſimo jugo conquieſcit. Ut non procul à Roma eſt, ſic in primis Civitatibus fuit, quæ lucem hauſere Evangelii, prædicante S. Ptolomæo Antiocheno, S. Petri Apoſtoli Alumno, quem ſecum Romam adduxerat. Inter cæteros, Romanum Nepeſinum Philoſophum convertit ad Chriſtum, ſacroq; abluit fonte, cumque anno 46. Ptolomæum Panthepolis (1) Nepeti vicinæ Civitatis, Romanum verò Nepetis ipſius Epiſcopos ordinaſſet, magno fidei incremento viſus eſt fundamenta jeciſſe. Siquidem uterque ingentibus editis miraculis, omnem propemodū idolatriam deleverunt. Itaque cum apud Aſpaſium Comitem, Tribunumque Etruriæ pro Claudio Imperatore accuſati fuiſſent, poſt diram carceris maccrationem, verbera, ignes, cæteramque corporum lacerationem, in Chriſti fide mira conſtantia perſeverantes, tandem pœnam capitis ſubjere 19. die Octobris, anno conditæ ſalutis 51. Martyrum corpora clanculum ablata Lavinella *a* matrona nobilis, ac pietate præcipua prope Nepim condidit in ſpelunca, ubi non multò poſt fidelium pietas eorum nomini

a Saviolli. ja.

conſecratum templum erexit, ubi ad mille annos conquieverunt, donec Petrus Aloyſius Farneſius Nepis Dominus, Templum illud evertit, cum Nepim Civitatem novis munimentis, muriſque contra hoſtiles impetus vellet concludere. Tunc enim Martyrum corpora adhuc madentia ſanguine reperta ſunt, mirante Paulo III. Farneſio ſummo Pontifice, qui propriis oculis ſpectaculum uſurpaverat. Itaque decrevit Pontifex intra Civitatem nobiliori Templo Martyrum reliquias eſſe condendas. Cujus voluntatem poſtea executus eſt Thaddæus Sartius Nepeſinorum, ac Sutrinorum Epiſcopus, cum in abſolutum jam Templum ſolemni pompa Martyrum reliquias intuliſſet anno 1606. die 24. menſis Auguſti. Hanc ſolemnem trāslationem Hiacynthus de Nobilibus, Ordinis Dominicani Alumnus enarrat. Itaque in Nepeſina Civitate Chriſtianam fidem fundatam, adeo multi deinde Tyranni eam convellere conati ſunt uſque ferè ad Conſtantini tempora, ut poſt Romanum primum Nepeſinorum Epiſcopum, vix ulla memoria occurrat, qua illorum Epiſcoporum ſeries cohærere poſſe videatur. Cum tamen conſtet illam, ut S. ſedi viciniorem haud fuiſſe ſuo Paſtore deſtitutam. Demum Nepeſina Eccleſia una ex illis erat, quæ unius ſummi Romani Pontificis arbitrium immediatè intuebatur.

ADDITIO.

(,, *Cathedralis Nepeſina Eccleſia B. Virgini Matri eſt dicata, inque ea ſunt 14. Canonici, quibus adde ,, Archipresbyterum, & Pœnitentiarium. Incolæ Civitatis vix explent 500. lares, quorum in ſpiritualibus ,, curam gerunt 5. Eccleſiæ Parochiales, quarum præcipua per Archipresbyterum Cathedralis exercetur. ,, Virorum 3. Monialium 2. ſpectantur ibi Cœnobia, 3. ,, Laicorum Confraternitates, Languentium & Peregrinorum Hoſpitale, Mons Pietatis, & Frumentarius, ,, & nobilis Bibliotheca, cujus cura ineſt Canonico Pœnitentiario. Duæ in ipſa Diœceſi Eccleſiæ Collegiatæ extant, ſuamque habent Archipresbyteralem dignitatem. Plura oppida Nepeſinam augent diœceſim, ſuntque,* Fiano, Cāpagnano, Formello, Scroſano, Morlano, Filacciano, Magliano di Pecorareccia, Caſtel ,, S. Elia, Mazzano *Univerſa Nepeſina Diœceſis 6000. ,, circiter alit mortalium capita.* Luc.)

Hæc Eccleſia rem ſuam ſeorſum egit, donec Eugenius IV. illam Sutrinæ junxit, ac fœderavit, quo utriuſque Præſul dignitatem ſuam honeſtiori pompa poſſet tueri anno 1436. (,, *Fructus autem utriuſque ,, uniti Epiſcopatus taxantur ad flor.* 133. *aſcendunt ,, verè ſcuta* 975. *circiter annuis penſionibus, & oneribus gravati ſcutorum* 110. *Moneta.*) Series Nepeſinorum Epiſcoporum ſequens eſt.

1. S. ROMANUS primus Nepeſinorum Epiſcopus, ab Apoſtolo Petro ordinatus fuit anno conditæ ſalutis 46. nobilem tulit palmam martyrii anno 51. die 19. menſis Octobris; Illiuſque Civitatis Protector eſt, ac divus tutelaris, cujus Baronius meminit in Annalibus Eccleſiaſticis, inque ad Martyrologium Romanum notis, Ferrarius, aliique. I.

2. S. MILIONUS Epiſcopus Nepeſinus, & Martyr, cujus reliquiæ anno 1116. reconditæ fuerunt in Eccleſia Præneſtina ſub Altari S. Agapiti per Cononem Epiſcopum Præneſtinum, ut ex marmorea Inſcriptione ſuperius relata viſitur. II.

*3. EULALIUS in ſchiſmate contra Bonifacium Papam, Pſeudopontifex creatus, ſe abdicavit anno 421. Baronius tom. 3. Annal. ad annum 419. affirmat Eulalium ex urbe pulſum, & in Campaniam miſſum Nepeſinum deinde creatum fuiſſe Epiſcopum; ſic Binius in Notis ad Concil. General. Alii habent Neapolitanam accepiſſe Eccleſiam regendam, ibiq; obiiſſe ann. 424. quod falſum omnino eſt. III.

* Ex App. tom. 7.

(,, PROJECTITIUS *deinde nobis occurrit in ,, Concil. Rom. 465. Lucent.) Projectitius dicitur in noviſſ. Concil. Harduini editione.*) IV.

4. FELIX interfuit Romæ celebratis Conciliis à Symmacho Papa an. 502. (& 499. 501.) V.

5. PAV-

(1) Pentapolim fuiſſe in Etruria, ex quinque civitatibus coaleſcentem, cujus Nepis erat caput, diffuſè, & eruditè enarrat Nicolaus Nardinus in libro, cui titulus: *La Cattedra Veſcovale di S. Tolomeo in Nepi*. Noſter Ughellus hic Ptolomæum Pentapolis Præſulatum geſſiſſe affirmat, exiſtimans Pentapolim Civitatem fuiſſe Nepeti vicinam; at ubi de Florentinis agit Archiepiſcopis, Ptolomæum Nepete fuiſſe ſuam ſedem affirmat. *Lucent.*

VI. 5. (1) PAVLUS, ſubſcripſit ſe decreto Gregorii Magni, habito in Synodo Romana anno 13. Mauritii Imperatoris 5. Julii, qui fuit ſalutis 596. *a* ex codice Vat. n. 1393. („ *Idem Gregorius ad Viſitationem* „ *Eccleſiæ Neapolitanæ legaſſe hunc Paulum, & interim* „ *cuidam Joannis Epiſcopo viſitationem hujus Eccleſiæ* „ *Nepeſinæ conceſſiſſe habetur ex lib. 2. Epiſt. in. April.* „ *Ind. X. Quantæ æſtimationis fuerit Paulus, deſumi po-* „ *teſt ex tom. 6. hujus Operis. In Romano Concil. habe-* „ *tur Paulus Nepeſinenſis an. 590. 601. Luc.*)

a Melius 5. 3.

VII. 6. GRATIOSUS Concilium Lateranenſe ſubſcribit, à Martino Pontifice celebratum anno 642. *b*

b Corrige 649.

VIII. 7. THEODORUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus, ſub Agathone Papa Conſtantinopolitano Concilio *c* interfuit 680.

c In Conc. Rom. pro Conſtant. ſanc.

IX. 8. GEORGIUS, ſive Gregorius, Interfuit Synodo celebratæ temporis Gregorii II. anno 721.

X. 9. JOANNES, in Concilio Romano ſententiam dicturus aſſedit, anno 743. anno verò 764. Pauli Pontificis decreta ſubſcribit; Concilio Romæ celebrato interfuit, ut Baronius refert. Romæ deceſſit anno 770. 12 Kal. Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Sabam, olim celeberrimam Abbatiam, ubi adhuc ejuſdem tumulum cum hac inſcriptione ſpectatur.

Hoc humata jacent Ioannis membra ſepulchro,
Qui Nepe fuerat Præſul in Urbe quidem.
Ne Nepa ſæva ſibi noceat, ſuccurre Redemptor,
Et quæ contraxit crim. . . .
Nempe loco ſancto voluit ſepelirier iſto,
Quo per hos ſanctos inveniet requiem.
Extenſum per O. P. Q. E. A. conexa
Chriſti annum monſtrant quo tranſiit iſte ſacerdos,
Obiit in pace xi. Kal. Novemb.
E. M. O. L.

Baronius in 9. tomo Annalium retulit hoc epitaphiũ, literaſque, quæ in ipſo ſunt, explicat, hujus Epiſcopi exceſſum deſignantes, hoc ratione. O anni IX. P. VII. Q. CCCCC. E. CCL. A. IV. qui omnes ſummum efficiunt DCCLXX. annorum.

XI. 10. GRATIOSUS, in Romano Concilio ſub Eugenio II. graviſſimè ſententiam dixit, anno 826.

XII. 11. BENEDICTUS in Romano reperitur aſſediſſe Concilio anno 853.

XIII. 12. STEPHANUS, apud Imperatorem Ludovicum falſo calumniatus cum Velitrenſi Epiſcopo, exilio mulctatus eſt, diutinaque carcere maceratus, in gratiam deinde Adriani II. Pontificis anno 868. abſolutus evaſit, rediitque ad Eccleſiam ſuam. Demum cum Donato Epiſcopo Oſtienſi, Marinoque ſanctæ R. E. Diac. Cardinali Collegis, Conſtantinopoli egregiè Legationem obivit, ut refert Bibliothecarius.

XIV. 13. SERGIUM Alberici Principis, ac Senatoris Romæ fratrem temporibus Marini II. Pontificis anno 945. Nepeſinum Epiſcopatum geſſiſſe comperio, quo anno cum Alberico, Conſtantino, Bertaque Maroziæ Romanorum Senatricis, Albertique Marchionis filiis, ampliſſimas poſſeſſiones in SS. Andreæ, & Gregorii ad Clivum Scauri Monaſterium contulerunt, atque adeo Benedicto Abbati, & Monachis inter cætera caſtrum Mazzanum in Nepeſino territorio ſitum Romæ milliaribus 20. diſſitum, cum omnibus ad id ſpectantibus tradidere. Hoc Caſtrum hodie eodem nomine inſignitum, beneficiario jure ab Apoſtolica Camera conceſſum fuit Franciſco Biſciæ nobili Romano, Lælii Biſciæ olim Cardinalis fratri. Hic ego ne ingrati animi labem ſuſcipiam, ſilentio præterire non poſſum, quantis beneficiis humaniſſimo Cardinali obſtrictus ſim, cum ille non modo ad hoc opus proſequendum verbis incenderit, verum pulcherrima antiquitatis monumenta, atque inter alia hoc donationis à Sergio Nepeſino Epiſcopo, & Alberico fratre dicto Monaſterio factæ documentum, cujus ille exemplum à Scipione Cardinale Burgheſio illius cœnobii Commendatario acceperat, liberaliter impertierit. Quod cum non exigui ſit momenti, ac dignitatis, hic conſerre libet; cujus tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, anno Deo propitio pontificatus D. Marini ſummi Pontificis, & univerſalis II. Papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtolo anno 3. ind. 3. menſis Ianuarii, die 14. Quoniam certum eſt nos Albericus Domini gratia humilis Princeps, atque omnium Romanorum Senator, atque Sergius humilis Epiſcopus S. Nepeſinæ Eccleſiæ, nec non & Conſtantino Ill. viro, atque Berto nobiliſſima puella uterina & germanis fratribus, Marocha quondam Romanorum Senatricis filii, à præſenti die pro omnipotentis Dei, & S. Andreæ Apoſtoli, atque B. Gregorii confeſſoris Chriſti, atque Pontificis, & quotidianis, ſacriſque veſtris orationibus, atque ſuſtentatione cœnobii, & luminariorum concinnatione, & veniam delictorum noſtrorum, ut pro interceſſione ejuſdem ſanctis, & ſacris quotidianis veſtris orationibus per hæc futura æterna gaudia cum electis Dei poſſidere mereamur, ideo donamus, cedimus, tradimus, atque in uſu, & utilitate Monaſterii S. Andreæ Apoſtoli, & S. Gregorii, quod appellatur Clivus Scauri, offerimus in perpetuum, nulla nobis cogente, neque contradicente, vel ſuadente, aut vim faciente, ſed propria, ſpontaneaque noſtra voluntate vobis D. Benedicto Chriſti famulo religioſo presbytero, & monacho Abbate ſupraſcripti ven. Monaſterii, ſanctæq; tuæ congregationi, ſucceſſoribuſque veſtris eidem Monaſterii ſervitio commorantibus, introeuntibus, ut ſuperius miſſum eſt, in uſu, & utilitate in perpetuum, ideſt Caſtello in integro, quod vocatur Mazzano cum caſis, & ſuis ædificiis, necnon & fundis, & caſalibus, ſive vocabulis ſuis, & ſibi omnibus pertinentiis, una cum familiis utriuſque ſexus inibi nobis pertinentibus poſito territorio Nepeſino milliario ab Urbe Roma plus minus XXV. juris, cui exiſtit, necnon, & caſale in integrum, qui vocatur Mons aureus, cum olivetis, & arboribus omnibus ſuis, terris, campis, cum oratorio Salvatoris, & ædificiis ſex fontana aqua viva, ſicuti noſtra quondam genitricis, & noſtrorum quondam parentum detinuere manibus eundem Caſale integrũ poteſtate poſito foris porta Portuenſi juxta murum ejuſdem portæ, verum etiam, & duæ clauſura de vinea cum arboribus earum in integrum, quæ infra ejuſdem clauſura via publica per medium ducit, & cum omnibus ad eas generaliter, & integrum pertinentibus poſito territorio Albanenſe milliario ab Urbe Roma plus minus 24. juris, cui exiſtat, in fundum, qui vocatur Procli, una quidem cluſura, & quem ſupraſcripta reo nobis evenit, à quondam noſtra genitrice, & a quondam noſtris parentibus. Iterumque, & donamus, & offerimus vobis vineæ petias tres in integrum, & cum omnibus ad eas pertinentibus poſitas ſupraſcripto territorio Albanenſe in fundum, qui vocatur Caſa majula, ſive Piſcinula, juris, cui exiſtens, & inter affines ab uno latere vinea de me donatore, & à ſecundo latere de nos, qui ſupra donatrices, & à tertio latere foſſatum, in quo decurrit aqua. Unde & omnes exinde monimina nova, & veteres apud nos, noſtroſq; hæredes, & ſucceſſores ad conſervandas, & ſalvas faciendas pro aliis immobilibus locis, quæ in eas eſſe, continere videtur, & pro hoc eas vobis minime tribuere potuimus, ſed quandoque vobis, veſtriſque ſucceſſoribus neceſſè fuerit ſemper eas abſque omni mora demonſtrare, & oſtendere ſpondimus gratis abſque præmio omni tempore, & ſi in quolibet tempore qualemcumque chartulam exinde vobis, veſtriſque ſucceſſoribus litigando oſtenſa fuerit, chartula illa ſine omni robore firmitatis decernimus permanere, hanc à die præſentis donationis chartulam vobis contradidimus, quibus ſupraſcriptis immobilibus locis cum familiis utriuſq; in eodem Caſtello commorantibus, & cum omnibus eorum pertinentiis, ut ſuperius legitur, eo vero tenore, ut neque vos, no-

(1) Anno jam interim excurrente, quo nulla extat memoria Nepeſinorum Antiſtitum 535. cum in ſolio Romano ſederet Agapetus ex Baron. t. 7 an. 536. n. 66. refertur in Oppido Rumelli, ſed Formelli, quod eſt Nepeſinæ Diœceſis, Epiſcopum extitiſſe magnæ virtutis, & meriti, quem cum Oppidi incolæ nequiter accuſaſſent apud Agapetum, quod in ſanctificato vaſe manducaret, juſſu Pontificis Romam perductum carceri detinuit, ut adveniente Dominica die, qua in Lateranenſi Altari de more Epiſcopo eorum Papa Deo litandum erat, Divino ipſo Numine ſecundo Agapetum admonente, calumniam paſſus Epiſcopus ad id peragendum aſſumptus eſt, evenitque ita, viſibili etiam Spiritus S. interventu, ut ibi enarratur. Hunc ſanctiſſimum Epiſcopum fuiſſe Nepeſinum certo affirmare non audemus, conjectari licet ex loco Nepeſino, in quo morabatur, ex incolis parentem fortaſſe ſeverioris diſciplinæ renuentibus, ideoque calumniantibus, & ex ipſa Liturgia in Lateranenſi Patriarchio ab Epiſcopis Urbis viciniorbus conſueta peragi. *Luc.*

neque veſtris ſucceſſores, & qualitercumque magna, parvaque perſona audeat per libellum, aut tertium genus, neque quovis modo ſupraſcriptis locis ab eodem S. Monaſterio auferre, neque alienare audeat, & quod non credimus, neque licentiam damus ſi alicui exinde chartula qualibet ſacta fuerit, ſine omni robore firmitatis eam decernimus permanere, & ſuprascriptis locis in integris, & famulis ſuprascripti monituris habeas, teneas, poſſideas, & in uſu, & ſalario pro ſubſtentatione cœnobii, ſive in perpetuum etiam ſi praceptis Pontificalis pagina in perpetuum incola monaſterio renovandi, & nunquam à vobis, nec ab haredibus, & ſucceſſoribus noſtris, aut à nobis ſubmiſſa magna, parvaque perſona contra vos, veſtroſq; ſucceſſores aliquam aliquando habebitis quaſtionem, aut calomniam, ſed in omni tempore, ab omni homine, & omni loco, ubi vobis, veſtriſque ſucceſſoribus neceſſe fuerit ſtare nos una cum haredibus, & ſucceſſoribus noſtris, & defendere promittimus vos, veſtroſque ſucceſſores in qua, & jurati dicimus per Deum omnipotentem, ſanctaque ſedis Apoſtolica, ſeu ſalutem Beatiſſimi, & Apoſtolici D. Marini ſummi II. Papa hac omnia, que hujus à die praſentis donationis chartola ſerie teſtes eloquitur, inviolabiliter conſervare, atq; adimplere promittimus, Si enim, quod abſit, & quoquo tempore nos, vel haredibus, & ſucceſſoribus noſtris contra vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, aut contra hanc à die praſentis donationis chartulã, quã ſponte fieri rogavimus, agere, aut cauſare praſumpſerimus per quovis modum ingenii, quod ſenſum humanum intelligere, vel capere poteſt, & minimè defendere potuerimus, aut noluerimus, tunc non ſolum perjurii reatum incurramus, verum etiam daturi nos promittimus una cum haredibus, & ſucceſſoribus noſtris, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ante omne litis initium pœna nomine auri libras obrizias decem, & pœnam abſolutionis manentem. Hanc à die praſentis donationis chartula ſeriem in ſua nihilominus maneat firmitate, quam ſcribendam rogavimus Leonem ſcriniarium, & tabellionem Urbis Roma, in qua, & nos qui ſupra ſubtus mano propria ſubſcripſimus, & ſignum S. Crucis fecimus, teſtes, qui ſubſcriberent rogavimus, & vobis, qui ſupra contradidimus in menſe, & Indictione 3.

Albericus Princeps, atque omnium Romanorum Senator huic à die praſentis donationis chartula de ſuprascriptis immobilibus locis, & familiis, cum eorum pertinentiis facta à me cum eis conſortibus in ſuprascripto Monaſterio in perpetuum, ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † ſigni.

Signum mano ſuprascripta Marocia nobiliſſima fœmina donatrice, qui ſupra litterat. n. Signum † manu ſubſcripta Stephanina nobiliſſima fœmina donatrice, qui ſupra litterat. n.

Berta nobiliſſima puella huic à die praſentis donationis chartola de ſuprascriptis immobilibus locis, & familiis cum eorum pertinentiis facta a me cum ſuprascriptis Conſortibus meis in ſuprascripto Monaſterio in perpetuum ſicut ſuperius legitur mano propria ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Sergius, Dei gratia, Epiſcopus S. Nepeſina Eccleſia huic à die praſentis donationis chartula de ſuprascriptis immobilibus locis, & familiis, & eorum pertinentiis facta a me cum ſuprascriptis Conſortibus meis in ſuprascripta Monaſterio in perpetuũ, ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes, qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Conſtantinus in Dei nomine nobilis vir, huic a die praſentis donationis chartula de ſuprascriptis immobilibus locis, cum familiis, & eorum pertinentiis facta à me cum ſuprascriptis Conſortibus meis à ſuprascripta Monaſterio in perpetuum ſicut ſuperius legitur manu propria ſubſcripſi, & teſtes qui ſubſcriberent rogavi.

Locus † Signi.

Joannes nobilis vir omnis in hanc chartolam donationis de ſuprascriptis immobilibus locis, & familiis, & omnibus eorum pertinentiis facta a D. Alberico glorioſo Principe omnium Romanorum Senatore, & ejus Conſortibus in Monaſterio Clivus Scauri in perpetuum ſicut ſuperius legitur rogati ab eo teſtes ſubſcripſimus, & traditam vidimus. *Locus † Signi.*

Georgius, Dei providentia Secundicerius S. Sedis Apoſtolica in hanc chartulam donationis de ſuprascriptis omnibus immobilibus locis, cum familiis, & eorum pertinentiis ab Alberico glorioſo Principe, & eorum Conſortibus in Benedicto Abbate Monaſterii Clivus Scauri ſuiſve ſucceſſoribus ſicut ſuperius legitur ab eis ſubſcriptam traditam vidi. *Locus † Signi.*

Andreas, divini reſpectus gratia Arcarius S. Sedis Apoſtolica in hanc chartulam donationis de ſuper ſcriptis omnibus immobilibus locis, cum familiis, & eorum pertinentiis facta à D. Alberico glorioſo Principe, & ſuis Conſortibus in Benedicto Abbate Monaſterii Clivus Scauri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperius legitur rogatus teſtis ſubſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Leo, Dei pietate, Prothonotarius S. Sedis Apoſtolica in hanc chartulam donationis de ſuprascriptis immobilibus locis, & familiis, & eorum pertinentiis facta ab Alberico glorioſo Principe omnium Romanorum Senatore, & ejus Conſortibus in Monaſterio Clivus Scauri, ſuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperius legitur rogatus ab eis teſtis ſubſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Benedictus, in Dei nomine Conſul, & Dux in hanc à die praſentis donationis chartolam de ſuprascriptis omnibus immobilibus locis cum familiis, & cum omnibus eorum pertinentiis facta à D. Alberico glorioſo Principe omnium Romanorum Senatore, & omnibus Conſortibus in Monaſterio Clivus Scauri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperius legitur rogatus ab eis teſtis ſubſcripſi, & traditam vidi.

Locus † Signi.

Ego Leo Scriniarius, & Tabellio Urbis Roma, quas ſcriptor hujus chartula poſt teſtium ſubſcriptiones complevi, & abſolvi.

Locus † Signi.

Hic Sergius Epiſcopus Nepeſinus non modo Albericum, verum etiam Joannem XI. Pontificem fratrem habuit, de quo, ejuſque Matre Marozia plura Baronius in Annalibus an. 955. Sergium ſubſcriptum invenio bullæ Agapiti Papæ Monaſterii SS. Sylveſtri, Dionyſii, & Stephani, nec ab eo tempore ſactam ullam ejus mentionem reperi.

14. JOANNES Romano concilio *a* legitur aſſediſſe anno 963. XV.

a Conciliabulo contra Jo. XII.

15. JOANNES hujus Eccleſiæ Epiſcopus, & S. R.E. Bibliothecarius, privilegium Ioannis XV. pro Eccleſia Caſinenſi anno 989. 3. Id. Novembris, & pro Eccleſia Portuenſi firmavit anno 991. & bullam canonizationis S. Uldarici ab eodem Pontifice emanatam ſubſcribit 993. Hunc illum arbitror, qui Romæ in Eccleſia S. Sabinæ tumulatur, ubi in marmorea tabula demortui Epiſcopi, cum hac inſcriptione ſpectatur effigies. XVI.

Epiſcopus Joannes, quem rege claude ſitus.
Habraa jacet hic Nepeſinus.

16. * CRESCENTIUS Epiſcopus Nepeſinus, ſubſcripſit diplom. pro Eccleſia Fructuarienſi ſupra relato an. 1015. neque alia de ipſo reperiatur mentio * Creſcens Epiſcopus Nepeſinus an. 1042. de quo mentio in Regeſto Farſenſi. XVII.

** Ex App. t. 2.*
** Ex App. t. 5.*

17. ALBERTUS pſeudo Cardinalis, cum aliis Schiſmaticis fuit in Conciliabulo Romano ann. 1098. ut notat Baronius ad huc annum.

18 OTHO *b* Epiſcopus hujus Civitatis interfuit conſecrationi Paſchalis II. anno 1100. die 14. Auguſti in eccleſia B. Petri, ut notat Baron. tom. 12. ad hunc annum (,, *Creſcentio ſucceſſiſſe cenſendus.*) XVIII

b Seu Otto, Cardinalis ex Olduino.

19. BENEDICTUS bullam Honorii II. Pontificis ſubſcripſit, Eccleſiæ Piſanæ Indultam an. 1126. XIX

20. HUMBERTUS Gallus, Claræ Vallis Monachus, Ordinis Ciſtercienſis, Divique Bernardi Alumnus, ab Eugenio III. Nepeſinus Epiſcopus ordinatus, ac conſecratus eſt circa ann. 1150. vir ſanctimonia vitæ præclarus; qui poſtquam verbo, exemploque Nepeſinam Eccleſiam inſtituiſſet, requievit in Domino; cujus viri Alanus Altiſiodorenſis meminit in vita S. Bernardi. XX.

21. MAR-

A

XXI. 21. MARTINUS, Laterano Concilio interfuit 1179.

XXII. 22. BERNARDUS Monachus Ciſtercienſis, ejuſdem Civitatis Epiſcopus anno 1186. reperitur. Hic SS. Confeſſorum Nicolai, & Benedicti in eccleſia S. Mariæ de Fallaris Aram conſecravit 8. Kal. Aprilis, ut in ſupranotata inſcriptione poteſt videri.

XXIII 23. GERARDUS, SS. Liberatoris, & Lucæ Evangeliſtæ altare conſecravit in eccleſia S. Cæſarii de Vignali Hortenſis Diœceſis an. 1210. die 4. menſis Martii, ex inſcriptione marmorea.

XXIV 24. N. ab Honorio III. anno 1218. conſecratus, ex reg. vatic.

XXV. 25. AMATUS Canonicus Anagninus, & Cardinalis S. Angeli Capellanus, ab Alexandro IV. creatus eſt anno 1256. Kal. Iunii, cum prius electionem à Capitulo factam rejeciſſet, tum de Magiſtro Thoma Archipresbytero eccleſiæ SS. Sergii, & Bacchi in Suburra de Urbe, tum verò de Fr. Nicolao Conventuali S. Mariæ de Populo Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ut habetur in ep. 313. fol. 176. anno 2. in reg. vatic.

B

XXVI 26. LAURENTIUS deceſſit anno 1278.

XXVII. 27. Fr. THOMAS Ordinis Minorum ſublectus fuit à Nicolao III. Pontifice anno 1278. 5. id. Auguſti ex regeſt. Vatic. ep. 126. f. 35. ubi habetur, quod defuncto Laurentio, Capitulum in partes diviſum, una Bartholomæum de Corbaria Ord. Minorum, cui à ſuo Superiore licentia ad onus Epiſcopale ſuſcipiendum denegata fuit, alia pars Ægidium S. Apollinaris Canonicum, tertia Joannem S. Mariæ Tranſtiberim Canonicum poſtularunt. Ægidius ſponte ceſſit, Joannes lite pendente defunctus; hunc Thomam Nicolaus III. de plenitudine poteſtatis aſſumpſit in Epiſcopum: cui ſcribit Martinus IV. anno 3. Kal. Aprilis ep. 25. fol. 122. Obiit 1285. Eoque defuncto, Capitulum in electione iterum in partes diviſum, alia Rodulphum Canonicum Eccleſiæ S. Quiriaci de Prunia Senonenſis Diœceſis, alia Fr. Danielem de Urbe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui electioni de ſe factæ ſuum noluit præſtare conſenſum, iterumque Joannem Priorem Lateranenſis Eccleſiæ delegit, qui & ipſe renuit aſſentire. Honorius ſummus Pontifex ſequentem Lituardum elegit, ex reg. Vatic. ep. 72. fol. 21.

C

XXVIII. [* Sive Lituardus.] 28. LUITARDUS a de Cervata gente Cornetanus, ex Priore S. Mariæ de Caſtello Cornetanæ Diœceſis electus ann. 1285. 4. Kal. Auguſti, cum eſſet Rector Patrimonii S. Petri; à Bonifacio VIII. poſtea ad Eccleſiam Callienſem tranſlatus eſt anno 1297. Hujus Præſulis adhuc multæ literæ extant in archivo Abbatiæ S. Salvatoris de Monte Amiato.

XXIX 29. Fr. ANGELUS huic ſucceſſit an. 1297. anno verò 1302. tranſlatus eſt ad Eccleſiam Reatinam, ex regeſt. Apoſtol: Hic anno 1301. Kal. Junii à Bonifacio VIII. deſtinatur Nuncius Apoſtolicus ad partes Germaniæ, ex regeſt. Vaticano epiſt. 11. anno 11. fol. 114. fuit Urbis Vicarius.

XXX. 30. Fr. PAULUS Ord. Minorum electus eſt à Bonifacio VIII. an. 1302. Deceſſit an. 1317. ex eodē reg.

D

XXXI 31. Fr. JOANNES Ordinis Minorum, ex Pœnitentiario Apoſtolico à Joanne XXII ſummo Pontifice electus Epiſcopus an. 1317. 2. Kal. Maji, ſubque eodem Pontifice Romæ Vicarius fuit.

XXXII. [* Ex App. tom. 9.] 32. Fr. GENTILIS Bentivenga Tudertinus Ordinis Prædicatorum à Joanne XXII. electus anno * 1322. 6. Non. Octob. ex Reg. Vat de quo in lib. proviſ. Prælatorum. Meminit ejuſdem Pamphilus Cæſius à Caſſia in elogiis virorum illuſtr. Tudertinæ Civitatis. Obiit 1337. („ *De eo Fontana de Romana Provin-* „ *cia p.* 307. Mandoſ.).

XXXIII. 33. JACOBUS de Cancellariis Romanus, quam hoc tempore gentem de Buſalo appellant, è Piſtorio oriundus, electus 1338. ex Archipresbytero Eccleſiæ S. Mariæ de Caſtro Sublaci à Capitulo, confirmatur à Benedicto XII. 12. Kal. Junii anno 4. ex regeſt. vatic. epiſt. 54. Romæ deceſſit 1357. Sepultuſque eſt apud S. Mariam in Via, ubi, ante illius Eccleſiæ reſtaurationem, hoc epitaphium legebatur, ut Scipio Ammiratus ſcribit in deſcriptione Florentinarū familiarū.

A

S. Jacobi de Cancellariis Epiſcopi Nepeſini,
qui Obiit anno Domini M.CCC.LVII. cujus
anima Requieſcat in pace.



34. BONIFACIUS * de Cetto, patria Urbevetanus, Epiſcopus Vodienſis huc tranſlatus 1358. 6. Idus Aprilis ab Innoc. VI. ex regeſt. vatic. ep. 11. fol. 24. an. 6. lib. 1. * Anno 1373. 10. Julii veluti Commiſſarius Petri Epiſcopi Urbevetani fidelitatem, & juramentum accepit à Nicolao ex Comitibus de Marciano Abbate electo S. Severi de Urbe veteri. XXXIV. [* Ex App. tom. 9. * Ex App. t. 9.]

B

35. PETRUS Seinus, Raynerii filius, Urbevetanus, Nepeſinorum Pontifex fuit an. 1374. XXXV.

36. LUCAS ſublectus eſt, ſive potius in hanc ſedem intruſus à VII. Clemente Antipapa, anno 1378. quem ut verum Pontificem reveritus eſt, ſolitamque Cameræ Apoſtolicæ penſionem exſolvit, die 17. men. Martii, ex lib. ſolutionum ejuſdem Pontificis. („ *Le-* „ *gitimè deinceps ſediſſe comperitur.*) XXXVI.

37. PETRUS Epiſcopus Pennenſis, & Adrienſis, Nepeſinæ Eccleſiæ Commendatarius fuit anno 1391. ſub Bonifacio IX. Pontifice, ex lib. ſolutionum. XXXVII.

38. * Fr. BONIFACIUS Cepti Urbevetanus Nepeſinus Epiſcopus an. 1391. ita in monumentis S. Mariæ Novæ de Urbe memoratur. XXXVIII. [* Ex App. t. 2.]

C

39. SANCTES, electus 1393. die 28. menſis Octobris, ex eodem lib. Deceſſit autem an. 1396 ſepultus in Cathedrali. XXXIX.

40. PETRUS, ex Archipresbytero Nepeſinæ Eccleſiæ, electus eſt Epiſcopus an. 1396. 2. Kal. Aprilis, Bonifacio IX. ſedente. Deceſſit anno 1400. ex eodem lib. XL.

41. JACOBUS Onomali Paluſii, ex Archipresbytero item Cathedralis, electus ejuſdem Eccl. Epiſc. 3. Non. Julii anno 1400. eodem anno vita functus eſt menſe Octobri, ex eodem libro. Jacet in Cathedrali, ubi hæc penè corroſa inſcriptio legitur. XLI.

Hic Requieſcit Reverend. Pater Dominus Ja-
cobus Onomalis Paluſii Epiſcopus, & civis
Nepeſinus, qui Obiit anno M.CCCC.

42. FRANCISCUS Archipresbyter S. Crucis Nepeſinæ Diœceſis Jacobo ſuffectus eſt anno 1400. 13. Kal. Novembris, ex eodem libro. XLII.

43. PETRUS de Orto electus anno 1433. 5. Kal. Maii, ex lib. oblig. ad Monte Flaſconenſem ſedem tranſlatus eſt anno 1436. 2. Id. Decembris ex eod: lib. XLIII

D

Tunc Eccleſia Nepeſina, cum Sutrina perpetuò unita fuit, eodem die & anno; * ut ex ſequenti Eugenii bulla perhibetur, quam legimus in Vatic. archivo in lib. de diverſis formis, fol. 263 tenoris ſequentis. [* Ex App. t. 2.]

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Eccleſia, ſacroſanctaque ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatum, ſi circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium earumque profectus velut pia mater de filiorum neceſſitate ſollicitior vigilanter excogitat, & prudenter intendit, ut quandoque per uniones etiam ſalubris, & accommoda miniſterium, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & illarum utilitas perſuadet, ſtudet Eccleſiarum ipſarum ſtatui efficaciter providere. Nuper ſiquidem attendentes, quod Sutrin. & Nepeſin: Eccleſ. quæ dudum fuere propriis facultatibus opulentæ adeo per diverſas calamitates, & ſuccedentium temporum ſiniſtros

even-

eventus, quibus partes ipſæ, proh dolor, afflictæ fuere, in earum redditibus, atque facultatibus tenues facta ſint, & exiles, quod propter inopiam, & ſervitutem hujuſmodi redditum, & proventuum Præſules in illis ſe commode ſuſtentare non poſſunt, propter quod Pontificalis in eiſdem vileſcit auctoritas, nec Epiſcopali dignitati debita reverentia exhibetur, Præſuleſque ipſi in ſuorum conſervatione jurium etiam Regalium, atque defenſione eorumdem redduntur plurimum impotentes, cum revera ad illa tuenda non ſolum circumſpectionis induſtria, & ſollicitudo Pontificalis curæ profectum adducant, quinimo potius ſufficientia facultatum, propterea cupientes ipſarum pauperum eccleſiarum indigentiæ ſubvenire, ac ſtatum utriuſque per unionis miniſterium in melius reformare, dum ambæ ipſæ Eccleſiæ ſub unius, & ejuſdem Præſulis moderamine, atque cura reductæ feliciter ex ipſarum unita potentia, mutuiſque facultatibus Præſul poſſit in eis præſidere decentius, perverſorum conatibus obſiſtere, defendere ſua jura commodius, & commiſſos populos felicius gubernare. Quare pro evidenti ipſarum Eccleſiarum utilitate conſiderantes unionem hujuſmodi, nedum fore proficuam, ſed admodum neceſſariam, imo laudabiliter, & etiam opportunam, præmiſſis ſuadentibus, & aliis rationabilibus cauſis ad id animum noſtrum moventibus, poſt deliberationem, quam de uniendo ad invicem Sutrinam, & Nepeſinam Eccleſias præfatas, cum fratribus noſtris habuimus diligentem, Nepeſinam Sutrinam, & Sutrinam Nepeſinam Eccleſias antedictas de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; etiam ita quod altero ex Præſulibus earumdem Eccleſiarum, qui nunc ſunt, cedente, vel decedente, aut altera ex eiſdem Eccleſiis quomodolibet dimittente, ex tunc ambæ ipſæ Eccleſiæ per unicum Præſulem, qui Sutrinæ, & Nepeſinæ, aut Nepeſinæ, & Sutrinæ Epiſcopus nuncupetur, ſalubriter gubernetur, liceatque ſuperſtiti ex eiſdem Præſulibus per ſe, vel per alium alterius Eccleſiæ ſic vacantis, ac ipſius civitatis, & diœceſ. in ſpiritualibus, & quantum ad ipſius Eccleſiæ jus, & proprietatem in temporalibus corporalem poſſeſſionem apprehendere, & perpetuo retinere, fructuſque, necnon redditus, & proventus, emolumenta, obventiones, & jura quæcumque ad menſam Epiſcopalem ipſius alterius Eccleſiæ pertinentia percipere, & habere, ac in ſuos, & ipſius Eccleſiæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita; volentes, & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod hujuſmodi unius Epiſcopus, qui eiſdem Eccleſiis pro tempore reſidebit, uno anno in altera, & alio anno in reliqua ipſarum Eccleſiarum, alternatis vicibus chriſma conficere teneatur, ordinationum quoque tempore celebrationum vices ex iiſdem Eccleſiis, & earum civitatibus, & diœceſ. diſtribuat portionem, quam unicuique tribuenda, quodque in qualibet earundem diœc. pro eius ſubditis annis ſingulis celebret ſynodum, prout eſt fieri conſuetum, & in qualibet earumdem civitatum, & diœceſ. curiam teneat ad juriſdictionem Epiſcopalem inibi exercendam cum vicariis, & officialibus conſuetis; ac etiam cum idem Præſul in Sutrina, tum verò in Nepeſina civitatibus, & diœceſ. præſens extiterit, Nepeſin. & Sutrin. Epiſcopus appelletur, & ſic deinceps Eccleſiæ ipſæ unico Paſtore, & Antiſtite præmiſſiſque intitulationibus perpetuis temporibus gubernetur, & quod cedente, vel decedente, aut translato ipſo Epiſcopo, aut aliis Eccleſiis ipſis vacantibus, ipſarum Eccleſiarum canonici, & ambo capitula vocatis ad hoc, qui fuerunt evocandi, congregari debeant pro electione futuri Epiſcopi celebranda in loco, ubi Epiſcopus deceſſerit, ſi ipſas Eccleſias vacare contigerit per obitum, ſi vero per alius, quam per obitum Eccleſias ipſas vacare contigerit, fiant electiones hujuſmodi temporibus vacationum ipſarum alternis vicibus in civitatibus, vel diœceſ. antedictis, quodque propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi Eccleſiæ præfatæ in ſpiritualibus non lædantur, aut in aliquo in temporalibus ſuſtineant detrimentum. Nulli ergo, &c. noſtræ unionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, &c. Si quis, &c.

Datum Florentiæ ann. Incarn. Dominicæ 1435 pridie id. Decemb. anno 5.

XLIV 44. LUCAS Rubei è Tartara Nepeſina gente, antea Sutrinus Epiſcopus, cum ab Eugenio IV. Nepeſina Sutrinæ juncta fuiſſet Eccleſia, primus Epiſcopus fuit, qui utramque Eccleſiam moderaretur an. 1436 *a*. ex lib. proviſ. Prælatorum.

a 24. Decemb.

XLV. 45. JACOBUS Sublacenſis Abbas, ex Ordine S. Benedicti, electus fuit Sutrinus, ac Nepeſinus Epiſcupus anno 1447. die 19. menſis Jul. Nicolau V. ſedente. Vita functus eſt 1453. Conſule acta Conſiſtor.

XLVI 46. ANGELUS Alterius Romanus („ *Juris peritiſſimus, Lateranenſis Canonicus, & Papæ Generalis* „ *Theſaurarius* Lucentius.) Jacobo ſucceſſit 1453. 12. Kal. Maji. Romæ fato functus eſt, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam annu 1472.

XLVII. 47. BAPTISTA („ *Natione Aprutinus, Patria* „ *Marſus, gente Pontina, ut in Bituntinis habet Ughel.*) electus à Sixto IV. annu 1472. 3. Nonas Julii: demum translatus eſt ad Bituntinam Eccleſiam 1484. *acta conſiſtorialia*, Ciaconius affirmat in vita Jo: Baptiſtæ Cardinalis Millini, illum fuiſſe Nepeſinum, Anagninumque Epiſcopum; ſed aberrat, quantum enim, quidem ex actis conſiſtorial. vitaque hujus Cardinalis à Platina deſcripta erui poteſt, hujuſmodi dignitatum titulis condecoratus non fuit. Conſtat tamen eaſdem Eccleſias illi à Puntifice fuiſſe oblatas, ſed detrectaſſe onus, ac demum Pontificio impulſum imperio, Urbinatem Eccleſiam ſuſcepiſſe regendam, indeque inter Purpuratos Senatores fuiſſe adlectum.

XLVIII. 48. ANDREAS *b* Epiſcopus Bituntinus ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 5. men. Novembris 1484. Romæ deceſſit menſe Auguſtu 1489. acta conſiſtor.

b De Paltronibus.

XLIX. 49. BARTHOLOMÆUS Flores, electus 12. Kal. Nuvembris 1489. deinde ab Alexand. VI. translatus eſt ad Cuſentinam Eccleſiam 1495. die 4. m. Augusti *c*. De quu plura ibi.

c Aprilis.

L. 50. FRANCISCUS à Caſſia Umbriæ Bartholomæo ſucceſſit 1495. die 4. menſis Auguſti. Fato functus eſt 1497.

LI. 51. ANTONIUS Torres Hiſpanus, ex Ordine S. Hieronymi Monachus, Epiſcopus antea Lucerinus, ad has Eccleſias translatus eſt dei 17. menſis Aprilis anno 1497. eodemque anno defunctus eſt.

LII. 52. ZANARDUS Bagarottus * Placentinus creatus eſt 1497. die 16. *d* menſis Julii. Rumæ deceſſit iu interregnu Alexandri VI. 1503. * die 24. Auguſti in dumo. Card. Alexandrini, cujus erat familiaris. Sepultus eſt in Eccleſia S. Auguſtini. Vocabatur Joaunes Zanadus, ut in diariis Achillis de Graſſis obſervavimus.

** Ex App. tom. 2.*
d 17.
** Ex App. tom. 9.*

LIII. 53. ANTONIUS de Alberiis nobilis Urbevetanus, familiaris, chariſſimuſque Pio III. Pont. Max. ab eo unicè creatus eſt Nepeſinus, ac Sutrinus Epiſcopus anno 1503. 11. Octobris, cum breviſſimus Pontifex fuiſſet. Queritur fruſtratas ſpes ſuas idem Antonius, datis literis ad Senenſem Archiepiſcopum, quas habeo apud me, & hic quanquam incultas, referre placuit.

Reverendiſſime Domine.

Perdonatemi, che non sò, che ſcrivermi, home quaſi mente alienatus D.U.R. doloribus plenus, & merito per omnia alienatus: Deploremus igitur omnes fortunam, & rogemus Deum, ut indulgeat peccatis noſtris, poiche d'uno Papato, ſolum ſupereſt Epiſcopatus meus. Tota Urbs complorat, & me digito oſtendunt. Et me more ſolito offero, & commendo cum lachrymis in copia; quid ſcripſerim, neſcio. Roma 19. Octobris 1503.

D.V. Reverendiſſ.

Servitor A. de Alberiis Epiſcopus Sutrin. & Nepeſinus.

Antonius autem 3. ſui Epiſcopatus anno defunctus eſt, an. 1505. *e* ſepultuſque eſt in Cathedrali.

e 1506.

LIV. 54. JO. JACOBUS Brunus, *f* è Participantium numero Prothunorarius Apoſtolicus, demortuo Antonio ſuffectus eſt anno 1506. 6. die menſis Februarii. Concilio Laterano interſuit, cum fratri Nepeſinam, Sutrinamque ceſſiſſet Eccleſiam anno 1507. die 27. menſis Auguſti.

f Aſſenſis.

LV. 55. PALUSÆMILIUS Brunus Joannis Jocobi frater, ex ceſſione fratris electus eſt ann. 1507. die 27. menſis Auguſti. Deceſſit adhuc vivente fratre 1516.

LVI. 56. JACOBUS Bongallus è Filacciano, citra

regn-

regulare inſtitutum Abbas, *Leonis X.* familiaris, ab eodem electus eſt primum Epiſcopus Anagninus, deinde anno 1517. *a* die 5. menſis Novembris ad has Eccleſias translatus, quod in Ravennate clade Leoni tunc Cardinali Legato auxilio fuiſſet ad fugam. Temporibus Clementis VII. Nepeſina à Sutrina Eccleſia disjuncta eſt, haud diſſentiente Jacobo, Ægidioque Cardinali Viterbienſi attributa, ea lege, ut uter primus diem clauſiſſet extremum, ad ſuperſtitem adminiſtratio iterum coeuntium Eccleſiarũ rediret, quod Jacobo Bongallo, Viterbienſi Cardinali defuncto, evenit, qui demum, cum jam provectæ eſſet ætatis, ſub Paulo III. Farneſio Epiſcopali munere ſe exſolvit anno 1538. acta conſiſt.

a 1516.

LVII. 57. JACOBUS Cardinalis Simonetta Mediolanenſis harum Eccleſiarum adminiſtrator adſcitus eſt 1538. die 8. *b* menſis Februarii. Mortuus eſt 1539. cum Laudenſis etiam in Inſubria Epiſcopus fuiſſet.

b 16.

LVIII 58. POMPONIUS Cæſius Romanus, Hortanus, ac Civitatis Caſtellanæ antea Epiſcopus, ad has Eccleſias translatus eſt ann. 1539. die 24. menſis Novembris, evaſitque ad Purpuram 1542. eodemque anno deceſſit, menſe vix elapſo, Romæ ſepultus in Laterano in ſacello Majorum, ubi in marmore hæc ſpectatur inſcriptio.

B

Julianus Cæcius Can. Lat. Hippolyta Cæcia, Tranquillus Cæcius, Aurelius cæcius Can. Lat. Matthias Cæcius, Ludovicus Cæcius Can. Lat. Faſtina Cæcia, Pompon. Cæcius Can. Lat. S. R. E. Presb. Car. Pauli III. Vicar. fratres, Attilio Matthia filio F. Can. Lat. amanter, & pie curante diverſis locis diſſitis, qui ex uno materno utero prodiiſſent, ut in unum terræ matris locũ reciperentur H. S. S.

Memini me in Ciaconianis notis, dũ Pomponii laudes, dignitateſque referrem, ſcripſiſſe, Pomponium à Paulo III. primum Tifernatem Epiſcopum delectum, mox ad Nepeſinam translatum. Error irrepſit ex injuria Amanuenſis mei, qui pro Hortana Eccleſia Tifernatem ſcripſit. Hic libenter noſtra, aliorumque errata ingenuè lectori fatemur.

C

LIX. 59. PETRUS ANTONIUS de Angelis Cæſenas, Romæ Gubernator, Cardinali Cæſio ſucceſſit 1542. die 7. menſis Auguſti. Deceſſit autem 1553.

LX. 60. ANTONIUS Simeonius (1) è Monte S. Sabini in Etruria, Julii III. Pont. Max. affinis, Monachus profeſſus cœnobii SS. Angelorum Florentiæ Ordinis Camaldulenſis, electus primum eſt Minorenſis Epiſcopus in Regno ab eodem Julio, deinde ex ejuſdem largitate ad has Eccleſias translatus eſt anno 1553. ubi è vivis exceſſit 1556. die 2. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXI. 61. Fr. MICHAEL Ghiſlerius Alexandrinus, Ordinis Prædicatorum, ex S. Officii Commiſſario à Paulo IV. electus eſt 1556. die 4. menſis Septembris, pauloque poſt vocatus ad purpuram. Has autem Eccleſias ad 4. annos ſapientiſſimè adminiſtravit, indeque ad Montis Regalis Eccleſiam in Pedemonte trãslatus eſt; anno verò 1566. Chriſtiano orbe fauſtiſſimè acclamante, ſub nomine Pii V. Cathedram Petri conſcendit, cujus ſanctiſſimam memoriam nulla unquam eſt deletura oblivio.

D

LXII. 62. HIERONYMUS Galeratus Mediolanenſis electus die 27. menſis Maii 1560. ad Alexandrinam demum Eccleſiam translatus eſt 1565. De quo ibi poſtea plura.

LXIII 63. TIBERIUS Card. Criſpus Romanus, Epiſcopus Sueſſanus, Amalphitanus Archiepiſcopus, Adminiſtrator harum Eccleſiarum fuit die 19. menſis Januarii 1565. Sutri deceſſit 1566. pridie Non. Octob. ſepultuſq; eſt in Cathedrali. De quo alibi plura.

LXIV 64. Fr. ÆGIDIUS de Valentibus Piſaurenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir ſanè doctus, ac Papæ Sacriſta creatus die 25. menſis Octobris anno 1566. Deceſſit autem 1568. De quo Nicolaus Cuſerius in Monachiſmo Eremitarum, & acta Conſ. * Romæ ſepultus eſt in Eccleſia S. Auguſtini ante aram

* Ex App. tom. 9.

Italia Sacra Tom. I.

A

maximam cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

M. F. Ægidio Parentio Piſaurenſi ord. Eremitarum S. Auguſtini Præſid. . . . . Capell. . . . . ac . . . . Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo Nepeſino, Sutrino . . . . . probitatis . . . . . prudentia viru. Obiit die IX. Maii. MDLXVIII.

65. Fr. CAMILLUS Campegius Papienſis, Ordinis S. Dominici, fidei quæſitor Ferrariæ, Pii IV. familiaris, ejuſdemque Theologus, Tridentino Concilio interfuit, atque à Pio V. deinde creatus eſt Epiſcopus, die 4. *c* Maii, anno 1568. Hic inſecuto anno, corpora glorioſiſſimorum Martyrum Romani, ac Ptolomæi reperit, quæ adhuc ſanguine madebant, ſolemnique pompa decentiori loco collocavit. Sutri deceſſit 1569. ſepultuſque eſt in Cathedrali. LXV

c 14.

66. DONATUS Stampa Mediolanenſis, ex Commiſſario S. Officii electus anno 1569. die 14. menſis Decembris. Deceſſit autem 1575. LXV

B

67. Fr. ALEXIUS Stradella, natione Etruſcus, patria Fivizanenſis, inter Italicos Concionatores ſui ævi facile primus, ex Procuratore Generali Eremitarum S. Auguſtini, dictarum Civitatum electus Epiſcopus fuit die 20. *d* menſis Julii 1575. Gregorio XIII. ſummo Pontifice ſedente. Fato functus eſt 1580. 27. Auguſti. Scripſit Dialogos 3. *De miſeria humana, de divino amore, & de gloria Paradiſi.* Hic ab eodem Gregorio XIII. ad Carolum Archiducem Auſtriæ miſſus, cum eo ſe conferret, in itinere febri correptus, è vita apud ſuos deceſſit. LX VII

d 22.

In medium rapuit Stradellum lumina parca.
Legati tamen eſt ſic morientis honos.

Hæc Thomas Gratianus in Anaſtaſi Auguſtiniana.

68. HORATIUS Moronus Mediolanenſis, nepos Cardinalis Moroni, filius Comitis Sfortiæ, ac Camillæ Doriæ, ex Canonico S. Petri Romæ, Præpoſito SS. Thomæ, & Simeonis Novariæ, Sanctique Martini Tortonæ Commendatario, electus eſt Epiſcopus, die 5. menſis Septembris 1580. apud S. Mariam ſupra Minervam demortuum Cardinalem Patruum ſepelivit, eidemque Epitaphium ponendum curavit. Ipſe verò deceſſit anno 1604. LX VIII

C

69. THADDÆUS Sartius Bononienſis, filius Laurentii juriſconſulti, cum ſupra mediocrem exiſtimationis eſſet, ex Civitatis Caſtellanæ Gubernatore, à Clemente VIII. Pont. Max. electus eſt anno 1604. die 7. menſis Junii, *e* conſecratuſque à Camillo Card. Burgheſio, qui poſtea ſummus Pontifex renunciatus, Paulus V. dictus eſt, ſub quo harum Eccleſiarum munere ſe exolvit, Romæque deceſſit an. 1617. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Nicol. apud Campum Martium. In Bononienſium autem Romæ Tẽplo, hujuſmodi de ipſo legitur epitaphium. LXI

e 12. Mai

Thaddæo Sartio Bononienſi Collegii juriſcõſulto, Epiſcopo Nepeſino, ac Sutrino in magnis trium Romanorum Pontificum negotiis, Greg. XIII. Sixti V. Clementis VIII. ſingularem prudentia, integritatis, vigilantia laudem promeruit. Thaddæus Sartius Patruo B. M. P. C. vixit annis LXXVI. obiit anno ſub M. DC. XVII. viii. idus Decembris.

D

70. Fr. DIONYSIUS *f* de Martinis Ordinis Minorum de Obſervantia, Paulique V. à confeſſionibus, ab eodem electus eſt Epiſcopus Nepeſinus, ac Sutrinus 1616. die 18. menſis Maii; è vivis exemptus eſt 1627. dum Eccleſiam ſibi commiſſam attentiſſimè adminiſtraret. LXX

f Hujus meminit Toppius in Bibl. Neapol. p. 71. Mandoſ.

71. SEBASTIANUS de Paulis Nepeſinus, Epiſcopus Neocæſarienſis in partibus, ad has Eccleſias translatus eſt die 20. menſis Septembris 1627. obiit ann. 1643. die 16. Februarii: ſepultus fuit in Cathedrali Nepeſina. LXX

72. BARTHOLOMAEUS Vanninus Piſtorienſis, Civis Romanus, V. S. R. electus hoc ipſo anno 1643. menſe Maii, conſecratus die 22. Auguſti in Eccleſia S. Philippi à Cyriaco Card. Roccio. („ *Juris conſultiſſimus vir deceſſit 1654. de quo conſu-* LXX II.

Xx „ le

(1) In monumentis Cœnobii S. Mariæ Angelorum Florentiæ vocatur *Antonius Simeonis Minoricensis è monte S. Sabini*: ibique legitur diem ſupremum obiiſſe anno 1559. die 7. Septembris. *Salvinus.*

„ le Cl. Mandoſii Bibliothecam Romanam vol. 2. Centuria. 8. nu. marg. 96.)

LXXIII. * 73. Marcellus Anania Calaber electus Nepeſinus, & Sutrinus die 1. Junii 1654.

ADDITIO.

(„ *MARCELLUS Anania nobilis ex Diœceſi* „ *Cathacenſi J. U. D. Theologus inſignis, Vaticanæ* „ *Baſilicæ Beneficiatus, deinde S. Laurentii in Damaſo, mox S. Mariæ Majoris Canonicus, Papæ ſecretus* „ *Capellanus, & Cardinalis Vicarii in Urbe Viceſgerens, harum ovium Paſtor extitit ab anno 1654. die* „ *prima Junii, uſque ad 1670. quo ferè ſexagenarius* „ *obiit.*

LXXIV. „ *JULIUS Card. Spinula Januenſis Sutrinis, &* „ *Nepeſinis veri Paſtoris amore fovendis datum eſt 2.* „ *Junii 1670. Montem Pietatis erexit, Suffragii Confraternitatem in eo loco inſtituit, ubi vetus Cœmeterium Cathedralis Nepeſinæ extabat: ſacram ſupellectilem auxit, in Sacris prope Nepim Catacumbis* „ *ann. 1675. quinque SS. Martyrum Corpora detexit.* „ *Denique optimus Paſtor horum mœrore populorum ad* „ *Lucanam in Etruria Eccleſiam translatus eſt 8.* „ *Nov. 1677.*

LXXV. „ *JACOBUS Bona à Burgo S. Sepulchri Epiſcopus* „ *Feretranus, cum Romæ aliquandiu moraretur Cardinali Carpineo Urbis Vicario pro Statu Monialium* „ *inſerviens, eo procurante ad has Eccleſias tranſiit 25.* „ *Feb. 1678. feliciter rexit uſque ad an. 1681. quo obiit.*

LXXVI. „ *STEPHANUS Ricciardus nobilis Firmanus* „ *Cardinalis Decii Azzolini propior affinis J. U. D.* „ *Metropolitanæ Eccleſiæ Firmanæ olim Canonicus,* „ *deinde Curiæ Capitolinæ ſecundus Collateralis, ſuffectus die prima Septemb. 1681. ætate ſexagenarius,* „ *ſpectata laude has dum regit Eccleſias, morte ſublatus eſt 1685.*

LXXVII. „ *FRANCISCUS Juſti Fulginatenſis I. U. D. qui* „ *in Nunciaturis Neapolitana, & Portugallienſi, cum* „ *Auditoris Generalis munera æquiſſimè conſummaſſet, has ſedes adeptus eſt 9. Apr. 1685. indefeſſo labore ad gloriam boni Paſtoris contendens ad Camerinenſem tranſiit ſedem 23. Novemb. 1693.*

LXXVIII. „ *SAVUS Cardinalis Millinus Epiſcopus Urbevetanus cum ab ejus Eccleſiæ regimine petiiſſet abſolvi* „ *ut vicinior præſentia Romanæ Urbi, & univerſali* „ *profuturus Eccleſiæ gregibus his attributus eſt Paſtor* „ *17. Maii 1694. Obiit die 20. Febr. 1701.* Luceot.)

LXXIX. („ *JOSEPH Ciances Romanus Patritius I. U. D. &* „ *V. S. Refer. S. Congregationis boni Regiminis Ponens, perfunctus guberniis Tuderti, Reatis, & S.* „ *Severini, fuit promotus ad has ſedes 14. Martii an.* „ 1701. *Obiit Nepete menſe Novembri an.* 1708.

LXXX. „ *VINCENTIUS Vecchiarelli, nobilis Reatinæ* „ *Diœceſis Presbyter, an. 44. I. U. D. in utraque Signaturæ Refer. fuit viſitator Parochialis Eccleſiæ S. Salvatoris ad Pontem de Urbe, & Gubernator Caſenæ,* „ *Tuderti, & S. Severini; factus deinde Epiſcopus eſt* „ *Nepeſinus, atque Sutrinus die 15. Aprilis 1709.*)

NERITONENSES

SEU NARDI EPISCOPI



URbs antiquiſſima Nardum *a* in Salentiois Populo frequens *b*, & lauta, Ducatus dignitate nobilis, gentis Aquævivæ, in amœniſſima jacet planitie, à Gallipoli M. P. novem, ab ora ſinus Tarentini quatuor diſtat, cujus meminit Ptolomæus, Plinius, aliique perantiqui Scriptores. Niri, Neritini, vel Neretini apud eundem Plinium, Popoli in Salentinis. In hac Civitate nobile Monachorum Cœnobium Ordinis S. Benedicti, jam inde multis opibus, ac magnis privilegiis celeberrimum fuit, cujus Eccleſiam in Deiparæ Virginis Aſſumptæ dicatam, Joannes XXIII. Papa in Cathedralem, Monachoſque in Canonicos convertit anno 1413. Cœnobii redditibus partim Epiſcopo, partim Capitulo conceſſis, quod ex 5. dignitatibus, quarum prima Archidiaconus, & 20. Canonicis conſtare voluit: novæ ſedis primum Epiſcopum, Abbatum poſtremum, Joannem Epiphanium deſignavit, ſubjecitque in perpetuum immediatè S. Romanæ Sedi. Diœceſim verò præter Urbem 17. Oppida viciniora aſſignavit. Epiſcopatus ſecundum communem æſtimationem valere cenſetur ſcuta 2500. taxatur autem in libr. Cameræ ad florenos 150 *c*. Cæterùm antequam ſeriem hujus Eccleſiæ Præſulum in medio proferamos, ejuſdem antiquum exordium, dignitatem, aliaque ſcitu digna ab Anonymo ex antiquis monumentis collecta, hic inſerere haud iojucundum fore exiſtimavimus; ſic enim ſe habent.

Eccleſia major Neritonenſis ſub invocatione Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis eſt antiquiſſima. Extant Apoſtolicæ litteræ, privilegia Principum, & alia monumenta, in quibus fit mentio de prædicta Eccleſia ante 500 ferè annos, & non quaſi de re nova, ſed tanquam de antiquiſſima, & quæ per plurima tempora ante extiterat; quanto autem tempore ante hos 560. annos ipſa præceſſerit, nihil certi habetur; conjecturæ autem urgentiſſimæ ſunt, quod longe ante per plura ſæcula fuerit.

Quod liquidò conſtat, illud eſt, ſcilicet quod tempore Urbani Papæ II. qui fuit aſſumptus ad Pontificatum in anno 1088. *Eccleſia prædicta erat Monaſterium, non quod tunc monaſterium eſſe cœperit, ſed præſupponebatur, quod multo ante fuerat inſtitutum; conſtat tamen, quod priuſquam monaſterium eſſet, Cathedralis extiterit, cujus rei habetur antiquiſſimum teſtimonium vetuſtiſſimæ cujuſdam viſitationis factæ in monaſterio prædicto per quendam Legatum Apoſtolicum, de quo inferius patebit.*

Non conſtat in quo milleſſimi anno Cathedralis extiterit; veriſimile tamen eſt, quod ſit res vetuſtiſſima, eo maximè, quod ejus origo, progreſſus, & ſuppreſſio penitus ignoratur, & hactenus cognoſcitur, quatenus ſupradicta viſitatio Legati Apoſtolici aperit, & nullum aliud hujus rei veſtigium remanſit niſi canonicorum, qui etiam poſtquam facta fuit monaſterium, duraverunt, itaquod ſimul & ſemel inſerviebant Eccleſiæ, una cum monachis, qui erant Ordinis S. Benedicti, & eorum rectores appellabantur Priores, poſtea verò, cum erecta eſſet in Abbatialem dignitatem, vocati ſunt Abbates. Deſumitur nihilominus ex ſcripturis dictam Neritanam Eccleſiam, antequam eſſet monaſterium S. Benedicti, extitiſſe monachorum Græcorum S. Baſilii, ſed quomodo ad Benedictinos tranſierit, penitus ignoratur.

Poſt vero ſuppreſſionem hanc Epiſcopalis dignitatis, reperitur ſolos Abbates, qui prioribus ſucceſſerunt, exercuiſſe poteſtatem in ſpiritualibus, unde controverſia multa, & lites inſurrexerunt ſuper decimis, & ſuper jure Diœceſis cum vicinis Epiſcopis. Priuſquam etenim Abbates hanc in ſpiritualibus juriſdictionem acquiſierint, reperitur, quod ante 500. pluſvè, minuſve annos Eccleſia ipſa Neritonenſis cum villis, & locis ſuis ſuberat in ſpiritualibus Archiepiſcopis Brundiſinis, qui decimas ibidem acceperant, ac omnem juriſdictionem Epiſcopalem inexercuerant, tanquam in Eccleſia propria; ſed poſt inſtitutos Abbates in principio ſe ingerere in animarum cura, donec in brevi omnem adminiſtrationem in ſpiritualibus ad ſe traxerunt, & Archiepiſcopis ſubmotis, totos ſe oppoſuerunt Epiſcopo Gallipolitano, qui & ipſe prætendebat decimas, & jura Epiſcopalia ex lege Diœceſana in Eccleſia prædicta, & ejus villis, & locis, ſed Abbates prævaluerunt.

Reperitur quod tempore ſupradicti Pontificis Urbani

II.

a Seu Neritum.
b ... ſex mille habitatores habet.

c 60.

A

II. Goffridus inclitus Comes Superſarij, & Neriti, & totius fere hujus regionis dominator, obtulit Apoſtolicæ ſedis monaſterium prædictum per manus dicti Vrbani II. à quo ſub protectione B. Petri, & ipſius ſedis Apoſtolicæ fuit ſuſceptum, ac libertatis, & exemptionis privilegio cōmunitum, quo privilegio gaudet uſq; in hodiernū diem.

Sub Vrbano & Goffrido prædictis quidam Everardus erat Prior dicti Monaſterii, quo tempore ingentia dona fuerunt facta per ipſum Comitem Goffridum Monaſterio prædicto, nempè omnia quæ modo poſſidet Eccleſia ipſa in territorio S. Theodori, S. Nicolai defferneo, locugnani, & in tota illa regione, & alibi etiam in territorio Neritonenſi, necnon in territorio Ravellæ, quod tempore Ferdinandi II. de Aragonia Regis utriuſq; Siciliæ erat habitatum, ex liberalitate hujus Principis Goffridi acquiſivit, qui etiam donavit eidem monaſterio decimas ipſiuſmet Comitis ex eodem Oppido Neritonenſi & militum eius, & poſt eius mortem habuit dicta Eccleſia ex donatione Alexandri eius filii quicquid hodie poſſidet in feudo de Cigliano, & S. Nicolai pertinentiarum terra Cupertini ab anno 1092. uſq; ad an. 1119.

B

Succeſſit Vrbano II. Paſchalis II. qui eidem monaſterio confirmavit dictum privilegium Vrbani II. & de novo conceſſit, ac omnes donationes per dictos Principes ut ſupra factas Apoſtolica firmitate roboravit; ac inſuper Monaſterium ipſum ſub Prioribus antea degere ſolitum, in Abbatialem dignitatem erexit, & primum Abbatem eidem præfecit quemdam Iordaymum nomine.

Conſimile privilegium tam exemptionis, quam omnium prædictorum fuit per Adrianum Pontificem IV. eidem monaſterio de verbo ad verbum confirmatum, & de novo conceſſum in anno ſalutis 1158.

In anno 1267. fuit per Clementem Pontificem IV. deſtinatus Legatus, & Generalis Viſitator in Regno Siciliæ Pandulfus Albanenſis Epiſcopus, qui cum ad monaſterium Neritonenſem acceſſiſſet, ſtatum ipſius in hunc, qui ſequitur modum, invenit, & reformavit.

Aſſerit primo per inquiſitionem, quam ibi fecit de ſtatu monaſterij prædicti, & per privilegia, & litteras Apoſtolicas, ac alia monimenta ſibi conſtitit, quod idem Monaſterium Cathedralis Eccleſiæ extiterit.

C

Quod poſtquam factum eſt monaſterium tam monachi ordinis S. Benedicti, quam inſimul Canonici regulares fuerint in eadem Eccleſia.

Quod intentionis ſuæ erat idem monaſterium de Monachis, & ſecularibus canonicis reformare.

Conſtituit in eadem Eccleſia ſervitium viginti perſorum, quarum decem mandavit eſſe monachos S. Benedicti, & decem canonicos ſeculares.

Ordinavit decē præbendas ad rationē unciarū quatuor pro qualibet, ſingulis canonicis ſecularibus aſſignandas.

Perſonalem Canonicorum reſidentiam inſtituit præcipiens, ne aliquis ex eiſdem Canonicis de præbenda ſeu de beneficio ſeu ab ipſo monaſterio aliquid percipiant, niſi dum in eodem reſidentes fuerint.

Quod in una parte chori ejuſdem Eccleſiæ conventus monachorum, in reliqua vero Canonici ſeculares morantes divina celebrarent officia, & horas canonicas pſallerent juxta ritum regulæ S. Benedicti hactenus in dicto monaſterio ſervari ſolitum.

D

Quod cætera bona ejuſdem Abbatiæ uſibus Abbatis, & monachorum cederent.

Quod Abbas in Choro, & in aliis locis illum locum obtineat, quem ſui prædeceſſores conſueverant obtinere.

Quod omnes tam monachi, quam canonici obediant Abbati, qui pro tempore fuerint, tanquam Prælato ordinario eorum.

Quod ad electionem Abbatis, quæ facienda occurreret, vocarentur tam monachi, quam Canonici, ſicuti aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum.

Quod per Abbatem, qui pro tempore fuerit, creentur, & inſtituentur monachi, & canonici in dicto monaſterio, & ſubſit ei in omnibus uti eorum Prælato.

In his ordinationibus nulla reperitur mentio de dignitatibus capituli, & tamen alibi reperitur de ipſis facta mentio, & ſignanter de Archidiacono, & duobus Archipresbyteris uno latino pro Latinis, & altero græco pro Græcis in quodam regiſtro Brunduſino.

Sub hoc regimine Abbatum ſtetit Eccleſia Neritonen. per annos 303. uſque ab anno 1110. quo tempore fuit per Paſchalem Pōtificem II. in Abbatialem dignitatem erecta uſq; ad annum 1413. quo tempore in Cathedralem iterum erigitur à Joanne Pontifice XXIII. mediante ampliſſimo privilegio.

Paucis annis ante hanc ultimam erectionem facta fuit quædam alia erectio in Cathedralem in ſchiſmate Clementis VI. Antipapa contra Urbanum VI. in quo populus Neritonenſis cum conventu, & clero partes Reginæ Joannæ ſequens adhæſit prædicto Clementi, à quo plures gratias obtinuit.

Inter has gratias credendum eſt ex præcedentibus, & ſubſequentibus, quod fuerit etiam hæc, ſcilicet ut Eccleſia prædicta in Cathedralem erigeretur; reperitur enim in tempore prædicto bellorum & ſchiſmatis, quod quidam fr. Matthæus erat Epiſcopus Neritonen. ut videtur ex quadam bulla Collationis beneficii per eum tamquam Epiſcopum Neritonenſem collati in ann. 1389. patet etiam prædictum fr. Matthæum per plures annos extitiſſe Epiſcopum dictæ Civitatis, ut ex alia bulla proviſionis facta per dictum Matthæum tamquam Epiſcopum cuidam fr. Benedicto magiſtris Antonii Ferrarii de Nerito Eccleſiæ Neritonenſis monacho de Abbatia S. Angeli de Salute, vacata per mortem cujuſdam fr. Durantis 4. Sept. Quare hic videtur fuiſſe primus Epiſc. Neriton. ſed quia fuit tempore ſchiſmatis non apparet, a quo fuit inſtitutus.

Reperitur etiam, quod reddita obedientia in Regno præd. Urbano VI. ejuſque ſucceſſori Bonifacio IX. iterum d. Eccl. rediit ad priſtinum ſtatum ſub regimine Abbatum, ſub quo permanſit per alios annos duodecim, & uſq; ad annum 1413. quo tempore iterum per Joannem PP. XXIII. ut ſupra dictum eſt in Cathedralem erigitur.

In anno ergo 1413. Ioan. PP. XXIII. ad ſupplicat. populi Neritonen. terram Neritonen. prædictam in Civitatem; & Eccl. Cathedralem erexit, quam Romano Pontifici immediate voluit eſſe ſubjectam; dignitatem verò Abbatialem in Eccl. & Monaſterio prædictis ſuppreſſit, privilegia tamen, & jura conſervavit.

Præſules à primæva inſtitutione ſequentes ſunt, è monumentis Romanis à nobis expiſcati.

C

ADDITIO.

(„ De nobiliſſima Neritonenſi Eccleſia pauca admodum, nec adeo felici calamo notavit Ughellus. Præterea „ ſi qui apud ipſum reperiuntur Epiſcoporum Catalogi „ multis, longeque graviſſimis ſcatentes erroribus, is „ profectò, qui ad eandem Eccleſiam ſpectat, unus eſt. „ Ut igitur priori malo mederemur, optimum factu duximus ex præſtantiſſimo Epiſcopali Archivo Neritino graviſſimum Scriptum de Statu veteri, atque recenti laudatæ Eccleſiæ ex vetuſtis, & authographis „ Monumentis à Joanne Epiphanio Neritonenſium „ Abbatum poſtremo, necnon Capitulo, & Monachis „ trecentos ante annos expreſſum, & ad Joannem Vigeſimum tertium ſummum Pontificem miſſum: itemque „ ampliſſimum eiuſdem Pontificis Diploma, quo Neritinæ Urbi Epiſcopalis Sedes reſtituta eſt, publicis typis vulgare. Utrumque egregium Monumentum ex authographis diligenter deſcriptum acceptum referimus „ Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino D. Antonio „ Sanfelicio Epiſcopo, Patricio Neapolitano, inclytæ generis Nobilitate æque ac virtutibus, necnon doctrina, „ & eruditione clariſſimo, à quo abſolutiſſimam Neritinæ Eccleſiæ ſuæ Hiſtoriam ſummo cum eruditorum „ plauſu excipiendam in dies ſingulos expectamus. Ut „ autem quam emendatiſſimo Neritonenſium antiſtitum Catalogo eruditi Viri utantur in poſterum, Eorundem ſeriem, ſedis tempus, ac præcipua quædam geſta ex eruditiſſima Diſſertatione de Neritinis Epiſcopis *à Petro Polidoro non minus ſtudioſè, quam eleganter adornata, reſtituimus.*

D

„ En Epiphanii Documentum.

Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Patri, & Domino noſtro, Domno Iohanni in Sacratiſſima ſede Beati Petri ſummo Pontifici vigeſimo tertio.

„ Quoniam Venerabilis ſanctitas veſtra dignata eſt „ mandare nobis Abbati, & Conventui tam Canonicorum, quam monachorum huius ſanctæ Eccleſiæ Neritoni, ut fideliter, & diligenter de ſtatu decoroſo antique, & moderno eiuſdem Abbatialis eccleſiæ, & ſua

„ *Diœceſis authenticum ſcriptum conficeremus, adhuc, ut eadem Sanctitas veſtra maturius, & ſapientius poſſit ad novam erectionem ipſius Eccleſiæ in Cathedralem per Apoſtolica ſcripta devenire, prout ſereniſſimus Dominus noſter Rex Ladislaus una cum univerſa Civitate prudicta Neritoni, & ſua Diœceſi per ſuos reſpectivè Oratores humiliter ſupplicaverunt; Ideo, ut illa qua decet reverentia, & obſequio ſanctitati veſtræ impiritè obediamos, Nos iidē qui ſupra Abbas, & Cōvētus prædictæ Eccleſiæ cōvētualiter convocati ad ſonum Majoris Campanæ, ut moris eſt, in Clauſtro memoratæ Eccleſiæ, hac die vigeſima quarta Octobris milleſimo quadringenteſimo duodecimo ſexta Indictionis ex originalibus ſcripturis ejuſdem Eccleſiæ eſtam, quæ ſequitur, ipſius antiqui, & moderni ſtatus ſinceram relationem coram infraſcriptis Notariis, tàm Apoſtolicis, quam regalibus formamus, Sanctitati veſtræ poſt obſequioſa Pedum Oſcula beatorum per prædictos Oratores reverenter præſentandam.*

„ *Neritoni igitur Urbs in Salentinis fundatione antiquiſſima, jam inde ab Apoſtolorum temporibus fidem Chriſti recepit ſimul cum multis aliis hujus Provinciæ Civitatibus, quemadmodum teſtatur antiquus Liber inſcriptus Japygiæ chronicon: & propria Neritonenſis Urbis Hiſtoria, quæ in publico Civitatis Palatio, & in noſtro Archivio conſervatur.*

„ *Major Eccleſia ejuſdem Civitatis Neritoni Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis inſignita vocabulo, eſt antiquiſſima; & de ea expreſſa fit mentio ante quingentos annos, tam in litteris Apoſtolicis, quam in diverſis Privilegiis Principum Longobardorum, quæ omnia ſcripta una cum univerſis aliis infracitandis ad majorem cautelam prædictis Notariis ſingillatim, & originaliter oſtendimus. In his inſuper ſcripturis eadem Eccleſia non nominatur tanquam res nova, ſed antiquiſſima, & quæ per plurima ſecula antea extiterat.*

„ *Per quæ antiquiſſima ſecula, quando univerſa iſta Provincia Græcorum Imperatorum Orientis parebat imperio, hæc eadem Eccleſia erat Cathedralis, & ſuos proprios habebat Epiſcopos; an autem ipſi fuerint Latini, vel potius Græci, æſtimus. Neque etiam certo nobis conſtat hujus antiqui Neritonenſis Epiſcopatus origo, progreſſus, & extinctio. Illud ſolum certiſſimum ex Abbatialis noſtræ Eccleſiæ Archivio apparet, quod ſub Romano, & ſummo Pontifice Paulo adhuc perſeveraverant in illa Epiſcopi. Habetur enim ad hodiernum uſque diem Originalis ipſius Pauli Papæ Epiſtola ad Clerum, & Populum Neritoni ſub datum Romæ quarta Septembris, decimaquinta Indictionis poſt Conſulatum Conſtantini anno Vigeſimo Secundo; in qua prædictis Clero, & Populo prohibet ſub Apoſtolica authoritate, ne ad novi Epiſcopi electionē veniant, ſed de redditibus Eccleſiæ ſubſtentari jubet Monachos, qui ex Oriente in magno numero venerūt tunc temporis Neritonū, & in ejus Diœceſim propter perſecutionem excitatam ab Imperatore Conſtantino Iconoclaſta.*

„ *Habetur etiam hujus ſtatus antiquiſſimi Epiſcopalis Eccleſiæ Neriti aliud vetuſtiſſimum Teſtimonium in quadam viſitatione facta in hac eadem Eccleſia, & Monaſterio per quendam Legatum Apoſtolicum nomine Rodulphum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Albanenſem anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Hujus apoſtolicæ Viſitationis omnia, & ſingula ſtatuta infra paulo poſt recenſebimus. Sublata tamen Epiſcopali Dignitate Canonicorum Capitulum cum ſuis Dignitatibus, tanquam ſi adhuc Epiſcopalis duraret ſedes, conſtantiſſime manſit; Quod etiam ex citatis actis Viſitationis Cardinalis Rodulphi perſpicue apparet.*

„ *Poſt hæc tempora Neritoni Eccleſia evaſit Monaſterium Græcorum monachorum Ordinis S. Baſilii, ut oſtendunt complures ſcripturæ antiquæ, quæ in Abbatiali noſtra Eccleſia conſervantur, & perduravit dictum Monaſterium in hoc ſtatu uſque ad annum milleſimum, & nonageſimum. Anno autem milleſimo, & ſexageſimo Robertus illuſtris Siciliæ, & Apuliæ dux, ob ſuam ſpecialem devotionem erga monachos ex Ordine S. Baſilii, ut ibidem ſcribitur, ampliſſimum eidem Neritoni Monaſterio conceſſit Privilegium magno plumbeo Sigillo munitum ſub datum in Urbe Tarenti die Octava Junii anno milleſimo Vigeſimo, Ducatus autem Siciliæ, & Apuliæ anno ſecundo. Quo Diplomate omnia Jura, & Privilegia dictæ Eccleſiæ antea conceſſa confirmavit, & alia inſuper ampliſſima noviter addidit. His tamen temporibus poſt ſuppreſſam Epiſcopalem Dignitatem in Urbe Neritoni per Priores Ordinis Sancti Baſilii non exercebatur Cura animarum, & Juriſdictio ſpiritualis in diœceſi, ſed per Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſucceſſive Brunduſinos, quib ſe Civitas, & Populi, ex Apoſtolicæ ſedis aſſenſu regendos commiſerunt, & illis etiam annuatim Decimas ſolvebant, ut patet ex pluribus antiquis litteris, & ſcripturis, quæ in noſtro Archivio Neritinæ Eccleſiæ habentur, & præcipue in Faſciculis Signatis B. D. & I.*

„ *Sub Urbano Secundo, qui electus fuit Papa anno Domini milleſimo octuageſimo octavo, tenuitque ſummum Pontificatum Eccleſiæ uſque ad annum milleſimū nonageſimū nonū, idem Monaſteriū Neritonenſe oblatū fuit Apoſtolicæ ſedi a Gorfrido Comite Normano Civitatum Neritoni, Tarenti, Lycii, Brunduſii, Cuperſani, & totius fere Japygiæ Domino. A Summo Pontifice fuit receptum, & eidem ſanctæ ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectum, cujus oblationis, & receptionis, & Privilegii immediatæ ſubjectionis Apoſtolicæ ſedi, præter proprium Diploma memorati Urbani, habemus etiam Originale Documentum Confirmationis in Bulla Paſchalis Papæ ſecundi ſucceſſoris expedita anno Domini milleſimo centeſimo decimo.*

„ *Prudicti Urbani Pontificis tempore Monaſterium Neritinum ex ordine ſancti Baſilii ad obſervantiam regulæ ordinis S. Patris noſtri Benedicti tranſitum fecit, cœpitque ſuat creari in eo Abbates, quando antea ſolum Priores illud rexerant. Aſſeritur enim in dicta Bulla Papæ Paſchalis in hujus rei confirmationem, quod tunc primum redactum fuit memoratum Monaſterium ſanctæ Mariæ Neritoni ad regularem obſervantiam ordinis ſancti Patris noſtri Benedicti; & primus Abbas, qui in eo cœpit creari fuit quidam Monachus nomine Jordaynus factus Abbas ab eodē Urbano Papa ſecundo. Dicitur etiam in eadē Bulla Paſchalis Papæ, a ſe & præfato Urbano cōceſſum fuiſſe eidē Monaſterio, quod moriente ipſius Abbate pro tempore, nullus ibi præficeretur novus, niſi quem Fratres ex communi conſenſu, vel ſanior ipſorum pars de ſuo, vel alieno Collegio ſecundum Dei timorem, & regulam ſancti Patris noſtri Benedicti elegiſſent, & quod electus à Summo Pontifice confirmaretur. Cujus quidem ampliſſima Bulla Paſchalis ſecundi Tranſumptum per extenſum legitur etiam in publico, & authentico Inſtrumento confecto anno Domini milleſimo treceteſimo quadrageſimo octavo, quod habetur ſimul cum prucitatis duabus Bullis in Abbatiali noſtro Archivio in Faſciculo ſignato littera S. Ha dua Bulla exemptionis prædicti Monaſterii Neritoni, & immediatæ Subjectionis Apoſtolicæ ſedis confirmata ſunt etiam alia ſpeciali Bulla ab Adriano Papa quarto confecta anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, quæ ſub plumbo originaliter conſervatur in citato faſciculo S. Abbatialis Archivii.*

„ *Poſt erectum Neritoni Monaſterium in Abbatiam & inſtitutos in eodem Abbates cœperunt ipſi Abbates de voluntate Populorum, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ repetere antiquum Jus Eccleſiæ ſuæ, & per ſeipſos animarum Curā habere, & contra vicinos Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qui id nolebant, fortiter reſtiterunt: adeout brevi tempore omnem antiquam Neritinæ Eccleſiæ Juriſdictionem ex ſummorum Pontificum authoritate, & primævis Neritonenſis Eccleſiæ Juribus recuperaverint. Præcipue vero varias lites habuerunt cum Epiſcopis Gallipolitanis, adverſus quos variæ reperiuntur pro Neritina Eccleſia emanatæ à ſede Apoſtolica litteræ, & alia Decreta in materia Decimarum, quas illi nullo jure pertinaciter prætendebant exigere in Neritonenſi diœceſi; Ut videre eſt in Faſciculo ſcripturarum Abbatialis Archivii ſignato litera D. In quo præcipue reperiūtur cōplures Bullæ Alexādri Papæ Tertii, Cœleſtini Tertii, & Urbani itē Ter-*

„ cii, necnon Archiepiſcopi Tranenſis ab Apoſtolica Sede delegati in hac cauſa, qui etiam finalem ſententiã cõtra prædictos Gallipolitanos Epiſcopos promulgavit.

„ Manſit in hoc ſtatu ſub regula ſancti Benedicti Abbatiale Neritonenſis Eccleſia Monaſterium uſque ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum ſeptimum. Quo tempore cum imminutus eſſet fervor regularis obſervantia, nec in Canonicis majoris Eccleſia debita, atque vetuſta diſciplina circa Divina peragenda officia obſervaretur; citatus Radulphus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Albanenſis à Clemente Quarto ſummo Pontifice deſtinatus Legatus Apoſtolicus, & Generalis Eccleſiarũ Viſitator in regno Siciliæ prædicto anno illud diligenter reformavit. Habetur enim in Abbatiali Archivio noſtræ Eccleſiæ publicum hac de re tunc temporis factum memoratæ reformationis Inſtrumentum, in quo circa hujus Eccleſiæ ſtatum, & emendationem, hæc, quæ ſequuntur, fuere ab ipſo notata, & ſtabilita.

„ In primis aſſerit dictus Cardinalis Albanenſis quod per Inquiſitionem a ſe factam de ſtatu memorati Monaſterii, & Neritonenſis Eccleſiæ in antiquis Privilegiis, Bullis Apoſtolicis, & aliis monumentis ejuſdem Eccleſiæ, & Monaſterii ſibi plene conſtitit, quod eadem Neritonenſis Eccleſia olim antiquis temporibus Cathedralis, & Epiſcopalis extiterat.

„ Quod poſteaquam facta eſt Monaſterium, tum Monachi, quam insimul Canonici Regulares fuerunt in eadem Eccleſia, in qua Divina Officia conjunctim exercebant.

„ Quod intentionis ſuæ erat idem Monaſterium, & Majoris Eccleſiæ Conventum ſive Collegium, quod ex Monachis, & Canonicis ſecularibus conſtabat, ſecundum rerum indigentiam reformare.

„ Quare ordinavit in primis in eadem Eccleſia ſervitium viginti Perſonarum, demptis Dignitatibus, quarum decem mandavit eſſe Monachos ex Ordine ſancti Benedicti, & decem Canonicos ſeculares.

„ Ordinavit ibidem decem Canonicales Præbendas ad rationem Unciarum quatuor pro unaquaque ſingulis Canonicis ſecularibus aſſignandas.

„ Continuam Canonicorum Reſidentiam inſtituit præcipiens ne aliquis ex ipſis Canonicis de Præbenda vel Beneficio, vel ab ipſo Monaſterio aliquid percipiant, niſi dum in eadem Eccleſia reſidentes fuerint.

„ Quod in una parte Chori prædictæ Eccleſiæ Monachorum Conventus, in alia vero Canonici ſeculares manentes divina celebrent officia, & Horas canonicas pſallant juxta ritum Regulæ ſancti Benedicti hactenus in dicto Monaſterio ſervari ſolitum.

„ Quod omnia, & ſingula alia bona ejuſdem Abbatiæ, demptis prædictis decem Canonicorum Secularium uſibus Abbatis, & Monachorum univerſaliter, & totaliter cedant, ita quod in eodem omnes Monachi veſcantur in Refectorio, de Communibus Bonis veſtiantur, & in eodem Dormitorio conquieſcant.

„ Quod Abbas tam in Choro, quam in aliis locis, & Functionibus illum locum pacifice obtineat, quem ſui Prædeceſſores conſueverunt obtinere.

„ Quod omnes tam Monachi, quàm Canonici obediant Abbati, qui pro tempore fuerit, tanquam proprio eorum ſuperiori, & Prælato.

„ Quod ad electionẽ Abbatis, quæ facienda occurreret, vocentur tam Monachi, quàm Canonici, ſicut aſſeritur hactenus fuiſſe conſuetum.

„ Denique quod per Abbatem, qui pro tempore fuerit, creentur, & inſtituantur tam Monachi, quàm Canonici in dicto Monaſterio, & Eccleſia, & iidem ſubſint eidem Abbati in omnibus tanquam eorum Prælato.

„ Ita laudatus Cardinalis Radulphus in ſupradictis actis de ſtatu antiquo, & Reformatione Neritonenſis Monaſterii, quæ in memorato publico Inſtrumento ſingillatim expreſſa conſervantur in abbatiali Archivio in faſciculo ſcripturarum ſignato littera R.

„ Inter Canonicos tamen prædictus legatus Apoſtolicus nullam mentionem fecit de duobus Archipresbyteris, uno Latino pro Populo Latino, & alio Græco pro Populo Græco. Item de Archidiacono Præpoſito, Cantore, & Sacriſta ſacrariũ ſupellectilũ, & altariũ rerum pretioſarũ Eccleſiæ Cuſtode: Qui omnes fuerunt, & ſunt in Neritonenſi Eccleſia ab antiquis uſque temporibus etiam ante quinque integra ſecula, ut conſtat ex variis ſcripturis Abbatialis archivii, & præcipuè ex illis, quæ ſunt in faſciculis A.C.P. & S. Ideò autem de illis mentionẽ dictus Legatus non fecit, quia certos ſuos jam habebant particulares Redditus diſtinctos à Præbendis Canonicorum, ut conſtat etiam hodiè ex Platea ipſorum Redditium.

„ Duravit ſupradicto modo ſtatus Neritonenſis Eccleſiæ poſt viſitationem memorati Domini Cardinalis Radulphi uſque ad annum milleſimum treenteſimum octuageſimum octavum, quando toto penè hoc Neapolis Regno ad iadebitam obedientiam Clementis converſo, coacta Neritoni urbs ejuſdem favere parti, ab eodem in Epiſcopalem Sedem iterum evecta eſt conſtituto ibidem Januario menſe fratre Matthæo de Caſtellis, qui hanc Eccleſiam rexit uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum primum, quo cum tota Provinica ad obedientiam Domini Papæ Bonif. felicis Recordationis rediit. Cujus poſtea auctoritate, omnes illi, qui præteritæ Schiſmati pro Clemente adhæſere, abſoluti ſunt, ut apparet ex ejuſdem Bonifacii Bulla data anno ſui Pontificatus undecimo, & ex Inſtrumento publico facto ſuper eadem abſolutione anno milleſimo quadringenteſimo ſecundo, quod habetur originaliter in noſtro Abbatiali Archivio cum prædicta Bulla inter alias ſcripturas faſciculi ſignati littera S.

„ Eodem anno milleſimo quadringenteſimo ſecundo pro Reformatione Eccleſiarum totius Hydrantinæ Provinciæ, quæ Schiſma ſupradictum Clementis ſequutæ fuerunt, conſtitutus fuit ab eodem ſummo Pontifice Apoſtolicus viſitator Generalis Dominus Archiepiſcopus Hydruntinus. Et quia idem Archiepiſcopus in viſitatione Eccleſiæ corrigi volebat Sacros Ritus, qui à Græcis Presbyteris fiunt in Epiphaniorum die, & inter Miſſarum ſolemnia Abbatis dictæ Eccleſiæ, eadem Eccleſia una cum D. Abbate, qui ſtatim poſt expulſum Epiſcopum Matthæum fuit noviter creatus, necnon Monachis, & Canonicis collegialiter reclamavit ad eundem Sanctiſſimum Dominum. Qui ſtatim juſſit prædicto Archiepiſcopo, ne ampliùs Neritoni Eccleſiam ſuper his moleſtaret, ut habetur in ſuis originalibus litteris datis Romæ Kalendis Novembris ſui Pontificatus duodecimo, quæ conſervantur in prædicto Archivio in faſciculo notato litera R. Quare prædictarum Apoſtolicarum Litterarum vigore adhuc illi Sacri Ritus Græcorum in hac noſtra Eccleſia conſervantur, & perſeverant.

„ Atque hic eſt ſtatus antiquus, & modernus Neritoni Eccleſiæ circa ſuas Prærogativas, & Regimen pro diverſitate Temporum variè mutatum, quantum ex originalibus ſcripturis antiquis, & modernis per nos diligenter notatis colligi potuit.

„ Circa ſtatum Locorum Diœceſis, & numerum animarum, præter urbem Neritoni, quæ numerat animarũ quindecim millia, & ultra ſeptingentas, habet etiam ſequentia oppida populata, quorum alia ſunt aliis nobiliora, & meliora, & conſtant ex infra notatis animabus.

„ Terra Tabellæ Græcorum diſtat à Nerito ſeptem millia paſſuum, & habet animas circiter, ducentum.

„ Galatena Oppidum Græcorum diſtat à Nerito tria millia paſſuum, & habet animarum quatuor millia ſeptingẽtas quinquaginta circiter.

„ Cupertinum diſtat à Nerito ſex millia paſſuum, eſt oppidum Latinorum, & continet animarũ tria millia centum viginti circiter.

„ Oppidum Parabbita Latinorum diſtat à Nerito decem millia paſſuum, & habet animas mille octingentas circit.

„ Oppidum Caſarani magni Latinorum ſimul, & Græcorum diſtat à Nerito paſſuum millia quindecim, & habet Animas mille centum circiter.

„ Oppidum alterius Caſarani inferioris eſt Græcorum; diſtat à Nerito etiam quindecim millia paſſuum circiter, & habet animas quadringentas triginta circiter.

„ Oppidum Marini Latinorum diſtat à Nerito paſſuum millia undecim, & habet animas mille ducentum quadraginta circiter.

„ Caſale Ottaviani Latinorum diſtat à Nerito paſſuum millia ſexdecim, & habet animas trecentum ſexaginta circiter.

„ Caſale Meleſſani Latinorum diſtat à Nerito millia

„ paſſuum ſeptendecim circiter, & habet Animas quadria-
„ gentas triginta circiter.
„ Terra Alliſtæ Græcorum diſtat à Nerito millia paſſuum
„ ſexdecim, & habet animas quingentas quadraginta circ.
„ Oppidum Raclæum Latinorum diſtat à Nerito millia
„ paſſuum circiter quindecim & habet animas nongentas
„ octoginta circiter.
„ Terra Fellini Græcorum diſtat à Nerito paſſuum mil-
„ lia decem, & octo, & habet animas mille centum ſexagin-
„ ta circiter.
„ Terra Siceli diſtat à Nerito millia paſſuum quatuor, &
„ habet animas quadringentas nonaginta circiter, & eſt
„ oppidum Græcorum.
„ Terra Neniani ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito ſep-
„ tem millia paſſuum, & habet animas octingentas quinqua-
„ ginta circiter.
„ Terra Aræ Dei ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito paſ-
„ ſuum millia ſeptem, & habet animas mille quadringentas
„ quinquaginta circiter.
„ Terra Noiæ ſimiliter Græcorum diſtat à Nerito paſ-
„ ſuum millia ſeptem, & habet animas, ſeptingentas, cir-
„ citer decem.
„ Terra Phulciliani Græcorum diſtat à Nerito paſſuum
„ millia tria circiter, & habet animas centum circiter, &
„ ſeptuaginta.
„ Caſale de Caſalis Latinorum diſtat à Nerito ſeptem
„ millia paſſuum, & habet animas centum circiter, & ſep-
„ tuaginta.
„ Caſale Puteovivi Græcorum diſtat à Nerito quatuor
„ millia paſſuum, & habet animas circiter centum.
„ Caſale Feudi S. Nicolai de Derneo Latinorum diſtat à
„ Nerito duodecim millia paſſuum, & habet animas ſupra
„ trecentum nonaginta.
„ Caſale Sancti Nicolai de Cilliano Græcorum diſtat à
„ Nerito millia paſſuum circiter treſdecim, & habet animas
„ centum triginta circiter.
„ Caſale Lucugnani Græcorum diſtat à Nerito treſde-
„ cim millia paſſuum, & habet animas circiter ducentum
„ quinquaginta.
„ Omnia ſupradicta oppida, Caſalia, & Terræ habent
„ ſuas Eccleſias Parochiales, & proprium archipresbyterũ,
„ qui ſucceſſivè ab Abbate Monaſterii Neritoni conſtitui-
„ tur, & eligitur.
„ Ultra prædictas autem terras, & Loca habitata habet
„ Neritina Abbatia complura alta feuda, & loca inhabitata
„ ſibi in Spiritualibus ſubjecta, in quibus tamen omnibus cō-
„ ſtituit Rectorem, & Archipresbyterum Ruralem, & Titu-
„ larem idem Abbas Neritinus pro manutenendo, & con-
„ ſervando ſupra ea Jus ſuum, & ſuæ Eccleſiæ, & ſunt.

„ Tellementum	Millignanum
„ Tulliæ	Pampilianum
„ Ignianum	Flagianum
„ Speclæ	Temeranum
„ Carignanum	Uccitinum
„ Caſtrum	Perſanum
„ Oleaſtrum	Sanctus Andreas,
„ Renda	Sancta Barbara
„ Mollonum	Sanctus Coſmus.
„ Rugianum.	Sanctus Theodorus.

„ Quorum omnium, & ſingulorum oppidorum, Caſalium,
„ Terrarum, & feudorum tam habitatorum, quàm non ha-
„ bitatorum Archipresbyteri, & Rectores pro tempore, præ-
„ ter conſuetam obedientiam, quam debeat Abbati tanquam
„ proprio Prælato, & ſuperiori, præcipuè die feſto Aſſum-
„ ptionis Beatæ Mariæ Virginis, quæ eſt Patrona Princi-
„ palis Neritonenſis Eccleſiæ apud Deum, omnes cum ſuis
„ Cleris, vel certis perſonis à Cleris deſtinatis in Cathedra-
„ li Eccleſia debent intereſſe, miniſtrare eidem Abbati inter
„ miſſarum ſolemnia, & etiam nominatim ſpecialem ipſi
„ obedientiam dare, eoque abſente illam præſtare debeat,
„ cui Abbas ipſe præſtandam prædixerit.
„ In hujus feſtivitatis Vigilia habet Abbas ampliſſimam
„ poteſtatem eligendi qualibet anno in perpetuum aliquem
„ ex ſuis Canonicis in ipſius feſtivitatis Præfectũ, & magi-
„ ſtrum Nundinorum, qui deinde per octo ſequentes exercet
„ Neritoni Juriſdictionem in civilibus càm in Clericos,
„ quàm in Laicos, & etiam nonnulla percipit emolumenta
„ ex rebus vendibilibus Civitatis. Cujus antiquiſſimæ con-
„ ſuetudinis, & Juriſdictionis habetur in Abbatiali Archi-

A „ vio antiquum Privilegium confirmationis, & manutentio-
„ nis datum à Rogerio illuſtri Siciliæ Rege anno Domini mil-
„ leſimo centeſimo quadrageſimo primo, quod conſervatur
„ originaliter cum aliis ſcripturis in faſciculo ſignato lit. A.
„ Subſunt etiam collationi, & obedientiæ ſupradicti Ab-
„ batis ſequentes inferiores Abbatiæ, & Abbates Eccleſiæ
„ Neritoni. qui qualibet die feſto collegialiter in Choro ma-
„ joris Eccleſiæ, & quoties Abbas celebrat ſolemniter, de-
„ bent Divinis officiis intereſſe, ſive ipſi Monachi ſint, ſive
„ tantum ſeculares Clerici: Et iidem tenentur prædicto die
„ Aſſumptionis Beatæ Mar. Virginis una cum cæteris aliis
„ dignitatibus, Canonicis, monachis, & urbis, & Diœceſis
„ Cleris qualibet anno irremiſſibiliter obedientiam renova-
„ re: Et quando ipſi per ſe non poſſunt, alium pro ſe tenen-
„ tur ſubſtituere. Hujuſmodi autem Abbatiæ quatuordecim
„ ſunt quæ ſequuntur.
„ Abbatia S Nicolai de Pergoleto.
„ Abbatia S. Angeli de Salute
„ Abbatia S Mariæ de Alto Neritoni
„ Abbatia Sancti Eleutherii
B „ Abbatia S Mariæ de alto fellini
„ Abbatia Sancti Heliae
„ Abbatia Sancti Nicolai de Seugno.
„ Abbatia Sanctæ Anaſtaſiæ
„ Abbatia S. Mariæ de Talliata
„ Abbatia S. Stephani de Curano
„ Abbatia S. Mariæ de Civo.
„ Abbatia S Nicolai Macugno
„ Abbatia S Johannis de Tollemeta
„ Abbatia S. Mariæ de Cæſarea.
„ Quæ omnes ſunt particulares Grangiæ Neritonenſis
„ Eccleſiæ in diverſis locis ſuæ Diœceſis diſperſæ, & ſitæ.
„ Poſſidet etiam Neritonenſis Eccleſia complura feuda à
„ variis principibus, & magnis Dominis donata, & ſunt:
„ feudum Sanctæ Paraſcevæ: Feudum cum Caſale habita-
„ to Sancti Nicolai de Derneo: Feudum cum Caſale habita-
„ to Lucugnani: Feudum cum Caſale habitato Tabellæ, &
„ feudum cum Caſale habitato Cilliani: Quæ quinque feu-
„ da poſſidentur, obtinentur, & uſufructuantur omnimodè,
„ & pleniſſimo jure tanquam à propria domina à Nerito-
C „ nenſi Eccleſia ſupradicta. Donata autem fuerunt à Do-
„ mino Goſfrido Comite dominatore Neritoni una cũ mul-
„ tis aliis bonis annis Domini milleſimo nonageſimo ſecundo,
„ milleſimo nonageſimo quarto, & milleſimo centeſimo quar-
„ to; Ab Alexandro Comite Cuperſani Goſfridi filio anno
„ milleſimo centeſimo decimo nono; A Guillelmo Guerreſio
„ anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, & à Manſo filio
„ quondam Domni Rogerii Manſi Guerreſii anno milleſimo
„ centeſimo ſeptuageſimo quarto. Quarum omnium Dona-
„ tionum, & Conceſſionum inſtrumenta conſervantur origi-
„ naliter in noſtro archivio in faſciculo Scripturarum Do-
„ nationum ſignato litera D.
„ Poſſidet etiam Eccleſia Neritoni quàmplures alias Ter-
„ ras, maſſarias, caſamenta tam in urbe Neritoni, quam
„ extra, Bona, & cenſus diverſi generis, quæ longum eſſet
„ omnino ſingillatim hic enumerare: adeout qualibet anno
„ ſoli menſæ Abbatiali dictæ Eccleſiæ, & Monaſterio red-
„ dant circa ſupra tria millia ducatorum ex auro, ut con-
„ ſtat ex libris introituum dictæ Abbatiæ, & Monaſterii.
„ Habet etiam Neritonenſis Eccleſia jus exigendi quar-
D „ tam Mortuorum, ſeu funeralium tàm in ipſa Civitate
„ Neritoni, quàm in tota ejus Diœceſi. Cujus juris conceſ-
„ ſio facta fuit eidem Eccleſiæ, & Monaſterio per Illuſtrem
„ Comitem Neritoni Domnum Bernardum gentilem anno
„ Domini milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, & conſer-
„ vatur originaliter in faſciculo M.
„ Obtinet etiam Jus Bajulationis exigendæ in Civita-
„ te Neritoni. Item Jus Decimæ, & Jus Regaliarũ, quæ e-
„ xiguntur in morte omnium Baronum tam Urbis Neritoni,
„ quam totius Diœceſis, ſive moriantur in illa, ſive extra.
„ Quorum Jurium Donationes, & privilegia conſervan-
„ tur in Abbatiali Archivio Originaliter colligatis in faſci-
„ culis Scripturarum Signatis literis B, D, & R.
„ Omnes autem ſupra numeratas Donationes, & Conceſ-
„ ſiones cum cæteris Privilegiis cujuſcumq; generis fuerunt
„ ratificatæ, & confirmatæ à pluribus ſummis Pontificibus,
„ Imperatoribus, & regibus, & ſignanter à Federico Im-
„ peratore mediante ampliſſimo Privilegio confecto anno
„ Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio. Quod ſi-

„ mul

,, mul cum aliis conſervatur originaliter in faſciculo D. A
,, In quoquidem Privilegio non ſolum accepit ſub Imperia-
,, lem Protectionem dictam noſtram Eccleſiam, & monaſte-
,, rium, & confirmavit omnes, & ſingulas Donationes fa-
,, ctas eidem Eccleſiæ, & monaſterio uſque ad id tempus,
,, verum etiam futuras, & ulterius faciendas: Et inſuper
,, exemit dictum monaſterium una cum omnibus ſuis bonis,
,, Vaſſallis, & tenimentis ab omnibus ſervitiis, & oneri-
,, bus cujuſcumque generis.

,, Habet præterea Abbas monaſterii Neritonenſis facul-
,, tatem eligendi, & mittendi quemcumque ſibi placuerit
,, Græcum, & Latinum Prædicatorem ad prædicandum
,, Evangelium tàm in Quadrageſima, quam in adventu
,, Domini quolibet anno in Civitate Neritoni ſubſtentan-
,, dum Caritativis impenſis ſolius Populi dictæ Civitatis.
,, Quam quidem facultatem, & Jus habet etiam, & exer-
,, cet in omnibus aliis locis Diœceſis Neritoni ſive Græcis,
,, ſive Latinis eodem modo, & iiſdem ſacris anni tempori-
,, bus prout ſupra expoſitum, & dictum eſt.

,, Denique munita eſt Neritoni Eccleſia omnibus rebus
,, neceſſariis, & pretioſis ſupellectilibus, & habet com- B
,, modiſſimum hoſpitium conjunctum Eccleſiæ, in quo ma-
,, net Abbas cum viginti ſeptem Monachis. Et præter Ca-
,, nonicos, monachos, & Abbates ſupradictos omnibus
,, diebus feſtis ſolemnioribus anni ſervitur dicta Eccleſia à
,, centum, & amplius ſacerdotibus, & magno numero Cle-
,, ricorum dictæ Civitatis.

,, Et hæc eſt fidelis, et ſincera relatio de ſtatu antiquo, &
,, moderno tam ſpirituali, quàm temporali noſtræ Nerito-
,, nenſis Eccleſiæ, quam ſanctitati veſtræ poſt humillima
,, ſacrorum Pedum oſcula duximus tranſmittendam: prout
,, eam ex certis, & Originalibus Scripturis ſingillatim in-
,, fraſcriptis Apoſtolicis, & regiis notariis ad majorem cau-
,, telam oſtenſis, collegimus, & conventualiter ordinavi-
,, mus. In quorum fidem Abbatialis monaſterii ſigilli, &
,, propriæ manus mei infraſcripti Abbatis ſubſcriptione
,, munivimus.

,, Joannes de Epiphaniis Dei, & Apoſtolicæ ſedis
,, gratia Abbas Neritonenſis ſupradicta Omnia
,, confirmo, & ratifico.
,, locus † Abbatialis Sigilli

,, Nos ſupra indicati, & infra ad majorem prædicta- C
,, rum rerum certitudinem, & Cautelam ſubſcripti Apoſto-
,, lica, & regia auctoritate notarii fidem facimus, & teſta-
,, mur omnia ſupradicta vera eſſe, & prout in Originalibus
,, ſcripturis ſigillatim nobis à ſupradicto venerabili Domno
,, Abbate, & Conventu dictæ Eccleſiæ oſtenſis, reperitur
,, expreſſum, fideliter notata fuiſſe; in quorum fidem ſupra-
,, dicta ſubſcripſimus, & proprio, quo in publicis actis reſpe-
,, ctivè utimur ſigno, ſignamus, munimus, & roboramus die,
,, menſe, anno, & Indictione prænotatis.

,, Signum mei Antonii Tiſii de Neritono publici in toto
,, Siciliæ regno Apoſtolica auctoritate Notarii, qui ſupradi-
,, ctis omnibus interfui Rogatus, & ſubſcripſi.
,, locus † Signi

Signum mei Petri Vitalis de Tarento publici Apoſtolica
,, auctoritate per totum Siciliæ regnum notarii, qui præ-
,, miſſis omnibus, ut ſupra dicitur, rogatus, & præſens ſub-
,, ſcripſi.
,, locus † Signi.

,, Ego Guido Jolius, regia per totum Siciliæ regnum au- D
,, ctoritate notarius ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatus,
,, rogatus, & præſens ſubſcribo.
locus † Signi

,, Ego Ioannes de Rotitio de Neritono publicus per totam
,, Terram Hydronti regia auctoritate Notarius, ſupradicta
,, omnia rogatus, atque rogatus ſubſcribo, ſigno; atque
,, confirmo. ,, locus †. Signi.

,, En Joannis Summi Pontif. Diploma.

,, Joannes Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Ad fu-
,, turam rei memoriam. Salvatoris noſtri Domini Jeſu
,, Chriſti, qui benemeritum ad Convivium Dominicum
,, in ultimis recumbentem jubet ſuperius aſcendere, ut
,, ſibi ſit gloria, vices, quamquam inſufficientibus meri-
,, tis, gerentes in Terris, exemplo Dominico invitamur,
,, ut de ſuprema Apoſtolicæ dignitatis ſpecula ad ſingu-
,, las Orbis partes profundæ conſiderationis aciem ex-
,, tendentes, ſi locum inſignem minùs decorè tractatum,
,, & neglectum videamus pro rei qualitate ſuperius ele-

A ,, vemus, & Dignitatis Inſigniis fulciamus. Ex hoc e-
,, nim cum Dei Gratia partes boni Paſtoris implemus,
,, ſi noſtro miniſterio ſingulis locis correſpondeant Titu-
,, lis Dignitatum. Cum itaque, ſicut ipſa facti notorietas
,, manifeſtat, Terra Neritonenſis, Territorii monaſte-
,, rii Beatæ Mariæ de Neritono, quod nullius Diœceſis
,, exiſtit, Ordinis Sancti Benedicti, benedicente Domi-
,, no, Perſonarum numeroſitate, & aliis Domini mune-
,, ribus ultra Civitates quamplurimas partium illarum
,, ſit fœcūda, ſanctiſque amplum habeat Territorium mo-
,, naſterii prædicti nuncupatum, & in dicta Terra Per-
,, ſonæ utriuſque ſexus degant in multitudine numeroſa:
,, Abbas quoque dicti monaſterii pro tempore exiſtens
,, in hujuſmodi Terra, & toto prædicti monaſterii Ter-
,, ritorio, in quo multa Caſtra conſiſtunt, & Perſonis de-
,, gentibus, & exiſtentibus in eiſdem, quantum ad Spi-
,, ritualo Forum pertinet, Ordinariam Juriſdictionem
,, exerceat: Ac ipſum monaſterium gratia favente di-
,, vina, etiam ultra plures Cathedrales Eccleſias par-
,, tium illarum opulentum, & multipliciter ornatum e-
B ,, xiſtit. Proventus etiam, Bona, & Iura dicti Mona-
,, ſterii ad Abbatem prædictum, & dilectos filios Con-
,, ventum dicti monaſterii communiter vel diviſim
,, pertinere noſcuntur, quæ ſolus Abbas conſuevit
,, miniſtrare. Si erga eadem Terra in Civita-
,, tem, & Eccleſia dicti monaſterii in Cathedralem
,, Eccleſiam erigatur, opus meritò cenſeri poterit laude
,, dignum, & ſingulariter commendandum, ac Incolis
,, Terræ, & Territorii prædictorum in eo maximè ac-
,, commodum, & Jocundum quod proprium habebunt
,, Epiſcopum, & pro Sacramentali Confirmatione, &
,, ſuſcipiendis ordinibus, necnon Chriſmate, & oleo
,, Santo recipiendis, & aliis eis neceſſariis, quæ ad Pon-
,, tificale Miniſterium pertinent, procurandis, adire alie-
,, nos Pontifices non cogentur. Nos igitur præmiſſa, nec-
,, non dilectorum filiorum Populi dictæ Terræ devotio-
,, nem ſinceram, & inconcuſſam fidei conſtantiam, qui-
,, bus tanquam Benedictionis filij erga nos, & Romanā
,, Eccleſiam clarent, atque claruerunt, paterna conſide-
,, ratione penſantes, & volentes propterea Terram ipſā
C ,, Apoſtolici favoris præſidio communire, opuſque erectio-
,, nis hujuſmodi ad effectum deducere cupientes, ex qui-
,, buſdam etiam aliis cauſis rationabiliter ad id noſtrū
,, inducentibus animum, & ex certa ſcientia de fratrum
,, noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine Poteſta-
,, tis ad Individuæ Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, &
,, Filij, & Spiritus Sancti laudem, & gloriam, & exal-
,, tationem Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, divini Cultus au-
,, gmentum, fideliumque ſalutem, Terram prædictam in
,, Civitatem erigimus, ac Civitatis Titulo, & Inſigniis
,, decoramus: Eamque in memoriam indelebilem Civi-
,, tatem Neritonenſem volumus perpetuis temporibus
,, nuncupari. Et inſuper eandem ipſius Monaſterij Ec-
,, cleſiam in Eccleſiā Cathedralem ſimiliter erigimus;
,, & conſtituimus de conſilio, & poteſtate prædictis ſpon-
,, ſum idoneum cum Epiſcopalis officij plenitudine, Deo
,, auctore per Apoſtolica diligentia miniſterium habitu-
,, ram, qui ſponſus ipſe præſit, pariter atque proſit. Di-
,, gnitatem inſuper Abbatialem in Eccleſia, & Monaſte-
,, rio prædictis, quod quidem Monaſterium almo Paſto-
D ,, re caret, volumus de conſilio, & poteſtate prædictis
,, eſſe ſuppreſſam, removimus, tollimus, & ſupprimimus
,, per præſentes. Proventus autem, & Iura dictæ noviter
,, erectæ Eccleſiæ, in qua Capitulum Canonicorum ſecu-
,, larium, & Conventus hujuſmodi Monachorum ſemo-
,, tus eſſe dignoſcitur, per Epiſcopum prædictum eidem
,, Conventui miniſtrentur, ſicut Abbas dicti Monaſte-
,, rij facere conſuevit. Cæterum de Conſilio, & poteſtate
,, prædictis ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod perſonæ
,, tam Eccleſiaſticæ, quam Sæculares ſexus utriuſque in
,, eiſdem nova Civitate, ac Territorio, quod quidem
,, Territorium pro certa, & limitata Diœceſi aſſignan-
,, tes, de cætero Diœceſis Neritonenſis eſſe cenſemus, &
,, degentes præſentes, & poſteri, quemadmodum Abbati
,, præfato in ſpiritualibus, & temporalibus parere tene-
,, bantur hactenus, & erant ordinario Jure ſubjecti, de
,, cætero præfato Epiſcopo, & Eccleſiæ Neritonenſi te-
,, neantur obedire, & Diœceſano ſint jure ſubiecta. In
,, Eccleſia etiam Neritonenſi prædicta, quam etiam

,, Ro-

„*Romana Eccleſia immediatè ſubeſſe cenſemnt, divina peragentur officia, juxta ritum, modum, & conſuetudinem ibidem hactenus uſitatos: Remanentibus etiam in dicta Eccleſia dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus, & Officiis, quæ inibi hactenus eſſe conſueverunt. Demum volumus, quod Epiſcopus Neritonenſis pro tempore exiſtens in ædificiis ibidem exiſtentibus habitationem honorabilem, & decentem habeat pro ſe, & ſua familia, quæ ab ipſorum Conventus habitatione penitus ſit remota: Et quod omnia Privilegia, Jura, & Bona hujuſmodi olim Monaſterio, qualitercumq; conceſſa, & in quorum poſſeſſione pacifico in præſentiarum Canonicè exiſtit, eidem Eccleſiæ permaneant illibata: Non obſtante quod eadem Eccleſia dicti olim Monaſterii, in Cathedralem, ut præmittitur, ſit erecta. Decernimus tandem ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Erectionis, Decorationis, Remotionis, Ablationis, Suppreſſionis, Statuti, Ordinationis, Voluntatis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum tertio Idus Januarii Pontificatus noſtri anno tertio.*

„ *Stephanus de Mandate.* *de Prato.*

„ *Locus* (†) *Sigilli pendentis.*

„*Cæterum Neritonenſi Cathedrali inſerviunt etiam nonnulli Capellani, beneficia juris Patronatus obtinentes, & 100. circiter Clerici. Inter dictos Canonicatus deſideratur utraque Præbenda. Fructus Canonicatuum ſunt magis, minuſve pingues, item dignitatum, pinguiores ſummam 150. duc. non excedunt. Adſunt Neriti quatuor, & propè atque extra ejus muros tria virorum, & unum Monialium Cœnobia, & clericorum ſeminarium. Omnium animarum cura exercetur per Archipreſbyterum Cathedralis. Habet Hoſpitale, & plures Laicorum confraternitates, caret Monte Pietatis. Ædes Epiſcopales ſatis commodæ proximæ ſunt Cathedrali. Diœceſis ad 20. mille paſſus ſe extendit.*

I. 1. JOANNES de Epiphaniis Neritonenſis primus Epiſcopus, Abbatum poſtremus, creatus à Joanne XXIII. anno 1413. 3. Idus Ianuarii, ut habetur in lib. 2. de Proviſ. Prælator. ſol. 1. & in lib. 3. de diverſis formis fol. 73. ſedit an. 10. & Epiſcopatu ſe abdicavit.



(„ *JOannes Epiphanius Patricius Neritenenſis, ac Benedictini Ordinis monachus à nobiliſſima Beneventanorum Principum genere trahens originem, creditam ſibi Diœceſim omni prorſus ex parte vigilantiſſimè rexit. Epiſcopale Palatium novis Ædificiis dilatavit. Benedictini Ordinis Monachis novum Cœnobium juxta Cathedrale Templum erexit. Anno 1419. Majoris Eccleſiæ Canonicis certas, perpetuaſque Præbendas attribuit. Cum verò eorundem, tum etiam Dignitatum redditus auxit. Tandem Epiſcopale munus, quod turbulentiſſimo Eccleſiæ tempore geſſerat, ſublato ab eadem ſchiſmate Martino V. ſummo Pontifice dimiſit, poſtquam annos circiter decem Neritinæ Diœceſi profuiſſet. Poſt exutam Epiſcopalem Dignitatem, religioſæ tranquillitatis cupidus, unis divinis rebus intentus inter ſui Ordinis Monachos ad annum uſque 1435. Neriti quàm ſanctiſſimè vixit. Quo demum 15. Kal. Novembris ætate ſexagenarius Vita deceſſit.* Pollidorus.)

II. 2. Fr. JOANNES Barula, ſeu Barella, vel potius Barla terræ S. Petri in Galatina, Ord. Minorum, à Martino V. creatus anno 1423. die 11. Kal. Martii. Obiit 1436. ex libro obligationum.



(„ *Joannes Barella Galatinus illuſtri natus genere, Ordinis Fratrum Minorum Græcis, Latiniſque literis excultiſſimus, necnon Sacrorum concionatorum, atque Theologorum ſui temporis cum primis inſignit electus eſt Neritinus Antiſtes, non Kalendis Martiis, ut perperam Ambroſius Lucentius commemorat, ſed 11. Kalendas ejuſdem menſis anno Domini 1423. ut veteres Neritonenſium Antiſtitum Catalogi notant. Is Eccleſiaſticam Diſciplinam in Univerſa ſibi credita Diœceſi, tam apud Græcos, quàm Latinos Populos egregiè provexit. S. Bernardinum Senenſem vitæ ſanctimonia, ac Miraculorum gloria tunc maximè florentem Neriti excepit. Cum vero in urbe ipſa, tum etiam in pleriſq; Diœceſis Oppidis author fuit, ut ab ipſo aliquandiu ingenti cum omnium fructu ſacrum Chriſti Evangelium publicè exponeretur. Prædicatorum Ordinis fratres Neritum introduxit, ipſiſque domos etiam ad commodiorem habitationem proprio ære cœptas attribuit. Pontificias ædes nobili ſcalarum opere nobilitavit. Quarta nonas Octobris anno 1433. Donationem feudorum Fangi, atque Paludium à nobili fœmina Pippa de Sancto Blaſio ſibi, ac ſucceſſoribus Epiſcopis factam ſolemni celebritate ſuſcepit. Quoniam verò gravi per id temporis ſenio, aliiſque adverſæ valetudinis incommodis premebatur, quo diligentius creditæ ſibi ampliſſimæ Diœceſis bonè incumberet, Ludovicum Scorpium Pinnenſem Patricium, Utriuſque Juris ſcientia, tractandarum rerum peritia, pluribuſque geſtis muneribus ætate ſua longè conſpicuum anno D. 1434. Coadjutorem Epiſcopum ab Eugenio IV. Summo Pontifice impetravit. Quo tamen importuna mortis vitio uno plus anno Neritina Eccleſia frui non potuit. Quare jure meritoq; vir eruditus Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapol. fol. 197. ex publicis, atque coævis Neopolitani Archivi Regiæ Cameræ monumentis conqueritur Virū tantum in Catalogo Neritonenſiū Antiſtitum à Ferdinando Ughello omiſſum fuiſſe. Amanuenſium tamen, vel impreſſorum oſcitantia apud laudatum Toppium factum eſt, ut quod ad Ludovici tempus attinet, quo Neriti præerat, annus Chriſti 1465. pro 1435. poſitus ſit. Rexit autem Neritinam Eccleſiam Ioannes Barella annos 12. ac menſes circiter Novem. fatiſque ceſſit menſe Decembri anno Chriſti 1435. quemadmodum Veteres Neritonenſium Antiſtitum Catalogi produnt. Emendandus eſt itaque Ferdinandus Ughellus ubi ex libro Obligationum, qui nihil tale communiſcitur, ſcripſit, annum Dom. 1436. Ioanni Barellæ extremum fuiſſe.* Pollidorus.]

3. STEPHANUS Pendinellus Brundusinus, ſucceſſit anno 1436. ultima Aprilis, poſtea translatus ad Archiepiſcopalem ſedem Hydruntinam. an. 1451. ex eodē lib. quo Præſule Hydruntina Civitas an. 1480. à Turcis capta, idem jugulatur immaniter ab illis.



(,, STEPHANUS, *è nobili familia Argercula, cui*
,, cognomen etiā de Pendinellis acceſſit, Patria fuit Ne-
,, ritonenſis, quemadmodum Vetera Epiſcopalis Archi- B
,, vi Neritini monumenta, aliq. Coævi, atque recentio-
,, res Scriptores produnt, nō autem Brunduſinus, ut Scri-
,, pſit Ughellus, ſeu Galatinus, ut placuit Arcudio in libro
,, inſcripto: Galatina Letterata pag. 156. Patriæ Urbis
,, Epiſcopus delectus eſt 6. Idus Februarii anno Domini
,, 1436. ut legitur in antiquo Vaticani Archivi volumi-
,, ne, cui titulus eſt Provisionum Eugenii IV. lib. 2. fol.
,, 25. Quare emendandus jure eſt Ughellus, ubi ad pridie
,, Kal. Majas id perperam retulit. Ob inſignem, qua Ste-
,, phanus claruit Vitæ Sanctimoniam, aliaſque præcla-
,, ras animi dotes, nedum Iapygiæ Univerſæ, verum e-
,, tiam Tarentinis Principibus, ac quotquot ætate ſua
,, vixerunt, Neapolitanis Regibus acceptiſſimus extitit.
,, A Sacris Confeſſionibus fuit celeberrimæ Iſabellæ de
,, Claramonte ex Cupertini Comitibus Ferdinandi Se-
,, nioris Neapolitanorum Regis uxori ob eximiam vitæ
,, probitatem ab Hiſtoricis commendatiſſimæ. Neritinæ
,, ſuæ Eccleſiæ Iura, quæ à nonnullis uſurpata fuerant, di-
,, ligenter recuperavit; in dubium vero revocata invi-
,, ctiſſime defendit, & aſſeruit. Cathedralis Templi fa- C
,, ciem magnificentius reſtituit, ornavitque. Poſtquam
,, vero Neritinæ Eccleſiæ annos XV. Menſes IV. ac dies
,, IX. quam ſanctiſſime præfuiſſet, XVI. Kal. Quintilis an-
,, no à Virginis partu 1451. à Nicolao ejus nominis V.
,, Hydruntis Archiepiſcopus factus, ibidem capta à Tur-
,, cis Urbe pro Chriſti fide glorioſiſſime mortem oppetiit 3.
,, Idus Sextilis anno 1480. Pollidorus.)

IV. 4. LUDOVICUS de Pennis Neapolitanus decretorum doctor, creatus 16. Kalendas Julii an. 1451. exceſſit anno 1458.



(,, LUDOVICUS *de Pennis Neapolitanus, gene-*
,, re, ac Sacrorum Canonum peritia clarus, ſucceſſit Ste-
,, phano Argerculo 16 kal Julias anno Domini 1451. ut
,, legitur in antiquo Volumine Proviſionum Nicolai V.
,, ſummi Pontificis fol. 46. quod in Vaticano Archivo
,, ſervatur. Paulo poſt quam Epiſcopatus poſſeſſionem
,, eſt adeptus, novam Theſaurariatus Dignitatem in
,, Cathedrali Templo inſtituit. Juriſdictionem in He-
,, bræos homines tunc temporis Neriti morantes per ſum-
,, mum nefas ſibi, & Eccleſiæ ſuæ à Joanne Antonio Taren-
,, ti Principe ablatam, Ferdinandi I. Neapolitanorum Regis
,, auctoritate, ad quem indignæ rei cognitionem detulit, in-
,, fracta animi conſtantia Neritinis Epiſcopis rurſus aſſe-
A *,, ruit. Ab eodem Rege, cui chariſſimus extitit, complurium etiā*
,, ampliſſimorum Privilegiorum confirmationem obtinuit.
,, Varia Opulentiſſima Neritonenſis Epiſcopatus Bona præ-
,, teritorum bellorum tempore à nonnullis præpotentibus Ja-
,, pygiæ Regulis uſurpata recuperavit. Cathedralem Eccle-
,, ſiam ſævientium Terræ motuum detrimentis labentem
,, maxima ex parte reſtituit, eandemque egregie adornatam
,, 16 Kal. Decembris anno à Virginis partu 1479. celeberri-
,, ma pompa curſus Deo Optimo maximo in honorem Bea-
,, tiſſimæ Dei Genitricis in Cœlum aſſumptæ dicavit. Cujus
,, Dedicationis dies feſtus, quo Sanctior, atq, celebrior nedum
,, Civibus, verum etiam cæteris eſſet in poſterum, anno ſe-
,, quenti ampliſſimum Diploma ab eodem Rege impetravit,
,, quo Univerſi quotquot in Urbe eſſent, quique eodem exer-
,, cendarum Nundinarum cauſſa octo proximè ſequentibus
,, diebus convenirent, omnibus prorſus ſolutis vectigalibus,
,, atq, oneribus ſoluti ſunt, atque immunes redditi. Præfuit
,, Ludovicus Neritinus Epiſcopus annos duos atq, triginta,
,, Menſes ſex, & dies aliquot, obiitque Senex Nonagenarius
,, Januario menſe ineunte anno Domini 1484. ut ex pluri-
B *,, bus Epiſcopalis Archivi vetuſtis monumentis liquido con-*
,, ſtat. Emendandi ſunt igitur Ferdinandus Ughellus, & Am-
,, broſius Lucentius in Catalogis Neritinorum Antiſtitum,
,, ubi Septennium circiter Ludovicum ipſum Neritinam Ec-
,, cleſiam rexiſſe, annumq; 1458. extremum illi vitæ fuiſſe
,, confingunt. Pollidorus.)

5. LUDOVICUS de Juſtinis de Caſtello, defuncto Ludovico, præficitur anno 1458 præfuit annos V.
33. de quo acta Conſiſtor. Reſignavit anno 1491.



C (,, LUDOVICUS *Juſtinus, nobilis Tiphernas, Six-*
,, ti IV. Pontificis Maximi Prælatus Domeſticus, &
,, Capellanus, ſucceſſit alteri Ludovico menſe Januario
,, anno Domini 1484. non autem 1458. quemadmodum
,, Ughellus, atque Lucentius notatum reliquere. Reli-
,, gione in Deum, ac in pauperes pietate maximè enituit.
,, Rexit vero vigilantiſſime Neritonenſem Eccleſiam
,, annos octo, menſes undecim, & dies aliquot, fatiſque
,, ceſſit anno 1492. ut ex vetuſtis Neritonenſium Anti-
,, ſtitum Catalogis, aliiſque pluribus Epiſcopalis Ar-
,, chivi ſcriptis certiſſime conſtat, non autem 1491. ut
,, laudatis nuper Ughello, atque Lucentio placuit, qui eo-
,, dem Ludovico nullo prorſus Hiſtoriæ fulti momento,
,, tres ſupra triginta Epiſcopatus annos perperam tribue-
,, re. Pollidorus.).

6. GABRIEL Setarius Neapolitanus ab Innocentio VIII. creatus anno 1491. die 12. Decembris, VI.
D translatus ad Avellinam Eccleſiam anno 1507.



(,, GABRIEL *Setarius Neapolitanus, vir genere,*
,, atque doctrina conſpicuus creatus eſt Neritinus Epiſ-

,, co-

,, copus ab Innocentio VIII. Julio menſe anno à Virginis A
,, partu 1492. non autem prid. Idus Decemb. anno 1491.
,, quemadmodum apud Ughellum notatum legimus. Ob
,, inſignes, quibus floruit, animi dotes Ferdinando, ac
,, Friderico, utrique ejus nominis ſecundo Neapolitano-
,, rum Regi chariſſimus fuit. Creditam ſibi Diœceſim
,, ſumma cura, ac diligentia rexit. Imminutos Nere-
,, tini Epiſcopatus redditus auxit. Pontificias ædes tem-
,, porum injuriis, ac vetuſtate labentes, quæ parte occi-
,, dentem ſpectant, magnificentius reſtituit. Lupienſis pa-
,, riter Eccleſiæ eodem tempore rector fuit. Sedit Neri-
,, tinus Epiſcopus annos XV. ac menſes circiter tres: An-
,, no autem 1507. ad Abellinam, & Frequentinam trans-
,, latus Eccleſiam, ibidem haud ità multo poſt vita de-
,, ceſſit. Pollidorus.)

VII. 7. ANTONIUS de Caris Barenſis, Epiſcopus Avellinus, huc translatus 26. Octobris 1507.



B

(,, ANTONIUS de Laris nobiliſſimo genere Barii
,, in Apulia natus, Caſtellanetenſis primum Epiſcopus,
,, & a Ferdinando Seniore Neapolitanorum rege gra-
,, viſſimis de rebus in Pannoniam legatus miſſus, mox
,, Abellinus, ac Frequentinus renunciatus Antiſtes à Fer-
,, dinando Ughello in Catalogo Epiſcoporum utriuſque
,, Eccleſiæ perperam cum Antonio de Pyrro confuſus,
,, translatus eſt ad Neritinam Eccleſiam à Julio II. C
,, Pontifice Maximo 8. Kal. Novembris anno 1507.
,, eandemque ſanctiſſimis moribus, & inſtitutis rexit
,, annos circiter decem. Obiit autem Neriti anno Do-
,, mini 1507. ſepultuſque eſt in Sacrario, ut ex Nerito-
,, nenſium Antiſtitum Catalogo ab ejuſdem temporis
,, authore conſcripto didicimus.

VIII. 8. ALOYSIUS Cardin. de Aragonia, perpetuos hujus Eccleſiæ Adminiſtrator factus anno 1517.



D

(,, Aloyſius S.R.E. Diaconus Cardinalis ab Arago-
,, nia Tituli S. Mariæ in Coſmedin, Henrici ab Arago-
,, nia Hieracenſis Marchionis filius, Neapolitanorum
,, regum Alphonſi I. Pronepos, ſenioriſque Ferdinandi
,, Nepos, non nothus filius, ut Ferdinandus Ughellus in to-
,, mo IX. Italiæ ſacræ de Lupienſibus Epiſcopis col. 1114.
,, aliique commenti ſunt. Perpetuus Neritini Epiſcopa-
,, tus Commendator, atq; Adminiſtrator factus eſt a Leo-
,, ne X. Summo Pontifice 17. Kal. Aprilis anno Domini
,, 1517. ut liquet ex Vaticani Archivi volumine, quod
,, titulum præfert Proviſiones Leonis X. Pontificis Ma-
,, ximi lib. 12. fol. 172. Spiritualium rerum curam ceſſit
,, Nicolao Melchiorio anno ſequenti; Temporalium vero
,, regimen, quod ſolum ſibi reliquum fecit, ſapienter geſſit
,, uſque ad obitum, qui II. Kal. Februarias anno à Vir-
,, ginis partu 1519. Romæ accidit. Sepultus jacet in clau-
,, ſtro cœnobii S. Mariæ ſuper Minervam Ordinis
,, Prædicatorum, ubi proprium ſpectatur ſepulchrum
,, cum Epitaphio. Pollidorus.)



B

[,, NICOLAUS Melchiorius Recinetenſis, ex Or- IX.
,, dine Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Magiſter egre-
,, gius, Cyrenenſis Epiſcopus, vir generis nobilitate, æquè
,, ac eruditione clarus, ab Ughello in Neritonenſium
,, Antiſtitum ſerie omiſſus, regimen ſpiritualium rerum
,, Neretinæ Diœceſis Leonis X. ſummi Pontificis au-
,, thoritate ſuſcepit menſe Decembri ann. 1518. dimiſit-
,, que poſt ſex circiter menſes. Romam deinde reverſus,
,, ibique graviſſimis pro Catholica Eccleſia rebus inten-
,, tus, mortuus eſt an. ab ortu Servatoris 1535. Pollidor.)

9. MARCUS Cardinalis Cornelius Venetus, X.
demortuo Aragonio Adminiſtrator factus à Leooe X. anno 1519. 24. menſis Junii;reſignavit anno.



(,, MARCUS Cornelius Patricius Venetus, Geor-
,, gii Senatoris longè Clariſſimi, & Catharinæ Cypri
,, Reginæ fratris filius, S. R. Eccleſiæ Cardinalis ampliſ-
,, ſimus, ſucceſſit Ludovico ſimul, ac Nicolao 8. Kalend.
,, Quintilis anno Chriſti 1519. Neritinæ Eccleſiæ Præ-
,, fecturæ ceſſit anno 1521. obiitque poſt biennium in Ur-
,, be Patria 7. Kal. Auguſti, ut certiora Hiſtoriæ Monu-
,, menta ſignificant. Pollidorus.)

10. JACOBUS ANTONIUS Aquaviva, Bel- XI.
liſarii Nardi Ducis filius, creatus anno 1521. 25. Februarii, ſedit annos 9. nolens, volenſque abdicavit anno 1532.

D




(,, JACOBUS Antonius Aquivivus ab Aragonia,
,, Neritonenſis Beliſarii Nerituorum Ducis longè do-
,, ctiſſimi filius, politioribus literis, ac Philoſophicis Stu-
,, diis oppido excultus, electus eſt Neritinus Epiſcopus a

,, Leo-

„ *Leone X. Pontifice Maximo die 25. menſis Februarii „ anno Domini 1521. Religioſiſſimam ſodalitatem ſub „ titulo S. Mariæ ab Angelo Nunciatæ Neriti inſtituit, „ illique elegans Templum, quod nunc à Fratribus Car- „ melitani Ordinis poſſidetur, erexit. Præfuit Neritinæ „ Diœceſi non annos novem, ut ſcripſit Ughellus, ſed de- „ cem, ac menſes aliquot. Uxorem autem ducturus, quo- „ niam Clericali autem tonſura inſignitus erat, Neri- „ tinæ Eccleſiæ regimen dimiſit anno Domini* 1531. *e- „ xeunte. Fuit autem Iacobus Antonius non uno nomine „ de Neritina Eccleſia optime meritus; præter alia e- „ nim, quæ ipſi contulit diverſi generis Beneficia, qua- „ draginta quotannis aureos numos ad Cathedrale Tem- „ plum reſtaurandum, vel in ſacras ſupellectiles pro ſa- „ crorum Præſidum arbitrio erogandos legavit, ut liquet „ ex Teſtamento Neapoli ſcripto à Notario Ioanne „ Laurentio de Roſa Neapolitano die 23. menſis Decem- „ bris 1568. quo ibidem pridie. Kalendas Ianuarias vita „ deceſſit*. Pollidorus.)

XII. 11. JO:DOMINICUS Cardinalis de Cupis, Jacobo cedente, hanc ſuſcepit Eccleſiam 15. Januarii 1532. quam ad annum uſque 1536. adminiſtravit.



(„ JOANNES *Dominicus de Cupis, Romanus, S. „ R. E. Cardinalis Albanenſis Epiſcopus, vir genere, „ prudentia, atque doctrina conſpicuus, Neritinæ Eccle- „ ſiæ poſt Iacobum Antonium præfectus eſt 17. Kal. Fe- „ bruarias anno à Virginis partu 1532. eandemque vigi- „ lantiſſime rectam dimiſit anno 1536. Quum interim „ Sabinenſis primum, mox Portuenſis, ac etiam Præne- „ ſtinus, ut nonnulli produnt, renunciatus eſſet Antiſtes. „ Demum ſacri Cardinalium Collegii Decanus factus „ meritis, atque muneribus clarus obiit Romæ 4. Idus „ Decembris* 1553. Pollidorus.)

XIII. 12. JO:BAPTISTA Aquaviva, Jacobi ſuperioris frater germanus, electus anno 1536. 22. Maji.



(„ JO:BAPTISTA *Aquivivus ab Aragonia, Ne- „ ritonenſis laudati paullo ante Jacobi Antonii germa- „ nus frater, ſucceſſit Joanni Dominico II. Kal. Junias „ anno Domini 1536. Princeps fuit cum pietate, atque „ prudentia, tum etiam innocentia, atque animi cando- „ re præditus ſingulari. Epiſcopale Palatium, qua parte „ meridiem ſpectat, novis cubiculis auxit. Cathedrale „ templum ornavit, atque elegantius reddidit. Carmeli- „ tarum Ordinis Fratres, & quos Capuccinos vulgus ap- „ pellat, Neritum introduxit. Præfuit Neritinæ Eccleſiæ „ annos. 32. menſes duos, ac dies 23 fatiſq; ceſſit Idibus Au- „ guſti anno 1569. ætatis verò* 56. Polidorus.)

13. Fr. AMBROSIUS Salvius à Balneolo Avellinæ Diœceſis Ordinis Prædicatorum, creatus anno 1569. obiit 1577. Neapoli in Eccleſia S. Spiritus ſui ordinis ad ejus memoriam hæc ſpectatur inſcriptio. XIV.

Magiſtro Ambroſio Salvio Balneatenſi ordinis Prædicatorum Vicario Generali, Neritonenſium Epiſcopo, doctrina, & pietate claro, Pio V. Carolo V. Concionibus grato, quod templum hoc conſilio, operaq; auſpicatus eſt, Præfecti ſtatuam erigendam decreverunt. Anno CIↃ. IↃC. XIII.



(„ AMBROSIUS *Salvius Balneolenſis, non Abellinæ, „ ut perperam ſcripſit Ughellus, ſed Nuſcanæ Diœceſis, Or- „ dinis Prædicatorum Generalis Vicarius, Theologiæ ſcien- „ tia, vitæque Sanctimonia celeberrimus, à Sancto Pio V. cui „ à Sacris Concionibus fuerat, creatus eſt Neritinus Epiſco- „ pus, 7. Kal. Septembris, anno ab ortu Servatoris 1569. cre- „ ditamque ſibi Diœceſim non minus virtutibus, quam glo- „ rioſiſſimis rebus geſtis illuſtravit. Inſtituenda Eccleſiaſti- „ ca Diſciplina S. Caroli Borromæi labores æmulatus eſt, „ Eccleſiaſticæ immunitatis, ac Libertatis aſſertor acerri- „ mus. Regularem obſervantiam Sacrarum Virginum Mona- „ ſteriis reſtituit. Cathedralis Eccleſiæ Canonicos ex 30 ad „ 20 reduxit. Synodum celebravit. Epiſcopales ædes majori „ ferè ex parte reſtituit; Cathedrale Templum elegantiſſi- „ ma Campanaria turri, aliiſque fabricæ Operibus decora- „ vit Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Hydria in Copertini ſu- „ burbio una cum magnifico Cœnobio Prædicatorum Ordinis „ Fratribus erexit, atq; opulentos redditus attribuit. Earun- „ dem fratrum Monaſteria Neriti, atque Galatenæ poſita, „ quoniam vetuſtate labebant, reſtituit, pluribuſque diverſi „ generis elegantiſſimis ædificiis auxit. Præclariſſimas tanti „ Pontificis res geſtas duobus libris complexus eſt vir erudi- „ tiſſimus Sebaſtianus Pauli è Clericis Regularibus Matris „ Dei, hoc ipſo anno Neapolitanis typis excuſos, quos, ſi ve- „ lit, conſulat lector. Obiit verò tantus Antiſtes Neapoli 5. „ Idus Februarii anno Domini 1577 Quem Præfecti Nobi- „ liſſimæ ſodalitatis ſub titulo S. Spiritus ejuſdem Urbis, tan- „ quam fundatorē, atq; parentem Optimum in proprio Tem- „ plo, quod perperam Ughellus Prædicatorum Ordini attri- „ buit, publica pariter donarunt ſtatua.* Pollidorus.]

14. CÆSAR Bovius Bononienſis, Andreæ filius, Abbas S. Andreæ Brunduſii, à Gregorio XIII. Epiſcopus delectus an. 1577. 15. Aprilis. E vivis eximitur an. 1583. jacet in Cathedrali, in qua ex marmore hæc legitur inſcriptio. XV.

Cæſar Bovius nobilis Bononien. oriundus Brundiſio, Epiſcopus Neritonenſis, juris civilis, & Pontificii peritus, Clero, Temploque reformato charus omnibus, lachrymatus omnibus, obiit an. Dom. 1583. Præſulatus ſui 6. Hieronymus de Franchis Epiſcopus Neritonenſis P. anno Domini M. DC. XIX.

Præſulatus ſui xi.

[„ *Cæſar Bovius Bononienſis origine, patria verò Brun- „ duſinus, Joannis Caroli Bovii ejuſdem Urbis Archiepiſ- „ copi, generis nobilitate, pietate, & eruditione clariſſimi ger- „ manus frater, S. Caroli Borromei Cardinalis, & Mediola- „ nenſium Archiepiſcopi familiaris, utriuſque Juris pe- „ ritia, ac vitæ ſanctitate conſpicuus, à Gregorio XIII. „ Pontifice maximo 17. kal. Majas anno Domini 1577. „ Ambroſio Salvio ſuffectus Neritinam Eccleſiam an-*

„ non



„nos 5. & menſes 9. vigilantiſſimè rexit. Intereà vero „Diœceſanam Synodum habuit; Eccleſiaſticam Diſciplinam viriliter provexit; Eccleſiam S. Mariæ, cui à „Cryptella nomen eſt, extra Cupertini mœnia poſitam „una cum conjunctis ædibus magnificentiſſimè erexit. „Diœceſi autem perquam ſanctè compoſita, ſaluberrimiſque Inſtitutis Clero inſtructo Nerti vita deceſſit „17. Kal. Februarii anno Domini 1583. Pollidorus.) B

XVI. 15. FABIUS Fornarius Brundusinus, an. 1583. 9. Martii deſignatur à Gregorio XIII. obiit verò anno 1607.



C

(„FABIUS Fornarius Patricius Brunduſinus, Cæſaris Bovii ex ſorore nepos, ac Generalis Vicarius, „Utriuſque juris peritiſſimus, à Gregorio XIII. paullò „ante laudato Neritinus Epiſcopus 7. Idus Martii an. „Domini 1583. dictus eſt, quam dignitatem ſedulò ſtudio, egregiiſque virtutum argumentis exercuit. Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ redditus auxit: eorũdem Chorum elegantiſſimis ſedibus affabrè elaboratis „inſignivit; plures Diœceſanas Synodos habuit; Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum prope Galatenam miraculis „claram non parvis collatis ſumptibus erigendam curavit. Ibidem magnificum ædificium, quod ſucceſſoribus „Epiſcopis inter graviſſimas Epiſcopatus curas animorum relaxationi eſſet, excitavit. Vixit Neritinus Antiſtes annos 12. menſes 11. ac dies totidem, obiitque „20. Februarii die, anno Chriſti 1596. non autem 1607 D „quemadmodum Ughellus, atque Lucentius ſcribunt, „qui tres ſupra viginti Epiſcopatus annos eidem Fabio „perperam attribuunt. Poſt obitum in laudatam Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum ipſius Corpus translatum, ibidem nobili ſepulchro, atque ſequente Epitaphio donatum jacet.

„Fabius Fornarius Neritinæ Eccleſiæ Pri-
„mum Vicarius Generalis, mox Epiſcopus, Ca-
„nonici Juris peritia Commendatiſſimus, Sy-
„nodis celebrandis, ac moribus reformandis
„Sacerdotali munere egregiè functus. ejus Cor-
„pus huc tranſtulit, & memoriam penè aboli-
„tam renovavit Antonius Sanfelicius Epi-
„ſcopus Neritinus. Pollidorus.)

XVII. 16. LÆLIUS Landus Sinueſſanus electus 1607. mortem oppetiit anno 1610.* In Carpineto ſuæ diœceſis oppido, dum viſitationis munere fungeretur, ibi-

* Ex App. tom. 5.

A dem in majori eccleſia tumulatus, cui Hieronymus Franchus ſucceſſor hoc inſcripſit in marmore elogiũ.

Lælius Landus Epiſcopus Neritonen. generis claritate, rerum doctrina, vitæ ſanctitate inſignis, Xiſti V. Pont. Max. juſſu ſacrorum Bibliorum corrector, migrans in cœlum, hic corporis reliquit exuvias Anno D. MDCX. Præſul. ſui XIV. Hieronymus de Franchis Epiſc. Neritonen. Poſuit anno ſal. MDCXIX. Præſ. ſui anno ſecundo.

De Lælio legendus Lucius Saccus de Seſſæ civitatis origine.



(„LÆLIUS Landus Sueſſanus generis nobilitate, „eruditione, præſtantiorum linguarum peritia, ac Theologicis præſertim ſcientiis longè clariſſimus, celeberrimi Antonii Caraffæ S. R. E. Cardinalis ampliſſimi „diuturno uſus contubernio, ſub Gregorio XIV. Pontifice Maximo correctioni Sacrorum Bibliorum Latinæ vulgatæ editionis adhibitus, à Clemente VIII. „quinto Idus Septembris anno Domini 1596. Neritonenſis renunciatur Epiſcopus, ut conſtat ex luculento ea „de re dato Diplomate, quod in Epiſcopali Archivo ſerC vatur. Emendandi ſunt itaque Ferdinandus Ughellus, „atque Lucentius, qui anno Chriſti 1607. id factum produnt. Per Procuratorem Neritini Epiſcopatus poſſeſſionem adeptus Romæ cum aliis pluribus Apoſtolicæ „ſedis arduis negotiis, tum præcipuè graviſſimis illis „Congregationibus de auxiliis Divinæ Gratiæ Apoſtolica auctoritate cẽſor præfuit. Rem catholicam eximiis „ſcriptis, atque conſilio perpetuo juvit. Neritum denique anno Domini 1609. profectus, Diœceſim inviſens, „maximis meritis cumulatus, nec ſine inſigni ſpectatæ „Sanctimoniæ fama Cupertini, non autem Carpineti, „ut notavit Lucentius, migravit ad Chriſtum 8. Kalen. „Decembris 1610. quum annos 13. ac dies 14. Neritonenſis præfuiſſet Epiſcopus. Sepultus jacet in Presbyterio Collegiatæ Eccleſiæ, quo celebri pompa è minus decenti loco translatus fuit ab Illuſtriſſimo D. D. Antonio Sanfelicio Epiſcopo, ornatuſque ab eodem eſt ſequenti æquè eleganti, ac honorifico Epitaphio.

„Lælius Landus Epiſcopus Neritinus in ar-
D „duis Catholicæ Religionis negotiis, & cele-
„berrimis de Divina Gratia controverſiis
„definiendis Romæ adhibitus; ubi & in Bi-
„bliorum Divinorum emendatione Princi-
„pale onus, Clemente VIII. Pont. Max. teſte,
„ſuſtinuit; Sacerdotali fortitudine & Eccle-
„ſiaſtica Diſciplinæ Zelo Viris Sanctiſſimis
„comparandus. Antonius Sanfelicius Epiſ-
„copus Neritinus tanti antiſtitis memoriam
„ſolẽnibus officiis, & funebri oratione proſe-
„quutus ejus Oſſa in locum decentiorem ho-
„norificè tranſtulit quinto decimo Kalendas
„Decembres M. DCCX. Pollidorus.)

17. ALOYSIUS de Franchis nobilis Capuanus, XVIII. Clericus Regularis, Epiſcopus Vicanus, huc tranſlatus anno 1611. 26. Ianuarii. Iacet in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

Don. Aloyſius de Franchis Vincen. filius Epiſcopus Neritonen, poſt bene conſtitutam Ec-

cleſiam, & Diœceſim, ea ubi jacet. Obiit die xvi. Aug. an. Domini MDCXVI. ætatis ſuæ xlvi. Don Andreas de Franchis Philippi III. Ajorſa Comes, miles ordinis Alcantaræ, Iacobi fratris filius P. M. DCXIX. A



[„ALOYSIUS *de Franchis Patricius Capuanus, „Sacra Theologia ſcientia, atq; Eccleſiaſtici Juris peritia clarus, Magni illius Vincentii Juriſconſultorum „ſui temporis facile Principis filius, ab ineunte ætate „Clericorum Regularium, quos vulgo Theatinos appel- „lant, Inſtitutum profeſſus, inde à Paulo V. Pontifice „Maximo Vico Æquenſis Eccleſiæ renunciatur Epiſco- „pus; ex qua Januario menſe, non autem Junio, ut Ughel- „lus, atque Lucentius ſcribunt, anno à Virginis partu „1611. ad Neritinum Epiſcopatum ab eodem Pontifice „tranſlatus eſt. Creditum ſibi poſtremò loco Diœceſim „præclaris virtutum argumentis ab inita poſſeſſione „rexit annos 4. Menſes 9. ac dies 16. fatiſque ceſſit 16. „Kal. Sextilis anno Domini 1616.* Pollidorus.) B

XIX. 18. HIERONYMUS Franchus Aloyſii frater eidem ſucceſſit die 13. Novemb. an. 1617. Sacrarium ampliavit, ut ex ibidem appoſita inſcriptione liquet.

Hieronymus de Franchis Vincentii filius Epiſcopus Nerit. Patritius Capuanus, Regis Philippi III. Conf. hoc ſacrarium ex pecunia C *quondam legata à Iacobo Antonio Aquaviva Epiſcopo Neritonen. & ære ſuo reficiendum, amplificandumque curavit anno ſalutis M. DC. XIX. ſui Præſulatus II.*

Sacellum Crucifixi in Cathedrali, à Civibus adjutus, ædificavit, & ornavit, ut docet ſequens inſcriptio.

Novum hoc ſacellum, in quo vetuſtiſſima Crucifixi Imago variè in hac Eccleſia locata, ac S. Gregorii Armeniæ Archiepiſcopi, Neriti patroni, aliorumque SS. reliquiæ aſſervantur, Hieronymus de Franchis Vincen. filius, Epiſcopus, ac Civitas Neritina, Syndicis Octavio Nuccio, Joanni Iacobo Maſſa, & Ioann. Vincentio Orlando, Hieronymo Manerio, & Ioanne de Abbata, communibus impenſis conſt. fecerunt anno ſalutis M. DC. XXV.

Tranſlatus eſt deinde Hieronymus ad Archiepiſcopalem ſedem Capuanam anno 1634. ubi extrema clauſit ann. 1635. Inter inſcriptiones eruditiſſimi viri Ioan. Bapt. Urſi Neapolitani è Societate IESU, ſe- D quentem obſervavimus inſcriptionem in Hieronymum noſtrum poſteritati commendatam.

Hieronymus Epiſcopus Neritenſis Archiep. Capuanus Vinc. de Franchis filius, honores quo fugit impenſius, hos habuit obvios cumulatius. Gemina uno tempore oblata thyara Puteolana à potentiſſ. Rege Hiſpaniarum Philipp. III. Neritenſe à ſanctiſſ. Pontific Rom. Paulo V. remiſſaque illa, hac, quam rejicere nequit, admiſſa. Viſa inſigniter innocua, nec avara, & vigili, paſcendo, tutando intentus gregi nec opinans, nec cupiens, ad Archiepiſcop. evehitur Capuanum, menſuramque tanti muneris abunde explevit, menſura ætatis parce, vita functus eſt an. ſal. hum. CIↃIↃCXXXV. Auguſtiore dignus urna, ſed hanc ſuæ, fratriſq. memor modeſtia P. Thomas de Franch. Reg. Conſil.



(„HIERONYMUS *de Franchis Aloyſii germanus frater, magno vir ingenio, ac Utriuſque Juris periti- „tiſſimus, dum Philippi III. Hiſpaniarum Regis Capel- „lani munus obiret anno Domini 1616. 6. Idus Decem- „bris, non autem 13. die menſis Novembris, quemadmo- „dum Ughellus, atque Lucentius produnt, ſucceſſit Aloy- „ſio. Creditam ſibi Diœceſim, & vigilantiſſimè rexit, & „Sanctiſſimis erudivit Inſtitutis. Eccleſiaſticæ liberta- „tis, atque Immunitatis fuit defenſor invictus. Epiſcopa- „tus Jurium aſſertor acerrimus. Primam, Secundam, „Tertiam, Quartam, Quintam, & Sextam, Diœceſa- „nam Synodum edidit. Ordinis Minimorum Fratribus, „atque Auguſtinianis Diſcalceatis, ut non longe à Ne- „ritina Urbis mœnia Cœnobia ædificarentur, auctor fuit. „Sedit Neritonenſis Epiſcopus annis XV. menſe uno, & „diebus VIII. anno verò 1634. ab Urbano VIII. Capua- „no Archiepiſcopatui præfectus, exeunte Januario men- „ſe anni proximè ſequentis Neapoli, non verò in Capua- „na Eccleſia, quemadmodum putavit Ughellus, diutur- „niore autem longè digniſſimus vita deceſſit.* Pollidorus.)

19. FABIUS Ghiſius nobilis Senenſis, U. S. Ref. olim Ferrariæ Vicelegatus, Melitenſis inſulæ Inquiſitor, ab Urbano VIII. hujus Eccleſiæ Præſul electus C die 8. Ianuarii 1634. Apoſtolicus Nuncius in Colonia ab eodem Pontifice miſſus, virtutis, doctrinæ, & dignitatis anteceſſorum ſucceſſor, & poſſeſſor factus, XX quo tot illuſtres familiæ ſuæ viros facilius, & certius adæquare poſſit, improbo, indefeſſoq; labore, ad gloriã contendit, cujus exaggeratas virtutes, ne ejus modeſtiam oneremus, aliis reliquimus numerandas.

A D D I T I O.



D

(„FABIUS *Chiſius, nobiliſſimo genere Senis in E- „truria natus, morum probitate, politioribus literis, do- „ctrina, cæteriſque præclaris animi dotibus inſignis, V. „S. Ref. Ferrariæ Prolegatus, Pontificii exercitus Com- „miſſarius, dum Generalis Inquiſitoris, & Apoſtolici „Delegati munere Melitæ fungeretur, non anno Domi- „ni 1634. ut ſcribit Ughellus, ſed 1635. Januario menſe „ineunte Neritinus Epiſcopus ab Urbano VIII. re- „nunciatus eſt. Haud ita multo poſt Apoſtolicæ ſedis „Nuncius ad tractum Rheni, aliiſque inferioris Ger- „maniæ Partes cum poteſtate legati de Latere ab eodem „Pontifice mittitur, necnon Prælatus Domeſticus, ac „Pontificii ſolii Epiſcopus Aſſiſtens pronunciatur. Inde „Monaſterium ad ſtabiliendam cum Europæ Principi- „bus Pacem Nuncius extra ordinem mittitur. Anno*

„ Domini 1651. poſt Urbani VIII. obitum, è Germania revocatus, ſummæ rei à ſecretis ab Innocentio X. præficitur, ac 19. menſis Februarii anni proximè ſequentis S.R.E. Presbyter Cardinalis titulo S. Mariæ de Populo pronunciatur. Rexit Fabius vigilantiſſimè Neritinam Eccleſiam quamvis ſemper abſens, annos 17. menſes 4. & dies aliquos, translatuſque eſt ad Imolenſem Eccleſiam in Æmilia idibus Majis ejuſdem anni. Triennium tamen vir tantus in ipſius Eccleſiæ regimine minime explevit; ſed anno 1655. Innocentio vita functo die 7. Aprilis octogeſima poſt incæpta Comitia Pontifex maximus renunciatus eſt, ſuſceptoque Alexandri VII. nomine, rerum geſtarum numere, & magnitudine celebriores quoſque ſui ordinis Pontifices ſummos æquavit. Obiit Romæ omnium dolore confectus 11. Kal. Junias anno elapſi ſæculi 67. Ad perpetuam vero relictæ a ſe Neritinæ Eccleſiæ memoriam laudatus Illuſtriſſimus Epiſcopus D. Antonius Sanfelicius cum Marmorea effigie ſequentem inſcriptionem in Cathedrali Templo ponendam curavit.

„Alexandro VII. Chriſto Pont. Maximo Eccleſiæ olim Neritonenſis Epiſcopo, è qua per annos XVIII. adminiſtrata & exculta ad Sacrum Cardinalium Collegium, tum ad ſedem Apoſtolicam regendam aſſumptus, eſt Antonius Sanfelicius Epiſcopus Neritonenſis, ut ſanctiſſimi anteceſſoris memoria, ac tantum Eccleſiæ ſuæ Decus ad Poſteros traduceretur, Monumentum poſuit.

„Anno æræ vulgaris MDCCXV.




XXI. „CALANIUS à Ciaja Patritius Senenſis, laudatæ Alexandri VII. ſummi Pontificis Levir, morum ſanctimonia, æquè ac eruditione conſpicuus, Neritinus renunciatus eſt Epiſcopus ab Innocentio X. Kal. Julii anno Domini 1652. Diœceſanam Synodum habuit. Eccleſiaſticam Diſciplinā in univerſa diœceſi mirè promovit: dum autem longè majora conatur contra bonorum omnium vota tertio nonas Decembris anno Domini 1654. humanis rebus exemptus eſt, inſigni apud poſteros Sanctimoniæ fama relicta, cum Neritinæ Eccleſiæ annos 2. menſes 5. ac dies duos præfuiſſet. Emendandus itaq; eſt Ambroſius Lucentius col. 1140. num. 20. ubi Calanium quarto Epiſcopatus anno dignitate, & vita ceſſiſſe commemorat. Requieſcit Antiſtes Sanctiſſimus in Cathedrali templo nobili donatus ſepulchro, in quo hæc legitur Inſcriptio, minùs tamen rectè ipſius Epiſcopatus annos deſignans.

D. O. M.

Calanio à Ciaja Patritio Senenſi Neritonenſi Pontifici novo antiquæ Probitatis exemplo, Eccleſiaſticæ libertatis acerrimo vindici, inter honores humili, inopi inter Opes, qui in magnis virtutum notis fuit ſine nota, unanimo Fratri Bernardinus Eques Hieroſolymitanus Romam poſt inaugurationem Alexandri VII. Neritonenſis olim Epiſcopi Sororis ſuæ Leviri ad pedum oſcula proficiſcens Poſuit. Obiit tertio Idus Decembris anno Chriſti MDCLIV. Præſulatus Secundo.



XXII. „HIERONYMUS de Choris Senenſis, ſacræ Theologiæ, ac juris utriuſque peritiſſimus ſucceſſit Cal. 4. Id. Martias anno Domini 1656. Eccleſiaſticorum Jurium fuit aſſertor acerrimus. Duodecimo Calanio Majas anno 1662. in Cathedrali templo Theologum, ac Pœnitentiarium juxta Sacri Concilii Tridentini ſanctiones inſtituit, eiſdemque certam in Capitulo Præbendam, perpetuoſque redditus attribuit, ut liquet ex Epiſcopalibus Bullis ea de re editis, quæ in primo volumine ſui regeſti recenſentur. Quas ſi (ut debuerat) diligenter conſuluiſſet Lucentius, ante quadriennium commentus minimè eſſet: Cathedralem Neriti Eccleſiam utraque Præbenda Theologi, atque Pœnitentiario, adhuc carere. Elegans ſacellum S. Hieronymi Epiſcopus ipſe in eodem majori Templo erexit, dotavitque. Certos etiam proventus ſodalitati B. Mariæ Virginis ſine labe conceptæ addixit, ut ſacram Euchariſtiam tribus extremis Bacchanaliorum diebus in propria Eccleſia publicæ fidelium venerationi eadem ipſa quotannis curaret exponere. Rexit vigilantiſſimè Neritonenſem Eccleſiam annos 12. Menſes 7. ac dies aliquot. Ineunte vero Junio anni ab ortu Servatoris 1669. ad Suanenſem in Etruria translatus Eccleſiā, obiit in villa Catabi 4. Kal. Quintilis anno 1672.




XXIII. „THOMAS Brancaccius nobiliſſimus Patricius Neapolitanus, ab Alexandro VII. Summo Pontifice Prælatus Domeſticus, & honorarius Cubicularius, mox Abellinenſis Eccleſiæ Epiſcopus creatus, Neritonenſis Antiſtes electus eſt à Clemente IX. ineunte julio anno Domini 1669. Anno 1671. Diœceſanam ſynodum habuit. Poſt biennium vero, nempe an. 1674. Clericorum ſeminarium juxta Tridentini Concilii Decreta fundavit, atque inſtituit. Quare finxiſſe omnino putandum eſt Ambroſium Lucentium cum ſcripſit, in Neritina Eccleſia nondum Clericorum Collegium inſtitutum eſſe. Præfuit Thomas Neritinus Epiſcopus ab inita poſſeſſione annos 7. Menſes totidem, ac dies 25. obiitque Neriti 3. Kal. Majas anno 1677. ſepultuſque eſt in Sacello Sanctiſſimi Crucifixi, ubi a Neritino Capitulo ſequenti donatus eſt Epitaphio.

D. O. M.

„D. Thomas Brancaccius Avellinenſis olim,
„poſt Neritonenſis Antiſtes Brancacciæ Proſapiæ Gloria, Præſulum Decus, & Norma

„in-

,, urbis , & orbis Honor , & Amor , totus
,, gloria , totus hilaritas , Intrepidus Eccle-
,, ſiaſticæ libertatis propugnator , de Neritina
,, Eccleſia , & urbe multis ſaltis , & relictis
,, Monumentis benemeritus , Fama , nomine ,
,, & geſtis nunquam moriturus , mortuus opta-
,, tus , laudatus , lachrymatus omnibus hic re-
,, quieſcit . Anno ætatis ſuæ LI. Pontificatus
,, VIII. Anno Domini MDCLXXVII. me-
,, mor , dolens , lachrymans Capitulum Neri-
,, tinum M. H. P.



XXIV ,, HORATIUS Fortunatus à S. Archangelo nobi-
,, li in Lucaniæ oppido , J. U. D. inſignis , ac S. Severi in
,, Apulia Epiſcopus , ab Innocentio XI. Pont. max. 4.
,, Nonas Januarii anno elapſo ſæculi 78. Neritinæ Eccle-
,, ſiæ præfectus eſt . Poſſeſſionem adivit 12. Kal. Apri-
,, lis ; dicique vix poteſt , quàm egregia Sanctimoniæ ar-
,, gumentis præclariſque geſtis ea dignitate functus ſit .
,, Religione , divinæ gloriæ zelo , Eccleſiaſticæ diſcipli-
,, næ ſtudio , ac paſtorali vigilantia cum Sanctiſſimis qui-
,, buſque Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis comparandus .
,, Eccleſiaſticæ Immunitatis , ac libertatis defenſor
,, acerrimus , ſemperque invictus modeſtia , ſapientia ,
,, ac in agendis rebus prudentia præditus ſingulari . Hoſ-
,, pitalitate , æquitate , & miſericordia in Pauperes ſummè C
,, conſpicuus . Primam , & ſecundam Diœceſanam ſynodum
,, habuit . Neritinam Diœceſim Sanctiſſimis inſtitutis erudi-
,, vit . Clerum autem adeò ſanctè juxta ſacrorum Canonum
,, ſanctiones compoſuit , ut ejus externus tantum habitus ,
,, vel graviſſimus inceſſus , nedum exemplo , verum etiam ad-
,, mirationi exteris ſit . Sedis Neriti Epiſcopus annos 29.
,, ac menſes tres . Illuceſcente ſiquidem X. Kal. Aprilis anno
,, hujus ſæculi 7. bonorum operum præmia percepturus in
,, Cœlo migravit ad Chriſtum , incredibili ſui relicto deſide-
,, rio . Poſt obitum in Eccleſiam collegii Clericorum ipſius
,, Corpus translatum , ibidem nobili ſepulchro una cum ſe-
,, quenti Epitaphio ab Eminentiſſimo , ac Reverendiſſimo
,, Domino D. Fr. Vincentio Maria Urſino S. R. E. Cardinali
,, ampliſſimo , ac Beneventano Archiepiſcopo donatum eſt .

D. O. M.

,, Horatio Fortunato mundo edito die XVII Ja-
,, nuarii M DC. XXXIV à Sancti Severi Cathe-
,, dra , quam aſcenderat Die VI Octobris M.
,, DC LXX ad hanc Neritonenſem ſedem tra- D
,, slato Die X. Januarii M: DC LXXVIII. E-
,, piſcopo quidem Sanctiſſimo , qui vita , & moribus
,, integerrimus , Doctrina clariſſimus , Exemplo ,
,, & verbo admirabilis , miræ in Pauperes Cha-
,, ritate flagrantiſſimus , immunitatis , & liberta-
,, tis Eccleſiaſticæ defenſor ſemper invictus .
,, Diœceſim utramque optima inſtruxit diſciplina ,
,, ſcriptis , Conſiliis , & Pietate Illuſtravit , ad-
,, juvit , & fovit . Mundo ablato die XXIII. Ju-
,, lii M DCCVII. ætatis anno LXXIII Menſe
,, VI. Die VI Pontificatus verò an. XXXVI Men-
,, ſe in Die XVII Fr. Vincentius Maria ordinis
,, Prædicatorum Epiſcopus Tuſculanus S. R. E.
,, Cardinalis Urſinus Archiepiſcopus Beneven-
,, tanus Patri ſuo , magiſtro , & directori , ſacris è
,, cujus manibus Archiepiſcopale pallium ſemel ,
,, & iterum accepit Sypontinum anno M. DC. L.
,, XXV . Beneventanum anno M. DC. LXXX.
,, VI Gratitudinis Monumentum Poſuit .

A



,, ANTONIUS Sanfelicius ex primaria Neapolitana XXV
,, nobilitate Patricius , D. Camilli Sanfelicii , & D. Hyppoli-
,, tæ Moccia pari genesis nobilitate conſpicuæ primogeni- B
,, tus filius , Venerabilis D. Hieronymæ Sanfeliciæ illuſtris
,, ſanctimoniæ fœminæ , necnon DD. Joſephi Mariæ , &
,, Januarii Conſentinorum Archiepiſcoporum virtutibus æ-
,, què , ac rebus geſtis inſignium nepos , natus eſt Neapoli ſex-
,, to nonas Quintilis anno Domini 1650 Ab ineunte æta-
,, te pietate , ac literis egregiè excultus eſt . Poſt confectum
,, magna cum laude Studiorum curriculum , Sacræ Theolo-
,, giæ , ac juris utriuſque laurea in urbe patria exornatus eſt
,, anno Dom. 1679. A D. Innico Cardinali Caracciolo Nea-
,, politanorum Archiepiſcopo Clericali adſcriptus militiæ
,, ac ſacerdotio inſignitus dici vix poteſt , quàm eidem Prin-
,, cipi , & qui poſtea ſecuti ſunt , ampliſſimis Cardinalibus
,, Antonio Pignatello , deinde Innocentii XII. nomine ad ſum-
,, mum Catholicæ Eccleſiæ Pontificatum evecto , necnon Ja-
,, cobo Cantelmo Neapolitanis item Archiepiſcopis charus
,, extiterit . Ob id ad graviſſima quæque negotia , ac perho-
,, norifica paſtoralis ſollicitudinis munera adſcitus , eoſdem
,, ipſos ſedula opera , ſapientibus monitis , atque Conſiliis , in
,, promovendis in Neapolitano Clero Eccleſiaſticæ Diſcipli-
,, na , & literis plurimum juvit . Primi ordinis Canonicus C
,, Metropolitanæ Eccleſiæ factus ab Innocentio XI plures
,, Legationes pro variis graviſſimis ejuſdem Eccleſiæ rebus
,, componendis ad Summos Pontifices Innocentium XI. ac
,, XII glorioſiſſimè obivit . Multa ſaluberrima Pietatis opera
,, in Regno Patrio , & alibi egregiè promovit , inſtitutumque
,, à S. Franciſco Saleſio viſitationis B. Mariæ Virginis ordi-
,, nem omnium primus Neapolim invexit . Adſcriptus nobi-
,, liſſimæ , ac Religioſiſſimæ congregationi Sacræ Miſſionis
,, Neapolitanorum Presbyterorum , cujus regulas una cum D.
,, Joſepho germano fratre viro oppidò pio , & docto ex ſacro-
,, rum Præſidum authoritate probarat , non ullam Nea-
,, politani regni partem neglectiorem quoſque Populos Ca-
,, tholicæ Religionis myſteriis erudiendo , divinumque Chri-
,, ſti Domini Evangelium exponendo ingenti cum anima-
,, rum fructu peragravit . Hoc ipſum Apoſtolicum munus ,
,, nedum in pluribus Eccleſiaſticæ Ditionis oppidis clariſſi-
,, miſque Latii atque Etruriæ Diœceſibus , verùm etiam
,, in ipſa urbe Roma aliquandiu obivit . Ejuſque potiſſimum
,, opera , necnon graviſſimorum virorum Alexandri Buſſi
,, Congregationis Oratorii Presbyteri , & D. Caroli Comitis
D ,, Palatii Conſervatorium Fœminarum Pœnitentium in ea-
,, dem urbe fundatum eſt . Anno 7.. ſupra milleſimum xxi.
,, Novembris , Neritinus Epiſcopus à Clemente XI. Summo
,, Pontifice electus , die Dominico , qui fuit pridie nonas De-
,, cembris ejuſdem anni , in Eccleſia Congregationi Oratorii
,, S. Mariæ in Vallicella à Cardinali Fabricio Paulucio ſo-
,, lemni ritu conſecratus eſt Anno Domini 1710 xi Kal.
,, Junias Neritini Epiſcopatus poſſeſſionem adivit . Divi-
,, num Cultum , & Eccleſiaſticam Diſciplinam in univerſa
,, Diœceſi egregiè promovit . In Parochialibus Eccleſiis oppido-
,, rū Matini , Parabitæ , Taviani , & Alliſti Divinæ Pſalmo-
,, diæ ordinem , atque Canonicarum horarum recitationem
,, inſtar Collegiatarum Eccleſiarum inſtituit . Publicam Bi-
,, bliothecam lectiſſimis libris refertam in Epiſcopali Pala-
,, tio inſtauravit . Clericorum Collegium novis ædificiis dila-
,, tavit , & ſcholis auxit . Conſervatorium fœminarum ſub
,, titulo Sanctæ Mariæ Puritatis Neriti fundavit , eidem-
,, que , & opportunas regulas præſcripſit , & annuos redditus
,, attribuit . Cathedrale Templum non ſine magna auri vi ab-

,,ſterſa vetuſtate,ſplēdidius reddidit Principis altaris anti-
,,qua forma mutata priſtinam ſimplicitatem in lętiorem for-
,,mam,auguſtioremque adſpectum marmoribus nitidiſſimis,
,,regiique propè operis elegantia commutavit. Quo verò
,,perfectius niteret opus,marmoreo item ſepto miro opere diſ-
,,poſito, atque exornato circumvallavit. Medios parietes e-
,,legantiſſimis optimorum pictorum tabulis circumpoſitis
,,omnium Divorum Patronorum Oppidorum totius Diœce-
,,ſis Effigies diſcriminatim referentibus, exornavit. Ejuſ-
,,dem Templi Sacrarium pretioſiſſima ſupellectile,pluribuſq;
,,argenteis Donariis ditavit. Cùm autem Cathedrale Tem
,,plum,tùm etiam cæteras omnes Collegiatas, Parochiales,
,,Religioſorum ordinum, atque piarū ſodalitatum Eccleſias,
,,tàm in Neritina urbe, quàm in univerſa Diœceſi poſitas
,,variis diverſorum Sanctorum Sacris Reliquiis non uno no-
,,mine ſpectandis locupletavit. Pontificium Palatium no-
,,vo complurium cubiculorū ordine adauctam,nobiliore proſ-
,,pectu, majorique porta affabre elaborata decoravit. Ma-
,,ximam verò ipſius aulam omnium prorſus Neritonenſium
,,Antiſtitum ad vivum expreſſis Imaginibus, ſummo ſtudio
,,Italia tota conquiſitis, inſignivit utrobique S. Caroli Bor-
,,romæum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſtudioſiſſimum imita-
,,tus egregiè. Neque minoribus impendiis perpetuo Neri-
,,tinæ Eccleſiæ emolumento,ac juribus conſuluit. Quotquot
,,enim in urbe Roma, Neapoli, & alibi reperiri potuere
,,priſca ad illam ſpectantia diverſi generis Monumenta,
,,publica complurium Notariorum fide tranſcribenda cu-
,,ravit, atque Neritum afferri. Diſperſiſque jampridem
,,temporum, atque hominum vitio Neritonenſis Epiſcopa-
,,tus ſcripturis recuperatis, aliiſque inſuper longe majoris
,,momenti ſuperadditis, id viventibus, ac poſteris Archivū
,,paravit, quo melius nec unquam Neriti ſuis, nec quiſquā
,,optat. Anno excurrentis ſæculi tertiodecimo in urbem Ro-
,,mam ad inviſenda Sanctorum Apoſtolorum Limina com-
,,migravit. Quum autem graviſſimorum Eccleſiæ ſuæ ne-
,,gotiorum cauſſa aliquandiu ibidem morari coactus eſſet,
,,à regnante feliciter ſummo Pontifice nedum monaſterio-
,,rum Sacrarum Virginum Viſitator eſt factus, aliiſq; longe
,,graviſſimis muneribus exornatus, verum etiam Prælatus
,,Domeſticus, ac Pontificio ſolio Aſſiſtens Epiſcopus creatus
,,eſt. Ad ſuam deinde reverſus Eccleſiam inſignem piorum
,,Hominum ſocietatem ad ſublevandas Chriſti fidelium ani-
,,mas in Purgatorii pœnis exiſtentes inſtituit, ampliſſimo-
,,que Diplomate comprobavit. Eccleſiaſticæ immunitatis,
,,ac libertatis defenſorem ſe præbet acerrimum. Tantam
,,vero ſacerdotalis animi magnitudinem, & alacritatem in
,,aſſerendis Eccleſiæ ſuæ juribus adverſus potentiſſimos
,,quoſque Iapygiæ regulos hactenus præſetulit, ut veterum
,,Sanctiſſimorum illorum Catholicæ Eccleſiæ antiſtitum ſpi-
,,ritum hæreditaſſe videatur. Vivat diu ad ampliſſimæ
,,Diœceſis ſuæ bonum vigilantiſſimus Præſes, pietate, do-
,,ctrina,eruditione,animi magnitudine,ſpectata in Pauperes
,,charitate, æquitate, prudentia, Comitate, cæteriſque
,,præclaris Virtutibus omni ævo memorandus; quem jure
,,meritoque eximiis laudibus ornarunt complures eruditiſſi-
,,mi viri, qui tanti præſulis ſemper victuræ memoriæ in e-
,,ditis ab eis monumentis litavere. Poliidorus.]

NUCERINI EPISCOPI



NUceria Civitas Umbriæ, via Flaminia in montibus Apennimis, propè fluvium Teniam, à Fulginia decē milliaribus procul ſita, ut à tribus aliis Nuceriis Italiæ Civitatibus diſcerneretur, à Ptolomæo, Plinioque Nuceria Camellaria appellatur; Incolæ verò Nucerini Facconienſes; & Camellarii. Strabo illam ſimpliciter Nuceriam appellat, ubi lignea conficiuntur vaſa. A nonnullis etiam Alphatenia appellatur, tametſi plures hanc non illam eſſe arbitrarentur, ſed quæ in Mutinenſibus Apenninis ſituatur, ut refert Volaterranus. Legi etiam hanc Umbricam Nuceriam apud Panvinium, Conſtantianam aliquando fuiſſe dictam; ideo quia magnus ille Conſtantinus illam reſtauraverat. Verum Alphateniæ pluribus in locis Livius meminit, ac tunc præcipuè, cum narrat Livium Conſulem Romanum illam obſidione cinxiſſe, ejuſdemque Populum coegiſſe, ut Romanorum arbitrium veneraretur. Sed utcumque res ſit, de ejus origine variè arbitrantur Scriptores, ut à noſtra memoria ſepoſitis rebus plerumque ſolet accidere. Siquidem ubi germana cognitio rerum Scriptores defecerit, compoſitis fabulis, rem totam adornant, quibus non niſi vecordes ſolent abduci. Illud ſanè conſtat Nuceriam perantiquam Umbriæ Civitatem eſſe, nec in illius Provinciæ poſtremis. Paruit olim Romanis, atque hoc tempore Romanorum Pontificum ſuaviſſimum jugum experitur. Prędicante autem Chryſpoido S. Petri Apoſtoli Alumno, ad Evangelii lumen aperuit oculos, circa annum conditæ ſalutis 58. Hæc prima Civitatum Umbriæ digna reperta eſt, quæ pro ſervatore Chriſto per SS. Felicem Presbyterum, Cōſtantiamque matronam, ſanguinem profunderet. Hi enim Nucerini Cives illuſtrem palmam tulere martyrii ſub prima Neronis perſecutione, anno à reparata ſalute 69. die 17. menſ. Septembris uno tantum milliario plus medio à Civitate procul via Flaminia, quem etiam nunc Incolæ locum, Neronis turrim appellant. Eorum Martyrum corpora ibidem tumulata ſunt in Eccleſia, quam hodie S. Mariæ Magdalenæ ſacram Nuceria veneratur; anno 1590. eadem in Cathedrale Templum intulerunt, uniuſque ipſorum caput Piſaurum tranſtulerunt, ubi ingenti fidelium veneratione aſſervatur. Cæterū Nucerina Diœceſis protulit fines, ex ruinis circumvicinarum Civitatum, Tadini *a*, Roſellæ, Luceſolii, *Piſtiæ b*, & Uſentii, quas Lōgobardorum, ac Sarracenorum furor evertit, compulitque neceſſitas, ut anno 1007. ſtanti, vigentique Nuceriæ jungerentur, ut lector ex Annalibus Umbriæ noſtri Ludovici Jacobilli poterit uberius haurire. Ut autem dictarum Civitatum excidium ſpiritualis Imperii fines extendit, ſic earundem ruinæ Matricem ſubminiſtrarunt, ut alia ſubinde non temnenda Oppida conſtituerentur. Nucerinus Epiſcopatus jam inde à ſuo exortu in iis numeratus eſt, qui in Romana Provincia unum Romanum Pontificem immediatè veneratur, & colit. Splendida, viſendaque Cathedralis Nuceriæ eſt, S. Raynaldo Nucerino Epiſcopo ſacra. Clerum, decē Canonici, cum Præpoſito, (*,,Utraque Prabenda carentes,*) trigintaque minorum gentium Sacerdotibus, quos Capellanos appellant, promiſcuoque Clero, qui die, noctuque divinum cultum perurgent, dicuntur complere.

a Tadinum olim urbs Epiſcopalis, de qua in X. tom. b Sed Piſtii.

Nucerinus Epiſcopus in ſua Diœceſi tantum, 23. ſacerdotia poſſidet, quibus animarum cura incumbit, decem autem & ſeptem ſimplicium beneficiorum, ut vocant. In territorio autem Peruſino 7. curatas Eccleſias, ac 16. ſimplicia beneficiata Sacerdotia, in quibus ſunt nobiles Abbatiæ duæ, altera S. Petri Raſinæ, S. Petri de Antognola altera; in territorio vero Saxiferrati ex ruinis Sentini, atque Roſellæ, Collegiata S. Petri ſubſtructa ſpectatur, cum 22. curatis Eccleſiis, ſexque beneficiorum ſacerdotiis. Fabriani iterum ſub ſua juriſdictione habet 16. Eccleſias cum Abbatia S. Blaſii; in Rocca Contrada, duas Curatas Eccleſias, cum tribus ſimplicibus beneficiatis ſacerdotiis; In Fulginati territorio, tres item Curatas Eccleſias, cum tribus ſimplicibus beneficiis; in Camerinenſi verò ditione, tres curatas Eccleſias; in Gualdo autem Oppido, quæ ex Tadinianis ruinis ſurrexit an. 1180 decem curatas Eccleſias moderatur, cum Abbatiis SS. Benedicti, atque Donati, cum 19. ſimplicibus beneficiis, in oppido verò della Pergola, ut vocant, unā curatam Eccleſiam, duoque ſimplicia ſacerdotia. Si quis autem uberiorem cognitionem de Nucerina juriſ-

riſdictione deſiderat, conſulat Durantem Dorium à Leooiſſa in ſua Nucerioa hiſtoria, vitaſque Nucerinorum Epiſcoporum, Celſum Placidum in vitis SS. Nucetinorum, qui item adornat opus de Nucerinis Epiſcopis. Ex ijs autem Scriptoribus nihil attigi, ſed quicqoid retuli, ex relatione noſtti Ludovici Iacobilli ſcribenti ſuffecit, ut inde, atque ex actibus conſiſtorialibus hanc Nucerinorum Epiſcoporum ſeriem proderemus. Antiquitatis itetim ſtudioſi, ex uberioribus illis calamis, ubetiorem hauriant cognitionem, dum hæc ooſtra ex fide prolata, præclatiora lecturis viam apetiant.

ADDITIO.

(„ *Cura animarum in Urbe per Priorem Cathedralis exercetur, qui ab alio Presbytero adiuvatur. Domus Epiſcopalis ab Eccleſia diſtat. Montem Pietatis habet, Hoſpitale, & Seminarium. Ipſa urbs modici eſt circuitus, cum ſuo circumadjecto Territorio 4000. circiter mortalium capita enumerat, tria virorum, unum Monialium ex Ord. S. Franciſci Clauſtra complectitur. Vniverſa Diœceſis 20000. circiter incolas alit: continetque plura loca, & oppida, & præter ab Vghello numerata, ſunt etiam*: Caſa Caſtalda, Sigillo, Foſſato, Territorio di Gubio, Tetritorio di Valtopino, Caſtel Candino, e ſuo Diſtretto, con la Coſta. *Ceterum Nucerinus Epiſcopus taxatur in Rom. Cancellaria flor. 330. ejus annuus cenſus eſt ſcut. 900. computatiſq; extraordinariis aſcendere poteſt ad ſummam* „ 1200. Luceot.)

I. 1. FELIX Epiſcopus Nucerinus anno 402. cui ſcripſit Innocentius I. Papa. Intetfuit Coocilio una com Decentio Epiſcopo Eugubino, tom. 1. Concilior.

II. 2. COELIUS Laurentius, R. E. presbyter, electus fuit Nucerinus Epiſcopus anno 498. Hunc etenim cum factioſi, poſt Anaſtaſii Papæ exceſſum, Apoſtolicam intruſiſſent io ſedem, contra Cœlium Symmachum verum Pontificem, meliotque cauſa in Concilio à Symmacho convocato, legitimæque electioni Theodorico Rege faveote, victoriam obtinuiſſet; Laurentius Pſeudo pontifex ſpoliatus honote eſt, Symmachuſq; confirmatus io ſede. Sed ne iterum ſeditionis conſopiti carbones euaderent in flammas, ex Pontificia largitate Laurentius Nucerinam ſedem obtinuit, ut narrat Anaſtaſius Bibliothecarius. Qui tamen parva illa haud diu quievit io ſede; ſiquidem ſeditioſiſſimis iterum advocaotibus Apoſtolicũ invaſit Thronum, donec ejuſdem veri Pontificis juſtiſſimam commeruit iram. Etenim Symmachus cum Concilium convocaſſet, Laurentium cenſuit proprio Epiſcopatu ſpoliandum, qui alienum tentaret invadere. Prolixè rem narrat Baronius, aliiq; quamplores.

III. 3. APRILIS, deturbato Laurentio, Nucerinam ſucceſſit in ſedem anno 501. quem Symmachus Pontifex conſecravit, voluitq; omnibus Conciliis intereſſe, (1) quæ publicæ utilitati aliquando coegit.

IV. 4. S. FACUNDINUS *a* Tadinii fuit Epiſcopus anno 599. quem plures arbitrati ſunt Nuceriæ præfuiſſe, ſed revera Tadinorum tantum poſtremus Pontifex fuit, cum à Gothis anoo 546. Civitas illa excidium perpeſſa fuiſſet, anno verò 740. à Longobardis propemodum ſolo æquata. Cojus deinde Diœceſis Nucerioæ conjuncta eſt. Arbitrantur hunc multi eundem illum S. Facundioum eſſe, ad quem M. Gregorius aliquando literas dedit. Deceſſit autem Facũdinus 607. 28. Auguſti, exceptuſque templo eſt extra Gualdum oppidum, plus mious milliario.

a Hujus Sancti vitam edidit Joſeph Valentinus Nucerinus an. 1660. *Manuſc.*

V. 5. LUITARDUS in Concilio Romano („ *Nucernenſi ubi corrupte legitur*) ſub Eugenio II. anno 826. apud Baron.

VI. 6. RAMPERTUS anno 844. conſectationi interfuit Ludovici filij Lotharii Imperatoris, cum Longobardorum Rex conſecraretur à Sergio II. ſummo Pontifice apud S. Petrum. Conſole Bibliothecarium. („ *Interfuit Concil. Rom. ſub Eugenio II. an. 853. & ibi dicitur Racipertus apud Hard. Concil. tom. 5.*)

VII. 7. SEVERINUS dooationem quandam factam à Theodoſio Firmano Epiſcopo, in favorem Monaſterii S. Crucis, ſua atteſtatione firmavit anno 887.

Italia Sacra Tom. I.

(1) At à nobis in eo tantùm habito an. 502. deſcriptus reperitur. *Luc.*

8. BENEDICTUS Eccleſiam S. Martini reſtaurandam curavit, ut ex antiqua inſcriptione eruitur anno 900. VIII.

9. *JULIANUS Epiſcopus Nucerinns an. 967. interfoit Synodo celebratæ à Joanne XIII. Pontif. apud Hund. in hiſt. Archiep. Saltzborg. IX

* Ex App. t. 5.

10. GILBERTUS Ala Cremonenſis, Monachus Ordinis S. Benedicti, Epiſcopus Nucerinus defunctus eſt in pattia anno 986. ſepultuſq; fuit in Eccleſia S. Leonardi, ubi olim hæc inſcriptio legebatur, ut me monuit, vir patriæ antiquitatum peritiſſimus Joſeph Breſcianus, qui Eccleſiaſticam, profanamque Cremonenſem hiſtoriam jamiamq; maturat ad prælom. Epitaphiom eſt tale, mihi tamen valde ſuſpectum, cum nonnulla ibidem ejus ævi Inſueta verba legaotur. X.

Hic requieſcit in pace Pater Don Gilbertus Ala Cremonenſis Epiſcopus Nuceria, & Monachus noſtri ordinis, qui obiit die xxix. menſis Januarii, anno Domini DCCCCLXXXVI.

11. ALBERTUS, ſive Adalbertus, Roderici ex Comitibus Nuceriæ filius, Monachus S. Benedicti, creatus eſt anno 1007. cum Joanoes VIII. ſummus Pontifex, ex ruinis ſupra memoratarom Civitatum, Nucerinam Diœceſim auxiſſet. XI.

12. ROMANUS Monachus, ex Ordine D. Benedicti, ex Saxoſerratenſi cœnobio Sitriæ, S. Romualdi diſcipulus, Alberto defuncto ſucceſſit aoo. 1012. Hic per Simoniam ſedem Epiſcopalem adeptus aoo. 2. infeliciter in ea dignitate vixit, ut refert Razzius in vita S. Romualdi, cap. 49 XII.

13. LUDOVICUS interfuit Concilio Romæ celebrato apud S. Petrum ſub Nicolao II. ann. 1059. ex cod. Vatic. XIII.

14. AUGUSTINUS etiam Arcolettus appellatus, à Paſchali II. electus eſt anno 1110. indulſitque Monaſterio S. Petri de Andolioa Ordinis S. Benedicti, neſcio quas decimas, bonaque, quæ Nucerinus antea Epiſcopatus poſſederat anno 1114. ut in exemplatio diplomate Alexandri III. Monaſterio S. Crucis de Saxovivo indulto continetur. XIV.

15. LOTHARIUS eadem privilegia indulſit, confirmavitq; eidem Monaſterio circa an. 1125. XV.

16. MONALDUS de Monaldeſchis Vrbevetaous, Nucerinorum Pontifex foit anno 1144. Huius memioit Cyprianus Manens io ſua Vrbevetana hiſtoria, aliique ſcriptores, qui de hac nobili familia ſcripſerunt. XVI.

17. OFFREDUS, ex Comitibus Nuceriæ, anno 1164. XVII.

18. ANSELMUS Fulginas Folgni de Aptis prænobilis filius, ex Archidiacono Cathedralis, electus eſt ſuæ Patriæ primum Epiſcopus an. 1161. anno verò 1170. ab Alexandro III. Pont. Max. tanquam de Eccleſia optimè meritus, novo, & ad eam diem inuſitato exemplo, etiam ſublectus eſt Nuccrious Præſul; quas ſimol junctim Eccleſias ad plores annos ſapientiſſimè adminiſtravit. Deceſſit autem an. 1202. Fulginii, tumulatuſque eſt in Cathedrali. Vide de eo plura ſopra in Fulginatibus Epiſcopis. XVIII

19. In Nucerinam deinde ſedem, UGO ſucceſſit Aoſelmo, ſublectus ad Id oneris circa an. 1196. ſequenti vero intereſt conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana; vita defunctus eſt 1218. („ *De hoc Innocent. III. c. Venientes de Jureſurando.*) XIX

20. B. RAYNALDUS Fulginas, *b* filius Comitis Aotigoani Neapoleonis Raynaldi, è nobiliſſima gente, atque per ea tempora ampliſſimorum feudorum Dominus, cum adhuc adoleſceret, probeque foret literis excoltus, mundo, pompiſque ſeculi remiſit ouncium, ſanctique Benedicti Monachum induit apud Monaſterium Fontis Avellanæ, ibique in virtutibus mirabiliter progreſſus piorum admiratiooem in ſe convertit, itaut poſt Ugonem onanimi conſeoſu, Nucerinus à Clero crearetur Epiſcopus, cujus Honorius III. electionem ratam habuit anno 1218. Tametſi contendat Ferrarius hujuſmodi dignitatem XX.

b De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 237. atque Acta SS. Februar. tom. 2. pag. 179 Mand.



fuiſſe aſſecutum anoo 1222. Charitate In Pauperes ſuit præcipuus, itaut Pater Pauperum vulgo appellaretur. Siquidem haud ſemel accidit ſibi veſtimentis detractis, nudos, vagoſque illum cooperire pauperes. In vitæ auſteritate, virtutumque exercitio, S. Facundinum ſuum anteceſſorem voluit habere Ducem. Dum viveret, vitaque functus, ingentia miracula edidit. Unus fuit ex illis 7. Epiſcopis, qui indulgentiam S. Mariæ de Portioncula perpetuo à Deo ipſo conceſſam divulgavit in populum, ſanctoque viventi Franciſco in paucis charus fuit. Cum igitur ſanctiſſimè ſuam rexiſſet Eccleſiam evolavit ad Cœlos annos 1222. die 19. menſis Febroarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali, quam poſtea ejuſdem nomini, tanquam tutelari Divo conſecraverunt.

XXI. 21. PELAGIUS defuncto Raynaldo ad eundem Epiſcopatum evectus eſt 1223. qui etiam in antiquis ſcripturis Pallavicinus vocatur. Conſecratur eodem anno ab Honorio III. ut habetur in ejuſdem Pontiſ. regeſt.

XXII. 22. CONSTANTIUS anno 1228.

XXIII 23. BEVEGNATES Fulginas, è familia Capputiorum, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1230. obiit an. 1243. poſt cujus exceſſum Innocentius

XXIV IV. Epiſcopum quemdam Fulginatem (1), in hujus Eccleſiæ adminiſtrationem dedit, ex reg. Vat. epiſt. 336. fol. 56. hujus tenoris.

Epiſcopo quondam Fulginatenſi. Cum Eccleſia Nucerina paſtore vacet, nec poſſit eidem de facili provideri, ne per vacationem diutinam diſpendia ſolita incurrere valeat, tibi de cujus circumſpectione fiduciam gerimus, adminiſtrationem ipſius tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus authoritate præſenti, uſque ad noſtræ voluntatis beneplacitum duximus committendam, quocirca mandamus de ipſa ſollicitam curam gerere ad bonum ſtatum ipſius des opem, & operam efficacem; contradictores, ſi qui fuerint. &c.

Datum Laterani 15. Kal. Januarii anno 1.

XXV. 24. GUIDO Nugantius a Fanenſis ab Innocentio IV. electus eſt an. 1252. ex reg. Vat. (2)

a Nepuſnn... Gamurrinus vol. 3. p. 89. Mand.

25. BERNARDUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus eodem an. 1252. in tabulis memoratur.

XXVI 26. B. PHILIPPUS ſanctimonia vitæ præclarus, ex Comitibus Antignani, ejuſdem Civitatis electus Epiſcopus an. 1254 ex Monacho Fontis Avellanæ. Deceſſit autem 1285. 21. Januarii, * In antiquo Kalendario Fontis Avellanæ notatur ejus obitus dies 17. Septemb. hiſce verbis: 17. *Septemb. obiit D. Philippus Epiſc. Nucerinus Monachus Congregationis*. tumulatuſque eſt in Eccleſia SS. Philippi, & Agnetis extra Gualdum. Ejus vitam nuper edidit Ludovicus Jacobillus, at non benè ejuſdem obitum reiicit in annum 1265. cum clare conſtet illum ad cœlum evolaſſe anno 1285. cui ſucceſſit Fidemundus, ut habetur in reg. Vat. Hujus B. Epiſcopi reliquiæ an. 1623. à Virginio Florentio Epiſcopo in Cathedralem Nucerinam fuerunt tranſlatæ.

XXVII. * En App. tom. 1.

27. FIDEMUNDUS, ex Canonico Cathedralis à Capitulo poſtulatus, confirmatur ab Honorio IV. 8. idus Auguſti 1285. Philippo ſucceſſit. Idem Honorius ſcribit Epiſcopo Tudertino, ut Fidemundũ Nocerinum electum in Subdiaconum ordinet, inde accitis duobus vicinioribus Epiſcopis illum in Epiſcopum conſecret. Datum Tybure, 5. idus Auguſti ann. 2. ep. 74. f. 21. & ep. 75. f. 22. reg. Vat. obiit an. 1288. XXVIII.

28. JOANNES ex Comitibus Antignani Monaldi filius, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Nicolao IV. an. 1288. 9. Kal. Septemb. anno 1. epiſt. 143. f. 21. reg. Vat. S. Franciſcum, quem qui maximè coluit, ideoque ejuſdem Alumnos introduxit in Gualdum, S. Mariæ de Miſericordia eiſdem attributa Eccleſia, ut narrat Vvaddingus in Annal. Minorum t. 2. Toſſignanuſq; Fato functus eſt 1327. die 31. Januarii, ſepultuſque eſt prope anteceſſorem ſuum B. Philippum. Hujus etiam vitã ſcripſit idem Ludovicus Jacobillus in lib. quem edidit de ſanctis, ac Beatis Gualdenſis oppidi. Habet ibidem Joannem hunc, ex Monacho S. Crucis de Avellana ad hanc ſedem vocatum, & à Martino IV. confirmatum fuiſſe an. 1283. at in reg. Vat. ut vidimus, ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ Nucerinæ à Capitulo poſtulatum, & à Nicolao IV. confirmatum fuiſſe clare patet. XXIX

XXX. b Hunc laudat Oldoinus in Athen. Auguſto. Mand.

29. B. ALEXANDER Vinciolus Peruſinus b Ordinis Minorum, ac Pœnitentiarius Papæ Joannis XXII. eodem Pontifice jubente, Epiſcopus, defuncto Joanne, evaſit, die 22. menſ. Maii, an. 1327. (3) quam ipſe Eccleſiam ſingulari ſanctitatis exemplo pluribus coruſcans miraculis adminiſtravit. In quibus illud extitit admirandum, quod à Nuceria, Saxoque Ferratenſi territorio ſuis precibus contagioſam luem depulerit. E vivis exemptus eſt die 3. Maii an. 1363. ſepultuſque in Saxo Ferrato in Choro Fratrum Minorum, ubi pia credulitas fidelium illum veneratur ut Sanctum. Hujus honorificè meminit Lucas Vvaddingus in 3. tomo ſuorum Annalium. Cæſar Alexius in 1. centuria elogiorum virorum illuſtrium Peruſinorum elegantiſſimè, tametſi brevi elogio hujus ſanctiſſimi viri virtutes complexus eſt. Jacobillus vitam in lucem emiſit.

30. LUCAM Rodulphucium, Archidiaconum Camerinenſem, Gentilis filium, Urbanus V. Pont. Max. Nucerinam evexit ad ſedem an. 1363. 12. Kal. Auguſti, ex reg. Vat. Hic totam Umbriam Vicarius Generalis frænavit, ſuaque dexteritate populos Umbros, inteſtinis odiis laborantes ad fœdus ſtabile pacis perduxit. Itaque poſt multos in ea Provincia exãtlatos labores, ab VI. Urbano creatus eſt presbyter Cardinalis ad tit. S. Sixti. Legatus adhuc Umbriæ Peruſiæ deceſſit an. 1389. menſe Januario, ejuſque corpus Camerinum delatum, in Cathedrali S. Venantii, cum hac inſcriptione tumulatum eſt. XXXI

Hic jacet inſignis Lucas rutilante Galero.
Tam celeber Juris Doctor, quam cultor, & omnis
Præcipuum exemplum virtutis, regula morum.

Ibidem hæc alia legitur inſcriptio nuper in marmore exarata.

D. O. M.

Lucæ Rodulphucio Camerti, tit. S. Sixti S. R. E. Cardinali, qui hujus Baſilicæ quondam Prior, & Archidiaconus Camerinenſis, tum Epiſcopus Nucerinus, Romæ Gregorio XI. Pont. Max. Vic. fuit; deinde ab Urbano VI. Cardinalis creatus, atque in Pannoniam miſſus, poſtremo Peruſiæ, cum legatione fungeretur, obiens, oſſa Camerinum tranſlata, in Templo S. Venantii ſepeliri mandavit, Anno ſal. M. CCCC. LXXXIX. Venantius Rodulphucius ejuſdem Baſilicæ Prior Gentili ſuo mo-

(1) Hic fuit, ut comperio in Fulginatenſibus Epiſcopis, ÆGIDIUS, qui Fulginea civitate denudata Epiſcopali decore in pœnam rebellionis contra Eccleſiam, quando ſecuta fuit partes Federici II. Fulginati Cathedræ vale dicens, ad hanc eſt aſſumptus uſque ad voluntatis ipſius Innocentii IV. beneplacitum. *Lon*

(2) Hunc in Epiſcopatu vixiſſe uſque ad an. 1257. ex Actis Conſiſtor. aſſerit Gamurrinus tom. 3. de famil. Etruſcis, atque Umbris. Quod ſi verum eſſet, tempora ſequentium Epiſcoporum ſunt corrigenda. Fuit Guido à Sylveſtri Guzzolini familiaris, cui multa donavit, & Sanſeverati Monaſterium condendi tribuit facultatem. Gamurrinus. t. 3. p. 39.

(3) Extat Bulla promotionis Alexandri apud Collect. Actorum Ss. Maji tom. 1. pag. 778. (ubi plura de Alexandro) Dat. Avenione XV. Kal. Decemb. Pontificatus lo XXII. an. XII. Ceſſerat autem ſedem Joannes die 9. Auguſti an. 1327. proindeque XV. Kal. Decemb. an. 1327. convenit in annum Pontificatus XII [illegible] Quare cum Ughellus aſſerat conſecratum fuiſſe Alexandrum die 22. Maji [illegible] eam ordinationem, adiicere debuiſſe, ſicut fecit auctor commentarii, qui ejus vitam ſcripſit, an. 1328. non autem præcedenti. Hoc ipſum confirmat literarum Dominicalium ratio, quæ non præcedenti, ſed illo anno biſſextili erat B, adeoque reciderat Dominicam die 22. Maji. Notum eſt autem, quod Epiſcopi conſueverunt in Dominica ſacrari. *Papebrochius loc. cit.*

monumentum antiquitate deformatam ornavit, poſuitque, & Lauretanæ Virgini ſacellum erexit, Anno ſalutis M. DC. XIX. A

Supra Juliam portam ejuſdem Cametiœ Civitatis in petra exaratum hoc ſpectatur epigramma.

Sedis Apoſtolicæ Lucæ monumenta aetate.
Andreas patruo fecit, quo juſtior alter
Haud fuit Heſperiæ, toto nec doctior orbe.

Fallitur autem Ciaconius, cum hunc Lucam Epiſcopum Lucerinum fuiſſe affirmat, ubi enim Nuceriam legere debuit N. in L. mutata Luceriam ſcripſit.

XX XII. 31. SENTIUS Lucæ Card. ſucceſſit. Hic ſynodum celebravit 1397. extatque ejuſdem memoria 1394. in libris Cancellariæ. Deceſſit 1404. ut ex iiſdem libris liquido patet.

XX XIII. 32. Fr. ANDREAS à Monte Falco Ordinis Minorum adlectus eſt à Bonifacio IX. 1404. 5. Non. Januarii, ex lib. proviſ. Prælat. Vita functus eſt 1419. 17. Martii, ex eodem lib. De quo non bene Vvaddingus noſter tom. 5. Annal. Minorum ad hunc annum numero iv. dum refert, præfuiſſe Andream non noſtræ B huic Nucerinæ, ſed alterius ejuſdem nominis in Neapolitano Regno ſub Salernitano Archiepiſcopo. Clarè enim conſtat tum ex lib. obligation. & proviſion. Prælat. cum ex tabulis, & monumentis Nucerinæ noſtræ Spoletini Ducatus, Andream eidem Præſulem fuiſſe ab ann. 1404. ad annum uſque 1419. illique ſucceſſiſſe Jo. Thomam de Margantibus, huic verò Antonium Bologninum 1438. qui an. 1444. ad Fulginatenſem translatus, ſucceſſorem habuit Fr. Joannem Marcolinum Fanenſem, quem idem Vvaddingus eodem tomo 5. num. 62. ad an. 1444. perperam inter ejuſdem Nucerinæ Eccl. Epiſc. ſub Salernitano Archiepiſcopo enumerat. Conſtat enim iis temporibus Nucerinam Salernitanæ Provinciæ Eccleſiam ſequentes habuiſſe Epiſcopos Fr. Franciſcum Ord. Minorum electum ann. 1386. defunctum verum 1402. poſt hunc Angelum, qui extrema clauſit anno 1429. cui ſucceſſit Gabriel de Spoleto Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Bartholomæus, præmortuo Gabriele 1443. ſuſtituitur, huic verò Fr. Petrus Ordinis Prædicatorum C an. 1455. ſucceſſor datus eſt, ut tomo 7. dicemus, dum Nucerinum Catalogum concinnabimus poſt Salernitanos Archiepiſcopos. Cæterùm in aliquibus indicibus Epiſcoporũ Nucerinorum ad me tranſmiſſis poſt Andreæ exceſſum, reperitur fuiſſe Nucerinus Epiſcopus quidam Fr. Jacobus Fulginas ex Ordine Prædicatorum, an. 1411. qui deinde à Martino V. Columna ad Motonenſem Epiſcopatum translatus dicitur. Poſt hunc autem collocant in Nucerino throno Ægidium Joannis Coilis de Ægidiis, ſive de Liliis Fulginatem antea Canonicum, atque Priorem Eccleſiæ Collegiatæ anno 1419. menſe Martio, Martino V. ſedente; quod à vero non videtur procul abeſſe. Siquidem per ea tempora per duos factioſiſſimos Antipapas in Eccleſia Dei teterrimum ſchiſma ebulliebat, qui ut ſuas quiſque partes firmaret, cum Epiſcopos, tum etiam Pſeudopurpuratos Patres adlegebant, itaut evenire potuerit huic Civitati, ut ſimul, & ſemel plures Præſules obtineret. Illud conſtat ex actibus conſiſtorialib. Martini V. poſt mortem Andreæ à Monte Falco, D hunc Joannem Thomam, qui proximè ſequitur in Nucerinam ſedem ſucceſſiſſe legitimè.

Porrò Ægidius, quem à noſtra ſerie expungimus, geſſit pro inſigniis gentilitiis, tria complicata argentea Lilia in cærulea parma, ut vides.



De Lilia gente, deque cæteris nobilibus Fulginatenſibus familiis, plura ſuis in Annalibus Umbriæ molitur noſter Ludovicus Jacobillus.



33. JOANNES Thomas Ludovici Bartoli de Margantibus Fulginas, ex Ordine Ciſtercienſi Monachus, è Monaſterio Saxi vivi, ſanctique Angeli de Monte Publico Prior, ſacrorum Canonum Doctor, ex Lycienſi antea Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam translatus eſt, Martino V. ſedente 1419. 16. Kal. Aprilis. Cunctis acclamantibus ſibi creditam rexit Eccleſiã, bonus idem, ac ſapiens. Deceſſit autem an. 1437. menſe Octobri Fulginii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Dominici in ſacello à ſe erecto, ſuoſq; nepotes Joannem Chriſtophorum, Joachimum, ac Oliverium de Margantibus, ex teſtamento hæredes inſtituit. Ejus ſtemmata ſcutum bipartitum argenteum cum atra Ciconia primum, atrum alterum cum argentea Ciconia exaratum. XX XIV.



34. ANTONIUS Bologninus *a* Nicolai filius, Fulginas, ex Priore, & Canonico Cathedralis ſuæ Patriæ, ab Eugenio IV. anno 1438. 14. Kal. Aprilis electus, anno verò 1444. ad Fulginatem Eccleſiam translatus eſt. XX XV.

a Hujus meminit Durantes Darius in hiſt. Fam. Trinciæ. p. 241. Mand.

35. Fr. JOANNES Marcolinus *b* Fanenſis, ex Ordine Minorum creatur an. 1444. Idus Novembris. Hic inſignis Theologus fuit, multoque in pretio habitus apud Eugenium IV. Quintumque Nicolaum. Idem fundamentalem primum lapidem, Eccleſiaſticis luſtratum precationibus, in Cathedralis fundamẽta auſpicatiſſimè jecit die 15. menſis Junii. XXX VI.

b De hoc Darius lib. cit. p. 48. Mand.

36. ANTONIUS Viminalis Interamnas à Pio II. electus eſt circa annum 1465. Hic Kalendarium edidit Sanctorum ſuæ Patriæ. XX XVII.

37. JACOBUS Minutulus Lucenſis Epiſcopalis dignitatis gradus conſcendit defuncto Antonio, anno 1471. Natus eſt Franciſco patre nobili, ac pervetuſta familia Minutula, matre Margarita femina æquè nobili an. 1434. Puer ſpectatæ indolis à Stephano Trenta Epiſcopo Lucenſi ordinibus Minoribus initiatus eſt XIV. ætatis anno. In humanioribus literis ſatis verſatus, Pontificio, ac Cæſareo juri operam navans, utraque laurea inſignitus eſt. Romam migravit, ubi à Jacobo Ammannato Cardinali Papienſi familiariſſimè exceptus; apud eum diu moratus, inter charos adhibitus, ut ſuis in epiſtolis non ſemel teſtatur idẽ Cardinalis, Minutuli ingenium ad omnia, ac in rebus agendis dexteritatem, ac peritiam mirum in modum extollit, eumque, & Pio II. & Paulo II. ſummis Pontificibus commendavit. A Pio anno 1460. Abbreviator Apoſtolicarum literarum, ſub Paulò verò cum Laurentio Antiſtite Spalatenſi contra Robertum Malateſtam Arimini Dynaſtam Eccleſiaſtici exercitus Commiſſarius, non minus civili prudentia, quam bellicæ laudis diſciplina, & animi, & corporis fortitudine ornatum ſe oſtendit; eum laudat Campanus in epiſtola ad Gentilem Urbinatem, dum viros doctos, & bello claros ejus ævi recenſet. *Audio Minutulum no-* XXX VIII.

ſtrum.

ſtrum coopeatam eſſe cullegio suorum; id ſi eſt, pugnacem collegam accepiſtis, & qui jam pridem didicit tueri communem dignitatem. Nam in Picena illa pugna, ipſe inter primipilos dimicans, ea die virum ſe præbuit.

Sed quo poſt pugnam victoria moverit arma,
Qua victis pacem conditione dedit.
Anne Faventinis etiam nunc finibus inſtat,
Aut fractis illis altera bella parat.

Poſt bellum Ariminenſe Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Secretarius, Comeſque ſacri Lateranenſis Palatii à Paulo ſactus, à Friderico III. Imperatore inter familiares habitus, Comitiſque Palatini titulo exornatus. Snb Sixto IV. Spoleti Gubernator, Tiphernates, ac Flaminiæ populos ad obedientiam Romanæ ſedis reduxit, ſomma Civium gratulatione; unde Sixtus ad Nucerinam Eccleſiam evexit, paulòque poſt cum Ioanne Andegavenſi Cardin. Legato ad Ludovicum XI Regem Galliæ miſſus, ita ſua dexteritate ſibi Regium animum devinxit, ut ſuum apud Pontificem negotiorum actorem, atque conſiliarium declaraverit, eoque poſtulante ann. 1476. è Nucerino, ad Agatheoſem in Gallia Epiſcopatum translatus fuit ann 1481. cum Oratoribus ejuſdem Regis Venetias miſſus ad perſuadendum illi Senatui, ut & ipſe conveoire vellet pro pace Italiæ, ac probare, quæ nuper decreta Romæ fuere inter Pontificem, & Oratores fœderis ſocialis, ut refert Volaterranus in commentariis. Tanta fuit erga ipſum Regis benevolentia, ut præter Abbatiam nobilem Pictavienſis monaſterii, liberam etiam poſſeſſionem Cameracenſis Archiepiſcopatus ultrò tradiderit, & tanquam virum aptum ad omnia acclamarit. In Gallia exceſſit, magnumque ſui deſiderium poſteris reliquit. Scripſit nonnulla opuſcula non contemnenda, de bello Ariminenſi ad Papienſem Cardinalem, carmina, & epiſtolas multas; ejus laudes preter citatos auctores nō tacuerūt Michael Brutus, Nicolaus Tuccius, Robertus Urſus Ariminenſis, aliiq;

XXXIX. 38. IOANNES Cerretanus Interamnas *a*, ejuſdem Civitatis dignitatem ſuſtinuit ano. 1481. Deceſſit menſe Augnſto aono 1492. Romæ Rotæ Auditor.

a Laudatur ab Ange[illegible] Mand.

XL. 39. IACOBUS de Breuſqueth Lemovicenſis Gallus, Monachus Ciſtercienſis, inque Romana Curia Procurator Generalis, ab Alexandro VI. Nucerinus Epiſcopus electus eſt 1492. poſtrema die expirantis Aug. Hic pro ſuo Ordine turbulentiſſimis temporibus multos adivit labores, Sixtoque IV. olim charus; ſub Innocētio deinde Pont. Max. Ciſtercienſem ordinem per Italiam ob ingluviem Commendatariorum penè collapſum mirabili dexteritate reſtituit, atque à ſummo Pontifice obtentis ornavit, firmavitque privilegiis Renunciatus verò Epiſcopus haud inferiorem curam ſacrorum habuit; ſiquidem in Cathedralem multa contulit ornamenta, illamque pretioſa ſupellectili adauxit, ditavit. Romæ diem clauſit poſtremum 28. menſis Maji anno 1498. inque Vaticano ſepultus eſt io ſacello S Mariæ de Febri. Adhuc in ſacrario humi collocatum ejuſdem ſpectatur ſepulchrum, ubi in prægrādi marmorea tabula, cum ejus effigie hæc ſubjecta legitur inſcriptio, quam ingredientium pedes hactenus propemodum deleverunt.

Locus Epiſcopi Nucerini offibus dicatus M.
CCCC.LXXXXVIII die xxvi. Maji hora xi.
Breucettus ſuperis animam reddens Iacobus
Hoc ſub terreno marmore liquit onus.
Quem miſit Roma genitrix Limoſia gente
Muis erat, & ope . . . dedit,
Quod in mortales virtus fata reliquit,
Hic pariter virtus. Religuque jacet.

XLI. 40. MATTHÆUM deinde Baldeſcum Peruſinum *b*, Sacræ Rotæ Auditorem, Alexander VI. Nucerinam ſublimavit ad ſedem an. 1498. die 28. menſis Maji: anno vero 1508. die 28. menſis Julii ad Eccleſiam Peruſinam translatus eſt. De quo ibi.

b De quo Oldoinus in Athen. August. & Jacobillus in Bibl. Umbriæ. Mand.

XLII. 41. LUDOVICUS Clodius è Calderola *c*, ex Archipresbytero Calderolenſi, arciſque Bononienſis Præfecto, ad huoc Epiſcopatum aſſumptus eſt Iulio II. Pontifice ſummo ſedeote die 28. menſis Iulii aono 1508. vita functus eſt 1514.

c De eo vide Lilium in hist. Camerin. Mand.

XLIII. 42. VARINUS, ſive Guarinus Favorinus, *d* è

A Camerino, Sylveſtrini Ordiois cucullatus, vir Græcè, Latinèq; cultiſſimus, atque olim X. Leonis præceptor, ab eodem Pontifice ad Nucerinum Pontificatum evectus eſt anno 1514. die 3. menſis Octobris. Lateranenſi Concilio interfuit, ipſamque Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1537. memorque fati, cum jampridem veram humanæ miſeriæ philoſophiam attentiſſimè contemplaretur, exceſſit è vita, ſepultuſque eſt in Cathedrali, cujus depoſitum inſcriptio Græca exornat.

d [illegible] no late, atque fuse Diarium Ital. cum t. 19. pag. 90. & seqq. item Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 264. Mand.

ΒΑΡΙ˜ΝΟΝ τὸν ἐκ τῆς Μεδικῆς οἰκίας
τρόφιμον, τῷδε ζῶντι ἀνόμοιον βλέ-
πεις, ὃς τῷδε σήματι κείμενος, παν-
ταχοῦ γᾶς παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις
καλῶς ἀκούων, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀγηράτῳ
χρώμενος ἐπαίνῳ, ἡδίστου τῶν ἀγρυ-
πνιῶν, καὶ πόνων ἀπολαύει καρποῦ.

B Varinum Medicee domus alumoum viveoti diſſimilem aſpicis, qui in hoc ſepulchro jacens ubique terrarum à doctis celebratur, virtutiſque laudē immortalem adeptus ſuaviſſimo vigiliarum, ac laborum ſuorum fructu potitur.

Ἑλλάδος ἑρμηνευτὺς αὐδῆς ἅμα πλεῖ-
στα Βαρῖνος, τῷ Λασκάρεως Γραμμα-
τικεύσάμενος, Μνήματι τῷδε ἀμπέ-
χεται.

Græci Interpres ſermonis Varinus, atque admodum à Laſcare grammatica excultus hoc monumento continetur.

Βίβλον ὁ Γραμματικῆς ἐργώδεα τὴν
δ' ἐπαύσας Σκιπίωνος μνῆσιν φρο-
νέων ἶσα Βαρῖνος ἦν καρυρομάχου.

Libro Gramatices difficillimo perfecto, Scipionis bellicoſiſſimi famam Varinus adæquavit.

C Ἑλλάδι τοῖς ἰδίοις πεπλανημένη ἐν λαβυρίνθοις
Οὐ μῦθον ἀλλὰ βίβλον πρὔθετο δαιδάλεον
Οὐχ Ἕλλην ἐπίλος δὲ Βαρῖνος ἐχ, ὅτεγε θαῦμα
Εἴγε οἷοι νέοι γραιοῖ ἀντιπελαργέομεν.

Græcia in ſuis aberrantibus in labyrinthis
Non fabulā, ſed librū dædaleū induſtria propoſuit:
Non ille Græcus tamen, ſed Italus habitus eſt.
Nil porrò mirum ſi ciconiarum juvenum inſtar
Quæ ſenibus vicem rependunt ipſi gratos
Nos exhibeamus.

Scripſit Favorinus Dictionarium Græcum, magnum illud, ac perutile multis, variiſque ex auctoribus collectum, totius linguæ Grecę commentarium; è Græco in Latinum traduxit Aphotegmata. Laudatur ab Angelo Politiano io epiſtola ad Mutiū Camertinum. *Varinus*, inquit, *Civis tuus, Auditor meus, ad ſummum lingua utriuſque faſtigium pleno gradu contendit, ſic ut inter doctus jam conſpicuus digito monſtretur.* In Varinum verò optimum Regularem Epiſ-
D copum cecidit, ut primus omnium Regularium Epiſcoporum viridi galero uteretur ex decreto conſiſtoriali Leonis X. Ad an. uſque 1517. qui è diſciplina regulari, ad Epiſcopalem dignitatem evecti fuerāt, nigrum galerum, ac palliolum cum mozetta, ex eo panno, & colore, quo induti incedebant, dum clauſtralem vitam colerent, geſtare conſueverant. Ex quo id oriebatur incommodum, ut ſæpius à puris Abbatibus, Prælatiſque diſtingui, diſcernique non poſſent. Quod grave Leoni cum viſum eſſet, ut aliqua eos nota ornaret, pileum viridem inſtar aliorum Epiſcorum, reliquo ſervato habitu, geſtare juſſit, rogatis prius io Conſiſtorio Cardinalium ſententiis. Decretum, quod actis conſiſtorialibus ioſertum eſt, die 13. Decembris emanavit.

XLIV. 43. ANGELUS Coloccius Æſinus, *e* Papæ Leoni à ſecretis, Varino jam ſeneſcenti coadiutor attributus eſt cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1521. die 25. meoſis Novembris, morteque ſecuta Varini, An-

e Hujus vitam ſcripſit Federicus Ubaldinus an.

geli

geli electio ſuum robur obtinuit. Theologus, ac Philoſophus fuit inſignis, & Mathematicarum ſcientiarum valdè peritus. Poeſis etiam non ignarus, ſicut monumenta ab illo poſterius relicta teſtantur abunde. Unde ſic luſit illorum temporum Poeta Franciſcus Pamphilus lib. 1. de laudibus Piceni.

Angelus hanc digna fuit Urbe Coloſius ortus,
Angelus Aonidum maximus ille philor.
Vertitur in varias formas, totidemque figuras,
Carpathiis Protheas quot Deus egit aquis.
Polypus æquoreis non tot ſibi ſumit in undis,
Quot facies apto ſemp re cautus agit.
Vince et Anthæum ludo, nitidaque palæſtra.
Atlas quoque humeris jam tulit aſtra ſuis.
Mellifluos latices ſumpſit de gurgite fontis,
Quem mode Gorgoneus calce peregit equus.
Hunc amat alma ſui captum dulcedine Clio.
Hunc fovet Euterpe, Melpomeneque virum.
Tradidit immenſam ſeriem Polymnia rerum;
Efficit huic virides Diva Thalia comas;
Senſibus & Era e divinum infundis amorem;
Terpſichores mulces pectora læta choris.
Urania aſtrigerum totum patefecit olympum;
Mellifluos tribuit Calliopea ſonos.
Unicus hoc tenaes, miſeratus ſempore vates
Hunc etiam merito jure vocare ſophum.

Anno 1543. Angelus quieti intentus, Epiſcopatu ceſſit. Ad ſtudia reverſus haud diu ſupervixit, defunctuſque in patria, in Cathedrali ſepulturam accepit. Poſteri hoc ei ad tumulum cenotaphium poſuere.

Angelo Coloſio hujus Eccl. Can. & Secretario Apoſtolico Nucerino, & ſeat Epiſcopo, Jac. & Hip. pronep. poſ. A. D. MDC.

XLV 44. HIERONYMUS Manellius è Rocca Contrada, ad Epiſcopatum hunc evectus eſt 1545. ſub Julio Cardinali Roboreo prolegatione Peruſina functus eſt. Sub Clemente deinde VIII. effœtæ ætatis è vita diſceſſit, cum 47. annos ſediſſet, ſepultuſque eſt in Cathedrali. a Ei dedicavit vitam S. Medardi Epiſcopi, à Venantio Fortunato deſcriptam, Vincentius Bellus, quæ extat manuſcripta, Romæ in Bibliotheca S. Auguſtini. („ *Hic an. 1580. inveait corpora SS.* „ *Martyrum Felicis, & Conſtantia, atque in Cathedrali collocavit, teſte Lualdo in origine Chriſt. Relig.* „ *tom. 1. p. 292. De Hieronymo agunt cum laude Durantes Dorins in hiſtor. Familia Trincia p. 49. & Jacobil-* „ *lus in Bibl. Umbria.* Mandoſius.)

XLVI



45. ROBERTUS Perbenedictus Camerinenſis, frater cognominis Mariani Cardinalis, atque Andreæ Venuſini Epiſcopi, ex Canonico S. Angeli in foro Piſcium, à Clemente VIII. ſublectus eſt anno 1592. die 4. menſis Martii. Deceſſit autem an. 1605. die 5. Junii Saxoferrati, dum munus viſitationis expleret. Nuceriam relatus jacet in Cathedrali, ubi hæc extat memoria.

D. O. M.

Memoriæ Roberti Perbenedicti Epiſcopi Nucerini, qui cum 4 Nonas Junii M. DC. IV ab inteſtato deceſſerit, Marianus S R E. Card. de Camerino fratern e conſcius voluntatis, pro Anniverſariis ſacris die obitus, ſingulíſque menſibus faciendis, perpetua tria montis loca, multumque ſacræ veſtis, & ornatus huic Eccleſiæ donavit anno ſalutis M. DC. IV. P. Anton. Moroſuſco.

A. C. Nos.

Roberti, aliorumque Perbenedictorum Præſulum ſtemmata, ſcutum bipartitum, ſuperius cæruleum, miniatum inferius, cum aureo Grypho rampante.

46. VIRGILIUS Florentius Peruſinus ad Nucerinum Epiſcopatum aſcendit Paulo V. ſedente anno 1605. die 27. Julii. * Deceſſit 9. Novemb. 1645. Jacet in Cathedrali. („ *Ejus cum encomio meminit Oldoinus in Athen. Aug.* Mandoſius.) XLVII.

47. HORATIUS Juſtinianus Januenſis, Epiſcopus Montis Alti, ad hanc ſedem translatus ab Innocentio X. die 14. Januarii 1645. b pauloque poſt creatus eſt S. R. E. Presb. Card. Epiſcopali munere deinde ſe abſolvit, de quo vide, quæ diximus in Epiſcopis Montis Alti. XLVIII.

A D D I T I O.

(„ MUTIUS *Montanus è Vetralla, Scipionis* „ *Cardinalis Cobelutii ex Bernardina Bruſiotta matre abnepos, hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit ex dimiſſione Cardinalis Juſtiniani an. 1646. 25. Junii 23.* „ *annus eximia regiminis ſuavitate huic cùm præfuiſſet* „ *Ovili, evolavit ad Superos.* XLIX

„ JO: BAPTISTA *de Amatis nob. Piſtorienſis J.* „ *U. D. Cathedralis Eccleſia Piſtorienſis Canonicus, &* „ *Epiſcopi ſui aliquandiu Vicarius, cujus doctrina, &* „ *morum præſtantiam cùm benè noſſet Clemens IX. ab* „ *eodem in florenti ætate anno 44. ad hunc evectus eſt* „ *Thronum 8. Aug. 1669. Eccleſia jura cùm eximiè tutatus fuiſſet, morte ſublatus eſt 1689. menſe Octob.* L.

„ *MARCUS Battaglini Ariminenſis, J. U. D. &* „ *multiplicis eruditionis laude celebris, ut editis voluminibus ſe Orbi literario ſpectabilem præbuit, in eo* „ *præcipuè, quod politiori lingua vernacula ſtylo hiſtoriam præfert univerſalem omnium Conciliorum. Sū-* „ *ma prudentia, & pari ſapientia cum nomine Pontificis plures frenaſſet Eccleſiaſtica Ditionis Civitates,* „ *hoc Throno dignatus eſt 17. Apr. 1690. At pares humeros majori cuilibet ſuſtinenda moli à Clemente XI.* „ *optimo deprehenſus, Apoſtolicus Viſitator Lateranenſium Eccleſiarum Portuenſis, & Sabinenſis delectus* „ *fuit, quod opus egregiè perfecit.* Luc.) LI.

(„ *Ad Caſenatem Epiſcopatum demum translatus* „ *eſt 8. Junii 1716.*

„ ALEXANDER *Borgia, Presbyter, nobilis Voliteraenſis an. 34. J. U. D. & Prothon. Apoſtolicus, Auditor jam Nunciatura Apoſtolica ad Tractum Rheni, aliaſque inferioris Germania partes, ibique Internuncius, & deinde Gubernator Aſſiſii promotus ad Epiſcopatum Nucerinum eſt die 1. Julii 1716.)* LII.

PAPIENSES EPISCOPI.

Qui Pallio utuntur.



PAPIA, Inſubriæ clariſſima civitas, ad flumen Ticinum ſita eſt, nobiliorum artium Academia inſignis, olimq; ſedes Longobardorum regum. Hanc antiquiores appellarunt Ticinum, ſi Straboni, Plinio, ac Ptolomæo ulla fides. Sed poſtquam ex excidio Odoacris Erulorum Regis, per Epiphanium eius Epiſcopum Vrbs nova ſtetit, illam Papiam recentiores vocarunt. Et Ticinum quidem videtur fuiſſe dicta à flumine, quod illius abluit muros; Papia verò, vel, ut

Luit-

Luitprando placet, ab interjectione Papè! admirantis, quod illam admirarentur mortales omnium commeatuum genere abundare, vel ideo Papia, quòd pia patria videretur in civium diſperſorum reliquiis recipiendis, poſt quam à barbaris fuiſſet exciſa. De ejus exordio varias tulerunt Scriptores ſententias; ſunt enim qui dicant à Boijs, Cenomaniſq; qui Ripas Ticini incolebant, nomen inveniſſe; alii narrant Bojos, Cænomanoſque adeò creviſſe Mediolani, ut impares tantæ multitudini muri, ad hanc novam Vrbem ædificandam Bojorum, Cænomanorumque non ignobilem partem compulerint. Eutropius videtur velle fuiſſe exſtructam à Boiis, Inſubribuſque. Paulus diaconus ſcribit Papiam Gallos, cum Mediolano, Bergomo, Brixiaq; fundaſſe. Plinius Leves, ac Moricos illius facit auctores, dum non procul à Pado flumine fixiſſent domicilium. Volaterranus autem in lib. 5. ſuæ Geographiæ Plinium explicans, eos populos affirmat Gallos fuiſſe. Contra Leander Albertus conatur oſtendere, eos populos, de quibus loquitur Plinius, non Gallos, ſed Ligures fuiſſe; deinde autem adauctã fuiſſe, & inſtauratam à Boijs, ac Inſubribus Gallis, ut Paulus Diaconus, & Eutropius narrant. Biondus conatur oſtendere, Papiam haud extuliſſe muros tempore Secundi Belli Punici, cum apud Livium nulla Papiæ occurrat mentio per ea tempora, quibus Romani cum Carthaginenſibus Duce Hannibale bellũ gerebant, quam Blondi conjecturam leviſſimi ego momenti exiſtimaverim. Quanquam enim de antiquiſſimo Papiæ exordio nulla certa res videatur poſſe afferri, conſtat tamen antiquiſſimam illam eſſe civitatem, ut abundè probavit eruditiſſimus Hieronymus Boſſius in ſuis Papienſibus Annalibus; ſicut etiã non præripiemus Bernardino Sacco partes, quas ſibi deſumpſit, narrandi ſcilicet amplitudinem Papiæ, eiuſdemque ædificiorum ſplendorem, fertilitatem, Viroſque illuſtres, qui in ea floruerunt, inque omni memoria res præclarè geſſerunt, contenti innuiſſe tantum principium, quo uberrimè lucem Euangelii exhauſit. Conſulat autem lector, ut non ſemel moneo, ſi, quæ ad temporaneam felicitatem ſpectant, plura velit cognoſcere, conſulat inquam Speitam, Guallam, Breventanum, ſupramemoratum Boſſium, Bernardinumque Saccum. Papiæ igitur Chriſtianæ fidei fundamenta jeciſſe narratur Syrus Galilæus illuc ad prædicandum à Principe Apoſtolorum directus, cum ejuſdem miſſionis collegis. Cumque plures alias circumvicinas Civitates pari felicitate prædicationis Euangelio Chriſti impleſſet, ibi tandem requievit. Semel autem juſtum pietatis ſemen Papiæ altas radices egit, pluribus ſanctis, qui in ea floruerunt, cultoribus, tametſi per eadem tempora, & Attila illam crudeliter depopulatus fuiſſet, eandemque in totum excidiſſet Odoacres Rex Erulorum. Jam inde à ſuæ inſtitutionis initio nullius Metropolitani arbitrio paruit *a*, ſed unam tantum Apoſtolicam Sedem immediatè uſque ad hæc noſtra tempora venerata eſt cui ob merita tot Sanctorum, qui in ea floruerunt, illamque adminiſtrarunt, præcipuè autem S. Ennodii, qui pro Romana Eccleſia tot exantlavit labores, Pontifex Hormiſda Pallii uſum conceſſit, (*a*) extenditque eam gratioſam indulgentiam ad ſucceſſores, inque ſe, ac futuros deinceps Romanos Pontifices Præſulum Papienſium honoris ergo traxit conſecrationem. Præter uſum Pallii, Joannes Papa VIII. poteſtatem eidem Epiſcopo fecit crucem geſtandi, more Archiepiſcoporum; albumque equum conſcendendi, utque in generalibus Conciliis dexter aſſideret Pontifici. Quæ omnia privilegia Præſulibus Papienſibus rata eſſe juſſerunt plures Pontifices, nec potuere deinceps tot ab Archiepiſcopis Mediolanenſibus intentatæ lites huiuſmodi Papienſi Eccleſiæ indulta eripere. Quin, quod majus eſt, legitur in Decretalibus, illudque ipſum refert Baronius, Præſuli Papienſi jus eſſe, ad Synodos ſuas Archiepiſcopos Ravennatem, & Mediolanenſem cum ſuis ſuffraganeis advocandi. Innumera propemodum privilegia ſunt, quæ huic Eccleſiæ indulſere Pontifices, Imperatores, Reges Longobardorum, aliique Principes, cum Latifundiis, fortunis, aliiſque ampliſſimis juribus. Diœceſis ampla eſt, cuius longitudo 75. paſſuum millia decurrit, latitudo verò 50. ibi habentur 154. Eccleſiæ, in quibus animarum cura exercetur, juſq; dicit 185. territoriis. Cathedralis antiquæ ſtructuræ quidem, ſed mirificè exornatæ quinque dignitates ſunt, Præpoſitura, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Cantoratus, ac Decanatus: 16. Canonici, cum 12. Capellanis, alioq; minorum gentium clero, divino cultui deſtinati ſunt. Præbenda Pœnitentiali gaudet, ſed non Theologali, quippe quæ ſupervacanea in publica diſciplinarum Academia poſſet videri. Papiæ duodecim Præpoſituræ inſtitutæ ſunt, Parochiales verò ſedes decem, & octo; Intra Papiæ muros, foriſque 25. Religioſorum monaſteria ſpectantur, quorum habetur præcipuum S. Petri in Cœlo Aureo olim Monachorum S. Benedicti, nunc Canonicorum Regularium, à Luitprando Longobardorum Rege ædificatum, ubi S. Auguſtini corpus è Sardinia illuc relatum quieſcit, cum corpore Severini Boetij, alijſque ſanctiſſimis viris, atque æquiſſimis Senatoribus. Tredecim monaſteria Monialium ſunt, 11. Laicorum Confraternitates, 10. Hoſpitales domus, proſtatq; mons Pietatis ad tenuiorum ſolamen Per Diœceſim verò ſparſæ cernuntur Præpoſituræ duæ cum reſidentia Canonicorum: Viginti ſupra unum Religioſorum Monaſteria, Monialium verò quatuor, in quibus illud Carthuſianorum inſigne eſt, cui opulentiſſimi cognomen fecerunt, in quod Mediolanenſes Duces, ut illud locupletarent, viſi ſunt certatim opes propemodum effudiſſe, Itaq; cum non admodum ampla civitas tot Eccleſias, Tẽplaque, pietatiſque monumenta contineat, quis dubitare poteſt, ejus civitatis Principes, ipſumque populum Papienſem maximè excoluiſſe pietatem? merito igitur poſt tot clades, bellorumque eluvionem, ad ſinum Auſtriacum Principum, tanquam ad tutatiſſimum portum confugit, ut diuturniori pace floreret.

ADDITIO.

(„ *Cathedralis Papienſis SS. Syro Epiſcopo, & Stephano Prothomartyri dicata eſt. Vrbs 20000. circiter animas enumerat: In qua adeſt Seminarium Clericorum, & domus Epiſcopalis e conſpectu Eccleſiæ conſiſtit. Fructus ad tuendam Epiſcopi dignitatem annuatim ſummam conficiunt circiter ſex millium Scutorum. Taxantur in lib. Cam. Rom. flor.* 400 Locent.)

Huius civitatis modò dabimus ſeriem Epiſcoporũ, quam magna ex parte è Dypticis Epiſcoporum S. Ticinenſis Eccleſiæ, quam noſter Boſſius ex Annalibus extractam in lucem emiſit, concinnavimus. Cæterùm quia alicubi narrationem confundit, nobis viſum eſt, aliorum monumenta conſulere, ut cumulatior, atque abſolutior noſtra hæc lucem aſpiceret.

1. S. SYRUS, natione Galilæus, S. Petri Apoſtoli Alumnus, ab eodem Apoſtolo primus Papienſis Epiſcopus ordinatus fuit, circa annum noſtræ ſalutis 46. quo cum perveniſſet cum Iuventio, Pompejo, Griſantio, Fortunatoque prædicationis collegis, Chriſti Euangelium promulgare exorſus eſt, tanto pietatis ardore, miraculorumque à ſe patratorum atteſtatione, ut brevi civitatem omnem ad Chriſtum traduxerit. Ad Mediolanenſem Præfectum concionari de rebus fidei Syrum detulit fama, quem Mediolanum vocatum tanta admiratione audivit, ut ea cõditione liberum illum dimiſerit, ne mulctatus exilio Papienſes fines attingeret; ſed Præfecti ſpreto præcepto, ſatius duxit vocanti, imperantiq; Deo obtemperare. Igitur ut noviter converſos ad Chriſtum con- I.

a Mediolanensi Antistiti paruisse Papiensem conatur ostendere Muratorius in Anecdot. t. 3. p. 241. & seqq.

(*a*) Ughellum arbitror à veritate deficere, dum ſine tabulis, & ſine teſtibus aſſerit Hormiſdam uſum Pallii Ennodio conceſſiſſe. Uſus enim Pallii per ea tempora aut pauciſſimis, aut nemini à ſummis Pontificibus tribuebatur. Divi enim Gregorii Magni ævo, ut advertit de Marca l. 6. c. 7. n. 3. de Concor. Sacerd. & Imp. invaluit, ut Romanus Pontifex ornaret praecipuos Metropolitanos, qui ad ejus conſecrationem pertinebant, aut eis, quibus vices ſuas in Provinciis committebat. Vide, an ad Joannem VIII. Papam prærogativæ hujus primordia ſint referenda. Ille enim Pontifex nihil antiquius habuit, quam ut Ticinenſem extolleret ſedem, quo Mediolanenſis Epiſcopi ingenium retunderetur, qui de promptè præſtanda tunc temporis Eccleſiæ Romanæ obedientia recuſabat. Muratorius ut ſupra t. 3. p. 242.

confirmaret, rediit ad Eccleſiam ſuam, majorique ardore animi ſemel plantatam fidem excoluit. In honorem Deiparæ Virginis, ac Principis Apoſtolorum templum erexit, alterumque SS. Gervaſio, & Protaſio ſtatuit, quos paulò ante in ſuburbiis Mediolanenſibus ſæviſſima tormenta ſuſtulerant, quoique ipſe clanculum per Juventium collegam fuerat ad martyrium cohortatus. Nec ſolum Papiæ idolatriam extinxit, ſed eandem prædicatione inſectatus eſt in aliis Italiæ civitatibus; tum Aquilejæ Hermagoræ auxilio fuit; Brixiæ, Veronæ, Laudis Pompeiæ, Tortonæ, Haſtæ, Genuæ, pluribuſque aliis locis doctrina, æquè ac miraculis clarus barbaram impietatem afflixit. Ex Italia trajecit in Auſtriam, Laureacique verbum Chriſti diſſeminavit. Primum ſacrum Veronæ fecit, ibidemq; demortuum hominem revocavit ad vitam. Tortonæ Martianum attribuit Præſulem, quem in diſciplina quondam habuerat, cumque Ticinenſem Eccleſiam fundaſſet, adminiſtraſſetque per 50. annos, requievit in Domino die 9. menſis Decembris, anno ab inſtaurata ſalute 96. ſepultuſq; eſt in Eccleſia S. Gervaſii & Protaſii, unde poſtea, poſt 700. annos, fuit translatus in Cathedralem, conditusque ante majus Altare inter columnas. Narrat doctiſſimus Boſſius, antiquiſſimam traditionem eſſe, Syrum puerum illum fuiſſe, qui quinque panes habebat, & duos piſces, ex quibus Chriſtus Dominus tot millia hominum ſatiavit. Syri autem meminit Petrus in Catal. lib. 1. c. 50. Memb. tom. 5. Surius tom. 3. Luitprandus, Gualla, Ferrarius, Martyrologium Romanum, & alii.

II. 2. S. POMPEJUS Aquilejenſis, diſcipulus, atque Diaconus S. Syri, ac prædicationis collega, eidem demortuo in Epiſcopum ſucceſſit ann. 96. Hic tranſitus diem S. Syri celebrari debere inſtituit, hoc eſt 9. diem Decembris, unde poſtea mos dimanavit eadem die cereum offerendi ei Eccleſiæ, in qua corpus Sancti conditum quieſcebat. Item magiſtro ænea in ſtatuam in Cathedrali erexit, aliquotque circumvicinus populos convertit ad Chriſtum, cumque piè, ſanctèque per aliquot annos Papienſem rexiſſet Eccleſiam, evolavit ad ſuperos, anno circiter 100. noſtræ ſalutis, die 14. menſis Decembris. Illius corpus condidere in Eccleſia SS. Gervaſii, & Protaſii. S. Pompeii meminerunt Martyrologium Romanum, acta S. Syri, Gualla, Brevent. Spelta, Ferrarius, & alii.

III. 3. S. JVUENTIUS, ſive Eventius Aquilejenſis, SS. Hermagoræ, Syrique diſcipulus, poſt exceſſum S. Pompeii a fidelibus populis acclamatus fuit Epiſcopus. Sed Laudem Pompejam cum profugiſſet, ut detrectaret onus, inde vel nolens retractus, poſt annum ordinatus Epiſcopus fuit, impoſitamque ſibi dignitatem tanto animi ardore ſuſtinuit, ut æſtuantibus perſecutionibus, nihil omiſiſſe dicatur, quod ad optimum Paſtorem videretur ſpectare, oratione, miraculiſq; vicit perfidiam Porphyrii militum Tribuni, illumque devictum ſacro luſtravit Baptiſmate, qui ſuccinctus armis, inſtructaq; acie Juventium cum grege fidelium trucidatum ibat. Papienſem Eccleſiam adminiſtravit, juxta veriores calculos, uſque ad annum 139. dieq; 8. menſis Februarii evolavit ad Cœlum, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Nazarii, quam hodie S. Juventii vocant. Illius meminere Martyrolog. Rom. die 15. menſ. Septembris, Beda, Viuardus, Ado, aliique antiquiores; *a* ex recentioribus autem Jacobus Gualla lib. 3. Stephanus Breventanus lib. 2. c. 4. Spelta, aliique, qui de obitus die haud unam tulere ſententiam. Nos autem ea de re Boſſio ſubſcripſimus.

a Et Acta Ss. Febr. t. 2. p. 13.

IV. 4. S. PROFUTURUS Juventio ſuffectus eſt, circa an. 139. ſanctè deceſſit an. 144. die 1. menſis Novembr. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Juventii.

V. 5. S. OBEDIANUM deinde præfecere Papienſibus, qui ſedit omnino annos 13. vitamque finivit an. 158. die 17. menſis Januarii.

VI. 6. LEONTIUS in eadem floruit ſede ann. 158. protulitque ætatem uſque ad annum 180. diviſitque Civitatem in Parochias.

VII. 7. S. URSICINUS floruit ſanctitate anno 183. deceſſitque anno 216. die 21. menſis Junii *b*, cujus ſacræ reliquiæ requieſcunt in Eccleſia S. Joannis de Palude, ſive in cœmeterio de Burgo.

b Quo die de eo agunt Acta Ss. Junii t. 4. p. 63.

VIII. 8. S. CRISPINUS, *c* hujus nominis primus è Nigrorum nobili Familia, Papienſis, ad patriæ ſedem provectus eſt, anno 216. deceſſitque 253. die 17. menſis Januarii. Ejus ſacrum corpus in Cathedrali conditum jacet. Breventanus, Spelta, Guallaque, hoſque ſecutus Ferrarius in Catal. narrant, hujus ſancti celebrari feſtum die 7. menſ. Maii. Nos Boſſii catalogum ſequemur. At vero cum prædicti Scriptores adeo diverſè computent annos, quæque multis annis inferior Criſpinus geſſit, huic adſcribant, mecum ipſe quandoque ſum ſuſpicatus, de uno Criſpino illos fortaſſis duos feciſſe, tametſi ea de re ſuſpenderim judicium, detulerimque libenter eam rem decidendam judicio meliori.

c De hoc Bolland. die 7. Jan. p. 356.

IX. 9. S. FELIX martyr, hujus ejuſdem Eccleſiæ præſul fuit anno 253. coronatus autem martyrio eſt, die 15. menſis Julii anno 255. cujus ſacræ reliquiæ honorificè aſſervantur in Cathedrali, ejuſdemque ad hanc diem meminit Rom. martyr.

X. 10. MAXIMUS *e* Ticinenſem regebat Eccleſiam ab an. 256. uſque ad annum 270.

e De hoc Acta Ss. Jan. t. 1. p. 478.

XI. 11. S. EPIPHANIUS hujus nominis I. patria Papienſis, Maximo ſuffectus eſt, an. 270. deceſſitque 274. die 30. menſ. Auguſti, cujus corpus aſſervatur in Cathedrali Heldeiſchein Saxoniæ Civitatis, ut ſcribit Boſſius, additque: hic Epiphanius ad Felicem I. Romanum Pontificem legavit Miroclem affinem ſuum, qui benè geſtæ legationis cauſa Epiſcopus Mediolanenſis fuit ab eo creatus. Mirocles autem Materno ſucceſſit, ut Authores Mediolanenſiû hiſtoriarum ſcribunt, utque verior ſententia fert, circa annum 307. Felix vero deceſſit è vivis anno 275. Quamobrem non video, qui fieri potuerit, ut ab Epiphanio mitteretur Mirocles ad Felicem Pontificem, qui illum ob feliciter geſtam legationem, Mediolanenſem Epiſcopum renunciaverit. Vehemens itaque mihi ſuſpicio eſt aliquid hic ſubeſſe erroris, huncque Epiphanium, cum altero Mirocli coætaneo facile fuiſſe confuſum.

XII. 12. S. CRISPINUS, hujus nominis II. patria Ticinenſis ad hanc eandem ſedem, promotus eſt anno 275. fato functus eſt anno 305. die 30. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Cathedrali, in Sacello S. Cruci ab ipſo dicato, atque conſtructo. Fertur ædificaſſe etiam templum in honorem SS. Coſmæ, & Damiani Martyrum, ſi tamen hic non confunditur cum Criſpino Epiphanii anteceſſore, cum id tempus, quod tribuitur huic Epiſcopo, ob ſæviſſimam Diocletiani, & Maximiani Imperatorum perſecutionem haud ſatis videatur commodum Sanctis Martyribus ſtatuendis aris, ac templis.

XIII. 13. S. DALMATIUS, natione Germanus, Ticinenſi Sede nobilitatus eſt anno 306. ac poſt annum ſuæ adminiſtrationis, Maximiano Cæſare perſequente, Martyrii palmam accepit, die 5. menſis Decembr. de quo martyr. Rom. hac ipſa die, Beda, Uſvardus, & Ado. Hujus vitam heroico Carmine côprehendit Hieronymus Vida Albenſis Epiſcopus. (1)

XIV. 14. S. ANASTASIUS hujus nominis I. hanc adminiſtravit Eccleſiam ab an. 310. uſque ad annum 333. quo ipſo anno exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Baronius in notis ad martyr. Romanum res præclarè geſtas Anaſtaſii II. hujus Eccleſiæ item Epiſcopi, qui poſt multos annos ſub Rothario Longobardorum Rege floruit ſanctitate, huic Anaſtaſio I. temporum errore ſeductus attribuit; adeò plerumque, & clariſſimos viros fallit nominum ſimilitudo, niſi exactè invicem tempora conferantur.

XV. 15. THOMAS ex Diacono, poſt Anaſtaſium præſul evaſit, an. 333.

XVI 16. ALBACHIUS autem anno 354. fatoque ſublatus eſt 358.

XVII. 17. S. HILARIUS *d* ad eandem ſedem adlectus eſt anno 358. deceſſitque 376. die 16. menſis Maii, cujus reliquiæ honorificè aſſervantur in Eccleſia S. Mi-

d De quo pauca in Actis Ss. Maji. t. 3 p. 577.

(1) Celebratur Dalmatius à Baronio in ſuis Annalibus an. 303. n. 131. ex cujus ſententia Dalmatii certamen ſi præceſſit tempore, cenſendum eſt, proxime memoratum Criſpinum confudiſſe Scriptores cum alio ſuperiori. *Lauretius.*

A Michaelis majoris. Hic contta Arrianos ſaluberri-
mam Synodum celebravit. Hujus meminit tantum
Boſſius in ſua Dyptica; nullus autem præterea ſcti-
ptor, nec Martyrol. quidem Roman.
XVIII 18. S. IVVENTIUS II. hanc eandem Epiſco-
palem conſcendit Cathedram anno 377. illamque ad-
miniſtravit uſque ad annum 403. deceſſitque 12. die
ejuſdem anni. Ejus venerandæ reliquiæ in Cathedra-
li, an apud S. Nazarium requieſcant, incertum. Syno-
do Generali Aquilejenſi *a* interſuit contta Arrianos,
anno 381. juſſus à Damaſo Papa, temporibuſque S.
Ambroſii anno 390. Synodum Mediolanenſem con-
tra Jovinianum, ubi Legati Syricii Papæ præerant,
ſuo ſuffragio juvit. Hunc Juventium cum ſupra me-
morato plerique confundunt, tametſi ob diſtantiam
temporum diverſum eſſe appareat, juxta Boſſii
narrationem.

a Duobus Synod. Aquilejen. interfuit, & in his corruptè Eventius Citiniensis, & Ticinensis vocatur. Luc.

XIX. 19. TIBALDUS floruit ab anno 405. uſque ad
annum 409. apud eundem Boſſium.
XX 20. MARCELLINUS hanc tennit Sedem ab
B anno 424. uſque ad annum 431. in quo ejuſdem extat
memoria, ut narrat Boſſius.
XXI. 21. S. CRISPINUS *b* hujus nominis III. Ticl-
nenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam an. 432. ſedit-
que uſque ad annum 466. deceſſitque 23. die menſis
Julii. Hic reperitur ſubſcriptus in Concilio Medio-
lanenſi celebrato ſub Euſebio, ex præcepto Leonis I.
Pontificis, qui Apoſtolicos legatos Senatorem, &
Abundium illuc direxit anno 451. Romanum Mar-
tyrologium Criſpinum retulit in numerum ſancto-
rum Ticinenſium Epiſcoporum, ejuſdemque ſancti-
monia vitæ eruitur è vita Epiphanii ſui ſucceſſoris,
quem ipſe educavit, inſtituitque ad omnem pieta-
tem; ſcribitque Ennodius Criſpinum graviter jam ſe-
neſcentem, opera Epiphanii in Ticinenſi adminiſtrã-
da Eccleſia maximè uſum fuiſſe, quippe cui, tanquam
jam labentis ſenii, Scipioni tuto inniteretur, in cujus
honorem hæc Carmina ceciniſſe narratur.

b De hoc Acta SS. Jan. t. 1. p. 174.

Salve Sancta parens ſemper ſalvere recepti.
Criſpini Cineres, cujus virtute redundat
C *Quicquid in hoc Chriſti miramur milite dignum.*
In Romano Martyrologio Criſpini mentio fit die
7. menſ. Januarii, ibidemque Baron. in ſuis notis con-
tendit illum ipſum eſſe, qui Epiphanium præceſſit.
Boſſius hujus retulit mortem in diem 13. Menſis Iu-
nii, tametſi ea ipſa die in Rom. Martyr. nulla Criſpi-
ni mentio exter.
XXII. 22. S. EPIPHANIUS hujus nominis II. diſcipu-
lus, Diaconuſque S. Criſpini Epiſcopi, Magiſtro in
Epiſcopatu ſucceſſit anno 466. Hic Mauro, Focatia-
que nobiliſſimis parentibus Papiæ natus eſt, cujus vi-
tæ ſanctimoniam viſus eſt præſagiiſſe mirificus ſplen-
dor, qui illum adhuc puerum circumdederat dormien-
tem. Crevit excultus doctrinis, tantaque ſanctitate
vitæ cum dexteritate agendi, ut jure optimo titulum
commeruerit PACIFICATORIS ITALIÆ; mi-
ſeræ enim Italiæ ærumnoſis illis temporibus adfuit
non ſemel, illiuſque conſternatos populos inter bel-
lorum æſtus eſt mirificè conſolatus. Hauſit oculis pa-
triæ excidium à ſæviſſimo Odaocre Rege illatum,
D miſeraſq; civium reliquias collegit; cũ templa, æqua-
toſque ſolo muros exorſus fuiſſet reædificare. Quod
cum paulatim ſuccederet, veteri Ticino, Papiæ, hoc
eſt Patriæ Piæ, indidit cognomentum. Cæterùm
quia Barbara fides ſuſpecta erat, nihilque tutum vi-
debatur ab armis, ne iterum redivivas civitates no-
vus, inſperatuſque everteret impetus, Liguriæ popu-
li, Æmiliaque Epiphanium cum Laurentio Epiſco-
po Mediolanenſi ad Theodoricum Gothorum Re-
gem legarunt, ut depoſitæ Italiæ genti vellet auxilio
eſſe. Profectus etiam eſt cum Victore Taurinenſi E-
piſcopo ad Gundibaldum Burgundiorum Principem,
ut captivos, quos è Liguria, Inſubriaque in ſervitu-
tem adduxerat, repræſentata pecunia, ut evenit feli-
liciter, redimeret reducendos in patriam. Ravennæ
apud Theodoricum Regem aliquandiu fuit, cumque
ab eo in favorem ſuæ Eccleſiæ ampliſſima retuliſſet
privilegia, Papiam reverſus eſt, populo Paſtori ſuo
reditum effuſè gratulante. Sed eam lætitiam mox in-

A exſpectatum Epiphanii fatum corrupit; paucos enim
poſt dies miraculis, vitæque innocentia longè clariſ-
ſimus exceſſit è vivis die 21. menſis Ianuarii *c* anno
498. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Vincentii, quam
poſtea de nomine ſancti illic requieſcentis S. Epipha-
nii appellarũt. Poſt ſe reliquit quatuor ſorores lectiſs.
ac ſanctiſs. Virgines, quarũ Luminoſa, Liberata, Spe-
cioſa, prope fratrem, defunctæ, acceperunt ſepul-
chrum, cum Honoratam in veteri Monaſterio ſepe-
liſſent. Illius vitam ſcripſit Ennodius, eandemque re-
fert Surius in Tom. 1. Martyr. Rom. Baroniuſque in
ſuis notis ad ipſum, inque Annalibus Eccleſiaſticis.

c Quo die de eo agit Bollandus in Actis SS. Jan. t. 2. p. 364.

23. S. MAXIMUS, Epiphanium excepit anno XXIII
498. Hic ſub Symmacho Papa, quartæ, ac Sextæ Ro-
manæ Synodo interſuit, deceſſitque 511. die 8. men-
ſis Ianuarii; ſepultuſque eſt apud S. Ioannem in Bur-
go. De eo Martyr. Rom. hac ipſa die, Baroniuſque in
ſuis notis. Ferunt Paulum Diaconum illius vitam
ſcripſiſſe, legiturque quædam dictio in laudem Ma-
ximi ab Ennodio compoſita, quæ ſic exorditur.
B *Prodiit religioſa votum Conſcientia.*
24. S. ENNODIUS, ex ingentibus in Eccle- XXIV
ſiam Catholicam meritis, poſt Maximi exceſſum, E-
piſcopus adlectus eſt anno 511. Hic origine Gallus
fuit, donatuſque civitate Papienſi, doctrina, eruditio-
ne, vitæque ſanctimonia longè clariſſimus; 16. natus
annos, cum Rex Italiæ Theodoricus imperaret, ut in
Euchariſtico vitæ ſuæ ipſe de ſe teſtatur, paterna A-
mita, quæ illum ad eam diem educaverat, orbatus eſt,
deſtitutuſque conſilio. Quamobrem nuptiis, opulen-
tiaque cujuſdam nobilis puellæ orbitati ſuæ conſu-
luit, ſuamque tenuiorem promovit conditionem. Ex
ea filium ſuſtuliſſe alicubi teſtatus eſt; deinde ab uxo-
te miſſione impetrata, quam continentiæ amor item
tetigerat, religioſam vitam inſtituit profiteri; factuſ-
que à S. Epiphanio Papienſis Eccleſiæ diaconus, in
eo munere vitam penè omnem tranſegit, eruditione,
ac nobilioribus cultus diſciplinis. Epigrãmata plura,
epitaphia, multaſque compoſuit epiſtolas; panegyri-
cum Theodorico Italiæ Regi publicè dixit, inſignique
C Apologetico, quod tota ſynodus in quinto publico
decreto comprobavit, Symmachum Pontificem, cau-
ſamque quartæ Romanæ Synodi luculenter defendit.
Iam Papienſis, ut ſupra memoravimus, factus Epiſco-
pus, ſub Hormiſda Papa Symmachi ſucceſſore dua-
bus legationibus in Oriente perfunctus eſt. In prima,
collegam habuit Fortunatum Catanenſem Epiſco-
pum, pluresque alios, in ſecunda Peregrinum Præſu-
lem Miſenatem. Lababant enim per id tempus Epiſ-
copi Orientales in fide, cum Synodus Heracleæ fuiſ-
ſet indicta. Quamobrem Ennodius formulam fidei
conceptis verbis exaratam, à Græcis Epiſcopis ſub-
ſcribendam ſecum detulerat. Sed Anaſtaſii Græci Im-
peratoris perfidia in cauſa fuit, cur id conſilium mi-
nus procederet. Quin cum fuiſſet conatus Apoſtoli-
cos Legatos, Ennodiumque præcipuè in ſuam ſen-
tentiam adducere, nec potuiſſet, ira percitus Græciæ
finibus Ennodium juſſit excedere, vetere, ac fatiſcen-
te ituro præbita navi, ut ſi contigiſſet ſubmergi, cru-
dele parricidium in caſum, fortunamque maris refer-
D ret. Sed Tyranno mitior fatiſcenti navigio unda per-
pecit, pervenitque demum perfunctus periculo, ad
Hormiſdam Pontificem, à quo gratitudinis ergo, cum
pluribus aliis Privilegiis Pallii. Cruciſque uſu exor-
natus, dimiſſus eſt, ut aliquando tandem ſemel ſibi
commiſſæ Eccleſiæ præſens conſuleret. Ubi extra
muros Civitatis S. Victori martyri templum erexit,
ob receptam ejuſdem precibus ſanitatem. Edidit
plura monumenta, quæ in Bibliotheca Priſcorum pa-
trum impreſſa leguntur, ubi ipſius omnigena erudi-
tio ſatis elucet. Paulo poſt ſuam poſtremam legatio-
nem in Oriente, è vita diſceſſit, adeo ſanctimoniæ
proſpera fama, ut in albo Sanctorum relatum illum
venerentur mortales. Incidit ejus obitus in noſtræ ſa-
lutis annum 521. die 17. menſis Iulii, ſuæ verò ætatis
48. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Victoris, atque inde
poſtea translatus, in S. Michaelis templo conditus ja-
cet, ubi ſequens epitaphium in marmorea tabula in-
ciſum proſtat legentibus, cum nota deceſſus, ac

Con-

Conſulis, qui per id tempus florebat.

Ennodius vates lucis rediturus in ortum
Hoc poſuit tumulo corporis exuvias.
Clarus prole quidem, generoſior ipſe propinquis,
Quos functus laudum juſſit habere diem.
Reddidit hoc cælo vivacibus ille figuris,
Cum fecit fama vivere colloquiis.
Quid mirum ſi mortis caret poſt buſta ſuperſtes,
Qui conſanguineos reſtituit ſuperis?
Quantus at ille foret, mundi celebratus in oris,
Nec ſilet occiduis cardinis Oceanus.
Schiſmata coniunxit dudum diſcordia legi,
Atque fidem Petri reddidit Eccleſiis.
Pollens eloquio, doctrina nobilis arte,
Innumeros Chriſto reſtituit populos.
Largus, vel ſapiens, diſpenſatorque benignus
Divitias credens, quas dedit ipſe, ſuas.
Templa deo faciens hymnis decoravit, & auro,
Et paries ſancti dogmata nunc loquitur.
Depoſitus ſub D. XVI. Kal. Aug.
Sini. V. C. Conſule.

Præter quintam Synodum Romanam, ſub Symmacho Papa, Ennodii etiam cum laude meminerunt Hormiſda Pontifex in Epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem: Nicolaus I. Pontifex, qui Michaelem Auguſtum facit certiorem de iis, quæ ob fidem Chriſti Ennodius à Græcis pertulerat, extatque Ioannis Papæ VIII. de Ennodio ad Brucarium Abbatem nobile teſtimonium: de eodem narrant Gregorius VII. Paulus Diaconus lib. 15. hiſtoriæ Miſcellaneæ, Anaſtaſius Bibliothecarius in Hormiſda, Martyrol. Roman. Baronius in notis, diffuſiuſque in Annalibus, Bellarminus Card. de Script. Eccl. aliique quamplures.

XXV. 25. PAULUS ſucceſſit Ennodio anno 521. Papienſemque Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 546. Hic ut feſtum B. Mariæ Virginis auguſtiori pompa celebraret, publicas vel inſtituit, vel uſu reddidit celebriores publicas ſupplicationes.

XXVI 26. POMPEII hujus nominis II. extat memoria ab anno 548 uſque ad 579.

XXVII. 27. SEVERUS adlectus fuit an. 580. protulitque ætatem uſque ad an. 614. Litanias minores ſub Clero indixit, ex exemplo Romani Pontificis.

XXVIII. 28. BONIFACIUS Papienſi ſede nobilitatus eſt anno 615. præfuitque uſque ad annum 626. Hic inſtituit ritum ſupplicationum ambularium à Reſurrectione Domini prima VI. feria, cæteraſque cruces ſingulis portis civitatis affigendas decrevit

XXIX 29. LAURENTIUS Papienſis, patriæ Epiſcopus fuit ab anno 628. uſque ad annum 632.

XXX 30. MAGNUS deinde ſucceſſit anno 633. extenditque ætatem uſque ad 668. Falluntur autem Spelta, atque Baronius in notis, cum hunc illum eſſe Magnum affirmant, qui ſub Agathone Pontifice Concilio generali interfuit anno 679. illoſque mendum decepit, quod in ſubſcriptionibus Concilii illius irrepſit. Etenim cum eſſet legendum, Magnus Epiſcopus Pupilienſis, ex injuria ſcriptorum, legerunt Papienſis. Illoſque auctores erraſſe vel hoc uno argumento poteſt convinci, quod abſurdum fuiſſet, duos Epiſcopos ejuſdem ſimul Eccleſiæ Concilio illi interfuiſſe. Nec ſatis ſe inde exolvit Spelta, cum dicit, Magnum fuiſſe Catholicum, Anaſtaſium autem Arrianum, qui titulo Papienſis Eccleſiæ inſignitus aderat cum Magno illi Cõcilio; propterea non fuiſſe incõveniens utrumque ſuis quemque partibus fauturum, Concilio illi interfuiſſe. Quis enim unquam credat Patres illos Concilii ſinceræ, ſpectatæque fidei ad ſui conſortium admiſiſſe Arrianum, rurſumque Arrianum hominem ea formula Catholica concilio illi ſubſcribere voluiſſe? Sed vide iterum, Magnum hunc, qui Concilio interfuit, cui etiam Anaſtaſius Papienſis intererat, alterius Eccleſiæ fuiſſe Præſulem, hoc eſt Pupilienſis. Cum enim uterque ſubſcribit Concilio, Anaſtaſius id fecit poſt Manſuetum Epiſcopum Mediolanenſem, tamquam illius Comprovincialis; Magnus verò Pupilienſis, poſt Theodorum Archiepiſcopum Ravennatem, cui ſubiiciebatur. Pupilienſem autem Civitatem, quæ hoc tempore parva eſt, poſt multa ſecula Ægidius Carillius Card. Italiç legatus juſſit exſcindi, ejuſdemque Sedem, ac Jura Bertinorum transferri, ut ſuo loco narravimus. Quid? quod illud etiam mendum coarguit Codex manuſcriptus in membranis antiquiſſimis celeberrimæ Nonantulanæ Abbatiæ ejuſdem Concilii, ubi Magnus ille reperitur ſubſcriptus Epiſcopus Pupilienſis? Maneat, Magnum illum, quem ſupra ex ordine catalogi dedimus, non eſſe eundem, neque ejuſdem ſedis cum hoc, qui ſuo ſuffragio ſub Agathone Concilium narratur juviſſe. Nec illorum Auctorum ſuffragatur errori, quod Paulus Diaconus ſcripſit lib. 4. c. 14. de Geſtis Longobard. Temporibus Rotharii Regis Arriani, pleraſque Italiæ Civitates duos habuiſſe Epiſcopos, alterum Catholicum, Hæreticum alterum. Siquidem cum Catholici Patres rebus fidei, vel declarandis, vel confirmandis, agitabant Concilia, haudquaquam admittebant canes, ac perfugas, ut non ſemel dicimus, ſed arcebant, ne ſi acceſſiſſent, vel ipſo afflatû, quicquid fidei ſincerum erat, corrumperent. Cæterum non negamus hunc Anaſtaſium, quem proximè Magnus excipiet, aliquando Arriana hæreſi laboraſſe, illaque demum ejurata ſub Agathone interfuiſſe Concilio, Magnoq; anno 668. ſucceſſiſſe, ſanctèque Papienſem Eccleſiam adminiſtraſſe, ut ſtatim narrabimus.

31. S. ANASTASIUS hujus nominis II. ſectæ Arrianæ primùm Epiſcopus fuit, reſeditque Papiæ ex auctoritate Rotharii Regis Arriani propè Eccleſiam S. Euſebii, qui demum abjurato errore, ſancto ardore Catholicam pietatem amplexatus eſt, ut cum deceſſiſſet Magnus, ad Papienſem ſedem legitimè fit evectus an. 668. Cõcilio ſub Agathone Papa interfuit, cuius decretis ſubſcripſit an. 679. *a* poſt Donatum Epiſcop. Laudensē. Facto functus eſt an. 680. die 28. menſis Maii *b* ſepultuſque eſt in Cathedrali. Martyrologium Romanum unius tantùm meminit Anaſtaſii Epiſcopi Papienſis ſub die 30. menſis Maii, quem Baronius in notis hunc eundem vult eſſe, qui ex Arriano Catholicus evaſerit; ſed Boſſius in ſua Diptyca vult eſſe diverſos; affirmat enim Anaſtaſium illum, cuius Martyrol. Roman. meminit ſub die 30. menſis Maii, multis vel ſæculis, vel annis hunc II. Anaſtaſium præceſſiſſe, cuius item feſtum celebretur eodem menſe, ſed die 28. Quod ſi verum eſt, fatendum erit Baronium, ex duobus Anaſtaſiis unum feciſſe, Romanum utique Martyrologium ſecutus, quod de uno tantùm commemoraſſe ſupra narravimus. XXXI

a Seu 68. ex Harduino.
b Vide Acta SS. Maii t.7. pag.190.

XXXII. 32. S. DAMIANUS Biſcoſſia Anaſtaſio ſucceſſit, cum eſſet civis Papienſis, anno 680. Hic vir doctiſſimus fuit, annoque antequam eligeretur Epiſcopus, illum narrat Paulus Diaconus lib. 5. c. 4. nomine Manſueti Archiepiſcopi Mediolanenſis, celebratæque ibidem ſynodi contra Monothelitas, ad Concilium Conſtantinopolitanum quaſdam literas ſcripſiſſe, ejuſdemque ſanctitatem extollit. Igitur Damianus cum Papienſis Epiſcopus fuiſſet adlectus, pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus ſatis commodum paravit domicilium; Reliquiaſque S. Sebaſtiani à Romano Pontifice impetratas, cujus precibus Papienſis Civitas primo anno ſui Epiſcopatus, contagium fuerat emolita, ſolemni pompa in Eccleſia S. Petri in Vinculis honorificè collocavit, eidemque erecto altari, ſe, Clerumque voto adſtrinxit, ut tribus diebus ante feſtum, ipſoque feſto die, Epiſcopus cum Clero ſolemnibus inſtitutis ſupplicationibus ad ipſum adiret ſacrum facturus. An. 30. Papienſem rexit Eccleſiã, poſtq; multos labores, clarus miraculis, evolavit ad Cœlos, die 12. mẽſis Aprilis an. 710. *c* Sepultuſque fuit in Cathedrali, ubi adhuc ejus ſacrum corpus conditum jacet. Illius meminit Martyrologium Romanum, Baroniuſque in ſuis ad ipſum notis, ubi demiratur Paulum Diaconum Damiano epiſtolam adſcripſiſſe nomine Manſueti ſcriptam ad Conſtantinopolitanum Concilium contra Monothelitas, cum in Concilio Romano ſub Agathone Pontifice reperiatur ſubſcriptus Magnus, non autem Damianus Epiſcopus Papienſis. Sed ſi vir peritiſſimus rerum Eccleſiaſticarum rectius hac vice calculos poſuiſſet, advertiſſetque Magnum Pupilienſem ſe ſubſcripſiſſe, non Papienſem, Anaſtaſiumque, qui

c De eo Acta SS. Aprilis t.2. pag.90.

ci Concilio interfuerat, præceſſiſſe hunc noſtrum Damianum Papienſem Epiſcopum, non adeo demiratus fuiſſet Paulum Diaconum, qui eam epiſtolam attribuit Damiano Epiſcopo, qui per id tempus tantum Præsbiter erat, illamque epiſtolam dictaverat anno, antequam ſuccederet Anaſtaſio, qui etiam ipſe Romani Concilii decretis ſubſcripſiſſe reperitur. Nec tamen Paulo Diacono dandum vitio eſt, ſi duxerit parum referre dixiſſe, an Presbyter, an Epiſcopus Damianus epiſtolam illam confecerit; gravi enim hiſtorico facile fuit, unius anni morulam contempſiſſe ab exarata epiſtola.

XXIII. 33. S. ARMENTARIUM deinde populus, clerusque Papienſis ſubvexerunt ad ſedem an. 715 quem cum conatus fuiſſet inaugurare Benedictus Archiepiſcopus Mediolani, tanquam Inſubriæ Metropolitanus, renuit Armentarius, probatiſque Conſtantino Pontifici Eccleſiæ ſuæ juribus, conſecratus ab ipſo Pontifice, victor diſceſſit, atque ad ſibi creditam rediit Eccleſiam, quam adeo piè, ſanctèque adminiſtravit, ut fato functus Sanctorum auxerit numerum an. 730. a 30. menſis Januarii. Illius meminit Martyrologium Romanum hac ipſa die, pluresque alii; ejus ſacrum corpus in Cathedrali diligentiſſimè aſſervatur. Armentario ſedente, opera Luitprandi Regis, S. Auguſtini corpus è Sardinia Genuam primum, inde verò Ticinum honorificè fuit tranſlatum, ubi hactenus requieſcit.

a De quo Bollandus J. 1. 1. p. 1035.

XXXIV. 34. MAURITIUS ejuſdem ſedis Antiſtes fuit an. 730. uſque ad annum 734.

XXXV. 35. ANASTASIUS, hujus nominis III. creatus Epiſcopus ann. 734 vixit ad annum 737 Hujus Epiſcopi temporibus, cum in Mediolanenſi Diœceſi Minigunda Monaſterium S. Mariæ de Caitate ſubſtruxiſſet, Epiſcopo tamen Papienſi voluit eſſe ſubjectum, Abbatiſſæque inaugurationem ad ipſum, atque ad ejus perpetuò ſucceſſores pertinere.

XXXVI. 36. THEODORUS, hujus nominis I. ſuffectus eſt, anno 737. præfuitque uſque ad annum 750. Quo ipſo anno ſpiritum Deo reddidit, die 14. menſis Novembris. Martyrologium autem Romanum alterum Theodorum commemorat, ſi tamen alterum die 20. menſis Maii. Narrant nonnulli, hunc Theodorum fuiſſe ſepultum in Eccleſia S. Agnetis, cujus aliquando Præpoſitus fuerat, quam hodie de ejuſdem nomine S. Theodori appellant. Affirmat Boſſius non conſtare, ubi ejus ſacræ Reliquiæ requieſcant. Cæterùm hic ſanctus Epiſcopus tanta ſollicitudine, ac ſanctimonia vitæ fuit, ut Papienſem Diœceſim, ipſamque Civitatem à teterrima Arriana lue liberaſſe perhibeatur. Ad ipſum Zacharias, Papa literas dedit, & ut idem Boſſius narrat, idem Zacharias Pontifex Theodoro adfuit decedenti.

XXXVII. 37. S. PETRUS b prognatus ſanguine Regio, propiorque aſſiuis Luitprandi Regis, diuturniori mora exulavit Spoleti, cum Ariperti Regis incidiſſet in ſuſpicionem, ut refert Paulus Diaconus lib. 6. cap. 58. Exuli mos erat, S. Sabini Martyris Eccleſiam inviſendi, à quo per viſum accepit aliquando fore, ut Papienſis Epiſcopus crearetur. Conſtitit revelationi fides, ſucceſſitque Theodoro ann. 751. (r) Qui haud immemor ſui Protectoris, eidem in platea templum erexit, cui S. Sabini nomen fecere. Inter cæteras Petri virtutes, narrat Paulus Diaconus, Virginitatem illibatam ſervaſſe, claruiſſeque miraculis. Luitprando fuit unicè charus, eundemque, antequam eſſet Epiſcopus, adhortatus eſt, ut S. Auguſtini corpus Papiam transferret. Sarracenos quoſdam à Rege Deſiderio captos, ſacro fonte luſtravit. Quindecim omninò annos hanc rexit Eccleſiam, ſi Boſſio credimus, deceſſitque anno 766. die 7. menſis Maii, ſepultuſque eſt apud S. Joannem de Burgo. De eo Martyr. Rom. hac ipſa die.

b De quo Acta SS. Maii, t. 2. p. 194.

XXXVIII. 38. S. THEODORUS hujus nominis II. Papienſis, hujus ſedis Antiſtes renunciatus eſt, anno 766. fatoque functus eſt 778. die 20. menſis Maii. c Hujus nullus ſcriptor, quem legerim, meminit, præter Boſſium. Suſpicatus autem ſum eundem eſse cum ſuperiori, quod Martyrol. Rom. unius tantùm Theodori meminerit Papienſis Eccleſiæ Epiſcopi die 20. menſis Maii. Apud Boſſiũ tamen fides eſto, ſi duo ſint, diverſiq; cenſendi.

c De eo Acta SS. Maii t. 5. p. 239.

XXXIX. 39. AUGUSTINUS Archidiaconus Cathedralis, Theodoro ſubrogatus eſt, anno 778. Qui à Pontifice conſecrandus cum Romam fuiſset profectus, dum reverteretur, ut S. Theodorus prædixerat, è vivis exceſſit eodem anno.

XL. 40. S. HIERONYMUS Papienſis non ſine miraculo ad hanc ſedem vocatus eſt; ſi quidem mortuo Auguſtino, cum populus, clerusq; conveniſsent, ut novum antiſtitem eligerent, vox pueri admonuit orantes, ut futuræ electioni omnes civitatis ſacerdotes advocarent. Poſtera die cum ibidem omnibus vocatis, ut ſibi videbantur, ſacerdotibus, ad ferenda ſuffragia conveniſsent, ex admonitu ejuſdem vocis ſenſere non adeſse omnes. Aberat enim quidam Hieronymus Rector Eccleſiæ S. Mariæ ad Perticas, quem cum in cœtum electorum, eligendorumque ſubito compuliſsent, eadem vox illum eſse, quem Papienſem Epiſcopum ſelegiſset Deus, pronunciavit. Itaque populus, clerusque Hieronymum inauguratum ad divinum nutum evexerunt ad ſedem d, qui poſtea & ſanctè vixit, & ſibi creditam piè adminiſtravit Eccleſiam, claruitq; miraculis. Præfuit novem annis, requievitq; in Domino die 22. menſis Julii anno 787. protulit ætatem uſque ad annum nonageſimum.

d An. 778

XLI. 41. (a) VBALDUS natione Gallus, e Abbas Monaſterii Augienſis prope Conſtantiam, ad hanc eandem ſedem vocatus eſt, ann. 791. præfuitq; ad annum 795.

e Ord. S. Bened.

XLII. 42. PETRUS hujus nominis II. ab anno 795. ad 800. pertinuiſse narratur.

XLIII. 43. S. JOANNES I. hunc ſecutus eſt anno 801. Deceſſit autem 813. die 27. menſis Auguſti, qua ipſa die ejuſdem feſtum celebratur Papiæ, de quo Martyrol. Rom. hac die.

XLIV. 44. SEBASTIANUS præfuit ab anno 814. uſq; ad annum 816.

XLV. 45. DEODATUS Papienſis creatus an. 817. Tranſtulit corpus S. Syri ex Eccleſia ſuburbana S. Gervaſii in Cathedralem, die 17. menſis Maii, inſtituitq; laudabilem ritum illum, ut tranſlationis prævium diem, Clerus ſolemniter cantatis Veſperis, veneraretur. Concilio celebrato Papiæ à Ludovico Pio ex conſenſu Paschalis I. Deodatus interfuit; deceſſitque anno 829. die 17. menſis Maii, ut ſcribit Boſſius.

XLVI. 46. LUITARDUS, ſive Lintardus, ſeu Luitprandus, Deodato ſuffectus eſt anno 830. Erexit Eccleſiam, Monaſteriumque S. Donati in Caſtello Scozola, quod ſcato Kalendas appellatur in Diœceſi Mediolanenſi, auxitque prædivite cenſu, voluitque Epiſcopi Papienſis perpetuis temporibus venerari arbitrium. Interfuit Concilio Papiæ præſente Imp. Ludovico Pio Italiæ Rege. Ioannem Archiepiſcopum Ravennatem à Nicolao I. excommunicatum una cum ſuo populo tecto recipere noluit ãn. 861. ut recitat Bibliothecarius. Ab Imperatoribus Lothario, ac Ludovico obtinuit ut ſibi dono darentur aliquot caſtella. & loca, primuſque fuit, qui Papienſium Epiſcoporum Comitis titulo inſigniretur, & cum ann. 33. ſediſset, appoſitus eſt ad patres ſuos ann. 864.

XLVII. 47. S. LVITFREDUS, ſeu Liutefredus ad hanc ſedem evectus an. 864. Hic corpus S. Honoratæ Virginis ex Monaſterio S. Vincentii, in Cœnobium vetus S. Mariæ

(r) Quoad Chronologiam ſciendum, quod Cuniberto rege ſub an. 700. mortuo, ſuccedens ejus filius Liutebertus 8. poſt patris obitum menſe, una cum ſuo tutore Aſprando expulſus à Regumberto, Taurinenſium duce, vacuum eodem anno invaſoris morte regnum fruſtra recuperare conatus è manibus filii Ariperti, victus apud Ticinum, & comprehenſus ſit, Aſprando fuga elapſo. Hac occaſione Petrus in exilium actus, non prius in Patriam revertit, quam regnum obtinuit Aſprandus, quod anno demum Ariperti 10. factum ſcribitur, nec malè in an. Christi 712. confertur. Fortaſsè tamen non malè Bernardus Saccus reſtitutionem Petri Liutprando attribuit, quia Pater ejus Aſprandus menſes ſolum 3. in regno vixit. At quanto poſt hæc tempore privatus vixerit Petrus, incompertum: ſi tamen an. 751 ceſſit e Epiſcopatum probetur, ex anno vitæ 50. (ut fert ejus Epitaphium) quo obiit, & ut, quam par eſt habuiſſe, ætate annorum ut minimum 24. quando pulſus in exilium eſt, facilè conficias haud plures, quam 5. vel 6. annos fluxiſſe à reditu, quin factus Epiſcopus ſit, ideoque ultra annum Christi 766. vitam eidem ægrè prorogari poſſe. Henſchenius in Actis SS. Maij. t. 2. p. 105.

(s) Hieronymo ſucceſſiſſe Irenæum Adriano Pontifice, atque quatuor poſt annos deceſſiſſe affirmat Spelta de Epiſcopis Papienſibus. Et ſanè ſi ſequens Vbaldus nonniſi an. 791. ad hanc ſedem evaſit, quatuor hi ab obitu Hieronymi prædeceſſoris anni Irenæo optimè poſſunt convenire.

riæ Floriarum, dicitur tranſtuliſſe. E vivis exceſsit ann. 874. die 8. menſ. Maii, ſepultuſque fuit in Eccleſia Cathedrali. Illius meminit Luitprandus Diac. Ferrarius in Catalog. SS. Italiæ eodem die, Boſsius in Diptyca, qui diverſè de eo computant tempora. Nos libenter Joannis VIII. auctoritatem ſequimur, qui epiſtola 149. Ind. 11. an. 878. Joanni Luitefredi ſucceſsori ſcripta, meminit Luittefredum prædeceſsorem ejus fuiſse, jam quinquennio exacto, hoc eſt ann. 874. Epiſtola extat. tom. 3. p. 2. Conciliorum Binii.

XL VIII. 48. JOANNES hujus nominis II. fuit adlectus ann. 874. inde verò tertio anno poſt ſuam inaugurationem à Joanne VIII. obtinuit, ut quæ Hormiſdas Pontifex olim ſuis anteceſsoribus indulſiſset, de uſu ſcilicet pallii, Crucis, equi albi in Dominica Palmarum, ſecundoque feſto Paſchatis, deq; poteſtate vocandi ad ſuas Synodos Ravennatem, ac Mediolanenſem Archiepiſcopos, cum ſuis ſuffraganeis, rata eſse juberet. Privilegium Joannis, tametſi alicubi lucem aſpiciat, quia tamen videtur iis, quæ diximus, maximum allaturum momentum, hic exſcribendum curavimus.

B

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Reverendiſs. Joanni S. Ticinenſis Eccleſiæ, &c. in perpetuum.

SUperna miſeratione ad hoc regiminis curam ſuſcepimus, & Apoſtolica miſerationis ſollicitudinem gerimus, ut juſtè precantium votis libenti animo habeamus, & libramine æquitatis cunctis in neceſſitatibus poſitis ſubvenire debeamus. Nam *ſummæ ſedis gerentes auctoritatem, de venerabilium locorum ſtabilitate, quãtum ex divino adjutorio poſſibilitas datur, ſatagere debemus. Hoc namque ſtudio & divina placatur clemẽtia, & laus, atque utilitas Chriſti Eccleſiæ procuratur. Igitur poſtulante à nobis tua reverentia quantum ea, quæ ad ſtabilitatis integritatem, & ad profectum honoris ſanctæ tuæ pertinere noſcuntur Eccleſiæ, cui ex Divina largitate præeſſe dignoſceris, enucleanter perficere ſtudeamus, inclinati precibus tuis per hoc noſtrum Apoſtolicæ auctoritatis privilegium confirmamus, tibi, ſucceſſoribuſque tuis omnia privilegia tam Sacrorum Pontificum, quam glorioſorum Auguſtorum præcepta, quod pro honore S. tuæ Eccleſiæ, & rerum omnium mobilium, & immobilium ſtabilitate collata ſunt, nec non & Apoſtolica cenſura ſtatuimus, ut ſecundum ſacros Canones ſpiritu Dei conditos, Clerici, vel ſanctimoniales, aut viduæ ſub tua, tuæque Eccleſiæ cura, & ſollicitudine ſtare debeant, nulluſque tam ſacri ordinis præditus honore, quam etiã ſæcularium miniſter dignitatum quocumq; modo eos, eaſque ad publicum pertrahere judicium, aut ob hoc res illorum, illarumque in bannum ponere præſumant, ſed æquo judicio, ſpecialique præſentia tua, ſucceſſorumque tuorum de quibuſcumque cauſis, vel negociis, quæ ſecundum temporis qualitatem acciderint, juſtitiam, judiciumque faciant. Sancimus etiam, ut Monaſteria, quæ intra tuæ Diœceſis fines conſiſtunt, ſub tuo, & eorum, qui tibi ſucceſſerint, jure Canonico permaneant in perpetuum videlicet, & conſecratione Abbatum, vel Abbatiſſarum, & in eorum, earumq; criminum diſcuſſione, ita ſanè ut nulli in eiſdem venerabilibus locis quoties opportunum fuerit ſine tuo, tuorumq; ſucceſſorum providentia, atque conſenſu fiat electio, ſicut canonica jubet auctoritas, ſalvo ſcilicet in omnibus ſedis Apoſtolicæ privilegio ſpeciali; harumque tenore præcipientes, ut Monaſterium S. Donati fundatum à Luitprando Epiſ. deceſſore tuo in loco, qui dicitur Scogialo, cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus ſecundum teſtamenti ſui ſeriem collatis, & aliud monaſterium S. Mariæ poſitum in Cariata, quæ juris Eccleſiæ tuæ proculdubio & pertinere videntur, te, ſucceſſoreſque tuos perpetuis temporibus juriſdictionem tenere, habereque decernimus, & quamvis in alienis Parochiis conſiſtant, Apoſtolica jubemus auctoritate in omnibus, quæ ibi agenda, vel ordinanda erunt, liberam ſine alicujus contradictione habeas poteſtatem; Presbyteros vero, & Monachos prædictorum omnium Cœnobiorum ad tuum canonicum, prout Eccleſiaſtica neceſſitas exegerit, ſine alicujus contradictione ſtatuimus venire Concilium. Quod ſi aliqua in eiſdem Monaſteriis præcepta canonicis in aliquo regulis obviare videntur, fuerint reperta, major hoc canonica ſ...]tum illis habere auctoritatem decernimus. Ita etiam de Cœmeteriis, quæ intra, vel extra Civitatem Ticinen. conſiſtunt, præcipimus, ut ſub tuæ Eccleſiæ cura, & poteſtate antiſtitis, abſque alicujus controverſia perpetuo maneant. Sancimus etiam Apoſtolica auctoritate largiendo tibi, tuiſq; ſucceſſoribus crucem habere, & quocunque volueris ferre, Pallium quoque ſimiliter concedimus, necnon album equum coopertum equitare in ramis palmarum, & ſecunda feria poſt Paſcha. Sancimus etiam, ut ſecundum tenorem capituli decimi, quod Synodali decreto Ravennæ ſtatuimus per indictionem decimam, nullus unquam cujuſcumque dignitatis, aut potentiæ homo quaſi ſub obtentu hoſpitalitatis in tuo Venerab. Epiſcopio, aut in domibus ſacerdotum tuorum, & omnium Clericorum ſine tua, tuorum que ſucceſſorum voluntate applicare præſumat. His ita prælibatis decernimus, ut ſi humana contradictione tuæ ſedis Epiſcopus ex hoc mundo migraverit de proprio Clero, quẽ idoneum præ cæteris Clerus, & populus repererit, poteſtatem habeant ſecundum ſtatuta venerabilium Patrum, & Romanæ ſedis antiſtitum nulla ſæculari contradicente potentia eligendi Epiſcopum. Quod ſi fortaſſe in eadem plebe (quod minime credimus) tantæ ſedis honore dignus repertus non fuerit, tunc, ſi alter de altera Eccleſia canonice providendus eſt, conſenſu tamen, & voluntate ipſius plebis non niſi antea electus ordinetur antiſtes. Atq; in his partibus mala, moleſtaque conſuetudine à quibuſdam ſacras leges ignorantibus Clericalis Ordinis viros ſub jugo ſervitutis poſt conſecrationem teneri, famuloſque velle vocare audivimus, quod dici nefas eſt: Volumus, atque expreſſè jubemus, ut ſicut is, qui nullius unquam conditionis fuit, ita etiam & ille, cui ad hoc Officium ſuſcipiẽdum morum dignitas ſuffragaverit, nullius viri vinculo poſtmodum teneatur adſtrictus. Quia humana lege nõ debet arctari, quem Divina gratia ad tantam ſacri Ordinis dignitatem provehere dignata eſt. Præcipimus etiam, ut in omnibus mobilibus, & immobilibus, rebuſque S. tuæ Eccleſiæ pertinentibus, hominibus quoque utriuſq; ſexus, tam liberis, quam ſervis nullam à quoquam contrarietatem, aut fortiam, nullam violentiam, aut invaſionem abſque legali calculo aliquibus fieri.

C

Confirmamus etiam S. Eccleſiæ tuæ Xenodochium fundatum intra Ticinen. Civitatem juxta Eccleſiam S. Mariæ, quæ dicitur Minor, quod filius noſter D. Carolus Imperator Auguſtus eidem Eccleſiæ, à qua injuſtè ſubtractum fuerat, legaliter per præcepti ſui paginam reſtituere curavit, ut ſibi jure, ac ditione tua, tuarumque ſucceſſorum ſine aliqua refragatione perpetualiter maneat; immunitatem etiam ipſius Eccleſiæ ſecundum imperialia præcepta ſtatuimus, & hoc noſtro Apoſtolico privilegio inconcuſſam, ſtabilemque manere jubemus. Si quis autem temerario auſu contra hujus noſtræ Apoſtolicæ præceptionis ſeriem pie à nobis, & canonicè promulgatam venire, agereque tentaverit, & omnia, quæ ſuperius ſtatuta ſunt, tuæ S. Eccleſiæ ſine tenus non obſervaverit, ſciat ſe Domini noſtri Apoſtolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atq; cum Juda traditore Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti æterno incendio concremandum; & qui pro intuitu cuſtos obediens, atque obſervator hujus noſtræ ſalutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam, & cœleſtis retributionis æterna gaudia à juſto judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur.

D

Scriptum per manũ Leonis Scriniarii S. R. E. in menſe Septemb. bene valete. Datum eſt hoc nono Kal. Septembris, per manum Leonis Epiſcopi miſſi, & Apocriſarii S. Sedis Apoſtolicæ, imperante Dom. Carolo coronato magno imperatore. Et ut certius appareat hoc noſtrum Privilegium, & inconcuſſum permaneat, ſigillo noſtro juſſimus inſigniri. Anno II. & poſt conſulatum ejus anno II. indict. XI.

Zacharias humilis Epiſcopus S. Eccleſiæ Anagnien. In hoc privilegio conſenſi, & ſcripſi.

Petrus Epiſcopus Foroſempronienſis Eccleſiæ in hoc privilegio conſenſi, & ſcripſi.

Laurentius humilis Epiſcopus Campaniæ Eccleſiæ conſenſi, & ſcripſi.

Leo humilis Scriniarius, & Notarius S. R. E. & cum juſſione Reverendiſs. D. Joannis Papæ ſcripſi, & aliis roborandam protuli, & eſt ſigillatum ſigillo plumbeo ma-

guo impreſſo habente imaginem ſanctiſs. olim Papæ Joannis, cum litteris infraſcriptis ſimilibus, videlicet, Joannes Papa.

Hoc eodem Joanne Epiſcopo, idem Joannes Pontifex Papiæ celebravit Concilium, cui interfuit, ſubſcripſitque Joannes Epiſcopus. In quo ab eodem Pontifice alia obtinuit privilegia, ac præcipuè, ut populo, cleroq; Papienſi ſuum Epiſcopum eligendi ius eſſet, eidemque conceſſit, ut quoties Mediolanenſem, ac Ravennatenſem Archiepiſcopos cum ſuis ſuffraganeis ad Synodum vocaret, accederent. Poſt mortē Aſperti Archiepiſcopi Mediolanenſis illum Apoſtolicum legatum renunciavit Pontifex novo Archiepiſcopo creando, ut legitur in epiſt. 221. tertii tomi Decretalium. Alteri Concilio item Papiæ celebrato interfuit, ubi Carolus Calvus Imperator confirmatus fuit. Deceſſit hic ſummæ exiſtimationis Præſul ann. 879. dignus planè, quem Papienſis Eccleſia ob ejuſdē in ſe ingentia merita, ſemper veneretur, & colat.

XLIX 49. GUIDO poſt Ioannem Ticinenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit an. 879 Hic ſubſcriptus reperitur in diplomate Caroli Craſſi Imp. conceſſo Monaſt. S Ambroſii Mediolanenſi. Datum 12. Kal. Aprilis anno ab Incarnatione Dom. 880. ind. 13. anno Regni Caroli in Francia IV. in Italia Primo. Actum Papiæ. Diplomatis exemplar ex authographo retulit Puricellus inter monumenta Ambroſiani Cœnobii numero 31. De hoc Guidone nulla habetur mentio apud Papienſes Scriptores.

L 50. IOANNES hujus nominis III. ex Presbytero Cathedralis, defuncto Guidone ſucceſſit ann. 884. ſequenti verò ab Hadriano III. in Galliam proficiſcente ad Urbis cuſtodiam relicto, qui cum ejuſdem Hadriani apud Scultenam fluvium in agro Mutinenſi mortem audiviſſet, & in Abbatia Nonantulana corpus humatum, cum legato Imperatoris, Clero, populoque Romano, omnem adhibuit operam, ut Stephanus VI. optimus Pontifex eligeretur. Huic Anaſtaſius III. Pontifex Hormiſdæ confirmavit privilegia, quæ ſupra ſemel, & ſæpius memoravimus, quibus adjecit privilegium Umbellæ, Principiſque ſeſſionis ad ſiniſtrum Pontificis in Conciliis generalibus. Vixit hic Epiſcopus uſque ad annum 924. utiquè futurus felicior, ſi ante captam ab Ungaris Patriam, cædemque civium celeriori fato fuiſſet ſublatus. In ea miſeria, mœroreque deceſſiſſe Ioannem Luitprandus Diaconus lib. 3. c. 1. iis verſibus declaravit.

Clarus ab infuſo deſcendens ſydere Phœbus
Zodiaci primum ſolito conſcendere ſydus
Incipit, & gelidas divolvere colle pruinas
Aeolus, atque ſuos binos bis mittere flatus,
Ungarium furibunda manus cum gaudet in urbem
Flatibus Aeoliis adiutas infundere flammas.
Spiritibus validis parvus diffunditur ignis,
Nec juvat Ungarios ſolis hos urere flammis.
Undique conveniunt, mortemque inferre minantur,
Confodiunt telis, calidus quos terruit ignis.
Uritur infelix olim famoſa Papia.
Vulcanuſque ſuos attollens flatibus artus
Templa Dei, patriamque ſimul conſcendit in omnem,
Extinguunt patres pueri, innuptæque puellæ
Sancta catervatim moritur Cathecumina plebs, tunc
Præſul in urbe ſua hac moritur, ſanctuſque ſacerdos
Nomine qui proprio bonus eſt, dictuſque Joannes,
Quod fuerat longo thecis in tempore clauſum
Ea jacet, hoc aliena manus ne tangeret aurum,
Atque per immenſas diſſolvitur igne cloacas.
Uritur infelix olim famoſa Papia.
Cerneret argenti rivos, pateraſque micantes,
Corpora majorum paſſim combuſta virorum.
Jaſpidis hic pretium, viridis, rutilique topazi
Speraitur, & Zaphirus, Onyx, pulcherque Beryllus;
Iaſtitur heu faciem nullus deflectit ad aurum.
Uritur infelix olim famoſa Papia.
Lucidus immenſas ſervat nec fonte carinas
Ticinus, ſentina ſimul diffunditur igne.
Uſta eſt infelix olim famoſa Papia.
Anno Dominicæ Incarnationis D CCCC. xxiiii.
iv idus Martii, indictione xii feria vi hora iii.

LI. 51. LEO ordinarius Canonicus Cathedralis ſubrogatus eſt an. 925. vixitque uſque ad an. 928.

LII. 52. INNOCENTIUS Papienſis, ad eandem patriæ ſedem fuit promotus anno 929. die autem 18. menſis Februarii deceſſit anno 930 a. ſepultuſque eſt prope Theodorum. Boſſius in ſua Diptyca, narrat de eo in numerum Sanctorum fuiſſe relatum, tametſi nec Tabulæ Ticinenſes, nec ullus præterea ſcriptor illius vel ſubobſcurè meminerit.

a 919.

LIII. 53. LITEFREDUM hujus nominis II. ex ordinario Canonico Cathedralis ad Paſtoralem hujus Eccleſiæ curam vocarunt anno 939. deceſſit die 23. menſis Aprilis anni 966. Hunc item Boſſius ſanctitatis titulo clarat, quamvis in nullius ſcriptoris Annalibus ejus mentio reperiatur; Litifreduſque, qui in Ticinenſis Eccleſiæ tabulis extat, reiicitur ab Auctoribus in annum 850. menſiſque Maii diem octavam, cum ſanctimoniæ titulo. Suſpicor igitur hunc illum eundem eſſe cum Sigefredo ſuperiore, quem ob ſimilitudinem nominis incruenta cæde noſter Boſſius diviſerit in duos, quod uſu venire in aliis antiquis monumentis ſæpe aliàs ſum expertus. Etenim unus idemque modo Litifredus appellatur, modò Sigefredus, Gothifredus interdum, nonnunquam etiam Goſfredus, ut rudioris ſeculi Scriptores habebant in moribus, qui adeo in exprimendis propriis nominibus plerumque incurioſi erant, ut vel additis, vel detractis literis non modo illa ad libitum redderent, ſed una tantum ſæpius appoſita litera, cætera mortalibus divinanda relinquerent. Quam meam ſuſpicionem ita prolatam velim, ut Boſſio diligentiſſimo ſcriptori quicquam nolim detractum. Quod ſi aliquis eſt, hunc illum Litifredum eſſe oportet, quem Berengarius Rex cum Boſone Placentino Epiſcopo voluit deturbare de ſede, ut Scribit Luitprandus Diaconus lib. 5. cap. 14. Unde collige, lector, Ludovicum Cavitellum lapſum fuiſſe, cum in Annalibus Cremonenſibus ſcribat, Baſſianum Epiſcopum Papienſem à Berengario penè fuiſſe ejectum de ſede. Invertit enim & ſedis, & Epiſcopi nomina. Non enim Baſſianus, ſed Boſonus, non Papienſis, ſed Placentinus Epiſcopus ille fuit, qui excidendi ſede adivit periculum, quique ab avariſſimo Rege pecunia vexationem redemit, tametſi impius uno pietatis intuitu videri voluerit pepercisse caſuro. Litefredus interfuit Conciliis Auguſtalibus ſub Othone Primo Imperatore ann. 952 b.

b Ibique dicitur *Ludfridus Pictinenſis* corrupte apud Hard. Concil. t. 6.

LIV. 54 PETRUS Canepanova Papienſis, eadem Patriæ ſede nobilitatus eſt anno 966. Hic Archicancellaria ſub Othone II. Imperatore perfunctus eſt, à quo confirmationem retulit omnium privilegiorum in favorem ſuæ Eccleſiæ, quam cum laude prudentiæ rexit uſque ad annum 984. Deinde maximarum virtutum commendatione, Apoſtolicam evaſit ad ſedem, ſub nomine Joan XIV. Altero Pontificatus anno è vivis deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Petrum cum ſequenti epitaphio, ubi perſpicuè exprimitur Papienſem Epiſcopum fuiſſe illum.

Præſulis eximii hic requieſcunt membra Joannis,
Exuerat dictus qui antea quippe Petrus.
Sedem Papiæ blanda moderamine rexit;
Imperatoris Othonis dulcis fuit, atque præclarus.
Commiſſum populum Romanum moribus ornans
. . . .
Eloquium cunctis præſertim dulcis amicis
Subolis placidus, pauperibuſque pius.
Defunctus eſt Joannes Papa menſe Auguſti die xx.

LV. 55. GUIDO CURTIUS Papienſis creatus, an. 984. interfuit Concilio celebrato Papiæ à Gregorio V. præſente Othone Imperatore. Arduinum ſtemmate Regio inſignivit, quem cæteri Italici Principes Italiæ Regem creaverant, qui Guidoni, ejuſque ſucceſſoribus multa loca, Caſtellaque dono dilargitus eſt. Diem poſtremam explevit anno 1008.

LVI. 56. UBERTUS Sacchettus Abbas S. Petri In Cœlo aureo Ordinis S. Benedicti, ad hanc Sedem adlectus eſt ann. 1008. ei Henricus II. dono dedit Ceretum, Balbianum & Vulpariam

LVII. * 57. RAYNALDUS Epiſcopus Ticinenſis ſubſcripſit Decreto Benedicti Papæ VIII. ad favorem

* Ex App. tom. 2.

Ab-

Abbatis Fructuarienſis an. 1015.

LVIII („ EUSEBIUS *Ticinenſis Epiſcopus ex Landul-*
„ *phi Chronico eruitur, ubi habetur: quod, cum ad Medio-*
„ *lanenſe Concilium ſeſe contuliſſet portans ante crucem,*
„ *ab Heriberto Mediolanenſi Archiepiſcopo redargutus*
„ *illam ante pedes eius depoſuit. Hæc autem geſta eſſe*
„ *ſub Henrico II. ante an. Chriſti 1024. ideoque hunc Eu-*
„ *ſebium, de quo nulla ſuſpicione laborare queat Landul-*
„ *phi fides, qui eodem ſeculo ſcripſit, ante Guidonem II.*
„ *numerandum eſſe autumat Muratorius in Anecdotis*
„ *tom. 1. p. 246.*)

LIX. 58. GUIDO hujus nominis II. cognomento Gai-
nus, ex Canonico ordinario Cathedralis Epiſcopus
effectus eſt anno 1026. ætatem tantum protulit uſque
ad 1028.

LX. 59. RAYNALDUS Caſatius, Cathedralis item
ordinarius Canonicus, patriæ ſedem eſt aſſecutus ann.
1028. præfuitque uſque ad 1057. ut ſcribit Boſſius.
Alii tradunt Raynaldi Pontificatum fuiſſe 48. anno-
rum, prætereuntes Ubertum, & Guidonem II. Ray-
naldus numeratus eſt inter Patres Concilii celebrati
Papiæ ſub IX. Leone. Ab Hugone Comarchio dono
habuit, atque ab ejuſdem uxore Ghiſilla Montalini
munitiſſimam arcem, ſuæ Eccleſiæ, Succeſſoribuſque
ſubſervituram. In monumentis hujus Eccleſiæ reperi-
tur hunc Raynaldum publicæ Epiſcopali rei parum
utilem extitiſſe, quippe qui ex Eccleſiaſtico cenſu, Ca-
ſtellique Mirabelli alienatione, ſuorum fratrum au-
gendis opibus impensè ſtuderet. Itaque cum deceſſiſ-
ſet, cuidam Parocho ſeſe inſidentem equo, comitatum
Dæmonibus, ſubque menſuris Terrarum, ac Caſtello-
rum, quæ abalienaverat, graviter depreſſum obtulit
ſpectandum. Horruit ad viſum Parochus, deinde colle-
cto animo, quæſivit de eo, quis eſſet, aut cur veniret?
retulit ille ſe eſſe infelicem Raynaldum Epiſcopum Pa-
pienſem, qui cum contempto ſibi concreditæ Eccleſiæ
commodo, ſuorum affinium auxiſſet fortunas, ſub
menſuris illis ex divino judicio, quaſi ſub fracti orbis
ruinis, cogebatur graviſſimas luere pœnas; cumque hac
fœda ſpecie, querulisque vocibus Parochum horrore
compleſſet, eum dicto poſtremo, quaſi dilapſus in
auras evanuit, haud vulgari divini numinis iræ reli-
cto exemplo.

LXI. 60. HENRICUS Aſtarius adlectus fuit ann. 1057.
præfuitque uſque ad annum 1060.

LXII. 61. ALDARICUS ſeu Uldaricus Epiſcopus Pa-
pienſis anno 1060. Arnulphus monachus in ſuo Chron.
rerum Germanicarum refert, aliquot Epiſcopos vita
functos ab anno 1057. uſque ad annum 1075. in qui-
bus numerat Uldaricum Epiſcopum Papienſem. Quā
narrationem cum mecum ipſe diligentius computaſ-
ſem, in ſuſpicionem veni, hunc Uldaricum cum ſupe-
riori Henrico eundem eſſe, quippe qui, nec in publicis
hujus Eccleſiæ tabulis, nec in catalogis Boſſii diligen-
tiſſimi ſcriptoris, vel aliorum monumentis reperiatur,
qui afferunt hunc Henricum vixiſſe uſque ad annum
1072. Igitur cum dubio procul mihi videretur idem
ſub inverſo nomine alibi reperto, mihi viſum erat, in
hac ſerie haudquaquam facere locum, certus, nullius
me ſubiturum invidiam, qui tantum inane, inverſum-
que nomen exſufflaſſem de ſerie. Sed omne ademit ſcru-
pulum Lucenſe monumentum, quod apud Moniales S.
Juſtinæ aſſervatur, illudque refert ex authographo de-
ſumptum Franciſcus Maria Florentinus in calce lib.
memorabilium Comitiſſæ Mathildis, in quo ann. 1062.
prid. id. Decemb. Aldaricus hic noſter civitatis Papiæ
Epiſcopus teſtis memoratur una cum aliis Eccleſiæ
Epiſcopis in ſententia lata ad favorem Erithæ S. Juſti-
næ Abbatiſſæ ab Alexandro Papa II.

LXIII 62. GUILLELMUS I. filius Bonifacii Comitis
Canuſii, fraterque Comitiſſæ Mathildis, Azonis Eſten-
ſis quondam uxoris, Papienſis Epiſcopus adlectus fuit
an. 1073. præfuitque uſque ad annum 1103. Ab Gre-
gorio VII. retulit ampliſſima Privilegia, juraque illius
meminit Baronius ad annum 1075. Gentem Gonfalo-
neriam Papienſium familiarum nobiliſſimam Epiſco-
patus Papienſis perpetuò tutelarem ſtatuit. Ad hunc
nonnullæ leguntur Epiſtolæ Gregorii VII. in cauſa
conjugii Marchionis Azonis cum ejus ſorore.

A 63. GUIDO III. Piparius ab anno 1103. uſque ad LXI
ann. 1119. hanc eandem ſedem adminiſtravit. Hic ille
Epiſcopus Papienſis eſt, qui ex ſuis civibus deſcriptam
aciem contra Mediolanenſes, juſſi Ducis munia im-
plens promovit. Cæterum cum ex fortuna belli non
proſperè pugnaſſet, exercitu exutum, militarem Epi-
ſcopum aliquandiu habuerunt in vinculis, donec à Me-
diolanenſi Archiepiſcopo exorati Guidonem dimit-
terent, animarum curæ melius vacaturum, quam armis.
Impetravit & ipſe à Paſchali II. confirmationem Pri-
vilegiorum Pallii, & Crucis, cum aliis pluribus privi-
legiis à Romanis Pontificibus ſuis Anteceſſoribus in-
dultis, hoc diplomate.

PASCHALIS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Venerabili Guidoni Papienſium Epiſcopo,
ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus,
ſic legitima deſiderantium non eſt differenda peti-
tio. Tuis igitur frater in Chriſto chariſſime, precibus an-
B *nuentes, omnem veſtræ Eccleſiæ dignitatem per præde-*
ceſſorum noſtrorum privilegia, vel authentica ſcripta cō-
ceſſam, nos quoque præſentis privilegii auctoritate firma-
mus. Siquidem fraternitatē tuā inter miſſarum ſolemnia
Pallio decoravimus, & tam tibi, quam Succeſſoribus
tuis concedimus in proceſſione palmarum, & feria II. poſt
Paſcha equum album equitare adone coopertum, Crucem
inter ambulandum præferre. Monaſterium S. Donati à
Ticinenſi quondam Epiſcopo in Scovilla fundatum,
Monaſterium S. Mariæ in Carrate, licet extra veſtram
Diœceſim ſita videantur, ſicut hactenus habita ſunt cum
omnibus ad ipſa pertinentibus in veſtra ſemper ditione,
ac diſpoſitione habeantur. Cæterorum etiam Monaſte-
riorum, quæ infra veſtræ Diœceſis fines ſunt, canonica di-
ſpoſitio, & Abbatum qui in eis ſunt, vel Abbatiſſarum
diſcaſſio, electio, & conſecratio veſtro ſēper arbitrio con-
ſerventur, ſalvo in omnibus Sedis Apoſtolicæ privilegio;
quos profecto, vel quorum Presbyteros ad veſtrum expe-
diat venire Concilium, ſane Monaſteriis, aut Capellis
aliquibus præter matricem Eccleſiam Baptiſmum gene-
C *ralem fieri petatur, prohibemus, in quibus ſi qua forte*
præcepta contra ſacros Canones elicita inveniri conti-
gerit, noſtris Canonicis non præjudicent inſtitutis. Cleri-
cos Sanctimoniales, Viduas Urbis veſtræ ſine veſtra
conſcientia nemo præſumat in judicium trahere, aut vim
eorum rebus inferre, nec Cœmeteriorum, quæ intra, vel
extra Civitatem ſunt, curam vobis, aut poteſtatem ſub-
trahere qualibet perſona præſumat, nec ullus unquam cu-
juſcumque dignitatis, aut potentiæ homo quaſi ſub obten-
tu hoſpitalitatis in tuo venerabili epiſcopio, aut in domi-
bus ſacerdotum tuorum, & omnium Clericorum ſine tua,
tuorumque ſucceſſorum voluntate applicare præſumat,
nec in rebus mobilibus, aut immobilibus, ſive perſonis cu-
juſcumque conditionis ad veſtram Eccleſiam pertinen-
tibus invaſionem, aut violentiam vobis invitis fieri ſi-
ne legali ratione permittimus. Decernimus ergo, ut nulli
omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè per-
turbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retine-
re, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed
omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſten-
D *tatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis*
profutura. Si qua ſane Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona
&c. Amen. Scriptum per manum Joannis Scriniarii Re-
gionarii, & Notarii ſacri Palatii.

Ego Paſchal. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Datum Laterani per manum Joannis S.R.E. Card.
ac Bibliothecarii XI. Kal. Apr. ind. XIII. anno Dom.
Inc. MCV. Pontificatus autē D. Paſchalis II. Papæ VI.

64. BERNARDUM Lunatum, Præpoſitum con- LXV
gregationis Mortaræ, Regularem Canonicum, Guido
ſucceſſorem excepit circa ann. 1110. Meminit eiuſ-
dem Candulfus de S. Paulo in Hiſt. Mediolan. ad an-
num 1112. quo eo conſentiente una cum Groſolano
Archiepiſcopo Mediolanenſi, Papienſes, ac Mediola-
nenſes inter ſe pacis fœdera firmarunt. Huic etiam à
Callixto II. confirmata fuerunt omnia privilegia, quæ
aliquando ſummi Pontifices Papienſi Eccleſiæ in-
dulſiſſent, eidemq; Bernardo Innocentius II. eadem
privilegia confirmavit, & indulſit, ann. 1130. Datum

Januæ per manum Armarici S.R.E. Diac. Cardinalis & Cancellarii 7. idus Aug. Pontificat. primo &c. Boſſius in ſua prima Diptyca unum tantum Bernardum ponit; in ſecunda vero nova fortaſſis Hiſtoriarum auctus cognitione, Bernardum quemdam Curtium Cathedralis Ordinarium Canonicum anno 1130. illi primo ſucceſſorem facit, additque illum vixiſſe uſq; ad annum 1138. tametſi apud omnes Scriptores unus tantum Bernardus Canonicus Regularis reperiatur. Sed meminerit etiam Boſſius ann. 3. Pontificatus Innocentii II. Pontificis, qui fuit noſtræ ſalutis 1133. Petrum quendam hanc Papienſem ſedem tenuiſſe, ſeque cuidam Bullæ ejuſdem Innocentii Balduino Piſano Archiepiſcopo indultæ poſt Presbytaros, ante vero Cardinales Diaconos, ut tunc moris erat, ſubſcripſiſſe, unde facile argui poteſt, nullum alterum Bernardum ſucceſſiſſe Bernardo. Niſi forte dicatur, aliquem alium Bernardum Bernardo ſucceſſiſſe, ſed non fuiſſe conſecratum, ideoq; prohibitum fuiſſe ſedere, ut tamporibus D. Bernardi conſtat accidiſſe, cum idem Innocentius, Bernardum de Portis Carthuſianum Gallum ad onus Epiſcopale ſubeundum in Inſubria cogere cogitaſſet, qui tametſi electus, dehortante tamen D. Bernardo Pontificem, juveniſque tenuitatem, neque ſatis exercitam virtutem ejuſdem excuſante, non pervenit ad ſedem. *Reſervetur*, inquit Bernadus in epiſt. 155. ad Pontificem Innocentium, *ſi placet, congruentiori loco, atque alteri populo, cui ſic præſit, ut proſit*. Modo verò hunc illum eſſe, qui priori Bernardo ſucceſſerit, valle aſſerere, Boſſium ſcriptorem alioquin candidum, eſſet condemnare vecordiæ, qui illum ſuum vocat Bernardum Curtium, Canonicumque Ordinarium Cathedralis, quæ Carthuſiano illi, Gallo, Eremoq; aſſueto nunquam poterunt convenire. Igitur Petrum, Bernardo ad ſedem propius modo jubemus accedere, donec aliquid certius ex Boſſii diligentia profectum nos admoneat erroris, compellatque in orbitam, quam ille felicius fortaſſe decurrit. Bernardi Papienſis Epiſcopi non ſine laude meminit S. Bernardus in epiſtol. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ.

LXVI 65. PETRUS Epiſcopus Papienſium erat anno 1133. reperiturq; ſubſcriptus in Bulla quadam Innocentii II. Pontificis Balduino Archiepiſcopo Piſano indulta, ut infra memoravimus in Archiepiſcopis Piſanis. Oportet autem hunc fuiſſe adlectum an. 1130. vel 1131. quot annis verò in ea dignitate vixerit, parum conſtat. Potaſt conjectura eſſe, deceſſiſſe illum anno 1139. Crediderim hunc illum eſſe Petrum Rubeum S. Stephani Monachum, cujus meminit Spelta. Eodem anno Clerus Papienſis evexit ad ſedem S. Guarinum de Foſchararijs Bononienſem, ſed cum ſibi vidaretur impar oneri, dilapſus eſt, ſucceſſitq; in ejuſdem locum Alphonſus, qui proximè ſequitur. Hic eſt ille Guarinus, qui poſtea Epiſcopus Cardinalis Prænestinus fuit, ut ſupra narravimus.

LXVII. 66. ALPHONSUS Conſalonerius Papienſis, ex Canonico Regulari patriæ Epiſcopus effectus eſt anno 1140. ab Eugenio III. omnium privilegiorum confirmationem obtinuit. Vitam finivit anno 1145.

LXVIII. 67. CONRADUS hujus nominis I. Laumellii Comes, Papienſis, Alphonſo ſucceſſit anno 1146. præfuitque uſque ad annum 1148.

LXIX. 68. PETRUM Toſcanum Papienſem, Eugenius III. ad hunc eumdem vocavit Epiſcopatum, cum eſſet Monachus, & Abbas Lucedii, ex Ordine Ciſtercienſi Montis Ferrati juriſdictionis, anno 1148. D. Bernardo charus fuit, extantque ejuſdem ſancti duæ Epiſtolæ ad ipſum, cum jam Epiſcopali titulo fuiſſet inſignitus. Cæterùm varia fortuna conflictatus, hanc dignitatem geſſit per 30. ipſos annos, quibus præfuit. In hujus favorem Anaſtaſius Papa IV. omnia Ticinenſis Eccleſiæ privilegia, rata eſſe juſſit 1154. Conciliabulo à Friderico Imperatore congregato interfuit, repudiatoque Alexandro vero Pontifice, Victorem Antipapam veneratus eſt. Quamobrem ab Alexandro in Claramontenſi Concilio uſu Pallii, cæteriſque exutus privilegiis horrendo anathemate percuſſus eſt, donec Alexander cum Ænobarbo, pace facta, etiam ſchiſmaticos Epiſcopos admiſit ad priſtinam communionem Eccleſiæ, reſtituitque uſum Pallii cum cæteris privilegiis. Deceſſit autem Patrus ann. 1178. exceptuſque ſepulchro eſt in Cathedrali. Inter Petrum Rubeum, Petrumque Toſcanum, Sigonius de Regno Italiæ meminit cujuſdam Syri Papienſis Epiſcopi an. 1162. Boſſius autem illum inter utrumque reponit ab an. 1160. uſque ad annum 1166. ſed hunc Syrum, nunquam Papiæ fuiſſe Epiſcopum, ſed potius ejuſdem Urbis Generalem Vicarium libenter Speltæ ſubſcribo. Siquidem hic Petrus ab Eugenio III. ad hanc ſedem ſubvectus eſt, Conciliabulo Papienſi interfuit, ſecutus eſt Ænobarbum, Antipapamque Victorem, in qua Claramontenſi Concilio omnibus privilegiis axutus involutus eſt eccleſiaſticis cenſuris anno 1163. niſi forte in favorem illorum Auctorum dicere velimus, hunc Syrum ſucceſſiſſe Petro, qui jam fulmine Religionis ictus, exciderat ſede. Quod ipſum nec poſſe ſubſiſtere videtur, cum incredibile ſit, Civitatem fautricem Cæſaris, voluiſſe excipere Præſulem, qui Principi adverſaretur. Huc accedit, hunc Petrum ſuæ priſtinæ dignitati fuiſſe reſtitutum, poſt reconciliationem Friderici cum Alexandro Pontifice, qui tamen etiam excommunicatus Epiſcopalia munia exercuiſſe narratur.

69. S. LANFRANCUS *a* Beccarius è Gruppello, Petro ſuffectus eſt an. 1178. præfuitque uſque ad annum 1198. quo ipſo anno diſceſſit è vivis, die 23. menſ. Junii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Sepulchri, quam hodie de ejus nomina S. Lanfranchi appellant, ubi hujuſmodi legitur epitaphium. LXX

a De eo .. Simlos .. Catal. San.. ctorum Vall.. p. 173. & Acta SS. Junii t. 4. p. 619. & ſeq. *Mondeſ.*

† † †

Quiſquis huc precem effuſurus acceſſiſti, monumentum hoc te rogat, ne pigeat paucis multa cognoſcere. S. Sepulchri Templo cum primum dedicaretur, nomen inditum, ſed temporum potens vis, illo obliterato novum ex eo, cujus reliquiæ hic quieſcunt, ſuper induxit. Is eſt Divus Lanfrancus ab univerſa Civitate Papien. Antiſtes electus Rom. ab Alex. III. conſecratus, cui adverſum primores Eccleſiarum proventibus Urbem munire annitentes enixiſſimè cunctis cum nulla re flecteretur, aqua, & igne interdictum; diſcedenti in proximas Urbes Clerus it comes; deinde contumeliis male affectus deſerit Ro. ſecundo profectus, a conſecratore Pontifice in patriam reſtituitur. Ubi cum ab eiſdem ſacrilegis ſæpe peteretur, Cœnobium hoc, in quo ſæpiſſ. conſueverat, advolat, & eleemoſynis demortuos Epiſcopos ſupergreſſus cum diem fati ſui prænunciaſſet, cõditorium hoc ſibi in vanum curaſſet, ſanctiſſ. Cœlum petiit Anno A. D. N. MCXCIV. Non. Kal. Jul. Sepulchri igitur curam divino conſilio hactenus reſervat, cum ſordide nimis humatus jaceret, & tamen miris ſignis excelleret is, quem in Poſticaleges, piiſſ. ſuſcepit.

Divarſimode autem Gualla, Breventanus, Martyrologium Monaſticum, Ferrarius, aliique, qui de Papienſibus ſanctis aliquando ſcripſere, temporum S. Lanfranchi calculos ponunt. Siquidem alii volunt deceſſiſſe illum an. 845. alii 1176. nonnulli 1198. epitaphium verò, mea quidem ſententia corruptum, mendoſum 1194. (1) nec deſunt, qui illum confundant cum Lanfranco Abbate Cantuariæ, ac præceptore S. Anſelmi ejuſdem Civitatis Epiſcopi, qui Cantuarienſis Archiepiſcopus vita functus eſt anno 1070. Demum aliqui voluere noſtrum S. Lanfrancum avolaſſe ad Cœlos 1194. ut igitur ejuſdem res præclaræ geſtæ ex veriori temporum ſerie prodantur.

(1.) Atqui hic annus obitus Lanfranchi conſtanter tenendus eſt. Siquidem in ejus vita expreſſè dicitur, quod obierit die Jovis 9. Kal. Juliarum. Quod utique non in alium, quam iſtum 1194. annum cadit, cui currebat litera Dominicalis B. quæ rurſum nonniſi anno 1205. redit. Neque miraberis, quomodo ad ann. uſque 1198. Papienſis civitas caruerit Paſtore, ſi intelligas, quàm ea ſemper à partibus ſteterit Imperatoris, & quomodo tunc temporis Henricus Imperator à Pontifice anathemate fuerat percuſſus: atque eodem tempore deceſſerit Cœleſtinus, cujus ſucceſſori haud dubiè laborandum multum fuit in componendis turbis per priora diſſidia natis. *Papebrochius in actis SS. Junii* t. 4. p. 619.

tur, operæ pretium nobis viſum eſt vitam ipſius à Bernardo Balbio ſuo proximè ſucceſſore deſcriptam apponere, ex antiquo orignali ex fide erutam, prætcritis tamen miraculis; quæ poſt mortem patrarat, quæ alii jam pridem emiſerunt in lucem; cujus tenor talis eſt.

Cœleſtis altitudo Conſilii ſenſus humanos excedens, idcirco Eccleſiæ ſuæ ſponſus providet, & Rectores, ut eorum ſalubri regimine, Navis Petri in undis regatur, & fluctibus, & qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, videant, & faciant opera Domini, & hi qui vehuntur in eis, ſalutis ducantur ad portum. Talibus namque Piſcatoribus Sagena Dominica trahitur ad littus, & electi piſces in vaſa mittuntur. Horum paſtorum vigilantia Grex Dominicus paſcitur, & ſervatur a lupis, ac ſerotinis horis feliciter ducitur ad Ovile. Inter hos viros eximiæ ſanctitatis Lanfrancus Ticinenſis Epiſcopus, velut Lucifer matutinus effulſit, cujus vitam, & de multis, quæ per eum Dominus miracula fecit, pauca perſtringam ego Bernardus Chriſti famulus, præſulum minimus, ejuſque non merito, ſed loco nullo mediante ſucceſſor, ſuccincta brevitate deſcripſi, ut & Deo, & Eccleſiæ ſanctæ iſta cedant ad honorem, & Chriſti fidelibus proficiant ad ædificationem.

In Lombardia Provincia nobili Civitate Papia, fuit vir vitæ venerabilis Lanfrancus nomine, Pontifex opere, ac dignitate. Hic dum eſſet corpore juvenis, ætatem moribus ſuperabat, & ſcholaſticis deditus diſciplinis, coætaneos honeſtate, condiſcipulos profectu ſcientiæ tranſcendebat. Denique Magiſter effectus Diſcipulos actibus, & moribus fideliter inſtruebat. Cæterum acutus quaſi ad limina, ſalutaris ad ſtudium ſe contulit Theologiæ diſponente Domino, meliora chariſmata æmulatus. Operabatur jam tunc in eo divina clementia, quod poſt in ſalutem fidelium exhiberet. Hauriebat aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris, quas opportuno tempore ſitienti populo propinaret. De menſa dominica ſumebat panem, quem parvulis petentibus fractum fideliter miniſtraret. Proficiebat ætate, & ſapientia, etenim manus Domini erat cum illo. Demum in eadem ſacra pagina doctor effectus, quæ audierat, jam docens, verbi divini dogmata prudenter attentis auditoribus inculcabat, non inflante ſcientia, ſed ædificante ſapientia redimitus. Erat enim fidei Catholicus, vita honeſtus, ſermone facundus, in lectione aſſiduus, in doctrina præclarus. Et cum eſſet ordine Diaconus, Altaribus intentiſſimè ſerviebat, ſacerdotibus devotiſſimè miniſtrabat. Defuncto igitur piæ memoriæ Petro, ejuſdem ſedis antiſtite, vir iſte venerabilis naſcens pro patre filius, à Clero eligitur, à Populo poſtulatur. Ipſo vero ſe Populo Dei neceſſarium recognoſcens, non recuſavit laborem, ſed Deo ſe totum cõmittens ad Romanam Urbem, ut moris eſt Eccleſiæ Ticinenſis, pro ſui ordinatione, ac conſecratione acceſſit. Ordinatus igitur ac conſecratus à S. recordationis Alexandro Papa III. cum honore, & gaudio ad propria remeavit, ibique honorificè à Clero, Populoq; ſuſceptus, in Altiſſimi adjutorio habitavit, eique ſe obtulit hoſtiam viventem ſanctam Deo placentem, exhibens membra ſua ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. Erat ei ſollicitudo officiorum, cura ſubditorum, compaſſio pauperum, pervigil cuſtodia Gregis, non negligentia mercenarii, ſed exactiſſima diligentia Paſtoris. Circa incorrigibiles diſciplina, circa corrigibiles miſericordia utebatur. In honeſtate vitæ anteceſſores ſecutus, eos in eleemoſyna ſuperavit. Cum enim anteceſſores ejus duodecim pauperes quotidie reficerent, & aliis micam panis erogarent, hic eundem numerum reficiendorum ſervans, aliis pauperibus integrũ ſextarium ſtatuit quotidie dari, quod per Dei gratiam adhuc hodie in eadem domo ſervatur. Jam vero quanta ei cura fuit rerum Eccleſiaſticarum, effectus docet, exitus manifeſtat. Nam poſſeſſiones, redditus plurimum ampliavit, & quas ſui anteceſſores diſtraxerant, ſtudio, quo potuit, recuperavit. In ſe dilexit gravitatem, in Clero maturitatem, in populo congruam honeſtatem. In Eccleſia Dei fulgebat indutus innocentiæ ſtola, & inter Coepiſcopos honoratos, ut palma florebat, & ſicut palmes de vite, & in vite Chriſto multiplicabat. Erat Viduarum Protector, Pupillorum adjutor, mœrentium conſolator, egentiũ benefactor, ſollicitè intelligens ſuper egenum, & pauperẽ.

De carnalibus autem parentibus erat in ejus pectore cura minor, quibus tamen & ſi aliquando manum porrigeret, non ad pecuniæ augmentum, ſed ad inopiæ ſubſidium miniſtrabat, plus in eis attẽdens paupertatem, quam ſanguinis propinquitatem: Dicebat enim ſe rerum Eccleſiaſticarum non Dominum, ſed cuſtodem, nõ poſſeſſorem, ſed diſpenſatorem. Erat etiam fidei Catholicæ prudens aſſertor, fidelis defenſor, & hæreticorum fortiſſimus expugnator, qua de cauſa pleriqne ſibi ſuperbiæ, nonnulli crudelitatis, & impietatis notam imponebant. Ipſe verò propter Chriſtum talia reputans tanquam lucra, ſecurus ambulabat inter infamiam, & bonam famam. Sua etenim prædicatio Catholicis erat, odor vitæ in vitam, mortis in mortem hæreticis. Unde per ipſum fides Catholica de die in diem roborabatur, & pſeudo prædicatorum garrulitas minorabatur. Perfecto odio detractores fidei perſequebatur, eos de ſuis finibus expellendo, ipſorum conventicula prohibendo, & ipſorum domos deſtruendo, & verſa vice ab ipſis hæreticis injuſtas perſequutiones, & ab eorum fautoribus detractiones plurimas patientiſſimè ſuſtinebat, ſciens quod Abel eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet. Demum opportunitate præſtita a labore Marthæ ad quietem ſe transferebat Mariæ, & relicto ad tẽpus palatio, ad venerabile monaſterium in honorem S. Sepulchri non longè ab eadem Urbe fundatum, habebat recurſum, ipſius loci Religioſos fratres viſitans, eorum animos ſalubri admonitione confortans, & exiſtens in illis, quaſi unus ex illis. Ibique congrua mora facta, bonus Paſtor ad Gregis cuſtodiam remeabat, & non quæ ſua ſunt, ſed quæ JESU CHRISTI quærens, Eccleſiam in pace regebat. Invidens igitur Diabolus Eccleſiaſticæ paci, populique (concordiæ) contra eum ſcandalum excitavit. Ecce namque Conſules, & Conſiliarii Civitatis ſub ſpecie pietatis impietatem exercere volentes, propoſuerãt certam eo, quod ad munitionem Urbis, magnam pecuniæ ſummam ab Eccleſiis exigere ſtatuerant, nec aliqua ratione omitterent, quia ad tale, tamque nullo opus Clerici, & Eccleſiæ de ſuis facultatibus copioſa conferrent. Attendens autem vir Dei hanc eſſe materiam conculcandi Eccleſiaſticam libertatem, murum ſe pro domo Dei oppoſuit, & huic peſtifero propoſito voce libera contradixit. Laicis enim quantumvis religioſis de Eccleſiaſticis rebus diſponendi, multo minus rapiendi unquam legitur attributa facultas; illi vero prius blanditiis, poſtea minis, & terroribus virum ſanctum ad ſuæ iniquitatis conſenſum attrahere ſatagebant. Sed ipſe præſul glorioſus, nec terrore concuti, nec potuit blandimentis ſeduci. Cum igitur eum ad ſuam voluntatem, imo iniquitatem deflectere non valerent, publico edicto interpoſito ſub pœna damni prohibuerunt, ne quis ei panem coquere, vel cibos vendere attẽtaret, ſicque ipſi, & ſuis ſubſidia ſubtrahentes, tali calliditate ipſum expellere videbantur. Habito igitur fratrũ conſilio, quia moram ibi facere non poterat, in ſua Civitate perſequutionem paſſus, ad alias, ſecundum præceptũ Evangelicum, aufugit Civitates, & ad majorem ſui doloris augmentum Clerus ſibi devotus, eadem perſecutione compulſus, Patris ſequens veſtigia, per vicinas Urbes, & varia loca eſt diſperſus. Scriptum eſt enim: Percutiam Paſtorem, & diſpergentur Oves Gregis. Tunc præfati Conſules, ſuggerente Diabolo, diſpoſuerunt, de JESU CHRISTI patrimonio perfecerunt. Conceperunt etenim dolorem, & iniquitatem pepererunt. Eos etiam populus imitatus, ſermonem nequam ſibi firmaverunt, inventos ſacerdotes contumeliis afficientes, & conviciis improbè laceſſentes. Inter hæc Pontifex condolens, & Clero patienti, & Populo perſequenti, cor deturbatur, ſpiritu anxiatur, ſed inturbatus inter proſpera, & adverſa, ſicut fuerat inter proſpera humilis, ſic factus eſt inter adverſa ſecurus. Jam Crucem Dominicam in mente bajulans, ſe quaſi Chriſti Martyrem exhibebat, in patientia ſua poſſidens animam ſuam, illam beatitudinem habiturus, de qua dicitur: Beati qui perſecutionem propter juſtitiam patiuntur. Per idem tempus dum ad S. Vercellenſem Eccleſiam acceſſiſſet, quidam ex Conſulibus, & primoribus ſuæ Civitatis illuc, quaſi pro bono pacis venientes, inſtare cœperunt, ut ad ſua rediret, & tam Eccleſias, quam Populum viſitaret, ipſe vero conſtanter reſpondit, ſe hoc nulla ratione facturum, niſi ſatisfacerent de commiſſis, indignum reputans talem reditum, in quo & Dei

reve-

reverentia poſtponeretur, & Clericalis honor minueretur, & tam libertas, quàm Eccleſiaſtica utilitas enormiter læderetur. Repulſi itaque à ſua poſtulatione viri impii, ſuper juſtum jacturam fecerunt, eumque plurimis contumeliis affecerunt, ſupra dorſum ejus fabricantes, & iniquitatem ſuam prolongantes, ſatagentes, ut & de ipſius Civitatis finibus pelleretur. At ille gaudens verborum illorum jacula ſic, Deo dante, repulit, quòd ſagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum; Dominus enim dabat ipſi evangelizanti verbum in virtute multa. Quodam vero tempore, cum Clerus ex magna parte ad propria redire vellet, præſul cum his ſimul apud Morimundū colloquium habuerunt, ubi ſategit Clerus eum ad minus honeſtum reditum revocare, nulla de damnis illatis ſatisfactione præmiſſa. Sed cum eum retrahere non valerent, quidam ex iis in eum impetum facientes, plurimis eum conviciis, & contumeliis provocarunt, & multis opprobriis, & injuriis affecerunt; quæ ſiquidem crudelius enarrāda, non tam ad eorum confeſſionem, quàm ad Viri ſancti commendationem, qui æquo animo hanc quoq; ſuſtinuit perſecutionem, cum conſtet jacula improviſa magis ferire, & graviora ſint vulnera, quæ cœleſti militi a dextero latere inferuntur. Ipſe tamen Clero paternu affectu compatiens, dedit eis licentiam, ut ſi honeſtum modum reformandæ pacis invenirent, ad propria redirent. Unde factum eſt, quod data inter Clerum, & Populum quadam in umbra quiete, Clerus ad Urbem rediit, Paſtore in exilio remanente. Non multu poſt Clerus ſecum voluit exulare, ſed ipſe pluteis, quam ſibi metuens, ſolus maluit exilium ſuſtinere. Videns itaque ſe ferè ab omnibus deſtitutum, ſolus ſedebat, quia amaritudine repletus erat. Tandem fidelis Deus, qui non permittit ſuos tentari ſupra id, quod ferre poſſent, fecit ei cum tentatione proventum, inſpirans ei, quatenus Romanam Eccleſiam viſitaret, ut inde conſilium acciperet, unde ſumpſerat officium præſulatus. Dedit autem illi Dominus gratiam in oculis ſummi Pontificis, & fratrum ſuorum, quia, quem perfuderat Deus gratia, merito debuit apud homines gratiam invenire. Itaq; ſummus Pontifex in promptu habens ulciſci omnem inobedientiam, tantæ malitiæ authores, & fautores anathemati ſubjugavit, adhuc in ipſam Civitatem graviora minatus. Confortatus itaque vir ſanctus admonitione paterna, ad partes ſuas, Deo ducente, pervenit. Surrexit interea in prædicta Civitate Rector novus, Dei amicus, impietatis inimicus; cives ad pœnitentiam commonefecit, & prius ſit, & cum ipſis ſatisfaciens, ſanctum Dei famulum revocavit: ſicque per Dei gratiam reddita pace Eccleſiæ, vir Deo dilectus Clerum, & Populum paſtorali diligentia gubernavit. Interea ſe ad ſæpe dictum Cœnobium referens, Religioſos fratres cura ſollicita viſitabat, ut affluenti doctrina impertiretur eis aliquid gratiæ ſpiritualis, & eos blande conſolaretur, vice condigna de ipſorum præſentia conſolationem congruam reportaret. Illuc per ſcalam Jacob tanquam Angelus per contemplationem aſcendens, ſubditorum compaſſione, ad activæ vitæ laborem debita viciſſitudine deſcendebat, & a Rachelis aſpectu ad Liæ ſe conſortium reducebat, & ſi quid fuerat antiqui hoſtis malitia depravatum, ad vitæ normam, viamque rectitudinis revocabat. Bonum autem opus faciens, non deficiebat, bonum autem certamen certans, hujus vitæ curſum conſumabat. Depoſitam habens coronam juſtitiæ, ſibi retributionis tempore reſervatam, ut apparente Paſtorum Principe, perciperet immarceſſibilis gloriæ coronam. Ipſe quoque vir ſanctus Religionis amator, quandam ex ſuis bonis domum juxta præfatum Monaſterium ad uſum fratrum ædificari præcepit, & ſtipendia dedit, ut quoddam Terræ ſpatium ibidem muro clauderetur, quo arboribus conſitu, fratres ſe aliquandu reciperent, & à Clauſtri tædio animos recrearent. Quod factum eſt non cauſa voluptatis, ſed neceſſitatis, non levitatis, ſed utilitatis, non ad vitium inſtabilitatis, ſed ad remedium pietatis. Cum autem complacuit ei, qui eum vocavit per gratiam ſuam, ut in labore hominum eſſet, & cum hominibus flagellaretur, infirmari cœpit, ut virtus mentis in corporis infirmitate perficeretur, & carnis defectus fieret ſpiritui, Domino faciente, profectus. Quo ægrotante, Conſules Civitatis ad eum pariter accedētes, domum quamdam, quæ erat ſtabulum equorum, ubi & quædam Eccleſiæ utenſilia reponebantur, ad conſtruendum commune Civitatis palatium inſtanter ab eo unanimiter poſtulaverunt. Sed ipſe, quem zelus Domini comedebat, patrimonium Crucifixi, & B. Syri, cujus erat fidelis diſpenſator, & cuſtos, ſub umbra ſui nominis indignum reputans ab Eccleſia alienari, ſe illorum petitionem non admiſſurum conſtanti voce reſpondit. Videntes vero quod ad ſuum velle ejus non poſſent animum inclinare, & quæ cogitaverant conſilia, cum illius cōſcientia ſtabilire, præſumptione iniqua res Eccleſiaſticas, quæ in eadem domo erant, occultè huc, atque illuc diſtrahentes, eam, eo inconſulto, ſubvertere diſponebant. Vir itaque ſanctus, quem eorum malitia non latebat, videns iniquitatem, & contradictionem in Civitate, cupiebat ſe longè facere, & ad Clauſtrum Religionis tranſire, ut eſſet ei umbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluvia. Ad ſe namque quoſdam Populi majores convocavit, & conſignatis Eccleſiaſticis Theſauris in conſpectu quorundam Fratrum ſuorum, eos diligenter commonuit, quatenus ab iniquitate, quam conceperant, & opere jam cœperant exercere, manus retraherent, & ſic ſe in omnibus exhiberent, ut per omnia Eccleſiæ jura illæſa ſervantes, non quæ ſua, ſed quæ JESU CHRISTI ſunt, quærere viderentur. Cumque ipſos ſpiritualibus monitis refeciſſet, recepto ſpiritu conſilii mundum cum omni ſupellectili ſua relinquere diſponebat. Aſſumens igitur pennas ſicut Columbæ, ad ſæpe nominatum S. Sepulchri Cœnobium convolavit, quatenus in Clauſtrali poſitus Paradiſo, ac ſingulariter conſtitutus in ſpe, quæ non confundit, hauriret aquam ſapientiæ ſalutaris, & ſpe Chriſti, qui ſuper mel, & favum dulcis eſt, cujus jam factus fuerat templum, fieret in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Craſtina namque ſequenti, dum premit aſtra dies, Patrem Monaſterii ad ſe accerſiri præcepit, & ut ſibi, tanquam uni de fratribus ſuis infirmis viſitatio fieret, ab eo ſollicitè impetravit. Cumque fratres cum Cruce, & aqua benedicta accenſis cereis juxta eu more proſequentes ſibi aſſiſterent, quaſi de ſeptima tranſitum faciens ad octavam, tali eos ſermone alloquitur. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha mãducare vobiſcum antequam moriar. Quod inter cætera ſuæ loqutionis verba tactus dolore cordis intrinſecus, de eis, qui in res Eccleſiaſticas impunè manus extenderant, intulit, dicens; alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. Nihilominus, & de Sacramentu Corporis, & Sanguinis Domini, quomodu illud aliis eſt odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel, & favum, eiſdem Fratribus verba propoſuit, ipſumque ſinè mora ſumma cum veneratione ſuſcepit. Unde profectò datur intelligi, quod ſi ipſe, cui inerat ad gloriam teſtimonium conſcientiæ bonæ, ab omni inquinamento carnis purificatus non eſſet, de tantu miniſterio, illud devotè percipiens, tam glorioſè loquutus non fuiſſet. In novitate etenim vitæ ambulabat, & effundens ſuper ſe animam, tranſibat per Tabernaculi admirabilis locum uſque ad domum Dei. Deſiderabat enim Pontificalem infulam deponere, ſeque Monaſticæ obedientiæ ſubjugare. Cum autem à quibuſdam fratribus rogaretur, ut ſi fieri poſſet, & monaſticum habitum aſſumeret, & Pontificalem non deponeret dignitatem, ait, Sinite, fratres, ſinite, quia fungens Præſulatus officio, Civitatem ipſam de cætero non viſitabo, hæc etenim domus requies mea eſt, hic habitabo, quoniam elegi eam. Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat, ut autem quod mente conceperat, operis comprobaret effectus, præcepit ſibi Monaſtici habitus indumenta fieri, quatenus à Pontificali ſollicitudine abſolutus, ea indueret, ſeque jugo ſuavi obedientiæ ſubjugaret. Ad ſe namque Cleri, Populique majoribus convocatis, ut ſibi commiſſæ adminiſtrationis abrenunciationem reciperent, eos precibus inſtanter ſollicitavit, & ut ſibi talem eligerent ſucceſſorem, qui ſciret Dei Eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus gubernare, diligenter commonuit. Sed vir ſanctus, cui vivere Chriſtus erat, nulla eos ratione inducere potuit, ut ſuæ voluntati, & petitioni annuerent, excuſationis velamen ſibi opponentes, quod abſquè conſcientia, & mandato Romani Pontificis, à regimine ſibi credito abſolvi nullatenus poſſet. O beatum virum, qui in arce contemplationis ei placeret, cui ſe probavit, maluit in Monaſterio ſub Abbatis imperio, Domino exercituum militare, quam aliis imperans, terrenis actionibus occupari. Qui & ſi Monachi habitum alterati

vesti-

A *veſtibus non aſſumpſit, ad cor ejus tamen ex alto reſpiciens*
Deus, & electorum Monachorum et meritum conſuluit, & præ-
ſulis gloriam non amiſit. Providebat enim cœleſtis altitudo
conſilii, ne aut in eo nomen Paſtoris minueretur, aut eo vi-
vente ejus Eccleſia ſuo venerabili ſponſo viduaretur. Deni-
que cum jam optaret, & diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, diſſo-
lutionem ſui corporis imminere Abbati, & Fratribus indi-
cavit, eundemque Abbatem propenſius exoravit, ut ſibi ſe-
pulchrum fieri præciperet, in quo ſua deberent membra lo-
cari. Quod ſiquidem Abbas prius exhorrens, aliquantis die-
bus elapſis ad ejus tandem inſtantiam præparari mandavit.
Nihilominus ab eodem impetrare curavit, ut eo intrante in
gaudium Domini ſui, quicquid poſſet, & liceret de Monaſti-
co habitu in ſui Tabernaculi depoſitione conferret. Die au-
tem quadam cum languor ingraveſceret, & tempus ſuæ re-
ſolutionis inſtaret, memor ſemper ſuorum noviſſimorum, cum
de domo hoſpitum ad domum pergeret infirmorum, veniſſet-
que ad eam partem Clauſtri, quæ reſpicit ad Eccleſiam, ubi
ejus ſepulchrum parabatur, ſubſtitit, & à fratre, qui ejus
debiles ſuſtentabat artus, utrum illius ſepulchrum perfectū
fuiſſet, ſollicitè requiſivit. Deſiderabat enim videre ipſum,
B *& benedicere conſumatum. Cum autem idem Frater imper-*
fectum aſſereret, quod longè ante ab Abbate, & fratribus ip-
ſe vir Sanctus inſtanter fieri poſtulaverat, exprobrans illo-
rum negligentiam, & exhorrens operis dilationem, infremuit
ſpiritu, & ait, ò tardi, & omni inertia pleni, quare mihi ſe-
pulchrum condere diſtuliſtis? Nunc autem perficiat greſſus
meos Deus in ſemitis ſuis, & ſecundùm magnam multitudi-
nem dulcedinis ſuæ, me famulum ſuum illius miſericordia
ſubſequatur, ut intrare merear in potentias ejus, & dare vo-
cem lætitiæ, & exultationis in tabernaculis juſtorum. Et
ingrediens prædictam domum, receptorus ſuorum palmam
laborum, paulatim cœperunt ſingula illius membra reſolvi,
convocatiſque ad ſe fratribus, ab eis cum omni devotione
extremæ unctionis oleum poſtulavit. Cumque juxta morem
ſibi officium fieret, ipſe ſedulus cum aliis reſpondebat. Dein-
de indumenta Pontificalia, quæ ſolo ſuæ intuitu perſonæ ſibi
fuerant collata, ne illa tanquàm propria Eccleſiæ auferen-
di cuiquam daretur occaſio, juſſit adduci, quatenus eo recep-
to in tabernacula æterna eiſdem ſanctum ejus corpus indue-
retur, & ſic ſepulturæ honorificè traderetur. Demum ſibi
C *Crucem adferri præcipiens imaginis Salvatoris pedes in-*
ſtanter cum lachrymis deoſculabatur, dicens. In manus tuas
Domine commendo Spiritum meum. Et ut ejus in Chriſto
ſpes, & fiducia probaretur, inter dolores mortis, non quere-
las, ſed Chriſtum Regem gloriæ habebat in ore. Cum autem
hora tranſitus immineret, brevem fudit orationem, dicens
Glorioſe confeſſor beate Sire roga Domin. JESUM CHRI-
STUM, ut dignetur accipere Spiritum meum. Nec multò
poſt migravit ad Dominum die Jovis nono Kalendas Julia-
rum, anno à Nativitate Domini milleſimo centeſimo nonage-
ſimo quarto, Pontificatus S. D. Cœleſtini Tertii. Hactenus de
Lanfranco Balbus.

LXXI 70. S. BERNARDUS Balbus Papienſis, S. Lan-
franchi diſcipulus, Cathedralis primùm Præpoſitus
fuit, tum & Epiſcopus Faventinus, indeque ad ſedē,
quæ aliquandiù vacaverat, fuit translatus an. 1198.
Inter epiſtolas Innocentii III. una præcipuè habetur
ad hunc Bernardum directa, in qua eidem poteſtatem
facit ad hanc Papienſem Eccleſiam ſe conferendi, re-
prehenditque Capitulum, Clerumque Papienſem,
D quod illum, Apoſtolica inconſulta Sede, delegerint,
cum ab eadem Sede tantùm jus poſtulandi haberent,
illum ad Papienſem Eccleſiam cenſuit traſſerendum
ſub Datum Reate 6. Idus Auguſti anno 1. ſui Ponti-
ficatus, qui noſtræ ſalutis fuit 1198. Bernardus in ju-
riſprudentia canonica fuit longè doctiſſimus, de qua
facultate compoſuit, ediditque quinque libros. Præ-
fuit autem uſque ad an. 1213. mortuuſque eſt die 18.
menſis Septembris, & ſepultus in Eccleſia S. Lan-
franchi prope ſuum Præceptorem. Illius memine-
runt omnes ſupracitati auctores.

LXXII. 71. RODOBALDUS Sangregorius Papienſis,
hujus nominis I. ex Archidiacono Cathedrali Epiſ-
copus evaſit ann. 1213. Lateranenſi Concilio inter-
fuit ſub Innocentio III. qui privilegia omnia Papien-
ſis Eccleſiæ novo diplomate confirmavit. Romæ de-
LXIII. ceſſit 1215. ſepultuſque apud S. Petrum. Narrat Baſ-
ſius GREGORIUM Creſcentium Romanum, Pa-
A pienſem fuiſſe adlectum Epiſcopum ab Innocentio
III. qui antea fuerat vocatus ad Purpuram. Præeſſe
incœpit ann. 1215. ætatemque uſque ad 1216. dicitur
extendiſſe.

72. S. FULCO Scotus Placentinus, patriæ Præ- LXIV.
ſul, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1216. præ-
fuit uſque ad annum 1229. quo ipſo anno deceſſit è
vivis, die 26. menſis Octobris, exceptuſque eſt Ca-
thedrali Templo, ubi hactenus conditus jacet. Ejus
vitam haud ita pridem ſcripſit Petrus Maria Campus
Placentinus Canonicus, ubi probat, è Nobili gente
Scotta fuiſſe Placentinum, non verò natione Scotū,
ut probare nititur Thomas Dempſterus, ut Scotiæ
ſuæ Sanctorum numerum augeat in ſuo Scotichroni-
con. Hujus meminerunt Martyrologium Roma-
num, Baronius, Ferrarius, omneſque alii, qui de
Sanctis Epiſcopis Papienſibus aliquando ſcripſere;
tametſi nonnulli eorum fallantur, dum narrant ad
hanc Eccleſiam fuiſſe adlectum, non translatum,
quorum errorem ſequens Honorii III. Pontificis di-
ploma redarguit, qui eidem uſum Pallii, & Crucis,
B cum aliis præeminentiis tanquàm jam pridem conſe-
crato Epiſc. atque ad eam Sedem translato affirmat.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ven. fr. Fulconi Epiſcopo Papienſi, ejuſque ſucceſſoribus
Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

ET ipſa juſtitiæ ratio, & Apoſtolicæ Sedis depoſcit beni-
gnitas, ut locis, & perſonis B. Petro, & S. R. E. ſpiri-
tualibus adhærentibus, & in ejus devotione, & obedientia
perſiſtentibus, patrocinii, & protectionis noſtræ manum abun-
dantius, & propenſius extendere debeamus; hujus itaque
rationis debito promoti, honorem, & dignitatem Papienſi
Eccleſiæ tamquam propriæ, & ſpeciali Apoſtolicæ Sedis fi-
liæ volumus conſervare. Quocirca Vener. in Chriſto frater
Fulco Epiſcope, quem ſincera in Chriſto charitate diligi-
mus, tuis juſtis poſtulationibus gratum impartientes aſſen-
ſum ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ
Callixti, Innocentii, Eugenii, Anaſtaſii, & Innocentii Ro-
manorum Pontificum, prædictam Papienſem Eccleſiam, cui
Deo authore præeſſe dignoſcimus, præſentis ſcripti privile-
C *gio communimus, & omnem ipſius Eccleſiæ dignitatem per*
eorundem Romanorum Pontificum privilegia, vel authenti-
ca ſcripta conceſſam, Nos quoque authoritatis noſtræ favo-
re nihilominus confirmamus. Fraternitati ſiquidem tuæ in-
ter ſacra Miſſarum ſolemnia pallio uti, & tam tibi, quàm
ſucceſſoribus tuis in proceſſione palmarum, & feriæ II poſt
Paſcha Equum album nabone coopertum equitare, necnon &
Crucem inter ambulandum præferre concedimus: ob maio-
rem quoque ipſius Papienſis Eccleſiæ dignitatem confirman-
tes ſtatuimus, ut in Synodalium celebratione conventuum,
tam tu, quam ſucceſſores tui ad ſiniſtrum Romani Pontificis
latus, primum ſeſſionis locum perpetualiter habeatis, in Mo-
naſteriis authoritatem, aut Capellis aliquibus præter ma-
tricem Eccleſiam Baptiſmum generalem fieri penitus prohi-
bemus, in quibus ſi quæ forte præcepta contra ſacros Cano-
nes elicita inveniri contingerit, noſtris Canonicis non præju-
dicent inſtitutis; clericos, ſanctimoniales, viduas Urbis ve-
ſtræ ſine veſtra conſcientia nemo præſumat in judicium tra-
here, aut vim eorum rebus inferre. Nec cœmeteriorum, quæ
intra, vel extra circa civitatem ſunt, curam vobis, aut pote-
D *ſtatem ſubtrahere qualibet perſona præſumat, nec ullus un-*
quam cuiuſcumque ſecularis dignitatis, aut potentiæ homo
quaſi ſub obtẽtu hoſpitalitatis, vel patronatus occaſione in tuo
Epiſcopio, aut in domibus Sacerdotum, ſeu Clericorum ſuo-
rum, ſine tua, tuorumque ſucceſſorum voluntate audeat ap-
plicare, nec in rebus mobilibus, & immobilibus, ſive perſonis
cuiuſcumque conditionis ad veſtram Eccleſiam pertinenti-
bus invaſionem, aut violentiam vobis invitis fieri ſine legali
ratione permittimus: præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæ-
cumque bona, quæ eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè,
& canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum,
largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu
aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma ti-
bi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in qui-
bus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, mona-
ſterium S. Bartholomæi in Strata, monaſterium S. Ma-
riæ foris portam; monaſterium S. Apollinaris cum capel-
lis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Petri, quod dicitur

Le-

Leproſorum cum capellis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Martini cum capellis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Gervaſii cum capellis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Pauli, & S. Jacobi de Vernabula, monaſterium vetus, monaſterium Senatoris cum capellis, & Parochiis ſuis, monaſterium Leani, & monaſterium S. Thomæ cum capellis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Felicis, cum capellis, & parochiis ſuis: ipſorum verò Monaſteriorum, quæ infra veſtræ Diœceſis fines ſunt, canonica diſpoſitio, & Abbatum, qui ia eis ſunt, vel Abbatiſſarum diſcuſſio, electio, & conſecratio veſtro ſemper arbitrio conſerventur. Porrò presbyteros prædictorum monaſteriorum prout eccleſiaſtica neceſſitas exegerit, abſque alicujus temerariæ conditione ad cuum volumus venire conſilium: confirmamus etiã vobis Eccleſiam S. Mariæ de Bethleem, & hoſpitale de Grupellis, hoſpitale de S. Juſtina, hoſpitale de Thoſſicaria, hoſpitale de Galberta, hoſpitale Guidonis fabri, hoſpitale Tidonis, hoſpitale de Pentiano in Archiepiſcopatu Mediolanenſi, monaſterium S. Donati ab anteceſſore ſuo fundatum in loco, qui Scorobia dicitur, cum capellis, & parochiis ſuis, monaſterium S. Mariæ de Cayrate cum parochia ſua, & capellanis, & parochiis ſuis, in Laudenſi Epiſcopatu plebem de Puſtino cum capellis, & parochiis ſuis, in Epiſcopatu Cremonenſi, plebẽ de Pagaciano cum parochia ſua, in Epiſcopatu Placentino plebem de Fontana cum capellis, & parochiis ſuis, plebem de Vinegazo cum capellis, & parochiis ſuis: inter Epiſcopatum Aſtenſem, & Aquenſem, & Albenſem, plebem de Ponte cum capellis, & parochiis ſuis, in Epiſcopatu Vercellenſi, plebem de Peraungo cum parochia ſua; verſus Alexandriam, plebem S. Syri de Salla cum capellis, & parochiis, & pertinentiis ſuis, plebem de Plonara cum capellis, & parochiis, & pertinentiis ſuis, plebem de Baſſignana cum capellis, & parochiis, & pertinentiis ſuis, plebem de Valentia cum capellis, & parochiis, & pertinentiis ſuis, plebem de Aſtiliano cum capellis, & parochiis, & pertinentiis ſuis, plebem S. Salvatoris cum capellis, parochiis, & pertinentiis ſuis, & plebem de Petra cum capellis, & parochiis ſuis. Decernimus ergo &c. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Petrus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. card. ſſ.
Ego Robertus S. Stephani in Cœlio monte presb. cardinalis ſubſcr.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſt. presb. card. ſſ.
Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſiæ presb. card. ſubſcr.
Ego Thomas tit. S. Sabinæ presb. card. ſubſcr.
Ego Guido S. Nicolai in Carcere Tullian. diac. cardinalis ſubſcr.
Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. card. ſſ.
Ego Gregorius S. Theodori, diac. card. ſubſcr.
Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin diac. card. ſubſ.
Ego Romanus S. Angeli diaconus card. ſubſcr.
Ego Stephanus S. Hadriani diac. card. ſubſcr.
Ego Alebrandinus S. Euſtachii diac. card. ſubſcr.
Ego Aegidius SS. Coſmæ, & Damiani card. ſubſcr.
Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcr.
Ego Guido Prœneſtinus Epiſcopus ſubſcr.
Ego Pelagius Albanen. epiſcopus ſubſcr.
Datum Laterani per manum Rayneri . S. R. E. Vicecancellarii die . . . Maji indict. 5. Incarn. Dom. anno 1217. pontificatus vero D. Honorii Papæ III. anno 1.

Reverebatur Federicus Cæſar hunc Sanctum, ad eujus preces indulſit Civibus, ut ſingulis tertiis feriis Papiæ nundinæ celebrarentur: nomineque ejuſdem Imperatoris, idem Fulco item Papiæ Imperialem exercuit poteſtatem.) „ *Ejus item memoria in edicto* „ *ejuſdem Friderici de Terra Comitiſſæ Mathildis an.* „ *1221. ubi inſcribitur F. Papienſis Epiſcopus à Baluzio* „ *in t. 5. Miſcel. edito.*)

Poſt Fulconis exceſſum, narrant ad Papienſem ſedem fuiſſe ſubvectum Ardinghum Trotum Primicerium Cathedralis an. 1230. exque moderatione animi detractaſſe onus, ſuſpicatus aliquando ſum, an is ille fuerit Ardinghus Papienſis Canonicus, quemque Gregorius IX. Præſulem Florẽtinis attribuit an. 1232.

LXV. 73. RODOBALDUS Cipolla, hujus nominis II. ex Archidiacono Cathedralis, Papienſem evaſit ad ſedem ann. 1230. Hic cum multa præclara geſſiſſet, tùm illud memoria dignum adjecit ut civitatis SS. Reliquiarum repertorium conſtitueret, ne obliviosa vetuſtas illarum deleret memoriam. Præfuit annos 24. deceſſitque 1254. die 12. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Hujus Epiſcopi meminerunt Gualla, Breventanus, & alii, ſed tempora invertunt; alii enim narrant illum vixiſſe ann. 898. alii obiiſſe contendunt 1250. nonnulli verò anno 1255. Boſſius verò, quem ſequimur, vult deceſſiſſe anno 1254. Qui ſi vera narrat, Ticinenſem Eccleſiam vacaſſe oportet duos annos cum anno 1256. ſucceſſor reperiatur.

74. GULIELMUS Canetus Papienſis, hujus nominis II. rector Eccleſiæ S. Jacobi ad Vernabulam, ordinariuſque Cathedralis, patriæ ſedem aſſecutus eſt 1256. Guillelmo electo Papienſi indulſit Alexander IV. an. Pontif. 2. 5. Kal. Novembris, ut per triennium poſſet redditus beneficiorũ Eccleſiaſticorũ in Diœceſi Papienſi ad elevãdas ſarcinas debitorũ Papienſis Eccleſiæ in ejus uſu convertere ex reg. Vatic. ep. 478. fol. 209. Præfuit uſque ad annum 1272. Hunc Guillelmum crediderim eſſe, quem Hippolytus Doneſmundus in Mantuana hiſtoria narrat Mantuanum fuiſſe, è nobili gente de Caneto. LXVI.

75. GUIDONEM Tacium Papienſem, Monachum Cluniacenſem, nobilioribus diſciplinis cultiſſimum, qui Canonicatu Cathedralis depoſito, tranquillioris vitæ amore confugerat ad Clauſtrum, Gregorius X. publicę utilitatis cauſa è latebra contemplationis erutum, hanc compulit ad ſedem, eundemque conſecravit an. 1272. tametſi Ticinenſis Clerus è nobili gente Beccaria elegiſſet Contadum, qui affinium ſuffultus potentia, per 10. ipſos annos Papienſem occupavit Eccleſiam, quibus elapſis, Guido ſibi creditæ Eccleſiæ iniit poſſeſſionem, eamque pacificè adminiſtravit uſque ad annum 1294. Quo ipſo anno deceſſit. LXVII.

76. OTHO Beccaria Canonicus Cathedralis, patriæ Epiſcopus adlectus anno 1294. à capitulo; deceſſit eodem anno Aquilæ, nondum obtenta confirmatione à Cœleſtino V. ex reg. Vatic. LXVIII.

77. GUIDO ex comitibus Langaſchiis Papienſis ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, Papienſem Eccleſiam aſſecutus 1295. 14. Kal. Maii à Bonifacio VIII. ex reg. vatic. ep. 77. fol. 19. Hic in optimis ſui ævi præſulibus memoratur, quippe qui nobilitatem generis cum nobilioribus diſciplinis conjunctam haberet, unumq; illud ſtuderet, ut Clerum, populumque Papienſem ad defæcatiores mores traduceret. Quamobrem ingentibus exantlatis laboribus, aditiſque periculis, plura Eccleſiæ ſuæ jura recuperavit, implicitiſque nominibus illam exolvit, Caſtellaque aliquot, atque oppignorata latifundia redemit, ſuæ ditionis Caſtella munivit, Eccleſiam verò exornavit, locupletavitque ſacrarum veſtium cultu, qui maximè divinum cultum deceret, lapſos cleri mores ſæviori diſciplina correxit, ſynodoſque maximè fructiferas celebravit. Vix præeſſe cœperat, cum Bonifacius VIII. Guidonem legavit in Germaniam, tum & Bononiam deinde, ut Guelphorum, Gibellinorumque furorem cõprimeret. Reverſus Papienſe Epiſcopale palatiũ reſtauravit, in eoque pingendas curavit ſuorum prædeceſſorum effigies, cumque cum ſingulari laude prudentiæ Eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtraſſet 16. circiter annos, fato functus eſt, ac ſepultus in Cathedrali prope Comitem Richardum parentem. Epigramma non eſt prętereundum, quod in ejus creatione rudiori illo ſeculo poetæ panxerunt, tum quod ad omnium vitæ hiſtoriam videatur ſpectare. LXIX.

Laudibus immenſis exultat plebs Papienſis
Antiquum morem retinens, fideique decorem
Juris præconem, quem dat ſibi Papa Guidonem,
Moribus ornatum, virtutibus atque beatum,
Quem genus excelſum, grandiſque ſcientia format,
Suſcipe paſtorem grandem, quoque confer honorem.
Ecce comes Guido vir prudens, atque benignus
Ad regimen Cleri merito conſcendere dignus;
Virginis à partu dum currunt mille ducentum
Atque nonaginta cum ſexto tunc ſapientum
Conſilio præſul per Papam fuit Papienſis

Cu-

A *Curam ſuſcipiens in primis tempore menſis*

LXXX. 78. Fr. ISNARDUS Tacconius Papienſis, Dominicanus, Archiepiſcopus, Thebanus in Patriarcham Antiochenum electus, factus eſt Eccleſiæ Papienſis adminiſtrator ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis, ob paupertatem Eccleſiæ Antiochenæ, à Clemente V. an. 1311. Non. Novemb. ex reg. vatic. epiſt. 457. fol. 111. Cujus in Hiſtoriis meminit S. Antoninus. Papienſi Eccleſiæ magno uſui fuit, cum Guidonem ſuum egregie æmulatus, ſynodales conſtitutiones condidiſſet ſalubriores. Præfuit uſque ad annum 1319.

LXXXI. 79. JOANNES Beccaria Papienſis, Monachus Cluniacenſis, Abbaſque S. Majoli electus 1320. præfuitque uſque ad aonum 1323.

LXXXII. 80. CARANTES Sannazarius Papienſis Canonicus, hanc eandem tenuit ſedem, ab an. 1323. uſque ad annum 1329. an. 1326. poſtrema die menſis Martii Avenione verſabatur, pollicituſque eſt ſacto Collegio ſolitas contributiones.

LXXXIII. 81. JOANNES de Fulgoſiis Placentinus, *a* ſuperiori defuncto ſuffectus eſt anno 1329. aut fortaſſis 1328. Etenim in lib. oblig. Prælat. ſe ſoluturum obſtrinxiſſe anno 1329. appellaturque electus, oportet igitur per aliquot dies ante fuiſſe electum. Ejus memoria extat uſq; ad an. 1342. Quibuſdam Laicorum Societatibus regulas, inſtitutaque compoſuit, ut ſtatis diebus à vitiis procul, divino cultui vacarent.

a Hujus meminit [illegible]

LXXXIIII. 82 MATTHEUS de Riboldis de Modoetia, ex Canonico Conſtantienſi, Guillelmo Epiſcopo Albenſi poſtulato reſignante, ad hanc Sedem adlectus 1342. Non. Octobr. ex reg. vatic. ep. 66. fol. 156. inde anno 1343. die 5. Kal. Julii tranſlatus eſt ad Eccleſiam Veronenſem, ex reg. Vatic. ep. 6. fol. 41. an. 2. lib. 5.

LXXXV. 83. PETRUS Spelta Veronenſis, ex Ordine Humiliatorum, Præpoſitus domus B. Mariæ de Cagliara Veronenſis Diœceſis, à Capitulo Veronenſi Epiſcopus poſtulatus tempore Benedicti XII. qui tandem in manibus Clementis VI. electioni ceſſit, & ab eodem Clemente Epiſcopus Papienſis creatus eſt anno 1343. 5. Kal. Julii, ex regiſt. vatic. epiſt. 7. fol. 42. ann. a. lib. 5. præfuit autem uſque ad ann. 1357. Altare majus reſtaurandum curavit io Cathedrali, ut legitur io memoria marmorea ibidem.

LXXXVI. 84. ALCHERIUS de Alcheriis Papienſis, Cathedralis Canonicus, ad hanc eandem Sedem promotus eſt 1357. in ſupracitatis libris, ſacro Collegio ſe ſolitum ſubſidium perſoluturum adpromiſit anno 1358. diſſolvitque quod promiſerat jam inauguratus 1. die menſ. Auguſti. Rexit hanc ſibi concreditam Eccleſiam uſque ad anoum 1362.

LXXXVII. 85. FRANCISCUS Sobripa Archidiaconus Comenſis, hujus ſedis fuit renunciatus Aotiſtcs anno 1363. dieque 26. menſis Auguſti ejuſdem anni ſolitum ſubſidium ſacro Cardinalium Collegio perſolvit, inque citatis libris appellatur Fr. Franciſcus Doctrina valuit, libertatiſque Eccleſiaſticæ fuit defenſor acerrimus. Præbendam Theologalem auxit, ſex Generales Protectores creavit Papienſium, primuſque Epiſcoporum Ticinenſium fuit, qui Academiæ ejuſdem Civitatis Cancellarius fuerit adlectus ex indulto Imperatoris Caroli IV. Fato functus eſt anno 1386.

LXXXVIII. 86 Fr. GUILLELMUS Centuaria Cremonenſis ex Ordine Minorum Theologica facultate clariſſimus, Epiſcopus Placentinus, ab hanc ſedem tranſlatus eſt anno 1386. per 16. annos, quibus hanc Papienſem Eccleſiam adminiſtravit, tanta dexteritate fuit, ac pietate, ut in optimis Præſulibus meritò numerari poſſit. Ex auctoritate ordinarii, Cleri Capitulo conjunxit vetus Monaſterium Monialium ex ordine S. Benedicti, quod è Regione Cathedralis erat, cui proximæ popinæ erant, in quibus aleatores, & ganeones, Chriſtianæ moderationis oſores ita ſua probra prodebant, ut verendum quandoque eſſet, ne virginum illarum aures per ſummam morum jacturam inficerentur. Compulit itaque illas alio demigrare; factoque pulcherrimo, Apoſtolici placiti Bonifacii IX. pondus adjecit anno 1394. ut legitur in 1. libro de diverſis formis, qui in archivio Vaticano diligentiſſimè aſſervatur. Inter cætera monumenta ingenii, à ſe compoſitum hymnum reliquit in honorem SS. Præſulum Papienſium ſuorum prædeceſſorum. Nobile triclinium ſtatuit io Epiſcopali palatio, ſacellumque S. Georgii, quod ipſemet conſecravit, ut ibidem affixa inſcriptio docet.

Iſta Capella fuit conſtructa per D. Gregorium de Rubeis & Jo. Franciſcum ejus filium ad honorem Dei, & B. Georgii, & conſecrata fuit per Reverendum D. in Chriſto Patrem, & DD. Fratrem Guillelmum de Centuariis de Cremona Ord. fratrum Minorum Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopum Papienſem, Comitem digniſſimum, ann. Domini MCCC-LXXXXII. menſ. Auguſti.

Dum Guillelmus ſederet, Papienſes intra civitatis muros pararunt Carmelitanis Fratribus domicilium; ipſeque dum Epiſcopus Papienſis erat, Marcum Porrum Cremonenſem, Albertum Sangeorgium Feltren-
B ſem, Petrumque Georgium Terdonenſem Epiſcopos conſecravit. Fato functus eſt anno 1402.

87. PETRUS Graſsius de Caſtro Novo, Diœceſis Terdonenſis, ex Ordine Humiliatorum, antea Cremonenſis Epiſcopus, ad hanc Sedem fuit tranſlatus ann. 1402. 5. Kal. Octobris ex lib. proviſ. Prælator. Hic corporis Chriſti proceſsionem inſtituit, inque Cathedrali ad divinum majus obſequium organa voluit extare. Nobile S. Marthæ ſacellum erexit, Synodoque celebrata, ſaluberrimas plures condidit conſtitutiones. Hæc vita mortalis illum defecit an. 1426. ſepultuſque eſt io S. Marthæ ſacello, cum hoc epitaphio. LXXXIX.

Hic jacet Reverend. in Chriſto Pater, & Dominus D. Petrus de Graſſis, de Caſtro Novo Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus Papienſis, & Comes, qui obiit anno Domini MCCCCXXVI. die xxviii. menſ. Septemb. & ſedit ann. xxiiii. & menſibus vii.

88. FRANCISCUM deinde Piccolpaſſum Bononienſem*b*, Aquenſem Epiſcopum, ad hanc Eccle- XC.
C ſiam tranſtulerunt anno 1427. die 2. menſis Junii, factuſque Apoſtolicæ Cameræ Clericus ab Eugenio IV. qui eo familiariſſimè utebatur; præfuit uſque ad annum 1435. indeque ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem tranſiit. In Concilio Baſileæ Canonicis Papienſibus uſum Almutiarum indulgendum curavit. Igitur pius Paſtor cum Mediolanum ſe contuliſſet, Papienſibus magnum ſui deſiderium fecit.

b De quo [illegible]

89. HENRICUS Rampinus à S. Aloyſio, Terdonenſis Diœceſis, & ut alii volunt, natione Papienſis, cum Terdonenſis eſſet Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1435 die 7. Idus menſis Julii. Papienſem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad ann. 1443. 9. Kal. Septemb. deinde tranſlatus fuit ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem, vocatuſque ad purpuram ab Eugenio IV. fato functus eſt anno 1450. XCI.

90. BERNARDUS Candianus Epiſcopus Aſtenſis, tranſlatus ad Papienſem an. 1443. prid. 9. Sept. mox ad Comenſem Eccl. 1446. XCII.

D 91. JACOBUS Borromæus Mediolanenſis, filius Comitis Vitelliani, Abbas Commendatarius S. Barnabæ de Craticula, effœtæ propemodum ætatis ad hanc Eccleſiam fuit adlectus an. 1446. 15. Kal. Auguſti, eodemque anno iniit poſſeſſionem menſe Septembri, quo ipſo die coram noviter electo luculentam orationem habuit Franciſcus Philelphus, vir eruditione longè clariſſimus, quæ deinde cum ejuſdem Philelphi operibus, lucem aſpexit. Cæterùm Borromæus nobilioribus diſciplinis jam pridem fuerat excultus, quippe qui in Papienſi Academia inſigni laurea donatus, ſui ſeculi doctis hominibus videbatur præſtare. Septem annorum geſſit pontificatum, deceſſitque die 4. menſis Auguſti 1453. non ſine ſuſpicione hauſti veneni. Sepulchrum accepit io Cathedrali ad ingreſſum S. Stephani ſacelli. XCIII.

92. JOANNES Caſtillioneus Mediolanenſis Epiſcopus Conſtantienſis in Normandia, ad hanc Sedem fuit tranſlatus aono 1454. 5. Non. Octobris, quam XCIV.

Ille rexit Eccleſiam, uſque ad an. 1460. ac plerumque abſens; ſiquidem pro Callixto III. Pontifice munere legationis functus eſt in Germania ad Federicum III. Imperatorem, atque ab eodem inter purpuratos adlectus eſt anno 1456. Sub Pio verò II. Marcam Anconitanam Legatus frænavit. Repentino fato Maceratæ ſublatus eſt, cujus corpus Mediolanum delatum, propè ſuos majores viros clariſsimos illud ſepelierunt, ubi à grata poſteritate nobile monumentum erigendum erat, cum hujuſmodi epitaphio.

D. O. M.

Joanni Caſtillioneo Mediolanenſi, Epiſcopo Papienſi, tit. S. Clementis S.R.E. presb. Card. Cœleſtini IV. Pont. Max. Octaviani, Gotifredi, ac Brunda Cardd. Gentili, qui cum legationis munere apud Fridericum III. Imperatorem, concitandi in Turcas exercitus cauſa Apoſtolicæ Sedis nomine ſecundo fungeretur, à Callixto III. in ampliſſimum Ordinem abſens eſt cooptatus, eoque defuncto à Pio II. Legatus Marchia Anconitana deſignatus, dum in ea provincia legiſlatoris, ſtrenui ſimul ducis operam contra Piccinianum armis ſolicitè impendit, inopinata febre præventus Macerata interiit. xviij. Kal. Maji anno ſal. MCDLX.

XCV. 93. JACOBUS Ammannatus Lucenſis, cui Cardinalis Papienſis cognomen adhæſit, Caſtillioneo ſubrogatus eſt die 23. menſ. Julii ann. 1460. Tenuioribus genitoribus Lucæ natus eſt, ſed verecundæ probitatis, Prima literarum tyrocinia, Piſciæ Etruriæ nobili caſtello poſuit, Florentiæ verò ſub diſciplina Caroli, ac Leonardi Aretini imbibit Poeticam, atque Rhetoricam, ſic ut ex celeri ingenio Præceptoribus ipſis poſſet admirationi eſſe. Romam deindè profectus eſt, ſub pontificatu Nicolai V. literatum, literatorumque hominum cultoris eximii, bonoque omine inter aulicos Dominici Capranicæ adſcitus eſt, cujus ſecretarius effectus, tantam eruditionis, prudentiæque famam ex Domini exiſtimatione apud Aulam Romanam conſecutus eſt, ut Calliſto III. Pont. Max. qui Nicolao V. ſucceſſerat, Brevium, ac Bullarum ſecretarius maximo uſui fuerit. Quem item Pius II. ut ad Pontificatum evaſit, idem munus gerere juſſit, ac poſt duos annos Ticinenſem Antiſtitem illum renunciavit, inſequentoque anno communicatis cum illo Piccolomineæ gentis ſtemmatibus, ſub titulo S. Chryſogoni inter purpuratos adlegit, itaque illum dilexit, ut quaſi inter pares, ob ſtudiorum paritatem, familiaritas inter Pontiſ. Cardinalemque cerneretur. Tametſi autem Ticinenſis eò dignitatis ex humili perveniſſet fortuna, haud tamen in iis ſtudiis, quæ immortalitatem parere ſolent mortalibus, vel latum unguẽ elanguit. Quin ut adeptæ dignitati, viciſſim eſſet decori, multa ſcripſit, compoſuitque, tum ſoluta, tum metro menſurata oratione. Commentaria Pii nondum abſoluta abſolvit, plureſque epiſtolas doctrina, eruditioneque pleniſſimas reliquit, in quibus illa eminet, qua ſe ipſum admonet moderationis, cum exploraat diligentius ex tenuiori fortuna eo ſe perveniſſe faſtigii, quod liberalitati magis Pontificis, quam ſuæ virtuti videretur adſcribendum. Denique moderatiſſimus fuit, niſi forte quam pro cætera vitæ ratione tenacior aliquanto videri potuerit. In epiſtolis prodit, omnes ſui ſæculi doctos diligentiſſime coluiſſe. Præter Papienſem Eccleſiam, ubi nobilis Sacrarii fundamenta jacenda curavit, undeque placuit Ticinenſia ſibi cognomen adſciſcere, etiam Lucenſis, hoc eſt Patriæ ſuæ Epiſcopus fuit, cum jam Senior factus Epiſcopi Cardinalis Tuſculani titulo potiretur. A Sixto IV. Peruſinam legationem obtinuit, quem vivum dilexit, mortuum autem ſpoliavit, in publicas Apoſtolicæ Cameræ rationes ejus opulenta hæreditate redacta. Amavit Senenſes, quam qui maximè, intuitu Pii II. Pontificis olim ſui munificentiſſimi benefactoris. Quamobrem ſolebat Senis, ut ardentiores ſoles eluderet, jucundiores plerumque trahere moras. Demum cum aliquando ad lacum Vulſinum fuiſſet profectus, quartanamque febrem, qua tunc laborabat, potionibus inſtituiſſet diſcutere, ab imperito medico haud ſatis diluto elleboro ſumpto, celerius opinione omnium vitam amiſit anno 1479. 3. Id. Sept. Cujus Corpus Romam relatum, jubente Sixto, ſacroque Senatu, apud S. Auguſtinum tumulatum fuit cum hoc ſequenti epitaphio.

Luca Ortu, Sena lege fuit mihi patria, nomen
Dum vixi Jacobus, mens bona pro genere.
Papa Pius ſedem Papienſem detulit, idem
Cardineo ornavit munere, gente, domo.
Quem colui vivens, non linquo mortuus; hic ſum
Et prope ſancta patris filius oſſa cubo.
Vivite qui legitis, Cœleſtia quærite: noſtra hæc
In cineres tandem gloria tota redit.

Obiit apud Laurent. Ulſinenſem annò ſalutis MCDLXXIX. Septembr. in urbem relatus, Pia Familia Domeſtica proſequente. Hic conditus Xyſti Quarti Pont. Max. beneficio vixit annos LXVII. menſ. vi. dies xi.

Præter Pium II. in ſuis Commentariis, Jacobi Ticinenſis etiam meminerunt cum laude, Jacobus Volaterranus Secretarius Apoſtolicus, Jovius, Garimbertus, aliique non pauci.

94. ASCANIUS Maria Sfortia, filius Franciſci Ducis Mediolanenſis, à Sixto IV. Pontifice anno 1479. 12. Kal. Octobris, ex Prothonotario Apoſtolico, Papienſis Epiſcopus adlectus fuit, atque ab eodem Pontifice creatus Diaconus Card. 1484. Papienſem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1505. ſed fere abſens, quippe qui modò Bononiæ legatus, modò Romæ gravibus diſtentus negotiis, modò Ducatus Mediolanenſis infortuniis afflictatus, vix ſibi, nedum aliis, poſſe ſufficere videbatur. Sed minus id potuit poſt adventum Caroli VIII. in Italiam, ejuſdemque ſucceſſoris Ludovici XII. cum enim per id tempus, Ludovicus Morus ipſius frater, miſeram, ac mox ſervituram Italiam exteris objeciſſet nationibus, Carolumque VIII. ad ipſius prædam vocaſſet, Aſcanius haud expers ærumnarum, quas frater ambitioſè furens invexerat, tum in Germania, tum in Gallia concluſus carcere alienæ, ſuæque temeritatis pœnas dedit. Cardinalis de Amboſia Gallus deinde Aſcanium adducendum Romam ad conclave illud curavit, in quo Pius III. Pontifex fuit renunciatus, quo defuncto comitiis etiam interfuit, quæ Julium II. evexerunt ad Sedem. Inter quem, & Aſcanium etſi elapſis temporibus privatæ ſimultates exæſtuaſſent, optimus tamen Pontifex, cum miſeretur Cardinalis Principis à fortuna male mulctati, nulla ratione adduci potuit, ut Aſcanium in Galliam eſſe reducendum aſſentiretur. Romæ igitur illum fovit, adeoque ſublevavit, ut opes, quas in illum contulerat, haud purpureæ faſtigio viderentur inferiores. Cæterùm Aſcanius haud hactenus oblitus opulentiæ, dignitatiſque Principis, quem geſſerat aliquando, ſenſim animum dicitur adjeciſſe ad Principatum Mediolanenſem recuperandum, ſuſpicaciſſimis trepidantibus Gallis, qui eam felicitatem tanti Principatus adepti, brevi momento poſſe corrumpi non ex vano arbitrabantur. Sed hæc illum cogitantem venenum, à neſcio quo dilutum, ſuſtulit, ut fama tulit, anno 1506. utriuſque in illo fortunæ haud vulgari relicto exemplo, qui ſi non deflagraſſet invidia pactæ Apoſtolicæ Cancellariæ, Patrimoniique legationis cum Alexandro VI. antequam eveheretur ad Sedem, atque à cupidine habendi alioquin opulentiſſimus Princeps longius adfuiſſet; pro conſtantiſſimi, atque optimi Principis exemplari potuiſſet haberi. Præter Ticinenſem Eccleſiam Cremonenſem, atque Novarienſem etiam adminiſtrandas ſuſcepit, cum Abbatiis Claræ vallis Mediolanenſis, ac S. Ambroſii majoris Ciſtercienſis ordinis, quas eidem ordini munificentiſſimè deinde ceſſit. Papiæ, cujus Eccleſiam unicè dilexiſſe fertur, exorſus eſt ſuperbam ſummæ Ædis, Cathedraliſque molem fundare anno 1488. die 29. menſis Junii, cum ipſe prius ſolemni ritu primum lapidem jeciſſet. Sacrarium locupletavit pretioſo Sacrarum veſtium cultu. Uſuſque eſt pro ſuffraganeo Gabriele Abbate Benienſe Epiſcopo, ne quid detrimenti ex abſentia Paſtoris viduata Diœceſis pateretur. XCVI

tur. Præter Guicciardinum, Jovium, & Garimbertum omnes pene illius ſeculi ſcriptores Aſcanii ſumma cum laude meminerunt. Julius II. defuncto Principi apud S. Mariam de Populo, nobile monumentum erexit, quod ex fortuna intus incluſi, bis dicitur hactenus demutaſſe locum, cum modo quieſcat in choro à frequentia procul, ne iterum inſtabilis fortunæ vices cogatur experiri. In eo tumulo hæc verba Pontifex Julius incidenda mandavit.

D. O. M.

Aſcanio Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Franciſci Sfortiæ Inſubrum Ducis filio Diac. Card. S.R.E. Vicecancellario in ſecundis rebus moderato, in adverſis ſummo viro, Julius II. Pont. Max. virtutum memor, honeſtiſſimorum contentionum oblitus ſacello à fundamentis erecto poſuit.

XCVII. 95. FRANCISCUS Cardinalis Alidoſius, poſt adeptam purpuram cognomento Papienſis, ex Epiſcopo Melitenſi, Generalique theſaurario, ad hanc Eccleſiam vocatus eſt à Julio II. die 30. menſis Maii, anno 1505. Melitenſis Eccleſiæ retenta tamen adminiſtratione. Hic nihilominus fortunam ſibi ipſi arbitratus eſt acerbiorem, quàm paulo ante ex temeritate fratris Aſcanius Maria Sfortia ſenſiſſet adverſam. Cum enim Imolæ ſummo loco natus fuiſſet, habuiſſetque parentes ex Dominis Caſtelli, del Rio, ut vulgo vocant, ſortitusque eſſet cum nobilitate generis indolem ad omnia flexibilem, ac ubi per ætatem licuiſſet, Romam adeſſet, ita in Sixti IV. Summi Pontificis familiaritatem ſe inſinuavit, ut nil ea animorum conjunctione, ſi diſparitas dignitatum abſuiſſet, videretur poſſe fieri abſolutius. Quo mortuo Juliani Roborei, qui poſtea Pontifex factus Julius II. vocatus eſt, fortunam cenſuit ſibi proſequendam. Itaque ab ipſo jam Pontifice creatus eſt Theſaurarius generalis, tum & Melitenſis Epiſcopus, Papienſis deinde; Eccleſiamque Bononienſem jam renunciatus Legatus adminiſtrandam ſuſcepit, nullamque Alidoſii exornandi Julius Pontifex videbatur omiſiſſe occaſionem, cum eundem etiam graviſſimis expediẽdis negotiis, quæ non niſi amiciſſimo tuto credi poterant, ad Ludovicum XII. in Galliam legaverit. Sed privatæ rationes beneficiariis plerumque eripiunt oculos, faciuntque, ut ad ingrati animi ſcopulos turpiſſimè impingant. Alidoſius enim cum ſibi poſtulaſſet, gentique ſuæ Imolenſis Civitatis jura reſtitui, atque à Pontifice Imperii Eccleſiaſtici extẽdẽdi cupido non impetraſſet, clanculum cum Gallis agitatis conſiliis, Bentivolos ſinit per Joannem Jacobum Trivultium Gallorum impigrum Ducem Bononiam invadere. Alidoſius per tumultum dilapſus eſt, ne publicæ iræ pœnas daret, quam ex regio dominatu, inhumaniterque peractis judiciis compulerat in rabiẽ, pervenitque Ravennam, ut apud Pontificem, qui illic per id tempus demorabatur, perfidioſum contemptum cuſtodiæ, vel in Franciſcum Mariam Roboreum Urbinatium Ducem, vel in caſum, fortunamque belli referret. Adeo ea calumnia Franciſcum Mariam pupugit, ut cum aliquando Alidoſius Mula vectus, ſuiſque ſtipatus pergeret ad Pontificem, furibundè invectus, diſſipatiſque qui progredientem ſtipabant, altera manu frænum arripuit, altera armata ferro ſedentis utrumque latus trajecit, dilapſumque ſuis conficiendum reliquit. Ad violatæ purpuræ nefarium parricidium, non modo prægrandi ira exarſit Julius Pontifex, ſed etiam iræ impatiens, à conſpectu Ducem Nepotem dimovit, conatuſque eſt illum militiæ titulis, omniumque munerum honoribus ſpoliare. Cæſus Alidoſius eſt 1511. 9. Kal. Auguſti, (1) fuitque in Urſiano templo ſepultus, æternum victurus ad poſteritatis exemplum, tunc ſcilicet poſſe Mortales variantis fortunæ viciſſitudines eludere, ſi unam animi moderationem ſemel excolere didiciſſent. Ejuſdem elogium Jovius ſcripſit, Garimbertus, Guicciardinus, Sigonius, Panuinius, omneſque fere illius temporis Scriptores.

96. ANTONIUS MARIA de Monte à S. Savino Etruſcus, patruus Julii III. Pontificis à Julio II. creatus eſt Cardinalis, atque ab eodem Papienſis Epiſcopus anno 1511. die 30. menſis Maii, præfuitq; uſq; ad ann. 1520. Quo ipſo anno eo munere ſe exſolvit in favorem Joannis Mariæ nepotis ſui. Hic Juriſprudentia clarus, adeò ad libellam rectæ adminiſtrationis conſilia expedire ſolebat, ut cum per id tempus Julium II. & terror belli, & à Rege Galliarum indictum Concilium exagitarent, conſternato animo, auctor fuit Lateranenſis agitandi Concilii, Piſaniq; Conciliabuli improbandi, quo facto & S. Sedi ſua manſit illibata majeſtas, & Pontificii nominis oſoribus viſæ ſunt concidiſſe vires. Pluribus legationibus feliciter perſunctus eſt, Clementeque VII. abſente Romam frænavit. Eccleſias Sypontinam, & Navarienſem ſuſcepit adminiſtrandas, demumque Romæ deceſſit, æterna ad poſteros nomini ſui fama relicta 1533. 12. Kal. Octobris, cum jam in ſacro Senatu Epiſcopi Cardinalis Portuenſis titulo clarè fulgeret; ſepultuſque fuit apud S. Petrum in Monte Aureo in Janiculo. Cui nepos poſtea Julius III. pulcherrimum ſepulchrum erexit, cum elogio virtutum, rerumq; præclare geſtarum ab Antonio, ut ſupra narravimus in Epiſcopis Portuenſibus. XCVIII.

97. JO: MARIA à Monte Etruſcus, Antonii Mariæ nepos, atque Archiepiſcopus Sypontinus, ad hanc eandem Eccleſiam translatus eſt, anno 1520. die 13. menſ. Martii. Abſens ſemper illam adminiſtravit uſque ad annum 1530. deinde eo munere volens abivit, in favorem Jo: Hieronymi Rubei. Hunc cum poſtea Paulus III. ea ſede ſpoliaſſet 1544. Jo: Maria jam Cardinalis creatus, ad priſtinam ſuam rediit ſedem, eamq; tenuit uſque ad annum 1550. quo ipſo anno ſub nomine Julii III. ad Pontificatum aſcẽdit, memorque Rubei eundem priſtinæ Sedi reſtituit. Fuit autem Jo: Maria rariſſimum variantis fortunæ exemplum, etiam cum ſub Clemente VII. Romanæ urbi jus diceret, per illud idem ſcilicet tempus, quo Borbonii victor, ac populabundus exercitus Romanas exhauſit divitias, victoribuſque inter cæteros à Pontifice datus fuiſſet obſes, haud ſemel ad collum indutus laqueo, ſub furca trepidus propudioſi ſuſpendii adivit periculum. Quo per Pompejum Columnã, ex divino nutu ſemel, & iterum diſcuſſo, de laqueo tandem evaſit ad Thronum, ut inde addiſcerẽt Mortales, adeò divina decreta, firma, rataque eſſe, ut nullius humanæ prudentiæ poſſint miſceri conſiliis. Hujus Pontificis vitam Panvinius deſcripſit, ejuſdemq; meminerunt Jovius, Guicciardinius, pluresq; alii Scriptores cum laude. XCIX.

98. JO: HIERONYMUS Rubeus Parmenſis a, filius Comitis Troili, Blancæq; Riariæ filiæ Hieronymi Riarii, & Catharinæ Sfortiæ, nepoſque Card. Raphaelis Riarii, à quo ad vitam Eccleſiaſticam traductus eſt, ex cujus mox ceſſione nobilem Abbatiam Claræ Vallis Placentinæ habuit commendatam, atque à Clemente VII. commutato cum Jo. Maria Apoſtolicæ Cameræ Clericatu, renunciatus eſt Papiẽſis Epiſcopus ann. 1530. die 3. menſis Junii; cujus Eccleſiæ pacificus poſſeſſor fuit uſque ad annum 1544. quo ipſo anno cum veniſſet in ſuſpicionem, per ſicarios ſuſtuliſſe Comitem Alexandrum Langaſchum, cognomento Fracaſſa, à Paulo III. qui tunc imperabat, mulctatus carcere eſt, omnibuſq; honorum titulis ſpoliatus, poſteaque ad preces Hectoris Comitis fratris ita in libertatem aſſertus, ut tametſi innocens adjudicatus, haud tamen adempta bona recuperaret. Exul modò in Gallia, modò Mediolani vitam traduxit, haud abſimili cum fratre Petro Maria fortuna jactatus. Abbatiæ Claræ vallenſis Placentinæ opera Ferrantis Gonzagæ affinis jura recepit: à Julio deinde III. quem Paulus III. Succeſſorem exceperat, Papienſis Eccleſiæ titulo fuit decoratus; qui cum Pontifici, gratias relaturus Romam ſe contuliſſet, ab eodẽ Pon-

C.
a De eo conſtant Ghilinus in Theat. vir litter. vol. 1. p. 109. Gaddius de Script. t. 3. p. 100. Pallavicinus in hiſt. Concil. Triden. Mart.

(1) Salazar in ſuo Martyrol. Hiſpanico t. 6. ad 10. diem Novembris, dum recitat Catalogum Epiſcoporum Legionenſium, Legionenſem Epiſcopum fuiſſe inquit hunc Alidoſium. Ibi in errorem labitur cum eum Forojulienſem facit: debuiſſet ſcribere Forocornelienſem: & magis decipitur, aſſerendo eundem ex infima plebe: Illuſtri ſiquidem ex Alidoſiorum familia Franciſcus prognatus fuit, quæ olim Imolenſi Principatu effulſit, cujus iterum potiundi cauſa ſpiritus ebullierunt ad facinus perduellionis perpetrandum. *Luc.*

Pontifice Romæ Gubernator renunciatus eſt. Quo mortuo Florentiam, pro tranquillioris vitæ domicilio, delegit, ubi Coſmo I. Magno Etruriæ Duce unicè charus, literarum ſtudiis totum ſe dedit. Quamobrem monumenta edidit non vulgaris ingenii, ſcilicet dubia centum Theologica, feliciter enodata. Illuſtrium virorum plures vitas retulit in Commentarios, libellum de antiquis Vſibus, atque hoc tempore frequentatis. Poemata plura, quibus pangendis, valuit quam qui maximè. Interim cum ex Farneſianorum Principum odio, Eccleſiam ſibi creditam non poſſet præſens adminiſtrare, à Pio IV. obtinuit, cum futura ſpe ſucceſſionis Hippolytum Nepotem coadiutorem anno 1560. indeque factus alacrior, ſtudia literarum promovit ardentius. In Prato nobili Etruriæ Oppido deceſſit menſ. Aprili, an. 1564. ibidemq; ſepulchrum accepit. Crediderim autem Jo: Hieronymum Rubeum multa pertuliſſe adverſa ex divini numinis ira, quòd neglecto Epiſcopatus onere, honorem adamaſſet, & cenſum, itaut in Hadriana Mole incluſus, ſæpius parum abfuerit, quin capitis pœnam adiret, niſi prudentiſſimi fratris ſollicitudo avertiſſet exitium.

CI. 99. **HIPPOLYTUS** Rubeus è S. Secundi Comitibus, Nepos Jo. Hieronymi, filius autem Comitis Petri Mariæ, atque Camillæ Gonzagæ natus eſt an. 1532 à teneris annis non modò tenerarum literarum eruditione imbuit animum, ſed feliciori conatu, nobiliores æquè, ac ſeveriores facultates, Philoſophiam ſcilicet, atquè Theologiam cum amœnioribus litteris conciliavit. Juvenis ad Pauli IV. Pontificis Aulam venit, renunciatuſq; eſt ejuſdem intimus Cubicularius, ac Prothonotarius Apoſtolicus, mox & Patrui Coadiutor cum futura ſpe ſucceſſionis an. 1560. 4. die menſ. Septemb. cui non multò poſt in Epiſcopatum ſucceſſit 1564. cum Papienſium incredibili lætitia, qui eundem antea probè noverant. Tridentino Concilio interfuit, unde quaſi ex optima ſchola reverſus, clerum ſuum ad puriores mores traduxit. Cum Papienſibus tranſegit, ut labans vetus Cathedralis templum reficeretur, quando ei proſequendæ, quam Aſcanius Maria Card. Sforria regio ſumptu incœperat, nullæ, vel publicæ opes pares eſſe viderētur. Cohortationibus addidit & de ſuo pecuniam, ne nudæ frigerent. Epiſcopale domicilium in formam nobilis palatii, ut hoc tempore videre licet, redegit. Clericorum inſtituere ſeminarium exorſus eſt, celebratiſq; ſaluberrimis Synodis, eas tulit leges, quæ Clericorum moribus deſæcandis magno vſui eſſent. Sæpius Diœceſim ſuam magno animarum fructu luſtravit; exemplo, verboque ad legum cuſtodiam cunctos adhortans. Incredibili conſtantia animi ſibi creditæ Eccleſiæ jura defendit; ſiquidem cùm Carolus Borromæus, qui poſtea ſanctus evaſit, ex favore patrui Pontificis, conaretur cogere Rubeum, ut ad normam Tridentini Concilii, Metropolitanum viciniorem, hoc eſt Mediolaneuſem Archiepiſcopum ſibi deligeret, Rubeus, Mediolani primum, poſtea Romę Papienſis Eccleſiæ cauſam ita peregit, ut ne latum quidem unguem eidem libertas deceſſerit, hoc etiam eventu ſecuriori, quod in illo litium æſtu, Pius IV. Pontifex vitam amiſit. Ea defunctus procella, Eccleſiæ ſuæ adminiſtrandæ omnem curam intendit, ratus eam temporum tranquillitatem præclaram occaſionem eſſe, pia opera ſtudioſius exercendi, pauperes Religioſos, Religioſaſq; iuvandi: quod cum ſępè alias, tum verò maximè id peruſit tempore contagii, in quo erga calamitoſos, eoque morbo laborantes, viſcera propemodum pietatis effudit, nedum opes: multa millia ſcutatorum expendit, dum ſumptuoſius molitur ædificia, ſacrarum veſtium ſupellectilem parat, cælatoque argento Cathedralem munificè donat. Poſitis de ſuo Chori ſubſelliis, tum parietes, tum fornicem etiam pingendum curavit, erexitque à fundamentis nobile S. Catharinæ ſacellum, cui ex latifundio à ſe empto nobilem cenſum dicendum curavit, ut ex eo aliti ſacerdotes quatuor divinum urgerent obſequium, in gentem Rubeam eo Patronatus jure collato. Collegium S. Mariæ in Perticis Cathedralis Capitulò aggregavit, cujus Præfectum inter Canonicos adſcitum Decanum appellandum decrevit. Sub initium Sixti V. Pontificis Romam ſe contulit, & ab eodem Pontifice, ſub titulo S. Mariæ in Porticu cooptatus eſt Cardinalis an. 1585. Tum & S. Blaſii ad Anulum titulum adeptus eſt, adeo Papienſium effuſa lætitia, ut præter communis lætitiæ ſignificationem, etiam miſſis legatis Pontifici, ob tam ſplendidam in ſuum Paſtorem dignitatem collatam magnificis verbis agerent gratias. Verum Rubeus ea dignitate haud abuſus eſt ad ſuperbiam, ſed ad ſuæ Eccleſiæ egregium ſtabilimentum; impulit enim Pōtificem, ut omnia Ticinenſis Eccleſiæ privilegia, vellet rata habere, præſertim Pallii. Quamobrem Pontifex, poſt privatum ſacrum, Hippolytum caſula indutum ſuper rocheto ante Euangelii cornu genuflexum, exornavit Pallio, voluitq; ejus rei Cardinalis extare inſtrumentum per Magiſtrum Cæremoniarū Pontificis, quod ex originali erutū, non ſecus ac fecit Saccus in ſuis Hiſtoriis, hic apponendum curavimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, & Patri, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

NOverint univerſi, & ſinguli hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, lecturi pariter, & audituri, quod à Nativitate Domini 1586. indictione XIV. die vero 7. menſis Martii pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Sixti Divina providentia Papa V. anno 1. Conſtitutus perſonaliter illuſtriſſ. & reverendiſſ. DD. Hippolytus Rubeus tit. S. Mariæ in Porticu S. R. E. presb. Cardinalis Papienſis nuncupatus, ejuſdem Papienſis Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator coram præfato ſanctiſſimo D. noſtro D. Sixto Papa V. in capella ſecreta ſanctitatis ſuæ, poſt miſſam parvam per eundem ſanctiſſimum D. noſtrum Papam celebratam, caſula, ſeu planeta ſuper rocheto indutus, ac genuflexus in cornu Evangelii altaris dictæ capellæ pallium de corpore beati Petri ſumptum aliàs in conſiſtorio ſecreto per eundem Illuſtriſſ. & R. D. Cardinalem petitum, & obtentum ſibique, & ſuæ Eccleſiæ Papien. prædicto per ſpecialia conceſſiones, & privilegia ſedis Apoſtolicæ debitum ſibi tradi, & conſignari per præfatum ſanctiſſimum D. noſtrum Papam, ibidem ſedentem cum inſtantia, ac humilitate, & reverentia debitis poſtulavit. Præfatus verò ſanctiſſimus D. noſter Papa petitioni hujuſmodi annuens, pallium prædictum de Altari dictæ capellæ, ubi miſſa fuit celebrata, miniſtrante rever. D. Joan. Baptiſta Perotiò ſubdiacono Apoſtolico, ſuſcipiens eidem illuſtriſſ. & reverendiſſ. D. Hippolyto Cardinali, genibus flexis ante ſe conſtituto, ſuper ejus humeris imponens tradidit cum cæremoniis, & ſolemnitatibus in ſimilibus fieri, & ſervari ſolitis, ſub his verbis videlicet. Ad honorem omnipotentis Dei, B. Mariæ ſemper Virginis, SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. R. E. necnon Eccleſiæ Papien. tibi commiſſæ, cui, & ejus Epiſcopo pro tempore exiſtenti per ſpecialia conceſſiones, & privilegia per Sedem Apoſtolicam uſus pallii conceſſus eſt, tradimus tibi pallium de corpore B. Petri ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii, ut utaris eo infra Eccleſiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis ab eadem ſede conceſſis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis Ego Cærimoniarum Apoſtolicarum Magiſter infraſcriptus, in officio rogatus, & à præfato illuſtriſſ. & Reverendiſſ. dom. Cardinali requiſitus de præmiſſis præſens publicum confeci inſtrumentum. Acta fuerunt hæc Romæ in palatio Apoſtolico apud S. Petrum, & capella præfata ſanctiſſ. D. noſtri Sixti V. ſub anno, indictione, die, menſe, & pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem illuſtribus, ac reverendis dominis, Annibale de Paulis, Blaſio Cangio, & Antonio Maria Gallo cubiculariis ſecretis ſanctiſſimi Dom. noſtri Papæ teſtibus ad præmiſſa adhibitis, atque rogatis.

Cum Romæ res ſuæ Eccleſiæ Cardinalis Hippolytus compoſuiſſet, ad ipſam rediit, ibidemque demoratus eſt, uſque ad deceſſum Pontificis. Romam inde reverſus, comitiis Urbani VII. ac Gregorii XIV. interfuit, quibus peractis, cogitans reditum, trium dierum pertinaciſſima febri abſumptus, interiit an. 1591. 4. Kal. Maii. Sepultuſque eſt apud S. Blaſium

de

de Analo ante majus Altare, quam Eccleſiam hodie vocant S. Caroli Catinariorum, ubi hoc epitaphium legitur.

D. O. M.

Hippolyto Rubeo Cardinali avita Nobilitatis ſplendore, ſummaque virtutis laude clariſſimo, qui Epiſcopus Ticinenſis Concil. Trid. interfuit, in ſuaque Eccleſia XXX. annos regenda paternam in populum ſibi commiſſum charitatem, perpetuum in retinenda Eccleſiaſtica Diſciplina ſtudium, ſingularem in omni vita integritatem præſtitit, Joannes Vincentius, & Scipio Cardinales Gonzaga teſtamenti executores affini, & collegæ optimo poſuerunt, vixit an. LIX. menſes V. Dies XXVIII. Obiit IV. Kal. Maii M. D. XCI.

CII. 100. ALEXANDER Saulius Genuenſis, a ex congregatione Clericorum S. Pauli Decollati, ſive Barnabitarum, ut alii vocant, paulò ante Epiſcopus Aletienſis in Corſica, à Gregorio XIV. ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1591. die 10. menſ. Maii. Solemni pompa Papiam ingreſſus eſt, die 20. menſis Octobris ejuſdem anni, incredibilique animi ardore gregem ſibi commiſſum aggreſſus eſt inſtituere. Dum autem diœceſim ſuam inviſeret, prope Calezzium Pagum evolavit ad ſuperos, die 11. menſ. Octobr. an. 1591. Cui Papienſes Cives mœſtiſſimi lachrymis parentarunt. Illius corpus omni majori cultu Papiam relatum ſepelierunt in Cathedrali; tabulaque marmorea hujuſmodi de eo incidere epitaphium.

a De eo ſcripſit Picinellius in Athen. Lit. Mediolan. p. 15. Oldoinus in Ath. August. p. 11 Mandoſi.

Alexandro Saulio Clerico regulari S. Pauli Alerienſi primum, deinde Ticinenſi Epiſcopo Doctrina, & religione excellenti, Collegium S. Mariæ Coronatæ Patri, ac fratri B. M. P. ubi ex humilitate is voluit. Obiit anno ætatis ſuæ LVIII. v. idus Octob. MDXCII.

CIII. 101. F. FRANCISCUM deinde Gonzagam Mantuanum ex Ordine S. Franciſci de Obſervantia paulo ante Epiſcopum Ceſaladenſem in Sicilia, Clemens VIII. Pont. Max. ad hanc eandem ſedem cenſuit transferendam anno 1593. die 29. menſis Januar. Sed dum profectionem adornat, ut obtenti Epiſcopatus poſſeſſionem iniret, Alexander Andreaſſus Mantuanorum Epiſcopus moritur, excepitque ſucceſſorem hunc ipſum Fr. Franciſcum Gonzagam, ex cenſura Clementis, poſtrema die menſis Aprilis ejuſdem anni, mærentibus Papienſibus, qui prius noviter electum amiſiſſent, quam illum tam expectatum, potuiſſent intueri. Conſule de eo, quæ ſupra narravimus in Epiſcopis Mantuanis.

CIV 102. GUILLELMUM Baſtonum Mediolanenſem, b Papienſibus idem Clemens VIII. Antiſtitem impoſuit an. 1593. poſtrema die menſis Aprilis, eodemque mandante Pontifice in Eccleſia S. Mariæ Angelorum in Thermis de manu Cardinalis Sfortiæ ad id delegati pallium accepit. Poſt direptam, compoſitamque litem, quam ea de re illi intentaverat Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſolemni pompa iniit poſſeſſionem, die 21. menſis Decemb. ejuſdem anni, quam ille Eccleſiam per 16. ipſos annos rexit, nihil omittens, quod optimum videretur decere Paſtorem. Exceſſit e vivis Neapoli, cum ibi pro Paulo V. Statariam legationem obiret, an. 1609. ibidemque ſepulturam accepit.

b Alexandrinus dicitur à Poſſa de viris illuſt. Alexand. pag. 144. Laudatur etiã à Card. Bentivolo in ſuis memoriis p. mihi III. Mand.

CV. 103. JO. BAPTISTA Bilius Mediolanenſis Guillelmo ſucceſſit die 19. menſ. Januarii anni 1609. atque à Paulo V. Pallio exornatus eſt per Andream Cardinalem Perettam ad id delegatum; fato functus eſt anno 1617.

CVI. 104. FABRITIUS Landrianus Mediolanenſis Abbas Commendatarius S. Antonii, ad hanc eandem ſedem promotus eſt an. 1617. die 17. m. Julii, fuitque exornatus Pallio ab eodem Andrea Cardinali Peretto Commiſſario Apoſtolico. Hic pium S. Syri Collegium, ubi orphanæ virgines educarentur, inſtituit. Societatis Jeſu alumnis tria millia ſcutatorum attribuit, ut tribus in Gymnaſiis gratis tenuiorum æquè, ac nobilium filios Grammaticis excolerent inſtitutionibus. Tranſtulit ſolemni pompa ex inferiori, ac ſubterranea Eccleſiæ parte, ad ſuperiorem corpora SS. Syri, & Luthifredi Epiſcoporum Papienſium. Deceſſit anno 1637. c

c 1642.

POMPEJUM deinde Cornazanam, nobilem Papienſem, ex ordine Ciſterc. Monachum, & Epiſcopum Parmenſem Pontifex Urbanus VIII. ad hanc eandem Sedem deſtinavit an. 1638. d illumque concives ſui incredibili deſiderio præſtolabantur, ſed jam ætate gravis renuit ſubire onus.

d 1642.

105. JO. BAPTISTA Sfondratus, filius Marchionis Franciſci, Gregorii XIV. pronepos, Abbas S. Nicolai, ac S. Antonii Placentiæ, ab Urbano VIII. adlectus fuit Epiſcopus Papienſis anno 1639. e inauguratus Romæ in Baſilica Liberiana die 14. Decẽbr. Dominica 3. Adventus ann. 1642. à Julio Card. Roma, & ſequenti die in Conſiſtorio Pallio cohoneſtatus ab eodem Urbano Pontifice Opt. Max. Ab hujus generoſa nobilitate haud inferiorem pietatem omnis ordinis mortales expectant; quippe qui ad tot prædeceſſores ſuos viros clariſſimos æmulandos præ cæteris hoc tempore videatur adlectus. („ *Exceſſit* „ *1647. haud inferiori pietate generoſiſſima familia ſua* „ *majorum virtutes æmulatus.*) CVII.

e 1642. vel ... 1641.

106. * FRANCISCUS Bilius vetuſta apud Mediolanenſes familia natus defuncto Sfondrato, Epiſcopus Papienſis electus ab Innocentio X. Pont. Max. an. 1648. die 10. Febr. CVIII

* Ex App. tom. 5.

A D D I T I O.

(„ *Undecim annos huic præfuit Eccleſiæ, deceſſitque* „ *omnibus charus an. 1659.*

„ HIERONYMUS *Melzius nobilis Mediolanenſis Sacri Palatii Apoſtolici Auditor hanc aſſecutus* „ *eſt Infulam cum retentione officii Auditoratus Rotæ* „ *ad Papæ beneplacitum 22. Sept. 1659. omnis cum laude præfuit, obiitque ann 1672.* CIX.

„ LAURENTIUS *Trotti primaria nobilitate* „ *natus Alexandrinæ, U. S. Ref. quo in munere cum omnem ſuam operam variis in guberniis Apoſtolicæ Sedi accuratiſſime præſtaſſet Carthaginenſi in partibus* „ *Infidelium Archiepiſcopatu donatus eſt 11. Octobr.* „ *1666. ad Magnum Etruriæ Ducem Nuncius abiit,* „ *inde ad Venetam Rempublicam, poſtremo Cameræ* „ *Apoſtolicæ inter Clericos adnumeratus, demum abſolutus a vinculo Carthaginenſis Eccleſiæ, unico ipſi reſervato Archiepiſcopi Titulo, Papienſi Gregi Paſtor* „ *attributus eſt 12. Decembr. 1672. Ejus nomine poſtulante Alexandro Caprara Advocato Conſiſtoriali* „ *Pallium obtinuit 30. Jan. 1673. Ab Innocentio XII.* „ *Romam vocatus Congregationi ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium à ſecretis adeſſe jubetur, ad* „ *majora quippe evehendus, ni morte ſimul cũ Pontifice* „ *Innocentio piaculari anno ereptus fuiſſet die 30. Sept.* „ *ſepultus apud S. Mariam Porticus in Campitellis, inde translatus ad ſuam Papienſem Eccleſiam.* CX

„ JACOBUS ANTONIUS *Morigia nobilis* „ *Mediolanenſis ex Clerico Regulari S. Pauli Barnabita Miniatenſis Epiſcopus, inde Florentinus Archiepiſcopus, & ab Innocentio XII. renunciatus S. R. E.* „ *Presbyter Cardinalis die 12. Decembr. ann. 1695.* „ *Titulo attributo S. Cæciliæ, poſtmodum ſubrogatus* „ *Cardinali Benedicto Pamphilio in Liberiana S. Mariæ Majoris Baſilica, cujus Portam Sanctam anno* „ *piaculari 1700. ſolemni ritu aperuit, & clauſit, Florentina Eccleſia dimiſſa ad Papienſis puppim accitus* „ *die 24. Januar. anno 1701. Luc.)* CXI.

(„ *Obiit autem Papiæ menſe Septemb. 1708.*

„ AUGUSTINUS *Cuſanus Archiepiſcopus Amaſien. primo apud Rempublicam Venetam, deinde* „ *apud Regem Chriſtianiſſimum Nuncius Apoſtolicus* „ *translatus fuit ad Eccleſiam Papienſem 14. Octob.* „ *1711. deinde creatus Cardinalis à SS. D. N. Clemente XI. die 16. Maii 1712. cum titulo S. Mariæ de Populo, præficitur Legationi Bononiæ 16. Ap. 1714.)* CXII.

PENNENSES, & HADRIA-nenſes Epiſcopi.





PENNA in Veſtinis, quam *Città di Penna*, hoc tempore vulgus appellat, in Aprutio præantiqua Civitas eſt, ac ſpectatæ fertilitatis, cujus alicubi meminit Plinius, ac Ptolomæus, illamque Paulus Diacon. lib. 2. c. 19 reiicit in Picenum; hodie à Farneſianis Principibus poſſidetur. A S. Patra ex 72. diſcipulis uno Evangelii lumen accepit, primuſque fuit, qui in ea Civitate gereret Epiſcopatum, Apoſtolorum Principe ita cenſente Petro. Hæc item Eccleſia in iis, quæ ad Romanam ſpectant provinciam, connumeratur, Sedique Apoſtolicæ immediatè ſubeſt. Pennenſi olim Eccleſiæ Innocentius IV. Pontifex Max. Hadrianenſem Epiſcopatum de novo erectum anno 1252. conjunxit, quam Civitatem vulgus in Aprutio item collocatam, Atri appellat ab hoc tempore. Hæc illa Hadria eſt, olim Romanorum Colonia, Patriaque Ælii Hadriani Imperatoris, in difficili, arduoque monte ſita, inter Vormanum, Matrinumque flumina, cujus pluribus locis meminit Livius, Strabo, Plinius, Ptolomæus, Mela, Silius, Spartianus, & alii. Hanc Civitatem arbitrantur, plerique ab Hadriatico, Venetoque mari ſumpſiſſe nomen; ſed planè falluntur, cum potius ita dicatur ab Hadria Romandiolæ Tranſpadanæ, ut poſtea dicemus, ſed interim ad inſtitutum noſtrum redeamus. Iſtæ duæ ſimul junctæ Eccleſiæ jam inde à ſua conſtitutione unum Romanum Pontificem immediatè venerantur, agnoſcunt, tametſi Theatinæ provinciæ cenſeantur. Pennenſis Epiſcopatus habetur mentio in capit. Qualiter de Elect. & in cap. Nup. de Teſt. Hadrienſis item præantiqua dignitas eſt, cum ex Aterno illuc olim translata fuerit, Pelignorum civitate, ex cujus ruinis Piſcaria oppidum ſuam ſumpſit originem. Harum Eccleſiarum Præſulum ſeriem Mutius Panſa Doctor, ac civis Pennenſis promiſcuè concinnavit, quam ipſam nos reordinavimus, atque adauximus, ex uberiori Vaticanorum monumentorum, actuumque Conſiſtorialium cognitione adjuti.

ADDITIO.

(„ Penna, cujus exordia ſepelivit oblivio, Apennimis montibus dediſſe nomen ſunt qui velint. Certe conſtat in Veſtinis principem locum olim tenuiſſe ab 5000 paſſuum circuitus ſumptuoſis ædificiis illuſtrata. Hanc ſubegere Romani, & hi à Pennæ ſibus adjuti fuere contra Carthaginem. Roma florente floruit & Penna, deinde ex declinatione Imperii Rom. ſimilem ſortita vicem in anguſtum ambitum unius milliarii reſtricta mille focularia complectitur, animas circiter 5000. Ejus Cathedrale Templum B. V. Angelorum, Divoque Maximo Levita & martyri Civitatis Patrono dicatur, antiquiſſima ſtructura: cui inſerviunt 12. Canonici, & 3. dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius; & unaquæq; dignitas alteri Canonicatui annexa annuos percipit redditus 100. Scutor. ejus moneta, Canonicorum cenſus eſt 50. Ducatorum. Sex alii Beneficiati Sacerdotes enumerantur, & Clerici, ſeu Presbyteri inferiores circiter 25. deficit in his utraq; Prebenda; Cura animarum in Cathedrali, & in aliis 5. Eccleſiis exercetur. Alia extat Collegiata, cui adſtant 4. Canonici. Virorum Monaſteria 7. computantur, uno Monialium; adeſt Hoſpitale, mons Pietatis, & Seminarium. Pietate, & divitiis olim floruit hic Epiſcopatus. Carolus enim Magnus Pennam Provinciæ Metropolim civilem declaratam cum pluribus Caſtris, & Pagis pleniſſimo juri Epiſcopi in perpetuum ſubjecit circa an. 800. ut ex membranaceo antiquiſſimo in Archivo Cathedralis aſſervato legitur in hæc verba ipſo Carolo ſe profundente: Et volentes dictam Civitatem [*Penna*] honoribus ſublimare, donamus eam Eccleſiæ Pennenſi, & vocamus eam Caput, & Dominum totius Provinciæ Pennarum; quæ Provincia ſit etiam determinata à vertice montium, qui ſunt per eam, & Pennini montes nuncupantur, uſque ad mare: à ſiniſtris uſque ad flumen Piſariæ, & à Septemtrione uſque ad flumen Vomani; quam Provinciam totam eſſe volumus ſub Dominio, & juriſdictione Civitatis Pennæ. *Quam largitionem ſecuti Cæſares & Reges confirmarunt. Donec bellis perturbata Italia, Regnoque Neapolitano undequaque diſciſſo dominium corruit Pennenſis Epiſcopi. Tandem Carolo V. rerum moderatore Pennenſis Civitas, ejuſque ditio ſub titulo Ducatus ceſſit in dotem Margaritæ Auſtriacæ Alexandro Medicæo deſponſatæ, quæ prioris thalami vinculo ſoluta ad ſecundas nuptias tranſiit Farneſianas, quo titulo Sereniſſimi Farneſii Principes imperant, remanente tamen Epiſcopo civili facultate adjudicandi in primis, ſecundiſque inſtantiis, exigendi pœnas ex damnatis, & juramentum fidelis adminiſtrationis a Magiſtratu. Pennenſi Epiſcopatui Hadrianenſem Eccleſiam univit Innocentius, ita tamen quod cum Epiſcopus Hadriæ commoraretur, Hadriæ titulus præferretur, cum verò Pennæ, Pennenſis primo Epiſcopus nuncuparetur. Sed exortis inde controverſiis, e Romana Curia hujuſmodi decretum exiit:* Congregatio rerum Conſiſtorialium cenſuit, ſi Sanctiſs. D. N. placuerit, prænominandam eſſe Eccleſiam Pennenſem, & non eſſe locum alternativæ, & facta relatione Sanctiſs. probavit. *Hadria vero unius milliaris circuitu perſtringitur, 1300. focularibus repletur, ex quibus 8000. habitatores numerantur. Cathedralis Eccleſia Deiparæ in cœlum Aſſumptæ conſecratur, in qua divina perſolvunt 20. Canonici, & horum quatuor habent dignitates annexas: adſunt alii ſex Canonici nuncupati S. Gregorii, totidemque Beneficiati diebus tantum feſtivis inſervire ſoliti, pluresq; etiã Presbyt. & Clerici minores ad num. 160. Prædictarũ Dignitatũ major eſt Archidiacon. reliquæ ſunt Archipresb. & duo Primicerii, & unaquæq; cõputatis fructibus Canonicatus percipit annuũ cenſũ ducat. 150. Canonicatus vero 100. Sex Canonicis S. Gregorii, & Beneficiatis exigua portio eſt aſſignata. Adſunt Præbendæ Theologalis & Pœnitentialis. Cura Animarum exercetur in Cathedrali per Sacerdotem ad nutum Capituli amovibilem, & in altera Eccleſia S. Nicolai nuncupata exiſtit in Civitate octo Virorum, duo Sacrarum Virginũ Cœnobia: duo Hoſpitalia, mons Pietatis, & Seminarium. Utraq; Diœceſis eſt ampla ad longitudinem, & latitudinem 30. M. P. habens ſub ſe Terras, Oppida, & Pagos circiter 80. in his plurimæ Domus Clauſtrales, & Abbatiæ Conſiſtoriales ex Ord. S. Benedicti Cardinalibus commendari ſolitæ. Eminet inter has celeberrima Abbatia S. Bartholomæi de Carpineto poſtea antea Ciſtercienſibus Caſænovæ 500. jam olim Monachorum domicilium, ampliſſimi juris tum Civilis, tum ſpiritualis. Cæterum hujus Eccleſiæ taxa Rom. eſt Fl. 400 annuus cenſus 1000. circiter Scutorum.* Luc.)

1. S. PATRAS, *a* unus ex 72. Chriſti Diſcipulis Pennenſem fundavit Eccleſiam, ejuſdemque primus Epiſcopus fuiſſe. (1) I.

a Al. Patrus.

2. ROMANUS, floruit ſub Symmacho Pont. Max. an. 499. (2) II.

3. AMIDÆUS, ſive Amodæus, an. 817. illius meminit Bibliothecarius an. 844. cum conſecrationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris in Longobardorum Regem ſub Sergio Papa II. interfuiſſet.* Hic à Lothario I. Imp. privilegium, ſeu confirmationem indultorum Eccleſiæ ſuæ obtinuit, cujus habetur exemplar vetuſtate penè exeſum in Pennenſis Epiſcopii tabulario, ſub hac verborum formula conceptũ III.

* Ex App. t. 7.

In Nomine D. N. J. C. Amen. Hlotarius divina ordinatione providentia Imperator Auguſtus.

Noſtra Imperialis Excellentia augmentum eſt, ſi fidelium noſtrorum petitionibus libenter annuimus, maxime

(1) Hinc ſiné, aliiſque de cauſis apud Summos Pontifices magnam æſtigationis Pennenſis Cathedra, cui eum Inſidere delectos Viros jubebant, his verbis in Diariis Apoſtolicæ expeditionis deſumptis ex tabulario hujus Epiſcopii uti ſolebant. *Celebrem, ac nobilem Eccleſiam Pinnenſem tibi tradimus regendam. Laurent.*
(2) Et memoratur in Synodo Romana ſub annis Pinnenſium Epiſcopus ejuſ nomine ſubſcripſit Valentinus Amiternimus Epiſcopus. *Laurent.*

xime ſacerdotum, quorum precibus nos Deo appropinquare confidimus. Igitur noverit magnitudo fidelium S. Eccleſiæ, atque noſtrorum præſentium videlicet, & futurorum, quia Amadeus ven. Pennenſis Urbis Epiſcopus ad clementiam noſtram veniens oſtendit nobis præceptum ſcriptis auctoritate ſancitum ſuper rebus Eccleſiæ, cujus Dominus eum commiſit præeſſe Paſtorem, in quo continebatur, ut nemo publicæ rei Judex, vel quilibet è judiciaria poteſtate urbis Eccleſias vel agros injuſtè, & rationabiliter ad vos, vel veſtræ ſedis Eccleſiam pertinentes ingredi audeat ad cauſas audiendum, vel quippiam exigendum, vel aliquas redditiones requirendo Itaque deprecatus eſt faſtigium ſublimitatis noſtræ, & petiit, ut præcepto noſtræ authoritatis & renovationis juberemus idem præceptum corroborari, & innovari. Quapropter ejus precibus clementer annuentes, hoc præceptum noſtræ corroborationis decernimus fieri ad prioris præcepti confirmationem, & jubemus, ut ſicut ſupra dictum eſt, nullus Judex, nec publicæ actionis exactor urbem aut villas, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones jam nuncupatæ ſuæ Eccleſiæ injuſtè ſubire audeat, vel ad cauſas audiendum, vel quippiam exercendum in judiciaria poteſtate, ſed per hoc noſtræ conſtitutionis decretum liceat memorato Epiſcopo viro ven. ſuiſque ſucceſſoribus prædictæ Sedis Eccleſiam rectoris . . . . . cum Clericis, & cum omnibus ſuis hominibus quietè, & pacificè per ventura tempora vivere, & poſſidere, & pro nobis, & conjuge, ſeu liberis noſtris, nec non pro regni noſtri ſtabilitate, & augmento largiter Domini noſtri miſericordiam implorare. Et ut hujus noſtræ juſſionis inſtitutio pleniorem in Dei nomine, & ſtabiliorem vigorem obtineat, manu propria, & ſigno noſtro juſſimus adſignare.

Signum Sereniſſimi  *Hlotarii Imperatoris*

Altimarus Cancellarius. Datum ſub Jan menſe anno Chriſti propitio Imperii . . . . . D Holotarii Imp. . . . . Actum in noſtro palatio regio in Dei nomine Amen.

IV. 4 JACOBUS apud Baronium an. 844. (1)

VI. 5. HELMANNIUS[a] an 862. (2) ad quem decretalem epiſtolam Joannes Papa VIII. direxit, arguens eum, quod ad Synodum non acceſſerit, jubens ſtatuta die ad ſe venire, interim quemdam abſolvere, quem injuſtè excommunicaverat.

[a] Al. Helmanius, ſeu Helmoinus.

V. 6. GIRALDUS, ſeu Grimaldus, in Cathedralem tranſtulit oſſa SS. Maximi Levitæ, & Sociorum Martyrum, pompa auguſtiori, ſubque majori altari honorificentius collocavit an. 868.

VII. 7. GAIDOLPHUS Berardi Pennenſis Comitis frater, memoratur in fundatione Monaſterii S. Bartholomæi de Carpineto Pennen. Diœceſis, ab eodem Comite Berardo fundato an. 962. donationis tenor eſt hujuſmodi, ex tabular. Cœnobii Caſæ novæ Ord. Ciſt. hujus Diœc. ſcripta.

In dei nomine, anno ab Incarn. Dom. 972. die 14. Martii indict. 4. Imper. Othone an. 2.

BErardus quondam Ludani filius Comes Comitatus Pennenſis à flumine Taba uſque ad flumen Piſcaria præſenti ſcripto declarat, quondam quadam infirmitate gravatus jaceret, cogitaverit qualiter in peccatis conceptus eſſet, & qualiter per dies ſingulos peccata commiſit, quibus penſatis, quæſivit conſilia à Religioſis viris, quomodo poſſet peccata redimere, vidit nulla poſſe facere opera charitatis, quam conſtruere aliquod monaſterium, & de rebus ſuis dotare illud, ut Monachorum cætus in eo valeat Deo ſamulari, & pro animabus anteceſſorum ſuorum, & ſua Deum inceſſanter orare, & ab eo Monaſterio poſſet recipere alimonia tempore neceſſitatis Chriſti pauperes; poſt hæc autem cœpit cogitare infra ſe, & quærendo locum aptum, & Deo concedente invenit in ſuo comitatu locum ſatis habile ad fundationē Monaſterii excogitati in contrata ad radices montis Apennini, in loco qui dicitur de Lecena, poſito in inſula, quæ inter flumen Nares, & Rium de Vite, in quo loco fecit conſtrui monaſterium in honorem Dei, & B. Bartholomæi Apoſtoli monaſterium cogitatum, in quo adhibito ſolemni cætu monachorum corā votis cōcurrentibus ab ipſo toto Collegio, vir multa ſanctitatis D. Benedictus canonice eſt electus Abbas, & debito modo confirmatus, quibus Abbati, & monaſterii Congregationi tanquam fundator ipſius novi monaſterij, infraſcripta bona ſua ſtabilia titulo liberalis donationis conceſſit, videlicet, per circuitum monaſterii, tantùm de terris quod capit, ſcilicet ſemine modios 300. pro faciendis campis & vineis dicti S. Cœnobii, & montem Summati, qui eſt ſitus . . . ſupra ipſum Monaſterium. Dat etiam, & concedit titulo prædicto Abbati jam dicto, & toti Congregationi ejuſdem Cœnobii pro ipſo monaſterio, caſtellum Carpinetum, & caſtrum Britteri, & caſtellum quod dicitur de Fora, & locum qui dicitur Balicum, cum hominibus, juribus, & pertinentiis ſingulis ipſorum caſtrorū, ipſum Abbatem, & collegium induxit in poſſeſſionem dictorum caſtrorum, & locorum in perpetuum retinere, & poſſidere concedit ipſi monaſterio.... ſuam, quæ dicitur ſanguinetum per menſuram modiorum centum, exhibens etiam fratribus, & familiæ ejuſdē S. Cœnobii liberam licentiam conſtruendi Molendina, & Valcatoria ubicumque voluerint per totum comitatum ſuum, & vendendi, & emendi, & paſcua libere ſumendi pro animalibus ſuis in omnibus locis totius ſui comitatus, & hanc donationem, conceſſionem ſtabilem, & perpetuam juxta Caroli Imperatoris capitularia, videlicet ſi quis Longobardus de rebus ſuis voluerit aliquam donationē facere alicui pro loco liberè poſſit abſolutè, & juxta Luitprandi Regis capitula. Si quilibet Longobardus ægrotaverit &c. poteſtatem habeat dum vivit, & recte loqui poteſt pro anima ſua juxta votum ſuum facere teſtamentum &c. voluit etiam, ut ipſum dictum monaſterium ſic fundatum, & donatum cum omnibus rebus ſuis ſit liberum, & nulli unquam ſubjectum, nec ſibi nec alicui de generatione ſua ad præſtandum, ſeu etiam faciendum aliquid tenetur aliquo modo, niſi tantummodo ad ſolam rationem faciendam, & exhibendam piam eleemoſynam miſerabilibus perſonis, & pauperibus D. N. J. Chriſti pro anima ſua, & recolenda memoria Ludani Patris ſui, & omnium prædeceſſorum ſuorum, & pro anima Gaidolfi Rev. & Ven. Epiſcopi germani ſui, & pro anima genitricis & uxoris ſuæ, pro quibus bona ſumus omni tempore facere obligati, & ut Dominus per orationem ipſam ſanctam, monaſterium, & donationem præfatam ſanctarum eleemoſynarum, & alia ſupradicta bona miſericordiam, & veniam per ſuam pietatem nobis tribuat.

Actum anno, menſe, ut ſupra in dicto comitatu Pennen.

Signum manus Berardi, qui hanc donationem pro redemptione animæ meæ feci. Benedictus ejuſdem Berardi curia judex, atque librarius rogatus, & de ejus mandato teſtis aſtiti. Signum Joannis rogatus teſtis. Signum manus Leonis teſtis. Signum manus Boſſa. Signum Azolini.

8. JOANNES ſuperſtes erat ad annum 963.* Ejus intuitu, ac precibus Adeladæ uxoris Otho Imp. ann. 968. res & bona Pennenſis Epiſcopatus, atque Anteceſſorum ſuorum Cæſarum privilegia confirmavit, ut ex ſubjecto diplumate percipi poteſt ex eodem Cathedralis tabulario exſcriptu. VIII.

* Ext App. tom. p.


In Nomine S. & individuæ Trinitatis Otho divina favente clementia Imper. Auguſtus.

Juſtis fidelium noſtrorum petitionibus, maxime eorum quibus ſuadent largitatis noſtra munera locis ſacris & divino cultui mancipatis præbere aures munificentia inclinati, plurimum nobis ad Imperii ſtabilitatem, & divinæ remunerationis præmium prodeſſe confidimus, nec non & fideles noſtros promptiores, & devotiores id efficere non ambigimus ad famulatum. Quo circa nove-

(1) Amidei, non autem Jacobi nomen deſcribitur apud Baronium. Cæterum ille Jacobus poſt Amideum in tabulario hujus Eccleſiæ inſcribitur incerto anno. *Lucent.*

(2) 872. Eo enim anno electus Pontifex eſt Joannes VIII. qui alterum quoque Epiſtolam Helmoino dedit, qua ei committit cauſam cognoſcendam mulieris, quæ vi, minisque coacta religioſum habitum ſuſceperat. Utramque Epiſtolam ſcriptam vult Harduinus in noviſſ. Concil. editione anno 879. Cæterum hunc Helmoinum poſt Giraldum vixiſſe temporis inſpectio nos docet.

A rit omnium S. Eccleſiæ fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, Addaidem noſtram dilectam conjugem Imperatricem Auguſtam culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtolando, quatenus pro Dei amore, facinorumque noſtrorum abſolutione, Epiſcopatus S. Pennenſis Eccleſiæ declarari deberemus, videlicet in honorem S. Maximi Martyris Chriſti, quod eſſe videtur, & ven. Epiſcopo Joanni noſtro chariſſimo fideli confirmare, & omnino corroborare dignaremur omnia, quæ ab anteceſſoribus noſtris, & exteris hominibus Deum timentibus eidem Epiſcopatui conceſſa ſunt, & quod idem Epiſcopatus tenuit, & tenet, ex quo fundatus eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, atque per inveſtituram, & commendationem, & per quæcumque inſtrumenta chartarum, ſeu per cujuſcumque ſcriptionis titulum. Nos quoque conſiderantes, atque fidelitatem, & ſanctitatem prædicti Joannis Epiſcopi, animo inclinati precibus ejus, Nos denique illum inveſtimus, confirmamus, & corroboramus prædicta B Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopio omnia perceptaria a prædeceſſoribus noſtris eidem ſacroſancto loco collata, ſeu eorum quæcunque à religioſis, & Deum diligentibus hominibus conceſſa ſunt tam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, & inveſtituram, & commendationem, ſeu etiam ſicut ſupra legitur per quæcumque inſtrumenta chartarum, concedimus tibi omnia in integrum, ad habendum, tenendum & in perpetuum poſſidendum una cum civitate & omnibus ædificiis ſuper ſe habentibus, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, ſalectis, molendinis, mobilibus & immobilibus, utriuſque ſexus familiis, ſervis, & ancillis, aldionis & aldiabus & cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ad jus jam nominata Eccleſiæ pervenientis, pertinentibus, & quæ pertinere videntur, & omnia in Epiſcopatu ſeu Johannes ibidem Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui, ipſique Canonici ſub noſtri Mudburdi tuitione, vel defenſione cum omnibus earum exhibitionibus, & redhibitionibus, & utriuſque ſexus familiis, ſervis, ancillis, aldionis, & aldiabus, libellariis, chartulariis, precariis, & præſtariis, reſidentibus, & C commendatariis, & cum omnibus, quæ nunc prælibata Eccleſia vel canonicè tenet, vel in antea Deo propitio acquirere poterit, ea ratione videlicet, ut amodo in antea nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, neque Gaſtaldio, ſeu quilibet Reipublicæ exactor, ſeu quæcunque magna, remiſſaque perſona prædicto Pennenſi Eccleſiæ & Canonicis res in ſuas poteſtates uſurpare præſumat, nec liberos & ancillas, aldiones, & aldianas ibidem commorantes moleſtare in magno, vel in parvo præſumat neque ad placitum eorum ire cogat atque de omnibus, quæ poſſident, diſueſtire attemptet, nec placitum ſupradictis rebus.... Si quis igitur confirmationis, præcepti, ſeu ceſſionis Mudburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prænarratæ Pennenſi Eccleſiæ atque Johanni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roboratas, & annuli noſtri ſigno præcipimus roborari. D

Signum domni gas Imperatoris,  ai Othonis magni ris.

Ambroſius Cancellarius ad Vicem .....Epiſcopi & Archicancellarii. Datum 4 Nonas Madii anno Dom. Incarn. DCCCCLXVIII. Imperii vero D. Othonis piiſſimi Cæſaris vij Indict. xi. Actum in Comitatu Pinnenſi juxta flumen, quod nuncupatur Ricaria in Dei nomine feliciter. Amen.

X. 9. BERARDUS Pennenſibus jus dixit divinum, Epiſcopique munere functus eſt an. 1055.

XI. 10. IOANNES Felertanus Monachus Cœnobii A S. Liberati, Epiſcopus fuit anno 1057. * Poſt duos vero ſuæ adminiſtrationis annos à Nicolao II. Pontifice bonorum ſui Epiſcopatus confirmationem recepit hoc cuſo diplomate, *cujus tenor è tabulario ejuſdem Eccleſiæ exſcriptus ſic ſe habet. * Ex App. tom. 2.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Confratri Joanni Pennenſi Epiſcopo, & per te Eccleſiæ S. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris, ac Levitæ Maximi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Officio noſtro eſt omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus providere, & juſtis deſideriis, ac petitionibus prompte animo indulgere, unde quia petiſti a nobis chariſſime confrater, ut per noſtri privilegii paginam tuæ Eccleſiæ, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetualiter confirmaremus omnia, quæ prædictæ Eccleſiæ juſte, & legaliter competunt, petitioni tuæ gratanter annuentes, per hujus noſtræ Conſtitutionis decretum, & Apoſtolicæ Sedis edictum concedimus, & confirmamus tibi, ſicut ſuperius legitur in perpetuum quicquid in prænominata Eccleſia Epiſcopio B. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris & Levitæ Maximi in præſentiarum poſſides, quæque in futurum quocumque modo divinis, & humanis legibus cognitis acquirere poteris, ſcilicet ipſum Epiſcopatum cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & pertinentiis, mobilibus, & immobilibus, ſe ſeque moventibus, caſtris, villis & territoriis, Eccleſiis cum primitiis, & decimalibus, & cum omnibus, quæ ibi piadevotio fidelium ſacris contulit oblationibus, tam pro ſalute vivorum, quam etiam pro mortuorum. Statuentes per hoc hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui annuente Deo præeſſe dignoſcimur, inviolabilem conſtitutionem, ut nullus Imperator, Marchio, Comes, Vicecomes, aut alia qualibet magna, parva, cujuſcunque dignitatis, vel ordinis perſona contra hoc noſtrum privilegium præſumat jam dictum Epiſcopium, aut te, chariſſime fili, tuoſque in perpetuum ſucceſſores de bonis ſuis diveſtire, inquietare, aut aliquid ibi contra ſacros canones conſtituere, vel ordinare. Si quis igitur ei ſicut à noſtra Apoſtolica auctoritate conceſſum, & conceſſa . . . . pertinere non permiſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & auctoritate B. Petri Principis Apoſtolorum, nec non cum diabolo, C *& Juda traditore D. N. J. Chriſti eos in incendii concremari ſupplicio, & inſuper ſciat ſe daturum 10. auri libras ſcilicet medietatem noſtro ſacro Palatio, & medietatem prædicto Epiſcopio. Qui vero intuitu pio obſervator in omnibus extiterit, cuſtodiendo hujus noſtri privilegii conſtitutionem, vel cultum Dei reſpiciendo, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo habeat, & vitæ æternæ particeps ſit, & miſeratur in ſæcula ſæculorū. Datum Romæ 6. Non. Maji anno Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1059. per manus Humberti S. Eccleſiæ Silvæ Candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii. Anno I. Pontificatus D. Papæ Nicolai II. Ind. 12.*

Hic Nicolai II. tempore amore ſolitudinis, Epiſcopali munere ſe exſolvit, inque clauſtrorum ſepta vitæ tranquillioris ſanctiſsima otia excoluit diligentiſsimè. Cujus Petrus Dam. Cardinalis meminit in epiſtola ad Nicolaum II. cum apud eumdem exemplo Felertani, cur & ipſe Epiſcopali munere abiiſſet, ſe excuſaret.

D 11. PAMPUS, ſub Alexandro II. ann. 1061. confirmat omnia bona Abbati S. Bartholomæi de Carpineto anno 1085. menſe Aprili. * Donaverat antea Pampo Sampſoni Abbati, & Conventui eidem S. Bartholomæi Plebem S. Mariæ de Canniano cum caſtello de Cateniano, aliiſque bonis cum conſenſu ſuorum Canonicorum, ut in veteri Chartophylacio exprimitur. XII. * Ex App. tom. 2.

Pampo Eccleſiæ civitatis Pennen. Epiſcopus.

Quæ Eccleſia eſt ædificata in honorem S. Mariæ Genitricis Dei, & S. Maximi, ipſo Almifico Præſule electo, atque omnino ordine Papæ, per conſenſum D. Iſebarti Præpoſiti, Joannis Cuſtodis, & aliorum Canonicorum, qui ordinati ſunt in officio de S. Epiſcopatu, & per conſilium Benedicti Presbyteri de Cateniano, & Joannis Abbatis, & aliorum, donat monaſterio Eccleſiæ S. Bartholomæi, quod eſt ædificatum in territorio Pennenſi intra ipſa tenenda de Carpineto in colle de Lecina juxta fluvium de Naura, & rivum de Vite, & pro ipſo mona-

ſte-

ſterio Sanſo Abbati ejuſdem monaſterii rem Juris de dicto S. Epiſcopatu, videlicet Plebem S. Mariæ de Catenano, & caſtellum de Catenſano, Onerano, Locretuno, Geneſtrula, Carpineto, Brittole, & Fara cum omnibus inquantum ad Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet de dictis caſtellis cum clauſula, quod aliquid non alienetur ſine licentia Epiſcopatus, cum onere tamen reſponſionis annui cenſus Eccleſiæ Pennenſi in feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſeu per totam octavam dictæ feſtivitatis denariorum XII. pro reparatione Eccleſiæ Pennen. prout latius apparet in quodam chirographo ſub anno Dom. 1070. 6. menſ. April. Ind. 13.

Actum Pennæ feliciter.

Ego Pampo Epiſcopus in hoc ſcripto una cum conſenſu D. Iſombardi Præpoſiti, & per conſenſum Joannis noſtræ Eccleſiæ Cuſtodis, & omnium Canonicorum manum meam poſui, & illud confirmavi,

† *Signum manus Ornini teſtis.*
† *Signum manus Boni teſtis.*
† *Signum manus Paſtoris teſtis.*

A

XIII 12. ÆRIBERTUS, ſeu Heribertus floruit anno B 1112. qui donationem Pampi prædeceſſoris confirmavit monaſterio S. Bartholomæi factam, quæ talis tenoris legitur, inſulſis quidem verbis undequaq; barbariſmis ſcatentibus, ut illa ferebat ætas.

In Dei nomine.

SCriptum conventientiæ, quod fecit D. AEribertus Epiſcopus de ipſa Eccleſia Epiſcopale S. Mariæ, & S. Maximi, quæ ædificata eſt infra ipſe muri de civitate Pennenſi ipſe almifice præſul electus, atque omni ordine PP. atque cuncto clero, & populo generaliter ipſe Epiſcopus pro ſua bona voluntate, & conſentiente D. Morico Archipresbytero, & Berardino Archidiacono, & P. Joannes Leoni, & Deo presbiter, & alii canonici, qui præordinati ſunt, in officio de S. noſtro Epiſcopatu, ego AEribertus Epiſcopus noſtra bona voluntate conſentientes ....ſupradicti dono, trado, atque confirmo ipſum monaſterium S Bartholomæi, quod ædificatum eſt infra Territorio Pennen. ab ipſo vocab. Colle de Lacena, & ad tibi D Joannes inventus vir ven. Abbas de ipſo monaſterio S. Bartholomæi, vel poſteriſque ſucceſſoribus tibi per ipſum ſcriptum confirmo omnia. quæ prædeceſſor meus Pampo Epiſcopus dedit, & conceſſit ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & inſuper dono, & trado, atque confirmo ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, hoc eſt de S. noſtro Epiſcopatu in ipſa Eccleſia S Joannis ab ipſo vocabulo Bangio, cum libris & campanelis, calices, & paramentis, & omnia ornamenta Eccleſiarum cum cellis, & dotis, & ... cum terris, & tenentia, & pertinentia quantum ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcopale pertinet, & pertinere debet, & ipſum caſtellum de Vicula, & della Penna, & de Caſtilioni iſta, & omnia quod deceſſor noſter dedit ad ipſo denominato monaſterio, ego Heribertus Epiſcopus dono, & trado, atque confirmo, quantum verò ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet, omnia, & in omnibus per ipſum ſcriptum confirmavimus, & concedimus ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & ad tibi ſupradictus D Joannes Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis, ut habeatis, teneatis, & poſſideatis tenendum ad excultandum, & omnia faciatis quidquid exinde facere volueritis, vel vobis operæ pretium fuerit, nam non vendendi ſunt donandi, nec alicui loca penitus comandandi, nec quod nullo ingenio in alterius poteſtate mittendi, & in cenſum debeatis dare per ipſum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare infra menſem Auguſti, in Aſſuntione S. Mariæ, aut infra ipſam octavam denarios xii. ad ipſam S. noſtram Eccleſiam Epiſcopalem ibidem donetis & ibidem relanetis, & inſuper ſolvatis in uno anno, aut in duo ſecundum æqualitatem temporum, aut unum bovem, aut in veſtra mobilia rendatis ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcopale, & ſi hoc feceritis, & impleveritis, habeatis, & poſſidentis ſine omni calumnia promitto, & obligo me ego ſuprad. Herbertus Epiſcopus ad tibi ſupradicti D Joannes Vir Ven. Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis iſta noſtra donatione, & conceſſione ante ſtare, & defendere debemus ab omni homine, quam ſi defendere noluerimus, aut iſtum ſcriptum frangere, vel cauſare, vel minuere, aut retollere præſumpſerimus .... D Heribertus Epiſcopus, aut nullus à poſteris ſucceſſoribus meis .... fuerit excommunicatione Præſulis, cum cuncta noſtra, ... pa cenarum maledictione incurrat, & à tribus centum x. & viii Patribus, & in Nicæno Concilio; & ſanctorum Cartulæ conſtituerunt

A *.... ab ea malodictiones anathematizatus, & excommunicatus cum Satan, & Abiron, & cum Juda teaditore in infernum demerſus ſit in æternum.*

Ego Heribertus Epiſcopus .... ſucceſſoribus meis ad tibi ſupradicto Joannis Abbas, vel à poſteris tuis ſucceſſoribus, & ad ipſo Monaſterio ſibi injurie ablata fuerit, & iſtum ſcriptum omni tempore firmiter ſtare, & manutenere, ego Mainardus not. & judice.

Ego Heribertus Epiſcopus in iſto ſcripto manum meam miſi, & confirmavi, & ſignum Crucis † manu meu ſignavi. Ego Maurico Archipresbyter manum meam in iſto ſcripto miſi, & ſignavi. Ego Berardus Archidiaconus manum meã in iſto ſcripto, & confirmavi. Signum manus Americi in iſtũ ſcriptum teſtis ſum vocatus. Signum manus Ammoni in ipſum ſcriptum teſtis ſum rogatus manus Joannis in iſtum ſcriptum teſtis ſum rogatus anno Domini 1512. ind. 5.

13. GRIMALDUS temporibus Paſchalis II. Papæ electus, vixit circa annum 1115. de quo in vita XIV. S. Berardi Epiſcopi Marſorum mentio habetur. Extat in tabulario ejuſdem Monaſterii S. Bartholomæi B de Carpineto ejuſdem Grimaldi confirmatio omniũ bonorum per Anteceſſores ſuos eidem monaſterio facta anno 1123.

In Dei nomine.

SCriptum conventientiæ quod fecit D Grimaldus Epiſcopus Pennenſis, & alii ipſo Almificus Præſul electus, atque ordinatus ab omni ordine Paſchali PP. & à clero populo generaliter ipſe prædictus Epiſcopus ſua bona voluntate conſentientibus ſibi ſcil. Mauritio Archipresbytero, Bernardo Archidiacono, Joanne Præpoſito, Leo Manſionario, Petro presbytero Roccæ filio, Giſo presbytero Leonis filio, Henrico Diacono Giſonis filio, Rainaldo Gramatico, & cum omnibus aliis Clericis convocatis ab Epiſcopo ego prædictus Grimaldus Epiſcopus Pennenſis ſcriptum conventientiæ, ego trado confirmo ipſi monaſterio S. Bartholomæi Apoſtoli conſtituto ad Collem de Leſina. & tibi ven. viro D Joanni Abbati, veſtriſque ſucceſſoribus ipſum Monaſterium ſemper regentibus omnia, quæ ipſi anteceſſores mei liberè, & Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus donaverunt, tradiderunt, & per ſcriptum confirmaverunt, & de rebus proprietatis noſtræ Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopatus, S Mariæ, & S. Maximi vid. Caſtrum Catiniani & Oncezani cum ipſa plebe S. Mariæ, & cum ſuis pertinentibus Eccleſiis, & Clericis, cum chriſmate, & oleo, ornamentis Eccleſiarum, terris, vineis cultis, & incultis, quartam, & decimas eodem modo Caſtrum Ocretani, & Geneſtrulo, Carpinete, Faſe, Brittoli de iſtis omnibus ſupradictis Caſtris, & de ipſa plebe S. Mariæ dederunt, & confirmaverunt ipſi prædeceſſores mei, ſcil. Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus ipſi ſupradicto Monaſterio S Bartholomæi quantum ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, vel pertinere debet, inſuper Eccleſia S. Joannis in Bangio, & Caſtrum viculi Pennæ, & Caſtilioni, quod D. Herbertus Epiſcopus dedit in ipſo ſupradicto S. Monaſterio, hæc omnia ſupradicta confirmo, & concedo ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus ad ipſum ſupradictum Monaſterium S. Bartholomei, & tibi Joannes Abbas, veſtriſque ſucceſſoribus, & de iſtis tribus ſupradictis Caſtris vid. De Caſtro viculi, Pennæ, & Caſtellioni conventientiam commutationis inter Eccleſiam Pennenſem, & Eccleſiam S. Bartholomæi fecimus quod ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus recepi Caſtrum Viculi, ſive Eccleſia B Nicolai, & ſepulturæ bonorum hominum voluntarie, & dedi tibi Abbati Caſtrum fabrico cum omnibus, quæ ad noſtram Eccleſiam pertinent, & pertinere debent, inſuper ipſe Abbas dedit in beneficio, & in feudo Caſtrum Penne, & Caſtillionis, ut annualiter reddamus ſibi, & ſucceſſoribus in feſtivitate S. Bartholomæi uſque in octava dicti feſti ſen, & ſi ad dedicandam aliquam Eccleſiam ipſius monaſterii invitatus fuero, ſine præſtimonio libenter Epiſcopalia, & ſi in aliqua cauſa neceſſitatis provocatus fuero, adjutorium, & conſilium impendam. Hoc ſcriptum conventientiæ deffinitum eſt intus in Civitatem Pennenſem in Eccleſia S. Mariæ, S. Maximi ante præſentiam D Epiſcopi, & Clericorum ejus, & Giſonis Abbatis S Clementis, & Guaſterii filii Berardi. Joannis Hifredi, & aliis plurimis hominibus ſedentibus aſtantibus; & in cenſum debeatis dare in noſtram Eccleſiam Epiſcopalem propter iſtum ſcriptum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare per omnes annualiter infra menſem Auguſtum in Aſſuntione B Mariæ, aut in, ra ipſam octavam denarios xii. rationem ibidem por-

teris ad altaria S Mariæ Si hoc feceritis, aut impleveritis, habeatis, aut poſſideatis, & in uno anno, aut infra duo unum bovem ſecundum qualitatem temporis, & talis fuit noſtra convenientia, & quicumque hoc ſcriptum convenientiæ frãgere, cauſare, calumniare, minuere præſumpſerit, ſit anathematizatus, excommunicatus, & in perpetua damnatione damnatus, & à 310. & 8. Patribus ſit maledictus, & cum Pharaone, Anna, & Juda traditore demerſum ſit in infernum, & inſuper pro pœna ſit compoſiturus Eccleſiæ S. Bartholomæi 100. libras optimi auri, & hoc ſcriptum firmum, ſtabile, roboratum ſemper maneat, hoc convenientiæ.

Scriptura eſt in anno 1123. ind. 1. ſcripſi ego Mainardo judice de ipſa civitate Pen. Septembri. Ego Grimaldus Epiſcopus in iſto ſcripto manum miſi, & confirmavi, & ſignũ Crucis feci. Signavit manu D. Giſonis Abbatis S. Clementis in hoc ſcripto publicus teſtis fuit rogatus ſignum † fecit. Signum manus Gualteri Berardi filii in hoc ſcripto teſtis rogatus ſignum † crucis fecit. Signum manus Armerici filii Paſtoris de civitate Pennenſi in hoc ſcripto teſtis rogatus, & ſignum crucis † fecit. Signum manus Joannis Hifridi in hoc ſcriptum teſtis rogatus, & ſignum crucis † fecit. Signum manus Joannis Maſſecano in hoc ſcriptum teſtis rogatus, & ſignum cruces † fecit.

Cæterum Grimaldus ab Innocentio II. anno 1140. atque ab Eugenio III. anno 1150. pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus privilegia recepit, quæ cum multum faciant ad jura, & diſtinctionem Pennenſis Epiſcopatus agnoſcendum, hic exhibere libuit ex eodem Pennenſis Eccleſiæ tabulario.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. Fr. Grimaldo Pennenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuẽdus effectus, ita legitima poſtulantium non eſt differenda petitio. Ea propter, dilecte in Domino frater Grimalde Epiſcope, preces tuas rationabiles clementer admiſimus, & Eccleſiam B. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris, ac Levitæ Maximi præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regũ, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis legitimis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ac illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Civitatem ipſam cum omnibus ſuis pertinentiis, videlicet cum caſalibus Nero, Ceſo, & Caſali, S. Joannem de Cypreſſo, Mezu, caſtellum quod dicitur Collis-altus, villam de Paternella, Eccleſiam S. Mariæ de Iſerano cum Eccleſiis, & omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam s. Petri de Laureto cum Eccleſiis, & omnibus ſuis appendicibus, Eccleſiam s. Serotini, Eccleſiam s. Saturiani in Colle-cortino, Eccleſiam s. Felicis de Monte-ſilvano, Eccleſiam s. Michaelis, & s. Joannis, Eccleſiam s. Barbaræ de civitate s. Angeli, cum Eccleſia s. Angeli, & s. Andreæ, & s. Antimi, Eccleſiam s. Mariæ de Atria, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcuſo, Eccleſiam s. Mariæ de Planella, Eccleſiam s. Mariæ de Cumulo, Eccleſiam s. Mariæ de Quana civitate, Eccleſiam B. Mariæ de Catiniano, Eccleſiam s. Mariæ de Biſſejo, Eccleſiam s. Petri ad Pennenſem, Eccleſiam s. Clementis de Balbino, Eccleſiam s. Mariæ de Trevio, Eccleſiam s. Georgii ad Ornanum Eccleſiam s. Rufinæ de Aquilano, Eccleſiam s. Angeli de Puteo, Eccleſiam s. Mariæ de Rubilia, Eccleſiam s. Laurentii de Fabrica, Eccleſiam s. Mariæ de Britulis, Eccleſiam s. Joannis in Balneo, Eccleſiam s. Mariæ de Podio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & D. N. I. C. aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autẽ eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. I. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen Amen.

† Ego Innocentius Catholicæ eccl. Epiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Conradus Sabinen. epiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Geraldus Presb. Card. tit. s. Crucis in Hieruſalem ſubſcrip.
† Ego Petrus Card. titul. Paſtoris ſubſc.
† Ego Guizo Presb. Cardin. s. Cæciliæ ſubſc.
† Ego Gregorius diac. Card. tit. SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.
† Ego Octavianus diaconus Card. S. Nicolai in Carcere ſubſcripſi.
† Ego Thomas S. R. E. diac. Card. ſubſc.

Datum Later. per manus Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii 6. Kalend. Novemb. Indict. 4. Incarnat. Dom. anno 1140. Pontificatus vero Dom. Innocentii Papæ II. anno XI.

In eundem modum, iiſdem omnino verbis ſcripſit Eugenius III. ad ipſum Grimaldum Epiſc. Dat. Ferentini per manus Boſſoni S.R.E. Scriptoris 18. Kalend. Januarii Indict. 14. Incarnat. Dom. anno 1150. Pontificatus vero D. Eugenii III. Papæ anno 6. Subſcripſerunt Cardinales undecim; eodemque modo ad eumdem Grimaldum privilegia confirmavit Anaſtaſius IV. ann. 1153. Kalend. Octob. Indict. 1. Pont. 1.

14. ODORISIUS, anno 1170. extatque ejuſdem XIV.
memoria uſque ad ann. 1183. 22. Decemb.

Prima Oderiſii memoria habetur anno antecedenti 1169. in membranacea chartula confirmationis omnium, quæ Gozalinus Comes Laureti dono dederat monaſterio S. Mariæ de Liciano in hæc verba.

Nos Odoriſius Dei gratia Pennen Epiſcopus.

Cum univerſo Capitulo noſtro rogatione D. Gozalini Comitis Laureti de omnibus, quæ in hoc privilegio continentur, talem fecimus excommunicationem, quod quicunque hæc omnia, quæ nobilis vir Gozalinus Comes Laureti monaſterio S. Mariæ de Liziano conceſſit, frangere, vel contraire tentaverit, ex parte omnipotentis Dei, & B. Mariæ Matris ejus, & SS. Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli, ac BB. martyrum Maximi, Comitii, Donati, Venantii, atque Luciani Patronorum noſtrorum, eos maledicimus, & excommunicamus, & Anathemati perpetuò ſubiicimus, niſi ſe citò correxerint, & per dignam pœnitentiam, emendationem, & dicto monaſterio reſtitutionem, tantum facinus curaverint expiare. Amen Amen. Amen. Anno Dom. 1169. Ego Magiſter Betraimus Judex, & Pennen. Eccleſiæ Canonicus ex mandato D. Comitis Gozalini hoc privilegium propria manu ſignavi.

Cæterum extant in Pennenſis Eccleſiæ tabulario ad Oderiſum data privilegia Alexandri III. anno 1177. & Lucii III. an. 1181. quæ ſunt iiſdem verbis exſcripta.

Anno 1183. poſtquam Oderiſium inter & Abbatem S. Quirici de Intrethoco lis maxima æſtuaſſet, auctoritate Lucii III. tandem per Theodinum Portuenſem Epiſcopum iuſto iudicio ſedata fuit, cujus ſententiæ robur adiecit idem Lucius ad eundem Epiſcopum Oderiſium.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. Fr. Oderiſio Pennen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum controverſia, quæ inter te, & dilectum filium Senebaldum Abbatem S. Quirici de Intrethoco ſuper Eccleſiis, & quiſdam aliis rebus fuerat diutius agitata, venerab. fratri noſtro Theo. Portuen. Epiſcopo, & dilecto filio Octavio SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card. fuiſſet de mandato noſtro commiſſa, iidem conſilio prudentum virorum inter vos ſubſcriptam concordiam ſtatuerunt; ad majorem ejus evidentiam ſcriptum ipſorum confectũ ſuper eodem negotio inferius de verbo ad verbum duximus annotandum. Theo. Dei gratia Portuen. & S. Rufinæ ſedis Epiſcopus, & Octavius SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card. Omnibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, æternam in Chriſto ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter vener. fratrem noſtrum Oderiſium Pennen. Epiſcopum, & Senebaldum Abbatem S. Quirici de

In-

Intrei hoco,ſuper Eccleſiis,& aliis infraſcriptis controverſia verteretur in nos; de mandato D. Papæ Lucij de ipſa cauſa cognoſcentes, prænominatus Abbas, & Mag. Bert.præfati Epiſcopi procurator, qui per eundem Epiſcopum in cauſa iſta in præſentia D.Papæ Lucij, & quorundam Cardinalium tam ad litigandum, quam ad trāſigendum procurator fuerat conſtitutus, libere, & abſolute compromiſerunt C. librarum provendere pœnam ſibi invicem ſtipulatione interpoſita,promittens, ſi ea, quæ nos inter eos ſtatueremus, Abbas ipſe,vel Conventus, & Procurator, vel Epiſcopus rata ſemper non haberent. Nos autem habito virorum prudentium conſilio pro bono pacis de aſſenſu utriuſque partis ſtatuimus, ut Epiſcopus, vel ejus Nuncius ſemel in anno in his duabus Eccleſiis in S.Joannis in Inſula, & S. Maria de Ronzano cum tot equituris,& ſociis,cum quot alias Eccleſias Epiſcopatus viſitat, ſuſcipiatur honorifice, & procuretur ut in reddita ſua de rebus Eccleſiæ ſecundum quod conſuevit, honoretur. In Eccleſia S.Joannis de Caſanello ſemel in anno ipſe,vel ejus Nuncius honorifice ſuſcipiatur,& procuretur, Capellani autem prædictarum Eccleſiarum, ſcilicet S. Joannis in Inſula,& S.Mariæ de Ronzano, & reliqui Clerici,qui ſunt in ipſis capellis, dabunt Epiſcopo cathedraticum, & quos Epiſcopus excommunicaverit de Parochianis ſuis,vel de clericis manentibus in capellis,ad communionem ipſi non admittent.Clerici curam animarum gerentes,& vocati ad ſynodum venient, & quos Epiſcopus ad curam animarum promovebit, fidelitatem ei, & Eccleſia Pennen. jurabunt. De capella vero S.Joannis in Caſanello,quæ eſt in Atro veteri, habeat Epiſcopus quartam decimarum, & mortuariorum, & ille, qui ibi geret curam animarum,jurabit fidelitatē Pennen. Epiſcopo,& Pennenſi Eccleſiæ; Abbas vero habebit pleno jure inſtitutionem, & deſtitutionem in his quinque Eccleſiis,ſcilicet in S.Ioannis in Inſula,S.Mariæ ad Ronzanum,S.Joannes in Caſanello,S.Nicolai in Galbano,S.Salvatoris ad Fanum,& inter dictum,quod ipſe poſuerit in jam dictis Eccleſiis, & quos excommunicaverit de Monachis,vel clericis manentibus in prædictis Eccleſiis,Epiſcopus non abſolvet. Si quos ad ſacros Ordines de Monachis,vel clericis,qui ſunt in dictis Eccleſiis, Epiſcopus promovebit,non exiget ab eis juramentum, niſi promoveat eos ad curam animarum gerendam; privilegia ſanè S. Romanæ Eccleſiæ monaſterio S. Quirici indulta Epiſcopus conſervabit illibata, ita tamen ut præfata ſint privilegia ſalva,& jam dicto monaſterio,& omnia infra ipſa monaſteria conſiſtentia ſint in diſpoſitione Abbatis,& ſalva ſint ea, quæ in hac concordia continentur. Monachis, & clericis S. Ioannis in Caſanello,ſi quos Epiſcopus ſibi jurare fecit, abſolvet,præter illum,qui tenet,& tenebit capellam Atri veteris,qui tenebitur ad juramentum fidelitatis. Clerici vero gerentes curam animarum in capella Eccleſiæ S. Ioannis in Caſanello ſuſcipiant ipſam curam de manu Epiſcopi, & tenebuntur juramento Epiſcopo, & Pennenſi Eccleſiæ. De reliquis vero dictis Eccleſiis,ſi quos ſibi iurare fecit, abſolvet præter illos, qui in ipſis Eccleſiis curam gerunt animarum. Præterea Epiſcopus in viſitatione Parochiæ, ipſe, vel ejus Nuncius recipietur, & honorificè tractabitur. In Eccleſia S.Salvatoris ad Fanum, & S.Nicolai in Galbano conſuetus cenſus ei dabitur. De Eccleſia S.Salvatoris, de quo deſtitutus fuerat,& omnes clerici qui ſunt in Eccleſia, in quibus baptiſmus celebratur,& in quibus cura geritur animarum,tam in capellis omnibus S. Ioannis in Caſanello, quam in omnibus aliis,Eccleſiis,ſive ſint Capellæ,ſive non; in quibus geritur cura animarum,ſuſcipiant eam curam de manu Epiſcopi,& reddant ei cathedraticum, & tenebuntur ei iuramento fidelitatis. De quarta vero decimarum, & mortuariorum omnium prædictarum Eccleſiarum, excepta capella de Atro,medietatem habebit Epiſcopus,& medietatem alteram Abbas. Correctio vero in Spiritualibus pertinebit ad Epiſcopum,in temporalibus ad Abbatem. Manifeſta ſanè crimina omnium laicorum Parochianorum prædictarū Eccleſiarum referentur ad Epiſcopum Ut autem hæc omnia perpetuum robur firmitatis obtineat, præſentis ſcripturæ paginam noſtrorum ſigillorum impreſſione ſignavimus. Acta ſunt iſta in civitate Anagniæ anno Dom: 1183. Pontificatus D.noſtri Lucii III.Papæ anno tertio, Ind. 2. menſ. Decemb. die 22. Hanc igitur compoſitionem,ſicut inter vos facta eſt, & recepta,ut ſuperius de verbo ad verbum annotavimus, auctoritate Apoſtolica confirmamus,& præſentis ſcripti patrocinio communimus,ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,& BB Petri,& Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ 14 Kal. Februarii.

Ultima Oderiſii memoria habetur in privilegio Clementis Papæ ſcripto an.1189. in quo confirmantur anteceſſorum Pontificum diplomata ad ſavorem Eccleſiæ Pennenſis elargita.

15. OTTO * Sive Oddo, (ſic aliquando vocatum invenio pluribus in documentis, ac privilegiis XV. * Ex App. tr.
Summorum Pontificum, & Romanorum Imperatorum)ex Comitibus Laureti, & Cuperſani, vixit an. 1190. Teſtis fuit anno 1195.4.Id. Aprilis, donationi Henrici VI.Imperatoris,facta Berardo Archidiacono Aſculano: eoque ſedente Margarita comitiſſa Berardi Laureti,& Cuperſani comitis mater ann.1191. celebre monaſterium S. Mariæ de Caſa Nova Ordinis Ciſtercienſis in Pennenſi Diœceſi de conſenſu Othonis Epiſcopi fundavit, ampliſſimis poſſeſſionibus,bonis,ac juribus regia munificentia dotavit, cui donationi Berardus comes jam in majori ætate conſtitutus anno 1220.conſenſum præbuit, eidemq; alia bona elargitus,ut ex diplomate,quod mox ſubiiciam, clarè videtur ab autographo ejuſdem Cœnobii archivii deſumptum,quod inde Gregorius IX.anno.14.ſui Pontificatus Abbati,& Monachis confirmavit.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,dilectis filiis Abbati,& conventui monaſterii Caſa Nova Ciſtercienſis Ordinis Pennenſis Diœceſis ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Privilegium inferius annotatum de verbo ad verbum conſcribi fecimus ad cautelam,& tenor talis eſt.

IN nomine D.N.J.C. Amen. Anno ab Incarn. ejuſdem 1219. menſ. Julii tempore D. Honorii III. regnante ſereniſſimo D.noſtro Federico II. Dei gratia Romanorum Rege,& ſemper auguſto,& in dicto Rege Siciliæ feliciter. Ut pia vota, ſanctaque actionis propoſitum duci debet à voventibus celeriter ad effectum, Propheta jubetur auctoritate dicentis: Vovete, & reddite Domino Deo veſtro &c; & ne pura cogitationis intentio antiqui hoſtis infeſtis ſeminatoris conſilio perſuaſione fraudetur iniqua,quod . . . eſt humanis cordibus inſpirare piæ actionis perfectio ſubſequatur. Qua equidem conſideratione ducti, & Divino prædicti flamine inſpirati,Nos Berardus de Laureto quondam D.Berardi illuſtris,& Cuperſani comitis memoriæ recolendæ filius, tam privilegium libertatis ejuſdem D. Comitis, quàm etiam privilegium confirmationis, & donationis, quod D. Comitiſſa Margarita Laureti egregia mater noſtra fecit monaſterio S. Mariæ de Caſa Nova diligenter intuentes, videntes etiam quod tunc temporis quando dicta D. Comitiſſa privilegium condidit monaſterio nominato, nos infra pupillarem eſſemus ætatem, & quia Dei gratia ad plenam pervenimus jam ætatem,cognoſcendo ſanè, quod omnia,quæ acta erant,data, & conceſſa à dicta D.Comitiſſa matre noſtra monaſterio nominato, juſte, & rationabiliter data,& conceſſa fuere,renunciando omni privilegio minoris ætatis, omneſque actiones utiles, & directas,quæ ſive in perſonis, ſive in rebus nobis, & heredibus noſtris competere viderentur,perpetuo relaxamus,& tam ad præſentium notitiam, quam ad futurorum memoriam duximus omnia confirmanda, & ob reverentiam JESUCHRISTI, & Genitricis ejus glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ, & ut mereamur obtinere futuræ beatæ reſurrectionis partem, & pro ſalute animarum D.Henrici quondam invictiſſimi Romanorum Imperatoris, & ſemper auguſti, & magnifici Regis, Siciliæ, & D.Conſtantiæ olim Sereniſſimæ Romanorum Imperatricis, & glorioſiſſimæ Reginæ Siciliæ feliciſs. recordationum, & ut Deus omnipotens glorioſ. D.noſtro Federico Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto, & inclito Regi Siciliæ vitam tribuat ſalutarem, & in ſolio majeſtatis ſuæ miſericorditer eum augeatur, & ſublimetur, pro animabus quoque D.Comitis Golzelmi,& D.Comitiſſæ Andalitiæ conſortis ejus parentum illuſtrium, & D. Comitis,Berardi dicti egregii Patris noſtri,& ut præſen-

A *tis vita ſtatum proſperum gratia divina nobis clementer concedat, noſtra bona, & ſpontanea voluntate concedimus, & irrevocabiliter confirmamus omnipotenti Deo, & monaſt. S. Mariæ de Caſa Nova, & fratribus in ipſo religiosè viventibus, præſentibus, & futoris in pora eleemoſina per manus D. Bartholomæi tunc illius monaſterii regimini præſidentes ceram ſubſcriptis teſtibus fidelibus noſtris in territorio Dertouæ, tam locum, ubi ad laudem Dei, & glorioſæ V. Mariæ monaſterium eſt conſtructum, quam etiam omnia feuda Berthona, quæ Mortieio fuerunt, & quandam petiam vineæ in pertinentiis vallis de Colera ſitam, & quandam vicendam in pertinentiis S. Stephani ſitam, ſicut D. Comes Pater noſter prædictus dicto monaſterio ipſas habere in vita ſua perpetuò conceſſit, & memorata D. Comitiſſa eaſdem monaſterio nominato privilegio confirmavit, & omnia quæ fratres illius monaſterii in territorio Bertonæ emerunt, vel concambiarunt, & Granciarum montis Buſariæ ſicut jam dicta D. Comitiſſa eidem monaſterio eam dedit, & privilegio confirmavit. Item concedimus, & confirmamus, eidem monaſterio Granciam campi ſacri cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut nominatus D. Comes pater noſter ipſi* B *monaſterio eam privilegio confirmavit, & Eccleſiam S. Angeli ejuſdem loci, quam memorata D. Comitiſſa de licentia, & conceſſione D. Ottonis olim venerabilis Epiſcopi Pennenſis bonæ memoriæ patrui noſtri emit a Terreſio fratre ſuo dilecto fideli noſtro cum omnibus tenimentis, poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & tam eidem monaſterio dedit, & privilegio confirmavit. Concedimus etiam, & confirmamus ipſi monaſterio omnia molendina, quæ in flumine Tibe in territorio Laureti fratres ejuſdem monaſterii habent inſtructa, & quæ facere amodo voluerint infra territoriũ monaſterii dicti cum capitibus etiam & ponendis, & cũ omnib. quæ fore videntur neceſſaria molẽdinis, & quicquid in territ. Laureti ſeu in territ. Cretani emerunt, vel aliter juſtè acquiſiverunt; prætereà concedimus, & confirmamus jam dicto monaſterio Grangiam de centum ramis cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, & Eccleſiam S. Amici in territorio civitatis S. Angeli ſitam cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & quæque fratres illius monaſterii in territorio collis Cervini emerunt, vel aliter juſtè acquiſiverunt, ſicut prædicta D. Comitiſſa hæc eidem monaſterio privilegio confirmavit. Item concedimus, & confirmamus eidem monaſterio prædicto in perpetuum Grangiam de Friſiano, cum ſilvis, & terris, & poſſeſſionibus ſuis omnibus, ſicut ſupradicta D. Comitiſſa ſupradicto monaſterio eam dedit, & privilegio confirmavit, & quicquid fratres ejuſdem monaſterii in territorio Speltoris emerunt, vel aliter juſtè acquiſiverunt. Præterea concedimus, & perpetuo confirmamus monaſterio ſupradicto in territorio Thetis medietatem Caſtelli Magni, ſecundum quod ſæpè dictus D. Comes pater noſter eam eidem monaſterio dedit, & conceſſit, & antedicta D. Comitiſſa poſtmodum dedit, conceſſit, & confirmavit cum appenditiis, juſtitiis, & pertinentiis ſuis, ſcilicet cum terris, cultis, & incultis, vineis, vel rovibus, arboribus fructiferis, & infructiferis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, & cum omnibus, quæ infra ſe, vel ſuper ſe habent, & cum omnibus utilitatibus ſuis inexiſtentibus, & exiſtentibus ad habendum, tenendum, & proprietario jure poſſidendum, ac ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione, vel vexatione qualibet ſecundum Ciſtercienſis ordinis regulam adificandum in domibus, molendinis, fullonibus, & aliis ædificiis ad commodum ejuſdem monaſterii pertinentibus. In quo nihil juris, ſeu dominii nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris reſervamus. Nam tantum nobis reſervamus eam medietatem illius Caſtelli, quam cæteras alias dicti monaſterii poſſeſſiones à perverſorum inquietatione, vel vexatione, nos, & heredes noſtros ſtatuimus protegere, & rationabiliter defenſare. Poſt modum ſanè concedimus, & perpetuo confirmamus Monaſterio ſæpedicto omnes poſſeſſiones, quas habet, & poſſidet in territorio Ineſtulan. Baronia noſtra, & omnes alias poſſeſſiones, quas tam per terrarum noſtrarum demanium, quam infra ſervitii noſtri terram dinoſcitur poſſidere. Item concedimus Monaſterio ſæpedicto, & fratribus ejuſdem facere & in perpetuum habere, ac libere, & franche poſſidere Trapitum u-*

A *num pro faciendo oleo in demanio Comitatus noſtri Laureti, in uno Caſtellarum quocumque placuerit D. Abbati, & fratribus Monaſterii illud ordinare. Ad hæc damus, concedimus, & perpetuo confirmamus Monaſterio ſæpedicto pro nobis, noſtriſq; ſucceſſoribus plenam libertatem, & ab omnibus ſervitiis, oneribus, gravaminibus illud immune eſſe ſtatuimus, concedentes, & firmam auctoritatem præſtantes ut quicumque noſtrorum hominum de bonis ſuis ſtabilibus memorato Monaſterio vendere, aut donare, ſive pro animarum ſalute, ſive pro temporali præmio aliquo modo offerre voluerit abſque noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione liberam exẽptam habeat poteſtatem tam in terris demanii noſtri, quam in terra ſervitii noſtri ſecundum conſuetudinem illius terre, ubi donatio, ſeu venditio fiet. De mobilibus vero recipiendis ſecundum conſuetudinem Monaſteriorum Ciſtercienſis Ordinis, prædictum Monaſterium S. Mariæ de Caſa Nova liberam poteſtatem habere ſancimus. Præterea ſtatuimus, & ordinamus firmiter inhibentes, ut infra milliarium unum prope Monaſterium ipſum, & Gran-* B *gias ipſius, habitatio ſecularis non fiat, animalia quidem ſupradicti Monaſterii, & hominum ipſius ubique per terras noſtras ad commodum Monaſterii liberum aditum atque reddutum liberum habeant, & conſueta paſcua liberè ſuſcipiant tam in montibus, quam in planitiebus talis loci paſcuis, atque Sylvis ſine noſtra, vel alterius contradictione. Inſuper concedimus, & firmiter ordinamus ut omnia perſcripta jam dicto Monaſterio exhibita, atque in antea eidem Monaſterio ſive pro temporali, ſive pro ſpirituali retributione data fuerint, ſecũdum perſcriptam libertatem, atque ordinationem liberè habeat, atque eo jure poſſideat cum omnibus conditionibus utilibus juſtitiis, & rationibus ſuis. Itaquod nequè nos nequè ſucceſſores noſtri exinde audeant moleſtare, vel eos quomodolibet contraire. Adhoc ſtatuentes, & firmiter ordinamus diſtrictè prohibendo, ut nullus Camerarius, Vice Comes, vel Bajulus terra noſtra de venditionibus, & emptionibus, quæ ad commodum, vel utilitatem ipſius monaſterii per terram, & poſſe noſtrum fratres illius Monaſterii, vel homines facere, & aliqua exactione platea eos audeant modo quolibet aggravare. Quicumque autem hanc noſtra confirmationis, donationis & conceſſionis paginam hominum, & fidelium noſtrorum auſu temerario infringere, aut moleſtare præſumpſerit pœnam 50. librarum auri ſe noverit incurſurum, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam vero ſæpedicto Monaſterio exhibiturum. Si autẽ nos, vel heredes, ſeu ſucceſſores noſtri eam modo quolibet frangere, aut illicitè tentaverimus moleſtare, pœnã 100. librarum auri nos incurſuros voluntarie obligamus, medietatem regiæ magnitudini, & alteram prædicto Monaſterio ſoluturos, & pœna ſoluta, hæc noſtra conceſſio, donatio, & confirmatio firma nihilominus, & illibata conſiſtat; ut igitur omnia ſcripta impoſterum poſſint omni tempore firma, & inviolabilia permanere, præſens inde inſtrumentum per manus Pauli de Ror . . noſtri dilecti Notarii & familiaris præcepimus fieri, & noſtri ſigilli impreſſionẽ juſſimus communiri. Hujus namque conceſſionis, donationis, confirmationis iſti ſunt teſtes.*

Ego Goalterus de Collemedio hujus rei teſtis ſignũ feci.
Ego Barnabeus de Camarda hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Tranſmondus de Pacliano hujus rei teſtis ſignũ feci.
Ego Guilielmus de Caſale hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Robertus de Colle Marcinarum hujus rei teſtis ſignum fece.
Ego Simon de Colle Corvino hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Guillielmus de Rocca hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego magiſter Petrus doct. hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Perronius de S. Cuſanio hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Abramus de Muſcuſo hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Gofredus de Moſonſo hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Cataldus Miles hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Robertus de Braimanto miles hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Reacla miles hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Jacobinus de Brammanto hujus rei teſtis ſignũ feci.

Nos Bartholomæus de Lauretoomnia ſupraſcripta cõcedimus, & confirmamus, & ad majoris corroborationis cautelam ſignum propria manu fecimus.

Ego qui ſupra Paulus Notarius de mandato egregii

D. mei

D. mei illuſtris noſtri Bartholomæi de Laureto hoc inſtrumentum ſcripſi, & ſignum in eo propria manu feci anno, menſe, & inditione præ ſeulatis feliciter. Dat. Laterani. . . Decemb. Pontiſ. noſtri anno xiiii. * En alia documenta ex tabulario Penneuſis Eccleſiæ eruta, quæ juvabunt maxime ad Acta ejuſdem Oddonis, tum etiam ad vetera Pennenſis Epiſcopatus agnoſcenda. Tenor illorum eſt, ut cætera ſupra relata, ut illud Cęleſt. III. Dat. Laterani per manus Cincii Sanctæ Luciæ in Orthea Diac. Card. D. Papæ Camerarii 3. Id. Feb. Ind. 13. an. Dom. Incarn. 1194. Pont. vero D. Cœleſtini Papæ III. ann. 4. Ejuſdem Cęleſtini leguntur ad eundem Oddonem ſequentes litteræ.

* Ex App. tom. 7.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven. fratri Oddoni Pennen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerab. in Chriſto fr. tuis juſtis precibus annuentes duo caſtella, videlicet Pultano, & Colle-alto cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ tuo ſtudio, & diligentia Pennenſi Eccleſiæ acquiſiviſti, ſic ea juſtè, & ſine controverſia poſſides, & tibi, & per te Eccleſiæ tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Datum Laterani 11. Kalen. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven fratri Pennen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Aequum eſt, & conſentaneum rationi, ut ea, quæ à delegatis à nobis ratione prævia ſtatuuntur, firma debeant, & illibata conſiſtere, & confirmationis noſtræ munimine roborari, ut nullatenus in poſterum præſumptione quorumlibet violentur. Sanè cum olim clerici de Arſita, Eccleſiæ tuæ, ſicut aſſeris, juramento fidelitatis adſtricti interdictum eis à te impoſitum non ſervarent, & poſtmodum tam per te, quam per ven. fratrem noſtrum Valvenſem Epiſcopum de auctoritate noſtra excommunicationis fuiſſent ſententia involuti. Quia neutram ſententiam ſervaverunt, de mandato tamen noſtro in eos per te, & memoratum Epiſcopum depoſitionis fuit ſententia promulgata, ſicut tua nobis relatio patefecit. Volentes igitur, ut quod per eos factum eſt, robur futuris temporibus debitæ obtineat firmitatis, ut iſti nullatenus de ſua valeant nequitia gloriari, quia contra Prælatos ſuos erigere calcaneum non verentur, ſententiam depoſitionis à te, & memorato Epiſcopo in clericos de Arſita latam, ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitimæ appellationis remedio ſublevata, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c.

Datum Laterani 11. Kalen. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Sequentia monumenta ad eundem pertinent Oddonem.

In nomine D. N. J. C. Anno ab Incarn. ejus 1195. Ind. 13.

Nos Bernardus de Mirabello una cum nepote meo Matthæo, Beraldus de Carapelle una cum filiis meis Beraldo, & Gualterio, & Traſmundus filius Gualterii de Carapelle, & Tancredus de Setuzo cum uxore mea Sibilia, dum eſſemus apud civitatem Pennenſem in præſentia D Ottonis ven. Pennen. Epiſcopi, conſtituti, & aliorum multorum virorum ex relatione ipſius D. Epiſcopi, & Imperiali privilegio veraciter conſpeximus, quod D. noſter Henricus VI Romanorum Sereniſſimus Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ rediens in Apuliam de Sicilia apud Barum ad petitionem prædicti Epiſcopi recognoſcens caſtellum de Pultano ad Pennenſem Eccleſiam antiquo jure pertinuiſſe, conceſſerat eidem Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis pro Pennen. Eccleſia ipſum caſtellum de Pultano habere, & in civitate Pennenſi transferre, & conſtituere homines ejuſd. caſtelli prædicta Pennenſis civitatis perpetuos habitatores. & ab ipſis hominibus prænominati caſtelli recipere fidelitatem, ſicut ab aliis hominibus Pennen. civitatis cum præfatus Epiſcopus, quæ prædeceſſores ejus recipere conſueverunt. ſalvo. &c ſervatis nobis tantum debitis, quæ Ruſtici præfati caſtri nobis, & prædeceſſoribus noſtris de jure debuerunt. Iterum, cum idem Dom Imperator tranſitum haberet, ac ſiſteret apud Eſculum, præfato Epiſcopo Pennen. Eccleſiæ conceſſit ipſum caſtellum habendum in demanio ſalvo ſervitio de uno milite, quod prius comites de Manupello pro prædicto caſtello recipere conſueverunt. Quod cum nobis ſatis grave, & moleſtum videretur, multorum amicorum precibus Epiſcopalem pietatem ſatagemus amplexari .... Nobis ſaltem in aliquo ſubveniret, & Imperiale mandatum, quod ſemper pium, quamvis nobis aſperum videretur, Epiſcopali manſuetudine; tunc præfatus Epiſcopus multorum inductus precibus de ſua ſatis amore, ac pietatis intuitu præfatum caſtellum de Pulsano nobis habere in Baronia, ſicut unquam melius habu. . ..... dignitate conceſſit, reſervans ſibi plateaticum ipſius caſtelli, & ſtatuens nobis caſalina in ipſa civitate, ubi domus noſtras poſſumus ædificare, & inhabitare .... illam penſionem ſolvere teneantur, donans etiam loca univerſis hominibus de Pultano in ipſa civitate in quibus ſimiliter domos ædificent, & inhabitent. ſalvo, &c. Singulis annis pro unoquoque ..., domus reddita unius denarii, quem Pennen Eccleſia. prout quiſque tenuerit pro penſione ſolvere debebit. Nos autem ab hoc hominium, & fide .... vobis D Ottoni vener Pennen.

B *Epiſcopo fecimus, & omnes homines ipſius caſtelli de Pultano vobis ſimiliter juraverunt, ſtatuentes nos, & hæredes noſtros pro rata penſione. quam unuſquiſque de ipſo caſtello Pultano tenemus. Pennen. Eccleſiæ de uno milite in exercitu, cum neceſſe fuerit, propriis expenſis ſervire, ſicut Barones Dominis ſuis in expeditione ſervire conſueverunt, & ſi forte nos, vel hæredes noſtri ſine legitimis hæredibus mori contigerit, non liceat nobis alios hæredes inſtituere; ſed prædictum caſtellum cum omnibus ſuis pertinentiis ad præfatam Eccleſiam, tanquam matrem, & Dominam liberè, & ſine contradictione devolvatur. Præterea ego Bernardus de Mirabello donamus, tradimus, ac perpetuo concedimus Pennenſi Eccleſiæ portionem, quam habemus in Eccleſia S. Heliæ; cum omnibus pertinentiis ſuis, & petiam unam terræ in Corſano capacem ſementis modiorum ſex, & dimidii ad juſtum ſextarium Pennen. civitatis. Item tradimus, donamus, ac perpetuo concedimus Pennenſi Eccleſiæ feudum Ferracis. feudum Gualterii de Senizio, & feudum Giberti. Feudum Nicolai Ferracis debet duos dies per hebdomadã, & octo ſalmas vini, & ſex mannas lini, & unum modium*

C *grani, & unum modium hordei, & duas cuppas olei; & in Nativitate Domini duas ſpallas porcorum, & ſex pizzas; & in carnelevamine unam gallinam, & tres pizzas, & in Aſſumptione S. Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Gualterii de Sinizo debet 16. cuppas olei, & unum modium grani, & unum modium hordei, & octo ſalmas vini, & ſex mannas lini, & miſſatica, operas 5. tres ex his in perſona, & duas in alia cum bobus. In Nativitate Domini duas ſpallas, & ſex pizzas, & in carnelevamine unam gallinam, & tres pizzas; & in Aſſumptione S. Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Giberti debet 3. cuppas olei, & 4. ſalmas vini, & ſex ſtaras grani, & ſex ſtaras hordei, & exenia, & miſſatica, & operas. Et de ſupradicto feudo Gualterii de Senizo diximus. Nos vero Bernardus de Catapelle una cum filiis meis Bernardo, & Gualterio, & Transmundus filius Gualterii de Carapelle, & Tancredus de Sinizo cum uxore mea Sibilia donamus, tradimus, atque perpetuò concedimus Pennen Eccleſiæ portionem, quam habemus in Eccleſia S. Heliæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam petiam terræ, quæ dicitur Arcis, capacem ſementis modiorum ſex ad juſtum ſextarium*

D *Pennen. civitatis, quæ eſt adjuncta cum terra Bernardi de Mirabello, & Matthæi nepotis ſui, quam eidem ſacro Epiſcopio dederant, & utraque ſic delateratur, à capite eſt via publica, quæ dicitur Corſani, ab uno latere eſt vineale Carapellenſium, ab alio latere incipiens ab Arcis tenet Nicolaus gener Gregorii, Matthias, & Raynaldus Gualterii uſque in viam Corſani. Item tradimus, donamus, atque perpetuo concedimus Pennenſi Eccleſiæ feudum Goffredi fratris D. Mauri, cum fratribus ſuis. Feudum Benatevenia, feudum Joannis de Monte. feudum Goffredi fratris Domni Mauri cum fratribus ſuis debet annuatim 15 denar, & 22. cuppas olei, & tres ... In Nativitate Domini, & tria ſextaria frumenti, & tres hordei, & 4. operas; & in Nativitate Domini duas ſpallas, & 4. pizzas; & in carnelevamine unam gallinam, & duas pizzas, & in Aſſumptione B Mariæ unam gallinam & unum pullum, & quatuor pizzas. Feudum Benetevenia debet annuatim 24 cuppas olei, in Nativitate Domini, & 8. ſextaria frumenti, & 8. hordei, & ſex ſalmas.*

mas vini, & 4 mannas lini, & in Nativitate Domini duas ſpallas, & ſex pizzas, & in carnislevamine unam gallinam, & tres pizzas, & in Aſſumptione S. Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Joannis de Monte debet annuatim 36. cuppas olei, in Nativitate Domini, & ſex ſextaria frumenti, & ſex olei, & ſex ſalmas vini, & 4. mannas lini, & duos dies per hebdomadam, & duas ſpallas in Nativitate Domini, & ſex pizzas. In carnelevamine unam gallinam, & tres pizzas, & in Aſſumptione B. Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Ut autem hæc omnia, ut ſupra annexa, ſint firma, & ſtabilia ad opus præfatæ Pennen. Eccleſiæ in poſterum perdurent, & ne à nobis, noſtriſque poſteris temerario auſu infringi, vel violari valeant, hoc memoratum inſtrumentum per manum Domni Nicolai Pennen. Eccleſiæ Canonici ſcribi rogavimus, & ſubſcriptos teſtes, ut ſe ſubſcriberent. Quod ſcriptum ſcripſi ego Dom. Joannes rogatu prædictorum Bernardi de Mirabello unà cũ nepote ſuo Matthæo, & Bernardo de Carapelle filiis ſuis, Bernardo & Gualterio, & Tranſmundo filio Gualterii de Carapelle, & Tancredo de Sinizo cũ uxore ſua Sibilia. Actum in civitate Pennenſi menſe Junii. Indict. prædicta.

Ego Bernardus de Mirabello conceſſi, firmavi, & ſignum feci.

Ego Matthæus nepos dicti Bernardi conceſſi, confirmavi, & ſignum feci.

Ego Berardus de Carapelle conceſſi, ſignum feci, confirmavi, &c.

Ego Tranſmundus filius Gualterii de Carapelle conceſſi, & confirmavi, &c.

Ego Tancredus de Sinizo cum uxore mea Sibilia conceſſi, &c.

Ego Berardus filius Berardi conceſſi, &c.

Ego Gualterius alter filius dicti Berardi conceſſi, &c.

Ego Rogerius Grimaldi teſtis fui, & ſignum feci.

Ego Ferrantes Dodonis teſtis fui, & ſignum feci.

Ego Taliaferro teſtis fui, & ſignum, &c.

Ego Riccardus Tancredi teſtis, &c.

Ego Thomas de Petrainiquo teſtis, &c.

Ego Gualterius Henrici Guidonis teſtis, &c.

Ego Th. Robli teſtis fui, &c.

Ego Revellus teſtis, &c.

Ego Berardus Odonis teſtis fui, &c.

Ego Gentilis Henrici Raymundi teſtis, &c.

Ego Bernardus Brun. Raymundi teſtis, &c.

Ego Joannes Galli in capite teſtis, &c.

Ego Bartholumæus Joſeph teſtis, &c.

Ego Matthæus Riccardi Tancredi teſtis, &c.

Ego Nazarius teſtis, &c.

Ego Joannes de Raym. teſtis, &c.

Ego Raymundus Henrici Raym teſtis, &c.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri Oddoni Epiſcopo, & dilectis filiis Canonicis Pennen. ſal. & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter veſtris juſtis poſtulationibus impartientes aſſenſum, quæ, inter bon. mem. Oderiſium Pennen. Epiſcopum, & Odelerium Priorem S. Viti de Furca ſuper juſtitiis, quas Pennenſis eccleſia in eccleſia S. Viti de Piſcaria, quæ memoratæ eccleſiæ S. Viti de Furca noſcitur eſſe ſubjecta, diœceſana lege tanquam matrix eccleſia vindicabat, amicabiliter intereſſet, ſicut legitime facta eſt, & ab utraque parte recepta, & hactenus obſervata, ut in ſcripto authentico confecto exinde continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum 13. Kalen. Maji, Pontificatus noſtri an. 1.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis univerſis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis Eccleſiæ Pennen. lege diœceſana ſubjectis ſal. & Apoſtolicam benedictionem.

Significavit nobis ven. frater noſter Pennen. Epiſcopus, quod non ſibi de decimis, & mortuariis oblationibus, & aliis juſtitiis reſpondetis. Quia vero fratres Coepiſcopos noſtros ſpecialiter volumus in ſuo jure tueri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus ei ſicut diœceſano veſtro de decimis, mortuariis, oblationibus, & de univerſis juſtitiis epiſcopalibus, ſicut canonica ſancit auctoritas, curetis ſine diminutione qualibet reſpondere non obſtante, ſi ea ſibi, vel prædeceſſoribus ejus aliquando per laicalem potẽtiam ſubtraxiſtis. In cauſis etiam matrimonialibus, pœnitentiis homicidiorum, & oppreſſionum infantium, & in aliis etiam, quæ præter ipſius fieri auctoritatem non habent epiſcopalem, vobis juriſdictionem nullatenus uſurpetis, alioquin ſententiam, quam propter hoc in vos rationabiliter tulerit, faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari.

Dat. Laterani Id. Martii, Pontificatus noſtri an. 2.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerab. fr. Oddoni Pennen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum ſubſtituendis.

Juſtis votis aſſenſum præbere, &c. Ut in diplomate ſuperius recitato Cœleſtini, cui illud Lucii etiam inſeritur, quod de controverſia deffinita inter ipſum Epiſcopum, & Abbatem S. Quirici.

Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Octavian. Oſtien. & Veletren. epiſcopus.

Ego Petrus Portuen. & S. Rufinæ epiſcopus.

Ego Pand. Baſilicæ XII. Apoſt. Presb. Card.

Ego Petrus tit. S. Cæciliæ presb. Card.

Ego Jord. S. Puden. tit. Paſtoris presb. Card.

Ego Guido S. Mariæ Tranſtyberim tituli. Callixti presb. card.

Ego Io. tit. S. Clementis card. Viterb. & Tuſcul. epiſc.

Ego Gratian. SS. Coſmæ, & Damiani diac. card.

Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro diac. card.

Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin diac. card.

Ego Cencius S. Luciæ in Orthea diac. cardin.

Ego Gregorius S. Angeli diac. card.

Ego Ang. s. Euſtachii diac. card.

Ego Gerardus s. Nicolai in carcere diac. card.

Ego Hugo Presb. card. S. Martini tit. Equitii.

Ego Cinth. tit. s. Laurentii in Lucina Presb. cardin.

Ego Soffred. tit. s. Praxedis Presb. card.

Ego Joannes tit. s. Priſcæ Presb. cardin. Datum Laterani per manum Raynaldi D. Papæ Notarii, cancellarii vicemgerentis, xvi. Kal. Apr. Ind. 2. Ann. Domin. Incarnat. 1198. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno II.

Privilegium Henrici VI. Imp. conceſſum Eccleſiæ Pinnen.

In Nomine S. & Individuæ Trinitatis Henricus VI. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Inter cætera, quæ in actus pios expendimus, ex noſtris utilitatibus munificentiæ noſtræ dona conferimus, & earum utilitatibus pia conſideratione ſtudemus ſubvenire. Inde eſt quod ob remiſſionem animarum parentũ noſtrorum Divorum Auguſtorum, ac longæva noſtri conſervatione Imperii, nec non attenta fidelitate Oddonis ven. Pennenſis Epiſcopi, quẽ in noſtris ſemper obſequiis fideliter novimus devotum, concedimus, & perpetuo confirmamus ſibi, & ſucceſſoribus ſuis quicquid Eccleſia Pennenſi dudum conceſſum eſt per privilegia Romanorum Imperatorum Caroli, Ludovici, Othonis, & aliorum Imperatorum, nec non & Regum Siciliæ, Rogerii & Guglielmi, videlicet civitatem Pennenſem cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Orcto, villa de Paternello, Caſale, quod ſitum eſt inter prædictam civitatem, & collem de Mercato, & Metze, & Caſtellum de Colleaieo, Eccleſiam S. Mariæ de Pizzano, Eccleſiam S. Petri de Laureto cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Paterniani, Eccleſiam S. Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Antimi de civitate S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcufo, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum de Aſmarico, S. Laurentium de Fabrica, S. Mariam de Civitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Mariam de Bivio, S. Mariam de Ulmeo, S. Mariam de Adico, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de Valviano, S. Petrum ad Pennenſem, S. Mariam de Rubilia, S. Georgium de Ornano, S. Rufinam de Aquilano, S. Angelum de Piteo cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quicquid liberalitate Principum, conceſſione Pontificum, oblatione fidelium,

ſeu

ſeu quolibet alie modo juſte & rationabiliter Deo propitio acquirere poterit, de novo quidē conceſſimus, & præſentis pagina ſcripti confirmamus, Penaenſi Eccleſia duo caſtella videlicet Collenitum & Plavianum, hoc modo ut dominus de ipſis caſtellis ſupradictis, & omnes cæterum homines perpetuò civitatem Pennenſem inhabitent, ſalvis debitis ruſticorum, qua ipſis dominis debentur, & ſupradicto vener. Epiſcopo Oddoni, & ſucceſſoribus ſuis catholicè ſubſtitutis, ligium hominium & fidelitatem exhibeant ſibi, & poſteris ſuis in omnibus reſpondentes, ſicut alii homines, qui in eadem civitate inhabitant, volentes etiam, & perpetuis temporibus confirmantes, ut Penaenſis Eccleſia cum prædicta civitate, & omnibus ſuis poſſeſſionibus ad nullum alium niſi ad nos, noſtroſque hæredes, vel ſucceſſores teneantur habere reſpectum, ſtatuentes & Imperiali præcipientes edicto, ut nmode in antea nulla humilis, vel alta perſona, Eccleſiaſtica, vel ſecularis poteſtas prædictam Eccleſiam, & Canonicorum res, & poſſeſſiones in aliquo moleſtare vel conturbare præſumat. Si quis igitur confirmationis, præcepti, donationis, & conceſſionis noſtræ Mudburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem prefata Penneaſi Eccleſiæ, atque Oddoni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentérque ab omnibus obſervetur, præſens noſtrum privilegium conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt Henricus Guarmanen. Epiſcopus, & Philippus frater noſter, Guglielm. Ravennen. Archiepiſcopus, Matthæus Capuanus Archiepiſcopus, Atto Aprutinus Epiſcopus, Guglielmus Valvenſis Epiſcopus, & alii quamplures; Ego Conradus Imperiali authoritate Cancellarius una cum Gualterio Trojano Epiſcopo Regni Siciliæ & Apuliæ Cancellario recognovimus. Signum D. Henrici invictiſſimi VI. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ 1195. indict. XIII. Regnante Henrico VI. Romanorum Imperatore ſemper glorioſiſſimo Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Regni ejus XXV. Imperii vero IV. & Regni Siciliæ I. Datum Bari per manum Alberti Imperialis Aulæ Prothonotarii prid. Non. Apr. præſcriptæ Indictionis.

Henricus VI. divina favente clementia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Notum eſſe volumus quod nos attendentes devotionem, & fidelia ſervitia dilecti fidelis noſtri Oddonis Pennenſis Epiſcopi, conceſſimus ei & Eccleſiæ ſuæ in perpetuum caſtrum Poliani cum omnibus tenimentis & poſſeſſionibus ſuis in demanio ad habendum & poſſidendum ſine calumnia aliquorum hominum, excepto eo quod Eccleſia debet Comitibus Manupelli de eodem Caſtro cum uno milite ſervire, ſicuti tempore Regis Rogerii, & Regis Guglielmi Comitibus Manupelli ſervire conſuevit, penitus amputantes omnem quæſtionem, quam Comes Gentilis de Manupello, & Comes Mainer. pro ſe & Tranſmunde de Padula prædicto Epiſcopo de eodem caſtro moverunt, abſolventes etiam ipſum prædictum Epiſcopum, & ſuos ſucceſſores, quod Comitibus de Manupello pro jam prædicto caſtro nullum habeat juramentum præſtare. Et ut nulli hominum hanc noſtram conceſſionem liceat infringere, præſentem paginam ad perpetuam firmitatem ſcribi & noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.

Datum Eſculi Kal. Maji.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix, & Regina Siciliæ ſemper Auguſta. Comitibus, Juſtitiariis, Baronibus, Camerariis, & univerſis Bajulis cuilibet de Parochia, & Diœceſi Pennenſis Epiſcopatus fidelibus ſuis gratiam, & bonam voluntatem.

Oddo ven. Epiſcopus Pennenſis fidelis noſter, oſtendit Majeſtati noſtræ dicens, quod Eccleſia ſua privatur & diminuitur à vobis de jure ſuo, videlicet Eccleſiaſticis adulteriis, quæ non permittitis diſponi, ordinari, judicari & cognoſci, & corrigi ad curiam ipſius Eccleſiæ, licet debeat, & de perſonis clericorum, quæ à vobis, ut laici judicantur, capiuntur & incarcerantur, quod ſi verum eſt, admodum diſplicet, & grave ferimus; non enim decet, neque volumus, ut ea quæ ab Eccleſia coerceri, & judicari debent, à vobis judicentur, & puniantur. Quare mandamus univerſitati veſtræ, & præcipiendo præcipimus, ut de Eccleſiaſticis ordinandis, adulteriis judicandis non vos intromittatis, ſed ſi quis de Parochia, vel Diœceſi prædicta Pennenſis Eccleſiæ de adulterio fuerit accuſatus, vel in eo deprehenſus, ad judicium ipſius Eccleſiæ, in qua tam omnia ſupradicta, quam ipſa adulteria diſponi, & judicari debent, conſiſtat; & à curia ipſius Eccleſiæ diſpenentur, judicentur, & coarctentur, excepto ſi per inſultum, & violentiam adulterium committitur: quod ſi acciderit, judicentur ab ipſa Eccleſia de ipſo adulterio, quod ſpectat ad judicium ipſius Eccleſiæ, & de eo hoc quod ſpectat ad judicium curiæ noſtræ & de inſultu & violentia judicetur ab ipſa curia noſtra. De perſonis autem clericorum volumus & jubemus, ut ſi aliquis clericus totius Parochiæ vel Diœceſis Pennenſis Epiſcopatus de aliquo foriſfacto, de quo de perſona ſua, judicari, vel condemnari debeat, appellatus fuerit, non à vobis, neque à curia veſtra, licet ab Eccleſia, & in curia Eccleſiæ de hoc quod ad perſonam ejus ſpectat, judicetur & corrigatur, licet convenerit juxta Canones & Jus Eccleſiaſticum, excepto ſi aliquis fuerit appellatus de proditione, vel aliquo hujuſmodi magno maleficio, quod ſpectat contra Majeſtatem noſtram. Quod ſi acciderit, volumus & jubemus, ut de hoc quod ſpectat ad judicium Eccleſiæ, judicetur ab Eccleſia, & de hoc quod ſpectat ad judicium curiæ noſtræ, judicetur ab ipſa curia noſtra. Si vero aliquis clericus de hæreditate, vel aliquo tenimento, quod non ab Eccleſia, licet à vobis, ſive per patrimonium, ſive aliunde in terris veſtris teneat, fuerit appellatus, volumus, ut de hoc in curia illius, in cujus terra poſſeſſiones, vel tenimentum habuerit, reſpondeat, & quod juſtum fuerit, faciat, non tamen ut perſona ex inde capiatur & incarceretur. De Eccleſiis autem, quæ ad ſolam Penaenſem Eccleſiam nullo mediante ſpectare videntur, ſtatuimus, & jubemus, ut liceat ipſi Epiſcopo ipſas Eccleſias ordinare, diſponere, & corrigere, ſicut Archiepiſcopi & Epiſcopi Regni Siciliæ & Apuliæ melius unquam ordinant, & diſponunt. Prætereà vobis Juſtitiariis, & Bajulis præcipimus, ut tam adulteria coercendo, quam Clericos defendendo, & eccleſias ordinando eidem ven. Epiſcopo fideli noſtro, in quibus opus fuerit, auxilium impendatis, ſalvis tamen in omnibus mandato & ordinatione D. noſtri ſereniſſimi Imperatoris & noſtra, & hæredum noſtrorum.

Datum Panormi ann. Dominicæ Incarnationis 1197. menſe Aprilis XV. Indictionis.

16. GUALDERICUS *a* ex Ordine Ciſtercienſi, aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Pennenſem ab Innocentio III. circa annum 1200. Hic clauſtralis inſtituti, unde exierat, oblitus, novæ dignitatis felicitate propemodum corruptus eſt, itaut ad ejus diſſolutioris vitæ exempla, grex ipſe videretur tabeſcere. Quamobrem Pontifex Max. privatis literis caſtigavit devium, illud inprimis inculcans, dignitatem Epiſcopalem, quæ ad perfectionis ſtatum ſpectaret, haud monaſticam obſervantiam debere evertere, adiecitque acutiorem correctionis ſicam ſe exerciturum, niſi ad benigniora verba monentis reſipiſceret. Reſipuit ille, factuſque forma gregis vixit uſque ad ann. 1215. At epiſtola Innocentii è vatic. regeſt. deſumpta, talis eſt. XVI. *a al. Gualterius.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Pennenſi Epiſcopo.

TActi ſumus dolore cordis intrinſecus, & gravi mœrore turbati, quod tu, ſicut accepimus, in injuriam ordinis tui, & infamiam ordinationis noſtræ agis in pluribus, ut apoſtata, qui teſte ſcriptura, vir inutilis appellatur. Si enim diligenter attenderes, quod te de Monacho non ſimplici, ſed Abbate duximus in Epiſcopum aſſumendum, reprobatis ſucceſſivè duobus, quos dilecti filii Pennenſe capitulum nobis præſentarunt electos, eam deberes ſervare, tam in vita, quam moribus honeſtatem, quæ ad ſalutem tibi proficeret, & ſubditis ad exemplum. Verum de quo miramur non modicum, & movemur, propriæ conditionis oblitus, quod poſt acceptum Epiſcopatum, quædam illicita facias, & expedias, quæ fratrum Ciſtercienſium obſervantia reputat inhoneſta, pictura ta ſella, & chirotecis uteris ſericatis, amplo te galero coronas, & carnibus publice uſque ad ſaturitatem te replens, et forſitan per inſignia hujuſmodi comparandus, de quo

data ei tunica pellicia ſcriptum eſſe legitur. Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis, ſciens bonum, & malum. Præterea cum quidam prædeceſſorum tuorum pro libertate Pennenſis Eccleſiæ non dubitarint etiam exilium ſuſtinere Penenſis civitatis Dominium ſecundum juſtitiam potenter & viriliter defendentes, tu ſicut dicitur de civitate ipſa nobili viro B. Laureti, & Cuperſani comitis fidelitatem, & hominium præſtitiſti, & quaſi non ſufficiat iniquitas tua tibi, ea nobis niteris imputare ad excuſandam excuſationem in peccatis, allegans, quod ſuper hoc mandatum Apoſtolicum recepiſſes, tam in iis, quam in aliis tantum excederis, ut jam contra te verbum Domini aſſumere compellamur, pœnitet me feciſſe hominem, quod à ſanctis Patribus ſic exponitur, faciam quod ſolent facere pœnitentes, deſtruendo quod feci, & nos forſitan, quod conſtruximus, deſtruere compellimur: meminimus quidem, & tu debueras meminiſſe, qualiter in receſſu tuo coram fratribus noſtris diſtricte tibi duximus injungendum, ut Ciſtercienſis Ordinis obſervantias cuſtodires, cum pontificalis ſuſceptio dignitatis non abſolueret te à voto, ex qua licet cum honore ſit, ſic onus ſibi magis auxerit, ut religioni nihil penitus deperiret, per quod ejus habenas taliter relaxares. Ideoque f. t. p. a. ſ. m. atque præcipimus, quatenus uſque ad 15. dies poſt ſuſceptionem præſentium, cum conſcientia dilectorum filiorum Archid. & capitul. Pennen. tam formam juramenti, quod prædicto comiti præſtitiſti, quam literas, quas ſuper hoc nos aſſeris direxiſſe, per nuncios tuos ad præſentiam noſtram, omni excuſatione ceſſante, tranſmittas, ut ſuper hoc, prout expedire videbitur, procedamus. In cæteris autem ita corrigas vitam tuam, & te ſic obſervantiæ regulari conformes, ut non rediiſſe ad ſeculum, ſed in ſeculo potius ipſum, & pompis ejus contemnere videaris, alioquin cum admonitio præceſſeris, de cætero vindicta ſequetur. Dat. Lateran. 4. Kal. Novembris anno 5.

(,, Reportavit hic à Romanorum Rege Friderico
,, omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ, quæ ipſi obve-
,, nerant Imperatorum, Regum, Principum pia libe-
,, ralitate confirmationem. Authenticum ejuſdem no-
,, bis tranſmiſſum placuit hic tranſcribere, ad cujus
,, ferè normam alii ſæpiùs memorati exarantur, quiſ-
,, que ut ſciat, Dynaſtia quanta fuerit Pennenſis Epi-
,, ſcopi jam antiquata, & laica poteſtate perperam di-
,, minuta. Aureum ſigillum ex Diplomate Regio pen-
,, dens ex una facie ipſius Friderici Solio incumbentis
,, ſiniſtra manu Orbe occupata, dextera virga cum
,, Cruce, & literis circumductis: Fridericus Dei
,, gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Rex Sici-
,, liæ. Ex altera proſpectum Romanæ Urbis cum lite-
,, ris in porta: Aurea Roma. Et aliis circumductis:
,, Roma Caput Mundi regit orbis fræna rotundi.

,, FRIDERICUS II. Divina favente clementia
,, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ
,, &c. Inter cætera, quæ pro ſalute noſtra expendi-
,, mus, ea nobis magis prodeſſe cognoſcimus, quæ lo-
,, cis Divinis, & venerabilibus miſericorditer elar-
,, gimur. Ea propter notum facimus univerſis, tam
,, præſentibus, quam futuris; quod Gualterius ven.
,, Pennenſis Epiſcopus dilectus fidelis noſter ad præſen-
,, tiam noſtræ Majeſtatis accedens nobis humiliter ſup-
,, plicavit; ut privilegium Pennenſis Eccleſiæ, olim à
,, Domino Imperatore felicis mem. Patre noſtro con-
,, ceſſum, confirmare de noſtræ Celſitudinis gratia di-
,, gnaremur; cujus itaque Privilegii tenore fore pro-
,, ſpeximus: qualiter ipſe D. Imperator divæ recorda-
,, tionis, omnia Privilegia eidem Pennenſi Eccleſiæ
,, ab Imperatoribus Romanis Carolo, Ludovico, Otho-
,, ne, & aliis Imperatoribus, nec non & Regibus Si-
,, ciliæ Rogerio, & Willelmo Indulta confirmavit:
,, Civitatem videlicet Pennenſem cum omnibus ſuis poſ-
,, ſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Oie-
,, to, Villam de Poſternella, Caſale, quod ſitum eſt
,, inter prædictam Civitatem, & Collem de Mercata
,, Mele, Caſtellum de Colle Alto, Eccleſiam S. Ma-
,, riæ de Piziano, Eccleſiam S. Petri de Laureto,
,, cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus ejus, Eccleſiam S.
,, Seroimi, Eccleſiam S. Patreniani, Eccleſiam S.
,, Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. An-
,, dreæ, Eccleſiam S. Anthimi de Civitate S. Ange-
,, li, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum
,, de Aſmarico, S. Laurentium de fabrica, S. Ma-
,, riam de Civitatequana, S. Mariam de Cuſenia-
,, no, S. Martham de Biteja, S. Mariam de Vine-
,, te, S. Mariam de Atrio, S. Mariam de Furno,
,, S. Clementem de Balbino, S. Petrum ad Pennen-
,, ſem, S. Mariam de Tubila, S. Georgium de Orna-
,, no, S. Ruſinam de Aquilano, S. Angelum de Pu-
,, teo cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quidquid libe-
,, ralitate Principum, conceſſione Pontificum, obla-
,, tione Fidelium, ſeu quolibet alio modo emanaviſſe,
,, & rationabiliter potuerit adipiſci. In ipſo etiam Pri-
,, vilegio vidimus contineri qualiter ipſe D. Imperator
,, eidem Eccleſiæ conceſſerat, & confirmavit duo Ca-
,, ſtella, Collealtum videlicet, & Pulianum, ut Do-
,, minus, de ipſis Caſtellis prædictis, & omnes eorum
,, homines perpetuò Civitatem Pennenſem inhabitent,
,, & Pennenſi Epiſcopo ligium . . . . . & fidelitatem
,, exhibeant, & reſpondeant eidem ſicuti alii homi-
,, nes, qui eamdem Civitatem inhabitant, ſalvis de-
,, bitis Ruſticorum, quæ ipſis Dominis debentur. Inſu-
,, per in ipſo Privilegio continebatur, ut Pennenſis Ec-
,, cleſia cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ad nullum alium,
,, niſi ad Dominum Imperatorem, & Succeſſores ip-
,, ſius, & Heredes teneatur habere reſpectum. Nos
,, igitur ſupradicti Epiſcopi ſupplicationem benignius
,, admittentes, tam ipſius D. Imperatoris Patris no-
,, ſtri fel. mem. quam ſupradictorum, & Regum Pri-
,, vilegia munimine Regio pro meæ ſalutis remedio con-
,, firmamus: ſtatuentes firmiter, & Regia præcipien-
,, tes auctoritate, ut nullus ſit, qui eamdem Pennen-
,, ſem Eccleſiam contra Privilegia nominata impedi-
,, re, aut moleſtare præſumat, ad hujuſmodi autem
,, noſtræ confirmationis memoriam præſens Privilegium
,, item fieri fecimus, Bulla Aurea noſtræ Celſitudinis
,, roboratum. Anno, menſe, & Indictione ſubſcri-
,, ptis. Dat. apud Nuenbert anno Dom. Incarn. 1209.
,, X. menſis Novembris, Ind. 8. Regnante D. noſtro
,, Friderico Dei gratia II. Romanorum Rege Invictiſ-
,, ſimo, & Rege Siciliæ, anno vero Romani Regni
,, ejus in Germania 7. in Sicilia XXII. feliciter.
,, Amen. Lucentius.)

17. * ANASTASIUS (,, De Venantiis Pennen-
,, ſis ,) ſucceſſit Gualderico vir ſanctimonia clarus, XVII
qui S. Franciſcum in Pennenſi civitate lætus excepit, locumque ei contulit ad monaſterium ædificandum. Anaſtaſii unicum documentum habemus ex ſæpe citato tabulario Pennen. eccleſiæ, quo anno 1215. menſe Novembris bonus iſte Præſul perpetuò jus donat Pennenſi populo, quod habebat in publico civitatis foro, ut vocant, ubi die Sabbati nundinæ habebantur, in hæc verba.

In nomine D. N. J. C. Anno Incarn. ejuſdem MCCXV. Indict. 3. XIV. die inſtantis menſis Decembris.

Nos Anaſtaſius permiſſione divina Pennen. Epiſcopus.

Exploratis juris & amplectenda conſuetudinis vigor exigit, & poſtulat, inceſſanter ad eos manus extendere largitatis, & aures precibus inclinare, quos nobis utroque jure cæleſtis voluit ſubeſſe dignatio, qui ſunt pro nobis fidelitatis debito plenius copulati, quorum hinc inde vota perſpicaciter intuentes per ingratitudinem relinquere nolumus, non ſolum ſi amplius, verum etiam ſi aliquid aliquando nobis, & Pennen. Eccleſiæ ad debita reſponderunt, propterea ſingulariter ſingulis, & generaliter omnibus ſumus, & fieri volumus ad beneficia promptiores. Et inde eſt dilecti in Domino filii, & fideles civitatis Pennenſis cives petitionibus veſtris generaliter porrectis celerius annuentes, quod bona, & ſpontanea voluntate noſtra jus noſtrum Plateæ die Sabbati, quod habemus in mercata civitatis Pennenſis ad nos ſpecialiter ſpectans pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum remittimus, & irrevocabiliter relaxamus, per præſentia ſcripta firmantes, ut non nobis de cætero, vel ſucceſſoribus noſtris ullo unquam tempore per nos, aut alios remiſſionem prædictam aliqualiter liceat revocare, nec jus habeamus revocandi, ſeu præſens

pri-

privilegium aliquo modo, vel ingenio revocare, vel violare, & ut dicta Platea noſtra die Sabbatò tantum omnibus ad mercatum civitatis Pennen. venientibus, res ſuas per venditionem, vel emptionem commutantibus remiſſio, & relaxatio, ac hujus remiſſionis, quietationis, & relaxationis ceſſio, & firmatio perpetuè ſtabilis, & illibata permaneat; Dilecto in Dilecto in Domino filio noſtro presbytero Joanni Pennenſi Canonico, & publico notario dedimus in mandatis, ut hæc in publicam formam redigeret, & chartam exinde faceret, quod præſentibus notitiam, futuris memoriam, fidem faceret pleniorem. Ego Notarius prædictus ad mandatum ſpontaneum Domini mei, & Patris D. Anaſtaſii ven. Pennenſis Epiſcopi, & civium preces in civitate Pennenſi compoſui, ſcripſi, complevi, & reddidi Anno Domini, Indict. die & menſe ſupradictis.

Nos Anaſtaſius Pennen. Epiſcopus præſens ſcriptum ſigno Crucis † propria manu conceda & confirmo.

Ego Ferro Præpoſitus rogatus teſtis interfui.

Ego Beraldus Archipresbyter rog. teſtis interfui.

Ego Presb. Joannes & Eccleſ. Pennen. Canonicus rogatus, &c.

Ego Brunus Diac. & Eccleſ. Pennen. Canonicus rogatus, &c.

Ego Diac. Joannes Eccleſ. Pennen. Canonicus, &c.

Ego Jo. Gualterius Eccleſ. Pennen. Canonicus, &c.

Ego Henricus Sacriſta, & Eccleſ. Pennenſ. Canonicus, &c.

Ego Thomas Archipresb. S. Nicolai rogatus teſtis.

Ego Presb. Gualterius de .. teſtis, & alii teſtes.

Ego ſupradictus Notarius hanc chartam compoſui, ſcripſi, & confeci, & reddidi anno Dom. Ind. die, & menſe ſupradictis, & ſigno præſens, &c.

Eodem hoc anno 1215. Anaſtaſius donavit Eccleſiam S. Amici ſuæ Diœceſis poſitam in territorio civitatis S. Angeli Monaſterio Caſæ novæ; ſequenti vero mortem obiit. Corpus ejùs in Cathedrali requieſcit. („ *Romano Concilio ab Innocen-* „ *tio convocato interfuit. Eccleſiam conſecravit B.* „ *Columba: & S. Joannis ad Inſulam. Colitur ut* „ *Beatus. Per hujus obitum, vel ſane Gualterii præ-* „ *deceſſoris Capitulum quendam elegit, quem quia in-* „ *ſufficientem, & ante Apoſtolicum placitum admini-* „ *ſtrantem Innocentius III. dejecit, ut ex Decr. de elect.* „ *tit. 6. c. 17.* Lucentius.)

XVIII. * In App. tom. 9.

18. * GUALTERIUS Caſinenſis Monaſterii Monachus ſub Cœleſtino III. communi Monachorum conſenſu electus eſt Abbas S. Bartholomæi de Carpineto, ab eodem Pontifice confirmatus 5. Kal. Aprilis anno pontif. 3. Hic cum diù Abbas fuiſſet, defuncto Gualderico Epiſcopo Pennenſi, à Capitulo electus, & confirmatus eſt anno 1217. ut ex litteris Honorii III. ad Monachos ejuſdem Cœnobii datis patet, quas exſcribimus ab origioali.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Conventui Monaſterii S. Bartholomæi de Carpineto ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Gualterius quondam Abbas veſter in Pennenſem Epiſcopum ſit aſſumptus, ne Monaſterium veſtrum diutius maneat Paſtoris ſolatio deſtitutum, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus convenientibus in unum, Spiritus ſancti gratia invocata, talem vobis præficiatis per electionem Canonicam in Paſtorem, qui tanto congruat oneri & honori. Dat. Laterani 11. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno 1.

Hic anno 1219. & 1220. à Federico II. Imperatore privilegiorum ſuæ Eccleſiæ confirmationem obtinuit, præſertim verò, Henrici VI. Imperatoris, Regumque Siciliæ. Diplomatis tenor talis eſt ex eodem tabulario.

Federicus II. divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Inter cætera, quæ pro ſalute noſtra expendimus, ea nobis magis prodeſſe cognovimus, quæ locis divinis, & venerabilibus miſericorditer elargimur. Ea propter notum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod Gualterius ven. Pennen. Epi-

A *ſcopus dilectus fidelis noſter ad præſentiam noſtræ majeſtatis accedens nobis humiliter ſupplicavit, ut privilegium Pennenſis Eccleſiæ olim ab Imperatore fel. me. patre noſtro conceſſum confirmare, de noſtra celſitudinis gratia dignaremur. Cujus itaque privilegii tenorem fore proſpeximus, qualiter ipſe D. Imperator divæ recordationis omnia privilegia eidem Pennenſi Eccleſiæ ab Imperatoribus Romanorum Carolo, Ludovico, Ottone, & aliis Imperatoribus, nec non & Regibus Siciliæ Rugerio, & Guglielmo indulta confirmavit, civitatem videlicet Pennenſem cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Oclo, villa de Paternella, Caſale, quod ſitum eſt inter prædictam civitatem, & collem de Mercato, Meize, caſtellum de Collealto, Eccleſiam S. Mariæ de Liviano, Eccleſiam S. Petri de Laureto cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Paterniani, Eccleſiam S. Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Antimi de civitate S. An-*

B *geli, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcuſo, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum de Aſmarice, S. Laurentium de Fabrica, S. Mariam de Civitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Mariam de Bivio, S. Mariam de Ulmeto, S. Mariam de Adro, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de Balbiano, S. Petrum ad Pennenſem, S. Mariam de Robilia, S. Georgium ad Ornanum, S. Rufinam de Aquilano, S. Angelum de Pletro, cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quicquid liberalitate Principum conceſſione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu quolibet alio modo juſto, & rationabiliter poterit adipiſci. In ipſo etiam privilegio vidimus contineri, qualiter ipſe D. Imperator eidem Eccleſiæ conceſſerit, & confirmaverit duo caſtella, Colle-altum videlicet, & Pluvianum, ut Dominus de caſtellis prædictis, & omnes eorum homines perpetuo civitatem Pennenſem inhabitent, & Pennenſi Epiſcopo ligium hominum, & fidelitatem exhibeant, & reſpondeant eidem, ſicut alii homines, qui ipſis Dominis debentur. Inſuper in ipſo privile-*

C *gio continebatur, ut Pennenſis Eccleſia cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ad nullum alium, niſi ad ipſum D. Imperatorem, & ſucceſſores ipſius, & hæredes teneantur habere reſpectum. Nos igitur ſupradicti Epiſcopi ſupplicationem benignius admittentes, tam ipſius D. Imperatoris Patris noſtri fel. mem. quam ſupradictorum Imperatorum, & Regum privilegia munimine Regiæ pro noſtra ſalutis remedio confirmamus, ſtatuentes firmiter, & Regia præcipientes auctoritate, ut nullus ſit, qui eandem Eccleſiam Pennenſem contra privilegia nominata impedire, aut moleſtare præſumat. Ad hujus autem confirmationis memoriam præſens privilegium inde fieri fecimus, Bulla aurea noſtræ celſitudinis roboratum, anno menſe, & Indictione ſubſcriptis.*

Datum apud Noremberg. anno Dom. Incarn. 1220. 19. menſ. Novembris. Indict. 8. Regnante D. noſtro Frederico Dei gratia II. Romanorum, Regni ejus in Germania VII. in Sicilia 22. feliciter. Amen.

Federicus divina clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

D *Etſi de noſtri gratia Domini, & plenitudine poteſtatis ad quoslibet fideles noſtros oculos noſtra debemus liberalitatis extendere, illorum tamen vota ſpecialiter tenemur patrocinio confovere, pro quibus fides, & devotio evidentibus meritis . . . & ex juſto fidelitatis obſequio immenſitati Serenitatis Imperalis redduntur accepti. Ea propter notum facimus univerſis noſtris fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod cum Gualterius venerab. Pennenſis Epiſcopus fidelis noſter juxta generale noſtrum edictum à majeſtate noſtra Capua promulgatum privilegia quædam Pennenſis Eccleſiæ à Divis Auguſtis progenitoribus noſtris indulta, curia noſtra in conſtituto termino præſentaſſet, Nos ipſorum privilegiorum tenore diligenter inſpecto, pro ſalute noſtra, & remedio animarum prædictorum progenitorum noſtrorum recolendæ memoriæ privilegia ipſa eidem Epiſcopo de gratia noſtra reſtituimus, & ea omnia, quæ in ipſis privilegiis vi-*

dimus contineri, ſicut Eccleſia Pennenſi rationabiliter pertinent, & juſte tenuit temporibus ſupradictis, ipſi Epiſcopo, & Pennenſi Eccleſia de gratia noſtra duximus in perpetuum confirmanda, ſalvo ſervitio, quod curia noſtra debetur, & ſalvo mandato, & ordinat. noſtra, ſalvo etiam ſervitio unius militie, quod de caſtru Puliano Comitibus Manupello debetur, ſicut in privilegio ab Imperatore Henrico quondam Patre noſtru recolenda memoria eidem Eccleſia indulto plenius continetur. Caterum quia per injuriam unum privilegiorum ipſorum Divi Patris noſtri D. Imperatoris Henrici erat ex parte conſumptum, ad ſupplicationem prafati Epiſcopi praſenti pagina de verbo ad verbum illud juſſimus annotari, cujus tenor talis eſt.

In Nomine S. & Individua Trinitatis Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilia.

Inter catera, qua in actus pios expendimus, iſtud noſtris utilitatibus commodius applicamus, cum Eccleſiis, & locis venerabilibus munificentia noſtra dona conferimus, ac eorum utilitatibus pia conſideratione ſubvenire ſtudemus. Inde eſt, quod nos ob remiſſionem animarum parentum noſtrorum divorum Auguſtorum, ac longava noſtri conſervatione Imperii, nec non obtentu fidelitatis Othonis venerab. Pennenſis Epiſcopi, quem in noſtris ſemper obſequiis fidelem novimus, & devotum, concedimus, & perpetuo confirmamus ſibi, & ſucceſſuribus ſuis quicquid Eccleſia Pennenſi dudum conceſſum eſt per privilegia Romanorum Imperatorum Caroli, Ludovici, Othonis, & aliorum Imperatorum, nec non & Regum Sicilia Rogerii, & Guglielmi, videlicet civitatem Pennenſem cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Olleto, caſalo, quod ſitum eſt inter pradictam civitatem, & collem de Mercato, & Mize, & caſtellum de Colle alto, Eccleſiam S. Marie de Pizzano, Eccleſiam S. Petri de Laureto, cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Paterniani, Eccleſiam S. Barbara, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Andrea, Eccleſiam S. Antimi de civitate S. Angeli, Eccleſiam S. Maria de Moſcuſo, Eccleſiam S. Maria de Planella, & S. Petrum de Aſmarico, S. Laurentium de fabrica, S. Mariam de Civitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Mariam de Bivio, S. Mariam de Olmeto, S. Mariam de Adro, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de Balbiano, S. Petrum ad Pennenſem, s. Mariam de Rubilia, s. Georgium de Ornano, s. Rufinam de Aquilano, s. Angelum de Puteo cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quicquid liberalitate Principum, conceſſione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu quolibet alio modo in antea juſte, & rationabiliter Deo propitio acquirere potuerit. De nuvo quidem concedimus, & praſentis ſcripti pagina confirmamus Pennenſi Eccleſia duo caſtella, videlicet Colle-altum, & Pulianum hoc modo, ut Domini de ipſis caſtellis ſupradictis, & eorum homines perpetuo civitatem Pennenſem inhabitent ſalvis debitis ruſticorum, qua ipſis Dominis, & ven. Epiſcopo Oddoni ſupradicto, & ſucceſſoribus ſuis catholice ſubſtitutis, ligium hominum, fidelitatem exhibeant, ſibi, & poſteris ſuis in omnibus reſpondentes, ſicut alii homines, qui eandem civitatem inhabitant, volentes, & perpetuis futuris temporibus confirmantes, ut Pennenſis Eccleſia cum pradicta civitate, in omnibus ſuis poſſeſſionibus ad nullum alium, niſi ad nos, noſtroſque heredes, vel ſucceſſores teneatur habere reſpectum. Statuentes, & Imperiali pracipientes edicto, ut amode in antea nulla humilis, vel alta perſona, Eccleſiaſtica, vel ſecularis prad. prafata Eccleſia, & Canonicorum res & poſſeſſiones in aliquo moleſtare, vel conturbare praſumat. Si quis igitur confirmationis, precepti, donationis, & conceſſionis noſtri Mundburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Camera noſtra, & medietatem prataxata Pennenſi Eccleſia, atque Oddoni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus obſervetur, praſens exinde privilegium conſcribi, & majeſtatis noſtra ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt. Henricus Vormatienſis Epiſcopus, Colfogerius Pataviensis Epiſcopus, & Philippus frater noſter, Guglielmus Ravennenſis Archiepiſcopus, Matthaus Capuanus Archiepiſcopus, Atto Aprutinus Epiſcopus, Guglielmus Valvenſis Epiſcopus, & alii quamplures. Ego Conradus Imperialis aula Cancellarius una cum Gualterio Trojano Epiſcopo Regni Sicilia, & Apulia Cancellario recognovimus. Signum D. Henrici VI. Romanorum Imperatoris Invictiſſimi ſemper Auguſti, & Regis Sicilia. Acta ſunt hac anno Dom. Incarnat. 1195. Indict. 13. Regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo ſemper Auguſto, & Rege Sicilia, anno Regni ejus XXV. Imperii vero IV. & Regni Sicilia 1. Datum Bari per manus Alberti Imperialis aula Prothonotarii pridie Non. Aprilis praſcripta Indictionis. Ad hujus autem noſtra confirmationis, & ſupraſcripti privilegii renovationis firmitatem praſens privilegium per manus Guglielmi de . . . . Notarii & fidelis noſtri ſcribae, & ſigillo majeſtatis noſtra juſſimus communiri. Anno, menſe, & Indictione ſupraſcriptis.

Datum Meſſana poſt curiam Capua celebratam anno Dom. Incarnat. 1221. menſe Junii nona Indictionis. Imperii vero Dom. noſtri Federici Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Sicilia anno 1. Regni Sicilia anno XXIV. feliciter. Amen.

Anno 1228. reduxiſſe Gualterium numerum Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ docet ejuſdem Gualterii documentum ita conſcriptum, hactenuſque aſſervatum in eodem tabulario.

In Nomine D. N. J. C. Dei aterni. Amen. Anno ejuſdem 1228. Indictione 1. 3. Idus Aprilis.

Cum Pennen. Eccleſia onoroſa Canonicorum multitudine gravaretur, quam non poterat abſque penuria ſuis facultatibus tolerare, neceſſariorum defectus inter ipſos Canonicos, & eorum Prapoſitum contentionis, & ſcandali materia quidem gerebat, & urgebat alios ad ruſticanos actus extendere manus ſuas, & alios in civilibus patrones eſſe cauſarum, propter quod divinum officium ladebatur, & ipſi Canonici periude animarum ſuarum pericula incurrebant. Cum igitur juxta canonicas ſanctiones tot in Eccleſia inſtitui debeant, quot poſſint de bonis ipſius commode ſuſtentari, & ut contentionis, & ſcandali materia pracidatur militantibus in Eccleſia JESU CHRISTI, via criminis arceatur, & divinum Officium laudabilius celebretur, Nos Gualterius Dei gratia humilis Pennenſis Epiſcopus de communi voluntate, & conſenſu Capituli, certum Canonicorum numerum duximus in ea ſtatuendum. Statuimus itaque, & irrevocabiliter ordinamus ſexdecim Canonicorum numerum in Pennen. Eccleſia de catero in Canonicorum inſtitutionibus obſervari, quem ſufficientem ſcimus pro modulo facultatum ejus, nec majori numero credimus ſufficere vires ipſius, quare numerum praſixum pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris promiſimus irrevocabiliter obſervare, nec aliquem recipere ultra ipſum. Statuimus inſuper, ut ſi Canonicorum quiſquam cum ventum fuerit ad numerum memoratum per menſem, vel ultra futurus ſit abſens ex aliqua juſta cauſa, Vicarium, ſi poteſt, per ſe ſtudeat invenire, quem nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in Capitulo in noſtra, vel noſtrorum ſucceſſorum abſentia repraſentet, qui divinorum obſequiorum reſidentibus onera patiatur, & cotidianum victum in ultimo loco intereſſe, donec vicem ſupplet abſentis, percipiat, cum eiſdem, ſi nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum abſentia idoneus viſus fuerit, & honeſtus, alioquin per nos, vel ſucceſſores noſtros, vel per Capitula in noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum abſentia Vicarius ordinabitur pro abſente, ſi viſum fuerit expedire. Vicarius autem non erit perpetuus, ſed ad tempus, quod noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum arbitrio ſtatuimus moderandum. De abſentibus autem Canonicis, quos in praſentiarum Pennen. habet Eccleſia, qui reſidentiam apud ipſam hactenus non fecerunt, nec de futuro aliqua ſpes habeatur, ſtatuimus infra

pra-

A præfinitum Canonicorum numerum, donec abſentes fuerint, non includi, cum ad ipſum ventum fuerit, vel minorem, quod ſi ad minorem venitur, ut aliquem, vel aliquos inſtituere ſit neceſſarium, ſtatuimus dictos abſentes requirendos eſſe, ſi commode requiri poſſunt, quatenus ſi velint, & poſſint reſidentiam facere in Eccleſia noſtra, & per eos ſtatutus numerus conſervetur, alioquin ex tunc per canonicam inſtitutionem alterius, vel aliorum ſtatutus numerus inſtauretur, hac conſtitutione nihilominus in ſuo robore duratura. Præſenti tamen conſtitutione ſtatuimus, ut nullus de cætero in Pennenſem Canonicum aſſumatur, niſi promittat, & velit reſidentiam apud nos continuam facere poſt deceſſum conceſſionem, vel tranſlationem præſentium, & eorum, quos reputamus abſentes, quorum abſentium nomina ad majorem evidentiam præſenti conſtitutione duximus inſerenda. Sunt autem hæc. Mag. Raynaldus de Tantia, Domnus Raynaldus Abbas S. Martini, Cæſareus Senebaldus, Mag. Matthæus Archidiaconus Aprutinus, D. Berar. de Canzano, Not. Rogerius, & Not. Riccardus. Illud etiam præſenti conſtitutione duximus annectendum, ut in poſterum canonicorum numero Abbas S. Petri ad Pennenſem, Archipresbyter S. Clementis in Balbiano, Archipresb. civitatis S. Angeli & Archipresb. S. Mariæ de Monte Silvano, ſiquidem aſſumpti de Pennenſi Capitulo fuerint, ſicut hactenus conſuevit. Ut autem hæc conſtitutio robur obtineat firmitatis, hoc inſtrumentum per manus dilecti in Chriſto filii, & familiaris noſtri Gualterii Pennen. civitatis Archipresbyteri fieri fecimus, ſigilli noſtri, & ipſius Capituli munimine roboratum, ipſumque inſuper propria ſubſcriptione munivimus, & ſinguli de Capitulo ſuis ſubſcriptionibus munierunt.

Nos Gualterius Dei gratia humilis Pennen. Epiſcopus.

Ego Brun. Pennen. Archidiaconus conſenſi, &c.
Ego Bartholomæus Præpoſitus Pennen. conſenſi, &c.
Ego Grimaldus diaconus, & Primicerius conſenſi, &c.
Ego Brun. Presbyter conſenſi, &c.
C *Ego Sacerdos Joannes conſenſi, &c.*
Ego Odoroſius Levita conſenſi &c.
Ego Liadaſſus Subdiaconus conſenſ. &c.
Ego Simon presb. conſenſ. &c.
Ego Leonardus Presbyt. & Primicerius conſenſi, &c.
Ego Joannes Lamberti presb. conſen. &c.
Ego Nicodemus presb. conſenſ. &c.
Ego Joannes diacon. conſenſ. &c.
Ego Jànober. diacon. conſonſ. &c.
Ego Leonardus Acolythus conſenſ. &c.
Ego Nicolaus Acolythus conſenſi, &c.
Ego Riccardus Acolythus conſenſi, &c.

Ego Gualterius Pennen. Archipresb. hoc inſtrumentum de mandato D. noſtri Gualterii venerab. Pennen. Epiſcopi, & conſenſu Capituli ſcripſi anno, menſe, die Indict. prætitulatis ſupra feliciter, & conſenſi, &c. Cum ſigillo Epiſcopi, & Capituli.

Hanc Gualterii ordinatiooem confirmavlt Gregorius IX. anno Pontif. 6.

D *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Pennenſi ſal. & Apoſtolicam benedictionem.*

Ut determinatus ſit in Eccleſia numerus miniſtrorum, non modicum noſcitur expedire, ne proviſione careat ſuperflua multitudo, vel ex paucitate dignum Deo ſervitium ſuberahatur. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſextum decimum Canonicorum numerum à venerabile fratre noſtro Pennen. Epiſcopo in eccleſia veſtra provida deliberatione taxatum, prout in ipſis litteris confectis, exinde plenius dicitur contineri, ſicut eſt providè . . . . . auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut eadem Eccleſia prædicto numero ſit contenta, niſi adeo ipſius excreverint facultates, quod ipſum merito exigat augmentari, ſalvo in omnibus ſedis Apoſtolicæ mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c.

Datum Spoleti 6. Kalend. Julii Pontific. noſtri anno 6.

Ex hoc Gregorii diplomate dato anno 1232. conſtat Gualterium adhuc in vivis fuiſſe, quem etiam invenio multos poſt annos Pennenſem gubernaſſe Eccleſiam; quamobrem Petrus, Octavianus, & Raynerius in catalogo inter Epiſcopos annumerati poſt Gualdericum ex ſuſpectæ fidei auctoribus, ab illa ſerie exulare jure merito mihi videntur, & immediatè poſt Gualterium, apponendus Beraldus, cui dandus locus 19. non vigeſimus, hoc ſcilicet ordine 15. Otto, ſive Oddo, 16. Gualdericus, 17. Anaſtaſius, 18. Gualterius, 19. Beraldus.

19. BERALDUS a Peoneoſis Epiſcopus, eoque ſedente anno 1252. Eccleſia S. Mariæ Hadrienſis ab Epiſcopo Cardin. Albanenſi in Cathedralem erecta, & Pennenſi Eccleſiæ unita, Innocent. IV. ſuo diplomate perpetuo ſanxit, ut Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis diceretur, certis pactis, & conditionibus, ut ibidem legitur, ex vatic. regeſt. deſumpto, ep. 160. f. 136. XIX. a Seu Beraldus.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Capitulo, & univerſo clero, necnon poteſtati, conſilio, & communi civitatis Hadrien. &c. Licet ea quæ de mandato noſtro fiunt, in ſe robur obtineant firmitatis, ut tamen intemerata conſiſtant, cum noſtro fuerint præſidio communita, & libenter Apoſtolico munimine roboramus. Cum itaque vener. Fr. noſtr. Albanenſis Epiſcopus, attendens devotionem, quam ad Apoſtolicam ſedem habetis, locum Hadriæ de ſpeciali mandato noſtro, vocari decrevit civitatem, & Eccleſiam S. Mariæ Hadrien. in cathedralem erigentam ipſam, quam Pennenſem Eccleſiam ad invicem duxerit uniendas, prout in ipſius litteris ſuper hoc confectis plenius continetur. Hoc quod per eundem Epiſcopum in hac parte factum eſt, ratum habentes, & gratiam ed. de f. n. con. authoritate Apoſtolica confirmantes tenore litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes. Qui talis eſt.

PEtrus miſeratione divina Epiſcopus Albanenſis dilecto in Chriſto Capitulo, ac ven. clero, nec non & . . . . poteſtati, concilio, & communi Civitatis Hadrien. ſalutem in Domino ſempiternam. Devotionis, & fidei veſtræ meretur affectus, ut ſedes Apoſtolica mater noſtra vos habeat tanquam filios ſpeciales, & in iis quæ honorem veſtrum reſpiciunt, ſic ſe favorabilem exhibeat, & benignam, ut per hoc veſtra probata ſinceritas erga ſedem eandem continuò vigeat, & laudabilibus proficiat incrementis. Ut igitur ex fervore devotionis, quam ad Romanam Eccleſiam pro exhibitione operis habuiſtis hactenus, & habetis dante Domino in futurum ſentiatis vobis favorem Apoſtolicum accreviſſe, Nos de ſpeciali mandato Domini Papæ perſonas veſtras honorare volentes, & locum Hadriæ, in quo populus tantæ fidei, & devotionis cohabitat, ſpecialis decoris præeminentia inſignire, ipſum vocari decernimus Civitatem, & eum Epiſcopali dignitate perpetuum volumus decorari. Ad hæc Eccleſia S. Mariæ Hadriæ, quæ olim de Pennenſi Diœceſi eſſe ſolebat, in qua ſecularis Prælatus præfuerat, in Cathedralem erigimus eam ipſam, quam Pennen. Eccleſiam ad invicem unientes, ut utraque Cathedralis exiſtat, & tam Hadrienſis, quam Pennenſis Epiſcopus nominetur, ita videlicet, ut cum eumdem Epiſcopum Hadriæ, vel in Hadrienſi Eccleſia adeſſe contigerit, ut addatur gratiæ, & per hoc locus ipſe habeatur inſignis Hadrien. Hadrien. præferatur Pennen. Eccleſiæ in ſcriptura. Sed cum idem Epiſcopus in Civitate, vel Eccleſia Pennenſi fuerit, Pennen. Eccleſia præferatur. Eccleſia verò Archid. & canonicis Pennen. jura ſua volumus illabata ſer-

tari, quia per hanc unionem nolumus eas in ſuis juribus pati aliquod præjudicium, vel jacturam. Sane quia non decet Præſulem loci tam nobilis in temporalibus pati defectum, cum eum oporteat in loco, utpote populato morare, frequenter, & honorifice procedere pro utriuſque Eccleſiæ negotiis peragendis, præfatam cathedralem Eccleſiam s. M. Hadrien. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ipſi Epiſcopo duximus concedendam, vobis poteſtati, & conſilio, ac communi nihilominus injungentes, ut de bonis veſtris propriis ematis eidem Epiſcopo poſſeſſiones ſufficientes, ut tam ex iis, quam ex aliis proventibus ipſius Eccleſiæ, poſſit decenter vivere, & Eccleſiaſticis prolegatis, cæteriſque hoſpitibus ad eum confluentibus neceſſaria miniſtrare. Domum etiam Epiſcopalem faciatis eidem decentem, & donec ipſa fiat, provideatis ei de domo communi, in qua poſſit honorificè commorari. Verum quia s. Joannis in Gazavello, s. Nicolai de Hadria, s. Mariæ in Vallibus, s. Nicolai in Galvano, s. Mariæ in Monteo, s. Claudii, s. Guillelmi, s. Angeli, s. Joannis in Gogovano, s. Clementis de Guardia, s. Salvatoris de Silvio, s. Joannis, & s. Martini de Caſulis, s. Concordii, s. Georgii de Muraldo, s. Silveſtri, & s. Blaſii, s. Salvatoris de Caſa Combuſta, s. Petri, & s. Mariæ de Metmiano, s. Pauli, & s. Leonardi, s. Joannis de Aquaviva, & nonnulla aliæ Eccleſiæ de Hadria, & ejus diſtrictu ad s. Joannis in Venere, & s. Clementis de Piſcaria, & quaſdam alias Abbatias pertinere narrantur, quas dictus pro Eccleſia Hadriæ tenere, vobis mandamus, ut ſi dictus Epiſcopus Eccleſias ipſas legitimò retinere nequiverit, & . . . ab eo facietis recompenſationem competentem Abbatiis prædictis de memoratis Eccleſiis retinendis ad opus ejuſdem Epiſcopi, cum eis potueritis concordare, ſi vero concordare nequieritis, emetis eidem Epiſcopo poſſeſſiones ſufficientes, prout ſuperius expreſſum. In præfata vero Cathedrali Eccleſia, 20. Canonicorum ſecularium numerum eſſe jubemus, quibus aſſignabitis ſufficientes redditus, computatis iis quos habent in eadem Eccleſia, unde poſſint decenter tanquam canonici nobilis cathedralis Eccleſiæ ſuſtentari. In electione autem futuri Pontificis &c. utrumque capitula conveniant in altera Eccleſiarum ipſarum, vel in loco communi, in quo unanimiter concordabunt, ſed ſi concordare non poſſent de loco, prima electio, quæ emerſerit poſt prædictum Epiſcopum, fiet Hadriæ a canonicis utriuſque Eccleſiæ, & alia in Eccleſia Pennenſi, & ſic deinceps viciſſim, ſi de loco alio communi non poterit inter capitula concordia provenire. Canonici autem illius Eccleſiæ, in qua celebrari debebit electio ubicumque Epiſcopus moriatur, vel cedat, ea vice vocabunt canonicos alterius Eccleſiæ, & ſuos etiam concanonicos ad electionem futuri Epiſcopi celebrandam. Ex hac ſiquidem unione vicinis Epiſcopis, & Abbatibus, cæteriſque prælatis, & clericis, ſeu quibuſcumque perſonis locorum adjacentium, vel vobis ipſis, & Civitati veſtræ, & Cathedrali Eccleſiæ Hadrienſi in juribus, & rationibus veſtris, necnon & Civitati, & Eccleſiæ Pennenſi in juribus, & rationibus ſuis nullum præjudicium generetur. Latere autem vos nolumus, quod ſi a devotione ſedis Apoſtolicæ recedere vos contingat, hujus vos privabimus dignitate. Statuimus inſuper, ut cum canonici utriuſque Eccleſiæ ad electionem convenerint futuri Epiſcopi celebrandam, ut tot canonici ſint ex una Eccleſia, quot ex alia, nam & ſi plures canonice ſint in una, quam in alia, in electione tamen electores cujuſque Eccleſiæ in numero volumus eſſe pares. Acta ſunt hæc, & publicata præſentibus Eccleſiæ utriuſque procuratoribus, & ſyndicis civitatis Hadrienſis. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Peruſii id. Martii anno Domini 1252. nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum Peruſii id. Martii anno ix.

Ex App. 7. Erectio vero Epiſcopatus Adrienſis ſuperiori anno 1251. conſtabilita ab eodem Petro Cardinali ita cōſcripta fuit ex ipſo autographo Adrienſis Eccleſiæ.

Petrus miſeratione divina S. Georgii ad velum Aureum Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatus. Dilectis in Chriſto univerſitati, & hominibus Adriæ ſalutem in Domino.

Solet s. mater Eccleſia devotos, & humiles filios ad ſuæ pietatis gremium redeuntes benignè recipere, ipſoſque maternæ dilectionis brachiis amplexari, ut ipſorum devotionem provida conſideratione, penſata gratia, eis gratiam ſuæ benignitatis aperiat, & affectum exhibeat eorum ſupplicationibus poſtulatum. Nos igitur, qui ſumus in parte ſollicitudinis dictæ matris aſſumpti, animadvertentes vos ejus filios ſpeciales, non indignè honorem, & exaltationem terræ veſtræ commiſſo nobis officio promovemus. Quapropter auctoritate, qua fungimur, ipſi terræ veſtræ in Eccleſia s. Mariæ loci ejuſdem ſedem Epiſcopalis concedimus dignitatis, ab omni juriſdictione, qua olim tenebatur Eccleſiæ Pennenſi eandem terram veſtram, & Eccleſiam eximendo. Pro diœceſi quoque Adrianæ Epiſcopatus totam terram concedimus ſecus rivos Borocelli decurrentis à vertice montium uſquequo intrat in flumen Finis, protenditurque uſque ad mare idem flumen Finis, ab alio latere, ſecus decurrit flumen Tronti à vertice montium uſque ad mare, ita quod omnia caſtra, caſalia, villæ, monaſteria, Eccleſiæ, hoſpitalia exiſtentia infra dictos fines ſint de diœceſi Adriana, eidemque Epiſcopatui ſint ſubjecta, & teneantur reſpondere Eccleſiæ Adrianæ, ſicut olim reſpondere tenebantur Epiſcopatibus, Abbatibus, Eccleſiis, & Hoſpitalibus, tam in demaniis, quam etiam in Baroniis. Eximimus quoque omnes etiam Eccleſias, monaſteria, & Hoſpitalia infra dictam diœceſim ab omni ſubjectione, obedientia, & reverentia, quibus tenentur Epiſcopatibus, Abbatibus, Eccleſiis, & Hoſpitalibus, eaque pleno jure ſubjicimus in ſpiritualibus, & temporalibus Epiſcopatui Adriano. Cui Epiſcopatui in demanium ſuum auctoritate prædicta concedimus civitatem S. Angeli cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, prout eam habuit quondam nobilis mulier Donna Maria Comitiſſa Laureti, tam in demanio, quam in Baroniis, ſive ſervitiis, ſylva S. Mauri excepta duntaxat. In ipſius etiam demanium ſimili modo concedimus caſtrum Silvi, caſtrum montis pagani, Cerbiſurcum, villam S. Martini cum omnibus juribus, & rationibus eorundem, totumque demanium, quod huic monaſterio S. Joannis in Venere in Adria, & pertinentiis ejus, tam in domibus, vineis, lodis, caſalenis, molendinis, quam in ſervitiis, quæ olim tenebantur vaſſalli ejuſdem monaſterii exiſtentes in Adria, & pertinentiis ejus, ſolvere monaſterio prædicto, & totum, quod dictum monaſterium habuit infra dictam diœceſim, tam in Eccleſiis, monaſteriis, caſtris, & demaniis, quam etiam Baroniis, & ſervitiis quibuſcunque. Adjicientes hujuſmodi demanio Eccleſias S. Joannis in Caſſianello, S. Nicolai in Galvano, S. Mariæ de Morino, S. Guillelmi, S. Claudii, S. Angeli de Ferrerio, S. Mariæ in Valle, S. Joannis in Gomano, S. Salvatoris de Bigun. S. Mariæ de Pupiſiano, S. Clementis de Guardia, & S. Mariæ in Muſano de Cellino cum omnibus caſtris, villis, cellis, juribus, & poſſeſſionibus ipſarum Eccleſiarum, quæ Eccleſiæ ſitæ ſunt in diœceſi ſupradicta, ſtatuentes etiam quod Adrienſis Epiſcopus immediatè ſemper in demanio Eccleſiæ Romanæ conſiſtat. Et ſi contigerit, quod aliquo caſu commune loci ejuſdem Rectoria vacaret, Epiſcopus Adrianus, qui pro tempore fuerit, ſuppleat regimen communis ejuſdem, & debeat loco Poteſtatis haberi, donec prædictus futurus adveniat, cui omne regimen conferatur. Ut autem ſpiritualiter, & temporaliter matris Eccleſiæ benevolentia gaudeatis, ſimili vobis auctoritate concedemus, quod civitas Adriana poſſit omni tempore vivere in communi, eligendo, & habendo juxta veſtrum de fidelibus Ec-

cleſia poteſtatem. Et concedimus vobis ſtatuta facere, & facta duximus confirmanda, & quod haneat in Comitatu totam diœceſim ſupradictam, habeatque Poteſtas Adriæ imperium, & poteſtatem, ſicut civitas Perusina, tam in ipſa civitate Adriæ, quam in comitatu ſuo, recognoſcat de omnibus appellationibus civiliter, & criminaliter, quaſicut in comitatu prædicto, exceptis appellationibus, quæ interponentur ab hominibus civitatis. Sitque vobis indultum auctoritate præſentium, quod nullus civis Adrianus extrahatur de Adria pro juſtitia facienda in primis cauſis, neque in civilibus, neque in criminalibus, ſed tantum coram Poteſtate, & Judice ſuo conveniatur, & judicetur ibidem. Omnes cives Adriæ ſint liberi, & exempti in perſonis, & bonis eorum ſalvis juribus, & rationibus Dominorum ſuorum, mera gaudeant libertate. Omnes quoque Comites, & Barones, qui poſſeſſiones in prædicto Comitatu habent, teneantur Epiſcopo, & Poteſtati Adriano in obedientia, & fidelitatis juramento præſtandis, ſicut Comites, & Barones Comitatus Peruſii tenentur Epiſcopo, & communi Peruſino. Vobis inſuper auctoritate prædicta concedimus, ut civitas Adriæ poſſit habere portum prope littus, & littora maris per totum comitatum ubique. Sit in demanio ſemper S. R. Eccleſiæ, nulloque tempore ſubjiciatur alicui Regi, vel alii Domino temporali. Quodque cuncta demania regalia, quæ fuerunt olim quondam Federici Principis Romanorum, & anteceſſorum ejus in Adria ſuper pertinentiis, tam in terris, vineis, nemoribus, quam molendinis, redditibus, & ſervitiis vaſſallorum demaniorum ejus D. Federici, in demanio Comitatus Adriæ perpetuo uniantur. Vobis etiam duximus concedendum, quod cives Adriani, qui tenentur primi redditus . . . ſervitia perſonalia, & realia Eccleſiis, Baronibus, Militibus, & Communi Adriæ, ut poſſint liberari à poteſtate eorumdem, aut mu. . . . admiſſionem, & ſervitia in quantitate pecuniæ, aut ſolvendo certam quantitatem pecuniæ pro integra libertate omnium prædictorum redditum & ſervitiorum, aut relinquendo certam partem territorii Eccleſiis, Dominis, ſive Communi veſtro juxta ſtatutum, & ordinationem conſilii Adrienſis civitatis. Et ſi quis de civibus nollet ſe liberare a ſolutione redditus, & ſervitiorum, liceat tunc eis vendere, & emere de poſſeſſionibus eorum pro eorum voluntate cum onere ſervitiorum, & redditum prædictorum, & ſub dominio prædictorum Dominorum. Eximimus inſuper civitatem Adriæ ab omnibus collectis, & exactionibus quibuſcunque. In affictibus quoque, exercitu, de parlamento, guerra, pace faciendis comitatus veſter communi veſtro perpetuò teneatur, ſicut comitatus Peruſii ſuæ teneri dignoſcitur civitati, omneſque terræ comitatus Adrienſis in communi viventes, Rectores, Judices & Notarii civitatis veſtræ teneantur recipere, & habere. Quicunque verò voluerint vendere, & emere in eadem civitate, liberè vendant, & emant ſine fundico, & datio. Omnes inſuper, & ſinguli cives Adriæ, ubique per Regnum ſint liberi, & exempti ab omni jure plateatico, fundici, & dohanæ. Sylvam ſancti Mori, quam olim habuit quondam mulier nobilis Maria comitiſſa Laureti in demanio communis veſtri duximus concedendam, mittendi, & recipiendi homines Sylvii, Belfortis, Ilicis, Terrani, Bodii, Tamaricis, Boſiæ, Caſtilentes, Locaraſci, Senlculæ, & Cellini, in civitatem veſtram, & concedendum eis ibidem perpetuum incolatum, concedentes vobis auctoritate prædicta liberam facultatem. Ut autem præmiſſa robur obtineant perpetuæ firmitudinis, præſens privilegium proinde fieri fecimus noſtri ſigilli munimine roborari. Datum Eſculi Kal. Aprilis An. Domini 1251.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſerv. Dei. Dilectis filiis, & univerſitati hominum Adrienſiū ſal. & Apoſt. bened.

Honorem Eccleſiæ promovere ſollicitis non ſine incurſu multiplicis læſionis digno ab Apoſtolica Sede illud debet provenire præmium, per quod circa ipſam ſinceræ devotionis ſuſcipere deſiderant incrementum. Hoc ſiquidem prout aſſeritis, dilectus filius noſter Petrus S. Georgii ad aureum velum Diaconus Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus diligenter attendens, & etiam attentè cunſiderans, quod puritate devotionis, & fidei, quam circa Eccleſiam Romanam geritis, per hoſtes hujus graves injurias, & etiam diſpendia plurima ſubſtinetis, vobis, quod perpetuò in communi vivere, & pro veſtro velle aliquem de fidelibus Eccleſiæ in veſtram poteſtatem eligere valeatis, nec non quaſdam alias libertates ſuæ legationis authoritate conceſſit, prout in litteris Cardinalis ejuſdem confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper præmiſſis ab eodem Cardinale factum eſt, tutum & firmum habentes id authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Mediolani XII. Kal. Septembris, Pontif. noſtri anno nono.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri Epiſcopo Adrienſi & Pennenſi ſal. & Apoſt. bened.

Clara devotionis merita, quibus dilecti filii Clerus, & Poteſtas & populus Civitatis & Diœceſis Adrienſis, inter alios Eccleſiæ Romanæ devotos pollere noſcuntur, merito nos inducunt, ut eos honore attollamus multiplici, & honoremus Apoſtolicæ Sedis privilegio ſpeciali. Cum itaque vener. frater noſter Epiſcopus Albanenſis de ſpeciali mandato noſtro Adrienſem Eccleſiam in Cathedralem erexerit, & eam ac Pennenſem Eccleſiam ad invicem duxerit uniendas, noſque id duxerimus authoritate Apoſtolica confirmandum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Adrienſis Eccleſiæ tanquam ſponſæ tuæ in ſpiritualibus, & temporalibus ſic ſollicitam curam geras, quod eidem Eccleſiæ per tuum miniſterium proſperitatis & honoris (Deo propitio) deſiderata proveniant incrementa. Dat. Peruſii 4. Non. Pontificatus noſtri anno nono.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſerv. Dei. Dilectis filiis Poteſtati, Conſilio, nec non Communi Civitatis Adriæ, & univerſo populo Adrienſis Diœceſis ſal. & Apoſt. ben.

Clara devotionis merita, quibus dilecti filii clerus civitatis, & Diœceſis Adrienſis inter alios Eccleſiæ Romanæ devotos pollere noſcuntur, nos inducunt ut vos, & dictum clerum honore attollamus multiplici, & honoremus Apoſtolicæ Sedis privilegio ſpeciali. Cum itaque venerab. frater noſter Albanenſis Epiſcopus de ſpeciali mandato noſtro Adrienſem Eccleſiam in cathedralem erexerit, & eam, ac Pennenſem Eccleſiam adinvicem duxerit uniendas, noſque id duxerimus confirmandum, ven. fratri noſtro Adrienſi & Pennenſi Epiſcopo noſtris damus litteris in mandatis, ut ipſius Adrienſis Eccleſiæ tanquam ſponſæ ſuæ in ſpiritualibus, & temporalibus ſic ſollicitam curam gerat, quod eidem Eccleſiæ per ejus miniſterium proſperitatis & honoris (Deo propitio) deſiderata proveniant incrementa. Rogamus igitur univerſitatem veſtram, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ea, quæ ſunt ſuper hoc ſtatuta, & ordinata per eundem Albanenſem Epiſcopum, & illa etiam, quæ Syndicus veſter promiſit, integrè obſervantes, præfati Adrienſis, & Pennenſis Epiſcopi, tanquam Patris, & Paſtoris animarum veſtrarum ſalubribus mandatis, & monitis feliciter intendatis, ita quod ipſe in vobis devotionis filios, & vos conſequenter in eo Prælatum inveniſſe benevolum gaudeatis. Datum Peruſii iv. Non. Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono.

Hoc eodem anno 1552. Beraldus Agrenſem Eccleſiam, & cœnobium cum juribus ſuis, ac pertinentiis, atque plura alia bona elargitus eſt Monaſterio Caſænovæ Ordin. Ciſtercienſis, certis additis conventionibus perpetuò ſervandis, ut ex publico documento liquet, quod hic ex eodem tabulario exhibemus.

In Nomine D. N. J.C. Amen. Anno à Nativitate ejuſdem 1252. die Jovis 4 Januarii x. Indict. tempore Innocentii Papæ IV.

Nos Beraldus miſeratione divina Pennen. Epiſcopus, & Capitulum Pennen. ven. domnus Bruno Primicerios, Magiſter Gualterius Archipresbyter, donnus Joannes Gualteris, magiſter Gualterius, mag. Paolus Lindaſſus, mag. Leonardus, don Joannes Nicolai, Leonardus Archipresb. S. Clementis, Andreas Primicerius, Nicolaus Brun. Bartholomeus Joannis Thomaſii, don. Berard. Mattheus Guglielmi, Joannes Rainaldi Bernardi, & Ægidius Romanus. Conſiderantes Eccleſiam S. Salvatoris de Angre ſitam in Pennen. Diœceſi ſic in ſpiritualibus collapſam, in temperalibos diminutam, quod nulla ſpes eſt, quod in ſuo poſſit ordine reformari, conſiderantes, & inveriſimile cognoſcentes, Monaſterium Caſenove Ciſtercienſis Ordinis, cui donnus Hilarius Prior, & fratres Angrenſis Eccleſia incorperare ipſam Eccleſiam poſtulant, & unire, eſſe majoris religionis, qoam dicta Angrenſis Eccleſia fuerat, vel exiſtat, eorum precibus inclinati dictam Eccleſiam S. Salvatoris de Angre eum omnibus poſſeſſionibos, juribos, & rationibos ſuis, & ſpiritualibus, & temporalibus noſtra commoni, & ſpontanea voluntate, libere, & abſolute, & irrevocabiliter ſecundum omnes libertates Ciſtercienſis Ordinis damus, tradimos, & concedimus dicto Monaſterio Caſanove incorporare ipſi Monaſterio, ordinan. & diſponen. de ipſa Eccleſia Angrenſi liberè ſicut placuerit Abbati, & Conventui Monaſterii Caſenove, in ipſa Angrenſi Eccleſia nihil nobis penitus reſervantes: Concedimos inſuper dicto Monaſterio Caſanova omnes capellas, quæ ſunt in caſtro Peſculi, Roccette, & Puteſil. & eorum pertinentiis pleno jure ſcilicet in temporalibus, & ſpiritualibus remitentes in Eccleſia Angrenſi, & ſupradictis capellis procurationem, viſitationem, correctionem, Cathedraticum, Synodaticum, quartam decimarum, & Mortuariorum, inſtitotionem, & deſtitutionem Prioris in Angrenſi Eccleſia, & capellanorum in ſupradictis capellis, & receptionem Pennen. Epiſcopi ibidem ad proceſſionem, & quicquid juris temporalis, vel ſpiritualis Pennen. Eccleſia in dicta Eccleſia Angrenſi, & capellis habuit, vel nunc habet de jure, conſuetudine, vel de facto, damus, concedimos liberè, & abſolotè Monaſterio ſopradicto in ſignum conceſſa omnimoda libertatis conſueto cenſu trium denariorum ann. tres per denarium oſualis monetæ in dictis capellis tantummodo reſervato in Aſſumptione B. Mariæ nobis ſolvendo ab Abbate Monaſterii Caſenove, qoem cenſum Abbas Monaſterii Caſanova, nomine ipſius Monaſterii ratione prædictæ conceſſionis promiſit ſolvero Pennenſi Capitulo in termino ſupradicto annuatim, ſicut Angrenſis Eccleſia pro dictis Capellis dictum cenſum nobis perſolvere conſoevit, & judiciis publicis, videlicet cognitione caoſarum matrimonialium, pænitentia puerorum oppreſſorum, & ſangoinis, uſuræ, & ſimoniæ nobis in dictis caſtris, ſive villis in quibus omnia alia jura ſpiritualia, & temporalia conceſſimos monaſterio Caſanova, nobis ſolummodo reſervatis. Quod clerici dictorum caſtrorum promovendi ad ſacros ordines in ipſa promotione, ſicut, & cæteri clerici Pennen. civitatis fidelitatem jurabunt Pennen. Epiſcopo, & Capellani per Abbatem Caſanova ordinandi in ipſis Eccleſiis, qoi in ſua promotione ad ordines ſacros non ſunt jurati Pennen. Epiſcopo jurabunt fidelitatem ipſi Epiſcopo, & ſervare interdictum, & excommunicationem, quæ Pennen. Epiſcopus poſuit in dictis Eccleſiis, & Clericis, exceptis interdictis, & excommonicationibos, qoa, & quas & poſſet, & facies Epiſcopus ad impedien. ad obfuſcan. jura, & rationes, qoas habet dicta Eccleſia Angrenſis in prædictis Eccleſiis, & caſtris, vel quæ nos conceſſimus dicto monaſterio Caſanova tam in dicta Eccleſia Angrenſi, quam capellis prædictorum caſtrorum, & caſtris. Nolumus autem per hanc conceſſionem noſtram, qood præjudicium aliquod fiat ipſi Monaſterio Caſanova in aliis poſſeſſionibus, & Eccleſiis, qoas Angrenſis Eccleſia tenet, & poſſidet in Pennenſi Diœceſi. Similiter, & pari modo paretor præjudicium Pennen. Eccleſia ex eadem in aliis poſſeſſionibus, quas habet Monaſterium Angrenſe in eadem Pennen. Diœceſi ad impediendum jos qood habet in eis ipſa, vel ejus ſubdita Eccleſia; qoam qoidem donationem, & conceſſionem pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribos promittimus ratam, & firmam perpetuo habere, ac tenere, nec in aliqoo contravenire per nos, vel alios ratione aliqua, vel exceptione. Renunciantes Canonum & legom aoxilio, conſtitotioni promulgata, vel promolganda, per qoam, dictam donationem, & conceſſionem poſſemus aliquo tempero revocare, vel in aliquo contravenire. Ad quorum omniom memoriam, & perpetoam firmitatem duo publica ſimilia inſtrumenta exinde fieri rogavimus per manus Rainaldi Rogerii civitatis Pennen. publici Notarii cum ſubſcriptione magiſtri Matthæi Judicis ejuſdem civitatis roborata. Quorum Inſtrumentorum illud qood eſt Monaſterii Caſanova noſtris ſigillis, & ſubſcriptionibus fecimus roborari; alterum qoidem noſtrum ſigillo Abbatis monaſterii Caſa-nova, & ſubſcriptionibus Monachorum dicti monaſterii ſimiliter fecimus, & communiri volumos. Quod ſopradictus Abbas dicti monaſterii, ut ſopra dictom eſt, fieri voluit, & mandavit.

Ego Fr. Rogerius Abbas monaſterii Caſanove me ſubſcribo.

Ego Fr. Minaldus Prior, & Monachus monaſt. Caſanova ſupradict. promiſſioni ab Abbate noſtro facta Pennen. Capitulo aſſentior, & me ſubſcribo.

Ego Fr. Goalterius Monachus monaſterii Caſanova ſupradictæ promiſſioni, &c. ut ſopra.

Ego Fr. Guglielmos Monachos monaſterii Caſa nova ſopradict. promiſſioni, &c.

Ego Fr. Paulus Monachus, &c.

Ego Fr. Nicolaos Monachus, &c.

Ego Fr. Thomas Monachus, &c.

Ego Fr. Benedictus Monachus, &c.

Ego Fr. Clericus Subprior, & Monachus, &c.

Ego Fr. Benedictus Monachus, &c.

Ego Fr. Bruno Monachus, &c.

Ego Fr. Thomas Monachus, &c.

Ego Fr. Damianos Monachus, &c.

Ego Fr. Paulus Monachos, &c.

Ego Fr. Martinus Monachus, &c.

Ego Fr. Nicolaus Monachus, &c.

Ego Presbyt. Petrus Capellanus D. Epiſcopi Pennenſis rogatus teſtis interfoi his omnibus, &c.

Ego Diaconus Petrus rogatus teſtis, &c.

Ego Angelus de Vicolo rogatos teſtis, &c.

Ego Odoriſius Jo. Thomæ rogatus teſtis, &c.

Ego Blaſius Jo. Rubei rogatus teſtis &c.

Ego Raynaldus Rogerii civitatis Pennenſis publicus Notarius, qoia dictæ donationi, & conceſſioni, ut ſopra legitur, rogatus interfui & hoc ſignum feci.

Hoc eodem anno, & menſe Conradus Cæſar Federici II. filius, ea, quæ Pater civitati & Eccleſiæ Pennenſi per ſuum diploma aſſeruerat, in hunc modum confirmavit.

Conradus Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Augoſtus, Jeruſalem, & Siciliæ Rex, &c.

Per præſens privilegium notum facimus univerſis tam præſentibus, qoam futuris, qood licet Univerſitas civitatis Pennenſis dudum ad falſas ſuggeſtiones æmulorum noſtrorum viſa fuerit à fidei noſtræ ſemitis deviaſſe, quia tamen nunc homines civitatis ipſios ſaniori ducti conſilio, & naturæ devotionis dulcedine perſuaſi miſericorditer Majeſtatis noſtræ januam humiliter propulſarunt, & redierunt unanimiter ad fidei noſtræ cultum, Nos omnes offenſas, & culpas,

quas

quas ab obitu quondam fel. mem. Dom. Genitoris noſtri uſque nunc contra nos, & fideles noſtros commiſſas eis de noſtra clementia duximus remittendas, recipientes eos in plenitudinem noſtræ gratiæ, & favoris, & omnia, quæ in privilegio memorati quondam D. Patris noſtri conceſſo dudum Pennenſi Eccleſiæ contineri noſcuntur, de ſpeciali gratia noſtra confirmamus eidem. In ſignum quoque gratiæ plenioris promittimus eiſdem fidelibus noſtris in noſtra devotione ſiſtentibus, quod omnes bonos uſus, & conſuetudines eidem Univerſitati ſervabimus, ſicut fidelibus aliis Regni noſtri, ſalvis in omnibus, & per omnia fidelitate, mandato, & ordinatione noſtra, & hæredum noſtrorum. Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium per Magiſtrum Nicolaum de Rocca Notarium, & fidelem noſtrum ſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri.

Datum in caſtris in depopulatione Neapolis per manum Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis 1253. menſe Junio, 11. Indict.

Anno deinde 1254. Beraldum, forum civitatis commutaſſe habet documentum, quod ipſe ad futuram rei memoriam conſcribi fecit iis conceptis verbis.

In Nomine D. N. J. C. Amen. Anno ab ejuſdem Incarn. 1254. die Jovis X. Decembris intrantis, 13. Ind. tempore D. Alexandri Papæ IV. Nos Beraldus miſeratione divina humilis Pennen. Epiſcopus.

Decet Antiſtitem ſuorum intendere profectibus ſubditorum; præſertim cum ſui dominii extollitur, & communis utilitas evidentius ampliatur. Sanè cum ſicut nonnullorum veridica relatione comperimus in territorio civitatis Pennenſis in via, qua itur ad fontem Tutum juxta fontem S. Joannis, Mercatum, ſive forum conſueverit ex antiquo, & deinde per prædeceſſores noſtros vener. memor. ſub Eccleſia S. Nicolai in locum, qui Pratum dicitur, fuerit immutatum, nos ad augmentum dictæ civitatis Pennen. totis viribus aſpirantes, prædictum locum Prati nomine foro perpetuo carere decrevimus, tum propter perfidiam quorumdam habitantium, qui ſupra, . . tum etiam quia locus ipſe eſt modicus, & minus aptus, & idoneus ad ſanta, taliſque civitatis forum, ſive mercatum, ſub pœna excommunicationis diſtrictius inhibentes, ne quis infimus, vel ſublimis de cætero diebus omnibus, & ſingulis ſabbati morari ad mercandum, negotiari, mercari, cambiari, ſeu menſas nummulariorum, cathedras erigere, & ad cambium ibi habere aliquo modo præſumat, quod qui præſumpſerit, quia ſufficientem monitionem præmiſimus, in eum, vel eos excommunicationis ſententiam promulgamus, & prædictum locum, qui eſt juxta fontem S. Joannis, & eſt inter medium civitatis veteris, & novellæ, ubi eſt nobis acquiſitionis populus prædilectus; qui quidem locus ſic collocatur, A capite domus Dominici Carleval à pede domus quondam Griſanti, & Caſarilæ quondam Joannis de Podio, ab uno latere viam, qua itur ad fontem Caval. uſque ad caſal. quond. Matthæi de Trotte, & ab alio latere eſt via publica, ſpeciali prærogativa volumus inſignire ad honorem omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, ejuſque Matris, nec non & B. Maximi martyris Patroni noſtri ſtatuimus, & pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ordinamus perpetuo ibi, & non alibi eſſe forum, ſive mercatum, eximentes ipſum locum, & forum perpetuo ab omni ſervitute pedagii, ſive plateæ, ut omnes, & ſinguli ad prædictum locum diebus ſabbati venientes de cætero morantes, totis prædictis diebus negotiantes, vel non negotiantes perfecta, & perfectiſſima cum ſuis rebus omnibus gaudeant libertate, quos ſub ſpeciali protectione noſtra ſuſcipimus, ſub anathematis vinculo expreſſius inhibentes, ne quis eos, vel aliquem eorum, in veniendo, morando, ſeu cum ſuis vel mercimoniis redeundo impetere, vel moleſtare, ac prædicta omnia, & ſingula immutare, vel contraire præſumat. Quam quidem excommunicationis ſententiam, ut dictum eſt promulgamus, donec contra auſu temerario venientes, de præmiſſis debitam ſatisfactionem impenderint, & ad mandatum Eccleſiæ ſimiliter revertantur. Ad cujus rei memoriam, & robur in poſterum, & perpetuo valiturum coram Beraldo de Beral. Judice civitatis Pennen. hoc inſtrumentum ſolemne exinde fieri mandamus, & rogavimus per manus publici Notarii infraſcripti, ad cautelam, noſtri ſigilli munimine roborari. Actum eſt hoc apud civitatem Pennen. in prædicto loco, ubi ſic ut mercatum ſive forum ſtatutum, quem idem D. Epiſcopus benedixit coram teſtibus infraſcriptis rogatis ad hoc ſpecialiter vocatis.

Nos Beraldus Dei gratia Pennen. Epiſcopus inſtrumentum confirmamus, & proprio ſigno ſignavimus.
Ego Berar. de Collemadio Baro rogatus teſtis interfui.
Ego Matthæus de Monte ſicco Baro rog. &c.
Ego Lucas de Collemadio miles rog. &c.
Ego Damianus de Oſmo miles rog. &c.
Ego Petrus de Collecorvino rogatus &c.
Ego Mag. Joannes de Bricia rogatus, &c.
Ego Oderis. Thomaſii rogatus, &c.
Ego Mag. Bartholomæus de Bacucco rog. &c.
Ego Raynaldus de civitate Pennen. publicus Notarius his omnibus interfui, & ut ſupra legitur hoc inſtrumentum rogatus ſubſcr. & ſignum feci.

Ultima Beraldi memoria habetur in chartophylaciis Pennen. Eccleſiæ.

Anno 1260. die Lunæ, 7. Kal. Febr. 3. Indict.

Beraldus Dei gratia Epiſcopus Pennen. una cum Capitulo Pennen. videlicet Mag. Bruno Archidiacono, Donno Joanne Archipresb. de civitate S. Angeli, Donno Galaſſo Archipresb. de Monte ſilvano, Donno Lanbardo Primicerio, D. Joan. Corrado Primicerio, Leonardo D. Oderiſii, Andrea Dom. Berat. Nicolao Bruno, Bartholomæo Joan. Thomæ, Thoma Dom. Berardi, Franciſco D. Gualterii, Donno Matthæo Dom. . . . Aegidio Archipresb. S. Clementis ad Balbianum, Thom. Anton. Thomæ Rogerii, Gualterio de Canoſa, Dom. Petro Abamont. Riccardo, & Jacobo nepote noſtro, communi voto ſtatuunt, & ordinant, ut nullus de Pennea. Canonicis receptis, ſeu recipiendis ad Regimen Eccleſiæ S. Petri ad Pennen. Eccleſiæ S. Clementis ad Balbianum, Eccleſiæ S. Angeli della Civita, & Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſilvano de cætero tranſmittatur, niſi ſit de ſextodecimo Canonicorum numero.

Ex relatis monumentis omnino certum eſt, Beraldum ſaltem ad annum 1260. perveniſſe, unde Joannes ille, qui num. 22. aſſeritur Pennenſis Epiſcopus ann. 1251. gratis appoſitus ex ſerie delendus, & poſt Beraldum ponendus Gualderius, qui immediate ſucceſſor eſſe potuit Gualderio, ſeu Gualterio, cui locus tribuendus eſt vigeſimus.

20 GUALDERIUS, melius fortaſſe Gualterius, XX.
(,, *Amerinus*) ex Epiſcopo Amelienſi, ad has Eccleſias translatus ab Urbano IV. anno 1264. ut ex ſequenti diplomate videtur.

URBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Capitulis Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum, ac Clero Civitatis, & Diœceſis Pennen.

IN ſuperna ſpecula dignitatis quanquam immeriti diſponente Domino conſtituti circa generalem curam Eccleſiarum omnium juxta paſtoralis officii debitum ſollicita diligentia, & diligenti ſollicitudine vigilamus, ad illas potiſſimum, quæ viduitatis deplorant incommoda tanto attentius noſtræ conſiderationis retorquemus intuitum, tantoque ſtudioſius, ut eis paſtores præficiantur idonei, opportunos laberet quantum nobis permittitur, ex alto inceſſanter impendimus, quanto intuemur manifeſtius, quod ex talium adminiſtratione paſtorum, fructus uberes ſpiritualiter, & temporaliter eiſdem poſſunt Eccleſiis provenire, ad quarum procuranda commoda promptis, ac votivis deſideriis aſpiramus. Sane licet miniſteria ven. fratris noſtri G. Pennenſis, & Hadrienſis Epiſcopi, Amelienſi Eccleſiæ, cui laudabiliter præfuit, utile multum exiſteret, nos tamen de ordinatione Pennenſis, & Hadrienſis Eccleſiarum, quæ auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſunt unitæ, ac ad præſens ſolatio deſtitutæ pa-

ſtoris

A *ſtoris ſollicitè cogitantes, ac talem illis præeſſe Pontificẽ affectantes, quem laudabilia ſua merita redimerent, cujuſve non eſſet dubia charitas erga plebem ſuæ ſollicitudini commendandum in ipſum, cui vita honeſtas, & commendabilis converſatio, & ſufficiens litterarum ſcientia ſuffragantur, quique ſpiritualium providentiam temporalium quoque circumſpectionem, necnon & fervidam circa proſperum ſtatum illarum partium charitatem, & ſinceram inſuper devotionem ad prædictam ſedem obtinens, nobis, & fratribus noſtris acceptus redditus, oculos direximus mentis noſtræ. Quapropter tam eiſdem Pennen. & Hadrien. Eccleſ. quarum in hoc utilitatem evidentem ſpecialiter attendimus, quam gregi dominico paterna intendentes diligẽtia providere, eum a vinculo, quo tenebatur aſtrictus Amelienſi Eccleſiæ ſupradictæ de fratrum prædictorum conſilio, duximus abſolvendum, ut de perſona ipſius, eiſdem Pennen. & Hadrien. Eccleſiis provideremus; ipſumque ad ipſas transferimus de Apoſtolica plenitudine poteſtatis, tranſeundique ad eaſdem Eccleſias ſibi liberam licentiam concedentes; firma de ipſo concepta fiducia, quod idem, qui in commiſſo ſibi officio* B *hactenus fideliter, & utiliter miniſtravit, de talento ei credito talenta, præſtante Domino, referet potiora. Rogamus itaque univerſitatem &c. eundem Epiſcopum, cui plenam earundem Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrationem committimus, cum ad vos &c. Datum &c. ann. 4.*

Hic Epiſcopus tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus, Matthæo Diacono Cardinali S. Mariæ in Porticu patrimonii S. Petri Rectori, vicariam operam præſtitit 1265. ut prodit ejuſdem epiſtola, quam ad Abbatem, & Monachos S. Salvatoris montis Amiati, quæ adhuc ibi illibata aſſervatur, perſcripſit.

21. *Berallus a Epiſcopus Pennenſis memoratur an. 1268. in monumentis Baſilicæ S. Petri de Urbe; neque alia de ipſo mentio reperitur.

XXI. [illegible]

XXII 22. LEONARDUS („ *Cajus Senenſis, Ord. Ser„ vorum ab Honorio IV. præficitur*) anno 1285. diem clauſit extremum 1302. ſepultus in Cathedrali Hadrien. C

XXIII 23. BERNARDUS anno 1302. 3. idus Aprilis, ex Canonico Andegavenſi Epiſcopus electus à Bonifatio VIII. Leonardo ſucceſſit, ex reg. vatic. ep. 145. fol. 177.

XXIV 24. RAYMUNDUS Monachus, & Abbas S. Sebaſtiani Neapoli in Campania, electus Epiſcopus an. 1321. pollicetur Cameræ Apoſtolicæ ſolitam penſionem ſe ſoluturum die 23. m. Julii.

XXV. 25. GUILLELMUS de S. Victore Gallus, Præpoſitus S. Petri de Foreſta, à Joan. XXIII. Pontifice creatus eſt Pennenſis, & Hadrien. Epiſcopus anno 1324.

XXVI. 26. NICOLAUS Monachus Ordinis Ciſtercien. creatus 1326. ex lib. ſol. Præl. Hic an. 1341. in Pennenſi Eccleſia à quibuſdam Canonicis comprehenſus carceri mancipatus, aliiſq; injuriis afflictus, Dei miſericordia cum evaſiſſet, Benedictum XII. Pontificẽ contra iniquos provocavit ad vindictam, qui Caſinenſi electo has literas dedit, ex reg. vatic. depromptas.

BENEDICTUS EPISCOPUS D
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Guidoni electo Caſinen. ſalutem &c.

GRavem venerab. fratris noſtri Nicolai Pennenſis, & Hadrienſis Epiſcopi querelam recepimus continentem, quod Jacobus de Legoniano, Nicolaus Sobaſtiani, Jacobus de Collemadio, Riccardus de Colleulto, Pandulphus Rogerii, Gualterius Berardi, Leonardus Aviboni, Matthæus Franciſci, & quidam Robertus de Collemadio canonici Pennenſes cum quibuſdam eorum conſanguineis, & amicis, circumcirca Epiſcopales domos Pennenſis Eccleſiæ . . . olim dum idem Epiſcopus ad Hadrienſem Eccleſiam dimiſſis in dicta Civitate duobus Clericis familiaribus, & Vicariis ſuis perſonaliter acceſſiſſet, contra dictum Epiſcopum livore ſucceuſi, tum ex eo quod ipſos Vicarios ſuos non fecerat, tum quia dicti Vicarii per eum dimiſſi Clericos propter eorum exceſſus capiebant, & detinebant pro hujuſmodi exceſſus puniendos, eoſque juxta votum Canonicorum ipſorum minime A *liberabant, & alias illicitas voluntates non adimplebant eorum diurno, & nocturno tempore dictas domos, in quibus erant dicti Vicarii, armata manu hoſtiliter invaſerunt, & invadi fecerunt recedere de domibus prælibatis, ac deinde dicto Epiſcopo redeunte ad Civitatem prædictam, & in dictis domibus commorante præfati canonici pergentes ipſorum campanile Eccleſiæ Pennenſis, quod eſt juxta dictas domos, & altitudine eas præcellit, capi fecerunt, faciendo per dictas gentes in domos ipſas diu, noctuque projici lapides, & ſagittas, ac dictum Epiſcopũ, ejuſque familiam ſic alias hoſtiliter, & crudeliter impugnando, quod demum compulſus fuit domos relinquere ſupradictas, ſeque conferre ad morandum in quibuſdam aliis domibus Eccleſiæ prælibatæ, dictique canonici poſtquam idem Epiſcopus de domibus ipſis ſic receſſit, vina, & alia bona ipſius Epiſcopi, quæ erant in dictis domibus derelictis, nequiter aſportarunt, & diſpoſuerunt de eis pro libito voluntatis, & nonnullos religioſos, & alios familiares ejuſdem Epiſcopi verberarunt, & dum olim dictus Epiſcopus Petrum Criſcii presbyterum Pennenſem* B *pro præmiſſis, & aliis ſuis negotiis ſedi Apoſtolicæ exponendis, cum nonnullis inſtrumentis, & litteris ad ſedem deſtinaret eamdem, dictus Robertus tunc vivens aſſociatis ſibi Galterio, & Carlaſſario ejus fratre cive Pennenſi, & nonnullis aliis clericis, & laicis civitatis ejuſdem, præfatum presbyterum in itinere veniendi ad ſedem prædictam conſtitutum, auſu ſacrilego cepit, ipſumque pecunia, boniſque omnibus, quæ ſecum habebat, nequiter ſpoliavit, ejuſque linguam propria manu de ore ejus extrahens, inhumaniter fecit abſcindi, quodque die octavo præteriti menſis Martii dicti canonici ad domum, in qua morabatur dictus Epiſcopus accedentes, ipſum violenter capi, & captum cum capite verſus terram, ad locum, ubi dicta Eccleſia Pennenſis eſt ſita, violenter adduci fecerunt, & ibidem per 34. dies eum detinuerunt invitum, & interim ad dictam Pennenſem Eccleſiam, quam dictus Epiſcopus propter exceſſus, & demerita dictorum canonicorum, qui eum contra voluntatem, & in contemptum dicti Epiſcopi detinebant, eccleſiaſtico ſuppoſuerat interdicto, eum in Dominica palmarum violenter adducere, & ramos palmarum ibidem dare, & in die Jovis* C *ſancta chriſma conficere, & in quadam capella eidem Eccleſiæ contigna miſſam celebrare per vim, & metum, qui in conſtantem virum cadere poterant, compulerunt, & dum idem Epiſcopus chriſma conficeret, ut præfertur, quidam ex dictis canonicis cum nonnullis eorum ſequacibus ad dictas alias domos, quas dictus Epiſcopus antea habitabat euntes, certam partem diruerunt earum, & deinde dictum Epiſcopum ad quamdam domum dictæ Eccleſiæ, quæ carens januis, & feneſtris, undique erat patens, per violentiam abducentes, eum per 15. dies detinuerunt ibidem, dando ſibi pro eorum libito ſervitores, & ſubſequenter dicti canonici inter ſe invicem deliberare, & ordinare temere præſumpſerunt, quod idem Epiſcopus præfatum Robertum a ſententia excommunicationis, qua propter varios ſuos exceſſus diu ante per dictum Epiſcopum, exigente juſtitia, fuerat authoritate ordinaria innodatus abſolveret, & quod quaſdam litteras per eumdem Robertum ſub nomine dicti Epiſcopi falſo modo confectas recognoſceret eſſe veras, & deinde ipſum torquere, & ab eo ſcire ubi eſſent pecuniæ, & alia bo-* D *na ejus, & ipſum tandem occidere, & occultè ſepelire, & dicere quod idem Epiſcopus aufugiſſet, & mittere nuncios ipſum circumquaque quærendo. Quibus eidem Epiſcopo per quemdam nobilem revelatis, idem Epiſcopus in habitu ſeculari latenter de dicta domo, ad domos fratrum ordinis Prædicatorum Pennen. aufugit, & niſi dilectus filius Oddo de Colleulto ejuſdem ordinis inquiſitor hæreticæ pravitatis in partibus illis, qui tunc erat, ibidem defendiſſet eundem, per dictos canonicos dictus Epiſcopus, qui per conventum dictorum fratrum defendi non poterat, fuiſſet nequiter interemptus. Quare præfatus Epiſcopus nobis humiliter ſupplicavit, ut ſuper prædictis damnis, contumeliis, & injuriis contra eum auſu ſacrilego perpetratis, providere ſibi de opportuno remedio dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & monemus, quatenus de prædictis omnibus, & ſingulis, vocatis qui fuerint evocandi, tu authoritate noſtra ſtudeas informare, & ſi prædicta, vel ali-*

qua

quæ de prædictis, quæ ſufficiant ad ſubiiciendum eos canonicæ ultioni repereris fulciri, illa in ſcriptis per manum publicam redacta fideliter nobis ſub tuo incluſa ſigillo fideliter quantocius deſtinare procures, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere, ac nihilominus illis de dictis Canonicis, quos per informationem hujuſmodi culpabiles repereris in præmiſſis, vel eorum aliquibus peremptorie ex parte noſtra citare procures, ut infra 40. dierum ſpatium poſt citationem hujuſmodi perſonaliter Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, facturi ſuper iis, & recepturi, quod juſtitia ſuadebit, noſtriſque, ac ſedis ejuſdem ſuper præmiſſis mandatis, & beneplacitis parituri, alioquin contra ipſos, prout juſtum fuerit, procedemus eorum abſentia, ſeu contumacia non obſtante. Diem vero hujus citationis, & formam, & quacumque ſuper præmiſſis fuerit nobis per tuas litteras, aut inſtrumentum publicum harum ſeriem continentia fideliter intimare procures. Dat. Avenioni id. Januarii anno 7.

Nicolaus vero poſt hæc aliaque pro Eccleſiaſtica immunitate recepta damna fato obiit an. 1352.

XXVII. 27. Fr. MARCUS Ardinghellus *a* nobilis Florentinus Ordinis S. Dominici, vir doctrina, atque moribus clarus, ad Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1352. Non. Novemb. ex reg. Vat. ep. 33 f. 40. atq; novem ferè annos has rexit Eccleſias, deinde an. 1361. ad Eccleſiam Camerinenſem tranſlatus eſt, vide de eo plura in illorum Epiſcoporum ſerie.

a De quo Fontana de Rom. Prov. p. 130. *Mand.*

XXVIII. 28. JOJOSUS Sulmonenſis Marco ſucceſſit 1361. menſe Aprili, ex lib. ſolut. Prælat.

XXIX. 29. BERNABO * ſeu Barnabas ex Marchionibus Maleſpinis ſub Gregorio XI. Epiſcopatum Pennen. & Hadrien. conſecutus eſt an. 1370.* tranſlatus deinde an. 1378. ad Piſanam Eccleſiam.

* Ex App. t. 7.

XXX. 30. AUGUSTINUS Neapolitanus, Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis, Præfectuſque Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, Sextique Urbani Vice Theſaurarius, ad Eccleſiam Peruſinam tranſlatus eſt à Bonifacio IX. an. 1390. ex lib. Proviſ. Prælat. memoratur Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis ann. 1387. 8. Novemb. in citatis libris proviſionum Prælat.

XXXI. 31. PETRUS Scala Romanus, *b* Ordinis S. Dominici, Auguſtino ſuffectus eſt, an. 1391. 3. Id. Januarii; deceſſit autem 1393. ex lib. Proviſ. Prælat.

b De hoc item Fontana loc. cit. *Mand.*

XXXII. 32. ANTONIUS antea Theanenſis Epiſcopus, huc tranſlatus eſt 1393. die 27. menſ. Sept. Fato deinde functus eſt 1413. ex eod. lib.

XXXIII. 33. (1) Fr. PETRUS de Caſtro Noteri, vel potius de Caſtro Veteri, Ordinis Fratrum Minorum, electus an. 1413. 7. Id. Febr. E vivis autem eximitur eodem anno, ex eod. lib.

XXXIV. 34. JACOBUS de Turdis de Camplo, electus an. 1413. an. 1419 ad Eccl. Spoletinam tranſlatus eſt, ex eod. lib. Hic Conſtantienſi Concilio interfuit, unuſquefuit ex electoribus Martini V. pro Itala natione, ibi Pennenſis electus vocatur.

XXXV. 35. DELPHINUS Nannii Gozadini nobilis Bononienſis, Monachus Carthuſianus, ac Auguſtæ S. Sylveſtri de Nonantula Abbatiæ Commendatarius, à Martino V. ſublectus eſt Epiſcopus ann. 1420. 5. Kal. Decemb. Ad Pontificem pro Bononienſibus legatione functus eſt, ut inter eos fœdus pacis percuteretur, habuitque collegam ejus muneris Joannem Guaſconum juriſprudentem, inſecutoque anno eadem de cauſa ad Pontificem rediit ann. 1430. menſe Julio. Demum Eugen. IV. ad Eccleſiam Forumſempronii 1433. *c* 10. Kal. Aprilis illum tranſtulit. *Supra portam Epiſcopalis Palatii Pennenſis de Delphino verſus leguntur in marmore inciſi in hunc modum.

c 1432. ex Actis.

* Ex App. tom. 7.

Delphinum Muſas meritum celebrare canoras
Poetarefer: dic enim Gozza cognomine Dinum
Bononia claragenitum, ſanctum quoque Patrem,
Et Præſulem Pennæ, mœnia renovaſſe vetuſta.
Heu miſer ſolo . . . teſteſque per avum
Avorum arma ſaxe locaviſſe ſupine
Anno milleno quatercentum nonoque decem
Totus erat mundus Martino Papa jucundus.

36. JOANNES de Polena ſacræ Romanæ Rotæ Auditor electus eſt anno 1433. *d* 10. Kal. Aprilis, anno verò 1454. ad Urbevetanam Eccleſiam tranſlatus eſt. XXXVI.

d 1432.

37. JACOBUS Benedictus Epiſcopus antea („ *Nuceriæ Paganorum, einde*) Urbevetanus ad has Eccleſias tranſlatus eſt 1454. 5. *e* Kal. Septemb. Alphonſo I. Neapolitano Regi olim fuit à ſecretis. XXXVII

e 15.

38. AMICUS de Bonamicitia, ex Canonico Civitatis S. Angeli, electus fuit die 23. *f* menſ. Auguſti 1456.* Ajunt hunc Epiſcopum obiiſſe in patria ſua anno 1467. ſepultum in Archipresbyterali Eccleſia hoc Epitaphio. XXXVIII.

f 17.

* Ex App. t. 7.

Principis hic ſervus, quo non amatier ullus
Michelis in tumulo jacens puritatis amator;
Fulſit innocentia cultor, charitatis amicus.
Unus eſt populus laudans ſine crimine vivum.
An. Domini MCCCCLXVII. xv. Indict.

39. ANTONIUS Probus de Adria, deceſſit 1482. Conſule acta conſiſt. Roderici Epiſcopi Card. Portuenſis S.R.E. Vicecancellarii, quæ m. ſ. in pergameno aſſervantur in Bibl. Vat. 3978. XXXIX.

40. TROYLUS Agneſius Beneventanus ad hanc ſedem ſubvectus eſt 30. die Octobr. 1482. Acta Conſiſtor. XL.

41. MATTHÆUS de Judicibus de Urbe, deceſſit anno 1495. XLI.

42. FELINUS Sandæus Ferrarienſis, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, renunciatus Epiſcopus eſt, die 4. Maii 1495. die vero 25. menſis Septem. ejuſdem anni Lucenſis adſcitus eſt cum futura ſucceſſione. Has igitur rexit Eccleſias uſque ad annum 1502. indeque in Lucenſem Pontificatum ſucceſſit. acta conſiſt. („ *Hunc temere deturbare auſus eſt* Sigiſmundus Nar- „ di *Clericus Pennenſis favore fretus, & literis Gabrie-* „ *lis Borbonii Generalis Ducis exercitus Gallorum, ita* „ *in has ſe intrudens Eccleſias. Quibus auditis Alexan-* „ *der VI. Apoſtolicis literis monuit Borbonium, reſi-* „ *puitque ab inſania Sigiſmundus, ut ex tabulario hujus* „ *Eccleſiæ edocemur.* Luc.) XLII.

43. NICOLAUS Piccolomineus Aquilanus, (2) Epiſcopus antea Lucerinus, ad has Eccleſias tranſlatus eſt anno 1502. die 24. menſis Januarii. Deceſſit autem 1503. XLIII.

44. BAPTISTA Cantalicius *g* Sabinus. Is ille qui Rudimenta Grammatices ſcripſit, vir utique eruditus, ac ſapiens, 1. die ineuntis Decemb. an. 1503. electus fuit ex Canonico S. Mariæ in Via Lata, interfuitque Laterano Concilio ſub Julio II. deceſſit 1514. cujus vitam ſcripſit, ediditque. Offredutius Anchajanus Spoletinus, ad calcem expoſitionis officii Beatiſſimæ Virginis ejuſdem Cantalitii, ubi pauca de Baptiſta, plura de familia Carluccia comprehendit. XLIV

g De quo Toppius in Bibl. Neap. p. 130. & Nicodemus in ejuſdem Bibl. addit. p. 46. *Mand.*

45. VALENTINUS Cantalicius Canonicus S. Mariæ Viæ Latæ de Urbe, nepos ſuperioris, patruo ſucceſſit die 3. menſ. Julii 1514. ſub Leone X. Laterano Concilio interfuit. In ea dignitate cum ſumma prudentiæ laude penè cõſenuit, mortuus eſt an. 1530. („ *Hoc Præſule iſtæ duæ Eccleſiæ ab initio ſuæ fundatio-* „ *nis ſoli Rom. Pontifici ſubditæ Theatini Archiepiſco-* „ *patus in erectione ipſius ſuffraganeæ conſtitutæ ſunt à* „ *Clemente VII. an. 1526. Verum Pennenſis, Hadrien-* „ *ſiſque Eccleſiæ ad ipſum Clementem recurrentes, &* „ *Clemente extincto ad ſucceſſorem Paulum III. poſt* „ *diuturnam litem Metropoliticam rejecere aliorum ju-* „ *gum ann. 1539. Exſcribitur Pontificum diploma pro* „ *Pennenſi Eccleſia ab Ughel. in Theatinis, aliaſque* „ *immunitates hoc libertatis conſervandæ titulo aſſe-* „ *cutas Cathedralis Archivum retinet.* Luc.) XLV

46. LEONELLUS Cibo Fulginas, *h* ex ſuæ patriæ XLVI

h De hoc Jacobillus in Bibl. Umbr. p. 179. *Mand.*

(1) Fr. Bernardum Lutium, Senenſem, Ord. Servorum à Jo. XXII. Pennenſem Epiſcopum renunciatum ex Buſſato refert Ugurgerius in Pompis Senen. par. 1. p. 151 & pag. 164 ex eodem Buſſatto ad hanc Cathedram S Pii II. evectum aſſerit Fr. Philippum Bandinellum, Senenſem atque Ordinis pariter Servorum. At videant eruditi, quibus dicti Buſſatti opus de Epiſcopis Pennenſibus obvium eſt, an legitimum obtinere debeant locum in hac ſerie duo præfati Epiſcopi. *Mand.*

(2) NICOLAUS Lucerinus dicitur in Actis Conſiſtorial. Hinc facile fuit Ughello pro Lucentino Lucerinum legere. In Lucerinorum certè Catalogo deeſt hujuſmodi Nicolaus, & certa per hæc tempora aliorum ſucceſſione complatur. *Luc.*

triæ Canonico, nepos Lucæ quondam Fulginatis Epiſcopi, creatus eſt Pontifex Pennenſis, & Hadrienſis, die 19. menſis Januarii anno 1551. Ad tres tantum annos has rexit Eccleſias, atque rediturus in patriam, eo munere ſe exſolvit, ubi demum fato functus eſt 1560. inque Cathedrali ſepultus eſt cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Leonello Cibo juris conſulto, & Epiſcopo Pennenſi, & Hadrienſi, qui vixit ann. LXXIV. Petrus, & Marius optimo Patruo mæſtiſſimi fecerunt anno Chriſti MDLX.

XLVII 47. THOMAS Conſuberius Civis, atque Archidiaconus Beneventanus, electus an. 1554. die 27. menſis Auguſti; qui cum ad 7. annos has rexiſſet Eccleſias, deinde à Pio IV. in publico Conſiſtorio Epiſcopali honore ſpoliatus eſt, quod repertus fuiſſet temporibus Pauli IV. cum Caraffis contra Italicam pacem conſpiraſſe.

XLVIII. 48. JACOBUS Guidius nobilis Volaterranus, Franciſci Filius, vir eruditus, ac ſolers, Franciſci Guicciardini Hiſtorici alumnus, Coſmi Magni Ducis Etruriæ I. Secretarius, inque difficillimis negotiis dexteritate mirabili exercitus, diverſiſque perfunctus legationibus, à Pio IV. demum electus eſt Epiſcopus 1561. die 2. exordientis menſis Junii. Concilio Tridentino interfuit, *a* cujus acta diligentiſſimè ſcripſit. Cum ad 7. annos Pennenſibus, & Hadrienſibus præfuiſſet, eo munere, onereque ultro abivit anno 1568. rediit Florentiam, Magni Ducis, à quo impensè diligebatur, negotia explicaturus. Magni Coſmi vitam perſcripſit, rediitque poſt ejus exceſſum in patriam, ubi effœtæ ætatis vitam finivit an. 1587. doctis viris mærentibus; ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Franciſci.

a An. 1561.

XLIX. 49. PAULUS Odeſcalcus Comenſis, doctor, atq; U. S. Ref. Apoſtolicus, Cameræ Auditor ſub Paulo IV. Eccleſiaſticæ ditionis Generalis Viſitator, atque à Pio IV. ad Philippum Regem Hiſpaniarum miſſus Legatus, adeò in eo munere prudenter ſe geſſit, ut uſque ad Pii V. tempora ibidem perſeveraverit, à quo denique revocatus, Pennenſis, atque Hadrienſis Epiſcopus renunciatus eſt an. 1568. 27. Febr. Neapolimque, atque ad omnes Italicos Principes *b* miſſus, ut illos contra inſultantes Turcas armaret, conjungeretque in fœdus. Meſſanæ Chriſtianorum claſſi è portu ſoluturæ benè precatus, quæ deinde in Actiaco contra Selinum luculentam victoriam tulit. Sub Gregorio verò XIII. cum Morono Card. Genuā legatus eſt, ut ejus Reipublicæ civiles ſedaret diſcordias. Romæ deinde è vivis ſublatus, cum prius, hoc eſt an. 1572. Pennenſi, Hadrienſique Eccleſiis nuncium remiſiſſet, ſepultuſque eſt apud S. Hieronymum de Charitate, ut vocant, ubi in nobili ſepulchro, hoc in ejuſdem laudem legitur epitaphium.

b Et Auſtriacos.

JESU CHRISTO Salvatori

Paulus Odeſchaldus Novocomen. utriuſque Sign. Refer. & Decanus, Epiſcopus Pennen. & Hadrien. qui Auditor Generalis Cam. Apoſt. & apud multos Principes Chriſtianos ſæpe Sed. Apoſt. Nuncius, & Gubernator Provinciarum, ac totius Eccleſiaſticæ ditionis Viſitator Generalis, poſt multos pro Rom. Eccl. ſumptos labores, & operam egregie navatam, hic tandem ſub ſpe reſurrectionis quieſcit, cujus anima in benedictione ſit. Vixit ann. 6. menſ. 1. dies tres. Obiit 6. idus Febr. 1585. Petrus Georgius Prothonot. Apoſt. Ludovicus, & Paulus de Odeſcalchis nepotes ex fratribus, Hæredes ex teſtamento poſ. opt. mer.

L 50. JO. BAPTISTA *c* de Benedictis Offidanus Aſculanus, die 5. m. Septemb. 1572. has obtinuit Eccleſias, Pio V. ſedente. Mortuus autem eſt 1591. dum Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraret, ibidemque tumulatus quieſcit. („ *Hic majorem portam, & Pavimentum Cathedralis Pennenſis perpolitis lapidibus exornavit, ædes Epiſcopales decentiores fecit, à Gregorio XIII. quotidianam pro defunctis ad Altare Cathedralis celebrantibus Indulgentiam perpetuò duraturam conſecutus eſt: in Collegiatam erexit Eccleſiam S. Jo. Evangeliſtæ Civitatis Pennenſis. Corpus S. Columbæ Virginis è vertice Montis de Cornu tranſtulit in Eccleſiam Toſſiſiæ ſuæ Diœceſis: cum Abbate S. Joannis à Vulturno lites compoſuit ſuper jure Terræ Cellini concordata alternativa unius anni pro quolibet: tria tenuiſſimi redditus Hoſpitalia in unum reduxit ſub tutela Confraternitatis S. Maximi. Viri odoratus ingenium Sixtus V. Anconitanam urbem ei regendam commiſit, Viſitatoremque Generalem Status Avenionenſis conſtituit.* Luc.)

c Laudatur à Panſa in Gloriis Sixti V. p. 95. Mand.

51. HORATIUS Montanus è Policaſtro *d*, S. Petri Romæ Beneficiatus, à Gregorio XIV. Pont. Max. creatus eſt Epiſcopus an. 1591. d. 20. menſ. Martii; deinde tranſlatus eſt ad Archiepiſcopatum Arelatenſem in Galliis. *e* LI.

d à Roma Gloriola Policaſtrenſis Diœceſis. *e* An. 1599.

52. THOMAS Balbanus Lucenſis earumdem Eccleſiarum Præſul electus 1599. die 10. *f* menſ. Decemb. Deceſſit autem 1621. („ *Synodum habuit, devicitque Abbatem de Pianella prætendentem à jure Epiſcopi ſubtrahere Terras Pianellæ, & Roſciani, & adjacentes Villas. Res ad Rom. Rotam delata decisum fuit ad favorem Epiſcopi. Capitulo univit Collegium Beneficiatorum, eis aſſignando Beneficia & Capellanias ad Collationem Canonicorum.* Luc.) LII.

f 10.

53. SYLVESTER Andreotius item Lucenſis Thomæ ſuffectus eſt ann. 1621. die 17. menſis Martii Gregorio Pont. Max. ejus nominis XV. ſedente. („ *Quo Antiſtite Sac. Congregatio Concilii pro ſingulis Pontificiis ſolennis alternativam decrevit obſervandam apud Hadrienſes, & Pinnenſes, nulla habita ratione mortis Epiſcopi, pro noviter admittendo. Cum Abbas Pianellæ S. R. Rotæ detrectaſſet obedire mandatis, excommunicatione innodatus Sylveſtro perurgente cervicem flexit: novum ſubſtruxit ſeminarium, eique aſſignavit nonnulla Beneficia ſimplicia: quæ loca juris eſſent Pennenſis, quæ Hadrienſis Eccleſiæ ſcripto declaravit: Templum ſolemni ritu dedicavit Capuccinorum Civitatis Pennæ, Synodumque celebravit.* Lucentius.) LIII.

54. *FRANCISCUS Maſſucci electus Pennenſis, & Adrienſis per obitum Andreani die 18. Maii 1648. Exceſſit an. 1656. („ *De eo cum laude meminit Didacus Calcagnius in vita Fr. Bonaventuræ Recinetenſis pag. 2. atque in Memoriis hiſt. Civitatis Recinet. p. 220. Fuit enim Recinetenſis Patria. J. U. D. & in ſacra Theologia eruditus, politioriſque Litteraturæ, atque Poetices cultor.* Mand.) LIV.

* Ex App. t. 7.

* GASPAR Burgus ſucceſſit in defuncti Franciſci locum die 15. Jan. 1657. LV.

* Ex App. tom. 7.

ADDITIO.

(„ *Hic Patria Maceratenſis I. U. D. Canonicatum adjunxit Pennenſi Capitulo ex pia dotatione Pinnenſis Civis: Sacrarium pretioſa auxit ſupellectili, Cathedralis ſubterraneam partem perpolivit, ornavit. Omnium luctu mortem oppetiit 3. Julii 1661. Canonici beneficentiſſimo Paſtori ad tumulum obſequens elogium inſcripſerunt.*

„ EXUPERANTIUS RAFFAELLUS *nobilis Cingulanus J. U. D. ſucceſſit 21. Novemb. 1661. cum antea Avenionenſis Legationis Auditor, aliiſque in muneribus integerrimè ſe geſſiſſet: at cum ſtudiis, itineribus, laboribuſque fractus à 60. in 70. jam vergeret annum, omnibus charus deceſſit 24. Martii 1668. in Cathedrali Pinnenſi locum ſepulturæ excepit.* LVI.

„ JOSEPH *Spinuccius, Firmanus, Juris Civilis in Univerſitate Patria Profeſſor, S. Officii Conſultor, pluribus defunctus guberniis, Card. Aquavivæ Auditor, à Clemente IX. his præficitur Eccleſiis die 14. Maii 1668. Pontificias ædes nobiliores fecit: de ſuo ære perpetuum cenſum inſtituit, unde egenis ægrotantibus in Civitate Pennenſi ſubſidia medicaminum erogarentur: In Terra Laureti Monialium Cœnobium excitavit, atque dotavit. Deceſſit denique ſpectatiſſimus Præſul die 7. Decemb. 1695. & omnium in ſua Cathedrali ſepultus eſt mærore.* LVII.

„ Fr. VINCENTIUS MARIA *de Rubeis Barenſis, Franciſcani Ord. Minor. Convent. Sacræ* LVIII

„ *Theo-*

,,*Theologiæ Magiſter, qui munia Secretarii, & Socii totius Ordinis, Aſſiſtentis Generali, & Provincialis ſuæ Provinciæ Barenſis, nec non Procuratoris Generalis in Romana Curia cum eleganter exegiſſet, ad Eccleſiarum Pennenſis, & Hadrienſis regimen vocatus eſt ætatis anno jam expleto 55. die 23 Julii 1696. Zelo plenus, ægra tamen valetudine, quæ animo conceperat, haud exequi potuit, morte ſublatus ex morbo carbunculi in pede anno 1698. die 10. Junii, terræ commendatus in ſua Cathedrali Pennenſi.*

LIX. ,,FABRITIUS *Maſſas nobilis Montis Peluſii J. U. D. poſt glorioſum curſum laborum, quos exegit ad animarum lucrum cum Proponiſex fuit in Eccleſiis Tranenſi, Marturana, & Montis Peluſii, in cujus etiam interregno Vicarius Capitularis extitit, & ad præſens Archidiaconus eſſet Cathedralis ſuæ Patriæ, ad has Sedes aſſumptus eſt die 19. Decemb. 1698. Non minori animo, viribuſque, quàm ſui deceſſores Clerum, & populum ſibi commiſſum urget, rectè ad percurrendam viam mandatorum Dei.*

PERUSINI
EPISCOPI



PERUSIA Auguſta, antiquiſſimæ originis eſt, unaque ex duodecim Etruriæ principibus Civitatibus, quam hoc tempore in Umbriam plerique reiiciunt, tanquam ejuſdem Provinciæ caput, unde Legatus Apoſtolicus ſubjectis Umbris iuſdicit, in eaque nobilis Academia floret, ubi ad bonas artes, juriſq; prudentiam excoluntur ingenia, cujus exordium, Initiaque varii variè enarratunt. Trogus in Achæos ejus reiicit fundationem. Appianus Tyrrhenos ejuſdem Auctores facit. Cæteri fictitii Beroſi Chaldæi auctoritate ducti, aliorumque antiquiſſimorum Scriptorum, à Noe poſt Diluvium, cum Janus vocaretur, deſcendiſſetque in Italiam, contendunt fuiſſe ædificatam. Hic enim cum ad ſiniſtram Tiberis, in eo loco, quem Umbriam antiqui dixere, duodecim Colonias conſtruxiſſet, ſupra deinde colles Vicum erexit, quem Turreniam Auguſtam, ſive Principalem vocari conſtituit, juſſitque Lucumonas, ſive Pręſides earum Coloniarum, novæ Lunæ ſtatis, certiſque diebus ſe Regem adoraturos deorſum deſcendere; traduntque hujuſmodi Peruſiæ fuiſſe exordium in eo colle, quem jam olim ante caſum Jani priſci Scriptores dixere, poſt diluvium ſcilicet non amplius quam 261. annos. Oſirius deinde è Libya, nobili Ægyptiorum ſuccinctus numero, in Italiam & ipſe advenit, ibique cum ſedem fixiſſet, hoc eſt in ea parte, quæ ſpectat ad Umbros, Peruſiam Civitatem, ad eam portam, quæ ſolis vocatur, adauxit. Tertius Peruſiæ amplificator fuit Saganus Taracôtes Dux Griphoniorum, qui progreſſus è Sebiſia, eam partem extendit, quam Griphoniam appellandam decrevit, nos autem latino vocabulo diceremus Peruſiam. Quartus deinde Cajus Vibius Achaicus, è Peloponneſo in has partes tranſgreſſus, atque à Peruſinis humaniori exceptus hoſpitio, in gratiam Hoſpitum eam partem conſtruxit, quam Achaicam deinde incolæ appellarunt. Quæ poſtrema, ac fortaſſe illuſtrior ad eam Civitatem acceſſio fuit, unde Trogus Pompejus animum induxit, ut crederet, Achæos fũdaſſe Peruſiam, cujus potius amplificatores debuit appellare. Illam deinde Pelaſgi ſubſtructionibus, munimentiſque poſt captam Cortonam mirabiliter illuſtrarunt, & hos quidem nobiles auctores Peruſia habuit antiquitatis ſuæ, domicilium olim Umbrorum, Pelaſgorum deinceps, atque Etruſcorum poſtremò. De cujus antiquitate, potentiaque abundè Livius lib. 9. & 10. Victoribus Romanis bellica preda ceſſit, inque illorum fide, ac poteſtate manſit, donec Rempublicam Civiles diſcordiæ diviſerunt in partes. Etenim cum Triumviratus potentia in unum denique Cæſarem recidiſſet, ejuſdemque arridenti fortunæ invidorum, adverſarumque partium rebellarent plerique, L. Antonius Conſul, M. Antonii Triumviri frater Peruſiam arcem delegit, unde feliciter progredienti Cæſari incommodaret. Cæterùm victor, cum diuturna obſidione, fameque perdomitum Lucium Antonium Conſulem coegiſſet ad deditionem, cæteræ Civitati clementer pepercerat, cum Ceſtius neſcio quis nefarius miles propriis laribus ſubditis facibus, per ventum, qui tunc maxime invaluerat, dilatato incendio, totam Civitatem in ludibrium vecordis Idolatriæ Vulcani templo ſervato, miſerabiliter exuſſit, atque ita Civitas Peruſia, quæ ſuperborum victorum expertura erat clementiam, ſuorum civium, ac propugnatorum non potuit deſugere ſęvitiam. Poſt excidium tamen, cum geminata clementiæ laude, à victore iterũ muris circũdata eſt, cœpitq; habitatoribus frequentari, eo ãbitioſius, quod nova propemodum Civitas de nomine inſtauratoris Auguſta Peruſia appellata eſt. Fortunã deinde, ſive proſperam, ſive adverſam Populi Romani fideliſſimè ſecuta eſt; Donec à Totila ſæviſſimo Gothorum Rege per ſeptenne obſidium capta, atque deleta, longiſſimam ſuſtinuit ſervitutẽ. Narſetes deinde Iuſtiniani Imperatoris fortiſſimus Dux, Peruſiam, armis recuperatam, ſuperatoque Totila, prope Callium, Romani iterum Imperii juriſdictionis effecit. Iterum cum Longobardi, ſæva gens, atque aſpera Italiam invaliſſent, Peruſiam ſuo ſubjugarunt Imperio, donec Carolus Magnus Deſiderio poſtremo illorum Rege in ſervitutem abducto, Italiæ pleraſque Civitates in libertatem aſſeruit. Tunc Peruſia, aliaque Etruſcorum oppida ex largitate Ludovici Pii Caroli Magni filii, in ditionem Romanotum Pontificum ceſſere, hactenuſque ſuave Eccleſiaſticum jugum Peruſini experiuntur, qui ab externis olim, ſuiſque plerumque Civibus conſternatis ad arma crudele ſanè excidium non ſemel perpeſſi fuerant. Pernſia in omni ferè memoria tum pacis, tum belli artibus longè clariſſimos viros produxit, illiuſque Provintiæ, in qua ſita eſt, præcipua numeratur, ſive ſpectet ad Umbros, ut volunt nonnulli, ſive ad Tuſcos, ut placuit Straboni, amœna, fertiliſque, floreque nobilitatis exundans. Illius meminit præter citatos Auctores Ptolomæus Plinius, Florus, Servius, Vellejus Paterculus, Eutropius, Paulus Diaconus, aliique complures. De viris illuſtribus hujus Civitatis primam centuriam edidit Cæſar Alexius Peruſinus, nobiſque viſus eſt ademiſſe laborem nominatim illos cum laude proferendi. Ut ergo ad inſtitutam noſtram narrationem redeamus, Peruſia lumen Evãgelii hauſit S. Britio prædicante, quem S. Petrus Apoſtolorum Princeps, ut Chriſtianæ fidei fines extenderet, legavit ad Umbros. Hic ergo cum, quos in prædicatione habuerat collegas, diverſis Umbriæ Civitatibus attribuiſſet Paſtores, Herculanum nepotem ſuum, ut nonnullis placet, vel certè propiorem affinem, Peruſinis præeſſe decrevit. Hic ille Herculanus eſt, qui ſub Domitiani Imperio, diriſſimaque perſecutione Peruſinam illuſtravit Eccleſiam, proprioque ſanguine conſecravit; ut eleganter, eruditeque oſtendit in ſuo hiſtorico Paradoxo, de origine Peruſinæ Eccleſiæ, ejuſdemque primo Pontifice Felix Ciarrus; convincit enim ineluctabilibus propemodum argumentis, duos fuiſſe ſanctos Herculanos, illius Eccleſiæ Præſules, indeque jam ab Apoſtoli Petri temporibus Peruſiam in fide Chriſti inſtitutam fuiſſe, illiuſque Epiſcopum è ſeptuaginta duobus Romanæ Eccleſiæ ſuffraganeis unum fuiſſe, ut pollicetur ſe clarius oſtenſurum in ſua Peruſina hiſtoria. Fundatamque itaque ab Herculano Chriſtianam fidem Peruſiæ, Conſtantius deinde, Flo-

rentius, Feliciſſimus, Herculanuſque II. qui eidem ſucceſſerant, profuſo ſanguine, conſolidarunt, ac illuſtrarunt. Primam Cathedralem Eccleſiam erexerunt, conſecraruntque D. Petro Apoſtolo; quam deinde Honeſtus Epiſcopus, cum in Abbatiam vertiſſet, Benedictinis Monachis illam attribuit, ſubſtruxeruntque novam Cathedralem in honorem S. Laurentii invictiſſimi Martyris, cujus Canonici à priori Cathedrali tranſlati Regulares fuere ad annum uſq; 1512. quo ſecularizati ſunt à Julio II. ut videbimus.

ADDITIO.

(„ *Peruſina Cathedralis eſt antiqua Gothica, & magnifica ſtructura; eiſque inſerviunt duæ Dignitates „ Archipreſbyter, cujus annuus fructus ad 500. ſcuta, & „ Archidiaconus, cujus fructus ad 400. 15. Canonici capis magnis decorati cum utraque Prabenda & horum „ fructus ad 200. ſcuta, alii Cappellani, pluresque Preſbyteri & Clerici inferiores. Cura animarum inibi non „ exercetur, eſt tamen in ea fons Baptiſmalis, ſed exercetur in Eccleſia S. Andreæ Cathedrali ſubdita & „ filiali. Domus Epiſcopalis ſatis elegans parum diſtat à „ Cathedrali, cui Seminarium adjunctum eſt. In urbe, „ & ſuburbiis 45. numerantur Parochiæ, 52. virorum, „ 19. mulierum ſepta, 20. Laicorum Confraternitates, 5. „ Hoſpitalia, 5. montes Pietatis, nec non 3. Collegia Sapientia vetus, Sapientia Barcolina, & Collegium Oradinum. In urbe fere 20000. Animarum, & in univerſa Diœceſi 40000. circiter vivunt. Coaleſcit Diœceſis „ ex Terris, Oppidis, & Pagis plus minus 170. & in his „ aliqui Regularium Conventus, quorum præcipuus eſt „ Camaldulenſium in Oppido Montis Coronæ. Ex Abbatia S. Petri antiqua olim Cathedrali, nunc celebre „ monachorum Caſinenſium domicilium plurima jura „ variis in Eccleſiis ſparſim per hanc Diœceſim exercentur: unde nonnullæ exortæ ſæpius inter Monachos, „ & Epiſcopum difficultates, quibus diſſolvendis plures „ emanarunt ſententiæ Rom. Curiæ à Margherino editæ „ in Bullario Caſinenſi. Cæterum Epiſcopus avitè cenſum jamdudum excipiebat. Ex literis proceſſus Conſiſtorialis de an. 1659. 4000. ſcutorum ſupputatur, ejuſque taxa flor. 646. ex iis vero, quæ poſtremæ ſunt de „ anno 1669. cenſentur pariter ſcutorum 2200. & taxa „ moderata fl. 613. Luceutius)

Scripſit de Epiſcopis Peruſinis Fulvius Marlottellus, Pompejus Pellinus in Peruſinis Annalibus. De eiſdem etiam ſparſim intexuit Hiſtoriam Peruſinam doctiſſimus Jo: Baptiſta Laurus mihi amiciſſimus, quam, mœrore doctorum hominum, immatura morte præreptus, non edidit; ejus tamen memoriæ debemus quamplurimum, quod ab ipſo multas res ſcitu digniſſimas hauſerimus, unde hæc noſtra, quæ proxime ſequitur, Peruſinorum Epiſcoporum ſeries, locupletior prodiret in lucem.

I. 1. S. HERCULANUS ejus nominis 1. natione Syrus, patria Antiochenus, S. Petri Apoſtoli Alumnus, Britii Umbriæ Apoſtoli, ſive nepos, ſive conſobrinus, in poſtremis Imperatoris Caligulæ temporibus, ſub Conſulatu Juliani in Italiam venit, directuſque à S. Britio, Petro Apoſtolo ita cenſente, ad Umbros, Peruſiæ primus Epiſcopus ordinatus fuit anno 57. ſalutis, ubi cum diutina prædicatione in lucrandis Gentilibus inſudaſſet, atque apud Fabianum Præſidem Domitiani Imperatoris Chriſtianitatis fuiſſet expoſtulatus, perque crudeliſſima, exquiſitaque tormenta Dominum glorificaſſet, demum cum in Amphiteatrum injectus ad beſtias, inde cum ſuis diaconibus evaſiſſet illæſus, lancea tranſfoſſus evolavit in Cœlum circa annum Domini 90. ſub ſæviſſima Domitiani perſecutione. Cujus feſtum, ut Ferrarius narrat, celebratur 7. die Novembris. Martyrologium Romanum ſub hac ipſa die meminit Herculani II. dubitatque Baronius in ſuis ad idem Martyrologium notis, ne ibi ſub eodem nomine duo ſancti Præſules confundantur, ob diverſitatem Scriptorum, Actaque horum SS. Præſulum. Et quidem hactenus res viſa eſt jacuiſſe in tenebris, donec repertus eſt eruditus, & doctus Felix Ciartus Franciſcanus Conventualis, qui in ſuo Paradoxo Hiſtorico cæcutientibus cæteris lucem adferret, oſtenderetque duos Herculanos fuiſſe, cur, quoque tempore, ſub quibus tyrannis, palmam tuliſſent martyrii, demum unde aberrarint Auctores, ut altero ſuppreſſo, unum tantum fuiſſe narrarent. Hujus Herculani Epiſc. Peruſini elogium edidit luculentũ Cæſar Alexius in 1. centuria virorum illuſtrium Peruſinorum, ejuſdemque vitam perſcripſit Ferrarius in catalogo, tametſi citra ordinem, ſicut etiam Jo. Baptiſta Bracceſchius Dominicanus.

2. S. CONSTANTIUS, Peruſinus, *a* ex Albiniana Tribu, quam Barziorum vocabant, nobili parente prognatus, primi Herculani ſanctiſſimi viri II.
a De eo Acta SS. Januarii t. 2. p. 924.
Alumnus, 30. annorum juvenis, ſed ſanctimonia vitæ, ſenſuque canus, defuncto Magiſtro, in Epiſcopatum ſucceſſit, ſecunduſque ſacrorum Antiſtes Peruſiæ fuit, quam ſibi concreditam ad multos annos rexit Eccleſiam, ſuaque prædicatione, vita, exemplis, ingentibuſque patratis miraculis propemodum gentilitatem evertit. Deinde cum juſſu L. Ceonii Commodi Veri Conſulis conjectus fuiſſet in carcerem, variiſque tormentis tentatus, indeque cum ſuis Diſcipulis divinitus liberatus iterum ad certamen vocatus Aſſiſium ad dicendum cauſam iſſet ad Cæſarem, ſuique cuſtodes milites convertiſſet ad Chriſtum, demum extra Fulginatenſem portam pœna capitis punitus, evolavit ad ſuperos circa annum Domini 145. 29. Januarii Inhumatum S. Martyris corpus, Livianus Fulginas, vir ſanctimonia vitæ clarus, admonitu Angeli Peruſiam deportavit, extraque ejus Civitatis muros ſepelivit. Ubi poſtea anno 1205. *b* Alexius presbyter in ejuſdem Martyris honorem templum exſtruxit. Conſtantii meminit Romanum Martyrologium die 29. menſis Januarii, Ferrarius, Cæſar Alexius, aliique complures, qui tamen tempora videntur invertere. Quamobrem Felicis Ciatti nobis magis arridet opinio, quam tamquam vero propiorem ſequimur.
b An. 1202

3. S. FLORENTIUS, qui in Deciana perſecutione anno 253. cum Juliano, Cyriaco, Marcellino, ac Fauſtino, quod Chriſtiani nominis cenſeretur, capite plexus eſt ac projectus in Tiberim, à nonnullis Scriptoribus in Peruſinorum Epiſcoporum numerum refertur, cujus feſtum 1. die ineuntis Junii celebratur, ejuſdemque in Martyrologio Romano mentio habetur die 5. menſis Julii. Ubi tamen haud memoratur fuiſſe Epiſcopum, neque ex actibus ejuſdem ſancti, quos refert Ferrarius è M.SS. monumentis Peruſinæ Eccleſiæ; quin expreſsè legitur horum glorioſorum Martyrum ab Exuperantio reperta corpora, Decentium Peruſinum Epiſcopum prope Pagum Funeſtum, cui hodie S. Mariæ indidere cognomen, ſepeliri juſſiſſe, ubi paulo ante fuerant decollati, poſteaque transferri Peruſiam in templo eorum nomini conſecrato collocanda. Itaque ſi Decentius Peruſinam regebat Eccleſiam, cum poſt 4. tantum dies ab ipſorum cæde, illorum corpora Exuperantius repererit; liquido patet per idem tempus haud potuiſſe Peruſinis Florentium præeſſe. Nec dici poteſt ſtatim poſt mortem Florentii Decentium ſucceſſiſſe; ſiquidem turbulenta illa tempora non videbantur admittere tam ſedula in eligendis Præſulibus conſilia. Igitur ſi quis Florentius aliquando præfuit Peruſinis, à noſtro hunc diverſum fuiſſe oportet, qui aliis temporibus Peruſinam Eccleſiam adminiſtraverit.

4. DECENTIUS, anno 253. Cujus mentio habetur in actibus S. Florentii, & Sociorum martyrum. III.

5. JULIANUS, ex Archidiacono Epiſcopus effectus eſt anno 304. IV.

6. MAXIMILIANUS *c*, anno 499. Conciliis Romæ celebratis interfuit ſub Symmacho Papa. V.
c Al. Maximianus.

7. HERCULANUS ejus nominis II. natione Theuthonus, profeſſione autem Regularis Canonicus S. Petri Peruſiæ, ſanctimonia vitæ præclarus, reluctans ad Peruſinum Epiſcopatum aſſumptus eſt an. 534. primumque Herculanum ſuum anteceſſorem imitans, mirabili dexteritate, pietateque Peruſinam Eccleſiam gubernavit. Cæterùm, cum deinde per ſeptenne menſium obſidium Totila immaniſſimus Rex Gothorum Peruſiam fame, miſeriiſque perdomitam, cepiſſet, præter cæteram cædem, ſtragemque Civium, VI.

ei Con-

Herculanum etiam ſanctiſſimum Præſulem capite
truncavit, ut Magnus Gregorius ſcribit Dialog. lib.
3. cap. 24. cujus poſt 40 dies repertum corpus detrun-
catæ cervici ita inhæſerat, ac ſi nulla unquam ferri
injuria fuiſſet abſciſſum. Illatum deinde eſt in Eccle-
ſiam S. Petri, indeque in novam Cathedralem trans-
latum. Incidit ejus martyrium in annum 17. Juſtinia-
ni Imperatoris, ut ejuſdem vitæ acta produnt, quam
Mombritius tom. 2. perſcripſit, qui conditæ ſalutis
fuit 544. Sigebertus hoc ipſo anno in Chron. meminit
Herculani. Marianus autem Scotus illum vult flo-
ruiſſe anno 561. alii recentiores, anno 546. alii anno
550. Extat ejuſdem mentio apud Martyrologium Ro-
manum die 7. menſis Novembris Ferrarius autem e-
juſdem meminit prima die Martii. Trithemius lib. 3.
c. 14. de viris Illuſtr. S. Benedicti, affirmat S. Benedicti
ordinis illum fuiſſe, quem Conſtantinus Cajetanus
petulanter ſequitur in ſuis m. SS. concertationibus ſa-
cris; contra quem Gabriel Pennottus in ſua Triparti-
ta Hiſtoria lib. 2. c. 19 ſcribit, aſſerens illum fuiſſe Re-
gularem Canonicum. Ego ſi liberè dicendum eſt, Pe-
notto ſubſcribo. Arbitror enim, Herculanum ex illis
antiquis clericis fuiſſe, qui ante S. Benedictum regu-
larem vitam excoluerunt. Conſtat enim Monaſte-
rium S. Petri de Peruſia Benedictinis Mooachis at-
tributum fuiſſe circa annum 980. cui olim antea, ex
teſtimonio Magni Gregorii Herculanus regularem
vitam profeſſus fuerat. Hujus etiam ſancti vitam e-
narravit Bracceſchius, doctorque Ludovicus Jacobil-
lus in lib. Sanctorum Umbriæ, qui nondum lucem aſ-
pexit, aliique.

VII. 8. JOANNES S. Herculano ſucceſſit. Hujus
mentio habetur in lib. de Pontificibus Romanis ſub
Vigilio Papa. Hic ille Joannes Epiſcopus Peruſinus
eſt, qui cum forte Romæ commoraretur, poſt Vigilii
Pontificis exceſſum anno 555. abeſſentque à Curia
Oſtienſis, ac Velitren. Epiſcopi, ſeptemque alii, ad
quos novi Pontificis conſecratio pertinebat, Pelagi-
um novum Pontificem cum Bono Ferentino Epiſco-
po, Andreaque presbytero Oſtienſi, tamquam Roma-
næ Eccleſiæ ſuffraganeus, non verò cui incumberet
ex officio, Pelagium inquam in Pontificem ordinavit.
Narrat hoc ipſum Bibliothecarius in vita Pelagii
ſummi Pontificis.

VIII. 9 HABENTIUS Epiſcopus Peruſinus anno
Domini 576. S. Floridi Epiſcopi Tiphernatis corpus
ſepelivit, ut habetur ex vita ejuſdem ſancti. Poſt ex-
ceſſum Habentii, cum Peruſinum Clerum ebulliens
ſeditio diſtraxiſſet, illius Eccleſiæ aliquandiu ſedes
vacuvit, ut ex epiſtolis S. Gregorii Papæ colligitur.

IX. 10. VENANTIUM ſucceſſorem habuit Haben-
tius circa annum 593. ad quem conſtat litteras dediſſe
Magnus Gregorius lib. 10. e. 54. idemque eodem ann.
Lateranenſi Concilio interfuit.

X. 11. LAURENTIUS ano. 648a. interfuit Roma-
a 649. no Concilio, quod contra Monothelitas Martinus
Papa coegerat.

XI. 12. BENEDICTUS, ſeu Benenatus, vel Benve-
nutus ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ ſubſcripſit
ſub Agathone Pontifice anno 680.

XII. 13. S. ASCLEPIADORUS, eiuſdemque Civi-
tatis Patritius, floruit anno 700. cujus vitam, præcla-
raque geſta invidioſa voravit vetuſtas. Illud conſtat
à Theodorico Metenſi Epiſcopo an. 971. illius corpus
in Gallias fuiſſe translatum, ex largitate Othonis
Imperatoris. Hujus ſanctiſſimi Epiſcopi elogium ſcri-
pſit Cæſar Alexius, tametſi erret, cum illum concedit
Metenſem fuiſſe Epiſcopum, ex eo fortaſſe deceptus,
quod in Metenſem Civitatem, Lotharingiæ confi-
nio attiguam, olim fuiſſet illatus.

XIII. 14. GAUDENTIUS, ſive Audentius, an. 743.
Romano Conc. interfuit, apud Baron. Poſt quem, S.
Feliciſſimum, tamquam Peruſinum Epiſcopum non-
nulli reponunt; ſed Romanum Martyrologium, quod
illius meminit, ſub die 24 menſis Novembris, non
narrat illum Epiſcopum fuiſſe, ſed ſimpliciter Mar-
tyrem appellat; Galeſinus autem tantùm Confeſſo-
rem. Quamobrem relinquo in medio, ut quiſque quod
ſibi magis collibuerit, credat. Ipſe interim haud auſim
A illum inter Peruſinos Epiſcopos connumerare, niſi
planior mihi conjectura occurrat.

15. EPIPHANIUS Peruſinus Epiſcopus Roma- XIV
no Concilio interfuit anno 761. ſub Paulo I. Pont.

16. THEODORICUS inter Patres Romani XV
Concilii ſub Eugenio II. numeratur anno 826.

17. BENEDICTUS vixit anno 853. apud Ciat- XVI
tum lib. 8. p. 4. hiſtor. Peruſin. idem reperitur Concilio
Romano interſuiſſe anno 879.

18. DEOBALDUS donationem quandam fa- XVII
ctam à Theodoro Epiſcopo Firmano monaſterio S.
Crucis ſubſcripſit anno 887.

19. ROGERIUS anno 936. tranſtulit corpus S. XVIII
Herculani II. ex antiqua S. Petri Eccleſia extra Mu-
ros, in D. Stephani templum; ſanctoque Laurentio
Martyri templum erexit, inque Cathedralem inſti-
tuit, transtulitque Canonicos Regulares à veteri in
hanc novam Cathedralem Eccleſiam, qui ſecundum
S. Auguſtini regulam vixerunt ad an. uſque 1512. quo
à Iulio II. fuerunt ſecularizati, ut videbimus infra.

B 20. HONESTUS anno 965. Eccleſiam S. Petri XX
Peruſiæ olim Cathedralem Monachis Benedictinis
attribuit, novamque Cathedralem à Rogerio ſuo an-
teceſſore erectam conſecravit. („ *Interfuit etiam*
„*Concil. Raven. an 967.*)

21. JOANNES Conſtitutionibus Othonis Impe- XIX.
ratoris reperitur ſubſcriptus anno 964. b Defunctus b Hic Honeſtus anteponendus.
paulo poſt.

22. *CONON à Sylveſtro II. Papa conſecratus XXI
eſt Peruſinus Epiſc. ann. 999. quo Conc. Romano in- * Ex App. t. 9.
terfuit, aliæque item Synodo Romanæ ſub eodem
Sylveſtro congregatæ adfuit an. 1002 b. in qua accuſa- b & 1015.
tus quod Monaſterio S. Petri de Peruſio moleſtias in-
ferret, veniam petiit, omneque jus, quod habere præ-
tendebat, liberè Pontifici Maximo reſutavit. Char-
tam adiicere hic non pigebit ex tabulario ejuſdem
monaſterii in capſula privilegiorum num. 3. quæ ſic
orditur.

*Quæcumque lites judiciali calculo definiuntur, opti-
mum eſt ut ſcripturis officio commendentur, ne protractu*
C *temporum oblivioni ſuccumbāt, & recidivo ortu præteri-
tum errorem incipiant. Præſidente itaque D. Sylveſtro
II. Romanæ Sedis Pontifice in Synodo habita in Palatio
Sacroſancto Lateranenſi anno IV. ordinationis ſuæ, men-
ſis Decembris die 3. Ind. 1. Adſtitit Petrus Secundarius
ejuſdem ſacri Palatii, & coram univerſa Synodo hunc
protulit ſermonem dicens. D. Papa, hic Abbas tuus de
Peruſia queritur adverſus Cononem Peruſinum Epiſco-
pum, qui armata manu ſuorum ſatellitum deſub Altare
Monaſterii tui, cujus ipſe regimen tenet, abſtractus fuerit
& extractus de Eccleſiæ januis, & Fratrum Clauſtris,
omnia, quæ ibi inventa ſunt ad utilitatem Fratrum, dire-
ptioni conceſſerint, de quibus partem habere noſcitur E-
piſcopus; quoniam eiſdem ſacrilegis communicat Epiſ-
copus, ejuſdemque criminis nequaquam creditur alienus.
Ad quem præſens reſpondit Epiſcopus. Paratus ſum me
expurgare ſecūdum iſtorum meorum Fratrum judicium;
quoniam neque mea præceptione, neque mea voluntate id
factum fuerit, & ſi Abbas de aliquo mihi proclamaret,
ut ad ſatisfactionem illum cogerem, aut ſi non poſſem, me-*
D *am gratiam cum omni beneficio ſibi defenderem. Sed o-
mnium Pontificum Pater miſericordiam tuam & totius
Conventus præſentis exoro, ut nullum mihi hodie præju-
dicium fiat. Tu mihi Eccleſiam Peruſinam cuſtodien-
dam commiſiſti, & ut ego neque illam imminuerem, ne-
que imminui conſentirem, me feciſti jurare. Monaſte-
rium illud, quod iſte Abbas tenet, ad meum Epiſcopatum
propriè pertinet, & nulli alteri juri ſubjacebit; ſi lex in-
de fieret, veſter Apoſtolatus nullam ſpecialitatem in eo
haberet. Cui Reverendus Papa ſubjunxit. Ego Monaſte-
rium Eccleſiæ tuæ noquo ſubtraxi, neque ſubducere feci:
ſub jure, & dominio eccleſiæ noſtræ illud inveni, et ita poſ-
ſeſſum uſque nunc tenui. Veniant privilegia noſtrorum an-
teceſſorum Paparum, & his perlectis cenſeant fratres
Coepiſcopi, quæ ſit æquitatis rectitudo. Prolatis ergo in
medium privilegiis Joannis ſcilicet Papæ, atque Gregorii
ejus prædeceſſorum, ac coram omni Synodo perlectis, ait
Epiſcopus, privilegia hæc non reprobo: ſed ſine conſenſu
anteceſſoris mei, cujus temporibus illud prius privile-*

gium factum eſt, factum fuiſſe dico: ſi ſolum viderem conſenſum, haberem inde æternum ſilentium. Cui è contra omnis Clerus S.R.Eccleſiæ ait: Vidimus omnes epiſtolam Anteceſſoris tui, in qua & conſenſus erat, & precibus, ut hoc fieret, Epiſcopus obnixè poſtulat, cujus rei teſtes ſumus, & ſecundum Canonicam ſanctionem verum fuiſſe comprobamus. Oblatis denique Evangeliis, & clericis jurare paratis, Epiſcopi hanc dederunt ſententiam, ut aut Epiſcopus teſtimonia illa reciperet, & pœnam privilegii perſolveret, aut Monaſterium illud refutaret. Epiſcopus autem prædictus Conon S. Peruſinæ Eccleſiæ, Monaſterium illud prænominatum S. Petri non longè à Peruſina civitate conſtitutum cum omnibus ad idem Monaſterium pertinentibus, & in præfatis privilegiis titulatis, D. ſuo Sylveſtro Papæ refutavit, & præfato Abbati pacis oſculum attribuit, atque eum ſe adjuturum deinceps promiſit. Poſt hæc autem idem Reverendiſſimus Papa hoc cum Romanis Judicibus decrevit, ut quicunque Peruſinæ Eccleſiæ Epiſcopus hanc definitam litem removere contra hunc Abbatem, vel ſuos ſucceſſores tentaverit, 10. libras puriſſimi auri Lateranenſi Palatio componat. Hæc definitio in æternum valitura permaneat.

Cononis memoria extat ad annum uſque 1015. crediturque obiiſſe an. 1031.

XXII. 23. ANDREAS creatus anno 1032. Leoni Archipresbytero, Vidonique Archidiacono, cæteriſque S.Laurentii Canonicis quædam Latifundia, ad regularem refectionem quotidianam dono dedit; idem interfuit conſecrationi S. Floridi Tiphernatis ab illius Eccleſiæ Epiſcopo exoratus. * Idem Andreas anno 1036. in Rom. Synodo Præſidente Benedicto IX. confeſſus eſt nullum ius habere in Monaſterium ſupra relatum S.Petri, ſi quod ullum teneret in manibus ejuſdem Pontificis liberè relaxavit, de qua re ejuſdem Synodi fragmentum, quod aſſervatur in tabulario ejuſdem Monaſterii, capſula privilegiorum num. 5. hæc refert.

* Ex App. tom. 9.

Notum ſit omnibus præſentibus, ac futuris, qualiter Andreas Epiſcopus S. Peruſinæ Eccleſiæ refutavit Domno Benedicto IX. Papæ conſecratori ſuo Monaſterium videlicet S.Petri, quod ſitum foris murum ſupradictæ civitatis & aliud Monaſterium, ſcilicet S. Salvatoris, & Monaſterium S. Mariæ in Valle de Ponte, nimirum cum omnibus proprietatibus, atque pertinentiis eorum, adſtantes ibidem Dominicus Epiſcopus Lavicanenſis, Robertus Epiſcopus Signenſis, Vgo Epiſcopus Aſſinenſis, Vgo Abbas Farfenſis, Bartholomæus Abbas Græcus, Ioannes Abbas S.Montani, Vgo Diaconus S. Romanæ Eccleſiæ, Creſcentius Diaconus eiuſdem Eccleſiæ, Leo Subdiaconus, Benedictus Præſbyter Cardinalis, Sergius ſcriniarius, quin etiam cuncta, quæ ſuperius prælibata ſunt, proprio ore per ſacramenta ſanctorum Evangeliorum conſervare profeſſus eſt, adjudicante illi ſacramentũ Gregorio germano prædicti Papæ. Poſtea vero denominatus Epiſcopus ſe jactando, atque iniuriam faciendo in quodam Archipresbytero S. Conſtantii ſupradicti Monaſterii S. Petri, oſtendit ſe cauſare monaſterium, atque ad ſuum jus intromittere. Tunc venerab. Abbas Bonizo venit ad ſynodale Concilium, indicavit hoc iam prælibato Papæ. Ipſe vero Benedictus Summus Apoſtolicus ſciſcitavit eundem Andreã Epiſcopum, ſi aliquo modo cauſaret ſupradictum monaſterium; ipſe enim nulla ratione eum cauſare profeſſus eſt, atque iterum refutavit coram Domno B. Papa, necnon & eorum cunctis Epiſcopis, atque Abbatibus, quorum nomina inferius adnotare curavimus. Petrus Epiſcopus S. Rufinæ, patronus eiuſdem Monaſterii, Teudaldus Albanenſis Epiſcopus, Petrus Oſtienſis Epiſcopus, Ioannes Portuenſis Epiſcopus, Ioannes Epiſcopus Præneſtinenſis, Leo Epiſcopus Belletrenſis, Munaldus Ariminenſis, Petrus Caſtellenſis, Teudaldus Epiſcopus Ogubinenſis, Adam Foroſumbronenſis, Tedericus Orbinenſis, Arduinus Monfeltrenſis, Oneſtus Forumpopulonenſis, Adalbertus Senenſis, Vgo Farenſis, Vgo Aſiſenatenſis, Azo Centumcellenſis, Albertus Caſtranenſis, Ioannes Lucanenſis, Atto Florenenſis, Iacobus Feſulanus, Henricus Populonienſis, Iohannes Suanenſis, Leo Orbitenſis, Gotsfredus Volaterrenſis, Vuido Piſtorienſis, Vuido Cluſinenſis, Creſcentius Roſellenſis, Iohannes Terracinenſis, Stephanus Secenſis, Iohannes Pipernenſis, Girardus Berolenſis, Landovinus Orsenſis, Creſcentius Fallarenſis, Iohannes Cardinalis, Benev. Archidiaconus, cum aliis equidem S. Romanæ eccleſiæ Diaconibus, Gregorius Abbas S. Sabæ, Titius Abbas S. Pauli, Frãciſcus Abbas S. Laurentii, Benedictus Abbas S. Petri à vinculis, Creſcentius S. Sylveſtri, Martinus Abbas de Farneto, & aliorum diverſorum ordinum nomina, quæ perlonga ſunt ad narrandum, &c. Hoc factum eſt in præſentia ſupradicti Benedicti Papæ, temporibus Domini Chonradi Imperatoris IV. Nonas Novemb. Ind. V.

24. LEO Eugubinus, ex Archipresbyt. Cathedralis electus fuit anno 1048. interfuitque Romano Concilio. (1) XXIII

25. * OTTCHARIUS Peruſinus interfuit canonizationi SS. Epiſcoporum Hercardi, & Vulfardi Ratisbonenſium Epiſcoporum à Leone IX. factæ anno 1052. ex Actis eiuſdem, ubi ponitur inter præſentes Patriarchas & Epiſcopos, qui interfuerunt, Ottcharius Epiſcopus Peruſinus. XXIV

* Ex App. t. 9.

26. GOTHIFREDUS, patria Florentinus, Epiſcopus Peruſinus. Hic cum aliquando Florentiæ moraretur, ad ſui animæ parentis Ioannis, Albertique fratris expiationem, Latifundia Abbatiæ Poſſiniani propè Florentiam dono dedit ann. 1059. cuius donationis diploma in Archivio memoratæ Abbatiæ aſſervatur propè civitatem Florentiam. Idem Gothifredus reperitur ſubſcriptus in quadam donatione Raynerii Epiſcopi Florentini, in favorem Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ an. 1073. 5. Kal. Decemb. anno 1071. die 1. Octobris interfuerat conſecrationi Eccleſiæ Caſinenſis. Anno vero 1084. ſic in donatione Raynerii ſupramemorati Epiſcopi Florentini ſe ſubſcripſit, *Ego Gothifredus Eccleſiæ S. Florentinæ Canonicus, & indignus Peruſinus Epiſcopus huic decreto propria manu ſubſcripſi.* donationis diploma habetur infra lib. 2. in Epiſcopis Florentinis. XXV.

27. PETRUS, cuius mentio extat in reg. Gregorio VII. lib. 2. ep. 17. apud Binium tom. 3. Concil. p. 2. XXVI

28. JANUARIUS, anno 1120. qui fato functus eſt 1126. eidemq; ſuffectus eſt Vbaldus Eugubinus, qui ne Epiſcopale cogeretur ſubire onus, receſſit in ſolitudinem, ibidemque tandiu latuit, donec iterum Pontificis cogente Imperio, ad Eugubinum patriæ ſuæ Epiſcopatum aſcendit. XXVII.

29. RODULPHUS Armannus (ut nonnulli referunt) quam gentem, hoc tempore, de la Staffa vulgo appellant, Peruſiæ patriæ ſuæ Epiſcopus adlectus eſt ann. 1127. Qui dum Vbaldus Eugubinus Epiſcopus, Eccleſiam SS. Orfiti, & Benedicti Cantiani, Diœceſis Eugubinæ, conſecraret, interfuit. E vivis autem Rodulphus exemptus eſt anno 1140. Hic Alphonſus Ceccarellus ægri capitis videtur ſomnia afferre, dum hunc Rodulphum Paſchalis II. aſſerit fuiſſe Cardinalem. Ceccarellum ſat fuerit, ſub Gregorio XIII. Pont. Max. perverſæ hiſtoriæ capitis luiſſe pœnas. Quominus jam mortalea illum maledictis exagitent, memores ſortis humanæ, propriæque imbecillitatis, quæ nullum non ſcelus admittit, ubi ſemel cæcam rationem depravati ſenſus abducant. In Ceccarellum cenſuram ſcripſit, ediditq; eruditus noſter Leo Allatius. XXVIII.

30. ANDREAS electus fuit anno 1140. quo anno Eccleſiam S. Floridi Epiſcopi Tiphernatis conſecravit, ut eius acta referunt. XXIX

31. JOANNES doctrina percelebris, ex Archipresbytero Cathedralis, Epiſcopus adlectus eſt anno 1146. XXX.

32. RODULPHUS electus eſt 1154. Archipreſbytero, Canoniciſque Cathedralis indulſit, ut eligere poſſent cuſtodes reliquiarum S. Herculani, atque ab Friderico Imperatore ampliſſimum impetravit privilegium in ſuæ Eccleſiæ favorem; quod deinde Alexander III. Pont. Max. ratum habuit. XXXI

33. VIVIANUS Concilio Laterano interfuit ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. illo Epiſcopo ſedente, Alexius presbyter Peruſinus S. Conſtantii, XXXII.

ac

(1) In interregno Victoris Papæ II. Fridericus Abbas Caſini, & S.R.E. Presb. Card. Populo, & Clero Rom. quinque digniores propoſuit, ex quibus deſumeretur Victoris ſucceſſor; in his Peruſinum Epiſcopum nominavit, quem hunc Leonem fuiſſe opinor an. 1057. ut ex Chron. Caſinen. l. 2. c. 99. Leone.

ac Liviani reliquias condendas curavit 1205. hoc eodem Epiſcopo annuente. Adſuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana 1197.

XXXIII. 34. JOANNES Epiſcopus Furconienſis, è Comitum nobiliſſima gente Romanus, Innocentii III. Pont. Max. propior affinis, ab eodem Pont. ad hanc Peruſinam Eccleſiam translatus an. 1208 Hinc montis Coronæ monachorum Eccleſiam conſecravit an. 1210. ejuſdemque conceſſu, monaſterium S. Mariæ de Monte Cardinalis Vgolinus, qui poſtea ſummus Pōtifex renunciatus Gregorius IX. fuit, erexit, atq; de ejuſdem licentia, S. Franciſcus ſuis alumnis, ſubſtruxit monaſterium, ſex milliariis à Peruſina Civitate procul, anno 1218. Hic unus fuit ex illis ſeptem Epiſcopis, qui indulgentiam illam divinitus conceſſam S. Mariæ de Portiuncula divulgavit, D. Franciſco dum viveret in paucis charus, atq; familiaris. Deceſſit autem 1231. Conſule noſtrum Waddingum 1. tom. Ann. Fratrum Minorum.

XXXIV. 35. SALVUS de Salvis Peruſinus,*a* vir doctrina, moribuſque præclarus, ſuæ Patriæ electus Epiſcopus fuit anno 1231. In anno I. hujus Epiſcopatus Eccleſia S. Stephani inſtaurata eſt, ſanctoque Dominico conſecrata, attributaque eiuſdem ſancti alumnis, deducentibus B. Nicolao Ravennate, fratreq; Chriſtiano Hermanno Peruſino S. Dominici diſcipulis. In qua olim Eccleſia Gregorius IX. S. Eliſabetham Pannoniorum Reginam in ſanctorum numerum retulit anno 1234. Salvus autem Epiſcopus deceſſit anno 1244.

a De quo Ughelus in Athen. Aug. Mandoſ.

XXXV. 36. BENEDICTUS vel Beneauditus Peruſinus, Salvo defuncto ſucceſſit an. 1244. clauſit autem diem poſtremum 1246 *b*

b 1248.

XXXVI. 37. FRIGERIUS autem Peruſinus *c* Benedicto ſuffectus eſt, anno 1246. *c* ab Innocentio IV. ad hanc ſedem translatus à Cluſina Eccleſia, cum prius à Capitulo Peruſino electus fuiſſet. Extat ejuſdem Pontificis Epiſtola ad Archipresbyterum, & Capitulum Peruſinum 5. Id. Maii. Pontif. 5. & ad eundem translatum, & confirmatum in Epiſcopum Peruſinum ep. 975. & 976. reg. Vat. Frigerius dicto anno tranſtulit corpus S. Herculani II. è S. Dominici templo in novam D. Laurentio ſacram Cathedralem, illudq; ſub majori Altari decentiſſimè condidit; eodemque anno Eccleſiam S. Matthæi Fratribus Franciſcanis attribuit, ita domibus, hortiſque vallatam, ut ibidem deinde potuerint templum, Monaſteriumq; in honorem S. Franciſci decenter conſtruere: eiſdemque Franciſcanis deinde poteſtatem fecit alterum ædificandi monaſterium in Peruſina diœceſi; extraque portam Eburneam locum conceſſit Servitis, ubi conſtruerent monaſterium. Cum Epiſcopis Florentino, Aretino, Tuſculano, Aſſiſinati, Tifernati, Vrbinatique conſecrationi Eccleſiæ Auerniæ interfuit, inq; Coccaranum ſuæ diœceſis Sylveſtrinos monachos introduxit, ſanctique Angeli locum Eremitanis S. Auguſtini Fratribus aſſignavit; ejuſdemq; temporibus Ioannes Anglus ex Ordine Ciſtercienſi Card. Portuenſis, S. Iulianæ nobile monaſterium erexit, ubi ſui ordinis moniales opus Divinum urgerent. Denique fuit Frigerius ingentium meritorum Antiſtes, qui tot religioſorum ordinum familias benigniſſimè aluit, illiſq; domicilia præſtitit, quamobrem cum deceſſit, Peruſinis omnibus incredibilem mærorem peperiſſe narratur anno 1254.

c De hoc item Oldoinus loco cit. Mandoſ. d 1248.

XXXVII. 38. BERNARDUS Carius, ex Canonico Aſſiſinenſi Frigerio ſuffectus ann. 1254. cui Innocentius IV. ſcribit, ut munus conſecrationis ſuſcipiant, Datum Neapol. 3. Kal. Januarii anno 12. Ep. 12. f. 3. Hic ad majorem Dei cultum Canonicorum numerum adauxit, auctorque fuit, ut Civitas legatos mitteret ad Joannem XXI. Pontificem, B. Bevegnatis Peruſini canonizationem exoraturos, cui interim prope Peruſiam templum ædificandum curavit. Hujus Epiſcopi temporibus, Martinus IV. Pont. Max. ampliavit, decoravitque templum, monaſteriumque S. Mariæ Montis Lucis Peruſiæ anno 1284. inſecutoque anno Martinus diem clauſit poſtremum, inq; Cathedrali ſepultus eſt. Deceſſit autem Bernardus anno 1287.

A XXXVIII. 39. JOANNES è Romana Campania Aquilejenſis Archidiaconus à Nicolao IV. 15. Kalen. Maii anno Pontif. 1. Chriſti verò 1288. Epiſcopus Peruſinus effectus eſt; nam defuncto Bernardo Honorio IV. ſedente, Capituli pars Libriacum Archidiaconum eiuſdem Eccleſiæ delegit, altera vero pars Raynerium Abbatem S. Petri poſtulavit. Nicolaus Honorii ſucceſſor, utriuſque caſſata electione, hunc de plenitudine poteſtatis delegit, ex reg. vatic. ep. 20. f. 6. Dum hic ſederet, publica Academia Peruſina aperta eſt, ut inde bonarum artium ſtudioſi ſapientiæ fontes haurirent: quod ut facilius, feliciuſque aſſequeretur, tum Pontifices, tum Cæſares, in novum Gymnaſium multa certatim contulere decora, Deceſſit autem Joannes anno 1290.

XXXIX. 40. BULGARUS Montemellinius Peruſinus, ex Priore S. Joannis de Mortano, ejuſdem Civitatis Epiſcopus adlectus eſt an. 1290. 4. id. Januarii à Nicolao IV. cum Raynerius Abbas S. Petri iterum à Capitulo poſtulatus, aſſenſum præſtare noluiſſet, ex

B reg. vatic. ep. 630. f. 127. Hic templa SS. Laurentii, atque Dominici munificè reparavit, Carmelitaſque Fratres S. Simonis templo ad portam Solis excepit. Deceſſit autem ann. 1312.

XL. 41. Fr. FRANCISCUS Poggius *e* Lucenſis ex Ordine Prædicatorum aſſumptus fuit ad Epiſcopatū Peruſinum an. 1312. 8. id. Maii à Clemente V. ſucceſſit Bulgaro, cedentibuſq; Beninvenga Canonico, & Guidone de Rayſio Achid. Bonon. litterarum Apolic. contradictarum Auditori, à Capitulo in partes diviſo, electis. Ex reg. vatic. ep. 589. fol. 124. ann. 7. Hic Commiſſarii munere functus eſt, dum de B. Clara à Montefalco, in SS. numerum referenda ſeriò peragerentur per teſtes, corpuſque B. Conradi ex Offida tranſtulit in Peruſiam, inque Franciſcano templo decentiſſimè condidit: ſolemnes precationes indixit in pervigilio S. Conſtantii, aliorumque ſanctorum, deque ejuſdem auctoritate anno 1320. novum S. Dominico ſacrum templum erectum eſt, Fratreſq; Servitas, qui hactenus extra Eburneam portam Divinū

C penſum perſolverant, juſſit ad templum Jovis Peruſiam demigrare. Cæterùm meritis plenus deceſſit an. 1331. 16. Novembris Peruſii, ubi & ſepultus fuit. * in Eccleſia S. Dominici, ubi legitur epitaphium.

e Laudatur à Fontana de Rom. Prov. p. 124. Mand.

Aſpice Luca parens prolem ſub tegmine plora,
Et tu Peruſium tumulum Paſtoris honora,
Alma & Dominica Planta ſua ſemina rora,
Franciſcus vivat regnis cœleſtibus, ora.

* Ex App. tom. 7.

Archangelus Gianius in Annalib. Servorum quēdam fratrem Robertum eius Ordinis Theologum, Clemente V. anno 1315. Epiſcopum Peruſinum adlectum fuiſſe narrat, quamquam ab orbita veritatis deflectat; nam ut vidimus, ex reg. Vatic. Franciſcus Poggius, poſt Bulgarum ad inſulam Peruſinam à Clemente V. anno 1312. vocatus, Ordinis Prædicatorum cucullatus fuit, qui ad annum uſque 1330. eam rexit Eccleſiam, eoque defuncto, Hugolinus ſucceſſit, poſt hunc cæteri, qui ſequuntur, ex citatis Regeſtis irrefragabilis auctoritatis monumentis.

D XLI. 42. Fr. HUGOLINUS de monte Vibiano Eugubinus, *f* quem alii de Vibiis, patriaque Peruſinum perperam appellant, Abbas S. Petri de Peruſia Ordinis S. Benedicti, à Joanne XXII. electus fuit Epiſcopus anno 1331. Ut in Regiſtro vatic. habetur. Urbem ſolemniter ingreſſus 25. Aprilis anni ſequentis, conſecratus die 19. Maii. Juriſprudentia valuit, legemque Canonicam commentariis illuſtravit. Peruſinam autem rexit Eccleſiam uſque ad annum 1337. in quo exceſſit è vita, die 7. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Petri, in Vibiorum ſacello. In publicis tabulis Peruſinorum Epiſcoporum, duo reperiuntur Hugolini, alter de Gabrieliis Eugubinus, alter de Vibiis Peruſinus, uterque autem Abbas S. Petri de Peruſia, Ordinis Benedictini. Cæterùm ex Vat. regiſtro unus tantum Hugolinus eſt, qui Peruſinam rexit Eccleſiam, poſt exceſſum Franciſci, vixitque uſq; ad annum 1337. Obiit die 7. Octobris, ac ſequenti die in Eccleſia S. Petri, ubi olim Abbas fuerat, tumulatur.

f Vide de eo Oldoinum in Athen. Aug. Mand.

XLII 43. FRANCISCUS Gratianus Gratia Dei filius, Peruſinus, *a* ex Archipresb. ſummæ Ædis adlectus fuit Epiſcopus die 19. menſis Octobris an. 1338. confirmatur à Benedicto XII. anno 5. Pontiſ. 13. Kal. Martii, Chriſti verò 1339. ex reg. vatic. ep. 119. Qui totam propemodum Cathedralem pietatis ergo inſtauravit. Deſunctus eſt anno 1353.

a De hac et Oldoinus in Ath. Aug. Mond.

XLIII 44. ANDREAS Martini Bontempus Peruſinus, *b* filius Lelli magni Juriſconſulti, Philoſophia, ac eruditione præclarus. Hic primum Præfectura S. Luciæ ultra Arnum Florentiæ egregiè functus eſt, anno verò 1353. 6. Non. Maii, ab Urbano V. ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ à Capitulo poſtulatus, defuncto Franciſco, ad Peruſinum Epiſcopatum aſſumptus eſt, ex regeſt. Vatic. ep. 32. ſol. 40. an. 2. Pontiſ. lib. 1. Cumque in explicandis, peragendiſque negotiis univerſali Eccleſiæ magno uſui eſſet, Urbanus VI. vocavit ad purpuram ſub titulo SS. Marcellini, & Petri, eundemque perpetuum Peruſinæ Eccleſiæ adminiſtratorem eſſe decrevit. Umbrica generali legatione inſuper illum ornavit, ubi paulo poſt creationem Bonifacii IX. Maceratæ è vita diſceſſit, anno 1390. tumulatuſque eſt apud Cathedralem. Hujus tempore, Cardinalis Capoccius Peruſiæ Sapientiam, ut vocant, erexit ad majorem publicæ Academiæ jam inſtitutæ, juvenumque utilitatem, progreſſumque. Tranſtulit autem idem Andreas anno 1378. die 18. menſis Octobris, ab Eccleſia Anregnolæ Caſtelli in Cathedralem brachium, caputque S. Herculani Martyris, Civitatiſque patroni.

b Oldoinus pariter de eo agit loco cit. Mond.

XLIV 45. AUGUSTINUS Neapolitanus Epiſcopus antea Pinnenſis, & Hadrienſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt à Bonifacio IX. Pontifice anno 1390. ejuſdemque Papæ Theſaurarius fuit. Verùm hujus Eccleſiæ breviſſimo tempore curam geſſit ad Spoletinum Epiſcopatum an. 1404. translatus.

XLV. 46. ADOARDUS, ſive Odoardus Michelottus, Blondo Michelotto Peruſiæ tyranno affinis, Epiſcopus olim Aſſiſinas, Cloſinuſque in Etruria, ad Peruſinam Eccleſiam translatus eſt ann. 1404. 4. Kalen. Martii. Hic Sylveſtrinos Monachos Peruſiam demigrare imperavit, cum eiſdem S. Fortunati templum attribuiſſet. Poſtremam autem diem obiit anno 1411. menſe Decembri.

XLVI 47. ANTONIUS filius Pucii Michelotti, Monachus, atque Abbas Monaſterii S. Joannis de Marzano Tiphernatis diœceſis Ordinis S. Benedicti, poſt Odoardi mortem electus fuit à Gregorio XII. anno 6. ſui pontificatus 6. Idus Januarii, cui deinde electioni omne pondus deceſſit, ex ejus Pontificis in Piſano Concilio depoſitione. Quamobrem Joannes XXIII. verus Pontifex eundem delegit in Epiſcopum Peruſinum an. 1413. 3. Kal. Februarii, ad eamdemque dignitatem inauguratus eſt. Hic Conſtantienſi Concilio interfuit, deceſſitque 10. die Maii *c* anno 1434. Eccleſiam S. Mariæ Novelle Auguſtinianis Fratribus attribuit, ſanctique Dominici de Obſervantia Eccleſiam S. Mariæ de Virgine, ut vocant, dedit.

c Octobris.

XL VII. 48. JO. ANDREAS Baleonius Peruſinus, *d* filius Joannis ex primaria ejus Civitatis nobilitate, Prior S. Sepulchri, ab Eugenio IV. electus fuit ſuæ Patriæ ſacrorum Antiſtes 1435. 7. id. Martii, qui ſolemni pompa ejus dignitatis iniit poſſeſſionem die menſis Aprilis ſequentis anni. Hic Monachos S. Juſtinæ de Padua, ex Ordine S. Benedicti reformatos, in Abbatiam S. Petri de Peruſia introduxit, Cloniacenſibus antiquis dominis ejectis, monaſteriumque S. Florentii, quod non ita pridem, ob ingluviem Commendatariorum deſeruerant Ciſtercienſes, Fratribus Servitis attribuit, Reformatoſque S. Auguſtini liberaliter excepit, expulſis iis, quorum inſigniter fuerant lapſi mores. Deceſſit anno 1449. die 24. menſis Octobr. ſepultuſque eſt in Cathedrali, prope principem portam, ubi eum ſequentibus carminibus ejus ſpectatur effigies.

d Hujus meminit Oldoinus in Ath. Aug. Mond.

Hac brevis illuſtri Baleonea ab origine cretum
Andream tegit urna gravem veneranda Joannem,
Ingenti virtute virum, qui in jure ſacrorum
Doctor Pontificum, & tectis ſurgentibus auctor
Laurenti Eccleſiæ, Peruſinus Præſul, & ingens
Antiſtes vixit, nunc alta pace quieſcit.

49. JACOBUS Vannuccius nobilis Cortonenſis, Ariminenſis antea Epiſcopus, ad hanc Peruſinam Eccleſiam translatus eſt anno 1449. poſtrema die expirantis Octobris. Vir doctrina præclarus, intimus Cubicularius, à ſecretiſque Nicolai V. ſummi Pontificis, ſingularique dexteritate in politicis explicandis, componendiſque negotiis Fanenſibus, aliiſque Eccleſiaſticæ ditionis Civitatibus jus incorruptum dixit. Quibus negotiis diſtentus fuit uſquè ad annum 1456. occepitque ſibi creditam adminiſtrare Eccleſiam die 25. menſis Martii, à Peruſinis Populis ſolemni pompa exceptus. In Cathedrali S. Onuphrio ſuo tutelari Divo ſacellum dicavit, ubi poſtea tumulatus quievit. Imperatorem Fridericum, Franciſcumque Roboreum, qui poſtea Sixtus IV. Summus Pontifex fuit, munificentiſſimè excepit hoſpitio. Cumq; anno 1472. Deiparæ Virginis Anulus pronubus Peruſiam fuiſſet delatus, illum ſummo honore, decentiaque condidit in Cathedrali. Cujus ſanè ingentis reliquiæ Hiſtoriam Jo. Baptiſta Laurus, eruditè perſcripſit. Nepoti Peruſinam deinde ceſſit Eccleſiam, ac Nicææ Archiepiſcopus renunciatus eſt anno 1482. inquè Plebaniam Corſcianam diœc. Peruſ. ſibi ipſi victurus, ſe recepit, ubi in ſenectute bona quievit an. 1487. menſe Januario, delatuſque Peruſiam in ſumma Æde in S. Onuphrii ſacello conditus jacet. Hic Præſul Beatiſſimæ Deiparæ Virgini devotiſſimus fuit. Quamobrem in Cortonenſem Eccleſiam, ubi fuerat natus, multa contulit ornamenta, præcipuè autem Servitis Fratribus plures ſanctorum Reliquias eleganti vaſe incluſas, ubi etiam Virginis Mariæ capilli aſſervari dicuntur, dono dedit, circaque vas hæc carmina inciſa leguntur. XL VIII.

Pixide inaurata poſuit Vannuccius Heros
Cæſariem ſacram Virgo Beata tuam.
Oſſaque Sanctorum felici hac ſede quieſcunt,
Quorum animæ in Cœlis gaudia vera ferunt.

50. DIONYSIUS Vannuccius Cortonenſis præteriti nepos, ex ceſſione Patrui Epiſcopatum obtinuit, Sixto IV. ſedente, ann. 1482. die 29. menſis Maii. Herculani II. Pontificis Peruſini, ac Martyris invicti tranſtulit corpus die 10 menſ. Februarii 1487. ſanctorumque Stephani, ac Benignatis ſacellum in Cathedrali conſtruxit, ubi B. Benignatis corpus conditum jacet. Deceſſit autem 1491. die 9. menſis Aprilis, inque Cathedrali prope Patruum ſepultus eſt. XLIX

51. HIERONYMUS Balbanus Locenſis Papæ Innocentii VIII. Secretarius adlectus fuit Epiſcopus Peruſinus anno 1491. die 18. menſis Aprilis. In ea dignitate integrum annum explevit, Romæque fato functus eſt Alexandro VI. ſedente. L.

52. JOANNES Lopez Valentinus Hiſpanus, Papæ Alexandri VI. Datarius, Hieronymo Balbano ſucceſſit die 29. Decembris 1492. pauloque poſt ab eodem Pontifice creatus eſt presb. Cardinalis tit. S. Mariæ Tranſtiberim, vulgoque appellatus eſt Card. Peruſiæ. Qui deinceps ad Capuanam Eccleſiam translatus eſt anno 1498. LI.

53. FRANCISCUS Gazzetta, quo Lucretia Borgia utebatur moderatore, ab Alex. VI. Pontifice adlectus eſt Epiſcopus Peruſinus die 15. menſis Octobris anno 1498. Romæ deceſſit 1499. die 29. menſis Julii, circa 20. horam, inſecutoque die celebri pompa tumulatus eſt in Vaticana Baſilica, in ſacello S. Mariæ ad Febrem. Conſule acta Conſiſt. LII.

54. TROYLUS Baleonius Rodulfi filius Peruſiæ Domicelli, ex Prothonotario Apoſtolico, tametſi pronior ad arma, quam ad Eccleſiaſticam tonſuram haberetur, ab Alexandro tamen VI. patriæ Epiſcopus declaratus eſt poſt exceſſum Franciſci; multam enim gratiam apud Pontificem collegerat, cum nomine Alexandri Oſtia, victricibus illatis ſignis, recuperata, Gallos occupatores ſtrenuè profligavit. Quamobrem poſt militarem galeam ſacra thiara Peruſinæ Eccleſiæ cohoneſtatus eſt, die 6. Martii anno LIII.

1501.

1501. Cæterùm, cum tumultuante Italia, Troylus, contra Cæſarem ducem Valentinum in ſuſpicionem rebellionis veniſſet, inquè publico Conſiſtorio ad dicendam cauſam citatus contempſiſſet venire, tanquam pertinax, ideoque ſceleris conſcientia tinctus, ſpoliatus honore eſt, Peruſinæque Eccleſiæ adſcitus miniſtrator Frãciſcus Remolinus, Surrentinus Cardinalis. Sed cum deinde 18. ejuſdem menſis mirabilis fortunæ luſus abſtuliſſet Pontificem, deceſſiſſetque Cæſari filio potentia, Troylo iterum Epiſcopalis honor à Julio II. aſſertus eſt, perveniſſetque ad purpuram etiam, niſi ſub tanto Pontifice meliori ſpe plenum importuna mors rapuiſſet Peruſiæ menſe Januario 1506. Cathedrale templo fato functum excipiente, * ubi legitur hocce epitaphium.

* Ex App. t. 3.

Laureati decus omne tuum, primuſque ſacerdos
Et patria Antiſtes Troilus hic jaceo.
Extinctum Baliona domus, Peruſinaque tellus
Defleat, hoc natu hæc orba, ſed illa patre.
Nunc me auſers totum mors invida: fama latere
Haud ſinit in tumulo tot benefacta brevi.
Vixit ann. XLII. m. III. d. X. MDVI.

LIV. 55. ANTONIUS Ferrerius è Savona, antea Naulenſis Epiſcopus, deinde etiam Eugubinus, ex Datario Julii II. Cardinalis, translatus fuit ad hanc Eccleſiam ann. 1506. die 7. menſis Februarii. Umbriæ etiam Legatione functus eſt, deinde etiam Bononienſi, ubi cum impotenter ſe gereret, abutereturque Põtificis patientia, Romam tandem revocatus, in mole Hadriana concluſus, privatuſque conſpectu Pontificis, ac 20. millium ſcutatorum pœna mulctatus, brevi dolore tabeſcens, exceſſit è vita anno 1508. 12. Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum, in pœnam pervicaciæ omni funerali pompa proſcripta.

LV. 56. MATTHÆUS Ubaldus Baldi filius, pronepotis illius Baldi longe clariſſimi Juris conſulti, & ipſe etiam quaſi ex avita laude doctus in lege, quippe qui conſiliorum libros aliquot ediderit, cum uxorem extuliſſet, à qua plures ſuſtulerat liberos, vitamque Eccleſiaſticam cœpiſſet profiteri, S. R. Rotæ Auditor primum evaſit, deinde graviſſimis explicãdis negotiis ad univerſalis Eccleſiæ uſus arbiter eſt adſcitus, poſt etiam ab Alexandro VI. electus Epiſcopus Nucerinus, atque à Julio II. die 28. Julii anno 1508. ad Peruſinam Eccleſiam translatus, ſibi concreditæ curæ morte præventus, haud incumbere potuit, aut illo ſe transferre. Deceſſit igitur Romæ octuagenarius anno 1509. menſe Decembri, ſepultuſque eſt apud Aram Cæli, in ſuorum Sepulchro, cum ſubjecto Epitaphio

D. O. M.

Ruberta Ubalda nobilis matrona Peruſina, & Nicolao, ac Matthæo fil. juriſconſultiſſimis, Baldi atavi Doctorum Principis, fratrumque ejus gloriam pene adſecutis Roma virtutis merita patriſiat. adeptis, doctrina, integritate, ac rerum uſu, à Paulo II. & Innoc. VIII. Pont. Max. in litibus judicandis inter Rota xii. viros adlectis, quorum alter à Xiſto IV. in ſummis Rei Chriſtianæ difficultatibus, ad Ludovicum XI. Gallorum Regem Orator miſſus tantam muneris pro voto egit; alter uxore primum ducta inſigni prole auctus, inde religioni adſcitus ab Alexandro VI. Nucerinæ, mox à Julio II. Peruſinæ Eccleſiæ præfectus eſt, cum nec ambiret, neque quicquam cogitaret minus. Plenus demum honoribus, plenus fama, & annis, octogenarius matris, ac germani oſſibus eſt illatus. Jo. Baptiſta Ubaldus tam a luce orbatus, ac qui domus, ac patriæ decus, numenque auxerant, ſine ſtemmate, ſine mortis honore jacerent Avia, Patruu B. M. P. & ſibi MDXIX. XVI. Kal. Aug.

LVI. 57. AUGUSTINUS Spinola Savonenſis, ex Prothonotario Apoſtolico electus die 19. menſis Dec. an. 1509 Lateranenſi Concilio inter fuit, atq; à Clemẽte VII. electus eſt Præsbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Camerarius an. 1527. Savonenſiſque, atq; Aleriæ Eccleſiarũ Adminiſtrator, Cõmendatorq;

A S. Crucis de Saxovivo. Vir utiq; ab ejus ſeculi luxu abhorrens, ſibi parcus, cæterorum inopiæ largus, ac talis demum, quem jure optimo Ubertus Folgietta inter ejus ſeculi viros clariſſimos enumerare potuerit. Eccleſiã dum Peruſinam regeret, Canonicos, qui tunc ſub D. Auguſtini inſtituto regulariter vivebant, adhibito Archipresbytero, ad commune jus Canonicorum ſecularium cæterarũ Eccleſiarum reduxit, aliorum ſacerdotum, clericorumque minorum adaucto numero, qui ampliori divino cultui viderentur poſſe ſufficere, de qua mutatione Julius II. anno 1511. hujuſmodi diploma ſcribendum curavit, cujus authographum in archivo Canonicorum aſſervatur.

JULIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutus Romanus Pontifex B. Petri cæleſtis clavigeri ſucceſſor in cunctas orbis Eccleſias terræque amplitudinem præcipuum facultatis obtinens principatum inter curas multiplices, quibus occurrentibus negociorum varietatibus obſidetur, illam libenter amplectitur, per quam Eccleſiarum cathedralium inſigaium in illis plantata ſupprimendo, & earum ſtatum mutando venuſtas & decor augeatur; ac divinus cultus, & animarum ſalus ſuſcipiat incrementũ, prout rationabilibus ſuadentibus cauſis, ac rerum, & temporum qualitate penſata id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte ven. fratris noſtri Epiſcopi Peruſini, & dilectorum filiorum Archipresbyteri & Capituli Eccleſiæ Peruſinæ, ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, nobis nuper exhibita petitio continebat quod cum in dicta Eccleſia unus Archipresbyter ejuſdem Eccleſiæ, qui Archipresbyteratum dignitatem inibi majorem poſt Pontificalem obtinens, & 24. Canonici dudum inſtituti fuiſſe noſcantur, quorum 12. apud ipſam Eccleſiam reſidentes intrinſeci totidem loca & portiones in eadem Eccleſiam obtineat, reliqui vero 12. extra eamdem Eccleſiam in Civitate, & diœc. Peruſina nonnullas parochiales Eccleſias, ſeu alia beneficia Eccleſiaſtica à dicta Eccleſia dependentia pro tempore obtinentes, & apud illa reſidentes extrinſeci. Canonici dictæ Eccleſiæ nuncupantur, & quia à primariis, & antiquis Civibus dictæ Civitatis originem trahentes voto religionis aſtringi nolunt ad loca & Canonicales portiones dictæ Eccleſiæ, & per extrinſecos canonicos ejus teneri ſolita Eccleſias, & Eccleſiaſtica beneficia hujuſmodi pro tempore vacantia humilis, & plebeæ conditionis loco intrinſecorum Canonicorum, & aliorum decidentium ſurrogantur ibidem, qui cum nec eorum conditionis, & reputationis, ſed ex humili progenie geniti ſint nec vita laudabili, exemplari, & religioſa cum in dicta Eccleſia non vigeat obſervantia regularis dicti ordinis, & ipſi laxiori quam deceat, & facere ſoliti ſint Canonici Regulares dicti ordinis abſque illius regulari obſervantia vivant, Eccleſia prædicta minime decoratur, & in ſpiritualibus, & temporalibus, ac devotionis populi ad eam ut plurimum nullum ſuſcipit incrementum, ſed potius in conditione, & reputatione ejus in tam inſigni civitate, in qua viget ſtudium generale omnium facultatum conſtituta diminutione; verum ſi in ea & per extrinſecos canonicos, obtineri ſolitis, & ab ea dependentibus membris quibuſcumque ordo præfatus, & regularis ſtatus penitus, & omnino ſupprimerentur, & extinguerentur, ipſaque Eccleſia, & ab ea dependentia membra, & beneficia hujuſmodi ad ſtatum ſecularis Eccleſiæ redigerentur, ſtatuereturque, & ordinaretur, quòd in dicta Eccleſia de cætero perperpetuis futuris temporibus præter illius Archipræſbyterum eſſe deberent 16. Canonici, qui cum illius Archipresbytero inibi Capitulum conſtituerent, & præter illos octo Capellani perpetui, & 4 clerici perpetui beneficiati, ad divina in eadem Eccleſia officia peragenda, & quod omnes, & ſinguli fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ quos intrinſeci, & Eccleſiarum, ac membrorum, & beneficiorum quos extrinſeci Canonici percipere ſoliti ſunt, juxta providam ordinationem Epiſcopi, Archipresbyteri, & Capituli prædictorum deſuper faciendam, deductis iis, quæ pro aliis Eccleſiæ & membrorum hujuſmodi oneribus neceſſaria videbuntur, intereſſentibus divinis in eadem horis canonicis per quotidianas diſtributiones, aut alias, prout eis videbitur, diſtribuerentur, veriſimiliter ſperatur, quod Eccleſia prædicta viros litteratos, & ex primariis illius civitatis domibus, & familiis originem trahentes in Canonicos pro-

tem.

tempore haberet, & illorum, ac parentum, & conſanguineorum eorumdem protectione munita bona ſua occupata ſi qua ſunt recuperaret, & quæ poſſidet, facilius frueretur, & defenderet, augerenturque & illorum conditione, & authoritate dignitas, fama, & reputatio, ac venuſtas Eccleſiæ memoratæ cum divini cultus incremento in illa, & conſequenter devotionis populi ad eamdem. Quare pro parte Epiſcopi, Archipresbyteri, & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ordinem prædictum, & ſtatum regularem in præfata Eccleſia, & quibuſvis membris ab ea dependentibus penitus, & omnino ſupprimere, & extinguere, & illa ad ſtatum ſecularis Eccleſiæ redigere, ac quod de cætero in eadem Eccleſia 16. Canonici ſæculares in ſubdiaconatus ordine, & ætate legitima ad illum ſuſcipiendum ad minus conſtituti, cum dicto Archipresbytero ibidem capitulum conſtituentes, & octo capellani presbyteri, & 4. clerici perpetui beneficiati perpetuis futuris temporibus eſſe debeant, & quod tàm Archipresbyter quàm Canonici nunc exiſtentes ordinem prædictum profeſſi, & quos recipi continget in poſterum, capellani, quoque & clerici prædicti intra Eccleſiam prædictam, præſertim dum divina officia peragentur, & extra in proceſſionibus, funeralibus, & aliis conventionibus, cleri, & capituli diſtinctis habitibus, & ipſi canonici, & Capellani almutiis eis ordinandis per dictos Epiſcopum, Archipresbyterum, & capitulum ad inſtar aliarum ſimilium cathedralium Eccleſiarum uti, & juxta providam ordinationem per eoſdem Epiſcopum, Archipresbyterum, & capitulum deſuper faciendam divinis in dicta Eccleſia horis canonicis intereſſe, ac Miſſas, & alia divina officia celebrare teneantur, ac omnes fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ, quos intrinſeci, & Eccleſiarum parochialium ac membrorum, quos extrinſeci canonici prædictæ Eccleſiæ percipiunt, & percipere ſoliti ſunt, etiam ſi in commendã per aliquos in præſentiarum obtineantur, & proprios canonicos more ſolito non haberent, in unam maſſam redigantur, & deductis iis, quæ pro ſupportatione onerum dictæ Eccleſiæ neceſſaria videbuntur, inter perſonas dictæ Eccleſiæ præſertim divinis intereſſentes, prout ipſi Epiſcopus, Archipresbyter, & capitulum ordinaverint, dividantur, & diſtribuantur, ipſique moderni canonici dictæ Eccleſiæ, tam intrinſeci, quàm extrinſeci, firmis manentibus tribus ſubſtantialibus votis per eos emiſſis in habitu, vita, & converſatione ſi ſeculares canonici ſe voluerint conformare, licitè valeant, & præter trium dictorum veterum obſervationem, ad quam ſunt adſtricti, ad aliorum regularium inſtitutorum dicti ordinis obſervationem nullatenus teneantur, ſed pro clericis, & Canonicis ſæcularibus habeantur, & tractentur, & reputentur: ipſa quoque Eccleſia, & illius Archipresbyter, capitulum, capellani, & clerici eiſdem privilegiis, gratiis, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus, & dictus Archipresbiter eadem poteſtate, auctoritate, & ſuperioritate in perſonas, beneficia, & membra dictæ Eccleſiæ fungantur, quibus hactenus in ſtatu regulari fungi conſueverant, & privilegia, inſtrumenta, ſcripturæ, & alia jura quæcumque de Eccleſia ipſa, & illius Archipresbytero, capitulo, canonicis, & perſonis regularibus loquentia in illa etiam ejus, & perſonarum ejus, mutato ſtatu locum habeant; in eis ſuffragentur ſicut hactenus fecerunt, & facium ſtatuere, & ordinare, & concedere, Eccleſias quoq; parochiales, & beneficia ac membra quæcumque per extrinſecos canonicos dictæ Eccleſiæ teneri ſolita, etiam quæ in præſentiarum per aliquos obtinentur menſæ capitulari dictæ Eccleſiæ, ſeu maſſæ prædictæ quod cedentibus, vel decedentibus illorum poſſeſſoribus etiam commendatariis, ſeu illa alias quomodolibet dimittentibus liceat Archipresbytero, & capitulo prædictis illorum ſic unitorum beneficiorum corporalem poſſeſſionem apprehendere, & illorum onera per vicarios ad nutum eorum amovibiles presbyteros ſæculares vel religioſos ſupportare, perpetuò unire, annectere, & incorporare, & Archipresbytero, ac capitulo prædictis reſignationes, acceſſiones commendarum, quas obtinentes membra prædicta ad effectum unionis hujuſmodi, ſi illas facere vellent, recipiendi, & admittendi, ac ipſis reſignantibus, & cedentibus penſiones, de quibus cum Archipresbytero, & capitulo prædictis concordabunt, ſuper eorumdem beneficiorum, ſeu membrorum fructibus, aut eorundem beneficiorum ſeu membrorũ fructus, quoad vixerint reſervandi, & aſſignandi facultatem concedere, & alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter

A alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuũ valorem ſecundum communem exiſtimationem, tàm beneficiorum uniendorum, quàm illorum, quibus unirentur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, quique divini cultus augmentum, ac Eccleſiarum quarumlibet venuſtatem, & decorem intenſis deſideramus affectibus, Epiſcopum, Archipresbyterum, & capitulum prædictos, ac capituli hujuſmodi ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac nomina, & cognomina eccleſiaſticarum, & beneficiorum per extrinſecos canonicos obtineri ſolitorum, eorumque, ac menſæ capitularis hujuſmodi fructuum, redditum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ordinem prædictum, & ſtatum regularem in prædicta Eccleſia, & quibuſvis membris ab ea dependentibus penitus, & omnino ſupprimimus, & extinguimus, & illam ad ſtatum ſecularis eccleſiæ redigimus, ac quod de cætero in eadem Eccleſia 16. Canonici ſeculares in ſubdiaconatus ordine, & ætate legitima ad illum ſuſcipiendum ad minus conſtituti cum dicto Archipresbytero ibidem capitulum conſtituentes, & 8 capellani presbyteri, ac quatuor clerici perpetui beneficiati perpetuis futuris temporibus eſſe debeãt, & quod tam Archipresbyter quam canonici nunc exiſtentes ordinem prædictũ profeſſi, & quos recipi continget impoſterum, capellani quoque, ac clerici prædicti intra Eccleſiam prædictam præſertim dum divina officia peragentur, & extra in proceſſionibus, funeralibus, & aliis conventionibus clerici, & capituli diſtinctis habitibus, & ipſi Canonici, & capellani Almutiis eis ordinandis per Epiſcopum, Archipresbyterum, & capitulũ prædictos ad inſtar aliarum ſimilium cathedralium Eccleſiarum uti, & juxta providam ordinationem per Archipresbyterum, & capitulum prædictos deſuper faciendam divinis in dicta Eccleſia horis canonicis intereſſe, ac miſſas, & alia divina officia celebrare teneantur, omneſque fructus, redditus, & proventus dictæ eccleſiæ quos intrinſeci, & eccleſiarũ parochialium, ac membrorum, quos extrinſeci Canonici prædictæ eccleſiæ percipiunt, & percipere ſoliti ſunt, etiam ſi in commendam per aliquos in præſentiarum obtineantur, & proprios Canonicos more ſolito non habeant, ſine tamen præjudicio modernorum illorũ poſſeſſorum, quoad vixerint, in unam maſſam redigantur, & deductis iis, quæ pro ſupportatione onerum dictæ eccleſiæ neceſſaria videbuntur, inter perſonas dictæ eccleſiæ præſertim divinis intereſſentes, prout Epiſcopus, Archipresbyter, & capitulum prædicti ordinaverint, dividantur, ipſique moderni Canonici dictæ eccleſiæ, tam intrinſeci, quam extrinſeci, firmis manentibus tribus ſubſtantialibus votis per eos emiſſis in habitu, vita, & converſatione ſe ſecularibus Canonicis ſi voluerint confirmare liberè, & licitè valeant, & præter trium votorum hujuſmodi obſervationem, ad quam ſunt aſtricti, ad aliorum regularium inſtitutorũ dicti ordinis obſervationem nullatenus teneantur, ſed pro clericis & Canonicis ſecularibus habeantur, tractẽtur, & reputentur, ipſaque Eccleſia, & illius Archipresbyter, capitulum, capellani, & clerici prædicti eiſdem privilegiis, gratiis, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus, & dictus Archipresbyter eadem poteſtate, auctoritate, & ſuperioritate in perſonas, beneficia & membra dicta Eccleſia fungantur, quibus hactenus in ſtatu regulari fungi conſueverunt, & privilegia, inſtrumenta, ſcriptura, & alia jura quæcumque de ipſa eccleſia, & illius Archipresbytero, capitulo, Canonicis, & perſonis regularibus loquentibus in illa, & ejus perſonis ejus mutato ſtatu locum habeant, & eis ſuffragentur ſicut hactenus fecerunt, & faciunt auctoritate Apoſtolica tenore præſẽtium ſtatuimus, & ordinamus, ac concedimus, eccleſias quoque parochiales, & beneficia, ac membra quæcumque per extrinſecos canonicos dicta eccleſiæ teneri ſolita, & quæ in præſentiarum forſan per aliquos obtinentur, menſa capitularis dicta eccleſia, ſeu maſſa prædicta, ita quod cedentibus, vel decedentibus illorum poſſeſſoribus etiam commendatariis, ſeu illa alias quomolibet dimittẽtibus, liceat Archipresbytero, & capitulo prædictis illorum ſic

uni-

unitorum poſſeſſionem propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, ac illorum onera per vicarios ad nutum eorum amovibiles presbyteros ſeculares, vel regulares ſopportare, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac Archipresbytero & capitolo prædictis reſignationes, & ceſſiones commendarum, quas obtinentes membra prædicta ad effectum unionis hujuſmodi facere voluerint recipiendi, & admittendi, ac ipſis reſignantibus, & cedentibus penſiones, e quibus cum Archipresbytero, & capitulo prædictis concordabunt ſuper dd. membrorum dimittentium fructibus in pecunia, ſeu ſuper ipſorum membrorum fructibus per eaſdem perſonas quoad vixerint percipiendos, colligendos, & levādos, ac in ſuos uſos, & utilitatem convertendas reſervandi, & aſſignandi authoritate, & tenore præmiſſis facultatem concedimus. Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac eccleſia, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, ut dicitur ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nō poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis, & literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo quod unita beneficia, & membra hujuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminent nullatenus negligatur, ſed eorum congruè ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra abſolutionis, ſoppreſſionis, extinctionis, reductionis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, unionis, annexionis incorporationis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Inc. dom. 1502. IX. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno IX.

In eā Eccleſiā Spinola multa contulit ornamenta, quam deinde anno 1528. fratri ſuo Carolo ceſſit, cum futuro regreſſu, ut tunc moris erat. Tandem Auguſtinus Romæ deceſſit 1537. 16. Kal. Novembris, ejuſque corpus Savonam delatum, majorum ſepulchrum excepit.

LVII. 58. CAROLUS. Spinola Savonenſis, ſuperioris conjunctiſſimus frater, ex fraterna ceſſione hunc Epiſcopatum adeptus eſt an. 1528. die 15. menſis Februarii. Deceſſit autem 1535. Eaque adminiſtratio ad Cardinalem rediit, ad quam ſibi regreſſum reſervaverat, tametſi eo munere ſe exolverit.

LVIII. [a Cathar...] 59. JACOBUS Simonetta Nobilis Mediolanenſis, filius Joannis, ac Cæſarinæ a Barbaveræ, cum adoleſcens adhuc bonarum artium ſtudio ſe dediſſet, adeò profecit, ut cum cæteris diſciplinis haberetur cultiſſimus, in juriſprudentia tamen claruit quam qui maximè. Quamobrem vix annos virilitatis ingreſſus, inter cæteros libros de reſervationibus edidit opus. Julio autem II. ſedente Romam venit, ab ipſoq; Advocatus Conſiſtorialis declaratus eſt anno 1505. ac paulò poſt S.R. Rotæ Auditor. Sub Leone vero X. ad Florentinos legatione ſunctus eſt, idemque onus, eodem Pontifice mandante, cum laude prudentiæ ſubiit apud plures alios Principes. A Clemente VII. Piſaurenſis Epiſcopus renunciatus eſt. Quem tandem Paulus III. vocavit ad purpuram, anno 1535. ad S. Cyriaci titulum, tranſtulitque eodem anno ad Eccleſiam Peruſinam. Laudenſis Epiſcopatus Adminiſtrator fuit in Inſubria, Nepeſinum, ac Sutrinum adminiſtravit, ac demum Compſano Archiepiſcopatui præfuit. Præfecturam Signaturæ gratiæ, ut vocant, laudatiſſimè geſſit, ſubq; Paulo III. in auſpiciis Tridentini Concilii legationem grauiſſimè ſuſtinuit, poſituſque Vicentiæ ita egiſſe narratur, ut nequicquam ejuſdem Concilii celebrationi Principes Proteſtantes adverſarentur. Catharinam ab Henrico VIII. Britanniæ Rege iniuſte repudiatam, luculenter defendit. Hunc Cardinalis Sadoletus ad eloquentiam unicè factus, omnibus diſciplinis cultiſſimum vocat, ſacrique Senatus lumen, ac decus. Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Trinitatem in monte Pincio anno 1539. Kal. Novembris.

60. FRANCISCUS BERNARDINUS Simonetta b Mediolanenſis, Jacobi Cardinalis proprior affinis, ex ejuſdem Coadiutore, in Epiſcopatum eidem ſucceſſit anno 1539. Mediolani deceſſit 1550. inſtituitq; hæredes Puellas orphanas Peruſinas. Hic pronepos fuit illius Bonifacii Simonettæ Abbatis S. Stephani del Cornu Ordinis Ciſtercienſis, viri doctiſſimi, qui floruit Innocentii VIII. temporibus, ſcripſitque de Chriſtianorum perſecutione aliquot libros vario eruditione exornatos. LIX. [b Huic ... Mand.]

61. FULVIUS Cornæus Peruſinus. Hic natus eſt 1517. 13. Kal. Decemb. parentes habuit, Ducem Ferociam Cornæum, Jacobamque Montiam Julii III. Pontificis ſummi ſororem. Jam inde ab adoleſcentia Melitenſem equeſtrem ordinem profeſſus, deinde Eccleſiaſticis ordinibus initiatus, Archipreſbyter Peruſinus evaſit, cumque à Pontifice Patruo Peruſinorum Pontifex fuiſſet adlectus die 5. menſis Maii, ann. 1550. Picenique declaratus legatus, ad purpuram inſecuto anno vocatus eſt, ſub tit. S. Marcelli. Ex inſtituto Tridentini Concilii cleri caſtigavit mores, Cathedralem ornavit, Seminariumque Clericorum erigendum curavit, Moniales intra clauſuram continuit, Patreſque Societatis Jeſu, eiſdem conſtructa domo, Peruſiam introduxit, multaque alia perfecit, quæ pietatem promovere poſſe viderentur. Quamobrem viſus eſt, cum Aſcanio fratre Eccleſiaſtici Imperii Duce fortiſſimo, in diverſo quidem genere, de gloria, famaque concertare. Cum Peruſinæ Eccleſiæ per graviſſima Reipublicæ negotia non ſibi liceret adeſſe, illam Hippolyto ſuo affini ceſſit, ſibi ad eundem reſervato regreſſu anno 1553. cum tamen Spoletinæ admotus, id neris ſubire non recuſaverit. Romæ deceſſit ſupra ſex ſexagenarius ſenes, à reparata verò ſalute 1583. die 2. menſis Martii cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Portuenſis; ſepultuſque eſt apud S. Petrum in monte Aureo. LX.

62. HIPPOLYTUS Cornæus, c ex Archidiacono Cathedralis à Julio III. Pontifice adlectus eſt Epiſcopus anno 1553. die 26. menſis Martii. Hic Jeſuitarum templo fundando fundamentalem lapidem jecit, Capuccinaſque moniales ad portam S. Suſannæ introduxit, iiſque, quæ veternum libidinis per ſeriā pœnitentiam abjuraſſent, locum colendæ caſtitatis aſſignavit: ipſoque Eccleſiam Peruſinam adminiſtrante, monaſterium charitatis pauperum Puellarū ædificari eſt cœptum, quod brevi ex largitate piorum ſingulare incrementum accepit. Deceſſit autem Hippolytus anno 1564. die 15. menſis Februarii, tumulatuſque eſt in Cathedrali in ſacello S. Stephano ſacro, cum ea, quæ ſequitur, inſcriptione. LXI. [c De hoc Oldoinus in Ath. Aug. Mand.]

D. O. M.
Hippolyto Cornæo Epiſcopo Peruſino. Fulvius
Cornæus S.R.E. Cardinalis ben. mer. fecit.
Vixit ann. 55. reſedit ann. 11. veteris ſanctitatis exemplum.

63. JULIUS Oradinus Peruſinus d celebris doctor, ille qui publica profeſſione legum ſæpius, omniumque fauſta acclamatione, cum patriam, tum Patavium illuſtravit, inſtituit, quique oratoris ſæpius ad ſummos Pontifices, atque ad ipſam arbitrum orbis Carolum V. perſonam cum dignitate ſuſtinuit; à Julio III. Romam accitus eſt, ſacræque Rotæ declaratus Auditor, cujus cum dignitatem eidem ceſſiſſet Cardinalis Cornæus, ad patriæ ſuæ Epiſcopatum aſſumptus eſt, ann. 1564. menſe Februario. Hic fundavit, ædificavitque clericorum collegiam, quod de nomine ſuæ gentis Oradinum appellari conſtituit; extra portam Solis Capuccinos pauperes S. Franciſci fratres ad divinum cultum voluit excubare, avidiſſimas, nephariaſque Hebræorum uſuras compeſcuit, Cathedralem munificentia planè ſingulari exorna- LXII. [d De hoc item Oldoinus loco cit. & Riccobonus de Gymnaſio Patavino l. 1. c. 14. Mand.]

vit,

vit, conſtructo in ea ſacello ſpectabilis elegantiæ Spiritui Sancto ſacro. Sed cùm jam provectæ eſſet ætatis, ejuſque Romanæ Aulæ videretur uſui futura doctrina, Card. Cornæo eandem ceſſit Eccleſiam 18. menſe ſuæ electionis nondum in Epiſcopum inauguratus. Qui Cornæus uſque ad annum 1574. eam rexit Eccleſiam, donec in Boſſium eam curam refunderet. Oradinus igitur de Patria benemeritus, quod à Julio III. impetraſſet, ut in ea perpetuò Rotæ tribunal perennaret, cumque deciſionum laboribus, atque conſiliorum, quæ ſcriptis voluminibus emiſit in lucem, famam extendiſſet ad poſteros, Romæ deceſſit die 6. menſis Auguſti anno 1573. ejuſque corpus Peruſiam delatum, in Cathedrali tumulatum eſt, in ſacello Spiritus Sancti à ſe conſtructo, cum hujuſmodi epitaphio ſubjecto.

D. O. M.

Julio Oradino juriſconſulto praſtantiſſimo Peruſiæ, & Patavii interpreti eximio, multis ad ſummos Pontifices legationibus functo, Romanæ Rotæ Diacono integerrimo, Peruſiæ Epiſcopo deſignato, Romæ mortuo, & in patriā relato, Polidorus frater fratri opt. poſuit. Vixit ann. LXX. Obiit oct. id. Auguſti. M. D. LXXIII.

LXIII 64. FRANCISCUS Boſſius Mediolanenſis a juriſconſultus clariſſimus, ſingulariſque exiſtimationis Antiſtes, ex Epiſcopo Gravinenſi, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 5. menſis Maii anno 1574. Peruſinæ Eccleſiæ curam geſſit quinquennem pietatis exemplo ſingulari, ſacrarium pretioſa ſupellectili adauxit, ditavit, inque Cathedralem plura contulit ornamenta; ſeverioribus diſciplinis excoluit clerum, cum interim omnes illum revererentur ut patrem, ejuſque diſceſſum populus Peruſinus lachrymis proſecutus eſt, cum ad petitionem S. Caroli Mediolanēſis Archiepiſcopi, à Gregorio XIII. ad Novarienſem Epiſcopatum translatus eſt anno 1579.

a Laudatur à Pacinello in Athen. Litter. Mediol. p. 104. & à Chartario in Syll. Adv. Conſiſt. p. 154. & à Barello in Memoriis PP. Barnab. 11. p. 6. Mand.

LXIV. 65. Fr. VINCENTIUS Herculanus Peruſinus, b ex Ordine Prædicat. doctrina, ſanctitateque præclarus, ſanèque dignus, qui cum illis primitivæ Eccleſiæ ſanctis Epiſcopis poſſit conferri: primum à Pio V. ſanctiſſimo Pontifice Sarnenſis Epiſcopus renunciatus eſt, deinde Forocornelienſis, donec illum ad Peruſinum Patriæ illius Epiſcopatum transferret Gregorius XIII. anno 5579. die 9. menſis Decembris. Hic nil durius viſus eſt tuliſſe in vita, quam quod aliis, Antiſtes factus ſacrorum, imperaret; religioſæ vitæ moderatione adeò contentus, ut illam ſedibus, ac regulis mirabili alacritate præponeret. Ad 7. annos Peruſinæ Eccleſiæ præfuit; cenſumque Eccleſiaſticum divexabat, ut pauperes aleret, quos, ut affines, filioſque adamabat, exemplumque ſpirans, eximiumque poſteritati reliquit, quales Præſules requireret Deus, qui lucrandis hominibus idonei poſſent haberi. Epiſcopale adauxit Palatium, in eoque omni cultu ornatum ſacellum conſtruxit. In Ariſtotelem commentaria ſcripſit, ſicut etiam ſcribendo, docendoque Divinam ſapientiam Commentationibus illuſtravit. Meritis autem plenus deceſſit anno 1586. die 29. menſis Octobris, cui, cum efferretur, bonorum omnium lachrymæ parentarunt. Defunctum ſepulchrum in Eccleſia S. Dominici, ab eo conſtructum excepit, cum hac inſcriptione.

b Hujus meminit apud Oldoinum in Athen. Aug. [illegible] de Romanis [illegible] p. 311 & de eo plura apud [illegible] de viris ill. [illegible] Ord. [illegible] p. [illegible] Mand.

D. O. M.

Frater Vincentius Herculanus primum Sarnenſis, deinde Imolenſis, nunc Peruſinus Epiſcopus beatæ ſpei memor, vivens adhuc locum hunc, ubi mortale ſuum poſt mortem humaretur, elegit. Anno ætatis ſuæ LXV. Sal. vero M. D. LXXXI.

LXV. 66. ANTONIUS MARIA Gallus Auximanus Sixto V. familiaris, ex Vaticano Canonico Peruſinorum Antiſtes evaſit anno 1586. die 5. menſis Novembris, pauloque poſt purpuratus ſenator adlectus, Cathedralem conſecravit, Palatiumque Epiſcopale extendit; ad Auximanum deinde Epiſcopatum translatus eſt an. 1591. die 19. menſis Julii. Vide ſup. in Epiſcopis Oſtienſibus.

LXVI 67. (1) NAPOLEO Comitulus Peruſinus, c Hieronymi filius, qui ejus gentis poſtremus ſeriem clauſit, jam inde ab adoleſcentia Peruſiæ juriſprudentiam publicè profeſſus eſt, deinde Romanæ Sacræ Rotæ Auditor evaſit, annoque 1591. die 19. Julii patriæ Epiſcopus declaratus, præcipuo pietatis exemplo Eccleſiam illam adminiſtravit, planè pater pauperum, in quos non modo Eccleſiaſticos cenſus erogare, ſed verius videbatur effundere. Sub nomine D. Bernardi, quem tutelarem Divum præcipuo ſtudio colebat, collegium excolendæ juventuti diſciplinis erexit, utque à ſancto ampliorem colligeret gratiam, Peruſiam advocavit Ciſtercienſes S. Bernardi, quos juvit, ut Eccleſiam, monaſteriumque commodius poſſet conſtruere. Locum item attribuit Carmelitis Diſcalceatis, Clericiſque Regularibus Barnabitis Eccleſiam S. Herculani à ſe reſtauratam detulit incolendam, conſtructa decenti domo, cenſuque fundato, unde vitam ſuſtentarent. Corpora Summorum Pontificum Innocentii III. Urbani IV. ac Martini IV. in eadem Cathedrali, ubi parum decorè ad eam diem jacuerat, decentiori loco collocavit. Partem corporis S. Herculani tranſtulit in Cathedralem ab eo templo, quod ejuſdem Martyris nomini jam pridem fuerat conſecratum. Frequentes ſynodus celebravit, ne cleri laberentur mores, utque ſibi concreditam Eccleſiam optimis legibus conſtitutam haberet. Ipſe itaque cum ad venerandam canitiem perveniſſet, de omnibus optimè meritus deceſſit è vita, haud ſine opinione ſanctitatis, pluribus affirmantibus ſenſiſſe ſe opem, ubi piis precibus in hujus vitæ periculis, ærumniſque invocaſſent illum in Cœlum aſſertum anno 1624. die 30 evoluti menſis Auguſti.

c De eo tractant Oldoinus in Ath. Aug. Jacobillus in Bibl. Umbriæ, Barellus in Memoriis PP. Barnab. t. 2. Atque ejus elogia legi [illegible] Apparatus [illegible] centeſimi Soc. Jeſu p. [illegible] Mand.

LXVII 68. COSMUS Torres Cardinalis, à Gregorio XV. vocatus ad purpuram, cum apud regem Poloniæ Pontificii Oratoris munere fungeretur, ab Urbano VIII. Epiſcopatum Peruſinum obtinuit anno 1624. die 16. menſis Septemb. quam quidem Eccleſiam ſumma pietatis laude adminiſtravit, deinde ad Archiepiſcopatum Montis Regalis in Sicilia translatus eſt.

LXVIII 69. BENEDICTUS Card. Ubaldus d anno 1634. die 3. Aprilis incredibili Peruſinorum applauſu Epiſcopatu Peruſino ornatus eſt: non eo ſolum quod patria Peruſinus, verum etiam quod ex ea à pluribus ſeculis celebrata, nobilique Monaldorum familia profeminatus eſſet, cum recta linea ex illo Bindulo Monaldo, qui caſta virtute Caſtelionem Aretinum expugnarat, plures ſumma laude Joannis XXII. temporibus duxerat exercitus, ſuaque prudentia non mediocres patriæ utilitates conciliarat. Mariam Rodulphi, ac Zenobiam Ubaldam Peruſinam, Franciſci Rotæ Auditoris in Romana curia ſororem, parentes habuit, & ſub Franciſci diſciplina educatus, præceptiſque ſaluberrimis imbutus ejus hereditatem ea lege eſt aſſecutus, ut paternum nomen, ac Monaldorum gentilitium ſcutum deponeret, Ubaldique cognomen, Inſigniaque familiæ capeſſeret. Gratum ſe Benedictum in avunculum non modo privatus exhibuit, verum ab Urbano VIII. Pont. Max. ex Auditoræ Rotæ ad purpuram evectus, Ubaldi, vulgo Baldeſchi, Cardinalis cognomen ſibi adſcivit, ac pro Monaldorum ſtemmatibus, quæ argenteum Caſtellum cærulea parma præferunt, Ubaldorum inſignia, quæ tres aureas, ac tres nigri coloris faſcias oſtentant, quas Urbani Pontificis apibus, in ſignum grati animi, diſtinxit, cum ab eo ſacra purpura donatus fuiſſet. Summa laude ille hanc Eccl. adminiſtravit, quamvis trium annorum ſpatio abfuerit, quo Bononiæ legatus ſumma integritate exercuerit, ſuamque auctoritatem in populorum utilitatibus conciliandis explicuit. Felices porrò, proſperoſque eventus, qui in ea verenda legatione ſucceſſere ſacratiſſimæ Virgini, ac D. Franciſco tutelari adſcripſit, ante cujus templum marmoream Columnam impoſita Virginis ſtatua, ſequenti inciſa inſcriptione excitavit.

d Hujus de eo apud Oldoinum in Ath. Aug. Mand.

D. O.

(1) Vincentius Alexius Peruſinus à Clemente VIII. Peruſinus antiſtes deſignatus fuit, teſte Oldoino in Athen. Auguſto. Fortaſſe electioni aſſenſus non eſt. Mand.

D. O. M.

Benedictus SS. Viti, & Modeſti Diac. Card. de Monaldorum familia Peruſ. ortus ut benefici teſtatoris avunculi Franſcici Ubaldi Sac. Rotæ Romanæ Auditoris præceptum impleat, Ubaldus nuncupatus Epiſcopus Peruſinus, & Bononiæ de Latere Legatus ob ſuam erga ſacrum D. Franciſci ordinem proſperam voluntatem hanc columnam immaculatæ Conceptioni erigendam curavit, & tanta ſua, ſuæque domus protectricis ſimulacro proprium nomen in adorationem ſubmitti voluit, cumque gubernatæ Civitatis tranquillitatem ejuſdem Virginis nominis acceptam ferat gratiam, quam illi habet, hoc marmore teſtari juſſit an. Dom. MDCXXXVII.

Pont. S. D. N. Urbani Papæ VIII.

Optimus Cardinalis commiſſum ſibi ovile præſens ſumma prudentia moderatus eſt, cujus eximias laudes ideò ſilentio prętermittimus, ne moleſtiam ejus onerare videamur, aliiſque ſuo tempore præcenſendas reſervamus. * Defunctus eſt Baldeſchus hoc ann. 1644. menſe Januar. in Patria, ubi & humatus jacet.

* Ex App. p. 1.

LXIX. 70. HORATIUS Monaldus Peruſinus, Benedicti Ubaldi Cardinalis germanus frater, Epiſcopus Eugubinus, ad hanc patriæ ſedem translatus eſt hoc ipſo anno menſe Junio, cedente Benedicto fratre, quam hodie feliciter regit.

ADDITIO.

(„*Obiit an.* 1658. *Vide Oldoinum in Athen. Aug. &* „*librum, cui titulis Glorie degli Incognitip.* 301.

LXX. („ MARCUS ANTONIUS *de Oddis Peruſinus V. S. Ref. Viceregens in Urbe Cardinalis Vicarii, Patriæ Epiſcopus electus* 1659. 23. *Junii: deceſſit* „ 1668. *Hic primaria nobilitate Comitum Antognollæ* „ *natus Eccleſiaſticis vinculis ſe obſtrinxit, inque Romana Curia poſt lauream Doctoratus inter Prælatos* „ *V. S. Ref. eoſque de parco majori, annumeratus eſt,* „ *unus ex duodecim ejus Tribunalis Votantibus: majoris* „ *inſuper Præſidentiæ Abbreviator, Præpoſitus Capellæ ad Præſepe Liberianæ Baſilicæ, Abbas Commendatarius S. Benedicti Marſicanæ Diœceſis, S. Paterniani Peruſinæ, S. Mariæ de Uliva, & S. Mariæ* „ *Magdalenæ Imolenſis. Inauguratus Epiſcopus Hieropolitanus in partibus Infidelium poſt* 4. *annos Patriæ* „ *ſolio attributus eſt ipſo Alexandro VII. eum in Conſiſtorio proponente, & viri præſtantiam commendante. Demortuus conditus eſt in Eccleſia S. Auguſtini,* „ *marmoreo Sarcophago ipſi appoſito cum inſcriptione.* „ *Hujus meminere Oldoinus in Athen. Auguſto, & Ciampinus in enarratione ſynoptica Abbreviatorum &* „ *parco majori. p.* 41.

LXXI („ LUCAS *Albertus Patritius nobilis Peruſinus,* „ *qui nobiliorum artium curſu peracto, Juriſque Laurea* „ *redimitus, Romana in Urbe Conſiſtorialis Aulæ Advocatus præfulſit: quo in munere ſpectatiſſimus omnibus* „ *dum eſſet, a Clemente IX. ad Thronum Patriæ aſſumptus eſt die* 3. *Junii* 1669. *Gregi ſuo dum attentiſſimè* „ *incumbit Diœceſim luſtrando, Verbo Divino paſcendo, ſacramenta per ſemet frequentiſſimè adminiſtrando, leges pro Chiſtiana diſciplinæ inſtauratione ſcribendo, pauperes amantiſſimè fovendo, ſed pro jure præcipuè ſuæ tuendo, ad varia coram Romana Curia* „ *diſcrimina ſæpius provocatus eſt: de omnibus tandem* „ *palmam tulit, retulit que mercedem ſempiternam mortalibus depoſitis exuviis anno* 1701.

LXXII. („ ANTONIUS FELIX *de Marſiliis Patritius* „ *Bononienſis tum genere nobilis, tum doctrina, & juriſprudentia peritia longè clariſſimus, quem utriuſque juris laurea donatum Cancellarium habuit, & Lectorem publicum Univerſitas Bononienſis, ad res Eccleſiaſticas morum probitate, & animæ promptiſſimus* „ *Metropolitana Bononienſis Archidiaconatu potitus,* „ *unaque ſimul Doctor Collegiatus Collegii Juriſtarum,* „ *& Examinator Synodalis dum eſſet, Peruſino Sacerdotio dignatus eſt Nonis Decemb. an.* 1701. Luc.)

(„ *Obiit verò Peruſiæ an.* 1710. *menſe junio.*

LXXIII. VITALIS *de Bobus Preſbyter nobilis Bononienſis,* „ *I. V. D. annorum* 55. *Archipresbyter metropolitanæ* „ *Eccleſiæ Bononien. examinator ſynodalis, aliàs Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, Præſes ſeminarii, Deputatus monialium, & Doctrinæ Chriſtianæ viſitator* „ *decoratur infula Peruſina* 23. *Febr. an.* 1711.

PIENTINI EPISCOPI.



a Stemma hoc Pientinæ civitatis, quod exhibet Ughellus, clarum perfert Leonem in purpureo Campo dextero anteriori pede lunam eferentem; posteriori ſupponente ramum viridem leguminis Lupinei. Luc.

VIginti milliariis procul à Senis ad dexteram militaris viæ Romanæ, in planitie montis ſupra Uricæ fluminis vallem, Pientina civitas ſita eſt, quam olim Corſinianum incolæ appellabant de nomine fundatoris. Pientia modo eſt à Pio II. Pont. Max. qui ibi è Patre exule natus, educatuſq; eſt Pius igitur jam Pontifex factus memor loci, ubi primum ſpiritus hauſerat, oppido muros adjecit, atque ædificiis auxit, in eoque Deiparæ Virgini in Cœlum aſſumptæ conſecratum templum conſtruxit, ut pro Cathedrali eſſet. Quam rem Campanus in Pii Commentariis lib. 8. his verſibus explicuit.

Quæ nova ſublimi profurgo Pientia colle,
Cauſa mei quæ ſit nominis, ipſa loquar.
Me Pius ornatam templo, muriſque refectam
Eſſe Urbem voluit, quæ fueram oppidulum.
Tecta ſuæ gentis, primis in mœnibus, ædes
Tangere marmoreum ſidera juſſit opus.
Addidit & nomen, lectoque è more ſenatu,
Urbanos ritus, & nova jura dedit.
At vos vicina, quæ ſurgitis oppida terra,
Invidiæ nihil eſt, nam genuit ipſa Pium.

Novæ Cathedralis ſplendorem decoremque idem ipſe Pius deſcripſit lib. 9. Comment. qui ut templi dignitatem, ac nitorem ſervaret, huiuſcemodi decretum edidit. *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In hoc templo, quod B. Mariæ Virgini Domini, & Dei noſtri genitrici ereximus, & dedicavimus, nemo mortuum ſepelito, exceptis tumulis, qui ſacerdotibus, & Epiſcopis aſſignati ſunt. Nemo candorem parietum, atque columnarum violato: nemo picturas facito; nemo tabulas appendito; nemo capellas plures, quam ſunt, aut altaria erigito; nemo formam ipſius templi, ſive quæ ſuperius, ſive quæ inferius eſt, mutato: ſi quis contrafecerit, anathema eſto, ſolius Romani Pontificis exceptæ mortis articulo, auctoritate abſolvendus. Datum Pientiæ an. Incarn. Dom.* 1362. *XVI. Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno V.*

Ædificavit Pius & domum juxta templum à ſiniſtris, in qua Præpoſitus, & Canonici commodè habitarent, & per januam quamdam parvam eorum cauſa in latere templi dimiſſam, ad nocturna diurnaque munera nullo impediente procederent. In decollatione B. Joannis Baptiſtæ eodem anno 1462. idem Pius templum, & altare per Cardinalem Oſtienſem dedicavit, & per ſe ipſum majoris aræ frontem iunxit, & reconditis in ea ſanctorum reliquiis ſigillum adjecit, ac Cluſinum Epiſcopum Joannē Chinugium nobili loco apud Senenſea natum illuc tranſtulit, & novę ſponſæ virum dedit. Diœceſim 22. Oppidorum noviter inſtitutæ Eccleſiæ tribuit, quæ partim ab Aretino, partim à Cluſino Epiſcopatu disjunxit, in eaq; Epiſcopalem dignitatem Ilcinenſi perpetuo junctam fundavit. Decrevit autem illam Apoſtolicę Sedi immediatè fore ſubjectam, quod ſanè jus adhuc Pientini Præſules modicus retinere videntur, niſi fortè quādoq; cauſarū appellationum ingens neceſſitas illos ad Senenſem

Me-

Metropolitanum compellat. Tribus dignitatum ordinibus Cathedralis exornatur, Præpoſituræ ſcilicet, Canonicatus, & ſimplicis Presbyteratus. Nobilibus reliquiis ditata eſt S. Andreæ Apoſtoli, ac fruſtulo ligni crucis, Uoleum religioſorum Monaſterium ibi eſt, tres laicorum confraternitates, ac Xenodochium. Præpoſitus adjuncto ſibi coadiutore presbytero curam animarum exercet. Hæc civitas Magnorum Etruriæ Ducum reveretur imperium, gaudetque ſaluberrimo Cœlo, ac feraciſſimo ſolo.

A D D I T I O.

(„ Pientinæ Cathedrali inſerviunt Canonici novem, „ inter quos Pœnitentiarius, & ſex Capellani, aliique „ Presbyteri, & clerici inferiores. Annui redditus di„gnitatum ſunt ſcut. 200. Canonis 150. ſolvuntur Ca„pellanis 30. Animarum cura ad circiter 150. ſocula„ria ſe extendit, eaq; exercetur per Præpoſitum Cathe„dralis. Unum Virorum, & unum mulierum ibi ſunt „ Cœnobia, Hoſpitale, mons Pietatis, ſeminarium, & „ Palatium pro Epiſcopo. Diœceſis ſe extendit ad 14. „ M. P. & 18. loca complectitur. Taxatur in lib. C. A. „ flor. 100. Redditus de præſenti ſupputantur mille ſcut. „ Epiſcopi à ſua primæva inſtitutione cum Ilcinenſi convere, donec Clemens VIII. an. 1599. die 20. Dec. perpe„tuo disjunxit hac Eccleſias. Lucent.)

Præſules, qui partim Ilcinenſi conjunctam, partim disjunctam Pientinam Eccleſiam adminiſtrarunt, ſequentes ſunt, de quibus antequam ſermonem inſtituamus, Pii II. harum Eccleſiarum erectionis bullam lectoribus legendam proponimus, quam nobis ex auctographo deſumptam communicavit Joannes Spannatius modernus Pientinus Epiſcopus, cujus tenor eſt huiuſmodi.

P I U S E P I S C O P U S

ſervus ſervorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

PRo excellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum Principem quamquam imparibus meritis, pari tamen authoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare Romano Pontifice digniſſimum arbitramur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus effloreat, ſubſequatur animarum ſalus, & loca humilia illuſtrentur. Cum itaque Oppidum Corſignani Aretinæ diœceſis, in quo dies natalis nobis primum illuxit, & educati poſtmodum per omnem ferè pueritiam fuimus, commendatione quadam naturæ ad gratitudinem nos invitati, cogitavimus, poſtquam ad ſummum Apoſtolatum ſumus aſſumpti, ſignum aliquod pietatis noſtræ oſtendere, quod Deo beneplacitum eſſet, & hominibus commendabile. Juſſimus itaque in honorem ſanctiſſimæ Virginis Dei Redemptoris noſtri Genitricis Eccleſiam magnifici operis à fundamentis ibi extolli; palatioque inſignas in paternis ædibus, & nonnullis aliis ædificiis locum eumdem ornari Videntes inſuper ipſum Corſignani, & Montis Ilcini nullius Diœceſis Oppida invicem ſatis propinqua à certis temporibus citra benedicente Domino, incolis, & habitantibus, ac rerum facultatibus adeò aucta, ut inter alia Italiæ loca ad Sedem Apoſtolicam meritò idonea poſſint reputari; Hanc quoque gratitudinis partem ſumus amplexi, & rationem inivimus, qua & Præſul futurus pro tempore, & canonici, ac aliæ ipſius Eccleſiæ, ſi in Cathedralem erigeretur, perſonæ commodè habitare, & congruè ſuſtentari valeret; nihil incogitatum linquentes quod ad augmentum, & conſervationem electionis hujus ſpectaret. Cum itaque pro Divinæ largitatis munere omnia ad eum modum, atque ordinem redacta iam ſint, ut modo conſumationi operis indulgere poſſimus Nos præmiſſis omnibus cum venerabilibus fratribus noſtris S R E. Cardinalibus, ac matura conſultatione diſcuſſis attendentes honorem, qui exinde per augmentum novi Præſulis Sedi Apoſtolicæ acquiritur, & profectum quod Catholicæ fidei ob præmiſſa ſubſequi poteſt; ſuadentibus nonnullis aliis rationabilibus cauſis ad id noſtrum animum inducentibus, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac in honorem ejuſdem Glorioſæ D. N. J. Genitricis MARIAE, ac B. B. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſociorumque cæleſtis curiæ Paradiſi, ac exaltationem Catholicæ fidei, & decus noſtrum, ac præfatæ Apoſtolicæ ſedis, de eorumdem fratrum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tam prædictam S Mariæ de Corſignano, quam etiam S. Salvatoris de prædicto monte Ilcino Eccleſias, ſive plebes, & quamlibet earum in Cathedrales Eccleſias, quæ Corſignani Pientina, & Montis Ilcini Ilcinenſis nuncupentur, cum ſedibus Epiſcopalibus, & collegiis, ſive capitulis diſtinctis, ac omnibus, & ſingulis cathedralium Eccleſiarum conſuetis inſignibus. Necnon Corſignani, & montis Ilcini oppida præfata in civitates, quæ de cætero non Corſignanum, ſed ad memoriam noſtri Pontificalis nominis Pientina; montis verò Ilcini Ilcinenſis civitates ab omnibus appellentur; motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium erigimus, ipſaſque S Mariæ, & S Salvatoris in Cathedrales erectas Eccleſias, Epiſcopalium ſedium præeminentia, & honore, necnon præfatas & erectas Pientinam & Ilcinenſem civitates decore, titulo, & honore civitatum in memoriam indelebilem inſignimus. Statuentes ut de cætero tabelliones, & alii quicumque civitatem Pientinam in ejus contractibus, & non Corſignanum appellent. Si verò iidem tabelliones non Pientinam Civitatem, ſed Corſignanum in hujuſmodi contractibus appellaverint cenſeantur iidem contractus non ibi, ſed alibi eſſe celebrati. Præterea ut prædictæ Pientina, & Ilcinenſis Eccleſiæ, & earum Præſul decenti ſint cleri, ac populi, ac ſubditorum numero, & diœceſis quantitate decoratæ, ipſam Pientinam, & Ilcinenſem Civitates ab Aretina, necnon infraſcripta oppida, caſtra, villas, ſive loca, videlicet Camigliani, Porronæ. Cinigiani, Argiani, Podii alle Mura, quæ hactenus Cruſſetanæ diœceſis fuerunt, ab eadem Cruſſetana, ac Arcem Tentinnā, cum Balneis Avinianis, Caſtilionis, Vallis Urciæ, Campigliæ, cum Balneis S Philippi, S. Petri in campo Continiani, Perignani, Caſtri veteris, montis Nigri, S. Angeli in colle, Caſtri novi Abbatis, Seggiani, Ripæ, Vinjonis, Monticchielli, & Fabricæ, quæ hactenus Cluſinæ diœceſis fuerunt, ab ipſa Cluſina; necnon S. Quirici, Roſenæ, montis Fulloniæ, Turritæ, Scufriani, Petronii, Caſtri Mutii, Trequendæ, Monterong riffoli, Montiſiſi, S Joannis ad aſium, Vergellæ, Turris nigræ, Luciniani ad aſium, quæ hactenus Aretinæ diœceſis cum clero, populis, incolis, Eccleſiis, monaſteriis, beneficiis Eccleſiaſticis, & piis locis, territoriis, aliiſque omnibus juribus, ac pertinentiis, eorumdem auctoritate, & ſcientia ſupradictis tenore præſentium diſmembramus, & dividimus, illaque omnia, & qualibet eorumdem oppidorum, Caſtrorum, Villarum, ſeu locorum, ab omni ſuperioritate, dominio, & poteſtate, Cruſſetani, Cluſini, & Aretini Epiſcoporum, & eorum cujuslibet tenore præſentium perpetuò eximimus, ac liberamus, necnon arcem Tintinnani, cum Balneo Avinionis, Caſtilionis, Vallis Urciæ, Campiliæ, cum Balnei ad S. Philippum, S. Petri in campo, ac Continiani, & Perignani, ac Caſtri Veteris, & Avinionis, ac Monticchielli, & Fabricæ, ac S Quirici, Roſennæ, & Montis Fullonicæ, Turritæ, Scufriani, Petronii, Caſtri Mutii, Trequandæ, Monterongriffoli, ac Montiſiſii, S. Joannis ad aſium, Luciniani ad aſium, & Vercellæ, oppida, ſeu caſtra prædicta, Eccleſiæ, & ſedi Epiſcopali Pientinæ, reliqua verò ſuperius nominata, videlicet Camigliani, Perrinæ, Contigiani, Argiani, Podii alle Mura, Montis nigri, S Angeli in colle, Caſtri novi Abbatis, Siggiani, Ripæ, & Terranerii, caſtra, villas, ſeu loca hujuſmodi eidem Ilcinenſi Eccleſiæ, & ejus ſedi Epiſcopali, cum clero, populis, incolis, Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, locis piis tam ſæcularibus, quam regularibus, territoriis, aliiſque juribus, & pertinentiis, quatenus videlicet eiſdem Epiſcopis eorum ordinariis ſubjacebant, & non aliter Pientino, & Ilcinen Epiſcopo pro tempore exiſtenti ſubjicimus, & eiſdem, & aliis, prout ſuperius eſt expreſſum, pro diœceſibus aſſignamus, ac Pientinæ, & Ilcinen. diœceſis de cætero perpetuis futuris temporibus forè, & cenſeri debere volumus, & ſtatuimus. Decernentes collationes, proviſiones, electionum confirmationes, inſtitutiones, & deſtitutiones. Eccleſiarum, monaſteriorum, beneficiorum, ac piorum, & Eccleſiaſticorum locorum prædictorum, & perſonarum eorum, nec non aliam omnimodam ordinariam juriſdictionem in illis, ac oppidis, caſtris, villis, & locis ſuperius expreſſis, eorumque clero, populis, atque incolis, ad Pientinum, & Ilcinenſem Epiſcopum pro tempore exiſtentem in omnibus, & per omnia perpetuo pertinere ita, & quemadmodum per antea ad præfatos Cruſſetanum, Cluſinum, ac Aretinum Epiſcopos eorum ordinarios pertinebant. Et inſuper ſuadentibus evidentibus dictarum Pientinæ, & Ilcinen Eccleſiarum, & ex certis aliis juſtis, ac rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus de eorumdem fratrum

con-

conſilio, ac motu, auctoritate, & ſcientia ſupradictis, eaſdem Pientinam, & Ilcinenſem Eccleſias cum omnibus juribus, & pertinentiis earumdem ſuſimul in perpetuum incorporamus, annectimus, & unimus. Itaque capitulis, ac diœceſibus utriuſque ipſarum Eccleſiarum diſtinctis exiſtentibus, & unoquoque ipſorum capitulorum juxta ſua ſtatuta, & ordinationes ſe regentibus, unus Epiſcopus eiſdem Pientinæ, & Ilcinenſi Eccleſiis præſit, cujus quidem Epiſcopi cum dictas Eccleſias pro tempore vacare contigerit, electio per utrumque capitulum ſemel in Pientina, & ſemel in Ilcinen. Eccleſiis, & ſic deinceps alternatis vicibus, ſed pro prima vice cum in poſterum eam fieri continget, in Pientina Eccleſia celebretur.

Cæterum cupientes ipſas Eccleſias ſingulari beneficio decorare, eas, & earum Præſulem pro tempore exiſtentem cum capitulis, clero, populis, civitatibus, oppidis, caſtris, ſeu villis prædictis, & totis illarum diœceſibus, ab omni juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, dominio, & poteſtate Archiepiſcopi Senenſis pro tempore exiſtentis, ejuſque officialium, ac aliorum quorumcumque ordinariorum judicum, motu, auctoritate, & ſcientia ſupradictis in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, ac ſub noſtra, & B. Petri, & ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, dictaſque Eccleſias, & earum Præſulem Rom. Eccleſiæ nullo medio decernimus ſubjacere. Ita tamen, quod ſi qui in cauſis ab Epiſc. Pient. & Ilcinen. ejuſque officialibus, ad Archiepiſc. Senen. prædictum, ſeu ejus Metropolitanam curiam pro tempore appellare voluerint; liceat eis id liberè facere, ipſique Archiepiſcopo, ſeu ejus officialibus, vel delegatis ab eo hujuſmodi appellationum cauſas cognoſcere, & definire, ita, & quemadmodum alias cauſas appellationum à ſuis ſuffraganeis impoſitarum cognoſcunt. Liceat etiam ipſi Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, cum per Pient. vel Ilcinen. Civitates, aut diœc. iter fecerit, præ ſe Crucem portare facere, ſicut in locis ſuæ provinciæ portare facere conſuevit. In reliquis autem nullam ordinariam juriſdictionem in Epiſcopum Pientin. & Ilcinen. aut ejus ſubditos valeat quomodolibet exercere. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari Non obſtantibus conſtitution. necnon quibuſvis indultis, & literis Apoſtolicis, præfatis Graſſetano, Cluſino, & Aretino Epiſcop. eorumq. Eccleſiis in genere, vel in ſpecie conceſſis, quorumcũque tenorum fuerint, cæteriſq; contrariis quibuſcumq. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram erectionis, inſignitionis, diſmembrationis, diviſionis, ſubjectionis, voluntatis, ſtatuti, incorporationis, annexionis, unionis, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, decreti, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Pientiæ anno Incarn. Dom. 1462. id. Auguſti, Pontificatus noſtri anno IV.



I. 1. JOANNES Chinugius Franciſci filius, nobilis Senenſis, olim Epiſcopus titularis, & ſuffraganeus Oſtienſis Epiſcopi, inde Cluſinus Epiſcopus, & à Pio II. Pientinus, & Ilcinenſis primus Epiſcopus declaratus eſt die 7. menſ. Octobris anno 1462. ſedit ann. octo, fatoq; functus eſt anno 1470 (1) ſepultus in nova Cathedrali. Chinugiæ gentis inſignia quadripartita parma, in primo, & quarto latereulo denticulata, aurea, in ſecundo, & tertio miniata denticulis expreſſa.

Italia Sacra Tom. I.



2. THOMAS de Teſta Piccolomineus, Urbani filius, nobilis Senenſis, in Piccolomineam familiam à Pio II. cooptatus, Soanæ antea Epiſcopus ad has Eccleſias translatus eſt an. 1470. pridie id. Novembris. Senis defunctus eſt in Metropolitana ſepultus anno 1482. in ſepulchro marmoreo, ubi ejus ſpectantur inſignia, in qua bipartita parma, in primo loco nigra Aquila in area argentea ab Imperatore, cujus fuerat à conſiliis, recepta, in ſecunda parte Leo argenteus cæruleam lunam geſtãtem in campo miniato, in tertia cærulea crux 5. aureis lunis, in argentea area expreſſa à Pio II. exornata, in quarta parte Teſtæ familiæ expreſſa videntur ſtemmata, rubra brachia duo cum aurea ſtella in argenteo campo, inſcriptio verò ibidem exarata eſt hujuſmodi. II.

D. Thomæ Piccolomineo Pient. Pont. Cæſareo Conſiliario, Comitique. Angelus Piccolomineus Eques, & Joannes fratres piiſſ. fratri benemerito poſuere. Vixit ann. LII. Deceſſit autem anno ſalutis M.CCCC.LXXXII.

3. AUGUSTINUS Patritius nobilis Senenſis ſucceſſit Thomæ anno 1483. ſub Innoc. VIII Cæremoniarum Magiſter, mortalitatem explevit, Alexandro VI. Pontifice, circa an. 1496 Romæ ibidem ſepultus. Patriciæ gentis ſtemmata ſcutum nigrum, cum argenteis faſciis duabus. Iiſdem temporibus, quibus vixit Auguſtinus, floruit ex eodem nobili familia Franciſcus Epiſcopus Cajetanus, de quo ſupra. („ *Hic forſan eſt Auguſtinus Patritius, cujus meminit Voſſius de* „ *hiſt lat. lib. 3. p. mihi 604. ſcripſit librum de Rom. Pon-* „ *tificis conſecratione. Vide lib. 2. Bibl. Pontif. Jacobi à* „ *S. Carolo p. 271. & Ugurgerium in Pompis Senen. par* „ 1. *p.* 139. Mandoſ.) III

4. FRANCISCUS Cardinalis Piccolomineus, an. 1496. has, quas ſemel ceperat adminiſtrandas Eccleſias, reſignavit anno 1498. inde ſummus Eccleſiæ Pontifex adlectus, Pius III. dictus eſt. IV.

5. HIERONYMUS Piccolomineus Senenſis, Iacobi filius, Pientinus, Ilcinenſiſque Pontifex adlectus eſt die 14. Martii 1498. Hic Eccleſiam parochialem S. Mariæ oppidi S. Quirici Monaſterio S. Salvatoris de Monte Amiato conjunxit, contribuitque Abbas Amiatinus ejus cenſus prædia, unde ibidem commodè Monachus aleretur; cavit autem in inſtrumento legitimè condito, nè, quæ fuerat dilargitus, Eccleſiæ cenſeretur, ſed ad Monachum alendum tandiu ſubſervirent, quamdiu ibidem divinum opus, animorumque curam regeret. Clauſtrum Fratrum Minorum Senis inſtauravit, ut inſcriptio marmorea ibidem ad parietes his verbis loquitur. V.

Hieronymus Piccolomineus, Jacobi filius, Epiſc. Pientinus quartus. Hoc clauſtrum olim à ſuis Gentilibus Piccol. conſtructum, ac vetuſtate prope collapſum à fundamentis novum propria impenſa reſtituit an. ſal. MDXVII. in eo cadaver non humetur.

E vivis exemptus eſt anno 1520. cum jam ann. 1510.

(1) Die 30. Septemb. Senis dum eſſet, ubi ſepultus eſt in Eccleſia S. Dominici. Aurea ſcuta 5000. expendiſſe dicitur in ædificanda Cathedrali, domoque Epiſcopali Pientinis.

Epiſcopatu ſe abdicaſſet, de quo acta conſiſtorialia.

VI. 6. HIERONYMUS Piccolomineus, Bonſignorii filius, Senenſis, per reſignationem Hieronymi Pientinam, Ilcinenſemque ſedem obtinuit anno 1510. die 10. Decemb. Hujus Epiſcopi temporibus inter Pientinam, Ilcinenſemque Eccleſias injectum divortium eſt ann. 1528. Clemente VII. Pontifice annuente. Siquidem Pientina Alexandro ejuſdem Hieronymi nepote eſt attributa, ipſe verò Hieronymus Ilcinenſis Epiſcopus defunctus eſt anno 1535.

VII. 7. ALEXANDER Piccolomineus Senenſis a, Jo. Baptiſtæ filius, Hieronymi ſuperioris nepos, Pientinam ſeorſum Eccleſiam Præſul adminiſtravit, anno 1528. die 29. menſis Novembris electus, mortuoque Patruo etiam Ilcinenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1535. qui & ipſe poſtea in Franciſcum Mariam germanum fratrem Ilcinenſem transfudit Eccleſiam an. 1554. Pientina ſibi Eccleſia reſervata. Interfuit Tridentino Concilio, mortalitatemque explevit an. 1563.

a De eo Ughellius in Pompeia Senen. Mand.

VIII. 8. FRANCISCUS MARIA Piccolomineus, Ilcinenſis Epiſcopus creatus eſt die 20. Aprilis 1554. ex ceſſione fratris, poſt cujus exceſſum, Pientinum etiam obtinuit Epiſcopatum anno 1563. Deceſſit ann. 1599. ſepultuſque eſt Senis apud S. Franciſcum ante ejuſdem S. altare, quod ipſe exornaverat, inſtauraveratque, ut ex hac inſcriptione liquido commonſtratur.

Tibi Dive Franciſce
Franciſcus Maria Piccolomineus Epiſcopus Pientinus, & Ilcinenſis aram, quæ conſpecta eſt, in ampliorem, & elegantiorem formam redactam poſuit, & exornavit monumentis ſuis conſanguineorum inſtauratis, temporis injuria prope deletis. Anno Dom. M.D. LXXXX.

Poſt obitum Franciſci Mariæ Clemens VIII. Pientinam Eccleſiam ab Ilcinenſi perpetuò disjuxit, utrique Eccl. ſuo attributo Paſtore an. 1599.

IX. 9. GIOJAS Dragomanus b è Florentino Caſtilione Etruſcus, Pientinus creatus eſt Epiſcopus anno 1599. die 20. Decembris. Hic olim Epiſcopus Montis Peluſii fuit, eoque munere libens, volenſque abiens ad publicam Eccleſiæ utilitatem pluribus muneribus eſt perfunctus, præcipuè autem in vicelegatione Bononienſi ſe geſſit egregiè jam Pientinus Epiſcopus factus ſub Benedicto Card. Juſtiniano Legato. Ad 30. annos Pientinam rexit Eccleſiam, raro ad poſteros probitatis exemplo, confectæque ætatis eſt defunctus ibidem anno 1630. die 26. menſis Decembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali, in ſuam olim patriam transferendus. Eius gentilitia ſtemmata muricatus Draco in aurea parma.

b De Fa[illegible] Ughellius [illegible]

X. 10. SCIPIO è Comitibus Elcii, filius Comitis Urſi Aulæ Magiſtri, intimique Conſiliarii Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis, è primaria nobilitate Senenſi, ex Refer. V. S. Firmique Gubernatore Pientinus Epiſcopus adlectus eſt anno 1631. die 28. Julii, pauloque poſt, hoc eſt anno 1636. ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt.

XI. 11. HIPPOLYTUS Burghaſius Senenſis Pauli V. Pont. Max. affinis, olim Monachus, & Generalis montis Oliveti, * Ex Epiſcopo Montis Ilcinenſis ad hanc ſedem translatus ann. 1636. mortalitatem explevit nondum evoluto anno. Iacet Senis in Eccleſia S. Mariæ de Provenzano.

* Ex App. 41.

XII. 12. IOANNES Spennatius nobilis Senenſis c ex Canonico Metropolitanæ, Hippolyto in Epiſcopatu ſucceſſit anno 1637. die 5. Octob. Ejus mater germana ſoror fuit Metelli Bichii Cardinalis, amita verò alterius Cardin. Alexandri Bichii Epiſcopi Carpentoratenſis. Summa prudentia, atque integritate omnibus boni paſtoris ornamentis inſtructus hanc adminiſtrat Eccleſiam, indoliſque, ac morum ſuavitate majorum ſuorum ſuaviſſimum genium adumbrat. Ii verò è Galliis ab annis ducentis, ac triginta in Italiam ſe contulere, cumque Urbeveteri non diu ſteтiſſent, Senas ſe recepere, nobiliumque albo adſcripti omnibus privilegiis, honoribuſque, quibus cæteri nobiles potiebantur, ornati ſunt. Ex hac nobili Spennatia familia fuit Aeneas Epiſcopus Soanenſis,

c De hoc Ughellius in [illegible]

A de quo alibi. Interim Deus utrumque annis pluri mis incolumes ſervet.

ADDITIO.

(„ In Eccleſia ſua amplexibus exceſſit 11. Auguſti „ 1658. ætatis an. 63. Cadaver, Senas aſportatum, „ in Metropolitana ſepultum fuit, cujus fuerat Canonicus, in tumulo, quem ibidem ſibi paraverat in „ ſacello pietatis. Hæredem præfatam Metropolitanam inſtituit, in qua viſitur argenteum pallium in „ Ara majori, & circa illam duo grandia ex argento „ candelabra, ſuper quæ jugiter ardent, cereæ faces ejuſdem munificentia, & præter hæc ſplendent in dicta Ara quatuor Urnæ aureæ, quibus excipiuntur ſacra Lipſana quatuor Sanctorum, quibus Senenſis „ Civitatis tutela innititur. Illuxit etiam Joannis „ largitas erga ſuam Pientinam Cathedralem, cujus „ ſupellectilem auxit, & Pallio argenteo ditavit, „ Menſa item Epiſcopalis majori bono proſpiciens, eidem legavit duo millia ſcuta beſtiaminum, quibus „ prædia in uberiores fructus haberentur. Utinam in

B *„ tantum Virum cæteri proſpicerent Paſtores. Vacavit deinceps hæc Eccleſia uſque ad an. 1664. fructibus „ decurrentibus interim ad favorem Cælii Piccolominei Apoſtolici Nuntii apud Regem Galliarum: Regimen verò Eccleſiæ optime geſſit Gabriel Guccius „ Canonicus Senenſis Metropolitanæ, ita in omnibus „ diſponente Alexandro VII.*

„ JUCUNDUS *Turaminus nob. Senenſis J. U. „ D. Canonicus S. Mariæ de Provenzano, & Monialium Confeſſarius annorum 35. ætatis, hac ſede „ potitur 31. Martii 1664. Morte citiſſima ſublatus „ 17. Jan. 1665. ſepelitur in ſua Cathedrali.* XIII.

„ JOANNES *Checconus nob. Senenſis J. U. D. „ cum plurima gubernia in ditione Eccleſiaſtica laudabiliter exercuiſſet, hac infula donatus eſt 11. Novemb. 1665. jura naturæ perſolvit 19. Martii 1668. „ ſepelitur in Cathedrali.* XIV.

„ HIERONYMUS *Burgheſius Patricius Senenſis, Ord. S. Benedicti Juriſprudentiæ, Sacra Scriptura, Muſices, Mathematices, nec non lingua-*

C *„ rum Græca, & Hebraica pollens plura munia ſuſtinuit in ſua Congregatione; Romæ extra Ordinem „ Pœnitentiarium egit Apoſtolicum in Vaticana Baſilica, Ordinarium in ea S. Pauli anno Jubilæi. Demum ad Suanenſem Cathedram eum delegit Alexander VII. ubi cum aliquandiu proficue resediſſet, „ aeris gravamine perturbatus ad hanc Pientinam „ translatus eſt 17. Septembris 1668. Reparandæ Eccleſiæ, reformandis ſacris ritibus ad normam noviſſimi cæremonialis illico manus appoſuit. Diœceſim ſtatis temporibus perſonaliter luſtravit, Synodos habuit, plurimis auxit rem ſacram: in omnibus „ longè clariſſimus, Dierum, meritorumque plenus „ mortalitatem depoſuit in ſua Cathedrali die 15. Jan. „ anno 1698.* XV.

„ ANTONIUS *Forteguerra nobilis Senenſis; „ juvenis præclariori diſciplinarum genere imbutus, juris tum Cæſarei, tũ Pontificii Doctor enunciatus inter „ Canonicos connumeratus eſt Senenſis Metropolitanæ, „ unde annum agens ætatis 40. dignus Burgheſii ſucceſ-*

D *„ ſor accitus eſt 15. Septemb. 1698.* Luc.) XVI.

(„ Obiit in reſidentia menſe Januario an. 1714.

„ ASCANIUS *Sylveſtri Epiſcopus Maſſanus „ translatus eſt ad Eccleſiam Pientinam 13. Junii 1714.* XVII.

RAVELLENSES EPISCOPI.



RAVELLUM in Picentinis Urbs, non magno (B) murorum ambitu cincta in Principatu Citra jacet, non veteribus admodum Colonis ſuperba, qui ab Amalphitana Republica deſecere, ac Roberto Guiſcardo occaſionem injecere, ut ejus locum, in quo ſita eſt, ad eam Rempublicam expugnandam, excitatis propugnaculis, communiret. In media Civitate locus dictus Thorus ſe ſe porrigit, in quo lapſis aliquot ab anno ſalutis noſtræ Milleſimo ejus Reipub. Dux quibuſdam excitandæ ſub nomine D. Joannis Eccleſiæ his verbis poteſtatem fecit, *ut poſſint conſtrui facere Eccleſiam in communi noſtro loco, ideſt Republica, qui dicitur Thorus*: cumque poſtmodum illi de Thoro, ab Amalphitanis deſciviſſet, ab iis rebelles appellati, idem Civitati nomen conciliarunt, quod (C) poſtea pro Rebellem, Ravellum dixere. De hac Civitate D. Bernardus in Epiſtola ad Imperatorem Lotharium mentionem facit. *Nonne hi ſunt, qui uno impetu ſuo, quod incredibile dictu eſt, expugnaverunt Amalphiam, & Rebellem, & Scalam Atturinam, Civitates utique opulentiſſimas, & munitiores, omnibuſque, qui ante hac tentaverant, inexpugnabiles?* Eodem pariter Rebellis nomine eam Carolus Sigonius appellavit in ſuo de regno Italiæ commentario. Conſentiunt denique antiqua inſtrumenta ab anno 1200. conſtata, in quibus non Ravellum, ſed Rebellum, ac conſecutis temporibus Ravellum dicitur, quamvis in Papalibus diplomatibus, etiam Ravellum nuncupetur, quod nomen, an ab Apoſtolica ſede inventum fuerit, conjicere non poſſum. Erimpertus antiquiſſimus hiſtoricus, Amalphis, Scalæ, Arani, Portus Regiminis mentione edita altiſſimo ſilentio, cum de ea diſſerendi ſe ſe porrigeret occaſio, ipſã præterivit, certiſſimo argumento, eo tempore non ſtetiſſe. Cum verò deinde Magnus Guiſcardus tranſmarinam profectionem adornaſſet, Amalphitani ad arma protulere, amiſſamque libertatem recuperarunt, novos Duces creavere, ſuſceptam in terra ſancta à patribus expeditionem, Religioniſque Hoſpitalarium militum, cujus Gerardus è prænobili Scalæ Civitatis ſtirpe ſatus, Magiſter erat, conſilia ſacra ſunt proſecuti. Capeſſente verò poſt obitum Roberti, Rogerio minori natu filio Principatum, prima ille conſilia ad eam A- (D.) malphitanam Rempublicam expugnandam adjecit, cumque Thorum acceſſiſſet, qui jam tum Rebellis nomen trahebat, creſcere, & efflooreſcere cœperat, poſt multos bellicos exantlatos labores Thori Civibus adjuvantibus, eam in ſuam poteſtatem redegit; Inſigni ergo beneficio Thorum ornaturus, cujus Cives ſe ſe illi promptos, & alacres exhibuerant, à Victore III. Papa elicuit anno 1086. ut Epiſcopatu in ea erecto, Urſus Papicius Benedictinus Monachus, è familia illuſtri oriundus, Capuæ conſecraretur, primuſque Epiſcopus imponeretur. Quibus Victor Urſonem olim in religione ipſius familiarem, tum Rogerium obſequia Ravellenſium, fidemque præmio aliquo inſigni afficere cupientem, non modico beneficio obſtrinxit, dum Urſonem, cæteroſque ejus in Ravellenſi Eccleſia ſucceſſores S. ſedi immediatè ſubjectos ſuo diplomate ſanciverit. Rogerius verò in benevolentiæ argumentum eorum Eccleſiam regia munificentia ingentibus opibus, cenſibuſque apud Bitontum, Ju- (A) venatium, Barletam, aliaque Apuliæ loca, liberaliſſimè cumulaſſet. Cathedralis Virginis Aſſumptæ ſacra triplici teſtudine aſſurgit, præter ſuperiorem fornicem, quam titulum vocant, forma quidem anguſtiori, ſed marmoribus incruſtratum, ac Porta ænea à familia Muſcetola antiquiſſima juxtaque nobiliſſima confecta illuſtratur. Sub titulo ſubjecta teſtudo humili forma conſpicitur, ubi antiquitus ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum piiſſima Domini noſtri imagine colitur; à læva parte ſacrarium viſitur, turriſque Campanaria aſſurgit; à parte verò dextera ſanguis D. Pantaleonis Martyris, cum pluribus aliis inſignibus reliquiis in Lipſanotheca pluriſſimis marmorum cruſtis exornata aſſervatur. Illoſtre, ac ſingulare miraculum, ſingulis annis in eo ſanctiſſimo ſanguine ad illuſtrandam ejuſdem Martyris gloriam Deus explicat; cumque in toto anno in ſummam duritiem concreverit, die ejus feſtum ſolemne præce- (B) dente, ac conſequente, in fluxilem liquorem abit, ac poſtmodum ſummo intuentium ſtupore, ut prius, coagulatur, & obrigeſcit; eodem in ipſo prodigio emicante, quod in D. Januario Neapoli patrono, ac tutelari fulgere conſuevit. Hæc Eccleſia 4. dignitatibus ornatur, quarum princeps Archidiaconatus eſt, Canonicos non habet, at eorum 12. numerat ſacerdotes capitulares. Duodecim Parochias Civitas obtinet, quæ licet vetuſtate non ſit commendanda, amplitudine tamen, ædificiorumque multitudine, & elegantia illis non impar, nec plura alia oratoria deſunt, quamvis in ea nulla xenodochia, ſeminariave *a*, pietatiſque mons ſpectentur. Epiſcopus diœce- (C) ſim non habet, cum ejus juriſdictio Civitate definiatur, quamquam à primo exordio ſoli Apoſtolicæ ſedi, ut Ravellenſis Epiſcopus obnoxius ſit, ut è diverſis Pontificum diplomatibus, maximèque ex eo Victoris, à quo hæc Eccleſia in Cathedralem erecta eſt, colligi facillimè poteſt. Clemens VIII. cum in illius penuriæ cognitionem veniſſet, Scalenſem Epiſcopatum duobus tantum milliaribus diſſitum cum illa conjungere decrevit. Scala porrò Civitas iiſdem temporibus, ut Freccia de officio Admirati nu. 4. lib. 1. refert, quibus Amalphis condita, ſurrexit, propriumque habuit Epiſcopum Amalphitano Archipręſuli ſubjectũ. Hodie hæ duæ Eccleſiæ unitæ, ac uni Epiſcopo parent, qui ut Ravellenſis Epiſcopus ſoli Apoſtolicæ ſedi obtemperat, at verò ut Scalenenſis Præſul., Amalphitano Archiepiſcopo ſuffraganeus eſt. Nunc ergo de ſolis Ravellenſibus Epiſcopis, ut ſolis Apoſtolicæ ſedi obnoxiis verba faciam, reliquoſque in 7. tomum rejicio, cum de Scalenſibus Epiſcopis ſub Metropolitano Amalphitano nobis erit oratio inſtituta. Interea ſilentio prætermittendum non duxi, antequam Ravellenſium Epiſcoporum ſeriem attexere aggrediar, eam Urbem illam ſibi gloriam jure merito attogare poſſe, ſelectiſſimi delibatique nobilitatis floris ſedem extitiſſe, plureſque familias clariſſimas, quæ Neapoli dignitate fulgeant, peperiſſe. Epiſcoporum vero ſeries ejuſmodi eſt, quæ ſequitur. (,, *Fructus hujus Epiſcopatus taxantur* ,, *in lib. Cam. ad fl.* 200. *aſcendunt ad* 300. *Ducatus,* (D.) ,, *illius moneta, nulla penſione gravati.*)

a Adeſt Seminarium, & unum Monialium Carmelitarum.

I. 1. VRSUS Papicius Monachus S. Benedicti primus Ravellenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratus eſt à Victore Papa III. anno 1086. * Idem Pontifex ann. 1086. conceſſit Vrſoni ab ſe primo Ravellenſi Epiſcopo conſecrato, ſuiſq; ſucceſſoribus, privilegium, ut Ius Epiſcopale haberent, ac poſſiderent in iis, quæ iam poſſiderent, vel in futurum juſta, ac legitimè acquirere eis contingeret. Privilegii verba ſunt hæc ab ipſo autographo tabularii Ravellenſis Eccleſiæ exſcripta.

* Ex App. tom. 2.

VICTOR EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Vrſo Ravellenſi Epiſcopo in perpetuum.

Quandoquidem ſuperna diſponente clementia P. Petro Apoſtolorum Principi, eiuſque ſucceſſoribus ubique gentium ordinandi, diſponendi, regendi, & gubernandi

*Eccleſias à Deo eſt conceſſa poteſtas, nos quoque pro mo-
dulo noſtro omnium Eccleſiarum ſollicitudinem haben-
tes hoc, quod noſtra mentis arcano Dei miſeratio inſpi-
ravit, jure diſponere, regere & gubernare ſatagimus.
Quo circa piis votis, juſtiſque poſtulationibus annuentes
concedimus tibi frater & Coepiſcope noſter Urſe, tuiſque
ſucceſſoribus in perpetuum quicquid ad Ravellenſem Ci-
vitatem Epiſcopali Dignitatis honore noviter inſigni-
tam, vel pertinere ad præſens, vel quod etiam futuris tē-
poribus juſtè acquiſieritis, ut jure Epiſcopali habeatis,
retineatis, & poſſideatis. Siquis autem vel Rex, vel
Marchio, vel Dux, vel Princeps, vel Patritius, vel
Comes, vel Vicecomes, ſeu aliqua magna, parvaque
perſona contra hanc noſtri decreti ſanctionem agere præ-
ſumpſerit, primo quidem à Chriſti Corpore, & ſan-
guinis communione ſeparatus dep....bis aut ter canoni-
cè compellatus fuerit, niſi ſatisfecerit, ſed....ma-
litia perſtiterit, eum excommunicatum & damnatum
eſſe cenſemus. Damus autem tibi, tuiſque ſucceſſori-
bus liberam poteſtatem in Diœceſi veſtra abſque alicu-
jus con... Chriſma conficere, Eccleſias dedicare,
Clericos ordinare, & quicquid Epiſcopatus eſt ordinis
celebrare.*

*Datum Capuæ per manus.... Signienſis Epiſco-
pi, Romanæ vero Eccl. Bibliothecarii anno ab Incarn.
D. N. J. C. 1088. Anno vero 1. Pontificatus D. Victo-
ris III. Papæ Ind. X.*

Urbanus II. qui Victori ſucceſſit, eundem Urſo-
nem Epiſcopum, & ſucceſſores ampliori privilegio
cohoneſtavit anno 1090. atque ſub Apoſtolica prote-
ctione ſuſcepit, in hunc modum ab ipſo originali ex
eodem tabulario Ravellenſi exſcripto.

*URBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Dilecto in Chriſto fratri Urſo Ravellen. Epiſcopo, ejuſ-
que ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in
perpetuum.*

*Sancta Romana, & Apoſtolica univerſalis Eccle-
ſiæ dignitas exigit, ut ſibi fideliter adhærentes remu-
neret, & exaltet. Quia igitur Romanæ Eccleſiæ fi-
delitatem, ac libertatem ardenter requiſiſti, & obſe-
quiis prævenisti, ad id veſtra Civitas, Domino præ-
ſtante, pervenit, ut Prædeceſſoris noſtri Reverendæ me-
moriæ Victoris III. tempore Epiſcopum meruerit adipi-
ſci. Nos itaque nihilominus exaltationi veſtræ congau-
dentes, & Anteceſſoris noſtri ſtatuta firmamus, &
eam vobis libertatem adjicimus, ut Ravellenſis Ec-
cleſia deinceps ab omnis poteſtatis ſubjectione libera,
in ſolius Romani Pontificis Jure, dominationeque
conſiſtat. Dignum quippe eſt, ut qui in corporalibus
rebus vehementer excreviſtis, ſpiritualium quoque mu-
nerum perceptione, Domino largiente, creſcatis. Ve-
ſtram igitur Eccleſiam in Apoſtolicæ ſedis gremio ſpe-
cialiter confoventes tibi legitimè confirmamus, Coe-
piſcope Urſe, tuiſque legitimis ſucceſſoribus, om-
nem Ravellenſem Diœceſis ambitum præſentis autho-
ritate paginæ confirmamus, poteſtatem vobis indul-
gentes intra eam abſque ullius contradictione Chriſma
conficere...* (Multa deſunt in privilegio, quia fuit
reciſum, & cum filo conſurum, ut ad præſens ex-
tat.) *Statuta Eccleſiæ præſtante Domino irrefragabi-
liter obſervare, ejuſque honori pro viribus ſemper inſi-
ſtere. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, aut
Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux,
aut Patritius, Comes, aut Vicecomes, aut Judex,
aut perſona qualibet magna, vel parva, potens, aut
impotens hujus noſtri privilegii paginam ſciens conceſ-
ſam vobis libertatem auferre tentaverit, ſecundo, ter-
tiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emenda-
verit, is, ut à Chriſti, & Eccleſiæ corpore ſegregan-
dus honoriſque ſui & officii periculo ſubjacere debebit.
Conſervantibus autem hæc, Pax à Domino, & miſe-
ricordia præſentibus, & futuris ſæculis conſervetur. A-
men. Amen. Amen.*

*Datum Salerni per manus Joannis S. R. E. Diaconi
Card. Nonis Octobris Ind. 13. Anno Incarn. Domini-
cæ 1090. Pontificatus vero D. Urbani Papæ II. 3.*

Fato obiit Urſus anno 1094.

II. 2. CONSTANTINUS Rogadeus Ravellenſis
Marci filius ſucceſſit Urſo, ab Urbano II. conſecra-
tus ann. 1094. In illius, ac Ravellenſis Eccleſiæ
gratiam hoc dedit diploma Paſchalis Papa II. anno
1102. cujus exemplar nobis communicavit Annibal
de Maſchambrunis Epiſcopus Stabienſis nobilitate
generis, & eruditione clariſſimus. Diplomatis tenor
eſt hujuſmodi.

*PASCALIS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ven. Conſtantino Ravellenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & ſuc-
ceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.*

*Pia poſtulatio voluntatis effectu debet proſequen-
te compleri, quatenus, & devotionis ſince-
ritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata
vires indubitanter aſſumat. Tuis ergo poſtulationibus
frater in Chriſto vener. Conſtantine Epiſcope clementer
annuimus, quia devotionis tuæ ſinceritatem erga com-
munem Eccleſiarum matrem Romanam Eccleſiam aſ-
fectio diutina declaravit. Cujus nimirum merito vo-
luntati tuæ auctore Domino accommodavimus affe-
ctum, ut Eccleſiæ tibi commiſſæ ſtatus inconcuſſa ſem-
per ſtabilitate perſiſtat. Per præſentis itaque decreti
paginam decernentes decernimus, ut Ravellen. Eccle-
ſia, cui per Dei gratiam, & prædeceſſoris noſtri miniſte-
rium, ac manus impoſitionem præſides, familiariori be-
nignitate ſemper ſub Apoſtolicæ ſedis tuitione ſervetur,
& quicumque deinceps Epiſcoporum Ravellen. Eccleſiæ
Deo diſponente ſucceſſerint, ab ejuſdem Apoſtolicæ ſe-
dis Pontifice conſecrationis gratiam ſortiantur, ſicut à
S. memoriæ prædeceſſoribus noſtris Victore III. & Ur-
bano II. ſtatutum eſſe cognoſcitur. Omnem quoque Ra-
vellenſis parochiæ ambitum ſicut ab prædeceſſore tuo
Reverendæ in Chriſto memoriæ Urſone poſſeſſa eſt tibi,
tuiſque in perpetuum ſucceſſoribus confirmamus. Ad hæc
quicquid, vel proprietario jure, vel parochiali jam præ-
fata Eccl. in præſentiarum obtinet, ſive in futurum lar-
giente Domino juſtè poterit, atque canonicè adipiſci, li-
bera tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant.
Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eam-
dem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſio-
nes auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel te-
merariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra con-
ſerventur, tam veſtris, quam Clericorum, & paupe-
rum uſibus profutura. Si qua ſane Eccleſiaſtica, ſecu-
lariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciēs
contra eam temere venire tentaverit & ſecundo, tertiove
commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, po-
teſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe di-
vino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat,
& a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini
Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in
extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis
autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. J. C.
quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, &
apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inve-
niant. Amen. Amen. Amen.*

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. SS.

*Datum Beneventi per manum Joannis S. R. E. Dia-
coni Card. 3 Kal. Octob. indict. x. Incarn. Dom. anno
MCII. pont. autem D. Paſchalis Secundi, 3.*

Conſtantinus verò poſtquam 36. annos cum laude
hanc rexiſſet Eccleſiam, à clero, & populo Amal-
phitano Archiepiſcopus acclamatus, cumque ab In-
nocentio II. haud confirmatus fuiſſet, Palliumque ab
eo denegaretur, ad hanc ſuam priorem Eccleſiam re-
verſus, ibidem bono fine quievit anno 1150. ſepul-
tuſque fuit in Cathedrali, ubi adhuc ejus marmo-
reum tumulum ſpectatur, cum hac brevi inſcrip-
tione.

*Dominus Conſtantinus Præſul inclytus re-
quieſcit hic ſecundus.*

3. JOANNES Ruffulus * immediatè ſucceſſit III.
Conſtantino eodem anno 1150. qui anno 1157. ab
Adriano IV. quæ Victor, & Urbanus Pontifices pro
Ravellenſi Eccleſia privilegia conceſſerant, confir-
mari obtinuit, eaſdemque gratias à Lucio III. anno
1182. & Clemente III. anno 1188 meruit impetra-
re. Horum Pontificum gratioſa diplomata ab ipſis
autographis tabularii Ravellenſis Eccleſiæ exſcrip-

* Ex App. tom. 9.

ta hic duximus proferenda, cum non parum juvent ad Ravellenſium Epiſcoporum immunitates obſervandas, ac tuendas.

ADRIANUS IV. EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ven. fr. Jo. Ravellenſi Epiſ. ejuſque ſucceſſ. Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Pia poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Ea propter Venerabilis in Chriſto frater Joannes Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Ravellenſem Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum, juſte & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, omnem verò ambitum Ravellenſis Eccleſiæ, ſicut à Prædeceſſoribus tuis rationabiliter poſſeſſus eſt, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnino profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Jacobus Presb. Card. SS. Joann. & Pauli tit. Pammachii.
Ego Ardicio S. Theodori Diac. Card.
Ego Boto Diac. Card. SS. Coſmæ & Dam.

Datum Anagniæ per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 3. Id. Sept. Ind. 5. Incar. Dom. 1157. Pontificatus vero D. Adriani IV. Papæ anno 3.

LUCIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ven. fr. Jo. Epiſcopo Ravellen. ejuſque ſucceſſ. Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus, authore Domino præeminemus, ſingulorum paci, & tranquillitati debeamus intendere, præſertim pro illorum quiete nos oportet eſſe ſollicitos, qui paſtorali dignitate ſunt præditi, & ad officium pontificale promoti, & qui ſpeciali prærogativa noſcuntur ad Jus Romanæ Eccleſiæ pertinere; niſi enim nos eorum utilitatibus intendentes, ipſorum dignitates & jura in quantum Deo permittente poſſumus, integra conſervemus, & authoritate Apoſtolica eos ab iniquorum hominum incurſibus defendamus, de illorum ſalute non vere poterunt eſſe ſolliciti, qui ſibi ad regendum Domino ſunt diſponente commiſſi. Ea propter vener. in Chriſto frater Joannes Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Ravellenſem Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum S. record. Adriani & Alexandri PP. ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Monaſterium S. Triphonis, Monaſterium S. Trinitatis, & monaſterium S. Mariæ de Caſtiglione. Omnem veru ambitum Ravellenſis Parochiæ, ſicut à prædeceſſoribus tuis, & à te ipſo hactenus rationabiliter poſſeſſus eſt, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & D. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† *Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Theodinus Portuenſis & S. Rofinæ Sedis Epiſcopus.*
† *Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.*
† *Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio monte Presb. Card.*
† *Ego Albinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieroſalem.*
† *Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Tranſtyberim tit. Callixti.*
† *Ego Rodulphus Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureum.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.*

Datum Veletri per manus Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii, 2. Nonas Decemb. Ind. 1. Incarn. Dom. Anno 1182. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. Anno II.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ven. fr. Jo. Ravellen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſ. canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus, authore Domino præeminemus, & cætera, ut in Lucii privilegio verbatim habetur, in fine Papæ & Card. ſubſcriptiones leguntur.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theobaldus Oſtienſis & Veliternenſis Epiſcopus.
Ego Laborans Presb. Card. S. M. Tranſtiberim tit. Callixti.
Ego Pandulphus Presb. Card. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum.
Ego Melior Presb. Card. SS. Joan. & Pauli tit. Pammachii.
Ego Ruphinus tit. S. Praxedis Presb. Card.
Ego Bobo tit. S. Anaſtaſiæ Presb. Card.
Ego Alexius tit. S. Suſannæ Presb. Card.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.
Ego Iordanus Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.
Ego Iacobus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.

Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi diac. card.
Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu Diac. card.
Ego Joann. Eccleſiæ S. Euſtachii diac. card.
Ego Joannes s. Theodori diac. card.
Ego Bernardus San. Mariæ Novæ diac. card.
Ego Gregorius ſanctæ Mariæ in Aquiro diacon. card.

Datum Laterani per manus Moyſi S. R. E. Subdiaconi vicem agentis Cancellarii 4. Kalen. Junii Indict. 6. Incarn. Dom. Anno 1188. Pontificatus verò D. Clementis Papæ III. anno I.

Joannes autem bonus, piuſque Præſul cum præfuiſſet annos plus minuſve 39. deceſſit anno 1209.

IV. 4. PANTALEUS Pironti Civis, & Epiſcopus Ravellenſis. * Electus circa annum Domini 1210. meruit & ipſe pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus anteceſſorum privilegiorum confirmationem ab Inocentio III. anno 1212. Diploma extat in eodem Ravellenſis Eccleſiæ tabulario iiſdem verbis aliorum conceptum.

* Ex App. 9.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Vener. fr. Pantaleoni Ravellenſi Epiſc. ſuiſque ſucceſſ. canonicè ſubſtit. in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus, authore Domino, præeminemus, &c. in fine ſubſcriptiones ita habentur.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Hugolinus Oſtienſis & Veliternenſis Epiſcopus.
Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.
Ego Cencius SS. Joannis & Pauli Presb. card. tit. Pammachii.
Ego Petrus tit. S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.
Ego Guala S. Martini Presb. card. tit. Equitii.
Ego Pelagius tit. S. Cæciliæ Presb. card.
Ego Angelus S. Adriani Diac. card.
Ego . . . . ſancti Georgii ad Velum Aureum Diac. card.

Datum Signiæ per manus Joannis S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarii 6. Idus Auguſti Ind. 15. Incarn. Dom. anno 1212. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. Anno XV.

Obiit anno 1220. jacet in Cathedrali prope Conſtantinum; ubi in pariete hæc ex penicillo inſcripta memoria legitur.

Pantaleo Præſul venerabilis hic requieſcit,
Eſt numero quartus Cæleſte ſede locatus.

V. 5. LEO Rogadei Ravellenſis, ſucceſſit an. 1220. * Habuit Leo ab Honorio III. anno 1222. eorundem privilegiorum aſſertionem, atque confirmationem, ad inſtar aliorum ſupra relatorum.

* Ex App. tom. 9.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ven. fr. Leoni Ravellen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſ. canonicè ſubſtit. in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus authore Domino præeminemus, & cæt in fine.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hugolinus Oſtienſis & Velitern. Epiſ.
Ego Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem Presb. Card.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolorum. Presb. Card.
Ego Thomas tit. ſanctæ Sabinæ Presb. Card.
Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card.
Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card.
Ego Stephanus ſancti Adriani Diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.
Ego Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card.

Datum Anagniæ per manus Vuillelmi S. R. E. Vicecancellarii 6. Kal. Aprilis Ind. 10 Incarn. Dom. anno 1222. Pontificatus vero D. Honorii Papæ III. anno VI.

Sedit annos 9. mortuuſque eſt annos 1229. cujus marmoreum tumulum ſpectatur in Cathedrali hujuſmodi Inſcriptione exornatum.

Pontificis corpus jacet hic Leonis Rogadei,
Quem Dominus in Regno faciat gaudere ſuperno;
Infidens Cælis animo, ſed corpore terris.
Eſt numero quintus Præſul, qui nunc latet intus.

6. N. RAVELLENSIS Epiſcopus, cui ſcribit Gregorius IX. anno 10. ſui Pontificatus 5. Octob. qui fuit ſalutis 1237. in reg. Vat. ep. 275. fol. 54. VI.

7. PETRUS de Duratio Monachus ordinis S. Benedicti hanc ſedem diu tenuit, obiitque ann. 1284. VII.

8. PTOLOMÆUS Monachus Eremita S. Auſani, Epiſcopus antea Sardenſis, in defuncti Petri locum Ravellenſis Epiſcopus declaratus eſt ab Honorio IV. anno 1286. die 6. Nonas Martii, cum electionem Ioannis Ruſali Aquenſis Eccleſiæ Archidiaconi ob defectum ætatis nullam decretaſſet, ut habetur in regeſt. vatic. epiſt. 312. ſol. 86. an. 1. ejuſdem Honorii. Obiit an. 1290. VIII.

9. IOANNES Allegri Ottaous, ex Archidiacono Ravellenſi, & electo tunc Epiſcopo Ogentino, à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Nicolao IV. an. 1291. die 3. Kal. Octob. ex reg. vatic. epiſt. 554. fol. 110. ann. 4. Præſens fuit initi fœderis inter Carolum III. Neapolitanum Regem, & Rempub. Venetam ann. 1301. Exceſſit anno * 1332. 10. Novembr. * Porro Joannes à Carolo II. Rege, cujus Conſiliarius, & familiaris erat, ſequens pro ſua Eccleſia habuit privilegium, ex regeſto ejuſdem Regis anno 1299. I. A. fol. 80. deſumptum. IX.

* Ex App. t. 9.
* Ex App. tom. 9.

CAROLUS II. & cæt.
Univerſis præſentis ſcripti ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quam futuris.

Ad Dei laudem, & gloriam, de cujus manu bona ſuſcepimus, reverentiam debemus Eccleſiæ, & in recognitionem talentæ ab eo nobis datæ & creditæ locupletis partem offerre, quam poſſumus, & ſortem impendere, quam valemus. Hac itaque conſideratione commoti, & interceſſione devota veneran. in Chriſto Patris Joannis Dei gratia Epiſcopi Ravellenſis dilecti Conſiliarii, & familiaris noſtri, cui à fide, ac meritis ad gratiam obligamur, traducti de certa ſcientia noſtra, & gratia ſpeciali concedimus irrefragabiliter inſtrui, ordinari, & fieri in Civitate Ravellenſi, ubi Epiſcopus ipſe providerit Tintoriam Celendram cum auricella & aliis ſuis circumadjacentiis univerſis, volentes, & expreſſius concedentes, ut ipſa Tintoria, Celendra, & auricella cum adjacentiis ipſis ſuis ad opus, & commodum majoris Ravellenſis Eccleſiæ exerceatur perpetuo in futurum, & Jura, readitus, & proventus earum, quæ locari, & vendi permittimus per ipſum epiſcopum, & ſucceſſores ejus, qui pro tempore fuerint eidem Ravellenſi Eccleſiæ libere applicentur, & percipiantur tam per ipſos Epiſcopos, quàm per Capitulum ejuſdem eccleſiæ cum vacabit, nulla nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, vel Curiæ noſtræ exactione, delatione in illos alia in poſterum reſervata: In cujus rei fidem perpetuamque memoriam, & ejuſdem Eccleſiæ Ravellenſis cautelam & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum exinde fieri, & pendentis Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.

Actum & Datum Neapoli in abſentia Prothonotarii Regni Siciliæ & cæt. per M. P. de Ferrerius, & cæt. die 23. Aprilis 12. Indictione.

10. FRANCISCUS ex familia Patritia nobili Caſtalda Monachus Ordinis S. Benedicti in demortui Joannis locum præficitur à Joanne XXII. ann. 1332. Oſſa prædeceſſorum ſuorum in ſacello à ſe ornato ſanctiſſimi Crucifixi in marmorea urna repoſuit, odeum exornavit, aliaque boni paſtoris opera edidit, diuque ſumma omnium exiſtimatione hanc rexit Eccleſiam. Valedixit huic mortali ſeculo die 4. Junii anno 1362. ſepultus fuit in Cathedrali apud ſuos anteceſſores. X.

* 1332. 10 Novemb.

11. SERGIUS è Patritia familia Griſona Archipresbyter Eccleſiæ S. Mariæ de Molinaria Beneventanæ diœceſis ab Urbano V. electus eſt Epiſcopus Ravellenſis 18. Kal. Aug. anno 1363. poſt aliquot XI.

annos

annos tranſlatus eſt ad Amalphitanam Eccleſiam, in A
qua defunctus eſt anno 1392.

XII. 12. ROBERTUS Ruffus Salernitanus, Monachus S. Benedict. ſucceſſit Sergio. Obiit ann. 1397. ex lib. oblig. Prælatorum.

XIII. 13. ANDREAS electus Scaleoenſis, ad hanc ſedem evehitur defuncto Roberto aon. 1397. 4. Kal. Junii à Boniſacio VIII. ex eodem libro; tranſlatus inde eſt ad Venuſinam Eccleſiam anno 1400.

XIV. 14. PEREGRINUS Rufolus Petri filius Neapolitanus, electus eſt Epiſcopus à Boniſacio IX. aono 1400. id Aprilis; poſt unius anni regimeo ex peſte, ſuæ familiæ poſtremus, interiit 1401. de eo io eodem lib. obligat.

XV. 15. LUDOVICUS Apenditanus Surteotinus ab eodem Boniſacio ad hanc ſedem vocatur anno 1401. 11. Kal. Julii. Exceſſit ann. 1407. ex eodem lib.

XVI. 16. NICOLAUS de Doncellis de Archadia à Gregorio XII. eligitur ann. 1409. in cujus obedientia diu vixit, ob idque Epiſcopatu privatus à Joanne XXIII. anoo 1413. qui tandem ſub Martino V. diem clauſit extremum, ex eodem lib.

XVII 17. ASTORGIUS Agnenſis Neapolit. Epiſcopus Militenſis huc transfertur à Joanne XXIII. ann.
a An. 1418. 1413. Kal. Martii, eodemque anno a tranſlatus fuit ad Melphienſem Eccleſiam; tandem factus eſt S. R. E. presb. Card. de quo alibi.

XVIII 18. MARTINUS de Groniaoo ad hanc ſedem
b 1418. Eccleſiæ evehitur poſt Aſtorgium annn 1413. b breviſque Pontifex fuit, eidemque ſubſtituitur idem Nicolaus de Doncellis, qui cum diem ultimum obiiſſet, vacuam, liberamque Ravellenſem diuque turboſam Eccleſiam reliquit.

XIX. 19. BENEDICTUS de Pradoxis Surrentinus Epiſcopus Capritanus à Martino V. huc transfertur, defuncto Nicolau anno 1418. 14. Kal. Martii, Annos undecim legitimè ſedit contra Franzoouin quemdam Straibanum de Majoro mooachum Beoedictinum à Gregorio XII. intruſum ann. 1416. deceſſit Benedictus ann. 1427. ex eodem lib.

XX 20. * JOANNES ſucceſſit Beoedicto eodem an-
*. Ex App. t. 9. no 1427. quo vel ex hac vita migravit, vel ad aliam C
Eccleſiam traoslatus eſt. Joanois nomen ad poſteros perennavit Joannæ II. Reginæ privilegium eidem conceſſum eodem anno 1429. Auguſto menſe, quod extat in tabulario Ravellenſi tenoris ſequentis.

Joanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Sicilia, Dalmatia, Croatia, Ruſſia, Servia, Galacia, Lodomeria, Comaria, Bulgariaque Regina, Provincia & Forcalqueris, ac Podementis Comitiſſa.

Tenore præſentium notum facimus univerſis harum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris, quod diebus proximis Majeſtati noſtra, & in noſtru Conſilio pro parte R. Patris Joannis Ravellenſis Epiſcopi Oratoris fidelis noſtri dilecti quadam extitit ublaca petitiu effectualiter continens, quod Prædeceſſores ejuſdem exponentis Ravellenſis Epiſcopi, qui fuerunt, nomine, & pro parte majoris Ravellenſis Eccleſia, cui præfuerunt, & ipſa etiam major Ravellenſis Eccleſia ab eu tempore, cujus in contrarium memoria hominum non extitit, nec exiſtit, habuerunt, tenuerunt, & poſſederunt, & dictus exponens habuit, tenuit, & poſſedit, prout etiam de præſenti habet, tenet, & poſſidet ejuſdem Eccleſia nomine Celendram unam propè dictam Eccleſiam in Civitate noſtra Ravelli, in qua celendrari conſueverunt, & celendrantur fuſtaini, & nulla alia celendra erat, nec eſt in Ducatu noſtru Amalphiæ, niſi in Civitate noſtra Amalfia, quæ ſimiliter eſt majoris Eccleſiæ Amalfitanæ; & in ipſa petitione ſubjunxit, quod Coluccius du Afflicto de Stalis intendebat, & nitebatur, prout intendit, & nititur velle facere Celendram unam in Civitate noſtra Scalarum diſtante per unum milliare à dicta Civitate Ravelli, & quod ipſam facere cœperat in maximum damnum & præjudicium dicta majoris Ravellen. Eccleſia, & exponentis ejuſdem, attento præſertim, quod ſi dictus Coluccius Celendram ipſam faceret, præfata Celendra ipſius Ravellenſis Eccleſia nullius eſſet redditus, cujus pro majori parte in dicta Ravellenſi Eccleſia divina celebrentur officia de juribus Celendra prædicta, quæ ſi in redditibus deterioraretur, alia dicta Eccleſia remanentia bona, ſicut expoſitum ipſa continuit, non erant, nec eſſent ſufficientia in victum, & alia neceſſaria dicti exponentis, & Capituli, & Cleri dicta Eccleſia, & ad divina ibidem officia celebranda, & pro tempore claræ memoriæ Domini Regis Ladislai Reverendi fratris noſtri, dum aliqui homines Terra noſtra Tramonti tentaſſent Celendram facere in dicta Terra Tramonti, & propterea ad eundem fratrem noſtrum per Prædeceſſorem tunc dicti exponentis habitus fuiſſet recurſus, idem quondam frater juſſit Celendram ipſam non fieri, quæ minime facta fuit, ſicque ſuper præmiſſis, & pro ipſius remotione Celendra per dictum Coluccium inchoate, pro parte dicti exponentis, noſtra, & dicti noſtri conſilii, proviſione petita, per jam dictum noſtrum Conſilium commiſſum extitit R. in Chriſto P. D. N. Archiepiſcopo Neapolitano Conſiliario & fideli noſtro dilecto, quod de præmiſſis ſummariè ſe informaret, & quicquid reperiret, Majeſtati noſtra, ſeu dicto noſtro Conſilio referret, habitaque per dictum Archiepiſcopum petitione prædicta pro parte ipſius exponentis oblata, Archiepiſcopus idem vigore decretationis in illa conſcripta & commiſſionis per dictum noſtrum Conſilium ſibi facta, vocato dicto Coluccio, & non comparente, & certis aliis ſimiliter evocatis, ac nonnullis teſtibus ſuper hoc per eundem Archiepiſcopum examinatis poſt illorum examen retulit coram dicto noſtro Conſilio jam dictam Celendram per ipſum Coluccium de jure fieri non poſſe, neque debere, & ſi fieret, ſatis præjudicialem eſſe dicta Majori Eccleſia Ravellen. nec aliquas Celendras fuiſſe, nec eſſe in terris & locis dicti Ducatus noſtri Amalphia, niſi duas in Civitatibus Amalphia & Ravelli, necnon mandandum & inhibendum eſſe dicto Coluccio ſub adjectione pœnali, quod dictam Celendram facere in dicta Civitate Scalarum non debeat, neque præſumat, & ſi quam facere incœpit, devaſtet, irritet, & annullet, ſicuti prædicti Archiepiſcopi relatio prædicta continuit eidem Conſilio noſtro facta; quam quidem relationem jam dictum noſtrum Conſilium approbavit, & decrevit eandem executioni debita demandandam. Nos autem conſiderantes, quod nil prodeſſet relationes & decreta fieri, niſi executioni debita demandarentur, prædictique Ravellen. Epiſcopi juſtis ſupplicationibus inclinati, tam relationem factam, ut prædicitur, Conſilio noſtro prædicto, quàm etiam prædicti Conſilii noſtri Decretum de noſtra certa ſcientia tenore præſentium decernimus, & declaramus eſſe validum, & validam, & inviolabiliter obſervandam .... prohibendum eſſe à confectione dicta Celendra, & cogendum ſi exſtruxerit, ad deſtruendum, ſi quam celendram in eadem Civitate Scalarum, ut prædicitur, inchoaſſet; & ut præſens noſtra .... debitum ſortiatur effectum, jam dicto Coluccio, ex dicta noſtra certa ſcientia ſub pœna unciarum quinquaginta ab eo, ſi ſecus inde fecerit, pro parte noſtra Curia irremiſſibiliter exigenda tenore præſentium præcipimus & mandamus, quatenus dictam celendram per eundem inchoatam deſtruere, & devaſtare debeat, nec illam in ipſa Civitate Scalarum de cætero facere quoquomodo præſumat; ſed ab illa deſiſtat penitus & omnino, quatenus damnoſa eſſet & præjudicialis dicta Majori Eccleſia Ravellen. & quatenus non faciat, ſicut noſtram gratiam charam habet, & prædictam pœnam deſiderat evitare; Mandantes inſuper ipſarum tenore præſentium Vicegerentibus noſtris, & Capitaneis dicti Ducatus noſtri Amalphia, & ipſarum Civitatum Ravelli, & Scalarum vel locum tenentibus earumdem, & cæt. cæteriſque noſtris officialibus, & perſonis aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poteſt, quocunque nomine & titulo nuncupentur per quaſvis partes, Terras, & loca conſtitutis, præſentibus, & futuris, quatenus forma præſentium per nos diligenter attenta, illam ipſi, & quilibet eorum præſentes ſcilicet & futuri teneantur, obſervent, & tam à præ-

dictu

diĉto Coloccio, quam ab aliis etiam mandent, & faciant inviolabiliter obſervari, diĉtumque Colocciom ad obſervationem præſentiam, & ad deſtruendam, & devaſtandam per ipſum inchoatam Celenaram, nec illam de cætero fa . endam ſi renitens forſan extiterit tam per exactionem pœna jam diĉta, inciderit in eandem, quam per qualibet alia opportuna & debita, favorabiliaque Juris eis viſa remedia arceatur, & compellatur, nec illam deinceps per eundem Coluccium fieri ſinat in damnum, & præjudicium Eccleſiæ prælibatæ. In cujus rei teſtimonium præſentem litterarum executionem fieri, & pendenti Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri, præſentanti remanſuram pro ejus certitudine, & cautela. A

Dat. Neapoli per virum Magnificum . . . . Fundornm Comitem Logothetam, & Prothonotarium Regni noſtri Siciliæ noſtrum Collateralem, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dileĉtum Anno Domini 1429. die nona menſis Auguſti, 7. Ind. Regnorum noſtrorum an. 16.

XXI. 21. GAUFRIDUS de Porteriis Canonicus Averſanus ſucceſſit Joanni 16. Kal. Decemb. an. 1429. ex lib. obligat. B

XXII 22. Fr. LAURENTIUS de Neapoli Ord. Minorum electus Ravellenſis, transfertur ad Eccleſiã Puteolanam 15 Kal Martii an. 1435. ex eodem lib.

XXIII 23. LAURENTIUS de Ricciis nobilis Florentinus, Epiſcopus Iſclanus huc translatus die 12. Kal. Martii an. 1439 ſedit an. 20. volens, liberque abdicavit an 1455. de quo alibi.

XXIV 24. NICOLAUS Campanile nobilis Ravellenſis Abbas S. Triphonis patriæ ſuæ Epiſcopus delectus eſt die 9. Junii ann. 1455. obiit ſequenti an. 1456. ex eodem lib.

XXV. 25. Fr. DOMINICUS Mercarius Neapolitanus Ord. Præd. à Calliſto III. eligitur in demortui Nicolai locum an. 1456. die 8. Martii. Obiit an. 1489. de quo acta Romana.

XXVI 26. COSMUS Setarius electus ab Innocentio VIII. ann. 1489. defunctus eſt apud Salernum anno 1506. de quo acta conſiſt. * Ibidem ſepultus in Eccleſia S. Franciſci Conventualium cum hoc epitaphio: C

*Ex App. 1. 2.

Coſmæ Setario in Decretis doctore Ravellenſi Pontifici, qui agens annum LXII. obiit VII. Octobris. MDVI. Fratres Poſuere.

XXVII. 27. FRANCISCUS Lavellus Ordinis Carthuſiani à Julio II. creatus Epiſcopus an. 1506. die 14. Oct. ex citatis actis.

XXVIII. 28. NICOLAUS obiit 1509.

29. GODESCALCHUS ſucceſſit Nicolao ann. 1509. 27 Apr. exceſſit an. 1528. acta conſiſt.

XXIX

XXX 30. SERENUS de Aſtoriis Patavinus a, Canonicus Regularis Lateranenſis, ejuſdemque Congregationis procurator Generalis, à Clem. VIII. eligitur in Epiſcopum die 10. Julii an. 1528. pauloque poſt defunctus eſt, & in Cathedrali ſepultus. Acta citata.

a Meminit de eo Pennottus in Hiſt. tripar. l. 3. c. 18. p. 836. Mand.

XXXI 31. Fr. BERNARDINUS Soranus b Ord. Minorum diſtrictioris Obſervantiæ electus die 23. Febr. anno 1529. poſtquam ann. ſeptem hanc rexiſſet Eccleſiam Epiſcopatu abdicavit anno 1536. de quo acta conſiſtor. („ *Et ad Venafranam tranſiit 2. Jun.*)

b Soria Hiſpanus Burgenſis.

XXXII. 32. FRANCISCUS Card Quignonus factus eſt hujus Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator die 2. Junii 1536. inſecutoque anno eam liberè reſignavit, ut habetur in citatis actis. D

XXXIII. 33. ANTONIUS Lunellus Hiſpanus electus die 23. Junii 1537. inde translatus eſt ad Eccleſiam Cajetanam ann. 1541 de quo ibi.

XXXIV. 34. JOANNES Mohedanus Hiſpanus Romanæ Rotæ Auditor, ſucceſſit Lunello anno 1541. die 10. Januarii. Obiit ann. 1549. („ *Tractat de eo Antonius* „ *in Bibl. Hiſp. t. 1 p.* 569. Mandoſ.)

XXXV. 35. LUDOVICUS Beccatellus Bononienſis c Pomponi filius, fit Epiſcopus ann. 1549. die 27. Maii; variis pro Romana Eccleſia functus muneribus ad Raguſinam Eccleſiam translatus ann. 1555. Prati in Etruria obiit ann. 1572. ſepultus in Templo primario, cujus Præpoſitus fuerat, cum hoc epitaphio.

c Hujus mentio apud Alidoſium de Epiſc. Bonon. p. 98. Mand.

Regi gloriæ immortali,

Et memoriæ Ludovici Beccatelli Patritii Bononi. qui a Paulo III. Epiſc. Ravellen. creatus, a Julio III. ad Venetorum Senatum, eo munere ultra quadriennium ſumma cum laude obito, mox in Urbem Vicarius adſcitus, à Paulo IV. ad Raguſinorum id poſtulantium Archiepiſcopatum traductus, à Pio IV. ex Tridentina Synodo evocatus, in qua doctrina ejus & ſanititas quaſi lumen aliquod elucebat in gratiam Magni Etruriæ Ducis, qui ob illius egregias virtutes ſibi mitti Florentiam fuerat deprecatus, Pratenſi Eccl. præpoſitus eſt, ubi poſt octo annos vita diſcedens, maximum ſui omnibus reliquit deſiderium. Vir priſci moris, innocentia, ac pietatis litterarum omnium peritiſſimus, virtutum, earumque præditorum amantiſſimus, in amicos officioſus, in egenos beneficus, in omnibus tum privatis, tum publicis muneribus, optime de Chriſtiana Republica meritus, honores, ut minime ambivit, ita pie, prudenter, integreque adminiſtravit. Vixit an. LXX. m. VIII. dies XX. obiit XVI. Kal. Novembris M. D. LXXII.

Antonius Gigantius Foroſempronienſis Domino, ac patri optimo annorum trium, & viginti alumnus, officii, & gratitudinis ergo P. C.

36. HERCULES Tambuſius Ferrarienſis d, Monachus S. Benedicti vir doctus, Græca, & Latina lingua eruditus, Julii III. charus, à quo Epiſcopus creatur ann. 1555. die 18. Septembr. Ferrariæ obiit an. 1570. ibique ſepultus in Eccleſia S. Franciſci ante Majus altare, hæc pauca verba vernacula lingua, pauca in tumulo inſculpta me legiſſe memini. XXXVI.

d De eo videndus Libanorius in Ferraron. par. 3. p. 25. & Petrus Diac. de Viris illuſ. Caſinen. in ſuppl. Placidi Rom. p. 332. Mand.

Hercole Tamboſi Veſcovo MDLXX.

Hunc, non bene Flavium vocat Arnoldus Wion. p. 2. lig. vitæ, quem inter doctos Caſinenſes Monachos ennmerat.

37 PAULUS Fuſchus Patritius, & Epiſcopus Ravellenſis eligitur 25. Septem. 1570. poſtea fit Sarnenſis Epiſcopus an. 1578. ubi & mortuus eſt. XXXVII.

38. ÆMILIUS Scataraticus Salernitanus e, ex Canonico, & Primicerio Metropolitanæ Eccleſiæ ad hanc Eccleſiam aſſumptus die 17. Martii 1578. præfuit annis 12. & cum obiiſſet in patria ann. 1590. ibidem tumulatus eſt in Eccleſia S. Franciſci de Obſervantia in ſacello S. Didaci ſuæ Familiæ * cum tali epitaphio. XXXVIII.

e De eo conſule Mazzam de rebus Salernit. p. 73 Mandoſ. * Ex App. 1. 3.

Æmilio Scattaratica Patritio Salernitano jureconſulto Epiſcopo Ravellenſi innocentia, pietate, doctrina ſingulari, qui ſanctiſſime confecto LV. annorum curriculo 11. Novemb. M. D. XC. mortalitatem deſeruit immortalitati maturus. Flaminius Scattaratica Primicerius, & Salernitanæ Metropolis Vicarius Fratri optimo P.

39. PAULUS de Curtis nobilis Neapolitanus Andreæ Regis Conſiliarii, & Neapolitanæ Civitatis Præſidis filius, in ipſo juventutis flore Clericus Theatinus factus, ſacræ Theologiæ miro ſtudio operam dedit, in eaque facultate docuit aliquando; Epiſcopus Ravellenſis creatur die 26. Aprilis 1591. Urbiſq; Vicarii Viceſgerens à Clemente VIII. conſtituitur, ab eodem ann. 1600. ad Iſernienſem Eccleſiam translatus, eam ad annum uſque 1606. rexit, quam cum reſignaſſet Beneventanæ Urbis, mox Spoletani ducatus præfectus, inde S. Mariæ Majoris Vicarius fuit; iterumque ſub Gregorio XV. Urbis Viceſgerens, Romæ tandem moritur anno 1629. ſepultus jacet in Eccleſia nominis JESU. Vir morum candore, ſcientia, prudentiaque inſignis, omnibus profuit, nulli obfuit, quem ego de variis rebus ſapienter, ac eruditè ſæpe loquentem audivi. XXXIX.

40. ANTONIUS de Franchis f Patritius Capuanus Hieronymi filius, vir fuit doctus, perſpicaciq; ingenio præditus („ *Ord. Cler. Regul. Minorum*) ad hanc ſedem promotus die 31. Julii anno 1600. præfuit anno 3. liberè reſignavit ann. 1603. factus deinde Epiſcopus Adrienſis deceſſit ann. 1625. Neapoli: ubi jacet in Eccleſia S. Franciſci Xaverii. Gentilitia hujus præclariſſimæ familiæ ſtemmata ſunt tenia aurea XL

f De eo plura in hiſt. Cler. Regul. Min. Piſelli l. 2. p. 32. Mand.

ſinno-

ſinuosè inflexa, cum aurea media Luna in ſuperiori parte fixa in rubeo campo. Ejuſdem quoque gentis claruit Andreas Archiepiſcopus Tranenſis, Hieronymus Archiepiſcopus Capuanus, Lucas Epiſcopus Ogentinus, & Aloyſius Epiſcopus Neritonenſis, de quibus alibi. Legendus de eadem familia Ferrantes della Marra Dux Guardiæ.

XLI. 41. Fr. FRANCISCUS Bennius de Butrio Bononienſis territorii Marci Antonii filius, Ordinis Servorum inſignis Theologus, Epiſcopus Scalenenſis, qui Apoſtolica auctoritate inter Auſtriacos Inquiſitoris officio functus fuerat, & Salizburgenſis ſuffraganeus extiterat, à Clemente VIII. Ravellenſis Epiſcopus declaratus ann. 1603. die 31. Julii; quam Eccleſiam per liberam ceſſionem Antonii perpetuo cum Scalenenſi, eodem die univit, hac ſcilicet conditione ut Epiſcopus Ravellenſis., & Scalenenſis perpetuo diceretur, & Apoſtolicæ Sedi ut Ravellenſis ſubjiceretur, ut vero Scalenenſis Præſul Amalphitano Archiepiſcopo ſuffragaretur. Mortem oppetiit Franciſcus ann. 1617. de quo Butrii in Eccleſia S. Laurentii hæc legitur honoraria inſcriptio.

Fr. Franciſco Bennio Butrienſi clariſs. viro omnium recentiorum peritiſs. Scalenenſi Epiſcopo, Religionis Servorum alumno, patriæ ejuſque cœnobii ſplendori, & ornamento. Ob perpet. rei memoriam erexere Patres anno Jubilæi M. DC.

XLII. 42. Fr. MICHAEL * Bonſius origine Florentinus, Patria Romanus, Ordin. Minorum de Obſervantia, à Paulo V electus Epiſcopus Ravellenſis, & Scalenenſis die 13. Martii anno 1617. mortalitatem explevit ann. 1623. („*Hujus cum laude meminit Gamurrinus de Familiis vol. 1. p. 489. ubi etiam plura de familia Bonſia*. Mandoſ.)

* Ex App. t. 2.

XLIII 43. HONUFRIUS Verme Panormitanus die 29. Julii ann. 1624. ab Urbano VIII. harum Eccleſiarum Præſul creatus; defunctus eſt apud Taurinum ann. 1637. ibidem ſepultus.

XLIV 44. COELESTINUS Puccitellus Picenus, Clericus Regularis S. Pauli Honufrio ſucceſſit ann. 1637. *die* 17. Aug. Obiit an. 1642. („*Hic in Civitate S. Severini natus ibidem regularem vitam amplexus eſt. Sacris literis, omnique eruditione enituit. Poloniæ regis gratiam aſſecutus ad ejus preces hac infula redimitus eſt ab Urbano VIII. Omnium æſtimatione præfuit uſq; ad an. 1642. quo die 14. Sept. mortem oppetiit in patria, ubi ſepelitur apud ſuos Barnabitas cum inſcriptione ad tumulum*. Lucent.)

XLV 45. BERNARDINUS Pannicola ex terra Monticelli Tiburtinæ diœceſis J. U. D. * Celebris juris Conſultus in Rom. Curia, ætatis ſuæ anno 62. ad has ſedes regendas ab Urbano VIII. eligitur hoc ipſo anno 1642. („ 15. *Dec.* 1642.) * Plures tractatus compoſuit in utroque Jure, inter quos typis evulgavit unum de poteſtate Eccleſiaſticorum tempore peſtis, & Relationem privilegiorum, ac Jurium Cathedralis Ravellenſis, quod Amalphitanus Metropolitanus non valeret, nec poſſet in ea Crucem deferru, cum interpretatione Clementinæ ſecundæ de privilegiis à ſacra Epiſcoporum Congregatione approbata hoc ſequenti decreto.

* Ex App. tom. 9.

* Ex App. t. 9.

Sacra Congregatio Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis, atque partibus auditis diligenter, ac maturè diſcuſſa, Eminentiſſimo Carpineo referente, cenſuit Archiepiſcopo Amalphitano non licere deferre crucem, nec etiam Benedicere in Diœceſi Ravellenſi, prout non licere declaravit, & decrevit, in contrarium allatis non obſtantibus quibuſcunque. Romæ 1. Aprilis 1661.

Al. Cardinalis Ginettus.

Loco Sigilli †

E. Epiſcopus Camerinen Secretarius.

ADDITIO.

(„ *Bernardinus igitur de ſua Eccleſia ſumme meritus, Roma dum moraretur, fato ceſſit 1666. ſepulchro excipitur in Eccleſia S. Franciſci ad Ripam Tiberis.*.

XLVI „ JOSEPH *Sagetius ex Oppido S. Severini Salernitana Diœceſis J. U. D. & in ſacra Theologia graduatus, Neapolitanæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ Canonicus Decanus, Examinator Synodalis, & Pœnitentiarius eſt electus 16. Martii 1667.*

XLVII „ ALOYSIUS *de Capua nob. Neap. Theologiæ, nobiliorumque Diſciplinarum Profeſſor, è Capellano ballato Archiep. Neapol. Ravellenſi attributus Ovili Kal. Mart. 1694.* Lucent.)

(„ *Tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Gravinen. 14. Decemb. 1705.*

XLVIII „ NICOLAUS *Rocca Presbyter Neapol. quinquagenario major, J. U. D. aliàs Vicarius generalis Epiſcopi Venuſini, & deinde Cariaten. promotus ad has ſedes fuit 22. Febr. 1706. indeque tranſlatus ad Epiſcopatum Caſſanenſem 21. Febr. 1707.*

XLIX „ Fr. IOSEPH *Maria Perrimezzi Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula Presbyter, Cuſentinæ diœceſis, annorum 36. S. Theologiæ Lector jubilatus, S. Congregationis Indicis Conſultor, & in Collegio S. Franciſci de Paula de Urbe Studiorum Regens, aliàs examinator Synodalis Archiepiſcopi Cuſentini, Concionator, & Provincialis citerioris Calabriæ, evectus ad Eccleſias Ravellenſem & Scalenſem eſt 11. Aprilis 1707. inde tranſlatus ad Epiſcopatum Oppidenſem 26. Febr. 1714.*

REATINI

EPISCOPI.



REATE * Civitas in Sabinis adeo vetuſtæ originis eſt, ut Dionyſius in 1. libro Romanarum Antiquitatum enarrat, ut ante Trojanum Bellum velit fuiſſe ædificatam. Sabini ſiquidem Aboriginibus expulſis Reatinum campum invaſerunt, ejuſdemque Oppida, inque Reate tanquam illius Provinciæ capite ſtabiles fixere ſedes. Veſtam, Telluris matrem, Deamque Reate Præſidem, Tutelaremque venerabatur. Quam antiqui magnam Deam, Deamque Matrem appellare ſolebant. Municipium hæc Civitas Romanorum fuit, ut aſſerit Suetonius Tranquillus in Veſpaſiano, eandemque Cicero in Catilinam 3. Præfecturam vocat. Illius meminere Livius, Varro, Plinius, Strabo, Silius, Feſtus, aliique Scriptores. E Phalacrina originem duxit Vico olim Reatinæ ditionis Veſpaſianus, cum Tito, Domitianoque Auguſtis filiis è gente Flavia, ſi ulla fides Tranquillo debetur. Reatinam Civitatem mediam flumen Velinum ſecat, à quo attiguus propemodum lacus, cui fluvius ille miſcetur, Velini nomen invenit. Reatinæ Paludes celebres olim fuere, ob ingentia naturæ miracula, quę ibi mortaliũ curioſa induſtria deprehendit, ut Plinius alicubi prodit. Poſt Romani Imperii declinationẽ, Romanorum Pontificum imperio paruit. Ejuſdem antiqua Eccleſia eſt, atque immediatè unum Romanum Pontificem reveretur, in ſuffraganeis Romanę Provincię, Eccleſiæq; connumerata. Primi ejus Civitatis Epiſcopi nomen intercidit, ſive ſcriptorum injuria, ſive injuria temporum, quæ clarorum virorum monumenta debellat: conſtat tamen, idque ex ſatis firma conjectura, jam inde SS. Apoſtolorum prædicatione Chriſtia-

* Vulgò Rieti.

nis

nis ſacris Reatinam Civitatem fuiſſe initiatam, utpote Romæ propiorem. Celebrat tamen traditio apud Reatinos populos, S. Proſdocimum primum Patavinæ Civitatis Epiſcopum, ipſis Euangelium intuliſſe, in cujus rei argumentum has conjecturas afferunt, aliquos Vrbis Reatinæ antiquos nummos, illius ſancti effigie percuſſos repertos, Eccleſiam Apoſtolorum Principi ab ipſo conſecratam, traditionem vigere à patribus traductam ad poſteros, eum ſanctum Reatinos fide Chriſtiana imbuiſſe, primumque eorum Epiſcopum fuiſſe. Eccleſia Cathedralis Beatiſſimæ Virgini Aſſumptæ conſecrata eſt, Paſchaliſque II. temporibus cum injuria temporum collaberetur, inſtaurata. Fama eſt, illam à S. Proſdocimo incboatam, ac poſtea an. 1225. ab Honorio III. die 11. Septembris cohoneſtantibus pompam aliquot Cardinalibus, conſecratam. Pulcherrimam illam intuentibus ſpeciem exhibet, tribus laxioribus fornicibus, cupula, ac cruce, principi altari imminentibus diſtinguitur. In crypta ſub confeſſione ab eodem Honorio D. Barbaræ, ac S. Julianæ ejus collactaneæ Virginum, & Martyrum, S. Probi olim Reatinorum Epiſcopi, S. Balduini è Marſorum Comitum D. Bernardi diſcipuli, Monaſterii S. Paſtoris, & Matthæi Ord. Ciſtercienſis Abbatis, corpora recondita ſunt, aliaque pariter ſacra lipſana, pars corporis S. Cornelii, S. Dionyſii, S. Pancratii genitoris, brachium S. Victorini, S. Severini Martyris fratris, SS. Hermetis, Hiacynthi, Maximique Martyrum reliquiæ, Gregorii Magni authoritate ibidem olim depoſitæ, ut in ep. 12. eius Regeſti conſpicitur. Vbi etiam brachium S. Andreæ Apoſtoli, cum parte corporis ſanctorum Eleutherii, ejuſque matris Antiæ, aliique ejuſmodi theſauri ſanctiſſimi, atque ornamenta auguſtiſſima aſſervantur. Divina porrò officia, à numeroſo Clero, Canonicis 15. cum Archidiacono, unica in hac Baſilica dignitate, beneficiatis 12. aliiſque ſacerdotibus, & Clericis 40 numero celebrantur. Hæc Baſilica multis opibus, tum ſacris, tam profanis ab Imperatoribus, Pontificibusque eſt amplificata. Seminarium habet 20. puerorum, & totidem convictorum, 5. virorum, & 7. Monialium Cœnobia. Hoſpitale, & Mons Pietatis, nonnullæque laicorum Confraternitates, 11. a aliæ Parochiales Eccleſiæ, & duæ collegiatæ extant in hac Reatina Civitate. Illuſtre vero, & conſpicuum eſt, illius cives omnium virtutum, atque artium genere ubique, & ſemper effulſiſſe, quorum alii literis perpoliti, alii armorum gloria celebres, alii ſanguinis claritate inſignes, alii in republica moderanda ſpectati, alii incredibili conſtantia prædiri, in religione Chriſtiana olim ſuo ſanguine confirmanda, omnes denique eximia, ac ſumma fide in ſedem Apoſtolicam excelluerunt. Reatina Diœceſis latiſſimè patet, populiſque referta eſt, ac 150. oppida, quorum pars maxima in Eccleſiaſtica ditione, altera in Neapolitano Regno ſita continet; in ſingulis, parochiales Eccleſiæ, ac in nonnullis Collegiatæ egregiè adornatæ, aliaque Religioſorum Monaſteria ſpectantur. Ab hac Diœceſi, Iulio II. Pontifice, Civitas Ducalis divulſa fuit, & in Cathedralem fuit illi Epiſcopo attributo excitata.

a Novem, quarum 3 et Collegiatæ.

A D D I T I O.

(„*Reatinæ Cathedrali præter Canonicos, atque beneficiatos, 12 etiam Clerici beneficiati ſemipræbendati, inſerviunt. Dignitatis annuus cenſus ad* 400. „*cæterorum ad* 50. *ſcut. moneta Rom. aſcendit.* „*Cura animarum in ea non exercetur, ſed in Eccleſia eidem Cathedrali annexa per Vicarium a* „*Capitulo deputandum. Ædes pro Epiſcopi habitatione ipſi cohærent. Cæterum Reate animas enumerat circiter* 8000. *Cenſus Epiſcopalis eſt* 2000. „*ſcut. cui taxa flor.* 200. Luc.)

Reatinorum modo Præſulum ſeriem ex fide ſubiiciemus, ex antiquis, ut melius potuimus, erutam monumentis, tum Pompeii Angelotti juris utriuſq; Conſulti in Reatinæ Civitatis deſcriptione, tum vero inſtaurati Tabularii Reatini Gabrielis Naudei Pariſini, cujus memoriam, in grati animi argumentum, hic recolere juvat, omnium ille virtutum, literarumque ornamentis, quæ in virum omnibus egregiis dotibus clariſſimum conferri poſſint, excultiſſimus, cujus inſignis fama doctrinæ circumfertur ubiq;

1. S. PROSDOCIMUS primus huius Eccleſiæ fundator, primuſque Epiſc. habetur ab aliquibus, qui poſtea Patavii primus etiam Epiſc. fuit. I.

2. S. PROBUS Reatinus Epiſcopus, cujus vitam refert S. Gregorius lib. 4. cap. 12. Dialogorum. Vixit anno 330. Cujus agitur feſta dies 15. Martii, de quo Martyrologium Romanum. II.

3. PROBIANUS, an. 494 („*quem Presb. Card. tit. S. Euſebii deſcribunt Gratianus, & Angelottus in deſcript. Reat.* Luc.) III.

4. VRSUS, ann. 502. („*Vrſus adfuit Conciliis ſub Symmacho* 501. 504. *& ex Angelotto fuit è Dominis Podii Vrſinæ familia.* Luc.) IV.

5. ALBINUS ann. 550. de quo idem Greg. Magnus lib. 1. c. 4. Dial. („*ex Gratiano, & Ciacon. fuit Presb. Card. tit. S. Cyriaci.* Luc.) V.

6. PROBINUS ſive Probus hanc rexit Eccleſiam temporibus eiuſdem S. Gregorii, ſubſcriptuſq; reperitur privilegio b eiuſdem Pontificis indulto Monaſterio S. Medardi in Galliis 7. Kal. Junii an. 593. VI.

b Hoc privilegium eſt Apographum.

7. GAVDIOSUS ann. 642. c de quo in 2. tom. Concil. p. 2. VII.

c 649.

8. HADRIANUS interfuit Generali Concilio ſub Agathone Papa anno 680. VIII.

9. * ISERMUNDUS Epiſcopus Reatinus vixit anno Domini 773. temporibus Deſiderii Regis, & Teducii Ducis Reatini, à quo plura dono accepit, ut ex vetuſtiſſimo donationis documento litteris Longobardicis ſcripto videre licet, quod nuper cum pluribus aliis Reatinæ Eccleſiæ monumentis, in tabulario ejuſdem Eccleſiæ aſſervatis, accepimus. Donatio vero eſt talis. IX.

* Ex App. tom. 5.

† *In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Regnante D. noſtro Deſiderio, & Aldechio filio ejus piiſſimis Regibus anno regni eorum XVIII. Ego in Dei nomine Teducius excellentiſſimus Dux donamus, atque concedimus Iſermundo S. Sedis Reatinæ Eccleſiæ venerab. Epiſcopo pro redemptione animæ noſtræ ..... res, quæ a nobis ſatis pertinet. hoc eſt res ipſa in territorio Reatino in loco, ubi dicitur Colline, ipſa curte de Varanis cum XXII. manſos, & cum ipſa eccleſia S. Manni, quæ eſt ibidem ædificata cum terris, vineis, & cum omnibus pertinentiis ejus cultis, & incultis, & cum omnibus ædificiis illorum, cum ſervis, & ancillis, ſicuti noſtræ poteſtatis eſt cum campis, & ſylvis, cum montibus & planitiis, cum ſelectis, & pratibus, & decurſis aquarum, omnia in omnibus, ſicut ſupradictum eſt, concedimus dictæ Eccleſiæ & ejus ſucceſſoribus. Inſuper concedimus prædicto Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus totam terram, ubi dicitur Manetianum, & ..... cum ipſa eccleſia, quæ ibidem ſunt ædificatæ tam in montibus, quam in planitiebus. Inſuper dedimus jam dicto Epiſcopo etiam ſupradictæ Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus in territorio Narnatino in loco, qui dicitur ad Ulmum caſa XII. quæ teguntur per Mellitum, & Palummum, Rac Urſillum, & cum fratribus, & filiis eorum. Hæc omnia concedimus qualiter ſupra legitur, ut dictæ Eccleſiæ firmum, & ſtabile permaneat noſtrum donum, & a nullo noſtro colono, vel clientulo, ſeu noſtro actore ſiòs, ſuiſque ſucceſſoribus aliquando contradicatur. Ex juſſione noſtræ poteſtatis ſcripſi ego Langiarius notarius.*

Data juſſio in curte noſtra in Sabelli anno Ducatus noſtri in Dei nomine X. menſis Junius Ind. X. ſub eodem Actionario, & Fabiuario conductore.

Signum Theudues, qui hanc .....rogavit.

Signum manu Albinina Comitis rogatus teſtes ſumus feliciter.

Signum man. Anaſtaſii rogatus.

Signum man. Ardevardi.

Signum man. Creventii rogatus teſtes ſumus.

Ego Cencius S. R. E. ... civis Romanus natus Tranſtiberim tamquam inventum ... ſcripta per manum præfati Langiarii notarii bonæ memoriæ taliter ſcripſi non ſponte addidi, nec minus complevi, & abſolvi.

10. CO.

X. A 10. COLVS anno 853. apud Baronium. De eo Leo IV. Papa in epiſtola ad Lotharium, & Ludovicum Impp. hæc habet: *Reatina Eccleſia, quæ per tot temporum ſpatia paſtoris cura deſtituta conſiſtit, dignum eſt, ut brachio amplitudinis veſtræ ſublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde ſalutationis alloquio præmiſſo, veſtram manſuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili Diacono eandem Eccleſiam ad regendum concedere dignaremini, ut veſtra licentia accepta ibidem Deo adjuvante conſecrare valeamus Epiſcopum. Sin autem in prædicta Eccleſia nolueritis, ut præficiatur Epiſcopus, Tuſculanam Eccleſ. quæ diu viduata vixit, illi veſtra ſerenitas dignetur concedere, ut conſecratus à noſtro Præſulatu, Deo omnipotenti, veſtroque imperio grates peragere valeat.* Pauloque poſt idem Leo, de eodem jam Epiſcopo Reatino conſecrato Comitiſſæ Ritæ hæc ſcripſit, apud Gratianum diſt. 63. c. Reatin. *Nobis Dominus Imperator, & Imperatrix per ſuas Epiſtolas dixerunt, ut Colonum in Reatina Eccleſia, quæ Paſtoris officio per longa jam tempora deſtituta videbatur, Epiſc. facere deberemus: ſicut & fecimus.*

XI. B 11. RICHARDUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus donationem Theodoſii Firmani Epiſcopi ſubſcribit, in favorem Monaſterii S. Crucis anno 887.

XII. 12.* THEBROLDUS hujus ſedis fuit Epiſcopus anno 945. memoratur in iiſdem monumentis.

* Ex App. 1. 5.

XIII. 13. ANASTASIUS anno 948. cujus mentio habetur in donationis documento ab Aldone filio q. Teprandi Reatini eidem Epiſcopo factæ, de omni re ſua poſita in territorio Falcirinenſi, in loco, qui dicitur, Colle, pro caſalino, quod viciſſim accepit à Reatina Eccleſia. Actum eo anno 948.

XIV. („ ALBERICVS *an. 969. interfuit ſynodo Beneventanæ ſub Joanne XIII. & ſubſcripſit Epiſtolæ dicti „ Joannis, quibus Beneventanus Archiepiſcopatus inſti„tuitur. Refertur Epiſtola ab ipſomet Ughello in Be„neventanis tom. 8.*)

XV. 14. * HELDEBALDUS, cujus ſubſcriptio habetur in alio documento anno 975. condito, ubi in hæc verba nomen ſuum ſignavit: *Heldebaldus exiguus, & infimus Epiſcopus Reatinus.*

* Ex App. 1. 5.

XVI. C 15. IOANNES Reatina dignitate inſignitus, agebat in vivis anno 982.

XVII. 16. ATHO, *a* reperitur ſubſcriptus cuidam decreto Papæ Nicolai II. anno 1059. in quo agebatur de poteſtate Romani Pontificis. Ceterum in antiquo codice Vaticano, hic, qui hujuſmodi Synodo interfuit, appellatur Iucundus Epiſcopus Reatinus* Verū puto, vel Attonem numquā fuiſſe Reatinum Epiſcopum, vel eodem an. 1059. defunctum, ſtatimque ſucceſſiſſe in ea ſede Iocundum, quem diximus Romanæ ſynodo ſubſcripſiſſe eo ipſo anno 1059. Revera Iocundus iſte Epiſcopus Reatinus fuit eo anno 1059. de quo clara extat memoria in quodam documento donationis factæ Eccleſiæ Reatinę Iocundo tunc Epiſcopo ejuſdem ſedis. Forte ex incogitantia ſcriptoris in illo Nicolai Papæ decreto, pro Iocundo, Attus ſcriptus fuit; conſtat enim decretum illud eadem in ſynodo ſancitum fuiſſe, ubi Epiſcopus Reatinus ſe Iocundum ſubſcripſit, quod concordat, cum inſtrumento illo relatæ donationis ex Archivio Reatinæ D Eccleſiæ. (1)

a Seù Jucundus vel Gerardus.

* Ex App. 1. 5.

XVIII 17. RAINERIVS, anno 1075. extat donatio bonorum eidem facta à Creſcentio filio Aſonis, idem memoratur anno 1084. („ *Ad eum ſcribit Gregorius „ VII. an.* 1074.)

XIX. 18. BENINCASA Epiſcopus Reatinus anno 1113. 9. Septembris, ſub quo Anolinus filius Odetiſii tradidit Eccleſiæ Reatinę Caſtrum Toramum cum pertinentiis ſuis, ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ.* Hic anno 1109. à fundamentis novam cœpit ædificare Cathedralem Eccleſiam, Hujus rei teſtis eſt lapis inſcriptus in ſacrario.

* Ex App. 1. 5.

XX *Anno Domini milleſimo CVIIII. Indict. II. Epacta XVII. Ce. IIII. temporibus Paſchalis Papæ II. Benincaſa Epiſcopus S. Sedis*

* Ex App. tom. 5.

A *Reatinæ Eccleſiæ cœpit fundamentum iſtius Eccleſiæ V. Kal. Martii.*

XXI. 19.* TEUZZO proxime ſucceſſit Benincaſæ, nam de eo mentio reperitur in monumentis citatis ann. 1114. & an. 1118.

XXII * Ex App. tom. 5. 20. COLVS in monumentis Reatinæ Eccleſiæ memoratur anno 1122.

XXII 21. * GENTILIS poſt Colum reperitur Reatinus Epiſcopus anno 1135.

22. DODO Monachus Ciſtercienſis, Reatinorum Pontifex fuit ann. 1137. in hujus gratiam Fridericus I. Imperator Reatinæ Eccleſiæ omnia Imperialia indulta ab aliis conceſſa, novo, favorabilique diplomate confirmavit; Quattuſque Anaſtaſius Dodum ſpecialibus gratiis proſecutus eſt ann. 1153. ut ex proximo diplomate conſtat, quod tabularium ejuſdem Eccleſiæ ſervat, pretioſum monumentum, quod ad cognoſcendæ illius Diœceſis ſtatum, non nihil juvat; illud nobis communicavit Georgius Bolognettus Epiſc.

B

ANASTASIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Vener. Fr. Dodoni Reatinæ Eccleſiæ Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis in perpetuam memoriam.

IN eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula domino diſponente conſtituti fratres noſtros Epiſcopos fraterna debemus charitate diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis paterna ſollicitudine providere. Quo circa Ven. in Chriſto fr. Dodo Eccleſiæ Reatin. Epiſcopo, tuis juſtis poſtulationibus debita benignitate gratum impertientes aſſenſum prædictam Eccleſiā cui Deo Auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum, juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, C *Plebem S. Thomæ in Grumulo, plebem s. Suſannæ, plebem S. Viti, plebem s. Mariæ Giſoni, plebem S. Mariæ in Teſtoni, plebem s. Ruſtici, plebem s. Mariæ in Vallocrina, plebem s. Mariæ in Cornu, plebem s. Mariæ in Sigilli, plebem s. Rufinæ, plebem s. Mariæ in Baccigno, plebem s. Sylveſtri in Fallarino, plebem s. Crucis in Burbone, plebem s. Petri in Laculo, plebem s. Mariæ, & Petri in Pantano, plebem s. Petri in Dura, plebem . S. Joannis in Clarino, plebem s. Sixti in Amiterno, plebem s. Petri in Popleta, plebem S. Victorini, plebem s. Petri in Precero, plebem S. Valentini in Collectario, plebem s. Marci, & s. Donati in Teria, plebem s. Juliani in Foce, plebem s. Pauli in capite Amiterni, plebem s. Coſmæ in Cagnano, plebem s. Antimi in Caſſina, plebem s. Thomæ in Villano, plebem s. Petri in Cornu, plebem s. Eutitii in Marana, plebem s. Stephani in Cluvano, plebem s. Laurentii, & s. Leopardi in Carſoro, plebem s. Mariæ in Mareri, & s. Paſtoris, plebem s. Petri in Canapinula, plebem s. Elpidii, plebem s. Andreæ & s. Pauli, plebem s. Mariæ in Rivogatti, plebem* D *s. Andreæ in Laceto, plebem s. Lucæ in Colle alto, plebē s. Andreæ in Capradoſſo plebē s. Mariæ in Valle, plebem s. Agathæ in Plaja, plebem s. Juſtini in Rocca Sinibaldi, plebem s. Anatoliæ in Tore, plebem s. Angeli in Ceruja, plebem s. Victoriæ in Tripula, plebem s. Felicis in Octavo, plebem s. Nicolai, & s. Helenæ in Lubriculo, plebem s. Joannis in Valle Reatina, plebem s. Savini in monte Gurzo, plebem s. Mariæ in Caſa Roperti, plebem s. Laurentii in Quintiliano, plebem s. Mariæ in Angliſe, plebem s. Donati de Turre de Carpaſſe, plebem s. Mariæ della Sala, & in eis plebibus oratoria, quæ monaſteria dicuntur, videlicet s. Petri in Angliſe, s. Crucis in Aqua de Solangio, s. Juvenalis in Lacu, s. Mariæ in Conſonano, s. Liberatoris, S. Trinitatis, s. Gregorii de Cacalici, s. Valentini della Pureja, s. Crucis in Lognano, s. Eleuterii in cāpo Reatino, s. Paſtoris in Alatro, s. Angeli*

(1) Edidit ex Codice Vaticano Harduinus in noviſs. Concil. editione nomina Epiſcoporum, qui ſubſcripſerunt citato Nicolai Decreto: & præter Attonem, qui *Reatenſis* dicitur, legitur ſubſcriptus Gerardus *Reatinus*. Quinam vero ex his duobus huic ſedi ſit attribuendus, videant eruditi. Ego quidem ſumem pro Gerardo: qui fortaſsè in codice ab Ughello relato Jucundus appellatur. Certè duo ex eadem ſede Epiſcopi eidem actui ſubſcripſiſſe nefas eſt aſſerere.

gelici in Vetica, s. Mariæ in Lupicino, s. Petri in Madito, s. Sylveſtri in Petra Battuta, & s. Sylveſtri in Perulo, s. Severini, & s. Avitæ in Amiterno, s. Io. Baptiſtæ de s. Victorine, s. Leontii in Claſſina, s. Laur. ...ſaſſo s. . . . . in Nura, s. Mauri, s. Caſtilioni de Valle de Petra, s. Leopardi de Colle Focati, s. Pauli de Cocotha. Item infra Urbem, vel in ſuburbio Reatinæ Civitatis Eccleſiam s. Joannis, & s. Eleutherii, s. Ruphi, s. Iuvenalis, s. Marinæ, s. Petri in porta Romana, s. Salvatoris, & s. Nicolai in Acupenen, s. Leopardi, s. Bartholomæi, & s. Euticii, s. Maronis, & s. Severi, s. Fortunati, s. Petri, & Andreæ in campo Reatino, ss. Apoſtolorum, & s. Donati, s. Sebaſtiani in Scaje, s. Sacoini in Berrivo, s. Clementis, s. Nicolai in Forſone, s. Mariæ in capite aquæ, s. Mariæ in Pugillo, s. Flaviani in Novera, s. Mariæ in Burbone valle Lumbricola, s. Hilarii in Racciolo, s. Mariæ in Civitate in Amiterno, & s. Barocii: ut ex his omnibus epiſcopalia vobis jura ſolvantur. Præterea caſtrum Collis Vaccarii, caſtrum Veneruba, caſtrum montis Guizzi, caſtrum de Catrico, caſtrum caſalis Lie, caſtrum Rocca in Prece, caſtrum Verani, caſtrum Butri, caſtrum Montis Sicci, cum pertinentiis ſuis. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat eandem... tenere, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur, tam tuis, quam clericorum, & pauperum uſibus profutura, ſalva in omnibus ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua autem Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecūdo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emē daverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exinde de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonarum actionum percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſ.
Ego G. presb. card. tit. Calliſti ſubſc.
Ego Guido presb. card. tit. S. Griſogoni ſubſc.
Ego Hubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ſubſ.
Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ ſubſc.
Ego Aſtaldus presb. card. tit. S. Priſcæ ſubſc.
Ego Jo. Paparo S. Laur. in Dam. presb. card. ſubſc.
Ego Cencius presb. card. tit. S. Laur. in Lucina ſubſc.
Datum Later. per manum Rolandi S. R. E. presb. & Cancellarii 9. Kal. Febr. Ind. 1. Incarn. Domini 1553. Pontificatus vero D. Anaſtaſii Papæ IV. anno 1.

Sub Alexandro III. Lateranenſi interfuit Concilio Dodo anno 1179. Hujus temporibua, aut certè paulò ante, Reatæ B. Balduious deceſſit, filius Berardi X. Comitis Marſorum, fraterque Raynaldi Abbatis Montis Caſini, & Cardinalis. Fuit Balduinus S. Bernardi Alumnus, factuſque Ciſtercienſis Monachus, adeò exaggeratis effulſit virtutibus, ut cum Reatini à S. Bernardo Monachorum Coloniam expoſtulaſſent, Balduioum delegit, qui SS. Matthæi, atque Paſtoria Cœnobio primus Abbas præeſſet, qui ſua prudentia, ſanctitateque exemplis Cœnobium illud fortunis, cultuque divino mirabiliter adauxit, ſanctiſque operibus plenua deceſſit ex hoc ſeculo, ſepultuſque eſt in Cathedrali Reatina, ubi celebri populorum veneratione ejua memoria recolitur die 11. menſ Auguſti. Hujus meminit Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, Aogelus Manriquez tom. 1. Annal. Ciſtercienſium, aliique. Cæterum Dodoni Epiſcopo anno 1150. 11. Junii, indict. 13. *Gentilis Vetulus*, (verba ſunt antiqui monumenti) *qui ſum habitator in Comitatu Reatino, pro redemptione animæ meæ, & cum voluntate mea, & conſentiente Stephano Servo Dei, & Luciana conjuge mea, Gentile, Bartholomæo, & Jordane meis filiis, & Agnete Abbatiſſa, & Sapienza Monacha meis filiabus. Tibi Dodoni Reat. Epiſcopo, & ſucceſſoribus, monaſt. S. Mauri, quod eſt ſitum in Monte de Fano, quod eſt inter Vallem de Petra ſine omni reſervatione in perpetuum trado.* Iſte Geotilia filius fuit alterius Gentilis Comitis, qui an. 1134. hoc Cœnobium cum omnibus pertinentiis ſuis tradidit Stephano presbytero ſub Regula S. Benedicti Abbatis de Monte Caſino. Aono Domini 1156. temporibua Adriani IV. Papæ, Dodo conſecravit Eccleſiam S. Victoriæ in Tribulana Regione, ut ibidem appoſita inſcriptio refert.

Ego Dodo Reatinæ Eccleſiæ Epiſcopus, dedicavi Eccleſiam S. Victoriæ Virginis, cum tribus Epiſcopis, videlicet, Anſelmo Fulginate Epiſcopo, & Berardo Furconen. Epiſcopo, & Benedicto Marſio Epiſcopo, in octava Dedicationis Michaelis Archangeli.

Item iu Altari, *Ego Dodo Reatinæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus, conſecravi hoc Altare ad honorem B. Mariæ Virginis, & s. Nicolai, & s. Chriſtophori, & s. Leonardi, & s. Blaſii, in quo recondidi Reliquias s. Sebaſtiani, Fabiani, s. Paulini, Prothi, Hiacynthi, Primi, Feliciani, Laurentii anno Domini 1556. indict. quarta 13. Kal. Junii temporibus Adriani IV. Papæ.* *Sequenti anno idem Dodo novam Cathedralia cryptam conſecravit, cujus rei extat monumentum in Reatino archivio in pergameno ſcriptum tali modo.

* Ex Ap. t. 5.

In Chriſti nomine amen. Anno ejuſdem Incarnat. 1157. die Kal. Septembris, præſidente Adriano IV. Papa, anno pontificatus ejus 3. Ego Dodo Reatinus Epiſcopus, & Petrus Narnien. Pontifex, necnon Berardus Furconen. Antiſtes, & Octo Tiburtinus Epiſcopus, conſecravimus gryptam majoris Eccleſiæ, quæ eſt ſedes Reatini Epiſcopatus, cum majori altari in eadem grypta poſito, ad honorem B. Mariæ ſemper virginis, & Bartholomæi Apoſtoli, & Blaſii Epiſcopi, & S. Leonardi, & s. Luciæ virginis, in quo collocavimus reliquias ss. Bartholomæi Apoſtoli, Laurentii Martyris, & Blaſii Epiſcopi, lignum crucis Domini, & de lapide ejuſdem ſepulchri, Joannis, & Pauli, Prothi, & Hiacynthi, Stephani Papæ, Sebaſtiani Martyris, Dionyſii Papæ, Martiniani, Saturnini, ss. Innocentium, & quatuor Coronatorum, Luciæ virginis, Helenæ, Nimphæ, Claudiæ matris Eugeniæ, Sixti Papæ, Calliſti Papæ, Eleutherii Epiſcopi, & Antiæ matris ejus, Chriſtophori, Cyriaci, Largi, & Smaragdi, Felicis, & Adaucti, s. Patoriani Epiſcopi, & Antimi . . . . Cyriacæ, & Irenæ. Sub iſto altari manent, corpus B. Marii, corpus B. Creſcentiani, corpus B. Vitalis, corpus B. Laurentini. Qua conſecratione nos prædicti Epiſcopi fecimus remiſſionem 5. annorum à conſecratione uſque feſtum s. Angeli, & annualiter in uno quoque anno in Nativitate s. Mariæ unius anni remiſſionem omnibus, qui ad eandem gryptam, & Eccleſiam cum devotione convenerint.

At commodum hic videtur inſerere Friderici I Imper. privilegium huic Dodoni Epiſcopo, ſucceſſoribuſque ejus conceſſum ann. 1178. à tabulario hujus Eccleſiæ deprompto, prout illud nobis exhibuit idem Georgius Bolognettus Epiſcopus, de Reatina, deque Univerſali Eccleſia benemeritus; ſic eoim ſe habet.

Federicus Dei gratia Rom. Imperator Aug.

Si religioſis perſonis, & Chriſti Eccleſiis de noſtra clementia benefacere ſtuduerimus, id nobis ad temporalis imperii gubernandum, & ejus regni meritum apud regem regum proficere credimus. Noverint ergo Imperii noſtri fideles præſentes, & poſteri, quod nos dilectum noſtrum Dodonem Reatinæ Eccleſiæ Ven. Epiſcopum cum tota ſua Eccleſia, univerſo ſcilicet clero, & ejus pertinentiis in noſtra imperialis tuitionis protectionem ſpiritualiter ſuſcipimus, & ipſum Epiſcopum cum clero ſuo, ac Eccleſiis ipſis in omnibus, quæ eis attinent, ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum pace, & defenſione, in perſonis, & rebus plena perfrui quiete, ac ſecuritate ſtatuimus, ac præcipimus. Præterea eidem Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ per noſtram auctoritatem confirmamus omnes poſſeſſiones, quas vel munere anteceſſorum noſtrorum Regum, aut Imperatorum, vel aliorum principum, ſeu nobilium, vel oblationibus, aut traditionibus quomodolibet fidelium juſte poſſederint, vel in futurum rationabiliter, & legitime adipiſci poterunt. Ad hæc autem de noſtra ſerenitatis benevolentia abſolvimus eamdem

A *Reatinam Eccleſiam, & totum ejus clerum ab omni exactione, quæ nominatim Reatini conſules, aut illorum commune, aut illorum conſolatus, vel populus, vel aliqua imperii noſtri perſona magna, ſive parva ab eadem Eccleſia, & ejus clero irrationabiliter, & præter manifeſtam, & notam juſtitiam requirere poſſet. Quod expreſſe determinantes præcipimus, quatenus nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec Capitaneus, nec Conſul, nec Commune, nec quiſquam occaſione publici, vel regalis debiti, vel occaſione patronatus a prædicta Eccleſia, vel ab ejus clero præſumat deinceps exigere fodrum, collecta, alberganas, ſeu quaslibet angarias, aut perangarias, vel ulla indebita ſervitia, aut penſiones, fodrum enim regale, quod nobis inde debetur exhiberi, ſtatuimus, ut nemo exigat, niſi nos, aut certus nuncius noſter ad hoc ſpiritualiter deſtinatus, quod & in menſura tam tolerabili volumus nobis præberi, ut Eccleſia prædicta, ac ejus clerus, & ipſorum homines non prægraventur. Si quis vero contra hoc noſtrum præceptum aliquatenus præſumpſerit venire, & prædictam Eccleſiam, & clerum ejus in aliquo prædictorum offendere, banno noſtro ſit inclusus, &* B *pœna 50. librarum puri auri condemnatus, quarum media pars fiſco noſtro, altera medietas prædicto fideli noſtro Dodoni Epiſcopo, vel ejus ſucceſſori perſolvatur, quæ omnia ſupradicta, ut eidem Eccleſiæ rata in perpetuum teneantur præſentem chartam ad petitionem prædicti Epiſcopi juſſimus conſcribi, & noſtra majeſtatis ſigillo roborari.*

Dat. apud Caſtrum Agelli prædictum, anno Dom. 1178. indict. undecima, 11. Kal. Januarii.

Vixit Dodo ad annum uſque 1181. & ſancto fine quievit.

XXIV 23 SEPTIMIUS Quarinius Bononienſis, adiectus eſt Epiſcopus ann. 1182. de quo Nicolaus Paſchalinus Alidoſius in lib. de viris Illuſt. Bonon.

XXV. 24. BENEDICTI Epiſcopi quondam Reatini ſatis clara extat memoria in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 1182. tum in antiqua Tabula marmorea Cathedrali infixa anno 1185. cum Henricus Rex Filius Friderici Imperatoris, Conſtantiam filiam Rogerii Siciliæ Regis antea Monialem, Deoque C votam, virginem, malo omine totius Chriſtianitatis, duxit uxorem. Inſcriptio autem hujuſmodi eſt.

Anno 1185. indict. 3. menſ. Aug. die 28. temporibus Lucii III. Papæ, & Friderici Rom. Imp. & Benedicti Reatinæ Sedis Epiſcopi. & Conradi Ducis Spoleti. Rex Henricus, filius ejuſdem Imperatoris recepit Reate, Reginam Conſtantiam filiam Rogerii Regis Siculi in uxorem per Legatos ſuos, cum maxima multitudine Principum, ac Baronum.

XXVI. 25. ADENULPHUS * de Secenariis nobilis Reatinus, ex Canonico ſublectus fuit Epiſcopus Reatinus 1188 idemque reperitur Reatinus fuiſſe electus Epiſcopus anno 1193. in antiquis hujus Eccleſiæ monumentis. Idem anno 1194. die 9. Novemb. vocatur electus. De eo mentio ann. 1209. Ad hunc Epiſcopum literas dedit Innocentius III. Pont. anno 15. ſui pontific. Hic cum Epiſcopatum abdicaſſet, factus D eſt Monachus Ciſtercienſis in monaſterium Trium Fontium de Urbe, ut in monumentis ejuſdem Cœnobii habetur. Eodem Adenulpho Præſule, Reatina Civitas igne, ferroque à Rogero Siciliæ Rege devaſtata, funditusque diruta fuit. Diſperſi Cives, opera Adenulphi paulo poſt in patriam commigrarunt, iterumque Civitatem exædificare cœperunt, & cum ſparſiſſet fama Adenulphum in S. Eleuterii templo, ejuſdem ſancti corpus una cum ſanctiſſimæ Antiæ matris reliquiis inveniſſe, Innocentius III. humiliter à Reatinis exoratus, ut celebrandæ translationi intereſſe dignaretur, eo ſe contulit, inventumque theſaurum ſolemni ritu tranſtulit, recondiditque eodem in loco, ubi repertum fuerat, ut ſequens inſcriptio in lamina, una cum ſacris lipſanis inventa fidem facit.

* Ex App. tom. 9.

† *In nomine Domini amen. Anno Dominicæ Incarnationis 1198. menſe Aug. die 13. temporibus Innocentii Papæ III. ipſo aſſiſtente in*

A *Civitate Reat. Hic recondita ſunt oſſa SS. Martyrum Eleuterii, & Antiæ Matris ejus in præſentia D. Soſr. presb. Card. tit. S. Prax. & Mag. Petri Diacon. Card. S. Mariæ in Via Lata, & Adenulphi Epiſcopi Reat. quæ reperta ſunt ſub hoc altari, ſicut antiquus repertus tit. Hiſtor. & fama publica indicavit. Petro quidem Compoſtellano Archiepiſcopo præſente.*

De hac translatione, deque Reatinæ Civitatis everſione mentionem facit pervetuſtus codex Cathedralis Eccleſiæ, cui poſt S. Eleutherii vitæ geſta verba hæc adſcripta ſunt. *Adveniente vero Rogeris Regis Siculi ſæva tyrannide, qui contra Reatinos nulla præcedente cauſa concipiens odium Civitatem ipſam cũ ingenti comitatu equitum & peditum obſeſſa mirabili circumcinxit, & licet eadem obſidione plurium annorũ circulis premerentur, tamen viriliter regali potentiæ reſiſtebant. Idem vero Rex odium conceptum evomens, ac erga Reatinos compaſſionis ſpiritum non requirens,* B *domos, & Eccleſias & alia ornamenta deſtruxit, factaque eſt vidua, quæ prior uxor erat, ſic homines civitatis ipſius ferè per ſeptennium extra lares proprios exularunt. Redeuntes autem dicere poterant: Jam ſeges eſt, ubi Reate fuit, reſecandaque falce. Tandem D. Jeſus Chriſtus memor ſuorum fidelium, dicto Rege mortis debitum adimplente, viam paravit incolis Reatinis, ut civitatem eamdem ſine alicujus obſtaculo reintrarent, peſte, fame, & aliarum tribulationum anguſtiis hominibus pro majori parte conſumptis; intrantes enim & reædificantes domos, & Eccleſias, felicis recordationis D. Innocentium Papam III. cœperunt totis affectibus exorare, ut civitatem Reatinam ſui præſentia viſitaret, ut tantorum periculorum immemores umbra Chriſti Vicarii foveret, & damnum quod exterminatio ipſorum intulerat, ſui præſentia compenſaret. Annuens ergo ſummus Pontifex petitionibus populorum Civitatem ipſam advenit, ibique aliquandiu moram contrahens juridica relatione percepit, ſæpe dictos Martyres innumeris coruſcaſſe miraculis. Unde dum quidam civis pro remiſſione pecca-* C *torum ſuorum in dicta Eccleſia cryptam aliam ſubter Altare majus fieri feciſſet, de crypta anteriori diſpoſuit præfata corpora de Conſilio Dominorum Cardinalium translatari, ut eorumdem Sanctorum renovaretur devotio, quæ longi temporis intervallo eſſet deleta; memor ſcilicet illius verbi prophetici; mille anni ante oculos tuos ſicut dies heſterna, quæ præteriit, & quoniam non extabat memoria, in qua parte cryptæ anterioris dicta corpora requieſcerent, idem ſummus Pontifex mandavit diligenter inquiri; quibus Sanctorum corporibus reinventis ad judicium cujuſdam imaginis ibi pictæ digito ipſa corpora oſtendentis eadem cum reverentia, qua decuit, exhumata, ipſe D. Papa, Domini Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in Curia commorantes in novam cryptam cum hymnis, & canticis tranſtulerunt, in qua ſtructura nobili Altare propriis ſumptibus ædificari mandavit; & volens, ut Reatini Populi devotio creſceret omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, & qui eidem loco in die hujus translationis ob ipſam ſanctorum devotionem manus porrexerint adjutrices (ſicut à majori-* D *bus noſtris audivimus) tres annos, & tres quadragenas de injuncta eis pœnitentia relaxavit. Quam indulgentiam prædictus D. Papa, & D. Cardinales Archiepiſcopi, & Epiſcopi poſuerunt in ipſo loco perpetuo duraturam. Prædicta quoque translationis feſtivitas ſequenti die poſt feſtum Aſſumptionis B. Virginis celebranda ad honorem B. Eleutherii, & B. Antiæ matris ejus Martyrum, & B. Joannis Evangeliſtæ, quibus ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Huic S. Eleutherii Eccleſia olim Benedictinorum celeberrimum Cœnobium conjunctum fuit. In hoc ille Stephanus Abbas floruit, de quo S. Gregorius Papa lib. 4. Moralium cap. 14. atque Homelia 39. in Evangelia. Nunc everſum Monaſterium eſt, atque Abbatia Commendatario attributa.

26. Fr. RAYNALDUS ſacræ Theologiæ Magiſter, ex Ordine S. Benedicti, ad Reatinum thronum ſubvectus eſt anno 1215. morum, rariſſimique exempli Epiſcopus. De eo habetur mentio anno 1220. in XXVII.

tabulis ejuſdem Eccleſiæ. * Raynaldi primi temporibus conſecrata eſt major Reatina Eccleſia 5. id. Septemb. anno 1225. ab Honorio III. Papa, de qua habetur originale documentum in eodem archivio his verbis conſcriptum.

* Ex App. tom. 5.

In nomine Domini amen. An. ejuſdem 1225. tempore Honorii III. Papæ pontificatus ejus anno 10. Conſecrata eſt Eccleſia Reatina ab ipſo D. Honorio cum talibus Epiſcopis ſcil. Hoſtienſe, Albanen. Praeneſtinen. Sabinen. & aliis Epiſcopis partium diverſarum ad honorem B. Mariæ ſemper Virginis. Subtus autem altari majori eſt corpus B. Barbaræ, pars corporis S. Dionyſii patris S. Pancratii Martyris. Item in prædicto altari recondita ſunt in dextris prædicti altaris de veſtimentis B. Mariæ, de reliquiis SS. Innocentium, S. Anaſtaſiæ, de ligno S. Crucis, de petra ſepulchri Domini, de petra calvariæ, de velo B. Virginis, de Rubo Moyſis, de petra cum qua lapidatus fuit S. Stephanus, de reliquiis S. Stephani prothomartyris, & S. Laurentii, Vincentii, Pancratii, Viti, & Modeſti, Griſanti, & Dariæ, Feliciſſimi, & Agapiti, Priſcæ virginis, Luciæ virginis, Agnetis Martyris, Felicitatis virginis, Victoriæ virginis, Callixti Papæ, Blaſii, Coſmæ, & Damiani, Pancratii, Zenonis Mart. S. Chriſtinæ Martyris. A ſiniſtris vero recondita ſunt reliquiæ SS. Abraham, & Iſaac, S. Victorini, SS. Nerei, & Achillei, Gervaſii, & Prothaſii, Tiburtii, & Valeriani, Marcellini, & Petri, S. Georgii, Alexandri Papæ, & Martyris, SS. quatuor Coronatorum, Marii, & Marthæ, Sebaſtiani, & Fabiani Papæ, Cypriani, & Juſtinæ, Auguſtini Epiſcopi, Sanctorum XV. Martyrum, Chriſtophori Martyris, Martini Papæ, Clementis Papæ, Valentini Martyris, Heraſmi Martyris, Urbani Papæ, Ruphinæ, & SS. Mauritii, & ſociorum, & Proceſſi, & Martiniani, de lapide Præſepis & ſepulchri B. Mariæ Virginis, de reliquiis S. Hippolyti, Cæſarii, & Juliani, s. Sixti, & s. Paulinæ virginis. In columna vero media recondita ſunt hæ reliquiæ, de veſtimentis Virginis Mariæ, de reliquiis Apoſtolorum Petri, & Pauli, s. Laurentii, Zachariæ patris Jo. Baptiſtæ, Rodus unus de ſeptuaginta duobus, de reliquiis s. Mariæ Magdalenæ, s. Baſilii, s. Martini Epiſcopi, & confeſſoris. Et conceduntur viſitantibus dictam Eccleſiam XXIX. annos, & XXIX. quadragen. indulgentiæ cum multis aliis indulgentiis, quæ in dicta Eccleſia a prædicto Papa cum aliis Epiſcopis exiſtentibus in conſecratione prædictorum conceſſa fuerunt.

Ex hoc enim documento elicitur, jam ab eo anno corpus S. Barbaræ virginis, & Martyris in Eccleſia Reatina in altari majori reconditum fuiſſe. In vetuſto codice hædino ejuſdem Eccleſiæ recitantur acta S. Barbaræ, quæ etiam ſacra ejus oſſa ibidem repoſita dicunt. Unde hauriet lector, quæ, & quanta ſit diverſitas ab iis, quæ traducuntur de exiſtentia corporis hujus S. virginis, & Martyris in Eccleſia cœnobii S. Joãnis Evangeliſtæ apud Torcellũ in Venetis æſtuariis, ut ſupra retulimus, in catalogo Torcellenſiũ Epiſcoporum, quibus nec abſtruo, nec abnuo. Ex inſcriptionibus Torcellanis, tum ex Reatinis Actis eam ipſam Barbaram fuiſſe dicunt, cujus corpus in iis duobus diſtantibus locis veneratur. De Barbara videndus Baronius in annotationibus ad martyr. Rom. 4. Decemb.

XXVIII. 27. ODO Epiſcopus Reatinus anno 1227.

XXIX 28. RAYNERII Epiſcopi Reatini mentio extat in reg. Gregorii IX. ep. 354. floruit anno 1233.

XXX. 29. * RAYNERIUS alter Raynerii ſucceſſor. Hæc inſinuat inſtrumentum *Litis agitata anno 1249. inter Raynerium Epiſcopum ipſum Reatinum, & Bonum comitem Poteſtatem dictæ civitatis ſuper equo, quo vehebatur dictus Epiſcopus, quando primum ingreſſus eſt civitatem Reatinam; qui ad dictum Poteſtatem, & ejus ſervientes, pertinere ex antiqua conſuetudine præſumitur.* Ex eo arbitrari oportet, Raynerium illum diverſum eſſe ab alio, qui vixit Gregorii IX. temporibus, ut dictum eſt ex reg. Vat. Hunc vero Raynerium eodem anno, vel exceſſiſſe ex hac vita, vel ad aliam fuiſſe translatum Eccleſiam, cum neque in monumentis ejuſdem Eccleſiæ nulla alia de ipſo reperiatur mentio, neque in Vaticanis regeſt. tantum de Dominico Præd. Ordinis apud Martinum de Ebulo an. 1250. vel circa, habetur memoria.

* Ex App. t. 5.

XXXI. 30. Fr. DOMINICUS ex Ordine Prædicatorum a Epiſcopus Reatinus, cum ſenio jam pulſaretur, à Pontifice Romano tanquam emeritus miles miſſionem impetravit ann. 1250. Qua obtenta, alacritate plenus, rediit ad clauſtrum, ſibi, Deoque victurus. De eo Marinus de Ebulo in Formulis.

a De quo Fontana de Rom. Provin. p. 314. [illegible] ſeniæ circa ejus Præſulatus tempus. Mandoſ.

XXXII. 31. * RAYNALDUS, de quo in antiquo conſtitutionum Eccleſiæ Reatinæ libello, hæc habentur. *Statuta Raynaldi Epiſcopi Reatini, quibus Capitulum Reatinum ad bonos, & honeſtos mores excitare contendit, prohibetque Canonicis, ne ſibi invicem damna, aut injurias inferant, ſub pœnis, &c. Datum Reate 7. Id. Martii anno* 1250. De hoc ſecundo Raynaldo nihil penitus reperi in reg. de quo item, præter hujuſmodi ſtatuta, in Reatinis monumentis nil aliud habetur: illum etiam opus eſt aſſerere eo ipſo anno defunctum fuiſſe.

* Ex App. tom. 5.

XXXIII. 32. THOMAS deinde electus reperitur anno 1252. 7. Februarii ex Correctore literarum Apoſtolicarum Innocentii IV. Cui idem Pontifex conceſsit, ut inquirere poſſet, tam de Clericis, quam de laicis beneficia per conceſsiones, & occupationes illicitas, in ſua Diœceſi obtinentibus. Dat. Peruſii 10. Kal. Aprilis ann. 9. Iſtius Epiſcopi Thomæ temporibus anno 1255. Cœnobium SS. Paſtoris, & Matthæi Ord. Ciſtercienſis, à B. Balduino Abbate S. Bernardi diſcipulo olim conditum, ex Reatina planitie, quæ effuſis aquis latè teſtagnabat, in montem ab Andrea Abbate translatum eſt, qua in re eximia Thomæ Epiſcopi inſignia illius Monaſterii benefactoris liberalitate adjutus eſt. Hujus translationis, vel potius novæ fundationis inciſa marmori in eo monaſterio inſcriptio, memoriam ad poſteros iis verbis transfudit.

Anno Domini 1255. tempore Alexandri Papa IV. vacante Imperio, menſe Maij, die V. intrante, fundata fuit domus iſta ſub Abbate Andrea, & Ruperto Priore, & Subpriore Palmerio, & domno Andelo Magiſtro opera, qui primus cœpit fundamenta prædictæ domus. Animæ quorum requieſcant in pace.

Nobile id Cœnobium multis ab hinc annis in commendam incidit, quare Ciſtercienſes Monachi, cum in eo regularem vitam, qua par erat, religione ducere non poſſent, poſt aditos incaſſum labores, ad illud in priſtinum ſplendorem aſſerendum, in varia ſe illius Ordinis Monaſteria ſparſere, cum illius everſionem æquis oculis ferre non poſſent. In eorum porrò locum à M. Antonio Card. Columna tunc Commendatario an. 1580. Regulares Canonici Lateranenſes inducti ſunt, qui uſque ibidem degunt. Commenda commiſſa eſt hodie Angelo Cæſio Ariminenſi Epiſcopo, viro probitate morum, literis, generiſque claritate ſpectatiſſimus. Sed ad Thomam Epiſcopum, à quo noſtra deflexit oratio, revocemus: omnem ille operam ſtudiumque in augenda, ornandaq; ſua Eccleſia, tum in bonis illius ab anteceſſoribus alienatis, amiſsiſque, recuperandis defixit, ingenteſq; labores adiit, ut Oppidum Collis Beccarii à Gentile, & Odone Alphonſi occupatum epiſcopali menſæ reſtitueret. * Thomam anno 1252. primo ſui Præſulatus turrem campanariam Eccleſiæ Cathedralis excitaſſe, Synodum celebraſſe, eccleſias viſitaſſe, docent hæc Leonina carmina in marmore inciſa.

* Ex App. t. 5.

Mille ducentorum junge quinquaginta duorum
Præſul electus eſt Thomas munus adeptus,
Et feſtum ſancti Blaſii tunc Poſt ypopanti,
Luce Dei prima, quam Chriſti paſſio digne,
Intitulat Thoma, te ſacrat Papa benigne.
Iam te ſacrato Benedicti feſta Reate
Iatrocinium præſtans felici proſperitate,
Ordinibuſque ſacris generali hinc celebratis
Concilium celebrans mox ritu Pontificali
Viſitat eccleſias ſua cura ſub ordine ſalv,
Ac ſtudio magno tot primo perficis anno:
Incipit iſtud opus in matris nomine Chriſti
Petrus, & Andreas, Henricus ſuntque magiſtri.

33. GO-

XXXIV. 33. GOTHIFREDUS ſucceſsit Thomæ anno 1265. 4. Kal. Auguſti, eum antea Tiburtinus Epiſcopus fuiſſet, Vrbano IV. ſedente, ex reg. Vat. ep. 138. ſol. 32. Deceſſit Gothifredus anno * 1275. Poſt cujus exceſſum, eum Reatinus Clerus creando novo Pontifice coijſſet, ſtatimque diſcordantibus animis abiiſſet in partes, diverſa, adverſaque ſtudia, Jacobum Saracinum, ac Fr. Benvenutum Minoritam, ominoſo ſanè partu peperere. Vterque ut cauſæ victor evaderet, ad X. Gregorium provocavit. At dum ſub judice lis anceps penderet, Gregorius è vivis eximitur, ſufficiturque receos defuncto, III. Nicolaus. Qui poſt diuturnam moram, eum adhuc Iudices in ea controverſia viderentur eum Gordiano nodo luctari, utriuſque electioni pondus dicitur abrogaſſe, quique ſequitur Petrum in Reatinum Epiſcopum delegiſſe.

* Ex App. tom. 5.

XXXV. 34. PETRUS Gerra è Campania a, Ferentinas, ſuæ Patriæ Canonicus, tum & Archidiaconus Eboracenſis in Britannia, à Clemente IV. Epiſcopus Soranus electus anno 1266. inque Sieulo Regno Spoliorum collector, à Nicolao denique III. ſummo Pontifice ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1278. 4. Non. Auguſti, ex reg. Vat ep. 103. ſ. 27. ſed eum procedentibus meritis, dignioribus foret titulis decorandus, Montis Regalis etiam Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1286. die 22. menſis Julii. Deceſſitque demum Patriarcha Aquilejenſis. Petrus ex ruinis antiqui Veſpaſiani Imper. Amphitheatri anno 1283. Epiſcopium pene collapſum reſtituit, ut ex ſubjecta inſcriptione ad parietes ibidem legitur.

a De eo hæc Michael del Giudice in serie Archiep. Montis Regalis. p. 20. Mand.

In nomine Domini Amen. anno 1283.
Ex quo præfuerat Martinus Quartus in Vrbe
Ac orbis turbæ tertius annus erat,
Præſulis inceptum fuit cum tempore Petri
Creſcat in effectum factor adopto metri.
Conſilio ſani Guillelmi fœdus initur
Tum Piſani ſic opus incipitur.
Andreas operi præfectus, mente peritus
Hoc ſtudio fieri fecit, & arte citus.

XXXVI. 35. ANDREAS Petro ſucceſſit, cum eſſet antea Epiſcopus Soranus, an. 1286. 6. Kal. Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 70. ſ. 147. in Campana Turris Cathedralis, de Andrea hæc habetur memoria an. 1292.

Virtutem largire Deus cum Virgine meram,
Vrbem Reatinam pater Andreas cathedrabat,
Qui decus Eccleſiæ ſimul, & virtutis amabat.

* Ex App. t. 5.

* Andrea Præſule anno 1289 Carolus II. Siciliæ Rex, regali corona redimitus eſt in Cathedrali Reatina à Nicolao IV. Papa, ad cujus rei conſervandam memoriam Carolus eidem Eccleſiæ annuas viginti uncias auri contulit, quam donationem ſuo diplomate confirmavit idem Nicolaus Pontifex. Diploma extat in archivio Reatino tenoris ſequentis.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Vener. fr. N. Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Reatino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter ea, quæ placida ſua nos oblectatione lætificant, grandi cor noſtrum reficitur gaudio, & lætitia exultat optata, cum eos, qui ſunt cœleſti providentia præditi ad populorum regimen, & Regnorum, circa pietatis opera intentos conſpicimus, ipſoſq; ad divinum cultum augmentum ſollicitos intuemur. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter Karolus Rex Siciliæ Illuſtris Eccleſiam veſtram, in qua de manibus noſtris Regale ſuſceperat Diadema, volens gratitudine debita venerari, ut ad laudem divini nominis coronationis ſuæ memoria perpetua haberetur, annuum redditum 20. unciarum auri de redditibus ad eum ſpectantibus in Sulmone percipien. à vobis, ac inter te frater . . . Epiſcopum, & ejuſdem Eccleſiæ Canonicos, qui in Eccleſia ipſa certis horis interfuerint divinis, certo modo, certiſq; temporibus diſtribuen. pia, & provida liberalitate conceſſit, ac nihilominus redditum ipſum mandavit per . . . . . Secretum Aprutii, ac Ballivos ſuos ejuſdem loci de Sulmone vobis annis ſingulis in feſto Aſcenſionis Domini cum integritate perſolvi, prout in literis inde confectis, dictiq; Regis ſigillo munitis plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper præmiſſis ab eodem Rege pie, ac provide factum eſt, ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentes ſcripti patrocinio communimus, tenores literarum ipſarum de verbo ad verbum inſeri facientes, qui tales ſunt.

Carolus II. Dei gratia Rex Hieruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, et Principatus Capuæ Princeps, Achaja, Andegaviæ provinciæ, & Forchal querij Comes.

Tenore præſentium notum facimus univerſis, quod nos progenitorum noſtrorum actus laudabiles, qui ad exaltationem fidei Chriſtianæ totis conatibus intendentes in ſanctis ſemper operibus claruerunt, affectibus promptis proſequimur, & paratis deſiderijs imitamur. Reatinam igitur Eccleſiam, in qua oleo ſancto inuncti de manu ſummi Pontificis Regale recepimus Diadema, volentes debita gratitudine venerari, ut ad laudem divini nominis noſtræ coronationis memoria perpetua ſit ibidem, redditum 20. unciarum auri percipiendum annis ſingulis perpetuo de redditibus bajulationis, aliorũque Iurium dominij noſtri civitatis Sulmonen. ac diſtribuen. in eadẽ Reatina Eccleſia prout inferius demonſtratur, eidem Eccleſiæ Reatinæ Epiſcopo, & Canonicis, qui huic ordinationi noſtræ expreſſe conſenſerunt, gratioſe duximus conceden. ordinamus ore, & volumus, quod Canonici, qui interierunt in eadem Eccleſia ſingulis diebus in miſſa duos denarios Ravennaten. habeant ſinguli eorundem, ut in eadem miſſa pro nobis fiat oratio ſpecialis. Item, quod ſingulis ſeptimanis una die ultima Iovis, ſi aliquod feſtum ſolemne non fuerit, & ſi fuerit, in alia die competenti celebretur miſſa una ſolemniter de Spiritu ſancto pro nobis, & ſinguli Canonici præſentes habeant denarios 12. de pecunia ſupradicta. Item, quod in feſto Pẽtecoſtes annis ſingulis, in quo feſto Diadema Regni noſtri ſuſcepimus, celebretur una miſſa ſolemnis ad noſtræ Coronationis memoriam, in qua reſiduũ totum præſcripta pecunia inter Canonicos tunc in eadẽ miſſa præſentes communiter dividatur, & in præſentis omnibus Epiſcopus Reatinus portionem ſuam recipiat ſecundum modum in alijs diſtributionibus ipſius Eccleſiæ retroactis temporibus obſervatum. Poſt obitum vero noſtrum diebus ſingulis in miſſa fiat ad animæ noſtræ ſalutẽ oratio ſpecialis, & die una in qualibet ſeptimana miſſa defunctorum pro anima noſtra cãtetur, & in prædictis miſſis ſervetur diſtributio prout ſuperius eſt expreſſum. Itẽ in die prædicti noſtri diſceſſus ſingulis annis in anniverſario, quod fiet ſolemniter, reſiduum totum prædictæ pecuniæ inter præſentes Canonicos, ut continetur ſuperius, æqualiter dividatur. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fecimus ſigilli noſtri munimine roborari. Datum Aquilæ anno Domini 1289. menſe Iunij XXIV. eiuſdem, 2. Ind. Regnorum noſtrorum anno V. Carolus II. Dei gratia Rex Hieruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Princeps Achajæ, Andegaviæ provinciæ, & Forcharquerij Comes. Secreto Aprutij, ac Bajulis civitatis Solmonis. præſentibus, & futuris fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Progenitorum noſtrorum actus laudabiles, qui ad exaltationem fidei Chriſtianæ totis conatibus intendentes in ſanctis ſemper operibus claruerunt, affectibus promptis proſequimur, & paratis deſiderijs imitamur. Reatinam igitur Eccleſiam, in qua oleo ſancto inuncti de manu ſũmi Pontificis Regale recepimus Diadema, volentes debita gratitudine venerari, ut ad laudem Divini nominis noſtræ Coronationis memoria perpetua ſit ibidem, redditum 20. unciarum auri percipien. annis ſingulis perpetuo de redditibus bajulationis, aliorumque jurium de manu noſtri Sulmonen. ac diſtribuen. in eadem Reatina Eccleſia, prout eſt per noſtram Excellentiam ordinatum, eidem Eccleſiæ gratioſe duximus concedendum, quare volumus, & fidelibus noſtris firmiter, & expreſſe præcipiendo mãdamus, quatenus Epiſc. & Canonicis Eccleſiæ Reatinæ, vel eorũ procuratori pro parte, & nomine ipſorũ prædictas uncias auri 20. ponderis generalis de pecunia bajulationis, aliorumque jurũ domini Sulmonen. quæ eſt, vel erit permanes . . . . annis ſingulis in feſto videlicet Aſcenſionis Dominicæ ſine dilatione, & difficultate, ac contradictione qualibet ſub pœna dupli, ſi ſecus fieret, noſtræ curiæ applican. integraliter ſolvere, & exhibere cunctis, mandato aliquo huic contrario ſub

quacumque forma verborum nobis facto, vel faciendo, etiam ſi ſpeciale continere debeat inter ſignum quolibet non obſtan. apodiſſam tamen idoneam de iis, quæ ſolveritis ad noſtri cautelam volumus remanere, quare copiam quilibet veſtrorum in publicam formam recipiat, ſui rationiſque tempore producen: in cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri fecimus, & pendentis ſigilli noſtri munimine roborari Datum Aquilæ anno Domini 1289. menſe Junii die 24. ejuſdem II. ind. Regnorum noſtrorum anno V. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ 5. idus Auguſti, pontificatus noſtri anno ſecundo.

XX XVII. 36. NICOLAUS Ordinis Ciſtercienſis Monachus, hujus Eccleſiæ Epiſcopus, in manibus Bonifacii VIII. tam oneri, quam honori Epiſcopatus ſponté, ac liberé ceſsit ann. 1296. ex reg. vatic. epiſt. 104. Berardo ſucceſſori ſcripta.

XXX VIII. 37. BERARDUS a Epiſcopus Anconitanus, ad hanc ſedem translatus ann. 1296. 2. Non. Februarii à Bonifacio VIII. ex reg. Vat. epiſt. 104. ful. 25. ann. 2. obiit 1299.

a Seb. Bernardus e Podio Lucenſis.

XXX IX. 38. JACOBUS Paganus, ex Canonico Tullenſi, defuncto Berardo electus eſt à Bonifacio VIII, anno 1299. 7. Kal. Octob. ex reg. Vatic. ep. 390. f. 213. Hic ille eſt Epiſcopus Reatinus, Flaminiæ, Bononiæ, Comitatuſque Bertinorum in ſpiritualibus, & temporalibus Rector, à Bonifacio VIII ob male geſtam in hac provincia rempublicam epiſcopatu mulctatus ann. 1301. teſte Rubeo in Hiſtor. Ravennæ lib. 6. male hunc Aretinum Epiſcopum vocat noſter Waddingus tom. 3. Annal. Minorum.

XL. 39. Fr. ANGELUS Epiſcopus Nepeſinus, ad Reatinam Eccleſiam translatus eſt, Jacobo Pagano privato, eodemque tempore defuncto an. 1302. 6. Id. Junii. Obiit eodem anno m. Julii. reg. ep. 187. ſol. 199.

XLI. 40. JOANNES Mutus de Papazuris Romanus, ex Canonico Baſilicæ Vatic. Imolenſique Epiſcopo, evaſit Reatinus Epiſcopus per obitum Angeli anno 1302. Extat in tabulario ejuſdem Epiſcopii conſtitutio facta ann. 1303. die 8. Januarii contra Canonicos, aliquid in auctoritatem Epiſcopi, aut bonorum, & redditūum ejus moventes, nec referentes ad ipſum, ſi aliquid ejuſmodi factum ab aliis viderint, aut fieri debere audierint. Anno vero 1308. Carolus Siciliæ Rex per manus Bartholomæi de Capua Militis Prothonotarii Siciliæ confirmat omnia bona, & Eccleſias, quæ idem Joannes Epiſcopus Reatinus habet in dicto Regno. De eodem mentio 1313. in monumentis ejuſdem Eccleſiæ (1). Deceſſitque Romæ an. 1336. ſepultuſque eſt in Papazuriæ gentis ſacello, eleganter ab ipſo conſtructo in Laterana Baſil. Cujus deinde ſepulchrum cum ad pſallendum, collocandis ſubſelliis, evertiſſent, ubi modò cum ſubjecta inſcriptione ſpectatur, decentiſſimé tranſtulerunt.

Deo Opt. Max.

Joanni Muto de Papazuris Nicolai Filio, Lateranenſi ſacroſanctæ Baſilicæ Canonico, Imolenſi, ac Reatino Epiſcopo, ſacelli B. Conſtantiæ erecti Lucembrun. Tuſculano fundo, ut ſacrum in eo quotidie, quotannis vero duo anniverſaria fierent, dotati, a Clemente Papa VIII. Canonicis chori ſtruendi cauſa diruti egregio fundatori an. 1336. vita functo. Curtius Mutus de Papazuris ejuſdem Baſilicæ canonicus rei geſtæ immortalitati conſulens, antiquum illius monumentum huc è diruto loco deduxit, in hoc veteris ſacelli ingreſſu, Gentili ſuo poſuit, Anno. M.DC.VII.

Hæc nobiliſſima Romana familia, Lunam geſtat in dentato ſcuto, viroſque in omni memoria, tum literis, tum militaribus diſciplinis cultiſſimos protulit; A ab eaque item alia nobilis Romana Mutorum familia diverſa eſt, cujus Alumnus fuit Tiberius Cardinalis, aliique Præſules hujus cognominis, ut alibi aliàs docuimus.

41. RAYMUNDUS in Reatinum Epiſcopatum ſucceſſit 1326. Joanni cedenti, fuitque Urbis Vicarius, ex monumentis Vaticanæ Baſilicæ. XLII

42. JOANNES ſucceſſit Raymundo, obiitque anno 1339. (2) XLIII

43. THOMAS, ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ, à Benedicto XII. in locum Joannis defuncti electus à Capitulo, confirmatur 7. Idus Decemb. 1339. reg. vatic. obiit 1342. XLIV

44. RAYMUNDUS Urbevetanus, ex Canonico Ambianenſi in demortui Thomæ locum à Clemente VI. electus Epiſcopus Reatinus, anno 1342. 6. Non. Auguſti, ex reg. Vatic. ep. 24. ſol. 132. ad quem Clemens litteras dedit an. 1344. ut Capitolinæ Curiæ Mareſcallos frænaret, intentato eiſdem religionis telo, ne deinceps injuſtas exactiones contra loca, B domoſque Baſilicæ Vaticanæ urgerent, nevé injuriis peregrinos afficerent, qui pietatis ergo ad limina Apoſtolorum progrederentur. Datum Aven. ſui Pontif. anno 2. Hoc comminatorium diploma adhuc in Baſilica S. Petri aſſervatur. Cæterum Raymundus deinceps translatus eſt ad Eccleſiam Urbevetanam eodem an. 1344. 2. Non. Maii. Vacabat per hujuſmodi translationem anno 1346. prima Iulii Epiſcopatus hic. * Raymundus paulo ante, quam ad Urbevetanam Eccleſiam transferretur, cum eſſet urbis Vicarius, altare S. Antonii in Vaticana Baſilica ſolemni ritu ſacravit. Ibi ante demolitionem veteris Baſilicæ ex marmore proloquebatur inſcriptio. XLV.

* Ex App. t.4.

Hoc opus, & altare conſtruxit, & conſecrari fecit, ven. vir Nicolaus de Aſtallis, Canonicus hujus Baſilicæ, ſub vocabulo S. Antonii Eremitæ, & confeſſoris per manus ven. Patris D. Raymundi Epiſcopi Reatini, ac Domini Papæ in urbe Vicarii, conceſſa indulgentia unius anni per eum. Anno Domini MCCCX-LIV. menſis Martii die xxiii.

C 45. Fr. BLASIUS Ordinis Minorum, ex Epiſcopo Vicentino translatus eſt ad hanc Eccleſiam an. 1347. 8. Kal. Octob. ep. 57. ſol. 57. reg. Vat. Cujus memoria extat in Eccleſiæ hujus antiquis monumentis, uſque ad annum 1375. quo vinculis corporis exutus, Blaſii mentio celebrata reperitur. Arſit ille ſummo in commiſſam ſibi Eccleſiam zelo, regularemque vitam ſanctiſſimé traduxit, maximamque à ſummis Pontificibus gratiam inivit, qui ejus operam variis occaſionibus ad vicinorum, ac circumjacentium populorum ad bellum cædeſque inflammatos animos, & expeditos, componendos adhibuerunt. * Anno 1378. nam eo ipſo anno obiiſſe Blaſium die ultima Aprilis, humatumque fuiſſe in Cathedrali prope portam ſacrarii docet adhuc marmorea inſcriptio hujuſmodi. XLVI

* Ex App. t.5.

Hoc eſt ſepulchrum Rev. D. D. Fratris Blaſii quondam Epiſcopi Reatini, qui mortuus fuit ſub anno Domini MCCCLXXVIII. tempore ſanctiſſimi Patris, & D. Dom. Urbani PP. VI. menſe Aprilis, die ultimo, prima indict.

D Defuncto Blaſio ſtatim Reatinum Epiſcopatum adeptus eſt Bartholomæus Mezzavacca Bononienſis Romanæ Rotæ Auditor, ac presbyter Cardinalis, qui & Reatinus dictus eſt.

Illumque, ut ex regeſtis Urbani colligo, Ludovicus de Theodenariis, qui pluribus annis vixit, nullo interjecto alio, excepit. Quare ſatis mirari non poſſum, Pompejum Angelottum in Reatinæ Civitatis deſcriptione, inter Reatinos Epiſcopos, Petrū Tartarū an. 1371. annumeraſſe: cum Blaſius ad ann. 1375. vitam propagavit, ut in documento ab ipſo eodem anno edito, & à Naudeo in ſuo Reatino tabulario inſinuato inſpicitur. Angelottus enim à Ciaconio in errorem conjectus eſt, qui hunc Petrum Tartarum, primùm

(1) Epiſcopali onus ſponte depoſuit ann. 1316. Ad hunc erant literæ Clementis V. in cauſa Epiſcopi Aquilani ex Ughel. tom. 3. in Aquilanis n. 4. Lucentius.

(2) In Vita Joannis P. pp. XXII. deſcripta à Bernardo Guidonis Epiſcopo Lodovenſi celebris eſt memoria hujus Joannis. Cum enim Corbarius ille, qui fuit Pſeudo Pontifex Nicolaus V. jam antea ſpreto juſto Uxoris conjugio ad Fratres Minoritas divertiſſet, Joanna conjux ejus convenit eum in judicio coram ipſo Joanne Epiſcopo Reatino, cujus ambo Diœceſis erant, & oblato libello, atque re benè diſcuſſa, pronunciata fuit ſententia pro ipſa Joanna die 25. Novemb. 1328. Luc.

A mùm Monachum Olivetanum, tum Montis Caſini Abbatem, à Gregorio XI. Cardinalitia purpura indutum, cum Reatina infula ſulgeret, ac proinde Cardinalem Reatinum appellatum affirmat, omnibus iis, quæ à Valſingano, aliiſque Scriptoribus, de Reatino Cardinale Mezzavacca prodita ſunt, traditis. At luce ipſa illuſtrius patet, Petrum Tartarum Abbatem Montis Caſini, nunquam Reatino Epiſcopatu, dignitateque cardinalitia ornatum, ſed Montis Caſini ſolummodo Abbatem obiiſſe: ut egregiè Felix Contilorus nunquam ſat dignis à me laudibus, ob inſignem illam ſuam eruditionem, & in meos hiſtoricos labores humanitatem, commendandus, in ſuo Cardinalium Elencho comprobauit. In libris enim de promotione Prælatorum, ac de obligationibus ipſi ſacri Collegio oblatis, quique in Archiuo Vaticano aſſeruantur, in ſecunda vltimaque Cardinalium creatione à Gregorio XI. ann. 1375. die 20. B Decembris celebrata, in qua decem Cardinales pronunciati, hic Petrus Tartarus non reperitur adſcriptus; qui ſi ſacra purpura donatus fuiſſet, inter cæteros ſanè fuiſſet relatus, cum in omnibus aliorum Pontificum promotionibus omnes alii diligentiſſimè recenſiti, ac in iis veriſſimis ſacri Conſiſtorii actis fuerint collati. Montis ille Caſini Abbas commendatarius extitit, & ab eodem Pontifice, eodem anno 1375. ſecunda Nouemb. ab Abbatia D. Laurentii extra muros Urbis illuc translatus; cumque Gregorius deinde Romæ è vita diſceſſiſſet, in nullis, ex occaſione electionis Urbani VI. & Antipapæ Clementis intruſionis, monumentis editis, in quibus Cardinales, qui electioni Urbani interfuere, quique C Clementem poſtea elegere, recenſentur, inter eos Petrus Tartarus nullatenus reperitur. Qui ſi Cardinalatum geſſiſſet, in altera earum adeo celebri electione, ſine dubio in aliorum numerum referretur; nec aliter Ciaconius enumeratis Cardinalibus, qui Urbanum ad ſolium Pontificium extulere, ſiue iis, qui Clementem Antipapam conſtituere, receuſitis, ne leviſſimam quidem ejus mentionem fecit, ſed in vita Gregorii cum Cardinale Mezzauacca ejus geſta confundit. Omnium verò maximè frequentiſſima in proceſſibus, ex cauſa ſchiſmatis, editis, ac Bullis tam Urbani, quam Clementis, illius mentio facta, numquam Petrum Tartarum ſacra ariiſſe purpura, ſed nudum Montis Caſini Abbatem extitiſſe confirmat. Cum Urbanus creatus eſſet, pauloque poſt ſchiſma Clementis exarſiſſet, ille Urbano adhæſit, vnde à Clemente anno ſui pſeudo pontificatus I. bulla ab ipſo Fundis tu. Kal. April. data, dignitate Abbatiali dejectus eſt. Expreſsè vero Clemens in ea bulla aliquos Cardinales, ac Epiſcopos dignitatibus exuit; ſed cum Petrum poſt Epiſcopos deturbaſſet, illum ſolummodo Montis Caſini Abbatem appellauit, argumento illuſtri, & conſpicuo illum cardinalitiam dignitatem non geſſiſſe. Petrus vero cum dignam laborum ſuorum mercedem ſibi non retuliſſe videretur, nec ad dignitatem cardinalitiam evectus eſſet, deſerto Urbano ad Clementem Antipapam leviſſimè profugit, ob id ab Urbano 15. Januarii anno 1387. ſacris ſubmotus, Abbatiſque dignitate in D Caſtro Luceriæ ſpoliatus, illum etiam pure Abbatem appellans, in bulla 4. Octob. anno 1387. data, pontificatus 10. ſchiſmaticum promulgauit. In inſtrumento Genuæ confecto, ann. 1385. ante illam Urbani promulgationem, nonnulli Cardinales recenſiti ſunt, qui jurejurando nunquam ſe Clementi VII. ejuſq; Cardinalibus ibi numeratis, nec Petro Tartaro Montis Caſini Abbati adhæſuros, ſeſe obſtrinxerunt, denique in veteribus bullis, inſtrumentis, auctoribus, niſi apud recentiores, à Ciaconio in errorem adductos, Cardinalis appellatus nunquam reperitur. Ille vero hallucinatus eſt cum Thomam Valſinganum in ſua hiſtoria ad annum 1387. perlegeret, cum ille Urbanum in Regem Carolum, Reginamque Neapoleos, Clementem Antipapam, ipſiuſque Pſeudocardinales, Abbatem Montis Caſini, & Cardinalem olim Reatinum, ac ſex alios Cardinales, anathema fulminaſſe ſcribit. Ciaconius

A enim hæc verba, Abbatem Montis Caſini, cum ſequentibus aliis, a Valſingano virgula diſtinctis, (quondam Reatinenſem Cardinalem, & prædictos ſex quondam Cardinales) non leui errore conjunxit. Valſinganus porro per Reatinenſem Cardinalem, Bartholomæum Mezzauaccam, vulgò Cardinalem, Reatinum dictum, intellexit, in eam enim ſententiam, ab eodem Valſingano addita ſe adduxere: quod Urbanus, cum ſe penè à Tartaro obſeſſum, & Mezzauacca circumcluſum videret, eos dignitati cardinalitiæ, ac Abbatiæ Montis Caſini reſtituturos pollicitus ſit; homo enim longius à rebus geſtis diſſitus, ad ſe ſcripta commendavit hiſtoriæ, & hos duos, Cardinalem Reatinum Mazzauaccam, Petrumque Tartarum Abbatem, ambo Carulo Regi conjunctos, Urbani hoſtes acerrimos, ac in eum mouentes arma, in vnum confudit. Præter vero rationes ſupra allatas hos ab in- B uicem diſtinctos, bulla Bonifacii IX. anno ſui pontificatus I. qui fuit Chriſti 1389. data ad Montis Caſini ſubditos, apertè convincit; in ea enim imperat Pontifex, ut Petro Tartaro, à ſe Abbatiali dignitati, è qua fuerat ab Urbano dejectus, reſtituto pareant. Nullam porro cardinalatus, quem numquam adeptus eſt, mentionem fecit, multo ille minus, Epiſcopatum Reatinum geſſit, ſed Montis Caſini pure Abbas obiit, anno 1395. 3. Nonas Junii, ibidem ſepulchro conditus; nec inter ejuſdem Monaſterii monumenta, eum unquam ſacra purpura, ac Reatino Epiſcopatu donatum fuiſſe reperitur. Veriſſimum quidem illud, ingentem eum famam col- C legiſſe, virumque ingentium animorum habitum, honorum cupidum, & ut erat è prænobili familia ortus, ac ſpiritus elatioris, perſequendis ſummis dignitatibus inhiaſſe. Adoleſcens adhuc, in Montis Oliueti Monaſterio, prope Senas vitæ monaſticæ ſe addixit, ſeſeque votorum profeſſione ſolemniter adſtrinxit; cumque literis ſtrenuè operam nauaſſet, Prioratum S. Mariæ Nouæ Romæ conſecutus, dein in Abbatem S. Laurentii extra Romam evectus, demum ad Montis Caſini monaſterium translatus eſt, dignitatemq; cardinalitiam ille ſibi conciliaſſet, ni collectam antea diſciplinę regularis famam, nimia ambitione fœdaſſet, ſummumque etiam Pontificatum, eo tempore quo Romani Ciues, cincto armis conclavi, Cardinales, ut Pontificem Romanum crearent, ſacramento adagere, ſe ut homine Romano propoſito, promiſſiſque variis affectaſſet; deinde verò incredibili levitate, relicto legitimo Pontifice, cum Bartholomæo Mezzavacca Cardinali Reatino, ad Clementem Antipapam deſcivit: quare Mezzavacca Cardinalatu, Petrus Abbatia, dejecti deturbatique fuere. Hanc ego lubenter hiſtoricam veritatem expoſui, ut melius Reatinorum Epiſcoporum ſeriem, inter quas ſine fundamento Tartarus conjuncta etiam Cardinalitia dignitate adſcriptus eſt, aſſerere poſſem; ille enim numquam eas dignitates, vel earum alteram geſſit, ſed tantum Montis Caſini Abbas è vita diſceſſit.

46. **BARTHOLOMÆUS** Vuillermi Mezza XL VII.
D Vacca Bononienſis, ex Sacræ Rotæ Auditore, Epiſcop. Reatinus dictus eſt 1376. a Gregorio XI. Pon- 1376.
tifice ſummo ſedente; ab Urbano verò VI. deinde creatus eſt presb. Card. tit. S. Marcelli, cumque tribus aliis Cardinalibus ad Carolum Neapolitanum Regem miſſus legatus. In qua quidem legatione, cum Pontificia negotia parum ſincerè tractaſſe vehemens ſuſpicio eſſet, ideoque iram mittentis incurriſſet Urbani, profugus, atque ad condictam diem venire contemnens, in publico conſiſtorio decore Cardinalitio à Pontifice ſpoliatus eſt. Sed cum exceſſiſſet Urbanus, ſucceſſiſſetque Bonifacius IX. primo ſui Pontificatus anno, Mezzavaccæ cognita virtute, in agendoque dexteritate, ſuique anteceſſoris acerbitate, illum iterum decore purpuræ, tanquam minus juſtè depoſitum nobilitavit ſub titulo S. Martini in Montibus, Januamque legatum de latere miſit, deinde etiam Viterbii eodem munere functus eſt. Romæ deceſſit anno 1396. ſepultuſque eſt in Ba-

A ſilica Liberiana ante Præſepis Altare, cum hac marmorea tabula ita inſcripta.

Hic requieſcit corpus bonæ memoriæ Reverendiſſimi in Christo Patris D. Domini Bartholomæi de Bononia tit. S. Martini in Montibus presbyter card. qui obiit anno Domini 1396 die xx. menſis Iunii.

XL VIII. * Ex App. tom. 5. 47. LUDOVICUS de Theodenariis * De Alſanis nobilis ac potenti familia natus, civis Reatinus, ſuæ Patriæ Epiſcopus creatus eſt ab Urbano VI. de quo mentio in Reg. ejuſdem Pontificis anno 1380. Non. Maii. Hic cum Reatini populi vitia inſectaretur, velletque vehementiori cura illum ad meliorem frugem traducere, ex conjuratione quorundam factioſorum civium, dum facto adſiſteret in principe templo ejus Oppidi, cui Civitatis Ducalis cognomen inhæſit, cum Joanne conjunctiſſimo fratre S. Eleutherii Abbate, per ſummam impietatem, interſectus eſt anno 1399. Quamobrem Bonifacius IX. juſta, gravique ira ſuccenſus conſceleratam parricidii ſcelere civitatem diris devovit * ac præter Eccleſiaſticas pœnas, urſit etiam rebelles Renaldus Alphanus frater, qui ferro, flammaque ſuccinctus conſpiratorum fortunas, opeſque dirè depopulatus eſt, atque combuſſit, itaut nec corporibus parceret illorum, qui aliqua affinitate rebelles contingeret, ad quos hoſtiles impetus non modò Pontifex non nauſeavit, ſed juvit etiam debacchantem, ut in Eccleſiaſticos Præſules perfidioſi ſemel deleti exemplum miſerabile eſſent poſteritati, ne talia deinceps vellent audere. Conſule librum de diverſis formis ſub Bonifacio IX. ubi hæc vera, miſerandaque tragœdia ad plenum narratur. (B; * Ex App. tom. 5.)

XLIX. * Ex App. 5. 5. 48. * LUDOVICUS Cichi Colæ de Bonaventura civis Reatinus ex Canonico Aquilano, occiſo Ludovico de Alfania ſucceſſit anno 1399. de quo clara memoria extat ad annum uſque 1483. in monumentis Reatinæ Eccleſiæ. Obiit hic anno eodem 1403.

L. * Ex App. t. 5. 49. * LUDOVICUS hujus nominis III. de Theodenariis Civis Reatinus, poſt Ludovicum Bonaventuræ præficitur anno 1403. per multos annos hanc rexit Eccleſiam, pluraque ejus in Reatino archivio extant monumenta uſque ad annum 1436. quo ex hac mortali vita diſceſſit. Poſt ejus obitum Eugenius IV. conſtituit Reatinæ Eccleſiæ Adminiſtratorem quemdam JOANNEM Apoſtolicæ ſedis Prothonotarium,
LI. paulòque poſt Epiſcopum Reatinum declaravit Matthiam de Fuſcis.

LII. a Romanus. 50. MATTHIAS de Fuſcis a, antea Archiepiſcopus Sypontinus huc translatus eſt ann. 1438. 6. Idus Martii ab Eugenio IV. Umbriam gubernator frænavit, ſubque Nicolao V. Oratoris munere functus eſt, ut Italos Principes contra Turcas armaret, ſæpèque alias graviſſimis explicandis negotiis admotus eſt, quippe qui ſingulari rerum agendarum dexteritate valeret.

LIII. 51. ANGELUS Capranica Romanus, frater Dominici Capranicæ Card. S. Crucis Aſculanus primum Epiſcopus fuit, deinde translatus eſt ad hanc Eccleſ. ann. 1450. 7. Kal. Octobris. Hic moderatiſſimæ vitæ fuit, ut narrat Pius II. in Commentariis, à quo ob inſignem notam prudentiæ, qua Civitatem Bononiam dicebatur rexiſſe, cæteraque inſignia in S. Eccleſiam promerita, Purpuratus Senator adlectus eſt ſub tit. S. Crucis in Hieruſalem an. 1460. Ad omnes Principes Italus legatione functus eſt, re, & nomine Angelus, illiſque omnibus virtutibus exornatus, quæ ſacrorum Antiſtiti ſolent decori eſſe. Publicum juvit, rariſſimo tum pietatis, tum liberalitatis exemplo. Siquidem, ut Garimbertus enarrat lib. 1. cap. 2. per multos annos Diœceſanis ſuis indefeſſo labore Divinum Verbum enunciavit, ſubditorum mores compoſuit, ſuſtulit abuſus, quos aliorũ conſtabat invexiſſe incuriam, nihilq; unquã omiſit, quod curam boni Paſtoris videretur decere. Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Prænestinus an. 1478. 5. Non. Julii, ſepultuſq; eſt apud S. Mariam ſuper Minervam in ſepulchro Dominici Cardinalis conjunctiſſimi fratris. Hic ille Angelus Capranica eſt, qui cum celebre S. Bartholomæi prope Ferrariam cœnobium commendatum haberet, Ber-

A nardo de la Caſa, rariſſimi exempli Monacho Septimiano Ciſtercienſi Florentino illud liberaliſſimè ceſſit, cujus paulò poſt à Sixto IV. perpetuus Abbas dictus eſt; cui monaſterio cum ad aliquot annos præfuiſſet, ſuaque diligentia, parſimoniaque illius adauxiſſet fortunas, Septimi monaſterio, haud reclamante Pontifice, perpetuò illud univit, junxitque, itaut ex ea deinde Monaſterii acceſſione, Congregatio S. Bernardi in Italia ſumpſerit exordium. Quæ Angelum Cardinalẽ non minus, quàm Dominicũ Cardinalẽ fratrem, ut fautorem, benefactoremque meritò in præcipuis veneratur, & colit. Rem totam eruditè retexuit in ſua M. S. Septimiana Hiſtoria Nicolaus Baccetius Florentinus, ex Ordine Ciſtercienſi Abbas Miſericordiæ. * Cæterum Angelus, dum eſſet Reatinus Epiſcopus, porticus ædis Beatiſſimæ Virginis Mariæ exſtruxit, ut ad ejus inſignia ex marmore habet hujuſmodi inſcriptio. * Ex App. tom. 5.

Angelus Reatinus Pont. Aedem, quam tibi Virgo ſtruxit Reatina vetuſtas, opportuna portica ſuâ impenſa decoravit, quo commodius fideles in ea pro ſuo honore conveniant. (B)

Anno à Divi Ieſo. MCCCCLVIII.

52. DOMINICUS Matthæi b Luthani, & Angelellæ filius, Reatinus, Canonicus S. Mariæ Majoris de Urbe, Abbas S. Eutichii de Nurſia, Præpoſituſq; S. Cæciliæ de Reate, Angelo reſignante, à Paulo II. ſuæ patriæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1468. 3. Kalen. Martii ſub Sixto IV. Umbris, Peruſiniſque jus dixit anno 1477. deinde idem Pontifex ad Cæſenatem Civitatem gubernandam tranſmiſit; ibidem obiit ann. 1480. cujus corpus in patriam delatum, in Cathedrali ſepulturam accepit cum hoc Epitaphio. LIV b De eo Angelottus in Deſcrip. Reatinæ Civit. p. 15. Manuſ.

D. O. M.

Dominico propria virtute Epiſcopo Reatino, à Paolo II. & Sixto IV. Pont. Max. plurimis muneribus honeſtato Canonici benem. p.

Ibidem ſub Imagine B. Mariæ Virginis hæc inſcripta carmina leguntur, ubi ejus imago depicta viſitur.

Cernite, ſum pictus, miſer, hac imagine Præſul
Dominicus, Populi fama, ſaluſque mei.
Te primum rexi ſtabili Themone Rheate
Mox & Caſena mœnia lance pari;
Hungariæ Regem preſſi tibi Roma latrantem;
Me Duce perſenſit gens Peruſina jugum;
Ad Ceſenates tandem propè fata remiſſus,
Fatalem claudi languidus Urbe diem.

53. JOANNES Card. Columna perpetuus Adminiſtrator Reatinæ Eccleſiæ, creatus eſt à Sixto IV. Pontific. Hic filius fuit Antonii Principis Salernitani, nepoſque Proſperi Card. Columnæ. Sublaci nobilis Abbatiæ Commendator fuit, atque Archipresbyter Lateranenſis Baſilicæ, creatuſque Cardinalis, legatus Peruſiæ, ſub tit. S. Nicolai in Carcere, anno 1480. receſſit ab Aula, reverſus in Siciliam, quamdiu Alexander VI. Apoſtolicam Sedem adminiſtravit. Romæ exceſſit anno 1508. die 26. menſis Septembr. ſepultuſque eſt in Eccleſia SS. Apoſtolorum, cum hoc epitaphio. LV.

Joannes Columna Diaconus Card. primarius Romani Nominis, ſalutis, libertatiſque publicæ columen, hic ſitus eſt, vixit ann. 51. menſes tres. Obiit 1508. Septemb. 28.

54. POMPEJUS Card. Columna, ſupramemorati Joannis nepos, in hunc Epiſcopatum patruo ſucceſſit, anno 1508. die 6. menſ. Octob. Sublacique Abbatiam, Cryptæque Ferratæ habuit commendatas. Julius II. eumdem Pompejum Bononiæ legatum deſtinaverat; quod tamen ſplendidum illud munus non ſubivit. Siquidem cum vanus rumor, famaque Romam ad pleraque nova, ubique, & ſemper intentam pervaſiſſet, Pontificem ſcilicet Julium fato ceſſiſſe, cupitaque res procerum, populique Romani credulitatẽ augeret, Pompejus celſo animo ad publicam libertatem reſpiciens, conſcendit Capitolium, ad arma, vocaturuſq; Populum, ac Patres ad Pileum. Quod quidem tunc leviter Julius ultus eſt, cum illum tantum deſtinato Bononienſi honore privaſſet. LVI.

Cum

Cum verò iteratò rebellionem nova in Pontificem adornaſſet conſpiratione, Julius iræ impotens, publico in Conſiſtorio Pompejum, Epiſcopatu ſpoliavit, die 29. menſis Octob. ann. 1512. Reatinæque

LVII. a ROBERTUS de Pisa. Eccleſię Adminiſtrator adſcitus Card. Nannetenſis a. Interea moritur Julius, ſucceſſitque demortuo Leo X. Qui dejectum Columnam ad priſtinas dignitates ſublevavit ann. 1517. Cardinaliſque pronunciatus, Laterano Concilio interſuit, ac præter Reatinam Eccleſiam S. R. E. Cancellaria functus eſt, variiſque graviſſimis legationibus exornatus, Cataniam, Acerram, Aquilanam, Averſam, Montiſque Regalis Eccleſias par titulis omnibus Pompejus obtinuit, donec iterum illum, in eoldē inſelicitatis ſcopulos fortuna viſa eſt retuliſſe. Etenim ſub Clemente VII. Mediceo iterato expurpuratus eſt, atque ad eandem, ab eodem Pontifice, mox dignitatem aſſumptus, rariſſimum ſanè variantis fortunæ exemplum poſteritati reliquit, quam omni dubio procul ſolent mortales ſibi ipſis ex ſuis moribus plerumque architectari. Neapolitanus Prorex diem clauſit extremum 28. menſis Junii anno 1532. cujus vitam inter multos Paulus Jovius diffuſè perſcripſit. Pompejus autem cum Reatinus eſſet Epiſcopus, Scipioni Columnæ Nepoti ſuo Eccleſiam illam cum regreſſu tamen renunciavit ann. 1520. de quo ſtatim dicemur.

LVIII. 55. SCIPIO Columna Romanus, Marcelli filius, ex ceſſione Patrui Epiſcopatum obtinuit, anno 1520. die 19. menſis Octobris, Leone X. ſedente. Hic cum militares magis, quam Eccleſiaſticos ſpiritus gereret, ipſeque per ſe exorto tumultui in Campania, ſumptis armis voluiſſet occurrere, ab Amico Auſculano pugnaciſſimo homine miſerè confoſſus eſt anno 1528. Qui cum deinde in manus Martini Columnæ incidiſſet imprudens, patratæ necis pleniſſime pœnas dedit, ne ſuas Columnenſi ſanguine maduiſſe manus poſſet diutius gloriari.

LIX. 56. MARIUS Aligerius Reatinus, Pompejo Columnæ à ſecretis, in gratiam ejuſdem Principis à Clemente VII. patriæ Epiſcopus declaratus eſt anno 1529. die 27. menſ. Auguſti, Generaliſque Montis Regalis Gubernator adſcitus anno 1535. Bononiamque civitatem Prolegatus ſapientiſſimè adminiſtravit. Deceſſit autem anno 1555. ſepultus jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Mario Aligero de Columna religione, integritate, prudentia, & Pompeii Columnæ Cardinalis Vicecancellarii liberalitate Epiſcopo Reatino, qui ſumma nominis celebritate in regendis Ancona, Piceno, Bononia, Placentia, Peruſiaque ſub Paulo III. Pont. Max. auctor legationē in Hiſpaniam ad Carolum V. Imp. pro Conciliandа inter Chriſtianos pace illuſtravit. Fabritius Reat. Archid. Iure Conſult. fratri de ſe optimo merito Poſuit. Vixit annos LXIII. menſes III. D. XX. Obiit pridie Non. Octob. MDLV.

LX. 57. JO. BAPTISTA Oſius Romanus, adlectus eſt Epiſcopus ann. 1555. die 28. menſis Octobr. Inter Tridentini Concilii Patres numeratus eſt, ubi vitam finivit, die 12. menſis Novembris anno 1562. („ *De quo conſule Ciaconium poſtrema editionis tom. 3. col.* „ 833. Mandoſ.)

LXI. 58. MARCUS ANTONIUS Æmulius Venetus, à Papa Pio IV. Card. pronunciatur an. 1561. ad hanc etiam ſedem evaſit, anno 1562. die 13. menſis Novembris S. R. E. Bibliothecarius. Senator notiſſimæ prudentiæ, morumque integritatis præcipuæ, qui maximis antea pro patria obitis legationibus, Venetæ publicæ rei magno uſui fuit, factuſque Eccleſiaſticus Senator, apud omnis Ordinis homines famam prudentiæ, quam in politicis egregiè verſatus collegerat, auxit. Romæ deceſſit ann. 1570. ſexaginta, & quinque annorum grandævus. Cujus cadaver delatum Venetias, in Eccleſia S. Job Fratrum Minorum ſepelierunt, quos vulgus vocat de Obſervantia.

LXII. 59. MARIANUS Victorius, antea Amerinus Epiſcopus, ad Reatinam Eccleſiam translatus eſt ſub Pio V. Pont. Max. an. 1572.* cōfirmatus eſt à Gregorio XIII. die 2. ineuntis menſis Junii. Relicta Amelia, Reatinam patriæ ſuæ Eccleſiam ſuſcepit regendam. Fuit Marianus Civis Reatinus, non Amerinus, ut ex errore in Amerinis Epiſcopis ſcripſimus. Inter cætera, quæ ſcripſit eruditiſſime, extant de Reatina Civitate libri quatuor M. S. apud me, opus ſane digniſſimum, ubi de Sabinis vetuſtis populis diffuſè diſſeritur. Habeo Mariani Etruſca carmina una cum Commentario ejuſdem in Reatinam patriam.

Paulo poſt deceſſit, b omnium doctorum hominum inconſolabilis mæror futurus, quippe qui priſcos, recenteſque diſciplinarum, doctrina, variaque literatura æquaſſet, ut ab eo plura ingenii monumenta poſteritati relicta abundè teſtantur. Ad parietes paternæ domus hoc de Mariano diſtichon ſpectatur.

Romulido, Grajo, Aſſyrio, Solimoq; ſacriſque
Floruit eloquiis, ac probitate niteas.

LXIII 60. ALPHONSUS, Jo. Mariæ Binarini Bononienſis, ex Sac. Rotæ Auditore, à Gregorio XIII. ſublectus eſt an. 1572. die 18. c menſis Julii, ac poſt duos annos, à Gregorio XIII. translatus eſt ad Eccleſiam Camerinenſem. („ *Ejus meminit Ciampinus in* „ *Enarrat. Synop. Abbreviat. p.* 22. *& Alidoſius de* „ *Epiſcop. Bonon. p.* 112. Mandoſ.)

LXIV. 61. Fr. CONSTANTIUS, Vincentii Bargellini Bononienſis, Ordinis Minorum Conventualium, à Gregorio XIII. dictus eſt Epiſcopus anno 1574. die 17. menſ. Septembris, ab eodemque Pontifice haud multò poſt translatus eſt ad Fulginatem Eccleſiam 1583.

LXV. 62. JULIUS CÆSAR Segnius Bononienſis d, filius Franciſci, cum Romanus eſſet Senator, ad hanc Sedem evectus eſt 1583. die 24. menſis Auguſti. Hunc conſecrarunt Bononiæ in templo D. Michaeli ſacro, Archiepiſcopus Myrtus Bononiæ Prolegatus, aſſiſtentibus Cephaleniæ Epiſcopo Bononienſis ſuffraganeo, atque Laquedonenſi ſuffraganeo Ravennati. Reatinam Eccleſiam rexit uſque ad annum 1603. eoque deinceps munere ſe exolvit, Bononiamque reverſus, uſque ad decrepitam propemodum ætatem vitam privatam excoluit. Deceſſit autem anno 1621. die 27. menſis Martii, ſepultuſque eſt apud S. Joannem de monte, ut vocant, cujus laudes funebri oratione complexus eſt peregregiè Thomas Dempſterus è Scotia haud vulgaris Orator.

LXVI 63. JOANNES Contes de Deſideriis, e Spoletinæ Diœceſis, electus eſt ano. 1603. die 16. menſis Junii. Fato autem functus eſt anno 1604.

LXVII. 64. Fr. GASPAR Paſchalius è Monte Reali Aprutinus, Ordinis Minorum Conventualium, è Rubenſi antea Epiſcopo, ad hanc ſedem translatus eſt anno 1604. die 30. menſis Maii. Deceſſit autem 1612. Idus Junii, ſepultus in Cathedrali, ubi hoc legitur cęnotaphium.

D. O. M.

Gaſpari Paſchali Monte Reg. Ord. Minorum Convent. Theologo inſigni, Epiſcopo primum Ruben. à Sixto V. mox Reatino, à Clemente VIII. Viro pio, & vita integerrimo, poſt multa religioſè geſta, maximèque in pauperes, Præſulatus ſui anno XXIII. ætat. LXXV. vita functo idib. Junii MDCXII. Hercules Paſchalis Canonicus Reatin. Frāc. nepos, Gaſpar pronepos fratri, & Patruo optimo mæſtiſſ. pp.

LXVIII 65. PETRUS PAULUS Creſcentius Romanus, Virginii filius, Conſtantiæque Drachiæ, ideoque nobiliſſimis ortus Parentibus, in Peruſina Academia bonis literis operam dedit; cum interim eſſet Abbreviator Apoſtolicus, à Paulo V. Generalis Auditor Cameræ creatus eſt, ab eodemque die 17. menſis Auguſti vocatus ad purpuram, ſub tit. SS. Nerei, & Achillei anno vero 1612. die 4. menſis Julii ad Reatinam Sedem ſubvehitur, in iiſque numeratur Cardinalibus, qui Signat. Gratiæ, ſacræque Conſultationis explent Senatum. A Gregorio deinde XV. ad Urbevetanum Epiſcopatum translatus eſt anno 1621.

ſub

* Ex App. tom. 5.

b 29. Junii 1572. de quo Cœleſtius in Synthem. vetuſtatis p. 183. Mand.

c 12.

d Laudatur à Gp. leotto de Vercellis Bonon. par. 1. p. 8. & Alidoſio de Epiſc. Bonon. p. 138. Mand.

e Nurſinus.

ſub Urbano verò VIII. Epiſcopus Card. Portuenſis evaſit. Vivit adhuc, ſanè Præſul iis exornatus virtutibus, quæ poſſiot ſibi ſubditis immortale exemplum eſſe probitatis. * In Eccleſia S. Antonii Abbatis fratribus B. Joannis Dei attributa ab ipſo Creſcentio Cardin. extat ſequens memoria in marmore ſcripta. A

* Ex App. t. 5.

D. O. M.

Petrus Paulus Creſcentius Reatinæ Urbis Epiſcopus ædem S. Antonio Abbati dicatam ſuaque auctoritate religioſis B. Joannis Dei Fratribus attributa ſolemni ritu conſecravit die xxv. Auguſti MDCXX. centum dierum indulgentiam Invitamentum pietatis ſimul atque incrementum quotannis ædem viſitantibus conceſſit.

LXIX 66. JO. BAPTISTA Tuſcus Regienſis in Inſubria, nepos Card. Dominici Tuſci, è Tiburtino Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam translatus eſt ann. 1621. die 29. menſ. Maii. obiit * 1633. Jacet in Cathedrali cum tali epigraphe.

* Ex App. tom. 5.

B

D. O. M.

Oſſa Joannis Baptiſtæ olim Epiſcopi Reatini in paternæ familiæ ſepulchrum reponenda Hic Jacobus, & Dominicus germani fratres mœſtiſſ. depoſuerunt idibus Decemb. MDCXXXIII.

LXX. 67. GREGORIUS Card. Narus Nobilis Romanus, Fabritii filius, Cameræ Apoſt. Generalis Auditor, ab Urbano VIII. S. R. E. Cardinalis creatus, mox Epiſcopus Reatinus, omnium bonorum mærore, florente adhuc ætate, exceſſit è vivis anno 1634. Cadaver Romam relatum, in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam in ſacello majorum reconditum, in nobili marmoreo tumulo hoc habet epitaphium.

D. O. M.

Gregorius Narus Patritius Romanus à Paulo V. Apoſtolicæ Cameræ Clericus, ab Urbano VIII. primum ejuſdem Cameræ Auditor, deinde S. R. E. Card. ſumma bonorum approbatione creatus, Reatinæ tandem Eccleſiæ præficitur. Cujus regendæ felix dum capit exordium, vitæ diem clauſit extremum, an. Dom. M. DC XXXIV. menſ. Auguſti die 7. Ætatis ſuæ anno 53. Bernardinus Narus Fratri optimo P.

C

LXXI. 68. JO. FRANCISCUS Card. à Balneo Epiſcopus Cervienſis, ad hanc Reatinam Eccleſiam trãslatus eſt ann. 1635. die 2. Septembris. Natus eſt in Italiæ Æmilia ex vetuſtiſſima Guidiorum à Balneo familia, quæ à Witikindo primo Duce Saxoniæ, inde ab Othone Magno orta, varia & ſinuoſa ſtemmatum propagine, nobiliſſimas Europæ familias amplexa eſt. Parentes habuit Fabricium Montis Belli Marchionem, Balneique comitem, & Lauram Columnam Pompeii Zagaroli Ducis filiam. Pueritia, & adoleſcentia ejus ſtudia liberalia avidiſſimè rapuit, & genii ſui, ac Numinis occulto inſtinctu, ad juris & ſacrorum Canonum prudentiam animum adjicere cœpit; hilariores etiam Muſas permiſcens, ſine quibus ſeveriores diſciplinas minùs comptas, & gratioſas exiſtimabat. Mitiſſimi animi, nobiliſſimæque indolis juvenis, opimi patrimonii onere in Nicolaum Marchionem Montis Belli fratrem depoſito, habitum, & vitam Eccleſiaſticam induit, inter Prælatos Romanæ Aulæ diù vixit ſumma omnium benevolentia. Ab Urbano VIII. Archiepiſcopus Patracenſis creatus, extraordinarius Nuncius Apoſtolicæ Sedis miſſus in Galliam, eodem poſtea munere functus in Belgio, è Belgio in Galliam, titulo ordinarii Nuncii auctus. Avenione etiam aliquandiu egit Vicelegatum. Deinde ab eodem Urbano Pont. Max Purpura, ac Epiſcopatu Cervienſi ad Hadriæ litus, & eo dimiſſo, Reatino donatus eſt. Cerviæ ære ſuo perpetuum annonæ horreum pauperibus diœceſis erexit, dotavitque. Religionis, & divini cultus zelo Cervienſem, & Reatinam Eccleſiam ædificiis inſtauravit, ſacrave ſupellectili inſtruxit. Quam vero vigil, & diligens Paſtor, ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſerius exactor fuerit, ſynodi ejus D

A diœceſanæ, quæ typis excuſæ, per manus omnium vadunt, in Epiſcoporum omnium exemplum, & Paſtorum inſtitutionem, clarè oſtendunt. Tandem cum per annos amplius 40. intra & extra Italiæ clauſtra virtutes illius enituiſſent, omnium honorum mœrore menſe Julio die 25. ann. 1641. Romæ extinctus eſt, in ſuo titulo S. Alexii in Aventino monte in exigua tumba reconditus jacet.

Europa in tota, qui tumulandus erat.

Eruditus Gabriel Naudeus inter alios, etiam lamentando leſſum fecit, in domeſtico funere ejuſdem Cardinalis, eumdemque laudavit in publico Lovanienſis Academiæ circulo Libertus Fromondus doctus, & eruditus inſignis Eccleſiæ Colleg. B. Petri Lovanii Decanus, aliique. * Porro Reatini Cives ad Cardinalis Balnei fauſtiſſimam perpetuandam memoriam ſub porticu Cathedralis Eccleſiæ, in marmore hæc incidi fecerunt verba. * Ex App. t. 5.

Joanni Franciſco S. R. E. Cardinali Balneo per quinquennium Epiſcopo Reatino meritis ſuis ſemper manſuris Reate poſuit MDCXXXX. B

59. GEORGIUS Bolognettus, nobilis Bononienſis, Romæ natus Jo. Baptiſta patre, matre Caſſandra del Cavaliere, ex Refer. V. S. Epiſcopus Aſculanus in Regno, ad hanc Sedem translatus, Cardinali à Balneo cedente anno 1639. a ab Urbano VIII. LXXII.

a 28. Februarii.

à quo primum apud Magnum Etruriæ Ducem, mox ad Gallorum Regem Chriſtianiſſimum Apoſtolicus Nuncius miſſus, diù ibidem ſumma cum ſui nominis laude manſit, inde ad hanc Eccleſiam rediit, cujus laudes, ne viri modeſtiam oneremus, ſilentio præteribimus. * Is ſummæ prudentiæ Præſul perbelle pergit Eccl. gubernare, quam ſanctioribus decretis, in ſynodo ab eo coacta, ſtatutis conſpicuam reddidit, Archivium exſtruxit, ac penè pro vetuſtate collabente Epiſcopio in meliorem faciem reſtituit: quarum rerum inſcriptio in aula poſita ſic prodit.

* Ex App. t. 5.

Georgius Bolognettus Epiſcopus Reatinus Archivio exſtructo, Palatio, manſionibus, & viridario amplificato, parietibus exterioribus collabentibus reparatis. Aulam hanc temporis injuria devaſtatam inſtauravit, ornavit, ac diverſa inſignia ibidem ſparſim depicta, vetuſtate fere deleta inde reponi curavit anno Dom. MDCLI. C

ADDITIO.

[„ *Denique hoc onere maximo ſui Gregis mœrore ſe exolvit, Romamque ſe contulit, vitam ubi produxit uſque ad* „ *an. 1'8. quo obiit die 7. Januarii nonagenario major:* „ *ſepelitur in Templo Sanctiſſimis Nominibus Jeſu, & Mariæ dicato, quod jam antea Regiis ſanè ſumptibus ornaverat. Vir Magnus eleemoſynarius in omnes beneficentiſſimus, adeòque æternæ memoriæ.*

„ *ODOARDUS Card. Vecchiarellus Patriæ ſuæ in ſacris præficitur, 5. Maii 1660. Optimi Antiſtitis exaggeratas virtutes pari cum generis nobilitate cumulavit. Deceſſit Romæ die poſtrema Auguſti 1667. ſepelitur apud* „ *Gentiles ſuos in Eccleſia S. Petri ad Vincula, ubi Mariano Patruo ſuo U. S. Decano tumulum poſuerat cum epitaphio* LXXIII.

„ *JULIUS Cardinalis Gabriellius Romanus, Epiſcopus Sabinenſis, hanc in adminiſtrationem ſuſcepit Eccleſiam 12. Martii 1668. quam tertio ſui regiminis anno* „ *ſponte dimiſit.* LXXIV. D

„ *HIPPOLYTUS prænobili Vicentina gente natus apud Reatinos J. U. D. Patriæ Antiſtes renunciatus eſt 22. Decemb. 1'70. in florenti adhuc ætate conſiſtens, quem propria, Patriique ſui Marci Antonii Fulginatenſis Epiſcopi, & Neapolitani Regni Apoſtolici Nuncii merita dignum Romanæ Aulæ honoribus proclamabant. Dum adeſt gregi ſibi commiſſo ea virtutum ſplendens corona, quæ ab opt. Paſtore ſperari poſſunt, morte ſurripitur an. 1702. 20. Jun. jacet in Cathedrali.* Lucentius) LXXV.

„ *FRANCISCUS Mario Abbati, Nobilis Piſaurenſis, Presbyter annorum 47. J. U. D. alias Auditor Nunciaturæ Portugalliæ. & deindè Viennenſis ſub Em. D. Card. Tanario tunc Nuncio Apoſtol. & deinde ejus Auditor in Urbe, renunciatus eſt Epiſcopus Reatinus 8. Junii 1707. Translatus inde eſt ad Epiſcopatum Carpentoratenſem 21. Julii 1710.* LXXVI.

LXXVII. „BERNARDINUS *Guinigi, Nobilis Lucenſis, Preſ-„byter annorum 47. J. U. D. Prothonotarius Apoſtol. aliàs „Auditor Nunciaturæ, & deinde Poloniæ Epiſcopus Rea-„tinus electus eſt 10 Junii 1715.*

RECANATENSES EPISCOPI



EX ruinis antiquæ Civitatis Helviæ Recinæ, quam furor olim Gothorum evertit, in ſupercilio Montis, tria millia paſſus à famoſo Lauretano Templo diſtantis, Recanatenſis Civitas ſuas ſedes locavit, jam olim Epiſcopali condecorata dignitate, inque Romanæ Provinciæ Præſulibus adnumerata à Gregorio IX. ann. 1240. 11. Kal. Junii, Epiſcopali Sede à Civitate Auximana huc translata. Sequens de hac re in Vat. reg. ſpectatur epiſtola 189. f. 34. an. 14. ejuſdem Gregorii Populo, & Clero Recanatenſi.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

REctæ conſiderationis examine, libra Præſidentis appenditur, cum ſubditorum merita ſic juſtò examine penſantur, ut devotorum obſequiis retributio digna reſpondeat, & opprobrii pœna perpetuò infidelium colla premat, ſic enim in bonorum beneficiis plures ad merita mentem erigimus, & in pravorum pœnis, cæteris delinquendi audaciam prohibemus. Ea propter dilecti filii, prout convenit, attendentes, quod in devotione Eccleſiæ illam ſtuduiſtis obſervare cõſtantiam, quod nec damna rerum vobis per F. dictum Imperatorem Dei, & Eccleſiæ inimicum illata, nec pericula corporum vos a fide Sedis Apoſtolicæ avertere potuerunt, & congruum æſtimantes, ut Caſtrum Recanatenſe, quod de cætero eſſe Civitatem ſtatuimus, grata honorificentia extollamus, de communi fratrum Noſtrorum conſenſu, & aſſenſu terræ veſtræ, quam à juriſdictione Eccleſiæ Humanatæ eximimus, Epiſcopalem concedimus dignitatem. A maledictionis filiis populo Auximano, qui dicto F. Dei Eccleſ. perſequenti divino timore poſtpoſito damnabiliter adhæſerunt, ad Eccleſiam S. Flaviani de dicto loco, quam de cætero Cathedralem eſſe decernimus, Auximanam Sedem cum omnibus juribus ſuis, dignitatibus, & honoribus transferentes. Ita tamen quod cum expedire videbimus Humanatenſi Eccleſiæ in recompenſationem ſpiritualium, & temporalium iurium, quæ in dicto caſtro, & territorio eius obtinuit, aſſignare aliquam partem Auximanæ Diœceſis valeamus. Nulli ergo &c. Datum &c. 11. Kal. Iunii an. 14.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Epiſcopo Humanati.

CUm olim Apoſtolicæ Sedis providentia, cujus Præſul illius vices, licet inſufficientibus meritis, gerit in terris, qui utique pro meritis condigna retributione reſpondet, de cujus manibus pendet æquitatis ſtatera, ſubjectorum actiones iudicantes diligenter, ac bene meritis, & indignis juxta ſuorum actuum exigentiam recompenſantes. Vtriq; meritorum ſuorum ſtipendia inferendo, Villam Auximanam propter infidelitatem, rebellionem, & indevotionem Incolarum ejuſdem Epiſcopatus honore privarit, ac ſtatuerit, quod Caſtrum Recanati ob devotionem, & fidelitatem habitantiũ in eodem, quod erat Humanati Eccleſiæ Diœceſana ſubjectum, huiuſmodi honore polleret. Nos in recompẽſationem dicti Caſtri, ſpiritualia, & temporalia iura, quæ in ipſa villa & circa eam quondam Auximanus Epiſcopus habebat, ejuſdem tibi, & pro te dictæ Humanati Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica concedere in perpetuum eandem villam, tibi Diœceſana lege ſpiritualiter ſubmittendo. Nulli ergo &c. Datum &c. 11. Kal. Iunii ann. 14.

A De erectione Cathedralis Eccleſiæ Recanatenſis ſcribit idem Gregorius V. titulo S. Laurentii in Lucina Presb. Cardinalis Marchiæ rectori 17. Kal. Decembris ejuſdem anni, itemque Epiſcopo Humanatenſi, in cujus Diœceſi olim fuerat Caſtrum Recanaten. eodem die, & anno. Vix in Italia aliam civitatem reperias, quæ inteſtinis magis, civilibuſq; odiis laboraverit, ac iſta divexata eſt, cæteriſque intulit detrimenta. Etenim contra Eccleſiaſticum Imperium ſæpiſsimè rebellavit, tametſi parva, & modica Civitas haud quaquam cum Pontificali potentia poſſet concurrere; præcipuè autem temporibus Vrbani IV. à quo dignitate Epiſcopali ſpoliata fuit, & Ioannis XXII. hoc eſt 1322. cũ Pontificii Præfecti detrectaſſet imperium, foveretq; factioſiſsimos Ghibellinos, primum telo Religionis icta eſt, exutaq; Epiſcopali dignitate, quam Nicolaus IV. eidem reſtituerat, demum capta, ultrices perfidiæ flammas perpeſſa eſt uſque ad excidium. Duo autem omnino lapſi anni erãt, B cum Guelphæ factionis nobiliores, facta ſibi à Pontifice poteſtate, Patriam reſtaurarunt, offenſionum obliterata memoria, tametſi interim impetrare non potuerint, ut Civitati Epiſcopalis dignitas reſtitueretur. Pontifex enim cenſum omnem Recanatenſis Eccleſiæ in Maceratenſem traſfuderat, quam per id tempus in Cathedralem erigendam curaverat, tranſlato Recanatenſi Epiſcopo ad Senogallienſem dignitatem. Anno verò 1341. cum Benedictus XII. Papa regnaret, cum Recanatenſes ſubeſſe Maceratæ Antiſtiti haud æquis animis tolerarent, ſuæ Civitatis per teſtes, perque antiqua monumenta coram Aula Romana comprobata nobilitate, iterum à S. Sede extorquere conati ſunt, ut priſtina, antiquaque dignitas Epiſcopalis ad jam olim per ſummum infortunium viduatam Civitatem rediret. Sed in irritum ceſſere preces, donec Innocentius VI. anno 1352. ſupplicibus Recanatenſibus Epiſcopalem dignitatem reſtituit, ita tamen, ut qui Recanatenſis Epiſcopus diceretur, idem Maceratenſis cenſeretur Antiſtes, C voluitque in eo Eccleſiarum fœdere Recanatenſem anteire. Iterum ſub Sixto V. Pontifice Recanatenſis Epiſcopalis dignitas ſuppreſſa eſt, translataque ad S. Lauretanam Domum; Maceratenſis autem juncta Tolentinati, quam non ita pridem idem Sixtus Pontifex erexerat in Cathedralem. Cæterùm Gregorius XIV. toties viduatæ Civitatis miſeratus, ita Lauretanæ, Recanatenſem junctam voluit, ut idem Recanatenſis Epiſcopus diceretur, & Lauretanus, eaque Civitas in tam honorifica appellatione anteiret, prout declaratus Antiſtes ſua præſentia magis hanc, vel illam Diœceſim decoraret. Recanatenſem Hiſtoriã ſatis eruditè Angelitta perſcripſit. S. Flavianus Martyr, ut Divus Tutelaris, Recanatenſes tuetur, ac protegit, eidemque Cathedralis dicata, in qua dignitates quatuor, quarum prima Præpoſitura, 12. Canonici a & 8. Presbyteri numerarunt. Pro Epiſcopi habitatione adhæret Eccleſiæ pulcherrima domus. Quinq; Parochiales Eccleſiæ, 7. Virorũ b, 4. Monialium Cœnobia, Seminarium, in quo XII. aluntur pueri, 14. Con- D fraternitates Laicorum, duo Xenodochia, & Mons Pietatis ſpectantur. Diœceſis tria Oppida, & Pagos duos continet. Taxatur in lib. Cameræ ad florenos 600. verus valor 2000.

a Totidemque Beneficiati.
b Præter Capuccinos.

ADDITIO.

(„ *Ipſa urbs 8000. circiter animas enumerat, quibus „pro cæleſti pabulo octo adaperiantur Parochiales Ec-„cleſiæ; pro Diœceſi Recanatenſi portum parùm diſtans „ſub ſe continet, & Oppidum Montis Coloris, quæ duo „loca vix mille mortalium capita exhibent. Taxa hu-„jus Eccleſia ſimul cum Lauretana unita eſt Flor. 300 „annuus cenſus eſt ſcutorum 1700. de præſenti computa-„tus* Luc.)

Seriem Epiſcoporum huius Civitatis ex fide protulimus, ex Archivo illius Eccleſiæ, reliquiiſque ſcripturariis, quæ non ſine Numine voraciſſimas incendii flammas evaſerunt, exque actibus Romanis, quos ſemel, & ſæpius illum oportet conſuluiſſe, qui in hoc plerumque inopi argumento velit cum laude verſari.

1. RAI-

I. 1. RAINERIUS Epiſcopus Auximanus, à Gregorio IX. anno 1240. 16. Februarii primus Epiſcopus Recanatenſia, dempta dignitate pontificali Auximana declaratus, cui ſcribit idem Pontifex hoc titulo. Epiſcopo quondam Auximano, nunc Recanatenſi epiſt. 203. fol. 36. an. 14. in reg. vatic.

II. 2. PETRUS Georgii Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, ab Innocentio IV. anno 1244. poſt diutinum vacationem, Epiſcopus Recanatenſis adlectua. Populoque, & Clero ſequentem ſcripſit epiſtolam idem Pontifex.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Clero Civitatis, & Diœceſis Recauatenſis
Spiritum Conſil. Sanioris.

DEbitum Officii noſtri requirit, ut inter ſollicitudines alias, quibus aſſidue premimur, ſpecialiter circa Eccleſias ſolertiam adhibentes, ipſarum utilitatibus intendamus, in eo maximè, ut viduatis, ne longe vacationis ſtipendia patiantur, de talium celeriter noſtra diligentia ſtudio provideatur ſubſtitutione Paſtorum, per quos ſpiritualiter, & temporaliter continuum ſuſcipiant authore Domino, incrementum. Hinc eſt quod cum Eccleſia Recanat. diu fuerit Paſtoris deſtituta ſolatio, multiſque propter hoc ipſam ſubjectam periculis, gravia in ſpiritualibus, & temporalibus, detrimenta non ſit dubium incurriſſe. Nos, qui ex jugo Apoſtolica ſervitutis univerſis ſumus Eccleſiis obligati, volentes Eccleſiæ prædictæ, ne damna ex longiori vacatione graviora ſubiret, ſalubriter providere, dilectum filium Magiſtrum Petrum Georgiè Baſilica Principis Apoſtolorum Canonicum, virum utique litteratum, providum, & honeſtum, acceptum nobis, & fratribus noſtris ſua merito probitatis eidem Eccleſia de poteſtatæ plenitudine præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, ſperantes quod ſua circumſpectione ipſa Eccleſia laudabilibus, tam circa ſpiritualia, quam temporalia, tribuente Domino, proficiet incrementis. Ideoque mandamus, quatenus eum tanquam patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devote ſuſcipientes, obedientiam ſibi, & reverentiam debitam impendatis, ipſius monitis, & mandatis ſalubribus humiliter intendendo. Alioquin ſententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Lugduni 5. idus Septembris anno 2.

In eundem modum ſcribit Populo, & Clero quondam Civitatis, & Diœceſis Auximanæ Datum die, & anno eodem.

III. 3. MATHÆUS, anno 1249. 3. die Maii Moniales, Monaſteriumque S. Mariæ Magdalenæ Recanatenſis Diœceſis exſolvit ab omni canonica ſubjectione, Diœceſanaque lege, indicta penſione cerei unius libræ quotannis in S. Flaviani Martyris feſto.

IV. *a Al. Bonajunta.* 4. BONAVITA *a* ſub Alexandro IV. floruit an. 1256. Cujus meminit Angelita in Originibus Recanatenſibus. Anno 1263. 9. Kal. Julii Urbanus IV. Caſtrum Recanatenſe ob inobedientiam populorum Epiſcopali dignitate privavit, illamque ad Auximanam Eccleſiam tranſtulit, ac ſub Humanatenſis Epiſcopi poteſtate, una cum Eccleſia S. Flaviani eſſe voluit, & Bonavitam ad Æſinam Eccleſiam eodem an. id. Octobr. tranſtulit, ex reg. vatic. epiſt. 19. fol. 9. & 247. fol. 65. Narrat Michael Pius, Epiſcopum quemdam Recanatenſem ſub Nicolao III. ſummo Pontifice legatum Apoſtolicum fuiſſe, cujus tamen non prodit nomen in Hiſtor. Dominicana. (1)

V. *b De eo Fontana de Rom. Prov. p. 312. & in Theatro Dom. p. 278. Mandoſ.* 5. Fr. SALVIUS *b* ex Ordine S. Dominici, fuit Recanatenſium Pontifex anno 1289. 2. Idus Decembris à Nicolao IV. electus poſt diutinum ejuſdem Eccleſiæ vacationem, reſtituta dignitate Epiſcopali, ut ex ſequenti diplomate, è Vaticano regiſt. deſumpto habetur.

NICOLAUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Dilecto fratri Salvio Epiſcopo Recanaten.

Quoniam humana conditio, tanquam vas figuli, fragilitati ſubjecta, varietate agitata fluctuum de facili errat a via, errantibus filiis, ad matris redeuntibus gremium, veri patris familias exemplo delectamur, occidere vitulum oleo miſericordiæ ſaginatum. Dudum ſiquidem Recanatenſis Populus, velut tunc degeneres filii adverſus Romanā Eccleſiā matrem ſuam, & dominam, alas deteſtabilis elationis diſtēdens ipſam perſecutoribus ejuſdē Eccleſiæ adhærendo, variis perſecutionis jaculis, & inſecutionis artibus, quantū in eis fuit, ſategit. proh dolor, notabiliter vacillare, propter quod fel. record. Urbanus Papa prædeceſſor noſter tactus nimium dolore cordis intrinſecus, adverſus ejuſdem populi obſtinationem paterna provocatione conſurgens, & ejuſdem populi volens cum miſericordia, tam deteſtabiles admodum in eandem Eccleſiam commiſſos exceſſus virga caſtigationis debita caſtigare, ut caſtigati denique ejuſdem Eccleſia gratiam poſſent facilius per humilitatis miſterium promereri, Civitatem Recanaten. Epiſcopalis dignitatis titulo de fratrum ſuorum conſilio privavit perpetuo, qua ipſum tunc Caſtrum Sedes Apoſtolica gratiosè inſignierat. Poſtmodum quidem idem Populus juxta illud Apoſtoli, non mortificati, ſed caſtigati hujus ſuarum humiliter culparum pœnitentia lachrymis, & doloris ſuſpiriis diu peractis, ac ſatisfactionis remediis, & ſincera devotionis ſuffragiis laudabiliter abolentes, ad ejuſdem ſedis pietatem humiliter acceſſerunt, reſtitutionem dignitatis hujus humilius, & inſtantius flagitantes. Nos itaque in hac parte propheticum ſequentes eloquium miſeratio ejus, videlicet, ſuper omnia opera ejus, ac propterea volentes paterno affectu correctis filiis miſereri, eoſq; conſolari conceſſione petita gratia, miſerando dignitatem Epiſcopalem reſtituimus de fr. noſtr. conſilio Eccleſiæ Recanatenſi præfata, ipſam ſtatuendo Eccleſiā Cathedralem. Unde de ipſius ſalutari ordinatione tanto ſolertius cogitantes, quanto ea diutius proprii Paſtoris deſtituta ſolatio, inter gravia diſpendia conſpicimus fortius languere, meritorum inveſtigatione præmiſſorum in te fratrem Ordinis Prædicatorū profeſſorem, utpote virum vita laudabilis, converſationis honeſta, diſcretionis maturitate conſpicuum, & ſpiritualiū, & temporalium providentia circumſpectū duximus oculos noſtra mentis. Quare ſperantes in illo paſtore, qui alterū argento, & ſine ulla cōmutatione paſcit univerſos abundè, quod prædicta Recanatēſis Eccleſia ſub ſollicitudine tui regiminis ſpiritualia, & temporalia authore Domino proficiet incrementis, te ipſi Recanatenſi Eccleſia de fratrum noſtrorum conſilio in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem, ſibique ſubſequenter per Venerab. fratrem noſtrum Latinum Oſtienſem Epiſcopum fecimus munus conſecrationis impendi. Rogamus itaque Fraternitatem tuam, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad dictam Recanatenſem Eccleſiam in ſpiritu humilitatis accedens, ipſius curam ſic agat ſollicitè, ſic eam prudenter gubernare ſtudeas, ſic diligenter tibi oves creditas ab invaſores inſultibus cuſtodire, quod tuis actibus ſuper iis apud Deum, & homines plenius laudibus conſtituatis retributor omnium bonorum Deus, una cum tuis ſubditis ſupernorum civium conſtituat te collegam. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 21. idus Decembris anno II.

Ad Salvium Epiſcopum Recanatenſem, Urbis Vicarium idem ſcribit Nicolaus IV. id. Maii an. 4. ep. 203. fol. 40. obiit verò an. 1300.

6. FRIDERICUS Nicolai Joannis, ſuæ Patriæ adlectus Pontifex eſt à Capitulo, à Bonifacio VIII. confirmatus an. 1300. Idus Novemb. reg. Vat. ep. 263. f. 70. an. 7. Quem Ghibellina factio mirum in modum divexavit; illumque cum Guelphis exegit ann. 1315. igitur Pontifex juſta ira ſuccenſus, rebellem, ſeditioſamque Civitatem omni honore, dignitateque Epiſcopali ſpoliavit, illamque in Maceratenſem juriſdictionem transfudit, Friderico ad Senogallienſem Eccleſiam tranſlato. Quæ perfidiæ mulcta perduravit uſque ad annum 1317. VI.

7. Fr. NICOLAUS à S. Martino, Piſanus, ex Ordine Prædicatorum *c*, adlectus eſt primum Epiſcopus Maceratenſis 1349. deinde ann. 1357. ab Innocentio VI. declaratus eſt Epiſcopus Recanatenſis, ita ut illarum VII. *c De eo Razzius in Hiſt. Ord. Præd. Altamura in Bibl. Dominic. & Fontana in Theat. Dom. p. 278. Mand.*

(1) At eo tempore nullus aderat Recanatenſium Antiſtes; Ni forte ſequens fuerit ſub Nicolao IV. Idem dicendum de Nicolao Saracino, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, quem Julianus Saracinus Epiſcopum Recanatenſem fuiſſe an. 1187. ex Errera affirmat. Mand.

A rum junctarum Eccleſiatum ſimul Epiſcopus habetetur; hic primus Epiſcopus fuit poſt factam unionem. Deceſſit autem anu. 1367. illiuſque habetur mentio in lib. de Proviſ. Prælat.

VIII. 8. OLIVERIUS Decanus Nigripontis, & Papæ Capellanus, electus eſt à Capitulo anu. 1367. 3. Kal. Martii; confirmatar ab Urbano V. ex reg. Vat. in memoriis illius Eccleſiæ, ejuſdem ſatis clara mentio habetur. *a*

a An. 1372.

9. BARTHOLOMÆUS au. 1383. à Pſeudopontifice Clem. VII. intruſus, ex libro proviſ. prælator.

10. PAULUS electus auno 1384. die 27. menſis Januarii. Fovit partes Clementis VII. Pſeudopontificia, itaut potius dicendus videatur intruſus, quam legitimus paſtor.

IX. 11. NICOLAUS Florentinus, ex Epiſcopo Feſulano, ab Urbano VI. translatus eſt ad has ſimul junctas Eccleſias, an. 1383. in locum defuncti Bartholomæi, & has quidem Eccleſias prudenter rexit per aliquot annos, ex lib. proviſ. prælat.

X. 12. ANGELUS („ *Cinus Recanaten.*) ab Urbano VI. electus *b*, ſub quo Marchiæ Anconitanæ ſpoliorum collector fuit. Aun. 1392. ex auctoritate ſummi Pontificis, condidit teſtamentum. Hic ille Angelus eſt, qui an. 1408. die 18. menſis Septembris, à Gregorio XII. purpuram Senatoriam accepit, ſub titulo S Stephani in Monte Cœlio. Recanati fato functus eſt an. 1412. die 21. menſis Iunii, ſepultuſque eſt in Cathedrali in ſepulchro, haud multum elato à terra cum hac ſimplici inſcriptione.

b An. 1386.

Reverendiſſ. D. A. Card. Recanati obiit XX. Junii anno M.CCCCXII. cujus anima requieſcat in pace.

B Hanc Eccleſiam Angelus poſt ſuam ad Cardinalatum aſſumptionem habuit commendatam, ut liber Proviſiouum Prælatorum prodit ſub Martino V. Pontifice, Actaque Conſiſtorialia Gregorii XII. Quintique Alexandri. Hic, qui proximè ſequitur reperitur Recanatenſis Pontifex fuiſſe, poſt mortem cujuſdam Jaquelli ad Epiſcopatum ſubvecti an. 1409. eodemque annn defuncti.

XI 13. JAQUELLUS ſucceſſit Angelo *c* an. 1409. ut diximus, eodemque anno valedixit (1) huic mortali ſeculo. Ex lib. oblig. Prælatorum.

c Ex ſuaſi ceſſione.

XII. 14. ANGELUS de Balleonibus Perufinus *d*, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, electus eſt an. 1409. die 9. menſis Septemb. Gregorio XII. ſedente; breviorque videtur fuiſſe Pontifex; ſiquidem Cardinalis Angelus adhuc, eum iſte eximeretur è vivis, Recanatenſem moderabatur Eccleſiam an. 1412.

d De eo Oldoinus in Athen. Aug. Mand.

XIII. 15. Fr. NICOLAUS de Caſcia Umber ex Ordine Eremitano S. Auguſtini alumnus, ac Generalis magiſter, vir longe doctiſſimus, à Joãne XXIII. Pont. Max. ſubiectus eſt Epiſcopus an. 1412. 13. Kal. Auguſti, vixitque uſque ad annum 1415. ſed adeò perturbata Juriſdictione, at nihil durius videatur duxiſſe in vita, quam difficillimis illis temporibus præeſſe aliis. Siquidem Gregor. XII. Pontifex, tametſi à Piſano Concilio depoſitus, nihil omittebat omnino, quod ad ſuam malè partam potentiam confirmandam facere vidaretur. Itaque Matinum *e* Venetum, Recanatenſem Epiſcopum creavit. Sed cum reclamantibus populis ejus Epiſcoparus inire non potuiſſet poſſeſſionem, Nicolao vero, legitimoque Pontifici jam pridem dclatam illi dignitatem conceſſit, creatus eſt ipſe Epiſcopus Aprutinus *f*. Cæterùm per id tempus cum Martiuus V. Columna in Conſtantienſi Concilio Apoſtolicam evaſiſſet ad Sedem, ſuoque de jare Gregorius XII. libens, volenſque diſceſſiſſet, ex conſenſu Pontificis, Patrumque creatus eſt Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, ANGELUS CORARIUS, Piceni legatus, perpetuuſque Recanatenſis, ac Maceratenſis, Eccleſiarum Adminiſtratori Ubi tandem mærore couſectus, diciturdeceſſiſſe *g*, ſepultuſque

e Sivè Martinum de Tocco Theatinũ.

f Theatinus, & non Aprutinum.

XIV.

g An. 1418.

eſt iu Cathedrali, pluribus Reliquiis, argenteiſque vaſis Eccleſiam illam ditans, quæ adhuc ibi diligentiſſimè aſſervantur.

Haud diu eſt, quod Cardinalis Julius Roma harum Eccleſiarum Epiſcopus Cathedralem Eccleſiam eſt exornate aggreſſus, quod ipſum, ut commodius faceret, hujus Pontificis tumulum ab Auſtrali ad Septemtrionalem partem eſt transferre coactus; itaque ea occaſione proditum cadaver cum Pontificalibus indumentis adhuc integrum, ac palpabile omnium contuentium admirationem excivit.

16. MARINUS, ſive Martinus de Tocco Venetus *h*, cum à Gregorio XII. Pontifice Recanatenſis Pontifex fuiſſet adlectus, ſedemque vitio obtentam, renuente populo, haud invadere potuiſſet, cauſæ, temporique cedendum ratus (2) Aprutinus eſt dictus Epiſcopus 1418. Non. Julii, atque à Martino deinde V. ad Theatinenſem Epiſcopatum translatus an. 1429. XV.

h Theatinus. vide Toppium in Bibl. Neapol. p. 208. Mand.

17. BENEDICTUS Guidalottus Perufinus, *i* celebris Juriſconſultus, ex Epiſcopo Aprutino, ſubleB ctus eſt Epiſcopus Recanatenſis, ac Maceratæ anno 1429. 7. Idus Januarii. Hic in gratiam ſtudioſorum, novum ſapientiæ Domicilium Peruſiæ erexit, ubi charus omuibus fato functus eſt, atque apud S. Dominicum cum hoc epitaphio tumulatus. XVI.

i Ejus meminit Oldoinus in Athen. Aug. & Chriſpol. lus in Peruſia Auguſ. p. 120. Mand.

Rev. memoriæ Patri D. Benedicto de Guidalottis I. V. Conſulto, Recanatenſi Epiſcopo, tandem Martini V. Vicecamerario Apoſtolico, qui cum in Patria decederet, novam Sapientiam fecit. Vixit an. 40. Obiit anno Chriſti. MCCCCXXIX. Die IX. Auguſti. D. Eliſabeth ſoror fecit.

(„JOANNES *de Tricario Abbas ſecularis harum „Eccleſiarum adminiſtrator adlectus, ut ex Bulla „data Ferentini 15. Kal. Septemb. an. 12. Pontificatus „Martini V. ideſt an.* 1429. Luc.) XVII.

18. JOANNES Cornetanus Vitelleſchus, Prothonotarius antea Apoſtolicus, ann. 1431. 11. *k* Kal. Maii creatus Epiſcopus fuit, ac paulò poſt Cardinalis, deinde Archiepiſcopus Florentinus, tam & Patriarcha C Alexandrinus. de quo vide plura iu Catalogo Archiepiſcoporum Florentinorum. XVIII

k 16.

19. Fr. THOMAS Thomaſinus, ſive Burattus, *l* Venetus, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Traguerienſis, ad has ſimul junctas Eccleſias fuit translatus an. 1435. die 4. Idus Oct. trauslatus inde ad Feltren. & Bellunen. 8. id. Oct. 1440. ex hac familia Thomaſina hodie vivit, Jacobus Philippus Æmonienſis vir eruditione clariſſimus, ut monumenta ab ipſo edita clarè demonſtrant; de quo alibi. XIX.

l Vide Fontanam in Theatr. Dom. p. 178. Mand.

20 NICOLAVS *m* de Foroliuio, forte idem cum ſequenti (3) ex Archidiacono electus anno 1440. 6. idus Octobris. De quo acta Conſiſtorialia. XX

m De Aſtis.

21. PETRVS Georgius, Tetami antea Præpoſitus, creatus fuit anno 1460. *n* ſanctamq; Lauretanam domum ſub Pio II. *o* cum pietatis laude gubernavit, ejuſdemq; ſacræ domus hiſtoriam evulgavit. XXI.

n 1454.

o An. 1460.

22. NICOLAVS de Aſtis Foroliovienſis, *p* eum locupletiſſimus eſſet. octo millibus ſcutorum clerum Recanatenſem adauxit, XII. verò millibus ConfraD ternitatem S. Luciæ, quorum fructus Reſpublica Genuenſis exſolvit, ad cenſum verò Clero ſolvendum olim Reſpublica Veneta tenebatur. Sed cum ij cenſus ex Regni Cypri redditibus forent ſolvendi, amiſſo regno, ſolutio illa obrorpuit, atque deleta eſt. Quotannis tamen in Cathedrali ſolemne anniverſarium ad expiationem munificentiſſimi Præſulis celebratur, ubi in frequentiſſima honoraria concione ab eloquentiſſimis Oratoribus ejuſdem laudes concelebrantur. E vivis exemptus eſt anno 1470. inque Cathedrali cum hoc epitahio ſepultus.

p De quo Bonoli in hiſt. Forl. p. 188 & Dulacus Calognius in memoria hiſt. Recinet. p. 136. Mand.

Sepulchrum olim Reverendiſſ. D. Nicolai Epiſcopi Recanat. & Macer. quod fieri fecit fraternitas S. Luciæ. M.CCCC.LXX.

23. Poſt

(1) Ceſſit in favorem ſequentis, ut nobis produnt acta Conſiſtor. Alexandri V. *Luc.*

(2) Indeque poſt obitum Angeli Corarii legitimus Recanatenſis Epiſcopus factus eſt à Martino V. an 1418. 2. Non. Julii, ut habetur ex actis Conſiſtor. Martini V. Ubi hic Antiſtes Martinus de Tocco nuncupatur de hac Eccleſia proviſus per lapſum Commendæ, quam ſanè retinebat Corarius: tranſiit deinde ad Theatinam Patriæ ſuæ ſedem 7. Id. Jan. 1429. ubi plura de eo. *Lucent.*

(3) Vera idem eſt cum altero Nicolao, quem repetit Ughellus n. 22. Obiit an. 1454. cui honorarium ſepulchrum ſodalitas S. Luciæ erexit in Recanatenſi Cathedrali an. 1470. qui pro anno obitus perperam deſcriptus fuit in Ughelliana ſerie: unde confuſio nomis, & alterius Nicolai, ut ex ſerie Maceratenſium ipſe Ughellus advertendum præbet. *Luc.*

XXII. 23. Poſt Nicolai *a* exceſſum harum Eccleſiarum ad lectus Adminiſtrator eſt FRANCISCVS Maurocenus Epiſcopus Parentinus Venetus, Lauretanæque domus Gubernator ; deceſſitque in Recanatenſi Civitate, atque in Cathedrali tumulatus fuit. *b*

a Petri Georgii. *b* An. 1498.

XXIII 24. ANDREAS Pellius Fanẽſis creatus eſt anno 1471. Non. Septembris. Mortuus autem eſt 1477. de quo acta conſiſtorialia. Hic fuit Marchiæ pro Eccleſia Romana Generalis Locumtenens ann. 1476.

XXIV 25. HIERONYMVS Baſſus Roborcus Savonenſis, Sixti IV. ex ſorore nepos, Albigaunenſis antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1477. pauloque poſt adlectus eſt presb. Card. tit. S. Balbinæ, vulgo dictus Recanatenſis Cardinalis. Tempore hujus Epiſcopi, iterum Lauretana juriſdictio, ac Diœceſis, Recanatenſi juncta eſt, quam non ita pridem Sixtus IV. Pontifex inde divulſerat. Epiſcopale palatium à fundamentis reſtituit. Romæ deceſſit Epiſcopus Card. Sabinus 1507. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo.

XXV. 26. THESEUS de Cupis Romanus, é Monte Falco tamen oriundus, juriſconſultiſſimus, exorantibus Recanatenſibus, datus Pontifex eſt 1507. die 20. menſ. Octobris. Lateranenſi Concilio interſuit. *c* Hujus Epiſcopi conſenſu Leo X. Maceratenſem, Recanatenſemque diſiunxit Eccleſias, ea tamen lege, ut qui ſuperſtes fuiſſet, in ſe traheret viduatam Eccleſiam; cumque ſupervixiſſet Theſeus, utrique iterum Eccleſiæ jus Diuinum dixit. 1519. die 13. menſ. Martij. Deceſſit autem ſub Clemente VII.

c An. 1514. & 1515.

XXVI 27. ALOYSIVS Alexander Taſſus Bergomas, Avus maternus *d* illius immortalis nominis Poetæ Torquati Taſſi, ſublectus fuit Epiſcopus Recanatenſis die 16. menſ. Ianuarij 1516. Fato functus eſt 1519. die 13. menſis Martij.

d Petrus.

XXVII. 28. *e* DOMINICVS Cardinalis de Cupis, vulgo vocatus Cardinalis Tranenſis, à Clemente VII. cooptatus eſt Adminiſtrator Recanatenſis Eccleſiæ, illamque vario, pretioſoque Pontificali indumento munificentiſſimè locupletauit, Cathedralemque reſtauravit, in illam conferens quam plurima ornamenta. *f* Deceſſit 1553. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

e Ioannes. *f* An. 1535. dimiſit ... [illegible] *g* Macerata... [illegible]

29 IOANNES Clericus Gallus Sacræ Rotæ Auditor, die 25. Ianuarij 1535. Recanatenſium *g* Pontifex renunciatus eſt, ex cõſenſu Card. Tranenſis eadem, quã ſupra cõmemoravimus, lege, ut qui fuiſſet ſuperſtes, eas divulſas Eccleſias ſua ſub poteſtate haberet nouo fœdere junctas, unius rãtùm Paſtoris deinceps arbitrium præſtolaturas. E vivis Ioannes exemptus eſt, circa annum 1546. ejuſdemq; Eccleſiæ adminiſtratio ad eundem Cardinalem eſt devoluta.

XXVIII. 30. PAVLVS de Cupis Romanus Montis Peluſij Epiſcopus, Recanatenſi Eccleſiæ admotus eſt 1548. die 24 M. Februarij. (*ex ceſſione Card. de Cu*
„ *pis cum iure regreſſus. Interfuit Concil. Trident.*)

XXIX 31. PHILIPPVS Riccabella nobilis Recanatenſis, Maceratæ tantum Epiſcopus, 1546. die 27. menſis Ianuarij, deinde ex deceſſu Pauli, regreſſuq; quem ex convẽtione habebat, Recanatenſem ſedem obtinuit, ceſſitque Maceratenſem Sedem Cardinali de Cupis iure reſervari regreſſus. Tridentino Concilio interfuit, deceſſitque an. 1571. menſe Octobri, & cum ipſo, nobilis, antiqua Familia de Riccabellis ſunerata eſt.

XXX 32. HIERONYMVS Melchiorius nobilis Recanatenſis à Iulio III. Maceraten. tantum Epiſcopus dictus eſt anno 1553. (*1*) ex deceſſu Riccabellæ, Cardinaliſque de Cupis. Tridentino Concilio interfuit. Fato functus eſt 1583. 5. Kalen. Iunij Romæ, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Mineruam. Conſule Catalogum Epiſcoporum Maceratenſium.

XXXI 33. GALEATIVS Moronus Mediolanenſis, V. S. Refer. à Gregorio XIII. ſublectus eſt Recanatenſis, ac Maceratenſis Epiſcopus 1583. *h* die 19. menſis Iunij. Cæterùm Sixtus dictam Civitatem, dignitate Epiſcopatus ſpoliavit anno 1586. die 5. Martij, illamq. cum Maceratenſi, ac Tolentinate conjunxit, cum prius Lauretanam Eccleſiam inde divulſam erexiſſet in Cathedralem. Itaque Hieronymus *i* Epiſcopus fuit Maceratæ, ac Tolentini, quas duas Eccleſias idem Pontifex ſimul junxerat. Hic Maceratæ poſtremam diem obijt 1613. die 7. menſis Septembris, cum uſquè ad annum 77. produxiſſet ætatem. Recanatenſis autem Civitas ad quinque ferè annos manſit viduata Paſtore, cujus poſtea miſeratus Gregorius XIV. eidem priſtinam dignitatem reſtituit, eamque Lauretanæ Eccleſiæ junxit, in quo quidem fœdere, uſquè ad hanc noſtram ætatem perſeverat.

h 1591. *i* Galeatius.

34. RUTILIUS Benzonius Romanus Canonicus S. Mariæ in Vialata Epiſcopus ſecundus Lauretanus, poſt Recanatenſibus Epiſcopalem reſtitutam dignitatem, utriuſque Eccleſiæ fuit antiſtes. A fundamentis erexit, ac propemodum abſolvit Epiſcopale Palatium, decedenſque 1613. pretioſam Sacrario ſupellectilem legavit. Recanatenſique Capitulo 200. ſcutata, aliaque 200. Collegiatæ S. Mariæ de Caſtello Novo. XXXII.

35. Fr. AUGUSTINUS Cardinalis Galaminus Ordinis Prædicatorum *k* electus eſt Epiſcopus Lauretanus, ac Recanatenſis 1. die Februarii anno 1613. Hic deinceps translatus eſt ad Auximanam Eccleſiam; auratis contignationibus Cathedralem ſuffulſit, palatiumque Epiſcopale propemodum abſolvit, pretioſaque ſupellectili, picturatiſquè parergis exornavit: adoleſcentium Seminario domum, ſuffecturumque cenſum attribuit. Haud ſine lachrymis ejus populi inde abſceſſit, apud quem ea ſingularis pietatis opera effecerant ſpectatiſſimum. XXXIII.

k De eo plura apud Calcagnium in monumentis hiſt. Recinet. p. 34... ſicut etiã fusè egit de ſequentibus.

36. JULIUS Cardinalis Roma Epiſcopus Lauretanus, ac Recanatenſis declaratus eſt anno 1621. eaſdemque Eccleſias adminiſtravit uſque ad annum 1634 *l*. deinde translatus eſt ad Eccleſiam Tiburtinam. Hic munificentiſſimè aluit pauperes, cultumque Divinum, effuſis propemodum opibus, promovit, Cathedralem ornavit, ſacrariumque nobili ſupellectili locupleravit, chorum ad perſolvendum divinum penſum exſtruxit. Capituli cẽſum adauxit. palatiumque Epiſcopale extendit, Moniales S. Benedicti proprio cenſu juvit, ubi neceſſitas illas urgeret. Divæ Mariæ Aſſumptæ monaſterium exſtruxit, ubi ad divinum cultum deſtinatæ alerentur puellæ. Ita demum erga Recanatenſem populum paſtorem, patremque ſe geſſit, ut haud minus flebilis, quam anteceſſoris ſui populo illi acciderit ejus receſſus. XXXIV.

l Die 28. Aug.

37. AMICUS Panichius nobilis Maceratenſis, Sarſinæ antea Epiſcopus, ad Recanatenſem Lauretanamque Eccleſiam translatus eſt an. 1635. XXXV.

A D D I T I O.

(„ *Eximia cum laude præfuit uſque ad an. 1666. quo*
„ *fato ceſſit.*

„ HYACINTHUS *Cordella nobilis Firmanus,* XXXVI.
„ *Epiſcopus Venafranus, per obitum Amici ad has Ec-*
„ *cleſias transfertur 15. Decemb. 1666. quarum regimen*
„ *cum digniſſimè abſumpſiſſet, morte ſublatus eſt die 15.*
„ *Decembr. 1675. ſepelitur in Cathedrali. De eo Man-*
„ *doſius in Theatro Medicorum ſum. Pontif. p. 89.*

„ ALEXANDER *Card. Creſcentius Romanus* XXXVII.
„ *harum Eccleſiarum Pontifex declaratus eſt 26. Febr.*
„ *1676. Nobiliſſimi Creſcentianæ ſtirpis ſplendidiſſi-*
„ *mum germen Jo. Baptiſtæ, & Annæ de Maximis filius,*
„ *Petri Pauli Cardinalis Creſcentii nepos, à puero cum*
„ *cum literis pietatem hauſit, ut ſpretis omnibus, quæ ſibi*
„ *proſperè ex genere obvenire poſſent, Clericorum Regula-*
„ *rium Congregationis Somaſchæ habitum induit, hau-*
„ *ſitque in ea vivendi norma omnium virtutum fontes;*
„ *atiſque dum largiter effundit, ab Urbano VIII. ad*
„ *Termulanum Epiſcopatum aſſumptus eſt: inde ad Or-*
„ *tonenſem, & Campleaſem Eccleſias tranſire jubetur;*
„ *mox ad Bitontinam transfertur; cujus cum operam*
„ *maximè profuturam Romanæ Eccleſiæ inſpexiſſet In-*
„ *nocentius X. eum Nuncium Ordinarium legavit ad*
„ *Sabaudiæ Ducem, quo in munere cum detineretur, Bi-*
„ *tun-*

(*1*) Ex deceſſu Card. de Cupis · per obitum verò Riccabellæ Recanatenſem etiam deinde aſſecutus eſt. Utramque liberè dimiſit an. 1573. Romæ obiit Cameræ Apoſtolicæ Clericorum Decanus, & Protoctus ſignaturæ Juſtitiæ. De eo ſuſe Calcagnius in memoriis hiſt. Recanat. p. 141. *Laurentius.*

„ tuntina Eccleſia per Procuratorem poſſeſſionem iniit; „ ad quam deinde ſe tranſtulit expleto Nuncii opere, „ Neapoli aliquandiù detentus Quæſitoris fidei mune-„ re implicitus: at ſive abſens, ſive præſens eam piiſſimè „ rexit uſque ad annum 1668. quo liberè reſignavit, Ro-„ mæque ſubſtitit variis adhibitus in aula muneribus, „ Patriarchatu auctus Alexandrino die 19. Jan. 1671. „ Demum à Clemente X. dum Pontificatum gereret, A-„ poſtolici cubiculi præfectura decoratus eſt, & Presbyter „ tandem Cardinalis S.R.E. Tituli S. Priſcæ renuncia-„ tus die 27. Maii 1675. deinceps Recanatenſi, & Lau-„ retanæ Eccleſiis ſacrum jus dicere ab eodem Pontefice „ jubetur, quas cum per ſexennium rexiſſet, inque eis mo-„ derandis mirifice divinum cultum auxiſſet, tali mune-„ re ſe exolvit.

XXXVIII. „ GUARNERIUS de Guarneriis nobilis Auxi-„ manus, Signinus Epiſcopus, cedenti Cardinali Creſ-„ centio ſuffectus 16. Feb. 1682. omnibus virtutibus Præ-„ lato dignis ſibi commiſſo gregi præfuit, quem mors in-„ vida ſuſtulit die 29. Dec. 1689. dum Laureti conſiſteret „ ſeptem dierum febre conſumptus, poſt ſolemnes infe-„ rias in oſſuario Canonicorum ſepultus fuit.

XXXIX. „ RAYMUNDUS Ferrettus nobilis Anconita-„ nus J.U.D. Eccleſiæ Anconitanæ Archidiaconus, & „ Civitatis Lauretanæ Gubernator, ad has Inſulas vo-„ catus 10. Jul. 1690. ad Archiepiſcopatum Ravenna-„ tenſem tranſlatus eſt 9. Januar. 1692. ubi de meritiſſi-„ mo Præſule agemus.

XL. „ LAURENTIUS Gherardus nobilis Picenus „ de Monte Bodio I.U.D. & Prælatus U.S.R. qui in pri-„ mariis Pontificii dominii Civitatibus Gubernator ex-„ titit, & Viterbienſem dum moderaretur, electus eſt 8. „ Junii 1692. Epiſcopali in munere mirè claret, deque ſe „ ſpem præbet ad majora progrediendi. Luc.)

SALUTIENSES
EPISCOPI



SALUTIUM Pedemontana Civitas, Salutiani Marchionatus caput, nobiliſſimæ Aleranæ gentis per multa ſecula juriſdictio fuit, ſed ea gente extincta, ex deceſſu Joan. Ludovici filii Marchionis Ludovici, Regum Gallorum leniſſimum jugum accepit, ac mox ex commutatione Breſſiæ Provinciæ temporibus Henrici IV. Principibus Sabaudis obvenit, qui illum hoc tempore poſſident. Veteres Saluciam, alii Salutias appellarunt. Sita eſt non procul à Pado ad radices Alpium Cottiarum, vix 10. paſſuum millis à Veſulo monte celeberrimo remota in finibus Ligurum Bagienorum, ubi quondam ſtetit antiqua illorum Auguſta, & Romanorum Colonia. Plerique à ſalubritate cœli, alii ab aſcenſu, ſive ſaltu, ſive quod ad apicem collis, ubi antiquum fuit ejus caſtellum ex planitie perveniri non poteſt, alii à Saluviis, Salviis, vel Saliis Provinciæ populis, qui eam primi incoluerunt, nomen accepiſſe arbitrantur. Probabilior verò aliorum opinio, qui à Feſto Salicia per Salios Sacerdotes Romanos introducto, & in hæc uſque tempora ad antiquorum bacchanaliorum morem conſervato, ſic appellatam fuiſſe aſſeruerunt. In planitie primùm dempto caſtello, habitari cœpit; at poſtquam Marchionatus caput electa fuit circa annum 1200. ſuper collem, ubi nunc ſpectatur Forum, cum nova Arce ædificata, mœniſque cincta eſt; inde anno 1379. in ea, quæ nunc viſitur, forma redacta. Julius II. Pontif. Max. eam Civitatem Epiſcopali dignitate nobilita-

A vit, Eccleſiam S. Mariæ in Cœlum Aſſumptæ erexit in Cathedralem, quæ prius Eccleſia collegiata fuerat anno 1511. die 29. menſis Octobris, illamque ab omni juriſdictione exemit, Sanctæque ſedi immediatè ſubiecit, Margarita Foxia Ludovici Salutiarum Marchionis relicta intercedente. Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana narrat Salutienſem Eccleſiam erectam fuiſſe in Cathedralem à Sixto IV. ann. 1481. eidemque primum Epiſcopum deſignatum Federicum Ludovici Marchionis fratrem, qui jam ad Carpentoratenſem Epiſcopatum in Gallia fuerat electus. Sed hunc errorem acta conſiſtorialia redarguunt, idemque adſerunt, quæ nos ſupra ex fide retulimus. Cæterùm Salutienſis Cathedralis in ſuburbiis extra Civitatem exurgit, cujus 18. Canonici ſunt, inter quos numero ſex dignitates habentur. Curatoris animarum munus Archipresbytero detulerunt. Quinque Monaſteria Religioſorum ibi habentur, Conventualium S. Franciſci ſcilicet, S. Dominici, S. Auguſtini, Minorum de Obſervantia, & Capuccinorum: Tria

B item Monialium Monaſteria, ex ordine Ciſtercienſi duo, S. Claræ alterum: Xenodochium, duæque ſocietates hominum laicorum. Epiſcopus intra Civitatem domicilium habet: Diœceſis anguſtos habet cancellos, cenſuſque Epiſcopalis haud excedit 600. ſcutata monetæ Romanæ; in libris Cameræ ejus taxa eſt Flor. 300.

ADDITIO.

(„ Salutium circuitu ferè duorum mill. paſ. 4000. a-„ nimas continet. Cathedralis caret utraque Præbenda: „ in ea tamen adſunt etiam Sacriſta, & duo Clerici ad „ nutum Canonicorum amovibiles. Tam Canonicatuum, „ quam dignitatum fructus una cum diſtributionibus ſin-„ gulatim ſeptuaginta Scuta Romana non excedunt. Cu-„ ra animarum à Presbytero per Archipresbyterum „ deputato exercetur. Corpus S. Goffredi ſub Altare „ Majori quieſcit. In Urbe adeſt etiam altera Parochia-„ lis Eccleſia. Diœceſis porrigitur ad 69. loca cum 72. „ curis, inter quæ reperitur Carminiola cum inſigni Col-„ legiata. Taxa hujus Eccleſiæ eſt flor. 331. Annuus „ cenſus Scutorum Rom. 700. Luc.)

C Salutienſium Præſulum ſeriem, quam modo damus, ex actib. conſiſtorialibus ex fide depromſimus Epiſcopalis dignitatis erectio talis eſt tenoris, ex originali deſumpta.

IULIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRo excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum Principem, quanquam imparibus meritis, pari tamen authoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare Roman. Pontifici dignum arbitramur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, Divinus cultus efflorescat, ſubſequatur animarum ſalus, & loca humilia illuſtrentur; idque nos eo libentius agimus in iis locis, quibus benedicente Domino incolæ, & alij Chriſti fideles multiplicaſſe noſcuntur, ut propagatione novæ Sedis, & aſſiſtentia honorabilis Præſulis cum decenti miniſtrorum numero

D fideles ipſi in devotione perſiſtentes, & etiam devotionis hujuſmodi augmentum ſuſcipientes, æternæ felicitatis præmium, Deo eorum pium propoſitum adiuvante, faciliùs conſequi mereantur. Sanè oppidum Salutiarum Taurinenſis Diœceſis inſigne, & Marchione, aliiſque nobilibus, ac populo repletum, & in eo collegiata Eccleſia etiam inſignis ſub invocatione B. Mariæ, in ipſa Eccleſia ſeptem dignitates, quarum prima Decanatus inibi dignitas principalis eſt, & 12. canonicatus, & totidem præbendæ pro totidem perſonis canonicis fundati, erecti, & inſtituti ſunt, in ipſoque oppido plures aliæ Eccleſiæ, in quibus divina officia celebrantur, & in ipſo oppido perſonæ politicæ, boniſque moribus ornatæ ſunt, adeò ut ipſum oppidum nomine, & titulo Civitatis decorandum, & ipſa Collegiata Eccleſia B. Mariæ in Cathedralem Eccleſiam erigenda ſit. Quod etiam dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Margarita de Fuxo moderna Marchioniſſa Salutiarum ſuo, & dilecti filii nobilis Michaelis Antonii Marchionis Salutiarum e-

jus nati, & in minori ætate conſtituti nominibus hoc à A
nobis ſummopere petente, & nobis ſuper hoc humiliter
ſupplicante, unde nos præmiſſis, & nonnullis aliis rationa-
bilibus cauſis moti, volentes oppidum prædictū, & illius
incolas eorum meritis id exigentibus potioribus favori-
bus attollere, & honorabili munere confovere, habita ſu-
per hoc cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatio-
ne matura, de ipſorum fratrum conſilio, & de Apoſtoli-
cæ poteſtatis plenitudine, ipſum Oppidum in Civitatem
Saluciarū, ac præfatā collegiatam Eccleſiam B. Mariæ
in Cathedralem Eccleſiam, cum præeminentiis, honori-
bus, & privilegiis, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ de
jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent,
ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in fu-
turum ad Dei laudem, totiuſque ſanctorum, & Eccleſiæ
gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem authoritate
Apoſtolica tenore præſentium erigimus, creamus, & in-
ſtituimus, ipſumque Oppidum titulo Civitatis inſigni-
B *mus, ac Eccleſiam ipſam ſic in Cathedralem Eccleſiam*
erectam nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontifi-
cibus canonice intrantibus, & Sedi Apoſtolicæ imme-
diate ſubiectam eſſe volumus, & decernimus, eamque,
& illius Epiſcopum pro tempore exiſtentem à quorum-
cumq; Metropolitanorum, ſeu Archiepiſcoporū juriſdi-
ctione, ſuperioritate penitus, & omnino eximimus, di-
ctamque Civitatem, & illius diſtrictum, ac territorium,
necnon 50. loca in dicta Taurinenſi, videlicet Carma-
gnoliam, Dragoberium, Revellum, Verzolium, Man-
tam, Vellam, Novetam, Arpeaſcum, Coſſilioles, Venaſ-
cum, Brozaſcum, Iſachem, Melum, Fraxinum, Rule, S.
Petrum, Vallemmalam, Martignanum, Rivum Frigi-
C *dum, Gambaſcham, ſanctum fontem, Puyſamnam, Un-*
cium, Hoſtariam, Crizalum, Caſtellarium, Paguum,
Buondelum, Teomgnaſcum, Gerbollam, Villare, SS. Vi-
ctoris, & Conſtantii, Rochambernam, Carpignanum,
Moſcherias, Portare, Caſtrum, Dalphinum, Belinum,
Pontem Cavale, S. Damianum, Paglierium, Alma, Ce-
les, Stropum. Marmorē, Jannenū, Pratiū, Vxoliū, Ace-
liū, S. Michaelem, Eluam, Montemmaliū, Valgranum,
Montemoroinum, Pratum de Leves, Caſtrum Magnū,
& alia decem in Alben. ſcilicet Doliamum, Belvedere,
Marſaliam, montem Barcherium, Bonumvicinum, Ru-
dirum, Chiſſenum, Lecchium, Cameranam, Caſtilionū,
ac alia quatuor Caſtra, ſive Oppida in Aſtenſi Diœceſi
reſpective conſiſtentia, videlicet Valſenariam, Inſulam
Bellam, Baldiſerium, Fernaccaſium ad menſas Tauri-
nen. & Alben. ac Aſten. ſeu Epiſcopos Taurinenſē, Al-
ben. & Aſten. reſpective nunc, & pro tempore exiſtentes,
& de eorum Diœceſibus prædictis reſpective pertinētia
ab eiſdem menſis Epiſcopalibus Taurinenſis, Albenſis,
& Aſtenſis diſmembrantes penitus, & perpetuo ſeparā-
tes eidem Eccleſiæ, & menſæ Epiſcopali Saluciarū pro
illius Diœceſi in ſpiritualibus, & temporalibus prout ad
Taurinen. Alben. & Aſten. Epiſcopos pertinebant, per-
petuo applicamus, & appropriamus, ac Clerū, & populū
Civitatis, & Diœceſis, ac Eccleſiam Saluciarū prædi-
ctarū necnon. & juriſdictiones Epiſcopi Saluciarum pro
tempore exiſtentis quoad legē Diœceſanā, & juriſdictio-
nem perpetuo ſubiicimus, & ſubmittimus. Et quia mona-
ſterium Monialium S. Anthimi Ciſtercienſis Ordinis
D *dicta Taurinenſis Diœceſis campeſtre exiſtit, & mo-*
niales in eo ſub Regularibus inſtitutis, & religioſe prout
convenit, non vivunt, ac Decanatus in ipſa ſic erecta
Eccleſia dignitas principalis exiſtebat, & Decanus pro
tempore exiſtens mitra, & Baculo, & aliis Pontificali-
bus inſigniis utebatur, ipſum decanatum tam in eadem
collegiata, quàm in ipſa ſic in cathedralem erecta Eccle-
ſia de conſenſu illius Moderni Decani, in ipſo monaſte-
rio dignitatem Abbatiſſalem, & ordinem ipſum Ciſter-
cienſem penitus, & omnino & ſupprimimus, & extin-
guimus, ipſorumque Monaſterii qui 700., & Deca-
natus qui 100. florenorum auri de Camera forſitan red-
ditum, & provētus ſecundum communem æſtimationem
valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, ac etiam
ſuprascripta immobilia bona, videlicet prædia præfati
Michaelis Antonii Marchionis, & ad eum ſpectan-
tia, ſive tecta cum eiſdem prædiis, Caſſinis, & ædifi-
ciis ſitis ſuper finibus Carmagnolæ, ibi dicitur ad Tecta
domum Marchionis, ſive ad podium S. Martini Forna-

A *ciarum, ſive Stariorum, quæ 200. Menſuræ illarum*
partium ſub ſuis cohærentiis, ac juribus, & pertinen-
tiis, quæ ſunt redditus ducatorum 200. pro augmento
datis menſæ Epiſcopali Saluciarum hujuſmodi de con-
ſenſu dictæ Margaritæ Marchioniſſæ matris tutricis,
& adminiſtratricis præfati Michaelis Antonii cum il-
lorum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem men-
ſæ Epiſcopali Saluciarum etiam perpetuo applicamus,
& appropriamus. Ita quod liceat ex nunc Epiſcopo Sa-
luciarum, qui erit pro tempore, corporalem poſſeſſio-
nem bonorum Monaſterii, & Decanatus, ac prædiorum
prædictorum, & illorum jurium omnium per ſe, vel aliū
ſeu alios propria authoritate liberè apprehendere, &
tranſlatis dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa, & Mo-
nialibus dicti monaſterii ad aliud, vel alia Monaſteria
ejuſdē ordinis, ubi benevolas invenerint receptrices, ſeu
ſi ſe transferri noluerint, reſervata eis quoad vixerint
in dicto Monaſterio, & aſſignata congrua portione ex
B *fructibus dicti monaſterii pro earum victu, & veſtitu,*
ac neceſſitatibus ad bonum, & pium arbitrium genera-
lis ordinis ipſarum, & dicti Epiſcopi Salutiarum, qui
pro tempore erit, reliquos fructus bonorum, tam Mona-
ſterii, quam Decanatus, & prædiorum prædictorum in
ſuos, & menſæ Epiſcopalis Salutiarum prædictarum
uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia ſuper
hoc minimè requiſita: & inſuper ſtatuimus, & decer-
nimus, quod Archidiaconatus, qui in ipſa Collegiata
Eccleſia ſecunda exiſtebat, in ipſa nunc erecta Cathe-
drali poſt pontificalem major, & aliæ dignitates ordine
ſuo ſimiliter in ipſa Cathedrali Eccleſia, duodecimque
Canonicatus, & totidem præbendæ, & alia beneficia
C *ipſius Collegiatæ Eccleſiæ de cætero ſint in ipſa ſic ere-*
cta Cathedrali Eccleſia, & Archidiaconatus, & aliæ
dignitates, ac canonicatus, & præbendæ, ac beneficia Ec-
cleſiaſtica in ipſa antea collegiata Eccleſia nunc dicta
cathedralis Eccleſia erecta nominentur, & ſint, & eſſe
cenſeantur, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, &
indultis monaſterio, & ordini Ciſtercienſi, necnon
Taurinen. Alben. & Aſtenſi Epiſcopis præfatis ſub qui-
buſcumque tenoribus, & expreſſione verborum conceſſis
privilegiis, quibus etiamſi pro illorum ſufficienti de-
rogatione de illis, eorumque totis tenoribus præſentibus
ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, illis alias
in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpeciali-
ter, & expreſsò derogamus, cæteriſque contrariis qui-
buſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtræ erectionis, creationis, inſtitutionis, inſi-
gnitionis, voluntatis, conſtitutionis, diſmembrationis,
exemptionis, ſeparationis, applicationis, appropriatio-
nis, ſubjectionis, & ſuppreſſionis, extinctionis, ſtatuti,
decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temera-
rio contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſe-
rit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, &
Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum
Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1511. 4. Kal.
Novembris Pontificatus noſtri an. 8.



1. JO. ANTONIUS Roboreus, filius Bartholo- I.
mæi, Julii II. ſummi Pontificis propior affinis, ex
Canonico S. Petri Romæ adlectus fuit primus Salu-
tienſis Epiſcopus ab eodem Pontifice anno 1511, die
26. menſis Octobris, ut ex ſequenti ejuſdem Ponti-
ficis diplomate colligitur.

JU-

JULIUS PAPA SECUNDUS A
Dilectæ in Chriſto filiæ nob. mulieri Margaritæ de Fuxo Marchioniſſæ Salutiarum.

Dilecta in Chriſto filia ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PRo ſingulari charitate, qua inſignis memoriæ Ludovicum Marchionem Salutiarum virum, optimumq. conſortem tuum, teque, & communes filios ſemper ſumus proſecuti, deſiderio tuæ nobilitatis annuentes, patriam iſtam, oppidumque Salutiarum, quod Marchionatus caput eſt, & Dei benignitate viris, & opibus floret, Epiſcopali dignitate ornare decrevimus, & hodie in conſiſtorio noſtro Eccl. in Cathedralem, & oppidum in Civitatem ereximus, præfecimuſq; Eccleſiæ in adminiſtratorem, donec ad legitimam pervenerit ætatem, & deinde in Epiſcopum, & Paſtorem dilectum filium Jo. Antonium de Ruvere noſtrum ſecundum carnem affinem, ad laudem Dei omnipotentis, & incrementum devotionis iſtius Catholicæ patriæ, ut ex literis dilecti filii noſtri Antonii Cardinalis S. Vitalis tui, & iſtius Marchionatus Protectoris, & Barnabæ Pinelli, qui pro hac re apud nos indefeſſa ſedulitate inſtitit, intelliges. Da igitur Deo gratias, ac ſupplicationibus ſonitu campanarum & aliis ſignis lætitiam declarantibus. Ut autem tibi, & filiis tuis prædictis omnia proſperè cedant, erudi eos in Dei timore, & obſervantia, & devotione ſedis Apoſtolicæ cunctorum fidelium matris Eccleſiæ, quod te pro tua ſolita prudentia, & pietate facturam non dubitamus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 26. Octobris 1511. pontific. noſtri anno 8. B

Eam adminiſtravit Eccleſiam Jo: Antonius ad menſes 8. deinde in ſavorem fratris eo munere ſe exolvit.

II. 2. SIXTUS Roboreus Savonenſis, frater Jo: Antonii, ad hanc eandem ſedem ex ceſſione fratris adlectus fuit 1512. die 27. menſis Auguſti, Julio II. ſedente, eodemque die, ex ceſſione Cardinalis Agenenſis, prædivitem Abbatiam Cerreti Ordinis Ciſtercienſis commendatam habuit, Laudenſis juriſdictionis. Lateranenſi Concilio ſub X. Leone interfuit, deceſſitque Romæ 1516.

III. 3. JULIANUS Tornabonus nobilis Florentinus, Leoni X. charus, atque familiaris, molis Adrianæ præfectus, hujus Eccleſiæ Antiſtes adlectus eſt 1516. die 22. menſis Junii. Sub eodem Pontifice pluribus aliis muneribus perſunctus eſt, obtinuitque pro coadjutore Philippum Canonicum Florentinum cum ſpe futuræ ſucceſſionis; Qui cum poſtea non fuiſſet ſubrogatus Juliano, ante illum potuit deceſſiſſe: poſſeſſionem adeptus eſt anno 1519. 13. Julii, quo anno Synodum celebravit. Cæterùm Julianus cum privatæ, tranquillioriſque vitæ eſſet appetentiſſimus, Epiſcopali munere libens, volenſque abivit in ſavorem nepotis, qui proximè ſubſequitur.

IV. 4. ALPHONSUM Tornabonum Florentinum, filium Simonis, nepotemque Juliani, Clemens VII. ad hanc Sedem ſubvexit ann. 1530. die 16. menſis Septembris; qui cum illam Eccleſiam per 16. annos adminiſtraſſet, translatus deinde eſt ad Burgenſem Sedem à S. Sepulchro in Etruria 1546. de quo ibi.

V. 5. PHILIPPUS Archiotus Mediolanenſis a, celebris ſui ævi Juriſconſultus, ex Burgenſi Epiſcopo à S. Sepulchro ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1546. die 29. menſis Octobris. Ariminenſibus nomine Romanæ Eccleſiæ ſcripſit leges, miſſuſque à Paulo III. Bononiam eſt, ut celebrandi Concilii jaceret fundamenta, ſubque quatuor aliis Romanis Pontificibus Vicarius Romæ fuit cum laude prudentiæ. Quamobrem 1556. à Paulo IV. ad Mediolanenſem Sedem translatus fuit, ſumma omnium ordinum gratulatione. Conſule, quæ infrà de eo diximus in Archiepiſcopis Mediolanenſibus tom. 3.

a Hujus meminit Pallavicinus in hiſt. Conc. Trident. & Picinellus in Athen. Literat. Mediolanen.

VI. 6. CHRISTOPHORUS Archintus Philippi nepos, electus, ſed non conſecratus Epiſcopus anno 1556.

VII. 7. GABRIELEM Cæſanum Canonicum Piſanum, Catharinæ Mediceæ Gallorum Reginæ charum, Paulus IV. in ejuſdem Reginæ gratiam adlegit Salutienſem Epiſcop. 1556 die 16. menſis Decembris, vir morum probitate, & litterarum ſcientia clarus. Ex hac vita deceſſit anno 1568. jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Gabrieli Cæſano Piſis parentibus nobilibus orto, qui Latinis, Græciſque litteris politioribus excultus, atque philoſophiam, juriſque civilis ſcientiam egregie adeptus, non inſignes modo magiſtratus prudentiſſimè geſſit, ſed ob morum elegantiam, ac virtutum præſtantiam multis etiam principibus clarus, intimuſque extitit, à Clemente VII. Pont. Max. ad res magnas gerendas eſt in Angliam miſſus cum ampliſſimis Cardinalibus, Mediceo hujus Clementis ex patruele nepote, & Hippolyto II. Eſtenſi conjunctiſſimè vixit: demum a Pio Papa IV. Salutiarum Pontifex creatus, quum hic populos ab omni labe incolumes conſervare pro viribus ſtuderet, ſenio confectus, pretioſum animæ depoſitum, quam ſanctè, religioſeque cuſtodierat, Chriſto Servatori reddidit anno 1568. 6. Kal. Auguſti, vixit annos octo ſupra 70. menſes ſex, dies 21. Antonius Cæſanus avunculo amantiſſimo mærens poſuit.

8. Fr. IO: MARIA Tapparellus, Ioannis filius, ex Lignaſchi Dominis, Ordinis Prædicat. Theologus, Provincialiſque ſui ordinis in Inſubria, à Pio V. ad hanc Sedem ſubvectus eſt 1568. die 3. menſis Decemb. Annos 13. præfuit cum ſingularis laude probitatis. Clauſit diem poſtremam anno 1581. ſepultuſq; eſt apud S. Dominicum Salutii in communi fratrum cæmeterio, cum hac ab ipſo compoſita inſcriptione. VIII

D. O. M.

Joannes Maria Tapparellus ex Dominis Lignaſchi ad Epiſcopatum Salutiarum ex ord. Præd. Pii V. Pont. Max. beneficentia aſſumptus, religioſæ vitæ cultor, a communi Religioſorum ſui monaſterii ſepulchro nec in morte ſejungi, vivens elegit. Vixit annos LXV. Obiit die xxiv. Feb. MDLXXXI.

9. b ALOYSIUS Pallavicinus, Iulii Cæſaris ex Marchionibus Cevæ filius, hujus Eccleſiæ creatus Antiſtes 1581. die 17. menſ. Aprilis; poſt tres conſultiſſimæ adminiſtrationis annos tranſiit ad Eccleſiam Marſicanam 1583. IX.

b Ita

10. ANTONIUS Picoth Gallus, Monachus S. Benedicti Monaſterii S. Mariæ de Budatio Vivarienſis Diœceſis, poſtulante Henrico III. Gallorum Rege, à Gregorio XIII hujus Eccleſiæ Antiſtes ſublectus eſt an. 1583. die 8. menſ. Auguſti. Vir religione, pietate, ac ſcientia illuſtris, laudabiliter hanc rexit Eccleſiam, Diœceſim ſæpè viſitavit, Synodum celebravit, Seminarium in Civitate inſtituit, Moniales Rivifrigidi in valle Padi, ac S. Antonii in finibus Draconerii ordinis Ciſtercienſis degentes Salutias reduxit. Salutii defunctus eſt 1597. die 3. menſis Iulii, vacavitque hæc ſedes per 3. omninò annos, bellis civilibus præpedientibus electionem. Cæterùm cum inter Ducem Sabaudium, Gallorumq; Regem Breſiæ Provinciæ, Salutienſiſque Marchionatus conſecuta commutatio eſſet, æſtuſque ille bellorum deferbuiſſet, Picoth defunctus à Clemente VIII. Pontifice ſucceſſorem excepit. Iacet Picoth in choro Cathedralis cum hoc Epitaphio. X.

Illuſtri admodum, & Reverendiſſ. D. Antonio Pichot à Monte Mariæ in Delphinatu Sacræ Theologiæ doctori celeberrimo, qui cum munere concionatoris, & conſiliarii apud Henricum III. Gallorum Regem Chriſtianiſſimum, & apud Reginam Eleemoſynaris feliciter perfunctus eſſet, in eorum gratiam à Beatiſſ. Gregorio XIII. Pont. Opt. Max. ad Salutiarum Epiſcopatum evectus fuit, in cujus functione maximam clementiæ, & pietatis laudem conſecutus eſt. Deceſſit Non. Julii 1597. agens annum 60. D. Antonii Drugii ab Arania familiaris nobiliſſimi D. Baronis de Sadres D. Ternavexi nuncupati intima erga illum obſervantia mæſtiſſ. ære peculiari poni curavit.

11. JOANNES Iuvenalis Ancina c, Foſſani in Pedemontana regione, ex Durandó patre, Luciaqua XI.

c De quo tractat

Frethr. In Pinacotheca 1. p. 171. Roſſottus in Syllabo Script. Pedemon. p. 339. Ejus vitam Edidit Jacobus Bacchus an. 1671. Mand.

Arandina nobilibus parentibus natus eſt; qui tenerum puerum ad omnem pietatem optimis moribus inſtituendum curarunt, nobilibuſque diſciplinis montis Peſſulani excolendum miſerunt in Galliam; ubi cũ per aliquot annos egregios audiſſet philoſophos, gliſcentem jam Calvinianam peſtem execratus rediit in Italiam, montiſque Regalis ſtudiorum ſuorum curſum abſolvit. Poetica laude mirificè dicitur delectatus, quamobrem in eo genere edidit librum, cui Academiæ Subalpinæ titulum fecit, compoſuitque S. Mariæ Magdalenæ diluendis peccatis aſſumptum vitæ rigorem; deinde tranſiit Patavium, ut ſuis conatibus ultimam manum imponeret. Ibi ſucceſſivis horis opuſculum edidit inſcriptum, Naumachia Chriſtianorum Principum, quo Chriſtianorum Victoriam contra Turcas elegantiſſimè celebrabat. Taurini poſtea Medicæ artis lauream cunctis applaudentibus decoratus eſt, qua arte inſtructus adeo publico uſui fuit, ut in Taurinenſi Academia ipſam Medicinæ artem, honeſtiſſimo cenſu ſollicitatus, ſumma cum laude ingenii publicè profiteretur. Interea Federicus Madrutius legatus Ducis Sabaudiæ Romam profectus eſt, ſecumque Joannem Juvenalem honoris ergo deduxit; in cujus aula cum propemodum aulicus verſaretur, haud tamen ſui oblitus eſt, quin ſepoſitas horas habebat, quibus in Romano Collegio ſacræ Theologiæ operam dabat, cujus fontes ſub egregiis præceptoribus adeo largiter hanſit, ut jam aliis ſe poſſe præbere Doctorem videretur. Itaque nobilis ingenii, eruditique commendatione, in doctorum hominum familiaritatem ſe inſinuavit, Navarri ſcilicet, Marci Antonii Mureti, Achillis Statii, Franciſci Toleti, Roberti Bellarmini, qui poſtea Cardinales evaſerunt. Ex hac autem doctorum, & religioſorum Virorum conſuetudine effectum eſt, ut Juvenalis religioſos ſpiritus imbiberet. Romæ per id tempus florebat perſpicuis ſanctimoniæ exemplis Philippus Nerius Florentinus fundator Oratorii, cujus fama Juvenalis illectus, adivit ad virum cum conjunctiſſimo ſibi fratre, ejuſque primo alloquio ita captus eſt, ut haud ſacetè ejus ſocietati cum fratre dederit nomen, atque ad imperium S. Philippi pauló poſt factus ſacerdos, inter Oratorii Patres numeratus ſit an. 1578. prima die ineuntis Octobris, cum jam 33. ageret annos. Alumnos ejus Oratorii de ſuggeſtu Theologica imbuit facultate, miſſuſque eſt deinde Neapolim à S. Philippo, ut ibi novum Oratorium fundaret. Per decem annos inſtituit alumnos, qui Oratorio Neapoli dederant nomina, revocatuſque Romam, tantam gratiam apud Neapolitanos collegerat, ut vix ex eorum complexu ſe explicare poſſe videretur. Rediit tamen, accepitque à Sabaudio Duce, Octavoq; Clemente ſe deſignatum Epiſcopum Salutienſem, conatuſque eſt ſibi jam jam imponendam dignitatem fuga excutere, ſed ad preces Ducis, Pontificio urgente Imperio, vel nolens, atque reluctans, onus ſubivit, factuſque Salutienſis Epiſcopus eſt, anno 1602. die 26. menſis Auguſti; dieque 1. menſis Septembris ejuſdem anni à Camillo Burgheſio Cardinali, qui poſtea Pontifex Paulus V. appellatus eſt, inauguratus ſumma animi moderatione, humillimoque geſtu corporis, obtenti Epiſcopatus ſolemni ritu iniit poſſeſſionem anno 1603. die 6. menſis Martii. Cumque cleri ex colluvione bellorum fœdè prolapſos erudierat mores, ac ſacrilegum quendam gravius corripuiſſet, ab eo ſublatus veneno eſt, cum haud inſulſa conjectura ductus, ſancto Epiſcopo ſuperſtito, ſe ad illicita iterum non poſſe redire animadverteret. Senſit ſe Juvenalis ex aliena fraude perire, actiſque Deo ingentibus gratiis, quod ex alieno fraudolento commento, ſibi impeditum iter aperiret in Cœlum, beneque precatus hoſti, æquiſſimo animo vitam finivit, poſtrema die menſis Auguſti, ann. 1604. ætatis ſuæ 59. menſ. 10. dies 12. ſepulturam accepit in Cathedrali in lignea capſula, ante majus Altare, nulla proloquente inſcriptione. Habuit in ejus inferiis luculentam orationem pater Franciſcus Gicada Genuenſis, ex Ordine Prædicatorum Quæſitor fidei, defuncto plena decoris familiaritate conjunctiſſimus. Tum vivus, tum mortuus claruit miraculis, itaut temporibus Gregorii XV. Octavius Vialius ejuſdem ſucceſſor, illum in Beatorum album procuraverit referendum. Conſtat autem ſub initium Pontificatus Urbani VIII., Sacram Rituum Congregationem feciſſe poteſtatem condendi proceſſus de vita, & moribus hujus Præſulis, ut Apoſtolica ſanctione inter beatos poſſet adſcribi. Illius deinde corpus in ſacrarium tranſtulerunt, ædificato ad id marmoreo depoſito, ut deſide humore madida humo altius eſſet, ad corruptelæ eludendas injurias, cum hac inſcriptione.

Joannes Juvenalis Ancina Epiſcopus Salutiarum ætatis ſuæ anno 59. Epiſcopatus II. ad altare Dei mementote mei.

In B. Deiparam Virginem ſingularis pietatis ſtudio deflagravit. Statura procera fuit, ſubfuſco colore, nigro capillo, præſentia gravi, liberalique, quæ convenientium oculos, animoſque inextricabili benevolentiæ nodo devinciret; taliſque demum erat, qui in S. Philippi præcipuis Alumnis numeraretur, unde tot Purpurati, tot Præſules, ſanctimoniaque præſtantes viri, doctrinaque præcipui prodierunt, ac deinceps tanquàm à cœleſti ſchola prodibunt.

12. OCTAVIUS Vialius Taurinenſis, J. U. D, Metropolitanæ Eccleſiæ Vicarius Generalis, Juvenali Ancinæ ſucceſſit, poſt ejus ſedis interregnum 4. annorum, anno 1608. die 18. menſis Septembris. Hic Gregorii XV. temporibus, Urbanique VIII. procuravit anteceſſorem ſuum in beatorum numerum referendum. Itaque dum condendis proceſſibus conatus omnes intenderet, importuno fato corripitur anno 1624. 7. Decembris; ſepultus in Cathedrali hoc habet epitaphium. XII.

Octavio Vialio de Calcaneis Taurinenſi, Epiſcopo Salutiorum ætatis lxx. Epiſcopatus xvi. vita functo, Jo. Petrus Calcaneus Col; Sab. Conſ. ſtatus, precumque relator, ex ſorore nepos Mœr. PP. obiit 7. Decembris 1624. etiam pro me rogate.

13. AGAFFINUS Solarius, ex Comitibus Morettæ Epiſcopus Foſſanenſis, huc transfertur anno 1625. at morte præventus, poſſeſſionem adipiſci non potuit. (,, *Hujus meminit Roſſottus in Syllabo Scriptum Pedemontii.* Mandoſ.) XIII

14. JACOBINUS Marenchus montis Regalenſis, Archipresb. Eccleſiæ Collegiatæ Carmagnolæ, Theologus, Concionatorque inſignis, ab Urbano VIII. ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 1627. die 30. menſis Auguſti, poſſeſſionem adeptus 12. Decemb. ejuſdem anni; inde ad Nicienſem Eccleſiam transfertur 1636. a XIV.

a 1624. 18 Decemb. Luc.

15. PETRUS Bellinus Matthiis in Comitatu Bolongeii honeſtis parentibus natus, ob præclariſſima merita Taurinenſi Civitate donatus, J. U. ac ſac. Theol. doctor, Canonicus, ac Theſaurarius Eccleſiæ Ipporegienſis, diu ibidem publicè canonicum jus interpretatus eſt; ejus Epiſcopatus, mox Taurinenſis Metropolis Generalis Vicarius, diu ſumma omnium bonorum gratulatione prudentiſſimè eam Provinciam adminiſtravit. Tandem intuitu laborum, in gratiam Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ, Epiſcopus Salutienſis creatus eſt ab Urbano VIII, anno 1636. 3. die Martii, incredibili omnium gratulatione; poſſeſſionem adeptus eſt 4. idus Maii; exceſſit verò quinto Epiſcopatus anno, ſalutis verò 1641. prid. Non. Januarii, ætatis ſuæ 66. jacet in Cathedrali ante Aram principem cum hoc epitaphio. XV.

Petro Bellino Taurin. Epiſcopo Sal. ætatis lxvi. Epiſcopatus 5. extremo munere functo prid. Non. Januarii M. DC. XXXXI. Jo. Franciſcus Bellinus ex fratre nepos mœſtiſſimus poſuit. Nullius immemores veſtris expoſcito eandem Præſulibus veniam.

16. FRANCISCUS Auguſtinus ab Eccleſia b Salutienſis non minus ortu, quàm eruditione, cæteriſq; virtutibus nobilis, Nicolino Patre ex Comitibus Cervignaſchi natus 4. Octobris 1593. nobilioribus litteris eruditus, Romæ in publica Sapientiæ Academia, utriuſque juris lauream accepit an. 1615. Sacerdos, XVI.

b De eo Roſſottus in Syllabo Script. Pedemontii. Mandoſ.

& Pro-

& Prothonotarius Apoſtolicus in patriam ſe recepit, A
à ſacra Rituum Congregatione delegatus, ut Juvenalis Ancinæ Epiſcopi Salutienſis, fama ſanctitatis nuper defuncti, vitam ad informationem inquireret. Patriæ inde Generalis Vicarius diù, nec ſine laude, fuit. Caroli Emanuelis, Victoris Amadæi Sabaudiæ Ducum, ac Chriſtianæ Borboniæ Caroli Emanuelis II. Matris, ac Regentis hiſtoricus, & à ſecretis ad petitionem ejuſdem Ducilſæ, Salutienſis Epiſcopus ab Urbano VIII. delectus eſt die 14. Julii an. 1642. majorum virturum, & integritatis hæres, ſub quo tanto Antiſtite, Salutienſi Eccleſiæ omnia proſpera, & jucunda ſperare licuit. Ejus porrò humanitati, ac benevolentiæ hæc, quæ modo de hac Eccleſia ſcripſimus, me debere liberè fateor, & ultra profiteor, quæ humaniſſimè nobis communicavit, quod exemplum utinam plures imitati, ac æmulati fuiſſent Italiæ Epiſcopi. Cæterùm noſter hic eruditus Præſul ſcripſit, ediditque Catalogum Scriptorum, tùm Sabaudiæ, tum Pedemontanæ Provinciæ; Theatrum Mulierum doctrina illuſtrium; vitam Juvenalis An- B
cinæ Epiſcopi Salutienſis, aliorumque ejuſdem Eccleſiæ Epiſcoporum; relationem Pedemontanæ hodiernæ Regionis; ejuſdemque molitur Eccleſiaſticam Hiſtoriam, magnum ſanè opus, & omni laude digniſſimum, quod eruditus quiſque maxima cum voluptate deſiderat. Propriū enim eſt ejus nobiliſſimæ familiæ, doctos, eruditoſque viros, & in hiſtoriis verſatiſſimos in omni ſeculo gignere. Teſtes erunt Comes Ludovicus, & Franciſcus Scipio Epiſcopi noſtri Patrui, ille Senator Taurinenſis Pedemontanam hiſtoriam, aliaque opera edidit; iſte Monachus, & Abbas S. Mariæ Maceriarum in Burgundia, ac ſui Ordinis Ciſtercienſis in Italia Vicarius Generalis in ipſo ætatis flore extinctus ſcripſit ſui ordinis virorum illuſtrium vitas, ac lib. 7. vernacula lingua *della nobiltà delle donne*. Jacet in Abbatia S. Mariæ de Stafarda ejuſdem ordinis in Sabaudia; habet hoc epitaphium.

Franciſcus Scipio ab Eccleſia perilluſtri Salutiis familia, Ciſtercienſium ordinis profeſſor, Macarsarum ad Sequanos Abbas, & tetius ejus ordinis in Italia Vic. ſacra Theologia, ſacrive juris doctor, omnium ferè ſcientiarum peritia inſignis, octo ſuper viginti natus, obiit x. Kalendas Aprilis. Filio prædilecto Anna parens tumulum mœſtiſſima poſuit. M. D LXXVIII. C

ADDITIO.

(„ *Ætatem produxit Franciſcus uſque ad annum* „ *1663 quo ſui lachrymabile deſiderium fecit.*

XVII „ CAROLUS *Piſcina Salutiarum nobili ex gene-* „ *re Taurini natus J. U. D. & Salutiarum à multo tem-* „ *pore S. Inquiſitionis Conſultor, ad hanc Sedem aſ-* „ *ſumptus eſt 14. Januar. 1664. ætatis annum agens 46.* „ *quintum dum percurreret Epiſcopalis oneris, morta-* „ *lem ſarcinam deponit.*

XVIII „ Fr. NICOLAUS *Lepori ex Oppido Pici Aqui-* „ *natis Diœceſis Minervitani Conventus Romæ alum-* „ *nus, & in Ordine Prædicatorum Magiſter, inſignis* „ *ſui ævi Concionator, redimitus eſt Salutiarum Infula* „ *1668. 9. Aprilis. Paſtorale onus ſuſcepit ætatis annum* D
„ *agens 45 Eccleſiaſtica diſciplina amantiſſimus ver-* „ *bo, & opere ſuas oves uni Deo gratas efficere ſtuduit,* „ *denique ſibi commiſſa Eccleſia in plurimis beneficus,* „ *dum Romæ commoraretur in Conventu Minervitano,* „ *brevi morbo conſumptus piè obiit 21. Novemb. 1686.* „ *cadaver honorificè elatum ſepultum fuit in communi* „ *fratrum oſſuario. Ejus meminere Fontana de Rom.* „ *Prov. p. 331. & Toppius in Biblioth. Neapol. p. 222.*

XIX. „ Fr. MICHAEL *Ludovicus de Tevenardis no-* „ *bilis Salutienſis Ord. Prædicatorum Sacra Theolo-* „ *giæ Magiſter. Cum inter ſuos Regulares munia varia* „ *eleganter exercuiſſet, ad Inquiſitoratus gradum aſcen-* „ *dit Taurinæ Civitatis contra Hæreticam pravitatem;* „ *zelo Religionis, & flamma vera charitatis ſuccenſus* „ *Divinum ſibi devinxit Numen, & bonorum omnium* „ *conciliavit amorem: ad hanc Sedem tandem prove-* „ *ctus 31. Maii 1688. Singulari virtutum ſplendore ad* „ *omnem pietatem ſuum Gregem enutrivit uſque ad an-* „ *num 1697. quo extrema clauſit.*

„ CAROLUS JOSEPH *Morozza nobilis Pede-* „ *montanus è Civitate Montis Regalis Monachus Ci-* XX
„ *ſtercienſis Congregationis Italicæ Ref. S. Bernardi,* „ *juvenis politiores literas in Romanis ordinis ſeptis* „ *ſacris hauſit, & ex vivida indole Philoſophus, Theo-* „ *loguſque illuſtris evaſit, factuſque inſignis Concionator* „ *pro Quadrageſimali tempore Vaticanæ Baſilicæ ſug-* „ *geſtum conſcendit. Prior, & deindè Provincialis Pro-* „ *vinciæ Pedemontanæ, & Sabaudiæ, ac Abbas Gene-* „ *ralis totius Congregationis, & his egregiè peractis* „ *muneribus, cum in Aula Romana ſuæ Congregationis* „ *negotia expediret Procurator Generalis, Bobienſi Ca-* „ *thedra addictus eſt die 22. Decemb. 1693. ſed variis* „ *ſubinde controverſiis emergentibus, nunquam inita* „ *poſſeſſione, nec ſibi commiſſo Grege velà longè ſaluta-* „ *to, interim alius adhibitus in negotiis à Summo Pon-* „ *tifice, tandem de ejus perſona Salutienſi Eccleſiæ pro-* „ *viſū eſt die 27. Jan. 1698. Felices inter ejus amplexus* „ *exceptus, Diœceſim luſtrando ſacras literas explicans* B „ *de ſuggeſto paſcendo populum, ea in omnibus dexteri-* „ *tate ſe gerit, ut opus divinum perurgeat, & plebi ſuæ,* „ *& Duci Sabaudiæ ſummè charus ſit. Ingenii ſui plura* „ *congeſſit, edidit que in volumina monumenta.*

SIGNINI
EPISCOPI.



C
ANtiqua Civitas Signia inter Labicum, Anagniumque ſuper colle ab utraque Civitate ſex millibus tantùm diſtans, ſita eſt in Latio: cujus originem Dionyſius lib. 4. his verbis enarrat. *His pace, belloque geſtis, Coloniam Tarquinius deduxit Signiam, haud equidem conſulta opera, ſed caſu fortuito, cum in eo campo milites hibernantes, Caſtra ita communiiſſent, ut nihil ab Oppido differrent; ab inſignibus itaque illis, quæ in communitione Caſtrorum plantaverat miles, ſigna nomen invenit.* Item Livius ſcripſit in 5. libro. *His laboribus exercita plebe, quia & urbi multitudinem, ubi uſus non eſſet, oneri rebatur eſſe, & coloniis mittendis occupare latius Imperii fines volebat, Signiam, Circejoſq; colonos miſit, præſidia Urbi futura terra, marique.* Iterum autem illam Coloniam Romani fecerunt anno ab Urbe condita 259. Appio Claudio, Publioque Servilio Conſulibus, ut aſſerit idem Livius lib. 2. Tametſi Dionyſius velit fuiſſe factam Coloniam, Pub. D
Val. Publicola iterum, ac Tito Lucretio Conſulibus anno à fundata Urbe 246. Frontinus autem de Coloniis, *Signia, inquit, muro ducta Colonia à militibus, & Trium viris munita.* Meminit ejuſdem Plautus, Strabo, Plinius, Silius, Plutarchus, Martialiſque, dum Signini vini virtutes enarrat lib. 13. epigr. 116.

Potabis liquidum Signina morantia ventrem;
Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.

Plures antiquæ inſcriptiones in hac ſpectantur Civitate, inter quas ſequens Hadriani Imp. olim in Cathedrali effoſſa legitur apud DD. Lauros.

DIVO HADRIANO
MAXIMAE MEMORIAE
PRINCIPI
SENATUS POPULUSQUE SIGNINUS
QUOD OPERA REIPUBLICÆ
PROFUSA LIBERALITATE
DATA PECUNIA. T.. JUSSERIT.

Hæc Civitas cum aliis Latinis Civitatibus tulit

eandem belli, paciſque fortunam, quæ cum florente Romano Imperio floruerunt, cumque ejuſdem ruina exciſæ ſunt. Cæterùm hoc tempore, tametſi infrequens Incolis ſit, titulo tamen Ducatus ſub Cardinalis Antonii Barberini Eminentiſſimi Principia Urbani VIII. Pont. Max. nepotis Romanæ Eccleſiæ Feudatarii ditione, condecoratur. Conjectura eſt, jam inde ab Apoſtolorum prædicatione Evangelii luce fuiſſe illuſtratam, ſanctique Vitelliani Pontificis Patria fuit. Signinus Epiſcopus, unus ex antiquis Epiſcopis Romanæ Provinciæ eſt, qui immediate ſubeſt Romano Pontifici, inque illius ſuffraganeis numeratur. Hujus vero Urbis Eccleſia primaria, Deiparæ Virgini dicata eſt, quæ de novo in ampliorem formam reducitur. Non habet dignitatea, ſed 14. dumtaxat Canonicatus, & beneficiatos 4. adſunt in Civitate tres aliæ Eccleſiæ Parochiales, & extra mœnia totidem virorum Monaſteria, confraternitates tres, & duo hoſpitalia, mons Pietatis, & Seminarium *a*. Diœceſis ſatis anguſta eſt, cum 4. ſolummodo Oppida complectatur. Fructus taxantur in lib. Cameræ ad florenos 50. *b* verus valor aſcendit ad ſcuta 600. *c* ſeries illorum Præſulum, tametſi magna ex parte elumbis, eruta eſt ex illius Eccleſiæ antiquis monumentis, actibuſque Conſiſtorialibus.

a Seminarium, & mons Pietatis deſunt. *b* 40. *c* 550.

ADDITIO.

(„ *Nunc Signia, quæ duorum mil. paſ. circuitus eſt,* „ *atque 700. focolaria, & 5. mille animas enumerat, do-* „ *minum ex titulo Ducatus agnoſcit ex gente Sfortia. In* „ *ejus Cathedrali dignitatibus, Prabendiſque experte* „ *Cura animarum penes Capitulum eſt, & per Canoni-* „ *cum exercetur. Epiſcopus ſatis commodas ædes habet,* „ *& jus dicit quatuor Oppidis, ideſt* Valmontone, Mõ„ te Fortino, Monte Lanico, e Gavignano. *In his* „ *6000. circiter mortalium Anima. In Conſiſtorialibus* „ *expeditionibus hæc Civitas Segnienſis nomine adſtipu-* „ *latur, & facile confunditur cum altera item Segnien-* „ *ſis dicta ſub Spalatino Archiepiſcopo. Caterum & ex* „ *eo illoſtris eſt hac Civitas, quod Signia primum Or-* „ *gana, & Modulation es inventa fuere, quibus Romana* „ *utitur Eccleſia.* Luc.)

I. („ SANTULUS *primus, cujus mentio occurrat Se-* „ *gnienſium Epiſcoporum, præſens fuit Rom. Concil. ha-* „ *bito à Symmacho an. 499 pro quo impedito ſubſcripſit* „ *Fortunatus Epiſcopus Anagninus.* Luc.)

II. 1. JUSTUS Signinus Epiſcopus, ſub Symmacho Papa Concilio Romano interfuit an. 499. (1)

III. 2. JULIANUS (2) cuidam decreto Vigilii Papæ reperitur ſubſcriptus an. 551. tom. 2 Concil.

IV. 3. ALBINUS Lateranenſi Concilio interfuit, ſub Martino ſummo Pontifice an. 649. t. 2. Concil.

V. 4. GAUDIOSUS Sextæ Synodi Conſtantinopolitanæ (3) interfuit anno 680.

VI. 5. JOANNES inter Patres Romani Concilii *d* numeratus eſt ſub Zacharia Papa an. 745.

d An. 710. 743.

VII. („ JORDANUS *unà cum Andrea Praneſtino E-* „ *piſcopo adhibitus à Stephano IV. Pontifice, ut à furen-* „ *te Longobardorum Rege erueret Chriſtophorum Pre-* „ *micerium, & Sergium ſecundicerium, ut habet Anaſta-* „ *ſius Bibliothecarius in Vita Stephani an. 770.* Luc.)

VIII. 6. HADRIANUS Epiſc. Signinus ann. 806. in Conc. Rom ſub Eugenio II. apud Baronium.

IX. („ THEODORUS *ordinatus à Gregorio IV. cir-* „ *ca an. 830. ex Ivonis Præfat. in Decret.* Luc)

X. 7. BONIPERTUS vixit an. 853.

XI. 8. JOANNES Signinus fuit Epiſcopus (4) ann. 871. apud Baronium.

XII. (STEPHANUS *Signienſis interfuit Romano Con-* „ *ciliabulo contra Jo. XII. an. 963. ubi malè ſcribitur* „ *ex Librarii errore apud Baron. Senenſis. Senarum* „ *quippe in eo congreſſu locum tenuit Piſanus.* Luc.)

XIII. 9. * ROTBERTUS Epiſcopus Signinus, interfuit ſynodo à Benedicto IX. Romæ congregatæ 1015. de quo ſæpius ſupra, nec de eo alia extat memoria.

En Appendice.

XIV. 10. ERASMUS Concilio Romano interfuit ſub Nicolao Papa II. anno 1059. adfuitque conſecrationi Montis Caſini ſub Alexandro II. anno 1071. de quo Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 28.

XV. 11. S. BRUNO Epiſcopus, Divuſque tutelaris Signinorum, Aſte natus eſt ex familia Soleria nobiliſſima, Caſtelli Solerii domina. Andream, Syllamque habuit parentes. Primùm diſciplinis in monaſterio S. Perpetui Ordinis S. Benedicti, deinde Bononiæ excultus eſt, in quibus cum mirabiliter fuiſſet progreſſus, candoremque morum illibatum ſervaſſet, Aſtenſis Cathedralis cooptatur canonicus. Romamque profectus ſub Pontificatu VII. Gregorii, in publico Romano Concilio Berengarium, impiè de Sacramento Altaris ſentientem, diſputando repreſſit, profligavitque, ita ut à ſummo Pontifice honoris, ac celebris victoriæ ergo Signinus crearetur Epiſcopus. Quam quidem Eccleſiam ad multos annos ſapientiſſimè adminiſtravit, donec tranquillioris, vitæque contemplatricis deſiderio tactus, abdicato onere Monachum Caſinenſem profeſſus eſt 1104. in quo anno à Paſchali II Pontifice miſſus legatus in Gallias eſt, ubi celebrem Synodum celebraſſe narratur à Petro Diacono libro 4. cap. 33. cujus legationis frequenter meminit Ivo Carnotenſis. Reverſus deinde ad Clauſtrum anno 1107. ex deceſſu Othonis Abbatis, Caſinenſis Abbas omnium Monachorum conſenſu electus eſt id. Novemb. Præfuit ad tres annos, & menſes decem. Quibus exactis, cum inter ipſum, Paſchalemque Pontificem controverteretur, an præſtaret magis præeſſe Cœnobio, an Epiſcopali munere fungi, Pontificis reverentia victus, Abbatiali munere volens abiit, atque ad Signinam Eccleſiam rediit, quam ſumma pietatis laude deinde, ut prius fecerat, rexit. Scribebat autem Bruno in otio ſapientiam, ſiquidem hæc ejus M.SS. monumenta in monte Caſino adhuc viſuntur. In Geneſim lib. 1. in Num lib. 1. in Deuter. lib. 1. in Cantica Cantic. lib. 1. in Exod. lib. 1. in Jud. 1. in Pſal. lib. 1. in Iſajam lib. 1. in Apocal. lib. 1. Sentent. lib. 1. Sermones Dominicales, ac de Sanctis, Homiliæ diverſæ in uno contentæ volumine, in pſalmos aliam edidit expoſitionem, ut ipſe met fatetur in proemio: extat hujuſmodi expoſitionis codex M. S. forſan originalis, apud Abbatem Hilarionem Rancatum. Hanc vitam cum cœleſti commutavit ſub Callixto II. anno 1125. 15. Kalendas Auguſti. Cum autem, tùm in vita, tùm in morte innumeris propemodum inclaruiſſet miraculis, à Lucio III. Pontifice in numerum Beatorum relatus eſt, ut videre eſt, in ſubjecta inſcriptione marmorea, quæ ad perennem memoriam in Signina Cathedrali ſpectatur.

Memoriae Aeternabeati Brunonis, Quem Lucius III. Pont. Max. Card. & Epiſcop. convento Signeae in Eccleſia B. Maria, ubi defunctum corpus quieſcebat inter Sanctos juſſit adſcribi anno ab ejus abſceſſu LVIII.

S. P. Q. S.

Brunonis meminit Martyrolog. Romanum die 18. menſis Julii, Baroniuſque in ſuis ad idem Martyrologium notis *e*. Plura autem de eo Leo Oſtienſis in Chron. Caſinen. lib. 4. cap. 31. & in literis Paſchalis Papæ; anno vero 1226. Honorius III. Pontifex ſuis manibus S. Brunoni in Cathedrali dedicavit altare, ut ejuſdem vita in lucem emiſſa elapſis annis enarrat. At ipſe Bruno in eadem Cathedrali altare B. Mariæ conſecravit, ut antiqua fert inſcriptio.

e Oldoinus item in Ath. Ligust. Roſſottus de Script. Pedemont. Oudin de Script. Eccleſiaſt. p. 789. & Scipio in Elogiis Abbatum Caſinen. Mand.

Hoc Altare dedicatum eſt ad honorem B. Mariæ à Brunone Epiſcopo 5. Kal. Feb. de reliquiis SS. Matthæi Apoſt. Stephani Papæ, Callixti Papæ, Blaſii Epiſc. Sebaſtiani Mart. Alexii confeſſoris, Joannis Levitæ, Jacobi Interciſi, & Cæcilia Virg. & aliorum Sanctorum.

XVI. 12. TRASMUNDUS S. Brunoni ſucceſſit 1124. *f* Hic reperitur ſubſcriptus in bulla Honorii II. Eccleſiæ Piſanæ indulta 1126. Epiſcopatu mulctatus ab Inno-

f 1125.

(1) Ann. 501. 502. 504. ubi Signienſis & Signinus ibidem dicitur *Luc.*
(2) Secutus Vigilium Papam Conſtantinopolim confirmavit condemnationem Theodori Cæſarienſis an. 552. *Eorum.*
(3) Deſcribitur in ea Romana Synodo ſub Agathone, in qua actum fuit de Statu Britannicæ Eccleſiæ an. 680. menſe Octob. *Luc.*
(4) Hic ſubſcripſit Pſeudo Synodi Conſtantinop. condemnationi an. 868. *Luc.*

Innocentio II. tanquā Anacleti II. fautor ann. 1130.

XVII. 13. JOANNES Epiſcopus Signinus ſcripſit vitam S. Berardi Epiſcopi Marſorum an. 1130.

XVIII 14. JOANNES, de quo fit mentio in actis S. Brunonis, quod tertius poſt ipſum fuerit Epiſcopus, ac reliquias S. Brunonis Caſinenſibus monachis conceſſerit. Hujus Epiſcopi forſan temporibus ann. 1173. Signiæ in Cathedrali Alexander III. S. Thomam Cantuarienſem in numerum Sanctorum adſcripſit. Extat de hac re ibidem in marmore hęc exarata inſcriptio.

Memoriæ æternæ B. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, quem, Epiſcopis ex omni Campania, & Abbatib. Signiam accitis, Alexander III. Pont. Maximus ipſo die Purificationis B. Mariæ in divorum numerum retulit, & eorum in albo ſcribi juſſit.

S. P. Q. S.

XIX. 15. PETRUS creatus eſt ab Alexandro III. interfuitque Lateranenſi Concilio ann. 1179. Ob hujus Epiſcopi preces Clemens III omnia privilegia, quæ Romani Pontifices Signinæ Eccleſiæ aliquando indulſerant, confirmavit: ubi inter alia loca, hæc præcipuè numerantur Caſtella, Collis Medius, Matteloni-cus, Gabilianus, Plumbinaria, Valmontonius, Lacus, ac mons Fortinius, Datum Lat. 14. Kal. Januarii Ind. 7. anno 1188. Pontificatus I.* Id totum jampridem eidem Petro Epiſcopo Lucius III. contulerat ampliſſimo privilegio ann. 1182. quod cum multum faciat ad Signinæ diœceſis diffinienda confinia hic libenter damus, cujus exemplum ab originali deſumptum, contulit nobis Felix Contelorius vir clariſſimus, & eſt hujuſmodi tenoris.

* In Arch. S. a.

LUCIUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Petro Signino ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus in perpetuum.

Et ordo rationis expoſtulat, & Eccleſiaſt. utilitatis conſuetudo nos invitat fratres, & coepiſcopos noſtros ampliori charitate diligere, & commiſſas eorum gubernationi Eccleſias patrocinio ſedis Apoſtolicæ propenſius communire, quo ex ſuſcepti executione officij tanto vigilantiores poſſint ſemper exiſtere, quanto a pravorum incurſibus ſecuriores ſe viderint permanere. Ea propter ven. in Chriſto frater Epiſc. tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Signinam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia ſive in domibus, caſularibus, hortis, & puteis, ſeu in ciſternis, & canapines intra vel extra civitatem, aut in vineis, arboribus fructiferis, & infructiferis, ſeu in terris cultis, & incultis, nemoribus, pratis, aquis molendinis, & paſcuis, aut in alijs tam in montibus, quam in planitie in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs juſtis modis parante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. In civitate Signina Eccleſiam S. Petri cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſ. S. Luciæ cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſ. S. Stephani cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſ. S. Marci cum omnibus pertinentijs ſuis, in caſtro Collis medij Eccleſ. S. Mariæ cum omnibus pertinentijs ſuis, in caſtro Metellanici Eccleſ. S. Angeli, & Eccleſiam S. Petri cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Ægidij, & Eccleſiam S. Mariæ de Vacurijs cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Nicolai de Montenigro cum omnibus pertinentijs ſuis, monaſterium S. Mariæ de Roſeillis cum capella S. Margaritæ, & capella S. Archangeli de Gabiniano, & cum omnibus pertinentijs & libertatibus ſuis, in caſtro Gabiniani Eccleſiam S. Thomæ cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſ. S. Joannis de Monteſocale, Eccleſiam S. Mariæ de Archipresbytero, & Eccleſiam S. Valentini cum omnibus pertinentijs ſuis. In caſtro Plumbinariæ, Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Anaſtaſij, Eccleſiam S. Nicolai

A *cum omnibus pertinentijs ſuis, monaſterium S. Cæciliæ cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Barbaræ cū omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Salvatoris de Viculo, Eccleſiam S. Mariæ cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Anaſtaſiæ, Eccleſiam S. Georgij cum omnibus pertinentijs ſuis. In caſtro Vallismontoni Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Laurentij cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Joannis de Selva, & Eccleſiam S. Nicolai cum omnibus pertinentijs earum, Eccleſiam S. Zotici cum omnibus pertinentijs ſuis, monaſterium S. Mariæ in Silice cum omnibus pertinentijs, & libertatibus ſuis. In caſtro Sacci Eccleſiam S. Angeli, & Eccleſiam S. Ilarij cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Leonardi de Rocca S. Sylveſtri cum omnibus pertinentiis ſuis. In caſtro Montisfortini, Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Crucis, Eccleſiam S. Stephani cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Petri in verſa aqua cum capella S. Sylveſtri & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Archāgeli, & Eccleſiam S. Nicolai de Silva ceſpati cum omnibus*

B *pertinentiis ſuis. Hortum, qui eſt ante portam prædictæ civitatis Signinæ cum plagis, & longara, & omnibus utilitatibus ſuis. Canapinam majorem quæ eſt juxta viam, qua itur Anagniam, & eſt in pede placarum ſub vadi cum alta terra, quæ eſt ſupra ipſam Canapinam, & partem ſilvæ collis fenaltuli. Caſtra quoque collis medij, Metelanici, Gabiniani, Plumbinariæ, Vallismomont, Sacci & Montisfortini tibi tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopali jure ſubjacere decernimus, ſicut prædeceſſoribus tuis ſubjecta fuiſſe noſcuntur Terminos autem tui Epiſcopatus ſicut in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum contineri noſcuntur, & anteceſſores tui, & tu ipſe præſentialiter poſſides, præſenti ſcripto nihilominus confirmamus; libertates quoque rationabiles, quas habes. in feudatis, & hominibus tuis de Signia, ratas, & firmas manere cenſemus, ipſaſque prohibemus in poſterum temeritate qualibet violari. Interdicimus etiam, ut infra terminos eiuſdem Epiſcopatus nullus ſine aſſenſu tuo, vel ſucceſſorum tuorum ſalvis privilegiis Apoſtolicæ ſedis de novo Eccleſiam, vel capellam ædificare præſumat Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare,*

C *aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum. Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginā ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. I. C. quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Theodinus Portuen. & ſanctæ Ruffinæ Epiſc.

Ego Henricus Albanen. Epiſcopus

Ego Vivianus tit. S. Steph. in Cælio monte presb. card.

D *Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſ.*

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ in Tranſt. tit. Cal.

Ego Rainerius S. Georgii ad vel. aureum diac. card.

Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diaconus card.

Datum Veletri per manum Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancellarii 4. Non. Decemb. Ind. 1. anno incarn. Dom. 1182. Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno 2.

Interfuit Petrus conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ de Flumine, cum illam Jordanus Cardinalis de Foſſa Nova ſolemni ritu dicaret. Hujus temporibus Cathedralis abſoluta eſt, ut videre eſt in ſequenti inſcriptione, ſita propè majus Altare in marmorea tabula.

Anno domini. M.C.LXXXV. Tempore D. Lucii III. anno Pont. ſui IV. Tempore D. Petri Epiſcopi Signiæ anno X. Perfectum fuit opus Eccleſiæ cathedralis.

XX 16. BERNARDUS Epiſcopus Signinus, olim Monachus Caſinen. cujus dies obitus memoratur in antiquo Menologio montis Caſini IX. Kal. Maii.

XXI. 17. BARTHOLOMÆUS floruit anno 1254. extatque ejuſdem memoria uſque ad an. 1264.

XXII. 18. JOANNES, ad quem literas dedit Gregorius X. ſanctiſs. Pontifex anno 1270. 1. die Septemb.

XXIII 19. PETRUS ex Ciſtercienſi Monacho, antea Epiſcopus Lacedæmonien. ad Epiſcopatum Signinum aſſumptus eſt, anno 1281. 10 Kal. Febr. à Martino IV. ex reg. Vatic. epiſt. 92. fol. 23 cujus mentio extat anno 1285. in monumentis illius Eccleſiæ.

XXIV 20. BARTHOLOMAEUS ejuſdem Eccleſiæ Pontifex vivebat 1289.

XXV. 21. PETRUS Epiſcopus Signinus tranſlatus ad Anagninam Eccleſiam anno 1291. 4. idus Maii à Nicolao IV. ex reg. Vatic. epiſt. 181. fol. 31.

XXVI 22. JACOBUS ſucceſſit Petro anno 1291. 16. Kal. Octobris, à Capitulo electus, & à Nicolao IV. confirmatus, ex eodem regiſtr. ep. 417. fol. 83. exceſſit 1303.

XXVII. 23. PETRUS ex Capellano Cardinalis Albanenſis deligitur à Bonifacio VIII. anno 1303. 8. idus Julii, ex reg. Vatic. ep. 143. fol. 137.

B

XXVIII. 24. PETRUS floruit in eadem ſede 1309.

XXIX 25. Fr BARTHOLOMÆUS Bononienſis, Ordinis Prædicatorum, ad hanc ſedem ſublectus eſt anno 1321. tranſlatuſque deinde eſt ad Eccleſiam Comaclenſem anno 1333. Hujus meminit Paſchalinus Alidoſius de viris illuſtribus Bononien. Razziuſque de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum.

XXX 26. Fr. ARNOLDUS electus 1333. die 10. menſis Decembris, ex lib. proviſ. Prælatorum, tranſlatus ad Alerienſem Eccleſiam in Corſica anno 1345.

XXXI 27. Fr. GUILLELMUS („ *Ord. Eremitarum* „ *S. Auguſtini*,) ſedit 1345. 3. Kal Auguſti, ex Epiſcopo Alerienſi, ex reg. Vatic. epiſt. 61. obiit 1346.

XXXII. 28. Fr. PETRUS fuit adlectus anno 1346. 6. Kal. Julii, ex reg. Vatic. epiſt. 26. tranſlatus ad Bethlemitanam Eccleſiam 1347.

XXXIII. 29. GUILLELMUS Ribatis Epiſcopus Signinus, tranſlatus ad Venetien. anno 1348. 11. Kal. Novemb. epiſt. 286. fol. 140. ann. 7. lib. 3. electus 7. idus Januarii 1348. fuit Ordinis Carmelitarum, & Papæ Capellanus, ex reg. vatic. epiſt. 59. fol. 58.

C

XXXIV. 30. Fr. MICHAEL Matthiæ Ordinis Carmelitarum electus 1349. IX. Novembris epiſt. 238. fol. 113. An. 7. lib. 3.

XXXV 31. SIXTUS Clementis VII. Antipapæ partibus acceſſit, ut videre eſt in libro Solut. Prælat.

XXXVI. 32. THOMAS deceſſit 1396. ex lib. proviſ. Prælat. Bonifacii IX.

XXXVII. 33. Fr. ANTONIUS Ordinis Prædicatorum adlectus eſt 1396. 11. Kal. Januarii; deinde tranſlatus ad Eccleſiam S. Leonis in Calabria anno 1402. ex eodem lib. („ *Vide Fontanam de Rom. Prov.* p. 321.)

XXXVIII 34. NICOLAUS Civis Signinus, Terracinæ antea Epiſcopus, ad ſuæ patriæ Epiſcopatum tranſlatus eſt an. 1402. 15. Kal. Septembris. Anconitanæ Marchiæ Theſaurarius fuit ſub Innocentio VII Pontifice. Deceſſit die 14. menſis Novembris 1418. defunctumque Cathedrale Templum excepit.

XXXIX. 35. GREGORIUS ex Archipresbytero Valmontonenſi, adlectus eſt à Martino V. an. 1418. 11. Kal. Martii. Deceſſit 1421.

D

XL. 36. NICOLAUS de Aſpera ad Signinam ſedem ſubvectus eſt 1421. 15. Kal Auguſti; deinde ad Eccleſiam Terracinenſem tranſlatus eſt 1427.

XLI. 37. GREGORIUS antea Ceſaludenſis Epiſcopus in Patracenſi provincia, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 28. menſis Novembris anno 1427. de quo acta conſiſt.

XLII. 38. GARGANUS Verulanus anno 1430. die 20. menſis Martii ſolitum ſubſidium Apoſtolicæ Cameræ exſolvit: & forte hic ille idem Gregorius eſt, quem ſupra commemoravimus, cujus nomen ex injuria ſcriptoris in Garganum corruptè degeneraverit; ſiquidem in iiſdem temporibus Gregorium quendam reperio Signinum fuiſſe Epiſcopum.

XLIII 39. JACOBUS Zaneatus patria Anagninus adlectus eſt 10. die Januarii, anno 1433. Eugenio IV. Pontifice ſummo ſedente. Poſtremam diem clauſit 1443.

A

acta Conſiſt.

40. ANDREAS ejuſdem Eccleſiæ Pontifex adlectus 1443. die 29. menſis Julii. XLIV

41. Fr. PETRUS ANTONIUS Petruccius, Ord. Præd. Viterbienſis ab Eugenio IV. creatus 1445. 3. Kal. Septembris. Romæ deceſſit, tumulatuſque eſt apud S. Mariam ſuper Minervam, de quo acta Conſiſt. & hiſtor. S. Mariæ ad Gradus Viterb. XLV.

42. SYLVESTER de Piancha electus 1456. die 26. menſis Decembris; acta conſiſt. XLVI

43. PANUTIUS, ſive Panhutius de Comitibus anno 1468. cujus ſtemmata in bipartita parma fuere Aquila texellata aurea, & nigra in cæruleo campo, in ſiniſtra vero parte Leo cæruleus in aureo ſcuto. Deceſſit Panutius anno 1482. acta Romana. XLVII.

44. LUCIUS ſeu Lucidus Fazinius Maphæjus Romanus, vulgo Phoſphorus appellatus, vir doctrina clarus, peritiaque tum Græcæ, tum Latinæ linguæ percelebris à Sixto IV. Epiſcopus adlectus eſt anno 1482. die 19. menſis Auguſti. Deceſſit autem Romæ 1503. Hic ob ſimilitudinem ſtudiorum, Angelo Politiano, Hermolaoque Barbaro variæ literaturæ clariſſimis luminibus familiariter uſus eſt, ut eorundem epiſtolæ produnt, in quibus Lucium Facinum eruditiſſimum ſui ſeculi hominem appellant. XLVIII.

B

45. VICENTIUS Maſſa *a* Salernitanus Canonicus antea Neapolitanæ Metropolis, Lucio in Epiſcopatum ſucceſſit an. 1503. die 29. menſis Novembris: deinde ad Eccleſiam Cajacenſem tranſlatus eſt die 9. menſis Julii 1507. XLIX. *a* Mazza.

46. Fr. LUDOVICUS Viterbienſis Ordinis S. Dominici electus eſt anno 1507. die 9. menſis Julii. Lateranenſi Concilio interfuit ſub Julio II. E vivis autem exemptus eſt anno 1512. Conſule Seraphinum Razzium de viris illuſtr. Ordinis Prædicatorum. L.

47. JACOBUS anno 1517 *b* eodemque anno defunctus memoratur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ *c*. LI. *b* 1513. *c* interfuitque Conc. Lateranen.

C



48. VINCENTIUS ... anzis Faventinus, adlectus eſt anno 1513 Hic Referendarius utriuſque Signaturæ fuit ſub Hadriano VI. Septimoque Clemente; deceſſit autem 1528. („ *Interfuit Concil. Lateranen anno* 1514.) LII.

49. LAURENTIUS Grana Romanus Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, à Clemente VII. ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1528. die 3. menſis Junii. Poſtremam diem clauſit 1539. * Sepultus in Lateranenſi Baſilica, ubi in marmoreo tumulo hoc habet epitaphium. LIII. * Ex App. 1. 2.

D

D. O. M.

Laurentius Grana ſummus Orator hujus ædis ſacerdos Signiaq; Epiſcopus à Clemente VII. Pont. Max. a Paulo III. Parmæ Præf. ad Concil. Tridentinum Nuncius Apoſtolicus in Galliam, & Helvetios. Jo Paulo Grana patruele ejus ædis ſacerd. ord. curante. H.S. E. Vixit annos 45. m. 6. D. 11. Obiit Non. Septemb. 1539.

In ſacello vero Cathedralis S. Michaelis ab ipſo inſtaurato, exornatoque hac inſcriptione, ejus inſignia viſuntur piſces duo erecti argentei in cæruleo campo, quibus ſuperne flammæ tres ignitæ superſunt ex obliquo: inſcriptio verò eſt hujus tenoris.

Cæleſtis militiæ Principi ſacellum hoc dirutum, Laurentius Grana Epiſcopus Signinus reſtituit, & conſecravit anno Do-

mini

mini M. D. XXXIII. die xiv. Septemb.

Hujus cum laude meminit in ſua Italiæ deſcriptione Leander Albertus, („ *Et noviſſimè. Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. pag. 304.*)

LIV. 50. SEBASTIANUS *a* Anconitanus, Cameræ Apoſtolicæ Præſes, defuncto Grana, ſucceſſit anno 1539. anno verò 1541. translatus eſt ad Vicanam Eccleſiam in Regno.

a Benſilius. vide Sancinum in hiſt. Anconit. p. 51. Mandoſ.

LV. 51. Fr. BERNARDINUS Callinius Ordinis Minorum, ſublectus eſt anno 1541. die 10. menſis Januarii. Hic vitam S. Brunonis in lucem emittendam curavit, ac poſt annos 8. Epiſcopali munere ſe exolvit, hoc eſt anno 1549. die 12. menſis Julii.

LVI. 52. CAROLUS Traverſarius Faventinus, Paulo III. in paucis charus, ab ipſo electus fuit Epiſcopus die XII. menſis Julii 1549. ac poſt 7. annos Epiſcopali munere volens abivit, Romamque reverſus, ibidem deceſſit 1552. die 15. menſis Januarii, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo in marmoreo ſepulchro, in quo ejuſdem effigies inſculpta eſt, ac ſequens inſcriptio.

D. O. M.

Caroli Traverſarii Signinorum Epiſcopi oſſa ſub hoc lapide ad diem uſque noviſſ. melius cubant, anima interim ab hujus ædis ſacerdotibus in ara max. ſemel in hebdomada re divina expiatur, pro eoque heredes ære ex aſſe dempto ſuper montem fidei Almæ Urbis trecent. aur. proventus, quod ipſe vivens inſtituerat, eiſdem ad eum uſque diem piè aſſignavit. Vixit ann. lx. Obiit die xv. Jan. M. D. LII. eadem dies & ortum præbuit, & occaſum.

LVII. 53. AMBROSIUS Monticula *b* Lunenſis, hunc Epiſcopatum obtinuit à Julio III. anno 1550. inter Concilii Tridentini Patres numeratus eſt. Deceſſit autem 1569. Jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

b De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mand.

Hic Ambroſii Monticolæ Epiſcopi Signini ſita ſunt oſſa, qui vixit ann. lxx. Obiit die xi. Octobris M. D LXIX

Geſſit Monticula pro inſigniis ſcutum bipartitum, ubi in ſuperiori parte aurea rotunda Luna cum duabus lauri viridis coronis in cæruleo campo, in inferiori verò argentea parma, tres virides montes ſpectantur.

LVIII 54. Fr. JOSEPHUS Pamphilus Veronenſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, ſacræ Theologiæ Doctor, ac Pii V. Sacriſta, ab ipſo electus eſt 1570. 6 die menſis Februarii. Hic ſui ordinis chronicon ſcripſit. Deceſſit 1581. * Obiit Veronæ in patria, ut nos monuit Cozza Cottius Archipresbyter Veronēſis, vir tam generis nobilitate, quam omnigena doctrina clariſſimus, & de antiquitate optimè meritus, & in Eccleſia S. Euphemiæ ordinis ſui ſepultus hoc ante aram S. Nicolai habet ſemiexeſum epitaphium.

** Ex App. tom. 2.*

D. O. M.

Joſepho Pamphilo Epiſcopo Signino Patruo . . B. . . Jacobus & Michael Fratres . . P. Magdalena Pamphilæ, quæ vixit annos iij. menſ. x. & dies iij. obiit die xv. novembris M. DIC. Jacobus & Leonard. parentes Mœſt. P.

LIX. 55. JACOBUS Maſinus, *c* filius Alexandri Bononienſis I. V. D. à Gregorio XIII. creatus eſt anno 1582. die 20. menſis Novembris. Signiæ deceſſit anno 1602. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in Crucifixi ſacello: habet hoc epitaphium in marmoreo lapide, ubi ejus gētilitia ſtemmata ſpectantur, argentea phœnix ad aureum ſolem converſa in cærulea parma.

c De quo Galeottus de Viris illuſtr. Bononien. par. 1. p. 42. Mand.

D. O. M.

Jacobus Maſinus Bononienſis I. V. D. Epiſcopus Signinus benignè, ac juſtè hanc Eccl. moderatus per ann. xx. caſtus, & in pauperes munificus hunc locum ſibi vivens delegit. Vixit annos lxix. obiit die xi. Octob. M. DC. II.

LX. 56. Fr. ANTONIUS Guerreſchus *d* è Porceno in Etruria, Ordinis Minorum Conventualium inſignis Theologus, Senarum Inquiſitor, electus Epiſcopus anno 1603. Deceſſit 1605. menſe Octob. jacet in patria * in Eccleſia S. Martini ord. Minorum, ubi hæc inſcriptio proſtat legentibus ad parietem.

d De eo plura apud Theulum in Appar. Minor. l. 3. c. 4. Franchiſcum in Bibl. ... 61 & Gar... Caſt... Bononien. p. 24. Mand.

** Ex App. tom. 2.*

Fr. Antonio Guerreſcho de Procen. ord. Min. Con. Art. & Sacræ Theol. Doctori à Clemente VIII. fel. record. ob vitæ integrit. ſcientiarumque præſtantiam, ſtudio Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. D. Alex. Ducis Sfortiæ, & Leonoræ Urſinæ Ducisſæ Epiſcopo Signino creato, & per illuſtri & Excell. D. Hieronymo Guerreſcho I. V. D. Proceni Plebano, ac Reverendiſſ. D. Epiſcopi Suanen. Vicario Generali. Ad R. P. M. Jacobus Guerreſchus eiuſdem ord. & Patri optimo, & fratri amantiſſimo hoc grati animi monumentum poſuit. Anno D. M. DC. XVIII.

Scripſit Antonius, ediditque in Caſuum conſcientiæ nobile opuſculum, aliaque reliquit ſui ingenii monumenta.

57. JOANNES Ludovicus Paſolinius Faventinus, Monachus, ac Generalis Ordinis Camaldulenſium, à Paulo V. electus eſt anno 1606. die 20. menſis Februarii. Signinam rexit Eccleſiam, uſque ad annum 1625. deinde eo munere ſe exſolvit, fuitque ad multos annos Cardinalis Lenii Epiſcopi Ferrarienſis Suffraganeus, ac deinceps Cardinalis Magalotti ſucceſſoris. Faventiæ poſtremam diem clauſit die 5. menſis Aprilis, anno 1629. ſeptuagenarius, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Salvatoris. LXI.

58. LUDOUICUS de Apris *e* Tudertinus, Ludovico ſucceſſit die 28. menſis Auguſti 1625. Fato functus eſt 1632. dum ſibi concreditam Eccleſiam gubernaret. LXII.

e De Apris.

59. OCTAUIUS Urſinus Romanus Venafranus antea Epiſcopus huc translatus eſt 1632. 12. Kal. Octobris. Obiit anno 1640. LXIII

60. FRANCISCUS Romulus de Miletis Romanus electus die 8. Octobris 1640. Obiit anno 1643. die 7. Januarii ſepultus in Cathedrali. LXIV

61. ANDREAS Borgia Prænestinus, hujus Eccleſiæ Præſul electus ab Urbano VIII. anno 1643. Aprili menſe. * Romæ exceſſit in Cœnobio S. Mariæ de Populo die 17. Julii an. 1655. ibique terræ mādatus. LXV.

** Ex App. 15.*

62. GUARNERIUS de Guarneriis familia Auximana electus Epiſcopus Signinus die 25. Oct. 1655. LXVI

A D D I T I O.

(„ *Evaſit deinde ad Recanatenſem ſuæ Patriæ conterminam 16. Febr. 1682.*

„ FRANCISCUS *Maria Giannotti Romanus, I. U. D. huic Eccleſiæ attributus eſt die 4. Maii 1684. Eam, quam in Aula Romana in Iure dicendo, exercendoque integerrimè ſui opinionem excitaverat, factus Epiſcopus comprobavit, in propugnanda Sacrorum dignitate, accuratiſſimè in excitando ſibi commiſſas Oves ad Divinum cultum: obiit an. 1699.* LXVII.

„ HORATIUS *Minini Civis Tuſcanenſis in Etruria, U. I. D. Prothonotarius Apoſtolicus extra numerum Participantium, Prior Eccleſiæ Caſtri Morcellæ, Viſitator Abbatiæ S. Sophiæ, & Vicarius Apoſtolicus S. Severinæ, hac dignatus eſt Sede 1699. die 7. Septemb. ſexagenario minor: deceſſit 1701.* LXVIII.

„ PETRUS *Corbelli nobilis Fanenſis I. U. D. & utriuſque Signaturæ Prælatus Referendarius, Congregationis Apoſtolicæ Ponens, nec non Caſenatenſis, Ariminenſis, Faventinæ, Tiphernatis, S. Severini Sabinenſis, & Reatinæ Civitatum Pontificius Gubernator eximia cum laude fuiſſet, Signinus enunciatus eſt Pontifex 5. Decemb. 1701. ſeptuagenarius Luc.*) LXIX.

(„ *Obiit Fani an. 1708. 24. Junii, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Orphanarum cum hoc Epitaphio.*

„ Hic jacent oſſa Illuſtriſ. & Rev. D. D.
„ Petri de Corbellis Patritii. Fanenſis,
„ Utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N. Papæ Referendarii, ac Dei, & Apoſtolicæ
„ ſedis gratia Epiſcopi Signini. Pro ejus
„ anima orate.

„ PHILIPPUS *Michael Ellis Epiſcopus Ameliopolitanus in partibus Infidelium eidem ſufficitur translatus die 3. Octobris 1708.*] LXX

SORANI EPISCOPI.



IN antiquis Volſcorum Caſtellis Livius Soram repoſuit lib. 18. Plinius in primam Regionem viſus eſt rejeciſſe, quam Strabo in felici Campania vult collocatam. Ptolomæus autem inter Latina oppida connumerat. Cæterum commune penè arbitrium eſt, ad Samnites ſpectare, qui ſuperatis Volſcis, hanc illis Civitatem eripuerunt, hominibus ad 4. millia illuc miſſis, qui eam incolerent, unaque è Samnitum præcipuis coloniis fuit. Fabio Dorſone, Servioque Sulpicio Camerino Coſſ., hoc eſt anno 409. ab Urbe, condita, ante verò conditam ſalutem 344. hujus Civitatis antiquior mentio habetur. Cæterùm à Romanis illuc miſſa colonia etiam nobilitata fuit, L. Genutio, Servioque Cornelio Coſſ. anno à fundata Urbe 451. inque 38. coloniis, quas in Italiam Cæſar Auguſtus adduxit, numerata eſt, ut ſcribit Svetonius in Octavio Auguſto, refertque Frontinus de Coloniis, tum & Paterculus lib. I. clareque hoc ipſum oſtendit antiqua inſcriptio, quæ Soræ hoc noſtro tempore ſpectatur. Eorundem etiam Romanorum municipium fuit, ubi Proconſul ad jus dicendum fixum tribunal habebat. Præter citatos auctores, Soræ meminerunt Plautus, Diodorus, Juvenalis, Siliuſque Italicus. Supra Arpinum ſita eſt, villamque Ciceronis ad dexteram fluminis Lyris. Eandem cum Romano Imperio fortunam tulit, ita ut temporibus Gregorii IX. per flammas, perque hoſtilem impetum ſub Federico II. excidium paſſa ſit. Cum autem ex agri fertilitate citò excuſſiſſet ærumnas, ad priſtinam incolatum redit celebritatem, floretque hodie ſub Boncompagnæ clariſſimæ gentis Ducatus titulo, vel ex eo præter cætera decora, claraq; quod Cardinalem Baronium Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lumen protulerit. Denique in primis Romanæ Provinciæ Civitatibus fuit, quæ ad Evangelii lucem aperuit oculos jam inde ab Apoſtolorum prædicatione; poteſtque gloriari ſuorum maduiſſe ſanguine Civium, qui ad Martyrii lauream anhelantes, illum libentiſſimè profuderunt pro Chriſto. In quibus maximè enituit conſtantia S. Reſtitutæ Virginis protectricis, Divæque Tutelaris Soranæ Civitatis, quæ ſub Agatio Proconſule temporibus Aureliani Imperatoris per diverſa, exquiſitaque tormenta glorificavit Dominum, tyrannumque devicit, ſub quo, cum aliis quamplurimis Chriſti alumnis capitalem ſententiam narratur tuliſſe. Virginis fortitudinem Julianus martyr æquavit, qui Soræ anno 175. ſub Antonino Pio, illuſtri martyrii corona condecoratus eſt. Sorana Eccleſia antiquiſſima eſt, unaque è ſuffraganeis S. Romanæ Sedis, immediateque Romano ſubjecta Pontifici. Eccleſia verò Cathedralis patronam habet B. Mariam Virginem. Unicam dignitatem habet Primiceriatus, Canonicos novem, & quatuor a beneficiatos. Intra Civitatem, præter Cathedralem, 4. aliæ ſunt Eccleſiæ parochiales, inter quas ſunt duæ Collegiatæ. Eſt unum Monaſterium Conventualium S. Franciſci, alterum Monialium, Domus profeſſa Societatis IESV, unum Hoſpitale, & Seminarium 12. puerorum. Diœceſis eſt ſatis ampla. 23. continet oppida. Fructus taxantur 400. floren. verus valor 1200. ſcuta Romanæ monetæ. Epiſcoporum nomina, qui in Sorana ſede floruerunt, ob incendia, diraque bella ferè interciderunt, ita ut ij etiam, quos per ſummos labores expiſcati ſumus, in hiulca, dilumbataque ſerie male cohæreant.

A D D I T I O.

(„*In Sorana Cathedrali utraque Præbenda carente Animarum curam exercet Primicerius. Animæ in Urbe, quæ eſt circuitus unius & amplius milliarii, circiter* 5000. *Nobile Palatium ibi extat pro Epiſcopo. Præter S. Reſtitutam inter præcipuos protectores Soræ recenſet S. Dominicum ex ordine S. Benedicti Abbatem, qui plurium Cœnobiorum fundator, innumerabilium miraculorum patrator in monaſterio agri Sorani deceſſit, ubi ejus corpus requieſcit. Abbatia ſqualet ſub jure Commendatoriorium, cujus tamen curam retinent Monachi Ciſtercienſes Abbatiæ Caſæmaris. Gloriantur etiam Sorani tutela S. Juliani martyris Sorana Diœceſis latè patens eſt, & ultra* 30. *loca enumerat; quorum præcipua ſunt, terra Inſula, in qua extat Collegiata Eccleſia juris familiæ Boncompagnæ, & ubi Dux reſidentiam tenet: Arpinum populatiſſimum Oppidum, duabus Collegiatis Eccleſiis, totidem ſeptis monialium & tribus virorum illuſtre: Alvitum Gentis Galliæ Novocomenſis utilis Dominii.* Lucentius.)

1. AMASIUS Epiſcopus Soranus, cujus mentio extat in vita S. Reſtitutæ Virginis, & Martyris, per idem tempus, quo martyrium paſſa eſt, proculdubio vixit, ac floruit, hoc eſt anno 275. Poſt dies omnino 7. ex quo fuerat decollata, eidem Amaſio ſe obtulit per viſum rogans, ut tam ſuum, quam cæterorum Martyrum perquireret Corpora honorificentius ſepelienda. Fecit Amaſius, ſicut fuerat juſſus, inque Febrino Flumine Martyres invenit, quem hodie fluvium Carnellum appellant, haud procul à Sora, ibidemque honorificentiori loculo excepit Martyres, ubi poſtea ex largitate piorum Virgini S. Reſtitutæ conſecratum templum ſurrexit. I.

2. JOANNES, ad quem ſcripſit Gelaſius Papa, in *cap. tertium de conſecrat. diſtinct.* 1. Hic vixiſſe potuit anno 494. II.

3. SEBASTIANUS ſub Symmacho Papa interfuit 4. & 5. ſynodo Romæ congregatæ an. 502. („*&* 501. 503. 504.) III.

4. VALERIANUS in ſynodo Romana ſub Agathone Papa anno 680. apud Baron. (1) IV.

5. LEO memoratur in conſecratione S. Stephani Epiſcopi Cajacenſis anno 978. V.

6. JOANNES Avunculus Leonis Oſtienſis Epiſcopi, de quo idem Leo lib. 2. cap. 16. Chron. Caſin. Vixit anno 996. Hujus Epiſcopi temporibus, ſive alterius Joannis in Monaſterio B. Virginis Mariæ prope Soram S. Dominicus Fulginas defunctus eſt, ejus Monaſterii à ſe fundati ex largitate, opeque Petri Raynerii Comitis Soræ, Dodæque ejuſdem uxoris, Abbas anno 1031. die 22. Januarii, ubi & tumulatus eſt, Monaſteriumque de ejus nomine S. Dominici uſque ad præſens priſci dixere. Ejus Corpus ſub majori altare ejuſdem Eccleſiæ requieſcit, in eoque Monaſterio ab Honorio III., ſicut etiam in Caſæ Mari Verulanæ Diœceſis, introducti Ciſtercienſes fuere. Hujus Sancti vitam Cardinalis Albericus perſcripſit, deque eo ſparſim Card. Baronius narrat, hauſitque ab iis Ludovicus Jacobillus Fulginas ejuſdem vitã uberius perſcripturus. In cujus laudem ſat fuerit dixiſſe novem fundaſſe cœnobia, atque in quinque ſparſim locis multos ad eremiticam vitam inſtituiſſe. VI.

7. PETRUS interfuit conſecrationi Eccleſiæ Montis Caſini anno 1071. ex Lupo Prothoſpata. VII.

8. JOANNES Montis Caſini Monachus, Epiſcopus Soranus, dedicavit Eccleſiam S. Bartholomæi Montis Caſini anno 1073. 3. Non. Januarii (2) De eo. VIII.

(1) In Synodo citata Roſanæ, ſeù Roſſanenſis Eccleſiæ Epiſcopus Valerianus deſcribitur, & ita omnes Codices habent. Baronius ad an. præfatum n. 3. legendum cenſet Soranæ, eo quod Epiſcopi ibi adnotentur ſubſcripti ſervato ordine Provinciarum. Cum igitur Valerianus medius legatur inter Alatrinum & Signinum, adjudicandus videtur Aletrino & Signino finitimus, non autem Roſanenſis Calabriæ: additque nomen Valerianum ſatis commune fuiſſe tunc temporis Soranis, cum & ipſa Civitas à Juvenale Valeriorum Domus nuncupetur. Ughellus tamen ob hoc eodem Valeriano ipſum Roſſanenſium Præſulem recenſet, quod ſi hic Baronio aſſentitur, inde Valerianus expungendus eſt. *Luc.*

(2) In Regiſtro Gregorii Papæ VII. poſt Epiſt. 15. habetur ab eodem Pontifice inter alios conſecratum fuiſſe Joannem Epiſcopum Soranum anno primo ſui Pontificatus. Vide Harduinum Concil. ad an. 1904.

eo Leo Oſtien. in Chron. lib. 3. c. 32.

IX. 9. ROFFREDUS interfuit conſecrationi ararum Eccleſiæ S. Martini de Monte Caſino, eodem anno 1073. Chron. Caſ. lib. 4. c. 8. Lupuſque Prothoſpata anno 1090.

X. („ *GOFFRIDUS Epiſcopus Soranus nuper prodit ex Diplomate Paſchalis II. nobis tranſmiſſo, & fideliſſimè deſumpto ex authentico exiſtenti in Archivo hujus Eccleſiæ, quod Diploma, cum Diœceſis hujus jura contineat, licet injuria temporum mutilum, & exeſum, illud hic tranſcribere placuit.*

„ *Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei Vener. Fratri Goffrido Sorano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus.. Populum.. ſicut injuſta petentibus nullus eſt tribuendus effectus.. petitioni tuæ, frater in Chriſto cariſſime, præſentibus annuentes, ad perpetuam s. Soranæ Eccleſiæ pacem, ac ſtabilitatem præſentis decreti ſtabilitate ſancimus, ut univerſæ Parochiæ fines, qui à Parochianis ante eum juribus ſuis uſque hodie poſſeſſi ſunt, ita omninò integre tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus in perpetuum conſerventur; qui videlicet fines verſus fundum, & criptam latronis, inde in terminum ceteninam, inde intro, & inde.. Soranam, inde in Sangrum, inde in Vallem Regiam, inde in Alfedenam, inde in Veſtiam, inde in Saviram Aniſtri, inde in Petram Rectam, inde in Coaciam, inde in Subforatum, inde in Pontem Fractum, inde in Montem Cornetum, inde in Campum Ronſium.. inde in Petrã Malam, inde in Terram de Piro, inde reditum ad præſcriptum Collem.. intra quos fines in Oppidis omnibus, & Villis, & Monaſteriis, & Eccleſiis tibi, tuiſque ſucceſſoribus jus Epiſcopale ſancimus... Cum itaque proprietario jure ad Soranam Eccleſiam pertinere noſcuntur, tibi, tuiſque ſucceſſoribus... quieta ſemper, & integra permanere decernimus... Caſtellum Inſula cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam s. Laurentii, &.. Eccleſiam s. Pauli in Campo, in Arpino plebem s. Mariæ, & plebem s. Archangeli in Caſtello.. Eccleſiam s. Mariæ, in Sora plebem s. Reſtitutæ, Eccleſiam s. Laurentii, Eccleſiam s. Luciæ, Eccleſiam s. Viti in Carpello, Eccleſiam s. Petri... duo Molendina in flumine Liridis, & unum in Carnello, in Valle Sorana Eccleſiam s. Petri; & s. Donati.. plebem s. Mariæ, Eccleſiam s. Savini.. Eccleſiam s. Mariæ de Campo, s. Urbani, Eccleſiam s. Mariæ de.. Eccleſiam s. Mariæ de Piceniſti in Atino, Eccleſiam s. Mariæ, s. Petri, s. Sylveſtri, s. Mauri, s. Angeli de.. tria Molendina in flumine Melfi cum ſuis pertinentiis. Item extra Atinum Eccleſiam s. Martiani. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere vexare, perturbare, & poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integre obſerventur &c.*

„ *Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

„ *Dat. Lateran. per manum Joannis s. Rom. Eccleſiæ Diac. Card. ac Bibliothecarii 5. Id. Februar. Ind. 3. Incarn. Dom. an. 1110. Pont. autem D. Paſchalis II. PP. an. undecimo.*

„ *Ex hujus Diplomatis anno rectè crediderim præſignatum Goffridum alium omnino eſſe diverſum à Roffredo proximè ante ipſum enumerato, cum inter utriuſq; mentionem 40. ferè annor. decurſos intercedat.*

XI. 10. LANDULPHUS, Monachus Caſinenſis, & Epiſcopus Soranus anno 1162. obiit apud Arpinum. Cujus dies obitus memoratur in antiquo Menologio ejuſdem Monaſt. 3. Kal. Septembris; de eo mentio in Chron. Ceccani.

XII. 11. CONRADUS Archiepiſcopus Moguntinus a à Friderico Æneobarbo, tanquam Alexandri III. Pont. Max. fautor, depulſus è ſede Romam venit, atque ab eodem Pontifice creatus Epiſcopus Card. Sabinus, Soranæ etiam Eccleſiæ Adminiſtrator adſcitus eſt, ut refert Chronic. S. Mariæ de flum. de Ceccano. Hoc anno 1167. Epiſcopatus Soræ conceſſus eſt Conrado, qui fuerat Archiepiſcopus Moguntinæ Civitatis. („ *Sorano Procuratori, & Canonicis ſcribit Alexander III. c. Veniens de ſpõſ. & matr.*)

a Inde Saliſburgenſis, Comes à Vvitelſpach.

XIII. 12. N. Epiſcopus Soranus ab Honorio conſecratus anno 1221. ex reg. Vat.

XIV. 13. VVIDO ſub IX. Gregorio Campaniæ Legatus anno 1238. à Federico II. Imperatore diuturna perſecutione vexatus, deturbatuſque de throno, ſuæ Civitatis ærumnas, excidiumque hauſit oculis; exulque demum fato conceſſit, cum ubique, & ſemper Gregorii IX. ſummi, verique Pontificis, ex fide partes foviſſet. Hujus Præſulis meminit Chronica Gerardi de S. Germano.

XV. 14. PETRUS Cajetanus electus anno 1252. ab Innoc. IV. ad Tudertinam Eccleſiam translatus 5. Kalendas Junii anno 9. ex reg. Vatic. epiſt. 292. fol. 161. Hic Bonifacii VIII. Papæ patruus fuit.

XVI. 15. M. LUCAS electus ab Innocentio IV. confirmatur anno 1254. Pontificatus XI. 14. Kal. Januarii, epiſt. 322. fol. 39. regeſt. Vaticani.

XVII 16. PETRUS Gerra Ferentinas, Patriæ ſuæ Canonicus, atque Archidiaconus Eboracenſis, à Clemente IV. creatus eſt Epiſcopus an. 1267. 12. Kal. Maii, rejecta electione Capituli de perſona Abbatis Caſæ Marii Ordinis Ciſtercienſis, ex regeſt. vatic. epiſtola 11. fol. 135. atque à Nicolao III. die 2. menſis Auguſti 1278. ad Reatinam Eccleſiam translatus, qui etiam montis Regalis titulo in Sicilia inſignitus eſt, Aquilejenſiſque Patriarchatus dignitate fulſit.

XVIII 17. ANDREAS Petro ſucceſſit 1278. in Soranam Eccleſiam, ejuſdemque in Reatinam fuit ſucceſſor 1286. die 6. Kal. Auguſti, ex regeſt. Vatic. ep. 70. fol. 147. Soranæque Eccleſiæ ſuperior Petrus Adminiſtrator cooptatus eſt, cum Montis Regalis Pontifex eſſet.

XIX. 18. NICOLAUS 1295. translatus ad Theanenſem Eccleſiam eodem anno 1295. à Bonifacio VIII.

XX 19. ANDREAS Maſaronus de Ferentino electus anno 1295. 5. Idus Auguſti à Bonifacio VIII. ex regeſt. vatic. epiſt. 321. fol. 77. Hujus habetur mẽtio in regeſt. Regio Neapolitano uſque ad annum 1321. Hic ſumma diligentia antiqua monumenta ſuę Eccleſiæ in unum collexit librum, qui ajunt in archivo ejuſdem Eccleſiæ aſſervari.

XXI. 20. JACOBUS anno 1324. ex lib. Proviſ. Præl.

XXII. 21. FRANCISCUS floruit 1348. ex eod. lib.

XXIII 22. ANGELUS de Ricaſolis nobilis Florentinus Bindacii filius, Canonicus Cameracenſis, electus Epiſcopus Soranus, defuncto Franciſco, ab Innocentio VI. anno 1355. 2. Non. Septembris, ex regeſt. Vatic. epiſt. 31. fol. 51. libr. 2. Pont. anno III. translatus inde ad Averſanam Eccleſiam ann. 1357. 2. Non. Martii; poſtea fuit Epiſcopus Florentinus.

XXIV 23. ANDREAS electus ex Archidiac. Averſano an. 1358. 14. Kal. Aprilis, ex reg. Vatic. epiſt. 20. fol. 24. anno 6. Innocentii VI. lib. 1. Obiit 1364.

XXV. 24. MARTINUS b Calmenſis c Epiſcopus huc translatus anno 1364. 5. Kal. Januarii, lib. 24. ex reg. vatic. Altare majus Cathedralis Eccleſiæ conſecravit 27. Octobris anno 1373.

b Al. Marinus.
c Carinulenus.

XXVI 25. PETRUS ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes 1378. Fato functus eſt 1397.

XXVII. 26. COLA Franciſcus Jacobi, cum Canonicus eſſet Soranæ Cathedralis, 22. annorum juvenis electus eſt Epiſcopus 1397. 3. Id. Aprilis, qui, cum pollicetur ſe ſolitum ſubſibium Cameræ Apoſtolicæ ſoluturum, Nicolaus Franciſcus appellatur, quod ipſum nomen cum primo omninò coincidit, niſi quod illud primum de more gentis ſincopatum effertur. Deceſſit autem anno 1399.

XXVIII. 27. JACOBUS primum Aquinas Epiſcopus ad Eccleſiam Soranam transfertur anno 1399. Id. Auguſti; anno verò 1404. ad Eccleſiam Aſſiſinatem translatus eſt

XXIX 28. ANTONIUS de Portiano Alatrenſis, Montis Flaſconis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1404. 4. Kal. Martii.

XXX. 29. JACOBUS, ac fortaſſe idem, quem paulò ante commemoravimus, qui cum translationi ad Aſſiſinatem Eccleſiam non fuiſſet aſſenſus, Eccleſiam ſibi ſemel concreditam ſtrenuè gubernavit. Reperitur enim anno 1406. die 28. menſis Octobris ſolitum ſubſidium Cameræ Apoſtolicæ adpromiſiſſe. Hic

Ja-

A Jacobus ſub V. Martino Altariſta cooptatus eſt majoris altaris Baſil. Principis Apoſtolorum. Deceſſit autem 1420.

XXXI 30. JOANNES de Monte Nigro adlectus eſt à Martino V. 1420. die 4. menſis Decemb. Molis Hadriani S. Angeli fuit Præpoſitus 1423. ex libro Theſaurariæ Apoſtolicæ.

XXXII. 31. PETRUS de Caeciantibus anno 1456. Conſtitutiones nonnullas ſynodales confecit, quæ adhuc extant.

XXXIII.

XXXIV. 32. ANTONIUS Navellus Soranus Petro ſufficitur anno 1457.

XXXV. 33. ANGELUS, anno 1465.

34. ANTONIUS de Lavis anno 1467.

XXXVI. 35. PETRUS de Lavis electus eſt à Sixto IV. anno 1472. 16. Kal. Decembris.

XXXVII. 36. PETRUS Lopus Tiburtinus Petro ſucceſſit 1479. 16. Kalend. Octobris. Fratrem habuit Angelum Epiſcopum Tiburtinum præmortuum, quem in Tiburtina Cathedrali ſepelivit, eidemque cœnotaphium poſuit anno 1485. ipſe verò Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1503. pauloque poſt defunctus in B patria juxta fratrem humatus eſt.

XXXVIII. 37. MATTHÆUS Mancinus *a* Veliternus adlectus eſt ex ceſſione Petri 1503. 7. menſis Junii. E vivis exemptus eſt 1505. cum Eccleſiam ſuam vigilantiſſimè adminiſtraret. In Matthæum ſequens cecinit epigramma Antonius Mancinellus Veliternus lib. epigrammaton.

a Ejus honorifica mentio apud Theulum in hiſt. Velit. p. 194. Mand.

Proſper erat Matthee pater Mancine vocatus,
Sed tu proſperior rite vocandus eras.
Clarus erat genitor veneranda ſtirpe creatus,
Moribus, & claro nomine factus eques.
Clarior ipſe tamen doctrina juris utriuſque,
Qua tibi ſunt Latio vix duo, treſve pares
Additur & pietas, clementia, copia rerum,
Eſt & amicorum copia nobilium.
In quorum numero vel Mancinellus haberi
Exoptat, jubeas, allice, gratus erit.

XXXIX. 38. JACOBUS de Maximis Romanus *b* adlectus eſt anno 1505. 8. menſis Auguſti. Hic deinde tranſlatus eſt ad Epiſcopatum Civitatis Ducalis an. 1511. 12. menſis Decembris. An. verò 1508. Carmelitanis C fratribus conceſſit Eccleſiam S. Mariæ de Forma ſub annuo cenſu duarum librarum ceræ.

b Maximus de Ponte Corvo.

LX 39. BERNARDU Rogerius ejuſdem Civitatis Civis, Epiſcopus dictus eſt anno 1511. 22 menſis Decembris. Hic Lateranenſi Concilio interfuit ſub Leone X. anno 1515. (& anno 1512.)

XLI. 40. FERDINANDUS *c* ultro munere Epiſcopali abivit 1530.

c Ultimo.

XLII. 41. HADRIANUS Cameracenſis Belga, à Clemente VII. adlectus eſt anno 1530. 21. menſis Octobris. Defunctus autem eſt anno 1531.

XLIII 42. BARTHOLOMÆUS Ferratinus Amerinus Epiſcopus dictus eſt anno 1531 9. menſis Novẽbris. Ad Cluſinam deinde Eccleſiam tranſlatus eſt.

XLIV 43. ALEXANDER Card. Farneſius, is ille, qui poſtea Pontifex renunciatus Paulus III. appellatus eſt, Soranam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1533. quam curam deinde depoſuit anno 1534. D die 24 menſis Aprilis, paulòque poſt Apoſtolicam ſedem conſcendit. Ad eundem Farneſium Cardinalem ante Pontificatum, dum Soranæ Eccleſiæ jura teneret, Epigramma, quod legitur, ſcripſit Hieronymus Borgæus, futurus inde Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis.

Romulidum princeps procerum, tantique Senatus.
Gloria Farneſi, Pieridumque parens,
Quo nomen, laudeſque tuas, quo carmine dicam?
Carmina ſunt meritis noſtra minora tuis.
Nam mea pars vita melior properante ſenecta
Continuit curſum munere fulta tuo.
Imo in purpuream videor rediiſſe juventam,
Ita mihi illuxit prima ſerena dies.
Per te longa mei eſt ſuperata injuria fati,
Per te pauperies turpia terga dedit.
Corporis, atque animæ mihi ſancta alimenta dediſti.
Nunc mea vita tuo munere morte caret.
Nunc juvat & Muſas, ipſumque Helicona canorum
A *Principis in laudes magne movere tuas.*
Nunc Diis æquari videor, nunc gaudia ſummis
Me Comitem ſociant hac hodierna dies,
Nec tantum later me præmia certa referre,
Quantum judicio me placuiſſe tuo.
Judicio placuiſſe tuo, doctiſſime Princeps,
Qui meruit gemino munere dives abiit.

44. ELISÆUS Theodinus Arpinas, Epiſcopus adlectus eſt anno 1534. 24. menſis Aprilis. Poſt cujus exceſſum, Soranæ Eccleſiæ Adminiſtrator fuit ALEXANDER Card. Farneſius Pauli III. nepos, quo deinde munere, onereque ſe exuit anno 1561. Jacet Eliſæus in patria Arpini. XLV XLVI

45. THOMAS Lilius Bononienſis, Antiſtes Soranus cooptatus eſt anno 1561. 24. menſis Octobris; ad Placentinam ſedem deinde tranſlatus fuit 1577. De eo leguntur in Eccleſia Sorana ſynodales conſtitutiones: Palatium Epiſcopale auxit, Monaſterium S. Claræ Ordinis S. Bernardi ampliavit. Fuit Thomas Gregorii XIII. generalis Theſaurarius. De eo in B Placentinis Epiſcopis. („ *Eidem Apoſtolicis datis* „ *literis* 1567. 23. *Octob. committit Pius V executionem* „ *ſuarum litterarum pro Monaſterio Caſamarii contra* „ *Abbatem commendatarium, quibus decernit ſpolia* „ *monachorum decedentium ad propria Monaſteria, non* „ *autem ad Commendatarios, ſeu Cameram Apoſtolicam ſpectare. Interfuit etiam Thomas Concil. Trid.* „ 1563. Lucentius.) XLVII

46. JO. Baptiſta Foroſempronienſis, paulò ante Uticenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1577. 14. menſis Auguſti. Deceſſit autem, dum primo Soram peteret, antequam integrum annum in ea dignitate potuiſſet explere. XLVIII.

47. HORATIUS Ferrerius Joanni Baptiſtæ ſucceſſit 1578. die 17. menſis Martii. XLIX

48. PHILIPPUS Card. Spinola hujus Eccleſiæ Adminiſtrator fuit, cui oneri ſe deinde ſubduxit 1585. L.

49. FABRITIUS Gallus electus eſt 1585 die 1. ineuntis Julii. LI.

50. HORATIUS Ciceronus Fruſinas Verulanæ Diœceſis, Epiſcopus Soranus, ad Eccleſiam Ferentinatem tranſlatus eſt 1590. 31. menſis Julii. C LII.

51. MARCUS ANTONIUS Salomonius *d*. Cremonenſis, Civis Romanus, hanc ſedem obtinuit 1591. die 31. exeuntis Julii, qua deinde curâ ſe exolvit 1608. * Quietam deinde vitam traduxit in patria ætate grandævus è vivis eripitur anno 1615. tumulatus in Eccleſia S. Luciæ prope majores ſuos, hoc habet epithaphium. LIII.

d Laudatur ab Ariſio in Cremona Liter. t. 2. p. 445. Mand.

* Ex Appen. 9.

Marco Antonio Salamonio Cremonen. Soræ Epiſcopo, pietate in Deum, beneficentia in homines, atque in rebus agendis prudentia ſingulari, collegium S. Luciæ Clericorum Congregationis Somaſchæ bene de ſe merito poſ. Obiit iv. Id. Octobris. MDCXV.

In Eccleſia S. Caroli in eadem Cremonenſi Civitate exædificata, veluti benefactori optimo erectum fuit honorarium elogium à fabricæ moderatoribus ſculptum in nigro lapide tenoris ſequentis.

D *Mar. Antonium Salamonium Cremonæ Civem, Soræ Paſtorem Virtutes virum, dignitatesque ornamentum obiiſſe, vel abiiſſe lachrymantur. Qui dum in divitiis Pauper Pauperibus dives, Vivus aliis, ſibi mortuus e morte naſcitur immortalis. Clarus in D. Carolum pietate, Amicitia charus, ad templum hoc perficiendum, ac ornandum ex legato conſpirat. Ornantem ornantes Grati Fabricæ moderatores, Anniverſarium Epiſcopale Officium Duodecimque ſacra ſponte conſtituentes, Doloris oculis, honoris ore, amoris arte Heroem D. Caroli imitatorem Conſtantia Salamone majorem Terra ademptum, adeptum Cælo Lamentantur, Lætantur. Obiit Ibid. Octob. MDCXV. ætat. ann. LXXV.*

52. JULIUS Calvus de Albeto Soranus, Theologus, à Paulo V. adlectus eſt anno 1608. die 11. menſis Februarii. Deceſſit autem 1609. LIV.

53. MICHAEL de Conſulibus Cannenſis, Cle- LV.

ricus

ricus Regularis ex Ordine Theatinorum, Soræ Antiſtes, jus divinum dixit 12 menſis Ianuarii 1609. quo eodem anno fato functus eſt menſe Julio. („ *Barolitanus Patria fuit Michael, & Pontificii juris conſultiſſimus, qui poſtquam Eccleſiam Capreenſem humiliter recuſaverat, accedente altero Pauli V. Imperio novum hujus Eccleſiæ onus detrectare nequiit anno* „ 1609. *& tanta Sanctimoniæ fama, ut veſtium lacinias certatim populi præciderent: cujus cadaver recognito poſt menſes aliquot tumulo, integrum fuit repertum.*)

LVI. 54. HIERONYMUS Joannellus Romanus, adlectus eſt anno 1609. poſtrema die abeuntis Auguſti a. Hic bonus, piuſque Paſtor, Cathedralis Eccleſiæ ſacrarium cõſtruxit, ſacraque ſupellectili locupletavit. Corpora SS. Deodati, & Juliani Martyris tranſtulit ſolemni pompa; Seminarium à fundamentis ædificavit. Synodum celebravit, & conſtitutiones ſaluberrimas edidit; omnibus charus, claruſque virtutibus, defunctus eſt 1632. menſe Julio.

a De eo conſule Bzellam in memoriis PP. Barnabit. p. 634. & Mandoſium in Bibl. Rom. Vol. 1. p. 1[illegible]

LVII. 55. PAULUS Benzonius Romanus Abbas Commendatarius, Canonicuſque S. Joannis in Laterano, Soranam ſedem aſcendit 12. Kal. Octobris ann. 1632. („ *Obiit anno* 1637.)

ADDITIO

LVIII („ FELIX *Tamburrellus Terra S. Ginneſii Camerin. Diœc. J. U. D. Notarius Apoſtolicus, & Papæ familiaris, qui Auditoratus in Provinciam Umbriæ, & apud Nuncium Apoſtolicum in Regnis Hiſpaniarum, Locumtenentis in Provincia Marchia, Gubernatoris in Civitate Fulginatenſi, & Vicariatus Generalis Neapolitani, & Januenſis Archiepiſcoporum, & aliarum inſignium Italiæ Civitatum munera egregie exercuit: ad hanc promotus eſt Sedem die prima Martii* 1638. *Neapoli mortem oppetiit ex contagioſa lue anno* 1656.

LIX. „ AUGUSTINUS *de Bellis Neapolitanus, Clericus Regularis, Magiſter in Theologia, & in Jure Pontificio, ſui Ordinis Procurator Generalis, & Generalis Vicarius, nec non in Hiſpaniis Viſitator, Sacræ Indicis Congregationis Conſultor, omnium Virtutum cumulis onuſtus, libriſque editis clarus ad hanc Sedem ſubvectus* 15. *Jan.* 1657. *Tertio ſui Epiſcopatus anno ætatis vero* 63. *cunctis mœrentibus morte ſublatus eſt.*

LX. „ MAURITIUS *Piccardi Diœceſis Aquinatenſis Sacræ Theologiæ Magiſter, & Decretorum Profeſſor in Romana Curia diu verſatus, qui Nicolai Ludoviſii, & Joannis de Lugo S. R. E. Cardinalium Secretarius, Auditor, & Cubiculi Præfectus reſpective extitit, huic ovili attributus eſt* 12. *Jan.* 1660. *improviſo morbo correptus interiit* 1675. *menſe Martio.*

LXI. „ MARCUS ANTONIUS *Piſanellus nobil. Neapolit. Epiſcopus Vulturarienſis huc tranſlatus* 30. *Septembris* 1675. *Magna cum affabilitate, omnibuſque jucundus præfuit uſque ad annum* 1680. *quo Neapoli obiit.*

LXII. „ THOMAS *Guzonius nobilis Beneventanus J. U. D. Presbyter Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, qui curam animarum cum exerceret in Eccleſia S. Joannis Nationis Florentinæ de Urbe, ab Innocentio XI. ad hanc Cathedram aſſumptus eſt* 13. *Januarii* 1681. *Anno vero* 1702. 5. *Decemb. eo nuncium remiſit: obiitque Romæ* 8. *Novemb. an.* 1704. *ſepultus in Eccleſia Parochiali S. Spiritus Saxonum in tumulo Regularium Canonicorum ejus Eccleſiæ.*

LXIII „ MATTHÆUS *Gagliani, nobilis Neapolitanus Fundorum Epiſcopus ad Soranam tranſlatus eſt* 15. *Januar.* 1703. *animorum certamina compeſcere, Clerum reformare, & omnibus, quæ ad animarũ ſalutem ſpectant, ſollicitè incumbit bonus Paſtor, gratus omnibus, ab omni alienus munere, & omnia, quæ obveniunt ex Epiſcopali Fiſco, in Pauperes diſpergit.* Luc.)

SPOLETANI EPISCOPI.



SPOLETUM, antiquiſſima civitas Umbriæ ſplẽdida eſt, & rerum omnium copia affluens, quæ Longobardorum Principum ſedes diu fuit. Inter Fulginiam, Interamnamque propè radices montium ſita eſt, via Flaminia, quam partim collis, partim planities excipit ad jucunditatem. Ita illam appellant Cato, Strabo, Livius, Paterculus, Plinius, Appianus, Svetonius, Florus, Ammianus, Paulus Diaconus, Zonaras, Martialis, aliique quamplures: Ptolomæus illam caput Umbrorum vocat. Narrat fabuloſus Annius, hanc Civitatem antiquiſſimam, ac primarium caput fuiſſe Umbrorum, deque Polo Etruſco Duce Spoleti nomen traxiſſe. Coloniam illuc olim deduxere Romani, ut Paterculus refert, Torquato, Sempronioque Coſs. hoc eſt anno à Roma condita 512. ante verò adventum Chriſti, 241. In Carthaginenſi bello Romano Populo fideliſſimè inhæſit, ſtrenuèq; urgentem Hannibalem depulit à muris, ut ſcribit Livius lib. 2. Dec. 3. Hinc Spoletum municipium factum ſplendidiſſimum enunciatur à Lucio Floro de bello civili, & antiqua Inſcriptio ibidem teſtatur. *Vir municipi, & ordo Spoletinorum, & Decuriones, & municipes.* Gothi deinde illam everterunt: Narſetes verò Eunuchus, Juſtiniani Imperatoris Dux eandem refecit, ſi Blondo credimus. Cæterùm cum Longobardi deinde rerum Italicarum potiti eſſent, Spoleto circumadjectam Regionem ſub Spoleti nomine Ducatum crearunt, quod ipſum ſive nomen, ſive dignitas, adhuc regioni inhæret. Duces, qui præfuere, ii fuere, quorum geſta recenſet Sigonius de Regno Italiæ, Blondus, aliique noſtrates Hiſtorici. Fervaldus primus Spoletinorum Dux, ab Alboino Longobardorum Rege inſtitutus an. 571. Ariulphus obiit 603. Theodolapus Ariulphi frater; Toſus Tranſmundus Comes Capuæ ſucceſſit Theodolapo anno 662. Grimoaldi Longobardorum Regis favore. Tranſmundus ann. 728. Hildericus Luitprandi Regis nepos 738. Aſprandus 742. anno verò ſequenti, victo, ac ſuperato Deſiderio ultimo Longobardorum Rege, Carolus Magnus Ducatum Spoletanum Pontifici donavit. Sed non eſt prætermittendum id, quo ſummoperè gloriantur Spoletini, quod rebus Deſiderii inclinatis, primi fuerunt, qui ſe ſe, Urbem, Agros ſubdiderunt Pontifici, adhibito juramento, & depoſito capillo, & barba, quod apud Longobardos maximum veræ ditionis ſignum erat, actu celebrato in Baſilica S. Petri, quorum exemplum ſecuti ſunt Reatini, & Firmani, aliique Populi. Poſt hæc Pontifices Duces Spoletanos conſtituere, quorum primus Hildebrandus, cui ſucceſſit 799. Vinigiſius generoſus vir, qui relicta temporali dignitate 822. Monachum induit. Suppo deinde Brixiæ Comes Dux declaratus eſt eodem anno, pauloque poſt Adelardum excepit, poſt hunc Maringus, Vvido; deinde Albertus: poſt hunc Vvido ejus filius 876. qui fuit Italiæ Rex, à Stephano VIII. coronatus. Lambertus Vvidonis filius Ducatũ tenuit una cum Romano Imperio: Bonifacius ſucceſſit Lamberto 922. Theobaldus anno 933. Aſcanius Sanlionus, Gotifredus demum magnæ Comitiſſæ vir, ultimus Spoletinorum Dux. Poſt hæc ab Imperatore Friderico Ænobarbo propemodum excidium paſſa eſt, quod Spoletani Cives Alexandro III. vero Pontifici ſtuderent. Iterum reſtaurata ob factioſiſſimas partes, quæ tunc Italiam occuparant, à Peruſinis depopulatoribus exuta eſt 1324. ut ſcribit Corius. Senſim de-

inde cum exſurrexiſſet, cœpta eſt frequentari, redactaque ad priſtinum ſtatum, ſuave Romanorum Pontificum jugum accepit. Floruiſſe admodum florente Romano Imperio, veterá ædificia, & antiquitates adhuc reſiduæ demonſtrant. Suſpiciunt etiam num hoſpites ampliſſimum Theodorici Gothorum Regis Prætorium, ab ipſis tamen Gothis poſt cum Regia deſtructum, ſed à Narſete reſtauratum; item theatri fundamenta, Concordiæ Fanum, formas extra Urbem ſublimes, ac ſolidas aquæductuum tum ex Apennini coſtis exciſas, partim opere lateritio ex ima valle fornicibus in altum ſubductas, nec non majoris Baſilicæ ſarta tecta, marmoreoſque parietes, Arcem in amphiteatro conſtructam, Pontemque lapideum, qui magno ingenio factus, pilis grandibus 24. ſuſtinetur, & Urbis editiorem partem arci, vel Amphiteatro in alio colle poſito conjungit. In prætorio jus dicunt ſeptem viri Spoletini, quibus in conſilio adſunt alii 40. forma Reipublicæ, ſumma tamen poteſtas penes Gubernatorem Pontificis. Spoleti nomen illuſtrarunt P. Cornutus orator, de quo Cicero de claris Oratoribus, C. Meliſſus, quem grammaticis adcenſent Svetonius, & Euſebius, aliique tum priſci, tum recentiores. Spoletinum vinum laudavit Martialis lib. 13. Epig. 115.

De Spoletinis, quæ ſunt cariora, lagenis
Malueris, quam ſi muſta Falerna bibas.

Cæterùm S. Britius Apoſtolicus Prædicator illuc lucem intulit Evangelii. Ibi illuſtrem Martyrii coronam excepere Domitiano Imperante, Carpophorus Presbyter Syrus, Abundius Diaconus, Savinus Epiſcopus, Exuperantius, Marcellinus Diaconus, Venuſtanus nobilis vir cum uxore, ac filiis, Gregorius demum cum multis aliis clericis, ut Romanum Martyrologium narrat. Pontianum Martyrem, ut tutelarem Divum veneratur & colit, qui adoleſcentulus adhuc ſub Antonino dira perpeſſus tormenta Martys Chriſti effectus eſt anno 154. ut arbitratur Baronius, cujus feſtum ſolemni ritu Spoletini concelebrant die 19. menſis Januarii. Cathedralis Spoletana S. Petro Apoſtolorum Principi olim, nunc B. Virgini Aſſumptæ dedicata eſt, uno Priore, & 12. Canonicorum cœtu exornatur a, in quorum numero ille etiam comprehenditur, cui ex proprio officii munere competit, Epiſcopi arbitrio reſervata facinora condemnare, licet in ſecreto eorum conſilio non admittatur. Hi autem ſtatutis in Eccleſia conventibus ad canendas diurnas, nocturnaſque preces intereſſe quotidie obſtringuntur. Quinque alii Sacerdotes, quos præbendatos appellant, eorum nondum in pſallendis Deo laudibus, & ſacris obeundis actionibus adminiſtri, verum etiam ſinguli ad medendas animarum ægritudines, & ad earum unicuique, vel petenti, vel indigenti divina Sacramentorum pharmaca, tempore debito adhibenda in ſibi aſſignata per orbem hebdomada Prioris ſocij, qui ſubtrahere ſe nequit, imo ſacerdotem alium huic muneri præparato intervenientem obligatus eſt ſumptibus propriis ſubſtinere, itaut ſemper miniſtri tres ad ſalutem animarum tuendam, aut procurandam reperiantur obnoxii. Cathedralis autē Prior 300. ſcuta annui cenſus, unuſquiſque verò Canonicus 150. ſeptuaginta tantummodo alii percipiūt. His quatuor quoq; Presbyteri adjuncti ſunt, qui Canonicorum arbitrio eliguntur, & amoventur, communiq; nomine Capellani vocantur, ad pſallendum cum cæteris quotidie in eodem Templo, ſtatutis horis ſūt deſtinati. Eodem in templo ædificatum ſacellum cōſpicitur, circumdatis undiquè ſegmentato opere armariis exornatum, in cujus ara imago B. Virginis coloribus à S. Luca depicta conſiſtit, necnon haud mediocris portio illius vivifici ligni, in quo ſalus noſtra, ingemiſcente natura, pependit, quam in figuram Crucis, ſignumque formatam recipit aurea capſula unionibus, gemmiſq; diſtincta, umbo eximia hujus Eccleſiæ à Friderico Ænobarbo Imperatore largita. Conſervantur quoque ibidem, & Sanctorum quondam ſacræ reliquiæ decoris vaſculis incluſæ, vocaturq; valgo ſacellum ſanctiſſimæ Iconæ, à præclara Dei Genitricis effigie, penicillo S. Pictoris expreſſa quam eximio quodam cultu, & præcipua religione gens Spoletana veneratur. Nullo genere veſtium ad ſacra, vel privata, vel ſolemnia facienda, & ad reliquas ſacras functiones indiget, imò calicibus, & candelabris argenteis, etiam inauratis, multaque pretioſa, ſacrave ſupellectili, roſaque ex auro, argentoque conflata, & ex veteri Romanorum Pontificum ritu benedicta, Vrbani VIII. Pont. Max. olim hujus Eccleſiæ Epiſcopi pia largitate decoratur.

a Canonici ſunt 14. quorum duo dignitates Præpoſitus, & Archidiaconatus, & ſex Beneficiati.

Quamobrem ne tantorum favorabilium funeraret oblivio, Prior, & Canonici Cathedralis in hæc verba publicè inſculpta in marmore, ſub porticu, eorumdem voluerunt extare memoriam.

Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Cujus beneficentia in altis habitans, et humilia reſpiciens Spoletinam Eccleſiam Epiſcopalibus olim tanti Præſulis excubiis cuſtoditam locupletavit, ſacra ſupellectile Pontificiam magnificentiam ſeſtante, Roſa aurea munere ornamenta regum augente, & in ſeptem Altaribus Cœleſtes Romanæ Indulgentiæ theſauros condidit. Prior, & Canonici grati animi magnitudinem exigui marmoris teſtificatione declararunt. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Cujus virtutes orbi Chriſtiano præficiendus Spoletina Eccleſia Pontifex æternus diu commodavit, ob ſeminaria amplificata, atque erecta, Monaſteriorum diſciplinam reſtitutam, totius Cleri dignitatem auctam, Prior & Canonici perenne grati animi ac patriæ felicitatis monumentum poſſ.

Verum ultra primarium Cathedrale Templum ferè à fundamentis, & in pulchriorem faciem reſtitutum à Franciſco Card. Barberino Vrbani VIII. nepote, aliiſque exornatum muneribus, Epiſcopus Spoletinus alias 12. ſacras Ædes Canonicorum Collegiis decoratas obtinet, duas Spoleti, alteram B. Petro Apoſtolorum Principi, alteram D. Gregorio Martyri dicatam. In Oppido Hiſpelli itidem duas, unam Deiparæ glorioſiſſimæ, aliam B. Laurentio ſacram. Binas etiam in Nurſia, in honorem ſanctiſſimæ Dei Genitricis primam, & ſecundam D. Joannis Baptiſtæ Chriſti Præcurſoris erectam. Vnicam in Tebio dicatam S. Æmiliano; in Viſſio pariter unicam S. Mariæ; necnon in Caſſia eidem Dei genitrici unam, alteram in Monteſalco, cui à D. Bartholomæo nomen, atque alias duas in Colleſtato, & Cerreto; unam utrobique. In omnibus autem præſidens, cui cura animarum incumbit, is Prioris, vel Plebani titulo gaudet. Parochiales Eccleſiæ in toto Epiſcopatu 500. fere ſunt, quorum multæ Cathedrali, & Collegiatis Eccleſiis ſunt unitæ. In Civitate 22. numerantur. Sodalitium ſanctiſſimi corporis Chriſti in uno quoque loco erectum floret, necnon ubique ſocietates Laicorum non parvæ, oratoriaque permulta. Tria in Diœceſi inſtituta ſunt ſeminaria, primum Spoleti à Card. Vicecomite inchoatum, perfectumq; inde ab Vrbano VIII. tunc Epiſcopo Spoletino, duo alia, unum Viſſii, alterum in oppido Hiſpelli ab eodem ſanctiſſimo Præſule inchoata. Cœnobia Virginum, in ambitu Diœceſis comprehenſa, 50. numerantur, decem Regularibus, reliqua Epiſcopo ſubjecta; decem, & novem divi Benedicti regulā ſequuntur, quindecim S. Claræ, unum S. Dominici, duo Servorum, Canonicorum Lateranenſium duo inſtituta profitentur, reliqua in B. Auguſtini ordine Deo ſe devovere. Civitas, & permulta hujus Diœceſis oppida Sanctorum corporibus magis turribus, aut vallis munita, & honorata noſcuntur. In primis Oppidum, cui à Monteſalco nomen, in quo B. Virginis Claræ ejuſdem loci civis corpus jacet integrum, & candidum, è quo etiam ſuavis ſanctitatis odor mirificè efflat, licet ſingulo quoque anno à ſacris Virginibus, quæ illud mira veneratione cuſtodiunt, lavetur, veſtiaturq; & jam treceuti elapſi ſunt anni, quod hæc admirabilis virgo è vita diſceſſit: ubi etiam cor ejuſdem Sanctæ apertum inſpicitur, in quo Chriſti, pro noſtra ſalute in Cruce patientis, relucet Imago, viſunturq; tres globuli carnei eo in corpore inventi, æqualis, ut Moniales aſſerunt, ponderis, quorum ſi libræ lancibus unum cum altero, & duo cum uno ponderentur, nec duo uni, nec unum alteri præ-

pon-

ponderare conſpicitur, mirabilis (ut multi exiſtimant) æqualitaris trium Divinarum perſonarum expreſſio. In Caſſiæ Oppido venerabile corpus B. Ritæ, Ordinis S. Auguſtini integrum veneratur, illam tùm viventem, tùm mortuam, miraculis coruſcantē, in numerum Beatorum retulit nuper ſanctiſs. Dominus Noſter Vrbanus VIII. Sed nec prætereundum, quod Oppidum Lioniſſæ pernobile partim eſt ſubjectum Epiſcopo Spoletano, partimque Reatino; unaque tantùm Eccleſia eſt, & urique communis, reliquæ per certos Epiſcopatus limites diviſæ, attamen Parochiarum non ſunt certi termini conſtituti, ſed familiæ in quamvis partem Terræ transferant domicilium, ſemper intelliguntur ſubjectæ ſuæ antiquæ Parochiæ, & ſuo Epiſcopatui. Jam inde à fidei Chriſtianæ ſuſceptione hæc urbs Epiſcopalem dignitatē eſt aſsecuta. Quin ut plures auctores ſunt, cum S Britius carcere detineretur, ab Apoſtolo Petro, qui illum inviſerat, Archiepiſcopus Spoleti, totiuſq; Vmbriæ creatus eſt; itaut poſtea, qui in eam dignitatem ſucceſſere, Archiepiſcopatus titulo inſignirentur, qui deinde ex oblivioſa vetuſtate conſenuit (1). Ea dignitate condecorati, Iiſdem Privilegijs gaudent, ac Romanæ Provinciæ Præſules, immediatè ſubjecti Romano Pontifici. Epiſcopatus emolumenta, quæ ex annuis prædiorum redditibus, vel alia quavis ratione annuatim ab Epiſcopo percipiuntur, duo millia, & quingenta ſcuta non excedunt, licet amplam ditionem habeat Epiſcopus, poteſtatemque ad cauſas laicorum civiles cognoſcendas. In libris verò Cameræ taxatur floren. mille a. Quinque virorum millia tantummodò Civitas ipſa continet. De Spoletanis Epiſcopis Hiſtoriam contexuit Jacubus Philippus Leoncillus, cujus m. ſ. volumen in Bibliotheca Franciſci Barberini ſpectatur. Inde nos, alijſque monumentis hanc Spoletanorum Epiſcoporum ſeriem, lector, protulimus, uberiorem etiam daturi, ſi per lividam, invidioſamque vetuſtatem licuiſſet.

a Ex hac taxa colligere licet diœceſim fuiſſe hujus Epiſcopatus centum.

I. 1. S. BRITIUS ſanctiſſimus Vmbrorum Apoſtolus, meritò hujus Civitatis primus poteſt appellari Epiſcupus, quando anno 50. illum Vmbriæ, Spoletique Archiepiſcopum, s. Petrus Apoſtolorum Princeps ordinaſſe narratur; ab euque deinceps plures alij in ea Provincia exitere Antiſtites, qui illum tanquā Patrem, & Dominum venerarentur. Spoleti ipſe Cathedralem erexit Principi Apoſtolorum conſecratā, ubi poſtea ejus Reliquiæ honorificè conditæ ſunt. In pace quiavit die 9. menſ. Septemb. ann. ſal. circiter 95. At geſta ejuſdem ſanctiſſimi Præſulis, ex probatis actibus, probatiſque ſcriptoribus paulo diffuſius congeſtas audiamus.

Britius igitur natione Syrus, patria Antiochenus, cum Patre Anaſtaſio, Eutitio fratre, ac Joanne, Theudila, Iſaac, Abundio, Carpophoro, Laurentio, Proculo, Herculano, & Paractale patruelibus, cum D. Petro Apoſtolorum Principe ſub Claudio Imperatore Romam venit anno Domini 45. ubi ab ipſo Apoſtolo Britius, & reliqui ſacris initiati, fideiq; propagationi occultè multo tempore inſiſtentes, multos Chriſto pepererunt. Quorum dogmata ubi vehementer gentilitiæ ſuperſtitioni detrahere eſt animadverſum, idolatræ rerum novitate perculſi, ut ſtultitiam eorum doctrinam arbitrati, eos cuidam primario Præſidi Juliano puniendos detulerunt. A quo graviter obiurgati, mox nodoſis fuſtibus cæſi, in tetrum carcerem inedia conficiendi conjecti ſunt. Incolumes 7. die educti, Anaſtaſio tantum ad terrorem ſecuri percuſſo, divino inſtinctu ex Vrbe fuga delapſi, apud Spoletum ferè omnes cum S. Britio ſubſtiterant. Qua in Vrbe Britius vir planè Apoſtolicus, cum ſacris fratribus Euangelij conſortibus Chriſti Divinitatem & gloriam Gentibus ardenti prædicatione, miraculorum oſtenſione, vitæque innocentia maximè, & exemplo jugiter annuncians, atque Idola deſtruens, infidelium ingentē numerum felici conatu ad Chriſtum aggregavit. Quare Britius, & ſocij Martiani Proconſulis juſſu in domo Smiletæ Spoletinæ inſignis pietatis fœminæ comprehenſi, modis omnibus eorum conſtantia eſt acerrimè vexata, minis, oris contuſione, fuſtigationibus, eqauleo, diverſis diverſa forti animo perferentibus, Martyrioque conſumptis Theudila, Iſaac, Laurentio, ac ſeptem alijs die 22. Julii, reliquis verò in carcerem conjectis. Ex quo ab Angelo in tutiorem locum mirabiliter deductis ad fidei propagationem inflammantur, & Britio 45. annorum vitæ reliquum ſpatium præſignatur. Quo in loco Britius à S. Petro Apoſtolo, dum Italiam docendo peragraret, viſitatus, Archiepiſcopus Spoleti, & Vmbriæ Metropolitanus ordinatur, ac vicinis Civitatibus Euangelium prædicare, & Epiſcopos conſecrare jubetur. Apud Spoletum humili quidem ſtructura Eccleſiam eidem B. Apoſtolo erexit, quæ Cathedralis ab eo primum inſtituta, uſq; ad Gregorium VII. Pontificem permanſit; in locis verò Mariano, & Saluſtiano pari religione Oratorium, & Eccleſiam in honorem S. Dei Genitricis excitatis. innumerabiles Gentiles ab Idolorum cultu ſacro fonte expiatos Chriſto regeneravit. Poſt hæc Britius forma gregis omnibus factus, Spoleti Joanne fratre Metropolitano ſubrogato (qui Martyr occubuit) ipſe apud Martanam Vrbem in Vmbria ſibi ſedem conſtituens adjacentibus Populis, & Civitatibus Epiſcopos ordinavit; Peruſiæ Herculanum, Vectoniæ Chriſpolytum, Mevaniæ Vincentium, Trebij Æmillanum. Paractalis, Carpophorus, & Abundius diverſo tempore Martyrii coronam adepti: Eutitius autem, & Proculus alibi ſancto fine in Domino quieverunt. Incredibilia ferè ſunt, quæ emeritus Chriſti martyr Britius pro Dei gloria fecerit, docuerit, perpeſſus ſit, Nerone præſertim, ac Domitiano Principibus, in Vmbriæ Provincia obeunda, quam penè totam ad Chriſti ſacra convertit, doctrina, & miraculorum ſplendore illuſtris, omnibus charus, omnibus venerandus ſemper extitit; docens præcipuè cuſtodiri diem Dominicum, jejunium per quatuor anni tempora, & pro defunctis dona, & ſacrificia Deo offerre. Demum in loco Saluſtiani tertio à Spoleto lapide, ubi hodie eſt inſignis Eccleſia, & Caſtrum S. Britii, laboribus, & ſenio confectus ſanctiſſimam animam ſuo Creatori in pace reſtituit 5. Idus Septembris, anno Domini circiter 95. eodemque in loco, honorifico à Clericis ſepulchro conditus eſt, ac poſtea in Eccleſiam illam S. Petri à ſe fundatam, & à Joanne auctam translatus hactenus requieſcit.

Geſta, & acta Britii primi Spoletanæ Eccleſiæ ſanctiſſimi Præſulis, ſociorumque ejus fusè habentur in m. ſſ. Codicibus Archivii Spoletinæ Cathedralis to. 1. p. 100. & to. 3. pag. 181. de eodem in actis S. Herculani Primi item Epiſcopi Peruſini, in Actis s. Paractalis M. S. Eutitii apud Eccleſiam ſui nominis in valle Caſtoriana Nurſinæ ditionis. Ex his omnibus ſua recenſuit Bracceſcus de duodecim ſanctis Spoleti, Ferrarius in Catalogo ſanctorum, & noſter Jacobillus de ſanctis Fulginat. 24. Maii, ex iiſdem deſumpta quæ habent Rom. Martyrol. Beda Uſvardi, Adon. & alii.

2. JOANNES Britii germanus frater, ab eodem in ſede Spoletina ſubrogatur, cum Britius Martanam, ſeu Mortulanam Urbem in Umbria (hodie diruta Civitas eſt in finibus Tuderti, & Aquæ Spartæ, ubi dicitur S. Maru in Pantano) ſibi ſedem conſtituiſſet, ut referunt acta S. Britii: adduntq; Joannem Martyrem occubuiſſe, & ſi acta, aliique, qui de Spoletinis ſcripſerunt Epiſcopis, cum alio Joanne, qui multis inde tranſactis ſeculis vixit, confundant. II.

3. S. ANTHIMUS b Interamnen. Epiſc. hanc etiā ſedem moderabatur, cujus quidem acta Spoletina Eccleſia brevi hiſce verbis elogio perſtrinxit. III.

b Hunc ad Severi tempora vitam produxiſſe conſtat ex tabulis Eccleſiæ Spoletinæ.

S. Antimus nobili genere ortus ſub graviſſima Chriſtifidelium tempeſtate Imperatore Marco Aurelio, primò Interamnenſem, deinde Spoletinam rexit Eccleſiam, qui dexteritate morum, ac doctrinæ gravitate, ſanctitatis vitam æquè conjungeret, mirum in modum populorum calamitates ſolabatur. Hic quidem in occulta verbi Dei prædicatione, fidelium inſtitu-

(1) Hic videtur Auctor iis aſſentiri, qui aſſerunt Spoletanam ſedem Metropoliticam fuiſſe. Verum id negant alii, cum quatuor ſaltem primis Eccleſiæ ſeculis tres ad ſummum in Italia fulgerent Metropolitani, Romanus, Mediolanenſis, & Aquilejenſis.

ſtitutione, atque in Eccleſiarum cultu ampliando, fideq; propaganda non poſteriores partes ferebat; quandoquidem ſua induſtria, ac ſumptu plura Oratoria non Spoleti modo, ſederiam Interamnæ, dum eam regebat Eccleſiam, alia reſtituit, alia de novo erexit; in illis Clericos dignis moribus repertos Divino cultui mancipando, Higini Romani Pontificis, cujus tempore floruit, veſtigia ſecutus, qui primus formam Clero aſſeritur impoſuiſſe. Ita apud Torquatum Umbriæ Præſidem amicitia valuit, ut Concordium Romanorum Civem Primarium, quem ille Spoleti in vincula pro Chriſto conjecerat, liberatum apud ſe multo tempore retinere impetravit. Cumque virum planè Apoſtolicum, vitæ, ac morum integritate eximium comperiiſſet, ſacriſque antea à Pio Papa initiatum, presbyteratus honore cumulavit. Hinc tandem præclarus Antiſtes multis virtutum præconiis cum omnibus diu præfulſiſſet, pluribusque pro Chriſto laboribus egregiè perſunctus, 5. idus Maii feliciter in Domino obdormivit circa annum Domini 176. cui fideles tantorum meritorum memores tum Spoleti, tum Interamnæ plures Eccleſias, quæ ad hæc uſq; tẽpora ſuperſunt, ſub S. Anthimi nnmine erexerunt.

De eo in paſſione S. Concordii, & in actis Interamnenſibus, in vetuſtiſſimis Kalendariis ejus memoria, cum Martyris titulo, reperitur adſcripta. Plures ſub ejus nomine Eccleſiæ, & imagines Spoleti, & Interamnæ reperiuntur, ejuſque memoriam in lucem revocavit Lanrentins Caſtruccius Epiſcopus Spoletinus, officiumque eo petente à S. ſede Apoſtolica conceſſum fuit an. 1628.

IV. („S. SATURNINUS *Epiſcopus Spoletinus circa „an. 230. Obiit martyrio coronatus an. 270. Campellus.*)

V. 4. S. SABINUS, ſive Savinus Epiſcopus, & Martyr vixit circa ann. 296. cujus feſtum ſolemne habetur 30. die Decembris. Spoletanorum Pontifex fuit vir doctiſſimus, atque eloquentiſſimus; qui Maxentio, & Maximiano deſævientibus in Chriſtianos, Spoleti nobili martyrio coronatur anno ſalutis 301. cujus acta ita ex antiquis monumentis recitat Eccleſia Spoletina. *Sabinus Spoleti Epiſcopus, clarus in omnibus divinis inſtructionibus, & ſermone eloquentiſſimus, cum egregiè Chriſti fidem locupletaret, & Umbriæ populos mirificè ſuo exemplo ad Deum incenderet, a Venuſtiano Tuſcia, & Umbria Proconſule, Maximiani Imperatoris Auguſtali in Civitate Aſſiſii (quò fidei propagandæ cauſa conceſſerat) in vincula conjectus eſt, una cum diaconibus ſuis Marcello, & Exuperantio, ac pleriſque aliis clericis. Multifariè eorum fides tentata eſt, ac Jovi ſacrificare juſſi: Sabinus hominis errorem miſeratus, fuſis ad Deum precibus, idolum, ex coralio magna gentilium ſuperſtitione adductum, ſuis manibus in terram alliſit, & confregit. Quare illi Venuſtiani juſſu manus ſtatim præciduntur, eoque præſente, atque diaconos ad fidei conſtantiam hortante, Exuperantius, & Marcellus in equuleo ſuſpenſi, fuſtibus, ungulis, lampadibus immaniter tamdiu torti ſunt, donec in Chriſti confeſſione ſpiritum redderent; eorum corpora ex fluvio collecta pius presbyter honeſto loco ſepelivit pridie Kal. Julii. Poſt ſex dies Serena nobilis matrona, inſignis pietatis, ac religionis vidua Spoletina, Aſſiſium veniens, dum S. Epiſcopi in carcere piam curam agit, ac cibo frequenter reficit, lumen oculorum Priſcilliano nepoti ab eo, truncis brachiis impoſitis, exorat. Tanto miraculo XV. viri eadem in cuſtodia permoti, Chriſto numen dedere, & à ſancto Martyre baptizati ſunt. Inde ad duos, & triginta dies ipſe quoque Venuſtianus immani oculorum dolore correptus cum duobus filiis, & uxore ad S. Sabini pedes cum fletu proſtratus, ubi ex veteri Catholica Eccleſiæ more catechizati ſunt, atq; idoli ſervata fragmenta in fluvium projecere, ſalutari fonte ſunt expiati, ac ſtatim à Venuſtiano dolor omnis abſceſſit; itaque ſancto amore inſimul devincti per aliquod menſes religioſa conſuetudine Chriſto laudes perſolverunt. Hæc autem ut fuerunt Imperatori Maximiano delata, miſſo Lucio Tribuno, Venuſtianum cum uxore, & filiis in Chriſti fide conſtantem, Aſſiſij capite truncari juſſit; ſanctum vero Epiſcoporum Sabinum ad ſuam Spoletanam ſedem reductum, eouſque plumbatis cædi præcepit, donec Spiritum in Chriſti confeſſione exhalaret 7. Idus Decembris anno Domini 303. cujus ſacrum corpus eadem honeſtiſſima Serena (quæ paulo poſt martyrii coronam à Chriſto meruit obtinere) junctis manibus primo à Spoleto lapide honorificè ſepelivit, quo in loco jam pridem ante annum Domini DC. excitatam inſignem Baſilicam cum ſubterranea catacumba, quæ extant, Dux Spoleti Ariulphus viſitans, ubi in pariete S. Sabini effigiem recognovit, beneficii memor, quod pluries in bellico conflictu ad Camerinum à mortis periculo ab eo fuiſſet ereptus, abjecta gentili impietate, fidem Catholicam eſt amplexus. Idem ſanctus Martyr à militibus in prælium ituris patronus eo tempore habebatur; eidem B. Petrus Ticinenſis, Luitprandi Regis affinis, quod ab exilio Spoletino meritis S. Martyris fuerit ſolutus, & Patria Epiſcopus prænunciatus, Eccleſiam in ſuo fundo erexit.* Hactenus acta.

Inſignia ſunt acta hujus S. Sabini, & in omnibus martyrologiis, & vetuſtiſſimis tabulis ubique literis conſignata, utpote quæ ex Proconſularibus ſincera fide accepta noſcuntur. In primis extant M. SS. in codice illo Paſſionarii Spoletini tomo 2. pag. 19. & Bibliotheca Vatic. codice nu. 1194. pag. 36. & in alio codice literis Longobardicis exarato Monaſterii Caſę Novę Ordinis Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis; quod Fridericus Cardinalis Borromeus Commendatarius in ſuam tranſtulit Ambroſianam Bibliothecam. Ejuſdemque vitam ſcripſit, ſed inſignibus mendis aſperſit, Joann. Antonius Flaminius Imolenſis, in qua Cœlum cum terra confundens, mira, ac portentoſa retulit. Non deſunt, qui hunc Sabinum Faventinum aliquando fuiſſe Epiſcopum dicant, nulla alia magis conjectura ducti, quàm quod ibi ejus venerandæ nõnullæ reliquiæ requieſcunt. Quem etiam eundem ſanctum Montis S. Sabini caſtelli Incolæ in Etruria ad ſe trahunt, aſſerentes Cluſinis aliquando Sabinum jus Divinum dixiſſe. Cæterùm Ferrarius cum in ſuo Catalogo Spoletinæ, Faventinæque Eccleſiarum monumenta recenſet, atque ejuſdem ſancti prædicationem, martyriumque deſcribit, aſſerit Sabinum Aſſiſii Chriſti Evangelium deprædicaſſe, ob eamque rem, Maxẽtio imperante, à Lucio Tribuno fuiſſe deportatum Spoletum, ibique virgis ferreis, plumbatiſque diriſſimè cæſum, ſpiritum anno 301. exhalaſſe, atque à Serena pientiſſima fœmina non procul à Civitate fuiſſe ſepultum. Deinceps vero quid cauſæ fuerit, cur Faventiam tranſtulerint ſanctum, haud facilè vel curioſi reperient. Certum eſt, in ea Civitate honorificè requieſcere, interque ejuſdem titulares ſanctos annumerari. Itaque ex iis, quæ hactenus diximus, vel potius protulimus ex aliis, eruere poſse videmur, Sabinum Spoletinum Præſulem fuiſse, quod antiquus mos eſset, & in ea adoleſcentis Eccleſiæ adminiſtratione ſolemnis conatus, ut Epiſc. quiſq. ibi prædicationis munere præcipuè exerceret viros, ubi paſcendo gregem ex beneplacito Pontificio ſemel ſibi fixiſset ſedem: modò verò non abnuunt Scriptores Sabinum prędicatoris Apoſtolico munere apud Aſſiſinates, Faventinos, alioſque populos miro animi, fideiq; ardore aliquando functum fuiſse; igitur & nobis haud inſulſam ſuſpicionem fecerunt, ibidem Sabinum verbis, exempliſque aliquando Aſſiſinatem, Faventinumque paviſse gregem. Etenim ſi Baronio ſatis fuiſse videtur, ut illum Spoletinum Epiſcopum appellaret, quia ibidem palmam ſumpſiſſet martyrii, multò juſtius nobis hoc ipſum licebit colligere, Sabinum etiam Aſſiſinatibus, Faventinis, aliiſque populis aliquando præfuiſſe, quod in iiſdem locis, ſua prædicatione Chriſtianæ pietatis fines invictè protulerit. Præterquam quod nobis religio eſſet, antiquiſſimis Spoletinæ, Aſſiſinatis, Faventineque Eccleſiæ traditionibus refragari. Itaque ſanctus hic, invictuſque Martyr Sabinus, non ſolum paſſus eſt Spoleti, verum & ejuſdem Civitatis Epiſcopus extitit, quamvis Aſſiſinatibus, aliiſque populis verbum Chriſti enunciator dicatur, & tanquam divus tutelaris, & Epiſcopus ab ipſis veneretur. Id enim colligitur ex actis citatis,

ex quibus videtur Ferrarius hallucinatus, qui Baronium ſugillavit, contra acta aſſerere Sabinum fuiſſe illuſtrem Martyrem, & Epiſcopum Spoletinum, cum non obſtet, quin & Sabinum Aſsiſinatibus, aliiſque Eccleſiis potuerit vel præfuiſſe, vel Chriſti evangelium enunciaſſe. Nec prætereundum apud Spoletinos, duas, eaſque vetuſtiſſimas intra, & extra Urbem reperiri inſignes Baſilicas in honorem hujus S. Epiſcopi; major extra Urbem in planitie ante annos mille, tempore Arnulphi Ducis, & Gregorii Magni, miræ amplitudinis extabat, ejuſdemque S. Sabini corpus in hac ipſa Eccleſia, eodem viventе Gregorio, requieſcebat, ex quo, reliquias S. Martyris, eodem jubente Pontifice, Chryſantus Spoletinus Epiſcopus Firmum tranſmiſit ad Paſſivum Epiſcopum, teſte Baronio in notis ad Martyrologium 3. Kal. Januarii, & ad 17. Kal. Julii. Quo item tempore, cum in Piceno, Flaminiaque jam celebris eſſet ſanctitas, & nomen tanti Martyris, quòd paulò ante ejus patrocinium in Duce Ariulpho ad Camerinum pugnante adverſus Romanos, parta victoria, fuerit manifeſtum, Eccleſiæ, & monaſteria ejus nomini cœperunt ædificari, & reliquiis ipſius Civitates communiri: in quo Firmani cæteris pietate præceſſerunt, eò vel maximè prætextu, quod hunc ſanctum Sabinum ſuum Civem eſſe volunt. In actis ejuſdem ſancti aſſeritur paſſus 7. idus Decembris; at qua de cauſa in die 30. translatus ſit, doceat qui poteſt, forte exinde amorus, ob inſignem aliquam translationem reliquiarum ejus, aut Eccleſiæ alicujus dedicationem.

VI. *(„ S. JOANNES II. interfuit Concilio Sinueſſano „ an. 303. in cauſa Marcelli Pontificis. Obiit vero an. „ 307. (Campellus) At Sinueſſani Concilii fides „ nutat apud eruditos.*

VII. 5. S. MARTIALIS à S. Papa Sylveſtro ordinatus, Romano Concilio interfuit anno 328. olim hujus ſacti feſtū ſolitum erat celebrari, ut clarè perſpici poteſt in antiquo Kalend. Spoletanæ Eccleſiæ; obdormivit in Domino die 30. Iunij a circa annum 350. ſepultus in Baſilica s. Petri, de quo Ferrarius.

a De eo Acta SS. Junii, t. 5. p. 195.

VIII. („ CÆCILIANUS *ſub Liberio Papa præerat, ad „ quem eſt Liberii Epiſtola. Vide Campelium loco cit.*)

IX. 6. ACHILLEUS anno 402. ſub hoc Epiſcopo Synodus quædam Spoleti celebrata XII. Junij eſt anno 419. Ad eum ſcripſit Honorius Imperator, ut refert Baronius ad hunc annum; idem meminit, quod Achilleus luculentè de ſacro Paſchate ſcripſerit ad eundem Imperatorem; ipſe verò plenus meritis, ſapientia, & doctrina evolavit ad ſuperos die 7. Novembr. circa annum 420.

X. 7. S. SPEO, ſive Spes hanc rexit Eccleſiam, Honorio, Arcadioque imperantibus circa annos Domini 420. plenuſque meritis, ac miraculis præfulgens 9. Kal. Decembris 453. evolavit ad Cœlos. (1) De eo in antiquis monumentis Spoletanæ Eccleſiæ hæc leguntur. Honorio imperante, Spes Epiſcopus à S. Bonifacio I. Rom. Pontifice confirmatus in Spoletana ſede ſucceſſit Achilleo Epiſcopo magnæ integritatis, ac prudentiæ viro. Spoletanam rexit Eccleſiam annos 32. tanta ſanctitate, & pietate, tantaque vigilantia, ac prudentia, ut meritò à primis illis temporibus ejus memoria fuerit à fidelibus celebrata; erat enim in contemplatione rerum divinarum, & ſacrarum lectione litararum aſſiduus, in paſcendis ovibus pervigil, in fovendis pauperibus quam munificus, & clemens, & inſtruendis, & corrigendis errantibus ſapiens, non ignobilis Poeſis profeſſor, In ijs maximè, quæ ad divinum cultum ſpectabant, in ornandis Eccleſijs, & Martyrum memorijs inſtaurandis, quas carminibus, atque elegantibus inſcriptionibus decorabat, erat quam pius, ac ſedulus. Ejus eſt vetuſtiſſimum elogium, quod marmoreo in lapide ſuperaſt in Cathedrali Spoletana in honorē S. Vitalis Martyris (qui Spoletinus in eo indicatur) illuc ex Eccleſia Plebis Tertij cum cruce ipſius S. Martyris, Pauli Epiſcopi pietate translatum anno Domini 1597. dum B. Epiſcopus conſecraret Eccleſiam in honorem S. Fortunati presbyteri, & confeſſoris, qui apud Oppidum Corcoroni in Eccleſia Turritana virtutibus, & miraculis, & Angelorum colloquio claruit, illi à Severo milite erectā, Spiritus Sanctus ſuper eum viſibilis in ſpecie columbæ apparuit; corpus S. Fortunati recondidit, & clericos ibidē ſacris initiavit, vitā ſanctis operibus refertam ubi ad extrema ferè tempora Pontificatus Magni Leonis, & Valentiniani Imperatoris produxiſſet, tandem ne cadens Romanum Imperium, & Apoſtolicæ Cathedræ doctrinam tot hæreſum turbinis oppugnatam videret, in Cęlum evolavit IX. Kal. Decembris anno Domini 400. circiter quinquageſimo tertio. Sancti hujus reliquiæ in pervetuſta Eccleſia SS. Apoſtolorū apud Spoletum requieſcere perhibentur. De hoc S. Epiſcopo (fuit etiam alius Spes Abbas apud Nurſiam) agitur in actis S. Fortunati presbyteri in Eccleſia Turritana apud locum, ubi fuit Corcoronum Oppidum, ex cujus poſtea ruinis, poſt annum 1200. ædificatum fuit alterum Oppidum montis Falchi. Item ejus mētio habetur in actis S. Joannis Archiepiſcopi Spoletini, & Martyris, quæ extant tomo 1. Paſſionarij Cathedralis Eccleſiæ Spoletinæ pag. 109. In Eccleſiæ SS. Apoſtolorum propè Spoletum ſupereſt monumentum hujus ſancti Epiſcopi marmoreum, cum hac inſcriptione.

Depoſitio ſanctæ memoriæ venerabilis Spei
Epiſcopi, qui vixit in ſacerdotio annis xxxij.

8.* AMASIUS Epiſcopus forte Spoletinus, cujus corpus inventum eſt in arca marmorea vetuſtiſſimæ eccleſiæ S. Petri, olim Cathedralis, anno 1650. in ſuperpoſita lapidea tabula arcam claudente hæc ſculpta legebantur verba. (2) XI.

DP. SCI. AMASI EP. CONS. PRO-
BINI V. C. SUB D. X. KAL.
AUG. QUI VIXIT ANNIS LXXXV.
EX QVIB. EP. ANNIS XIII. MENS. II.

Inſcriptio hæc clare oſtendit eo in tumulo depoſitum fuiſſe quendam Amaſium Epiſcopum, qui ſub Probini conſulatu exceſſit: an Amaſius iſte Spoletanæ fuerit Epiſcopus, vel alterius Eccleſiæ, adhuc non conſtat, cum nulla alia ejus memoria tum in monumentis, cum in diptycis ejuſdem Eccleſiæ habeatur, unde id aſſerere potuerimus: veriſimile tamen videtur inter Epiſc. Spoletanos illum connumerandum.

9. S. EPIPHANIVS Spoletinus (3) Epiſcopus reperitur in Romana Synodo inter Patres ſediſſe, Felice Pontifice ad clavum ſedēte anno 487. 13. Martij.

10. S. MELETIUS ex Archidiacono ad eam dignitatem vocatus fuit circa ann. Domini 490. exceſſit in Cœlum 4 Decembris ann. 500. (4) Hujus Maurolycus meminit in Martyrologio 16. Kal. Januarij, ubi ſolemniter colitur. XII.

11. S. JOANNES Spoletanus cū S. Meletij Archidiaconus eſſet, poſt ejus exceſſum, omnium conſenſu dictus eſt Archiepiſcopus circa ann. 500. (5) Hic interfuit concilijs Romæ celebratis à Cœlio Symmacho ſummo Pontifice ann. 501. 502. 504. Ejus ſanctimonia vitæ adeo illum apud omnes Principes reverendum effecerat, ut Theodoricus ipſe Rex, pluribus dilargitis privilegijs in Spolet. Eccl. favorem, Joānē quā qui maximè ſuſpiceret. Sub Totila multas ærumnas perpeſſus eſt, à cujus militibus exhauſtum lancea latus, à Spoleto non procul, evolavit ad ſuperos 541. cujus corpus Clerus honorificè ſepelivit, cujus feſtum 19. Septembris ſolemne Spoletinis recurrit. Exactis deinde à Narſete eunucho ex Italia Gothis, haud ſine numine corpus S. Epiſcopi repertam XIII.

(1) Campellus in hiſt. Spoletina S. Sperantii ad Spoletanam Cathedram acceſſum in an. circiter 370. refixit, ideoque Achilleo antepoſuit: atque hunc vitam protraxiſſe ad an. 450. affirmat.

(2) Conſulatus Probini incidiſſe comperitur in an. Sal. 489. ut notat doctiſſimus Pagius, non autem in an. 344. ut perperam aſſerit Laurentius: ideoque obiiſſe Amaſium die 23. Julii an. 489. atque Spoletanum Epiſcopum creatum an. 476. menſe Majo dicendum eſt.

(3) Revera hic S. Epiphanius Spoletanus Epiſcopus nequaquam fuit: neque Synodo Romanæ an. 487. potuit è Spoletana Cathedra interfuiſſe, dum in ea tum ſederet Amaſius, ut ex ſupra allata inſcriptione arguere in promptu eſt. Legitur quidem in citato Concilio *Epiphanius Spoletinus*: at monet cum ex antiquiſſimis Bibliothecæ Vaticanæ Codicibus ſcribendum ſit Spellates, ut etiam notat in margine dictæ Synodi Harduinus in ſua Concil. editione. Epiphanius etenim Hiſpelli, non Spoleti fuit Epiſcopus. Vide Campellum in hiſt. Spoletina.

(4) Sed jam anno ſuperiore ſaltem exceſſerat, quo Joannes Spoletanus Rom. Concil. præſens fuit. Campellus anno 497 die 16. Decemb. obiiſſe affirmat.

(5) Ante annum 500. Anno ſiquidem 499. Rom. Concilio præſens fuit, deinde alteri ſub Symmacho an. 500. aliiſque. *Laurent.* A Totilæ militibus confoſſum an. 546. aſſerit Campellus.

eſt à Gunderanda Abbatiſſa S. Euphemiæ, inque ſuum trauſtolit monaſterium, iterumque ſub Henrico I. Imperatore, ad Cathedralem delatum, ubi hactenus honorificentiſſimè aſſervatur.

XIV. 12. JOANNES Laurentium Illuminatorem excepit circa annum Domini 541. *a* qui natione fuit Syrus, unuſque è 300. illis, ut quidam ſcribit, qui Juſtiniani temporibus venere Romam. Porrò Vigilius Pontifex Laurentium adoleſcentem adhuc, optimiſque moribus exornatum complexus eſt, interque Romanæ Eccleſiæ clericos numeravit, ac deinceps etiam procedentibus meritis Spoletanum creavit Epiſcopum. Qui cum ad Eccleſiam ſuam, initurus poſſeſſionem, proficiſceretur, cives peregrinum hominem abominati, Civitatis portis occluſis, excluſere progredientem. Quæ tamen illico in limine jam ſtanti Laurentio, divinitus patuerunt, tanta admiratione eorum, qui clauſerant, ut venerabundi deinde admitterent, quem paulò ante voluerant excluſum. Spoletanam Eccleſiam ad 12. annos *b* rexit Laurentius, ac deinde cum ex ſolitudinis amore eidem Eccleſiæ nuncium remiſiſſet, Eremum 60. milliariis à Spoleto diſtantem, *c* patientiſſimè excoluit, toleravitque. Demum clarus miraculis, gravis annis, pleniſque meritis, evolavit ad ſuperos die 3. menſis Februarii anno 576. cujus corpus deinde Spoletum delatum, magna populi veneratione, in Cathedrali conditum eſt.

a Circa an. 551. vult Campellus loco cit.

b Annorum uſque ad an. 561. ait Campellus *c* Cœnobium Farfenſe. Conſule Acta SS. Febr. t. 1. p. 361.

XV. 13. S. PETRUS Laurentio ſucceſſit, temporibus Vigilii Papæ anno 552. *d* De hoc Petro honorifica mentio habetur in vita S. Joannis ejus anteceſſoris, fuiſſe ſcilicet illum magnæ ſanctitatis virum, inque peragendis carminibus eruditione præclarum, quibus ſepulchra martyrum exornavit. Ut vixerat, ſic & ſumma cum laude pietatis defunctus eſt die 29. Junii anno 590. *e* ſepultus in Cathedrali Templo S. Petro dicato; quem cum deinde Franciſcus Herulus Epiſcopus poſt multa ſecula requiſiiſſet, cum corpore Joannis ejus anteceſſoris invenit, ac honorificentius ſub majori altari collocavit anno 1500. („ *De eo s. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 29. & Baron.* „ *an. 574.*)

d 562. ex Campello.

e 593. Campellus.

XVI. 14. GRISANTUS hanc obtinuit Eccleſiam temporibus Magni Gregorii anno 590. *f* ad quem idem Pontifex IV. epiſtolas dedit, quæ in 2. volumine epiſtolarum Decretalium continentur.

f 591. Campel.

XVII 15. ADEODATUS anno 640. *g* Lateranenſi Concilio interfuit ſub Martino Pontifice anno 649. Hujus Epiſcopi tempore corpus S. Joannis ejus anteceſſoris repertum eſt.

g 633. Campel.

XVIII 16. FELIX Conſtantinopolitanus Concilio interfuit ſub Agathone Pontifice anno 680. („ *Epiſtola Agathonis pro dicto Concilio ſubſcripſit.*)

XIX. („ *ADEODATUS II. floruit ſub Adriano Papa* „ *an. 780. ex Reg Farfen.* Campellus.)

XX 17. SIGUALDUS floruit anno 814. Hic in primis Lothario Imperatori charus fuit ob medicinæ peritiam; quamobrem ab eo quàmplura privilegia impetravit, imprimiſque Abbatiam S. Petri de Florentillo in Umbria per ſummam habendi cupiditatem extorſit, qua Epiſcopalis menſa ditaretur. Igitur cum ex illa immeritos monachos ejeciſſet, ita Numen ſenſit iratum, ut horribili lepra percuſſus, in ea plaga miſerabiliter vitam finierit, nec tamen vita functus inſequentem ultionem potuerit evitare. *h* Si quidem cum per tres continentes dies, tanquam è ſubjecto incendio denſiſſima fumi nubes exſurrexiſſet è tumulo, reperere miraculo admoniti clerici, Epiſcopi deflagraſſe cadaver, inque fœtentiſſimos cineres diffluiſſe. Poterat hæc Divina ſpectata ultio noſtri temporis Commendatarios ſatis admonere periculi, qui ita Deo votas fortunas, opeſque in prophanos uſus convertunt, ac ſi undique imminentem Numinis vindictam poſſent eludere.

h Obiit circa an. 824. ex Campel.

XXI. 18. LUITARDUS Epiſcopus Spoletanus vixit anno 840. *i* cujus temporibus repertum eſt S. Anthimi Epiſcopi corpus in Campania jacere inglorium.

i 844. Obiit 840. ex Campello.

19. PETRUS ejus nominis II. hac ſede effulſit anno 849. Hic Concilio ad Imperium Leonis IV. favoreque Lotharii, ac Ludovici Imperatorum congregato præſedit, illudq; ſua ſubſcriptione firmavit. *k* Hujus meminit Nicolaus Pontifex in quadam epiſtola, quam plenam paſtoralis curæ emiſit. XXII.

k An. 851

20. N....(1) Epiſcopus Spoletanus floruit temporibus Joannis VIII. ac Caroli Calvi Imperatoris: cujus memoria cum nomine ipſo intercidiſſet, niſi epiſtola ejuſdem Joannis Pontificis anno 879. adhuc extaret, qua Spoletini Ducatus Epiſcopos admonebat, ut Concilio à ſe celebrando apud S. Petrum ob urgentes Eccleſiæ neceſſitates vellent adeſſe. XXIII

21. AMARICUS Epiſcopus Spoletanus donationi interfuit Theodorici Epiſcopi Firmani, in favorem monaſterii S. Crucis anno 887. XXIV

22. ROMANUS iis temporibus vivebat, cum Joannes XII. Othonem Imperatorem in Italiam provocabat contra Berengarium anno 961. („ *Hic ille* „ *qui Rom. Conciliabulo an. 963. interfuit.*) XXV.

23. BERENGARIUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus Concilio Romano interfuit ad imperium Othonis, in quo ex cenſura Patrum Joannes Pontifex deturbatus è ſede eſt ann. 963. (2) Conſule Baronium.

24. LUPUS Epiſcopus Spoletanus ovium optimus cuſtos, Eccleſiam S. Pauli propè Spoletum reſtauravit 1002. ibique monaſterium Virginum Deo votarum erexit, quas poſtea ad Eccleſiam S. Agathæ decentius tranſtulerunt, („ *Interfuit etiam Concil.* „ *Raven. ſub Io. XIII. an. 963.*) XXVI

25. HERIBERTUM *l* Lupus defunctus excepit natione Theutonem 1016. * quo ſubſcripſit decreto Benedicti Papæ IX. ad favorem Villelmi Abbatis Fructuarienſis, voluitque Archiepiſcopus appellari. Huic Heriberto Henricus III. Imperator monaſterio S. Euphemiæ indulſit, ut ibi epiſcopale palatium poſſet conſtruere. XXVII.

l Al. Adelbertum

* Ex App. t. 2.

26. JOANNES de Græcis Urbevetanus, Spoletinorum Epiſcopus fuit circa annum 1032. XXVIII.

27. HENRICUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul ſubſcripſit bullæ Leonis IX. pro Eccleſia Portuenſi. Romano Concilio interfuit, à Nicolao II. Pontifice celebrato anno 1059. decretumque quoddam cum aliis Umbriæ Epiſcopis ſubſcribit. XXIX

28. ANDREAS erexit, dotavitque Eccleſiam S. Mariæ, ejuſdemque Canonicum, ut vocant, quæ hoc tempore Cathedralis eſt, ut in inſtrumento ejus donationis legitur, quæ adhuc in archivo ejus Eccleſiæ aſſervatur. Datum * 13. Kal. Feb. ind. 7. anno 1067. en diploma. XXX

* Ex App. t. 2.

Cum rerum mundanarum in diſpoſitione legis fautores minimè audeant, vel debeant aliud, niſi hoc, quod jure didicerant memoriæ literarum cōmendare, quanto magis divinæ legis cultores beneficia, quæ ſacris Altaribus offerre ſatagunt, ita ſacris inſtitutis eorum roborare, atque munire debent, ut nemo s. Matris Eccleſiæ perſecutorum ea ſupradicta beneficia poſſit diſſipare, atque minuere; cujus de cauſa ego A. S. Spoletinæ ſedis proviſor indignus admodum rogatus ab univerſo Clero, & Populo ejuſdem ſedis, ut per inſtitutionem normæ Canonicorum, eam ſublimaſſem; Quorum juſtæ petitioni dare aſſenſum negare nolens, ſed potius bonæ voluntatis affectum præbens, dignum duxi omnibus fidelibus Chriſti notificare qualiter, & quibus impenſis beneficiis præfatam Eccleſiam ſtatutis SS. Patrum commendavi. Veruntamen ob honorem S. & Intemeratæ Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum, & ob remedium omnium Parentum noſtrorum, necnon omnium fidelium Chriſtianorum, eorum omnium, quorum Corpora infra Cœmeterium præfatæ Eccleſiæ s. Mariæ requieſcunt, vel deinceps in eadem humata fuerint, atque ob remedium animæ D. N. Imperatoris Henrici felicis memoriæ, & pro incolumitate filii ſui Henrici, & omnium ſucceſſorum ejus de facultatibus ejuſdem Epiſcopatus illic eo ſemper militantibus Canonicis, atque ſub conſtitutione divinæ regulæ vitam degentibus perpetualiter quandam partem concedimus, & ſingula quæque diſtinctis nominibus præno-

(1) FELIX vocabatur hic Epiſcopus, ut patet ex ſubſcriptione Epiſtolæ Joannis VIII. Papæ ad favorem Epiſcopi Æſuenſis an. 879. *Laurentius.*
(2) Hoc incogitanter aſſeritur. Romanus enim ejus anteceſſor interfuit illi Conciliabulo. Unde ſi Berengarius aliud pro ſe teſtimonium non habet, expungendus ex hac ſerie. *Lau.*

oominamus, videlicet terram, quæ juxta Eccleſiam adjacet cum domibus, latera vero ejuſdem terræ hæc ſunt, primam latus Eccleſiæ, ſecundam latus deſcendens ab oſtio Eccleſiæ per gradu in viam, quæ infra ſe continet terram, & demum, & horum Presbyteri Petri ejuſdẽ Eccleſiæ famuli, & demum Joannis ſimiliter, atque in Tribunam e. Primiani, ſimiliter concedimus, & confirmamus prædictæ Canonicæ Plebem Taurinonſem, & Plebem Verudanam, & Plebem s. Joannis in Campo cũ decimis, & offerſionibus, ſeu oblationibus vivorum, & mortuorum; ſimiliter concedimus omnem decimationẽ, quam dare debent homines habitatores de Fracta, quæ nominantur Albertiſſea, vel ſi aliud nomen prædicta Fracta habebit; ſimiliter cedimus omnem decimationem, quam dare debent homines circa Eccleſiam D. Mariæ in Campo, atque ad aquam Marabbia; & inſuper concedimus de Plebe S. Gregorii de tertia parte duas portiones cum Eccleſia, cum decimis, & oblationibus vivorum, & mortuorum. Inſuper concedimus terræ tertiam partem filiorum Cæciliæ, quadrans cantherum cum vineis, & ſuis pertinentiis, infra pertinentias Plebem S. Savini, infra pertinentiam cum ſuis pertinentiis de prædicta Plebe, concedimus tantam terram ut fiant cum illa modiorum 30. & duorum modiorum de vinea juxta Tiſinum. Inſuper concedimus, & per hujus paginam decreti confirmamus in hanc Canonicam, à Nobis inſtitutam, idest ipſam terram, & vineam in Platea Montis S. Eliæ ſupra noſtrum Epiſcopatum, quæ eſt poſita a lateribus ejus, à primo latere verſus murum ipſius Eccleſiæ s. Mariæ, ab alio muros Civitatis à capite Eccleſiæ s. Eliæ, ab alio latere revertente de ipſo monte, ſicut deſcendit in Caſalinum, quem Adelbertus modo tenent, & Joannes Presbyter, & venit in ipſum murum de Eccleſia D. Epiſcopi, in qua eſt primum latus cum Eccleſia S. Angeli. Inſuper concedimus terram, quam Clerici ejuſdem Eccleſiæ tenent, ubicunque inventa, vel inquiſita fuerint, cum tribus partibus decimationis Civitatis, & tribus partibus offerſionum Eccleſiæ S. Mariæ, quartam partem verò decimæ, & candelarum, & denariorum offerſionem mihi, & ſucceſſoribus meis reſervo, de medietate decimæ, quæ infra Eccleſia venit, & medietatem offerſionum de terra, & vinea, de quibus Clerici, qui nunc atque partem habuerant, qui in Canonicam non intrant, illis reſervamus in vita illorum; poſt deceſſum eorum in eamdem deveniant Canonicam; oblationes vero vivorum, & mortuorum, quas Vobis Canonicis ſingulariter venerit, integram confirmamus, & omnia dona, & beneficia, ſicuti ſuperius ſcripſimus, & cum omnibus, infra ſe, vel ſupra ſe habentibus per hanc decreti paginam concedimus, & confirmamus prætaxatæ Canonicæ, & tibi Presbytero Petro, cui Præratum damus cum cæteris fratribus ſpiritalibus, qui in Canonica congregati erunt uſque in Eccleſiam, ad habendam, tenendam, fructandam, & pro animabus fratrum incertè, ſpiritualiter, ac canonicè congregandam, & reconciliandam, ut tamen non deveniant ad offenſus, ut Nos, noſtrique ſucceſſores pro animabus, quibus curam impendere debemus, ut nullus hanc Canonicam diſſolvat, ſed ab omnibus in perpetuum obſervetur. Authoritatem vero eligendi Priorem de eadem Congregatione, mortuo Priore, & non aliunde, tamen abſque præmio concedimus Canonicis: ſi quis vero, aut ego, vel ſucceſſores noſtri, quod abſit, temerarius hoc, quod per decreti hujus paginam confirmavimus, diſſolvere, vel infringere tentaverit, in primis confodiatur gladio omnipotentis Dei, & S. Mariæ, omniumque Sanctorum. Inſuper componat in Palatio Imperatoris auri Obrizi libras 30. & poſt ſolutam pœnam hoc decretum, ſtabile, & indiſſolubile in Eccleſiam permaneat, & pro cautela futuri temporis, & pro revivenda memoria Joannes Judex Civitatis Spoletinæ ſcripſi Anno ab Incarnatione Domini. M. LX VII. & regnante Henrico Rege anno ejus. IX. & dies Menſe Januario, quod eſt 14. Kal. Februarii Indict. 7.

Ego Andreas Spoletinus humilis Epiſcopus hoc decretum fieri rogavi, & manu mea ſubſcripſi. Hujus autem inſtitutionis regimen mihi in vita mea reſervo.

Ego Albertus Archidiaconus hoc decretum conſenſi.

Ego Adam Archipresbyter hoc decretum conſenſi.

Ego Alln Presbyter, & Primicerius hoc decretum conſenſi.

Ego Francu Levita, & Primus defenſor conſenci.

Ego Petrus Presbyter, & Cardinalis conſenſi.

Ego Albertus Presbyter, & Cardinalis, & Cuſtos Eccleſiæ conſenſi.

Ego Adã Sancta Spoletana Eccl. Diaconus cõſenſi.

Ego Berardus Presbyter, & Cardinalis conſenſi.

Poſtea ſequuntur nomina teſtium, & ſubſcriptio, & ſignum Notarii, &c.

Hanc donationem id flagitante Andrea ratam habuit, confirmavitque Alexander II. anno 1069. ſequenti diplomate ab originali excerpto, quod in archivo ejuſdem Spoletanæ Eccl. hactenus aſſervatur.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Petro ven. Præpoſito Canonicæ S. Mariæ in Matrice Eccleſia Spoletani Epiſcopatus, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Quoniam Divina miſerationis clementia nos in ſpecula univerſalis adminiſtrationis conſtituit, ex conſideratione noſtri officii cogimur univerſis Eccleſiis providere. Ideoque tum rogatione Epiſcopi tui Andreæ, tum tuis devotis precibus, amande fili, flexi, te, tuoſque fratres, ac præfatam Canonicam cum omnibus ſibi legaliter pertinentibus ſub munimine, ac tutela Apoſtolicæ defenſionis ſuſcipimus, & confirmamus præfatæ Canonicæ quicquid nunc juſtè habet, & quicquid prædictus Andreas Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ eidem Canonicæ tradidit, atque conceſſit, videlicet plebem S. Joannis in campo, & decimam S. Mariæ in campo, cum decima Azzanina Fracta, ac plebe S. Gregorii in Nido, & Corsim S. Angeli in capite cum omnibus infra ſe habentibus, & plebem de Verelano, & plebem de Turino, & plebem de Bernano, & plebem de Lederano, & tres partes totius civitatis, decimæ, videlicet Spoletinæ, cum tribus partibus oblationum vivorum, ac mortuorum, & terram totam pertinentem præfatæ Canonicæ, & quicquid prædicta Canonica deinceps juſtè acquiſitura & tã largitione prædicti Epiſcopi Andreæ, ſive omnium ſucceſſorum ejus, quàm oblatione quorumcumque fidelium in plebibus, & capellis, decimis, & pertinentiis, terris, & vineis, ſeu cujuslibet generis poſſeſſionibus, ſalva in omnibus reverentia proprii Epiſcopi. Concedimus itaque tibi Petro Præpoſito, & omnibus ejuſdem Canonicæ fratribus, veſtriſque omnibus ſucceſſoribus hæc omnia, quæ ſupraſcripta ſunt. Statuentes, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Rex, Dux, Marchio, Comes, ſeu aliqua eccleſiaſticarum, vel ſæcularium magna, parvaque perſona vos inquietare, & jam dictam Canonicam de omnibus ſupra memoratis rebus diveſtire, vel quid ab ejus jure in aliud transferre præſumat; ſervato in omnibus jure S. Romanæ Eccleſiæ, & privilegio. Quiſquis autem temerario auſo, quod abſit, hujus noſtræ ſanctionis privilegium contrajerit, & illud in totum, partemve infregerit, niſi admonitus digna ſatisfactione, quod contra noſtra Apoſtolica ſtatuta deliquerat, emendaverit, ſciat ſe Apoſtolicæ excommunicationis, ac anathematis vinculo graviter innodatum, ac per hoc cum Diabolo, & Angelis ejus atrocibus pœnis miſerabiliter deputatum. At vero, qui pio intuitu cuſtos, & obſervator hujus noſtræ ſtatutionis extiterit, Apoſtolicæ benedictionis abundantia repleatur.

Datum Narnensi Urbe xvii. Kal. Februarii per manus Petri Clerici fungentis vices Leteti S. R. E. Subdiaconi, ac Bibliothecarii, anno ab Incarn. Dom. 1069. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ II. octavo ind. 7.

29. N... natione Theutonus ab Henrico III. Imperatore in hanc Eccleſiam intruſus eſt anno 1076. atque à Gregorio VII. in publico Concilio tanquam violentus invaſor excommunicatus, ac de ſede depoſitus. a

a Gregorii litteras refert Baron. an. 1076.

XXXI

30. SALOMON ſub Paſchali II. Romano Concilio interſuit anno 1102. Hic divini cultus obſervãtiſſimus fuit, Martyrumque memorias ſanctiſſimè percoluit, ac veneratus eſt. Ejus memoria exſtat in quadam inſcriptione, quam hactenus penè delevit invidioſa vetuſtas.

..as Martii, hoc ſacro ſem.. coſe ſanctorum

Na-

Nazarii & cer. . am Johannis & Pauli, ac Claudii . 1 . . Antiſtite Domino Salomone . . . quod proprie reliquias Præfectorum nec non Nicolai in ſe . . . . limorumque aliorum . . . .

J M. †. C. V I. . .

XX XII. 31. HENRICUS Gualpheredus Salomoni ſucceſſit 1114. Hic multas Eccleſias exornavit, atque dotavit, ex quibus una fuit Eccleſia S. Donati . . .

XX XIII. 32. MANVALDUS floruit anno 1135. conſecravit Baſilicam S. Gregorii presb. & Martyr. Spoleti die 6. Auguſti 1146.

XX XIV. 33. LOTHARIUS autem Theutonus, 1150. Eo vivente Præſule, Spoletum funditus delevit, & deſtruxit Fridericus I. Imperat. an. 1155. die 28. Jul.

34. VITECHIRIUS Theutonus in hanc ſedem fuit intruſus 1173. à Friderico Ænobarbo, atque Antipapæ Callixti partes promovit contra Alexandrum III. legitimum Pontificem, à quo telo religionis ictus eſt, ac deturbatus de ſede.

XXX V. 35. TRANSARICUS, depoſito Vitechirio, ab Alexandro III. ſuffectus eſt anno 1178. Hic Lateranenſi Concilio interfuit ab eodem Alexandro celebrato anno 1179. *a* vita functus eſt *circa an. 1190. Sed hic apponendum quoddam Friderici I. privilegium Spoletinis conceſſum 1185. Tranſarici Præſulis tẽpore, poſt exuſtam ab eodem Imperatore Spoletinam Civitatem anno 23. è tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumptum.

a Et illi dicitur Raſſerieus.
* Ex App. tom. 3.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus.

Serenitas, & clementia Imperatoria benignitatis noſtra innata nobis pietati conſulit, & hortatur, ut quos erga ſacrum Imperium, perſonamque noſtram in adverſitatũ procellis vento infidelitatis agitari cognoſcimus, ſi in ſua mobilitate perſiſtãt, debita ſeveritatis animadverſione corripiamus: Supplicantibus autem & anhelis miſericordiam deſideriis poſcentibus, exceſſus, & offenſas piè remittentes ſervitium gratiæ noſtræ favorem eis liberali manſuetudine reddamus. Noverit igitur tam præſens ætas fidelium Imperii, quam ſucceſſura poſteritas, quod nos ſupplicatione pariter ac manifeſta devotione fidelium Chriſti Civium Spoletanorum ad commiſerandum inclinati ipſos ad preces dilecti noſtri Ducis Spoleti, univerſos Cives Spoletanos tam minores, quam majores in plenitudinem gratiæ noſtræ recipimus, eorumque fidem ac fida devotionis ſuæ ſervitia inter puram ſinceritatem fidelium Imperii confidenter annumeramus: expectantes de ipſorum honeſtate ac provida diſcretione, quod nec rerum blanditia a conſtantia noſtra fidelitatis de cætero eos emolliens, nec tempeſtates adverſitatum aliquo modo deviare compellens. Sanè quidem attendimus laudabile, & glorioſum eſſe ſubjectis clementer parcere, & ſuperbiam rebellium potenter debellare. Hujus rei teſtes ſunt, Vuillelmus Aſtenſis Epiſcopus, Fridericus Præpoſitus Argentinenſis, Conradus Dux Spoleti, Conradus Dux . . . . Bovo de S. Angelo, Raynaldus Comitis Monaldi, Vgolinus Vgolini, Vido de S. Nazario & Remerus frater ejus, Vernerus de Bencande, Henricus Dapifer, Henricus Marſcalcus de Lut, Rodulphus Camerarius, Conradus Pincerna. Datum apud Cukurianam anno Dom. Incarn. MCLXXXV. indict. 3. v. Kal. Octobris, *b* In eodem tabulario, ut monuit Seraphinus Seraphinius eruditus, optimuſque ſacerdos Spoletanus, inter cætera monumenta habetur Urbani III. bulla, qua confirmat omnia bona Eccleſiæ Cathedralis à fidelibus delargita in hunc modum.

b Ex App. tom. 1.

URBANUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Matthæo Præpoſito S. Mariæ Spoletanæ Eccleſiæ fratribus, tam præſentibus, quam futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Quoties à nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam S. Mariæ Spoletanæ, in qua divino mancipati eſtis obſequio ad exemplar prædeceſſoris noſtri felic. memor. Alexandri II. Romani Pontificis ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, plebem S. Joannis in campo, & decimam S. Mariæ in campo, cum decima Azzaninæ Ecclæ, plebem S. Gregorii in Nido, curtim S. Angeli in capite cum omnibus infra ſe habentibus, plebem de Verclano, plebem de Turino, plebem de Bernano, plebem de Lederano, & tres partes decimæ totius Spoletanæ Civitatis, cum tribus partibus oblationum vivorum, & mortuorum. Ad hæc libertates, & immunitates à Regibus, Principibus, & ab aliis perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm mundanis eidem conceſſas Eccleſiæ, & antiquas, & rationabiles conſuetudines integras illibataſque manere præſenti decreto ſancimus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sepulturam præterea ejuſdem Eccleſiæ liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere, venire præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen. Amen.

Ego Urbanus Catholicæ eccl. epiſc.
Ego Theodin. Portuen. S. Rufin. ſedis epiſc.
Ego Henricus Albanen. epiſc.
Ego Theobaldus Hoſtien & Veletren. epiſc.
Ego Joannes presb. Card tit. S. Marci.
Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ Tranſ & Callix.
Ego Pandulfus presb. Card tit. xii. Apoſtolorum.
Ego Albinus tit. S. Crucis in Hieruſalem presb Card.
Ego Melchior presb card SS. Jo. & Pauli, ti. Pammachii.
Ego Adelardus, tit. ſancti Marcelli presb. Card.
Ego Arditio Diac. Card. ſancti Theodori.
Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card.
Ego Soffredus S. Mariæ in Via lata Diac. Card.
Ego Petr. Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Rodulphus S. Georgii ad Vel. Aureum Diac. Card.

Datam Veronæ, per manum Tranſimundi S. R. E. Notarii, 3. Kal. Martii, indict iv. Incarn. Dominicæ, anno M. C. LXXXV. Pontificatus verò D. Urbani Papæ III. anno I.

36. MATTHÆUS electus fuit Epiſcopus Spoletanus anno 1190. Hic divino cultui deditiſſimus fuit, ſacraſque virgines diligentiſſimè docuit colere caſtitatem. XX XVI.

37. BENEDICTUS ab Innocentio III. creatus, eſt 1198. ad quem idem Innocentius literas dedit, ut in Decretalibus epiſtolis *b* videre eſt. Hujus Epiſcopi temporibus, Innocentius Pontifex Joannem Cardinalem Columnam Spoletanorum Rectorem creavit; cæterum Benedictus è vita diſceſſit IX. Gregorio ſedente. XXX VII.

b In Can. cap. Olim de cenſibus. cap. ſignificaſti.

37. NI-

XXXVIII 38. **NICOLAUS** à IX. Gregorio electus anno 1230. tranſlatus inde ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum anno 1235. Extat in regiſtro Vatic Gregorii IX. epiſtola directa Priori, & Capitulo Baſilicæ Salvatoris Lateranenſis, in qua controverſia inter Nicolaum Epiſcopum Spoletanum, tunc electum Conſtantinopolitanum, & inter Priorem, & Capitulum Lateranen. dirimitur. Kalendas Maii Pontificatus 9. epiſt. 105. fol. 36. De eo Waddingus in Ann. Minor. tom. 1. anno 1232.

XXXIX. 39. **BARTHOLOMÆUS** Spoletanorum Præſul 1250. Patrem ſe pauperum geſſit, Peregrinorum fundato Xenodochio propè S. Georgii Eccleſiam, è vivis exemptus eſt anno 1271. („ *Hic Accorambonus „cognominatur à Fontana de Rom. Prov. p.* 139. Mand.

XL. 40. **THOMAS** Angelus adlectus eſt Spoletanus Epiſcopus anno 1271. Hujus temporibus florebat S. Clara à Monte Falco. Narrant hunc Epiſcopum, dum Gregorius X. ad clavum Eccleſiæ univerſalis ſederet, nepotem ſuum Spoletinorum Rectorem creaſſe. Fato autem functus eſt 1278.

XLI. 41. **ROTLANDUS** Taberna Parmenſis, *a* ex Subdiacono, & Capellano Apoſtolico ann. 1278. 6. idus Maii à Nicolao III. electus fuit Epiſcopus, caſſata prius electione Capituli de perſona Leonardi Archidiaconi Spolerani, & Vgolini clerici in contentione celebrata, ex regeſt. vatic. ep. 56. fol. 17. ann. 1. Hujus parens proprio nomine Taberna dictus eſt, ſordidoque reſarcinatoris miniſterio victitabat. Aluit Rotlandum tenuiter, ſtuditque quàm maximè, ut filius optimis diſciplinis inſtitueretur. Sed cum non eſſet par impenſis, quibus ſtudia literarum ferè ſolent promoveri, Roma, ubi commorabatur, diſcedens, conceſſit Pariſios; ubi cum magnanimum quendam nactus fuiſſet, qui pauperes ſed ſtudioſos iuvenes juvare ſolebat, adeò alienis adjutus facultatibus in nobilioribus diſciplinis profecit, ut per ea tempora haberetur doctiſſimus. Cumque clericalem vitam profeſſus fuiſſet, rediit Romam, ibique plures inſtituens, ita ad illuſtrem famam pervenit, ut Nicolaus III. Pontifex illum ad Spoletanam ſedem ſubveaetit, inque graviſſimis, trepidiſque negotiis homine fuerit uſus ad publicam ſalubritatem. Conſtat Martinum IV. Rotlandum legaſſe in Gallias, ut de vita S. Ludovici Regis Gallorum inquireret, quo magis ea Eccleſiæ ritu referretur in ſanctos. In quo munere adeò Regi probitatem ſuam probavit, ut ab eo non temnendum ſacerdotium obtinuerit, cujus tamen haud iniit poſſeſſionem, cavente, vetanteque Pontifice, ne primam ſponſam ſuam deſolatam relinqueret. Reverſus in Italiam, Parmæ, hoc eſt in Patria ſua defunctus eſt 1285. in monaſterio Scholæ Dei Carthuſiani ordinis, quem inſtituerat hæredem. Cæterum in Carthuſiano habitu, cultuque ſe ſepeliendum mandavit; eundem etiam ordinem, inſtitutumq; profeſſurus, relicto Epiſcopatu, ſi eo morbo diſcuſſo diutius vivere contigiſſet.

a De eo Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. c. 6. p. 276. & Campius in hiſt. Placent. p. 3. pag. 14. Mandoſ.

XLII. 42. Fr. **PAPERONUS** è Paperona gente Romanus, *b* Ordinis Prædicatorum, ex Fulginate Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt Honorio IV. ſedente anno 1285. 12. Kal. Auguſti, ex regeſt. Vatic. epiſt. 116. fol. 35. Hic ex inſtituto S. Auguſtini Moniales Montis Falci edocuit. Deceſſit autem anno 1290. Eo Præſule cum Fratres Minores in Monaſterium S. Benedicti Caſtri Nurſini Spoletanæ Diœceſis ſe violenter intruſiſſent, ab Honorio IV. in ordine ſunt coacti. Qui cum iterum non ſine bonorum hominum ſcandalo monachos deturbaſſent, Cœleſtinus V. miſericordia motus, ac ſuadente juſtitia, monaſticum ordinem ibi reſtituit, ipſumque monaſterium à Diœceſana juriſdictione exemit, immediateque Apoſtolicæ ſedi ſubjecit, hoc diplomate.

b De quo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 3. p. 173.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Priori & Conventui monaſterii S. Benedicti Caſtri de Nurſia ordinis S. Benedicti, Spoletinæ Diœceſis ſalutem, & Apoſt. bened.

PErſonas divinis dedicatas obſequiis, & ſub jugo regularis obſervantiæ conſtitutas, ne perverſorum confringantur inſultibus, & tepeat, quod abſit, fervor religionis in eis, libenter Apoſtolicis præſidiis communimus, ut ſemper ferventius ferveant in Dominicis beneplacitis, & mandatis. Dudum ſiquidem ſicut aſſeritis, Abbas, & conventus monaſterii S. Titi de valle Caſturiana ordinis S. Benedicti in monaſterio veſtro, ejuſque perſonis, aſſerentes ſe plenam juriſdictionem habere, illud, vobis irrequiſitis, ordini fratrū Minorum non ſine multa præſumptione conceſſit, Diœceſani Epiſcopi ad id accedente conſenſu, cujus conceſſionis prætextu poſtmodum fratres ejuſdem ordinis fratrum Minorum, aſſociata ſibi multitudine armatorum præfatum monaſterium S. Benedicti nequiter invadentes illud, ejectis inde vobis, & aliis familiaribus veſtris nequius occuparunt. Sanè felicis recordationis Honorius Papa prædeceſſor noſter prædictorum Abbatis, & fratrum in præmiſſis præſumptam temeritatem deteſtans, inductus compaſſione paterna eos fecit ad dicti monaſterii veſtri plenariam poſſeſſionē induci, dictis fratribus Minoribus amotis exinde, & cæteris illud detinentibus occupatum. Ex hoc alique prædictis fratribus ad gravamina, & graves injurias veſtri monaſterii aſpirantibus vehementer, Andreas frater ejuſdē ordinis Minorum in partibus illis inquiſitor hæreticæ pravitatis, nō ſine nota tranſgreſſionis notabilis, & conceptæ contra vos iniquitatis fermento, aſſerens quod monachi monaſterii veſtri Orthodoxæ fidei profeſſores ſinceri, & religionis laudabiles zelatores, erant hæreſis labe reſperſi, ſupra hoc contra quoſdam ex vobis inquirens, tandem ipſos de crimine hæreſeos per iniquam ſententiam condemnavit, ut ob hoc coacti formidine beneplacitis acquieſceretis eorum; cumque id ad ejuſdem prædeceſſoris notitiam perveniſſet, ipſe prudentia multa conſpiciens, quod hujuſmodi inquiſitionis actus, & ea ſententia ſubſecuta, proceſſerat de pectore nequitiæ veneno corrupto, ſententiam ipſam exquiſita diligentia revocavit. Nos itaque approbantes præfatos proceſſus dicti prædeceſſoris habitos in præmiſſis, ac volentes inſuper quieti veſtræ in poſterum plenius providere, ne deficiatis, quod abſit in via Domini, variis impulſibus conquaſſati, & occaſione prædictæ conceſſionis factæ de ipſo monaſterio veſtro ordini prædicto Minorum quam præſumptione injurioſa præſumptam decernimus nullam firmitatem habere, quoquo modo moleſtari poſſitis, vos, & monaſterium veſtrum, ab omni juriſdictione Diœceſani Epiſcopi, & prædictorum Abbatis, & conventus monaſterii S. Titii authoritate præſentium eximimus, & ſub protectione ſedis Apoſtolicæ ſuſcipimus ſpeciali; ita quod nulli omninò liceat in eodem monaſterio veſtro ſibi juriſdictionis aliquid, abſque ejuſdem ſedis licentia vendicare. Inhibemus quoque ne abſque præſentia Diœceſani ejuſdem, & alicujus Abbatis ipſius ordinis S. Benedicti prædicto Abbate S. Titii omnino excluſo, prædictus inquiſitor, vel alius in poſterum deputandus præſumat inquiſitionis officium exercere. Addicimus etiam ſtatuendo, quod in eodem monaſterio veſtro ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & ejuſdem S. Benedicti ordinem noſcitur inſtitutus, ibidem perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, protectionis, inhibitionis, & additionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & BB Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Aquilæ idibus Sept. Pontificatus noſtri anno 1.

XLIII 43. **GERARDUS** Attrebatenſis Gallus, ex Epiſcopo Anagnino adlectus eſt 1291. 4. Nonas *c* Martij, inde à Boniſacio VIII. tranſlatus fuit ad Eccleſiam Attrebatenſem in Gallia vacantem per promotionem Joannis tit. SS. Marcellini, & Petri ad Cardinalatum olim electi, & rejecta electione Petri Serræ Canonici Cameracēſis per Cœleſtinū V. facta, ex regeſto Vatic. ep. 64. fol. 14 anno 1. Boniſacij. VIII

c Maji.

XLIV 44. Fr. **FRANCISCUS** Ordinis Minorum, electus an. 1295. 5. Kal. Aprilis à Boniſacio VIII. cum prius à Cœleſtino V. Senogallienſis Epiſcopus fuiſſet deſtinatus, ita in regeſt. vatic. ep. 66. fol. 15. Deceſſitque ſub Boniſacio VIII. anno 1299. Hujus ſatis clara memoria extat apud imaginem Beatiſſimæ Mariæ Virginis, à S. Luca Evangeliſta depictam, in quam maximas Franciſcus contulit indulgentias.

XLV. 45. Fr. **NICOLAUS** Albertinus, alias de Martinis, è Prato in Etruria, Ordinis S. Dominici, cum Generalis Procurator ſui ordinis Romæ eſſet, à Boni-

niſacio VIII. adlectus eſt Spoletanus Epiſcopus anno 1299. Kal. Julii, ex reg. vat. ep. 273. fol. 96. Romanæque Urbis Vicarius, Legatus ad Britanniæ, Galliæque potentiſſimos Reges. An. verò 1303. à Benedicto XI. creatus eſt Epiſcopus Card. Oſtienſis, ann. 1305. Spoletano munere ſe exolvit. Hic longè doctiſſimus erat, magnoque ingenio vir, factionemque Ghibellinam ardentius, quam pro Epiſcopo fovit, atque ſecutus eſt. Nepotem habuit Fatium *a* Albertinum Prati Comitem, Carolo IV. Imperatori charum. Hoc tempore Albertinorũ familia extincta eſt. Conſule, quæ de Nicolao ſupra narravimus in Epiſcopis Oſtienſibus. (1)

a Fenthum ex Comitibus Albertinis de Prato.

XLVI 46. JOANNES ex Archidiacono Andegavenſi, & Camerario S.R.E electus eſt Epiſcopus Spoletanus anno 1303. *b* 10. Kal. Januarij, ex reg. Vatic. ep. 109. qui obiit antequã munus cõſecrationis acceperit

b 1306.

XLVII. 47. PETRUS PAULUS *c* Trincius Fulginas Naldi Fulginii Domini filius, ex Camerario ſacri Collegii, à Clemente V. ann. 1306. 3. Non. Junij creatus eſt, ex reg. Vatic. ep. 134. Adhuc vocatur electus anno 1312. in eodem regeſto. Fato autem functus eſt an. 1320. Hic juſſu Joann. XXII. acta, ac vitã B. Claræ de Mõte Falco ord. S. Auguſtini diligẽter inveſtigavit.

c De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 229. Mond.



XLVIII. 48. Fr. BARTHOLOMÆUS, ſive Bartolus Florentinus, *d* è Bardorum nobiliſſima gente Vernii Domina, Petri Gualterotti, & Petræ Lenæ de Villanis filius, ex Ordine Fratrum Minorum, Pontificis Joannis XXII. familiaris, ab eodem Pont. ad hanc ſedem ſubvectus eſt 1320. Hic diu Interamnam adminiſtravit, ſinuoſoque, ac ſumptuoſo opere, ductaque ſalubres aquas in eam Civitatem derivãdas curavit, quæ hactenus de nomine gentis Bardeſcha vocatur. Corporis S. Zenobij Inventioni interſuit, ut narrat Joannes Villanus lib. 4. c. 136. ac 172. quod accidit anno 1331. die 15. menſis Januarii. Deceſſit autem Bartolus circa annum 1346. (2) cum multas conſtitutiones ſynodales ſalubriter condidiſſet, quæ gregi ſibi commiſſo saluti forent, & commodo.

d Hujus meminit Gamurrinus de familiis vol. 2. p. 185. ubi plura de Bardorum familia. Mond.

XLIX. 49. JOANNES Etruſcus Piſtorienſis, Tridentinus Epiſcopus, cum ſemel ſibi delatæ dignitatis exterus homo nunquam inire poſſeſſionem potuiſſet, ad Eccleſiam Spoletanam translatus eſt an. 1349. 10. Kal. Novemb. ex reg. Vat. ep. 59. fol. 41. ejuſdemque mentio habetur in lib. ſolutionum ſacri Collegii an. 1350. Is Prælatus ſanctiſſimis moribus fuit, cumque ſanctitatis opinione è vivis diſceſſit ann. 1371. Hic idem in aliis hujus Eccleſiæ tabulis appellatur Joannes à Monte Fablo, ſed revera Piſtorienſis fuit, ut in libris citatis liquidiſſimè conſtat, niſi forte velimus aſſerere poſt Piſtorienſem Joannem, alterum à Monte Fablo ejuſdem nominis in Spoletana ſede ſediſſe; quæ tamen aſſertio errori maniſeſtiſſimo deputanda eſſet, cum in libris ſupra citatis nulla ejuſmodi rerum converſio habeatur. Sicut etiam notabili prolapſu exerrat Paſchalinus in lib. de Viris illuſtribus Bononienſibus, cum narrat Nicolaum Peppulum Spoletanam ſedem obtinuiſſe an. 1340. cum maniſeſtum ſit, ab an. 1329. uſque ad annum 1346. Bartholomæum Bardium Spoletanam Eccleſiam gubernaſſe.

L. 50. BERNARDUS Lemovicenſis Gallus, Gregorio XI. affinis propior, ab eodem adlectus eſt Epiſcopus an. 1371. eodemque anno ad Eccleſiam Bononienſem translatus eſt.

LI. 51. JACOBUS *e* Mutus de Papazuris Romanus ex Canonico electus fuit an. 1372. Hic in Cathedrali ſacellum erexit, eidemque ſplendidam dotem dixit. Romæ deceſſit, cum ibidem Pontificis Vicarius eſſet anno 1374. die 18. menſis Julii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum, quem omnium ſuarum fortunarum hæredem reliquerat. In eo templo Anniverſario voluit expiari, ut notat antiquum Menologium illius Baſilicæ, ubi appellatur vir doctus, ac ſanctorum morum. Luna cærulea in argenteo ſcuto eſt hujus nobiliſſimæ familiæ ſtemma, è qua Joannes Imolenſis Epiſcopus, aliique ſacrati viri prodiere, de quibus ſuis in locis.

LII. 52. GALLARDUS de Pallairaco de Bellovide Diœceſis Serlatenſis Gallus à Gregorio XI. electus eſt anno 1374. Hic ſecuta morte Gregorii, enatoque peſſimo ſchiſmate, Clementis VII. partibus acceſſit; quamobrem ab Urbano VI. excommunicatus eſt, ac omni honore privatus, Spoletanaque Eccleſia Ferdinandum Hieroſolymitanum Patriarcham perpetuum adminiſtratorem accepit an. 1379. Gallardus *e* diem ſuum obiit Avenione anno 1383. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Miraculis, cui centum florenos auri pro redemptione animæ ſuæ reliquit.

e Pan...



LIII 53. LAURENTIUS Corvinus Romanus, Eugubinus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt an. 1380. 6. id. Octob. Romæ deceſſit 1403. ſepultuſque eſt in Lateranenſi Baſilica in pavimento, ubi in marmorea tabula ejus ſpectatur effigies cum gentilitiis ſtemmatibus, quæ Corvum continent, legiturque hæc ſequens inſcriptio.

Hic Requieſcit corpus bonæ memoriæ quondam R. In Chriſto Patris D. Laurentii Ægidii Corvini de Urbe, olim Epiſcopi Spoletani, qui obiit anno Domini M.CCCC. III. die prima Septembris. Cujus Anima cum Angelis requieſcat Amen.

* Laurentio Præſule Boniſacius IX. dum Spoleti moraretur ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis Iconæ manibus Lucæ Evangeliſtæ depictæ, quæ in Cathedrali Spoletina ſumma veneratione aſſervatur, perpetuum valituram indulgentiam conceſſit, quæ hic ex originali ab eodem Seraphino tranſmiſſam libenter damus.

BONIFACIUS EPISCOPUS. Servus Servorum Dei.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DUm præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina Cælorum Virgo Dei Genitrix glorioſa ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur; dum etiam inſita pectoris arcana revolvimus, quod ipſa utpote Mater miſericordiæ, Mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere prægravantur, ſedula oratrix, & pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit, dignum, quin potius de-

(1) Stephanus Baluzius in Vitis Paparum Avenionenſium, & ex Albertino Muſſato perperam ſentit de eo Nicolao, fuiſſe ſcilicet plebeii generis, cum revera illuſtri ortus fuerit natali. Emendandum præterea eſt, quod in Oſtienſibus ex Lucentio retulimus, ex Comitibus Albertis illum fuiſſe, Martini vero, ſi genus aſpiciatur maternum. Nam, ut nos edocuit clariſs. vir Abbas Jo: Baptiſta Caſottus, qui hujus Pratenſis Nicolai vitam, geſtaque ingenti ex veteribus, probatiſque monumentis eruta labore, & diligentia paulo ſubliciere poſſit, fuit revera ex familia Martini, cujus gentis pars multo poſtea cognomine, dicta eſt Albertina: ita ut & Martini, & ex Comitibus Albertinis (non tamen Albertis) jure poſſit appellari.
(2) Si credimus Alidoſio de Epiſcopis Bononien. p. 34. anno 1330. erat Epiſcopus Spoletanus Nicolaus Lotte Papali. Mond.

debitum arbitramur, ut eccleſias, & imagines in ſui nominis honorem dedicatas gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus honoremus. Cupientes igitur, ut imago B. Mariæ Virginis manu B. Lucæ Evangeliſtæ, ut piè creditur, depicta, quæ in Eccleſia Spoletana, ut ibi communiter habetur, venerabiliter conſervatur, & ad quam quidem imaginem venerandam propterea ex devotionis fervore magna confluit populi multitudo, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſti fideles eo devotius confluant ad eandem imaginem ob reverentiam, & honorem dictæ B. Virginis venerandam in eccleſia ſupradicta, quo ex hoc ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in feſtivitate Aſſumptionis ipſius B. Mariæ à primis veſperis uſque ad ſecundos veſperos ipſius feſtivitatis incluſivè in ipſa Eccleſia imaginem prædictam devote viſitaverint, annuatim illam indulgentiam, & remiſſionem peccatorum authoritate Apoſtolica elargimur, quæ Eccleſiam S. Mariæ de Collemadio prope Aquilam in feſtivitate Decollationis B. Joannis Baptiſtæ viſitantibus Apoſtolica, vel quavis authoritate alia id conceſſa. Volumus autem, quod ſi alias aliqua indulgentia viſitantibus dictam imaginem, vel inibi pias eleemoſynas erogantibus, aut alias per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius exiſtant roboris, vel momenti. Datum Spoleti, 7. id. Septemb. Pontificatus noſtri anno IV.

Poſt Laurentii autem exceſſum Bonifacius IX. Carolum Abbatem S. Georgii majoris Venetiarum ex ord. S. Benedicti ad Spoletanum Epiſcopatum aſſumpſit an. 1403. a. Kal. Novemb. ſed poſt aliquot menſes antequam inauguratus fuiſſet, ab eodem Bonifacio ab ea electione exſolutus eſt 1404. 4. Kal. Martii, gravibus cauſa, rationique conſonis ad id Pontificem impellentibus, ut ex lib. proviſ. Prælat. habetur.

LIV. 54. AUGUSTINUS Neapolitanus, Peruſinus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1404. 4. Kal. Martii: Fato functus eſt 1410. („*Sedit* „ *in Concil. Piſano an.* 1409.)

LV. 55. JACOBUS Pulladinus è Teramo, Epiſcopus Florentinus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1410. ab Alexandro V. Pontifice, commutationemq; illam dignitatum ratam habuit Joannes XXIII. eodem anno 15. Kal. Auguſti. Is Nomine ejuſdem Pontificis Spoletanum Ducatum frænavit. Vixit in ea dignitate uſque ad annum 1417. interturbatè tamen. Etenim cum Gregorius XII. in Piſano Concilio depoſitus, rediviva pertinacia Pontificatus imaginis tyrannidem ſibi deſumeret, ideoque crearet, deprimeretque Epiſc. contra Palladinum Nicolaum Vivarium Spoletanum adlegit Epiſc. qui ambo, ut ſemel adeptam tuerentur dignitatem, ad Concilium Conſtantienſe provocarunt. Ibi cum à Patribus Palladino dignitas fuiſſet adjudicata, ea victoria haud illi diuturnior fuit, quippe in Polonia brevi deceſſit, quo à Martino V. Pontifice ad Uladislaum Regem, cum Ferdinando Hiſpano Lucenſi Epiſcopo Legatus fuerat miſſus an. 1417. de quo acta Romana.

LVI. 56. NICOLAUS Vivatius electus contra Jacobum poſt exceſſum ejuſdem Jacobi, ex auctoritate Conſtantienſis Concilii, demortuo in Epiſcopatum Spoletanum ſucceſſit, tametſi haud illi ejus dignitatis poſſeſſio tranquillior fuerit. Siquidem Spoletanus Clerus cum accepiſſet Pulladinum in Polonia fuiſſe elatum, ex antiquo more, jureque vindicata ſibi ſuffragiorum libertate, Blondum Jacobutii Conchæ Spoletani, Spoletanam ſubrogavit in ſedem. Qui ejus dignitatis cum poſſeſſionem iniiſſet, à furente deinde populo, qui in favorem Pontificis expedierat urna, deturbatus de ſede eſt, cedenſque impetui canonicatu Cathedralis condecoratus eſt. Cæterùm Nicolaus ad duos annos Spoletinam rexit Eccleſiam, annoque 1419. ad Theatinenſem tranſlatus fuit.

LVII. a Tudis. 57. JACOBUS de Turcis *a* Epiſcopus Adrienſis, & Pinnenſis tranſlatus aſtud hunc Epiſcopatum ann. 1419. Kal. Februarii, declaratuſque perpetuus adminiſtrator Pinnenſis Eccleſiæ. Hunc Martinus legavit Papiam, ut ibidem exordiretur Concilium 1423. *b* Anno verò 1424. cum oneri ſe abdicaſſet, iterum poſt paucos dies ejus ſucceſſor alter Jacobus ad Carpentoratenſem Eccleſiam fuiſſet tranſlatus, Jacobus noſter iterum Spoletinam reaſſumpſit regendam. Deceſſit ibidem an. 1427. *b Inde Senenſi interfuit.*

LVIII 58. JACOBUS de Camplo Epiſcopus Aquinas huc tranſlatus eſt an. 1424. 4. Kal. Julii, mox tranſlatus ad Eccleſiam Carpentoratenſem in Gallia poſt paucos dies, videlicet XI. Auguſti; Romæ deceſſit eodem anno 1424. XI. Novembr. Sepultus jacet in Liberiana Baſilica, de quo vide ſupra in Epiſcopis Aquinatenſibus.

LIX 59. LOTTHUS de Sardis Piſanus, *c* Epiſcopus Valvenſis ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1427. 7. Kal. Junii. Fato functus eſt 1445. Poſt cujus Epiſcopi mortem, Prior, Canonicique Cathedralis cum iterum ad libertatem ſuffragiorum avidius reſpexiſſent, Franciſcum Lupicinium Pratenſem, defuncti Epiſcopi Vicarium, Epiſcopum elegerunt, quam electionem in mulctam malè uſurpatæ libertatis irritam, nullamque Eugenius IV. cenſendam non modo decrevit, ſed etiam dictam Eccleſiam in perpetuam adminiſtrationem Marco Condolmerio Patriarchæ Alexandrino attribuit ann. 1446. quam deinde liberè ceſſit. *c De eo Paulus Tronci in Annal. Piſanis p. 506. Mond.*

LX 60. SAGAX de Comitibus Romanus, Epiſcopus antea Carpentoratenſis in Gallia, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1446. 3. Kal. Junii. Deceſſit autem anno 1448.

LXI. 61. BERARDUS Herulus *d* Narnienſis, ex obſcuris ortus parentibus, doctrina autem, moribuſque inſignis, cũ in Nicolai V. familiaritatem ſe inſinuaſſet, ab ipſo S. Rotæ Auditor, Romæque Vicarius, ac demum Spoletanus Epiſcopus renunciatus eſt anno 1448. die 26. menſis Novembris. Cæterum Herulus, cum ob elegantiam morum, artiumque nobilem eruditionem Pio III. in paucis charus eſſet, S. Sabinæ ab ipſo Cardinalis ſublectus eſt anno 1460. eidemque nobilem Trium Fontium Abbatiam commendavit, quam reſtauravit, ex uſu Monachorum ibi conſtituto ad pſallendum choro, eandemque picturis, ſacroque, ac vario cultu mirificè adauxit, ornavit. Spoletanam adminiſtravit Eccleſiam uſque ad annum 1474. deinde eo munere ultro abivit, quo liberius S. Eccleſiæ laboribus, negotiiſque incumberet. Narniæ hoc eſt, in Patria ſua, Monaſterium conſtruxit, ut in ſuis epiſtolis Papienſis enarrat, in quibus hujus Cardinalis egregiam pietatem in Cœlum tollit, qui plenus meritis, famaque illuſtris, aulæque Romanæ ſummè charus, Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Petri cum hoc ſubjecto epitaphio. *d Al. Herculeus, neque obſcuris ortus eſt parentibus, ut vult Ughellus, ſed nobilioribus. Mond.*

Sedente Sixto IV. Pont. Max. Berardo Herulo Narnienſi Epiſcopo Sabinenſi S. R. E. Cardinali Spoletino Pontificii, civiliſq; Juris ſummo Interpreti, Juſtitiæ, ac Religionis Cultori, ſingulari integritate, cunctis eximiis Romana Curia honoribus functo, abſtinentia, ſeveritate inſigni humanæ vitæ exemplo, A Pio II. Pont. Max. Cardinali ob virtutem creato cæteris Pontificibus, ac Patribus æquè charo, Conſtantinus Epiſcopus Spoletinus Avunculo B. M. poſuit, annum agens lxx. Communi omnium bonorum mœrore immortali de ſe apud poſteros fama relicta diſceſſit iii. Non. Aprilis Anno ſalutis M. CD. LXXIX.

LXII. 62. CONSTANTINUS *e* Herulus Narnienſis nepos ſupra memorati Cardinalis Berardi, cum Tudertinus, Tiburtinuſque eſſet Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1474. Huic Eccleſiæ ad 20. præfuit annos, impetravitque ab Alexandro VI. Pontifice, ut Franciſcus nepos ſibi coadjutor attribueretur cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1495. die 10. menſis Julii. Functus autem fato eſt anno 1500. *e Seu Herculeus. Conſtantius autem dicitur à Jacobillo in Bib. Umbriæ, ubi de eo agit. Mond.*

LXIII 63. FRANCISCUS Herulus *f* Narnienſis, ex patrui coadjutore, in Spoletinam ſedem ſucceſſit an. 1500. qui in Epiſcopum inauguratus eſt in Apoſtolico ſacello apud S. Petrum, una cum Cluſino Epiſcopo, Rhegiique Archiepiſcopo, à Bartholomæo Ar- *f Vel Herculeus.*

chiepiſcopo Cuſentino, die 4. menſis Junii, ann. 1497. A
ſupra XL. annos floruit in ea dignitate, tanto candore
morum, ut moriens omnibus mœrorem attulerit
1540. Ejus cadaver in Carbedrali tumulatum eſt. Pa-
larium Epiſcopale exornavit, ſaceliumque in Cathe-
drali conſtruxit, ampliorique cenſu ditavit.
LXIV 64. FABIUS Vigil, filius Gregorii Spoletini, Ful-
ginas antea Epiſcopus, Pauloque III. à ſecretis, ad
ſuæ Patriæ Epiſcopatum tranſlatus eſt die 23. menſis
Septembris anno 1540. Romæ è vivis exemptus eſt,
multa, præclaraque ingenii ſui monumenta relin-
quens, cum omnes nobiliores diſciplinas felici auſu
fuiſſet conſecutus. Verum Paulo III. vivente, ex con-
ſenſu Fabii, Alexander Farneſius Cardinalis ad Spo-
letanum Epiſcopatum poſt mortem Vigilii regreſ-
ſum obtinuit, quæ cum in Julii III. tempora incidiſſet,
jus illud regreſſus haud conſecutus eſt. Siquidem Ju-
lius Cardinali Cornæo attribuit; tametſi cum poſt
mortem Julii, Farneſius ad Paulum IV. provocaſſet, B
ab eo ſavorabiliorem ſeutentiā tulit, contra Cornæū.
LXV. 65. FULVIUS Cardinalis Cornæus Peruſinus,
à Julio III. hanc obtinuit Eccleſiam 1553. die 26.
menſis Martii; eodemque jure, ac poſſeſſione ſpolia-
tus eſt à Paulo IV. in favorem Farneſii, qui cum
illam Eccleſiam ad aliquot annos adminiſtraſſet, eo
munere libens, volenſque abivit.
LXVI 66. * FULVIUS Urſinus Romanus Iulii ex Do-
micellis Montiſrotundi filius, Valeriani Principis
Aſculani, Marii, & Pauli Aemilii germanus frater,
vir clariſſimus die 16. Decembris 1562. Epiſcopus
Spoletanus eligitur à Pio IV. Decem & octo annos
hanc texit Eccleſiam, quam vario, pretioſoque cultu C
ditavit; exceſſitque poſt quam ſibi coadiutorem cum
futura ſucceſſione Gregotii XIII. benignitate acce-
piſſet Petrum Urſinum.

* Ex App. l. 4.

LXVII 67. PETRUS Urſinus Romanus Antonii Gra-
vinæ Ducis, & Felicis Sanſeverinæ filius, Flavii
Card. Urſini nepos, factus eſt coadiutor Fulvii die 11.
Aprilis 1580. eidemque defuncto ſucceſſit. Spoleta-
nam Eccleſiam rexit ad X. annos, & à Gregorio XIV.
ad Averſanam tranſlatus eſt anno 1591. quo celebra-
tiſſima illa Matta Scelli Spoletina, quæ ob vitæ inſi-
gnem ſanctimoniam, Dei ſervæ nomen ſibi apud vul-
gum pepererat, quam D. Philippus Nerius ſummo in
pretio, ac ſingulari veneratione habebat, eamque ut
lectiſſimam Chriſti Domini ſervam obſervabat, ac
ob id frequentius adibat, Spoleti è vivis erepta ad
Chriſtum evolavit. Illa cum adoleſcentia floreret,
Franciſco Angelo Leti nupſit, à quo vidua relicta, ſe
ſe piis operibus, vitæque ſanctiſſimi exempli addixit;
cumque plura virtutum egregia facinora expliciiſſet
ut partis ſibi meritis potiretur, exceſſit.
LXVIII 68. PAULUS Sanuitalis Parmenſis b, filius Al-
phonſi Fontonellatis Comitis, ac Hieronymæ Far-
neſiæ, celebris Juriſconſultus, Abbas Cavonæ, ac V.
S. Refer. Urbevetanus Adminiſtrator, ſanctive Offi-
cii Conſultor, à Gregorio XIV. adlectus eſt die 26.
menſis Aprilis ann. 1591. ſub Clemente Peruſiæ Gu-
bernator fuit anno 1596. Deceſſit Romæ 1600. 6. Idus
Maii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Blaſii in Strata Ju- D
lia, cum hoc ſubjecto epitaphio.

b De eo Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. p. 1. Marod.

D. O. M.

Paulo Sanvitali, Patritio Parmenſi, Al-
phonſi Comitis Fontonellata filio Pio V. ab
utriſque libellis, Gregorii xiii. ac xiv. à Con-
ſiliis S. Inquiſition: & Gubernat: Eccleſiaſt: ab
altero Civitatibus, ab altero Spoletana Ec-
cleſiæ ſponte Præpoſito, à Clemente VIII. Um-
briæ Præfecto, auxiliorum adverſus Turcam
comparandorum cauſa ad Principes Italiæ le-
gato. Qui per hos gradus omni virtutum gene-
re, morumque candore, Summ: Pont: gratiam,
cunctorum in Urbe hominum benevolentiam
promeritus Anno lxi. agens Romæ deceſſit.
Hieronyma Farneſia Mater, Carolus, & Al-
phonſus Frater, Nepoſque mœrent. pon: cura-
ver. Anno Jubilæi à Chriſto nato M. DC.

LXIX 69. ALPHONSUS Cardinalis Vicecomes Me-
diolanenſis, è Cervienti Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam
tranſlatus eſt anno 1601. die X. menſis Septembris
Hic Hannibalem, ac Luciam parentes habuit, natuſ-
que Mediolani eſt, A primis annis Papiæ nobiliorea
hauſit diſciplinas, atque juvenis adhuc ad Juriſcon-
ſultorum Mediolanenſium Collegium pervenit. Sub
Gregorio XIII. Referendarius Apoſtolicus effectus
eſt, ac in Luſitaniæ Regno ſpoliorum Collector, Pro-
legatuſque in eodem Regno nomine Cardinalis Al-
berti Auſtriaci. Sub Sixto V. Nuncii munere functus
eſt apud Rodulphum Imperatorem; poſteaque à Gre-
gorio XIV. Cerviæ Præſul adlectus, atque ad Hiſpa-
niarum Regem Legatus. Sed cum Gregorii morte in-
tercedente, id muneris non potuiſſet obire, à ſacris
Collegii Cardinalibus Leoninæ Regionis Guberna-
tor adlectus eſt, dum Interregnum duraret, eodemque
munere functus eſt poſt mortem Innocentii IX. A
Clemente VIII. in Daciam, Tranſylvaniamque ad
Regem Poloniæ Legatus eſt, atque ab eodem Cardi-
B nalis ſublectus anno 1599. dictuſque Spoletanus Epi-
ſcopus, inque omnibus iis Congregationibus numera-
tus, quæ totius fere Reipublicæ Chriſtianæ ſolent ex-
pedire negotia. Paulo V. ſedente Umbriam turbulen-
tiſſima tempeſtate frænavit, indeque infinita prope-
modum graſſatorum, perditorumque hominum dele-
ta multitudine, illam Provinciam reddidit pacatiſſi-
mam. Maceratæ deinde, non ſine mœrore Pauli Pon-
tificis, defunctus eſt an. 1608. ejuſque cadaver in Lau-
retanam domum illatum honorificè cum hoc epita-
phio tumulatum eſt.

D. O. M.

Alphonſo Vicecomiti tit. S. Sixti S. R. E. Car-
C *dinali Epiſcopo Spoletino, qui poſt obita ſum-*
ma cum laude prudentia ad Imp. Reges, alioſ-
que Chriſtianos Principes Nuncii Apoſtolici
munera, & ob inſignem prudentiam, ac pieta-
tem ad ſumma quæque feliciter adhibitus Pi-
ceni Legatus Macerata moritur xiij. Kal. O-
ctobris anno M. DC. VIII. Comes Honoratus
Vicecomes V. S. R. Patruo ſuo.



70. MAPHÆUM CARD. BARBERINUM LXX
Florentinum, Archiepiſcopum Nazarenum, Viceco-
mes in Spoletana ſede ſucceſſorem excepit die 17. O-
ctobris 1608. Purpuratum utique iis virtutibus exor-
natum, quæ ſacrum Antiſtitem viderentur decere.
Quibus cum Spoletanam ſedem ſuſcepiſſet regendam,
luſtrata cum tota Civitate Diœceſi, ſalubrique ſyno-
D do celebrata, latiſque legibus ad puriores mores, Mo-
nialium Cœnobiis ſecurioribus adhibitis diſciplinis,
adeo brevi optimè inſtitutam habuit, ac ſi tum primū
exordiretur florere. Seminarium à ſuo Prædeceſſore
fundatum abſolvit, duoq; alia, unum in Viſio, in Hiſ-
pello alterum inſtituit, iiſque ſalutaribus præceptis
munivit, ut inde poſtea haud temnenda ſeges Alum-
norum Spoletinæ Diœceſi fuerit ſaluti, & commodo.
Et ne alicubi canonum, caſuumque conſcientiæ diſci-
plina frigeret, tum in Civitate ipſa, tum alibi congre-
gationem erexit, in cujus conſeſſu dubiorum com-
plicatiores ſpiræ evulverentur. Nec MAPHÆO
magis curæ fuit animarum cultus, quam Eccleſiaſti-
cus decor; Cathedralem enim ſacris veſtibus munifi-
centiſſimè adauxit, agitavitque ſeriò conſilia de in-
ſtaurando Templo ipſo à fundamentis, quod poſtea
cumulatiſſimè præſtitit, cum ad ſupremam Petri Se-
dem evaſiſſet. In fovendis pauperibus tanquam indul-
gentiſſimus Pater patrimonium divexabat. Majora

cum-

commoda à MAPHÆO retuliſſet Spoletum, niſi Pauli V. juſſu Legatus frænaſſet Bononiam. Quo munere cum abiiſſet, Romamque reverſus graviſſimis iterum implicaretur negociis, itaut nec ad punctum Eccleſiam ſibi creditam inviſere liceret, maluit ſe onere abdicare, ut fecit 1617. quam illam anxiè ſui Paſtoris officium, & plerumque incaſſum præſtolari. Ita tamen onus abjecit, ut haudquaquam oblivisceretur amoris. Tanti Paſtoris jactura rorſit Spoletanos, nec ferendo fuiſſent, niſi ſubſecuta funera Pauli V. Gregoriique XV. Barberinum ſub nomine URBANI VIII. evexiſſent ad ſedem, indeque, ut poſtea evenit, ſibi majora beneficia obventura ſpopondiſſent. Magna itaque Spoleti, communiſque illius Populi gratulatio fuit. Ubi poſt actas numini gratias per Epiſcopum, quatuor Primorum honorifica ſancita legatio fuit, qui novo Pontifici novum dignitatis faſtigium nomine Civitatis gratularentur. Hos paterno planè affectu excepit URBANUS, gratiiſque, ac ſplendidis donariis oneratos juſſit remigrare Spoletum, nepotiſque Cardinalis Franciſci Barberini, quo ſecurius agerent, protectioni ſubjecit; interdixit tamen in omnem liberalitatem effuſæ Civitati, ne ſibi quam decreverant, æneam ſtatuam in publico erigerent. Verum pro ſtatua nobilibus marmoribus incruſtatam inſcriptionem appoſuerunt in foro, URBANI VIII. tum pietatem, tum munificentiam in hunc modum perenniter teſtaturam.

Urbano VIII. Pont. Opt. Max. cui orbis vota & ſuffragia virtutis Apoſtolicum Principatum petierunt, quem prudentia rerum uſu & literarum artibus excultum ad Juſtitia Tutelam & Religionis gloriam Coeleſtibus Conſiliis inſtruit, Barberina Familia, qua gentiles ſuos Hetruſca Nobilitatis ſplendoribus exornans, & Chriſtianarum Virtutum ſtudiis excolens tantum Pontificem Orthodoxæ Eccleſia, tres Cardinales Apoſtolico Senatui, tres Bellicos Duces Romana Militia educavit

S. P. Q. S.

Tum in Sacerdotali, tam in civili urbis ſua Magiſtratu Barberinam Beneficentiam feliciter expertus manſurum hoc grati animi monumentum poſuit.

Poſt hæc URBANUS Spoletinam Cathedralem Eccl. per nepotem Card. Franciſcum imperavit inſtaurandam. Cui cum denique acceſſiſſet faſtigium, apparuit ita perbellè ſucceſſiſſe opus, ut nec venerandæ antiquitati nupera architectonica videretur detractum, nec elegantiæ recenti ex antiquitate adjectum, quod intuentium judicium improbaret. Noviter excitatam Cathedralem, novæ gratiæ, privilegiaque, cum pretioſis donariis ab ejuſdem Pontificis liberalitate profectis, mirabiliter locupletarunt, itaut roſa aurea (quam Dominica iv. Quadrageſimæ Pont. in preces fuſi conſueverunt conſectare, ut Regibus, Principibuſque Romæ Sedi maximè ſtudioſis honoris, pietatiſque munus deferatur) cum gratioſo diplomate aliquando donata ſit, tanquam tanti Pontificis judicio Spoletina Civitas Umbriæ Civitatum princeps haberetur. Cæterùm Urbani non hic finis in Spoletinos, cum nullam occaſionem præterire videatur eoſdem gratiis, privilegiiſque ornandi, cujus munificentiæ haud unus Orbis Chriſtianus ſatis amplus habeatur à pleriſque mortalibus.

LXXI 71. LAURENTIUS Caſtruccius Lucenſis a, V. S. Refer. à Paulo V. electus fuit an. 1617. die 17. menſis Julii. Hic Epiſcopale Palatium exornandum curavit, ſuorumque Anteceſſorum longiſſimam ſeriem, quam quæſitiſſima diligentia indagavit, atque expiſcatus eſt, præeleganti pictura in Epiſcopali Aula expreſſit. Adhuc ſuperſtes eſt, ab eoque majora pietatis monumenta bonorum plerique expectant. („ *Conſervatorium & miſerabilium puellarum aperuit. Patres* „ *Soc. I. Spoleti excepit, obiitque 1655. menſe Aprilis.*)

a De eo Conclusione in Opere: Memorie [illegible] habetur etiam ejus ſepulchralis inſcriptio.

LXXII. 72.* CÆSAR Card. Fachinettus Epiſcopus Senogallienſis, translatus ad Spoletinam ſedem per obitum Laurentii Caſtrucii, die 2. Auguſti 1655.

* Ex App. 23.

A D D I T I O.

(„ *Cathedralem pretioſis donariis ditavit, ipſius* „ *Templi reparationi totus incumbens de ſuo opes addidit, perficique curavit. Eam deinde conſecravit: Clericorum ſeminarium opibus auxit. Roma obiit 30. Jan.* „ *an. 1683. ut diximus in Oſtienſibus.*

LXXIII. „ LUDOVICUS *Sciamana nobilis Interamnenſis, qui cùm in ipſa adoleſcentia ſtudia liberalia avidiſſime rapuiſſet, deinde ad Juris, & ſacrorum Canonum prudentiam perveniſſet cum laurea Doctoratus, inter Romana Curia Prælatos U. S. Referendarios connumeratus eſt, plures Eccleſiaſtica Ditionis Urbes integerrima Præfectura adminiſtravit, ipſumque Spoletum omnium Ordinum plauſu Gubernator rexit. Demum cum Anconitanam Urbem moderaretur, ab Innocentio XI. hoc Epiſcopatu donatus eſt 9. Apr. 1675. Tandem illibata cum ſui nominis laude exordiente anno 1688. in ipſa ſua Cathedrali adhuc in florenti ætate brevi morbo vexatus mortalitatem explevit.*

LXXIV. „ OPITIUS *Pallavicinus primaria nobilitatis Januenſis ex utroque parente genitus, qui pie, nobiliterq; educatus poſtquam J. U. lauream eſt aſſecutus, inter Romanæ Curiæ utriuſque Signaturæ Prælatos Referendarios acceptus eſt, adhibituſque pluribus frænandis Eccleſiaſticæ Ditionis Civitatibus, tanto animi candore, eaque ingenii dexteritate in omnibus ſe gerens, ut annum agens tertium ſupra trigeſimum Epheſini Archiepiſcopatus titulo promeruerit cohoneſtari die 27. Febr. 1668. Mox Coloniam abiit Apoſtolicus Extraordinarius Nuncius, inde progreſſus eſt ad Poloniæ Regem. Denique laudatiſſimè longioris temporis decurſu cum munus ſuum expleret, renunciatus eſt Presbyter Cardinalis ab Innocentio XI. die 2. Septembr. 1686. Obtinuit poſtea cum purpureo Galero ab Alexandro VIII. titulum S. Martini in Montibus menſe Novembri 1689. Qui cum interfuiſſet Comitiis Vaticanis, inque eis ſuo Voto ad Petri Cathedram ſubvexiſſet Alexandrum VIII. ab eodem hanc moderandam accepit Eccleſiam 28. Novembr. 1689. Romam inde vocatus ad nova Comitia creando Pontifici Innocentio XII. maximè incubuit, à quo ad Auximate Sacerdotium translatus eſt 6. Id. Auguſti anno 1691.*

„ MARCELLUS *Duratius Januenſis S. R. E. Presbyter Cardinalis renunciatus ab Innocentio XI. die 2. Septembris dum eſſet apud Regem Hiſpaniarum Nuncius Apoſtolicus, & Archiepiſcopus Chalcedonenſis, eodem antea munere apud Luſitaniæ Regem functus, proviſus deinde fuit de Eccleſia Carpentoratenſi Venuſini Comitatus Pontificiæ Ditionis, unde translatus eſt ad Ferrarienſem Æmiliæ, qua dimiſſa, hanc Spoletanam obtinuit die 27. Auguſti 1691. retinuitque cum laude boni Paſtoris uſque ad annum 1695. cui ultro ceſſit anno 1697.* LXXV.

„ PETRUS *Gadolus nobilis Foroliivienſis, J. U. D. præclara cum ſui nominis fama variis expertus in Aula Romana curis, & mirifice acceptus Auditor Generalis factus Vice-Legationis Avenionenſis, atque inter Prælatos connumeratus utriuſque Sign. Ref. dum eſſet inter eos unus ex Votis ſuffragium ferentibus, hac dignatus eſt Sede die 7. Febr. 1695. Luc.*) LXXVI.

(„ *Obiit in ſua Cathedrali an. 1710. Menſe Sept.*



„ CARGLUS *Hyacinthus Laſcaris, Nobilis* „ *Nicien. Presbyter Ord. Præd. S. Theologiæ Magiſter* LXXVII.

„ annorum 58. *Bibliothecarius Caſanatenſis, ac S. Congregationis Indulgentiarum, & Sac. Reliquiarum conſultor, promotus ad Epiſcopatum Spoletanum eſt* 31. „ *Maji an.* 1711.

SUTRINI EPISCOPI.



SUTRIUM, antiquiſſimum Etruſcorum Oppidum mediterraneum, à Pelaſgis, ſi Catoni credimus, fuit ædificatum. Ita verò appellatum, ut videtur Annio in lib. 9. Commentariorum, aliiſq; ejuſdem farinæ inventoribus, vel à triplicato frumento, vel à triplici ſpica, quo ſtemmate à cæteris Etruriæ Populis ſecernitur; id enim nomen à Sut, quod frumentum ſignificare contendit, & tribus, conſtat exurgere. Volunt alii illud oppidum à Saturno habuiſſe principium; ſed illius exordium in Pelaſgos, Saturno antiquiores auctores referunt cordatiores. Hujus Civitatis omnes ferè antiquiores Scriptores meminerunt, præcipuè autem Livius pluribus in locis, Oppidum Sutrium Etruriæ clauſtrum appellans. In eo primum Etruſci dominati ſunt, deinde Romani victores eam Civitatem ſuam Coloniam effecerunt, ut Plinius narrat, Vellejuſque Paterculus, poſt 7. ſcilicet annos, ex quo Romam Galli victores ceperunt; eorundem etiam Romanorum Municipium fuit; antiquituſque ſatis celebris, graviſque populis. Chriſtiana ſacra, fidemque jam inde ab Apoſtolorum temporibus ad omnem pietatem alacris amplexata eſt, in eaq; eodem ipſo tempore Epiſcopus eſt ordinatus, unus è præcipuis Romani Pontificis ſuffraganeis, ideoque iis omnibus Privilegiis, gratiiſque condecoratus, quibus cæteri omnes Romanæ Provinciæ Præſules ſolent gaudere. Quæ tametſi abeſſent, Sutrium tamen ſatis ſpectabilem Civitatem efficerent duo ibidem concelebrata Concilia. Hanc verò Eccleſiam cum Nepeſina Eugenius IV. aliquando conjunxit, hoc eſt anno 1436. ut ſupra late docuimus. Sutrini Epiſcopi ante unionem ii ſunt, qui ſequuntur.

A D D I T I O.

(„ *Sutrina Cathedralis antiqua ſtructura B. Virgini* „ *in cœlum Aſſumptæ dicatur; unica gaudet Archipresbyteratus Dignitate,* 11. *Canonicis, abſque tamen* „ *Prabendis Theologali, & Pœnitentiaria. Ædes Pontificia ipſi inhærent; mons adeſt Pietatis, & Hoſpitale: caret Clericorum Seminario. Animarum cura in* „ *Cathedrali per Archipresbyterum exercetur; aliæ* „ *extant Eccleſiæ Parochiales; his ſubduntur animæ circiter bis mille; tria Regularium Mendicantium Cœnobia ipſam Civitatem condecorant, & unum ſanctimonialium Ord. Carmelitarum. Diœceſis ampla, eaque* „ *nobiliſſima eſt:* 12. *virorum ſacra ſepta perſtringit, &* „ *unum monialium in Terra Bracciani. Loca, quibus potitur, ſunt* Capranica, Rôciglione, Vico Borgo, Anguillara, Bracciano, Piſciarelle, Monte Virginio, Montarano, Rota Tolſa, Trivigniano, Baſſano, *Capranica,* „ *Braccenũ, Roncilio, Tolſa, Anguillaria Eccleſiis gaudent* „ *Collegiatis. Nepeſina, Sutrinaque Eccleſiarũ fructus in* „ *lib. Cam. taxantur fl.* 200, *Verus valor annuus reddi-* „ *tus vix* 1000. *Scuta mon. Rom. attingit* Lucent.)

1. S. EUSEBIUS Epiſcopus Sutrinus, cujus memoria extat in antiquis tabulis hujus Eccleſiæ, ejuſque feſtum celebratur die 18. *a* menſis Decembris, ut refert Ferrarius in catalogo. (1) I. *a* 19.

(„ CONSTANTIUS *præſens fuit Rom. Concilio* „ *an.* 487. Lucent.) II.

2. MERCURIUS Romanam ſynodum ſubſcribit, ſub Symmacho Pont. anno 502. („ Et antea 499.) III.

3. AGNELLUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus Magni Gregorii privilegium quoddam ſubſcribit Eccleſiæ S. Medardi Sueſſionenſis indultum 7. Kal. Junii anno 593. (2)

(„ JOANNES *Sutrinorum Præſul ſub magno Gregorio ex lib.* 4. *Epiſt.* 44. Lucentius.) IV.

4. BARBATUS Lateranenſi Concilio interfuit ſub Martino I. Pontifice anno 642. *b* V. *b* 649.

5. GRATIOSUS in Concilio *c* Conſtantinopolitano VI. reperitur ſub Agathone Pontifice an. 680. VI. *c* In Concil. Rom.

6. AGNELLUS ejus nominis II. Romanæ ſynodo interfuit à Gregorio II. Pontifice celebratæ, anno 721. Miratur David Blondellus in cenſura privilegii S. Medardi unicum tantum ſe inveniſſe Agnellum Sutrinum Epiſcopum in monumentis Eccleſiaſticis, ſub Gregorio juniore, & hunc, quem modo commemoravimus; cur verò non potuerit alterum ejuſdem nominis vixiſſe ſub Gregorio Magno, ante annos 200. à juniori Angelo, cordati judicent lectores. (3) VII.

7. GRATIOSUS, alias Hirſuſus floruit an. 743. VIII.

8. VALERIANUS, cujus habetur mentio in Romano Concilio ſub Eugenio II. Papa anno 826. IX.

9. JOANNES inter Synodi Romanæ Patres legitur interfuiſſe anno 853. X.

(„ *BONIFACIUS ex Comitibus Tuſculanis Signia S. R. E. Cardinalis, & Sutrinus Epiſcopus memoratur in Ciacconiano opere ſub Marino II.* Lucent.) XI.

10. MARTINUS, ſive Marinus Romano Concilio interfuit anno 963. Apoſtolica legatione functus eſt apud Othonem Imperatorem. („ An. 965. ſedit in Conc. Raven. an. 968.) XII.

11. BENEDICTUS è Tuſculi Comitibus, Sutrinus Epiſcopus Apoſtolicum evaſit in thronum anno 975. vocatuſque eſt Benedictus VII. XIII.

12. * DOMINICUS Sutrinus Epiſcopus, cujus memoria habetur in decreto ſæpe citato Benedicti IX pro Abbate Vuilielmo Fructuarienſi, cui ipſe interfuit, ſubſcripſitque cum multis an. 1015. XIV. * Ex App. t. 2.

(„ *PETRUS Epiſcopus Sutrinus ſubſcribitur litteris Benedicti VII. pro eccleſia B. ſuldunenſi an.* 977. „ *ex Petro Marca in ſua Marca Hiſpanica.* Lucent.) XV

13. KILINUS. Sub eo ſynodus celebrata eſt in favorem Henrici Germaniæ Regis anno 1046. in qua injuſtè VI. Gregorius de Apoſtolica ſede deturbatus eſt, intruſuſque Clemens II. Hic ille Kilinus eſt, qui cum in Romano Concilio ſimoniacæ labis fuiſſet expoſtulatus anno 1049. falſoſque, atque venales teſtes ſubornaſſet, qui ſuam ementirentur innocentiam, ipſe interim, à Patribus Concilii in juramento adactus, vix concepta verba cœperat explicare, cum linquente animo, coram Patribus concidit, domumque relatus, miſerè diſperiit; Numine ſcilicet repetente pœnas tam de admiſſo ſcelere, quã de auſo perjurio. Meminit facti Viberius in vita Leonis IX. lib. 2. cap. 10. Hic Kilinus interfuit conſecrationi majoris altaris Veſuntionenſis Eccleſiæ anno 1048. de quo Jacobus Chifletius in hiſt. Urbis Veſuntionis. (4) XVI.

14. ROLANDUS Nicolai II. Pontificis quoddam decretum ſubſcribit in Concil. Romano conditum an. 1059. menſis Aprilis, ex Codice Vatic. XVII

15. MAINARDUS memoratur in bulla Alexandri Papæ II. anno 1062. pro Eccleſia Semproníenſi data. XVIII

(„ *IOAN-*

(1) Euſebius Sutrinus Epiſcopus deſcribitur in Concilio Romano Hilari Papæ an. 465 Fueritne hic primo loco memoratus, ſeu alter ignoramus. *Luc.*
(2) Explodendus omninò ex hac ſerie iſte Agnellus eſt, licet noſter Ughellus non aſſentiatur, nimium fidelis Sueſſionenſi privilegio, cujus ſuppoſitio nobis ſæpius detecta hoc pariter in loco evincitur, cum magni Gregorii tempore Joannes, non Agnellus Sutrinæ Cathedræ inſideret. *Lu. en.*
(3) Rectè Blondellus à noſtro Ughellio perperam confutatur hic fraudem aperit Sueſſionenſis Commenti, ex quo Agnellus, qui floruit ſub Gregorio Juniore, ad primum Gregorium transfertur. *Luc.*
(4) Conſecrationi Altaris S. Stephani Veſuntionenſis ſolemni ritu peractæ à Leone IX. 5. Non. Octob. 1050 non hic Kilinus, ut vult Ughellus, ſed alter præſens fuit, uti emendatur hic locus in Gallia Chriſtiana tom. 1. in Archiep. Bituricen cum agitur de Hugone n. 52. *Lucentius.*

XIX. („ *JOANNES ſubſcripſit privilegio Alexandri „ II. Monaſterio S. Dionyſii elarguo in Concilio Lateranen.* 1066. Lucent.)

XX 16. BONIZZUS vir longè doctiſſimus floruit anno 1078. Hic de Eccleſiaſticis commentariis eruditiſſimè ſcripſit; cujus Epiſcopi honorifica mentio extat in quoddā Comitiſſæ Mathildis privilegio anno 1086. à qua ob egregias animi dotes magno in honore habitus eſt. Hujus item meminit Hubaldus Epiſcopus Mantuanus in vita S. Anſelmi Epiſcopi. Bertoldus in Chronico illum Bonizzonem appellat, qui ob Eccleſiæ Romanæ defenſionem de Sutrina Cathedra depulſus eſt, poſtque varia, duraque exilia à Catholicis Inſubribus Placentiæ Civitatis Præſul adlectus eſt. Demum ab hæreticis captus, orbatuſque utroque oculo, ac cætera membra per exquiſita tormenta truncatus, nobilem martyrii palmam adeptus eſt an. 1089. de quo Baronius tom. 11. Annal.

XXI. 17 * JANUARIUS de Januariis è caſtro Radigunduli ditionis Senenſis in Etruria, Bumbergi filius. Epiſcopus fuit Sutrinus circa annum 1090. teſte antiqua Chronica Radigunduli.

* Ex App. tom. 9.

XXII. 18. OTHO cuidam privilegio Honorii reperitur ſubſcriptus in favorem Piſanæ Eccleſiæ indulto 1126. Anacleti II. Antipapæ fautor memoratur in literis ejuſdem ad Lotharium Imperatorem miſſis.

XXIII 19. ADALBERTUS, cujus tempore altare majus Cathedralis columnis, & teſtudine exornatum fuit, ut ex inciſis ibidem ſequentibus verbis liquet.

Hoc opus fecit Nicolaus, & filius ejus anno Incar. MCLXX. Factum eſt hoc opus à ven. viro Adalberto Epiſcopo.

XXIV 20. JOANNES Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. anno 1179.

XXV. 21. N. . . . . Sutrinæ Eccleſiæ Præſul, natione Theutonus ann. 1200. Ab Innocentio III. cum Abbate S. Anaſtaſii ad tres Fontes, ex Ordine Ciſtercienſi, ad Imperatorem in Germaniam Legatus miſſus eſt, ut Archiepiſcopum Salernitanum è teterrimo carcere eriperet, qui Coloniæ poſitus, contra Innocentii Pontificis voluntatem coronationi Philippi contra Othonem electi factiosè interfuit. Cujus criminis poſtea Romæ accerſitus, convictuſque, præter cæteras Eccleſiaſticas cenſuras, omni honore ſpoliatus eſt. Facti meminit Antoninus Florentinorum Antiſtes p. 3. tit. 17. cap. 1 §. 1. & 2. hiſtor.

XXVI 22. PETRUS Hiſmael Doctor celeberrimus, Innocentii III. familiaris, ab eodem Pontifice Epiſcopus declaratus eſt, ſuffectuſque depoſito circa an. 1202. Hic altare S. Joannis Baptiſtæ in Eccleſia S. Cæſarii prope Hortenſem Civitatem conſecravit. („ *De Hoc in Decr. c. 3. de cauſa poſſeſ.*)

XXVII. („ MENCUS *de Hiſpello, Epiſcopus Sutrinus, & „ Innocentii IV. a ſecretis floruit an. 1253. ut eruitur ex „ primigenio compendio Vita B. Andreæ Hiſpellatis „ Ordin. Minorum perſcripto à Joanne Targurino, & „ relato à Bollandianis in Actis SS. Jun. tom. 1. p. 365.*)

XXVIII. 23 * MARUCIUS Epiſcopus Sutrinus defunctus eſt anno 1275. de quo mentio in monumentis Baſilicæ Vaticanæ, cui ſucceſſit.

* Ex App. tom. 2.

XXIX 24 * FRANCISCUS ex Priore S. Stephani de Viterbio, & Capellano Matthæi S. Mariæ in Porticu Diac. Card. eligitur à Capitulo Sutrino poſt mortem Marucii anno 1275. & à Papa confirmatur, ex iiſdem monumentis, de quo nil aliud reperitur.

* Ex App. tom. 6.

XXX. 25. FLORASIUS obiit anno 1282.

XXXI 26. ALDOBRANDUS ejuſdem Civitatis Præſul, ex Canonico Blancoregien. à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Martino IV. an. 1283. 2. Id. Januarii, ex regeſt. vatic. ep. 82. fol. 69. Favorabile quoddam diploma Carmelitanis Fratribus Senenſibus à Nicolao IV. indultum ſubſcripſit 1290.

XXXII. 27. JACOBUS Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Nicolao IV. an. 1290. 8. Kal. Junii, ex reg. Vat. epiſ. 195. fol. 33.

XXXIII. 28. THOMAS fuit Epiſc. 1325. ex lib. proviſ. Prelat. Crediderim autem hunc illum Sutrinum Epiſcopum eſſe, quem Antipapa Corbarius Anticardinalem creavit anno 1328.

A 29. Fr. UGUCCIONUS Peruſinus a Franciſcanus, à Joanne XXII. electus fuit anno 1333. 14. Kal. Aprilis, ex ceſſione Berengarii de S. Africano Clerici Diœceſis Vabrienſis electi, ex regeſt. vatic. XXXIV.

a Hujus meminit ... in Athen. Aug. ...

30. JOANNES electus anno 1340. 11. Kal. Aprilis ex Archipresbytero Cathedralis Eccleſiæ, à Benedicto XII., ex reg. vatic. ep. 65. XXXV.

31. JOANNES de Vergonis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini adlectus à Clemente VI. anno 1342. 14. Kal. Auguſti, ex reg. vatic. ep. 25. fol. 133. ſucceſſit Joanni præmortuo. Obiit idem Joannes apud Sedem Apoſtolicam anno 1348. XXXVI.

32. Fr. HUGOLINUS de Petra Longa Ordinis Prædicatorum à Clemente VI. creatus Epiſcopus anno 1348. 8. Kal. Julii, ex reg. vatic. ep. 216. fol. 127. Hic cum ad Eccleſiam ſuam perveniſſet, in gravem incidit morbum, ita ut mortuus penè judicaretur, relatumque fuerit ad curiam, Sutrinam Eccleſiam vacare. Unde Clemens Raymundum quendam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Epiſcopum Sutrinum creavit, munuſque conſecrationis ab Epiſcopo Cardinale Albanenſi impertiri fecit. Cognita inde veritate de valetudine Hugolini, Raymundum Juvenatenſi Eccleſiæ præfecit. Exceſſit verò Hugolinus an. 1353. XXXVII.

B

33. NICOLAUS Prior S. Spiritus in Saxia de Urbe, dictus eſt Epiſc. 1353. Idus Februarii, ab Innocentio VI. ex reg. vatic. ep. 26. fol. 61. XXXVIII

34. PETRUS obiit anno 1363. XXXIX.

35. ANGELUS ex Archipresbytero Eccleſiæ S. Mariæ de Vetralla Viterbienſis Diœceſis, ejuſdem Civitatis Epiſcopus adlectus eſt an. 1364. Non. Junii ex reg. Vatic. XL.

36. DOMINICUS adlectus eſt anno 1377. XLI.

(„ *BONIFACIUS Barcigroſſus Ordinis Minorum „ Sutrinus Epiſcopus memoratur fuiſſe an.* 1391. *à Bonaventura Theulo in Apparatu Minorico p.* 92. Mand.) XLII.

37. BERNARDO Epiſc. Innoc. VII. poteſtatem fecit condendi teſtamentum 1406. ex libro de diverſis formis. XLIII

C

38. ANDREAS ejuſdem Civitatis Epiſcopus adlectus fuit anno 1406. die 16. menſis Julii: deceſſit autem 1410. * Hic Patria fuit Senenſis, ac nobili genere natus, ut nos monuit Beliſarius Bulgarinus. XLIV

* Ex App. tom. 7.

39. DOMINICUS de Anglona Monachus SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Tres Fontes extra Urbem Ordinis Ciſtercienſis, Abbaſque S. Sebaſtiani ad Catacumbas ejuſdem Ord. dictus eſt Sutrinorum Epiſcopus à Joan. XXIII. an. 1410. 14. Kal. Novembris. Hic deinde ad Eccleſiam Monteflaſconenſem tranſlatus eſt anno 1459. XLV.

40. Fr. ANDREAS * Conſtantinopolitanus Patria, (Id habetur in monumentis S. Petri in Vaticano) Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Magiſter, electus anno 1429. pridie Kal. Martii. E vivis autem exemptus eſt 1431. („ *Vide Fontanam in Syllabo Magiſtrorum S. Palatii p.* 103. *& de Rom. Prov. p.* 320. „ Mandoſ.) XLVI

* Ex App. t. 2.

D

41. LUCAS Roſſii, de Tartaris Nepeſinus, rector Eccleſiæ S. Thomæ in capite Mulara Romanæ ditionis, ſucceſſit Andreæ anno 1431. 4. Kalend. Novembris. Hujus Epiſcopi temporibus Nepeſina Sutrinæ Eccleſiæ juncta eſt, Eugenio IV. ita cenſente, anno 1436. Primuſque Lucas fuit, qui Nepeſino, Sutrino, utroque titulo potiretur. b XLVII.

b De ſequentibus Conſule Nepeſinorum ſeriem.

42. JACOBUS Abbas Sublacenſis, ex ordine S. Benedicti, creatus Epiſcopus Nepeſinus eſt, atque Sutrinus, anno 1447. die 19. menſis Julii. Deceſſit autem 1453. XLVIII.

43. ANGELUS Alterius nobilis Romanus, Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, Nicolai V. Generalis Teſaurarius, electus Epiſcopus harum Eccleſiarum anno 1453. 12. Kal. Maii Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam 1472. in ſuæ gentis ſacello, ubi marmori inſculptum hoc ſubjectum legitur epitaphium, ſupernè ejuſdem gentilitiis micantibus ſtemmatibus, quæ ſex argentea aſtra in cæruleo campo efficiunt. XLIX

ANGELO ALTERIO EPISCOPO Sutrino, Nepeſinoque

Vtriuſque juris peritiſs. qui vixit ann. XC.
Hieronymus, ac Julianus Alteri Patruo B. M. P.

L. 44. BAPTISTA electus Epiſcopus Sutrinus, ac Nepeſinus an 1472. 3. Nonas Julii; ad Eccleſiam Bituntinam tranſlatus eſt 1480. die 5. mẽſis Novembris.

LI. 45. ANDREAS Epiſcopus Bituntinus, ad has Eccleſias translatus eſt anno 1484. die 5. menſis Novembris. Romæ è medio abiit menſe Auguſto an. 1489.

LII. 46. BARTHOLOMÆUS Flores Andreæ ſuffectus eſt 1489. XII. Kal. Novembris, qui poſtea Archiepiſcopus Cuſentinus effectus eſt 1489.

LIII. 47. FRANCISCUS è Caſcia Vmber, Bartholomæo ſucceſſit 1495. die 4. menſ. Auguſti.

LIV. 48. ANTONIUS Torres Hiſpanus, ex Ordine S. Hieronymi monachus, ab Alexandro VI. creatus eſt, cum antea fuiſſet Lucetinus Epiſcopus 1497. die 17. menſis Aprilis. Deceſſit autem menſe Julio ejuſdem anni.

LV. 49. ZANARDUS Bagarottus * Nobilis Placentinus, Ducis Mediolani à Conſilijs, Epiſcopus dictus eſt 1497. die 17. menſis Julij. Deceſſit autem Romæ in Interregno Alexandri VI. (,, *De eo Ariſius in Cremona Liter. tom. 1. p.* 385. Mand.)

* Ex App. t. 1.

LVI. 50. ANTONIUS de Albetijs Vrbevetanus, adlectus eſt à Pio III. ann. 1503. die 11. menſ. Octobris; fato autem functus eſt anno 1506.

LVII. 51. JO: Jacobus Brunus Prothonotarius Apoſtolicus, declaratus eſt Epiſcopus 1506. die 6. menſis Februarii. eo autem munere ultro deinde abiit an. 1507.

LVIII 52. PAVLUS Æmilius Brunus, ſupramemorati frater, fratri ſucceſſit anno 1507. die 27. menſis Auguſti. Deceſſit autem anno 1516.

LIX. 53. JACOBUS Bongallus è Filacciano, harum Eccleſiarum creatus Epiſcopus eſt anno 1516. die 5. menſis Novembris vitam finivit anno 1538.

LX 54. JACOBUS Cardinalis Simonetta, harum Eccleſiarum adminiſtrator fuit 1538. die 6. menſis Februarii; vita functus eſt 1539.

LXI. 55. POMPONIUS Cæſius Romanus Epiſcopus antea Horrenſis, ad has Eccleſias tranſlatus eſt ann. 1539. die 24 menſis Novembris, condecoratuſque purpura eſt an. 1542. eodem autem ann. defunctus eſt.

LXII. 56. PETRUS ANTONIUS de Angelis, tunc Romæ Gubernator, & Rector, Sutrino, Nepeſinoque throno nobilitatus eſt die 7. menſis Auguſti; vita functus eſt 1553. (,, *De Angelinis, nobiliſque Ceſeaas* ,, *dicitur in Genealogia Familiæ Belmontiæ, Auctore* ,, *Petro Belmontio*. Mand.)

LXIII 57. ANTONIUS Simeonius *a* à monte S. Sabini Etruſcus, Julio III. propior affinis, Monachuſq; Camaldulenſis, Epiſcopus renunciatus eſt, die 3. Julii anno 1553. cum fuiſſet antea Epiſcopus Minorenſis, Defunctus autem eſt 1556. menſe Septembri.

a De Monicuccia.

LXIV 58. Fr. MICHAEL Ghiſletius Alexandrinus, ex Ordine Prædicatorum, Epiſcopus adlectus eſt anno 1556. die 4. menſis Septembris, qui paulò poſt Cardinalis creatus eſt, atque ad Eccleſiam Montis Regalis translatus, evaſitque deinceps ſummo Reipublicæ Chriſtianæ commodo, ad Apoſtolicam ſedem, ſub Pij V. nomine.

LXV. 59. HIERONYMUS Galeratus Mediolanenſis earundem Eccleſiarum adlectus Epiſcopus eſt, anno 1560. die 27. menſis Maij; deinde translatus eſt, ad Alexandrinam Eccleſiam in Inſubria anno 1565.

LXVI 60. TIBERIUS Cardinalis Criſpus, harum Eccleſiarum Adminiſtrator fuit ann. 1565. die 19. menſis Januarii. Sutrii deceſſit 1566. Prid. Nonas Octobris, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXVII. 61. Fr. ÆGIDIUS de Valentibus Piſaurenſis, Ordinis S. Auguſtinis, Papæ Sacriſta creatus eſt, 1566. die 25. menſ. Octobris. Deceſſit an. 1568.

LXVIII. 62. Fr. CAMILLUS Campegius Papienſis, ex Ordine S. Dominici. Ægidio ſuffectus eſt anno 1568. die 14. menſis Maij. Sutrij deceſſit anno 1569. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXIX 63. DONATUS Stampa Mediolanenſis, harum Eccleſiarum Epiſcopus creatus fuit 1569. die 14. menſis Decemb. Deceſſit 1575.

LXX 64. Fr. ALEXIUS Procurator Generalis, Ordi-

A nis S. Auguſtini ſublectus eſt anno 1575. die 20. menſis Julii. Deceſſit autem 1580. (,, *Fuit Alexius ex Familia Stradella, Foroizanenſis patria, Genua tamen* ,, *ortundus. Videndus Thomas de Herrera in Bibl. Aug.* ,, *p.* 462. 1. *& Pamph. in Chron. Auguſt p.* 131. Mand.)

65. HORATIUS Moronus Mediolanenſis Alexio ſucceſſit anno 1580. die 5. menſis Septembris. Deceſſit autem 1604. LXXI

66. THADDÆUS Sartius *b* Bononienſis, defuncto Horatio ſuffectus eſt anno 1604. poſtrema die ſeſe convolventis Maij; ejſdem Eccleſijs nuncium remiſit anno 1616. LXXII.

b De eo Alidoſius in Epiſc. Bonon p. 246 Mand.

67. Fr. DOMINICUS de Martinis, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia creatus eſt anno 1616. die 18. menſis Maij. Fato functus eſt 1627. (,, *Dionyſius* ,, *vocatur a Waddingo de Script Ord. Min. p.* 103 *& à* ,, *Jacobillo in Bibl. Script. Vmbriæ. p.* 94 Mand.) LXXIII.

68. SEBASTIANUS de Paulis Nepeſinus, Epiſcopus antea Neocæſarienſis, ad Sutrinam, Nepeſinamque Eccleſias translatus eſt 1627. die 20. menſis B Septembris. Obiit anno 1643 die 6. Februarii. LXXIV.

69. BARTOLOMÆS Vanninus Piſtorienſis Civis Romanus U. S. Refer ab Vrbano VIII. electus Epiſcopus hoc ipſo anno 1643. *c* (,, *Plura de eo in mea* ,, *Bibl. Rom. Vol.* 2. *p* 211. *& Ciampinus in enarratione* ,, *Synoptica Abbreviatorum p.* 40. Mand.) LXXV

c De reliquis vide ſeriem Nepeſinorum.

TERRACINENSES EPISCOPI.



C

IN antiquo Latio litorali, quod hoc tempore Romanam Campaniam vocamus, ſupra haud multũ elatum collem, propè mare antiqua Civitas Tarracina fundata eſt, à Pontinis paludibus nõ procul. Hanc autem, quàm modo ſpectamos propè litus, condidere qui ſunt ſubſecuti. Anxur primum lingua Volſca appellata eſt; inſigne Oppidum fuit Volſcorum, ut Livius, Pliniuſque ſcribunt. Vult autem Strabo appellatam illam prius fuiſſe Trachinam, ideſt aſperam, à ſaxoſis collibus, ubi ſita erat. Livius illam Anxur appellat lib. 8. item Martialis, Lucanus, Frontinus, aliique. Sub nomine Tarracinæ illius plures meminere ſcriptores, ut idem Livius pluribus in locis, Svetonius, Tacitus, Feſtus Pompejus, Ptolomæus, & alii. Anno à Roma condita 425. ante verò Chriſtianam fundatam ſalutem 326. L. Æmilio Mamertino, & C. Plautio Deciano Coſs. ut idem Livius affirmat, D illam Romani Coloniam effecerunt, eorundemq; poſtea Municipium fuit, ſi Tacito credimus, in libro 4. Mos militibus ſolvendi ſtipendia è Tarracinenſi bello duxit originem, cum enim C. Servilii Halæ exercitus Tarracinam cepiſſet, Dux ſervatam prædam pro ſtipendio diviſit in milites. Civitas admodum civilis eſt, dignitateque Epiſcopali ornata jam inde ab Apoſtolorum temporibus, qui ibidem Epaphroditum Alumnum ordinaverunt Epiſcopum. Inter Eccleſias Romanæ Provinciæ numeratur, immediatè Romano Pontifici ſubjecta, ornataque ijs omnibus gratiis, ac privilegiis, quibus cæteræ gaudent. In Tarracinenſi ſolo martyrio coronati fuere SS. Nereus & Achilleus, Euſtachius *d*, Maton, & Victorinus, S. verò Cæſarius martyrium ſubijt in ipſa Civitate. Tarracinenſi Epiſcopatui ante annum 1100. noſtræ ſalutis à Romanis Pontificibus unita fuere Privernatis antiquiſſimi Epiſcopatus jura, & Setinæ Eccleſiæ, è quibus Tarracinenſis diœceſis mirum in modum crevit.

d Euthymius.

Ve-

Verùm antequam Tarracinenſium Epiſcoporum ſeriem attexe re aggrediamur, de vetari Psiverno quædam, nonnulla vero de Setina olim Romanorum Colonia perſtringere, ac delibare in animum induxi.



DE PRIVERNO OLIM VOLSCORUM REGIA

PRivernum antiquiſſima civitas Volſcorum caput, ac illius Camillæ apud Virgilium celebratiſſimæ Reginæ, invictiſſimæque bellatricis Regia, quæ cum ad ferendas Turno ſuppetias ad arma provolaſſet, inito cum Æńea prælio ab Arvate Trojano per proditionem occiſa occubuit. Jacebat olim ad collis radices ſita, in quo hodie novum Privernum ſeptem *a* rantum à Tarracina milliaribus diſſitum aſſurgit. Hujus Urbis origo adeò pervetuſta, ut aliquibus ejus indagandæ cupidis, ſabuloſa aliqua adducendi occaſionem injecerit, cum illi Latium à Saturnu conditum dixere, ejuſque nomen in totam deinde Provinciam derivatum; illius tamen nomen poſtea in Privernum deſciviſſe, quod in honorem Priverni Oſcæ illi imperitauris filii eſſet impoſitum, quod perſtitit hactenus, quamvis paululum corrupta voce, Pipernum appelletur. De Priverno veteres, Livius variis in locis, Lucretius, Virgilius, Plinius, Servius, aliique mentionem expreſſere. Bellum Privernates ſæpius cum Romanis geſſere, ut efflorescétem illorum gloriam, auctamque in dies potentiam, jam ipſis metuendam comprimerent. At victi ſæpius, perdomitique jugum cum aliis ſubjere, eorumq; Dux Vitruvius Vaccius in triumphum deductus aſt, Plautio, AEmilioque Coſſ. æquara ſolo Civitas, civeſque cum Veliternenſibus in Tranſtiberina regione traducti; pauloque poſt Senatus Romanus eorum virturem miratus ſumma cum laude civitate donati fuere, & in Viſentinam Tribum admiſſi; patria illis reſtitura eſt; Romanoque exinde populo, Imperatoribus inde, ac tandem ſummis Eccleſiæ Pontificibus ſumma fide, & obſarvantia paruere. Antiquum illud Privernum, ut nartat Blondus, à Theutonibus exciſum, deletumque fuit, ejuſque Cives in vicinos montes, ac loca profugere, ſopiroque barbarorum furore, Nobiles, Civium collatis reliquiis, Duce Leone, cum patriam in priſtinum ſplendorem reſtituere poſſe omnem ſpem abiicerent, eam in colle, in quo adhuc viſitur, inſtaurarunt, vetuſque Priverni illuſtre nomen indiderunt. Veteris exciſæ Civitatis non levia adhuc cernuntur veſtigia, antiquæ illius amplitudinis, & dignitaris certiſſima argumenta. Sed cum illius novæ Urbis ambitu veteres omnes Cives capi non poſſent, alii Roccham Burgiam, alii Aſprannm, Magentiam alii, Perſeum alii, & Caſtrum Crucis, Sonninum alii, quæ clara ſunt Oppida, condiderunt, quæ tamen Priverno obnoxia D. Petri recurrente die annuum tributum pendunr (1), pariterque eorum Eccleſiæ à Privernati dependent, à qua ſacrum chriſma accipiunt, feſtoque beatiſſimæ Virginis Aſſumptæ decimas illi perſolvunt. Fama eſt probatiſſima, Privernum antequam à Barbaris deſolaretur, in eo Chriſtianam religionem floruiſſe, eodemque tempore cum Tatracina à S. Petro Apoſtolo, vel à B. Epaphrodito luce fidei illuſtratum fuiſſe. Argumento probabili poſſet afferri, D. Petrum cum in foro Appio, Priverno proximo conſiſteret, ipſi Priverno, aliiſque vicinis locis Evangelium promulgaſſe. In cujus rei ſignum illud adduci poſſet in vatere Priverno Templum D. Petri ſemidirutum conſpici, ob acceptam ab ipſo fidem, ut fert traditio, in ejus honorem axcitatum, Religionis incrementum pariter à D. Paulo Apoſtolo accepiſſe, veriſimillimum eſt, cum ille in Foro Appio aliquantulum commoratus in vicinis circumquaque locis diſſeminaret, é quibus etiam colligere poſſumus iiſdem temporibus Privernum Epiſcopali dignitare ornatum, licet injuria temporum Epiſcoporum ſuorum memoriam obliviſcatur. Inveterata apud omnes confirmat ſententia, tres antiquos Priverni Epiſcopos in variis Conciliis ſubſcriptos reperiri. Eleutherium ſcilicet anno 826. ſub Eugenio II. Majum ſub Leone IV. anno 893. atque Benedictum in Concilio ſub Joanne XV. coacto anno 998. * Martinus Epiſcopus Pipernenſis Eccleſiæ ante annum 100. vixit, de quo apud nullum haud reperitur memoria. Nos tamen nudum ejus nomen in vetuſtiſſimo codice membranaceo Paſtoralis S. Gregorii Papæ invenimus, in Archivio Liberianæ baſilicæ, quem ipſe Martinus ſcribi fecit, primaque pagina codicis ipſiſſimis vetuſtiſſimis caracteribus ita legitur: *Martinus, gratia Dei, Epiſc. S. Pipernatis Eccl. hunc librum paſtorale fieri conſtitui Domino auxiliante.* Alterum etiam Pipernatem Epiſcopum obſervavimus ſubſcriptum in ſæpe citato diplomate Benedicti Papæ IX. pro Vvillelmo Abbate Fructuarienſi ann. 1015. in hunc modum. *Ego Petrus S. Pipernatis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.* Hic eſt ille Petrus Pipernen. Præſul, qui à Sergio Papa IV. in Galliam miſſus, Monaſterium Belliloci conſecravit, teſte P. Marca Concord. l. 4. cap. 8. pag. 657. aliorum vero Priverni Epiſcoporum omnis memoria excidit. Quo verò tempore hæc Eccleſia cum Tarracinenſi unita fuerit nil certi afferri poteſt, cum illius unionis tantummodo in Honorii III. diplomate an. 1217. mentio reperiatur. Cathedralis Privernatis Eccleſiæ nobilis ſtructuræ Beatiſſimæ Virgini Aſſumptæ dicata eſt, cujus Archipresbyter hactenus loco veteris Diœceſis in aliquibus, ut ſupra retulimus, oppidis Clericorum diœceſanorum puniendorum, beneficiorum conferendorum, decimarumque colligendarum jus obtinebat, quo incuria ſua excidit. Præter Archipresbyterum 15. *b* Canonicos, alioſque plures Clericos numerat. Multis ſacris lipſanis ornatur, ac Beatiſſimæ Deiparæ Virgini imagine à D. Luca, ut fert traditio, depicta, quæ ingenti miraculo, poſt illatam à Barbaris vaſtitatem, inter medios, quibus ardebat Civitas, flammarum globos illæſa ſervata, à civibus in Cathedrali novæ Urbis hic collocata eſt. A Cathedrali porrò latere Epiſcoporum Privernatium antiquum ſpectatur palatium. Intra murorum ambitu ſeptem *c* Eccleſias parochiales, religioſorum Monaſteria 5. aliaque oratoria, ac templa illorum populorum pietatis certiſſima ſigna continet. *d* At inter cætera Privernatium ornamenta nobiliſſima illa, ac percelebris Foſſæ novæ Abbatia Ordinis Ciſtercienſis numerari poteſt, in eorum ditione ſita, eodemque in loco, quo Forum Appii erat. Illa enim tum maxima Monachorum, quos alebat ad centum, multitudine, tum virtutis, ſanctitatiſque ingenti fama effloruit. (2) Ex ea innumeri doctrina, ſanctitateque ſpectatiſſimi viri prodiere, qui in gerendis Eccleſiaſticis dignitatibus ſumma admiratione effulſere. In ea excultus olim fuerat Gregorius IV. Pont. Max ex ea tres Cardinales Jordanus, Stephanus, ac Theobaldus è familia Ceccana, tria Ciſtercienſis Ord. ornamenta erupere; in ea diem obiit D. Thomas Aquinas Privernatium protector, ibidemque pluribus annis ejus ſacra oſſa quievere; in ea inquam, pietate perpolitus fuit B. Geraldus Martyr, qui tráſlatus in Gallia Clarevallenſis Abbas, ac D. Bernardi ſucceſſor eſſe meruit. Hujus cœnobii Abbas fuit Petrus Meſſarellus Privernas, qui à ſummis Pontificibus in graviſſimis expediendis negotiis adhibitus eſt, & Ro-

a Duodecim & amplius.

* Ex App. t. 2.

b 14.

c Quinque ſolum, ſub quibus animæ 5000.

d Adeſt etiam mons Frumentarius, & Hoſpitale Peregrinorum. Sed de Privernate Eccleſia, eorumque Epiſcopis caſtigatius, & fuſius agemus in X. tomo.

(1) Tria tantum videlicet Magentia, Perſeum, & Sonninum dictum, tributum perſolvunt; uno hoc poſtremum diuturniori litigio ſe cenſum erogare titulo cuiuſcumque decertavit, ſed deciſum, debere jure tributi. *Lucen.*

(2) Jacet modo in ruderibus inſignis hæc Abbatia pietatem ſpirans ex ipſis ruinis, eamque miſerrimè vix incolunt ſex Religioſi totidem alendis attributo modico cenſu è diſtinctis 1000. ferè ſcut. ejus redditibus commendatariorum dignitati aſſignatis. *Lucent.*

& Robertus Privernas Prior, quem Innocentius III. ad Fundanum Epiſcopatum extulit, quem ille tanta cum laude geſſit, ut illius memoriam nulla unquam deletura ſit ætas. Ex eodem Monaſterio Joannes de Semioeto Epiſcopus Juvennatenſis ſub Innocentio IV. & Stephanus de Ferentino Epiſcopus Turtibulenſis, aliique Epiſcopi omnium virtutum genere clariſſimi prodiere. Privernas fuit Petrus ille Valerianus ſub Bonifacio VIII. Diaconus Cardinalis, factorum gloria celebris, Petrus Ferri nobiliſſimo genere ſatus Epiſcopus Theatinus, Leonardus Tacconius, qui Fundanus Epiſcopus obiit, * Fr. Raynaldus Civis Privernas, Ord. Prædicatorum, Epiſcopus Marſicenſis ſub Gregorio X. Petrus Privernas Innocentii IV. in Hiſpaniarum Regna Apoſtolicus Nuncius, & Spoliorum Collector, aliique antiqui, de quibus alibi. Ex recentioribus verò Victorinū Guarinum Anagninum Epiſcopum tantum commemoraſſe ſuffecerit. Nec minus Privernum viris bello clariſſimis, quam literis inſignibus illuſtratum eſt. Maximus enim Valerianus Caroli II. Neapolitani Regis armorum Præfectus, Petrus, Bernardinus, ac Mauritius ex pervetoſta Leonum, ſive de Leo familia propagati, poeſi, literiſque politioribus claruere; nuperque Dominicus Gravina Ordinis Prædicatorum Vicarius Generalis omnium, ſcientiarum genere, atque editis in lucem operibus celebratiſſimus vixit; nec minus Theodorus à Valle ejuſdem inſtituti, patriam ſuam ſcriptis de vetere Priverno libris illuſtravit. Hæc de Priverno ob veterem Epiſcopatum, quo nobilitatum fuit, delibare placuit, qui licet Tarracinenſi conjunctus fuerit, ſplendorem tamen ſuum, amplitudinem, dignitatemque retinuit. Cæterùm pro coronide lubet hic apponere pervetuſtum documentum donationis à Leone, & Ildicio Privernatium Conſulibus factæ Eccleſiæ S. Salvatoris, quam in virorum cœnobium excitarunt, quod Foſſæ novæ poſtmodum unitum fuit, ex cujus archivii reliquiis monumentum decerpſi. Ac licet pro illius corrupti ſeculi more vocibus, ac ſolœciſmis inquinatum, adducere libuit ad venerandæ commendationem antiquitatis; ſic enim ſe habet.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri JESU Chriſti Anno Deo propitio Pontificatus D. Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis ſanctiſſimi Noni decimi Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno iiij. menſe Decembrio, die nona, ind. Ad honorem ſummæ, & individuæ Trinitatis, & veræ deitatis, claræ maieſtatis. Nos Pipernenſes Conſulibus, Leo, & Idicio filii Ven. D. Creſcentii bonæ memoriæ, nec non & Amato Amati filius pro redemptione animarum noſtrarum, vel animæ parentum noſtrorum, offerimus de noſtra hæreditate in Eccleſia S. Salvatori ad Monaſterium faciendū in loco, qui Meletum nominatus, præſcrem Amico ven. Abbate, & fratribus, & ſucceſſoribus veſtris, hic ſuæ Eccleſiæ S. Crucis, & S. Nicolai Epiſcopi, quæ ſunt in pertinentia de Canello S. Crucis, cum omnibus earū proprietatibus prædictam hæreditatem habet finis à primo latere caſale, quæ prima vocatur, & mittitur in fontana, quæ tempore hyberni aquam habet, & mittitur in cacumen montis, ubi Crutellam antiqua vocatur. Et à ſecundo latere caſale, qui continet Joannes, qui dicitur vernari Serra apud Valle ... & mittit in valle Ramiſi, & mittit in terra, quæ continet Petrus de Sylva muli, & mittit in volubro. Et à tertio latere Serra, quæ Peſcli Filari vocatur, & mittit in petra, quæ Cavalla vocatur, & mittit in retaria, quæ terno vocatur, & mittit in forcella de Samptimo, & mittit in retaria, quæ cemis vocatur. Et à quarto latere Serra de campo Fandana, & mittit in tonicella, & Serra, & revertitur in primo affine, qui prima nominatur. Inter iſtis affinibus cum ingreſſio, & regreſſio ſuo, & cum omnibus, quæ ad iam dicto Monaſterio pertinet cum cellis, & arenariis, & parietinis antiquis; ſit ad prædictum Monaſterium, & vobis, ac fratribus veſtris, & ſucceſſoribus conceſſum, qui in eodem Monaſterio ſerviturï ſunt, introeuntibus, & exeuntibus, ut nullus ex nobis, neque hæredibus noſtris de facultate jam dicti Monaſterii ſine voluntate Rectoris accipiat. Quibus nunquam à nobis, neque ab hæredibus noſtris, neque etiam à nulla magna, privataque perſona contrario præfatum Monaſterium vobis, vel ſucceſſoribus veſtris aliquam moleſtiam inferre tentaverimus. Et ſi à qualicumque perſona, aliquam calumniam exinde facere, ſeu peragere voluerit, ſemper ſtare nos una cum hæredibus noſtris, & defendere promittimus in omni tempore ab omni homine, & in omni loco, ubi vobis, veſtriſque ſucceſſoribus neceſſè fuerit, in qua donationis chartula juratum dicimus per Deum omnipotentem, ſanctæque ſedis Apoſtolicæ, ſeu ſalutem boni Beatiſſimi, & Apoſtolici D. Joannis Sanctiſſimi Papæ. Nam ſi aliter fecerimus, & de prædicta defenſione nos diſtuderimus, & minime eas defendere voluerimus, ſive ad vos, vel à ſucceſſoribus veſtris litigium fecerimus per quavis modis, aut ingenium, quod ſenſus humanum capere, vel intelligere poteſt, tunc non ſolum juris reatum incurramus, verum etiam daturi vos promittimus nos ſupra ſcripti D. Leoni, & D. Ildicii, & D. Amati, & veſtris hæredibus in præfato Monaſterio, vobis Domno Amico, veſtriſque ſucceſſoribus ante litis initium pœna nomine lib. vi. de auro eurizo, & habeat anathema à Domino Salvatore noſtro IESU Chriſto, & ab omnibus Sanctis, & in æterna pœna damnatus cum Juda, Herode, & Pilato, & poſt ſoluta pœna hæc chartula, quam ſcribendam rogavimus, firma permaneat in perpetuum.

† Leo Conſul, & Dux, qui acceſſit, & hæc chartula ſcribere rogavit.

† Ildicio Conſul, & Dux, qui acceſſit, & hæc chartula ſcribere rogavit.

† Amato Conſul, & Dux, hæc chartula ſcribere rogavit.

† Litolfo de Carpineto, hæc chartula traditam vidit, & rogatus eſt in ea ſſ.

Georg. filio Riſi Ducem hæc traditio, & rogatus in ea ſſ.

Ego Ioannes vir honeſtus, & Scriniarius de Civis Pipernenſis poſt omnium teſtium complevi, & abſolvi.

Ex eo Leone Duce tradunt familiam, quæ Priverni hodie eodem nomine potitur, fuiſſe propagatam. Hactenus de Priverno ſatis; nunc de Setino aliqua proferemus.

SETINUM pervetuſtum ac nobile Oppidum, olim Romanorum Colonia ſupra montem poſitum ab Hercule conditum fuiſſe narratur, de quo apud Livium, Frontinum, alioſque veteres ſcriptores mētio habetur. In eo hodie Tarracinenſes Epiſcopi ad ſalubrem aerem colligendum conferre ſe, ac diutius commorari conſueverunt, pulchrum, commodumque in eo palatium obtinent, quod à Cæſare Vintimilia Epiſcopo inſtauratum, honoratumque eſt. a Princeps ejus Eccleſia D. Mariæ Virgini dicata nobilis ſtructuræ collegiata eſt, in qua oſſa S. Lindani Abbatis quieſcunt, qui Gelaſij II temporibus in pace quievit. Multa ibidem ſacra templa, religioſorumque cœnobia viſuntur, populus multa humanitate præditus, ex quo viri in omni ſcientiarum genere illuſtres prodiere, nunc verò magis, ac magis literarum gloria eſſloreſcet, ex quo in Patrum Societatis JESU Collegio ab ejus pietate excitato, juvētus perpoliri cœpit. Fama eſt olim etiam ſuo Epiſcopatu inſignitum, qui poſtea cum Tarracinenſi Eccleſia unitus fuerit, quin etiam in pervetuſta S. Lindani vita nonnulla Epiſcoporum Setinorum nomina afferuntur. Verùm de hoc nobili oppido, ejuſque antiquiſſima Eccleſia pauca hæc diximus, ne reliquorum indagandorum gloriam cæteris præripere videamur. Series verò Tarracinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum ſequens eſt.

A D D I T I O.

(„*Tarracina priſcam originem in janū ſunt, qui re-* „*ferant, & idcirco Cives ejus effigiem in pariete vici,* „*vulgo,* Capola lingua, *expreſſam detinere conſue-* „*verunt. Alii arbitrantur à Spartanis exordia ſum-* „*pſiſſe, qui aſperas Lycurgi leges declinantes ad has pla-* „*gas appulere. Plura de hac Civitate ſcripſerunt Cato* „*de Origin. Leander Albertus, Franciſcus Camers,* „*aliique. Hæc jam paruit Romanis, inde Barbarico* „*infeſta agmine dire vexata fuit. Abiit in Summo-* „*rum Pontificum poteſtatem, & ereptam aliquando re-* „*cuperatam fuiſſe Eugenii III. ſtudio ſcribit Ughellus* „*in addit. ad Ciaconium. Iterum Alphonſus Arago-* „*num rex eam occupavit, detinuitque deinceps Rex* „*Ferdinandus ad duo Luſtra Vicarii Pontificis um-* „*bratili titulo: demum Pius II. confugientibus ad ſe* „*Terracinenſibus, eam rurſum recepit. De his fuſè*

„*Go-*

* Ex App.

a De Setina Eccleſia fuſè agemus in X. tomo.

„ *Gobelinus. Floruit autem Tarracina majeſtate Rom. Pontificum. Bis illo confugit Alexander III. & ſemel Gelaſius II. In Terracinenſi Cathedrali Pontifex Max. creatus eſt Vrbanus II. Hinc plurimis cumulata eſt hæc civitas privilegiis Pontificiis. Profanis etiam, & ſacris floruit ædificiis: hæc inter mirabile illud, quod ad preces Terracinenſis civis in hujus prædio propè Civitatem S. Benedicto Architectante per viſum è Caſino monte cum Monaſterio extructum fuit ſub Invocatione S. Prothomartyris Stephani, de quo agit in ſuis Dialogis M. Gregorius, aliique. Sed antea quatuor præcipuè fana Ethnicæ ſuperſtitionis celebria viſebantur. Vnum Jovis Anxurei ſupra verticem montis urbi imminentis, ubi exurgebat grande Theatrum, de quo Livius l. 5. Alterum Minervæ, ubi nunc adeſt cœnobium Ord. Min. Conventualium: de quo Obſequens in lib. de Prodig. Tertium Feroniæ, à Tarracina tribus milliaribus diſtans, de quo Horat. l. 1. Serm. Satyr. 5. & Liv. l. 26. & Halicarn. l. 2. celebre ob libertatem, in quam ibi aſſerebantur ſervi. Quartum Apollinis, ubi nunc Cathedralis Eccleſia exurgit. Inceſtus Fœmina, ſeu Porca Apollini immolabatur. Ad hoc templum dum traheretur Cæſarius, ut diis immolaret, ex parte ædificium corruit, falſique Numinis Pontificem oppreſſit. Nec prætereundus, qui apud Terracinenſes inoleverat, deteſtandus uſus, quod annis ſingulis Juvenis aliquis per aliquod temporis ſpatium delicatè enutritus, pretioſoque obvolutus indumento, oblato priùs Apollini Porca ſacrificio, comitante Magiſtratu, univerſoque Populo, ex alto montis Cacumine ſe pro Reip. ſalute miſerrimè præcipitem dabat, cujus exanime cadaver illicò cremandum igni tradebatur, & cineres in Apollinis templo recondebantur, nomē vero inter divos adſcriptū erat.*

„ *Verum præter enumeratos ab Ughello, martyrium in Tarracinenſi ſolo paſſi ſunt etiam Julianus, & Felix Presbyteri, Euſebius monachus, Montanus & Flavia Domitilla Virgo cū ancilla Euphroſina, & Theodora pariter Romanis Virginibus. Hic quoque paſſos, neſcimus à quo deceptus, noſter Ughellus recitat etiam Maronum, Euthychetem (dele enim ex Librariis incuria Euſtachium) & Victorium, quos alibi paſſos Surius l. 3. ſub die 12. Maii indicat. Forſan cum hi, quia S. Flaviæ Domitillæ addicti, eadem, qua ipſa ſunt ſorte cenſiti, in eodem etiam ſunt loco æſtimati poſtremo ſupplicio affecti.*

„ *Cæterum Tarracinenſis Cathedralis templū exurgens ſupra antiquū Idololatriæ Fanū, S. Cæſario, qui cū S. Eleutherio epiſc. & martyre, & S. Silviano Epiſcopo præcipuus Terracinæ patronus eſt, dicatur. In eo 12. Canonici cum Archipresbyterali Dignitate, cui ineſt animarum cura, ultra quam & altera eſt, modico tamē populo coagmentata, ut vix 2000. mortaliū ibi numerentur. Epiſcopale Palatium jam ſolo deſcendit, Epiſcopus ſub clementiore aere modo Setiæ, modo Priverni ſubſiſtit. Monaſterium monialium ibi nullum, tria in Diœceſi, quorum præcipuum eſt illud Oppidi Somnini Ord. Ciſterc. Virorum unicum S. Franc. Conv., per Diœceſim plura. Seminarium Clericorum Setiæ detinetur. Diœceſis prius anguſta: modo poſt unionem Setinæ, Privernenſiſque Eccleſiarum ampla, aliquo ſupra 20000. Mortalium. Loca Diœceſis ſunt:* Piperno, Sezze, Sonnino, S. Felice, Rocca ſecca, Maenza, Rocca Gorga, Baſſiano, Sermoneta. *Ejus taxa in lib. Cameræ eſt Flor. 200. redditus impræſentiarum convaluere ad duo ferè millia Scutorum* Lucentius.)

I. 1. S. EPAPHRODITUM, unum è 72. Chriſti diſcipulis, cujus meminit S. Paulus in epiſtola ad Philippenſes a S. Petrus Apoſtolus Tarracinæ ordinavit Epiſcopum, ubi in pace deceſſit, poſt plantatam in ea Civitate Chriſtianam fidem aſſidua, plenaque fervoris prædicatione 11. Kalend. Maii (1). Hujus memoriam cum laude recolit Simeon Metaphraſtes in ſermone Apoſtolorum die 29. menſis Julii, Baroniuſque in Annal. ad annum 46.

2. (2) SABINUS Romano Concilio interfuit an. 313. [„ *Ubi ſubſcribitur Savinus à Terracina. Item de eo Optatus lib. 1. & Carolus à S. Paulo in Geographia Sacra.* Luc.) II

3. * AVITUS Epiſcopus Tarracinenſis prædeceſſor S. Valentini, vixit temporibus S. Sylveſtri Papæ, cujus mētio extat in vita ejuſdē S. Valentini. III. * Ex App. 5.

4. S. VALENTINUS Clari, & Flaviæ nobiliſſ. Tarracinenſium filius, defuncto Avito à clero, & populo ejuſdem civitatis Epiſcopus electus, in monte Sorate à S. Sylveſtro Papa conſecratus, verbo, & exemplo ſibi commiſſam Eccleſiam ſtrenue rexit ad Juliani Apoſtatæ uſque tempora, ſub quo una cum Damiano Diacono ſuo nobilem tulit palmā martyrii; cujus lipſana ſacra in oppido ab ejus nomine S. Valentini nuncupato in diœceſi Theatina venerantur, ubi & ejus M.S. extat vita (3) characteribus Longobardis ſcripta, cujus exemplar vidimus in bibliotheca Vallicellana inter monumenta Cardinalis Baronii: de eo etiam mentionem habet Ferrarius in catalogo die 16. Maii. * Paſſi ſunt Ss. Martyres circa annum Domini 362. Juliani Apoſtatæ 11, ut colligitur ex iis, quæ Baronius ſcripſit to. 4. Annal. ad hunc an. IV. * Ex App. num. 5.

Porro vita, & Acta Valentini Epiſcopi, & Damiani martyrum hactenus inedita, ex m. ſ. codice fideliter deſcripta cum ad noſtras perveniſſent manus, hic libuit exhibere, ad ſtatum Tarracinenſis Eccleſiæ eo ævo ag noſcendum.

Paſſio Ss. martyrum Valentini, & Damiani Epiſcopi Tarracinenſis.

Lectio I.

Temporibus Magni Conſtantini piiſſimi Imperatoris erat quidam vir in civitate Tarracina Clarus nomine, nobilis proſapia, ſed nobilior moribus, Chriſtianus, & timens Deum; juxta ſiquidem præſagium ſui nominis pollens in ſervitium Domini nocte ac die, præclarus, & lucidus ab omnibus habebatur. Hic accepit uxorem è nobiliſſimis primatibus ejuſdem civitatis nomine Flaviam, ex clariſſimis parentibus ortam, Chriſtianiſſimam, ac ſatis religioſam. Commorantes denique ſimul parvo tēpore, divina favente clementia, duos filios, & unam filiam genuerunt, unum Valentinum, alterum Sabricium, filiam quam Florentiam nuncupavere, gratias agentes Deo largitori omnium bonorum. Quinquennio igitur tranſacto è tempore nativitatis Valentinus, & Sabricius liberalib. artibus a parentibus traditi ſunt. Florentia vero cuidam viro nobili eſt ſociata. Poſt non multum tempus Clarus & Flavia dormitionem acceperunt in Domino filios bonæ indolis ſuperſtites relinquentes. Igitur poſt mortem parentum Sabricius domum ſuam revertens curam gerebat de omnibus bonis paternis. Valentinus vero nunquam ab Eccleſia recedens in lege Domini die ac nocte meditabatur: & ut prudentiſſima apis flores SS. Scripturarum ſine intermiſſione carpere non ceſſabat.

Videns autem Præſul ejuſdem civitatis, Avitus nomine, prudentiam S. juvenis, nolentem, & inviſum ſacris eum ordinib. ſublimavit: ſperans eum poſt ſuum deceſſum, ſicut (Deo auctore) poſtea factum eſt, ſuperſtitem fore. Denique poſtquam ſummis Ordinib. ſanctus vir eſt promotus, totum ſe in campo S. Eccleſiæ ingerens, caſtitati, humilitati, ac cæteris virtutibus cœpit operam dare, & ſi quid forte ex ſuo labore, vel aliunde habere poterat, pauperibus erogabat: nihil de craſtino cogitans, irre-

pre-

(1) Martii 22. ex Martyrologio. Dorotheus in Synopſi ait Adriæ etiam geſſiſſe Præſulatum. Conſule Acta SS. Menſis Martii tom. 3. pag. 569. Luc.

(2) Ex monumentis hujus Eccleſiæ ſecundo loco deſcribitur S. QVARTUS Capuanus Tarracinenſium Epiſcopus, qui, cum Presbyter eſſet, Corpora SS. Martyrum Felicis Presbyteri, & Euſebii Monachi propè corpus S. Martyris & Levitæ Cæſarii ſepelivit, & tandem una cum Quinto Epiſcopo Capuano (ut tradunt prælata monumenta) palmam tulit Martyrii. De his Martyrol. Rom. die 10. Maji. Quos ſcriptor Monachus in ſuo Sanctuario Capuano Epiſcopos Capuanos fuiſſe refert, quibus conjecturis incertum, eos ſiquidem dum recenſet Baronius in notis, Martyres tantum dicit, & Card. Bellarminus Capuanus Archiepiſcopus è ſuo Catalogo expunxit. Quare de Quarti hujus Tarracinenſi Epiſcopatu nec nos quidquam decernere audemus cum noſtro Vghello, qui de his egit in Capuana ſerie n. 5. Lucentius.

(3) Hujus Acta cum evidenter ſint fictitia, de Avito, & Valentino non debuiſſet Ughellius niſi ſub correctione meminiſſe: & Terracinenſes judicio noſtro facient benè ſi contenti Savino, quem an. 313. in Rom. Synodo ſuggerit Optatus Milevitanus, & Felice, Damaſi Papæ coævo, atque hujus vita memorato, antiquiores omnes Epiſcopos ſuos ſibi ignotos eſſe fateantur, neque Catalogos ſuum augeri patiantur Avito, ac Valentino, ut coævis S. Sylveſtri. Collectores Actorum SS. Maji. t. 3. p. 571.

prehenſibilem ſecundum Apoſtolum ducebat vitam.

Lectio II.

Factum eſt autem, ut ſanctiſſimus Avitus Epiſcopus migravit ad Dominum, & Eccleſia Terracina proprio paſtore orbata, velut navis in pelagu tempeſtatibus quaſſaretur, fideles Chriſticolæ ab impiis civibus duriſſimè conculcabantur. Omnis denique fidelis populus ejuſdem civitatis ad Eccleſiam confluens Paſtorem ſibi Valentinum fieri optabat, ſanctum, juſtum, & dignum eum clamitantes, voces extollebant ad cœlum. Tanaem vero fugientem, & recuſantem, invitum, & nolentem cum magna violentia Epiſcopali throno ſublimavit. Videns autem Sanctus vir voluntati Dei ſe contrarie non poſſe, accipiens regiminis curam pervenit ad montem Scrapti, ubi ſanctiſſimus Sylveſter Vrbis Romæ Epiſcopus perſecutionem Conſtantini fugiens latitabat. Atque ab eodem ſanctiſſimo Præſule ſatis honorifice fuit receptus, & conſecratus. Reverſuſque eſt ad civitatem Terracinam, ubi cum ingenti honore, ac lætitia virorum, & mulierum à clero, & univerſo populo eſt receptus.

Lectio III.

Poſtquam igitur arcam Epiſcupatus S. Valentinus aſcendit, de virtute in virtutem proficere cœpit, curam agens de egenis, viduis, & orphanis, ac neceſſitatem habentibus quicquid habere poterat, erogabat. Erat interea quædam vidua in civitate Terracina Prala nomine, quæ habebat unicum filium, nomine Damianum, & non erant ei cibaria, unde cum unico filio aleretur. Ideo acceſſit ad pedes almifici Præſulis Valentini, rogans eum, ut ſua inopia ſubveniret, quatenus ipſa vivere, & ſuam prolem nutrire poſſet. Motus itaque piiſſimus pater precibus pauperrimæ mulieris, accepit infantem in brachiis ſuis, & amplexatus, ac deoſculatus eſt eum, atque in conſpectu omnium, qui aderant, adoptavit ſibi eum in filium. Mulieri vero 50. aureos donavit, ut ſuam inde paupertatem relevaret. Et ſic gaudentem remiſit mulierem ad propria, puerum autem ſecum retinuit. Cœpit itaque ſanctiſſimus Præſul puerum diligentiſſime enutrire, & in Dei ſervitio ſtudioſiſſime informare, imbuens eum Eccleſiaſticam doctrinam juxta conſuetudinem, & ritum SS Patrum. Poſtquam autem adolevit, à ſanctiſſimo Patre Antiſtite ad Diaconi gradus promotus, in doctrina Magiſtri ſedulus manſit.

Lectio IV.

Florebat tunc temporis Eccleſia Dei, vigore piiſſimi, ac Chriſtianiſſimi Imper. Conſtantini, qui nuper à Beatiſſimo Papa Sylveſtro baptizatus Chriſtianis ubique Chriſtum confiteri permittens, credentibus libertatem dedit, non credentibus vero ſervitutis poculum propinavit; tanta enim ſerenitate illis diebus Eccleſia Dei luſtrabatur, ut nullus gentilis publice auderet Diis ſacrificare. neque alicui chriſtiano injuriam irrogare. Ubique Dei templa erigebantur, & infideles confundebantur ubique. Factum eſt autem poſt mortem Sereniſſ. Imperatoris Conſtantini, ut Julianus Apoſtata, qui erat Subdiaconus S.R.E. nutritus, & eruditus à Pigmento Presbytero ſecundum Eccleſiaſticum ritum, Chriſtum negaret, & Eccleſiaſticam doctrinam relinqueret, atque Imperialia ſceptra, eo quod eſſet de ſtirpe, & familia Cæſarum procreatus, ſuſciperet. Hic conſtituit ex jure Romanæ legis, ut Chriſtiani ubique militarent, & auferebat ab eis omnes facultates, & poſſeſſiones, docens Chriſtum in Evangelio præcepiſſe: qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Addidit autem ad confeſſionem Chriſtianorum, & ad ſuæ damnationis cumulum, ut mitterentur leges, & imperia per univerſum mundum, ut ſi quis non negaſſet, & Idolis non ſacrificaſſet, ſtatim puniretur. Miſit autem diverſos Duces, Præfectos, Tribunos, atque Comites per diverſa loca, & Regna, qui ubique Chriſtianos compellerent Idolis ſacrificare ſecundum Imperiale præceptum, dans & aliud mandatum, ut quicunque Chriſtum negare, & Idolis ſacrificare voluiſſet, ampliſſimis donis ex Imperiali aula ditaretur, qui autem eorum nefandiſſimis juſſibus non obediſſent, diverſis pœnis affecti capitali ſententia punirentur.

Lectio V.

Accidit interea ex hac peſtifera Imperiali ordinatione, ut quidam nefandiſſimus Præfectus, nomine Aufidianus veniret Campaniam ad extirpandos Chriſtianos, qui ve- A niens in civitatem Terracinam cum magno exercitu cœpit Chriſtianos requirere, ut ſecum compelleret ad ſacrificandum Idolis. Audientes autem hæc turbæ virorum, & mulierum Chriſtianorum confugere omnes ad S. Epiſcopum, & jactavere ſe ad pedes ejus clamantes, & dicentes: Pater ſancte redime nos tuis S. precibus de poteſtate Tyranni hujus, nequando inimicus deſæviens glorietur de ovibus Chriſti. Tunc B. Valentinus prorumpens in lachrymas cœpit eos blande conſolari, dicens: Fratres & filii mei nolite timere machinas, & inſidias malignantium, valet enim valida manus Domini & hos deiicere, & in terram proſternere, & ſervos ſuos liberare de omnibus periculis, & inſidiis malignantium. Hæc dicens ſanctiſſimus Præſul cum magna feſtinatione agens ſacra Miſſarum ſolemnia tradidit omnibus almificum corpus, & ſanguinem Domini, dans & omnibus ultimum pacis oſculum, commendavit eos Chriſto. Cum autem hæc agerentur quidam nefandiſſimi Urſacius, & Irenæus acceſſerunt ad Præfectum, & dixerunt ei: Illuſtriſſime virorum Domine Præfecte, eſt quidam Magus, nomine Valentinus, in hac civitate, B contra Deos, & contra Imperatores agens; non ceſſat quotidie neſcimus quem Chriſtum prædicare: templa Deorum ſubvertere, & omnes, quos valet, ſubtrahere à cultu Deorum. Audiens hæc impiiſſimus Præfectus ira commotus præcepit ſuis militibus, ut cum magna verecundia expulſus de Eccleſia traheretur ad ejus conſiſtorium. Milites perficientes ejus nefandiſſima juſſa venerunt, ubi ſanctiſſimus præſul manebat, & cum magno furore illum trahentes præſentaverunt eum iniquiſſimo Præfecto. Damianus autem flens, & ejulans amariſſimè, ſequebatur eum uſque ad Conſiſtorium Præfecti.

Lectio VI.

Aufidianus denique Præfectus inventus Valentinum Epiſcopum interrogavit, dicens: Tu es Valentinus ſacrilegus, qui contra Deos, & contra Imperatores agens deſtruis templa Deorum: omnes, quos potes ſuadere, alienare facis ab eorum cultura? Sanctiſſimus Valentinus Epiſcopus reſpondit: Ego ſum peccator Valentinus, non ſacrilegus, ut tu dicis, ſed Chriſtianus: Epiſcopus licet indignus, qui in quantum poſſum Eccleſiam Dei ædificare non ceſſo. C Homines veru, qui ad imaginem Dei facti ſunt, ſemper ſuadeo, ut derelinquant culturam Dæmoniorum, & ad culturam Chriſti filii Dei ſtudeo illos revocare. Hæc audiens nefandiſſimus Præfectus exarſit ut ignis: & juſſit Miniſtris, ut tamdiu eum fuſtibus cæderent, quouſque ſpiritum exhalaret. Tunc miniſtri cœpere juſſa perficere, & extendentes in terra tota virtute cædebant eum, in tantum ut oſſa, & nervi ejus rumperentur. B. autem Valentinus vultu, & meatu hilaris perſiſtens dicebat. Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte, qui me inter ſervos tuos numerare dignatus es: Et hæc dicens, miniſtrorum brachia diſſolvebantur. Damianus autem Diaconus cœpit clamare & dicere: O filii Diaboli, quis vos coarctat Diabolus in S. Dei Præſulem iſta mala exercere? Audiens hæc Præfectus juſſit, ut & iſtum diutiſſimè cæderent. Quod cum factum eſſet, præcepit ut ambo mitterentur in carcerem, & per totum carcerem fragmenta teſtarum ſternerentur, ut vel ſic cruciati Chriſtum negarent. Iatrantes autem carcerem B S. Martyres voce clara pſallebant: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Miniſtri vero coaſtringentes catenis manus, & pedes, & colla eorum, diligentiſſimè clauſerunt carcerem. Atque in introitu ipſius carceris ſe locaverunt per totam noctem. Circa vero mediam noctem venit Angelus Domini, & ſtetit juxta Martyres, & ait ad eos: Nolite fortiſſimi Athletæ Dei formidare pœnas iniquiſſimi Tyranni, quæ ad modicum valent, quia præparavit vobis Deus requiem, & lucem æternam, atque immarceſcibiles coronas de manu Domini accipietis, ſi uſque in finem in fide nominis ejus perſeveraveritis. Hæc eo dicente tanta lux obumbravit carcerem, ut cuſtodes, qui ante januam carceris jacebant, putarent ſe ictu fulguris interire. Protinus eorum conſolidata ſunt oſſa eorum, & omnia membra eorum ſanitati ſunt redonata. Catenæ autem, quæ erant circa colla, & manus, & pedes SS. Martyrum redactæ ſunt in pulverem. Angelus autem Domini dixit ad SS.

Mar-

Martyres: Oportet vos aliis civitatibus publicare verbum Dei: Etenim prædeſtinavit vos omnipotens Deus aliis locis, ut paſſio veſtra non ſit infructuoſa. Hæc dicente S. Angelo, cœpit eos ducere foras civitatem Terracinam, & cœperunt ire ducatu Angelico. Poſt tertium vero diem venerunt in Comitatu Valvenſi, & applicuerunt civitatem Corfiniam, in quam ingreſſi quædam religioſa vidua, nomine Irene, honorifice ſuſcepit eos. Huic autem erat filia, quæ ſanguinis fluxum patiebatur per annos ſeptem, & omnem ſubſtantiam ſuam jam expenderat in medicos, ſed nihil ei valere potuit. Hæc acceſſit ad Sanctos Dei Valentinum, & Damianum, & oſculabatur pedes eorum, dicens: Miſeremini mei Sancti Dei, & liberate me ancillam veſtram à languore, quo ſum detenta. B. autem Valentinus faciens ſignum crucis ſuper eam, dixit: ſalva eſto mulier ex hac hora: ſtatim vero ſalva facta eſt mulier à ſua infirmitate. Tunc mulier illa videns ſe eſſe ſanam, egreſſa cœpit dicere omnibus: Venite, & videte Deos latentes in effigie hominum. Denique cœperunt omnes hinc inde currere, & quotquot habebant languidos ante pedes ſanctiſſimi ponere Valentini. Tunc baptizati ſunt in civitate Corfinia à ſanctiſſimo Valentino Epiſcopo quatuor millia homines extra parvulos, & mulieres per ſeptem dies, quibus morati ſunt SS. Martyres in civitate Corfinia. Hæc audientes templorum Pontifices comprehenderunt Sanctos Dei Martyres Valentinum, & Damianum, quos diutiſſime cædentes ligaverunt funi eorum colla, & traxerunt eos foras civitatem, & ſemivivos eos reliquerunt. Cumque jacerent foris muros civitatis quaſi mortui, ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & confortatus eos dixit: Nolite timere, ſurgite ſani, atque properate venire ad locum, quem Dominus vobis conceſſit. Surgentes autem Sancti cœperunt iter agere cum magna fiducia.

Lectio VII.

Venientes itaque juxta fluvium Piſcaria in loco, ubi dicitur Pons marmoreus, invenerunt ibi quendam juvenem paralyticum, qui cum inde tranſiiſſent & vidiſſent miſerum, miſericordia motus ſanctiſſimus Valentinus Epiſcopus fecit ſignum crucis ſuper eum, & ſtatim ſurrexit homo ſanus de lecto, in quo jacebat. Cumque acceſſiſſent habitatores Interpromi, venere viri, & mulieres ad ſanctos martyres, & rogaverunt eos, ut ibi morarentur per aliquot dies, quibus Valentinus Epiſcopus dixit. Quia ire oportet nos ad locum, quem Dominus noſter Jeſus Chriſtus nobis prædeſtinavit. Prope enim eſt finis noſtræ vitæ. Hæc eis dicentibus carpebant iter cum magno gaudio. Denique ante ſolis occubitum ingreſſi ſunt in civitatem Hapinam, quæ erat ſita trans flumen Orta juxta fluvium Piſcariæ, atque alio latere erat flumen Lavinum. Erat namque civitas illa magna, & habebat iniquiſſimos, & peſſimos homines paganos, & Idolis deditos: intrantes autem SS. Martyres civitatem, hoſpitati ſunt juxta templum Apollinis, & ibi jacuere nocte illa. Apparuit autem eis Angelus Domini, dixitque eis: Locus iſte, & civitas iſta vobis à Dom. eſt aſſignata, ut curſus vitæ veſtræ finiatur. Hæc audientes SS. Martyres gaudio magno ſunt repleti, & ſurgentes mane cœpere circuire civitatē, & prædicare verbū Dei. Cumque ad prædicationem ſanctorum viri, & mulieres Chriſto credidiſſent, relatio cucurrit de eis ad Proconſulem civitatis, nomine Demetrium. Huic autem erat filius, qui maximo languore vexabatur, & in extremis poſitus jam ultimum flatum trahebat. Miſit denique ſervos ſuos Demetrius per civitatem, & inventos Sanctos Dei cum honore ad eum duxerunt: qui euntes per totum diem circa horam veſperam repererunt. Quibus dixere: Proconſul Demetrius rogat vos, ut veniatis ad eum, quia filius ejus jam ultimum flatum trahit. Tunc Sancti ſimul cum eis ire cœpere, qui cum veniſſent ad domum Proconſulis, invenere filium ejus jam mortuum, & omnes, qui aderant ejus funeri lamentantes amariſſime reperere. Videns autem Proconſul Demetrius Sanctos Dei Valentinum, & Damianum miſit ſe ad pedes eorum dicens. Miſeremini Sancti Dei, quia unicus filius meus chariſſimus, quem ut animam dilexi, ante me mortuus jacet. Cui ſanctiſſimus Valentinus reſpondit, ſi credideris Dominū Jeſum Chriſtum verum Deum eſſe, videbis vivum, & ſanum filium tuum. Reſpondit Demetrius: In hoc apparebit virtus Dei veſtri, ſi videro vivum filium meum, ego & omnis domus mea credam Chriſto veſtro. S. Valentinus dixit: Deferte puerum in lecto ante fores veſtri Palatii. Quod cum factum eſſet, ſanctiſſimus Valentinus voce clara dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui Lazarum quatriduanum, & filium viduæ reſuſcitaſti, ſuſcita & hunc filium Demetrii Proconſulis, ut omnes, qui adſtant, credant te verum Deum cum Patre tuo, & Spiritu ſancto; & cū S. Damianus reſpondiſſet, Amen, ſubito ſurrexit puer, & cœpit voce clara dicere: verus Deus eſt Chriſtus, quem prædicat famulus ejus Valentinus. Hæc videntes omnes, qui aderant, miſerunt ſe ad pedes S. Valentini una cum Demetrio Proconſule clamantes, & dicentes. Da nobis lavacrum ſalutis in Domino. Quibus S. Valentinus dixit: Parati eſtote, ut proximo die Dominico baptizemini. Conſtituto itaque die baptizatus eſt Demetrius Proconſul cum filio ſuo, omnis domus, & familia ſua promiſcui ſexus. Quadringenti viri baptizati ſunt cum eo omnes, qui aderant, quando filius ejus revixit, viri & mulieres quaſi duo millia. Interea B. Valentinus cœpit ædificare Eccleſias, ordinare Presbyteros, & Diaconos, & cæteros. Deſtruebat templa, lucoſque ſuccēdebat, atque ſtudebat quotidie cultores Idolorum extirpare. Hæc videntes temporum Pontifices, ſimul congregati cum maxima parte populi paganorum, comprehenderunt SS. Martyres Valentinum, & Damianum, & duxerunt eos in Sylvam magnam, non longe à civitate Zappina, ibique gladiis confixos decollaverunt, relinquentes inhumata corpora eorum in eadem Sylva prope magnam petram, qua erat ibi, ubi exuberant eorum beneficia uſque in hodiernum diem.

Paſſi ſunt autem ſanctiſſimi Martyres Valentinus Epiſcopus, & Damianus Diaconus XIV. Kalen. Martii, temporibus Juliani Imperatoris. Apud nos vero Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Inventio & translatio, ſeu miracula SS Martyrum Valentini, & Damiani.

Lectio VIII.

Poſtquam divina ordinatione glorioſiſſima corpora SS Martyrum Valentini, & Damiani à fidelibus collecta fuere, & ut illis temporibus neceſſitas incurrebat, decenter ſunt tradita ſepulturæ, inculta, & abſque veneratione manſere uſque ad tempora Longobardorum, quando tota Italia converſa, omnes homines illius Provinciæ baptiſmo Chriſti ſunt conſecrati. Illis denique temporibus tanta pace tota Italia luſtrabatur, ut omnes cives habitarent in propriis poſſeſſionibus. Eo tempore civitas Zappina erat deſtructa, & in vinculis redacta, & in omnibus illis vinculis non erant Oratoria, præter Oratorium S. Salvatoris, quod ſitum erat ſupra flumen Piſcariæ, ubi confluebant omnes habitantes illius Provinciæ ad audiendum verbum Dei, & ibi tumulabantur omnes eorum defuncti. Accidit autem ut homines non longe ab Eccleſia illa manentes deferrent quemdam ruſticum defunctum, ut in eodem loco traderent ſepulturæ. Cum autem ire cœpiſſent, ingens pluvia mixta grandine ita eos occupavit, ut non valerent ultra procedere. Cumque eſſent in articulo mortis poſiti, ut nec domum reverti, neque ad Eccleſiam pergere poſſent, nutu, & voluntate Dei ſubtus quandam Ilicem devenere, ubi diu multumque procedentes pluviæ magis, ac magis creſcebant. Conſilium inter ſe agentes cœperunt fodere ſubtus arborem ilicem, ut ibi mortuum ſepelirent. Cumque non multum foderent, invenerunt tumulum, ubi corpora SS. Martyrū Valentini, & Damiani quieſcebant, & invenerunt ibi epitaphium ſupra petra eorum. Sacerdos autem quidam, qui corpus defuncti ducebat ad Eccleſiam, legit titulum, in quo erat ſcriptum.

Hic requieſcunt corpora ſanctorum Martyrum Valentini, & Damiani.

Videntes autem hæc mirati ſunt, & cœperunt Deum rogare, dicentes, Domine Jeſu Chriſte Deus unus de Deo vero, ſi hæc, quæ vidimus, corpora ſanctorum ſunt, reſurgat hic mortuus, ut nomen tuum ſanctum clarificetur in ſæculum. Cumque adſtantes reſpondiſſent, Amen, ſtatim ſurrexit defunctus, & magna ſerenitas cœli facta eſt. Illi ergo homines cum vidiſſent tanta miracula, ſtupuerunt

Mar-

atque glorificaverunt Deum, & SS. Martyres Valentinum, & Damianum. Denique aliqui ex illis cuſtodiebant corpora Sanctorum, alii vero euntes per vicos, & caſtella, divulgaverunt omnia, quæ viderãt. Tunc omnes populi regionis illius ſimul congregati conſtruxerunt ſupra ſepulchrum SS. Martyrum parvum Oratorium, & clauſeruat diligenter eorum ſepulchrum. Deinde cœperunt homines conſtruere parva Oratoria in circuitu ejuſdem Oratorii, & ibi habitavere in eodem loco.

Lectio IX.

Manſerunt autem corpora SS. Martyrum uſque ad tempora Normandorum, quando Trogiſius egregius miles, unus ex maximis patritiis Normandiæ caſtrum Petræ, & alia plurima caſtella ſorte, & conquiſitu tenebat. Hic Trogiſius transferre fecit corpora SS. Martyrum Valentini, & Damiani de loco, in quo manebant, in Oratorium, quod ſitum erat in caſtro Petræ, ubi virtutes innumeras Deus quotidie monſtrare dignatur. Mortuo itaque Trogiſio, & Roberto ejus filio, & alio Trogiſio filio Roberti, Riccardus filius ejuſdem Roberti præclaræ indolis adoleſcens, ea jure, & conſuetudine Normandorum dignus hæres ſucceſſit majori, qui cum eſſet juvenis, tanta audacia, nobilitate, prudentia, ac bonitate ſplendebat, quod per totam Italiam ab omnibus honorabatur. Hujus temporibus erat quidam homo in villa, quæ dicitur Liceno um, nomine Aczo, qui per 40. annos à Dæmonio vexatus fuerat. B

Ipſe denique Dæmon, qui ſupradictum hominem poſſidebat, multa præſtigia, & innumeras divinationes per eumdem hominem exercebat. Nonnunquam faciebat ſe vinciri, à multis hominibus non tenebatur. Poſthæc in carruca à centum hominibus non trahebatur. Cum volebat, Eccleſiam introibat, & quando volebat, à multis ſe trahi non permittebat. Hic ſæpiſſimè ductus fuit ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum Martyrum Chriſti, ſed à nullo horum potuit liberari. Accidit autem, ut quadam die prædictus Dæmoniacus ſponte veniret ad Oratorium, in quo SS. Martyres tumulati erant, ſtipatus turbis virorum, & mulierum. Cumque ingreſſi fuiſſent Eccleſiam, ubi SS. Martyres Valentinus, & Damianus quieſcebant, cœpit Dæmon clamare, dicere: Valentine tu me eiicis; Valentine tu me eiicis. Ad hanc vocem Sacerdotes, qui aderant, orationibus, & obteſtationibus cœperunt inſiſtere. Tunc Dæmon acrius quam ſolebat, cœpit vexare eum, & eliſus in terram, evomens volutabatur. Deinde tanto fœtore Eccleſia eſt repleta, ut cunctus populus putaret ſe interire. Cumque Clerici Te Deum laudamus cantare cœpiſſent, tantus odor ex tumulo SS. Martyrum proceſſit, ut omnes, qui aderant, putarent ſe in paradiſo Dei manere. Ille vero reverſus in domum ſuam diebus omnibus, quibus vixit, Deum, & SS. Martyres ejus Valentinum, & Damianum glorificavit. C

V. 5. FELIX Tarracinenſis Eccleſiæ Epiſcopus vixit temporibus Damaſi Papæ, & Valentiniani junioris, cujus filiam Placidiam à dæmone obſeſſam meritis, & precibus S. Cæſarii Martyris liberam reddidit patri ſuo. Sed præſtat vitæ S. Damaſi Papæ, ex manuſcripto Codice Vaticanæ Baſilicæ, verba in hunc locum referre, in quibus poſita eſt hujus rei geſtæ hiſtoria.

Quodam namque tempore, inquit, *cum dirutarum Eccleſiarum reſtaurationi B. Damaſus operam daret, hortum quemdam infra Urbis mœnia poſitum, ab imperatore Valentiniano juniore ſibi dari popoſcit, in quo compatriota ſuo B. Laurentii Martyris Eccleſiam fabricaret. Et quia juſta poſtulatio, immo divina, partadum eſt, Valentinianus Auguſtus petitioni Chriſti Confeſſoris annuit, & eundem ei hortum ſine mora conceſſit. Adeo enim ei devotus erat, ut non ſolum ejus monitis gratanter obediret, verum etiam ejus juſſus æquanimiter ferret. Unde etiam actum fuerat, ut voluntate B. Damaſi Eudoxia Eudoxiæ Auguſtæ memoriæ filiam, duceret in uxorem. Quæ videlicet tantum poſtea in Chriſti fide, & amore proficere meruit, ut Baſilicam B. Petri ad vincola conſtrueret, quæ & Eudoxia uſque hodie nuncupatur. Qua ſuſcepta, duas ex ea filias genuit, quarum major matris nomine ſortita eſt, minor vero Galla Placidia vocabatur. Sed major in adoleſcentia defuncta eſt, unde Auguſtus in juniorem affecta nimis ducebatur, eo quod ſibi unica remanſiſſet. Hæc itaque audiens prædictum hortum B. Damaſo à ſuo genitore conceſſum, contriſtata eſt, eo quod* D

illuc cum aliis puellis frequenter pergeret, & ſuæ ætati delectabilia reperiret. Et cum Chriſti famulus ſuis manibus, Eccleſia deſignata, fundamenta poneret, per ſemetipſam cum famulis eadem evertere nitebatur, quam B. Damaſus paterno monuit affectu, ne ſibi, & B. Laurentio tantam irrogaret injuriam. Cumque illa nollet deſiſtere, & Chriſti ſacerdotem contemneret, divina ultio, quæ olim Mariam Moyſi ſervo Dei detrahentem lepra percoſſit, hanc quoque Dei ſamulo Damaſo contradicentem, immundo ſpiritu mancipavit. Qua in re Valentinianus Auguſtus, licet Dei judicium recognoſceret, tamen tam ipſe, quam etiam amici ejus, pro caſu miſerandæ puellæ mœrorem magnum per dies plurimos habuerunt. Quam etiam per multa ſanctorum corpora detulerunt, ſed nullo ſalutis effectum meruit; Dei ſcilicet providentia diſponente, ut hoc evento corpora ſanctorum Martyrum Cæſarii, & Juliani Romanam transferrentur ad Urbem. Audientes itaque quod in Inſula, quæ Chine dicitur, B. Iſidori corpus eſſet recoaditum, ubi quicumque vexatus a diabolo adveniſſet, reciperet ſanitatem; decreverunt B *eam per Campaniæ littora ad eundem Martyrem deſtinare. Quæ cum in baſterna poſita portaretur, devenit ad Urbem prædictæ provinciæ Tarracinam, cujus urbis Epiſcopus nomine, & actione Felix, eam honorifice ſuſcipiens, & ad B. Cæſarii deducẽs Eccleſiam, talem pro ea orationem fudit ad Dominum: Domine Deus omnipotens, qui hanc puellam naſci juſſiſti, ſpiritum ei priſtinæ redde ſalutis; ut per hujus Martyris interceſſionem ſalvata, ætate jam pura Eccleſiam beati Laurentii, pro qua offendit, debita vota ſolvat. Cumque effuſa hac oratione, tribus diebus in fletu, & lachrymis perſtitiſſet, apparuit puellæ beatus Cæſarius, & eiiciens de ore illius quaſi colubrum, atque illum in mare proiiciens abſceſſit, & eam ſalvam reliquit. Hoc audiens Auguſtus gavisus eſt, & una cum Auguſta adiit Terracinam, & baſternam, in qua miſerant filiam, ex auro & ebore decorantes Martyrum Cæſarii, & Juliani reliquias, debita in ea reverentia poſuerunt. Et tam ipſi cum filia, quam etiam Romana plebs, quæ advenerat, propriis pedibus gradientes; ſacerdotibus autem baſternam ſuis humeris deferentibus, cum hymnis, & canticis repedabant ad Urbem.* C *Quibus propinquantibus B. Damaſus congaudens occurrit, clericorum, atque laicorum magna multitudine comitatus, & eaſdem venerandas reliquias ad palatium uſque deducens, infra imperiale cubiculum venerabiliter recondidit in altari, quod ipſe ſuis manibus dedicavit.* Hactenus codex. Vitam ex codicibus M.SS. ejuſdemque S. Damaſi opera, quæ extant, cum notis olim amici noſtri Martii Mileſii Sarzani, in lucem edidit eruditus Comes Federicus Ubaldinus.

(„ JOANNES *hujus nominis I. fuit S. Silviani „proximè deceſſor, cujus Præſulatus acta ejuſdem S. „Silviani fidem faciunt.* VI.

„ S. SILVIANUS *a genere Afer, qui in Wandalica perſecutione ex Africa, ubi pro Chriſtiana fide „plura perpeſſus eſt, Deo diſponente, Tarracinã appulit, „ibidemque poſt obitum præfati Joannis à Clero, & Po„pulo circa an. Dom. 443. in Epiſcopum aſſumptus Ro„mano Pontifice confirmante, cum per novem circiter „menſes Tarracinenſis Eccleſiæ aviculam rexiſſet cla„rus miraculis, ac plenus meritis migravit ad Domi„num die 10. Februarii.* Contator.) VII. a Corrupte Salvinianus. De quo Bollandus t. 3. Febr.

(„S. ELEUTHERIUS *etiam Afer, ſenex venerabi„lis poſt obitum S. Silviani; cujus genitor dignaſſimus „fuerat, per aliquot annos Terracinenſis Eccleſiæ re„gimen tenuit, ubi ætate confectus obdormivit in Do„mino die 6. Septembr. qua die colitur a Clero, & „Civibus Terracinen.* Contator.] VIII.

6. MARTYRIUS Epiſcopus Terracinenſis interfuit Concilio Rom. ſub Symmacho Papa ann. 502. („ & 495. 499. 502. 504.) IX.

7. N . . . b Epiſcopus Tarracinenſis, à S. Sylverio Papa Synodo congregatæ cum aliis quatuor Epiſcopis interfuit, in Inſula Pontiana, contra Vigilium S. Romanæ ſedis invaſorem anno 539. X. b Eucherius dictus in tabulis hujus Eccl.

8. PETRUS, ſub Magno Gregorio deceſſit, ut videre eſt, in regiſtro ejuſdem Pontificis. Ad hunc ſcribit idem Gregorius de Converſione Judæorum an. 591 b. libro 1. epiſt. 34. XI. b 590.

9. AGNEL-

XII. 9. AGNELLUS *a* Fundanus Epiſcopus, Tarracinenſem Eccleſiam adminiſtravit, ex imperio Magni Gregorii, poſt Petri deceſſum, ex regeſto ejuſdem Pontificis (t). Hic idem Agnellus reperitur ſubſcriptus Tarracinæ Epiſcopus cuidam favorabili Diplomati, à Magno Gregorio Caſinenſi Eccleſia indulto anno 595. & in Synodo Romana habita ab eodem Gregorio anno 566 *b*. 5. Iulii.

a Al. Atelius, & Angelus.

b 595. vel 96.

XIII. („ CONSTANTIUS *Panormitanus Epiſcopus „ curam geſſit de grege Terracinen. ex imperio ejuſdem „ S. Gregorii Pontif. uti palam ſit ex libr. 7. epiſt. 74.* „ Contator.)

XIV. („ FELIX *Tarracinenſium Pontifex à nobis eruitur è Concilio Lateranenſi habito ſub Martino I. ann. „ 649. 3. Nonas Octobris, in quo Monothelitarum hæreſis damnata. tom. 6. Concil.* Lucen.)

XV. 10. AGNELLUS hujus nominis II. ejuſdem Eccleſiæ Præſul, inter Concilii Romani Patres numeratus eſt an. 680.

XVI. 11. JORDANUS anno 853. apud Baronium.

XVII 12. LEO anno 879. apud eundem. („ *Subſcripſit „ commonitorio pro reſtitutione Photii.*)

XVIII 13. * SALIBATINUS Tarracinenſis Epiſcopus interfuit Concilio Romano an. Chriſti 963. apud Baron. ubi male Tarraconenſis vocatur, ſed rectius in Synodo ſequentis anni 964. Sabbatinus dictus, pejus autem Farrarienſis pro Tarracinenſis legitur. Nos etiam lapſi cum ipſo ſumus in ſecundo noſtro tomo pag. 564. l. 22. ubi inter Epiſcopos Ferrarienſes Sabbatinum appoſuimus, quem ab illa ſerie expungimus, ac Tarracinenſi reſtituimus.

* Ex App. t. 2.

XIX. („ BENEDICTUS *interfuit Concil. Rom. à Jo. „ Papa XIII. celebrato an. 969. in quo Beneventana ſede Archiepiſcopatus titulo inſignita ex ipſomet U„ghello in Beneventanis tom. 8.* Contator.)

XX. 14. JOANNES reperitur ejuſdem Eccleſiæ Præſul anno 987.

XXI. 15. * ADEODATUS Epiſcopus Tarracinenſis interfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto IX. Papa an. 1015. de quo ſupra ſæpius dictum eſt.

* Ex App. t. 2.

XXII. („ THEOBALDUS *ejuſdem Eccleſiæ Paſtor „ reperitur ſubſcriptus in charta donationis cujuſdam „ piſcariæ, ubi capiebantur anguillæ ſub Benedicto Papa „ IX. circa an. 1033. ex monum. Terracinen.* Contator.)

XXIII 16. JOANNES Romano Concilio interfuit, à Nicolao II. celebrato anno 1050. menſe Aprili. („ *Et „ multo ante ann. videlicet 1036. reperitur adfuiſſe in „ Concil. Rom. in cauſa Andreæ Peroſini.*)

XXIV 17. AMBROSIUS Mediolanenſis, Montis Caſini monachus, vir doctus, ac prudens, ab Alexandro II. electus fuit Epiſcopus an. 1071. Hic in monte Caſino S. Cæciliæ Altare conſecravit eodem anno. De quo Leo Oſtienſis in Chron. lib. 3. c. 26.

XXV. („ PETRUS *hujus nominis II. S. Terracinen. Eccleſiæ Epiſcopus confirmavit ann. Dom. 1093. Urbani „ verò II. an. 5. die 24. Octobris quamdam locationem in „ tertium genus factam de Terris Lejani à Canonicis „ Terracinen. quam Vivo Diaconus ſcripſit. Eodem an. „ Leo Comes Fundanus eidem Petro reddidit Caſale de „ Flexu ex monum. Terracinen. Floruit itaque hic Petrus ſub Urbano II. qui creatus fuit Pontifex Terracinæ an. 1088. 4. Idus Martii.* Contator.)

XXVI 18. BENEDICTUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul anno 1100. de quo Petrus Diaconus in Chron. Caſinenſi. („ *Reperitur ejuſdem mentio in quadam charta „ derogationis facta à Leone Abbate S. Silviani an. 2. „ Paſchalis Papæ II. & ann. 1105. quo anno Ja. Archipreſb. Terracinen. donavit eidem Benedicto quandam „ vineam poſitam in Liano. Idem ann. 1103. Eccleſiam „ S. Stephani Prothom. dedicavit.* Contator.)

XXVII. 19. GREGORIUS Monachus Caſinenſis, à Paſchali II. Pontifice electus, interfuitque Concilio Vaſtallenſi 1106. De eo Petrus Diaconus libro 4. cap.

A 32. Idem bullam quandam Honorii II. ſubſcribit, Piſanæ Eccleſiæ indultam 1126. De quo Petrus Diaconus in lib. 1. de viris illuſtribus Caſinenſis Cœnobii. *Gregorius Tarracinen. Epiſcopus, parvulus & ipſe in Caſino oblatus, memoriæ tenax, tantæ fuit gravitatis, ſuavitatis, ac eloquentiæ, ut à nonnullis columna Eccleſiæ diceretur. Scripſit paſſionem SS. Caſti, & Caſſii, paſſionem S. Virginis Reſtitutæ, vitam S. Confeſſoris Chriſti Gerardi, homiliam de Aſſumptione S. Dei Genitricis Mariæ, Cantus SS. Caſti, & Caſſii, hymnos eorundem, verſus de Tranſitu Peregrinorum ad ſepulchrum Domini, & captione Hieroſolymitanæ urbis, rogatu Berardi Valvenſis pulcherrimam fecit hiſtoriam Joſue, verſus de dedicationibus Eccleſiarum, feſtivitateque Paſchale, de S. Andrea, Homelia de totius anni feſtivitatibus. Fuit autem temporibus Alexii, Henrici, & Joannis Impp. ſepultus vero eſt apud Pipernenſem Eccleſiam.* Hæc ille („ *Idem Gregorius laudatur à Baronio „ in notis ad Martyrol. ſub die 27. Maii.* Lucent.)

(„ BERARDUS *de Berardo è nobili familia* XXVIII.
B „ *Terracinen. nominatur in quadam Charta donationis, quam ſcripſit Vivo de Barone; & anno 1166. cum „ conſenſu Canonicorum Terracinen. reddidit omnia bona ſua Jo: de Placza excepta una domo, quam ille donaverat Eccleſiæ S. Cæſaris Mart. anno dicto, & ann. „ 7. Alexandri Papæ III. Ind. 4. die 27. Feb. ex monum. „ Terracin. Ecclеſ.* Contator.)

20. HUGO interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. anno 1179. („ *Electus fuit ann. 1168. quo „ Cencius Archip. Terracin. Joannis Craſſi frater tradidit Ugoni electo hortum poſitum in loco, qui vocatur hortus Balnei die 27. Sept. Ab Alexandro Papa „ VII. recepit literas confirmatorias eorum, quæ ipſe diſpoſuerat, & ordinaverat ſuper Capitulum Terracin. „ ann. 1177. Pontificatus ejus ann. 19. ex monum. Terracin.* Contator.) XXIX

21. FIDELGARIUS, ſive Tedelcarius, dedicationi Eccleſiæ S. Mariæ de Flumine de Ceccano interfuit anno 1196. ex Chron. Foſſæ Novæ. („ *Eodem „ anno donat Capitulo Terracin. Caſale Pompii, & an. „ ſuperiore 1195. tulit ſententiam favore Eccleſiæ S. „ Donati ſuper quibuſdam terris poſitis extra Terracinam in Buccaporco ex monum. Terrac.* Contator.) XXX

C

22. SIMON hujus Eccleſiæ reperitur fuiſſe Epiſcopus anno 1203. qui celebri monaſterio Foſſæ Novæ Ordinis Ciſtercienſis donat in perpetuum poſſidendam Eccleſiam S. Angeli de Campo Mellis cum omnibus pertinentiis ſuis, quam donationem Honorius III. ann. 1220. ſequenti bulla confirmavit, in qua ad verbum ipſa donatio inſeritur, talis tenoris. XXXI

HONORIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.
Abbati, & Conventui Foſſæ novæ &c.

Juſtis petentium &c. ea propter &c. uſque concurrentes aſſenſu. Eccleſiam S. Angeli de Campo Mellis, à venerab. S. fratre noſtro conceſſa, ſicut eam juſtè, ac pacificè poſſidetis & in inſtrumento publico exinde confecto plenius continetur, vobis, & per vos eidem monaſterio authoritate Apoſtolica confirmamus, præſcrip. pa-tro. communimus. Ad majorem autem evidentiam tenorem ipſius inſtrumenti de verbo ad verbum huic noſtræ paginæ duximus inſerendum. In nomine Domini Amen. anno Domini 1203. Ind. 6. Pontificatus D. Innocentii D *Papæ III. anno 6. menſe Auguſti die 5. aſtante. Cum jure ſit naturali adinventum, gentium, ac civili comprobatum, univerſaliter hujuſmodi ſubvenire; multò quippè ampliori honore ſunt digni, & uberioris charitatis viſceribus amplectendi, qui juxta evangelica præcepta mundū cum blanditiis, & adulationibus ſuis ſpernentes, ſoli Deo placere deſiderant, carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigentes, in jejuniis, & vigiliis multis in orationibus ſine intermiſſione habitis, & in charitate non ficta. Horum autem habitacula ſacratiſſimi Imperatores* De-

(t) De hoc in Decreta 2. p. c. 20. q. 2. c. 5. & 8. habemus hunc Agnellum Epiſcopum Fundanum adhuc licet exiſtentem incardinatum fuiſſe Eccleſiæ Tarracinæ, ita tamen ut curam pontiſrul etiam Fundenſis ovilis gereret. Adductet forſan ſibi eam concedi expoſtulaverant Clerus & Populus Tarracinenſis à M. Gregorio, quod per ea tempora Fundana civitas ab hoſte fuiſſet devaſtata. Hinc Gregorius ſuis literis præcepit Agnello, ut in Terracinenſi Eccleſia ſit Epiſcopus, & Tarracinenſibus, ut in ſuum Paſtorem excipiant. Ita ex lib. 2. Epiſt. p. 3. Epiſt. 13. & 14. Ind. XI. an. 592. Sed in Gloſſa licet ibi, & in Canone ſequenti Terracinenſe pro Tarracinenſe ſcribitur, error profectò Librarii, cum Tarraconenſis Hiſpaniæ ſuper proſpiciendo ſimul eſſet Gregi Fundano. Eidem committit viſitationem cujuſdam viduatæ Eccleſiæ, & proviſionem de ſucceſſore juxta votum poſtulantium ex lib. 6. Ind. XV. an. 596. Epiſt. 16. Item mandat [illegible] de Reliquiis Sanctorum è ſua Eccleſia Gregorio. Expreſſa ſunt l. 7. p. 2. Epiſt. 21. Ind. 2. an. 597. & l. 12. Ind. 5. Epiſt. 28. ad Judæorum proceres ſcribit eidem a [illegible] de aliis Synagogis, ſi verum ſit, quod voce pſallentium proximioris Eccleſiæ deturbentur. Et mandat non permittenda Hebræis Chriſtiana mancipia. Hic idem Agnellus ſubſcripſit Conſtituto pro Monachis edito in tertio Concilio Romano ſub eodem Gregorio, ubi ex Librariorum errore nominatur A[illegible]gelius an. 601. Luc.

A Domos religioſas vocantes, plenius adornarunt privilegiis, munificentiis ditarunt innumeris, ardorem fidei eorum conſiderantes, & qualiter die, noctuque Deum pro fidelibus interpellare non ceſſant attendentes. Ego itaque Simeon Dei gratia Tarracinen. Epiſcopus conſpiciens in vener. monaſterio Foſſa Nova omnem honeſtatem, omnemque religionem vigere, ipſumque monaſterium inter cætera Ciſtercienſis ordinis cœnobia celebrare, habui Eccleſiam S. Angeli de Campo Mellis, quæ licet quõdam poſſeſſionibus ampla fuerit, per ſuppreſſionem tamen patronorum, quibus ſub gravibus exactionibus tenebatur obnoxia, & dilapidationem prælatorum fere ad nihilum redacta, nunc autem ſtudio, & ope ven. D. Jordani S. Pudentianæ presb. Card. tit. Paſtoris in integrum reſtituta, longe, latéque ditior effecta, pro amore Dei, ac reverentia ſupranominati Dom. Jordani ven. presb. Card. & honore, ac devotione totius conventus ipſius monaſterii conſenſu Carantionis Archipresbyteri Tarracinenſis, magiſtri Stephani, Federici Sacriſtæ, presbyteri Nicolai, Joannis Sckinardi Diaconi ipſius Capituli Tarracinenſis concedo in perpetuum ſupradicto B monaſterio Foſſa Nova, fratrem Creſcentium ipſius monaſterii Cellerarium ex canonime monaſterii inveſtiens hoc modo, quatenus in ſupradicta Eccleſia S. Angeli ſemper duo clerici ſæculares reſideant, qui non deſinant ibi divina celebrare miſteria, quorum unus ſit ſacerdos, & alius alterius ordinis clericus, vel ambo ſint ſacerdotes, qui mihi, ſucceſſoribuſque meis Tarracinenſis Eccleſiæ Epiſcopis de officiis ſuis, ſicut ſuis Epiſcopis reſpondere tenentur. Ad hæc prædicta Eccleſia nullo tempore in formam Grangiæ inſtituetur, id eſt ne Eccleſia exinde deſtituatur, aut duo ſint clerici, qui ibi, ſicut ſupradictum eſt, divina celebrent miſteria, & omni anno in feſto S. Cæſarii monaſterium Foſſæ Novæ ſolvet nomine cenſus pro prædicta Eccl. S. Angeli Epiſcopo Tarracinenſi marcam unam puri argenti, ſeu 40. ſolidos prebiſinorum veterum de ſlore. Ut autem ſupraſcripta perpetua ſtabilitate ſerventur, promiſſa ſunt ab utraque parte in perpetuum firma ſervari. Hi ſunt rogati teſtes.

Jordanus Caporia civis Romanus teſtis.
Rainaldus Piperni judex teſtis.
Leonardus Advocatus Tarracinæ teſtis.
Matthæus Ingibaldi civis Tarracinenſis teſtis.
Landulphus Petri de Rainaldo civis Setinus teſtis.
Ricardus Alberici de Monticelle teſtis.
Ego Robertinus S.R.E. Judex, & Notarius rogatus interfui, & ſupradicta fideliter ſcripſi. Nulli ergo &c. noſtræ confirmat. paginam frangere. Si quis autem &c. Datum apud Urbem veterem 2. Nonas Septembris Pontificatus noſtri anno 5.

C Idem Honorius III. Simoni Tarracinenſi Epiſcopo confirmat anteceſſorum ſuorum privilegia, ac unionem Eccleſiarum Pivernatis, & Setinæ cum Tarracinenſi Eccleſia perpetuò unitarum anno 1217. en diploma.

HONORIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Ven. fr. Simeoni Tarracin. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.

D *HOrtatur nos, & admonet cura ſuſcepti Regiminis &c. ea propter Vener. in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Tarracinenſem Eccleſiam, cui authore Deo præeſſe digноſceris, ad exemplar felicis memoriæ Alexandri II. Urbani II. Paſchalis II. Callixti II. Alexandri III. Cœleſtini III., & Innocentii Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, è quibus hæc propriis duximus exprimẽda vocabulis; Caſale in integro, quod vocatur Antiſanum cum aquimolo ſuo, & Terminum cum aquimolis ſuis, & juxta fundum Cardiculum, Coloniam, quæ poſita eſt in . . . Caſale quod vocatur Doranſa, Coloniam, quæ vocatur Rezetum, Coloniam, quæ vocatur Roſſicam, Caſale, quod vocatur Caſamartin. Caſale quod eſt poſitum in Silana, Caſale, quod vocatur . . . . . Silva, quæ vocatur Sigubara, & Lenciſcum, duo caſalia in Circejo, fundum, quod vocatur Penſum, Caſale quod vocatur Are, fundum, qui vocatur Belazam, Propeſianum, pratum vineatum juxta balneum, & Cannetum, cum Dracinia uſque in porta S. Laurentii, fundum Cæſaricum, vinea poſita in Cepollata, vineam ſitã in porta Albini, Coloniam, quæ vocatur Patanianum, Caſale quod vocatur Fruſileanum, ſive flixum, cum aqua de ponte Mannato uſque in locum, Caſale quod vocatur Jubelle in territorio Fundano, Coloniam, quæ vocatur Agre, Coloniam, quæ vocatur Villa Magna, Coloniam, quæ vocatur Pupiniana, Coloniam, quæ vocatur Opaſera, fundum Flaminianum, Coloniam, quæ poſita eſt in Bruzzanello, Coloniam, quæ poſita eſt in Anculiano, Coloniam juxtà S. Stephanum, Coloniam in Foſſa Nova territorio Priverni, Caſale, quod poſitum eſt in Ciliaria, ſex uncias de caſalo ſito in Antico, Coloniam, quæ poſita eſt in Anculiano, cum Eccleſia B. Creſcentiani Chriſti Mart., in Setia Piſcaria, quæ vocatur Altura, Piſcariam, quæ poſita eſt in Maſſa Flaviana, Piſcariam, quæ vocatur ad duas fauces, Piſcariam, quæ vocatur Arulier, Piſcariam in integro, quæ vocatur Biſcalula, Piſcariam, quæ vocatur Lenciſcum, Piſcariam, quæ vocatur Suare, Piſcariam, quæ vocatur Struntula, ſeptem uncias piſcariæ in ponte Militum, item Piſcariam, quæ vocatur Sanguiniana uncias quatuor, ſex uncias de Piſcaria, quæ vocatur Paſſinum cum omnibus ad eas pertinentibus, & Piſcariam, quæ vocatur Carſum. Præterea Eccleſiam S. Andreæ, & omnes poſſeſſiones Rutelli, cum Aquis, & omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, tibi, & Eccleſiæ tuæ authoritate Apoſtolica confirmamus, de quibus cum coram felicis record. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro inter Pipernum, & bonæ memoriæ Hugonem quondam Tarracinenſem Epiſcopum quæſtio motu fuiſſet, viſis, & cognitis publicis, & antiquis Eccleſiæ inſtrumentis, idem prædeceſſor noſter præfatas poſſeſſiones Epiſcopo memorato, & Eccleſiæ adiudicavit, fecitque, tam eum, quam Eccleſiam corporalem poſſeſſionem induci, ſicut in ejus privilegio exinde confecto manifeſtius continetur. Sanè ſi quæ poſſeſſiones aliæ cultæ, vel incultæ, Molendina, tenimenta, atque Piſcariæ, quæ quondam forte particulariter Eccleſiæ fuerunt, ſi per temporum intervalla, ad eandem Eccleſiam jure legitimo pervenerunt, aut juſtis modis in antea Domino largiente pervenerint, eas tibi, & eidem Eccleſiæ manere decernimus, futuris temporibus illibatas; Præterea prædictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes, Pipernen. & Setinam Eccleſias eidem Tarracinenſi Eccleſiæ in perpetuum unitas manere decernimus, cum omnibus juribus earum, rebus, ac pertinentiis in Eccleſiis, monaſteriis, præſidiis, Rocchis, atque Caſtellis, quæ ſunt, Somninum, Roccha Sicca, Roccha Angurgæ, Magentia, Aſpianum, Treve, Sarminetum, Aquapuzza, Baſſianum, cum finibus, & adjacentiis ſuis, cunctiſque illarum Eccleſiarum facultatibus mobilibus, & immobilibus, de ſeque moventibus, ut quidquid de omnibus prædictarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum rebus, vel de omnibus ad eas generaliter pertinentibus, canonicè ordinare provideris, tam tuo, quàm univerſi in prædicto Tarracinenſi Epiſcopatu tibi canonicè ſucceſſuri, liberam habeatis in perpetuum modis omnibus facultatem. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen.*

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina S.R.E. presb. Card.
Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. Card.
Petrus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. Card.
Robertus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. Card.
Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. Card.
Gregorius tituli S. Anaſtaſiæ presb. card.
Petrus tit. S. Laurentii in Damaſo presb. Card.
Thomas tituli S. Balbinæ presb. card.
Robertus tit. SS. Io. & Pauli presb. Card.
Nicolaus Tuſculanen. Epiſcopus.
Guido Prænestinenſis Epiſcopus.
Hugo Hoſtienſis, & Veletrenſis Epiſcopus.
Pelagius Albanenſis Epiſcopus.
Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card.

A *Octavianus SS Sergii, & Bacchi Diac Card.*
Gregorius S. Theodori Diac. Card.
Raynerius S. Mariæ in Coſmedin diac. Card.
Romanus diaconus Cardinalis.
Stephanus S. Adriani Diac. Card.
Alebrandinus S. Euſtachii Diac. Car.

Datum Laterani, per manum Raynerii Prioris S. Fridiani Lucani S. R. E. Vicecancellarii 15. Kalend. Februarii, indict. 5. Incarn. Dominicæ anno 1217. pontificatus verò D. Honorii anno 1.

(„ *Inſuper Simeon approbavit donationem, quam fecit „ an. 1215. D. Bruna de horto ſuo poſito a i ſoveas favore „ Eccleſiæ S. Mariæ Baſilicæ Novæ, & aliam de terris in „ Circeio, quam fecit Capitulo Tarracin. Leo Puppa miles „ an. 1221. & demum alteram de omnibus bonis, quam fecerunt Marcus, & Alvara uxor ejuſdem Eccleſiæ S. Cæſarii an. 1223. die 3 Febr. quibus promittit piiſſimus Pontifex providere de neceſſariis in vita. Ex monum. Terracin.* Contator.)

B XX XII. 23. GREGORIUS Epiſcopus Tarracinenſis *a* anno 1238. conceſsit, ac dono dedit in perpetuum Eccleſiam S. Joannis de Pede Montis Caſtri Sarminetì Abbati, & Conventui S. Mariæ de Gloria, Anagninæ Diœceſis Ordinis Florenſis, quam donationem ratam habuit Gregorius IX. an. Pontific. xii. ac ſequenti Bulla confirmavit.

a De eo agit Mit... Card in Bibl. Mariana par. 1. p. 5... Mand.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Abbati, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Gloria Florenſis Anagninæ Diœceſis, &c.

Cum à nobis petitur &c. uſque aſſenſum. Eccleſiam S. Joannis in pede Montis Caſtri Sarminetì, cum pertinentiis ſuis, quam venerab. frater noſter Tarracinenſis Epiſcopus loci Diœceſanus, prout ſpectabat ad eum, Capituli ſui accedente conſenſu, Monaſterio veſtro pia, & provida liberalitate conceſſit, prout in inſtrumento confecto exinde plenius continetur, ſicut jam juſtè, ac pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio authoritate Apoſtolica confirmamus, & p. ſ. pa. communimus. Ad majorem autem evidentiam hujus rei tenorem ipſius inſtrumenti duximus præſentibus inſerendum, qui talis eſt.

C *In nomine D. N. J. C. amen. an. dom 1238. Pontificatus D. Gregorii IX Papæ anno XI. Indi 11. menſe Martii, die 20 Cum Eccleſia S. Joannis in pede Montis Caſtri Sarminetì Tarracinenſis Diœceſis à Dominis ejuſdem Caſtri occaſione juris patronatus, quod in ipſa Eccleſia ſe habere dicebant, graves, & grandes pateretur anguſtias, & preſſuras, ita quod propter eorum violentias, Rector qui eidem præerat Eccleſiæ, adminiſtrationis officium nullatenus in eadem exercere valeat, licet per annum, & amplius à nobis Gregorio Tarracinenſi Epiſcopo fuerint vinculo excommunicationis adſtricti, tamen, quod venerab. viri D. Benedictus Abbas, & Conventus Monaſterii S. Mariæ de Gloria Anagnin. Floren Ordinis vexationem eorundem Dominorum, qui poſſeſſiones Eccleſiæ memoratæ detinebant temerè occupatas pro quadragentis libris denariorum Senatus redimere curaverit, & firmiter ſperamus, & credimus, quod per eoſdem Abbatem, & Conventum prædicta Eccleſia à debito, quo tenetur, liberari debent, & in muris, & aliis, in quibus minatur manifeſtè ruinam, congruè reparari. Nos Gregorius Dei gratia Tarracinenſis Epiſcopus, & ejuſdem Terræ Capitulum, videlicet Nicolaus Archipresbyter, Gregorius Paganus, Donnus Jordanus, Donnus Martinus Diaconus, Donnus Petrus Monopeli Diaconus, & Guido Subdiaconus, Roffridus Diaconus, Gimbaldus Subdiaconus, Jacobus Tedalgus Subdiaconus, Robertus Subdiaconus, & Donnus Joannes Craſſus, propenſius attendentes ſtatum ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus poſſe fieri meliorem pro eo, quod ipſi viri magnæ religionis exiſtunt, prædictam Eccleſiam S. Joannis vacantem, liberam, & abſolutam cum omnibus pertinentiis, & juribus ſuis, fratri Joſepho Cellerario Monaſterii memorati recipienti pro Abbate, Conventu, & Monaſterio nominatis recepto ab eis uno Molendino apud Nimpham pro recompenſatione temporalium, in quibus dicta Eccleſia S. Joannis Tarracinenſi Eccleſiæ tenebatur liberè, & abſolutè ſub cenſu annuo unius libræ ceræ apud Eccleſiam S. Joannis prædicti, nobis, & ſucceſſoribus noſtris in feſto B. Cæſarii perſolvendo, cum dicti Abbas, & Conventus à nobis, vel certo noſtro Nuncio fuerint requiſiti, pietatis, & religionis intuitu & pro reverentia ſanctiſſ. Patris noſtri D. Gregorii Papæ IX ad perpetuos uſus fratrum Monaſterii prælibati tam in ſpiritualibus, quam temporalibus pleno jure perpetuò duximus concedendam, promittentes per nos, noſtroſque ſucceſſores præſcriptam donationem, & conceſſionem firmam, & ratam omni tempore tenere, & habere, & contra nullo modo, vel ingenio ratione aliqua, vel exceptione venire, renunciando in hoc contractu omni juri, omni exceptioni, & privilegio, ſeu etiam juris auxilio Eccleſiaſtici, vel civilis, quæ nobis, vel ſucceſſoribus noſtris ad reciſionem hujus contractus jam, vel impoſterum competere poſſent, & obligamus nos, noſtroſque ſucceſſores Epiſcopos, & Capitulum nomine noſtræ Eccleſiæ, & Epiſcopatus noſtri tibi Cellerario ſupradicto recipienti pro Abbate, Conventu, & Monaſterio nominatis, & ſucceſſoribus veſtris, vel cuicumque jus iſtud concedere velitis 200. librarum den Senatus legitimè in ſtipulatione deducta, ſi contra prædictam donationem, & conceſſionem aliqua ratione, vel exceptione aliquo tempore per nos, vel per alios veniremus, vel ſi omnia, & ſingula, quæ ſuperius dicta ſunt, perpetuis temporibus non obſervaremus, & ea legitime non defenderemus, conſtituentes nos, dictam Eccleſiam S. Joannis cum pertinentiis, & juribus ſuis omnibus precario poſſidere, donec dictum Monaſterium S. Mariæ de Gloria plenam, & legitimam ipſius Eccleſiæ S. Ioannis, cum pertinentiis & juribus ſuis fuerit poſſeſſionem adeptum, dantes, & concedentes eidem Cellerario liberam poteſtatem, ut deinceps quandocumque ei placuerit, authoritate propria nomine Monaſterii ſui intret poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ poſſeſſionum, & jurium ſuarum, ut eam ad verum dominium, & proprietatem teneant, poſſideant, & fruantur, & faciant ex eis quicquid Monaſterio ſuo videbitur expedire, promittentes inſuper dictam Eccleſiam S. Ioannis cum pertinentiis, & juribus ſuis omnibus ab omni litigante perſona legitimè authorizare, & defendere, & reficere quodcumque damnum, quaſcumque expenſas dictum Monaſterium S. Mariæ de Gloria incurreret, vel faceret, ſi aliqua ratione, vel exceptione, vel in partem, vel in totum ad infringendum dictum contractum à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris fuerit aliquatenus attentatum ſub pœna ſuperius nominata, & ea ſoluta prædicta omnia, & ſingula, ut ante dictum eſt, in prædictis caſibus nihilominus legitimo firmitatis robore perſeverent. Ad hæc hi rogati interfuerunt teſtes.*

Dominus Henricus Beraldi de Gualterio.
Dominus Prudentius.
Dominus Nicolaus Narus,
Magiſter Dominicus Medicus.
Boronella.
Dominus Jordanis.
Dominus Ioannes de Rocca.
Theobaldus Tonto teſtis, &
Ego Rogerius S. R. E. Anagninus Notarius à prædictis Epiſcopo, Capitulo, & Cellerario rogatus ſcripſi, & ſignum feci. Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c.
Datum Anagniæ Kalendis Octob. anno 12.

D („ *Locavit item Gregorius an. 1232. in tertium genus „ quamdam domum Eccleſiæ S. Cæſarii mag. Dominico „ Fiſico, & an. 1227. multas poſſeſſiones Canonicis Terracin. tradidit.* Contator.)

XX XIII. („ DOCIBILIS *Terracin. Antiſtes dono dedit Jacobo Archipresb. & Canonicis Terracinen. Eccleſiam S. Donati una cum Hoſpitali, terris, vineis, vinealibus, & omnibus pertinentiis ſuis anno 1248. ſub Innoc. IV. ex Monum. Terracinen.* (1)

XXX IV. „ Fr. PETRUS *Terracinenſium Præſul vixit „ tempore Alexandri Papæ IV. cujus mentio extat in „ Bulla data an 4. ejuſdem Pontificis, ubi agitur de remiſſione trium vivandarum, quas ſolebat percipere „ a Canonicis Terracin. ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes. „ Idem an. 1259. teſtis fuit, & ſubſcripſit inſtrumento „ pacis initæ inter Tarracinen. & Pipernen. diſſidentes „ propter confinia Territorii.* Contator.)

XXX V. *à Jordanum de Comitibus.* 24. FRANCISCUS („ *Canis filius Guttifredi „ Canis,*) Epiſcopus Biteƈtenſis, translatus ad Tarracinenſem per Lib Sanctorum Coſmi, & Damiani

(1) Felix de Raynaldis, Mevanas, Epiſcopus Terracinenſis fuiſſe dicitur à Jacobillo in Bibl. Umbriæ, & floruiſſe circa an. 1250. *Mand.*

Diac. Cardinalem confirmatur ab Urbano IV. anno A
1262. 5. Kal. Septembris. ep. 215. f. 116. reg. Vat. ann.
2. Fuit inde Franciſcus translatus ad Avellinam Ec-
cleſiam à Bonif. VIII. an. 1295. (,, *Subſcripſit an. 1268.*
,, *quibuſdam indulgentiis conceſſis Eccleſiæ S. Vincentii*
,, *de Tibure. Ejus ſtemma extat Terracinæ in Eccleſia*
,, *S. Thomæ Apoſtoli, ubi inſpicitur Catulus, cui ſupere-*
,, *minent tres Stellæ transverſim poſitæ.* Contator.)

a Hic Auctor hunc confundit cum ſequenti.

XXXVI. 25. Fr. FRANCISCUS Ordinis Minorum. Quo Præſule in Foſſænovæ Cœnobio obiit anno 1274. Nonis Martii D. Thomas Aquinas Theologorum Princeps, anno ætatis ſuæ 50. inchoato, quo ex itinere diverterat, cogitans Lugdunum in Galliam ire, eo evocatus à Gregorio X. ſed ibidem morbo correptus in Domino obdormivit, & ſepelitur, hoc ejus tumulo appoſito epigrammate.

Occidit hic Thomas, lux ut foret amplior orbi,
Et candelabrum ſic Nova Foſſa foret
Editus ardenti locus eſt, non foſſa lucerna,
Hanc igitur Foſſam quis neget eſſe Novam?

De Franciſco Vvaddingus in addit. ad tom. 2. Annal. Minor. qui refert illum cum multis religioſis perſonis interfuiſſe exequiis ejuſdem ſancti. B

(,, *Hic an. 1273. teſtis interfuit cuidam inſtrumento* ,, *rogato Fruſinoni ſavore Terracinenſium, & an. 1281.* ,, *Riccardus Buccus ejuſdem procurator inducitur ab An-* ,, *gelo Archipr. S. Mariæ de Poſterulis in corporalem* ,, *poſſeſſionem cujuſdam domus poſitæ in burgo Terra-* ,, *cinæ extra portam Madii ex mandato Rectoris gene-* ,, *ralis Provinciæ Campan. & Maritimæ. Deinde an.* ,, *1295. ad Avellinam tranſiit Eccleſiam Bonifacii* ,, *VIII. an. 1. 6. Idus Aprilis ex reg. Vat. Epiſt. 329. fol.* ,, 72. Contator.)

XXXVII. 26. THEOBALDUS *b* Epiſcopus Stabienſis, translatus ad Tarracinenſem an. 1295. 6. Idus Aprilis à Bonifacio VIII. ex reg. Vat. ep. 68. fol. 16. an. 1. Anno verò 1296. translatus fuit ad Aſſiſienſem Eccleſiam, ex eodem regeſto.

b De hoc Maracius in Bibl. Mariana p. 2. pag. 31. Mandoſ.

XXXVIII. 27. ALBERTUS ſucceſſit Theobaldo 1296. Hunc tranſtulit Bonifacius VIII. ad Capuanam Eccleſiam an. 1300. ex reg. Vat. C

XXXIX. 28. JOANNES, ex Canonico Bononienſi eligitur à Bonifacio VIII. anno 1300. 3. Nonas Maii (1) an. 6. ap. 188. ex reg. Vat.

XL. 29. ANDREAS electus Epiſcopus Tarracinenſis 1319. Eccleſiam S. Laurentii Romæ conſecravit, cum Pontifici Romano Vicariam operam præſtaret an. 1324. ex monumentis Baſilicæ Vaticanæ.

XLI. 30. SERGIUS (,, *Peruncus Civis Terracinen. præ-* ,, *fati Andreæ Coadiutor.*) ejuſdem Eccleſiæ Præſul electus an. 1326. obiit 1348.

XLII. 31. PETRUS Rector Eccleſiæ Parochialis de Corbea Tornacenſis Diœceſis electus à Clemente VI. an. 1348. Nonas Novemb. ex reg. Vat. ep. 104. f. 72. lib. 1. p. 1. Pont. an. 7 obiit an. 1352.

XLIII. 32. JACOBUS de Pernſio, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini electus anno 1352. 14. Kal. Maii à Clemente VI. ex reg. Vat. ep. 81. fol. 52. lib. 1. an. 10. (,, *De* ,, *eo Oldoinus in Athen. Aug. Videndus tamen eſt Gan-* ,, *dolfus in diſſert. hiſt. de 200. Auguſtin. ſcriptoribus* ,, *p.* 196. Mandoſ.) D

XLIV. 33. JOANNES Ferrerius Ordinis Minorum, electus per obitum Jacobi ab Urbano V. an. 1362. 10. Kal. Februarii.

XLV. (,, STEPHANUS *Terracinen. Pontifex reperitur* ,, *ab an. 1372. uſque ad an. 1396. quo anno mandat Be-* ,, *nedicto Archipresb. Eccleſiæ S. Mariæ de Puſterula,* ,, *ut inducat in corporalem poſſeſſionem cujuſdam Be-* ,, *neficii D. Tutium Gerardi de Terracina Canonicum* ,, *Majoris Eccleſiæ Cathedralis viſa Bulla conceſſio-* ,, *nis a ſede Apoſtolica; anno vero 1372. accipit abſolu-* ,, *tionem decimarum ternalium a Ven. viro Franciſco de* ,, *Manfredonia Archipresb. S. Vincentii de Urbe ſuble-* ,, *ctore conſtituto ex monum. Terracinen.* Contator.)

XLVI. 34. ROGERIUS fatum conceſſit an. 1390. (,, *An-* ,, *no 1398. quo tempore ſedes Terracinenſis vacabat;* ,, *& Vicarii Generales Epiſcopatus erant Clemens Pe-* ,, *runcus Archipr. & D. Bellus Canonicus Eccleſiæ S.* ,, *Cæſarii, qui dederunt literas dimiſſorias Epiſcopo* ,, *Buyan. ut promoveret ad Sacerdotium Abbatem* ,, *Tutium Girardi Canonicum Terracin. ex monumen-* ,, *tis Ejuſdem Eccleſiæ.* Contator.)

35. NICOLAUS Epiſcopus, Civiſque Signinus, ſub Bonifacio IX. Pontifice, Rogerio ſucceſſit, qui ad Signinam deinde Eccleſiam translatus eſt, hoc eſt anno 1402. XLVII.

36. MARINUS de S. Agatha, Canonicus Firmanus, ſcriptorque Apoſtolicus, Bonifacio IX. Pontifici intimè charus, Epiſcopus ſublectus eſt anno 1402. 15. Kal. Septembris; anno verò 1404. ad Cajetanam Eccleſiam translatus eſt. Ita in lib. obligat. Hunc Michael Monachus in recognitione Capuani Sanctuarii Magnum Merulam Capuanum vocat, & Epiſcopum Agathenſem, deinde Tarracinenſem, ſed revera nunquam S. Agathæ fuit Epiſcopus, ſed ex Canonico Firmano, ut diximus, Tarracinenſis, mox Cajetanus Antiſtes fuit. Dictus eſt de S. Agatha, ubi vel natus, vel educatus fuerit &c. XLVIII.

37. ANTONIUS antea Epiſcopus Iternienſis *c*, à Bonifacio IX. Pontifice ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1404. 2. Idus Maii. Qui cum poſtea Angeli Corarii, qui ſub nomine XII. Gregorii Apoſtolicam ſedem invaſerat, ſchiſmaticè partes ſoviſſet, à Joanne XXIII. Pont. omni honore ſpoliatur. XLIX.

c Æſernienſis.

38. Fr. ANTONIUS à Zagarola, Ordinis Minorum, ſublectus eſt à Joanne XXIII. an. 1411. 7. Idus Martii; qui deinceps ad Cajetanam Eccleſiam translatus eſt anno 1422. *c* L.

c 13. Kal. Junii.

39. ANDREAS Joannis Gaccii Canonicus Præneſtinus Terracinenſium Præſul effectus eſt anno 1422. die 10. menſ. Junii. (,, *Obiit Terracinæ an. 1425.*) LI.

40. JOANNES de Normannis Romanus, electus fuit an. 1425. 12. Kal. Junii, qui deinde ad Cajetanam Eccleſiam translatus eſt an. 1427. *d* LII.

d 1426. 10. Novemb.

41. NICOLAUS de Aſpera antea Epiſcopus Signinus huic Eccleſiæ admotus eſt an. 1427. 16. Kal. (2) Novembris. LIII.

42. ALEXANDER ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes, defunctus eſt 1448. LIV.

43. ALEXANDER Cajetanus J. U. D. à Nicolao V. electus eſt an. 1448. die 10. menſ. Febr. Rebus humanis perſunctus eſt 1458. LV.

44. CONRADUS Marcellinus Romanus. (,, *Ca-* ,, *nonicus, & Prior S. Mariæ in via lata de Urbe.*) Feretranus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1458. die 6. menſis Octobris, Pio II. ſedente. Romæ è vivis eximitur ann. 1490. ſepultuſque eſt in Eccleſia SS. Apoſtolorum propè fratrem, cui in marmorea tabula hoc ſequens epitaphium mœrens poſuerat ſub gentilitiis ſtemmatibus, in quibus Roſæ ſex colludunt, Aquilaque supernè germano, bipartitoque roſtro ſpectabilis, quam rurſus regula ſecat propemodum vergens in ſpiras. LVI

Petrò Marcellino Romano nobili, Conradus
Marcellinus Tarracinenſis Antiſtes Fratri
Optimo P. M. Vixit an. xlvii. obiit xiv. Kal.
Octobr. Anno ſalutis Chriſtianæ MCCCC.
LXVIII.

45. (3) ANTONIUS Roſa (,, *Tarracinenſis, fi-* ,, *lius Nicolai,*) Fulginas Epiſcopus, poſt exceſſum Conradi ad hanc Eccleſiam translatus eſt, tertia die Martii 1490. breviſſimuſque Pontifex fuit. LVII.

46. GUNDESALVUS Romæ Gubernator, anno 1493. LVIII

47. ANTONIUS (,, *Roſa, Civis & Epiſcopus Tar-* ,, *racinenſis,*) vita functus eſt an. 1500. LIX.

48. JOANNES de Galvez Hiſpanus, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, ſublectus eſt an. 1500. die 18. menſ. Decemb. Romæ vita functus eſt an. 1507. 8. Idus Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Jacobum inſigne Hiſpa- LX.

nicæ

(1) Junii: Menſe enim Majo adhuc Alberto deſponſabatur Tarracinenſis Eccleſia: ni veliſmus dicere Albertum citiùs ad Capuanam translatum. Capuanis ſiquidem per aſſumptionem Leonardi Patraſſi ad Albanenſem vacabat ab altera die ineuntis Martii. Vel aſſerendum præfatum Regeſtum eſſe depravatum *Lucent.*

(2) Hic anno 1429. die 29. menſis Auguſti Ind. VI. Excepit occaſione charitativi ſubſidii per manus Cæſarii Ferruguti, & Antonii Caſſiſi Officialium Capituli fl. auri XII. ut refert Contator. Unde neceſſe eſt ad hanc tranſiiſſe Eccleſiam ante 16. Kal. Novemb.

(3) Franciſcus inter Fulginatenſes ab Ughello vocatur, quo potiſſimum nomine notandus eſt ex diptychis hujus Eccleſiæ, & non Antonius, ut hic exſcribitur. *Luc.*

nicæ gentis Templum ante majus Altare, ubi ejus gentilitia ſtemmata, duo videlicet canes ad erectum arborem anhelantes cum ſequenti epitaphio efficta ſpectantur.

Joann. de Galves Epiſcopo Tarracinenſi, natione Hiſpano, patria Hiſpalenſ. Oliverii Caraffæ Card. Neap. alumno Iuris Utriuſque Profeſſori, rerum gerendarum uſu, & ingenii felicitate ornatiſſimo, Apoſt. Cameræ Præſidenti, Scriptori, & Bullarum Apoſtol. Regiſtri Magiſtro, multiſque Rom. Curiæ honoribus functo Amici Teſtamentarii Poſuere. Vixit annos. lxviii. M. x. dies xv. obiit viii. Id. Aug. MDVII.

LXI. 49. OLIVERIUS Card. Caraffa, Archiepiſcopus Neapolitanus, hujus Eccleſiæ eſt adſcitus Adminiſtrator an. 1507. die 20. menſ. Auguſti, ac poſt tres annos eo munere ſe exolvit, hoc eſt 1510.

LXII. 50. ZACHARIAS de Moris, Romæ Præpoſitus Eccleſiæ S. Luciæ, Præſul renunciatus eſt ann. 1510. die 13. menſis Maii. Hic inter Concilii Lateranenſis Patres numeratus eſt.

LXIII (,, ANDREAS *Cibo proviſus de Eccleſia Terra-,,cin. vacante per obitum Zachariæ de Moris lib. De-,,cret. Leonis X fol. 4. die Lunæ 20. Aprilis. Ejus nomen ,,inſculptum erat in lapide Palatii Epiſcopalis Terra-,,cin. propè focum exiſtente.* Contator.)



LXIV 51. JOANNES de Copis Brabantinus U. S. Ref. (,, *Proviſus per obitum Andreæ Cibo ann. 1522. die ,, Mercurii 29. Octob.*) Romæ deceſſit ano. 1527. 18. Kal. Septembr. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Anima, cum hoc epitaphio.

Ioanni Copis Brabantino, Tarracinenſi Epiſcopo, Utriuſque Signaturæ Referendario, ac literarum Apoſtolicarum Abbrev. Correctorique, Iſtius Templi, ac Hoſpitalis Proviſores, & Fratres beneficii memores Poſuere ann. MDLVIII. Obiit ille xviii. Kal. Septembr. MDXXVII.

Diſce meo exemplo Templis dare munera magna.
Quando hoc pro parvis has monumenta dedit:
Atque ſuis precibus Cœli in regione locavit
Virgo Parens Animam. Quis meliora dabit?
Io. Copis Tarracinenſi Epiſcopo Hoc eſt quod humo eſt Monumentum Proviſores, ac Fratres F. C. Anno M. D. LVIIII.

LXV. [a] 52. ANTONIUS Bonſius a nobilis Florentinus Dominici filius, cum apud Clementem VII. Pont. Max. pro publica re Florentina fungeretur Legatione, ab eodem Pontifice ſublectus eſt Epiſcopus Tetracinenſis die 8. menſis Januarii anno 1528. Inſignis Doctor fuit, celebriſque Orator. Romæ è vivis exemptus eſt anno 1533. cum rediiſſet è Gallia, ubi ab eodem Clemente miſſus fuerat ad Franciſcum Regem, cum quo inter Henricum Aurelianẽſem Ducem filium, & Catharinam Mediceam Laurentii Urbini Ducis filiam, Clementis nepotem matrimonium ſtatuerat. Hujus meminit Guicciardinus, ac Joſeph de Ruris memoria. Noſtris temporibus è Bonſia gente floruit in purpura Joannes Cardinalis Bonſius, Princeps vitæ integritate, morumque candore præcipuus, hujus Antonii pronepos, atque hoc tempore floret Clemens Epiſcopus Biterrenſis in Gallia Joannis Card. nepos, Dominici ac Thomaſii fratrum

[a] De eo vide Ammiratum in hiſt. Florent. par. 2. pag. 352. & Gamurrinum de familiis vol. 1. p. 490. Mand.

Italia Sacra Tom. I.

ſucceſſor, qui probitate vitæ cum majoribus ſuis clariſſimis viris decertare videtur; qui diverſis temporibus integerrimos Præſules in commodum Eccleſiæ protulere.

53. CINTHIUS Filonardus de Bauco Hernici Ennii Cardinalis frater, cum Prolegatus Peruſiæ eſſet, hujus Eccleſię Epiſcopus creatus eſt anno 1533. die 7. menſis Novembris, qui nec integrum annum in ea dignitate explevit. Obiit anno 1534. 1. Novembris ætatis ſuæ an. 43. LXVI

(,, *CYPRIANUS de Caris Epiſcopus Sidonien. tranſlatus eſt ad hanc Eccleſiam per obitum Cinthii Filo-,,nardi die Veneris 13. Novemb. an. 1534. ex lib. decret. ,, Pauli III. fol.* 115. Contator.) LXVII

54. ALEXANDER Argolus de Tagliacotio, antea Sidoniæ Epiſcopus, ad Eccleſiam hanc tranſlatus eſt die 23. menſis Novemb. anno 1534. (1) Deceſſit 1540. Ejus cum laude meminit Horatius Turſellinus lib. 3. Lauretanæ hiſt. cap. 2. (,, *et Thomaſſinus in Elogiis* ,, tom. 2. *De ejuſdem uquè familia pag. 305. Catharinus* ,, *in Sylabo, p.* 120. Mandoſ.) LXVIII

55. OCTAVIANUS Maria Sfortia nobilis Mediolanenſis, olim Epiſcopus Laudenſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1540. 24. Novembris. (,, *ex lib. decreti Pauli III. fol.* 115. Contator.) LXIX

56. OCTAVIANUS Rovera nobilis Mediol anenſis Sfortiæ coadiutor, eidem ſucceſſit die 20. [b] Novembris anno 1545. Apud Helvetios nomine Julii III. legatione functus eſt, itemque Pauli IV. cujus in Interregno Leoninam Regionem frænavit. Apud Philippum II. Apoſtolicæ Sedis cauſa peroravit, dum Pius IV. ad Clavum ſederet. Cæterùm purpuram Octaviano deſtinatam fatum Pontificis eripuit. In Hiſpania deceſſit anno 1562. inconſolabile propemodum ſui deſiderium poſteritati relinquens. LXX

[b] 26. Novembris die Veneris.

57. FRANCISCUS Beltraminus electus anno 1564. (21. *Junii die Mercurii*) fato functus eſt 1575. * Fuit Franciſcus patria Collenſis Vallelſæ in Etruria Florentinæ ditionis, qui an. 1565. Apoſtolicæ Sedis Nuncius fuit, quo munere egregiè functus, ad ſedem ſibi commiſſam rediit; ubi obiit, ſepultuſque eſt in Cathedrali. LXXI

* Ex App. tom. 9.

58. BELTRAMINUS de Beltraminis, memorati Epiſcopi * germanus frater, Epiſcopus declaratus eſt anno 1575. die 5. menſis Decembris. Vitæ finem fecit 1582. * Somneni ſuæ Diœceſis oppido, ſepultus ibidem in Parochiali Eccleſia s. Petri prope altare majus cum hoc epitaphio. LXXII.

* Ex App.

* Ex App. 1. 9.

D. O. M.

Ob memoriam Reverendiſſ. Domini Beltramini de Beltraminis V. I. D. Collis Vallelſæ, Epiſc. Terracinen. cujus corpus hic repoſitum fuit, ann. Dom. MDLXXXII. Die viii. Maii in quo obiit. Abbas Julius Martinus Sonnenſ V. I. D. de ſuo hoc fieri fecit MDXCIV.

Beltramina Familia Florentina civitate donata gerit pro inſigni in ſcuto argenteo hippogryphum rubrum corona aurea exornatum.

59. LUCAS Cardins Beltramino ſucceſſit die 20. menſis Auguſti anno 1582. Deceſſit autem 1595. LXXIII.

(,, *Ejus ſtemma gentilitium eſt pyramis ſupereminente ,,Cruce, quo inſigni ornatur ex utroque latere proſpectus ,, antiquus Eccleſiæ Cathedralis.* Contat.)

60. FABRITIUS Peruſinus à Clem. VIII. creatus eſt an. 1595. die 17. [c] menſis Aprilis. Deſiit autem eſſe inter mortales anno 1608. (,, *De quo ante fores Eccle-,,ſiæ S. Angeli hac legitur inſcriptio: Fabritius Peruſi-,,nus, Epiſcopus Terracinenſis, & Sutrinus. Laudatur ,, inſuper à Rho in vita S. Ladani. Lucent.) Fuit Guber-,, nator Generalis Provinciæ Maritimæ, & Campaniæ ,,an. 1602. ut colligitur ex thecis exſtructis in Cathedra-,, li, ubi condidit Sanctorum reliquias.* Contator.) LXXIV.

[c] 24.

61. POMPONIUS de Magiſtris Soncinas [d] Canonicus Vaticanæ Baſilicæ à Paulo V. ſublectus eſt anno 1608. die 28. menſis Januarii. Apud concreditam ſibi Eccleſiam deceſſit anno 1614. LXXV.

[d] Non Soncinas, ſed è Sonnino Diœceſ. Terracinen. oppido.

62. CÆSAR Ventimilia nobilis Beneventanus

Iii 2 Pom-

(1) Succeſſit Cypriano de Caris an. 1535. die Veneris 29. Jan. ex lib. decret. Pauli III. fol. 120.

LXXVI. Pompeii, & Victoriæ Bixiottæ filius, ſub Paulo V. in Hiſpaniam Auditoris munere functus eſt, Decio Caraffa Apoſtolico Nuncio, poſtea Cardinale. Ab eodem Pontifice dictus eſt Epiſcopus Tarracinæ an. 1615. die 14. menſis Januarii. * Obiit Setini die 23. Decembr. 1645. ubi jacet.

* Ex App. 15.

LXXVII. 63. ALEXANDER de Taſſis ab Innocentio X. Pont. Max. electus eſt Terracinenſis Epiſcopus anno 1646. die 25. Junii. Obiit anno 1648.

LXXVIII. 64. FRANCISCUS MARIA Ghislerius Bononienſis Romanæ Rotæ Auditor ſucceſſit Alexandro anno 1648. die 1. Februarii.

ADDITIO.

) „ Eximia animi moderatione, & in omnes ſumma „ urbanitate, dum has moderatur Eccleſias, ad Imo- „ lenſē eſt translatus Kalend. Septemb. 1664. ubi decο.

LXXIX. *„ POMPEJUS Angelottus Reatinus Ghislerio ſuc- „ ceſſor eſt datus die 15. Decemb. 1664. Expurgando „ Gregi, ſuiſq; juribus tuendis dum propenſius invigilat, „ Setiæ inter epulas ſubita morte corripitur, non ſine „ ejuſmodi eventus ſiniſtra opinione an. 1667. m. Majo.*


LXXX. *„ HERCULES DOMINICUS de Monannis ex „ Opp. do Monterchii, Ditionis Florentinæ, J. U. D. dum „ pro Cardinali Franciſco Barberino Veliternenſi Vi- „ cariatu optimè fungeretur, Terracinenſem conſecu- „ tus eſt Cathedrā die 22. Auguſti an. 1667.* Lucentius.)

(„ Obiit in reſidentia m. Junio 1710.

LXXXI. *„ BERNARDINUS Maria de Comitibus nob. „ Rom. Congregationis Caſinenſis Ord. S. Benedicti, „ Presbyter, annorum 46. Abbas clauſtralis Monaſterii „ S. Mariæ Farfenſis, Viſitator Provinciæ Romanæ, & „ Neapolitanæ, alias decanus Prior, & Abbas Mona- „ ſterii S. Flaviæ, & S. Mariæ Gangis in Regno Siciliæ „ renunciatur Epiſcopus Terracinenſis 1. Decemb. 1710.*

TIBURTINI

EPISCOPI.



HAud amplius, quam 16. milliaribus antiquiſſima Civitas Tibur à rerum Domina Urbe Roma diſtat, in Campania, hoc eſt in Latio ſupra collem prope Anienem fluvium, à tribus fratribus, qui è Græcia in Italiā tranſmearunt, Catyllo, Corace, Tiburtoque conſtructa, atque à majore fratre ita denominata, ut Servius ex Virgilio in 7.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt.
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catilluſque, acerque Coras Argiva juventus.

Alij volunt à Forenſibus fuiſſe ædificatam. Utut res ſit, antiquiſſima Civitas eſt, quam Siculi ejectis inde Sicanis, antequam Chriſtus Dominus humanam repararet ſalutem pluſquam 600. annis incoluerunt. Hujus Civitatis meminit Varro, Ovidius, Propertius, atque Horatius, Solinus, Livius, Strabo, Silius, Martialis, Statius, Suetonius, Appianus, Ptolomæus, Procopius, alijque. Notant quamplures hanc Civitatem Tibur ſuperbum à Virgilio alicubi fuiſſe appellatam, quod cum aliquando Cives ad Rom. Senatum ſuppetias poſtulatum veniſſent, ægrèq; viderentur impetratum, quod poſtularunt, omiſſis precibus, exprobrarunt faſtidiosè, cumq; ſupercilio Romanis beneficia, quæ olim illorum Publicæ rei præſtitiſſent, à quibus notati, redargutiq; ſuperbiæ, locum fecere poetarum carminibus, ut Tibur ſuperbum appellaretur. Alij autem ſecundum Strabonem, hanc eandem Civitatem Tibur Herculeum appellavere, quòd in Diis, quos Tiburtini venerabantur, Herculis victricia arma Tibur experta eſſet. Potens erat, ac incolis frequens; at ſubjugata robur amiſit, & gentem, præbuitque amœniſſimos colles ad delicias ijs, qui jucundiore parte anni jocundiſſimè ruſticantur. Quamobrem ſuperior ætas villam Tiburtinam Hadriani Imperatoris ſuſpexit, illamque Principum Eſtenſium hoc tempore nos ipſi ſuſpicimus, quæ ad Anienis fluvii flexum viret ad decus. In Tiburtinis collibus ſolent purpuratorum plerique amœnitate loci æſtivum fallere tempus. Poſt Romani Imperij ruinam non ſemel & ipſa excidium paſſa eſt. Theutones enim illam præcipuè inſigniter dejecerunt, cujus deinde Fridericus Ænobarbus ruinas ſatis munificenter refecit, noſtraque propemodum memoria Pius II. arce à ſe conſtructa illam munivit. Supra portam hoc dyſtichon ab ipſo compoſitum in marmore legitur.

Grata bonis, invisa malis, inimica ſuperbis
Sum, tibi Tibur, enim ſic Pius inſtituit.

Antiqui Tiburtini celebratiſſimum illud ſuum templum quondam Herculi à Caſello Tiburti hujus Urbis fundatoris fratre ædificatum, ſacris expiatum in D. Laurentij Martyris honorem conſecrarunt. Spectabili olim magnificentia, non modo amplitudine, verum porticuum elegantia ſuperbiebat, de quibus Svetonius in Auguſto; *Tibur etiam, ubi in porticibus Herculis templi praſepe jus dixit.* Ac præter magnificas ſacerdotum, miniſtrorumque ædes, exquiſitiſſima Bibliotheca in eo, teſte Aulo Gellio, aſſervabatur, ingenſque theſaurus eo in loco repoſitus erat, ut refert Appianus lib. 5. civilium bellorum. Tanta hoc templum apud priſcos Gentiles florebat religione, ut nullam unquam expeditionem, niſi illo aditis, poſitiſue votis adornarent, ut de Auguſto, Marco Antonio, aliiſque traditum eſt; ac in pervetuſta hac inſcriptione marmorea anno 1625. inventa, cum Eccleſiæ Cathedralis fundamenta à Julio Card. Romano Epiſcopo refoderentur, inventa.

C. Vibius C. F. vel Publicanus. Ser Q. Praf.
Coh. VIIII. Thracum. Equitam Alae Tribunus. Militum. Et S. Leg. IIII. Macedonia, &
Legion. XXI. Rapacis in Germania reverſus
inde Hercule invicto D. D.

Alia inſcriptio cum fortunæ ſimulacro ibidem ea occaſione inventa eſt anno 1640. ex qua perſpicitur quantæ olim eſſet venerationis.

Fortuna Pratoria ſacrum L. Muccius Nicephor. Magn. Herculis Aug Gn. Coponius Epagatus Curator. Primi D. S. P. Cultoribus DD.

Ex his colligitur, in hoc templo cœtus hominum extitiſſe, qui Fortunæ, Herculive cultui addicti, præcipua ſuperſtitionis illius munera obibant; Lucius Muccius, ac Gn. Coponius nobiliſſimi Tiburtini Equites, quorum mentionem facit Cicero orat. pro Cornelio Balbo, qui Fortunæ aram excitarunt; hanc vero in templi Prætorio Capitolinus aſſerit collocatam. Ego ſanè in eam opinionem adducor hujuſmodi hominum cœtus, quorum inſcriptio meminit, qui ſe ſe veteribus ſuperſtitionibus ita devoverant, ac conſecrarant, à noſtris Chriſtianis Laicorum fraternitatibus non diſſenſiſſe; ac forte ex illis mos ille pius defluxit, ut plures ad Eccleſias, atque aras ordinandas, decorandaſq; nimis concurrant, quemadmodum mutata in religionē ſuperſtitione, multa ex Gentilibus ad Chriſtianos uſus, divinumque cultum traducta, derivataq; intuemur. Cæterùm Herculis templum, vel maxima pars Conſtantini Imperatoris tēporibus in D. Laurentii honorem Chriſtiano ritu in Eccleſiam Cathedralem dicatum eſt, ut apud Marcū Antonium Nicodemum lib. 9. Tiburtin. hiſt. legitur. De antiquitate Tiburtina ſcripſit idem M. Antonius, quem tractatum in duas partes diviſit. Hæc Civitas clarorum virorum feraciſſima fuit, ac ſi nullos alios, videretur tamen ſatis fuiſſe Sibyllam Tiburtinam, Simplicium, & Joannem Pontifices Maximos protuliſſe. Chriſtiani Euangelij fidem iam inde ab Apoſtolorum temporibus hauſit. Cujus religionis fines mirifice prolati ſunt temporibus Hadriani Imperatoris, hoc eſt an. 138. cum illa feliciſſima ſalutis exordia Getulij Martyris inviƈtiſſimi, ac ſociorum ſan-

guine

guine maduiſſent, ac paulò poſt Symphoroſa ejuſdē uxor cum ſeptem cōjunctiſſimis filijs illuſtrem ſumpſiſſet palmam martyrij, eodem perſequente Imperatatore, die 28 menſis Julii. In Tiburtina Cathedrali oſſa S. Quirini ſacerdotis conquieſcunt, in eaque olim à Simplicio Tiburtino Pontifice ſummo recondita fuit Salvatoris noſtri JESU Chriſti imago à Divo Luca Euangeliſta depicta, ut narrat idem Nicodemus lib. 5. cap. 5. in Simplicio. Nec *Romam*, inquit, *augens Tiburi patria ſua defuit, nam & templum S. Mariæ Majores ſatis inſigne exædificaſſe, & ſanctiſſima Virginis imagine à B. Luca Euangeliſta depicta exornaſſe fertur; præterea templum S. Petro Apoſtolo ornatiſſimum, aliud S. Sylveſtro haud ignobile exſtruxiſſe traditur. Cathedralem vero ædem ſacroſancti Salvatoris noſtri ab eodem Euangeliſta ad vivum expreſſa imagine auxit.* In magna eſt ea effigies apud Tiburtinos religione, ad quam aſſervandam Gregorii IX. temporibus ſacellum excitarunt, quod ab eodem Pontifice conſecratum, ac ſacra Quirini Sacerdotis Lipsana repoſita fuerunt, de quibus inſcriptio ibidem.

Chriſto Servatori Memoriæque perenni Hoc in ſacello Salvatoris noſtri effigies à B. Luca depicta veneratione tam debita, quam devota cuſtoditur, in eodemque corpus B. Quirini ſervatur, cujus præter cætera memoria cernitur in lapide in ingreſſu à dexteris. Huc tamen mulieribus ingredi nefas eſt, niſi unico die dedicationis dumtaxat ejuſdem, quod à Gregorio IX. conſecratum extitit anno à S. Deiparæ Virginis partu M.CC.XXXIV. XVII. Kal. Julij.

Divina in ea Cathedrali officia Canonici XV. celebrant, quorum quatuor hiſce dignitatibus, Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Decanatu, & Præpoſitura inſigniti, quarum poſtremæ à Card. Dominico Tuſco Epiſcopo adjectæ, cum olim XII. tantum cum Archidiacono Canonici numerarentur; illorum redditus in quotidianis diſtributionibus inter eos diviſis ita à Nicolao V. redactis conſiſtunt, ut in bulla ejuſdem data anno 1451. die 14. Aprilis legitur. Præter Canonicos ſex ſunt beneficiati, qui quarta canonicatus reddituum parte, impoſito ſibi reſidentiæ munere potiuntur, atque hi niſi muſices periti fuerint, admitti non poſſunt. Denique à Card. Roma Epiſcopo, Cathedralis, ſex alii Canonicis ex collegiata D. Petri tranſlatis, anno 1638. amplificata eſt. In decem parochias Civitas diſtincta eſt, XII virorum, fęminarum monaſteriis duobus, Xenodochiis tribus, totidem confraternitatibus, pietatis Monte, Clericorum Seminario, ab eodem Card. Iulio Roma Epiſcopo excitato, excolitur pietas, atque efflorescit. Dięceſis in pulcherrimam amplitudinem ſe extendit, oppidaque XXIV. continet, inter quæ nonnulla altioris ſunt dignitatis. Olim etiam decem alia oppida nobiliſſimæ Sublacenſi Abbatiæ obnoxia numerabat, quorum cauſa cum ſæpius lites, Abbatem inter Sublaci, & Epiſcopum Tiburtinum emergerent, ad eas extinguendas modernus Epiſcopus, quieti intentus, juriſdictioni, 400. nummorum refuſa mercede in ſingulos annos Epiſcopali menſę attributa, abrenunciavit Sublacenſi Abbati Commendatario. Innumeris Dięceſis Eccleſiis, oratoriiſque paſſim ornata eſt, atque ſui Paſtoris vigilantia egregiè adminiſtrata. Ingentibus Eccleſia hæc beneficiis ab Imperatoribus, ſummiſque Pontificibus decorata eſt, quamvis bellorum injuria, quibus arſit Italia, præſertimque Barbarorum furore, à quibus olim exciſa funditus, flammiſque deleta eſt, vetera monumenta conſumpta, extinctaque fuerint. Tiburtina Eccleſia antiquiſſima eſt, ſubeſtque immediatè Rom. Pont. cum ejus Epiſc. ſuffraganeus habeatur, gaudeatque iis omnibus gratiis, privilegiiſque, quibus Romanæ Provinciæ cæteri Præſules ſolent ornari. Sed haud facile fuit huic Eccleſiæ Præſulum ſeriem indagare, multa enim vorarunt incendia, abolevit vetuſtas, præſertim ea, quæ à noſtra memoria procul poſita ſunt. Quos modo damus, magno cum labore ex diverſis ſcripturis, monumentiſque eruimus. Tu, lector, hunc noſtrum conatum æqui bonique conſule.

A D D I T I O.

[„*Tibur alit 5000. cives. Cathedralis gaudet utraque Præbenda Theologali, & Pœnitentiali. In ea cura animarum exercetur. Domus pro Epiſcopi habitatione contigua eſt Cathedrali. Diœceſis 12000. mortalium capita enumerat. Epiſcopus Tiburtinus unus olim erat ex Epiſcopis Cardinalibus, qui vicinius ſuffragabantur Romano Pontifici: ut ſcribit Card. Brancatius in ſua diſſert. de Optione ſex Epiſcopatuum. In Libris Fiſci Apoſtolici taxantur in ſūma fl. 100. annui cenſus: verus valor eſt ſcutor. monetæ plus minus* „1800. Luc.)

1. PAULUS Epiſcopus Tiburtinus in ſchiſmate contra Damaſum Papam, Urſicinum Pſeudo pontificem conſecravit anno 366. *a* De quo Panvinius. A Rufino ad Hieronymum l. 2. c. 10. vocatur imperitus, & agreſtis Epiſcopus. I.

2. FLORENTIUS Epiſcopus Tiburtinus anno 402. Cujus meminit Luitprandus Ticinenſis in vita Innocentii I. Pontificis. („*Innocentius I. hunc admonet ſuis literis, ne Epiſcopi Numentani Diœceſim perturbare auderet.*) II.

3. CANDIDUS in pluribus Conciliis repetitur ſubſcriptus ab anno 465. uſque ad ann. 502. („*Et 504. eaque octo numerantur.*) III.

(„*N... Epiſcopus Tiburtinus à Gothis capta urbe interfectus eſt cum cæteris civibus: ut narrat Procopius l. 3. de bello Goth. Id eveniſſe an. 545. refert Baronius in Annal. c. 2. Eum vocat Catillum Nicodemus Ind. loc. fol.* 124. Juſtinianus.) IV.

4. ANASTASIUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul cuidam diplomati *b* ſe ſubſcripſit à Gregorio Magno indulto Eccleſiæ S. Medardi in Galliis anno 593. *c* & 595. in Concilio Romano ab eodem Pontifice celebrato. (& 601.) V

(„*DECORATUS ſedit in Conc. Rom. an.* 649. Luc.) VI.

5. MAURITIUS Concilio ſub Agathone aſſedit anno 680. VII.

6 ANASTASIUS Epiſcopus in ſynodo Romana adverſus illicita conjugia ſe ſubſcripſit ſub Gregorio II. anno 721. Non. Aprilis, Ind. 4. ex cod. Vatic. num. 1353. VIII.

7. JOANNES eidem præfuit Eccleſiæ an. 761. apud Baron. De eo mentio in reg. Subiac. anno 758. IX.

8. THEODORICUS *d* anno 772. apud eundē. X.

(„*PAULUS in Romana Synodo* 826. Lucent.) XI.

9. URSUS an. 853. apud eundem. (*in Conc. Rom.*) XII.

*10. HUCBERTUS Epiſcopus Tiburtinus vixit temporibus Marini Papæ anno 945. Ab eodem Pontifice omnia privilegia ab Anteceſſoribus Eccleſiæ Tiburtinæ conceſſa hoc diplomate renovari meruit; cujus exemplar cum aliis plurimis extant in M. S. codice biblioth. Card. Franciſci Barberini n. 1305. XIII.

a Ver. *b* Ibidem. *c* 549. *d* al. Theodoſius. * Ex App. tom. 5.

In nomine D. Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Exemplar Collectionum, & brevium jam antea digeſtorum tēporibus ſūmorū Pontificum D. ſcilicet Nicolai, Jo. & Leonis, quæ vetuſtate conſumpta renovantur temporibus D. Martini ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ ind. 3. Pontif. ſcilicet ejus anno 3 in Sede Beatiſſimi Petri Apoſtoli, ſuggerente Hucberto Tiburtinæ Eccleſiæ peccatore, & humili Epiſcopo. Clauſura univerſa, quæ ponitur in originale den 1. de vinea in ſilica, & caſa pullum unum, & det. 1. de fundo Aſlonum, & de fundo Piciano Muſtimundi decimatas 130. auri tremiſſe. 2. ſolid. fund. Caſacontra de fundo caſu Lupuli tremiſſ. 1. fund. literata Picianus, Galliopini, Vicianus, Virgilianus, Portum Lardarium ſummum 1. fund. Melezanus, Barunianus, Porcaſtrum annonulum 1. Clauſura in fund. Biſciaana. Caſa quæ fuit Leoniani in foro, clauſura quæ ponitur in Cavabelli, auroas 1111. Item vinea ubi ponitur fund. Caſſan. C. Caſſis Villa Rep centum, & ſex olivetum in peſonis. Caſa ſuperſe poſita cum horto ſuo in Tribio, fundi Arcanarius. Tracamarius unica, & ſcrupulo fundi, de terra in Papi Pulli pario 1. fund. Alvianus. Caſa cum clauſurella. Fund. Gregianus, de caſa Gatara cap. quale habuerit, de q. p. in Roma, &c. Vinea Cominnulo quæ ponitur ad S. Pa-

A *florem, &c. caſa Ternina, fundi lama, & Rovetum Poſtalia ſaturan. caſa Capli, fund. Furti, Manſionarium de Partino, fund. Oſianus Cecci, clauſura vineata com. paſtina duo, & terra ſationale, fundi Paternus, & Criſianus, Cava, & gradarium auri ſiliquæ 2. fund. Balvian. Biſilian. Ateran. oba 12. fund. Papi cum fabrica ſua, clauſura in Collefund. aſpretum, quæ & alio vocabulo nuncupatur Mallianelli. Agella, Terra ad arcum S. Angeli, maſſa Cruſo, fund. qui vocatur Glazzano Cupreſſus, paſtini, Aquimolum unum poſitum inter Trullium, terra, quæ ponitur Innocentii, fund. Sarelli, Ecriſcianus, Ancarinianus, caſa ſuper ſe pegula, fund. Balvigani, Caſſian. Valvinian. Domora duæ cum cortina ſua, Eccleſia S. Mariæ quæ ponitur Luparianum, fund. Finicelo, domuncula minor cum cortina, vinea quæ fuit Cavelli, fund. Viſcian. ordines vinearum, petia de vinea, caſa quæ ponitur finis portam S. Laurentii cum clauſura ſua, fund. Gratinianla vinea raſa, aquimola, aquimolum quæ fuit Benefacta, fund. Appeccianus, qui exiit ad vindemiam tertili parsa octo, pecora utilia, pulli utiles, vinum pro viveratica decimata octo, terra, & vinea, quæ fuit Lupo bon. mem. fund. Junicianus* B *Vindinianus, de caſa Terrina cubucela duo, domus Tegulicii cum orto ſuo, Eccleſia B. Petri, quæ ponitur inter duos Ludes, clauſura vineata cum ſepultura monimenti juxta Eccleſia S. Vincentii Martyris, fund. Offician. Porcus bonus utilis, fund. Vecilianus, fund. Valeria pendem. 13. caſa terrina cubucolas 13. & pergula inter duos ludes, &c. de clauſura vineata cum fundo ſuo, quæ ponitur in oriali, fund. Grejanus, Grimol. Conſul. & Uncis, de vinea tabula 1. & ſervis, fundus Barbazanus, Maſſa Groſſu, Virace, caſapietra, & Serroni, Capra quidē habuerit, caſa Gagiana, & Serroni, &c. fund. Sambucetus, caſa Torana, fund. Grazanus pro Veneria Diacona, de vinea inf. ſilicata, fund. Claudian. Cupreſſule, Gregorianus, Terentianus, Gratianus, Apunian. Caſſella Campl. Viti Jannell. Cruſu, caſa Tatani, Conſtani, Paulini, olivaria, caſa Mammæ, Lauretum, Virginis, Caſanova, Caſſano, Viciliano, Tranſartla, caſale cum appendibus ſuis, fund. Offatianus, Griſinianus, de terra ad paſtinandum, fund. vicus pro Felippo not. S.* C *R. E. ſeu Maria Iugalibus de fund. qui vocatur ſacilo fundus Caramajuli, hortus cum ſinolo 1. ferile ubi ferrum reconditur, fund. Sinianus de terra Ingreſis, vinea in Vaſalteo, fund. qui vocatur caſtra. In via Valeria, olibetum in Cornuti, ſeu in penſioni, in Siveria, fund. Altrani. ubi ponitur Baſilica Beata Felicitatis, fund. Tabularius, caſa Gaiana, caſa major, fund. Iuppianus Gilian. Rutinian. Furan. Gatan. paſſim, oſterum, priſolcolus de aquimola ſeu pozzialia.)*

XIV. * Ex App. tom. 5. 11. *IOANNES ſucceſſit Huberto: cujus prima mētio in monumentis Tiburtinæ Eccleſiæ an. 947. & in Sublacenſibus anno 954. eodemque anno temporibus Agapeti junioris Papæ in eo codice Barberinæ Bibliotecæ hujuſmodi extat documentum.

In nomine Domini, &c. Anno Agapiti Junioris Papa VIII. Ind. 12. menſe Octob. die 20. à Joanne humili Epiſcopo S. Tiburtina Eccleſiæ cum conſenſu clero, tertio genere conductionis datur Petro Vico magnifico q. & ſuper nomen vocatur Pazzii, ſeu Gregorii, & Rota, atque Bono filio, & Benedicta germanis filii ſui, & habitatoris intra civitatem Tiburtinam, Turricella cum ſcala marmorea à ſolo ad ſummum, oratorium S. Pantaleonis ſuper puſterula cum ſcala marmorea, & duobus cubucellis uno terrineo, & alio ſolarato ſubtus tunc caſtellum Ponto, &c. uſque in tertium gradum, modo inferatur Epiſcopo den. bonos Romana moneta notos numero quatuor, Jurantes dicunt per Dominum omnipotentem, ſanctamq; ſedem D *Apoſtolicam, ſeu ſalutem viri magnifici, & Apoſtolici D. Agapeti ſanctiſſimi Junioris Papa. Pœna nomine auri uncia ſex obriceas, &c. Leo Scrinarius, & tabellarius urbis Romæ ſcripſit.*

Aliud item ejuſdem Joannis Epiſcopi documentum obſervavi eo in codice temporibus Joannis XII. Papæ anno ſcilicet Chriſti 956. ita ſcriptum.

A *In nomine, &c. Anno D. Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ XII. in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli Ind. 14. in menſe Martii die 20. Joannes humilis Epiſcopus S. Eccleſia Tiburtina conſentiente ſibi Clero, Joanni Tallonio nepoti ejus Petro, & Agatho cognatis, Senderado, & Theodoſiæ germanis fratribus, habitatoribus Tiburtina conductionis, &c. fundum Caninianum, cum Eccleſia S. Januarii in territorio Tiburtino milliario à civitate p. m. V. affia. fundum Antoniani florus mons Deonici in tertiā gradū ſub penſione denariorū bonorū, notorum, optimorum quales pro tempore erunt 6. jurantes dicunt per Dominum omnipotentem, S. ſedis Apoſtolica, ſeu ſalutem viri Beatiſſimi, & evangelici D. Joannis ſummi Pontificis, per manum Stephani in Dei nomine viri, & tabellionis Tiburtin. civitatis.)*

Joannis meminit Baronius ad annum 963.

12. ARVIZO (1) Epiſcopus Tiburtinus an. 978. nonnulla bona Abbatiæ Sublacenſi conceſſit. * Amizzo melius dicitur; ita in eodem codice in monumento firmato anno 990. in hunc modum. XV. * Ex App. tom. 5.

B *In nomine, &c. Anno D. Ioannis XV. Papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli V. menſe Auguſto die 6. Ind. 3. Poſt. & conceſſio à D. Amizzone Domini gratia humili Epiſcopo S. Tiburtina Eccleſiæ, cum Cleri conſenſu libellario nomine terra ſementativa in fundo S. Valentino nuncupato, cum Gripta, & parietinis antiquis, territorio Tiburtino milliario à civitate p. m. 3. affin. Staphile lapideum Cropingini, quod dividit Epiſcopium, & terram de monaſterio S. Cyriaci, rebuſq; de Staphiliano, terra de maregimajo, Presb. Benedicto, & Romano germanis fratribus, modo è quatuor frugibus, grano, hordeo, faba, & farre groſſo ex annuis octo modiis unum tribuant Epiſcopio à die Kal. Aug. 3. Ind. ad pridie Kalendas eaſdem vicenti annis continuos decem, & novem Epiſcop. Renovante libellario nomine, dantque ex illo nomine duos ſolidos, &c. libelli, &c. pœna nomine auri obrizias uncia ſex, &c. ad colendum, meliorandum, & laborandum. Per manum Madelberti notarii. Inter teſtes, qui ſubſcripſerunt. Landulphus nobilis vir filius Teſani in hunc lib. ſcripſi, & traditum vidi.)*

C Eundem Amizzonem Epiſcopum anno ejuſdem Joannis XV. Papæ die 8. Decemb. Ind. 7. ex conceſſione Cleri, aliqua bona vendidiſſe, ibidem legitur. * Amizzo item vocatur in donatione, quam ipſe fecit Eccleſiæ, & monaſterio S. Agnetis extra portam Numētanam de Urbe, tunc monialium Ordinis S. Benedicti de Eccleſia S. Martini Tibure an. 982. Autographum extat apud Canonicos Regulares S. Salvatoris, qui hodie S. Agnetis monaſterium incolunt, cujus initium eſt. *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; & anno Deo propitio Pontificatus D. Benedicti ſummi Pontificis, & univerſalis VII. Papæ in Apoſtolica ſede B. Petri Apoſtoli VIII. D. Othonis Imp. II. imperantis in anno IX. regnantis X. menſis Junii 3. indict. 10. Actum, & ſcriptum per Madalbertum.* * Ex App. tom. 5.

13. GUALTERUS Epiſcopus, Tiburtini Comitis frater germanus benefactoris Monaſterii Sublacenſis, ut in monumentis ejuſdem Monaſterii. * Anno 1001. ſummo Pontifice Sylveſtro II. factam lego in eodem codice unius denarii argentei donationem D Eccleſiæ Cathedrali à quibuſdam nobilibus Tiburtinis quolibet anno ſolvendam in feſtivitate D. Laurentii ad luminaria excitanda. *In nomine*, inquit donatio, *Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno Deo propitio Pontificatus D. Sylveſtri ſummi Pontificis & univer. Junioris Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno II. imperante Othone III. piiſſimo perpetuo Auguſto à Deo coronato magno, & pacifico Imperat. anno IV. indict. 14. in menſe Novemb. die 29. Piiſſime Pater veſtra ſanctitatis, nobiliſſimi viri, qui recenſentur, & nominantur aliqui cum cognominibus, alii cum patris nomine pro omnibus habitatoribus civitatis Tiburtinæ, ſicut dicit ſcriptura, bonam nobis videtur mercimoniam adipiſci, qui de terrenis comparat cœleſtia, & pro rebus exiguis veniam conſequitur ſempiternam, unicum denarium, aut* XVI. * Ex App. tom. 5.

de

(1) Arvizonem ab Amizone diſtinguit Juſtinianus de Epiſcopis Tiburtinis, quos inter medium ſtatuit Joannem quemdam Tiburtinum Epiſcopum, qui anno 978. à Benedicto VII. nonnulla retulerit privilegia pro ſua Eccleſia, exſcripto in veteri quodam Codice Vaticanæ Bibliothecæ. Id autem ſe didiciſſe aſſerit ex Epiſtola quadam, quam Franciſco Martio olim dederat Joſeph Maria Suareſius Vaſionenſis Epiſcopus: qui porro ad ſe legiſſe aſſerit in additione ad martyrium S. Symphoroſæ, quæ Ms. extat in Collegio Patrum Soc. Jeſu, exarata à Fulvio Cardoli ejuſdem Societatis Presbytero. Fides ſit apud Auctorem.

de argento, aut de merce valente concedunt quotannis in Epiſcopia ven. ſolvendum pro luminaribus in natalitia S. Laurentii Chriſti Martyris præ ejus reverentia, quem ſeniorem atque defenſorem ſuum, cui traditi ſunt ad deſerviendum cum hæredibus ſuis vocatur a ſingulis, &c. Jurati dicunt per D. omnipotentem, Sanctaque Sedis Apoſtolicæ D. Sylveſtrum ſanctiſſimum Juniorem Papam, & Principatum à Deo coronati D. Othonis magni Imp. promittunt ſi contra agunt, ante omnia litet initium pœna nomine auri obrizi libram unam, chartula ſcripta a Stephano in Dei nomine viro, & tabellione hujus civitatis Tiburtinæ, cui ſcripſerunt manu propria, aut ſignum crucis fecerunt indict. ſuprad. 14.

An vero hæc acta ſint vivente Valtero Epiſcopo, vel Amizone, adhuc mihi incompertum.

XVII. 14. GERARDUS Epiſcopus Tiburtinus 1023. ex monumentis Sublacenſibus.

XVIII 15. BOSSUS Tiburtinæ Eccleſiæ extitit Præſul, ac S.R.E. Bibliothecarius anno 1023. ut in diplomate Benedicti VIII. pro Monaſterio Caſinenſi, & anno 1028. ex Bulla Ioannis XIX. Datum Romæ 16. Kal. Januarii in favorem Vaticanæ Baſilicæ.* Boſſo obiit anno 1029. ut in Benedicto ſucceſſore mox dicemus. Reperi hunc Boſſonem fuiſſe, antequam ad Epiſcopalem ſedem eveheretur, Tibartinæ Eccleſiæ Archipresbyterum, ut in donatione Stephani viri nobilis Tiburtini, quæ extat in eodem citato codice his verbis conſcripta. *In nomine D. Dei Salvatoris Jeſu Chriſti. Anno Deo propitio Pontificatus D. Benedicti ſummi Pontificis, & univerſi VIII. Papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli tertio, Indict. 13. in menſe Aprilis die 1. Stephanus nobilis vir, & filius quondam Ildeberti, donat Boſoni Archipresbytero, & Vener. Presbytero, atque Primicerio reverentiſſimo Presb. & Diac. Eccleſiæ S. Tiburtinæ omnibus ſibi ordinandis in perpetuum in juga Presbyterorum, Portaraticum omne de piſcibus, aliiſque rebus auri ſolutum ad portas Tiburtinæ civitatis, quod ſibi per Pontificale præceptum evenerat, contradit, & medietatem rerum ſuarum mobilium, & immobilium à tranſitu vitæ ſuæ, juratus dicit per Deum omnipotentem S. Sedis Apoſtolicæ D. Benedictum Octavum Papam, eadem pœna qua ſupra. Joannes in Dei nomine tabellio ſcripſit, & Datibo Judex Tiburtinæ civitatis. Signum manu Stephani.*

* Ex App. t. 5.

XIX. 16.* BENEDICTUS ſucceſſit immediate Boſſoni, vel Boſroni an. 1029. conſecratus à Joanne XIX. Papa, ut claré idem Pontifex ad eundem Benedictum ſcr bens aſſeruit. Diploma datum eſt per manum Benedicti Epiſcopi Portuenſis S.R.E. Bibliothecarii a. Id. Junii Ind. 12. quæ incidit in annum Chriſti 1029. In eo omnia bona, ac jura Tiburtinæ Eccleſiæ confirmantur: ita in eo ſcriptum eſt. *Dilecto in Chriſto, ac noſtro ſpirituali filio Benedicto S. Tiburtinæ Eccleſiæ a nobis conſecrato Epiſcopo, &c.* deinde addit. *Imo etiam Eccleſias, quas Boſo Epiſcopus tuus anteceſſor iſto præſente anno conſecravit, videlicet S. Joannis, & B. Juvenalis. Item, &c.* Diplomatis exemplar eſt in eodem codice Barberinæ bibliothecæ numero 2305. Benedictus hic Tiburtinus Epiſcopus defunctus eſt ante ann. 1031. cum eo ipſo anno Joannes ſucceſſor donat cuncto Clero Tiburtino medietatem omnem demortuorum, ut legitur in eodem codice. *In nomine, &c. Pontificatus D. Ioannis XIX. in ſacratiſſimo ſede, &c. anno 7. Ind. 14. menſe Januarii die 8. Ioannes Epiſcopus S. Tiburtinæ Eccleſiæ, conſentiente cuncta congregatione Epiſcopii S. Laurentii Martyris Chriſti donat cuncto Clero vener. Presb. omnem medietatem demortuorum civitatis Tiburtinæ ad ſe pertinentem, in juga presbyterorum jurat ut ſup. pœna auri obrizæ unciæ tres. Tedemãdus vir, & Tabellio civitatis ſcripſit. Signum manus ſanctiſſ. Domini. † Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei S. Tiburtinæ Eccleſiæ.*

* Ex App. t. 5.

In eodem codice obſervavi, quod ante annum 1031. immo forte eo ipſo an. 1029. vel initio milleſimi trigeſimi Benedictus Epiſcopus ex hac mortali vita diſceſſit cum eo anno 1030. memoretur Joannes Tiburtinus Epiſcopus in petitione, quam fecit eidem Ago Abbas S. Vincentii Tiburtinæ ditionis, quæ ſic in eodem citato codice recenſetur. *Ago Presb. Monachus, Abbas S. Vincentii in territorio Tiburtino in Flagenſe quæ eſt ſubtus Monticelli, libellario nomine petiit a Ioanne Dei gratia humili Epiſcopo Tiburtinæ Eccleſiæ, conſentiente congregatione presbyterorum, tertiam partẽ de omni datione mortuorũ in territorio de Caſtello, quod dicitur Monticelli, plebis de Forvellia de S. Paulo, quæ dicitur de Lomõrago, plebe S. Io. in caſtello tit. S. † in villa Aguirini, S. Angeli in cacumine montium de Guafferi Affin. Territorium Galla Tonta, territorium Dolicolli, & mans qui dicitur Campuſo, reb. q. dicitur Dolafredora, villa de Grippina, caſale de Gattaceca, de S. Bito, de Comenſali, &c. à die Kal. Aug. 13. Ind. uſque ad prid. Kal. ejuſdem vigeſima in annus continuos 20. & 9. ſub penſione argenti lib. 10. Anno Deo propitio Pontificatus D. Ioannis XIX. Papa VII. Imperatore D. Conrado à Deo coronato magno, & pacifico Imperatore anno 4.*

In eo codice, ubi hæc deſumpſimus, videntur delineati Benedictus Papa ſedens pedibus ſuper pulvinum porrectis, dextera protendens præceptum, quod Joannes Epiſcopus Lavicanæ Eccleſiæ Ioanni S. Tiburtinæ Eccleſiæ Epiſcopo tradit, omnes radiatis capitibus, capillati vertice detonſo, barbati. Joannes XV. Papa imberbis cum mitra corni inſtar inſurgente. Joannes S. Nepeſinæ Eccleſiæ Epiſcopus, & Joannes Tiburtinus barbatuli cum mitris in medio depreſſis radiatis capitibus. Joannes XIX. Papa barbatus, S. Laurentius Benedicto S. Tiburtinæ Eccleſiæ Epiſcopo é manu Pontificis acceptam chartulam tradens, primus, & S. Laurentius radiati. Marinus Papa ſine mitra capite radiato, non tamen Huchertus Epiſcopus Tiburtinus ſtans. S. Laurentius ſedens cum pulviolo ſub pedibus, ſtola in lævo humero. Homines Tiburtinos manus paſſas ejus manibus videntes.

17. IOANNES an. 1039. Benedicti Papæ Noni anno 7. nonnulla bona dedit Eccleſiæ Sublacenſi. XX. a 1030. ſeu 1029.

18. BENEDICTUS ſubſcribit Bullam quandam Leonis IX. Pont. Bergomati Eccleſiæ indultam 1049. XXI.

19. GREGORIUS ſucceſſit Benedicto, Leone IX. ſedente. XXII.

20. JOANNES Concilio ſub Nicolao II. celebrato aſſedit anno 1059. Idem reperitur fuiſſe vocatus ad purpuram à Victore Papa II. ut refert Alphonſ. Ciac. XXIII

(„ADAMUS *in Tiburtina Cathedra ſedebat anno „1071. ex Chronica Sublacenſi. Gravis inter hunc & „Joannem Sublacenſem Abbatem agitata eſt contro„verſia ſuper temporale juriſdictione Caſtri Gerani: ut „patet ex eadem Chronica.* Juſtinianus.) XXIV

21. MANFREDUS anno 1110. conſecravit Eccleſiam S. Romani de Sublaco, ut ex appoſita ibidem inſcriptione marmorea patet. XXV.

In nomine Domini noſtri JESU Chriſti amen.

Anno ab Incarnatione ejus MCX. quarta indictione 15. Kalendas Novembris, die S. Luciæ, dedicatio hujus Eccleſiæ ad honorem B. confeſſoris Romani, & B. Blaſii martyris ab Epiſcopo Tiburtino Manfredo nomine, temporibus Paſchalis II. Papa præſidente quoque Cœnobio B. Benedicti, & Scholaſticæ Abbate Joanne; & hoc peractum eſt annuente Deo cum ſummo labore indigni ſacerdotis, & monachi Tranconis.

Idem interfuit dedicationi Eccleſiæ Præneſtinæ, per Paſchalem II. factæ ann. 1117.

22. VIDO ab Innocentio II. roſeo galero condecoratus eſt anno 1134 ſubſcriptus reperitur bullæ ejuſdem Innocentii monaſterii Saxivivi. Datum Laterani anno 1138. 12. Kal. Januarii. XXVI * Ex App. t. 5.

23.* OTHO Epiſcopus Tiburtinus anno 1157. Kal. Septemb. interfuit conſecrationi cryptæ Cathedralis Eccleſiæ Reatinæ, à Dodone Reatino Epiſcopo una cum Petro Narnienſi, & Berardo Furconienſi Præſulibus facta. XXVII.

24. MILO ejuſdem Eccleſiæ Præſul, Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. an. 1179. de eo mentio 1183. in regeſto Sublacenſi. („*Conſecravit an. 1187. die 4. Octobris Eccleſiam S. Mariæ „Magdalenæ: ut conſtat ex Archiv. Tiburtino.* Juſt. XXVIII.

25. N.... Epiſcopus Tiburtinus ab Innocentio III. ſummo Pontifice litteras accepit, reſponditque primæ mulieris voto ſtandum eſſe, licet poſtea filium ex alio ſe ſuſcepiſſe ſciret. Floruit autẽ circa an. 1209. XXIX

26. BE-

XXX. 26. BERARDUS a electus anno 1253. cui ſcribit Innocentius IV. 12. Kal. Septembris epiſt. 77. fol. 204. Pontif. 10. Fratres Minores perhumaniter excepit, ejuſdem Templum attribuens temporibus Alexandri IV an. 1256. Conſule Waddingum tomo 1. Annal. Fratr. Minorum.

a Vel Peraldus.

XXXI 27. GOTTIFREDUS à Clemente IV. translatus fuit ad Reatinam Eccleſiam ann. 1265. X. Kal. Septembris ex reg. Vatic. epiſt. 138. fol. 32.

XXXII. 28. JACOBUS electus à Richardo S. Angeli Diacono Cardinali legato confirmatur à Clemente IV. anno 1265. Nonas Novembris, ex regeſto Vaticano epiſt. 188. fol. 47. Hanc rexit Eccleſiam anno 1280. Erat is vir planè doctus, moribuſque ſanctiſſimis; itaq; compoſuit Clerum, atque ad ſanctiorum morum normam reduxit, ſaluberrimaſque condidit conſtitutiones, quibus Tiburtina Eccleſia ad pietatis ſalubriorem portum proveheretur.

XXXIII. 29. SABATINUS, Sabbantini, ſeu Sabbaritius, eligitur in Epiſcopum Tiburtinum à Martino IV. anno 1. Pontific. Domini verò 1281. ex reg. ejuſdem epiſt. 111. fol. 34. deceſſit anno 1318.

XXXIV. 30. Fr. JACOBUS Ord. Minorum electus eſt anno 1318. Nonas Octobris. Fato functus eſt anno 1320. ex regeſt. Apoſtolico.

XXXV. 31. FR. JOANNES item Ordinis Minorum, Jacobo ſucceſſit anno 1320. 3. Nonas Martii. Defunctus autem eſt 1337. ex eodem reg.

XXXVI. 32. Fr. BRANCA de Urbe b Ordinis Prædicatorũ à Capitulo per viam compromiſſi eligitur, defuncto Joanne, anno 1337. qui obiit ante conſecrationem in curia.

b De eo Fontana de Rom. Prov. p. 321.

XXXVII. 33 JOANNES * Patria Gebennenſis Ord. Præd. c Epiſcopus Tinienſis à Benedicto XII. ad Tiburtinam Eccleſiam translatus ſucceſſit Brancę an. 1337. Kalen. Octobris epiſt. 518. ex reg. Vatic. an. 3. Obiit * Tibure an. 1342. Jacet in Eccleſia S. Blaſii ſui Ord. ante gradus Presbyterii ſub lapidea tabula, ubi effigies jacentis Epiſcopi, & hæc ſculpta verba ſpectantur.

* Ex App. t. 7.

c De eo item Fontana loco cit.

* Ex App. tom. 7.

✝ ✝. Hic requieſcit venerabilis Pater, & D. Frater Joannes Gebennenſis Ordinis Prædicatorum Provincia Franciæ Epiſcopus Tiburtinus Confeſſor Delfini, qui obiit anno Dom. MCCCXLII. menſe Auguſti, Cujus anima requieſcat in pace. Amen.

XXXVIII 34. NICOLAUS Veliternus Canonicus Tudertinus, electus anno 1343. X. Kal. Januarii epiſt. 89. fol. 171. lib. 1.

XXXIX. 35. DANIEL ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1350. ex eodem lib. Obiit 1367.

XL. 36. Fr. PHILIPPUS * de Rufinis, ut ex monumentis Capitolinis obſervavimus, d Romanus, Ordinis Prædicatorum eandem dignitatem cum laude ſuſtinuit 1367. die 6. Novembris ab Urbano V. ex Epiſcopo Iſernienſi huc translatus ex regeſto Vaticano. Hic ab Urbano VI. anno 1378. creatus eſt Presbyter Card. tit. S. Suſannæ, & per Italiam legatus. Sub eodem Pontifice fato ceſſit ſepultus ad S. Sabinam in Aventino.

* Ex App. t. 5.

d Conſule Mandoſii Bibl. Rom. vol. 2. p. 324.

XLI. 37. PETRUS Cincius nobilis Romanus ſucceſſit Philippo circa annum 1380. de quo in ſacrario ſocietatis Annunciatæ ad ejus gentilitia inſignia ex penicillo hæc Tiburis leguntur verba.

Petro Cincio Epiſc. Tiburtino, qui Capitula hujus ſocietatis confirmavit anno Domini M.CCC. LXXXVII.

XLII. 38. PETRUS * ex Stalia familia (longe enim hæc familia Stalia diverſa eſt ab Aſtallia prænobili, quæ adhuc ſuperſtes à Camillo Cardinali hodie exornatur; qui Cardinalis Pamphilius nuncupatur; Stalia vero jamdiu extincta eſt, cujus inſignia fuere quinæ, ac tricenæ teſſerulæ othogonicæ partim aureæ, partim puniceæ) nobilis Romanus ſucceſſit Petro; ſub Urbano VI. anno 1389. memoratur in bulla ejuſdem Pontificis. Fuit Abbatiæ Sublacenſis Reformator 1390. vita autem functus eſt anno 1398. ſepultuſque eſt in Cathedrali ante altare majus, ubi in marmoreo lapide una cum effigie, ac ejus gentilitiis ſtemmatibus, hæc inciſa verba legebantur.


* Ex App. tom. 5.

A *Hic requieſcit corpus nobilis viri Petri Stagliæ de Urbe Epiſcopi Tiburtini, qui obiit anno Dom. M.CCC. LXXXXVIII. menſe Decembris, cujus anima requieſcat in pace.*

Hanc inſcriptionem, nonnullaque alia cœnotaphia, quæ in veteri Cathedrali ſpectabantur, in renovatione ejuſdem Cathedralis collexit è ruinis, mihique communicavit Franciſcus Martius, Tiburtinus Canonicus, Vir eruditus.

39. DOMINICUS Valerinus Romanus, Canonicus Baſilicæ Lateranenſis, Noniq; Bonifacii Pontificis Cubicularius, ad hanc dignitatem promotus eſt ab eodem Pontifice anno 1398. Idus Decembris. Romæ autem deceſſit 1418. ſepultuſque eſt in eadem Baſilica Lateranenſi, cum hac marmorea inſcriptione. XLIII

Hic requieſcit corpus bonæ memoriæ reverendi in Chriſto Patris D. D. Dominici de Valerinis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopi Tiburtini, qui obiit anno Domini M.CCCC.XVIII. menſis Decembris die xxiii. cujus anima requieſcat in pace. B



40. SANCTES de Cavis, Lateranenſis Eccleſiæ Canonicus, defuncto Dominico ſuffectus eſt, anno 1418. 16. Kal. Martii. Hic ſapientiam cum ſingulari prudentia dicitur conjunxiſſe, Martinoque V. Columnæ maximo uſui fuit, cujus aliquando Romæ Vicarius fuit, ubi & deceſſit anno 1427. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ Novæ, ubi marmori inſculpta ejus ſpectatur effigies cum gentilitiis ſtemmatibus, quæ Columnam continent coronatam, quam iterum gemina roſa decorat, ſubjectamque hanc habent inſcriptionem. XLIV C

Sepulchrum D. Sancti de Cavis Epiſcopi Tiburtini D. Noſtri Papæ vicarii, qui obiit Anno Domini M CCCC. XXVII Menſis Maii Die 5. Cujus Anima requieſcat in pace.

41. NICOLAUS de Cæſaribus de Cæciliano Martini V. Cubicularius electus Nonis Martii anno 1427. Florentino Concilio inter ejuſdem Concilii Patres aſſedit, Spoletumq; in Umbria nobilem Civitatem fræn avit. Tiburis antem excepit Ferdinandum e Regem Neapolitanum Fato deinde functus eſt an. 1450. („Quæ huic acciderit ſub Eugenio IV. Ciaconius refert.) XLV.

e Alphonſum I.

42. Fr. LAURENTIUS Ordinis Minorum adlectus eſt f, anno 1450. die 6. menſis Auguſti: quo Præſule, Nicolaus V. pro bono regimine, ac reformatione Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ ſequentis tenoris diploma ſtatuit ab originali ejuſdem Eccleſiæ Archivo deſumptum. XLVI D

f De eo plura Jo. ... in Epiſc. Tiburtinis p. 54.

NICOLAUS EPISCOPUS, ſervus ſervorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Ad Eccleſiarum omnium, potiſſime Cathedralium ſtatum ſalubriter, & proſpere dirigendum, paternis, & ſollicitis ſtudiis intendẽtes, prout, & debito paſtoralis officii obligamur, illarum profectibus libenter intendimus, & iis, quæ pro incremento divini cultus in illis profutura cognoſcimus, ut in eis Majeſtas Altiſſimi jugiter collaudetur, quantum cum Deo poſſumus favore benevolo impartimur. Dum itaque ſicut accepimus in Eccleſia Tiburtina, quæ inter alias Almæ Urbis circũſtantes Eccleſias Cathedrales inſignis exiſtit, propter nonnullorum illius Canonicorum, qui XII. numero exiſtunt, abſentiam divinus cultus remaneat non mediocriter diminutus. Nos qui dum cultus augmen-

tum

tum intenſis deſideriis affectamus ipſius Eccleſiæ profectibus, & reformationi, prout ex ſuſcepti regiminis onere obligamur, ut in illa noſtris præſertim temporibus cultus hujuſmodi reſtoreat providere ſalubriter cupientes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblata petitione inſtantiam omnes Canonicorum ipſius Eccleſiæ præbendas in quibuſcunque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, penſionibus conſtibus ſeu quibuſvis aliis emolumentis, rebus & bonis conſiſtentes, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, eaſque ſic ſuppreſſas, & extinctas ad proventus communes inter Canonicos inibi pro tempore reſidentes, & perſonaliter deſervientes dumtaxat pro quotidianis diſtributionibus perpetuis futuris temporibus, dividendas. Itaque de illis nihil niſi reſidentibus, & perſonaliter deſervientibus Canonicis hujuſmodi miniſtrari, ſeu aſſignari debeat eadem authoritate reducimus, & pro reductis habere volumus, & mandamus, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, reductionis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dom. 1451. 18. *Kal. Maii, Pont. noſtri anno* 5.



XLVII. 43. ANGELUS Lupus nobilis Tiburtinus poſt Laurentium ordinatus eſt Epiſcopus ann. 1471. Non. Novembris. Hic vir eruditione, ac pietate fulgidus temporibus Sixti IV. & Innocentii VIII. floruit, & mirum in modum prudentia excelluit; nonnullas Eccleſiaſticæ ditionis Urbes ſub iiſdem Pontificibus rexit, ſuamq; Tiburtinam ſponſam mira charitate dilexit, in qua an. 1485. moriens humari voluit. Jacuit vero ipſius corpus in veteri Cathedrali in nobili marmoreo tumulo, una cum ejuſdem Epiſcopi jacentis ſtatua; gentilitiaque ſtemmata Lupi caput in argentea parma; ad cujus baſim ſepulchri hoc epitaphium legebatur.

Angelo Lupo Pont. Tiburtino juris utriuſque Conſultiſſ. ſacrarum literarum, & rituum peritiſſ. integritate, fide, & caſtimonia claro, utroque totius Latii Patri, cujus in primis, inde Reatinorum, Tiphernat. Aſculan. Fanenſ. Peruſin. Picentium, cæterorumque popul. quos mira juſtitia, magnanimitate, & abſtinentia gubernavit, deſiderio ſunerato, Fratres Petrus Lupus Pont. Soranus, Leonardus, & Proſper benemerito, & pientiſſimo poſuerunt. Vixit annis lxiii. menſibus iii. diebus viii. Obiit an. ſalutis M.CCCC. LXXXV.

XLVIII. 44. ANTONIUS de Graſſis Bononienſis a J. U. D. ac Referendarius Apoſtolicus, Generaliſque Auditor Sacri Palatii, creatus eſt anno 1486. deceſſitque Romæ 1491.

a Vide Bibl. Bonon. Bumaldi. Mand.

XLIX. 45. EVANGELISTA de Mariſtellis, ex Caſtro Cajo Prænestinæ Diœceſis, creatus eſt Epiſcopus an. 1491. die 28. menſis Aprilis. Romæ fato functus eſt an. 1499. menſe Septembris.

L. 46. ANGELUS Leoninus nobili, & vetuſta familia Tiburtina ſatus, virtute, & eruditione clarus, Patriæ Præſul evaſit, defuncto Evangeliſta, an. 1499. die 2. Octob. Hic Prolegatus Bononiæ fuit, Julio II. Pontifice imperante, à quo ad Archiepiſcopatum Turritanum translatus eſt anno 1509. die 3. menſis Auguſti. Mortalitatem explevit anno 1517. corpus Tiburi relatum in Cathedrali prope ſacellum ſanctiſſimi Salvatoris in nobili marmoreo tumulo a Camillo nepote ſucceſſore incluſum, hoc epitaphio inſcriptum habet.

Angelo ex vetuſta Tiburtina Leoninorum familia, philoſophiæ, cæterarumque liberalium artium ſcientia eruditiſſimo, gratiſſ. aſpectu, ſingulari facundia, innumeriſque naturæ dotibus prædito, ſummis Pontific. Alexandro VI. qui eum ad Tiburtinam Eccleſiam promovit, Julio II. qui ad Turritan. tranſtulit, Leoni X. qui grandiorem etiam dignitatem conceſſurus affinitate honeſtavit chariſſ. eorum nomine ad diverſos Reges, & principes Chriſtianos legation. magna omnium gratia, & admiratione fideliter, prudenterque perfuncto.

Camillus Epiſcopus Tiburtinus nepos, & Vincentius Pontificiæ cuſtodiæ præfectus frater. Patruo optimo faciend. curarunt anno ſalutis Chriſtianæ M. D. XVII.

Ibidem ad oſtium ſepulchri hi verſus leguntur.

Si ſimiles eſſent alii, quæ Parthica tela
Religio metuit, nunc metuenda foret.

Inſignia verò Leoninæ familiæ ſunt erectus, rapaxque Leo, palmam præ manibus habens.

47. CAMILLUS Leoninus Patruo nepos ſucceſſit die 3. menſis Auguſti anno 1509. Hic Laterano Concilio interfuit, fuitque Prolegatus Avenionenſis, Legatuſque eſt ad Ludovicum XII. Regem Gallorum Julio II. ſedente, cujus meminit Guicciardinus lib. 10. hiſtor. ſui temporis. Deceſſit Romæ, ſumma apud omnes Principes exiſtimatione prudentiæ anno 1527. LI.

48. MARCUS ANTONIUS de Cruce Civis Tiburtinus ſuæ Patriæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1528. die 27. menſis Januarii. VII. Clementis Camerarius fuit, ab eodemque officioſè dilectus. Tiburtinam Eccleſiam ad multos annos ſapientiſſimè rexit, anno verò 1554. eo munere ſe exolvit. Moritur anno 1563. corpus delatum in Cathedralem ibique jacet, habuitque in vetere Cathedrali hoc epitaphium. LII.

D. O. M.

Marco Antonio Crucio Epiſcopo Tiburtino ſingulari integritate, & innocentia viro, qui cum Leoni X. Clementique VII. Pont. Max. familiaris, & gratus extitiſſet, mortuus eſt tandem ſenio confectus in Patria, & Eccleſia ſua non ſine totius Civitatis, & familiæ ſuæ lachrymis, & mœrore annum agens lxxiv. Joannes Andreas Crucius Epiſcopus Tiburtinus Patruo, & prædeceſſori benem. poſ. ann. M. D. LXIV. Non. Aug.

49. JO. ANDREAS de Cruce ſuperioris Epiſcopi nepos, à Julio III. ad Tiburtinam dignitatem aſſumptus eſt, die 20. menſis Februarii anno 1554. Longiſſimus Pontifex fuit, effœtæque ætatis deceſſit an. 1595. ſepultus in Cathedrali prope patruum cum hoc epitaphio. LIII.

D. O. M.

Joanni Andreæ Crucio J. U. D. Epiſcopo Tiburtino prudentiſſimo, Patriæ gratiſſ. & virtutum omnium genere exornatiſſ. qui cum Tridentino Concilio honorificè interfuerit, Urbeveterem rectè adminiſtraverit, atque in Patrimonii Provincia Legati vices optimè peregerit, multiſque principibus familiaris, & gratus ſemper extiterit, pluribus tandem exantlatis laboribus in Patriæ ſinu moriturus conſenuit. Obiit anno D. M. D. XCV. iv. Non. Febr. vixit an. lxvi. menſ. v. dies xx.

50. DOMINICUS Tuſchus b Regienſis ex Inſubria, Tiburtinus Epiſcopus declaratus eſt an. 1595. LIV.

b De eo Ghillinus

die

In Theatro vol.1.p.45. Nicius Pinacoth.1. imag.19. Thomaſinus in Elog.1.p.131. Bentivolus in Memoriis l.1.p.81. Mand.

die 10. menſis Maii. Natus Dominicus eſt Caſtellanari prope Regium honeſtis parentibus die S. Bartholomæo ſacro an. 1534. atque à Patruo, qui tunc Romæ Mathematicas profitebatur, Geometricis diſciplinis expolitus eſt. Cæterum dum adhuc adoleſceret, Patruo, Parenteque quaſi gemino lumine orbatus eſt, prementeque neceſſitate, Sigiſmundo Eſtenſi, quem Carolus V. Imperator invictus Papiæ Gubernatorem præfecerat, tanquam Patriæ ſuæ Marchioni militarem adhibuit ſervitutem, evaſitque brevi Centurio, quippe qui æquè ad arma, atque ingenii laudem videretur aptiſſimus. Dum autem quadam die in Sigiſmundi Eſtenſis Aula feriatus ſederet, ut falleret tempus, accipit codicem, quem primum ſors obtulerat, in quo cum Iuſtiniani ſanctiſſimi Imperatoris inſtituta legiſſet, adeo amore legum captus eſt, ut armorum oblitus, tranquillitatem Togæ aſſiduè cogitaret. Quid plura? Marchioni explicat votum, impetrat quod volebat, hoc eſt miſſionem ab armis, acceſſionem ad Togam, cujus præcipuum decus ſunt leges, ac jura. Marchio autem non contentus è milite legum candidatum feciſſe Dominicum, addidit etiam favorem, opeſque, quibus adjutus in Papienſi publica Academia haud pœnitendos progreſſus efficeret. Nec defuit ſpei eventus. Siquidem cum Tuſchus largius legum fontes bibiſſet, honorificam ejus facultatis retulit lauream, Sigiſmundique Domini Auditor evaſit. Marchione verò defuncto cum revertiſſet in patriam, S. Martini Caſtelli Prætor tenunciatus eſt; inde cum Romam fuiſſet profectus, Procuratoris munere fungebatur ſub diſciplina Antonii Capondii celeberrimi Juriſconſulti. Itaque cum Dominicus apud omnis ordinis homines maximam exiſtimationem collegiſſet, Cardinalis Petri Donati Cæſii familiaritatem commeruit, itaut juridica procuratione ejuſdem tutaretur fortunas, deinde etiam illius Auditor factus conſilia expediret. Inde Tuſcho viſa eſt fortuna felicior arridere. Siquidem cum Cæſio Cardinali Bononienſis Legatio obveniſſet, ejus trepidi muneris Auditor Generalis Dominicus effectus eſt, deinde etiam ſub Salviato, qui ſucceſſerat Cæſio, ob ingentem prudentiæ famam Vicelegatus renunciatus, ac ubi Cardinalis contigiſſet abeſſe, ejuſdem Civitatis adminiſtrator. Rediit deinde Romam, charuſque fuit in paucis Ferdinando Mediceo Cardinali, qui cum poſtea cum ſceptro Etruriæ purpuram commutaſſet, Dominicum Tuſchum Conſiliarium Status adſcivit, eodemque diutius uſus fuiſſet, niſi Etruſcum ſubtile Cœlum ad Romanum illum iterum compuliſſet. Ubi à Clemente VIII. ſacræ Conſultæ Præſul primum declaratus eſt, pauloque poſt Epiſcopus Tiburtinus, Romæque Gubernator; anno verò 1598. etiam Cardinalis titulo S. Petri in Monte Aureo, ac deinde S. Onuphrii. In omnibus Congregationibus, ut vocant, quæ agitantur Romæ, ſuffragium tulit, ob ingentem peritiam legum, quas ille pertinaciſſimo ſtudio, diligentiaque ſingulari compulit, coegitque in Repertorium, in octo prægrandia volumina diſtinctum, unde Juriſperitis, publicoque maximæ utilitates dimanarunt. Dominici doctrinam comitas cum lumine quodam ingenii ſemper exotnabat, commendabatque. Denique cum æquè par adverſæ, proſperæque fortunæ fuiſſet, Romæ deceſſit, cum Tiburtinam Eccleſiam nepoti renunciaſſet, ſupra ſextum annum octuageſimum agens 1620. die 26. menſis Martii, ejuſque cadaver cum hac brevi, ſimplicique inſcriptione in S. Petro in Monte Aureo tumulatum eſt.

DOMINICI CARDINALIS TUSCHI OSSA.

In Cathedrali verò Regienſi, hoc de eodem honorarium legitur Elogium in ſacello viſitationis à ſe conſtructo.

D. O. M.

Dominicus tit. S. Onuphrii S. R. E. presb. card. Tuſchus, qui ſub Gregorio XIII. Pont. Max. Auditor Generalis Bononiæ ſub legatione Petri Donati Card. Cæſii, deinde ſub Xiſto V. ibidem Vicelegatus extitit Antonii Mariæ Card. Salviati, qua legatione obita Gubernator ejuſdem uſq; in adventum Henrici Card. Cajetani permanſit. Poſt hac à sereniſſ. Ferdinando Med. Magno Etruriæ Duce motu proprio in ſummo Magiſtratu Conſiliariorum ſtatus Florentiæ Auditor perpetuo deputatus, deinde à Clemente VIII. Pont. Max. Vocatus, & ſacræ Conſultæ Prælatus conſtitutus, mox Epiſcopus Tiburtinus electus, poſtremo Almæ Urbis Gubernator declaratus, tandem in ampliſſimum Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatus. His omnibus laudabiliter geſtis, & ſe mortalem ſentiens, Viſitationi B. Virginis, cujus protectioni ſemper humiliſſimè ſe commendavit, ſacellum ornari mandavit, & ſibi vivens locum ſepulturæ delegit.

Anno M. DC. V. ætatis ſuæ lxxi.

51. JO. BAPTISTA Tuſchus Regienſis nepos ſupra commemorati Cardinalis, ex ceſſione Patrui, Tiburtinus evaſit Epiſc. anno 1606. exſpirantis Julii poſtrema die. Anno verò 1621. die 29. menſis Martii à Greg XV. ad Reatinam Eccleſiam translatus eſt. LV.

52. BARTHOLOMÆUS Cardinalis Cæſius, Archiepiſcopus Cuſentinus a, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1621. die 5. menſis Maii; in eadem Civitate, eodem anno defunctus eſt, die 18. menſis Octobris. Ejus verò corpus Romam delatum, in ſuæ gentis ſacello tumulatum eſt apud Baſilicam Liberianam. Ejus elogium noſter Andreas Victorellus compoſuit in ſuis ad Ciaconium notis. LVI.

a Conſentinus.

53. M. ANTONIUS Gozadinus Bononienſis presbyter Card. tit. S. Euſebii, anno 1622. electus eſt Epiſcopus Tiburtinus à Gregorio XV. affini ſuo, qui ab eodem paulò antea ad purpuram vocatus fuerat. Anno. verò 1623. ab Urban. VIII. ad Eccleſiam Faventinam translatus eſt. LVII.

54. MARIUS Urſinus Biſinianenſis antea Epiſcopus, ad hanc eandem Eccleſiam translatus eſt anno 1624. die 15. Aprilis; qui vita functus eſt anno 1634. menſe Martio. LVIII.

55. JULIUS Card. Roma antea Lauretanus, & Recanatenſis Epiſcopus, ſumma hujus Eccl. gloria, huc translatus eſt ab Urbano VIII. anno 1634. qui cum Tibur acceſſiſſet, Epiſcopale palatium ad habitandum incommodum repertum, ſumma diligentia inſtauravit, ampliavitque; deinde Cathedralem vetuſtate deformem, ac penè collabentem animo regio everti juſſam anno 1635. ab ipſis fundamentis reſtituit, perfecitque pulcherrimè, ingentique populi lætitia anno 1641. prima die Februarii luſtravit, primumq; ſacrum ſolemni pompa in B. Laurentii Martyris honorem celebravit; ſupra templi portam ſequens inſcriptio exarata eſt. LIX.

D. O. M.

Julius Cardinalis Roma Mediolanenſis Epiſcopus Tiburtinus S. Laurentii Baſilicam temporis injuria fatiſcentem ſolo æquavit & à fundamentis reſtituit An. ſal. M.DC.XL.

Quinto ante Eccleſiam ſacris luſtratam die marmoream urnam in majori altari collocavit, in eaque corpora SS. Martyrum Generoſi, Severini, Romulæ, & Redemptæ repoſuit. Ab Eccleſia Collegiata S. Petri, Archipresbyterum, & Canonicos 5. traduxit, atque ad Cathedralem aggregavit, clariſſimamque imaginem Crucifixi ab eadem Eccleſia tranſtulit, nec unquam Eccleſiam ſuam ornamentis pulcherrimis decorare deſiſtit. Seminarium quoque, non ſine ingenti Urbis utilitate, exſtruere aggreſſus eſt, adeoque Clerum compoſuit, boniſque moribus perpolivit, ut eorum converſatio cæteris exemplo eſſe poſſit. Illuſtrat etiam cæteras ejus laudes, virum religioſum, doctumque adſciviſſe, quem ſuum coadiutorem vocat, qui continuo diœceſim luſtret, populos inſtruat, atque informet ad pietatem, Eccleſias adeat, iiſque provideat. Tantas denique virtutes, egregiaque facinora explicat vigilantiſſimus is Paſtor, ut commiſſi illi populi de eo merito triumphare poſſint. * Obiit denique an. 1652. die 16. Septembris.

* Ex Appendice tom. 9.

56. MARCELLUS Sanctacrucius Presb. Card. LX

ab Innocentio X. Pont. Max. creatus, Tiburtinum etiam Epiſcopatum accepit eodem anno 1652. Menſe Octob.

A

ADDITIO.

„ *Sacrarium ornavit, & ſacra ſupellectili auxit, cujus* „ *beneficentiæ in Cathedrali plures viſuntur memoriæ.* „ *Romæ ex ſuppreſſione urinæ gravi morbo percuſſus lu-* „ *gentibus bonis omnibus interiit die* 19. *Decemb.* 1674. „ *ætatis ſuæ an.* 54.

LXI. „ *FEDERICUS Card. Sfortia Romanus huic ovi-* „ *li attributus eſt Paſtor, dignus qui Regna ſuo frænaret* „ *Imperio* 28. *Jan.* 1675. *pretioſam ſupellectilem ſuæ* „ *Cathedralis auxit, omniumque mœrore hoc onere ſe* „ *exolvit, omnique purpurei honoris extremo faſtocœ-* „ *dens pertinaci morbo correptus, omnibuſque ſacra-* „ *mentis ſumma pietate munitus in ſuo Urbis Palatio* „ *die Pentecoſtes* 24. *Maij* 1676. *occubuit. Solemni* „ *pompa ſublatum cadaver in Sacello majorum Libe-* „ *riana Baſilicæ humatum fuit.*

LXII. „ *MARIUS Albritius nobilis Neapolitanus, &* „ *Farneſianum genus attingens ex materno ſtipite, pu-* B „ *rioris literaturæ ornatiſſimus, & J. U. Doctor, & in* „ *Sacra Theologia Magiſter, factus Vaticanæ Baſilicæ* „ *Canonicus, & inter Romanæ Aulæ Prælatos coopta-* „ *tus, Nuncius ad Cæſarem deſtinatur, inungitur Ar-* „ *chiepiſcopus Neocæſareenſis ineunte anno* 1671. *In-* „ *juncta Legatione ſumma probitate, & fide dum fun-* „ *geretur, ſe renunciatum intellexit à Clemente X.* „ *Preſbyterum Cardinalem. Romam deinde accedens,* „ *Titulum obtinuit S. Joannis ante Portam Latinam,* „ *& Epiſcopatu Tiburtino potitus eſt die* 22. *Jun.* 1676. „ *Quartum cum excurreret annum in hoc Paſtorali re-* „ *gimine, Romanæ Aulæ curis, ut accuratiùs incumbe-* „ *ret, libens, & volens Nuncium remiſit. Aſt carci-* „ *nodis in crure, pertinacique febri divexatus mortali-* „ *tatis curſum explevit die* 29. *Septembris hora prima* „ *noctis ann.* 1680. *ætatis ſuæ* 70. *excedens; ſublatuſque* „ *ſolemni pompa, tumulatus eſt in Liberiana Baſilica* „ *cum hac lapidi exſculpta inſcriptiuncula.*

D. O. M.

„ *Immortale nomen Marii Cardinalis Albritii* C „ *juxta humilem votum ipſius hic deliteſcere haud paſſi* „ *ſunt Cardinales Alterius, Carpinens., Mariſcotus* „ *executores teſtamentarii anno MDCLXXX.*

LXIII „ GALEATIUS *Mariſcotus, nobilis Romanus,* „ *Archiepiſcopus Corinthi, & Hiſpaniarum Nuncius,* „ *inde S. R. E. Presbyter. Cardinalis enunciatus à Cle-* „ *mente X. die* 27. *Maii* 1675. *Ferrariam Legatus re-* „ *xit, Albritio ſubrogatus eſt* 4. *Septembris* 1679. „ *Cathedralis ſacram ſupellectilem auxit, novis ibi-* „ *dem de ſuo ære inſtitutis Capellaniis, & Capitulo* „ *ampliori miniſterio exornato. Gravioribus implici-* „ *tus pro univerſalis Eccleſiæ bono, Tiburtina ex ejus* „ *abſentia nequid pateretur,* 11. *cum eodem præfuiſſet* „ *annis, Nuncium remiſit, omnibus, & præcipuè paupe-* „ *ribus ex ejus abſceſſu collachrymantibus.*

LXIV „ ANTONIUS *Fonſeca, nobilis Romanus, Ba-* „ *ſilicæ S. Laurentii in Damaſo Canonicus, vita probi-* „ *tate, & doctrina ſpectabilis Cardinali Mariſcotto* „ *ſuffectus eſt* 11. *Januarii* 1690. *egregia laude pruden-* „ *tiæ jus ſacrum dicit, dicatque diu.*

D

TIPHERNATES SEU CIVITATIS CASTELLI EPISCOPI



PRope fluvium Tiberim ad radices Apennini in Umbria antiquum Oppidum Tiphernum ſitũ B eſt, quod hodie Civitatem Caſtelli a vocamus: cujus originem nonnulli referunt in Tiphernum Sabinæ gentis Regulum, Romanorumque exulem, poſt utriuſque gentis conjunctionem ad Romani nominis firmius ſtabilimentum, ac deinceps à conditore Tiphernum fuiſſe appellatum. Alii fictitii Meliſſi portentoſa ſecuti mendacia, hujus Civitatis Auctorem faciunt Argarium Tiphernium, filium C. Secatii Sabini Ducis Vilumbrorum, adduntque poſtea à Romanis fuiſſe auctam, & locupletatam. Non deſunt qui Tiphernum, Tiberinam Civitatem appellent, Tiphernates verò Tiberienſes, atque Metaurenſes, ut vocat Plinius libro 3. Ptolomæus reiicit hanc Civitatem in Umbros. Ibi Plinius II. ſumptuoſum templum exſtruxit, illudque ipſemet dedicavit, teſtaturque libro 4. epiſtolarum ad Fabatum, in hæc verba: *Oppidum eſt prædiis noſtris vicinum, nomen Tiphernum Tiberinum, quod me pene adhuc puerum patronum cooptavit, tanto majore ſtudio, quanto minore judicio adventus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus* C *gaudet. In hoc ego ut referrem gratiam, nam vinci in amore turpiſſimum eſt, templum pecunia mea exſtruxi, cujus dedicationem, quum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui.* Hactenus Plinius. Idem Plinius ibidem ſumptuoſam villam poſſedit, quam prælonga, ac eruditiſſima 6. epiſtola 5. libri ad Apollinarem ſuum deſcribit, ex cujus ruinis vult Blondus Civitatem S. Sepulchri ſumpſiſſe principium, ac incrementum. Municipium Romanorum fuit, ut probat Honuphrius Panvinius in libro 3. Commentariorum de Republica Romana. Antiquum nomen Tipherni, Tiberinæque Civitatis retinuit, donec Totila jubente, per Jantalagum Ducem ſæviſſimũ, excidium cum tota Etruria paſſa eſt circa annum 550. Tiphernatum tunc Præſul erat Florius, vir florentiſſimæ ſanctitatis, qui cum ad Herculanum Peruſium perfugiſſet cum aliquot Tifernatibus Civibus, declinavit iram ſuperbi victoris; cumque detonuiſſet illa procella, exciſæ patriæ miſertus, illam D cœpit inſtaurare; conſtructoque primùm parvo Caſtello, ut futuræ ampliationi gradum faceret, antiquum Tipherni nomen obliteravit, circumvicinis populis primam illam conſtructionem Civitatẽ Caſtelli vocantibus. Apud vulgus hujuſmodi nomen hactenus invaluit, tametſi latinè ſcribentibus adhuc appelletur Tiphernum. Cæterum hæc Civitas jam inde à ſuo exordio faſces Romani Imperii venerata eſt, donec variante fortuna, coacta eſt plurimis Dominis ſervire, libertate amiſſa. Siquidem per aliquot ſecula Romanis Pontificibus paruit, deinde Vido Petramala Epiſcopus Aretinus Romanæ ſedi, intentatis armis, illam ademit, quem Joannes XXII. Eccleſiaſticis cenſuris involutum, honore Epiſcopatus ſpoliavit, nec tamen recuperavit Tiphernum: cenſuris enim Eccleſiaſticis tanquam terriculamentis neglectis, Civitati munitiores muros adjecit. Interea deceſſit Vido, nec tamen Tiphernates redierunt ad pileum. Tunc enim à Ghibellinis, inde op-

a Vulgò, Città di Caſtello.

pu-

pugnata à Guelphis, modo Petramaleſiis, modo Ubaldinis, modo Vitelliis illarum factionum principibus, ceſſit in prædam. Anno verò 1375. die 3. menſis Decembris cum XI. Gregorii Pontificis armatas acies depuliſſent à muris, ſe aſſeruerunt in libertatem, brevioris moræ Reipublicæ larva induta. Bracius enim à Montone, Dux egregiè fortis, jugo injectu Tiphernates, quoad vixit, oppreſſit; ex cujus exceſſu, cum ad Pontifices, Martini V. temporibus, rediiſſet, iterata contra Apoſtolicam ſedem perfidia, Nicolaus Vitellius Tiphernum ſuæ ditionis effecit, quem Sixti Quarti Pontificis arma deinde vicerunt, exueruntque Tiphernatium Principatu. Iterum ergo Sancta Sedes Tipherno potita eſt, hactenuſque ei Civitati æquiſſima jura ſcribit. De rerum Tiphernatium converſionibus ſcripſere Volaterranus, Leonardus Aretinus, Podius, Blondus, Sabellicus, D. Antoninus, Platina, atque Campanus. De origine Civitatis Tipherni tractatum ſcripſit, mendaciis innumeris refertum, Alphonſus Ciccarellus, quod M. S. extat apud me. Hanc Civitatem haud in poſtremis fuiſſe, quæ Chriſti ſacra ſuſceperit, illud eſt argumento, quod ante centum annos, Præſulem S. ſedi immediatè ſubiectum venerabatur, quã pateretur excidium. Ei pro tutelari divo eſt S. Florius, ſanctuſque Amantius ejuſdem ſocius, quibus nova Cathedralis dedicata eſt, quam poſt diram illam eluvionẽ bellorum, S. Florius ædificaverat, ubi olim Plinius Junior ſumptuoſi operis excitaverat Templum. Vnica Præpoſitura gaudet, cum 12. Canonicis, totidem Capellanis, cæteroque promiſcuo, atque amovibili Clero. Præter corpora Protectorum SS. Florii, & Amantii, plures ibi inſignes ſanctorum reliquiæ ſpectantur. Intra Civitatis muros 12. monaſteria Religioſorum ſunt, 8. Monialium, Laicorum verò 9. confraternitates, unicum a Xenodochium, mons Pietatis, tametſi hactenus ſeminario deſtituatur b. Præter Cathedralem, novem Parochiales Eccleſiæ numerantur, ubi fons Baptiſmalis habetur. Haud procul à Cathedrali ſatis commodum viſitur Epiſcopale palatiũ. Diœceſis ampla eſt, quippe quæ 50. & eo amplius complectatur Caſtella. In libris Apoſtolicæ Cameræ hujus Eccleſiæ taxa eſt florenorum 250. c cum ejuſdem annuum cenſum 1700. ſcuta d dicantur explere. Præſules, qui Tiphernatibus jus divinum dixerunt, ſunt, qui ſequuntur, quos tum ex Archivo illius Eccleſiæ, tum ex aliis monumentis, atque ſcripturis ex fide protulimus.

a. Duo Xenodochia.

b Nunc adeſt optimè inſtructum Seminarium.

c 250.

d. Vel 2400. Scuta Mon. Rom.

ADDITIO.

(„*Conſtat ſanè ex prædicatione S. Creſcentiani piiſ-* „*ſimi viri ex equeſtri Ordine* Diocletiani *temporibus* „*Tiphernates mirum in modũ amplexatos fuiſſe Euã-* „*gelicum dogma. Hujus urbis Cathedralis Canonicos* „*olim habuit Regulares ex rigidiori monachali inſtitu-* „*to, eo ſiquidem, quod coluit S. Frigidianus Epiſcopus* „*Lucenſis, quos ad ſeculares Clericos demigrare fecit* „*Gregorius XIII. ut ex ejus diplomate in Cathedralis* „*Archivo de an.* 1578. *Regularium pleniſſimum jus* „*erat quemlibet aſſumendi ad eorum numerum, digni-* „*tates, pluraque beneficia tam curata, quam ſimplicia* „*conferendi: modo in mẽſibus Apoſtolica* Datariæ *non* „*reſervatis conferunt, quæ vacare contigerint, Cano-* „*nicales præbendas, nonnullaque beneficia.* Divinum „*opus perurgent Propoſitura, & Archidiaconalis di-* „*gnitates cum* 15. *Canonicis, & in his Pœnitentiarius,* „*& Theologus adnumerantur. Animarum amplior cu-* „*ra mihi eſt, quæ exercetur à Vicario perpetuo deputa-* „*to à Capitulo, qui à duobus ſacerdotibus ad nutum* „*amovibilibus coadiuvatur. A cathedrali parum di-* „*ſtat Epiſcopale Palatium. Animæ in Vrbe, quæ duo* „*millia paſſuum circuitus complectitur, ſunt circiter* „6000. *Diœceſis olim ampliſſima erat: ceſſit deinde ali-* „*is plurima ſua jura epiſcopatibus, Aretino, Cortonen-* „*ſi, Burgi S. Sepulchri, & S. Angeli in Vado, ut ex* „*Codice Epiſcopalis Cancellaria nuncupato:* de livetati, *depromitur. Jam nunc ſatis ampla eſt;* 117. *rura, ſeu pagos enumerat; in his ferè* 15. *millia mortalium capita vivunt. Cætera loca præcipua ſunt* Terra Citerna, *ubi tria Regularia Franciſcani Ord. ſodalitia, & Clariſſarum cœnobium: Terra vulgo* di Montune *Minorum Conventualium, & Capucinorum ſacra ſepta habet, monialium Ord. S. Benedicti, & Clariſſarum alterum. In Oppido montis S. Mariæ marchionatus, quod eſt inclytæ gentis* del Monte, *Hebræorum cætus inhabitat: illud idem ſacrant Sanctimoniales Auguſtiniani inſtituti: aliaque extant oppida marchionatus titulo* de Sorbello, *utilis Dominii nobilis Sorbellæ gentis,* de Rufina *Palutiorum, Comitatus* di Pecchie *Ubaldinorum, Comitatus* delle Carpine *dominii de Cantalmaggi, modicos incolas in Carda Urbinate, alioſque paucos plebi Rafinatæ temporalis* Dominii *magni Ducis Etruriæ; enumerat hæc diœceſis plus minus* 35000. *mortales.* Lucent.)

1. EUBODIUS Tiphernas Epiſcopus Concilio Romano interſuit anno 465. (1) I.

2. MARIUS Epiſcopus floruit ſub Symmacho Papa 498. (*Tifernianus Epiſcopus deſcribitur in Rom.* „*Conc. anno* 499.) II.

3. INNOCENTIUS verò Civis an. 502. (*Triferninus, & Tifernatius dicitur in Rom. Synodis.* 5?. „502. 503. 504. *Hi tres Epiſcopi perperã etiam dicuntur Æſernienſes, & ibi à nobis rejiciuntur.* Lucent.) III.

4. S. FLORIUS e Civis & Epiſcopus Tiphernas, S. Herculani nobilis Alumnus, Pelagii I. Pontificis temporibus floruit, uſque ad tempora M. Gregorii, qui eundem in paucis dilexit, & coluit, cum Amantio Presbytero S. Florii Sodali, profectuſque Romam eſt, ut S. Gregorius in Dialogis narrat. Oculis ipſe hauſit Tipherni excidium, quod prædabundi Totilæ Milites immerenti Civitati intulere, perfugitque ad Herculanum Peruſium, ut apud Magiſtrum ſalutare inveniret effugium, ut cum ſervatis Civibus, deſolatæ deinde Civitati poſſet uſui eſſe. Itaque cũ rabiem exſatiaſſent victores, atque aliò circumferrent victricia ſigna, progreſſus Florius cum iis, qui Peruſium profugerant, Civibus, ex Patriæ ruinis parvum excitavit Caſtellum, unde redivivæ poſtea Civitati indidere nomen, antiquo ſuppreſſo. Cumque Clerum ſanctioribus moribus excultum iterum reſtituiſſet, ingentibuſque inclaruiſſet miraculis, adiit ad ſuperos anno 607. Idus Novembris. Ejus migrationi plures circumvicini Præſules interfuere; in iis autem præcipuè Laurentius Aretinus Epiſcopus, hac Angelica voce excitatus: *Laurenti feſtina, quia Florius migrat.* Laurẽtius cum ad Florium propius jam cum morte luctantem perveniſſet, proximè abiturum ſacra Euchariſtia ſanctè refecit, præſentibus Hubentio Peruſino, Leontioque Urbinate Epiſcopis, qui ſato deinde functum in Cathedrali ſepelierunt, quam ipſe olim antea conſtruxerat. Propius noſtræ memoriæ labuntur anni, cum Alexander Filodorus Tiphernas Epiſcopus hujus S. Epiſcopi venerandas reliquias duobus vitreis vaſis in pervetuſto Cathedralis muro repertas, honorificentiori loco collocandas curavit. Ejus feſtus dies magna Tiphernatium celebritate in tota Diœceſi agitur. (2) IV.

e Al. Floridus.

5. LUMINOSUS Epiſcopus reperitur Laterano Concilio interfuiſſe ſub Martino Pontifice an. 649. („ *ibique vocatur Tiferniſtiberinorum Epiſcopus.*) V.

6. S. ALBERTUS Epiſcopus, & Martyr Tiphernatibus præfuit anno 730. dies feſtus celebratur 7. Auguſti, ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ. (3) VI.

7. BONIFACIUS eandem ſedem tenebat anno 761. interfuitque Romano Concilio ſub Paulo I. Romano Pontifice. VII.

S. STA-

(1) Eubodium præceſſiſſe alios Antiſtites haud incongruum eſt opinari, cum hæc civitas cœleſtibus fulfulta myſteriis, haud ſuis minimè orbatam fuiſſe exiſtimandum eſt ſacris Paſtoribus, ſæpiùs laureata pro fide ſuorum Civium ſanguine. Flacco ſiquidem Præſide in perſecutione Diocletiani Octo [illegible] Evangelici dogmatis defenſores die 10. Sept. an. 303. Patriam, & fidem ſuo cohoneſtarunt cruore, quorum corpora in Seddiang plebis Templo ſepulta, inde quatuor an. 1612 in Cathedralem tranſlata ſunt. *Lucent.*

(2) Hunc laudat Magnus Gregorius l. 3. Dial. c. 11 & 35. ejuſque meminit Baronius in ſuis notis ad diem 3. Nov. in Martyrol. quem dicit perperam uſurpari à Tudertinis qui tamen de alio Floride, vel ſi de iſto, potuiſſet & ipſis divina jura præſcribere. *Luc.*

(3) At ex tabulis hujus Eccleſiæ an. 731. à Monothelitarum hæreſis fautoribus die 7. Auguſti dirè trucidatus eſt una cum Briſio ejus Diacono, cum aliis ſex, qui ex primoribus de magiſtratu ſunt qui aſſerunt fuiſſe. Horum corpora ex Eccleſia rurali S. Petri Boni-Portus tranſlata fuerunt intra Civitatis mœnia, & recondita in ea Congregationis Presbyterorum Oratorii, die 6. Novemb. an. 1637. *Lucentius.*

VIII. 8. STABILIS Caſtello Felicitatis (*quo etiam no-*
„ *mine Tifernatium Eccleſia notabatur*,) Epiſcopus
ſubſcripſit Concilio Romano ſub Eugenio II. anno
a 825. 825. Novembris indict. 4.
IX. (*„* MARINUS *nobis occurrit è Concilio Raven-*
„ *nat caſi an.* 877. Locent.)
X. 9. PETRUS floruit anno 900.
XI. (*„* INGIZO *Caſtellanus Epiſcopus interfuit Con-*
„ *cilio Rom. an.* 998. Lucent.)
XII. 10. PETRUS huius nominis II. reperitur ali-
quot bona dono dediſſe Canonicis S. Flocli, junxiſſe-
que S. Mariæ Cœnobium, cum altero Monialiom
mooaſterio anno 1048.
(*„* PETRI *item præſentia habetur Caſtellani epiſ-*
„ *copi in Concil. Rom. an.* 1015. Lucent.)
XIII. 11. HERMANNUS ioterfuit Concilio ſub Nico-
lao II. Pontifice 1059. (t) annoque inſecuto S. Florii
Cañonicam diviſit.
XIV. 12. FOLCHI *b* Tiphernatis Epiſcopi tempori-
b Al. dici-tur Fulco. bus, Maynardus Urbioatium Præſul tranſtulit è Ple-
be Saddiana Urbioum, corpus S. Creſcentiaoi. De- B
ceſſit autem Folchos anno 1070.
XV. 13. THEOBALDUS creatus Epiſcopus Tipher-
oatium, adhuc electus, interfuit conſecrationi Mon-
tis Caſini, ſub Alexandro II. Pontifice, ut ootat Lu-
pus Protholpata. Item ipſe aliquot bona ſuis Cano-
oicis dilargitus eſt; eidemque Arnulphus Diaconus
Aretinus vitam S. Flori Epiſcopi dedicavit, ilium-
que Caſtelli Epiſcopum appellat. Hujus etiam me-
minit Sigonius de Regno Italiæ ad aooum. 1086.
XVI. 14. RADULPHUS *c* eandem ſedem obtionit
c Seù Rodulphus. anno 1100.
XVII. 15. JOANNES anno 1110.
XVIII. 16. RAYNERIUS 1124. * Obiit verò, ut notat
* Ex App. t. 2. vetus Kalendarium Fontis Avellanæ die 7. Junii.
XIX. 17. VIDO 1129.
XX. 18. DAVIZZO 1142. Hujus Epiſcopi tempori-
bus, ad ſupremaoi Pontificatus dignitatem aſcendit
Cœleſtinus II. Patria Tiphernas, cognomento Vi-
do de Caſtello, ut ſcribunt nonnulli. Alii conten-
* Ex App. tom. 2. duot è nobili gente fuiſſe, quæ per ea tempora ple- C
riſque Umbriæ Caſtellis dominaretur. * Davizonis
vero primus ſui Pontificatus anous notatur in mar-
morea tabula, quæ extat ad parietem Eccleſiæ S. Flo-
rii, in qua clare habetur Cœleſtinum II. civem fuiſ-
ſe Tiphernatem; inſcriptio ſic ſe habet.

Beatæ Memoriæ. Domini PP. Cœleſtini Secundi
igra n propinquus & Jo. Epiſcopi nepos. Aſpi-
nelli Pat. dedit hos lapides majores atque minores
ad conſtruendum hoc cæmeterium, & multum &
. . . jam laboravit in conſtruendo pro anima ſua
& illorum fratrum & aliorum ſuorum propinquo-
rum venerabilis Davizonis Epiſcopi VIII. anno
ſecundo Præpoſiti Domini Ugonis anno Incarna-
tionis Domini MCXLV. m. octob. ind. viii. feli-
citer . . . Presb. Villatn. . . .

Davizonis etiam extat memoria in diplomate Ale-
xandri III. ad favorem Raynerii Archipresbyteri S.
Petri Iſcen. oppidi Mercatelli ſuæ Tiphernatis diœ-
ceſis, nooc Urbanienſis, emanato, ea ſcilicet occa-
ſione, quando Alexander à Tipheroati Epiſcopi ju- D
riſdictione exemit, ſubjecitque immediate Romanæ
Eccleſiæ, quod hic non piguit reſcribere, cum non pa-
rom faciat ad ſtatum illius Eccleſiæ, eo tempore cla-
cius agnoſcendum: tenor talis eſt ab originali.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Raynerio Archipresbytero S Petri Iſcen ejuſ-
que ſucceſſoribus canonice ſubſtituen. M. P. P. M. licet omni-
bus eccleſiis Apoſt. debeamus patrocinium impertiri, ſpecia-
lius tamen protectione debent Apoſtolica gaudere, quæ in
patrimonio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſurrexerunt. Ea
propter dilecte in Domino fili, tuis juſtis poſtulationibus cle-
menter annuimus & præfatam plebem S Petri Iſcen. cui au-
ctore Deo præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra pro-
tectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio commu-
nimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcum-

A *que bona eadem plebs in præſentiarum rite, & canonice*
poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione
Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis
modis (præſtante Domino) poterit adipiſci, firma tibi,
tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc
propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in
quo præfata plebs conſtructa eſt, cum omnibus pertinentiis
ſuis, Capellam S. Mariæ in Paritiole, capellam S. Flora-
ni, capellam S. Angeli, capellam S. Salvatoris, capellam
S Leonis, capellam S. Felicitatis, capellam S. Mariæ in
Spongia, capellam S. Simeonis, capellam S. Chriſtophori in
Scaulo, capellam S. Stephani in Felcina, capellam S Crucis,
capellam S. Pauli, capellam S Fortunati, capellam S Ioan-
nis Caſtriplebis, capellam S Iuſtiæ in Monione, capellam S.
Barbaræ de Caſtellione, capellam S. Cæciliæ, capellam S.
Mariæ in Preſſaiola, capellã S. Leonis in Ruccio, capellã S. Syl-
veſtri, capellam S. Benedicti, capellã S. Laurentii, capellã
S. Io. de Monterio, capellam S. Criſtophori de monte Pavonis,
capellã S. Thomæ, capellã S. Martini arſivoli, capellã S. Sixti
in Careſſo, capellam S. Andreæ in valle Caſuli, capellam S.
B *Stephani in Camenate, capellam S. Mariæ de caſtello Meta-*
læ, capellam S Bartholomæi in Terenzano, capellam S Do-
nati in Ficcareto, capellam S. Andreæ Planelli, capellam
S. Mariæ de Valle Cupa, capellam S. Martini, capellam S.
Bartholomæi in valle Bona, capellam S. Arduini, capellam
S Angeli in valle Bovonis, capellam S. Chriſtophori in For-
meulo, capellam S. Andreæ in Protulo, capellam S. Mariæ in
Iuvino, capellam S Angeli in Pereto, capellam S Laurentii de
Vinza, capellam S. Marinæ in valle Cocorana, capellam S.
Martini in valle Petroſa, capellam S. Mariæ in furca Un-
guis, capellam S. Angeli in Cerbello. De conjugiis vero di-
ſcernendis, officium criminaliter peccantibus pœnitentiam
imponendi. Omnes capellas ad præſcriptam plebem perti-
nentes, decimas omnes, & mortuaria ejuſdem plebis. Præ-
terea renunciationem omnis conſuetudinis præter quinque
denarios, quos nomine cathedratici accipiebat à bonæ me-
moriæ Davizone Caſtellano Epiſcopo de mandato bonæ re-
cordationis Gilberti S. R. E. Cardinalis, tunc Apoſtolicæ
ſedis legati factam, & à felicis memoriæ prædeceſſore no-
ſtro Cœleſtino Papa, poſt modum confirmatam auctoritate
C *Apoſtolica confirmamus. Ad hæc auctoritate Apoſtolica pro-*
hibemus, ut nullus præter Rom. Pontificem, vel legatum
ejus, niſi mãdato ipſius per interdicti ſententiã præſcriptam
plebem de cætero aliqua moleſtatione gravare præſumat. In-
terdicimus etiam, ut non liceat Caſtellano Epiſcopo, qui
pro tempore fuerit, præſcriptæ plebi, vel capellis ipſius ali-
quam exactionem imponere, vel ab eis quicquam exigere,
niſi nummos, quos nomine Cathedratici ſolitus eſt habere.
Sepulturam quoque parochianorum ejuſdem plebis præſcri-
ptæ plebi liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, &
extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverunt, niſi
forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Sal-
va quidem juſtitia capellarum, à quibus mortuorum corpo-
ra aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum
liceat præfatam plebem temere perturbare, ſeu quibuslibet
vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eo-
rum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa
ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva tamen ſedis Apo-
ſtolicæ auctoritate, & Caſtellani Epiſcopi ſubſcripta juſti-
tia. Si qua ergo in futurum eccleſiaſtica, ſæcularis ve perſo-
D *na hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam te-*
mere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ni-
ſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis,
honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio
exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſi-
mo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris D.
noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine
diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua
iura ſervantibus, ſit pax D. N. Ieſu Chriſti; Quatenus &
hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud diſtrictum ju-
dicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Alexander catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Vivian. presb. Card. tit. S Steph in Cœlio monte.
Ego Hugus presb Card tit S. Clementis.
Ego Ubaldus Oſtien. epiſc.
Ego Matthæus presbyter Card tit. S. Marcelli.
Ego Theodit Portuen. & S Ruf. epiſc.

(t) In eodem Concilio P. Caſtellanenſis, idest civitatis Caſtellanæ, ſedebat, Hermannus verò dicitur Caſtellanus: quæ obſervatio ſit ad dignoſcendum, Caſtellanum Epiſcopum eum eſſe, qui Tifernatibus præerat. *Lucentius.*

Ego Laborᵭs presb. Card S. Mariæ in Tranſt. & Calliſti. A
Ego Iacint. diac. Cardinalis ſanctæ Mariæ.
Ego Rainerius diac. Cardinalis S. Georgii.
Ego Gratianus diac Card. S S. Coſmæ, & Damiani.
Datum Veletri per manum Daiferi S. R. Eccleſiæ Subdiaconi 18. Kal. Maii Ind. 13. Incarn Dom. anno 1180 *Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. an.* 21.

XXI. 19. JOANNES hujus nominis II. Tiphernatibus præfuit an. 1145. [„ *Hic à Celeſtino II. quem propiori attingebat affinitate, jam antea Diaconus Cardinalis tit. I. Adriani renunciatus fuerat. Ejus inſignia fuere Crux media inter duo lilia.* Lazarus.]

XXII. 20. PETRUS eadē dignitate nobilitatus eſt an. 1152. [„ *Anno verò* 1172. *ab Ugolino, atque Æmilia Montis Caſtelli Marchionatum dono accepit, ejuſque memoria extenditur ad an.* 1178. *ex monumentis hujus Eccleſiæ.* Lazar.)

21. RAYNERIUS verò an. 1162. („ *Hic idem cum Raynerio, quem poſt Corbellum refert Auctor.*)

22. CORBELLUS ejuſdem ſedis Antiſtes 1163. reperitur ſubſcripſiſſe quoddam privilegium Friderici Ænobarbi, qui tanquam ſuarum partium ſautorem in Tiphernatem ſedem illum intruſerat. B

XXIII 23. RAYNERIUS Tiphernatium fuit Epiſcopus, interfuitque Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. an. 1179. Hunc arbitror cum ſuperiori Raynerio eundem eſſe, Corbellum verò ab Imperatore Friderico, ejecto Raynerio, fuiſſe intruſum, ac poſtea cum Fridericus in gratiam Pontificis Alexandri rediiſſet, Eccleſiam ſuam iterum ſuſcepiſſe regendam, Corbellum verò malis artibus obtenti Epiſcopatus tuliſſe repulſam. Interea hic Raynerius ſuis Canonicis plures fortunas dilargitus eſt, anno 1191. literaſque direxit ad Innocentium III. Pontificem 1200. Deceſſitque circa annum 1203. Idem cum duodecim aliis Epiſcopis interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana ann. 1197.

XXIV 24. ROTLANDUS florebat anno 1206. („ *Hic S. R. E. Cardinalis fuit, atque Peruſiæ, Aretii, Tiphernı, Eugubii, Montis Feretrani, Callii, Urbini, Arimini, aliarumque civitatum legatus. Obiit ann.* 1207. *Ex monumentis hujus Eccleſiæ.* Lazarus.) C

XXV. 25. JOANNES ſucceſſit anno 1210.

XXVI 26. CORTESANUS 1225. („ *Succeſſit Ioanni an.* 1226. *obiit. an.* 1229. Lazarus.)

XX VII. 27. GUILLELMUS 1232.

28. MATTHÆUS adlectus eſt 1234. (1) deceſſit 1237. Hujus mētio extat apud Rubeū in Rav. Hiſt. li. 6

XX VIII. *a* 1234. 29. AZZO ad eamdem dignitatem aſſumptus eſt anno 1237. *a* vir erga Eccleſiam ſibi commiſſam ſingularis ſtudii, ac pietatis. Siquidem cum reſciiſſet Eccleſiæ S. Florii plures libros fuiſſe ademptos, eorum librorum prędones omnes ad unum Eccleſiaſticis cenſuris involvit. Protulit ætatem uſque ad an. 1256. (2)

XXIX *b* 1256. *c* 1265. *ex Lazaro.* 30. PETRUS, („ *Ex Comitibus Anagnis, Innocentii III. & Gregorii XI. Pronepos* Lazarii;) eadem ſede fulſit 1256. *b* ejuſdemdemque mentio extat uſque ad anum 1262. *c*

XXX 31. NICOLAUS Tiphernatium Antiſtes erat an. 1270. („ *Petro ſucceſſit* 1265. *Obiit* 1279. Lazarus.)

XXXI 32. JACOBUS Cavalcantes eadem dignitate potitus eſt anno 1271. [3] deceſſit anno 1301. Nicolai IV. Pontificis Adſiſtens fuit, atque cum aliis octo Epiſcopis indulgentias conceſſit Eccleſiæ Fratrum Servorum Senarum. D

XXX II. 33. UGOLINUS („ *Gualterottus*,] ex Rectore Eccleſiæ S. Luciæ de Monte Caſtellanæ Diœceſis ad eandem ſedem aſſumptus eſt an. 1301. 8. idus Novembris ex regeſto Vaticano epiſt. 290. fol. 77. an. 7. Bonifacii VIII Ejus mentio extat vſq; ad an. 1313.

XX XIII. 34. (4) GUILLELMUS Tiphernatibus jus Divinum dixit, ſed in maxima rerum perturbatione. Etenim per ea tempora Vido Petramala tyrannus, A atque Epiſcopus Aretinus, oppreſſis Tiphernatibus, depulſoque Guillelmo, atque ex favore Ludovici Bavari alio intruſo, qui Tarlatæ gentis dicitur fuiſſe Alumnus, illorum Civitate tyrannicè potitus eſt anno 1327. Cæterùm Guillelmus cum Avenionem ad Romanum Pontificem profugiſſet 1325. Joannis XXII. Aſſiſtens eſt declaratus, cumque aliis Epiſcopis peramplum expiatorium diploma indulſit celeberrimo Cœnobio S. Salvatoris de Septimo Diœceſis Florentinæ, annoq; 1332. translatus eſt ad Eccleſiam Iſerniæ in Neapolitano Regno, ex reg. Apoſtolic.

35. Fr. FRANCISCUS ad eamdem ſedem ſubvectus eſt anno 1332. ex lib. Proviſ. Prælat. XX XIV.

36. UGOLINUS Epiſcopus Tiphernas anno 1342. Fratribus Servitis locum aſſignavit, ubi ſibi poſſent parare domicilium. XXX V.

37. PETRUS („ *Riccardus Nobilis, Canonicusque Florentinus*) ejuſdem ſedis Antiſtes adlectus eſt 1347. („ *Seu* 1346. *ex Lazaro, qui Clementis VI. Bullam de ejus electione citat.*) XX XVI.

B 38. BUTIUS, ſeu Buoſius *d*, Jaunetti de Butiis, hodie de Benoriis, Civis Tiphernas, ab Innocentio VI. ſuæ Patriæ adlectus Epiſcopus eſt ann. 1353. 3. Nonas Maii, dum adhuc eſſet in minoribus ordinibus conſtitutus, ex reg. Vatic. epiſt. 28. fol. 26. Hic inſecuto anno ſimul cum S. Andrea Corſino Feſulano Epiſcopo, Petrum Corſinum Epiſcopum Florentinum obtenti Epiſcopatus ſolemni pompa ineuntem poſſeſſionem obſequii ergo deduxit. Vixit autem Butius uſque ad annum 1374. in quo ipſe fato ceſſit. Reperio autem hunc Epiſcopum una cum Luca Epiſcopo Nucerino Sublacum veteris ſplendoris Cœnobium ad puriores mores revocaſſe. XX XVII *d Seu Buorius.*

39. NICOLAUS de Merclariis *e* Peruſinus eodem Tiphernate throno nobilitatus eſt, anno 1375. Sedit annos tres, deinde ad Urbevetanam Eccleſiam 1378. ac deinceps ad Callienſem translatus eſt. Arbitror hunc Nicolaum ab Antipapa fuiſſe adlectum, ſed Hectore Urſino, qui ſequitur, prævalente, aliò fuiſſe translatum, ſicut etiam quidam C Matthæus, qui anno 1382. Avenione in Aula Antipapæ verſabatur, Tiphernatis Epiſcopatus titulo inſignitus, eodem Hectore obſiſtente, ejus Epiſcopatus tulit repulſam. XX XVIII *e De quo Oldoinus in Ath. Aug. Mandoſ.*

40. HECTOR Urſinus Romanus, intruſis depulſis, Tiphernatem Eccleſiam legitimus Paſtor pacificè adminiſtravit 1378. è vita diſceſſit an. 1387. XX XIX.

41. UGOLINUS (5) eadem fulſit dignitate anno 1388.



D 42. BANDELLUS de Bandellis Lucenſis, Tiphernas Epiſcopus anno 1388. 16. Septembris vocatur electus in lib. oblig. Ducatus Spoleti, Etruriæq; ſpoliorum collector, ad Ariminenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1407. Annoque Inſecuto S. Balbinæ Cardinalis creatus à Pontifice Gregorio XII. Hujus Cardinalis literam legi ad Abbatem S. Salvatoris XL.

(1) Matthæus Tiphernas Epiſcopus erat an. 1229. ut acta hujus Cancellariæ evincunt, & cum an. 1234. in eiſdem Actis incipiat memoria ejus ſucceſſoris Azonis, non ultra hunc annum vixiſſe Matthæum dicendum eſt. Atqui hinc corrigendus Ughellus circa tempora horum Præſulum, atque ſua ejus ſerie expungendus Guillelmus, cujus nulla in citatis monumentis reperitur mentio. *Lazarus.*

(2) Verum Azonem an. 1251. non exceſſiſſe deducitur ex monumentis ſupe citatis, ex quibus conſtat Petrum ſucceſſorem eodem anno nonnalla beneficia contuliſſe. *Lazarus.*

(3) Ex toties laudatis monumentis clara patet & Nicolaum obiiſſe, & Jacobum illi ſucceſſiſſe an. 1279. *Lazarus.*

(4) Guillelmi, & ſequentis Franciſci non meminit Lazarus in ſua ſerie Epiſcoporum Tiphernatium, cum de iis nulla mentio habeatur in monumentis prædictæ Eccleſiæ: unde eos putat fuiſſe intruſos, atque ex duobus Ugolinis unum tantum efficit, qui ab an. 1302. ad 1346. vitam protraxerit. At hic ab Auctoris mente recedere fas non duxi, qui in his enarrandis Præſulibus Apoſtolica ſecutus ſit monumenta.

(5) Hic omittitur à Lazaro, neſque enim ſemel [illegible], cum & Ughellus nullum referat ejus Epiſcopatus teſtimonium, & Lazarus è contra Scriptore probet ſequentem Bandellum jam an. 1385. Tiphernatem Epiſcopum fuiſſe declaratum, atque immediatè Urſino ſucceſſiſſe.

toris de monte Amiato directam anno 1396. ubi in obſignatoria cera, ejus gentilitia ſpectantur ſtemmata, quæ tres regulas, quas nos sbarras vocamus, continent, ſecantes ex obliquo ſcutum; inſigne longè diverſum ab eo, quod eidem Cardinali Ciaconius attribuit.

XLI. 43. JOANNES à Puteo Venetus, Gregorij XII. Cubicularius, ab eodē Pontifice adlectus eſt Tiphernas Epiſcopus 1407. Hic cum partes ejuſdem Gregorii in Piſano Concilio exauctorati mordicus fuiſſet ſequutus, honore Epiſcopatus ab Alexandro V. ſpoliatus eſt ann. 1409. tulitque adeò patienter injuriam, ut non ſine ſingularis probitatis odore poſt aliquot annos è vita diſceſſerit.

XLII. 44. Fr. BERNARDUM de Bartholomæis Vrbani VI. familiarem, ex Ordine Servorum, Abbatem Commeodatarium S. Michaelis de Podio Bornitio, ejuſdemq; Pontificis Theologum ad ſedem Tiphernatem Alexander V. promovit ann. 1409. die 4. menſis Septemb. obtentique Epiſcopatus ſeceutu anno initr poſſeſſionem Hanc ille Eccleſiam diuturniori mora adminiſtravit, arbitrorque ex hac vita migraſſe anno 1423. Hujus meminit in Annalibus Ord. Servorum Archangelus Gianius, rametſi de more ſuo tēpora invertat. Narrat enim ab Vrbano VI. Bernardū fuiſſe adlectum Tiphernatis Eccleſiæ Antiſtitem an. 1383. cum ille ad hanc Cathedram non aſcenderit niſi 1409. Alex. V. vocante, ut notant actus Conſiſt.

XLIII. 45. (1) SINIBALDUM a deinde de Vbaldis Peruſinum, utriuſque juris peritum Martinus V. Pontifex ſuffecit anno 1424. 4. Idus Januarii. Privatus eſt ab Eugenio IV. ſuis demeritis exigentibus an. 1441. b prid. Id. Martii, ex lib. Obligationum. („ *Hujus meminit Oldoinus in Athen. A g.* Mand.)

a Sinibaldum ex monum. hujus Eccleſiæ. b 1440. Ex iiſdem monumentis.

XLIV. 46. Fr. RODULPHUS Tiphernas, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, Theologus inſignis, Sacriſta, Major Pœnitentiarius, atque Bibliothecarius Eugenii IV. Pontificis, ab eodem Pontifice Tiphernatē Pontificatum obtinuit 1441. c 7. Id. Maii. Hic unus ex illis fuit Epiſcopis, qui ab Oſtia Tiberina uſq; Romam corpus B. Monicæ matris s. Auguſtini ſuis humeris deportarunt: d vivisque excedens, ante hujus ſanctæ ſepulchrum ſe ſepeliri mandavit in Eccleſia s. Auguſtini, ubi adhuc in pavimento ejus effigies leviter inſculpta ſpectatur, cum hujuſmodi epitaphio, quod penè invidioſa vetuſtas delevit.

c 1440. Quo anno conſecravit Eccleſ. Fratrum Auguſtinianorum Peruſinæ, & ex monum. hujus Eccl. patet nonnulla contuliſſe beneficia. Lauren.

Hic jacet corpus R. D. Domini Rodulphi Epiſcopi C. Caſtelli, & iiij. ſummorum Pontificum ſcilicet Eugenii IV. Nicolai V. Callixti III. & Pii II. Confeſſoris, & Sacriſtæ, & Bibliothecarii, qui ſuis humeris portavit ſacrū corpus S. Monicæ ab Oſtia Tiberina translatum anno Domini M.CCCC.XXX.

Obiit Rodulphus 1460. 5. Id. Junii. Alterum Brachiū s. Monicæ obtinuit ab eodem Pontifice, vaſeque argenteo incluſum ſuæ Cathedrali donavit. Plura contulit ornamenta in Tiphernates Auguſtinianos, qui haud immemores beneficiorum, ad alterum chori latus hujuſmodi defuncto inſcriptionem erexerunt.

Quantum Fr. Rodulphus hujus Vrbis Civis atque Epiſcopus S. Auguſtini Religionem dilexit, tum lautus hic chorus, tum parietes inſtaurati, tum Sacriſtia ſanctiſſimis reliquiis, & purpureis veſtibus exornata documento eſſe poſſunt. Obdormivit in Domino anno M. CD LX. v. id. Junias Fabrica miniſtro D. Antonio Priore S. Bartholomæi exiſtente.

Ad chori dexteram.

Hæc quicumque vides hoſpes ſubſellia, Fratris
Rodulphi impenſis, facta fuiſſe teneo.
Qui Præſul Patriæ, & Sacriſta Beatorum
Pontificum, maior gloria, quæ ſequitur
Oſtia cum Monicam ſecreta in ſede teneret,
Translata eſt Romam, hoc duce, ſancta parens.
M.CCCC.LX.

XLV. 47. Fr. JOANNES de Janderonis d Senenſis, ex Ordine s. Auguſtini, ſupramemorati Rodulphi ex ſorore nepos, ex Apoſtolico Sacriſta, avunculo ſucceſſit anno 1460. die 15. menſis Julii. Hic referendarius fuit Pauli II. Sixti IV. Pontificum, à quo ad Maſſenſem Eccleſiam in Etruria translatus eſt. Illius meminit Pius II. in ſuis Commentariis.

d Ejus ... Senen. Mand.



48. BARTHOLOMÆUS, ſive Bartolus Moranus e Mantuanus, Tiphernas Epiſcopus adlectus eſt 1474. Quam ille Eccleſiam cum prudenter adminiſtraſſet, deceſſit Romæ 1487. ſepultuſque in Vaticana Baſilica cum hujuſmodi epitaphio. XLVI.

e Seù Moranſibus.

BARTOLO MORANO ANTISTITE
CASTELLANO M.CCCC.LXXXVII.

49. JO. BAPTISTA Lagnus Nobilis Neapolitanus præfuit Tiphernatibus 1487. die 27. menſis Septembris, qui deinde ad Archiepiſcopatum Roſſanenſem translatus eſt anno 1493. XLVII.

50. NICOLAUS verò („ *de Hippolytis Civis, &* „ *Epiſcopus Arianenſis, inde*) Archiepiſcopus Roſſanenſis, cum ſe eo munere abdicaſſet, hanc Tiphernatem ſedem obtinuit, titulo etiam Archiepiſcopi Cæſareæ inſignitus. f Quinque omninò annos hanc rexit Eccleſiam, iterumque translatus eſt ad Epiſcopatum Arianum in Regno. g XLVIII.

f 1491. g 1497. 10. Januar.

51. VENTURA Buſalinus Romanus Apoſtolicæ Cameræ Clericus, Tiphernas Epiſcopus renunciatus eſt 1498. die 18. Januarii. Anno verò 1499. ad ſedem Interamnenſem translatus eſt. XLIX.

52. JULIUS Vitellius, ex damnato concubitu filius Nicolai ex Tiferni Dominis, ab Alexandro VI. Patriæ Antiſtes adlectus eſt anno 1499. die 17. menſ. Aprilis. Hic ab eodem Alexandro Pontifice honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, h tanquam qui, inita conſpiratione, ſuis Vitelliis Tiphernatem Civitatem prodere conatus eſſet. Igitur poſtea Julius omni honore, cenſuque exutus, ætatem protulit uſque ad annum 1530. provectæque ætatis, hoc eſt ſeptuagenarius exceſſit è vita. L.

h 1503.

53. ANTONIUS de Monte Aretinus, ad Tiphernatem thronum promotus eſt ann. 1503. die 4. menſis Auguſti. Ex eo Sypontinus Archiepiſcopus effectus eſt anno 1506. Julio II. ſedente, à quo etiam Senatoria purpura nobilitatus eſt, Julii III. Pontificis Patruus fuit. De quo plura alibi. LI.

54. ACHILLES de Graſſis Bononienſis i filius Balthaſſaris, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, Epiſcopus Tiphernas creatus eſt anno 1506. die 6. menſis Febr. Hunc deinde Julius II. Referendarium Utriuſque Signaturæ, Nunciumque in Gallias renunciavit, tituloque Epiſcopatus Bononienſis inſignitum demū vocavit ad purpuram anno 1511. Cæterùm hanc Tiphernatem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1516. deinde die 14. menſis Decembris, IULIO Cardinali Mediceo, qui poſtea Pontifex factus Clemens VII. fuit, illam reſignavit; hic verò poſt menſem, Balthaſſari Graſſio Bononienſi: LII. LIII.

i De quo Alidoſius de Epiſc. Bononien. p. 64. Mand.

Deceſſit autem Cardinalis Achilles anno 1523. die 29. menſis Novembris Romæ; De quo vide plura in Epiſcopis Bononienſibus. Memini me, in meis ad Ciaconium additionibus, deceptum à Nicolao Alidoſio Paſchalino, falsò dixiſſe Cardinalem Achillem fuiſſe Epiſcopum Tiburtinum, cui Tiphernatis Eccleſiæ titulum adſcribere debueram, ut videre eſt in actibus Conſiſtorialibus.

(1) Armanno Baldeſchi, Nobilis Peruſinus, à Martino V. Tiphernatium Epiſcopus creatus eſt, ſi credendum Chriſpoldo in Peruſia Auguſta pag. 118. quem vix inito Præſulatu mortem oppetiiſſe, inque Cathedrali humatum fuiſſe affirmat. Mand.

LIV. („LUCAS *Antonius Tiphernas Epiſcopus an.1516.* „ *in monumentis hujus Eccleſiæ reperitur, e quibus con-* „ *ſtant ejus Acta, & collationes.* Lazarus) *Hinc patet* „ *irrepſiſſe mendum in Ughellianaſerie, quæ Achillem de* „ *Graſſis an. 1516. die 14. Decemb. reſignaſſe affirmat;* „ *id enim caſus eveniſſe omnino fatuum eſt.*)

LV. 55. BALTHASSAR de Graſſis Bononienſis, filius ſpurius Achillis, ex Archipresb. Cathedralis Bononien. delatus eſt Tiphernas Epiſcopus an. 1516 *a.* die 7. menſ. Februarii. Lateranenſi Concilio ſub Leone X. interfuit; deceſſitque 1539. („ *Cum antea hoc ſe* „ *onere exolviſſet, ut teſtantur nobis acta Conſiſtorialia.*)

a Poſt an. 1516.

LVI. 56. MARINUS Cardinalis Grimanus, hanc Tiphernatem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1539. (1) qui inter paucos dies eo munere ſe abdicavit.

LVII. 57. Fr. ALEXANDER Filodorus *b* Tiphernas, ex Ordine Prædicatorum, Græcè, Latinèque peritus, ideoque in variè literatis illius ſeculi numerandus, Patriæ Epiſcopus fuit anno 1539. die 10. Martii. Hic in pervetuſto Cathedralis pariete duabus vitreis urnis concluſas S. Florii reperit reliquias, illaſque decentiori loco collocandas curavit. Quindecim omninò annos Tiphernatem Eccleſiam adminiſtravit, illamque deinceps libens, volenſque, in manus Julii III. Pontificis reſignavit anno 1554.

b De eo Fontana de Rom. Prov. p. 119 & in Theatro Domin. p. 109 Mand.

LVIII 58. VITELLOTIUS Vitellius, ex Tipherni Domicellis, filius Alexandri, atque Angelæ Rubeæ nobiliſſimæ fœminæ, cum eſſet Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ad Patriæ ſedem Epiſcopus aſſumptus eſt anno 1554. die 30. menſis Martii; atque à Paulo IV. Cardinalis creatus ad tit. SS. Sergii, & Bacchi, Camerariuſque S. R. Eccleſiæ. Tiphernatem cum Imolenſi Eccleſia commutavit ann. 1560. Fuit Campaniæ Legatus, Galliarumque Protector, magnorum ſpirituum vir, ſingulariſque conſilii. Romæ deceſſit anno 1568. 13. Kal. Decemb. ſepultuſque eſt apud S. Mariam in via lata.

LIX. 59. CONSTANTINUS Bonellus de Monte Feltro, Vitellio ſucceſſit, anno 1560. die 7. menſis Februarii. Concilio Tridentino interfuit, deceſſitq; 1572.

LX. 60. ANTONIUM *c* deinde Marcheſanum Tiphernatem, Apoſtolicum Datarium, Pius V. præpoſuit Tiphernatibus, anno 1572. die 2. menſis Junii. Mortalem cum immortali vitam commutavit anno 1581 *d.*

c Al. Antonius 2 Ius. Card. ... 1500 ... d 1581.

LXI. 61. LUDOVICUS Bentivolus Bononienſis, Comitis Conſtantii filius, à Policaſtrenſi Epiſcopatu ad hanc ſedem translatus eſt die 3. menſis Aprilis anno 1582 *e.* ibidem vita functus eſt die 19. menſis Septembris ann. 1602. ſepultuſque eſt in Cathedrali.

e 1582. 27. Novemb. ex Actis.

LXII. 62. VALERIUS Mutus Romanus *f*, Tiberii Cardinalis Epiſcopi Viterbienſis frater, („ *Bitectenſis* „ *Epiſcopus,*) à Clemente VIII. creatus fuit Tiphernatium Præſul anno 1602. die 15. menſis Novembris. Paulo verò V. ſedente, Neapolim miſſus eſt Nuncius, ubi anno 1610. è vivis eximitur, ſepultuſque eſt apud S. Joachinum, cum hoc epitaphio.

f Valerianus, de quo Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 2. Cent. 7. p. 79.

Valerio Muto Alex. fil. Patritio Romano Civitatis Caſtelli Epiſcopo Pauli V. Pont. Max. Aſſist., & in hoc Regno Neap. Apoſtolico Nuncio, qui dum ſuo munere ſumma cum integritate fungeretur, annos natus xlv. xiij. Kal. Aprilis MDCX. vita functus eſt. Tiberius Petrus frater juſſu Patrui profuſis lachrymis P.

LXIII 63. LUCAS Sempronius Ariminenſis, Pauli V. Auditor, hanc eandem ſedem obtinuit anno 1610. die 26. menſis Aprilis. Qui cum ſex annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtraſſet, exceſſit è vivis anno 1616. die 14. menſis Januarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Illius meminit Cæſar Clementinus in 2. p. Ariminenſis hiſtoriæ.

LXIV 64. EVANGELISTA Torgniolus Peruſinus *g*, ex Ordine Montis Oliveti Monachus, („ *Abbas S.* „ *Mariæ Novæ de Urbe, & Procurator Generalis, S.* „ *Theologiæ Magiſter,*) cum in gratiam Scipionis Burgheſii Cardinalis à Paulo V. Commendator S. Spiritus fuiſſet renunciatus, ab eodem etiam Pontifice Præſul Tiphernas adlectus eſt ann. 1616. die 23. menſis Martii. Qui cum poſt Pauli exceſſum ad ſibi commiſſam Eccleſiam fuiſſet profectus, ibidem manſit ad annum uſque 1630. quo Peruſii fato functus eſt, ſepultuſque apud ſuos Olivetanos Monachos.

g De quo Oldo nus in Athen. Aug. Lancellottus in hiſt. Oliv. p. 256. & Saulnier de Capite Ord. S. Spir. p. 55. Mand.

LXV. 65. CÆSAR Rachagnus Briſighellenſis *h*, Flaminiæ Provinciæ Ditionis, Carpentoratenſis primum Rector fuit, tum Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius, Commendator S. Spiritus, Urbis Gubernator; quibus muneribus cum peregregiè perfunctus fuiſſet, ad ſedem Tiphernatem ſubvectus eſt anno 1631 *i.* die 29. menſis Septembris. Cardinali S. Honuphrii inaugurationem accepit in Pontificio ſacello in Quirinali. * Obiit 1647.

h De eo item Saulnier de capite S. Ord. S. Spir. p. 55 Mand. i 1631.

** Ex App. t. 5.*

LXVI 66. FRANCISCUS Buccapadulius Romanus, Epiſcopus Sulmonenſis, translatus eſt ad Tiphernatem Eccleſiam die 6. Maji 1647. & apud Helvetios Apoſtolicæ ſedis Nuncius miſſus eſt ab Innocentio X. Pont. Max.

A D D I T I O.

(„ *Aliiſque muneribus deinde in Urbe præpeditus* „ *pro S. Sedis Apoſtolicæ ſervitio ab hujus Eccleſiæ regimine ultrò abivit 1672. non ſine Gregis ſui mœrore.* „ *Hujus cum laude meminit Juſtinianus de Gubern. Tiburtina, ubi plura de ejus familia.*

LXVII „ Fr. JOSEPH SEBASTIANUS *Manaſſe de Caprarola Ord. Carmelitarum Diſcalceatorum, Epiſcopus Hieropolitanus, & inſignis Divini Verbi præco in partibus infidelium, cum facultate Apoſtolici Delegati, tum Biſinianenſis Antiſtes, deinceps Tiphernatium 3. Oct. 1672. Eo charitatis ardore, quo infideles populos nullo inimicorum Crucis perculſus timore ad Evangelii lucē perduxit, piiſſimos Tiphernates Chriſto ſemper unire ſategit. Igitur ſumma cum animarum jucunditate, perſpicuoque ſuæ Eccleſiæ fructu, curſum laboram morte ſuperveniente conſummavit ann. 1689. menſe Octobris ipſa die S. Thereſiæ ſacra.*

LXVIII. „ JOSEPH *Muſotti nobilis Bononienſis, & Metropolitanæ Canonicus, rerum experientia, & ſingulari eruditione clarus, J. U. D. ea in exiſtimatione apud ſuos collegas, ut Sede Vacātē ipſi demandaverint onus Vicarii Capitularis, quo in munere tam egregiè ſe geſſit, ut Epiſcopali Cathedra Tiphernatium dignatus fuerit 17. Aprilis 1690. quam dum moderatur Chriſtianæ puritatis, & Eccleſiaſtici juris obſervantiſſimus, lubens, & volens dimiſit an. 1692.*

LXIX „ LUCAS ANTONIUS *de Euſtachiis nobili genere ex utroque parente Romanus, indolis ſuavitate, & virtutum gloria illuſtrior, multiplici prædictus literatura, & in jure tùm ſacro, tàm ſeculari laurea Doctoratus redimitus, inter Romanæ Aulæ Prælatos U. S. R. cooptatus, ad præcipuas frænandas Eccleſiaſtici Imperii Civitates miſſus eſt. Ampliſſimum munus eximia cum laude ubiq; cum expendiſſet, hac Sacra Thiara fulgere dignus fuit 9. Martii 1693.* Lucent.)

(„ *Obiit autem in reſidentia 4. Novemb. 1715.*

LXX „ ALEXANDER *Franciſcus de Codebo, Nobilis Bononienſis presb. ann. 50. J. U. D. Rector Carpētoratenſis, & Comitatus Venaſſini, alias Auditor generalis bo. mem. Alexandri Sfortiæ tunc Nuncii Taurinen. ac poſt ejus obitum Internuncius, exinde Auditor Generalis legationis Avenionen. creatus Epiſcopus Civitatis Caſtelli 8. Junii 1716.*)

TRI-

(a) An. 1525. die 23. Februarii per ceſſionem Balthaſſaris. Præfuit verò uſque ad an. 1539. ita ex Actis Conſiſtorialibus. Zaunt.

* Ex App. tom. 1.

TRIVENTINI EPISCOPI.



TRIVENTUM Samnii civitas vetuſtiſſima in comitatu Moliſii in Apuliæ, & Aprutii finibus ſita, cujus origo ignoratur, in ſublimi colle poſita eſt, adeoque ventorum flabris expoſita, ut qui primi eam incoluerunt, Triventum, ideſt ventoſiſſimum locum appellavere. Nec deſunt, qui affirmēt ex patrum memoria Trinum fluvium, is qui radices collis, ubi civitas condita fuit, ad jucunditatem alluit, & per ima vallium difficili via ſerpit, vertiturque, urbi nomen dediſſe Triventi, ideſt, ubi Trinum vertitur flumen. Coloniam eò deductam à Julio Cæſare ſcribit Frontinus: *Triventum oppidum ager ejus in præciſuras, & ſtrigas eſt aſſignatus poſt tertiam obſidionem militibus Julianis. Iter populo non debetur.* Hodie nomen retinens, collapſa pene jacet; veſtigia priſtinæ amplitudinis oſtendit: paucos alit mortales, titulo tamen Comitatus ornatur gentis Afflictæ nobiliſſimæ. Olim eam poſſediſſe & Caldoram familiam teſtatur Blondus Italiæ illuſt. lib. *Triventum nobile oppidum Comitatus amplitudinem, ditionemque habet, quod nunc Antonius Jacobus Caldola, & ipſe fortiſſimus Dux poſſidet.* Triventina Eccleſia, quæ Regiæ præſentationis eſt, una habetur ex inſignioribus hujus provinciæ Eccleſiis, tum ex diœceſis amplitudine, tum quia ex Alexandri III. ac Sixti IV. aliorumque ſummorum Pontif. privileg. ab omni alio Metropolit. jure exempta S. Sedi Apoſtolicæ proximè ſubjacet, uniuſque tantum Romani Pontificis veneratur arbitrium, tametſi Epiſcopus ad normam Tridentini Concilii, ex electione ad Lancianenſem Provincialem ſynodum acceſſit; idque nobis cauſæ fuit, cur Triventinos Epiſcopos inter Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectos Epiſcopos rejiciamus, quos ex aliorum vecordia in noſtro 1. tomo prætermiſimus. Cathedralis Eccleſia vetuſtæ, ac nobilis ſtructuræ, Divis tutelaribus Nazario, & Celſo Martyribus dicata eſt, ubi eorum precioſa Capita in argentea theca aſſervantur. Olim à quodam Triventino Epiſcopo Mediolanenſis patriæ, S. Ambroſii temporibus illuc translata, conſtans eſt civium patrumq; eorum memoria, præter monumenta ejuſdem eccleſiæ. Quinque dignitatibus fulget, quarum prima eſt Archiaconatus, cum 5. Canonicis *a*, aliiſque pauperrimis presb. qui quotidie divinum penſum perſolvunt. Diœceſis ampla eſt, quæ cæteras Aprutii finitimas magnitudine antecellit; 47. continet terras, ſeu oppida, ipſaque matrice, tum nobilitate, tum frequentia virorum ampliora, quorum præcipuum cenſetur Anglonum nobile oppidum, in medio diœceſis poſitum, quod olim Aquilonia Romanorum dixere, mille circiter larium, civiumque 7. millia alit, inter quos & toga, & armis illuſtres plurimi numerantur. Ibi clerus numeroſus, ſeptem parochiales eccleſiæ, quatuor virorum cœnobia, unum monialium, pluraq; pia loca viſuntur, loci nobilitatem præſeferentia. In eo Epiſcopus Triventinus ut plurimum commorari ſolet, tum quia ſalubriori, & benigniori cœlo gaudet, tam quia negotiis diœceſanis pertractandis magis commodum eſſe videtur. Epiſcopatus cenſus ampliſſimus eſt, cum duo millia ſcutatorum ſummam efficiunt, taxaturque in libris cameræ ad florenos 150. Epiſcopi vero, qui in ea ad noſtra uſque tempora floruerunt, perveneruntque ad poſterorum notitiam, ſunt qui ſequuntur, quos ex variis monumentis ex fide deſumpſimus.

a Cum Canonicis 7. ſine Præbendis. in ea curam Animarum Capitulum tenet Gaudet urbs monte Pietatis, Ceter Seminario Laterum.

I. *1. S. CASTUS Epiſcopus, priſcis temporibus hanc rexit Eccleſiam, ex inveterata incolarum memoria, quem in Cathedrali eccleſia interiori quieſcere affirmant, ut refert eruditus amicus noſter Jo: Vincencius Ciarlantes Archipresb. Iſernienſis lib. 3. cap. 6. hiſt. Samnii. Tēpus tamen, quo Caſtus vixerit, reticet.

II. 2. N . . . . Mediolanenſis patria, cujus nomen ignoratur, hujus eccleſiæ Epiſcopus fuit D. Ambroſii temporibus circa an. 390. ille idem qui capitibus precioſis SS. Nazarii, & Celſi hanc exornavit Eccleſiam, ut ſupra retulimus, cujus etiam rei meminit Ciarlantes lib. 1. c. 18.

III. 3. DOMINICUS Epiſcopus Triventinus; de quo Baron. an. 879. („ *In Concilio vero Raven. an.* 877. „ *cui interfuit, appellatur* Trivenſis.)

IV. 4. LEONEM Presbyterum, & Monachum in Triventina eccleſia intruſum an. 946. legimus apud Marium Viperam in Chronolog. Archiepiſc. Beneventanæ eccleſiæ, de qua re teſtatur Agapiti Papæ litteras *b* Pontif. 1. indictione 4. Bibliotheca Beneventana extare, quibus, inſtante Joanne Epiſcopo Beneventano, eidem Leoni Triventinæ, & Benedicto Thermulanæ eccl. occupatoribus præcipitur, ut eas occupare deſiſtant; litteras tamen non recitat.

b De his literis etiam Oldoinus in Athen. Rom.

V. 5. LINTULPHUS hujus Eccleſiæ Epiſcopus an. 1015. interfuit ſynodo celebratæ à Benedicto IX. ad favorem Abbatis Fructuarienſis, de qua ſupra. De que eo nil aliud reperitur.

VI. 6. * ALFERIUS Triventinus Epiſcopus vixit Paſchalis II. temporibus. De quo Petrus Diaconus in Hiſt. Caſinen. cap. 34. *Notādum*, inquit, *plane videtur nequitiam & fraudolentiam Alferii Triventinen. Epiſcopi in hoc loco inſerere. Hic enim dum Præpoſitus in eadem B. Illuminatæ eccleſia eſſet, ſciens ſupradictam eccleſiam monaſterio S. Euſtaſii apud Beneventum ab ipſo ſuæ conſtructionis exordio ſubditam, & à Beneventanis Principibus in eodem loco conceſſam, ſimulque cupiens eam à ditione ejuſdem monaſterii ſubducere, acceſſit ad Præpoſitum, qui tunc monaſterio præerat, tamque rogare ſimpliciter cœpit, ut ſibi chartas ejuſdem loci oſtenderet, dicens ſuæ hereditatis chartas ibidem eſſe repoſitas, & orans ut ſibi illas exinde afferre permitteret, ne forte temporis vetuſtate perirent. Præpoſitus autem nullum in verbis ejus dolum exiſtimans dat ei & perquirendi, & aſportandi licentiam. Tandem igitur inter reliquas, præceptum a Beneventanis Principibus de Eccleſia S. Illuminatæ monaſterio B. Euſtaſii factum invenit, quod videlicet lucide ſatis, & aperte continebat, qualiter eccleſia illa à ſua conſtitutionis principio, monaſterio B. Euſtaſii à Beneventanis Principibus tradita fuerat. Hujus ille ductus invidia, & iniqua inebriatus veſania rapuit, abſcondit, & ad domum propriam reverſus illud minutatim incidit. Hæc ita acta fuiſſe ego ex ore Alberti hujas noſtri cœnobii monachi ultimam fere jam ætatem agentis audivi. Ne quis hoc exiſtimet mendoſe deſcriptum.* Hactenus ille.

* Ex App. tom. 5.

VII. 7. JOANNES ſequitur, qui vixit anno 1109. deq; eo mentio habetur uſque ad annum 1119. in monumentis Montis Caſini. Hujus etiam meminit Ciarlantes lib. 3. cap. 36.

VIII. 8. * RAO, ſeu Raus Triventinus Epiſcopus an- „ num 1176. confirmat donationem Raynaldi domini de Turre, factam monaſterio S. Angeli, Roberto tunc Abbate præſidente in menſe Aprilis Indictione 9.

* Ex App. to. 5.

IX. 9. PONTIUS poſt Joannem Triventinus Epiſcopus emicuit, clarusque fuit in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. an. 1179 *c*. à quo ſub protectione immediata Romanæ ſedis ſuſceptus, ſingulari privilegio exornatus, eccleſiam ſuam ab omni Beneventani Archiepiſcopi imperio immunem vidit. Qua deinceps prærogativa ejus ſucceſſores vario eventu uſi ſunt, donec Sixto IV. ſedente, ſaniori conſilio, dignitatem ſemel, iterumque à Romanis Pontificibus acceptam, conſervarunt ad decus. Perveniſſe verò Pontium ad ann. 1189. monuit nos ex Neapol. Arch. monumentis amicus noſter Camillus Tutinus.

c Ubi Pontius dicitur in Concilio Hand.

10. N . . . cujus nomen reticetur in Rege-

ſto Vaticano; is ille qui cum fuerit à Capitulo Triventino in Epiſcopum electus Gregorii IX. juſſo anno 1237. per Muranum Epiſcopum confirmatus, munus conſecrationis accepit. Litteræ extant in Reg. cit. epiſt. 325. fol. a 21. Dat. 7. Kal. Feb.

XI. 11. RICHARDUS Montis Caſini Monachus, magnæ virtutis homo, hanc texit Eccleſiam an. 1240. teſtis miraculorum B. Oddonis Carthuſiani, cujus corpus jacet in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani de Taliacotio. Richardi vero mentio habetur uſque ad annum 1246.

XII. 12. NICOLAUS Monachus Sublacenſis monaſterii Ord. S. Bened. ab Innocentio IV. Triventinus Epiſcopus eligitur; confirmatur verò ab Alexandro IV. ſucceſſore anno 1256. ex Reg. Vatic. an. p. Alex. IV.

XIII. 13. ODORIUS Triventinus Epiſcopus præſens fuit conſecrationi Eccleſiæ Vallis Viridis ann. 1265 quem ſuſpicor fuiſſe intruſum à Manfredo Friderici II. filio, cum Lucam deturbaſſet de ſede.

XIV. 14. Fr. LUCAS Triventinus Epiſcopus infracti animi vir, qui cum Manfredi coronationi intereſſe nollet, ab ipſo in exilium pulſus, ad Clemente IV. cōfugit an. 1266. ab eoque commendatur Albanenſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato, ut expulſo ab Triventina Eccleſia intruſo à Manfredi tyrannide, illum in propriam reducat ſedem. Litteræ Clementis ſunt nu. 62. Reg. Vatic. ejuſdem Pontificis an. 2. cujus Ordinis, vel patriæ fuerit Lucas, quove tempore hanc rexerit Eccleſiam, adhuc me latet.

XV. („JACOBUS *Triventinus Epiſcopus erat an. 1295.*
„ *quo cum aliis 10. Epiſcopis Indulgentias quaſdam*
„ *conceſſit viſitantibus Eccleſiam B. Philippi in Cella.*
„ *Extat Bulla in Actis SS. Menſis Maji t. 1 pag. 772.*)

XVI. 15. Fr. NATIMBENE a à Joanne XXII. electus Epiſcopus Triventinus anno 1334. 22. Julii ex lib. oblig. forſan idem cum ſequenti.

a Idem cum Antibono, filius nothus Franc. Manfredi Faventiæ tyranni. Obiit 1344 *Lucent.*

16. ANTIBONUS ab obitu Natimbene hanc ſedem rexit, qui obiit ſecundo Clementis VI. anno, Chriſti vero 1344. ex Reg. Vatic.

XVII. 17. Fr. JORDANUS Curti Ordinis Minorum defuncto Antibono ordinatus eſt Triventinus Epiſcopus à Clemente VI. anno 1344. 3. Kal. Martii. Præfuit quinque omnino annos, tranſlatuſque eſt ad Meſſanenſem Archiepiſcopatum ab eodem Pontifice anno 1348. de quo Regeſt. Vatic. epiſt. 199. ann. 7.

XVIII 18. Fr. PETRUS de Aquila ejuſdem Ord. Minorum Jordano ſucceſſit ex Epiſcopo S. Angeli huc tranſlatus à Clemente VI. anno 1348. 3. Kal. Julii, in Reg. Vat epiſt. p. fol. 19. ann. 7. Vir fuit eximiæ doctrinæ cognomine Scotelius, cujus doctiſſima commentaria in Magiſtrum Sententiarum, laudantur à viris doctis. Ejus meminit Waddingus tom. 3. de quo ita cecinit Salvator Maſſinus de viris illuſt. Aquilanis.

Si tibi corde ſedet excelſas noſcere cauſas,
Si tibi corde tuo pagina ſacra ſedet;
Si vis ſubtilis apices decerpere Scoti,
Hoc Aquila Petri volvito dives opus.
Qui volat in ſummis Aquila precor arripe cauſis,
Qui ſtudent Scoti maxima dicta ſequi.
Sive arguta placent tibi vincula Philoſophorum,
Seu forſan populum voce monere putas.
Cujus lima frequens mendas abjecit iniquas;
Hoc legito plenum laudis, & artis opus.

XIX. 19. FRANCISCUS Marchiſius b Salernitanus Epiſcopus hujus Eccleſiæ reperitur ann. 1379. Obiit in patria, ubi jacet in Eccleſia S. Franciſci cum hoc epitaphio.

b De eo vide Mazzam de rebus Salernit. p. 71. Mand.

Hic jacet corpus Reverendiſſ. in Chriſto Patris D. Franciſci Marchiſii de Salerno Epiſcopi Triventini . . . qui obiit die Dominico xviij. menſis Aprilis viij. indict. cujus anima requieſcat in pace.

XX. 20. ROGERUS de Carcaſiis ex oppido Sangri ad hanc ſedem evectus ab Urbano VI. an. 1379.

XXI. 21. PETRUS anno 1391. à Bonifacio IX. electus.

XXII. 22. JACOBUS ſucceſſit Petro electus à Gregor. XII. poſt Concilium Piſanum, iterumque eidem Eccleſiæ Triventinæ præficitur per Joann. XXIII. ann. 1413. 3. Kal. Feb. ex lib. Proviſ. fol. 14.

23. JOANNES Maſii Paſchalis filius Triventinam ſedem obtinuit à Martino V. an. 1421. die ultima Maji, ex eodem lib. fol. 154. qui longo tempore in ea dignitate vixit, obiitque anno 1451. XXIII

24. JACOBUS de Terſiis Abbas S. Stephani de Tordona Ord. S. Benedicti die 18. Octob. anno 1455. factus eſt hujus Eccleſiæ Commendatarius à Nicolao V. ſequenti ab eodem eligitur in Epiſcopum 5. Kal. Octob. ex Actis Conſiſt. ubi vocatur Jacobus de Vvilliis; defunctuſque eſt an. 1474. XXIV



25. THOMAS Caraſa Neapolitanus, vir judicio acer, & Regiæ aulæ ingenio accommodatus, ob id à Ferdinando I. Rege charus habitus, cujus favore non ſolum Triventinam Eccleſiam à Sixto IV. an. 1472. ſed & immunitatem, exemptionemque, quod olim ejus anteceſſores ab Alexandro III. Urbanoq; VI. expetierant, iterum meruit obtinere. Cujus confirmationis ſequens diploma eſt, quod extat in archivio Epiſcopali. XXV.

SIXTUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ad Apoſtolicæ dignitatis ſedem ſuperna diſpoſitione vocati, ex Paſtoralis officii debito circa temporum qualitates, & conditiones eccleſiarum, & locorum omnium ſic ſollicita conſideratione penſare debemus, quod debitum ad ſingula habentes reſpectum, ſic circa eccleſiarum & locorum eorundem, ac perſonas in eis degentes ſtatum proſperum & ſalubrē ſollicitis ſtudiis intendamus, quod ab eis jurgiorum, diſpendiorumque ſublatis incommodis, eccleſiæ ipſæ, illarumque Prælati, & perſonæ, ut in ſuis juribus conſerventur, & votivis gratulentur oneribus, Apoſtolicos ſe cognoſcant recepiſſe favores. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerab. fratris noſtri Thomæ Epiſcopi Triventini petitio continebat, quod licet fel. recordationis Alexander Papa III. prædeceſſor noſter eccleſiam Triventinam ſub B. Petri, & ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperit, & ſuis privilegiis communiverit, & piæ mem. Urbanus Papa VI. etiam prædeceſſor noſter in diverſis ſuis litteris de illa, ut dicta ſuæ ſedi immediate ſubjecta diſpoſuerit, & à tempore, cujus initii memoria hominum non exiſtit, Archiepiſcopatus Beneventanus, qui fuit pro tempore, in Epiſcopum, & eccleſiam Triventinam nullam ſuperioritatem, & ſubjectionem, proteſtationes, & contradictiones appareant in forma ejuſdem nomine facta & annotata, nec contra eas aliquid ſit proſecutum, ac inſuper fama, nominatio, & reputatio fuerit de exemptione prædicta; Nihilominus quia poſtmodum una, vel duæ latæ prætenduntur ſententiæ ſuper ſubjectione hujuſmodi pro Archiepiſcopo, & contra Epiſcopum, & eccleſiam Triventinam prædictos tempore bonæ memoriæ Jacobi Epiſcopi Triventini ipſius Thomæ immediate prædeceſſoris, ipſius Jacobi incuria, & impotentia, ſeu alias, quia privilegia exemptionis hujuſmodi forſan perdita erant, & de illis docere non poterat, eccleſia, & Thomas Epiſcopus præfatus ſolita quaſi poſſeſſione exēptionis præd. poſt ſentētias præfatas gaudere non potuerunt, neq; poſſunt. Quare pro parte Thomæ Epiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad tollendam omnem altercationem, & ambiguitatem curia prædicta, & ne ipſa eccleſia Triventina ulterius fatigetur laboribus, & expenſis, & propter litigia, quæ exinde oriri poſſent, eccleſiam Trivētinam, quæ inter alias cathedra-

les

les eccleſias illarum partium antiqua, & inſignis exiſtit, & Thomam, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum, civitatem, & diœceſim, ac dilectos filios capitulum, & clerum, necnon populum Triventinum ab omni ſuperioritate, & dominio, poteſtate, & juriſdictione, quibus forſan eccleſia Beneventana ſubeſſe prætenderentur, ac quibuslibet aliis prorſus in perpetuum liberam, ac ſub B. Petri, & ſedis præfatæ protectione ſuſcipere, aliaſque eis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui prædeceſſorum prædictorum litteras diligenter inſpici fecimus, de præmiſſis plene informati, ac chariſſimi in Christo filii noſtri Ferdinandi Regis Siciliæ illuſtris nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantes, & hujuſmodi præfati Thomæ ſupplicationibus inclinati, eccleſiam, civitatem, & univerſam diœceſim, Thomam, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum, clerum, capitulum, ac populum Triventinum ab omni dominio, ſuperioritate, poteſtate, & juriſdictione, quibus forſan eccleſia, civitas, diœceſis, Epiſcopus, clerus, capitulum, & populus prædicto Archiepiſcopo, & eccleſia Beneventana præfatis ſubeſſe prætenderentur, ac aliorum quorumlibet auctoritate Apoſtolica tenore præſentiū perpetuo eximimus, & etiam liberamus, ac ſub B. Petri, & ſedis prælibatæ, ac ejuſdem eccleſiæ Romanæ, atque noſtra protectione ſuſcipimus, exemptoſque, immunes, atque liberos eſſe volumus, nobiſque & ſucceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac dictæ ſedi immediate ſubeſſe, ſupplendo omnes, & ſingulos defectus, ſi qui quacumque occaſione vel cauſa ex ipſis literis intervenerint, ita quod Archiepiſcopus prædictus, vel quivis ejus Vicarius, ſeu officialis etiam ratione delicti, ſive contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumq; committatur delictum, vel initiatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam in epiſcopum, civitatem, diœceſim, capitulum, clerum, & populum Triventinum prædictos, illorumq; ſingulares perſonas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias proferre, aut aliquam in eos juriſdictionem, poteſtatem, & dominium exercere, ſeu provincialia, vel alia Concilia convocare præſumant, ſed dumtaxat coram dicta ſede, vel ejus delegatis teneantur conquerentibus de eis in juſtitiam reſpondere, ac decernentes ex tunc omnes, & ſingulas excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, ac proceſſus, quas & quos contra Epiſcopum, eccleſiam, civitatem, diœceſim, capitulum, clerum, & populum Triventinum prædictos, illorumque ſingulares perſonas promulgare contigerit, vel haberi irritas, & inanes, nullius roboris, vel momenti. Et inſuper eiſdem Eccleſiæ, Epiſcopo, clero, capitulo, & populo Triventino, quod præſentes litteræ ad plenam probationem omnium per eundem Thomam nobis, ut præfertur, expoſitorum ſufficiant, ipſique ea aliter probare non teneantur, & nihilominus exemptione, & aliis eis conceſſis in præſentibus litteris potiantur, eadem auctoritate indulgemus. Non obſtantibus ſententiis, & aliis præmiſſis, ac recolendæ memoriæ Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri contra exemptos, quæ incipit: Volentes, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, voluntatis, ſupplctionis, conſtitutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli, Apoſtolorum noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum an. Incarn. Dom. 1474. pridie Kal. Julii Pontificatus noſtri an. 3.

Pervenit Thomas ad annum 1499. in adminiſtratione Eccleſiæ Triventinæ.

XXVI. [a Corbeta.] 26. LEONARDUS Corbera a ab Alexandro VI. ad hanc ſedem evectus an. 1499.

XXVII. 27. THOMAS Caracciolus Neapolitanus avitæ nobilitatis, & exiſtimationis vir ſucceſſit Corberæ in Eccleſia Triventina. Factus eſt Caputaquenſis Epiſcopatus Adminiſtrator per ceſſionem Laurentii Cardinalis Puccii anno 1523. die 17. Junii, quam dimiſit Triventina contentus annô 1531. die 18. Decembris ad favorem Henrici de Lofredo nobiliſſimi, & ſpectatæ virtutis viri. Thomas vero tranſlatus eſt ad Capuanum Archiepiſcopatum 28. Aprilis 1536. cum retentione adminiſtrationis Triventinæ prioris Eccleſiæ, quam dimiſit, & ceſſit poſt quartum ſui Archipræſulatus annum, hoc eſt 1540. ut referunt acta Conſiſtorialia, de quo latius in noſtro 6. Tomo in Archiepiſcopis Capuanis. De familia Caracciola inter regni primarias ſcripſit Ælius Marcheſius, aliique multi, è qua S.R.E. Cardinales 4. Archiepiſcopi 16. Epiſcopi 21. aliique Prælati, & inſignes viri, & toga, & ſago clariſſimi, de quibus alibi, Deo favente, noſtra redibit narratio.



XXVIII. [b De Matthæo tractat Seminp. in Catal. Vir. illuſt. Vallumbros. p. 199. Mand.] 28. MATTHÆUS Griſonius b Hetruſcus è Puppio Florentinæ ditionis nobili oppido, („ *Ordinis Valliſumbroſæ olim Monachus, & Abbas*)Clementis VII. Papæ intimus Adminiſter, à quo Murenſi Epiſcopatu donatus, à Paulo III. ad hanc Triventinam Eccleſiam tranſlatus eſt die 15. Novembr. 1540. Hic Griſoniæ ſuæ familiæ Romæ fundamenta jecit, ex Hetruria accerſito Carolo nepote, cui dives hæreditas obvenit ex deceſſu Epiſcopi, qui fato Romæ conceſſit anno 1567. Aprili menſe; ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Marcelli in ſacello familiæ ſuæ excitato. Carolus vero D. Stephani eques, Commendam ſuæ familiæ obnoxiam perpetuo fundavit, quam hodie implet nobilis eques Antonius olim unus ex Urbis Conſervatoribus.



29. JO: FABRITIUS Severinus nobilis Neapolitanus Epiſcopus Acerranus demortuo Matthæo ſucceſſit, huc tranſlatus 23. Julii 1568. olim clarus in Concilio Tridentino. Triventinæ Eccleſiæ præfuit an. 14. de quo acta conſiſt. XXIX

30. JULIUS CÆSAR Mariconna c Neapolitanus, bono Triventinæ Eccleſiæ omine fit Epiſcopus à Gregorio XIII. an. 1582. die 21. Maji. Nam cum XXX. [c Moricoſus.] eſſet vir omnium ſcientiarum genera verſatiſſimus, Eccleſiaſticarum rerum amator fuit, ſuæque Eccleſiæ multa contulit ornamenta; Cathedralem plane vetuſtate deformatam, & pene collapſam reſtituit; odeū, organum, ſuggeſtum, altare ſummum ornatiſſime complevit; locum, ubi ſanctorum reliquiæ aſſervantur, exornavit, ſpinam coronæ ſacratiſſimo D.N.J.C. adhuc ſanguine madentē argentea theca incluſit. Dignitates, clerūque inter ſe confuſū diſtinxit, & ad antiquū ordinē reduxit, Canonicorū numerū, & dignitatem auxit, tradita eis Eccleſiaſtica forma vivendi ab aliis ſegregavit, Archiviū erexit, in eoq; diligenter perquiſita ejuſdem Eccleſiæ monumenta recluſit. Puerorum ſeminarium erexit in Anglona oppido. Non ſemel ſynodum diœceſanam coegit, mores la-

pſos

pſos clericorum correxit, ac demum boni paſtoris officii partes adimplevit per 24. omninò annos, quibus Triventinam rexit eccleſiam; obiitque ſub Paulo V. anno 1606. Præſul æterna memoriæ dignus.

XXXI 31. PAULUS de Lago Peruſinus a, à Paulo V. inſtitutus eſt Epiſcopus 1606. obiit 1623.

a Die eo Olden. in Ath Aug.

XXXII. 32. HIERONYMUS Conſtantius Neapolitanus vir nobilis ad regimen hujus eccleſiæ promotus à Gregorio XV. die 9. Januarii 1623. Præfuit an. ſeptem; ad Capuanam deinde eccleſiam translatus 1630. de quo ibi.

XXXIII. 33. Fr. MARTINUS de Leon, & Cardenas Hiſpanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, nobilitate generis, religione, doctrina, munificentia, ac pietate Chriſtiana vir inſignis, ut pia & eximia hucuſque ab ipſo patrata opera ſatis declarant, ad hanc ſedem ex Regia præſentatione eſt evectus ab Urbano VIII. die 13. Maji 1630. Antequam inauguraretur, ad Puteolanam Eccleſiam translatus eſt 1631. die 7. Aprilis, de quo ibi plura.

XXXIV. 34. CAROLUS Scalia Brixienſis, Deſiderii Card. Scaliæ nepos, ex Canonico Regulari S. Georgii in Alga, regiaque præſentatione Triventinus Epiſcopus renunciatus eſt ab Urbano VIII. die 21. a 1631. Obiit Neapoli an. 1645. ibique ſepultus.

a 9. April.

XXXV. 35. JO: BAPTISTA Capæcius Puteolanus, ex Canon. Archidiac. Puteolanæ eccleſiæ, ejuſdemque Vicarius generalis, in gratiam Martini Epiſcopi ſui à Catholico Rege præſentatus, Triventinus Epiſcopus ſeligitur ab Innocentio X. anno 1646. Romæ conſecratur. Vivit, diuque feliciter vivat, anteceſſoris ſui Martini, nunquam ſatis laudati Præſulis, ſectando veſtigia.

ADDITIO.

[„ *Obiit 1652.*

XXXVI. „ *Fr. JOANNES à Cruce Toletanus, Ordinis Minorum de Obſervantia, Tertii Ordinis S. Franciſci in Hiſpaniis Viſitator Generalis: electus anno 1653. die 22. Januarii, obiit ante inaugurationem die 20. Martii ejuſdem anni, ſepultus in Eccleſia Aracœlana, ubi ad ſepulchrum legitur epitaphium.*

XXXVII. „ *JO. BAPTISTA Ferrozza Meſſanenſis ſubſtituitur die 14. Jun. an. 1653. devixit 1660.*

XXXVIII. „ *VINCENTIUS Lanfrancus nobilis Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſucceſſit die 5. Maii 1660. translatus deinde ad Acheruntinum Archiepiſcopatum die 7. Decemb. 1665.*

XXXIX. „ *AMBROSIUS MARIA Piccolomineus Neapolitanus Monachus Montis Oliveti Congregationis, electus 5. Maii 1666. Florentiſſima ætatis 38. annorum ad clavum hujus Eccleſiæ accedens, dum illum moderatur ex mente nobilitatis, virtutiſque ſuæ, ad Hydrontinum Archiepiſcopatum migrare jubetur 27. Maii 1675.*

XL. „ *DIDACUS Ybanez de la Madriz Capellanus Regiæ Catholicæ Majeſtatis, & Decanus Lucerinenſis Cathedralis in Hiſpania nondum anno trigeſimo expleto ſuæ ætatis in Triventina Sede locatus 10. April. 1679. ad Puteolanam transfertur 9. Octob. 1684.*

XLI. „ *Fr. ANTONIUS Tortorelli de San Juan Rotundo Ord. S. Franciſci de Obſervantia Sacræ Theologiæ Lector jubilatus annum dum ageret 46. creatus Epiſcopus Triventinus 13. Novemb. 1648. forma factus ſincerioris Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſuas ad æterna Paſcua deducit oves.*

A

TROJANI EPISCOPI.



TRoja Apuliæ opulentiſſima Civitas, fœcundi agri, Comitatus gentis Sangræ nobiliſſimæ, & Epiſcopatus titulo clara. Ejus origo haud admodum antiqua eſt, niſi forte pro maxima antiquitate debeat

B reputari, idolorum cultura nunquam fuiſſe contaminatam. Condita enim à Bubagno Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani Præfecto circa tempora Stephani Papæ VIII. tradit Blondus lib. 12. In Caſinenſi chronica lib. 2. legitur Trojam à Bolano Græco Duce, una cum Dragonaria, aliiſque hujus Provinciæ locis ædificatam fuiſſe anno 1022. Marinus verò Freccia de ſubfeudis lib. 8. de Troja hæc habet.

*Trojam Apuliæ Urbem, quæ prius Ceſta Annibalis dicebatur, Henrici II. tempore, anno Domini 1008. à Bubagno in Urbis ſpeciem munitam, Græcorum Colonia inde deducta, pro Romanis infeſtandis, ſpeciali quodam jure ſibi vindicet, ſicut Beneventum, & alia quædam oppida.** Sed de hac urbis ædificatione in loco, ubi Ecana antiqua erat, ejuſque territorii diſtinctione, ſervant Trojani cives in eorum tabulario veterem membranam tẽporibus Conſtantini, & Baſilii Fratrum Impp. ſcriptam, cujus exemplar inter collectaneas Jacobi Aldobrandini Epiſcopi Trojani repertas, communicavit nobilis Florentinus Senator Carolus Strozza,

* Ex append. tom. 7.

C quod exhibemus, ut certa ex his omnibus hujus urbis ſpectetur origo.

Illis, qui ſunt de poteſtate, & dominatu Comitum Arianenſium, voluntate prædictorum comitum à Francis ſe dividentibus, & ad partem victorioſi, & ſanctiſſimi Imperatoris currentibus hæc civitas per multos, & innumerabiles annos deſtructa à nobis Bajulis D. Imperatoris reſtaurata, ac bene munita eſt. Quæ civitas Troja vocatur, & cum magno ſtudio, & velocitate eam habitare fecimus. Tunc vero rogati à concivibus civitatis ſumus, ut fines, & terminos tantæ civitati terrarum ſtabiliremus, & præfiguraremus. Quorum petitionibus fideliſſimis noſtras aures applicantes, in præſentia Joannis de Alferna Prothoſpatarii, & Byſantii ejuſdem Prothoſpatarii fratris, qui eſt cuſtos ejuſdem civitatis Trojæ, & Leonis de Maralda Bajuli D. Imperatoris, & Stephani Carthularii Matheræ, & Paſſeris, & Vizantii Comitum Curiæ, & Maraldi Dapiferi Provinciæ, &

B *multorum virorum, ante quorum præſentiam taliter terminos Trojæ præfiximus, ſcilicet, incipit à Camera S. Eleutherii, & vadit ad locum, qui vocatur Briiraſcellum, & deſcendit ad Aventinum montem, ubi ſurgit fluvius, qui vocatur Burganum, & inde juxta fluvium deſcendendo vadit uſque ad locum, qui dicitur Trium Virginum, & inde aſcendit uſque ad caput montis Albani, & tendit ad montem Aratum, & tranſit uſque ad ſtradam Bricini, & inde uſque ad fraxinum, & ficum, ſicut deſcendit, & ferit ad viam Francigenam, & inde deſcẽdendo ad viam, quæ ferit ad S. Mariam de Terenzano, & rediens ad ſiniſtram uſque ad flumen Aquilonis deſcendit uſque ad tranſitum Colondelli, & deſcendens per flumariam pervenit uſque ad civitatem, quæ dicitur Arpum, & à pede Arpi ferit ad caput Fatzoli, ubi eſt copia ſtincorum, & vadit uſque ad locum, qui vocatur antiqua Eccleſia, ubi maxima petra eſt ficta in loco, ubi ſurgit fons, & tendens ad ſeram de ſtinchis juxta Virgineolum, ubi ſurgit acqua, & inde tranſit ad vadum fici ad flumen Tervarii, & aſcendens juxta ipſum fluvium vadit uſque ad locum, ubi Lavella fondit ſe cum Tervario,*

& ſe

& ferit in media Carpineta in ſtrata mentit Ylaris in præfigaata querco, & inde aſcendens ad caput Maſſani deſcendit Lavellam, & inde vadit ad caput montis Majoris, & ferit ad ſpeluncam Urſaria, & deſcendit ad tranſitum nucis, & inde deſcendens ad Valloncellum, quod eſt caput fluvii Cervarii, & ferit ad locum, qui vocatur Relupum, inde tranſiens, & jungitur cum prædicta Camera S. Eleutherii. Ita nos Bajuli Dom. Imperatoris diviſimus fines civitatis Trojæ in præſentia ſupradictorum Dominorum Principum & Baſilii Prothoſpatarii Italiæ de Bujano, ut inter hos fines, & diverſa habitatores Troja dominentur. Et hoc ideo tam benigne, & large fecimus propter bonam, & rectam fidem, quam habuerunt erga D. Imperatorem, & pro bono ſervitio, quod ipſi exhibuerunt ſub inviƈtiſſimo, & victorioſiſſimo Imperatore noſtro, firmiter conceſſimus, & dedimus ſupradicta loca, & fines illos. Quando vero hos fines, & loca ſtabiliebamus, & prænominata Civitas nobis cum Comitibus fabricaretur, Stratigoti per invidiam accuſantes Trojanum dicebant Nobis; Populus iſte cui vos datis fines, fortis, & durus eſt, qui omnes ſuos vicinos debellabit, & etiam Principes S. Imperii interficiet. Verum Nos cognoſcentes eorum accuſatorum malitiam, diximus, quod Trojani nec faciunt contra voluntatem Imperii SS. Imperatorum noſtrorum, ſed potius per amorem ſe Martitradiderunt, quando Rex Francorum cum toto ſuo exercitu venit, obſedit civitatem illorum, & ipſi fideliſſimi ita obſtitere Regi, quod Rex nihil eis nocere valuit, neo civitatem eorum deſcendentes, ſicut ſervi ſanctiſſimi Dom. Imperatoris. Et licet omnes res ſuas de foris perdiderint, propter hoc ſervitium D. Imperatoris non dimiſere, nec ab ejus fidelitate diſceſſere. Ob hanc igitur fidelitatem, & bonum ſervitium præcepto D. Imperatoris dedimus eis largitatem hanc, ut ubicunque ipſi voluerint in tota Longobardia, quæ eſt ſub noſtra poteſtate, vendere, & emere, aliaque ſine placeatico, & commercio vendant, & emant, & nunquam reddant aliquod tributum frumenti, ſive alicujus rei, neque faciant angariam, neque pro placito detur aliquatenus injuria, ſed poſita pace inter litigantes nihil ab eis exigant; & quia conſuetudo eſt, ut fideles recognoſcant dominum ſuum, & honorent de ſuis bonis, per unumquemque annum Syphatos Imperiali curiæ perſolvant. Et animalia illorum per Longobardiam herbatico ubicunque voluerint paſcant infra prænominatos terminos, & fines Sipontí communem paſcendi animalia habeant locum; itaque nec Vaccaricienſes Trojanis, nec Trojani Vaccaricienſibus herbaticum vel dent, vel accipiant. Et quicunque extraneus fuit Troja, fuit Vaccaritia, ad habitandum ſit ſub eodem jure, & de omni herbatico extraneorum, quod eſt commune inter Trojanos, & Vaccaricenſes, habeant. Hæc à nobis juxta Imperium D. Imperatoris ſtabilita, & ordinata nullus audeat mutare, vel rumpere, & ad credulitatem legentium hanc chartam ad firmamentum Trojanorum, & Vaccaricianſium, hoc ſcripta ordinavimus, & aſſueto noſtro ſigillo ſigillavimus, & firmavimus, & illud conceſſimus menſe Januarii 7. Ind. annis ſex millibus quingentis triginta duobus Conſtantino, & Baſilio fratribus regnantibus.

Ego Jo. de Alfaſana Prothoſpatarius teſtor.

Ego Biſantius ejuſdem Prothoſpatarii Cuſtos ejuſdem civitatis interfui.

Ego Leo de Maralda Bajulus D. Imperatoris ſum teſtis.

Ego Stefanus Chartularius Materæ teſtis ſum.

Ego Maraldus Dapifer me ſubſcripſi.

Ego Clericus Joannes Bernardinus Rotolus civit. Trojæ publicus auctor. Apoſtolica Notarius fidem facio ſupradictam copiam privilegii, licet aliena manu exemplatā fideliter extractā eſſe à ſuo proprio originali; quod conſervatur penes Magnificam Communitatis civitatis Poteſtatem, cum quo facta collatione concordat, ſalva ſemper. &c. Et pro veritatis teſtimonio requiſitus meum ſignum appoſui. Datum Trojæ in Epiſcopali Palatio die 8. menſis Aug. 1601.

Hic Concilium habuit Urbanus II. Pont. Max. ubi depravatos Clericorum mores correxit, teſte Platina. Epiſcopus immediatè Romanæ ſedi eſt ſubjectus. In Cathedrali jacent corpora SS. Pōtiani Papæ, & Mar-

A tyris, Secundini Epiſcopi, & Anaſtaſii confeſſori
Præſules hi tantum à nobis obſervati.

A D D I T I O.

„ *In eo igitur loco, ubi Ecana erat, Troja ſubſtra*
„ *ſuit, temporibus Conſtantini, & Baſilii Imperatoru*
„ *reſtaurata decimo jam excurrente ſeculo. Ex tunc e*
„ *hibet ſuorum Præſulum ſeriem, quorum Cathedral*
„ *ſatis conſpicua Deipara ditatur: in eaque 20. Can*
„ *nici abſque tamen Præbendis Theologali, & Pœn*
„ *tentiaria, & in his quatuor Dignitates adnumerat*
„ *in divinis operantur, quorum annuus redditus 100. d*
„ *cæterum ſummam non excedunt. Decanus in ea an*
„ *marum curam exercet: 5. Parochiæ reperiuntur in C*
„ *vitate, totidem virorum ſacra ſepta, unum monialium*
„ *caret monte Pietatis, & Seminario. Palatium Epiſc*
„ *pale Cathedrali unitur: quæ Divorum Tutelariu*
„ *Sanctis Corporibus ditatur videlicet Pontiani, Ele*
„ *therii, Secundini, atque Anaſtaſii. Taxatur in libr*
„ *Fiſci Apoſtolici ad fl. 200. verus ejus valor ſcuta b*
„ *mille excedit.* Luc.)

B 1. * S. SECUNDUS *a* Aecæ in Apulia, hod
Troja: cujus corpus, cum novæ Baſilicæ foderetu
fundamentum, cum inſcriptione non ſine magna p
puli lætitia repertum eſt. Cujus inventionis hiſtor
Romæ in bibliotheca Vallicellana aſſervatur. E
dies feſtus celebratur XI. Februarii. Aecæ apud Pl
nium lib. 3. cap. 11. pop. Aecanos memor. Aeſcæ, f
Eſcæ apud Anton. Aug. in Itin. Aecana poſteris (qu
potius adjectivum eſt) nunc Troja civitas Epiſcop
lis Apuliæ Dauniæ, loco editiore conſtructa, Luceri
& Bovino ad 8. M. P. vicina, à Benevento Metrop.
30. à Neapoli duplo remotior. Tempus quo Secund
floruerit adhuc mihi incompertum. * Ejuſdem S. S
cundini Epiſcopi Ecanæ, quæ nunc Troja vocatu
vitam & verſus, in ejuſdem Sancti laudem concinn
tos à Gauferio Caſinenſi Monacho, cujus memin
Petrus Diac. ubi de hujus urbis ædificatione plura r
feruntur, ab exemplari Bibl. Caſinenſis damus hact
nus inediti. Floruit Gauferius anno 1060. tempo
bus Deſiderii Abbatis Caſinenſis, cujus rogatu
C Stephanum Trojanum Epiſcopum vitam, & ve
ſus ſcripſit.

Incipit Prologus D. Guaiferii Monachi Caſinen. in h
ſtoriam S. Secundini Epiſcopi, & Confeſſoris
Stephanum Trojanum Epiſcopum.

De bono dilectionis, & obedientiæ, frater, & Co
piſcope S. cum ex illa opaca, & condenſa lapidearu
deſcriptione tabularum, tum Evangelii ſermone perl
cide, & patulo, regula nobis, norma, & diſciplina po
rigitur. Placuit enim ipſi ſummo Opifici, & incom
prehenſibili Deo qui omnem mundum regit, prius i
ſtrumenta hujuſmodi, ſub Moyſi velata facie quœda
ſacramento ſignare, quibus in ſe Gentibus crediturı
poſt Incarnati Verbi myſterium, evidentiſſima piet
tis patrocinio potiſſimum patrocinaretur. Nihil eſt a
tem, quod in terris ei ſit acceptius, quam cœtus h
minum, unda ſacri baptiſmatis myſtica quidem, ſp
rituque ſociati, his rebus operam, his laborem, his d
nique diligentiam ſuam locantes.

Notarat enim & hoc columna nubis, & ignis, ill
D *Iſraelitica ſecta. Iubemur ex toto corde Deum dilig*
re, jubemur proximos admonere, parentibus obed
re: magiſteria ſunt iſta divina, & quædam propria i
utriſque tabulis Dei digito deſignata. Sunt & hac fu
damenta ædificandæ ſpei, firmamenta corroboranda f
dei, nutrimenta fovendi cordis, gubernacula dirigen
di itineris, præſidia obtinendæ ſalutis. Ex hujuſmo
itemque origine, torrente Prophetarum, & Legis ema
nante procedit, & ille ſermo breviſſimus irrigan
omnia, rivulus fidei, qui per dilectionem operatur
Sed cur iſta præmiſerim ſcias licet. Quæſiiſti à me p
Caſinenſem Abbatem, quem ego cauſa honoris Deſid
rium nomino, virum inter bonos Antiſtites opera, &
religione laudatum, & moribus comprobatum, ut
quid mihi otii poſſet ſua amicitia ſuadere, ad ſcriben
dam potiſſimum hiſtoriam Confeſſoris Secundini con
ferrem. Faciam rem mihi difficilem, ſed cauſam fa
cilem agam: neque illi hortanti deero, nec tibi rogan
ti, cum & illi obedientiam, tibi debeam charitatem

Aggrediar ergo anima tua diu deſideratam opus, nec formidabit dura, difficiliaque, quæ ſubſtinet omnia, charitas. Erit profectò tamæ rei maximum emolumentum. Caſini etiam ſecreta ſeceſſus facies, ubi pro venerabili Fundatore quietis, diuturnitas pacis ſacrum otium confirmavit. Antiquitas etiam refert, & illum Varronem tot ſæculis celebratum hujus ædis auctorem fuiſſe, qui M. Tullio Judice Romanorum alios religione, alios rerum geſtarum memoria, omnes autem litterarum ſcientia vicerit. Id mea quoque intererit. Veniam & ad Trojam, cujus nomine gloriaris. Iſtam ad undam frigidi Simoentis, perluſtrabo oculis famoſiſſimam Tenedon: oſtendam ad illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis, & inventa eſt, & perfecta: quarum oſtiatim platanum, quæ ad opacandum patulis eſt diffuſa ramuſculis, cujus umbram ſequutus eſt Socrates: mutuabor ab illo rationem dicendi, conſtructionem verborum, leporem, dulcedinem, venuſtatem, ut etiam ego ab urbanitate non excidam, & rerum cognitione floreſcat hiſtoria, & redundet Oratio. Eſt enim hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis; quæ perennibus titulis Oratoris voce commendatur. Conten plerique pro ampliſſimis eloquentiæ propoſitis laudibus ad gloriā adipiſcendam, nudi veniunt, & inermes, nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati, ut is, qui hanc eandem, quam in manus habemus, hiſtoriam poſtquam attigit, incommodavit penitus, & turbavit. Mihi vero dum ſcribens aliquid iſta recogito, magis venit in mentem vituperationis, quam laudis. Conſtat enim, quia ſi eleganti eloquentiæ gloria, ineptæ potius ignominia debeatur.

Tu ergo, frater mihi in Chriſto chariſſime, locantem felici vineæ operam orationibus juva; utque hanc Secundinus facer pro voto ſuo, meoque ſecundet, interceſſionibus obtine. Oportet autem expeditis his, quæ apud nos de eo ſunt pauciora, miraculis, (habetis enim & alia, quæ in his exemplaribus non habentur) ad ea, unde ad hæc tuo amore deſcendimus, ſtudia, animumque revocemus.

In quibus petimus, & rogamus, ut manu miſericordiæ ſua nobis ad rationem bene vivendi patrocinium conferat, & poſſeſſionum felicitates æterna, qui a digno herede precario, & pro indiviſo ſuſcipitur, pro mercedis pretio ſuis promerentibus meritis acquirat.

Incipit vita.

Troja quondam Ducibus, divitiis, & bellica laude inſignis, cujus diuturna incommoda, & diverſa excidia iiſdem regionibus nota ſunt, quibus, & Solis caſus in Peloponneſi regione, & ſereniſſima loci facie, tellure fertili, agro aquis, & omni viriditate jucundo, prope Pontum, & Inſulam Tenedos ſita fuit. Unde demum pleriquo duces forteſſimi in priori diſcrimine, in tempeſtate horribile, cum tanta urbe commercium totum jactura fieret, evaſerunt. Ex quibus Anchiſiades vir acer & ſtrenuiſſimus fuit, à quo Quiritee orbis terrarum Principes, qui Trojanorum quoque hoſte talione ulciſcerentur, nobile generis, & laudis habuere principium. Jacuit hac diutini temporis intervallo, omnibus deſtituta ſolatiis, nulla opes, nullus decor, nulla denique religio. Semiruti tantum, & exeſi ignibus extabant muri Xanthus, Simois, & Inſula Tenedos Trojam ibi fuiſſe ſignabant. Hæc vero excitat tandem, & colligit ſe memor priſtinæ virentis, & gloria, reducit longam ex Pronepotum generatione progeniem, reficit lares, ſtudet illi ſuo mirabili, & ſingulari militia ſacramento, ut Sylla Dictatori favens a Fimbria Marianarum partium obſidione vaſtetur, ut tormentis quaſſetur, ut mater iterum concidat gladiis filiorum. Ex illa igitur tempeſtate uſque ad hoc ferè tempus vixit tantum ſine corpore nomen, abſque Latio quidem, cunctis aque gentibus execrabile ob Romanorum Monarchiam, cujus ipſa etiam cauſa extitit, & principium dignitatis.

Fuit autem & in Apulia ſolo civitas quædam, quantam ad frumentaria rei copiam, nulli ſolo inferior; ubi etiam multa guſtu ſuavia, quæ natura deſiderat, ex terra arboribuſq; gignuntur, cum copia facili, tum ſuavitate præſtanti; vites & arbores ibi humiles ſunt, neq; ſe tollere à terra altius poſſunt: ex his tamen alia ſemper virent, alia hyeme nudata Verno tempore tepefacta frondeſcunt, & fundunt odoriferos flores, & germinant uberrimas fruges. Hæc vero civitas, ſi nominis ſignificationem advertimus, (Ecana etiam dicta eſt,) antiquiſſima fuit, cum monumentorum marmoratio, ſcenarum columnatio, eminentia culminum id deſignent. Huic ſerio in reconciliatione Troja nomen imponitur, ut egregius titulus nominis auctoramentum faciat novitati. Putamus iſta fidem poſſe quærentibus facere, quos ſub Troiæ nomine appellatio moverit urbis Ecana. Nunc ad propoſitum hiſtoriæ veniamus.

Cum igitur pro diligentia Principum in fabricandis Eccleſiis, in mœnibus conſtituendis, quibus ſalvis, ipſis ſalvos eſſe liceret, magna popularibus cura inſiſteret; dum pars marmoribus tabulandis, pars lapidibus poliendis, fodiendis lateribus alii, alii diverſis laboribus, quorum quiſque admonebatur, intendunt; ab his, quorum votum erat templum perficere ad ſalutiferæ Crucis honorem, in cœmeterio B. Evangeliſtæ Marci (erat enim ibi ejus ſtructa baſilica) monumentum pretioſo tabulatum marmore reperitur, quod dum curioſis oculis colluſtraretur, propter magnam, quæ circum erat, frequentiam ſepulchrorum, advertunt calatam epigramma, exeſis iam inferioribus partibus; ſed quod legi poterat, hæc ferebat.

Hic requieſcit, S. ac venerabiles Secundinus Epiſcopus, qui ſanctorum fabricas renovavit; raptus in requiem, 3. Idus Februarii.

Immiſſi ergo multi cum ligonibus, purgant, & aperiunt locum: qui cum patefactus eſſet tumulus, in labro mirifico inferiori, quod monumentum forinſecus ab injuria tuebatur, pretioſiſſimum margaritum inventum eſt. Circumfunditur extemplo civitas ad theſaurum inventi corporis; putant fas eſſe, quod pium eſt, oſculari reliquias, invitare votis, efferre præconiis, interceſſionibus poſcere, lachrymis invocare, nocentibus veniam, innocentibus præſidia, ſubſidia indigentibus, de civitatis ſtatu, de ſalute communi, de ſpe bonorum omnium in commune precatur. Non in eos ſolum hujuſmodi putes fuiſſe lætitiam; pectus & viſcera ipſa commovit; deſideriis omnium ſatisfactum eſt in remedium omnium, oblectamenta omnia cucurrerunt. Effertur venerabile corpus manibus Sacerdotum, ubi nova urbis fundamenta jaciuntur, ubi nomen novum extincto priori vel in acceſſionem validioris, converſio exoritur, ac in ſalutiferæ Crucis ſacrario, tantam dignitatem, & ornamenta reponunt. Cumque felices reliquiæ ſignis, virtutibus ad numerum ſuum civium in dies accenderent animos, & erumpentia in maturos beatitudinis botros, religionis germina propagarentur, ab Epiſcopo tamen urbis nihil factis hujuſmodi adhibebatur fidei. Impingit contra ſalutem Patriæ crimen civibus, plebem ſtultitia arguit, accuſat Principes temeritatis, Eccleſiam contumaciæ criminatur. Nulla eſt improperee, nulla inſania, nulla deriſionis, quod eum preterierit, contumelia. Degenerare quippe ab optimis inſtitutis multiformi mala civitas poterat, ni felix hanc Secundinus, quantum valeret, manu miſericordiæ tenuiſſet pene jam cadentem, jam peſſuntem. Quid agis, o Epiſcope? Putas ulli injuria eum eſſe obnoxium, qui ſe in æthereum verticem, unde nemo dejicitur, collocavit? Quid tua refert, cum multa in illū maledictionis tela conjeceris? Eſt autem ejus impenetrabilis ab omni immiſſione lorica. Neſcis duritiam lapidum, quibus civitas ſummi Regis exſtruitur, contumeliæ ferro inexpugnabilem? Cædis cœleſtem adamantem, & deteris petulantibus verbis, quod incurrentia cuncta retundit. Reſpice ad obrizi rigorem, cujus habitum nulla circumfuſa flamma contaminat; multa & id genus ſunt, quæ communi igne lædi non poſſunt. Reſpice ſcopulos in altum projectos, qui mare quidem frangunt, ſed verberati per multa millia temporum veſtigia ſævitiæ nullius oſtendunt. Tutus eſt ab omni injuria Secundus, abductus eſt maiori intervallo a iactu telorum: quicquid autem in illum protervè, petulanter, ſuperbe miſeris, fruſtra tentabis. Cœleſtia humanas manus effugiunt, nulla in ſolem miſſilia prorſus incurrunt. Erit, erit pro certo, qui illum vendicet, erit, qui & in te ſpicula doloris intendat, quæ non illo nervo quatiuntur, ut fruſtra, & citra ſe concidant, ſed latus, ſed viſcera, ſed cor ipſum tormentis expreſſa configant. Feritur interea ex improviſo Epiſcopus tolo latere, quocumque miſerabile corpus inclinat,

in-

incumbit doloribus, ſuſpenduntur in longam vigiliam oculi, ſiunt refrigeria cruciatus, remedium peſtilentia, medicina venenum, vita interitus. Mœret domus, turbatur civitas, impendendis remediis medici laborantes nihil proficiunt. In contrarium enim vertitur quicquid tutela corporis invenitur, aſperantur remedium validiora tormenta, & inſanabiles morbi fugiunt medicinam. Fuerunt plerique, qui illum prope funeratum ſalti improperij memorarent, dum pœnitentiæ locus eſſet, mutaret propoſitum, rediret in viam, errorem ſperneret, de Secundini virtutibus non deſperaret. Intendit in monitores ſuos Epiſcopus, & ſummiſſe quidem, non enim aliter poterat, facturum ſe, cujus erat admonitus, pollicetur, ſperans, ſi modo pœnitentiæ ſpatium interceſſerit, ſalutem, veniamque Secundini meritis promereri, quem nominans ſic appellabat. O felix Secundine, quem Deus rerum omnium Parens, parentem Trojana providit Patria, in cujus commodum impendendi beneficij, conſtituenda ſalutis, conſervanda libertatis, totus incumbis, adſis mihi tua bona voluntatis indigno, nec patiaris partem a toto divelli, cujus poteſtatis eſt omnium in integrum miſereri.

Me miſerum, delicti accuſor, an peccati? Equidem utriuſque, non enim in te, quod debui, ſolemniter colui, ſed tui, quod non debui, oblitum in te populum concitavi. Solve tamen peccati jugum, affere doloris irremediabilis ſervum, confer quemvis alium pœnitentiæ cruciatum. Injuria quippe eſt aliquem criminaliter plecti, qui in Principem potentiſſimum, non odii, ſed ſanitatis inſania inſanivit.

Inde vertitur ad circumſtantes: Reminiſcimini, inquit o filii, reminiſcimini Patris, reminiſcimini amoris, reminiſcimini clementiæ, reminiſcimini dignitatis. Scitis quid amor, quid virtus, quid gravitas, quid denique diligentia mea vobis contulerit; juvate me precib. ſervate patriæ, ſervate vobis, ſervate liberis veſtris: placeat vobis ſalutem poſcere, a quo conſtat equidem multa vos beneficia ſuſcepiſſe. Igitur ad hæc Epiſcopi verba funditur omnis domus in lachrymas, mixta orationes gemitibus pro conferendis ſuffragiis, Dei Genitricem, & Confeſſorem ejus poſtulant Secundinum. Videres pro ſalute Pontificis, de rebus ſuis multa cives profundere, vota numeroſa promittere, Dei omnipotentiam modis omnibus ſupplicare. Dum hujuſmodi rebus inſiſtitur, ſentit Epiſcopus orationum ſuffragia, penitus diſceſſiſſe dolorem clamat; liberum ſe multiformi malo pronuntiat. Quanta ad hæc Trojani populi gratulatio, quanta lætitia oborta fuit, cum ea, quæ pro ſalute Paſtoris communi ſuffragio, una mente, atque virtute geſſerant, proſpere eveniſſe arbitrabantur? Igitur Epiſcopum beneficiis Secundini liberalitate conquiſitis nullum tempus, nulla vis, nulla occaſio tenuit; ſed confeſtim vicem pro pedum officio manibus, ubi erant Secundini reliquiæ, pergit; quem Sacerdotes cum aromatibus, cum candelarum populus haſtis ſubſequutus, ubi ad Crucis vivificæ templum ventum eſt, ſe toto in terram corpore proſtravit Epiſcopus: illum poſcens peccatorum ſuorum veniam, qui verberato doloribus corpori jam contulerat medicinam. Sancto Secundino quoque Antiſtitis maximas egit, & habuit grates, quod voti compos factus eſſet, quod in ejus, quem offenderat, gratiam veniſſet, per quem poſſe pedem ponere in vitæ æternæ poſſeſſionem ſperaret.

Fuere, qui Epiſcopo de induſtria ſuaderent (putabant autem eum dubitare) ut, qui debebat ſubjectos conſulere, conſtituendæ credulitati laborare, cujuſque juris eſſet, quibus pareret, quemque ſequi deberent, oſtendere, reliquiarum partem in ignem probatum mitteret, ut ex multorum pectoribus dubietatis vulnus omnino recideret. Probata tamen reliquiarum virtus, quod ſuadebatur, diſſuadebat Epiſcopo: ſed quod animadvertebat poſſe ad compendium populi legaliter fieri, fidem ſuadentibus commodavit. Iaciuntur in prunas reliquiæ, inſlatur undique flatibus, fit in illis color rubicundus, ſaltum tandem ex igne faciunt; nulla in illis combuſtionis nota invenitur, ſicut hi, qui præſto erant, retulerunt. Gaudent Populi mirabile factum, ſumunt alacres animos ſecundis rebus. Epiſcopus autem magna exſpectatione in concionem venit: concionatus eſt, quod pernobilia patria patrocinia poſſiderent, ſi illis uti honeſtate magiſtra placuiſſet: con-

A cionatus eſt, & gratias egit, quod ſic de ſua, ut de communi omnium ſalute lætarentur: concionatus eſt, ut conſtituenda Eccleſia operam darent, eamque demum perficerent, quæ Secundino venerab. digna eſſet, unde idem poſſet ſemper advertere, ſemper habere Trojam in vultu, Trojam in oculis, Trojam in ore. Sed hæc hactenus, nunc ad reliqua veniamus.

Vir quidam Teuzo nomine, genere Aquitanus, orationis ſtudio, quod præcipuè gentis illius moris eſt, ad Apoſtolorum Principem Romam venit, annitente quidem matre, quæ amoris affecta ſeipſam filio comitem itineris præbuit. Ubi per Sanctorum locorum circuitus ſolemniter officiis pro tempore datis, (citabat enim eum ad alia loca venerabilia tranſitus) domum beatiſſimi Archangeli Michaelis, quæ ſita eſt ſupra Gargani montes altiſſimum verticem adiit: in qua nimirum, & quia devia erat, & quia orationi vacare decreverat, dum ſtationem ſuam in diutinum tempus extenderet; mater, quæ illum fuerat ſecuta, defungitur: qui cum jam fere cunctis deſtitutus vitæ ſolatiis, orationib. lachrymis, & ejulatibus incubuiſſet (fit enim ſæpe, ut majores triſtitiæ B majorem pariant valetudinem) inſanabili, ut videbatur, peſtilentiæ morbo percuſſus eſt, ita quidem, ut pars membrorum ſuorum eo invito moverentur, alia quoque ſic eſſent arida, ut ex illis nullum, quod ſentire poſſet, haberet: vix oculi, vix manus in ſuo erant officio, crura quoque, & pedes natibus adhærentes greſſus ademerant, lingua tantum ut recte quidem naturæ beneficium tuebatur. Quid ageret procul à parentibus, procul à domo, & quod verius dico, procul à ſeipſo? Miſerebantur ejus prætereuntes inopiæ, cujus valetudini non poterant ſubvenire. Intimabatur illi de Secundini virtutibus, ſed ſi vellet ire, non poterat: ſi portari ab aliis, unde conduceretur, nihil habebat penſi: ab his tamen, qui ejus quotidie aſſiſtebant miſeriis, de itinere agi cœptum eſt, qui domo demiſſi cum illo Trojam curſu citiſſimo contenderunt. Feſtinabant autem quia Confeſſoris Secundini collocandis reliquiis ſolemnis inſtabat dies. Poſtquam vero ad urbem veniunt, & debilitatum membris omnibus hominem ante Secundini confeſſionem deponunt: Quantum nobis, inquiunt, attinebat, feciſſe ſatis voto tuo videmur, de cætero age, ut libet; conſulimus tamen tibi in tanta præſentis celebritate diei orationi vacare; putamus enim, & C credimus, id tibi valde profuturum, ad quod pro ſalute tua ipſi etiam ſumma ope utemur. Factum eſt: & jam tempus aderat, ut ad officium ingrederetur Epiſcopus; populi vero, omnibus ſtudioſè ad honorem Dei compoſitis, intus, & præ foribus Eccleſiæ aſſiſtebant. Multi quoque ad hæc ſolemnia, vicis, agris, propinquis, hoſpitiis, multi denique, qui procul degebant, domibus abducuntur. Intrat Epiſcopus cunctis Eccleſiæ ſtipatus choris, incipit agere Pontificalib. inſtitutis; dum hæc aguntur ad Deum languidus toto corde converſus trahit ab imo pectore alta ſuſpiria, implet lachrymis, & luctibus omnia, facit verba, quæ Dei poſſent inclinare clementiam, erigit ſe totum mente, quaſi in Secundini viſibiles oculos precatur, obteſtatur, vovet ſe nunquam ab illo receſſurum, ſi priſtinam ſibi redderet ſanitatem.

Cumque in ejus affectum, reliqua, ut linguam, membra neſciens movet: recurrit ad animum, tentat revera movere manus, movet. extendere pedes, extendit; ſurgere, ſurgit: incedere, incedit; exclamat quo altius valet, ſanum ſe eſſe; pedes, & omnia membra officium ſuum haD bere. Hac igitur vox magno audita deſiderio, aliquantulum ſuſtulit ab ædificationis ordinem Sacerdotem. Tantus enim fuit in laude vera ſplendor, tanta in populis jubilatio, tanta demum lætitia in Clero, ut præ nimia exultatione univerſitas illa geſtiret. videres incolumem operam ſuam medico affectuoſiſſime polliceri, ſtabilitum iro ſe illis, ut convenerat, mancipio dare: illum corporis ſui auctorem, illum cuſtodem animæ, illum ſui largitorem beneficii glorіabatur.

Manſit in hoc propoſito dies admodum paucos. Ratus enim pro ſe eſſe patriam petere, amicos viſere, fregit, quod in Dei facie ſtabilierat pactum, mutavit præcipitatione conſilium, negavit nulla neceſſitate promiſſum: & quia timori erat, ſolum, & incomitatum tam longinquã aggredi viam, ad inveniendum itineris ſocios Romam acceſſit. Ubi autem repertis ſociis pergit ire, valetudo priſtina adimit greſſus; parat redire, greſſus reſumit officium; parat abire: iterum pedibus, manibus, & toto ei

corpo-

corpore interdicitur. Accedente igitur malo perterritus, quod viderit jam in ſe mala obliterata recurrere, ne tanta calamitas ulterius inſerviret, greſſus unde tulerat, retulit: ubi autem, quoadvixit, in Confeſſoris Secundini obſequiis devotiſſimus perduravit.

Præterea cum Trojanus populus tantam auctoritatem, tantamque Confeſſoris Chriſti virtutem potiſſimum enitere in dies ſingulos cerneret, ad illuſtrandam omnibus ornamentis, in qua reconditus erat, Eccleſiam, conſenſione quadam unanimis intendebat. Quippe ex illo ſpes, ex illo fiducia, ex illo eorum maxime cura pendebat; de quo urbis Præſule, de quo cuſtode, de quo denique Principe quotidie apud eos agitabatur. Videres ſingulum quemque ejus domini, ut ſua, ut liberis providere, in privatis rebus minimo, & tenuiſſimo cultu contentos vivere, at in ejus publico apparatu ad dignitatem, ad gloriam, ad ſplendorem omnia parare. Fiebat autem et aſſidua non ſolum de patrimoniis, verum tabulis emptionis, codicillis etiam omnium bonorum delegatio. Fumabant aromata, candelabra radiabant, omne illud domicilium cereis, lampadibus, nocte, interdiu coruſcabat.

Nocte vero quadam cum pro devotione populi, ut hodieque moris eſt, magna cereorum ſerie ara cingeretur à deferentibus, ut cuſtodes diu eos accenſos ſinerent, oratum eſt. Accenſis ergo dimiſſis luminaribus, cum ad alia cuſtodes animum verterent, dilata extinctio memoria excidit. Inter cereos autem, & Aram in anteriori parte illud erat ſpatii, quod gradus, cui cerei capitibus accenſis adhærebant, latitudo faciebat, ex aliis vero partibus ſola interſtitium palla erat. Arſit ergo ignis continue, nullusque illi ardendi finis, niſi cum materia finè fuit. Hæc interim ſollicitudo hymnorum matutinalium ſomnum cuſtodibus adimit; unuſquiſque ſe ad ſua miniſteria levat; alius aperire fores, pulſare cymbalum; alius libros extrahere, thura incendere, ut autem cum thuribulo ad aram ventum eſt, ex illa cereorum multitudine nullus ſupereſſe videtur: vertit ſe per circuitus aræ cuſtos, inſpicit lineatim jacere cineres, ſicut illorum fuerat ordinata compages. Excepit igitur admiratio admodum magna cuſtodem, quod erant pallæ fimbriæ cineribus involutæ, ſed integræ. Cumque ad illas manus admoviſſet, reperit, ut viderat, ab omni læſione ignis alienas. Hæc denique ut potiſſimum facerent videntibus fidem, putavit fore opportunum, ita ut repererat, reſervare. Peractis igitur pſalmis matutinalibus, cum Clero Populus ad tam grande ſpectaculum invitatur. Tollunt ad hanc viſionem manus omnes ad ſydera, multiplices referunt gratias Conditori, qui facturam non deſpicit, qui miraculis hominibus innoteſcit, qui Secundinum de virtute in virtutem ſic eniteſcere frequentiſſime facit. Confeſtim deinde civitatem omnem accerſere, dona decenter miniſtrare, vicinis quoque tantam gloriam intimare, mandatum eſt. Hæc vero Beati viri virtus maximam dignitatem in civibus, maximum vicinis gaudium, longinquis etiam urbibus commodum maximum comparavit.

Verſus Gauferii Monachi Caſinen. in laudem S. Secundini Trojani Epiſcopi ex mſ. Longob. charactere conſcripto Biblioth. Caſinenſis.

Adſis tota tuis feſtis feſtiva diebus
Troja, quibus ceſſit altera Troja tibi.
Plures illa viros, terraque marique potentes.
Quos tamen haud potuit ſemper habere, tulit.
Horum ſenſit opes viventum, ſenſit honores:
Defunctis periit quidquid honoris erat.
Jo nova Troja duces cælique ſolique potentes,
Qui tibi plus aderunt, cum morientur, habet.
Ex his unus adeſt, proprio qui more ſecundans
Cuncta, Secundinus rite vocamen habet.
Hujus ad egregium præſens accingere feſtum,
Lætaque ſignificent mens, habitus, facies.
Sume lyram: reſonis placeat contendere nervis,
Carmen lætitiæ lingua, manuſque ſonent.
Ut colat hunc, ut amet nimis urbs nimis urbis amātē
Condecet, indicio id quod amare ſat eſt.
Ignotus jacuit, cum tu deſtructa jaceres;
Mœnibus ut ſurgis, ſurgit & ipſa tibi.
Plurimus, & pulcher lapis à foſſore repertus.
Pulchra quod exstiteris, & ſpatioſa docet.
Sed ſacer inventi theſaurus corporis, omni
Splendidior lapide, ſis mage pulchra, facit.
Pange, quod exhibitas dum Præſul Præſulis odas
Ridet, in extremum it prope ſupplicium.
Supplicat ecce, rogat, modo, qui detraxit, & orat;
Cumque doloris abeſt cauſa, dolore caret.
Sic ſacer irriſus punit, juvat atque rogatus,
Sic retinet virtus, ſic pietatis opus.
Credulus ergo fidem, cui reſtitit, exprimit idem
Præſul, relliquias dum probat igne ſacras.
Relliquias ambit, nec habet vim flamma cremandi;
Sic illæſa foras oſſa probata volant.
Summa refrigerii reſidet loca, cujus os ignis
Urere nec potuit, nec retinere diu.
Collocet ergo ſacra ſacra membra Præſul in ara,
Detque Secundino non aliena ſuo.
Laudat, honorat, amat, veneratur, ſupplicat, orat,
Hæc ſua ſunt equidem urbs facias eadem.
Plures Troja vales hujus numerare triumphos,
Sed ſatis hoc laudis ſuppetet ad cumulum.
Non ſat erat Latium virtutum præmia totum,
Et præclara tui facta videre Ducis.
Gallia tantorum ſpectatrix ipſa bonorum,
Ipſaque materies teſtis & ipſa venit.
Gallorum ſancti celebrent Michaelis ad ædem.
Venerat oratum more ſuo populus.
E quibus unius totos circumplicat artus
Languor inauditus, & gravis, & ſubitus.
Omne quidem corpus ſic ſic contraxit, ut inſtar
Sphæræ, non hominis redderet ille globus.
Crura pedes ſtabili compagine natibus hærent,
Vix habet officium lingua, manuſque ſuum.
Cætera membra premunt, nec omittunt iſta dolores;
Vivere jam patitur, qui toties moritur.
Fama Secundini jam pluribus agnita terris
Evolat ad Gallos tum ſibi contiguos.
Mox inſperata ſpes ſumitur ampla medela
Languor & ut pelli poſſit, adeſſe ſalus.
Ergo Secundini venerandam fertur ad ædem,
Cujus cum nuſquam ferre pedes poterant.
Pſallitur, oratur, lachrymatur, vota voventur,
Munera ſpondentur. Fit cito quod petitur.
Qui ſimul ulnarum, manuum, crurumque, pedumque
Perdidit officium, ſuſcipit omne ſimul.
Jam graditur, loquitur, vegetatur corpore toto,
Corpore qui toto pene ſolutus erat.
Quem voti præſens morbi facit eſſe receſſus,
Dum novus eſt memorem, verſus in immemorem.
Ad patriam lapſis aliquot parat ire diebus,
Qui novit auſquam, ſi foret incolumis.
Non impune tamen, nam mox intratur in urbem,
Pœna priore nimis aſperior rediit.
Si patriam peteret, greſſum valetudo negabat,
Si Trojam vellet, pes ſibi liber erat.
Ergo liber Trojam remeare ſalute recepta;
Seque Secundino dedere ſervitio.
Obſequium reducem ſolidat, ſtabiliſque ſalutem,
Et repetita ſalus roborat obſequium.
Sit ſatis ad lapidem tanti patris iſta tuliſſe,
In quibus aſpicias, quæ fuerint merita.
Certe non pietas, probitas, non illa voluntas,
Cuique ſuum tribuens, non amor ille duplex,
Certe non gravitas, non denique cætera virtus,
Hujus ab hoſpitio mentis abeſſe poteſt.
Quem ſic virtutum Rex, largitorque bonorum
Audit, & exaudit, glorificat, decorat.
Reſpice jam cives pater optime, reſpice alumnos,
Reſpice præcones præco ſuperne tuos.
Si tua ſuſcipias ſuffragia, non ſua tellus
Jus dat, & hæc tellus plus tua ſuſcipiat.
Cum noviter notos morbo faciente procures,
Cura devotos ſpouſe denique tibi.
Fit cum ſanatur, ſananti debitor æger,
Præco, quem cecinit, creditor eſſe poteſt.
Ergo modo quodam meritis ſubeamus alumni,
Quod nihil immeritis nunc ſubire rudet.
Corporis, & cordis mala deſtrue, ſiſte ſalutem,
Pars vacet ut nunquam laudis utraque tua.

Item Hymnus ejuſdem de eodem.

Chriſte Rex Regum, protector piorum,

Noſtra qui digne tibi militantis
Rex Secundini canimus ſecundas,
Vota ſecunda.
Hujus inſignem, celebremque vitam
Nobiles mores, veteres triumphos,
Mira virtutum noviter ſuarum
Prodita pandunt.
Falſa promentem jaculo doloris
Percutit vero, videt hic reatum,
Pœnitet dicti, ſua pœnitentem
Pœna relinquit.
Cujus oblectant animam tepores
Veris æterni, fovet & quietis
Aura cœleſtis, nequit hujus artus
Flamma nocere.
Omnibus membris prope deſtituto,
Quæ ſuum tantum poterat tueri
Jus, preces fundens celerem refundit
Lingua ſalutem.
Præſuli tanto vacuare facta
Vota tentantem valetudo nectit
Soſpitas greſſus eadem parantis
Solvere ſolvit.
Fimbriis palla decorantis aram
Cereus mixus penitus crematur,
Fimbria vero nihil uſtionis
perpetiuntur.
Splendor æternus, decus, & triumphus
Cum coæterno tibi ſit Parente,
Atque cum ſacro pariter ſuperna
Flamine proles. Amen.
℟. *Ecce Secundinus cœleſti ſede poſitus*
Tranſit ab hac vita vere bonus Iſraelita
℣. *Nunc chorus exultet, pſalmiſque ſequatur euntem.*
℟. *Euge Dei regis cultor bone, ſerve fidelis.*
Multa ſupra felix, quia ſupra parva fidelis
℣. *Dupla repræſenta tibi tradita quinque talenta.*

Reliqua deſiderantur in M. S. codice Caſin. Bibl.

I. 2. (t) ANGELUS electus, & conſecratus Epiſcopus Trojanus anno 1028. Eccleſiam S. Sophiæ intra civitatem à Bizzantio Abbate S. Sophiæ Beneventi conſtructam conſecravit, liberamque fecit ab omni Epiſcopali jure. Hujus rei monumentum accepi ex chronic. ejuſdem Monaſterii manuſcript. Bibliothecæ Vaticanæ.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Domini æterni. Anno 1037. necnon, & quarto anno regnante D. Michaele ſanctiſſimo Imperatore noſtro, menſe Februarii, indict. 5 Ego Angelus, gratia Domini opitulante Præſul S. Eccleſiæ Dei Genetricis Virginis Mariæ, & totius Diœceſis civitatis, provinciæque Trojanæ, anno Præſulatis mei, ſive conſecrationis nono: declaro, atque clarè facio Ego quid præfatus Præſul: quoniam annuente Domino D. Bizzantius, necnon & Reverendiſſimus Abbas vocabulo cœnobii, ac monaſterii S. Sophiæ, quod ſitum, ac locatum eſſe dignoſcitur intra murum Civitatis Beneventanæ, idem prædictus venerabilis Abbas intus prædictam civitatem Trojanam, juxta murum, & in parte Orientali ædificavit Eccleſiã vocabulo S. Sophiæ, in proprio territorio ſuo à novo fundamine. Quamobrem tu, qui ſupra nominatus Abbas, cœpiſtime præfatum Præſulem deprecari, atque à me quærere, ut quemadmodum ab aliis Epiſcopis de cæteris Civitatibus Italiæ, extant Eccl. liberæ per ſcriptum oblationis, atque conceſſionis eorum, ita & ego firmarem tibi prædicto Abbati ſtabilitatem, & liberationem, de ipſa prænominata nova Eccleſia Trojana à te conſtructa à me prænominato Præſule dedicata, qui eiſdem petitionibus exaudiens diſpoſui tunc velle haud quaquam differre reminiſcens ad quæ de Eccleſiarum conſtructionibus D. Zacharias Papa præſinivit in Concilio: Ut Eccleſia, vel cœnobium canonicè exſtructum à dominio conſtructorum invitè haud quaquam auferatur, liceatque illi presbytero, cui voluerit pro ſacro officio illi Diœceſis, & bonæ authoritatis dimiſſione cum conſenſu Epiſcopi ne malus exiſtat commendari, ita ut ad præfatam juxtam reverentiam, ac placitum ipſius Epiſcopi ſacerdos recurrat. Quamobrem per rogum Joannis Galliardi, & Imperiali Emproſopo, quod precis, & precatu tuo, aut cæterorum venerabilium, necnon & fidelium fratrum convenientium nos deſiderium veſtrum ovanter, triumphanterque implevimus, atque perficimus, veruntamen nunc anteceſſorum noſtrorum totius Italiæ Epiſcoporum recordatoritu, & exemplo eorum, qui nunc præſunt Epiſcopi, una cum advocatore, ac authore dilectiſſimo filio Joanne Archipresbytero, vel cum conſenſu illius Archipresbyteri Joannis, & Archidiaconi nomine Grimii, vel primicerii Fulconis presbyteri, ſeu & aliorum Sacerdotum, ac Levitarum, omniumq; ordinum Clericorum, per hoc noſtrum roboratum præceptum, necnon per Baculum noſtræ manus tibi Venerabili præſcripto Abbati tradidi in præſentia Joannis Judicis filii, Urſi Diaconi, & Adonis Judicis, & per Baculum in noſtra manu tenentem, & prænominatam Eccleſiam S Sophiæ, quæ eſt conſtructa in jam dicta Civitate Trojana, quam ſuperius patefecimus, nobis pertinentem eſſe, cum omnibus, quæ ibidem Dominus per ſuos famulos dederit, in iam nominata Eccleſia, ſemper omnique tempore habeatis ſonare more Monaſtico campanas, ſicuti ſolet in eodem monaſterio, & ſemper liberam eam eſſe concedimus, ab omni condictione, contradictione, requiſitione, & qualibet moleſtatione noſtra, vel poſterorum, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, quam & cogente nos canonica, & Regulari inſtitutione colligamus, atque obligamus nos, noſtroſque ſucceſſores, & poſteros præſtare indiſſolubiliter, atque manere ſemper in ſtatutis, necnon & ſanctionibus per præceptum iſtius libertatis corroboratum atque confirmatum à me, & nulla conditionis, requiſitionis poteſtatem habeamus iam in iam dicta Eccleſia, quam & in omnibus, quæ à fidelibus ibidem data fuerint. Quia & etiam hoc vobis concedimus, ut omni anno ſemper in cœna Domini habeatis à me munera, quæ firmata dicuntur, & à meis poſterioribus, vel ſucceſſoribus, & ſi dare noluerimus, anathematis vinculo conſtricti jubeamus pœnam Ea videlicet ſanctione hæc omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt, confirmavimus, atque hanc libertatis firmiſſimam munitionem conceſſimus vobis in tutelam, ut amodo, & ſemper, atque in perpetuis temporibus tibi prædicto Abbati, vel poſteris, vel ſucceſſoribus tuis, vel omnibus, qui à vobis fuerint ordinati, de quocunque gradu, ordine, vel officio fuerint, habeatis abſque contradictione mea, omniumque poſteriorum vel ſucceſſorum noſtrorum, prædictam Eccleſiam, cum omnibus, quæ à fidelibus ibidem data, aut oblata fuerint, à nullo ex noſtris hoc removeri aut tolli ſucceſſoribus, & poſteris, per Dominum omnipotentem trinum, & unum, eiuſque ſanctos, Cœliteſque omnes adjuramus. Et ut ab eis incunctanter credas, ſigillum figuræ ubi depicta eſt Sanctæ Dei Genetricis cum Salvatore in ulnis imago, & circum in giro legitur: Virginis membris genuit, quem geſtat in ulnis, & ab alio latere legitur nomen S. Mariæ. Si quis autem, quod abſit, nefario auſu hanc noſtram libertatem irritam facere voluerit, atque præſumpſerit, anathematis vinculo religetur in perpetuis temporibus, aperiatur terra, & deglutiat eum, ſicuti Chore, Datan & Abiron, alligatus anathemate trecentorum decem & octo SS. Patrum; & cum Juda traditore D. N. J. C. æternis ſit incendiis exurendus. Quod videlicet præceptum libertatis tibi Franco Notario ſcribere injunximus, necnon & propriis manibus ſacerdotes reliquoſque Cleros ſubſcribere juſſimus, & per confirmationem ſupradictorum omnium ſecundum conſuetudinem præceptorum manu noſtra ſubſcripſimus.

Actum in Civitate Trojana in ſacro Epiſcopio noſtro feliciter admodum.

Ego Angelus Epiſcopus.
Ego Ioannes Archipresbyter.
Ego Rodelgrimus Archilevita.
Ego Laurentius Cardinalis.
Ego Conſtantinus Cardinalis.
Ego Hermannus Cardinalis Camerarius.

3. ARDUINUS Epiſcopus Trojanus interfuit Concilio Romano ſub Nicolao II. anno 1059. II.

4. STEPHANUS reperitur in conſecratione Eccleſiæ Caſinenſis anno 1071. apud Anonymum. III.
Eidemque ſcribit Gregorius VII. ep. 9. anno 3. apud Binium. * Ad ipſum quoque privilegium ſcripſit Alexander II. in hæc verba. Integrum non damus, cum cætera, quæ in fine deſunt, in exemplari corroſa ſint.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto filio Stefano Trojano Epiſcopo perpetuam in Domino ſalutem.

(t) Ab hoc Angelo ſeriem hanc Trojanorum Epiſcoporum auſpicamur, cum Secundinus ſupra relatus fuerit Ecclanenſis antiquitus Epiſcopus, de quo in X. tomo fuſius agemus.

Concedimus & donamus ſecundum tenorem privilegii ſereniſſimorum Imperatorum Conſtantinopolitan. Conſtantini, & Baſilii fratrum, qui ipſam civitatem Trojanam readificare fecerunt per Bubajanum Capitaneum ſuum, & fidelem, fines, & terminos ſtatuerunt auctoritate Imperiali; concedimus tibi & ſucceſſoribus tuis canonice intrantibus in ipſam civitatem, & in tota Parochia jura Epiſcopalia libere exercenda, & quod Trojani Pontifices à nullo alio, niſi a Romano Pont. conſecrentur. Cui numerum Eccleſiar. tibique & ſucceſſorib. tuis legitimo jure parochialis concedimus, & donamus. Imprimis ſuburbium Crepacordis cum Eccleſiis ſuis, Monaſterium S. Mariæ de ſacto cum Eccleſiis ad eam pertinentibus: S. Crucem de Portula, S. Felicem, S. Panocholum juxta locum Bicchari: Biccharum cum Eccleſiis ad eum pertinentibus, Abbatiam S. Petri de Burgano ad benedicendum in ea Abbatem, & jura Archiepiſcopalia exercenda, Eccleſiam S. Georgii, Eccleſiam S. Viti, Monaſterium S. Mariæ in Monte Aratu, Eccleſiā S. Petri de Montilla, Caſale S. Juſtæ, Caſale S. Nicolai de Blanca Terra: Villam Fogia cum Eccleſiis ſuis, Caſtellionem Eccleſiam S. Ægidii in Valle ſicuum, Eccleſiam S. Leonardi, Caſale S. Laurentii in Carmin. cum Eccleſiis ſuis, Monaſterium S. Mariæ Coronatæ cum benedictione Abbatis, fabricam Pontis Albanen. cum Eccleſiis ſuis ad eum pertinentibus, Montem Calcellum ſanctum de Sandoru, Abbatiam S. Nazarii, S. Nicandrum, Caſale de Ripalonga. hæc omnia tuæ cond. habenda concedimus in perpetuum, & donamus in perpetuum jure Parochiali, &c.

5. (1) ROBERTUS, poſtea Archiepiſcopus Meſſanenſis anno 1082.

IV. 6. GERARDUS ſubſcripſit bullæ Urbani II. Monaſterii Cavenſis, anno 1092. a Teſtis donationi Roger. Ducis Eccleſiæ Melphienſis factæ an. 1093.

a Et pro Caſin. monaſt. 1092.

V. 7.* HUBERTUS Trojæ Epiſcopus fuit an. 1100. quo à Paſchali II. privilegium pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus benigne accepit, ut vides.

*Ex App. t. 9.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto fratri Huberto Trojano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus Canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Juſtis votis conſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare Nos convenit, qui licet indigni juſtitiæ cuſtodes, atque præcones in excelſa Apoſtolorum Principum Petri & Pauli ſpecula poſiti Domino diſponente conſpicimur. Tuis igitur, frater in Chriſto chariſſime Huberte, juſtis petitionibus annuentes S. Trojanam Eccleſiam, cui auctore Deo præſides, Apoſtolicæ Sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut ejuſdem Eccleſiæ Trojanæ Antiſtites in perpetuum à Sedis Apoſtolicæ Pontifice conſecrentur, cui nimirum Eccleſiæ, tibiq. ac tuis legitimis ſucceſſoribus jure proprio poſſidē. firmamus. Montem Majurum, Villam, quæ dicitur S. Laurentii, & quicquid in poſterum juſte & canonice ad Eccleſiæ poſſeſſionis proprietatem largiente Domino poteritis adipiſci; Epiſcopali vero jure regenda in perpetuum, ad diſponendum ſancimus ipſam civitatem Trojanam & in ea S. Nicolai Monaſterium cum Eccleſiis ad id pertinentibus, S. Crucem de Portula, & Felicem, Caſtellionem, Caſtellum novum Biccarum cum Abbatia S. Petri in Burgo cum Eccleſiis ad id pertinentibus, Eccleſiam S. Viti, fabricam S. Mariæ de Fucis, S. Petrum de Montella, S. Juſtam, & quæcunque prædia prædeceſſorum noſtrorum authenticis privilegiis, quæ Eccleſiæ veſtræ data ſunt, continentur. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſtè datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si quis vero in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice Comes, Judex, aut Eccleſiaſtica qualibet, ſæculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena eſſe, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Paſchalis S. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.
Ego Oddo Oſtienſis Epiſcopus ſubſc.
† Ego Odoriſius Cardinalis, & Abbas ſubſc.
† Ego Albit. Dia. Cardinalis S. Petri ſubſc.
† Ego Milo Præneſtinus Epiſcopus ſubſc.
† Ego Bruno Signin. Epiſcopus ſubſc.
† Ego Teuto Cardinalis SS Joannis, & Pauli ſubſc.
† Ego Paganus Diaconus Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſubſc.

Datum apud Caſinum per manum Johannis S. R. E. Diac. Cardinal. 4. Idus Novembris Ind. 8. Incar. Domi. anno M. C. Pontificatus autem D. Paſchalis II. Papæ anno 2.

8. GUILLELMUS, clarus in Concilio Vaſtellenſi anno 1106. Idem interfuit conſecrationi Gelaſii Papæ II. memoratur à Falcone Beneventano anno 1133. ſub quo Troja paſſa eſt excidium Rogerio Rege jubente, ut idem refert Beneventanus. VI.

9. ELIUS anno 1177. ſubſcripſit diplomati conjugii Guillelmi Regis Siciliæ, & Joannæ Regis Angliæ filiæ, m. Februario, ubi Trojanus electus dicitur. VII.

10. GUALTERUS de Polena *b*, Regni Siciliæ Cancellarius anno 1155. translatus ad Catanienſem Eccleſiam. (3) VIII.

b Palene de Comitibus Marſorum in Apulia Literis Topp. in Bibl. Neapol.

11. GUALBERTUS ſubſcripſit privilegio Henrici Sexti Monaſterii Florenſis anno 1195.

12. PHILIPPUS munus conſecrationis accepit in Lateranenſi Eccleſia ab Innocentio III. ut idem Pontifex ſcribit in epiſt. 177. Clero, & Populo Trojano 3. Id. Octob. anno 15. qui fuit ſalutis 1212. IX.

13. M. PETRUS de Barbuco, electus pridie Id. Januarii ab Innocentio IV. anno 1253. ex regeſto Vatic. epiſtola 309. anno IX. X.

14 MATTHÆUS, electus à Petro S. Georgii Diacono Cardinali Legato, ab Alexandro confirmatur 5. Id. Martii anno 5. ſalutis verò 1260. *c* ex regeſt. epiſt. 256. fol. 253. Obiit ann. 1276 Poſt cujus exceſſum Capitulum poſtulavit M. Ugonem de Troja Canonicum ejuſdem Eccleſiæ, qui liberè ceſſit. Iterum poſtulavit Berterium ejuſdem Eccleſiæ Canonicum, qui ante confirmationem diem clauſit extremum. Nicolaus III. ſequentē de plenitudine poteſtatis delegit. XI.

c 1259. Lucent.

15. Fr. HUGO Ordinis Prædicatorum electus an. 1278. 4. Kal. Auguſti ex reg. ep. 106. fol. 28. ann. 1. Nicolai III translatus inde ad Bethlemitanam an. 1279. 7. id. Octob. * Hugoni Epiſcopo Trojano paulò poſt ſuam confirmationem idem Nicolaus tranſmiſit pallium, cujus uſus ex indulto ſedis Apoſtolicæ fuerat ei conceſſus. Diploma eſt in Reg. Vatic. num. 130. pag. 36. an. 1. Nicolai Tertii, incipit, *Cum pallium*, &c. Dat. Viterbii 2. Nonas Aug. An hoc privilegium fuerit perſonæ ipſiuſmet Hugonis, an Trojanæ eccleſiæ, adhuc me latet. XII.

* Ex App. t. 2.

16. Fr. RAYNERIUS Ordinis Minorum electus an. 1280. 5. Non. Maii, ex regeſt. epiſt. 29. fol. 243. XIII.

17. ROGERIUS Epiſcopus Trojanus obiit. anno 1302. XIV.

18. PETRUS Ordinis Minorum eligitur à Capitulo; confirmatur à Bonifacio VIII. anno 1302. 5. Id. Septembris ex regeſt. Vatic. epiſt. 532. fol. 512. Obiit anno 1309. XV.

19 GU-

(1) Expungendus ex hac ſerie Robertus iſte, qui non Trojæ, ſed Troinæ civitatis in Sicilia Epiſcopatum geſſit. *Lucent.*
(3) Confunditur hic Gualterus cum Gualberto, quem proximè enumerat Ughellus. Ille enim, qui ſibi teſtimonium adſtruit ex privilegio Henrici VI. Monaſterio Florenſi elargito an. 1195. Gualterus eſt Cancellarius Regni Siciliæ, qui etiam dimiſſa hac ſede non Catanienſem, ut ſcribit Ughellus, ſed ad Panormitanam Archiepiſcopalem tranſiit, ut deſumitur ex geſtis Innoc. III. c. 29 & Petri Marcæ. l. 5. c. 26. lib. Concordiæ Sacerdotii & Imperii. Aliquibus e. non Acta allegata, cum malis artibus conſpiraſſe in eum dicuntur, redargente Innocentio Papa Cinthium, ſeu Cincium Card. tit. S. Laurentii in Lucina Apoſtolicum Legatum in partibus Siciliæ, quod in tanto negotio ſe ingeſſerat abſque Pontificio beneplacito: Id enim Apoſtolicus Legatus in facultatibus cum non haberet, concedens tamen Gualtero, qui temere nec dum Pallio obtento, Epiſcopalia munera exercebat. *Lucent.*

XVI. 19. GUIELLMUS* de Blanco (ita memoratur in reg. Roberti regis.) Gallus, Monachus Monaſterii Claremontis, & Prior de Podio, Ordinis Cluniacenſis Siſtarcienſis Diœceſis, eligitur à Clemente V. an. 1309. 2. Id. Aprilis, ex regeſt. ep. 282. Obiit 1310.

* Ex App. t. 2.

XVII. 20. BERARDUS Rector Eccleſiæ parochialis de Salis Toloſanæ Diœceſis, eligitur à Capitulo; confirmatur à Clemente V. anno 1310. 2. Id. Junii epiſt. 615. fol. 151. anno Pontificatus 6.

XVIII 21. ARNOLDUS anno 1322.

XIX. 22. BISANTIUS electus 1332. 10. Julii.

XX. 23. HENRICUS electus 1341. 22. Martii.

XXI. 24. GUIDO Epiſcopus Trojanus, translatus ad Venafranam Eccleſiam ab Urbano V. 1385. 4 id Auguſti ex reg.

a 1366. 4. Id. Aug.

XXII. 25. RICHARDUS anno 1391.

XXIII 26. BARTHOLOMÆUS anno 1398.

XXIV 27. NICOLAUS electus 1409. eodem anno translatus ad Cavallicenſem Eccleſiam.

XXV. 28. ANGELUS de Manfredonia electus à Gregorio XII. anno 1411.

XXVI 29. JACOBUS de Lombardis, electus ex Archidiacono Coadiutor Angeli, 4. Kal. Aprilis 1438.

XXVII. 30. * JOANNES Paulus Epiſcopus Pontentinus translatus ad hanc Trojanam Eccleſiam Kal. Aug. 1469. pro ubitum Jacobi Ex Actis Conſiſt.

* Ex App. tom. 2.

XXVIII. 31. STEPHANUS electus 8. Idus Julii an. 1475. ex libro Obligationum translatus ad Rigenſem Archiepiſcopatum anno 1480. 12. Martii.

XXIX 32. SCIPIO Piſcicellus Neapolitanus, evectus ad hanc ſedem ann. 1480. 22. Martii. Obiit 1484. Ex hac perantiqua, ac nobiliſſima familia, præter hunc Scipionem Matini Rocchæpimontis filium, alii ſacrati viri prodiere, Raynaldum nempè Archiepiſcopum Neapolitanum S.R.E. Card. tres Nicolaos Salernitanos, Robertum Brundiſinum, Hectorem Lancianenſem Archipræſules, & Jacobum Epiſcopum Leccienſem, de quibus ſuis in locis.



XXX. 33. JANNOTTUS b Pandolphinus („*Pandulphi* „*atq; Conſtantia Guicciardina filius*) nobilis Florentinus, ſuæ ætatis 29. creatur Epiſc. 6. Idus Martii 1484. ultrò ſe abdicavit anno 1514. * Romæ tandem obiit In æde S. Sylveſtri in monte Quirinali in temporaneo tumulo hoc fuit appoſitum Epitaphium.

Jannotto Pandulphini Florentino, Trojani
Antiſtitis molis Adriana à Clemente VII.
Præfecto temporaneum depoſitum. Obiit 12.
Decemb. MDXXV. ætatis ſuæ an. LXVIII.

Corpus inde Florentiam translatum in Abbatia Ord. S. Benedicti conditum fuit, ubi hæc brevis viſitur inſcriptio.

JANOCTIUS PAND.
EPISCOPUS TROJÆ
A. D. M. D. XXV.

b Gemotius dicitur in Lateran. Concilii Seſſ. VI. an. 1513. & in Seſſione VIII. ejuſdem Concil. an. 1514. appellatur Jannottus.

* Ex App. t. 5.

XXXI 34. FERDINANDUS Pandolphinus ſuperioris nepos, electus die 17. Februarii 1514. Quadraginta, & eo amplius annos ſumma cum laude hanc rexit Eccleſiam. Tandem Florentiæ c obiit an. 1560. ſepultus propè patruum cum hoc epitaphio.

FERDINANDUS PAND.
EPISCOPUS TROJÆ
A. D. M. D. LX.

c Obiit in Oppido Foggiæ, ubi in Eccleſia Collegiata tumulatus eſt. Vide Gamurrinum vol. 5. p. 99. & ſeqq. ubi plura de his Pandulphinis, eorumque familia. Mand.

XXXII. 35. JOANNES Cardinalis Rebiba hanc Eccleſiam an. 1560. 19. Junii in adminiſtrationem accepit.

36. PROSPER Rebiba ſucceſſit, Cardinale cedente 4. Septembris 1560. („*Concil. Trident. interfuit* „*an. 1563. & ad Conſtantinopolitanum Patriarcha-* „*tum aſcendit.*) XXXIII.

37. JACOBUS Aldobrandinus („ *Franciſci, at-* „*que Glariceæ Ardanghella filius,*) Florentinus, („*J.* „*U.D. Canonicus Florentinus, U.S. Ref.*) Clementis VIII. affinis, ab ipſo electus ann. 1593. 15. Novembris, poſtquam variis in Urbibus Eccleſiaſticis jus laudabiliter dixiſſet. In Patria defunctus eſt anno 1607. ſepultus in Eccleſia S. Laurentii. („*Cum Nun-* „*cius Apoſtolicus in Regno Neapolit. extitiſſet.*) XXXIV.

38. PETRUS Antonius de Ponte Clericus Regularis Theatinus, electus anno 1607. 14. Maii. * „Obiit 1622. (*Patria fuit Neapolitanus, percelebris ſui* „*ſeculi declamator, & in Urbe Sanctiſſ. Inquiſitionis* „*conſultor; à Paulo V. Pont. ad Ferdinandum Au-* „*ſtriacum Archiducem Nuncius miſſus. Vide plura de* „*eo apud Silos in hiſt. Cler. Regul. p. 2. pag. 57. 202. &* „203. Mandoſ.) XXXV.

* Ex App. t. 2.

39. JO. BAPTISTA Roviglionus, Neapolitanus, Melchioria, & Corneliæ Marantæ filius à Gregorio XV. Trojanus Epiſcopus effectus eſt an. 1622. menſ. Febr. ſequenti anno deceſſit. XXXVI.

40. SYLVESTER, obiit anno 1626. XXXVII.

41. JOANNES Baptiſta Aſtallus nobilis Romanus, U.S. Ref. electus ab Urbano VIII. an. 1626. 19. Januarii. * Romæ mortalitatem explevit die 17. Auguſti 1644. ſede Romana vacante jacet in Eccleſia Aracœlana in majorum ſepulchro. XXXVIII.

* Ex App. tom. 2.

42. JO. Thomas de Venetianis Monopolitanus, In Romana Curia Advocatus, antiquæ probitatis, & inculpatæ virtutis vir, ab Innocentio X. Pont. Max. Trojanus Epiſcopus die 30. Januar. 1645. electus eſt * obiit 1647. XXXIX.

* Ex App. t. 2.

43. ANTONIUS Sacchettus Epiſcopus S. Severi ad hanc Trojanam Eccleſiam translatus eſt die 3. Jan. 1648. XL.

A D D I T I O.

„ *Epiſcopali munere eximia cum vita probitate peracto, deceſſit 1662.*

„ *SEBASTIANUS Surrentinus Cavenſis, Cauſarum Advocatus, & Neapoli Apoſtolici Nuncii Auditor, ſucceſſit 12. Febr. 1663. ſingulari integritate præfuit uſque ad an. 1675. quo fato ceſſit.* XLI.

„ *ANTONIUS de Sangro Nobilis Neapolitanus Clericus Regularis Theatinorum, ſacræ Theologiæ Profeſſor, ad hanc Sedem ſuarum virtutum prærogativa exigente ſubvectus eſt 16. Decembris 1675. Zelo Paſtorali ſuccenſus nulliuſ perculſus timore, omnes ad vera pietatis cultum traxit. Concilio Beneventano Provinciali præſens fuit an. 1693. menſe Aprili celebrato ab Archiepiſcopo Cardinali Urſino, cui affinitate propior, in enucleandis ad Eccleſiaſticam diſciplinam inſtitutis proximus ſemper. Ad propria reverſus dum ea, quæ in Synodo fuerant decreta, obſervanda ſuis proponit, vita functus eſt 1694. Vir procera ſtatura, & venuſtioris præſentia, in cujus ore gratiæ omnes reſidere videbantur.* XLII.

„ *ÆMILIUS JACOBUS de Cavaleriis Neapolitanus humanis, Diviniſque literis inſtructus, Juriſprudentiæ operam dedit, retulitque inde Lauream, qui cum ſumma in Deum ferretur pietate pios Operarios aggregari Neapoli voluit; tanta valuit exiſtimatione apud Cardinalem Cantelmum Archiepiſcopum Neapolitanum, ut eum ſibi delegerit Examinatorem Synodalem: Conſultor inſuper, & Fiſcalis ejus Urbis S. Officii, adeo effulſit doctrina, & vita integritate, ut hac ſacra Thiara dignus habitus fuerit 19. Apr. 1694. gratanter ab univerſo Grege exceptus, delatum ſibi onus omni ſollicitudine ſuſtinet. Secundo Concilio Provinciali Beneventano habito ab Archiepiſcopo Metropolita Cardinali Urſino anno 1698. interfuit tanquam eligens.* XLIII

TUDERTINI EPISCOPI.



TUDERTUM haud obſcura Civitas Umbriæ, opinione antiquior, propè Tiberim in amæno colle ſita, inter Narniam, Peruſiamque honorificè à Strabone appellatur Tuder, ſplendida Urbs, & Hiſpillum. Aliique hanc eandem Urbem ad Vilumbros (B) ſpectare contendunt, quam Veii, Etruſci Tudertes condidere. De quibus duobus Silius lib. 8.

Haud parci Martem coluiſſe Tudertes.

A Dionyſio verò lib. 1. Antiquitatum Tiora dicitur, ac Matrera. Marti tanquam tutelari Deo gens Tudertina litabat, apud quam Deo dicatum inſigne Templum extabat. Plinius lib. 3. Tudertum reiicit inter Romanas Colonias, quam Plinianam opinionem, ut veram, ſanxit antiquiſſima hujus loci inſcriptio. Priſcis temporibus ſplendidè floruit, ruitque ruente Romano Imperio. Barbaris immeritam Urbem incurrentibus, diverſiſque tyrannis ejuſdem Dominium in ſe trahentibus, itaut aliquando etiam inter ſe decertantibus civibus poſtremum excidium adiiſſe videatur, donec aliquando tandem ſub Pontificibus opima, diuturnaque pace cœpit florere. Plures protulit illuſtres viros, in quibus enituit Martinus Pontifex, ejus nominis Primus. Haud poſtrema fuit inter Umbriæ Civitates, quæ Chriſtianam lucem (C) aſpiceret, hoc eſt ipſorum Apoſtolorum temporibus; tametſi ſemel ſuſceptam fidem Chriſtianam S. Terentianus deinceps primus ejuſdem Civitatis Epiſcopus ibidem firmaverit an. 122. proprioque ſanguine illuſtraverit. Hæc Tudertina Eccleſia ſolius Romani Pontificis præſtolatur arbitrium: ejuſdem perſcripſit Annales, addita Præſulum ſerie, Lucas Albertus Petus Cathedralis Canonicus, qui manuſcripti aſſervantur apud Tudertinam Rempublicam; unde poſtea erutos Angelus Cæſius Epiſcopus illos in Aula Epiſcopali depingendos curavit. Nos item ab ipſis, aliiſque ſcripturis, ac monumentis hunc ſequentem catalogum poſteritati tranſmittendum fore exiſtimavimus.

ADDITIO.

„*Cathedrale Tuderti Templum exurgit ſub invocatione Annunciationis B. Mariæ Virginis; duæ ibi dignitates, Canonici 21. utramque Præbendam habentes ſacra peragunt; his adde octo Manſionarios, alioſque Presbyteros, & inferiores Clericos.* (D) *Prioratus prima poſt Pontificalem dignitas 300. ſcuta annui redditus percipit. In ea Cathedrali Curam Animarum proprius Parochus exercet, duodecimque in ipſa Civitate numerantur Parochiæ; octo Regularium Virorum, totidem ſacrarum Virginum continet Cœnobia, quinque Hoſpitalia, Montem Pietatis, & Seminarium. Diœceſis ampla eſt, & ad centena circiter partim Oppida, partim Villas ſe extendit. Tudertum quinque ferè mille Incolis frequentatur, univerſa Diœceſis plus minus 25. & in his varia Regularium Clauſtra numerantur. Abbas Baſilicæ S. Pauli de Urbe ſuas habet Tuderti Moniales, quarum plura privilegia Abbas Margherinus eruditiſſimus Vir in ſuo Caſinenſi Bullario refert. Hujus Eccleſiæ annuus cenſus eſt excedens ſcuta bis mille, & in libris Cameræ taxatur in flor.* 300. Lucent.)

I. 1. S. TERENTIANUS primus Epiſcopus, ac Patronus Tudertinorum, cum Chriſti fidem mirabi- (A) li fervore ſub Hadriano Imperatore prædicaret, ingentiaque miracula ederet, per exquiſita tormenta, demum linguæ præciſionem, capitiſque obtruncationem Martyr invictus evolavit ad Dominum, circa annum Domini 138. Kal. Septembris. Cujus corpus Exſuperantius Presbyter, ac Laurentia piiſſima fœmina, octo tantum milliaribus procul à Tuderto apud Coloniam, ut vocant, ſepelierunt. De quo hac die Martyrologium Romanum, Ferrarius in Catalogo, & alii. Tortonæ etiam hujus ſancti celebris memoria habetur, ubi illius corpus conditum fuiſſe affirmant; item Theani, ubi ejuſdem ſancti brachiũ incolæ venerantur; Parmæ etiam, quæ Civitas, non temnendam ejus ſancti reliquiarum partem honorificentiſſimè aſſervat. Cæterùm ſplendidiori ſolemnitatis pompa S. Terentiano Tudertini tamquam tutelari Divo juſta perſolvunt.

II. 2. S. PONTIANUS Martyr cum hanc Eccleſiam regeret, Diocletiano, Maximilianoque Chriſtianos urgentibus, in Ciſterna piæ Tudertinæ Matronæ, quam cum filio, Seuſtioque nepoti (B) Proconſulis erudierat in fide, delituit. Donec Ablacius nepotem Seuſtium Chriſtianitatis reum cum 80. capitibus mulctatus eſt. Inde etenim in eam crudelitatis curam factus intentior, etiam deliteſcentem Pontianum invenit, quem ad medium decoricatum Romam miſit, eundemque teterrimo carcere Imperator excepit. Cujus cum Caſſiano Ablavii filio demandaſſet cuſtodiam, cuſtos ab reo edoctus in fide, adeò deinceps in ſtudio pietatis profecit, ut poſt Martyris Pontiani exceſſum, Tudertinorum Præſul ſucceſſiſſet dicatur. Cæterùm Pontianus cum diverſa, & varia tormentorum genera feliciter percurriſſet, infractuſque perſeveraſſet in fide, illuſtris demum Martyr effectus eſt 9. Id. Junii, *a* circa annum Domini 302. cujus Tuderti ſolemnitas celebris habetur, præcipuo, proprioque laudum præconio, quod Clemens VIII. favorabili diplomate firmavit. De eo Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ, ex ejuſdem Eccleſiæ monumentis.

a Septimo Id. Julii ex Ferrario.

III. 3. S. CASSIANUS Ablavii Etruriæ, & Um- (C) briæ Proconſulis, Cromatiæque Romani Præfecti filius, Pontiano adhortante converſus ad fidem, eidem in Epiſcopatu ſucceſſit. Hic dum Chriſti Evangelium evulgaret, à Venuſtiano Fratre tentus, ac ſæviſſimè cruciatus, ſpiritum Deo reddidit Idus Auguſti in eadem Diocletiani perſecutione anno 304. cujus corpus in Franciſcano Templo honorificè aſſervatur. De eo Martyrologium Romanum hac die. Ferrarius autem in Catalogo ſanctorum Italiæ præpoſterè hunc, quem modò commemoravimus, Caſſianum, cum altero ejuſdem nominis ſancto confundit, quem conſtat prope Syllanum Portum palmam accepiſſe Martyrii.

IV. 4. AGATHO floruit anno 451. vir doctrina, ſanctitateque inſignis.

V. 5. CRESCONIUS *b* anno 497. ab Anaſtaſio II. Papa, cum Germano Epiſcopo Capuano Conſtantinopolim ad Anaſtaſium Imperatorem legatus miſſus eſt, ut univerſali Eccleſiæ diu expectata pax red- (D) deretur. Fuit egregius vir, ut Baronius narrat. Quamobrem Romanis Conciliis ſub Felice, Symmachoque Pontificibus honorificè interfuit.

b S. Cofrondus dictus fuit in Concil. Rom. an. 374. ſub Felice III.

VI. 6. FORTUNATUS anno 515. S. Apoſtolicæ ſedis ſub Hormiſda Papa legatus, ad Anaſtaſium Conſtantinopolitanum Imperatorem, ſimul cum famoſo Ennodio Epiſcopo Papienſi, Venantio presbytero, Vitalique Diacono Cardinali ea legatione functus eſt. Quibus adjunctus fuit Hilarius S. Romanæ Eccleſiæ ſcriba. Conſule Baronium ad hunc annum.

VII. 7. S. CALLIXTUS Tudertinus Epiſcopus, ac Martyr inſignis, hanc Eccleſiam rexit per id tempus, quo Arriani Gothi devaſtabant Italiam; à qua teterrima lue Eccleſiam ſibi concreditam ſua vigilantia, ſolertiaque præſtitit immunem, propeque forum Cathedralem conſtruxit D. Joanni Baptiſtæ ſacram. Fortunatum Pictavienſem, qui è Galliis Romam pergebat, excepit hoſpitio, indeque rever-

ſum

ſumi ſuæ Eccleſiæ ſibi coadjutorem declaravit, eundemque decedens ſucceſſorem excepit. Porrò Calliſtum nefarii quidam mortales, qui ad S. Pontificis correctionem fuerant refractarii, inclytum Martyrem effecerunt 14. Auguſti anno 528. ſancti corpus in Franciſcano templo quieſcit. Ejus meminit Martyrologium Romanum hac ipſa die. De hoc S. Martyre hæc carmina extant.

Hoſtilis ut poſſes Urbem ſervare furore,
Arma tibi infeſtus corpori amictus erant.
His Urbem Callixte potes ſervare, ſalutem
Cur nequeas tutam reddere ab hoſte tuam?
Hoc erat optatum, ut ſequerer veſtigia Chriſti,
Ut poſſem in clypeo figere ſigna Ducis.
O Felix Callixte, feres Diademata bina,
Vitam aliis ſervas, negligis ipſe tuam.

VIII 8. S. FORTUNATUS *a* Pictavienſis Gallus, Callixto ſucceſſit anno 528. cujus antea fuerat coadiutor. Huic, ut Magnus Gregorius ſcribit, in abigendis malignis ſpiritibus magna virtus inerat, floruitque temporibus Juſtiniani Imperatoris; hoc eſt, per illud ipſum tempus, cum Totila Rex Gothorum excidium, vaſtitatemque minitabatur Italiæ. Requievit autem in Domino, pridie Kal. Julii, qua ipſa die Tudertina Civitas ejuſdem ſancti meritis, ac precibus Gothorum diſcuſſit obſidium anno 537. meminit ejus Martyrologium Romanum 14. Octobris, Ferrarius in Sanctorum Catalogo, aliiq; quamplures. De reliquiis ejus tranſlatis in Gallias tempore Othonis Imperatoris ſcribit Sigebertus in Chron. an. D. 969.

a Hunc Frecianoſum mendoſe vocat Marcius in Hieroleo. v. Aqua Bened.

IX. 9. FLORIDUS floruit, cum Longobardi cladem Italiæ intuliſſent. (1)

X. 10. SABINIANUS Magni Gregorii familiaris Concilio Romano ab ipſo celebrato interfuit an. 595. (2)

XI. 11. LAVRENTIUS, Martino Pontifici ejus nominis I. in paucis charus, patria Tudertinus, inter Lateranenſis Concilii Patres aſſedit, an. 649.

XII. 12. JOANNES ſub Eugenio I. Pontifice Concilium Romanum ſuo Suffragio implevit anno 656.

XIII. 13. BONIFACIUS interfuit Concilio ſub Agathone Papa anno 680.

„*N..... Tudertinus Epiſcopus in Synodo Zachariæ* „*Papæ an.* 743. Lucent.)

XIV. 14. THEOPHYLACTUS Epiſcopus Tudertinus Hadriani Papæ I. una cum Gregorio Epiſcopo Oſtienſi anno 787. in Anglia Concilio Calchuthenſi Legatus interfuit; de quo Henricus Spelman tom. 1. Concilior. Britannici orbis.

XV. 15. JOANNES Epiſcopus Tudertinus, in Concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826.

XVI. XVII. 16. AGATHO ejuſdem Civitatis Epiſcopus conventui celebrato à Leone IIII. aſſedit, in quo condemnatus eſt Anaſtaſius Presbyter Cardinalis anno 850. *b* anno vero 853. *c* cum pluribus aliis Epiſcopis contra electionem Benedicti III. legitimam conſpiravit. Conſule de hac re Anaſtaſiũ Bibliothecarium.

b 850. *c* 853.

XVIII 17. HILDERICUS Concilio interfuit ſub Hadriano II. Pontifice anno 871. [„*Item alteri* Conc. „*anno* 888.]

XIX 18. GREGORIUS in Epiſcopum ordinatus eſt à Joanne XII. Papa anno 963. Conſule Baronium.

XX 19. ATHO, ſive Atto de Aptis. is ille eſt, qui anno 970. Othonis Imperatoris Legato conſtantiſſime reſtitit, ne corpus S. Fortunati Epiſcopi deportaret in Gallias.

XXI. 20. *JOANNES Tudertinus Epiſcopus anno 1015. ſubſcripſit decreto Benedicti Papæ IX. pro Abb. Fructuarienſis monaſterii.

* Ex App. tom. 1.

XXII 21. GREGORIUS deſignatus anno 1033. ſubſcripſit privilegio Eccleſiæ Sylvæ Candidæ.

XXIII] [„*MARTINUS Tudertinus Epiſcopus nobis innoteſcit ex Concil. Rom.* 113. *Epiſcoporum habito an.* „1059. *Nicolao II. Pont. Max. Legiturque ſubſcriptus* „*Constitutioni de electione Rom. Pont. in eodẽ Concilio* „*edita, ut conſtat ex novis. Harduini Concil. editione.*]

Italia Sacra Tom. I.

22. *RODULPHUS civis & Canonicus Florentinus, Tuderti Epiſcopus fuit, ille, cui ſub Alexandro II. Papa Florentini Epiſcopatus adminiſtratio demandata eſt poſt annum 1068. eumque moderavit uſque ad an. 1071. reverſuſque deinde eſt ad ſuam Tudertinam eccleſiam, ibidem defunctus *d*, cui ſucceſſit Garodulphus. XXIV

* Ex App. tom. 5.

d 1071. ex Ughel. in Florentinis.

23. GARODULPHUS floruit an. 1074. [„*Aliis* „*Gotefridus: fortaſſe idem cum Rodulpho.*) XXV.

24. GUITTARDUS anno 1093. menſe Februarii Indict. 2. conceſſit facultatem Maynardo Præpoſito Monaſterii S. Crucis Saxi vivi Eccleſiam ædificandi in villa Gripta ſuę Diœceſis in honorem S. Nicolai, ex monumẽtis archivi ejuſdem Abb. & monaſterii à noſtro Jacobillo ex originali tranſumptis. XXVI

25. LAVRENTIUS II. anno 1117. XXVII.

26. OTHO diploma quoddam Honorii II. ſubſcribit Eccleſiæ Piſanæ indultum anno 1126. ad hanc dignitatem electus à Paſchale II. Hic ille Otho eſt, qui in Galliam ad Regem Ludovicum ab Anacleto Antipapa legatus eſt anno 1129. XXVIII


27. GRATIANUS ſub Alexandro III. inter Patres Concilii Lateranenſis aſſedit an. 1179. ejuſdemque memoria extat in eadem Eccleſia, cui præfuit ad annos ſupra unum triginta, Cathedraliſque majus conſecravit Altare. XXIX

28. RVSTICUS laudatiſſimus præſul, ſingulariſque prudentiæ vir Vrbevetanis, [3] Peruſinis, Tudertiniſque jus dixit Divinum, eoſdemque populos, quos varia partium ſtudia, civileſque diſcordiæ abduxerant, ad ſuave Eccleſiaſticum jugũ iterum compulit anno 1210. Hujus præter Tudertinas tabulas, meminit Cyprianus Manes in Urbevetana Hiſtoria. XXX

29. BONIFACIUS Tudertinorum Antiſtes ab Honorio III. conſecratus anno 1219. Extat eodem anno diploma confirmationis ejuſdem Honorii III. donationis Bonifacii factæ Priori, & Fratribus S. Fridiani Lucenſis de Eccleſia S. Joannis de Covali 4. Kalend. Decemb. epiſtola 626. fol. 646. anno 4. Reg. Vatic. Hic unus ex illis Epiſcopis eſt, qui perpetuam indulgentiam illam à Deo ipſo indultam Aſſiſinati Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum promulgavit anno 1223. Hujus memoria extat in IX. Gregorii regiſtro, lib. 9. Ep. 80. Idem, pia liberalitate S. Laurentii Eccleſiam Franciſcanis attribuit 1233. conſule Waddingum Tom. 1. Annal. Minorum. XXXI

30. JACOBUS * Ord. Prædic. ad Tudertinam Sedem ſubvectus eſt anno 1250. Hic pacis artibus eximiè cultos Tudertinos civili diſcordia diſſipatos, ac propemodum conſternatos ad arma, dexteritate mirabili pacis fœdere junxit, collegavitque. XXXII.

* Ex App. t. 9. § De eo Fontana in Theatro Dominic. p. 115.



31. PETRUS Cajetanus Anagninus, Matthiæ filius, Bonifacii VIII. patruus, huc tranſlatus ex Sorano, electus anno 1252. 5. Kal. Junii Pontif. Nono Innocentii IV. Deinde an. 1276. ad Anagninam Eccleſiam tranſlatus eſt, ut habetur ex Vat. regiſtro. XXXIII.

(1) Floridum, aliis Florium, S. Herculani juniorie Peruſini Epiſcopi Alumnum fuiſſe ex M. Gregorio Dialog. lib. 3. c. 13. & 35. nec unquam Tudertinum, ſed unice Tiphernatem Epiſcopum, dictumque Tudertinum ex mendoſo Codice advertit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 7. Novemb. ubi de Sancto Herculano. Hæc ſufficiat monuiſſe: forſan hic Floridus à Tiphernate diverſus, quem ſibi vendicant Tudertina monumenta. *Lucen.*

(2) Tale ſibi in ſerie Ughelliana teſtimonium perhibet Sabinianus, nobis ſiquidem ſemper ſuſpectum, cum emergat tantum ex fictitio S. Medardi privilegio. *Lucen.*

(3) Sed nec Peruſinis, nec Urbevetanis præfuiſſe ex enumeratis ubique Epiſcopis conſtat, & liquido patet ex Epiſt. Innocentii III. ad Aretienſem Epiſcopum c. 23 *de jurejurando*. à Cathedralis Tudertinæ Canonico electum Epiſcopum prævio communi juramento de quibuſdam ſervandis, quæ quia in præjudicium Eccleſiæ reſultabant, juramentum nullum declaratum eſt, & pœnitentia impoſita Ruſtico. *Lucen.*

Qui cum eam Eccleſiam regeret, idem Bonifacius, antequam purpuratus evaderet, Tudertinæ Eccleſiæ canonicatu condecoratus eſt, unde poſtea per omnes dignitatis gradus, ad Apoſtolicam Sedem ſublimatus fuit. Petrus in Tudertina Civitate Fratres Minores ſuſcepit in Eccl. S. Fortunati & ſtabilivit ann. 1254. reſervatis ſibi, ſucceſſoribuſque pro jure Epiſcopali novem ſolidis Lucenſibus annuatim perſolvendis: ibique altare S. Franciſci dedicavit.

XXXIV. 32. Fr. BENTIVENGA de Beutivenghis, nobilis Tiburtinus Ordinis Minorum inſignis Theologus, Capellanus, atque Nicolai III. Pont. à Confeſſionibus, ſuæ patriæ Epiſc. renunciatus ann. 1276. Pauloque poſt Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, majorque Pœnitentiarius. Ad duos annos Tudertinam rexit Eccleſiam, eoque munere libens, volenſque abivit. Deceſſit autem 1289. 7. Kal. Aprilis Tuderti, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci apud ſuos Minores. Conſule Waddingũ Tom. 2. Ann. Fratrũ Min.



XXXV. 33. Fr. ANGELARIUS Bentivẽga ſupra cõmemorati Cardinalis frater, ex Ordine item Minorum, in Epiſcopatum Tudertinum eidem ſucceſſit an. 1278. 4. Kal. Auguſti, à Nicolao III. electus, ex reg. Vaticano ep. 107. fol. 28. Sedit ad annos ſeptem, decedenſque in Eccleſia S. Franciſci tumulatus eſt; ubi poſtea Card. frater ſuus ſepultus fuit.

XXXVI. 34. NICOLAUS Epiſcopus Tudertinus, in demortui Angelarii locum, ex Archidiacono Cathedralis poſtulatus, confirmatur a Martino IV. anno 1286. Id. Aprilis, ex reg. Vaticano epiſt. S. fol. 42. an. 2. ubi habetur, quod Capitulum poſt mortem Angelarii Berardum Priorem Eccleſiæ Fulginatenſis, & Papæ Capellanum, atque magiſtrum Giffridum Anagninum, litteratum contradictarum Auditorem poſtulaverat, qui dignitati renunciarunt, unde Nicolaum hunc præfecit. Spoletani Ducatus fuit Gubernator nomine Romanæ Sedis, novique Templi S. Fortunati fundamenta jecit anno 1292. Epiſcopalẽ, ac Canonicorum menſam auxit, cui Monaſterium S. Archangeli prope Tudertum Ord. Vallis Umbroſæ auctoritate Bonifacii VIII. conjunxit. Ad decem annos Tudertinæ Eccleſiæ jura pronunciavit; exceſſit an. 1296. quo ad cœlum evolavit B. Jacobonus de Benedictis Tudertinus 25. Martii, qui ſtultus propter Chriſtum, nova arte Mundum deluſit, ſepultus in Eccleſia S. Franciſci, alias ſancti Fortunati.

XXXVII 35. NICOLAUS Armatus, ex Canonico Rothomagenſi, Nicolao ſucceſſit anno 1297. 8. Kal. Maii à Bonifacio electus, ex reg. Vat. epiſt. 161. fol. 35. Anno verò 1301. die 19. Aug. in Baſilicam S. Fortunati tranſtulit corpora SS. Caſſiani, Callixti, Fortunati, Romanæ, & Dignæ Fato deinde functus eſt 1326.

XXXVIII 36. RAYNUTIUS de Aptis nobilis Tudertinus ſuæ Patriæ præſul ſublectus eſt ann. 1326. Hoc ann. 1349. (ut habet m. ſ. Catalog.) propter bella orta in Civitate Tudertina omnia acta, monumentaque Archivii Epiſcopalis lacerata, ac igni combuſta fuere, ipſeque Epiſcopus expulſus à Civitate Peruſiæ diù manſit, ſuumque Vicarium in temporalibus, & ſpiritualibus Baldum celebrem juris conſultum habuit. Ann. 1354. Tudertinos abſolvit authoritate Innocentii VI. ab omnibus pœnis ſpiritualibus, & temporalibus adverſus ipſos olim promulgatis, eo quod hoſtiliter expugnarunt Urbeveranam Civitatem, Joannem Card. tituli S. Theodori Legatum Apoſtolicæ Sedis Tudertum accedentem recipere recuſarunt: Ludovicum olim Bavariæ Ducem hæreticum, & excommunicatum tanquam Imperatorem, ac Petrum Corbarium hæreſiarcham tamquam Papam in eadem Civitate receperunt: Caſtrum S. Gemini violenter occuparunt, alioſque ob exceſſus. Reſtituit omnes & ſingulos ad honores, & antiqua privilegia. Sub eodem Epiſcopo floruit B. Joannes Raynuccius Monachus S. Benedicti, idemque onus ſuſtinuit ad 28. annos. Obiit anno 1356. ſepultus in Cathedrali.

XXXIX. 37. ANDREAS de Aptis ſublectus eſt ann. 1356. Hic inſigniter diſciplinam clericalem lapſam reſtituit, ſarctamque tectam habuit ſaluberrimis legibus: cum exaggeratis virtutibus vir illuſtris, tum etiam affinitate fraterna, qua Aptium Franciſcum Florentinum Epiſcopum, & Cardinalem contingebat. Conſtitutiones Eccleſiæ Tudertinæ ſumma prudentia à ſe compoſitas promulgavit, quæ à ſucceſſoribus approbatæ nuper typis excuſæ ſunt. Hinc anno 1360. Sublacenſis Abbatiæ reformator fuit. Obiit ann. 1373.

XL. 38. STEPHANUS Paloſius Normannus Romanus S. Mariæ Majoris Canonicus, creatur Epiſcopus Tudertinus ann. 1374. à Gregorio XI. Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Camerarius ab Urbano VI. ſublectus eſt, Romæque Vicarius; ſub eodemque Pontifice evaſit ad Purpuram, ſub tit. S. Marcelli an. 1380. Sub Bonifacio deinde IX. S. Mariæ Majoris Archipreſbyter renunciatus eſt. Tudertinam vero rexit Eccleſiam uſque ad annum 1396. cum illam Eccleſiam adminiſtrater, ex quo fuerat Cardinalis ſublectus, uſque ad hunc ipſum annum, quo demum eo munere ſe exolvit. Conſtitutiones Capituli, rebus compoſitis cum Canonicis, perſcripſit. Ab Aptis, & Clarevallenſibus, qui erant factionum Guelphorum, & Ghibellinorum principes in Civitate Tudertina anno 1380. ſolemne pacis juramentum ſuſcepit, id fuit prudentiæ, ac dexteritatis ſuæ nobile facinus. Deceſſit Romæ 3. Kalen. Maii anno 1398. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, cum ſubjecta inſcriptione.

Hic jacet Reverendiſſ. Pater in Chriſto D. Stephanus Paloſius tit. S. Marcelli S. R. E. Presb. Card. Archipresbyter hujus Baſilicæ, qui obiit anno Domini 1398. menſ. April. die 29. cujus anima requieſcat in pace. Amen.

XLI. 39. ANTONIUS de Calvis Romanus, S. Petri Canonicus, Imolenſis Epiſcopus electus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1396. 11. Kal. Januarii, anno verò 1407. renunciatus eſt Presbyter Cardin. tit. ſanctæ Praxedis ab Innocentio VII. Vita functus eſt 1411. 6. Non. Octobris; ſepultuſque eſt apud Baſilicam Vaticanam in ſacello à ſe conſtructo.

XLII. 40. GUILLELMUS Normannus* Rothomagenſis Gallus Epiſcopus Anconitanus, ab Innocentio VII. translatus eſt ad hanc Eccleſiam anno 1405. 2. Non. Junii. Ejuſdem Pontificis Theſaurarius fuit, functuſque in Galliis eſt legatione. Anno verò 1407. à Gregorio XII. Maſſiliam (1) miſſus eſt, ut Petro de Luna Antipapa ſuppreſſo, teterrimum ſchiſma, quod tunc univerſalem devaſtabat Eccleſiam, jugularet, cum pollicitatione ejuſdem Gregorii, ſe ipſum etiam Pontificatui ceſſurum ſi hoc communi paci Luna ſincere dediſſet. Re tamen infecta, redit ſalutaribus monitis Petro pervicaciter reluctante. E vivis poſtea exemptus eſt * 1407. die 28. Octob. Senis, dum Curiam peteret, depoſitus in Eccleſia S. Dominici ad Sacellum S. Petri, è libro emortuali ejuſdem eccleſiæ.

XLIII 41. FRANCISCUS de Ayello Riccardi Filius, Salernitanus, ante Cavenſis Epiſcopus, hunc translatus eſt anno 1408. 3. Kal. Januarii, Gregorio XII. ſedente. Conſtantienſi Concilio interfuit, unuſque fuit ex executoribus teſtamentariis Card. Laudulphi Maramaldi ann. 1415. die 10. menſis Octobris. Barenſem tandem Archiepiſcopatum obtinuit 1424. * 3. Id. Decemb.

* Ex App. tom. 5.

* Ex App. t. 5.

* 1423. ex Adis.

40. Fr.

(1) Talis miſſionis dum agit Oldoinus in additione ad vitam Gregorii XII. Guillinum eum nominat, & natione Normannum, qui ſanè decipitur, cum fuerit cognomento de Normandis nobili Romana familia, ut etiam alibi hunc Romanum nominat. *Lucenſius*.



XLIV 42. Fr. ANGELUS Scardeonus Viterbienſis Ord. Eremitarum S. Auguſtini antea Equilinus Epiſcopus

a 1424. tranſlatus eſt ad hanc Eccleſiam anno 1425. a die 19. menſis Januarii. Dum huic præeſſet Eccleſiæ, ipſoque enixius adhortante, Tudertini jam pridem devii ad Imperium Romanæ Eccleſiæ redierunt, quibuſdam exſibilatis Tyrannis, qui eam Civitatem violentiſſimè occupaverant. Obiit an. 1429.

XLV 43. ANTONIUS de Anagnia, Monteflaſconenſis antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1429. die 8. menſis Aprilis. Defunctus eſt 1434.

XLVI 44 GERMANICUS Etruſcus Pratenſis, S. Apoſtolici Palatii Auditor, & Piſtorienſis Eccleſiæ Præpoſitus, ſucceſſit Antonio, ab Eugenio IV. ad hanc ſedem evectus an. 1434. 6. Kal. Novemb. ex lib. Oblig. Parum ſupervixit ab obtenta dignitate.



XLVII. 45. BARTHOLOMÆUS de Aleonibus Angeli filius Firmanus, Abbas S. Petroniani extra muros Firmanæ Civitatis Ordinis S. Benedicti, Tudertinus Epiſcopus dictus eſt ann. 1436. 2. Id. menſis Januarii. Hic Pium II. Pont. Max. cum 14. Cardinalibus munificentiſſimè hoſpitio excepit, enituitque pietate in pauperes quam qui maximè, cum per 36. annos Tudertinam rexiſſet Eccleſiam. Severiori autem diſciplina revocata, rete otaque quoad vixit in altero, illuſtre ſacellum S. Sebaſtiani ſupra montis Fanum ædificavit. Paulo II. ac Sixto IV. Pontt. Maxx. charus fuit, ſub quo mortali vita functus eſt an. 1472. die 6. Januarii orbatus lumine ſenex venerabilis. Cunctis lachrymantibus in Cathedrali conditus fuit, cum prius epiſcopatum hæredem inſtituiſſet.* Ad cujus tumulum

* Ex App. t. 1. hoc proſtat epitaphium.

D. O: M:

Bartholomæo Aleoni Firmano, Epiſcopo Tudertino, viro optimo, ſũmaque doctrina & religionis, qui cum ſediſſet annis XXXVI. obiit pridie Non. Jan. M. CCCC. LXXII. Angelus Cæſius Epiſcopus Tudertinus ſepulchrum inſtauravit, & exornavit M. D. LXXXVIIII.

XLVIII. 46. CONSTANTINUS Herulus Narnienſis, electus eſt 1472. tranſlatus poſtea fuit ad Eccleſiam Tiburtinam, demumq; deceſſit Spoletanus Epiſcopus.

XLIX. 47. FRANCISCUS Maſcardus Sutrinus renunciatus eſt anno 1474. 5. idus Decembris. Hic Cathedralem exornavit, majuſque Altare ſpectabiliori conſtruxit munificentia, marmoreis columnis circumcirca fundatis. Effœtæ jam ætatis huic nuncium remiſit Eccleſiæ an. 1499.

L. 48. BASILIUS Maſcardus Sutrinus, filius Baptiſtæ, nepos Franciſci, Patrui Coadjutor adſcitus eſt an.

A 1499. die 19. menſis Julii. Sub Julio II. Laterano Concilio interfuit, ſub Leone verò X. vita functus eſt an. 1515. cum prius Cathedralem exornaſſet, primumq; lapidem Templi S. Mariæ Conſolatricis jeciſſet an. 1508.

49. ALTERIUS b Biliottus nobilis Florentinus Leonis X. familiaris, Aulæque Pontificiæ Magiſter, ab eodem Pontifice Epiſcopus adlectus eſt ann. 1515. die 13. menſis Auguſti. Ad annos 8. huic præfuit Eccleſiæ, libens, volenſque deinde oneri cedens. LI. b Aldevius, ſive Aldigherius.

50. PAULUS Angeli filius, Diaconus Cardinalis Cæſius Romanus, Tudertinam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit, anno 1523. die 1. ineuntis Julii: eam adminiſtrationem ad ann. 10. retinuit, fratrique deinde ceſſit anno 1534. De quo fuſius Honufrius Gerardinus de Catenacciis Amerinus, doctus, eruditusque vir in Hiſtoria Umbriæ illuſtris p. p. adhuc non edita. LII.

51. FEDERICUS Cæſius Romanus anno 1534. adhuc juvenis, ſed nobiliſſimæ indolis, ſingulariſque expectationis, ex ceſſione fratris, à VII. Clemente LIII.

B hunc Epiſcopatum obtinuit. Quare cum hujus Eccleſiæ gubernaculis primum admoveretur, ad ejus virtutes alluſit hujuſmodi epigrammate Hieronymus Borgius Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis lib. Carminũ m. ſ.

Natus ego ad ſummæ ſpecimen virtutis amandum,
Te ſancto Antiſtes cogor amore ſequi.
Proſequor innumeris cum civibus, ore per orbem
Qui pleno mores, & tua facta canunt.
Hinc tu carmen eris mihi, quem ſua plurima reddit
Felicem virtus, publicus ornat amor.
Felix ſe cujus virtuti adjunxit amicam.
Fortunam, & majus, cui decus aſtra parant.
Felices qui te patrem meruere Tudertes,
Ac fidum ad cæli regna beata Ducem.

A Paulo deinde III. Federicus Presbyt. Cardinalis creatus eſt tit. S. Pancratii. Haud plus, quam decem annos Tudertinam rexit Eccleſiam, eandemque ceſſit in favorem nepotis, cum regreſſu. Defunctus autem eſt anno 1561. 5. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem in nobili Cæſiorum ſacel-

C lo. Conſule quæ ſupra narravimus, de hoc nobiliſſimo Cardinali.

52. JO. ANDREAS Cæſius Romanus, Petri Donati Urbis Senatoris filius, duorum ſupradictorum Cardinalium nepos, Cerviæ antea Epiſcopus, huc tranſlatus eſt anno 1545. die 21. menſis Martii. Hic Collegium Pietatis inſtituit, Eccleſiam exornavit, obque exaggeratas virtutes omnibus charus fuit. Epiſcopatui tamen ceſſit anno 1566. LIV.

53. ANGELUS Cæſius Romanus e Chiappini filius ex Advocato conſiſtoriali, à Pio V. electus eſt an. 1566. die 15. M. Februarii. Sub Gregorio verò XIII. Apoſtolicæ Cameræ Clericus effectus eſt, atque Decanus. Literatorum hominum amantiſſimus fuit, antiquitatiſq; ſtudioſiſſimus. Multo labore ſuorum prædeceſſorũ nomina indagavit, ac duce ſolertia reperiit, repertoſq; poſtea in aula Epiſcopalis palatii depingendos curavit, ſingulis brevi inſcriptione appoſita. Novum templum Romæ, ac nobile S. Mariæ de Vallicella vulgò vocatum, quod jam pridem Petrus LV. e Laudatur à Chartario in Syllabo Advoc. Conſiſt. p. 149. Mand.

D Donatus, frater Cardinalis munificentiſſimè fundaverat, æmula virtute perfecit, perleganti in eo conſtructo ſacello, cui magnam dotem dixit. Deceſſit autem anno 40. ſui Epiſcopatus, noſtræ verò ſalutis 1606. ætatis ſuæ verò 76. eodemque templo prope fratrem exceptus eſt, ut geminata purpura duorum fratrum, idem ſepulchrum nobilitaretur. De quo hæc habet Catalogus M. S. Tudertinorum Præſulum, Bibliothecæ Barberinæ. *Hic ſolemniter Urbem ingreſſus totam diœceſim perluſtravit, Eccleſiaſticos ritus, & cæremonias reſtituit, Pontificali pridem incognito apparatu ſtatis diebus edito populum ad Eccleſiam magis frequentandam diſpoſuit. Clericorum numerum, habitum, mores, conſuetudines reformavit, ac eorum ritualem librum edidit. Totam Eccleſiam, cujus parietum ſingulatim poterant tunc lapides, & tegulæ tecti numerari, mutatione altaris, & organi, tabernaculo, majori fornice, capellis, picturis egregiis, cancellis, atque inſigni ſerica ſupellectili, renovatiſ-*

que

A *que campanis illuſtravit. Sanctimoniales clauſtris contineri ſuaviter induxit, illaſque ord. S. Franciſci ex monaſterio collabente in tutiorem locum authoritate Apoſtolica tranſtulit. Aedes exiguas, & anguſtas, novas condidit, veteres inſtauravit. SS. Caſſiani, & Calliſti Martyrum, & Fortunati Confeſſoris Epiſcoporum Tudertin. ac SS. Romana, & Digna Virginum corpora in templo S. Fortunati, illuſtriori ſepulchro ære ſuo condito, ſolemni pompa tranſtulit, ibidem B. Jacoboni de Benedictis oſſa decentius poſuit, ac B. Philippi corpus ordinis Servorum prius apud S. Marci Eccleſiam ſub altari maiori, deinde ad Eccleſiam S. Mariæ gratiarum translatum collocavit. Vetuſtas Eccleſiæ conſtitutiones, & novas ſynodales additas imprimi fecit, una cum officio SS. Tudertinorum Apoſtolica authoritate approbato. Collecta undique monumenta proprio reſtituto archivo Eccleſiaſtico collocavit, ſummam ſcutorum quatuor mille donavit ſocietati Annunciationis B. Virginis pro nubendis quotannis puellis honeſtis, & pauperibus. Viam Caſiam, ac plateam cum fonte ſub eodem nomine in Urbe Tudertina ad publicum beneficium, &* B *ornatum ſtravit, & conſtruxit, egenis, & ſenioribus alimenta continuo exhibuit, aliaque pia opera exercere nunquam ceſſavit.* Hactenus ille.

LVI. 54. MARCELUS Lantes, origine Piſanus nobilis autem hoc tempore Romanus, Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, à Paulo V. electus eſt presbyter Card. tit. SS. Quirici, & Julittæ an. 1606. die 11. menſis Septembris, eodemque anno Epiſcopus Tudertinus renunciatus eſt, ac Ordinis S. Franciſci protector. Tudertinam Eccleſiam rexit uſque ad annum 1625. eoque munere deinceps ſe exolvit. Seminarium Clericorum inſtituit. Novum cœnobium pro Fratribus diſtrictioris obſervantiæ S. Franciſci ad Eccleſiam S. Petri ſuper aquas nuncupatum in diœceſi, non ſine maximo ſumptu ædificandum curavit, pauperes ſovit, Clerum reformavit, Chriſtianæ fide rudimenta non tam pueris, quam aliis neceſſaria, publicè doceri in Civitate, ac tota diœceſi inſtituit. Vivit adhuc Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Senator planè ſingularis conſilii, integritatiſque præcipuæ. C Quem Deus ad commune Eccleſiæ commodum diutiſſimè conſervet.

LVII. 55. LUDOVICUS Cincius Romanus ab Urbano electus eſt anno 1625. die 15. menſ. Sept. Exceſſit è vita ann. 1638. menſe Octobri.

LVIII 56. OLDERICUS Cardinalis Carpigna, Epiſcopus Eugubinus, ad Tudertinam Eccleſiam tranſlatus anno 1638. menſ. Octob. libens abdicavit 1643.

LIX. 57. JO. BAPTISTA Cardinalis Alterius Romanus, olim Camertinus Præſul, ab Urbano VIII. hoc ipſo an. 1643. die 13. Julii inter purpuratos Patres relatus, pauloque poſt Tudertinus Epiſcopus conſtituitur. Deus Opt. Maxim. hunc digniſſimum Præſulem ad univerſalis Eccleſiæ bonorum diu incolumen ſervet.

A D D I T I O.

LX (*„Xenodochium Tuderti pro mendicis erexit; in „Oppido Fratta nuncupato ſuæ Diœceſis Parochialem „Eccleſiam cum ædibus Epiſcoporum commoditati a „fundamentis ſubſtruxit, plurimiſque cum ditaſſet un-* D *„dique bonis Tudertinum Gregem, ad Urbem dum „properat ſacra limina veneraturus, Narniæ tactus a-„poplexia, ibidem obiit 25. Novembris 1654.*

LXI. *„PETRUS MARIA Bichius, nobilis Senenſis „Ord. S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, „Alexandri VII. propior affinis, cujus auctoritate hac „Inſula dignatus eſt 18. Martii 1658. Eximiæ probi-„tatis dotibus cum ſibi commiſſum Gregem gubernaret „ad Suanenſe in Etruria translatus eſt 12. Jun. 1673.*

LXII. *JOSEPH Planettus Æſinus J. U. D. & in Roma-„na Curia cauſarum Advocatus, hac Sede nobilitatus „eſt 17. Julii 1673.* Lucent. *)*

[„Obiit in reſidentia an. 1709. Menſe Februario „Laudatur à Baldaſſino in Hiſt. Æſina pag. 175.

LXIII *„PHILIPPUS Antonius tit. S. Chryſogoni Card. „Gualterius, ex Epiſcopatu Imolenſi translatus ad „Eccleſiam Tudertinam 14. Octob. 1709. Illamque „dimiſit 5. Decemb. 1714.*

*„*LUDOVICUS *Anſelmus Gualterius, ejus ger-„manus frater, Epiſcopus Verulanus, translatus fuit „ad præfatam Tudertinam Eccleſiam 21. Janua. 1715.* LXIV

VALVENSES
& Sulmonenſes
EPISCOPI



SULMO Pelignorum Metropolis, diruto Corfinio, à Solymo Æneæ contubernali Sulmona appellata, qui eam fundaſſe, conſtruxiſſeque narratur. Hunc pluribus in locis patriam ſe habuiſſe gloriatur Ovidius. Hujus honorificè meminerunt Ptolomæus, Plinius, Cato, Silius, Liviuſque & alii. Mario, Syllaque civilibus bellis diſcordantibus à factione Syllana, ut Feſtus narrat, cecidit penè tota. Hoc tempore utitur felicitate non modica, incolis frequens, opibuſque adauctis, eòque fortunatior, quod ſub Burgheſiæ gentis Pauli Quinti proſapiæ ſplendidiſſimæ Principatu ſuaviſſimè conquieſcat. Poſitus eſt Sulmo in medio ferè planicici 12. milliar. montibus circundatæ, quæ alicubi ad tres, alicubi verò ad quinque millia paſſuum latitudinem extenditur, atque inter duos amnes, quorum alter, quem veteres Giptiū vocaſſe tradunt, ab Apennino, alter, quem Velem dicunt, à Najella montium altiſſimo exit. Hanc Urbem Geographi in quarta Regione Italiæ collocant, 90. omnino milliariis ab Urbe Roma diſſitam in Pelignis, quæ Regio nunc Valva nuncupatur, nam ut Blondus tradit, circa ann. Domini 700. ſub dominio Longobardorum Regnum circa Sulmonem antiquato nomine Pelignorum, in Comitatu erecta, & Valva eſt nuncupata, ex quo factum eſt, ut Diœceſis Eccleſiæ Sulmonenſis, atque huic Regioni, Romana Eccleſia Valvenſem Epiſcopatum dixerit, cujus in ſacris Conciliis frequens memoria extat. Epiſcopus duas habet Cathedrales Eccleſias una in ipſa Sulmonenſi Civitate S. Pamphilo dicata, altera in ſylvis, ubi veteris Corfinii veſtigia, ingenteſque ædificiorum ruinæ, paſſim cernuntur, S. Pelino ſacra, qui ibidem ſub Juliano Apoſtata, cum ejus oratione Martis templum corruiſſet, à templorum Pontificibus duriſſimè cæſus, atque 85. vulneribus confoſſus, martyrii coronam promeruit, die 5. Decembris an. 362. Juncta deinde Sulmonenſi Valvenſis Eccleſia Epiſcopali dignitate condecorata eſt, aut paulò ante, aut Sergio I. Pontifice ſedente ad clavum. Conſtat autē ante annum 700. noſtræ ſalutis harum Eccleſiarum ſimul junctarum Præſulem, ad poſteritatis memoriā non tranſiiſſe. Quicquid autem ſit de præteritis temporibus, hoc noſtro ſeculo à Sulmonenſi tanquam à digniori Valvenſis dignitas denominatur, in qua ſacrorum Antiſtes cum Clero ſplendidiori fixit ſedes. In Sulmonenſi Cathedrali, ubi S. Pamphili Civitatis Patroni corpus veneratur, 12. ſunt Canonici, una cum Archidiacono, in Valvenſi verò, in qua S. Pelini tutelaris reliquiæ aſſervantur, Canonici 9. cum Præpoſito numerantur. Reſidet ibidem Vicarius, Viceſgerens Epiſcopi, qui ſub ſe habet 24. oppida: Sulmonenſi verò Generali Vicario, præter ipſam Civitatem, 20. ſubſunt nobiliora Caſtra, quæ ſimul cum cæteris juncta, unam ſatis nobilem efficiunt Diœceſim. Olim poſt diutinas lites inter ſe de digni-

tate

tate certantes utriuſque Eccleſiæ Canonici, tandem convenientes in unum, Apoſtolica, propriique Paſtoris auctoritate, ex duobus unum Capitulum, unûque ſigillum effecerunt, ac in electione Epiſcopi ſimul ſuffragia ferebant. Noſtris verò hiſcè temporibus iterum inter utriuſque Cathedralis Capitula orta diſſenſio à Romana Rota ad favorem Sulmonenſium exiit deciſio, quam Urbanus VIII. Pont. Max. ita confirmavit, ut Eccleſia Valvenſis ſuis debitis obſequiis, ac privilegiis non fraudaretur, atque poſt maximas utriuſque Eccleſiæ tempeſtates, facta eſt tranquillitas magna. Valvenſis, Sulmonenſiſque Epiſcopus Romano Pontifici eſt immediatè ſubjectus, cujus fructus in libris Apoſtolicæ Cameræ, ad florenos 150. taxantur, verus autem valor ad ſcuta.... aſcendit. Templa in ipſa Sulmona Civitate ſummis ædificiis exſtructa, piaque loca, ac religioſorum Monaſteria multa. Inter cætera ad duo millia paſſuum, ad montis Maroni radices ſitum nobile S. Spiritus Ordinis Cęleſtinorum Archicęnobium ſpectatur, in quo prima ejus ordinis jecit fundamenta Cęleſtinus V. inter Divos relatus. Protulit Sulmo inter alios viros clariſſimos, Poetarum lumen Ovidium, Marcum Probum ſui temporis Poetam ſatis celebrem, qui inter alia opera, Parthenias in D. Mariæ hiſtoriam carmine heroico edidit; Franciſcum Barbatum Juriſconſultum eximium, Petrarchæ amicum, ad quem ipſius extant epiſtolæ; Innocentium VII. Pont. Max. Cardinales duos, Joannem, & Coſmatum Melioratos ejuſdem Pontificis fratris filios, nonnulloſque Epiſcopos, viroſque in omni genere præſtantes. Urbem perſcripſit perbellè Hercules Cloſanus, una cum Ovidii vitam anno ſalutis 1578. à Sulmone condito, ut ipſe refert 2700. At catalogus Valvenſium, ac Sulmonenſium Præſulum, ex monumentis Romanis, ſcripturiſque illarum Eccleſiarum, ſequens eſt.

A D D I T I O.

(„ Sulmo quatuor circiter mille habitatores complectitur. In ejus Cathedrali præter Canonicos adſunt „ nonnulli Capellani à Capitulo conducti, aliique Clerici inferiores. Dignitatis, & Canonicorum fructus annui 50. Scuta vix explent; carent præbendis Theologali, & Pœnitentiaria. Cura animarum in ea non „ exercetur, habet tamen Fontem Baptiſmalem, ad „ quem omnes ex Civitate confluunt, & quilibet ex Canonicis baptizat. Palatium Pontificium ipſi jungitur, „ deſtituitur Seminario, & Monte Pietatis. Præter „ Cathedralem nulla alia Collegiata gaudet; enumerantur tamen decem Eccleſiæ Parochiales, & duæ „ Clericorum cœtu frequentata. Octo virorum, 4. mulierum Cœnobia, 5. Laicorum ſodalitia, duo pro infirmis, unum pro Peregrinis Hoſpitalia ipſam Civitatem condecorant. Eccleſia vero Valvenſis 4. milliaribus diſtans à Sulmone ſita eſt prope mœnia Terræ „ Pentimæ eo in loco, ubi olim Corfinium erat. In ea „ pariter 12. Canonici in divinis operantur cum Præpoſito, qui percipit 140. Scuta annui redditus: cæteris „ Canonicis centum reſpondent. Caret Præbendis, & „ cura animarum, quæ exercetur in Eccleſia Terræ „ Pentimæ: ad ſacrum tamen lavacrum excipiendum „ Cathedrali ſe omnes præſentant, & in ea Præpoſitus „ baptizat. In ipſa Terra Pentima ædes aſſurgunt pro „ Epiſcopi habitatione; Mons Pietatis, Seminarium, „ & Hoſpitale deſiderantur. Utriuſque Eccleſiæ Taxa eſt Fl. 170. Verus redditum valor mille ſcuta ejus „ regionis non attingit. Lucent.)

I. 1. PALLADIUS Epiſcopus Sulmonenſis primus occurrit, cujus illuſtris memoria extat in Romano Concilio ſub Symmacho Papa, an. 499.

2. * FORTUNATUS Valvenſis Epiſcopus ſub Symmacho Papa interfuit Conſilio V. Rom. an. 503. II. * Ex App. tom. 9.

3. (1) CLARENTIUS Epiſcopus Valvenſis in Côc. ſub Agathone Papa an. 679. ſubſcriptus reperitur.

(„ BENEDICTUS *Valvenſis interfuit Rom. Concil.* 680. Lucent.) III.

4. S. PAMPHILUS Valvenſis Epiſcopus, quẽ Sergius I. Pont. Max. eidem præfecit Eccleſiæ circa annum Domini 706. (2) ibidemque charitate in pauperes, & gratia miraculorum illuſtris, obdormivit in Domino 28. Aprilis. Cujus ſacrum corpus in Cathedrali Sulmonenſi quieſcit, eidem ſancto dicata, cujus ſolemni ritu tanquam ejuſdem Civitatis tutelaris Divi feſtus dies celebratur. De eo Martyrolog. Romanum, & Baron. in notis hac die. Vitam ipſius ſcripſit Paulus Regius Epiſcopus Æquenſis. IV.

5. GRADESCUS poſt Pamphilum Valvenſem rexit Eccleſiam. V.

6. VADEPERTUS. (*Vixit temporibus Adriani I. Papæ VI. qui & Valpertus nuncupatur: interfuit „ cuidam judicio Hildeperti Spoletini Ducis cum „ aliquot aliis Epiſcopis, ut deſumitur ex Reg. Farſen.* „ Lucentius.) VI.

7. RAVENNUS. VII.

8. ARNULPHUS, cujus Baronius meminit anno 843. vixit temporibus Ludovici Pii, & Lotharii Imperatorum; de quo in Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 2. Eo ſuperſtite, quidam ambitione tactus, Valvenſem Eccleſiam invaſit, Joanne VIII. Pontifice circa annum 873. Habetur ejuſdem Pontificis epiſtola plebi Valvenſis Eccleſiæ, in qua invehitur in intruſum; laudat eos, qui minimè recipiendum duxerunt, ſimulque præcipit, ne unquam eum admittant, alioquin ſententiam excommunicationis minatur. Jacet ejuſdem cadaver Sulmone, in templo S. Alexandri, (3) cum hoc epitaphio. VIII.

Hac ſunt in foſſa Arnulphi Præſulis oſſa.

In eadem Eccleſia S. Alexandri aſſervatur ejuſdem Pontificis reliquia, ut lapidea tabula propè altare poſita refert iis carminibus.

Hic Alexandri ſunt oſſa recondita ſancti
Papæ, qui Petro Quintus ſucceſſor habetur.

Inferius verò.

Ugonis fortis, ſapientis, necnon potentis opus.

9. OPITARMUS. IX.

10. GRIMOALDUS teſtis reperitur ann. 968. in judicatu S. Mariæ Apiniaci ad favorem S. Vincentii de Vulturno, ubi dicitur Epiſcopus de Epiſcopio S. Pelini, ex Chronico ejuſdem S. Vincentii lib. 4. de quo etiam ibidem an. 993. X.

11. THEODULPHUS, ſive Tidolphus anno 1015. Hic Caſtellum de Populi, ut appellant, exſtruxit. XI.

12. TRANSARICUS, ſeu Tranſanus, ſive Tranſunnus anno 1030. XII.

13. SUAVILLUS Tranſarico ſucceſſit. Exceſſit Leonis IX. temporibus, fuitque vir potens in opere, & ſermone, cujus mentio habetur in antiquo documento ejuſdem Eccleſiæ Valvenſis. XIII.

14. DOMINICUS Ordinis S. Benedicti Monachus, à Leone IX. creatus anno 1054. ut ex ſequenti bulla ejuſdem Pontificis erui poteſt, quæ adhuc in Cathedrali archivo una cum ſequentibus infra reponendis monumentis aſſervatur, injuriæ temporum deinceps etiam futura ſuperior; in qua eidem, ſucceſſoribuſque ſuis confirmat cathedrales Eccleſias S. Pelini de Valva, & S. Pamphili de Sulmona. XIV.

con-

(1) Clarentius, qui *Clarenſis Balnenſis* adnotatur Epiſcopus in Conc. Rom. an. 680. delendus ex hac ſerie, quem adnumeravimus inter Balneoregienſes Etruriæ; Valvenſis verò in eodem Concilio Benedictus aſſedit antiſtes. *Lucent.*

(2) Hic Ughellus à ſe ipſo corrigendus quoad an. 706. circa quem ſcribit Pamphilum à Sergio I. factum Epiſcopum: illo enim anno non modo non amplius vivebat Sergius, ſed nec ſucceſſor ejus Joannes VI. Præpoſuit ille quidem Pamphilo Clarentium an. 679. ſubſcriptum Concilio ſub Agathone Papa. Verum cum præter ſolum Palladium anno 499. in ſimili Concilio ſub Symmacho nominatum, nullos Sulmonenſes, aut Valvenſes ſciat nominare Epiſcopos, imo uſque ad ſeculum IX. hiulca ſit Epiſcoporum illorum ſucceſſio, gratis videtur præſumi Pamphilum poſteriorem fuiſſe Clarentio. *Bollandiani mens. Aprilis* t. 3. p. 574. ubi plura de S. Pamphilo.

(3) Ughellus hic Arnulphi oſſa in Eccleſia S. Alexandri Papæ, & Martyris humari ſcribit: deceptus ſiquidem in eo, quod cenſeat peculiare templum S. Alexandri ſub invocatione apud Sulmonenſes extare, cum nullum ejuſmodi ibidem [illegible], & corpus præfati Pontificis, Martyriſque in Valvenſi Cathedrali aſſervetur in nobili ſacello ipſi S. Alexandro ſacrum, in quo etiam Arnulphi oſſa Cathedrali ſepeliuntur: quæ in re etiam Oldoinum in ſuis ad Ciaconium additionibus fallit, ubi de hoc Alexandro ſermonem protrahit. Advertit idem plures civitates enunciare ſe Alexandri Papæ, & Martyris ſacrum corpus poſſidere: cum dum ponderet, æſtimat vel alterius Alexandri corpus ſuppoſitum, vel ſanè præcipuas partes ejuſdem Papæ Alexandri poſſideri à diverſis populis, quam [illegible] cenſuram ſaniorem [illegible], & in pari veritati conſonam. *Lucent.*

... O E P I S C O P U S,
Servus ſervorum Dei.

Dilecto Confratri Dominico Valvenſis Eccleſiæ Epiſcopo, cunctiſque ſucceſſoribus tuis in eadem Eccleſia canonicè promovendis in perpetuum.

ET ſi jubemur, dum tempus habemus, à Domino, bona operari, maxime tamen ad domeſticos fidei. Unde omnibus Eccleſiis Chriſti pro ea, quæ nobis credita eſt, diſpenſatione ſollicitudinem noſtram habemus, ſic debemus invigilare longinquis, ne in aliquo abſimus propinquis. Itaque ad ſuggeſtionem tuam chariſſime confrater, & Coepiſcope Dominice, quem ex Cœnobii diſciplina ad Epiſcopatus curam repromovimus, gaudemus, & anteceſſoribus noſtris, at quo nobis fideliter, & jugiter deſervire in S. R. Eccleſia cognoſcimus. Sed Valvenſis Eccleſia, cui Domino authore præſides, quàvis peccatis facientibus malitia ſæcularium hominum, & peccatorum ejus, ſua, non quæ JESU Chriſti ſunt, quærentium, ſupra modum deſolata, & deſtructa, muniminentium, ſupra modum deſolata, & deſtructa, munimino Apoſtolici privilegii contra impetus, & machinamëta ſacrilegorum obtendimus. Igitur authoritate Apoſtolica per hoc noſtræ conſtitutionis privilegium concedimus, & corroboramus tibi, tuiſque, ut dictum eſt, ſucceſſoribus in perpetuum, Epiſcopatum Valvenſem cum omni ſua integritate, & pertinentia, ſicut antiquis, & juſtis limitibus determinatur; ſcilicet à foſſato Luparelli ad portellas, ſive columnas, & à furca de Gorza ad Ssaſilum inter montes; hinc a caſtello de Furca ad Serram de Cannatina, & a Serra de Sigella ad Serram de monte Chriſti, inde à monte Coneracisi ad Crucem, inde à valle Araldi ad murisem de celsei, & à terra de canen ad farcam Mizula, deinde à robore cerurci, & campo olomeo, & à canise ad columnellam de campo Mezzo, ubi exit aqua de ſangro, & pergit ad foſſatum Luparelli, quod jam dictam eſt. Principaliter quoque confirmamus tibi ad Epiſcopalem ſedem Eccleſiam S. Pelini cum omnibus ſibi juſte pertinentiis, & pariter Eccleſiam S. Pamfili cum cæteris Eccleſiis, & capellis, quæcumque intra præfatos poſita eſſe noſcuntur, cum omnibus pertinentiis earum, itant decimas, & oblationes tam vivorum, quàm etiam mortuorum, ſecundum authoritatem eorum canonum, prout tibi videbitur, ſicut Epiſcopum decet, diſpones, & diſpenſes. Clericorum cauſas, & negotia ad ſeculares homines, & eorum judicia tranſire non conſentias, ſed tu ipſe, & ſucceſſores tui audiatis, & canonicè deffiniatis. Et quam aliorum pectorum negligentia, ſimul & nequitia monumenta chartarum, vel privilegia anteceſſorum noſtrorum, & ſi quæ ſunt alia inſtrumenta, quibus poſſeſſiones, & bona ipſius epiſcopatus firmabantur, & retinebantur, aut perdita, aut ſubtracta fuiſſe conſtat, per hoc noſtræ authoritatis privilegium ſancimus, ut nihil hoc præfatæ Eccleſiæ noceat, ſed juxta quod Otto Imperator Grimualdo ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo etiam per præceptum edixit ubicumque neceſſitas, & juſtitia ipſius Epiſcopatus fuerit ſub interpoſitione ſacramenti, per veraces homines, tàm divites, quàm etiam mediocres, quos idem Epiſcopus denominaverit, in cujuſcumque poteſtate ſit ipſa juſtitia, inquiratur, & Eccleſiæ dicta reſtituatur. Inſuper decernimus ſub interpoſitione diſtricti anathematis, ut quicumque conſcius eſt poſſeſſionum, vel bonorum, quæ jure competunt præfato epiſcopatui, & tamen inde alienata ab improbis hominibus detinentur, Epiſcopo aut ſuis manifeſtet, ne malis aliorum conſentiendo, & tacendo, ſacrilegus apud Dominum exiſtat; omnes etiam chartæ facta ad damnum Eccleſiæ, vel quæ fuerunt ipſi Eccleſiæ ſubtracta, & detinentur ab invaſoribus Apoſtolica authoritate ſint inanes, & vacuæ. Hinc S. Romana, & Apoſtolica ſedis, cujus juris epiſcopatus ille ſpecialiter eſſe dignoſcitur authoritate ſub interminatione diſtricti anathematis interdicimus, ne aliqua magna, vel parva perſona cujuſcumque conditionis, & dignitatis moleſtare, inquietare, diveſtire præſumat eum abſque diſcuſſione ex omnibus rebus mobilibus, vel immobilibus, ſe ſemoventibus, quæ nunc poſſidet, & deinceps juſte acquirere, & poſſidere poterit. Quod ſi quis Dei, & animæ ſuæ inimicus quocumque modo, vel ingenio hujus Apoſtolici privilegii temerarius prævaricator exiſtere non timuerit,

A *& aliquid eorum, quæ hic ſunt confirmantur, aut infirmantur à nobis, ſibi præſumpſerit contra hoc, quod noſtræ authoritatis cenſura hic promulgatur, perpetua anathematis ſententia ſe gehenna cum diabolo, & Angelis ejus irrecuperabiliter mancipandum noverit, niſi fortè dum vivit, dignè Domino, & Eccleſiæ ſuæ ſatisfecerit. Qui vero divinæ pietatis intuitu, & ſancta obedientia reverentia fidelis conſervator extiterit hujus, benedictionem hic, & in futuro promereatur, præmiumque ſempiternæ beatitudinis in electorum Dei cœtibus. Amen.*

Datum in Benevento xii. Kal. Januarii per manus Federici diaconi, & bibliothecarii, ac cancellarii S. A. ſedis vice D. Heremanni Colonienſis Archiepiſcopi, & Archicancellarii anno Dom. Leonis IX. Papæ 5. ind. VI.

Dominico Præſule, Sulmone cum Canonicis reſidente, nonnulla bona Epiſcopio S. Pelini dono dederunt Ardemanus, & Drago Sulmonenſes Cives, quæ in ſequenti documento numerantur.

B *In Dei nomine ab incarn. D. N. J. C. anno milleſimo quinquageſimo ſexto, & die menſ. Januarii 2. indict. 8.*

IDeo conſtat nos Ardemanus ... & Drago pro Deo datis de Comitatu Valvenſe habitatores eſtis in ipſa Marane de claro tantum ſicut in edicto Longobardorum continet pagina: ſi qui Longobardi, ut habet caſus humanæ fragilitatis egrotaverit, quamquam in lectulo jacens, dum vivit, & recte loqui poteſt pro anima ſua judicandi, vel diſpenſandi de rebus ſuis, quæ, aut qualiter voluerit, & quid judicaverit, ſtabilem debeat permanere, quam & nos conjugandi ſupradicti Ardemani, & Dragonis conſtitum nobis eſt, ut Dominus Carolus Rex judicavit, & in ſuo capitulare affixit, ut quæcunque fœmina poteſtatem habeat per Comitatum viri ſui res ſuas vendere, poteſtatem habeat donare, notum facit, quia quando nos fuimus copulati iſta conſuetudine gentis noſtræ Longobardorũ, ſic dedit nobis jam dicti ſupra aſcripti Ardemanus, & Drago viri noſtri quartam partem ex omnibus rebus ſuis, quomodo in ipſis noſtris cap. continet, propterea nos quatuor in ſimul conjugatus ego Ardemãnus, & prad. Coninge ſua, & ſupradictas Drago, & ſupradicta coninge ſua & ſupradictus Drago, & ſupradicta Coninge ſua uno conſilio pariterque conſenſu, bona, & ſpontanea, & noſtra bona voluntate, quam, & per redemptionem, remedimque ſalutis animæ noſtræ de illis noſtri conſortis, quia nos ipſæ p ... de ipſa Eccleſia tradere ad ea ... faciendum pro animabus noſtris, ut pius Deus, & Dominus noſter JESUS Chriſtus aliquid de peccatis noſtris dimittere, & minuere dignetur, & ut Januam Paradiſi gaudentes nos introire jubeat, & ut habeamus pacem in prima reſurrectione, ut in judicio non inter hœdos ad ſiniſtram, ſed inter oves ad dexteram aggregari mereamur conſortio tuto mereamur à Domino audire nobis dicente, venite benedicti Patris mei percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mũdi, propterea judicavimus & offerimus, & donavimus omnimodo, ſicut len continet, & per præſentem tradidimus in Eccleſiis, & in Epiſcopiis B. S. Pelini, qui eſt in Comitatu Valvenſe in Corfinia Civitate, & B. S. Pamphili, qui eſt in Sulmona Civitate, ubi nunc præſenti tempore D. Dominicus vener. Epiſcopus cum ſuis religioſis Canonicis regimen tenere videtur, hoc eſt ipſa Eccleſia S. Mariæ, & B. S. Pelicis, qui eſt in Comitatu Valvenſe in ipſo campo, qui eſt de ſuper Varacem, ſic dedimus nos ſupradicti ad ipſas ſupradictas Eccleſias S. Pelini, & S. Pamphili, cum reliquiis, & campanis, & cum ipſe mura. & cum libris, & cum terris, & vineis quantum ad ipſas Eccleſias pertinet, & quomodo à ſupradicti noſtri Conſorti traditi habuimus. Similiter judicavimus, & offerimus, & donavimus, & per hanc chartulam ordinavimus animæ noſtræ, & ſicut in ipſa continet, ita in poteſtate S. Epiſcopii transfudimus, & offerimus ad habendum, tenendum, & poſſidendum abſque alicujus contradictione, & ſi cuilibet Rectori. vel ſupradicti Epiſcopii opportunum fuerit habeat in omnibus licentiam, & firmiſſimam poteſtatem in omni loco iſtud nomen oſtendere, & ſtanſare, agere, & ragunare, & adoprare de ſupradicto Epiſcopio defendere abſque omni calumnia, & hoc repromittimus & obligavimus nos ſupradicti unaniter nos ſuprad Ardemannus, & Drago conſentiente, & faciente, & nos ſupradictæ Coniuges ſimiliter, quam & per voluntatem ſomniatuum de ſupradicti viri noſtri nos pa-

C

D

riter

viter d-ſponentes, & obligantes contra ſupradictæ Eccleſiæ B. S. Pelini, & S. Pamphili, ſueque Rectori, vel Advocati pro redemptione animarum noſtrarum, & pro animabus de illis hominibus, qui ſuæ partibus nobis tradidit. Quod ſi nos prædictos, & noſtros hæredes, poſteroſque noſtros ſi contra hanc chartulam cauſare præſumpſerit, aut ſi hanc chartulam judicationẽ, quod ſi nos pro animabus noſtris fecimus, ſi rumpere, aut retornare, vel revolvere, vel minuere, ſeu contrariare præſumpſerit per quodlibet ingenium, promittitur namque in iram Dei, & D. S. Pelini, & S. Pamphili incurrat, & non habeat pars in prima reſurrectione, ſed ſit illi pars in ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris, & cum Anna, & Caipha, & Abiron, & cum Juda, & Pilato compedes ligent, ſecundo ad partem Eccleſiæ obligavimus nos ſupradictos, & noſtros hæredes duplum, & meliorare, reſtaurare, qualis in illa die invenitur eſſe quãdo exinde cauſare videntis, & inſuper camprare ad ipſæ ſupradictæ Eccleſiæ B. S. Pelini, & S. Pamphili de auro monetato libras 30. & iſta chartula ſemper firma, & ſtabilis permaneat in ſempiternum, ſicut ſuperius legitur, quam, & per regeſtum ſupradicti Ardemanni, & Dragoni hanc chartulam ſcripſi, Ego Guar. Nepi. Moicep. Actum in Valva.

XV. [* Ex App. 17.] 15. JOANNES Monachus Caſinenſis & Præpoſitus Eccleſiæ ſeptem Fratrũ in Aprutio, vir prudens, vitaque probabili & religione conſpicuus, electus Abbas S. Bartholomæi de Carpineto Pennenſis Diœceſis, mox translatus ad Abbatiam S. Clementis de Piſiana, electus eſt Valvenſis, ſeu S. Pelini Epiſcopus circa annum Domini 1071. Dominico ſucceſſiſſe exiſtimatur, de quo Chronica S. Bartholomæi de Carpineto lib. 2. hæc habet. *Defuncto Ermundo Abbate, ſucceſſit Adam, qui vivens in regimine annos tres, XV. Calendas Januarii vitam conſummavit in brevi. Sed de Fratribus Monaſterii tum nõ eſſet quiſquam ad regimẽ Eccleſiæ ſufficiens, qui poſſet illud à tanta inopia relevare, elegerunt quendam Monachum Caſinenſem præpoſitum Eccleſiæ Septem fratrum de Aprutio virum prudentem religione & vita probabili notam nomine Joannem. Qui juxta morem ſublimatus in ſede cepit ad reſtaurationem Eccleſiæ diligenter laborare. Verum eo tempore Monaſterium S. Clementis, quia paſtore vacabat, & fratres ipſius Monaſterii ſcientes hujus Abbatis prudentiam, & vitam commendabilem, petierant ipſum in Abbatem S. Clementis: & quoniam enixius clamaverant, ſecuta eſt eorum clamoris exauditio: trãſfertur ad ipſam Abbatiam, & ei præponitur Abbas poſt decem annos, & mẽſes totidem, quibus huic Monaſterio præfuerat, qui pro morum honeſtate, & ſapientiæ prerogativa poſtea in Epiſcopatum S. Pelini meruit ſublimari, & dimittens Abbatiam tenuit Epiſcopatum quidem pauco tempore; 2. videlicet annis, menſibus 5. & 24. diebus in regimine tam Abbatiæ S. Clementis, quam Epiſcopatus S. Pelini, & in S. Pelino 8. Idib. Aug. ſi meruit tumulari.* hæc ille. Obiit Joannes iſte Epiſcopus anno 1073. cui ſucceſſit Tranſmundus.

XVI. 16. TRANSMUNDUS filius Oderiſii Comitis Marſorum Sexti ex Abbate S. Mariæ de Trenche ad hanc dignitatem ſubvectus eſt anno 1074. cui Joannes de Valva habitator Sulmonæ terras aliquas ad opus Epiſcopii S. Pamphili largitus eſt ann. 1078. Is anno 1080. cum abſque rationabili cauſa Epiſcopatum dimiſiſſet, à Gregorio VII. duris prius verbis increpatus, pauloque poſt contra præceptum ejuſdẽ Pontificis, ne ſe in eo amplius intruderet, ipſam Eccleſiam pervadere auſus fuiſſet, dignitate exuitur. Extat de hac re inter epiſtolas ejuſdem Gregorii ſequens.

GREGORIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.

Omnibus in Epiſcopatu Valvenſi habitatoribus majoribus, atque minoribus, ſive Poteſtatem in eo habentibus, qui gratiam B. Petri cupiunt, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Tranſmundus veſter dictus Epiſcopus ad nos venit, quem nimirum nos duris verbis increpuimus, propterea quod Epiſcopatum ſine ratione dimiſerat; precepimus etiam illi propter iſtam ſtultitiam, ut de Epiſcopatu ſe deinde non intromitteret, ſed iret ad montem Caſinum, ibique tandiu eſſet, donec cum ipſo præfati loci Abbate, aliiſque religioſis, & prudentibus viris conſilium comperiremus, quid de illo, & veſtra Eccleſia eſſet faciendum. Quod noſtrum præceptum (ſicut audivimus) contemnens, & per inobedientiam idolatriæ ſcelus incurrens auſus eſt Eccleſiam interdictam ad augmentum malitiæ ſuæ pervadere, eamque nunc pertinaciter non metuit occupare. Proinde Apoſtolica Authoritate præcipimus vobis, ut ſi gratiam Dei, & B. Petri diligitis, animarumque veſtrarum periculum timetis, nullus veſtrum Epiſcopalem reverentiam illi exhibeat, ſed bona Eccleſiæ de manibus illius eripientes, eum ſicut invaſorem habeatis, & rei Eccleſiæ ne diſtrahere valeat, à poteſtate ipſius defendatis. Nihilominus quoque mandamus, ut huic Legato noſtro Joanni Subdiacono, quem adhuc vobis direximus, auxilium in his, quæ neceſſaria fuerint, præbeatis, quatenus ipſe una vobiſcum, quæ in hac re facienda ſunt, melius poſſit implere.

Datum 2. Idus Decembris.

17. JOANNES Peccator Tranſmondo ſuffectus eſt ann. 1081. Hic S. Pelini templum reſtauravit, ubi in tabula marmorea hæc carmina leguntur. XVII

Emicat ecce piè Domus hæc in honore Mariæ,
Quam Preſul gaudet ſibimet feciſſe Joannes:

Ceterum uſque ad hunc Joannem in tabula marmorea eidem Eccleſiæ affixa Valvenſium Preſulum memoria extat, præcipueque aliquot illorum Antiſtitum nomina memorantur in Longobardicis antiquiſſimis caracteribus in membranis expreſſis, ad marginem vitæ S. Pelini, quam Vaticana Bibliotheca habet; nos autem hic exſcribendam curavimus in gratiam venerandæ antiquitatis ſtudioſorum.

Poperum fecit Tidolphus ad honorem, & reverentiam S. Pelini. Poſt mortem Epiſcopi Tidolphi, ſucceſſit Epiſcopus Tranſaricus, & habuit Poperum, & tenuit, ac poſſedit, prout melius habuit Epiſcopus Tidolphus. Poſt mortem Tranſarici acceſſit electus Sunil, & habuit, & tenuit, ſicut unquam melius tenuit Epiſcopus Tranſaricus. In tempore illo venit Epiſcopus Dominicus, & ſucceſſit Epiſcopatum, electus prædictus propter Epiſcopatum, quem amiſerat, dedit medietatem Populi Fratribus. Poſt Epiſcopum Dominicum, Traſmundus ſucceſſit Epiſcopatum, & fecit Pentomam, & poſtea acceſſit cum manſuetudine apud Populum, & ibi præcepit ſicut in terra ſua, & acceſſit ad S. Clementem, & ibi recepit Abbatem. In tempore illo, acceſſit Bachanum, & dederunt cœnobium illud, & habuit, & poſſedit per quinque menſes. Poſt Epiſcopum Tranſmundum ſucceſſit Epiſcopus Joannes, venerunt poſtea Pomporenſes, & reſignaverunt Poperum prædicto Epiſcopo Joanni, Epiſcopus prædictus receſſit ad Lanzanum, ac duxit Guillelmum Taxonis apud Poperum, & fecit cuſtodiri Caſtrum illud, ad opus Eccleſiæ Valvenſis in Caſtellania; & ipſe Guillemus cuſtodivit Caſtrum Poperi ad mandatum Epiſcopi, & cum ipſe per longum tempus procuraſſet Caſtrum, Epiſcopus voluit removere eum, ipſo Guillelmus dixit, non poſſum tibi reſignare.

Hucuſque Codex vaticanus. *Poperum*, hodie Caſtrum Populi dicitur, cujus Dominus vocatur Dux, *Pentoma*, Terra eſt, quæ Pentina, *Bachanum* nunc Bacharum Theatinæ diœceſis, *Lanzanum* hodie Lancianum dicitur. *Ad S. Clementem*, nunc Abbatia Card. commendata.

18. JOANNES II. anno 1102. Idem Caſtellum Peporanum petiit ſibi attribui ad eximendas omnes, quæ poſſent oriri, lites inter populos prædicti Peperani, ac S. Pelini ob confinia, quæ non ita pridem inter utrumque populum collocanda curavit ab Ugone, qui ante ipſum eidem Peperano Caſtello jus dixerat, idque præſentibus, Raynulpho Theatino Epiſcopo, aliiſque pluribus, qui ad Eccleſiam S. Pelini convenerant, dum S. Alexandri templum ſolemniter conſecraretur, ex inſtrumento Eccleſiæ S. Pelini, id habetur. XVIII

19. VUALTERUS anno [a] 1109. forte idem cum ſequenti, cujus Epiſcopi temporibus, Eccleſiæ S. Pelini, templum S. Flavianæ de Bariſano acceſſit. Eo ſedente eodem anno donatur Epiſcopio S. Pelini, & S. Pamphili, Eccleſia S. Mariæ de Carbonibus. * Mortem obiit anno 1104. XIX. [a Ante an. 1104.] [* Ex App. 6.]

20. GUALTERIUS ad eam dignitatem à Paſchali II. Pontifice ſubvectus eſt ann. * 1104. ab eo- XX [* Ex App. tom. 3.]

deinque Pontifice conſecratus fuit, cujus conſecrationis bulla, in ejuſdem Epiſcopatus archivo diligentiſſimè aſſeruatur. Hic etiam. S. Populi Eccleſiam Epiſcopatui ſuo adiunxit, quæ Valuenſis Diœceſis eſt prope Anſidoniæ Civitatem. De quo mentio in vita S. Berardi Epiſcopi Marſorum.

* Ex App. tom. 7.

* Hic quoque anno 1124. Præſulatus ſui vigeſimo tumulum S. Pelini aperuit; corpus ejuſdem populis per ſex dies venerandum præbuit, & in nova Valvenſi Cathedrali repoſuit, ac reſeravit, ut inſculpta carmina ibi in marmore exarata teſtantur.

Qui domini cunctes carnis numeraverit annos,
Centum mille decem bis neſcat, quatuor addat.
Temporis inſuper eſt indictio nempe ſecunda.
Roma præclarus vivebat Papa Calliſtus,
Annis viginti Valterius Ordinis almi
Valuenſes ſacras Præſul moderabat habenas.
Primus menſis erat ſeptem de fine tenebat
Reliquias ſancti, cum tranſtulit ipſe Pelini.
Bis ſex atque dies, monumentum manſit apertum;
Hocque novo templo poſuit cum laude ſepulchro.

XXI. 21 ODDO, à Clericorum Senatu Epicopus Valvenſis adlectus eſt, cujus electionem ratam deinde habuit Innocentius II. Pont. Max. anno 1138.

XXII. 22. GIRALDUS ad Sulmonenſem Epiſcopatum adlectus eſt à Canonicis S. Pelini, ſanctique Pamphili an. 1140. eidemque electioni idem Innocentius Pontifex II. ſuo ſuffragio pondus adiecit. Vocatur adhuc electus in donatione Eccleſiæ S. Mariæ de Valua, quam Joannes Abbas S. Vincentii de Vulturno dono dedit Epiſcopio S. Pelini, & S. Pamphili anno 1145. ut ſequenti monumento legitur in codice pergameno, apud Abbatem Conſtantinum Cajetanum.

In Dei nomine.

Scriptum convenientia qualiter ſtetit, ac Epiſcopus convenit inter me Joannes vir venerabilis Abbas de Monaſterio B. ſancti Vincentii, quod ſitum eſt ipſum præfatum Monaſterium in Comitatu Beneventano in fluvio de Vulturno, & eſt in locis, ubi Sacinum vocatur, ubi nunc præſente tempore regimen tenere videor, & te Gerardus vir venerabilis electus de Epiſcopio S. Pelini, & S. Pamphili, quod ſitum eſt ipſum præfatum in locum, ubi Corſinia Civitate vocatur, ubi nunc præſente tempore regimen tenere videris, quia dum ab omnibus non incognitus, ſed à pluribus eſſe videtur, & eſt nunc feſtum qualiter tu prædictus Epiſcopus habuiſti petitionem tuam à me præfatus Abbas, ut aliquid de res pertinere, dictum meum Monaſterium dediſſem tibi ad opus de dicta Eccleſia S. Pamphili per hunc ſcriptum col. . . . amodo uſque in completi 29. anni, & poſt completi 29. anni revolvendum ſemper in aliis 29. annis in omnem renovationem detis tu prædictus electus de tuis ſucceſſoribus ſolidos 20. ac me præfatum Abbatem ſcilicet, & meis ſucceſſoribus ad opus de præfato meo Monaſterio, quia dediſti mihi tu prædictus Epiſcopus de tua mobilia de dicta Eccleſia S. Pamphili ſolidos 20. ad opus, & diſpendium de præfatum meum Monaſterio, & ego præfatus Abbas ipſi ſolidos recepi à te prædicto electo in convenientia, & apud nos recepimus, & receptum teſtamur à Beruncos homines ſcindo B. cuiuſdam Alberti, & Joannis per cujuſdam Dodini, & Oddo per cuiuſdam Azani, & Grimaldi, per cujuſdam Obaldi . . . qui fuerunt in eadem pactione, & convenientia, prætereà voluntate tua denegare nolui, ſed libenti animo, nemine me cogente, nec aliquid per vim patientes, niſi tantum ſana mente bona, & ſpontanea, & mea bona voluntate, unaque per conſenſum, & voluntatem de Monachi mei de prædicto Monaſterio dedi tibi prædicto electo ad opus de dicta Eccleſia S. Pamphili, hoc eſt ipſa Eccleſia B. S. Maria de Valva, quæ eſt in loco, ubi le Fraſcario vocatur, quia ſic dedit ego prædictus Abbas tibi electe, vel ad dicta Eccleſia amodo uſque in completi 29. anni, & renovandum cum muris, & altaris, & reliquiis, & erectionibus, & cum libris, & campanis, & cum caſtris, terris, vineis, arboribus, & cum introitu, & exitu ſuo, & cum omnia quantum infra ſe, vel ſupra ſe habent, & cum omnia quantum ad Eccleſiam pertinent, vel pertinere debent uſque in præfinitum tempus in vero timore ad uſufrugendi, agendi, gubernandi, regendi, cultandi, laborandi, lucrandi, non minuendi, nec donandi, nec concambiandi, nec præſtandi, nec per nullam . . argumentis in alterius poteſtatem, ac proprietate nomine tranvendendi, vel ſubtradendi, niſi tantum, ut ſupradiximus vobis ad uſufruendi, & de ipſis frugibus faciendi quodcumque tu prædictus, & tuis ſucceſſoribus, vel veſtris ordinatibus facere volueritis uſque in præfinitum tempus, & quod ipſo frugibus, quo eos exinde lucraveritis, ſic deberis dare, & abſolvere, & aſu omnes annualiter per unumquodque . . . in qualicumque die infra annum de merces valent denarios ſex, ut prædictus electus, vel tuis ſucceſſoribus, vel ad unum miſſum mihi prædicto Abbati, vel ad meis ſucceſſoribus, vel ad unum miſſum præfatis Monachis, vel ad unum miſſum, quod ſi ea omnia pleniter conſervaveritis in Cœna Domini annualiter, ſic pleniter dederitis, quomodo prædictum eſt . . . repromitto, obligo . . prædictum Abb. Johannes, vel meis ſucceſſoribus

B *tibi præſcripto Gerardo electo, & tuis ſucceſſoribus de dicta Eccleſia cum omnia ſua pertinentia ad poſſendum facere volueritis, uſque ad præfinitum tempus, cum ſi nos vobis ab omni homine per legem anteſtaro, vel . . . non potuerimus, aut non ſumpſerimus, aut ſi amplius & uſum ſuper imponere voluerimus . . . quomodo dictum eſt ſub pœna obligata capere promittimus, & obligo me ego de alienando . . . centum, & hunc ſcriptum Convenientia firmum, & ſtabile permaneat uſque ad præfinitum tempus, quia inter nos tale fuit noſtra convenientia quomodo . . . & poſt . . . abſoluta nunquam liceat ego præfatus Abbas, vel meis ſucceſſoribus nolle, quod ſemel voluiſſe, ſed omnia, quod ſuperius ſcriptum eſt, fortiter inviolabiliter conſervare promittimus uſque in præfinitum tempus quam ad petitionem de prædict. Abb. hunc ſcriptum convenientia ſcripſi, Ego Iohann, Zochus in xiv. & menſ. Aprilis per indict. ſeptima ind.*

† *Ego Joannes alias Man. Abbas S. Vincentii, hunc ſcriptum . . . propria manu.*

C † *Riuuo Jasdem Monachus conſenſi . . .*
† *Onchilble Sacerdos . . . .*
† *Ego Fr. Petrus Subdiaconus conſenſe. . . . .*
† *Lepaldus rogatus à te Domino Abb.*
† *Sunulphus rogatus à tè . . .*

23. SIGINULPHUS ab iiſdem Canonicis Valvenſis Epiſcopus pronunciatus eſt, Eugenio III. ejuſmodi electioni ſuffragante anno 1144. Hic an. 1164. dedit in feudum cuidam Sebaſtiæ, & filiis multa bona de Epiſcopio S. Pelini & S. Pamphili, qui eſt idem cum Epiſcopio S. Pelini, de conſenſu Canonicorum S. Pamphili. XXIII

In Dei nomine.

Scriptum praſtage qualiter ſtetit, atque conventum eſt inter me Siginulphus Epiſcopus de Epiſcopio B. S. Pelini, & S. Pamphili, qui eſt ipſum ſupradictum cum Epiſcopio S. Pelini in locis, ubi Corſinia Civitate vocatur, ubi nunc præſentem poteſtatem, & regimen te tenere videtur dedit ſupradictus Epiſcopus ad te Sebaſtia filia Valteri Bodon. & eſt habitatrix in ipſa Civitate de Sulmona, & quia dum à Dominibus omne non eſt in convenientionem ad pluribus omnium eſſe videtur, & manifeſta cauſa qualiter ſuprascripta Sebaſtia habuiſti petitionem tuam detegere voluerit, libenti animo bona propoſitione, & mea bona voluntate, unaque per conſenſum, & bonam voluntatem de primatis ordinatis Canonicis mei S. Pamphili dedi tibi ſupradicta Sebaſtia, & à filiis cui quid de Girardi nati ſunt, hoc eſt, ſedici pezzi di terra . . . . omiſſis dictis terris, & poſt ſui clauſula ad ſolvendū duodecim denarios in feſto S. Pamphili ſuprascripto Epiſcopo, vel ſuis ordinatis in dicta Eccleſia S. Pamphili, & aliis omiſſis. . . .

Anno Domini Milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto & die menſ. Decembris *primo, indict. terciadecima.*

Siginulpho Præſule Parnaldus de Comitatu Valvēſe donat Epiſcopio S. Pamphili Eccleſiam S. Andreæ anno 1160. eidemque 1167. Gervaſius, & Alexander de Comitatu Valvenſe donant Epiſcopio S. Pamphili Eccleſiam S. Rocchi de Civitate Sulmonenſi.

Obiit

Obiit Siginulphus anno 1168, nam hoc anno, menſe Aprili, ſede vacante Capitulum Valvenſe fatetur Canonicis S. Pamphili de Sulmona habere idem jus eligendi Epiſcopum, quod ipſi habent, ac pro ſucceſſoribus ſuis id ratum habituros promittunt, ut ex ſequenti inſtrumento, ex originali deſumpto.

In dei nomine.

Anno Domini Incarn. 1168. indict. menſis Aprilis ....

Sicut humanum eſt peccare, ita Angelicum emendare. Idcirco Præpoſitus Gualterus, & Capitulum S. Pelini Eccleſiæ Valvenſis, ipſa Eccleſia vacante Epiſcopo, volentes ad electionem, & poſtulationem, ſeu nominationem Epiſcopi procedere ſine Canonicis S. Pamphili de Sulmona, facta appellatione ab ipſis Canonicis S. Pamphili ad Dominum Papam, ne electio, poſtulatio, ſeu nominatio fieret à Præpoſito, & Capitulo S. Pelini niſi canonica ſine Canonicis S. Pamphili, qui dicebant ſe eſſe in quaſi poſſeſſione juris eligendi, poſtulandi, ſeu nominandi Epiſcopum pariter cum ipſis; cumque negaretur à prædicto Præpoſito, & Capitulo S. Pelini Canonicos S. Pamphili eſſe in quaſi poſſeſſione, & eſſe debere, ſicut aſſerebatur, litis materia, & quæſtio ſcandali oriebatur, quod erat impedimentum ad electionem faciendã in damnum ipſius Eccleſiæ Valvenſis, & Epiſcopatus inferebatur. Idem Præpoſitus, & Capitulum S. Pelini volenses utilitati utriuſque Eccleſiæ S. Pelini, & S. Pamphili providere, & evitare expenſas utriuſque partis, recognoſcentes etiam veritatem in præſentia D. Leonardi ven. Abbatis S. Clem. in Piſcaria, & in præſentia Judicis Joannis de Sulmona, & ſubſcriptorum teſtium prædicti Præpoſitus, & Capitulum S. Pelini confeſſi ſunt Canonicos S. Pamphili eſſe in quaſi poſſeſſione juris eligendi, & debere intereſſe, & habere jus eligendi, poſtulandi, ſeu nominandi pariter jus ipſis ex antiqua conſuetudine obtenta, & præſcripta, cujus memoria non exſtat, & promiſerunt ſe ſucceſſoribus ſuis de cætero una cum Capitulo S. Pamphili de Sulmona eligere, poſtulare, nominare Epiſcopum, renunciando liti, quæſtioni ſi quæ fieri poſſet adverſus Canonicos S. Pamphili ab ipſo Præpoſito, & Capitulo S. Pelini ſuper electione, vel poſtulatione, ſeu nominatione Epiſcoporum, quod de cætero nullam litem, calumniam, appellationem faceret per ſe, vel ſucceſſores ſuos ſuper prædictis ſcilicet electione poſtulatione ſeu nominatione Epiſcoporum, ad cujus rei memoriam, & firmitatem robur perpetuo valiturum rogaverunt me Judicem Joannem de Sulmona facere inſtrumentum publicum omnium prædictorum.

Actum eſt hoc in Eccleſia S. Pelini coram prædicto ven. Abbate S. Clementis, & aliorum prudentum virorum, unde ego Joannes Sulm. Judex rogatus à ſupradictis, ſcilicet Præpoſito, & Capitulo S. Pelini, & Canonicis S. Pamphili hoc inſtrumentum feci, & ſcripſi anno, menſe, indict. ſupradicta feliciter.

Ego Gualterius Præpoſitus S. Pelini his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego Beraldus Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Raynaldus Can his omnibus interf. & ſignum feci

Ego Gualterus Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Petrus Can. his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego Gerardus Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Joannes Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Dec Can. his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego Raynald. de Colleperto Can. his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego Thomas Can. his omnibus interfui, & ſignum feci

Ego Blaſius Can. his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego ... Can. his omnibus interfui, & ſignum feci.

Ego Berardus Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Regerius Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Benedictus Can. his omnibus interf. & ſignum feci.

Ego Berardus Can. his omnibus interf. & ſignum feci

Signum manus D. Ioannis rogat. teſtis &c.

Signum manus D. Adam rogat teſtis, &c.

Signum manu D. Math. de Racano rogã teſtis, &c.

Signũ manus D. Berard. Adenulfo rogat. teſtis, &c.

Signum manu D. Simonis rogat. teſtis, &c.

Signum manus Gradul. rogat. teſtis, &c.

Signum manus Landelf. Miles rog. teſtis, &c.

Ego Ioannes Sulmonis Iudex hunc ſcriptum ſcripſi.

24. ODARISIUS, ſive Odelriſius ab utriuſque Capituli Canonicis Valvenſis Epiſcopus dictus eſt, Alexandro III. ſummo Pontifice annuente, ao. 1168. defuncto Sigioulpho. Hic anno 1178. concedit fratribus Hoſpitalaris, ut Eccleſiam in Civitate Sulmona ædificent, & ſolvant S. Pamphilo libram ceræ, & quartam de decimis, & mortuariis. Ao. 1175. Gemma venerabilis mulier donat Eccleſiæ, & Epiſcopio S. Pamphili Eccleſiam S. Andreæ per manus Oderiſii Epiſc. Valvẽſis, & Jeſuvaldi Canonici S. Pamphili. XXIV

In Dei nomine anno Dominica Incarnationis milleſ. centeſ. lxxv. quinto die Madii indictione octava.

Ego quidem Gemma filia quondam Ioannis Ovaldi cum authoritate, & conſenſu viri mei, & Munualdi Oddonis ſponte, & in præſentia ſubſcriptorum teſtium conſiderante de Dei omnipotentis miſericordia per remedium animæ meæ, & patris, & matris meæ, ut poſſimus audire illam vocem deſiderabilem, ubi Dominus dicit, venite fratres mei benedicti, percipit Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Idcirco dono, atque concedo in Eccleſia, & Epiſcopio S. Pamphili de Sulmona per manus ven. D. Oderiſii Valvenſis Epiſcopi, & Diaconi Ioannis Ieſualdi Canonici ejuſdem Eccleſiæ, hoc eſt partem meam, quam habeo in Eccleſia S. Andreæ, quæ eſt foris Sulmonæ muros, & portionem, quam habeo in Eccleſia S. Andreæ, quæ eſt intus in ipſa Civitate, cum terris, & muris, & libris, & campanis, & reliquiis, & paramentis, & cum omnia quantum ad ipſas portiones meas pertinent, & pertinere debent per ipſas Eccleſias, & tres petias terræ, quas habeo in territorio Sulmonis, una petia terra in loco eſt, qui vocatur Zappanotte juxta terram Joannis Abbatis, & alia eſt ultra flumen ſubtus viam juxta terram ad .... & alia eſt in loco, qui vocatur Cretane juxta terram magiſtri Philippi, omnia, & in omnibus quantum infra ſe, vel ſuper ſe, habent in integrum dono, trado, atque concedo præfata Eccleſia. Inſuper promitto, & obligo me, meoſque hæredes ad prædictam Eccleſiam B. Andreæ, quod nec per aliquam perſonam à nobis ſubmiſſa habeamus poteſtatem retollere, nec minuere, nec in aliqua cauſatione mittere, & ſi facere præſumpſerimus, componere præfata Eccleſia duplicatas, & melioratas, qualis in illa me invenitur eſſe, quando exinde cauſare videtur; & compoſitione facta, hæc chartula maneat firma in perpetuum, quam ſcribere rogavi Ioannes Sulmonis Iudex menſ. & indict. ſuprad. feliciter.

† Signum manus Landolſus miles rogatus teſtis.

† Signum manus Gregerius Joannis Oden. rog. teſtis.

† Signum manus Maximus rogatus teſtis.

† Signum manus Guiviſo rogatus teſtis.

† Signum manus Verardus Petri rogatus teſtis.

Ego Jeannes Sulmonis Judex hanc chartulam ſcripſi.

Anno 1170. Mallerius Dominator Pacentri donat Epiſcopio S. Pamphili Eccleſiam S. Angeli, ut videre eſt in ſequenti documento.

In Dei nomine † Anno Dominica Incarnationis milleſimo centeſimo lxx menſis Auguſti indict. 3.

Quamobrem conſtat me Mallerium F. quondam Maneris de Palena de Comitatu Valvenſis habitator, & dominator in terra Pacentrana, declarando tamen ſicut .... edicti Longobardorum extaret pagina .... liber poteſtatem habeat, ubicumque voluerit, de rebus ſuis pro anima ſua ſanctis locis cum pietatis judicare quod voluerit, & quod judicaverit, ſtabile debeat permanere, modo vero bona, & ſpontanea mea voluntate, quam & pro redemptione, remediumque ſalutis animæ meæ, & patris, & matris, omniumque parentum meorum, ut Deus, & Dominus noſter JESU CHRISTUS de peccatis noſtris dimittere, & minuere dignetur, & ut habeamus partem, præmia, & reſurrectionem, & audire illam vocem deſiderabilem, quando Dominus dicet, venite benedicti Patris mei, percipite Regnum vobis paratum ab origine mundi; propterea dono, judico, offero, concedo, & per præſentem trado in Epiſcopio S. Pamphili poſito in prædicto comitatu juxta Civitatem, quæ dicitur Sulmona, hoc eſt Eccleſia S. Angeli poſita in territorio Pacentrano in loco, ubi vadus de placenti vocatur, cum muris, Altaris, reliquiis, oblationibus, libris, calicis, thuribilis, & cum omnibus ejuſdem Eccleſiæ ornamentis, &

cum terris cultis, & incultis, arboribus fructiferis, vel infructiferis, & cum omnibus quantum ad prædictam Eccleſiam pertinet, vel pertinere debet. Unde ad manus meas, nec ad hæredes meos nulla ex inde feci reſervationem, neque exceptuationem, ſed in integrum qualiter prælegitur, trado ego totum in jam ſcripto Epiſcopio ad habendum, tenendum, & ad proprietatem præfati Epiſcopii poſſidendum, jureſaciendum inde quoad utilitatem prædicti Epiſcopii oppertunum fuerit abſque ulla calumnia. & hoc repromitto, & obligo me, & meos hæredes ad dicto Epiſcopio, ejuſque Epiſcopi, & Rectoris, vel advocati. Quod ſi ego, vel mei hæredes hanc meam judicationem rumpere, vel retollere præſumpſerimus, aut ſi nos ab omni homine antiſtare, & defendere ad opus dicti Epiſcopii non potuerimus, aut non voluerimus per quodlibet ingenium dupla, & meliorata ad opus dicti Epiſcopii reſtaurare promittimus, & obligamus ſub æſtimatione, qualis in illa die invenitur omne, quando exinde cauſa re videtur, quia quod ſemel offertur, non revolvamus. Unde rogatus à dicto Mallerio hanc chartulam ſcripſi Ego Gualterius R. Madie Dei, & regia gratia Sulmonenſium Judex, in menſ. & dicta indict. feliciter.

† *Signum manus Malleris, qui hanc cartulam ſcribere rogavit.*
† *Signum manus Raynaldi de Rocconi rogatus teſtis.*
† *Signum manus* Delme *de Sclavi rogatus teſtis.*
† *Signum manus Joannis Gerelmi rogatus teſtis.*
† *Signum manus Joannes Adetagay rogatus teſtis.*
† *Signum manus Petri R.* Deodati *rogatus teſtis.*

Oderiſii obitus recenſetur in antiquo Menologio Montis Caſini 10. Kal. Aprilis. Interfuit Lateranenſi Concilio ſub eodem Alexandro 1179. Lucius deinde III. hunc Epiſcopum, Eccleſiamque S. Pelini pietatis ergo protegendam ſuſcepit, ex bulla ejuſdem Pontificis.

XXV. 25. GUILLELMUS ad eandem dignitatem aſſumptus eſt, atque ab Innocentio III. Pontifice confirmatus an. 1200. Extat ejuſdem Guillelmi conceſſio nonnullorum bonorum facta Sancto de Cucullo anno 1201.

In Dei nomine.

Breve recordationis deliberationis conſenſu, & voluntate, & rogatis a te Santo de Cucullo Canonicorum Eccleſiæ B. Pamphili factum a me Guillelmo Valvenſi Epiſcopo tibi prædicto Santo, tuiſque hæredibus, quoniam habuiſti petitionem, ut de bonis prædictæ Eccleſiæ concederemus tibi, aptum viſum eſt nobis concedere tibi in Sulmone medietatem Palatii, quod fuit Petri Manfredi cum medietate caſtli, quod eſt ante illud, & medietatem Caſarini, quod fuit Raynaldi frumelici in porta S. Pamphili, & medietatem feudum, quod fuit Raynaldi Ruſtici, & medietatem petiarum terræ in via ſalaria, & medietatem terræ in Gualdo, & medietatem terræ in Moricillo, & medietatem terræ in Civali, & medietatem vineæ in Caſtello, & medietatem vineæ quæ fuit Presbyteri Brunonis, & medietatem vineæ in prattula, & medietatem vineæ cum terra, quod tenuit Gualterius Zappa, vineam, & medietatem vineæ, quæ fuit Alberti Anteradi, & medietatem terræ al lucretana, & SS. medietatem Cannapina, quæ fuit Gualt. Iudicis ad Incinali, reddentque vobis in cambium clauſuram, & paſtinum, quod eſt ſuper viam, quod fuit Gualt. Iudici pro his debetis reddere annuatim in feſto S. Pamphili ad prædictam Eccleſiam denarios 12. inſuper dabitis decimas de fructu earundem terrarum, quapropter hunc brevem ſcribere rogavimus Ioannem Sulmonis Iudicem anno Dom. *Incarn. MCCI. 10. die menſis Februarii indictione IV.*

Ego Guillelmus Valvenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Presbyter Berardus Senaldi conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Ionathas conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Ioannes Rainucci conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Oliverius conceſſi, & ſſ.
Ego Gualterius de Lando conceſſi, & ſſ.
Ego Landolphus conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Faydu conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Ezechiel conceſſi, & ſſ.
Ego Presbyter Albericus conceſſi, & ſſ.
Ego Raynaldus Maineri conceſſi, & ſſ.

A *Ego Oderiſius conceſſi, & ſſ.*
Ego Bernardus de Orsona conceſſi, & ſſ.
Hi ſunt teſtes rogati à ſupradicto Epiſcopo.
Raynaldus Lorivert.
Gentile de Muchilod.
Landolphus.
Joannis Judicis Fuliani de Ortona.
Ego Jo. Sulmonenſis Judex hunc brevem ſcripſi, &c.

Guillelmo anno 1206. defuncto, ab utroque Capitulo S. Pamphili, & S. Pelini, tres electi fuerunt in Epiſcopos Valven. Gerundum, Siginulphum, & Guillelmum, qui electioni ceſſerunt, iterumque reſtauratis Comitiis, C. Subdiaconum Apoſtolicum poſtularunt, & Innocentio III. præſentarunt pro confirmatione, qui cum electionem dictam contra Concilium Lateranenſe celebratam acciperet, Capitulis, ut alterum infra menſem ſibi deligerent Paſtorem ſequenti epiſtola commiſit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

B Dilectis filiis S. Pelini Valvenſis & S. Pamphili Sulmon. Canonicis, Salutem, & Apoſt. bened.

VEnientes ad Apoſtolicam ſedem dilecti filii R. Præpoſitus S. Pelini, & Magiſter Rolandus S. Pamphili Canonicus, & ex parte veſtra literis præſentatis, nobis humiliter ſupplicarunt, ut electionem, quam de dilecto filio C. ſubdiacono noſtro canonicè feceratis, authoritate dignaremur Apoſtolica confirmare; nos autem electionem ipſam, ſicut moris eſt, examinari fecimus diligẽter, & invenimus eundem Subdiaconum illius ætatis exiſtere, quæ non patitur eum ad dignitatem Pontificalis officii ſecundum canones promoveri, cum nondum pervenisse dicitur niſi ad 25. annum; licet autem ad promotionem ipſius ſubdiaconi noſtri, quantum cum honeſtate noſtra poſſumus, libenti animo intendamus, & idem nobilis ſit, & potens, & vita, & ſcientia, nec non moribus commendabilis demonſtratur, quia tamen in Lateranenſi Concilio eſt ſtatutum, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam ætatis annum 30. agunt, & clericos, qui contra formam conſtitutionis ipſius quemquam elegerint. &
C *eligendi tum poteſtate privatos, & ab Eccleſiaſticis beneficiis trienio noverint ſe ſuſpenſos, eandem electionem decernimus nullam eſſe, credentes firmiter, & ſperantes quod ſi dilectus Subdiaconus noſter, prout benè incœpit, perficere curaverit in ſcientia literarum, ad majora, dãte* Deo, *poterit evocari. Cæterùm ne ex eo, quod ad promotionem ejuſdem Subdiaconi intendiſtis, ad quam nos etiam ſi honeſtas permitteret, intendere curaſſemus, patiamini detrimentum, pœnam ipſam ob ipſius gratiam vobis duximus miſericorditer remittendam. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus infra menſem poſt receptionẽ præſentium, niſi forſan jam aliam recepiſtis perſonam ætate, honeſtate, ac literarum, & cæteris circumſtantiis idoneam vobis eligatis canonicè in paſtorem, Præpoſiti S. Pelini, & aliorum abſentia non obſtante, alioquin ad noſtram præſentiam accedatis, à nobis Epiſcopum, dante Deo, recepturi. Quod ſi forſan jam alias literas recepiſtis ab illarum receptione, ſicut in eis expreſſum fuerat, menſem volumus computari.*

D *Datum Romæ apud S. Petrum 13. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno 8.*

26. ODDO, ſeu Otho, Innoc. III. Capellanus, ab ipſo ann. 1207. de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis electus eſt Epiſcopus, cum inter ſe non conveniſſent. Clericoſque S. Pamphili Sulmonenſis, ut ipſum in Paſtorem recipiant, ſequenti hortatur epiſtola. XXVI

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Clericis S. Pamphili Sulmon. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SI ſecundum rigorem, & non magis ſecundum multitudinem manſuetudinis procedere curaſſemus, rebellionem & contumaciam veſtram pro meritis puniendo, vos privaſſemus perpetuo eligendi penitus poteſtate, qui ad electionem illicitam procedere præſumentes poſt multas monitiones noſtras, pariter & præcepta, in eodem propoſito pertinaciter perſtitistis, & Apoſtolicis juſſionibus reſiſtentes, quaſi poſſetis contra ſtimulum calcitrare,

quod

quod turpiter inchoaſtis, niſi eſtis poſtmodum turpius confovere. Verum quia licet immeritis locum ipſius tenimus in terris, qui nunquam obliviſcitur miſereri, ſed iratus miſericordia recordatur, rigorem juſtitiæ manſuetudine temperantes, & Eccleſiam veſtram nolentes per Paſtoris abſentiam in ſpiritualibus, & temporalibus ulterius deſolari, dilectum filium O. tunc Subdiaconum, & Capellanum noſtrum ſuæ probitatis obtentu nobis, & fratribus noſtris charum admodum, & acceptum, per cujus ſollicitudinem diligentem, & diligentiam circumſpectam eidem Eccleſiæ poſſe credimus utiliter provideri, vobis conceſſimus in paſtorem, & ipſum ſabbato infra octavas Pentecoſtes in Diaconum curavimus ordinare. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricto præcipimus, quatenus infra 15. dies poſt ſuſceptionem præſentium aliquem veſtrum de communi univerſorum aſſenſu in litteris patenter expreſſe, qui eum cum debito honore, & reverentia recipiant, & ad vos uſque perducant, ad præſentiam noſtram mittere nullatenus poſtponatis, & ipſi obedientiam, & reverentiam debitam impendentes, intendatis eidem, tanquam patri veſtro de cætero, & paſtori, mandatum noſtrum taliter implendo, quod inobedientia, quæ præceſſit, per ſubſequentem obedientiam expellatur. Quicumque autem ei, immo nobis potius in hoc præſumpſerit contraire, ſe noverit officio, & beneficio perpetuo ſpoliandum.

Datum Ferentin. 3. Nonas Iunii Pontif. noſtri an. 9.

Oddone ſedente, Honorius III. ann. 1220. confirmat numerum duodecim Canonicorum à Capitulo, & Præpoſito S. Pamphili præfixum.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Præpoſito, & Capitulo S. Pamphili Sulmonenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUm à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis precibus inclinati, duodecim Canonicorum numerum, quem in Eccleſia veſtra, vener. fratris noſtri Valvenſis Epiſcopi, loci Diœceſani accedente conſenſu deliberare provide ſtatuiſtis, ſicut eſt productum inſtrumentum, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut præfata Eccleſia ſit contenta, niſi adeo ipſius excreverint facultates, quod plures inſtitui valeāt in eadem, ſalvo in omnibus Apoſtolicæ ſedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 10 Kal. Maji Pontif. noſtri anno 5.

Idem Honorius anno 1224. committit differentias vertentes inter Capitulum S. Pelini, & S. Pamphili Epiſcopo Furconienſi.

HONORIUS EPISCOPUS,
ſervus ſervorum Dei.

Ven. fratri noſtro Epiſcopo Furconen., & dilectis filiis Abbati S. Mariæ de Nocer, & Præpoſito S. Joannis Celamenſis Trivent. & Marſic. Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SVa nobis Præpoſitus, & Capitulum S. Pamphili Sulmon. Valven. Diœc. inſinuatione monſtrarunt, quod olim orta inter ipſos ex parte una, & Capitulum S. Pelini Valven. ſuper jure eligendi Valvenſem Epiſcopum quæſtione, & cauſa ſuper hoc bonæ memoriæ Pōnenſi Epiſcopo à fel. record. Innocentio Papa prædeceſſore noſtro commiſſa, eodem Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, eadem uſque ad calculum ſententiæ deffinitivæ deducta remanſit hactenus indeciſa, unde humiliter petierunt, ut eam terminari per alios mandaremus, ideoque per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus receptis prioris actis judicii, cauſam ipſam juxta priorum continentiam literarum, appellatione remota, ratione prævia terminetis. Quod ſi non omnibus his cognoſcendis potueritis intereſ-

A *ſe, tu frater Epiſcope cum eorum altero eam nihilominus exequaris.*

Datum Tibure. 3. Idus Junii pontific. noſtri anno IX.

Idem Epiſcopus Oddo, anno 1224. Militem Burellū de Averſa à vinculis excommunicationis abſolvit.

In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI Amen.

Anno ejuſdem 1224. Ind. XII. Notum ſit tam præſentibus, quàm futuris, quod miles Burrellus de Averſa, & domina Lætitia uxor ejus cum conſenſu, & authoritate interveniente ipſius Burrelli viri ſui, in præſentia mei Judicis Matthæi, & Notarii publici de Sulmone promiſerunt, & convenerunt generaliter reddere, & promiſerunt ſolemni ſtipulatione Eccleſiæ S. Pāphili de Sulmone quæcūq; ipſi, & filii eorundē abſtulerāt, vel deferri fecerāt Eccleſiæ S. Andreæ de Caſtello Novo, quæ Eccleſia eſt in Demanio jam dictæ Eccleſiæ S. Pamphili de Sulmona: promiſerunt, & convenerunt ſpecialiter &c. reddere frumentum, quod abſtulerant; convenerunt reddere alio ſequenti anno, quod fœnum abſtulerant de prato dictæ Eccleſiæ S. Andreæ. Item promiſerunt reddere ei gallinam
B *unam, & denarios decem, quos filii jam dictorum abſtulerant ratione collectæ Imperatoris. Hæc omnia promiſerunt, & convenerunt reddere Berardo Præpoſito Eccleſiæ S. Pamphili ſupradictæ nomine ejuſdem Eccleſiæ S. Andreæ de Caſtello Novo recipienti, pro quibus rebus ablatis, fuerunt tam Miles Burrellus vir, quàm domina Lætitia uxor jam excommunicati à ven. Othone Epiſcopo Valvenſi, qui recepta à præfatis firma, & idonea rerum ablatarum promiſſione redditionis, dictus D. Epiſcopus eos à vinculo excommunicationis ſecundum formam Eccleſiaſticam abſolvit. Tum dictus Burrellus, & domina Lætitia pro ſe, & hæredibus ſuis promiſerunt, & convenerunt, ceſſare ab omni moleſtia, & perturbatione, jam dictæ Eccleſiæ S. Andreæ nullum jus habere, & ideo renunerunt extra eam omni juri, & actioni. Actum eſt hoc ante Eccleſiam SS. Pamphili de Sulmona in præſentia ſubſcriptorum teſtium, videlicet.*

Judicis Terriſii.
Magiſtri Joannis Gualterii presbyteri.
Landulphi Canonici Vallis car....
C *Joannis Othonis Canonici.*
Thomæ Canonici.

Nos antedictus Burrellus vir, & Lætitia uxor conſenſimus in ipſo Judice Matthia tanquam in.. Judice, & Notario, & præſentem chartam ita ſcribi rogavimus anno menſe Auguſti, & Indict. prætulatis videlicet.

Ego in.. Sulmonis Judex, & Notarius, hanc chartam ab utraque parte rogatus ſcripſi, & ſignum feci.

Sub ipſo anno 1208. Gregorius Epiſcopus Theatinus conſecravit Eccleſiam S. Pamphili, ut ex ſubiecta memoria liquet.

Anno Domini 1208. menſe Septembris 29. 12. Ind.

D. Gregorius Ven. Epiſcopus Theatinus ... rogatus à Capitulo Eccleſiæ S. Pamphili dedicavit, & conſecravit iſtam Eccleſiam S. Pamphili dedicavit, & conſecravit ad honorem Dei omnipotentis ſanctiſſimo .... S. B. Virginis Mariæ, & S. Pamphili, & ad ſubjectionem Romanæ Eccl., ad quam immediatè d. Eccleſia S. Pāphili pertinet. Item eodem anno menſe Octobris tertio ejuſdem eodem modo conſecravit idem Epiſcopus altare B.
D *Virginis poſitum in confeſſionibus dictæ Eccleſiæ S. Pamphili per prædictum Epiſcopum, & D. Anſuſum ven. Epiſcopum Furconen. In prædicto die dedicationis annuatim indulta ſunt annorum duorum, & duarum animarum de criminalibus Remiſſiones dedicationis dicti altaris B. M. V. annuatim ſunt unius an. & unius animæ.*

27. NICOLAUS Epiſcopus Valvenſis, & Sulmonenſis donat, & concedit una cum Canonicis ſuis Eccleſiam s. Matiæ de Carbonis ſitam in Epiſcopatu Valvenſi Monachis Monaſterii Caſæ novæ Ord. Ciſtercienſis Pennenſis Diœceſis, anno 1232. cum pactis, & conditionibus, ut infra videtur in inſtrumento appoſito. XXVII.

In Chiſti nomine,

Anno ab Incarn. ejuſdem 1232. menſis Septembris, vigeſimo primo ejuſdem, ſexta indictionis, Amen.

Imperante D. Federico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Rege, Imperii ejus anno XII. Regni Hieruſalem

VII. Regni vero Siciliæ 35. feliciter. Amen. Nos Nicolaus miſeratione Divina Valuenſis Epiſcopus præſentibus, & conſentientibus fratribus noſtris Eccleſiæ S. Pamphili de Sulmone Canonicis, concedimus, & confirmamus vobis fratribus, ſcilicet D. Ægidio Monacho, & fratri Goffredo converſo S. Mariæ de Caſa nova Ciſtercienſis ordinis procuratoribus ejuſdem Eccleſiæ ad hoc conſtitutis, & ordinatis per ven. Abbatem Raynaldum, & totum Conventum Eccleſiæ prædictæ S. Mariæ, ſicut aperte vidimus per literas procurationis prædicti Abbatis, & conventus vobis legitimè ipſius ſigillis factas munimine roboratas, recipientibus nomine prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Caſanova, donationē, & conceſſionē, & traditionē Eccleſiæ S. Mariæ de Carbonis, & jurispatronatus per patronos legitimè factā, ſecūdū quod apparet per publicum inſtrumentū, quod in eo habebant, ſita in Epiſcopatu Valuenſi, in territorio Sulmonis, promittentes donationem, & conceſſionem prædictam ratam, & firmam per vos, veſtroſque ſucceſſores in perpetuum habere, nec ullo unquam tempore contravenire. Inſuper prædicti procuratores ſcilicet D. Ægidius, & frater Goffredus de mandato Abbatis, & conſenſu Capituli, ſicut per ſcriptum procurationis apparuit manifeſte, in ſignum devotionis & reverentiæ promiſerunt reddere annuatim Eccleſiæ S. Pamphili in feſtivitate ejuſdem Eccleſiæ ſine fraude unā librā ceræ nomine cenſus in perpetuū dantes Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus, ſi contravenirent, liberè poteſtatem accipiendi duplum dicti cenſus de bonis dictæ Eccleſiæ S. Mariæ. Item promiſerunt nomine dicti Abbatis, & Conventus, & ſucceſſorum ejuſdem ſe non facturos ibidem Abbatiam, vel Eccleſiam Conventualem, quod ſi contrafacere acceptarent, dictus Epiſcopus, & Capitulū dictorū Procuratorum conſenſu, & voluntate reſervaverunt ſibi manus injectione, & retractionis prædictæ conceſſionis, & confirmationis factæ de prædicta donatione prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Carbonis, ſicut ſuperius continetur. Ad cujus rei memoriā, & utriuſque partis cautelā duo inſtrumēta uno, eodemque tenore ſcribi fecimus per manus Matthæi de Ripa publici Sulmonenſis Notarii Judicis Ægidii ſubſcriptione munita.

Actum in Capitulo prædictæ Ecclesiæ S. Pamphili & interfuerunt huic contractui Magiſter Guarnerius, Thomaſius de Rocca Pratoris, Hubertus de Molinis, & hujus rei teſtes ſunt.

Ego Matthæus de Ripa authoritate Imperiali Sulmonenſis Notarius publicus iis omnibus interfui, & ut ſupra legitur, utriuſque partis rogatione duo inſtrumenta ejuſdem tenoris ſcripſi, & in publicam redegi ſcripturā, & ſignum feci.

Locus Signi.

Ego Magiſt. Guarnerius his omnibus teſtis interf. & ſs.
Ego Thomas de Rocca Pratoris his omnibus interfui, & ſubſcripſi, & ſignum feci.
Ego Fr. Jacobus Prior Caſa nova ſs. & ſignum feci.
Ego Fr. Gratianus Monachus Caſa nova ſs. & ſig. feci.
Ego Fr. Nicolaus ejuſdem Monachus ſs. & ſignum feci.
Ego Fr. Rogerius d. domus Monachus ſs. & ſign. feci.
Ego Fr. Joannes Monachus Caſa nova ſs. & ſignū feci.
Ego Fr. Simplicius Monachus Caſa nova ſs. & ſignum feci.
Ego Fr. Sebaſtianus Monachus domus d. ſſ. & ſign. feci.
Ego Fr. Marcellus Mon ejuſdē domus ſs. & ſign. feci.
Ego Fr. Dominicus Monachus Caſæ novæ ſſ. & ſign. feci.
Ego Fr. Paulus Monachus dictæ domus ſſ. & ſign feci.
Ego Fr. Laurentius Monachus Caſæ novæ ſſ. & ſign. feci.
Ego Fr. Simeon Monachus dictæ domus ſſ ſign feci.

Defunctus eſt Nicolaus circa annum Domini 1242. nam eo tempore Eccleſia Valven. vacabat, cum Canonicis S. Pamphili conſentientibus, Gerardus quidam donaſſet juſpatronatus Joanni Alberio, quod habebat in Eccleſia S. Chriſtophori de Caſtro. Anno 1238. Capitulum S. Pelini, & S. Pamphili invicem uniuntur, & in fratres recipiuntur; hortante Epiſcopo Nicolao, & commune ſigillum ſtatuerunt cum inſcriptione videlicet, ſigillum Capituli Valven. & Sulmonenſis, idque factum eſt ob ſpeciale bonum Eccleſiæ S. Pamphili.

XXVIII. 28. JACOBUS poſt Nicolaum, in aliquibus tabulis ad me tranſmiſſis, reperitur Valvenſis Epiſcopus, qui tum ſuo, tum nomine Capituli, Caſalia S. Crucis, ut vocant, partem coemit, ut Epiſcopatus cenſus, fortunaſque augeret. Exceſſit ante annum 1250. nam hoc anno Eccleſia vacabat.

29. Fr. JACOBUS de Sulmona Ordinis Minorum, anno 1251. die 10. menſis Auguſti à Capitulo S. Pamphili, & S. Pelini in Epiſcopum poſtulatus fuit. An hic à Pontifice Innoc. IV. fuerit confirmatus, ignoratur, cum nulla alia de ipſo extet memoria in archivo ejuſdem Eccleſiæ, à quo ſequens monumentum deſumptum eſt. XXIX

In Chriſti nomine Amen.

Anno Nativitatis ejus 1251. menſe Auguſti, die 10. ejuſdem, Indictione nona feliciter, Amen.

NOs Capitulum Valuenſis Eccleſiæ, & Capitulum s. Pamphili de Sulmona, vacante ſede Valvenſis Eccleſiæ, necnon & tanti temporis ſpatio Paſtoris ſolatio deſtituta, die 10 dicti menſis à nobis omnibus ad eligendum præfixa, in noſtra Cathedrali Eccleſia congregati, & contrahentes de futuri Pontificis ſubſtitutione tractatum . . . & potuerunt commodè intereſſe, Spiritus ſancti, ut moris eſt, gratia invocata, placuit omnibus per viam ſcrutinii de Paſtore vacantis Eccleſiæ providere, & ſic aſſumpſimus tres de noſtro Collegio fide dignos, videlicet D. Adenulphum Valvenſem, & Sulmonenſem Canonicum, D Ray Jeannutii Valvenſem Canonicum, & Magiſtrum Gentilem Canonicum Sulmonenſem, qui juxta formam conſtitutionis generalis Concilii ſecreto, & ſigillatim vota omnium inquirentes, inquiſita redegerunt in ſcriptis, quibus in communi omnium poſtmodum publicatis, & facta publicatione, hac habita diligenti collatione, fuit Spiritus ſancti gratia manifeſtè inventum, vota omnium noſtrorum in ven. Fratrē Jacobum Sulmonenſem de Ordine Minorum, Capellanum, & familiarem ven. Patris D. Epiſcopi Oſtienſis virum honeſtum, providum, diſcretum moribus, & ſcientia eminenti ornatum, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus circumſpectum, per quem indemnitati dictæ Eccleſiæ poterat efficaciter conſuli, & utilitati multipliciter provideri, unanimiter concurriſſe, & ſic Magiſter Gentiles, invocata Spiritus ſancti gratia, nomine ſuo, & pro parte vice omnium noſtrum de noſtro mandato incontinenti eundem fratrem Jacobum in noſtrum Valvenſem Epiſcopum poſtulavit, cujus poſtulationem ratam habentes, ad firmam fidem faciendam præſens ſcriptum decreti noſtri exinde fieri fecimus, ſigillorum noſtrorum, videlicet Valvēſis Capituli, & Capituli Sulmonenſis impreſſione munitū, & omnium noſtrū ſubſcriptionibus rogatū.

Ego Andreas Præpoſ. Valvenſis huic poſtulationi conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego . Valvenſis Canonicus huic poſtulationi conſenſi, & ſſ.
Ego Adenulphus Can. Valv. huic poſtul. conſenſi, & ſſ.
Ego Odoriſius Can. Val. huic poſt. conſenſi, & ſſ.
Ego Preb. Robertus Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Benedictus Can. Valv. huic poſtul. conſenſi, & ſſ.
Ego Jo. Landrannus Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego . . . Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſenſi, & ſubſcr.
Ego Oddus Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.
Ego Nicolaus de Raynald. Valvenſis Canonicus huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.
Ego Magiſter Joannes Valvenſis Canonicus huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.
Ego Jacob. Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.
Ego Bartholomæus Canonicus s. Pamphili huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.
Ego Leonardus Valvenſis Canonicus huic poſtulationi conſensi, & ſubſcr.

30. JACOBUS Monachus Caſæ novæ, Ordinis Ciſtercienſis Pennenſis diœceſis, ſpectatæ virtutis vir, & omni ſcientia præditus, ab Innocentio IV. anno 1252. Pontificatus nono, 4. Idus Aprilis, Valvenſis XXX.

Epiſco-

Epiſcopus electus. Extat in reg. vatic. ep. 187. fol. 141. ſequentis tenoris.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Capitulo Valvenſi &c.

A*Poſtolica dignitatis depoſcit officium, ut deſtitutas præſidio Prælatorum Eccleſias condigna proviſionis conſolemur affectu, ita quod ibi, Deo propitio, & cultus vigeat Divini nominis, & conſurgat proſperitas quibuſque ceſſantibus detrimentis. Sanè ad perſonam venerab. fratris noſtri Jacobi Valvenſis Epiſcopi, tunc Monachi Caſæ novæ ordinis Ciſterciensis pridem noſtræ mentis oculos convertentes, ipſum de fratrum noſtrorum conſilio in Paſtorem Eccleſiæ veſtræ præfecimus, ac ei manibus noſtris beneficium conſecrationis impendimus, de ſedis Apoſtolicæ gratia ſpeciali, firmam fiduciam obtinentes, quod cum ipſe ſit ſcientia, & honeſtate conſpicuus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, dicta Eccleſia per ejus induſtriam, Divina clementia ſuffragante, in ſtatum ſalutis dirigi, & in proſperis debeat augmentari. Rogamus itaque Un. v. & hortamur per Apoſt. vob. ſcripta mandantes, quod eidem tanquam Paſtori omnium veſtrorum obedientiam, & reverentiam debitam impendentes, ejus ſalutaribus mandatis, & monitis efficaciter intẽdatis, procuratori ejus nomine ipſius de juribus epiſcopalibus plenariè reſponſuri, ita quod idẽ Epiſcopus in vobis devotionis filios, & vos in eo patrem inveniſſe gaudeatis, alioquin ſentẽtiam, quã ipſe rité &c.*

Datum Peruſii, 4. idus Aprilis, Pontif. noſtri anno IX.

Inter cætera, quæ Jacobus beneficia ſuæ intulit Eccleſiæ, hoc unum adjectum anno 1254 perpetuò duraturum, ſua prudentia providit, ut Canonici S. Pamphili, & S. Pelini ad invicem unirentur, & inter ſe reciperentur in fratres, & unum corpus, & Capitulum efficerent in electione Epiſcopi. Quam unionem idem Epiſcopus cõfirmavit an. 1256. Publicę hujus rei tabulæ extant ſcriptæ in archivo Sulmonenſis Eccleſiæ.

In Dei nomine Amen.

Anno, quo Chriſtus carnem de Virgine ſumpſit 1253. menſe Julii, die 26. ejuſdem, indictione XII. feliciter, Amen.

Ego Gratia Dei Sulmon. Judex declaro ſcripto præſenti, quod tam in mei præſentia, quam notarii Bartholomæi Burr. ejuſdem loci Notarius publicus, & teſtium ſubſcriptorum videlicet Notar. Coſm. & Not. Balduini Sulmon. ad hoc ſpecialiter vocatorum Capitulum Valvenſe, & Sulmonenſe præſentavit, & oſtendit nobis omnibus ſupradictis quoddam ſcriptum duobus ſigillis in ſeta pendentibus ſigillatum, unum quorum ſigillorum fuerat Capituli Valvenſis, & alterum fuerat Capituli Sancti Pamphili Sulmonenſis, & dictum ſcriptum erat munitum ſubſcriptionibus ſingulorum Canonicorum Valvenſis, & Sulmonenſis Eccleſiæ, quæ ſigilla, & quæ ſubſcriptiones nos prædictus Judex, notarius, & teſtes plenè cognovimus, & ipſum ſcriptum vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter non corruptum, non mutatum, non ſubductum, non cancellatum, non raſum, non emendatum, non abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, ſcilicet in prima figura ſui exiſten. vallatum ſigno S. Crucis, quod ſcriptum præfatum Capitulum Valvenſe, & Sulmonenſe a nobis redigi petiit in publicum documentum, ut eo ſcripto penes prædictum Capitulum remanente, præſens ſumptum per longinquas, & diffuſas provincias, quatenus neceſſe fuerit, ſecurius mitteretur, quibus petitionibus annuentes, prædictum ſcriptum in præſentem formam publicam eſt redactum, cujus ſcripti tenor per omnia talis erat.

In Dei nomine Amen.

Anno, quo Chriſtus carnem de virgine ſumpſit 1238. menſ. Martio, die 8. ejuſdem. XI. ind. Imper. D. noſtro Federico, Dei gratia, invictiſſimo Romano. Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem, & Siciliæ Rege feliciter. Amen.

Nos Andreas Præpoſitus Eccleſiæ S. Pelini, & Capitula S. Pelini, & S. Pamphili conſiderantes, quod per diſcordiam, & contentiones multiplices, quas anteceſſores noſtri, & nos à longis temporibus retroactis habuimus, grandia animarum pericula, & rerum diſpendia nobis, & prædictis Eccleſiis provenerunt, habito inter nos communi tractatu, & utilitate communi dictarum Eccleſiarum, & ſpecialiter

A *Eccleſiæ S. Pelini, quæ propter prædictam diſcordiam pericula, & diſpendia hucuſque ſuſtinuit, in quibus periculis ſubjacet in futurum, de communi omnium voluntate ſic duximus ordinandum, quod nos Andreas Præpoſitus, & Canonici S. Pelini recipimus in fratres, & ſocios noſtros in ipſa Eccleſia S. Pelini Canonicos S. Pamphili, & nos Canonici S. Pamphili è converſo recipimus in fratres, & ſocios noſtros Canonicos S. Pelini. Statuimus, & ordinamus præterea, quod dictæ Eccleſiæ deinceps ſit una Eccleſia, quæ dicatur Eccleſia Sulmonenſis; unum corpus, unum Capitulum faciant, quod Sulmonenſe Capitulum nominetur; unus ſit Præpoſitus Capituli utriuſque, & D. Andreas, qui nunc eſt Præpoſitus in Eccleſia S. Pelini, ſit Præpoſitus in utraque quo decedente, vel tranſlato ad aliam dignitatem, alius à nobis communiter eligatur, & ſic fiet de ſucceſſoribus noſtris. Canonici recipiendi de cætero, communi conſenſu omnium recipientur; unum ſigillum ambo habebimus continens in circuitu ſigillum Sulmonenſis Capituli, duæ etiam ibi imagines, una S. Pelini, & altera S. Pamphili; omnia bona, jura, & dignitates dictarum Eccleſiarum, & cujuslibet*

B *ipſarum amodo ſint communia Eccleſiæ utriuſque, ideſt unum Eccleſiæ ex prædictis duabus Eccleſiis, ut dictum eſt, Ordinationes, & dignitates Epiſcopales, & ſolemnitates, communiones, ordinationes Clericorum, & Chriſmatis confectio indifferenter celebrabuntur, & fient in prædictis Eccleſiis, & in qualibet earundem, & nos bona, jura, dignitates dictarum Eccleſiarum communiter habeamus, & tractemus, & quod vaſalli, Clerici, & prælati totius Epiſcopatus jurent prædictæ Eccleſiæ S. Pelini, & S. Pamphili, & quod prælatos, & beneficia omnia totius Epiſcopatus communiter ordinemus, & diſponemus, & ſi neceſſarium eſſet Canonicis reſidentibus in alia ipſarum Eccleſiarum de pane, vino. frumento, & rebus aliis, quæ ſunt in una, portentur de his de una Eccleſia ad aliam, & è converſo. Promittimus inſuper laborare, & ſtudere ſine fraude, & dolo, quod dominus Apoſtolicus prædicta omnia, & ſingula confirmet, & hæc omnia, & ſingula, quæ ſcripta ſunt, juramus omnes, & ſingulis tactis ſacroſanctis Evangeliis facere, adimplere, & in perpetuum integra illibata perſervare, nec ullo unquam tempore contravenire, & hoc jurabit quilibet,*

C *qui amodo in Canonicum aſſumetur: unde ad futuram rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum exinde fieri fecimus &c. ſigillis noſtris munitum, & ſubſcriptionibus ſingulorum noſtrorum roboratum, quo ſcripto per nos prædictos Iudex, notarius, & teſtes lecto, auſcultato, in plenum indagato, illudque per manus prædicti notarii Bartholomæi de verbo ad verbum nullo addito, vel diminuto, ſeu detecto tranſumptum eſt in præſentem publicam formam, & redactum de voluntate Capituli ſupradicti ad fidem rei geſtæ in poſterum faciendam ſubſcriptione ipſius notarii mei prædicti Judicis, & dictorum teſtium roboratum. Actum in Clauſtro Eccleſiæ S. Pamphili Sulmonæ, anno, menſe. die, & indictione, ut ſupra Quod ſcripſi ego præfatus Bartholomæus Burr. authoritate Imperiali publicus Sulmonenſis notarius in formam publicam redigens de voluntate Capituli ſupradicti, nihil addendo, minuendo, aut mutando, ipſumque perpetuo ſigno ſignavi B.*

Ego Gratia Dei Sulm. Iudex interfui.

Ego Not. Coſm ſcripſi, auſcultavi, legi.

Ego Not. Balduinus præfatum ſcriptum auſcultavi, legi, vidi, & rogatus teſtis interfui, & ſubſcripſi.

D *Ego Andreas Valv. Præpoſitus interfui, conſenſi, & ſſ.*
Ego D. Odericus Valv Can interfui, conſenſi, & ſſ.
Ego D... Valv Can interfui, conſenſi, & ſſ.
Ego Abrotus Valv Can. interfui conſenſi, & ſſ.
Ego Benedictus Val. Can interfui conſenſi, & ſſ.
Ego D. Thomas Valv. Can. interfui, conſenſi & ſſ.
Ego D. Nicolaus Valv Can interfui, conſenſi, & ſſ.
Ego Raynaldus Valv Can interfui, conſenſi, & ſſ.
Ego Thomas de Cucullo Valvenſis Canonicus.
Ego D. Cavalettus Valvenſis Canonicus.
Ego D. Filippus de Rocca Canonicus Valvenſis.
Ego D. Filippus de Ocra Valvenſis Canonicus.
Ego D. Robertus Canonicus S. Pamphili.
Ego D. Ioannes Canonicus S. Pamphili.
Ego D. Albertus Canonicus S. Pamphili.
Ego D. Oddo Canonicus.
Ego D. Civalt. Canonicus.
Ego D. Cremut. Canonicus.

Ego D. Nicolaus Canonicus.

In Dei nomine, Amen.

A *Anno nativitatis ejus 1256 menſe Octobris, die 16. ejuſdem XV Indict. Regnante D. noſtro Conrado II. Dei gratia inclito Ieruſalem, & Siciliæ Rege Regnorum ejus anno 3. feliciter. Amen.*

In præſentia Judicis Petri, & Judicis Franciſci Sulm. Judicum, Petri Sulmontini publici ejuſdem terræ Notar. & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter rogatorum, & vocatorum, videlicet Notar. Math. Henr. Matthæi Geſmundi, Jacobi Joannini, Dominici Burelli, Jacobi Guarteriis de Sulmona, & D. Berardi de Bunar. Nos Jacobus Valvenſis Epiſcopus præſentibus, & conſentientibus D. Benedicto de Rocca, D. Philippo de Rocca, Nicolao de Raino Gentili de Rocca, Petro Joannis Bules Canonicis S. Pelini jurantibus omnia infraſcripta rata, & firma habere, Magnifico Thomaſio de Caram. tam pro ſe, quam pro D. Andrea Præpoſito, D. Pelino, D. Goalterio Thomaſo de Cocullo, Odoriſio, & Pelino Canonicis Valven. quorum procurator erat, quod conſtitit. Conſiderantes bonum ſtatum Eccleſiæ S. Pelini, B *& s. Pamphili, ut pax inter prædictas Eccleſias præſervetur, unionem factam inter Capitula prædictarum Eccleſiarum ſuper electione, & nominatione, & poſtulatione Valvenſis Epiſcopi, & diſtinctione parochiarum prædictarum Eccleſiarum, confirmamus, & ratificamus hoc modo, quod quando electio Epiſcopi contingeret facienda, vel etiam nominare, & poſtulare, ſi per modum nominationis, ſeu poſtulationis, vel electionis fuerit procedendum, confitemur, & aſſerimus, firmamus, quodvis, & poteſtas eligendi, poſtulandi, ſeu nominandi Valven. ipſum ſimul ad Præpoſitum, & Capitulum s. Pelini, & s. Pamphili de jure ſpectat, ex antiqua conſuetudine, cujus memoria non habetur. Item parochia dictarum Eccleſiarum, ſic dividuntur, ſic hucuſque, & à tempore, cujus non extat memoria, extitit obſervatum, videlicet, quod Parochia s. Pamphili procedat à Caſtro Anverſa, Caſtro Turris, uſque ad flumen Sangris, & uſque ad Tarantam, & parochia s. Pelini prætendit a prædictis Caſtris uſque ad finem Epiſcopatus verſus Furconem, & Pinnen. itaque Caſtrum Anverſa ſit de Parochia s. Pamphili, & Caſtrum Turris ſit de Parochia s. Pelini. Item* C *quod vacante Eccleſia Valvenſe, prædicta parochia prædicta Eccleſia s. Pamphili de omnibus juribus Epiſcopatus reſpondeat Eccleſia s. Pamphili, & prædicta Parochia prædicta Eccleſia s. Pelini cum omnibus juribus Epiſcopatus reſpondeat Eccleſia S. Pelini, vivente autem Epiſcopo, omnia jura Epiſcopalia habebit Epiſcopus ſecundum quod hactenus habere conſuevit, exceptis iis, quæ conceſſimus prædicto Capitulo S. Pamphili, ſic in inſtrumento exinde confecto per manus Notarii Petri Sulmont. publici Sulmon. notarii, ſubſcriptione ſua, Judicis Petri, Iudicis Franciſci prædictæ terræ Judicum, & prædictorum teſtium roborato plenius continetur. Item promittimus per nos, & ſucceſſores noſtros Capitulo S. Pamphili, & ſucceſſoribus ſuis, quod Canonicos non recipiemus in aliqua prædictarum Eccleſiarum ſine conſenſu Canonicorum, qui ſolent in Eccleſ. S. Pelini, & S. Pamphili, vel majoris, ſeu ſanioris partis Capitulorum ſupradictorum, & opem, favorem, ſeu conſilium aliquod non dabimus, quod recipiantur aliqui Canonici, niſi in modum* D *prædictum: quæ omnia, ut dicta ſunt, in primis obſervare promittimus, & non contravenire, ſed tactis ſacroſanctis Evangeliis juramento firmamus. Actum in Eccleſia S. Pamphili, anno, menſe, die, indictione præitolata, unde ad futuram memoriam, & prædictorum Capitulorum cautelam duo publica ſcripta ſimilia fieri volumus per manus notarii Petri Setri Sulmont. publici Solm. notarii ſubſcriptione ipſius not. Iod. Petri, & Iudicis Franciſci ejuſdem terræ Iudicum, & dictorum teſtium roborata, præſens autem ad cautelam noſtri Epiſcopi ſupradicta die, aliud verò ad cautelam Capitulorum prædictorum, quæ ſcripſi ego præfatus Petrus Salmont. authoritate Regia publicus Sulmonenſis notarius, & in publicam formam redigens de communi contrahentium voluntate*

A *ipſamque proprio ſigno ſignavi.*

Ego qui ſupra Petrus Sulm. Iudex ſſ. & hoc ſignũ feci.

Ego qui ſupra Franciſcus præſentes anni Sulmon. Iudex interfui, & ſubſcripſi.

Ego Not. Matthæus henn his omnibus interfui, & ſſ.

Ego Matthæus Geſmundi rogatus teſtis his omnibus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Iacobus Santtis his omnibus interfui ſſ. & ſig. feci.

Ego Burrellus omnibus his interfui, & ſignum feci.

Ego Iacobus teſtis ſignum.

Ego Domnus Berardus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Obiit Jacobus noſter an. 1263. vir æterna memoria dignus, cujus virtutes, ſanctimoniam, ac in rebus agendis præſtantiam non tacuit Innocentius in epiſtola ad eum ſcripta, antequam ad onus Epiſcopale illum ſublimaret, quæ in reg. Vatic. habetur ep. 78. fol. 123. anno 9.

31. (1) Fr. JACOBUS („*Urbevetanus*) Ordin. Prædicatorum, Jacobo Ciſtercienſi ſucceſſit, ab Urbano IV. electus anno 1263. Non. Martii, Pontif. 2. XXXI
B reg. Vatic. ep. 81. fol. 76. eundemque à ſe creatum Capitulo, & Præpoſito Valvenſi commendat. De quo habetur mentio ad annum uſq; 1273. in quo Capitulum tam S. Pamphili, quam S. Pelini ſuum ſpecialem Oratorem, & Procuratorem apud ſedem Apoſtolicam conſtituit M. Joannem Jonathe Canonicum Sulmonen. contra ipſum Fr. Jacobum Epiſcopum ſuper delapidatione bonorum Valvenſis, & Sulmonenſis Eccleſiarum, Incontinentiæ, ſimoniæ, & aliis exceſſibus, de quibus diffamatus erat per totam Diœceſim, & in vicinis provinciis. Sub eodem iterum Capitulum ſuum Procuratorem pro impetranda confirmatione Apoſtolica unionis tempore Jacobi factæ inter utrumque Capitulum, M. Nicolaum de Sanitate Civem & Canonicum Sulmonenſem eligit ann. eodem 1273. („ *Obiit ex Altamura in Bibl. Dom. ann. 268.*)

32. Fr. ÆGIDIUS de Leodio Minorita creatur XXXII.
Epiſcopus anno 1279. Eo Præſule Innocentius V. an. 1286. (2) ſcribit Capitulo Sulmonenſi, ut ex antiqua conſuetudine cognitionẽ cauſarũ exerceat. Eo dipl.

C *INNOCENTIUS EPISCOPUS,*

Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ S. Petri de Valle Lacus Valvenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SUa nobis dilectus filius . . . Rector Eccleſiæ s. Joannis de Salmone petitione monſtravit, quod cum inter ipſum ex parte una, & Benedictum, ac Joannem laices filios, & hæredes quondam Angeli Pãdulfi loci ejuſdem Valvenſis Diœceſis coram Capitulo Eccleſiæ S. Pamphili dicti loci de Sulmona, ad quos de antiqua, & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine cauſarum hujuſmodi cognitio in præfato loco de Sulmona pertinet, ſuper quadam domo, & caſalino non ex delegatione Apoſtolica quæſtio verteretur, idem Capitulum cognitis cauſæ meritis, & juris ordine obſervato definitivam pro dicto Rectore ſententiam promulgarunt, quam idem Rector Apoſt. petiit munimine roborari. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ſententiam ipſam, ſicut eſt juſta, facias per cenſuram ec- D *cleſiaſticam appellatione remota firmiter obſervari.*

Datum Laterani 14. Kal. Junii, pontif. noſtri anno 1.

Ejuſdem autem mentio habetur uſque ad annum 1290. quo in manibus Gerardi Epiſcopi Sabinenſis Legati Apoſtolici Epiſcopatui ceſſit; quam ceſſionem Nicolaus IV. ratam habuit, & adminiſtrationem harum Eccleſiarum commiſit Guillelmo Abbati Minlacenſis Ordinis S. Benedicti Diœceſis Montis Regalis, qui à Regno Siciliæ tunc injuſtè exulabat, 5. Kal. Septembris anno 5. Pontificatus, ex reg. Vatic. ep. 436. fol. 85.

(„ GVILLELMUS *Abbas Miniacenſis, Ord. S.* XXIII.
„ *Benedicti, a Nicolao IV harum Eccleſiarum Admi-*
„ *niſtrator adſcitus an. 5. Pontificatus.* Lucent.)

33. Fr. PETRUS de Aquila, Monachus S. Bene- XXIV.

(1) Toppi in Bibl. Neapolit. p. 108. memorat quemdam Fr. Jacobum de Theate Minoritam celebrem Theologum, quem electum fuiſſe Valvenſem Epiſcopum ab Urbano IV. an. 1264. affirmat Vvaddingo ignotum pariter, & Ughello. Quod ſi ſcripta [illegible] Toppi [illegible] ſit habendus Jacobum præfatum Ciſtercienſem ante an. 1264. vel ſaltem eodem ipſo anno obiiſſe oportet, quo electus ſit Jacobus Minorita, qui alterum Jacobum ex Prædic. familia ſucceſſorem habuerit an. 1263. Vide an fortaſſe hic ſit ille Jacobus, quem n. 29. ſupra recenſet Ughellus. *Mand.*

(2) Ex incongruentia ſequens diploma relatum ab Ughello ad an. 1286. eo tempore, quo Ægidius Epiſcopus erat, cum ad an. 1276. ſit referendum, & ad tempora Jacobi prædicti. *Laurus.*

nedicti, Cœleſtini V. diſcipulus, ab eodem Valvenſis Epiſcopus electus, mox S. R. E. presbyter Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem anno 1294. pronunciatus, hanc Eccleſiam nondum conſecratus dimiſit, ut habetur in bulla Bonifacii VIII. de electione Friderici ſucceſſoris. Hic ille Petrus eſt, qui à Ciaconio ex Abbate Caſinenſi, & Archiepiſcopo Beneventano inter Cardinales relatus aſſeritur, tit. S. Marcelli. Sed labitur, & cum Joanne Beneventano Archipræſule, ab eodem Cœleſtino Cardinali tit. S. Vitalis creato confundit, qui paulò poſt abdicationem ejuſdem Pontificis anno 1295. 22. Februarii Beneventi diem ſuum obiit. Petrus hic noſter deceſſit anno 1298. 2. Junii tit. S. Crucis in Hieruſalem inſignitus, ille S. Vitalis. Eodem lapſu cadit Marius Vipera, qui Petrum inter Archiepiſcopos Beneventanos numerat poſt Joannem, quem Card. agnovit; Petrus enim præter Valvenſem Eccleſiam, aliam non ſuſcepit, ut ex regeſt. vatic. ſpectatur Jo: de Caſtro Cœli Beneventanus Archiep. & Card. Ciaconio incognitus, ex Monacho Caſinen. ad Archiepiſcopalem ſedem Beneventanam evectus eſt defuncto Capoferro, anno 1282. 15. Kal. Julii Card. creatus, eandem Eccleſiam in commendam obtinuit, quo defuncto, Bonifacius Beneventanum Archiep. delegit Joannem alterum ex Epiſcopo Clonfertenſi in Hibernia ann. 1295. 6. Non. Octob. quem inde ad Capuanam ſedem tranſtulit 1299. Adenulpho ex Conſano Archipræſule, ad Beneventanam evecto 4. Non. Januarii eodem anno, ut ſuo loco dicemus.

XXXV. 33. FRIDERICUS Raymũdo de Lecto* Nob. Theatinus, Petro Card. ſucceſſit, a Bonifacio VIII. 1295. 3. Kal. Aprilis electus ex reg. vatic. ep. 42. fol. 14. ann. 1. Obiit 1307. Poſt hunc monumenta Sulmonenſia Bernardum de Buxano a, ex Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ, à Clemente V. in Sulmonen. & Valven. Epiſcopum electum tradunt; Verum in Vatic. regeſt. nulla de Bernardo habetur mentio, ſed poſt hunc Landulphus reperitur ad hanc ſedem promotus anno 1307. quo ille jã Epiſcopus, cũ Capitulo Sulmon. apud S. Pamphilum de more reſidens ſententiam in cauſa civili tulit.

* Ex App. t. 5.

a Bernardus de Bujano, & à Clemente V. an. 1305. Epiſc. Valven. creatus dicitur à Toppio in Bibl. Neapol. p. 44. Mand.

XXXVI. 35. LANDULPHUS ex Præpoſito, à Clemen. V. Friderico demortuo, eligitur ann. 1307. 2. Non. Junii ex reg. vat. ep. 151.

XXXVII 36. ANDREAS Capograſſus Salernitanus electus anno 1319. Hic indulgentiam quandam indulſit S. Mariæ de Tuneba Sulmonenſi anno 1322. Deceſſit anno 1330.

XXXVIII 37. Fr. PETRUS Ordinis Minorum Epiſcopus Calinenſis ad has Eccleſias translatus eſt 1330. 4. Non. Martii, ex reg. Vatic. Hic anno 1331. una cum Capitulo S. Pamphili, in quo extabant 27. Canonici, nonnullas leges ſtatuit pro bono Eccleſiæ Sulmonenſis. Obiit anno 1333.

XXXIX. 38. NICOLAUS Epiſcopus Calinenſis, hnc tranſlatus anno 1333. 3. Kal. Novembris ſucceſſit Petro. Obiit 1343. Hic an. 1338. ſubmittit diſpoſitioni Capituli Sulmonenſis, altare B. Mariæ, cujus vocabulo Eccleſia S. Pamphili à principio extitit decorata.

XL. 39. FRANCISCUS Neap. de Sangro, ex Canonico Sulmonenſi, à Capitulo Sulmonenſi, & Valvenſi in partes diviſo, poſtulatus contra Andream Caputgattum ab alia parte electum, à Clemente VI. confirmatur an. 1343. 2. Idus Februarii ann. 1. ex reg. Vatic. epiſt. 94. fol. 173. Deceſſit. 1348.

XLI. 40. LANDULPHUS ex Præpoſito creatur Epiſc. ab eodem Clemente 1348. 6. Non. Julii, reg. vat. epiſt. 22. fol. 24. par. 1. lib. 4. parum ſupervixit.

XLII. 41. Fr. FRANCISCUS de Silanis Ord. Minorum creatur anno 1349. 16. Kal. Febr. ab eodem Clemente VI. epiſt. 90. fol. 56. anno 8. reg. Vat. Hic cum ſpolia Landulphi ſui prædeceſſoris ſine Apoſt. auctoritate in ſe traxiſſet, excommunicationem incurrit, à qua demum ex benignitate Roman. Pontificis abſolutus eſt per Abbatem S. Sebaſtiani Commiſſarium Apoſtolicum 1354. Hic an. 1355. nonnullas ordinationes una cum Capitulo Sulmonen. ſtatuit pro bono regimine dictæ Eccleſiæ. Abſolvitur idem anno 1359. à Franciſco presb. S. Marci ab excommunicatione ob alienationem factam Molendini, quod poſſidebat cum Capitulo Sulmonenſi unito cum Valvenſi Eccleſia, ut ex ſequenti epiſt.

Venerab. in Chriſto Patri Dei gratia Epiſcopo Sulmon. ad præſens in Romana Curia commoranti Franciſcus, miſeratione Divina tit. S. Marci presbyter Card. ſalutem, & fraternam in Domino charitatem.

Sua nobis ven. in Chriſto Pater D. Franciſcus Dei gratia Epiſcopus Valvenſis, lator præſentium, petitione monſtravit, quod olim præſentialiter apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus de non alienando bona ſuæ Eccleſiæ in forma ſolita præſtitit juramentum, & poſtmodum cum in quodam Molendino idem Epiſcop. haberet quartam partem, & Capitulum Eccleſiæ S. Pamphili de Sulmona, quæ etiam Capit. Valv. Eccl. eſt unita, tres partes haberet, prædictumque Capitulum Sulmon. Eccleſiæ haberet quoddam territorium vicinum habitationi ejuſdem Epiſcopi, idem Epiſcopus credens ſibi, & Eccleſiæ ſuæ, ac Capitulo permutavit, præſtito per ipſum Epiſcopum juramento de non veniendo contra permutationem prædictã, ſubſequenter vero . . . . . . ductus, literas Apoſtolicas impetravit, per quas omnia illicitè alienata de menſa ipſius Epiſcopi, tam per eundem Epiſcopum Valvenſem, quam per prædeceſſores ipſius mandatum ad jus, & proprietatem d. menſæ legitimè revocari, ſuper quibus idem Epiſcopus ad pacem conſcientiæ humiliter ſupplicavit ſibi per ſedem prædictam miſericorditer de opportuno remedio provideri. Nos igitur authoritate D. Papæ, cujus &c. curam gerimus, Paternitati veſtræ committimus, quatenus &c. ſi ita eſſe &c. & aliud canonicũ non obſiſtat &c. ipſum Epiſcopum abſolvatis à ſecunda obſervantia juramenti, & prædicta permutatione reciſa, injungatis ſibi ante prædictam abſolutionem præſenti à reatu perjurii, quod per tranſgreſſionem primi juramenti noſcitur incurriſſe, & ſecundum . . . juramenti per modum culpæ per miſericordiam particularem, quodque ad ipſam juramenti obſervantiam redeat.

Dat. Avenione, Non. Junii D. Innocentii Papæ V. an. 7.

Anno verò 1260. decrevit uti novo ſigillo cum inſcriptione S. Mariæ, S. Pamphili, & S. Pelini. Idem anno 1364. cedit partem ſuæ dotis Capitulo Sulmonenſi. Anno 1365. favorabilem retulit ſententiam contra Paulum Epiſcopum Aquilanum, quæ eidem ordinariam juriſdictionem adjudicabat Eccleſiæ S. Mariæ de Caſale, S. Nicolai in Caſtello S. Salvatoris, S. Mariæ Civitatis Ardengæ, ſanctique Ægidii in Colle Petri, aliarumque Eccleſiarum, oppidorum, villarum, atque terrarum ſui Epiſcopatus, quæ omnia poſt diuturnas, implicitaſque lites in favorem ſuæ Eccleſiæ recuperavit, ut videre eſt in lib. de diverſis formis ſub Urbano V.

42. MARTINUS de Martinis Sulmonenſis Franciſco ſucceſſit anno 1365. XLIII

43. PAULUS Epiſcopus Valven. tempore Urbani VI. XLIV

44. BARTHOLOMÆUS de Gaſpare Sulmonenſi, anno 1384. XLV.



45. BARTHOLOMÆUS de Tocco nobili, ac vetuſta familia Neapolitana (1) ſatus, Epiſcopus electus XLVI.

(1) E Familia de Tocco Theatina procreatum hunc Bartholomæum affirmat Toppius in Bibl. Neap. pag. 46. ubi etiam notat hujus familiæ ſtemma diverſum eſſe ab eo, quod hic refert Ughellus: qui in Theatinis tom. 6. Theatinum fuiſſe noſtrum Bartholomæum libenter aſſentitur. De eo plura vide apud Toppium loco cit. Mand.

ctus 1402. Bartholomæo ſedente Innocentius VII. Patria Sulmonenſis initio ſui Pontific. Mitram Pontificalem dono dedit Eccleſiæ S. Pamphili ad uſum perpetuum dictæ Eccleſiæ, ac ſequentem ſcripſit epiſt.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Sulmonen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiam Sulmonenſem Apoſtolicæ ſedis filiam ſpecialem, & peculiari quadam ſubjectione devotam, in qua Chriſti veſtem, & fidei rudimenta ſuſcepimus, ſingulari benevolentia proſequentes dignum ducimus neceſſitatibus ejus proſpicere, & utilitatibus providere, ne eadem Eccleſia, quæ temporalibus fulcitur honoribus, in ſpiritualibus contemptibilis habeatur. Hac igitur conſideratione inducti Mitram unam Pontificalem perlis, & lapidibus pretioſis intextam ad uſum dictæ Eccleſiæ, & quæ debeat in ea perpetuo conſervari pro divini cultus, & Eccleſiæ veſtræ decore, per dilectum filium Jacobum Capugraſſum adminiſtratorem Monaſterii S. Joannis in Venere ex dono Apoſtolicæ largitatis vobis præſentialiter deſtinavimus, devotionem Veſtram hortantes, quatenus quamprimum acceperitis dictam Mitram, nobis per veſtras literas intimare curetis.

Dat. Viterbii, 3. Non. Octobris Pontif. anno 1.

Deceſſit Bartholom. 1419. ſepultuſq; eſt in Cathedrali Sulmonenſi ad pavimẽtum cum hoc epitaphio.

Condita Valven. hic ſunt clam Præſulis oſſa
Tetina. *Bartholomæi nempe ſtirpe patrina a ſati.*
De Tocco, egregius Doctor, crevitque per annos
Bona quater denas, Eccleſiæque ſagax,
Caſtra Præſulatus raptor manibus ipſe
Excluſit ſæpius, reſtituitque ſedi.
Hunc ſpoliator ora producat luce perenni
Ad ſuperoſque dextra, contrahat ipſe ſua.

Nobiliſſimæ hujus familiæ ſtemmata ſunt tres, vermiculatæ faſciæ in aureo ſcuto,



XL VII. 46. LOTTUS de Sardis Piſanus, electus anno 1420. die 29. menſis Martii. Ad Eccleſiam Spoletanam translatus eſt anno 1427. 7. Kal. Junii. Inſignia Sardæ familiæ ſcutum bipartitum aureum, & cæruleum. De Lotto vide, quæ ſupra diximus in Epiſcopis Spoletinis, ubi pro Sardis, de Sordis typographi erroſe leges.

XL VIII. 47. BENEDICTUS de Guidalottis Peruſinus, ex Præpoſito Eccleſiæ S. Stephani extra Aquilejæ muros ſublectus fuit anno 1427. 7. Kal. Junii. Apoſtolicæ Cameræ Clericus fuit, ſanctæque Rom. Eccleſ. Vicecamerarius, demum ad Aprutinam Eccleſiam translatus eſt eod. ann. 4. Kal. Novemb.

XLIX 48. BARTHOLOMÆUS de Vinclo * Comitatus Florentini in Tuſcia Bertini filius, ex Archipresbytero Piſtorienſi adlectus eſt. Concilioque Florentino interfuit ſub Eugenio IV. Obiit 1443. * Ultimum ſuum condidit teſtamentum Florentiæ anno 1442. quod extat in Arch. Reformat. ut vocant.

* Ex App. tom. 2. & 1442. 29. Decemb. tumulatus in Eccl. Coll. S. Laurentii. Salvinus. * Ex App. tom. 5.

L. 49. FRANCISCUS Abbas de Pantalea Ordinis S. Benedicti Diœceſis Sabinenſis, anno 1443. prid. Id. Auguſti earundem Eccleſiarum electus Antiſtes, ad Rapolianam Eccleſiam translatus eſt die 25. Junii eodem anno.

LI. 50. PETRUCCIUS, ſive Petrus Pauli Ariſtotelis, ex Sulmonenſi Canonico, ejuſdem Eccl. Epiſc. adlectus eſt an. 1446. die 26. Junii. Obiit 1448.

51. Fr. DONATUS Bottinius Neapolitanus, ex Ordine Eremitano, Cuperſanus antea Epiſc. ad has Eccl. translatus eſt an. 1448. 4. Non. Septemb. Hic Cathedralem Sulmonenſis Eccleſiæ mirabiliter exornavit, variaque ſupellectili, cultuque Eccleſiaſtico ditavit ad invidiam. In quibus etiam nunc gentilitia ejuſdem inſignia licet ſpectare. LII.

52. Fr. BARTHOLOMÆUS de Scalis Sulmonenſis, ex Ord. S. Dominici, à Pio II. creatus eſt anno 1463. fato autem ceſſit 1491. inque Sulmonenſi Eccleſia Cathedrali ſepultus. Cujus marmoreo ſepulchro hæc inſcriptio inſculpta ſpectatur. LIII.

e Hujus meminit Toppius in bibl. Neapol. p. 40.

Bartholomæus Sulmonenſ. ex Prædicatorum ord. in Theologia Magiſter, qui a Pio II. Pont. Max. Valvenſi Epiſcopatu inſignitus Eccleſiam rexit annos XXVII. ſibi ipſi adhuc vivens P. Anno Chriſtianæ ſalutis M. CCCC. LXXXI. Menſ. Junii XXIX.

53. JOANNES Galiardus Sulmonenſis, ad hanc dignitatem ſubvectus eſt 1491. 7. id. Novembris. Solemniter ingreditur anno 1492. 21. Maji. LIV.

54. JOANNES, Joannis Acuti Sulmonenſis, ſucceſſit Joanni 1499. LV.

55. ALEXANDER Cardinalis Farneſius, has Eccleſias adminiſtrandas ſuſcepit, poſt deceſſum Joannis an. 1512. Cujus deinde adminiſtrationis Pontifici gubernacula renunciavit. LVI.

56. (1) PROSPER de Ruſticis Romanus, harum Eccleſiarum cooptatus fuit Antiſtes die 3. Martii an. 1512. qui ad duos annos eaſdem rexit Eccleſias eoque deinde munere liberè ſe exolvit. LVII.

57. JOANNES Baptiſta Cadichius Aquilanus, à Leone X. declaratus eſt Epiſc. an. 1514. die 28. Julii Concilio Laterano interfuit. Deceſſit autem 1519. LVIII

58. ANDREAS Cardinalis de Valle, ut vocabatur, has Eccl. adminiſtrandas ſuſcepit an. 1519 die 28. Oct. poſtque decem ipſos ann. eo munere ſe exolvit. LIX.



59. BERNARDUS de Militibus de Cavaleriis Romanus, ex Canonico S. Petri, creatus eſt 3. die Septembr. 1529. Fato autem functus eſt 1532. * Jacet Romæ in eccleſia Aracœlana cum hoc epitaphio. LX.

Bernardo Militio Patritio Romano Valvenſi, & Sulmonenſi Epiſcopo rerum peritia, bonitate animi nemini cedenti Antonius, & Jacobus mæſtiſſimi nepotes Patruo optimo, & benemerito.

Nobiliſſimæ hujus familiæ olim alumnus fuit frater Guillelmus Ord. Præd. doctiſſimus homo ab Urbano V. Patriarcha Hieroſolymitanus creatus anno 1369. & Franciſcus hujuſce Eccleſiæ Præſul, de quo infra. Scutum de Militibus Canis argenteus erectus, in cœrulea parma dentata.

60. BERNARDINUS Fumarellus, à S. Germano, Aliſanus antea Epiſc. ea ceſſione Card. de la Valle, in quem iterum harum Eccleſiarum regreſſus ceciderat, ad ſupradictam dignitatem translatus eſt anno 1532. die 4. menſis Novemb. E vivis autem exemptus eſt 1547. ſepultuſque eſt in Sulmonenſi Cathedrali cum hoc epitaphio. LXI.

D. O.

(1) Anno 1512. & 1513 à tertia ad octavam Seſſionem Lateranenſis Concilii legitur interfuiſſe *Albertus* Valvenſis Epiſcopus. Hocne appellaretur nomine, quem *Proſperum* vocat Ughellus: an ab eo alter ſit, certe conſtat Albertum biennio illo hanc Cathedram occupaſſe.

D. O. M.
Bernardino Fumarello Epiſcopo Sulmonenſi indefeſſo, vel vitiorum hoſti, vel Eccleſiæ Defenſori Non Junii mortalitatem ineunti M. D.XLVII. Leo Caraceuus Sulmon. Patruo P.

LXII. [a De eo [illegible]]
61. POMPEJUS Zambeccarius Bononienſis *a*, clariſs. viri Jacobi Senatoris filius, Abbas Commendatarius S. Spiritus de Aquila, perpetuuſq; Commendator, ac Præceptor S. Spiritus Romæ in Saxia, ad hanc dignitatem evectus eſt anno 1547. die 1. ineuntis Julii, Pio IV. ſummo Pontifice ſedente ad Clavum, Apud Poloniæ Regem functus Legatione eſt, interq; Tridentini Concilij Patres aſſedit. Aquilæ deinde defunctus eſt, die 8. menſis Auguſti, anno 1571. tumulatuſque eſt apud ſuam S. Spiritus Abbatiam, poſtquam Sulmonenſis Eccleſiæ Epiſcopale Palatium munificentiſſimè inſtauraſſet.

LXIII. [b De eo Patrius de Vall. Illust. Præd. Mont.]
62. Fr. VINCENTIUS Dunzellus *b* à Monteregali, Pedemontanus, ex Ordine Prædicatorum, vir plane doctiſſimus in ſacris literis, à Pio V. harum Eccleſiarum dictus Epiſcopus eſt an. 1571. die 23. menſis Septemb. Die verò prima ineuntis Novemb. obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionẽ. Deceſſit verò an. 1585.

LXIV.
63. Fr. FRANCISCUS Caruſius Biſacienſis Ordinis Minorum, has Eccleſias à Sixto V. obtinuit die 13. menſis Martij 1585. Sulmonæ autem deceſſit die 4. menſis Septembris anno 1593. inque Cathedrali cum hoc epitaph. tumulatus eſt.

Fr. Franciſco Saruſio Biſacien. Ordinis Minorum Convent. S.T. Magiſtro Epiſcopo Sulmonenſi poſt annos ſeptem ſui Epiſcopatus Apud Eccleſiam Sulmonenſem, quam peculiari benevolentia proſequebatur, vita functo Menſe Septembris M.D.LXXXXIII. Canonicè Sulmonenſ. Paſtori optimo PP.

LXV.
64. CÆSAR Petius nobilis Salernitanus, (1) I.V.D. à Clem. VIII. electus eſt anno 1593. vir probatiſſimis, atque candidiſſimis moribus, prudentia autem tanta, quanta numeroſiſſimæ regendæ Eccl. ſatis eſſet Ad 28. ann. rexit Eccl. ex qua adminiſtratione laudem tulit eximiæ moderationis, ac pietatis in Deum ſingularis. Deceſſit autem anno 1621. ſepultuſque eſt in Cathedrali Sulmonæ cum hoc epitaphio.

Cæſari Petio, Patritio Salernitano Sulmon. & Valvenſ. Eccleſiæ xxviij. fere anats prudentiſſ. Antiſtiti S.N. Anno M. DC. XXI. Non. Kal. Maij, ætatis ſuæ lxv. vita functo benemerentiſſimo Fr. Mærentiſſimi FF. PP.

LXVI. [c De quo est in meo Bibl. Rom. vol. 1. Cent. ... n. ... Mandoſ.]
65. FRANCISCUS Cavalerius *c* Patritius Romanus, Jacobi Cardinalis affinis, harum Eccleſiarum Epiſcopus adlectus eſt 1621. die 12. Julii, cuius induſtria, atque labore inveterata, pluribuſque ſeculis exagitata controverſia inter Canonicos S. Pamphili Sulmonenſis, ac s. Pelini Valvenſis de præcedentia, aliiſque rebus, ſedata eſt. Unionem concordiamque ſuo diplomate perpetuo firmavit Urbanus VIII. Pont. Max. anno 1628. tenoris ſequentis.

URBANUS, EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.

ROmanus Pontifex, qui ſuper omnes Eccleſias obtinet divina inſtitutione principatum ex Paſtoralis officii debito ad ea, per quæ Cathedralium Eccleſiarum ſtatus, privilegia, prærogativæ, ac jura inviolata conſerventur, earumque Capitula, ac perſonæ Eccleſiaſticæ quælibet in pacis amœnitate, ac mentis tranquillitate confoveantur intendeas. His, quæ propterea, remotis litium anfractibus concordia terminata fuiſſe dicuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum delabantur, ſed ut perpetua firmitate illibata perſiſtant, libenter Apoſtolici adiecit muniminis firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capitulorum, & Canonicorum Valuen. & Sulmonen. Eccleſiarum invicem perpetuo Apoſtolica authoritate æqualiter unitarum petitio continebat, quod alias litibus, & cauſis per nonnulla ante ſæcula coram diverſis Judicibus competentibus, ac demum coram certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore, ſeu ejus Locumtenente, inter Valvenſes ex una, ac Sulmonenſes Eccleſiarum Capitula,

A *& Canonicos hujuſmodi ex altera partibus ſuper majoritate, & præcedentia, quam utraque partium hujuſmodi, ſibi, & Eccleſiæ ſuæ competere prætendebat, nec non jure Cathedratico, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis vertentibus: tandem Capitula, & Canonici prædicti conſiderantes lites, & controverſias hujuſmodi ultra incommoda, rancores, & diſſenſiones, & alia ſimilia cauſare, maximumque præjudicium afferre ſolere, cupienteſque propterea illarum anfractus, & ulterio ea involucra evitare, laboribuſque, & diſpendijs parcere, & pacem, & mutuam charitatem inter eos conciliare, & conſervare uſque aliquando Diœceſana Synodus ſummopere neceſſaria, quæ occaſione diſſenſionum hujuſmodi huc uſque retardata fuit, celebretur, Ven fratris noſtri moderni Valvenſis, & Sulmonenſis Epiſcopi interventu, & conſilio ad infraſcriptam noſtro, & ſedis Apoſtolicæ munimine roborandam verbo, & ſcriptis inter ſe devenerunt, concordiam, ſeu tranſactionem ſumptibus & expenſis, Capituli, & Canonicorum Sulmonen impetrandam videlicet quod tam Valuen. quam Sulmonen. Eccleſiæ prædictæ Cathe-*
B *drales exiſtant, & jure Cathedratico gaudeant & perfruantur, ac ſicut hactenus juxta illarum ſtatuta, & privilegia antiqua tales denominatæ, & appellatæ fuerunt, etiam in futurum denominentur, & appellentur, earumque privilegia, prærogativæ, deciſiones, ſententiæ, aliaque jura quæcumque firma, & illæſa, & in ſuo pleno robore permaneant; nec eis per præſentem concordiam aliquod præjudicium illatum cenſeatur; immò Capitula, & Canonici prædicti eorum antiquis ſigillis ſemper utantur, ſuiſque diſtrictis, Diœceſibus, redditibus, proventibus, & emolumentis conſuetis gaudeant, & potiantur. Ipſa Eccleſia Valuen. ſuis debitis obſequiis propterea non fraudetur, ſed ſolitus in ea Canonicorum numerus, qui ad eam ſingulis diebus, prout hactenus laudabiliter obſervatum extitit, perſonaliter accedant, illiuſque onera conſueta ſupportent, quoque in functionibus & actibus publicis, ubi utriuſque Eccleſiæ Canonicos inſimul convenire contigerit, antianitatis ordo inter eos quo ad præcedentiam obſervetur. Ita quod antiquiores in receptione tam unius, quam alterius Eccleſiarum prædictarum Canonici non habito reſpectu cuius ſint Eccleſiæ,*
C *alios recentiores earum Eccleſiarum canonicos in futurum præcedant, atque ita omnis prioritatis, & poſteritatis contentio tollatur, & aboleatur, perinde ac ſi unius, & ejuſdem Eccleſiæ Canonici omnes exiſterent. Præpoſito dictæ Eccleſiæ Valv. dignitatem inibi obtinente excepto, qui etiamſi in receptione recentior extiterit, omnibus tamen dictarum Eccleſiarum Canonicis in actu præcedentiæ præferatur, & alias prout in inſtrumento publico deſuper confecto plenius dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, eadem per ſedem Apoſtolicam approbantur, firmius ſubſiſtant; quare pro parte capitulorum, & canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus concordiam hujuſmodi pro cujus complemento capitula, & Canonici prædictis litibus, & controverſiis hujuſmodi, nec non omnibus, & quibuſcumque juribus, & actionibus eis ſuper præmiſſis quomodolibet competentibus ceſſerunt, & renunciarunt, ceduntq; & renuntiant, ac omnes, & ſingulas expenſas huc uſque deſuper factas ad invicè remittunt, & cõdonant, approbare, & confirmare, aliiſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, nos*
D *igitur qui pacem, & concordiam inter perſonas Eccleſiaſticas vigere ſinceris deſideramus affectibus, Capitulorũ prædictorũ ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiæ ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, nec non cauſæ prædictæ in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ac communi conſenſu partium ad nos harum ſerie advocantes, liteſque prædictas extinguentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum Præpoſitorũ concordiam & tranſactionem hujuſmodi, nec non quoſcumque deſuper confectas ſcripturas cum omnibus inde legitimè ſecutis, & ſequendis Apoſt. authoritate earundem tenore præſentium approbamus, &*
con-

(1) Salerni licet hæc familia nobiliſſima ſit, tamen Cæſaris hujuſce proſapia tanquam à Salerno diſcedente, per tempus immemorabile Celani floruit inter Marſos, ubi anno currente 1646. morte Joſephi Petii extincta eſt. Cæterum hunc Celanenſem dicit etiam Phœbonius in hiſt. Marſ. l. 3. p. 57. & fuſius in meo Tract. de Viris illuſtr. Marſorum p. 167. & ſeqq. Conſiguenus.

confirmamus, illiſque perpetua, & inviolabilis Apoſtolica firmitatis robur adjicimus, nec non omnes, & ſingulos tam juris quam facti, ac ſolemnitatum quantumvis ſubſtantialium, & quoſvis alios defectus ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes concordiam, ſeu tranſactionem, & literas prædictas perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec non ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, & ſpectabit pro tempore firmiter, & inviolabiliter obſervari, & adimpleri debere, ab illis quoque quovis prætextu colore, cauſa, vel ingenio etiam ex eo quod forſan conſenſus trium Canonicorum Eccleſiæ Valven. cujus illi ſicut capitula, & canonici prædicti aſſerunt, nec ſaniorem partem capituli ejuſdem Eccleſiæ Valvenſis conſtituūt, ad ea non acceſſerit, reſiliri vel recedi nullatenus undequnqae poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores, ac S. R.E. Cardinales, & de latere Legatos dictæ ſedis Nuncios ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari debere ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, nec non in univerſalibus ſynodalibus, Provincialibuſque conciliis editis, vel alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis illis, earumque Præſuli, ac Præſulibus antiquis, capitulis, Canonicis, aliiſque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus & ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, non autē per clauſulas generales idem importantes mentio, aut alia expreſſio habenda, ſeu quævis alia exquiſita forma ad hac ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumqae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, avocationis, extinctionis, roboris, adjectionis, defectuum ſupplectionis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1628. 3. menſis Januarii Pontificatus noſtri an. 6.

Obiit Franciſcus anno 1638. jacet in Cathedrali S.Pamphilii prope parentem prædefunctum, cui hoc cœnotaphium antea poſuerat.

D. O. M.
Dominico Patritio Romano Bernardi Cavalerii olim hujus Eccleſiæ meritiſſimi antiſtitis Gentili, nobilitate & virtutum ſplendore Clariſſimo, & Sulmonis urbis præfecto maximo ſui deſiderio nonis Auguſti Anno Domini M.DC. XXIII. ætatis ſuæ LXIII. vita functo Franciſcus Cavalerius ejuſdem civitatis Epiſcopus parenti Opt. Monum. P.

* Ipſe vero Franciſcus ibidem in nigro lapide ſequentem memoriam incidi fecit. (* Ex App. l. 7.)

Franciſco Cavalerio Patritio Romano Scipioni Card. Burgheſio Vicario Vaticano, Jacobi Card. Cavalerii pronepoti Sulmonenſi Epiſcopo, Prid. Non. Septembr. anno MDCXXXVII. ætatis XLVI. terris erepto. Petrus Vincentius fratri optime merito monumentum P.

LXVII. 66. FRANCISCUS Buccapadulius Romanus ſucceſſit Franciſco 1638. adhuc ſupereſt, Epiſcopiq; ſanè trepidum munus cum ſingularis prudentiæ laude implet.* Tranſlatus inde eſt ad Eccleſiam Tiphernatem 1647. die 6. Maii. (* Ex App. c. 5.)

LXVIII. 67. ALEXANDER Maſius nobilis Florentinus, Parmæ natus patre Coſmo Alexandri Farneſii Parmæ, & Piacentiæ Ducis conſiliario; cujus munificentia, fortunis, ac Comitis titulo auctus, Coſma Parmam Maſiam familiam ſuam traduxit; Alexander vero in aula Romana diu verſatus, apud Paulum Burgheſium Sulmonę Principem maxima valuit gratia, & Epiſcopus Sulmonenſis ab Innocentio X. Pont. Max. delectus eſt die 27. Maii 1647. Præfuit laudabiliter annum unum, m. 4. obiitq; die 11. Septemb. 1648. ſepultus in Cathedrali.

68. FRANCISCUS Carducius ex nobili familia Florentina Romam traducta, Hieronymo procreatus ex Epiſcopo Campanienſi Sulmonenſis Epiſcopus evaſit die 22. Martii anno 1649. pergit in dies virtute, & animi candore, adhuc florente ætate, Eccleſiam ſibi commiſſam eximie inſtituere * Obiit Franciſcus Romæ die 2. Novemb. an. 1654. ſepultus in Eccleſia S. Blaſii in via Julia. LXIX (* Ex App. c. 5.)

69. GEORGIUS Carducius Franciſci germanus frater ex Canonico Lateranenſis Baſilicæ delectus eſt Epiſcopus Sulmonenſis ab Alexandro VII. Pont. Max. die 14. Julii 1655. LXX

A D D I T I O.


„ *Hic Romæ nobili germine natus, primùm politioribus litteris excultus, deinde graviores ſcientias tam felici exitu ebibit, ut in Sacra Pagina lauream Doctoralem promeritus fuerit: hinc effuſus in Divinis Myſteriis ſuo Populo aperiendis, ſacris miniſtrandis, legibus ferendis, Diœceſi perluſtranda. Nec pro jure ſuo tuendo contra Regios Adminiſtros, diutius abſens plura perpeti dubitavit incommoda. Tandem Victor imperterritus optimus Senex in ſuo Throno bonis omnibus ſemper charus obiit 15. Jan. 1701. ætatis an. 84. ſepelitur in Sulmonenſi Cathedrali.*

BONAVENTURA *Martinellus e primariis Familiis exortus, Presbyter Spoletanæ Diœceſis, Juriſprudentiæ egregius Doctor, & prothonotarius Apoſtolicus, de Boncompagna Ducum Soræ Domo in Urbe ſumme meritus Auditor adhæſit Cardinali Jacobo Boncompagno in adminiſtrando Bononienſi Archiepiſcopatu, ejuſdemque Pro-Pontifex aliquandiu Bononienſibus incorruptum jus dixit, quod idem munus deinde in Ferrarienſi ſacro Regimine ſubſtinuit. Archipresbyteratu exornatus S. Mariæ Burgi Panigalis prope, & extra mœnia Bononienſis Civitatis ad has Eccleſias vocatus eſt 9. Maii 1701. Reatinum Gregem Apoſtolicus Vicarius proſpicere juſſus in ejus Sedis diuturnioris interregno.* Lucen.) LXXI.

(„ *Obiit in Eccleſia ſua ſinu menſe Auguſto an. 1715.*

FRANCISCUS *Honuphrius Hodierna ex Epiſcopatu Biteſten. ad has regendas Eccleſias translatus eſt die 4. Januarii 1717.* LXXII.

V E R U L A N I
E P I S C O P I.



VErulana antiqua Civitas Latii in Hernicis 52. tantum milliaribus à Roma, ab Alatri 5. diſtans Auſtrum verſus, à Plinio in prima Regione Italiæ reiicitur, affirmatque Frontinus Coloniam Romanorum fuiſſe, ejuſque Civitatis pluribus in locis honorificè Livius meminit. Antiquitatem & libertatem ejuſdem fatis indicat lib. 9. cum ait, *eoſdem ſuas ſibi potius leges reddi, quàm Romana Civitate, municipatuque ultro oblato potiri maluiſſe.* Montana eſt, ut reliqua ditionis Oppida, Caſtrum ad Lyrim ſi excipias, aer ſaluberrimus, ſolum minimè infœcundum, optimo oleo, ſuavique vino abundat, quin & pomis dulciſſimis.

mis. Urbs 2000. laribus illuſtratur, quæ unius Romani Pontificis in temporalibus, atque ſpiritualibus immediatè intuetur arbitrium. Nundinæ duæ celebres ſingulis annis ibidem habentur. Fama eſt primum Verulis Evangelicam veritatem enunciaſſe B. Mariam Jacobi, matrem filiorum Zebedæi una cum SS. Martyribus Blaſio, & Demetrio, qui cum 22. ſociis ibidem palmam ſumpſere martyrii. Quo verò tempore, quave occaſione Maria Jacobi in Italiam transfretaverit, Verulaſque venerit, ibidemque obierit, innuit Baronius in notis ad Martyrologium Romanum 8. Kal. Auguſti; Vetuſque Verulanæ Eccleſiæ Menologium id contigiſſe affirmat occaſione primæ Eccleſiæ perſecutionis à Judæis excitatæ, poſt Stephani Prothomartyris necem, ſicut Lucas in actibus refert, diſcipulos Chriſti JESU omnes diſperſos eſſe, præter Apoſtolos, libentiuſque eam apud Hernicos in Latio divertiſſe, ut filium ſuum Evangeliſtam Joannem, juſſu Domitiani Imperatoris Romæ detentum inviſeret. Sed dum Romam veniſſet, illumque in exilium relegatum audiſſet, indeque rediret, in Campaniam ſecus Verulas permanſit, à quodam Ruſticano hoſpitio ſuſcepta, quem ad Chriſti fidem cum convertiſſet, Maurum appellavit. Denique ætatis ſupra annum 100. onere prægravata, migravit ad Dominum 6. Kal. Julii, præmiſſis ad cœlum 24. præconibus Evangelicis ſociis ſuis, quos Verulana gentilitas ſub Honorio Provinciæ Præſide poſt dura verbera, & carceris macerationem, nec non & gladii perſecutione glorioſos Chriſti Martyres effecit. Inter quos fuerunt SS. Martyres Blaſius, & Demetrius, quorum natalis dies 3. Kal. Decembris celebratur. Cæterùm ſacrum corpus ejuſdem S. Mariæ Jacobi 8. Kal. Junii, anno 1209. Pontificatus verò Innocentii III. an. 12 Oddonis autem Verulani Epiſcopi x. revelante tum ipſius filio B. Jacobo Apoſtolo, tum ſanctiſſ. Petro cuidam Verulano, Thomas nomine, in Eccleſia ipſi Apoſtolorum Principi dicata frequenter oranti, ſumma omnium lætitia inventum fuit in quodam ſpecu extra civitatem, olim à priſcis illis Chriſti fidelibus abſconditum. Sanctorum verò illorum Martyrum Blaſii, Demetrii, ac ſociorum corporum inventio accidit 5. Kal. Junii: quæ infra Cathedralem Eccleſiam in ſacello, in loco, quo jacuerant, exſtructo, recondita ſunt. Quam plurima autem miracula in inventione ſacri corporis Mariæ Jacobi à Domino patrata fuiſſe, innumeroſque ibidem populos undique confluxiſſe, tantamque fuiſſe eleemoſynarum copiam, ut ex iis primo parvam Eccleſiam, deinde nobiliſſimam, quæ nunc extat, in ejus gloriam, & honorem exædificatã fuiſſe produnt vetera Verulanæ Eccleſiæ monumenta. Epiſcopalis dignitas Verulana antiquiſſima eſt; ubi primum ea Civitas Chriſtiana ſacra ampiexata eſt, Antiſtitem etiam ſacrorum accepit, qui Romani Pontificis immediatè majeſtatem veneratur, & colit. Epiſcopus olim temporalem dominium habuit in Oppidis Riparum Turricis, & Strangulagalli; quin & nobiliſſimos Aquinates Comites, dominoſque Oppidi S. Joannis & Pophis feudatarios habuiſſe docent vetera documenta. Diœceſim ſatis amplam habet, in qua 12. numerantur Oppida, quorum ordo talis eſt; Fruſinon a nobile Campaniæ Præfecti domicilium, Babucum, Mons S. Joannis cum aliis duobus oppidulis ſibi unitis, Strangulagalli, & Collium, Caſtrum, Ceperanum, Pophas, Ripa, Turricis, Arenaria, & Fabrateria. Eccleſia Cathedralis Patronum habet S. Andream Apoſtolum; in ea olim 16. fuerunt Canonici, nunc verò 12. numerantur, quorum unus eſt Theologus, alter Pœnitentiarius. Dives eſt ſanctorum reliquiis, nimirum S. Crucis, cujus portio non parva in cruce argentea auro puro circundata videtur. Veneratur & brachium dextrum S. Matthæi Apoſtoli carne nedum exutum, corpus S. Mariæ Jacobi, Lipſana SS. Martyrum Blaſii, Demetrii, ſociorumq. ejus. Sub majori Ara duo alia Chriſti Martyrum corpora recondita ſunt. Magna portio ex capitibus SS. Joannis, & Pauli, caput unius Virginis ex ſociis S. Urſulę, ſpinæ duæ acutiſſimæ coronæ D. N. J. C. digitus S. Blaſii Epiſcopi, & Martyris adhuc carne circumdatus, aliæque quamplurimæ ſacræ reliquiæ honorificè eo in templo aſſervantur. In Civitate 7. Parochiales Eccleſiæ viſuntur, inter quas inſignis Canonicorum collegiata S. Eraſmi, quam S. Benedictum Abbatem, hujus præclari Martyris ſtudioſiſſimum, erigendam curaſſe affirmant acta S. Placidi. Habet hæc Eccleſia Canonicos 10. & Abbatem in dignitate conſtitutum. Olim hujus Eccleſiæ Canonici una cum Capitulo Verulanæ Eccleſiæ in electione novi Epiſcopi votum ferebant ex diplomate Gregorii IX. datum Laterani 5. Idus Maii an. 1. Duo virorum Cœnobia, unumque Monialium S. Benedicti, 8. Confraternitates laicorum, & duo hoſpitalia, aliaque pia loca viſuntur. Prope Civitatem nobilis Abbatia Caſæ Marii Ordinis Ciſtercienſis ſpectatur, pietate Verulanenſium populorum fundata, ex qua innumeri tum ſanctitate, cum doctrina illuſtres monachi prodierunt; ad Gerardum hujus loci Abbatem decretal. c. in præſent. extra de probat. direxit Gregorius IX. Verulani Præſules, quos nobis eruere licuit ex diverſis ſcripturis, monumentiſque ejuſdem Eccleſiæ, ſequentes erunt. Utcumque conati ſumus, nullam ampliorem lucem ex ejus Archivo potuimus haurire, ut hoc ipſum cumulatius præſtaremus.

A D D I T I O.

(„ *Verulum octo ferè millia Mortalium capita enumerat. Cathedralem jam antiqua ſtructura nuperrimè „ ſumma pietate ingentique liberalitate à fundamentis „ reparavit, ornavitque pulcherrimè Ricthardus An- „ nibal de Molaria ejus Antiſtes. Canonicorum fructus „* 100. *Scuta annuatim non excedunt. Animarum cura „ ibidem exercetur per Canonicum ad nutum Capituli „ amovibilem. Seminario urbs gaudet, caret Monte „ Pietatis. Epiſcopus ſatis commodas ædes habet Ca- „ thedrali propinquas. Taxatur in libris Rom. Canc. fl. „* 50. *annui redditus valde diminuti, computatis incer- „ tis* 800. *ſcuta monetæ Romanæ conficiunt. Diœceſis „ ampla eſt, &* 40. *Milliarium circuitus.* Luc.)

1. MARTINUS anno 743. in Romano Concilio ſub Zacharia Papa recenſetur apud Baronium. Verum hujus Epiſcopi non modo prædeceſſores, ſed & ſucceſſores ignorantur, cum poſt integrum ſeculum vix ſucceſſor inveniatur. I.

2. ARTNALDUS b an. 853. in Concilio Romano ſub Leone IV. ſubſcribit contra Anaſtaſium Presbyterum Card. tit. S. Marcelli apud Baronium. II.

3. HILDEPRANDUS anno 871. („ *In Rom. „ Concil.* 869. *ſeu* 868.) III.

4. (1) BONIFACIUS ſub Joanne VIII. pro reſtitutione Photii Romano Concilio ſubſcribit ann. 879. quis verò poſt hunc ſedem Verulanam acceperit, ignoratur. Non eſt tamen hic ſilentio prætereundum, quod Joannes Papa XI. dum in Lateranenſi Altare divina myſteria perageret, captus fuerit à militibus Guidonis, Verulaſque deductus, in arce, quæ in eminenti Civitatis loco exſtructa erat, in duriſſimum carcerem, qui huc uſque ſpectatur, intruſus, pane tribulationis, & aqua lachrymarum ſuſtentabatur, indeque eductus Romam in Hadriani molè deductus, inoſitato ſupplicio necatus fuit. Cujus rei geſtæ hiſtoriam Italico verſu complexus eſt Hieronymus Haſtæus, hujus ſedis Epiſcopus.

5. JOANNES vixit anno 959. quo die 9. Junii conſentiente univerſo clero Verulano, locavit fundum, quod appellatur Monilanum ad lacum una cum piſcariis ſuis, & cum omnibus ad eum pertinentibus, juris vener. Epiſcopii S. Andreæ, Raffrido filio quondam Joannis Campaniæ, & Mareæ Conſuli, & Duci, habitatoribus Verulanæ Civitatis, ad tertiam generationem. Hodie lacum hunc cum pertinentiis ſuis poſſidet univerſitas Fruſinonis. At Joãnes ſubſcriptus IV.

re-

a De Fruſinonenſi Epiſcopatu in X. tomo agetur.

b Seu Arnoldus, apud Hard. Arnaldus.

(1) Hic Bonifacius, qui Auctoritate Rom. Conc. an. 879. inſeritur ab Ughello inter Verulanos Epiſcopos, non non Verulanæ Eccleſiæ, ſed Bleranæ in Tuſcia Sutrio, & Viterbio conterminæ Epiſcopum fuiſſe cenſemus. Is enim Romanis Conciliis præſens fuit an. 869 & 879. inque eis Bleranenſis intitulatur, quo tempore Altera proprio utebatur Antiſtite, & in eo habito an. 869. Hildebrandus Berolanenſis, & Bonifacius Bleranenſis enumerantur, unde omnis aliter inſpicandi ratio tollitur. Temporibus his Joannes XI. ſeu X. Verulas in carcerem ductus dicitur à noſtro Ughello ex Hieronymo Haſtæo, ſed hæc longiori poſt tempore evenere. *Laurentius*

reperitur in Conciliabulo Romæ ab Othone Imperatore coacto contra Joannem XII. Papam anno 963. Iterumque ſequenti anno in alia Synodo ab eodem Ioanne celebrato idem Joãnes ſubſcripſit, apud Baroniũ.

V. 6. N. . . . cujus nomen ignoratur, ſub quo an. 1005. fundatum eſt nobile Cœnobium Caſæ Marii non longe à Verulis, cujus initium hiſce verbis in antiqua chronica deſcribitur. *Anno Domini 1005. Indictione quinta quidam benemeriti Clerici Verulani propriis ſumptibus Eccleſiam in honorem SS. Joannis, & Pauli, & Monaſterium in territorio Verulano, in loco, qui dicitur Caſa Maris, ubi antiqua diruta mœnia, a priſcis Marti dicata inviſebantur, ad id Epiſcopo conſentiente, & hortante, conſtruxerunt. Quos imitati ſunt fideles, & pii quidam boni laici, ſanctaque Religionis habitum & regulam à Joanna Abbate Monaſterii S. Dominici in territorio Serano ordinis S. Benedicti ſuſceperunt. Cumque quatuor ex ipſis eſſent in ſacro presbyteratus ordine conſtituti, elegerunt ſibi in Abbatem unum ex iis Benedictum presbyterum, & in eodem loco JESU CHRISTO Domino ſervierunt. Sacri hujus Monaſterii Caſæ Marii literis, & ſanctitate florentiſſimi præconia recenſere, haud potis noſtri brevitas inſtituti. Scimus enim quamplurimos mira ſanctitatis fama monachos germinaſſe, innumeroſque in omni diſciplinarum genera exinde eruditiſſimos pullulaſſe. Aſſervantur enim in vetuſtiſſima loci ejuſdem Bibliotheca volumina manuſcripta, præcipuos ſacræ ſcripturæ libros tum novi, tum veteris teſtamenti, ſtudio Monachorum expoſitos, continentia. Ad monachos hujus Cœnobii, ſeu ad divina oracula, in maximis regiminum difficultatibus, & Principes, & Imperatores, quin & ipſos ſummos Pontifices conveniſſe ſcimus. Sæpius namque ibi convenit Paſchalis Papa II. Eugenius III. qui antiquam ejuſdem Monaſterii Eccleſiam conſecravit, nec non & Alexander III. impii Imperatoris perſecutionem declinans, & Lucius III. Innocentius III. illiuſque ſucceſſor Honorius III. & Gregorius IX. qui Giraldo Abbati Caſæ Marii direxit decretalea. Quin & ipſum S. Bernardum Claravallenſem Abbatem ordinis Ciſtercienſis illuſtratorem, ſanctæque Eccleſiæ doctorem referſiſſimum, ſæpius eo cõveniſſe ſcimus, ejuſdemque Monaſterii Abbatem Joannem idem S. Bernardus valde dilexit, cujus auſpiciis hoc nobile Cœnobiũ Caſæ Maris ordini Ciſtercienſi incorporatũ fuit ſub linea Claravallenſi an. 1140. Cur igitur de hoc ſacro Cœnobio cum D. Hieronymo in epiſtola ad Heliodorum non exclamabimus; o deſertum Chriſti floribus vernans, o ſolitudo, in qua ibi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi civitas magni Regis extruitur! O eremus familiarius Deo gaudens! Si quis enim tunc ad Caſæ Marii Monaſterium confluxiſſet, Paradiſo prorſus omnem illam eremum vidiſſet digniorem, & innumeras Angelorum choros in corporibus fulgentes mortalibus. Erat enim cernere toto præfato Monaſterio diffuſum exercitum Chriſti, & admirabilem illum regiũ gregem, virtutumq; cœleſtium converſationẽ in terris micantem. Et ut breviter dicam; Fuit hoc ſanè Cœnobium Eccleſiæ Verulanæ columen, populi decus, omniſque boni fundamentum, cum cœleſtibus pulchritudinibus, elegantia propemodum certans. Hinc igitur factum fuit, ut nõ modo Verulani Epiſcopi, piique fideles, ſed & ipſi fideles, & ſũmi Pontifices magna prædia, & latifundia huic Monaſterio benignà cõtulerint. Novã Eccleſiã reverà pulcherrimam, ex opere fornicato, Honorius III. conſtitui fecit.* Hactenus Chronica. De nobili hoc Cœnobio noſter Gaſpar Jongelinus lib. 7. notitiæ Abbatiarum ordinis Ciſtercienſis, Angelus Manriquez tomo 2. Annal. ejuſdem ordinis. Porrò ex hoc Monaſterio floruit Lucas Joachini Abbatis diſcipulus, inde Archiepiſcopus Cuſentinus, Alachrinus, poſtea Epiſcopus Artuſienſis, & Florimundus hujus Verulanæ Eccleſiæ Antiſtes, de quo infra. Hujus item loci Abbas fuit Joannes, magnæ exiſtimationis vir, qui ſub Innocentio III. legatione functus eſt in Bulgariam ad Carolum Joannem Principem, de quo Bzovius anno 1203. num. 16.

a Gratis tribuitur Gregorio IX hæc Epiſtola, cum fuerit Innocentii III ut ex Decr. de probat. cap. in præſentia. Lucen.

VI. 7. SERGIUS, qui anno 1024. quædam latifundia Eccleſiæ Verulanæ in territorio Turricis juxta diruptam Eccleſiam S. Oreſtis locavit Dominis Turricis. Documentum extat in tabulario ejuſdem Eccleſiæ.

A 8* GIRALDUS Epiſcopus Verulanenſis floruit an. 1036. qui interfuit ſynodo Romæ coactæ ſub Benedicto IX. ut in fragmento ejuſdem legitur, quod ſupra retulimus in Peruſinis. VII. * Ex App. t. 4

9. PLACIDUS hanc regebat Eccleſiam an. 1061. qui in monumentis Cathedralis eminentiſſimus Epiſcopus vocatur. (" *Herolanenſis ſubſcribitur Conſtitutioni Nicolai II. an. 1059. Hard. t. 6.*) VIII.

10. HONESTUS *b* interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Martini Montis Caſini anno 1070. benedixitque altare S. Ambroſii. Ejus meminit Petrus Diaconus in Chronic. Caſin. lib. 4. cap. 8. Obiit Honeſtus anno 1074. ſed cum in electione Canonici diſſentirent, Gregorius VII. Verulanam Eccleſiam Adamo Alatrino Epiſcopo commendavit. IX. *b* Al. Honoratus.

11. ALBERTUS poſt longam altercationem electorum eodem anno 1074. Epiſcopus creatus eſt. Cui Urbanus II. an. 1097. pro ſua Eccleſia ſequens tranſmittit diploma, ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumptum. X.

B *URBANUS EPISCOPUS,*
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto fratri Alberto Verulenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

JUſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accomodare nos convenit; qui licet indigni juſtitiæ cuſtodes, atque præcones in excelſa Apoſtolorum Principis Petri, & Pauli ſpecula poſiti, Domino diſponente videmur exiſtere. Tuis igitur, frater in Chriſto chariſſime Alberte, juſtis petitionibus annuentes S. Verulanam Eccleſiam, cui authore Deo præſides, Apoſtolicæ ſedis authoritate munimus. Statuimus enim, ut quæcunque eidem venerabili loco à quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, Deo miſerante, collata fuerint; firma tibi, tuiſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Valles ſcilicet de Literana cum affinibus ſuis; lacus cum pertinentiis ſuis, Aſtianum, Pattena, Mundezanum, Paternum, caſale,
C *Cripta Anſelmi, Caſſianum cum eorum pertinentiis; Eccleſia S. Crucis, S. Maria, quæ dicitur Rotunda, S. Archangeli, S. Maria de Paretis cum pertinentiis ſuis, Molendinum, quod eſt in Maſena, cum pertinentiis ſuis, Eccleſia S. Stephani, & S. Viti cum pertinentiis earum, Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani, cum pertinentiis ſuis, Eccleſia S. Angeli de Forgna cum ſylvis, & territoriis ſuis, Eccleſia S. Joannis in territorio Fruſinonis, quæ ſita eſt juxta flumen caſam cum omnibus ad ipſum pertinentibus. Lacus de Maſciano, & quicquid in territorio Surricis per authentica chartarum monumenta eidem Verulana Eccleſia pertinere cognoſcitur. Per ipſam itaque eam tibi, quam tuis ſucceſſoribus Epiſcopali jure regenda perpetuo, ac diſponenda concedimus, atque firmamus Civitate Verulana cum omnibus adjacentibus Eccl. intus, vel foris Fruſinonem, cum omnibus ſuis. Oppida Turricis, Larnaria, Paphen cum Eccleſiis S. Petri, & s. Columbæ, monaſterium s. Sylveſtri. Ripas, Caſtrum, monte Nigrum, Fabrateriam cum finibus, & pertinentiis earum, Ceperanum, Cannetum, Caſtellum novum,*
D *Strangulagallum, Carpenum, Montem s. Joannis, cum ejuſdem nominis Monaſterio. Eccleſias. Petri de Arenula, s. Pudentiana, Babucum cum omnibus Eccleſiis eidem Caſtello adjacentibus. Duo præterea canonicorum monaſteria; Unum videlicet s. Paterniani, alterum s. Petri de Canneto. Eccleſia s. Joannis in Ceperano, & s. Magni cum omnibus aliis. Eccleſia s. Benedicti inter Caſtrum, & Montem Nigrum ſitam cum ſuis omnibus pertinentiis. Eccleſia s. Angeli de Meruleta, & s. Stephani cum omnibus aliis, tuæ, tuorumque ſucceſſorum diſpoſitioni perpetuò ſubeſſe ſancimus. In Monaſterio Monachorum, quod dicitur ss. Joannis, & Pauli, quicquid ad antiquum Verulani Epiſcopi jus canonice pertinet, integrum vobis perpetuo ſervari cenſemus, ſalva nimirum noſtra S. R. Eccleſia reverentia. Ad hæc per præſentis privilegii paginam, Apoſtolica authoritate decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſionem auferre, aut ſub cujuslibet cauſa, occaſioniſve ſpecie minuere, ſive ſuis uſibus ap-*

pli-

plitare, vel aliis quaſi piis de cauſis pro ſua avaritiæ excuſatione concedere: ſed omnia integrè conſerventur, tam veſtris, quam clericorum, ac pauperum uſibus omnimodis profutura. Si quis igitur Sacerdotum, aut Clericorum, Imperatorum, aut Regum, Principum, aut Ducum, Comitum, Vicecomitum, Judicum, vel quarumlibet magnarum, parvarumque perſonarum, hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire præſumpſerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe Divino judicio exſiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi ea, quæ ab illo ſunt malè ablata, reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleverit, à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, *ac Domini Redemptoris noſtri* JESU CHRISTI *alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax D. N. J. C. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*

Scriptum Albani, & datum per manum Lanfranci Viceſgerentes Cancellarii, anno Domini 1097. Indict. ſexta Domini Urbani II. Papæ anno x.

Obiit verò Albertus circa annum Domini 1106.

XI. 12. AUGUSTINUS Monachus, & Abbas Caſæ Marii an. 1106. à Clero Verulano in demortui Alberti locum eligitur. Munus conſecrationis accepit à Paſchali Papa II. tunc Verulis commorante; ſucceſſitque eidem in Abbatia Joannes, ita Chronic. Ceccani. Noſter vero Auguſtinus ab eodem Paſchali confirmationem privilegiorum Verulanæ Eccleſiæ gratioſe obtinuit anno 1108. ſcriptam, & datam Ceperani per manum Leonis S.R.E. Diaconi, 2. Nonas Septembris anno Pontificatus 10. Diplomatis tenor eſt ferè ejuſdem verbis ſuperioris Urbani II. Exceſſit Auguſtinus anno 1111. ſepultus fuit in Eccleſia Caſæ Marii, cui olim præfuerat annos 22.

XII. 13. LAETUS, qui Leo indifferenter in monumentis Cathedralis appellatur, an. 1111. à Paſchali II. conſecratur, eodemque anno die 15. Novembris plura bona recepit à Vererno, Milone, & Peregrino germanis fratribus, nobilibus filiis Peregrini, & Bonizæ Montis S. Joannis, in territorio Montis Canneti, & Strangulagalli. Anno verò 1112. ſubſcribit Concilio Lateranenſi à Paſchali celebrato ſic à Baronio reſtitutus Verulanus, loco Varrianus, tomo XII. Iterumque ſubſcribit alio Concilio ab eodem Pontifice habito in Monaſterio Canonicorum S. Paterniani apud Caſtrum Ceperani ad ripam fluminis Lyris Verulanæ diœceſis ann. 1114. in quo fuit depoſitus Landulphus Beneventanus Archiepiſcopus. Poſt hæc Lætus à Paſchali Epiſcopatu mulctatus, & à Gelaſio II. anno 1118. ad priſtinam dignitatem reſtitutus eſt, ut refert Pandulphus Piſanus in vita Gelaſii. Ampliſſimum privilegium, confirmationemque bonorum ſuæ Eccleſiæ à Callixto II. obtinuit anno 1122. Datum in territorio Pallianenſi per manum Urilogoſi S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarii 17. Kal. Julii Pontificatus 3. quod in omnibus cum ſuperiori Urbani ferè concordat. Anno verò 1127. conſtruxit Monaſterium Monialium S. Benedicti propè mœnia, & illius Eccleſiam ſub invocatione S. Martini die 22. Auguſti conſecravit. In eo Cœnobio Moniales manſerunt ad tempora uſque B. Joannis de Capriſtano, qui ab Apoſtolica ſede pro ſuis fratribus diſtrictioris obſervantiæ locum obtinuit, extinctis, deturbatiſque Monialibus. Lætus verò poſt aliam confirmationem bonorum menſæ Epiſcopalis ab Honorio II. obtentam an. 1125. Pontificatus 1. 4. Kal. Septembris, fato functus eſt.

XIII. 14. STEPHANUS in vivis agebat an. 1134. de quo nulla alia memoria extat in tabulis ejuſdē Eccleſiæ.

XIV. 15. LEO anno 1140. ille idem, qui an. 1143. à Cœleſtino II. ſub Apoſtolica protectione ſuſceptus eſt 4. Kal. Martii anno 1. Datum Laterani, cujus authographum aſſervatur in archivo Cathedralis.

XV. 16. ODDO anno 1145. Hic Verulanam Civitatem de conſenſu Conſulum regendam ſuſcepit, quam ſimul cum Eccleſiaſtica dignitate ſumma prudentia adminiſtravit ad mortem uſq; quæ incidit in an. 1147.

XVI. 17. LEO ſucceſſit Oddoni anno 1147. Interfuit A conſecrationi Eccleſiæ S. Clementis de Ferentino an. 1148. 14. Kal. Septembris, benedixitque altare S. Stephani, quod eſt in Confeſſione, ex Chronic. Ceccani. Item interfuit dedicationi Eccleſiæ Caſæ Marii, quā perfecit Eugenius Papa III. ann. 1150. 9. Kal. Decembris, cum antea idem Pontifex in oppido Caſtri Verulanæ Diœceſis conſecraſſet Eccleſiam S. Crucis 10. Kal. Maji, ex eodem Chronico. Leoni confirmavit indulta Apoſtolica jam ab Anteceſſoribus ſuis Eccleſiæ Verulanæ conceſſa Anaſtaſius IV. an. 1153. VII. Id. Martii an. 1. Anno vero 1159. Leo Epiſcopus auctoritate Hadriani Papæ Caſtrum Montis S. Joannis ſuæ Diœceſis in feudum conceſſit Raynaldo Comiti Aquinati, ſucceſſoribuſque ſuis. Monumentum habetur in eodē archivo Verulanæ Eccleſiæ, à quo, aliiſque documentis videtur Raynaldo ſucceſſiſſe Pandulphum filium, huic Aymum, Aymo verò Pandulphum patrem D. Thomæ Aquinatis. Leo verò Epiſc. mortalitatem explevit an. 1160. („ *Ad hunc Leonem* „ *proſtant literæ Alexandri III. cap. 3. de Cler. conjug.* „ Lucentius.)

B 18. FROMUNDUS, ſeu Frajamundus Monachus Caſæ Marii Ordinis Ciſtercienſis à Canonicis electus anno 1160. ab Alexandro III. qui tunc apud Verulas impii Friderici Imp. tyrannidem devitabat, conſecratus, una cum Rodulpho ejuſdem Monaſterii Procuratore Epiſcopo Ferentinati tunc electo, ex Chronic. Ceccani. Hic ſingularis doctrinæ, probitatiſque habitus eſt, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ magno fuit uſui, tametſi illum furens Ænobarbus Fridericus inſectando diverſa compulit ad exilia, cui Alexander direxit decretale, cap. extra meſſ. extra de renunciat. Framundi induſtria antiquum jus vaſſallagii oppidi Strangulagalli Eccleſiæ Verulanæ reſtitutum fuit à Gemma uxore quondam Giremi anno 1165. Quanti verò Alexander Papa fecerit Eccleſiæ Verulanæ Frajamundo Præſule, ex eo dignoſcitur, quoniam reverſus ex Galliis anno 1170. Verulas petiit, ibique ferè triennium commoratus fuit in ædibus Canonicorum S. Eraſmi; tum & in Monaſterio Caſæ C Marii, prope, & extra portam Verulanam Eccleſiam in honorem S. Mariæ Magdalenæ ædificavit, conſecravit, ſacriſque indulgentiis nobilitavit, in eaque xenodochium pro elephantiacis erexit, ac dotavit; ita Chronic. Ceccani. XVII

Anno 1170 indictione 3. menſe Martio, die 15. Kal. Aprilis venit Alexander Papa Verulas, ordinavit ibi Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alios ordines. Hoc autem anno miſit Imperator Conſtantinopolitanus neptē ſuam cum Epiſcopis Græcis, & cum Comitibus, & cum multis militibus, & cum magna pecunia ad Alexandrū Papam, ut daret eam in conjugio Odoni Frajapanis de Roma, qui apud Verulas eam conjugavit, & tunc ipſe Odon cum ea reverſus eſt Romam. Poſtea prædictus Papa Alexander fecit fabricare eccleſiam apud Verulas ex ſua pecunia pro Elephantioſis, in qua obtulit multa dona Quinto idus Martii Papa Alexander venit ad eccleſiā S. Petri de Cannete, & profectus eſt ad Verulas. Septimo idus Maji tam vehemens fuit terræmotus, quod pleroſque muros Civitatis deſtruxit, quod etiam per ſe ſonaverunt campanæ decem diebus; ſtante menſe Madio D *pars Ripæ arſit.*

Hoc eodem anno 1170. Frajamundo deprecante, Alexander Pontifex Greg. Abbatem Caſæ Marii, ſucceſſoreſque ſuos ſub Apoſtolica protectione ſuſcepit, ſequenti inſigni diplomate ab originali deſumpto, quod extat apud nos, cujus tenor eſt hujuſmodi.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Gregorio Abbati Monaſterii SS. Joannis, & Pauli quod dicitur Caſæ Marii ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

P*Iæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut devotionis ſinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quopropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar fel. memoriæ prædeceſ-*

...rum noſtrorum Callixti, Anaſtatii, & Hadriani Romanorum Pontificum ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuimus, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, & Ciſtercienſium fratrum inſtitutionem in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet S. Archangeli, Eccleſiam S. Hippolyti, & quicquid habetis in Eccleſia S. Viti, quæ ſunt in territorio Verulanæ Civitatis, eccleſiam S. Angeli in monte de Corneto, eccleſiam S. Salvatoris, & eccleſiam S. Mariæ de Regimento in territorio montis S. Joannis, Eccleſiam S. Nicolai in Caſtro Babuci, eccleſiam S. Joannis, & eccleſiam S. Sylveſtri, cum amphiteatro, quod vulgo appretiatum dicitur, in territorio Fruſinonenſi, eccleſiam S. Crucis, in territorio Anagnino eccleſiam S. Vincentii juxta Caſtrum Morrei in Valle Orbetana, & eccleſiam S. Manni juxta Caſtrum Caſtuli in territorio Marſicano, cum omnibus ſupradictarum eccleſiarum permanentiis, Molendina ad Arinulam, & illa, quæ habetis in territorio Caſtrenſi; Ruſticos etiam, & hæreditates, quas in Civitate Verulana, & Caſtro Babuci, ac Monte S. Joannis quietè hactenus poſſediſſe videmus. Paſcua, & uſum ſylvarum in toto territorio Caſtrenſi, & Montis Nigri, paſcua, & uſum ſylvarum, & totam caſtellaturam ipſius Montis Nigri, & Ultramuros adiacentem centum paſſus, ſicut inde deſcendit ab utraque parte in rivum, & circuitu verſus Aquilonem ipſum præcipitium Montis, & terram in territorio ſupradicti Montis, quantum duo aratra ſufficiunt laborare, eccleſiam S. Benedicti, cum omnibus pertinentiis ſuis, & eccleſiam S. Angeli de Meruleto cum capellis, & pertinentiis ſuis, quæ omnia felicis memoriæ Pater, & prædeceſſor noſter Eugenius Papa vobis in eccleſiæ veſtræ dedicatione conceſſit, & Anaſtaſius, & Hadrian. Rom. Pontifices ſuo privilegio roborarunt, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus. Concambium quoque, quod cum Verulano Epiſcopo, & Canonicis S. Eraſmi, atque quondam Gregorio cuſtode caſtelli, quod Caſtrum nominatur, rationabiliter feciſtis, futuris temporibus inviolabiliter obſervari præcipimus. Statuimus præterea ut Monaſterium veſtrum, quod ad jus, & proprietatem B. Petri pertinere dignoſcitur, nulli eccleſiaſticæ, vel ſeculari perſonæ, præterquam Romano Pontifici debeat ſubiacere. Ad hæc advertentes ſtatuimus, ne nulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo liceat præfatum Monaſterium interdicere, aut in vos abſque authoritate Romani Pontificis interdicti, vel excommunicationis ſententiam promulgare. Nihilominus etiam Apoſtolica authoritate prohibemus, ut nullus quamlibet Eccleſiam ad idem Monaſterium pertinentem, quæ populum non habet, interdicto ſubiicere audeat. Quominus ſi quis fratrum veſtrorum ibidem ex devotione cantare voluerit, excluſis excommunicatis, & interdictis cantandi liberam habeat facultatem. Præterea per decreti huius paginam duximus ſtatuendum, ut fratres veſtri in quocunque loco poſiti fuerint, ab omni ſeculari ſervitio, & actione, & ab omni gravamine mundanæ oppreſſionis ſint liberi, & immunes. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere præſumat. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna proviſione providere volentes, authoritate Apoſtolica inhibemus, nequis terminos ab eodem anteceſſore noſtro circa Monaſterii veſtri ambitum inſtitutos, & 500. paſſibus ab eo diſtantes tranſgredi audeat, nec infra furtum, aut rapinam facere, hominem capere, vel aliquam violentiam exercere. Si autem fecerit, & ſecundo, tertiove commonitus ſatisfactionem congruam exhibere contempſerit, tanquam ſacrilegus judicetur, & diſtrictionis eccleſiaſticæ animadverſione plectatur. Chriſma verò, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, adire Antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Neque illi Epiſcopo, aut Epiſcoporum miniſtro facultas ſit in capellis ad prædictum Monaſterium pertinentibus, præter competentem eſquaream decimarum, & oblationum partem injuſtè ſibi aliquid vendicare. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanior de ſuo, vel de alieno Ciſtercienſis ordinis, ſi oportuerit, collegio, ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam elegerint à Romano Pontifice conſecrādum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſal.
Ego Joannes presb. Card. SS. Jo. & Pauli tit. Pammachii.
Ego Aldobrandus Baſilicæ XII. Apoſt. presb. Card.
Ego Joannes presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Albertus presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Guillelmus presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.
Ego Boſo presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.
Ego Joannes presbyter Cardinalis tituli S. Marci.
Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.
Ego Hyacinthus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Ardicio Diac. Cardinalis S. Theodori.
Ego Cynthius Diac. Cardinalis S. Adriani.
Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureum.
Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii, 7. id. Maji, indict. 3. Incarn. Dom. anno 1170. Pontific. verò D. Alexandri Papæ III. anno XI.

Interfuit verò Feajamondus 1179. Lateraoo Concilio ab Alexandro congeegato, pauloque poſt, hoc eſt 1181. ex hac mortali vita diſceſſit, ſepultus in ſuo Caſæ Marii Monaſterio.

19. AMBROSIUS Framundo ſucceſſit 1181. qui Lucium III. in Epiſcopio ſuſcepit 1182. à quo confirmationem bonorum Epiſcopalis menſæ accepit. Fato functus eſt 1188. XVIII

20. ROBERTUS ſubſtituitur ann. 1188. breviſq; XIX.
Pontifex fuit, cum obiiſſet ſequenti ann. 1189. in quo Landus Franchus Verulanus Gregorii VIII. temporibus Roberto Epiſcopo, Canonicisſque Verulanis quædam bona ſua liberaliſſimè contulit.

21. ODDO electus 1190. conſecrationi Eccl. S. XX
Mariæ de Flumine interfuit 1196. Jordano Cardinali de Ceccano id exequēte, ex Chron. Ceccani. Eo Præſule 1203. prid. Nonas Maji primarius lapis in nova Eccleſia SS. Joannis, & Pauli Caſæ Marii poſitus eſt per manus Giraldi ejuſdem Monaſterii Abbatis. Hāc novam Eccleſiam ex opere fornicato miro artificio, ingentiſque molis, magniſque ſumptibus extrui fecit Cinthius Card. Sabellus, qui poſtea Honorius III. fuit. Anno verò 1209. Verulis extra mœnia Civitatis in quodam ſpecu, SS. Apoſtolis Petro, & Jacobo revelātibus, inventum eſt corpus B. Mariæ Jacobi, in cujus honorem, Oddonis pietate, erecta fuit Eccleſia, ac permagnificè ab eodem dotata. Mortalitatem explevit Oddo 1212.

22. LÆTUS, qui & Leo indifferenter legitur in XXI.
monumentis ejuſdem Eccleſiæ, intereſt conſecrationi Eccleſiæ Caſæ Marii ab Honorio III. Pontifice fundatore celebrata 17. Kal. Octob. 1217. aſſiſtentibus Epiſcopis Cardd. duobus, Presb. tribus, Diac. Card. ſeptem, Epiſcopis decem, idemque Honorius, omnibus Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, à die anniverſario conſecrationis ad alios continuos novem dies prædictam Eccleſiam viſitantibus annum unum de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxavit. Monaſterium ipſum multis bonis donavit. Inſuper Monachis præfati Monaſterii conceſſit, ut diebus tantum Dominicis, & feſtivis uti poſſent thuribolo argenteo, & ſericis indumentis inter Miſſarum ſolemnia. Anno autem 1222. ultimo Læti Epiſcopatus

A idem Honorius III. iterum Verulas periit, itidemque advenit Federicus II. Imperaror, ubi ſumma omnium lætitia inter Pontificē, & Imperatorē pax inita fuit.

XXII. 23. JOANNES in demortui Læti locum eligitur 1223. eodemque anno ab Honorio III. conſecratur in Eccleſia Verulana, ut habetur in regeſt. Varic. Hic menſæ Epiſcopali univit Eccleſias S. Sylveſtri, & S. Nicolai in territorio Fruſinonis, & S. Ægidii in ditione Ceperani. Eidem Joanni Epiſcopo ſequentem ſcripſit epiſtolam Innocentius IV. contra Verulanos Clericos plura beneficia obtinentes, ex regeſto Vatic.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.

Venerabili Fratri Joanni Verulano Epiſcopo, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum magis ſit de perſonis providendum Eccleſiis, quam perſonis de Eccleſiis conſulendum, diſſimulandum non eſt, quod ſicut ad aures noſtras pervenit, in Diœceſi tua, Clericis modum avaritiæ non ponentibus, aliqui plura in diverſis Eccleſiis beneficia, & nonnulli duas Eccleſias habere præſumunt, quamvis ſinguli non niſi ſingulis poſſint Eccleſiis deſervire. Præterea cum quis aſſumitur de aliqua eccleſia in Archipresbyterum alterius, vel Prælatum, nihilominus beneficium ſibi retinet, quod habuerat in priori, quare contigit, quod Diœceſis ejuſdem Eccleſiæ debitis defraudantur obſequiis, & indigentibus non poteſt clericis provideri. Volentes igitur de ipſius Diœceſis Eccleſiis, & Clericis proviſionem non habentibus ſpecialius cogitare, cum per talem abuſum eaſdem Eccleſias ferè omnes ſuo ſervitio, & hujuſmodi Clericos Eccleſiaſtica proviſione defraudari contingat, mandamus, quatenus cum etiam animarum ſalutis, & utilitatis eccleſiarum expedire noſcatur, ut Clerici eccleſiarum, in quibus reſident, beneficiis ſint contenti, & alia, quæ alibi habent, beneficia perſonis idoneis, quæ deſervire ipſis Eccleſiis velint, & valeant, conferantur; ſuper præmiſſis abuſu contraria conſuetudinis non obſtante, authoritate noſtra ſtatuas, quod ſecundum animarum ſalutem, & eccleſiarum utilitatem cognoveris expedire, contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles &c. proviſo, quod C *in iis nihil quæras cōmodi tēporalis, nec unis te moleſtum exhibeas, & alteri gratioſum, ſed perſonarum acceptione poſtpoſita ſecundum in talibus æquitatem obſerves; quod ſi aliter faciendum duxeris, diſſimulare non poterimus, quin contra te graviter procedamus.*

Datum Anagniæ Non. Octobris, anno primo.

Eodem anno factis interdixit Joannes, Dominos de Babuco occupantes bona Eccleſiæ S. Stephani de Rujano. Priorem, & Clericos S. Mariæ de Canneto, tunc ab omni juriſdictione ordinarii exemptos, Innocentii IV. auctoritate ſuæ ſubjecit poteſtati, perpetuoque ſanxit, ut Eccleſiæ Verulanæ fructuum ſuorum decimas darent, Chriſma reciperent, & vocari ad capitulum accederent, in reliquis vero Romano ſubjacerent Pontifici. Eoque ſedente anno 1248. Verulani contra Jordanom, & Jacobum Dominis de Sonnino bellarunt viriliter; pauloque poſt, hoc eſt 1250. Joannes mortem oppeiiit.

XXIII 24. JOANNES Joanni ſucceſſit ex Canonico Cathedralis à Capitulo electus 1250. reclamanta Verulano Clero, cum omnes votum in electione habere ex D antiqua conſuetudine prætenderent. Lis ad Innocentiom Papam delata, qui Stephano Cardinali, & Epiſcopo Anagnino impoſuit, ut vocatis vocandis, auditiſque omnibus, litem ſedarent. Inde partibus auditis, ad favorem Capituli Cathedralis adjudicarūt, ut nec Canonici S. Eraſmi, S. Mariæ de Franconibus, S. Pauli, nec Priores, ſeu Rectores S. Angeli, S. Lucii votum haberent in electione Epiſcopi Verulani, ſed tota libere ad Cathedralis Capitulum ſpectaret, ac legitimè Epiſcopum electum fuiſſe Joannem pronunciarunt. Totum id ratum habuit idem Innocentius, eundemque Joannem confirmavit in Epiſcopum, ut in literis varic. reg. Capitulo Verulano datis 5. Idus Maji Pontificatus IX. epiſt. 243. fol. 150 clarè ſpectatur. Joanna Præſule 1252. antiquum Caſtrum Strangulagalli ab invaſoribus Campaniæ hactenus crematum reædificari cœptum eſt, illiuſque incolæ ſub antiquo Vaſſallagio Verulanæ Eccleſiæ redacti fuere, recepitq; Joannes Epiſcopus ab eis fidelitatis juramentum cōſentientibus baillivis dominorum Montis S. Joannis ad hoc ſpecialiter deputati. Adſtitit Joannes eidem Innocentio IV. ſummo Pontifici, dum S. Sabinæ Eccleſiam Romæ conſecrabat, ut in quodam antiquo marmore eidem Eccleſiæ affixo legitur. Mortuus eſt Joannes 1253. poſt cujus obitum Capitulum, juxta ſententiam Stephani Cardinalis, & Epiſcopi Anagnini, ad electionem procedens, Joannem alterum ex gremio Capituli ſuſtulit ad ſedem.

25. JOANNES Giuffredi ex Canonico ſufficitur in alterius Joannis locum 1253. quem Epiſcopum confirmavit, inauguravitque Innocentius IV. Verulanam rexit Eccleſiam ad annum uſque 1258. morte raptus eodem anno. Hic ab Alexandro IV. Verulanæ Eccleſiæ immunitatum, bonorumque confirmationem ſuſcepit 1257. 11. Kal. Decembris, Datum Verulis, ubi tunc idem Pontifex in Epiſcopio morabatur. Diploma ſubſcripſit idem Pontif. cū ſex Card. XXIV

26. ANDREAS ſucceſſit Joanni 1259. qui ab B Alexandro confirmationem obtinuit unitarum Eccleſiarum s. Sylveſtri, s. Nicolai de Fruſinone, s. Magni, & s. Ægidii de Ceperano, jam olim à Gregorio IX. Verulanæ Eccleſiæ conceſſarum. Vixit Andreas in Epiſcopatu annis 2. mortuuſque eſt 1261. XXV.

27. GREGORIUS ex Canonico Cathedralis electus eſt Epiſcopus à Capitulo 1261. ab Urbano IV. confirmatur, & conſecratur, rexitq; hanc Eccleſiam ad annum uſque 1278 quo morte raptus eſt. XXVI

28. LOTHERIUS 1280. reperitur in monumentis hujus Eccleſiæ. XXVII.

29. Thomas 1282. Obiit 1285. aliquot diebus ante obitum Martini Papæ IV. XXVIII

30. LOTHERIUS II. Thomæ ſucceſſit 1285. ex Canonico Cathedralis, & à ſecretis Jacobi Sabelli Cardinalis, mox Honorii IV. ſub quo Romam profectus anno 1287. ab XI. Epiſcopis tunc in curia commorantibus obtinuit, ut Cathedrali Eccleſiæ S. Andreæ ſinguli 40. dies de indulgentia concederent ſtatutis diebus. Epiſcopi, qui diplomati ſubſcripſere, hi fuere, Ptolomæus Sarianenſis, Leo Chalamonenſis, Peronius Larinenſis, Lotherius Verulanus, Thomas Acerrarum, Fr. Bartholomæus Groſſeranus, Valdebrunus Avellanenſis, Aymericus Colymbricenſis, Romanus Trohenſis, Ægidius Tiburtinenſis, Maurus Amelienſis, Fr. Nicolaus Aquilenſis. Datum Romæ Honorii Papæ IV. an. 5. indict. 15. Idem Lotherius indulgentiam quandam ſubſcribit Senenſibus Carmelitis Fratribus conceſſam ſequenti anno 1289. Nicolao IV. Pontifice. Adenulphum Paganum Dominum Caſtri Fabraterræ Verulanæ ditionis nonnullorum bonorum Cathedralis invaſorem excommunicavit 1298. eundemque abſolvit ſequenti anno. In Caſtro ſancti Angeli homagium, & vaſſallagium à Ripanis hominibus recepit 1300. Tandem fato conceſſit 1314. XXIX

31. THOMAS, vel Thomaſius 1317. ſucceſſit Lotherio, de quo in libro ſolutionum ſacri Collegii mentio habetur 1319. pervenit ad an. 1329. XXX

32. ADJUTORIUS ad eandem dignitatem aſſumptus eſt 1331. ex eodem lib. Eo Præſule Verulana Civitas terræmotu penè tota corruit die 8. Septembr. 1350 dum Veſperas Clerus, adſtante populo, decantaret. Diem obiit Adjutorius 1354. XXXI

33. VVIDO ex Decano Morinenſi in eadem floruit dignitate, ad eam vocatus ab Innocentio VI. anno 1355. ſequenti an. Turris Cāpanaria Cathedralis Eccleſiæ à Canonicis ædificatur. Vvido verò obiit 1363. XXXII.

34. JOANNES natione Tuſcus de Prato ab Urbano V. ad hanc ſedem promotus 1363 2. Idus Junii, ex reg. Vatic. Sedit ad annum uſque 1383. XXXIII.

35. NICOLAUS, à Clemente VII. Pſeudopontifice intruſus ann. 1384.

36. *JOANNES *a* de Bellantibus nobilis Senenſis, Epiſcopus Montis-Viridis ad Verulanam Eccleſiam translatus anno 1387 *b*. deinde ad Narnienſem, ex qua ad Groſſeranam tranſitum fecit, de quo vide ſeriem Præſulum Montis-Viridis („ *Et Ughergerium* „ *in Pumpis Senen. tom. 1. p. 266.* XXXIV.

* Ex App. 1. 9.
a Franciſcus.
b 1384. & an. 1387. transfertur ad Narnienſem.

XXXV. 37. **BARTHOLOMÆUS** 1396. electus, exceſ-
ſit ann. 1420.



XXXVI. 38. **BENEDICTUS** antea Epiſcopus Fundanus
ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1422. die 19. Septem-
bris. Exceſſit 1427. Ejus gentilitia ſtemmata, quæ li-
lium continent ſupra tres faſcias ex obliquo cam-
pum ſecantes, vidimus in ejus ſigillo impreſſa in B
archivo Amiatini Monaſterii, ut ſupra retulimus in
Epiſcopis Fundanis numero 37. ibidem. Fuit Benedi-
ctus Epiſcopus Maſſilienſis in Gallia, inde Fundanus,
poſtremo hujus Eccleſiæ Præſul, ut diximus.

XXXVII 39. Fr. **CLEMENS** Bartholomæi de Urbe, ex
Ordine Eremitarum S. Auguſtini, ad hanc ſedem ſub-
vectus eſt à Martino V. ann. 1427. die 3. Decembris.
Viginti omnino annos Verulanæ Eccleſiæ præfuit,
provectæque ætatis cum eſſet, miſſionem impetravit
1457. Hic Epiſcopus anno 1439. Capitulo Cathedra-
lis dono dedit Gradualia ſanctorum, & de tempore
manuſcript. ad cantum accomodata, duobus magnis
voluminibus accomodata. Eccleſiam S. Mariæ Jacobi
præſente Bartholomæo Joannis Abbate Caſæ Marii
conſecravit, eamque Cathedrali iterum, perpetuoque
univit. Ejuſdem intuitu Nicolaus V. anno 1449. Fra-
tribus Minorum diſtrictioris obſervantiæ, ac B. Joan-
ni de Capiſtrano conceſſit Eccleſiam, & Monaſte-
rium S. Martini propè, & extra portam Verulanæ
Civitatis, Ord. S. Benedicti ſublatis Monialibus. C

XXXVIII. 40. **ANGELUS** Martini de Caccis J.V.D. electus
fuit 1457. die 12. Aprilis à Callixto II. Exceſſit 1468.

XXXIX. 41. **VRBANUS** in eandem dignitatem ſucceſſit
1468. Kal. Auguſti. Sedit annos tres.

XL. 42. Jo. **PAVLUS** Pontianus de Urbe, Urbano ſuf-
fectus eſt 1471. 5. Kal. Auguſti. Fato autē cōceſſit 1503.

XLI. 43. **ENNIUS** Filonardus Henricus è Bauco Ve-
rulanæ Diœceſis oppido, honeſtis ortus parentibus,
ſuæ prudentiæ, ingenioque non modo gentem ſuam
antea perobſcuram illuſtravit, ſed ſuæ Patriæ etiam,
totique Italiæ viſus eſt attuliſſe ſplendorem. Etenim
cum adoleſcens adhuc Romam ſuiſſet profectus,
ſub auſpiciis Innocentii VIII. Pontificis adeò Roma-
næ aulæ induſtriam ſuam, operamque præbuit, ut
ab eodem Pontifice multas retulerit dignitates. Ea-
demque ſecunda virtutum ſama cum ſub Alexandro
VI. feliciter uſus ſuiſſet, ab eo Pontifice Verulanus
Pontifex adlectus eſt 1503. die 4. Auguſti. A Julio ve-
rò II. Bononiæ Adminiſtrator adſcitus eſt, Imolam-
que deinceps frænavit. Miſſus autem exinde ad Hel- D
vetios Legatus, cum ea gente nomine ejuſdem Julii
feliciter fœdus percuſſit contra Eccleſiaſticæ, Itali-
cæque libertatis oppreſſores. Ex quo quidem fœdere
tantam laudem retulit Filonardus, ut Julius ipſe in
publico purpuratorum Patrum conſeſſu, Eccleſia-
ſticæ illum libertatis defenſorem honorificentiſſimis
verbis appellaverit. Adjunxiſſet etiam & viri en-
comio purpuram, niſi per id tempus invidioſa, ac
importuna mors Julii ea decora invidiſſet. Utique
eiſdem legationibus, & amplioribus perfunctus eſt
apud Principes Chriſtianos ſub Leone X. Hadriano
VI. Clemente VII. Pauloque III. ſummis Pontifici-
bus, qui ad exornandam virtutem unicè factus Filo-
nardum de Apoſtolica ſede optimè meritum, demum
vocavit ad purpuram ſub titulo S. Angeli, contraque
Urbinatium Ducem cooptavit legatum, eidemque
Feretranæ Eccleſiæ adminiſtrationem attribuit. Cū-
que ad mentem Pauli egregiè omnia executus ſuiſ-
A ſet, iterum in Inſubria eodem munere legationis ſun-
ctus eſt, reverſuſq; deinde ad Curiam omnibus ob ele-
gantiam morum, probitatemque cum dexteritate
conjunctam, æquè charus, ætatis ſuæ 83. annorum,
Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Albanenſis
anno 1550. die 19. Decembris in Arce Molis Hadria-
ni, in Pauli III. interregno: ejuſque corpus Baucum
translatum, ibidem tumulatum eſt cum eleganti
elogio, ut ſupra retulimus in Epiſcopis Albanenſi-
bus. De quo ſic habetur in tabulis Verulanis. *Hic plu-
ra beneficia contulit ſuæ Eccleſiæ cathedrali, novam
capellam in majori altare pulcherrimis columnis ex-
ſtruendam curavit, ſuperque illius fornicem, locum ad
oſtendendum populo ſanctorum reliquias in quibuſdam
anni ſolemnitatibus erigens, ſedemque Epiſcopalem
exornans. Quin & Epiſcopalis palatii domicilio humi-
lia, & indecora, omnique penitus venuſtate deſti-
tuta magnis ſumptibus à fundamentis exſtructa, auctaq;
ad nobiliorem majeſtatem redegit.* Quo ſedente Ve-
rulis extrema clauſit Franciſcus Cardinalis Quigno-
B nus Hiſpanus Ordinis S. Franciſci, anno 1540. in
palatio à ſe constructo propè Eccleſiam S. Crucis,
cujus viſcera in Cathedrali ſub lapide rotundo recon-
dita fuere, ut inſcriptio ibidem appoſita refert. Cor-
pus verò Romam relatum, in Baſilica S. Crucis in
Hieruſalem, ſepultum fuit.

44. **ANTONIUS** Filonardus Ennii Cardinalis XLII.
nepos, ex ceſſione ejuſdem creatus eſt 1538. die 12.
Auguſti à Paulo III., cum eſſet Abbas inſignis Mo-
naſterii Caſæ Marii, & S. Eraſmi de Verulis. De-
ceſſit autem anno 1560. cum prius Abbatiam Caſæ
Marii Fulvio nepoti renunciaſſet.

45. **BENEDICTUS** Salinus Firmanus eandem XLIII
dignitatem eſt conſecutus 1560. die 19. Junii. Vir
eximiæ pietatis, & reconditæ doctrinæ, intereſt
Concilio Tridentino. Synodum Diœceſanam ha-
buit, in qua præclara quidem tum ad Eccleſiaſticam
normam in Clerum reſtituendam, tum ad bonos mo-
res accomodata ſancivit, ſenioque confectus morte
raptus eſt anno 1567.

C 46. **HORTENSIUS** Baptiſta ex oppido Fruſi- XLIV
nonis, Stephani Baptiſtæ Phyſici, & Bernardinæ de
Alexandris Verulanæ filius, ſacræ Theologiæ exi-
mius Doctor, Canonicus Verulanus, Tuſculanæ
Eccleſiæ Archipresbyter, & Alexandri Farneſii
Cardinalis Theologus, intimuſque familiaris, cujus
intuitu Verulorum obtinuit Epiſcopatum à Pio V.
anno 1567. die 18. Novembris. Bis Synodum Diœ-
ceſanam habuit, alteram anno 1568. alteram verò
1571. in quibus tum ad Cleri inſtitutionem, tum ad
populi mores componendos, præclara edidit decreta.
Scripſit, ut erat vir doctiſſimus, de rerum univerſi-
tate ad Odoardum Cardinalem Farneſium nobile
commentarium. Apoſtolica auctoritate Monaſte-
rium Monialium S. Benedicti inſtituit in Eccleſia S.
Mariæ de Franconibus. Sub ejus Præſulatu ſacratiſ-
ſimæ Euchariſtiæ contigit miraculum anno 1581. fe-
ria 3. ſanctæ Paſchatis. Cum enim in ſacello Nomi-
nis JESU in Eccleſia S. Eraſmi iis diebus maxima
multitudo conveniſſet ad ſanctiſſimæ Hoſtiæ adora-
D tionem, convenerunt etiam nonnulli Judæi à fideli-
bus invitati, qui fulgentiſſimum ſydus, quod eorum
oculos offendebat, in ſacra Hoſtia aſpicientes, ex-
clamare cœperunt, ſe, & in Chriſto credere, & ba-
ptizari velle, clara voce, quæ viderant confitentes.
unde plurimi à Judaiſmo ad Baptiſma acceſſerunt.
Aſſervatur adhuc ſanctiſſima illa Hoſtia in Taber-
naculo altaris majoris ejuſdem Eccleſiæ, in eaque
quotannis proceſſiones à Clero, & populo ſolemni
pompa celebrantur. Hortenſius verò bonus Epiſcopus
diſceſſit è vita anno 1594.

47. **EVGENIUS** Fuccius Tiburtinus, vir in- XLV.
utroque jure præclarus, Cardinalis Bernerii in Aſcu-
lano Epiſcopatu Vicarius, à Clemente VIII. anno
1594. die 12. Octobris Epiſcopus Verulanus renun-
ciatus, pauloque poſt Romæ inauguratus ſedit annis
14. vir magnæ pietatis in pauperes, eccleſiaſticæ di-
ſciplinæ cultor eximius. Bis Diœceſanam Synodum
congregavit, mores Clericorum correxit, populum

ad pietatem ſuo exemplo inflammavit, pro libertate Eccleſiaſtica nonnullas ab impiis perſecutiones ſuſtinuit, quibus tanquam aurum in fornace probatus, ejus innocentiæ, ac vitæ candor magis enituit. Tandem confectus ſenio Tiburim profectus, in paterna domo mortem oppetiit anno 1608. Jacet in Eccleſia S. Crucis Fratrum Capuccinorum, quam ædificarat, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Eugenio Fuccio Tiburtino Epiſcopo Verulenſi hujus Eccleſiæ fundatori divini, & humani juris conſulto, religione in Deum, vigilantia in ſuos, modeſtia in omnes ſingulari, tu quiſquis hoc legis, precare, ut quemadmodum ille in Templo à ſe conſtructo primum lapidem poſuit, ſic inter vivos Civitatis ſanctæ lapides reponatur in Cœlo. Obiit anno Domini MDCIIX. ætatis ſuæ lxiii.

Cujus gentilitia ſtemmata parma cærulea cũ sbarra aurea, ubi orbiculi tres miniati ſunt, altraque aurea tria, in ſuperiori parte duo, in inferiori unũ micantur.

XLVI 48. Fr. HIERONYMUS Halleus a Ord. Minorum Conventualium à Portu Naonis in Forolivienſi Ducatu, diœceſis Concordienſis, ex nobili familia ſatus, cujus atavi Imperatoribus familiariſſimi Aquila bicipiti aurea, quæ vetuſtiſſima eorum inſignia, hallam ſcilicet viti circumdatam, triplici ex eo botro pendenti, complexarentur, à Cæſare donati fuere. Is juvenis adhuc Seraphicam Religionem ingreſſus, omnium diſciplinarum genere imbutus, artium, ac Theologiæ lauream in Patavina Academia accepit. Omnia ferè ſuæ ſodalitatis munera obivit; mox à Clem. VIII. in Utinenſi, & Concordienſi ditione Generalis Inquiſitor adverſus Hæreticas pravitates conſtitutus, in ea dignitate annis 12. conſumpſit utiliter. A Paulo V. Romam vocatus, ab eodem Verulanum Epiſcopatum obtinuit anno 1608. die 17. Novembris, conſecratus in Eccleſia S. Sylveſtri in Quirinali à Marcello Card. Lantes in feſto S. Clementis Papæ, & Martyris. Diœceſanam Synodum habuit 25. Kal. Maii 1611. in Eccleſia S. Jacobi, in qua plura tum ad Eccleſiaſticorum vitam rectè inſtituendam, tum vero ad depravatos plebis mores reformandos, & eccleſiaſticam libertatem, immunitatemque reſtituendam decrevit. Seminarium Clericorum ex regula Concilii Tridentini inſtituit, Cathedralem Eccleſiam, in pulchriorem, melioremque formam reduxit, in eaque Theologalem præbendam erexit, collegiatæ Eccleſiæ Canonicos S. Eraſmi Canonicalibus inſignibus decoravit, juraque Epiſcopalia acerrimè, mordicuſque ſubſtinuit, populum omnibus ferè Dominicis, diebuſque feſtivis verbo Dei pavit; Clerum tum Philoſophicis, tum Theologicis inſtruxit diſciplinis. Multa poſt ſe ingenii ſui præclara reliquit monumenta; ſcripſit enim, & in lucem edidit. *De juris prudentia Methodis ad Paulum V. de Reo, & Actore in l. deſamari commentarium.* Quæ autem manuſcripta extant, ſunt. *Della poteſtà del Papa ſopra il Re lib. tre: Italicè ſcripta monitu Thomæ Boſii congregationis S. Philippi presbyteri. In univerſam Ariſtotelis logicam; nova ejuſdem logica lib. duo. Notitia nova Ariſtotelis Logicæ, nova Metaphyſica, novæ Philoſophiæ, ad Marcellum Lantes Card., centuriis quatuor, ſemillas avellana cortice comprehenſa. De prudentia ſicut ſerpentum, quam Dominus IESUS CHRISTUS docuit Apoſtolos ſuos, lib. duo, in gratiam nobiliſſimæ familiæ Mareſiorum Sacelientium. De oſculandis pedibus ſummorum Pontificum lib. tres ad Marcellum Card. Lantes. De eleemoſina prædicatoribus populo præſtanda, ſive conſilium Joannis Petri Surdi Juriſconſulti Caſalenſis Diatriba. De Judicibus ſuſpenſis, ſive in conſilium Joannis Petri Surdi Caſalenſis, Diatreba altera. Examen allegationum pro Cavenſi, contra clerum S. Laurentii, earumdemque confutatio, tabula inſignes diverſarum rerum, præcipuè ad medicinam ſpectantes; epiſtola ad diverſos; pluresque imperfectos tractatus.* Obiit ſingularis doctrinæ Præſul pridie idus Auguſti 1626. annum agens tertium ſupra ſexageſimum, ſepultus in Cathedrali, in ſepulchro, quod ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis extruxerat, eo in loco ubi corpora ſanctorum Martyrum Blaſii, & Demetrii inventa fuerant.

a De eo tractat Franchinus in Statione p. 251 qui tamen contradicit quod ab eo a Clemente VIII. Hieronymum nominatum Epiſcopum. Maud.

XLVII. 49. BALEONEUS Carradorus de Monte Fano Auximanæ Diœceſis Civis Romanus, ſacræ Conſultæ Prælatus, ab Urbano VIII. Epiſcopus Verulanus die 5. Septembris 1626. electus, in feſto S. Andreæ Apoſtoli conſecratus, & die S. Thomæ Apoſtoli ſolemni ritu Urbem ingreſſus, in Epiphania primum ſacrum in Cathedrali fecit, ſequenti vero anno Synodum diœceſanam coegit. Qui deinceps 5. Junii ejuſdem anni ad Marſorum Eccleſiam translatus eſt.

XLVIII. 50. VINCENTIUS Lanterus b Ligur * Albentimilienſis, Archiepiſcopus Raguſinus ad hanc ſedem translatus 1628. die 19. Junii ab Urbano VIII. In feſto Viſitationis B. Mariæ Verulas ſolemniter ingreſſus, Eccleſiaſticam diſciplinam, quam ipſe olim apud Patres Oratorii S. Philippi, cujus alumnus fuerat, didicerat, Clerum edocuit, populoſque ad pietatis cultum revocavit. In Cathedrali Sacella duo exſtruxit, alterum in honorem SS. Blaſii, & Demetrii, aliud verò beatiſſimæ Deiparæ Virgini dicavit, tertium in ipſo Epiſcopali palatio exſtruxit in honorem S. Philippi Nerii. Synodum habuit ſecundo ſui Præſulatus anno. Adhuc ſuperſtes eſt, ideoque non ſinit in ejus laudibus longius progredi. * Obiit die 3. Octob. 1609. Jacet in Cathedrali.

* Ex App. t. 5.
b De eo cum laude ſcripſit Cello in lib. I Saggi Cremoni di Genova; Oldoinus in Athen. Liguſt. & Landolphus in lib. Il Bonificato bonificante. Lucent.
* Ex App. tom. 5.

XLIX. 51. Alexander Argolus, c Marſicanæ Diœceſis Clericus ſuffectus eſt Lanterio anno 1651. die 23. Octob. * Romæ exceſſit anno 1654. jacet in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam ante aram maximam; hoc habet in marmore epitaphium.

D. O. M.

Alexander Argolus Romanus, indole ac moribus ad ſumma factus, poſt plures in ditione Pontificia geſtos Magiſtratus, Epiſcopus Verulanus & Urbis Vicarii Vicesgerens in maxima, quam probitas & prudentia excitarent, hominum expectatione invidia fati ceſſit. Anno ſalutis MDCLIV. Paulus Argolus fratri chariſſimo P.

c De eo, ejuſque familia Corſignanus de Viris Illuſt. Marſ. p. 134. & ſeq. & 223 & ſeq.
* Ex App. t. 5.

L. 52. FRANCISCUS Lombardus, („Peruſinus) ſucceſſit Argolo die 21. Aprilis anno 1655. electus ab Alexandro VII. Pont. Max.

ADDITIO.

(„ *Salubriter præfuit uſque ad annum 1660. quo huic „ mortali vitæ vale dixit.*

LI. „FRANCISCUS *Angeluccius Spoletanæ Diœce„ſis in utroque Jure graduatus, Romani Athenæi pu„blicus Juris Magiſter, & in Romana Curia Cauſa„rum Patronus ſinceræ fidei, Verulana Infula decora„tus 15. Martii 1660. ſummo pietatis affectu ſibi com„miſſum Gregem amplexus ad priſcos Eccleſiæ mores „illum revocare cupiens Synodum adunavit, evulga„vitque, cujus Auctoritate leges ſtatuit, perpetuo de„inde profuturas, exceſſitque pertinaci morbo conſum„ptus in ſuo Epiſcopali Palatio anno 1675.*

LII. „RICCARDUS *Hannibaldenſis de la Molaria, „præcipua, vetuſtaque nobilitate Romana, propriiſque „virtutibus clarus, J. U. D. cum plures Eccleſiaſticæ „Ditionis Urbis nomine Pontificis ſuo gubernio egregiè „tranaſſet, ſacrum Thronũ Verulanæ Eccleſiæ Paſtora„li munere condecorare juſſus eſt a Clemente X. 27. „Maii 1675. Cathedralem vetuſtate deturpatam ope„re fornicato ſuper inducto in elegantiorem formam re„ſtituit, Sacrarium ſupellectili, Seminarium opibus „auxit, ſuique juris tenaciſſimus, ſæpius virili robo„re, licet plurimis impetitus adverſis, a perturbatori„bus vendicavit. Mortalitatis curſum explevit menſis „Martii anno 1689. Corpus ſolemni pompa ſublatum „omnium mœrore in Cathedrali ſepultum jacet.*

LIII. „DOMINICUS *de Zaulis Nobilis Faventinus „univerſi Juris callentiſſimus, ejuſdemq; Laurea redi„mitus, inque Romana Curia diu verſatus; dum unus „eſſet ex nobilioribus Aulicis Gaſparis Cardinalis de „Cavalereis, eidemq; in gravioribus negotiis ſuam præ„ſtaret operam, Verulanenſium Pontifex dictus eſt 6. „Martii 1690*, Lucent.)

(„ *Dimiſit vero hanc Eccleſiam an. 1708. 28. April.*

LIV. „LUDOVICUS *Anſelmus Gualterius, nobilis „Urbevetanus Presbyter annorum* 43. *J.U.D. ad hanc „ſedem promotus eſt die* 30. *April.* 1708. *inde transla„tus fuit ad Tadertinam* 21. *Jan.* 1715.

LV. „LAVRENTIUS *Tariagni, Presbyter nobilis „Forolivienſis Diœceſis annorum* 49. *J.U.D. Vicarius „Apoſtolicus in Civitate Ferentina, & alias Vicarius „generalis Abbatiæ S. Ellera in Galliata ejuſdem Diœ„ceſis Provinciæ Florentinæ, & exinde Vicarius Apo„ſtolicus in Civitate Foro Sempronienſi evectus ad „Epiſcopatum Verulanum eſt* 1. *Aprilis* 1715.)

VITERBIENSES EPISCOPI.



ADeò diversè ſentiunt, arbitranturque ſcriptorum plerique de fundatione, origineque Viterbii, ut ſpem propemodum abjecerim verum inveniendi. Eoque magis decrevi ſupervacuo ſuperſedere labori, quod Petrus Curetinus diligens ſcriptor ſuæ Patriæ intexens hiſtoriam, hoc ſibi grave munus deſumpſit, ut aliquando tandem, proderet ex fide, quidquid de Viterbio verè dicendum occurreret. Huic tanquam ſacram anchoram amplexabuntur lectores, ut Annii Viterbienſis vanitatum verticibus evitatis, veritatis portum poſſint tenere. Qui quidem Annius melius ſibi, melius Patriæ ſuæ conſuluiſſet, ſi non tot rerum portentis commentaria illia ſua denigraſſet. Et quidem Viterbium antiquioris fundationis eſſe, haud video cur ſine trepidatione ſcribentis poſſit efferri, cum ejus Civitatis nulla illuſtrior memoria extet apud antiquiores ſcriptores; niſi forte moderna Civitas dicenda eſt ex more Chriſtianorum, atque Italorum præcipuè, qui nullum Oppidum nomine Civitatis dignari videntur, cui Antiſtes ſacrorum non ſit attributus; modò verò Viterbium Civitas, ab anno milleſimo Chriſtianæ ſalutis, & deinceps Epiſcopali dignitate decorata eſt. Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Hadriani I. Pontificis variè Viterbium appellat, modo ſcilicet Civitatem, modò Oppidum. Contendunt plerique Deſiderium Longobardorum Regem, Viterbium muris cinxiſſe. Quod ex marmorea tabula ejuſdem Civitatis facile eruitur; tametſi ſubodorentur peritiores hoc commentum ab eodem Annio profectum eſſe. Crevit ſenſim hæc Civitas ex ruinis antiquis Ferentii Coloniæ olim Romanorum, quàm Viterbienſes exciderant, ut Gothifredus Viterbienſis ſcribit in ſua Chronica. Viterbium enim confluxere excisi Ferentii Incolæ, ſenſimque in Oppidum in juſtæ Civitatis evaſit magnitudinem, ſic ut in Patrimonii pulchrioribus Civitatibus poſſit hoc tempore numerari. Ad pedes montis Cimini Civitas ſita eſt, fructifera, lætaque planitie, eam frequentiſſimi hodie Incolæ implent, quam olim Gatheſchiorum, atque Magnaſchiorum noxioſiſſimę factiones uſque ad excidium ſolebant haurire. Cumulat autem, vel tuetur eam Viterbii felicitatem Prolegatus Eccleſiaſtici Imperii, qui illic nomine Pontificia pro tempore imperat. In omni ferè memoria protulit Viterbium viros, & doctos, & fortes, quorum ſeriei explicandæ, numerandæque vix ambabus manibus ſcribendum ſufficeret. Nitet hoc noſtro ſeculo Scipio Cobellutius Cardinalis S. Suſannæ, vir ſpectatiſſimæ doctrinæ, cujus nunc vel intermortuis cineribus reverentiſſimus lito, quod vivens noſtrum, quod eidem

A ſtudioſè deferebamus, non eſt aſpernatus obſequium. Cæterùm, ut eò jam redeamus, unde degreſſi ſumus, de Viterbienſis Eccleſiæ, vel antiqua, vel moderna origine nullam certam adſerre videntur ſcriptores ſententiam. Siquidem ſcribunt alii ſub Clemente III. Epiſcopali decore fuiſſe dignatam an. 1189. cum Ferentina Bledenſi, Tuſcanella, Centumcellenſique Eccleſia fuiſſet adaucta. Alii contendunt, ut Platina, Sabellicus, Leander Albertus, à Cœleſtino III. ejuſmodi dignitatem Viterbium obtinuiſſe anno 1191. qui tamen manifeſtè falli videntur, cum Viterbii, Tuſcanellique Præſules reperiantur in quibuſdam inſtrumentis ſubſcripti ab anno 1106. ſub Paſchali II. & deinceps, ut poſtea dicemus. Quamobrem dicendum videtur auctores illus in illam ſententiam ex eo prolapſos eſſe, quod Cœleſtinus III. Pontifex dirutas Civitates illas Tuſcanellam, Bledum, ac Centumcellenſem gliſcenti Viterbienſi opportunè junxiſſet. Quod ipſum abundè, liquidòque colligi videtur, ex bulla quadam Cęleſtini V. quæ in

B ejus Eccleſiæ Archivo aſſervatur, quam hic exſcribendam, ſubiiciendamque curavimus.

COELESTINUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei.

Dilecto filio .... Rectori in ſpiritualibus, & temporalibus patrimonii S. Petri in Tuſcia ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

D*Udum ſicut audivimus, felicis recordationis Cœleſtinus Papa III. prædeceſſor noſter Viterbienſem, Tuſcanell. Centumcellenſ. ac Bledanea Eccleſias univit, prout in ipſius prædeceſſoris literis plenius continetur; verum quia ... Clerus, & populus Tuſcanenſis eidem unioni parere, ac venerab. fratri noſtro Epiſcopo Viterbienſi, ac Tuſcanenſi denegat obedire, nos eis, ſub certa forma noſtris damus literis in mandatis, ut hujuſmodi unioni pareant, & Epiſcopo obediant memorato &c.*

Datum Theatæ x. Kal. Novemb. Pontif. noſtri an. I.

Inde prudentes colligant, haud novam Epiſcopatus erectionem fuiſſe illam, quàm III. Cœleſtinus

C ſancivit, ſed deſolatarum illarum Civitatum cum Viterbienſi florenti tantum conjunctionem. Viterbii ſatis ampla Diœceſis eſt, cujus Cathedralem D. Laurentio invictiſſimo Martyri conſecrarunt. Ibi ſplendidus, numeroſuſque clerus divinum opus perurget, quem præter Minorum gentium ſacerdotes, 14. Canonici implent; treſque dignitates, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, ac Pęnitentiarii decenter exornant. In eo Templo non pauca Romanorum Pontificum corpora requieſcunt, qui ibidem è vita migrarunt; pluraque monaſteria tum Monialium, tum Clauſtralium ibi ſunt, certiſſimum Viterbienſis pietatis monumentum. In ipſis autem quàm maximè nitent, Eccleſia S. Mariæ ad gradus ordinis Prædicatorum, S. Franciſci Templum, Divique Auguſtini, quas vel elegantia ædificiorum, cum pretioſæ ſupellectilis copia, vel ibi impenſius culta pietas extollit, atque commendat. Nec ibi Jeſuitarum deeſt Collegium, qui juventutem inſtituant ad ſanctiores mores, diſciplinaſque præclariores. Viterbienſis Ec-

D cleſiæ Præſulum ſeries ſequens eſt, quam idem Petrus Coretinus noſter ex Archivo Viterbienſis Cathedralis accuratiſſime concinnavit, noſque poſt ipſum ex aliis Archiviis, monumentiſque ſequentem perfecimus.

ADDITIO.

(„*Viterbium* 12. *& ultra millia mortalium capita „enumerat. Univerſa Diœceſis* 1500. *excedit, & plu„rima ad omnem pietatem enutriendam complectitur „virorum Cœnobia. Loca ſunt, inter quæ tres Epiſco„pales ſedes Viterbienſi unitæ: Tuſcanella a Centocel„le, vulgo Civitavecchia, ſeu Cincelle, Bleda, Ve„tralla, Barbarano, Ariolo, Viano, m. Alto, Bagna„ja, Civitella. Et Tuſcanella quidem parem cum „Viterbienſi adhuc titulum ſervat, & in Actibus Con„ſiſtorialibus, inque expeditionibus Apoſtolicis, Vi„terbienſis, & Tuſcanenſis ſimul nuncupatur Epiſcopus. „Cæterum Viterbienſis Cathedra una cum Tuſcanenſi „annuus cenſus de præſenti ſupputatur* 3500. *ſcutorum*

a Tuſcanen. Centum Cellen. Bleren Ferentanen. Horucladien. & Guaſtuonorum Epiſc. ſeries dabimus in X. tomo, ubi de Epiſcopatibus deperditis agemus.

„mo-

,, *moneta Romana; taxa Cameralis eſt flor.* 300. Lu-
,, centius.)

I. 1. B... Epiſcopus Viterbienſis, Cleri reformator, vixit an. 1015. ut ſcribit Lelus in Commentariis.

II. 2. G.... Viterbienſis Epiſcopus anno 1030. de quo idem Lelus.

III. 3. N.... incerti nominis Viterbienſis Præſul memoratur a Baronio inter Epiſcopos Victoris II. ſuffraganeos.

IV. 4. N..... Epiſcopus Viterbienſis, cujus nomen ignoratur, à Lelo nominatur anno 1096. Urbanum II. Romam redeuntem ſolemni ritu recepiſſe idem refert. * His fere temporibus, vel paulo ante, vixit Richardus Epiſcopus Tuſcanenſis, Centumcellenſis, atque Bledanus, cujus memoria habetur anno 1086. in quadam donationis documento die 4. Septemb. facta: de quo etiam in Cathedrali S. Petri Tuſcanellæ in vetuſto altari majori hæc inciſa leguntur verba.

* Ex App. p. 1.

† Anno ab Incarnatione Domini MXCIII.
Richardus Preſul Tuſcanus, Centumcellicus,
atque Bledanus † Sit Richardus paradiſi
ſede paratus amen † Ego Petrus presb.
hoc opus fieri juſſi. Petrus presb. Bledanus
Raynerius presb. Urbevetan.



V. 5. RODULPHUS Gattus Viterbienſium Præſul fuit, temporibus Paſchalis Papæ II. anno 1106. ut Lelus Viterbienſis retulit in commentariis, ejuſdemque meminit Gothifredus in Chron. lib. 4 idemque narrat Viterbienſes Gelaſio II. Pontifici novam ad Pontificatum aſſumptionem gratulaturos, inter alios legatos miſiſſe Rodulphum, cujus perſpecta prudentia erat, & in explicandis negotiis dexteritas ſingularis. Exceſſit anno 1128.

VI. 6 PETRUS Epiſcopus Viterbienſis, & Tuſcanel. anno 1128. cujus memoria eruitur ex quodam perantiquo monumento, quod in cataſto ſcripturarum S. Stephani Viterbienſia aſſervatur, cujus hæc ipſiſſima verba ſunt.

Cartula refutationis, quam facio ego Presbyter Ruſticus, cum fratribus, ac nepotibus meis, & ſimiliter ego Petrus Flagantus cum filiis meis, nec non ego Laculphus filius Lacri cum filiis meis, & ego Carbonus cum filiis meis, ſcilicet Buccamezza, cum filiis, fratribus, & nepotibus meis, quod Eccleſiam S. Stephani liberam concedimus, & tradimus, & relaxamus, & refutamus manu Petri Epiſcopi Viterbienſis omnium Clericorum.

Idem Petrus bullam quandam ſubſcribit Honorii II. Pontificis Eccleſiæ Piſanæ indultam, quæ adhuc in Archivo reformationum Florentiæ aſſervatur. Hujus etiam Epiſcopi temporibus, Innocentius II. ſummus Pontifex Nonas Aprilis anno 1142. S. Laurentii Viterbienſis Eccleſiam ſub Apoſtolicæ ſedis, ſanctique Petri protectione ſuſcepit; eodemque anno Petrus è vivis eſſe deſiit.

VII. 7 GENSONUS ª Epiſcopus Viterbienſis ab Eugenio III. poſt diutinam vacationem anno 1149. electus; cujus extat mentio in quodam perantiquo inſtrumento Eccleſiæ S. Stephani anno 1160. die I. Maii. Cujus hæc verba ſunt.

ª Al. Genſonus.

Ego quidem Raynerius filius Raynerii de Petriculeo cum fratre meo, & Naccius, & Azzo filius quondam Carbonis Flacarini. pro redemptione animæ noſtræ, noſtrorumque quondam parentum, tam defunctorum, quam vivorum, nulliter cogente imperio, ſed bona, &

A *fraterna charitate, & noſtra bona voluntate, facimus finem, & reformationem manu Genſonis, Epiſcopi Viterbienſis, ad honorem Dei, & S. Stephani &c. & ego Joannes S.R.E. Notarius, ex mandato D. Genſonis Viterbienſis &c.*

Hujus etiam Epiſcopi temporibus Viterbienſis populus hoſtili incurſu excidit, diruitque Ferentum, ejuſque majorem, melioremque incolarum partem coegit demigrare Viterbium. * Hac tempeſtate, ac Petro Præſule vetus Monaſterium S. Martini Ord. S. Benedicti in Montibus Ciminis octavo ab hac Urbe lapide, alieno ære oppreſſum, & fere ad nihilum redactum, Eugenius III. Monachis Ciſtercienſibus reformandum & incolendum tradidit. Verum cum ſub Innocentio III. ad extremam paupertatem redactum eſſet, Generale Capitulum Ciſtercienſe, ut Manriquez ſcribit in Annal. Ciſt. Ord. tom. 3. atque Innocentius ipſe zelo inter ſe Religionis decertarunt: illud, dum penitus deſerere ſtatuit, quod non poterat in obſervantia conſervare, hic eum Conventum de novo illuc adducit; & liberandis oppignoratis fundis mille libras argenti, augmento dotis Eccleſiam integram donat, ex quorum fructibus ibidem ſubſtentarentur. Conſtat utrumque ex ejuſdem Papæ litteris expeditis anno 1206. ad Petrum Abbatẽ, fratreſque, qui tunc recens veniſſent ex Pontiniaco Galliæ ejuſdem Ord. Cœnobio, in hunc modum ex Reg. Vatic. Nicolai IV. ubi Innocentii litteræ confirmantur.

* Ex App. tom. 9.

B

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Petro Abbati S. Martini de Monte, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Licet Monaſterium veſtrum pauperculum fuerit ab initio, in tantam tamen paupertatem devenit, ut vix in eo tres Monachi remanſiſſent, poſſeſſionibus ejus omnino diſtractis, vel graviter obligatis. Unde in Generali Ciſtercienſi Capitulo extitit diffinitum, ut à Ciſtercienſi Ordine ſeparari deberet, cum in eo non poſſet Ciſtercienſis Ordo ſervari. Nos autem, qui Religionem intendimus fovere plantatam, nolentes ab ipſo Monaſterio Religionem penitus extirpare, mille libras tribuimus ad poſſeſſiones ejuſdem Monaſterii redimendas. Mandantes dilectis filiis Abbati, & fratribus Pontiniacenſis Cœnobii, quod per Dei gratiam in ſpiritualibus, & temporalibus valde floret, ut Eccleſiam veſtram, de noſtra conceſſione in ſpiritualem filiam adoptantes, Abbatem & Conventum ad illam dirigerent reformandam. Quod ipſi grato proſequentes affectu, vos cum quibuſdam Converſis, ad ipſum Monaſterium tranſmiſerunt. Verum, quia nec ſic Monaſterium ipſum ſufficere poterat ad Conventum ſuſtentandum honeſte, Eccleſiam S. Salvatoris poſitam juxta Orclem cum omnibus poſſeſſionibus & pertinentiis ſuis vobis & per vos Monaſterio veſtro duximus in perpetuum concedendam impenſuri vobis, authore Deo, in aliis neceſſitatibus veſtris auxilium opportunum, cum laudabiliter vos proficere cognoverimus, prout præcipimus & ſperamus, &c.

C

Pergit deinde confirmare locum & inſtitutam, & recenſitis, quas redimere deberent à creditoribus, D poſſeſſionibus multis, ex quibus non exiguos proventus habere poſſent (quarum prædia, vineas, & oliveta, atque ultra Eccleſiam S. Salvatoris de novo indultam, aliæ XVIII numerantur) omnia ſub B. Petri & ſua protectione ſuſcipere: mox privilegia Ciſtercienſi Ord. conceſſa hactenus, illis ſpecialiter & expreſſe confirmare: & tandem gravi mulcta, & multo graviori, & formidabili maledictione indicta tranſgreſſoribus, ipſe cum Cardinalibus ſubſcripſit numero quatuordecim, *ſub dat. Romæ apud S. Petrum, per manum Joannis S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Cardinalis, S. R. E. Cancellarii Kal. Februarii Indict. II. Incarn. Dom. anno* 1206. *Pontificatus D. Innocentii Papæ III. anno IX.*

In codice antiquo membranaceo Cœnobii S. Salvatoris Montis Amiati fere eadem ad futuram memoriam legimus in hæc verba. *Cum monaſterium S. Martini in Montibus Viterbii ad exterminationem perveniſſet, ita ut vix in eo tres Monachi remanſiſſent,*

poſ-

A

poſſeſſionibus ejus, vel omnino deſtructis, vel ſub gravi genere pignoratis; tunc Pontifex ad reformationem ipſius intendens, pro redimendis poſſeſſionibus, mille libras argenti perſolvit, & ſcripſit Abbati & Conventui Pontiniacenſis cœnobii, quod eſt unum de quatuor primis præcipuis Ciſtercienſis Ord. Monaſterium, ut ipſam Eccleſiam S. Martini in filiam reciperent ſpiritualem, & ad ipſam dirigerent Abbatem & Conventum de Monachis & Converſis. Cum ergo veniſſet, D. Papa benedixit Abbatem, & ut in eodem loco religio pullularet, conceſſit, & donavit eidem eccleſiam S. Salvatoris, quæ ſita eſt juxta Orclem cum omnibus rationibus & poſſeſſionibus ſuis, longe quidem majoribus, ac etiam melioribus, quæ cæteræ poſſeſſiones illius fratres in neceſſariis ad excolenda prædia, & ædificia conſtruenda, magnifice privilegians locum ipſum ſub anno 9. ſui pontificatus. Raynerius Cardinalis noſter non multo poſt tempore fere totum Monaſterium reædificavit, & bonis multis locupletavit. In alio perantiquo codice membranaceo ejuſdem Cœnobii Chronicon annorum Mundi attitulato ſcriptum fuit. *Anno 1199. Innocentius III.*

B

ſedit an. 18. m. 4. d. 22. Hic multa bona fecit. Hic renovavit Monaſterium S. Martini de Monte Viterbii & anno 1207. de Pontiniaco fecit conventum ibi venire. Rayoerius Cardinalis tunc Epiſcopus Viterbienſis profuſa liberalitate ita Monaſterium renovaſſe, & bonis auxiſſe fertur, ut à pleriſque ejuſdem fundator exiſtimetur. Heuricus vero Anglorum Rex, & Pandulphus Norvvicenſis Eccleſiæ Epiſcopus Honorii III. Camerarius & Apoſtolicæ Sedis Legatus ejuſdem Cœnobii benefactores, Eccleſiam de Holcham Norvvicenſis Diœceſis cum ſuis pertinentiis liberaliter in eleemoſynam conceſſerunt. Donationes confirmavit Alexander IV. Papa anno 1255. ſui Pontificatus a. hoc diplomate eum donationum inſertione, quod ex Reg. Vatic. exſcriptum eſt in hæc verba.

Abbati, & Conventui Monaſterii S. Martini Viterbien. Ciſtercienſis Ordinis.

ALEXANDER EPISCOPUS,
ſervus ſervorum Dei.

C

Cum à nobis petitur, &c. uſque ad effectum. Significaſtis ſiquidem nobis, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus illuſtris Rex Angliæ, Jus patronatus, quod ſpectabat ad ipſum immediate Eccleſiæ de Holcham Norvvicen. Diœc. vobis in eleemoſynam contuliſſet, bon. me. Pandulphus Norvuicen. Epiſcopus tunc electus Apoſtolicæ Sedis Legatus ſui Conventus accedēte conſenſu medietatem ipſius Eccleſiæ, cum pertinētiis ſuis, conſiderata paupertate Monaſterij veſtri, vobis in uſus proprios duxit liberaliter concedendam, perpetuo Vicario, qui pro tempore ſervierit in eadem portione decem marcharum de ipſius proventibus reſervata, prout in litteris Regis, Epiſcopi, & Conventus prædictorum plenius continetur. Nos igitur veſtris precibus inclinati, ad inſtar felicis recordationis Gregorij, & Innocentij prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, tam donationem regiam, quam conceſſionem dicti Epiſcopi, ſicut pie, ac provide facta ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſenti ſcripto perpetuo communimus,

D

ad majorem rei evidentiam, tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt.

Henricus Dei *gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, Dux Normandiæ, & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Balivis, & fidelibus ſuis ſalutem.*

Noveritis, nos intuitu Dei, *& pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum, & hæredum noſtrorum dediſſe, & conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe quantum ad patronum pertinent Abbati, & Monachis S. Martini de Viterbio, & ſucceſſoribus ſuis ibidem Deo ſervituris medietatem Eccleſiæ de Holcham cum pertinentijs ſuis, quæ ad noſtram ſpectat donationem habendam, & tenendam de nobis, & hæredibus noſtris prædictis Abbati, & Monachis, & ſucceſſoribus ſuis Deo ſervituris in liberam, puram, & perpetuam eleemoſynam. Quare volumus, & firmiter præci-*

A

pimus, quod prædicti Abbas, & Monachi, & eorum ſucceſſores habeant & teneant de nobis, & hæredibus noſtris medietatem præd. Eccleſiæ cum pertinentijs ſuis in liberam, puram, & perpetuam eleemoſynam bene, & in pace, liberè, & quietè, & integrè cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad eandem medietatem pertinentibus, ſicut prædictum eſt, his teſtibus P. Vvintonien. Epiſcopo, S. de Segrave Juſtitiario Angliæ, Briano de Inſula, Rad filio N. Ioanne de Grai, P. de Orivall. Ricc. de Grai, Amaurico de S. Amando, Bartholomæo Pochæ, Galtero de Gauz. & aliis. Datum per manum ven. Patris Rad. Ciceſtren. Epiſcopi Cancellarii noſtri apud Vvincheruub. 8. die Auguſti, anno Regni 17 Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint Pandulphus Dei *gratia Norvvicen. electus D. Papæ Camerarius Apoſt. Sedis Legatus ſal. in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod nos conſiderata honeſtate, & Religione Abbatis monaſterij S Martini de Monte Viterbii, Ordinis Ciſterciea. & Fratrum ibidem Deo ſervientium medietatem Eccleſiæ de Holcham Norvvicea diœc. cum pertinentiis ſuis, in qua medietate dictum Monaſterium ius obtinet patronatus ex do-*

B

natione D. Henrici Regis Angliæ Illuſtris conceſſimus, & donavimus de conſenſu Capituli noſtri præfoto monaſterio in puram, & perpetuam eleemoſynam habendam, & tenendam in proprios uſus ad paupertatem ipſius monaſterii ſublevandam ſalva Vicaria, quam taxavimus in proventibus tantum 10. marcharum, in qua Vicaria Vicarius ſecundum conſuetudinem loci ex parte dicti monaſterii Norvvicen Epiſcopo præſentatus cum admiſſus fuerit ab eodem, deſerviet ſemper in propria perſona, & Synodalia, & alia omnia canonica onera pro medietate ipſius Eccleſiæ ſuſtinebit. In cuius rei teſtimonium has litteras fieri fecimus, & ſigillo noſtro muniri. Datum Rading. 3. Id. Aprilis, Pontificatus D Honorij Papæ III. an. 2. Omnib. ad quos litteræ iſtæ pervenerint, Vuillelmus Prior Norvicen. & Conventus eiuſdem loci ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod cum D Pandulphus Norvvicen. electus D. Papæ Camerarius Apoſtolicæ Sedis Legatus medietatem Eccleſiæ de Holcham perpetuo in proprios uſus conceſſerit monaſterio S. Martini de Monte Viterbii, in qua medietate idem monoſterium ius patronatus obtinet ex donatione Dom. Henrici Illuſtris Regis Anglorum, nos

C

illam conceſſionem ratam & gratam habentes conſenſum noſtrum et quod ſuper hoc factum eſt per D Pandulphum Norvvicen. electum D PP Camerarium Apoſtolicæ Sedis præbemus. In cuius rei perpetuam memoriam has litteras ſigillo Capituli noſtri munitas Abbati præfati Monaſterii nomine ipſius Monaſterii ſancti Martini dux mus conceden Nulli ergo, &c noſtræ confirmationis &c. Datum Laterani 4. Non. Maij anno ſecundo.

Cæterum hoc cœnobium poſt aliqua ſecula ſecularib. Clericis commendatum fuit, ac tandem extincto monaſtico Ordine Vat. Baſilicæ Canonicis conceſſum, & hoc noſtro ævo, accedente conſenſu Innocentii X. Papæ alienatum, in gentis Pamphiliæ evaſit Principatum.

8. GENTILIS ejuſdem Civitatis Epiſcopus, Laterann Concilio interfuit ſub Alexandro III. ſummo VIII.
Pontifice anno 1179. hic ſubſcriptus reperitur inter Epiſcopos, qui eidem Concilio ſubſcripſere. An idem ſit cum Genſone, quem anno 1181. obiiſſe refert Coretinus, incertum mihi eſt. Hoc eodem an. 1179. Alexander III. peramplum privilegiũ Mordocheo Prio-

D

ri, & Fratribus Eccleſiæ Tuſcanellæ conceſſit, in quo Epiſc. Diœceſani habetur mentio, qui mea quippe conjectura præter Viterbienſem alius non potuit eſſe, cum nullus hoc tempore Tuſcanellæ Præſul reperiatur. Vnde ante Cœleſtini III. Pontificatum fatendum eſt, hanc Viterbienſi unitam fuiſse; inde per eundem Cœleſtinum Viterbienſi, & Tuſcanellæ, Centumcellen. & Bledanen. adiunctas, ac unitas eſſe. Eo Diploma Alexandri pro Tuſcanella Eccleſia, ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumptum.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Mardocheo Priori Eccleſiæ s. Mariæ Tuſcanenſis, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum.

CUm nobis licet immeritis, omnium Eccleſiarum jura, & ſollicitudinem tam veſtræ Eccleſiæ Paſtoralem cogimur ſollicitudinem gerere, & paci veſtræ, prout nobis Do-

minus

minus dederit, intendere diligenter. Vt autem à pravorum incurſibus Apoſtolica ſuis defenſione muniui, Eccleſiam veſtram, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, inducti piis precibus, & iuſtis poſtulationibus veſtris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfata Eccleſia conſtructa eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Herculani de Planzano cum pertinentiis, eccleſiam s. Clementis de Tuſcan cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Salvatoris cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Andreæ de Martha cum pertinentiis ſuis, eccleſiam ss. Cataldi, & Bartholomæi cum pertinentiis earum, eccleſiam s. Laurentii, eccleſiam s. Nicolai cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Pantaleonis cum pertinentiis ſuis. Jus quod habetis in territorio s. Chriſtinæ, & poſſeſſionibus ſuis. Hoſpitale, quod eſt iuxta eccleſiam s. Laurentii cum pertinentiis ſuis, Molendina, quæ habetis in Martha, in Maſchiu, totum planum s. Martini. territorium s. Pellegrini, vineas quas habetis in valle s. Savini, & vineas alias, quas in diverſis locis tenetis, oliveta, & hortos iuxta eccleſiam veſtram. Decimas etiam parochianorum eccleſiæ veſtræ, & omnium eccleſiarum ad eccleſ. veſtram pertinentium, ſicut à 40 annis retroactis rationabiliter poſſediſtis, & nunc pacificè poſſidere noſcimini, vobis, & eccleſiæ veſtræ nihilominus confirmamus. Præterea authoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra parochiam eccleſiæ veſtræ, vel eccleſiarum ad ipſam pertinentium, nullus eccleſiam, vel oratorium abſque aſſenſu Prioris, & ſuorum fratrum de novo ædificare præſumat, ſalvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum: præſenti quoque decreto ſancimus, & authoritate Apoſtolica prohibemus, ut nullus in Civitate veſtra Baptiſmum, niſi in eccleſia veſtra audeat ſolemnitate celebrare, ſicut ab antiquo ſtatutum eſt, & hactenus eſt obſervatum: interdicimus etiam, ut nullus in eccleſia veſtra, vel eccleſiis ſibi ſubditis ſacerdos, vel clericus ordinetur, niſi à Priore, vel fratribus, ſicut hactenus obſervatū eſt, fuerit præſentatus; ſepulturam quoque parochianorum eccleſiæ veſtræ liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri voluerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eā temere venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri aliena fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Vbaldus Oſtienſis Epiſcopus ſſ.
Ego Theodinus Portuenſis, & s. Rufinæ Epiſc. ſſ.
Ego Jo: presb. Card. ss. Jo. & Pauli tit. Pammachii ſſ.
Ego Vivianus presb. Card. tit. s. Stephani in Cælio Mōte ſſ.
Ego Cinthius presb. Card. tit. s. Cæciliæ ſſ.
Ego Hugo presb. Card. tit. s. Clementis ſſ.
Ego Jacyntus Diac. Card. s. Mariæ in Coſmedin ſs.
Ego Raynerius Diac. Card. s. Georgii ad Velum Aurei ſs.
Ego Matthæus s. Mariæ Novæ Diac. Card. ſs.

Datum Veletri, per manum Alberti S. R. E. presb. Card. & Cancellarii xviii. Kal. Aprilis, Ind. xii Incarn. Dom. anno M. CLXXIX Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III an. xxi.

IX. 9. GOTHIFREDUS Tineoſus, nobilis Viterbienſis, electus Epiſcopus anno 1184. Hic ille Gothifredus eſt, ex Coretino, qui univerſalem hiſtoriam ab mundi exordio ad ſui uſque tempora compilavit: Titulus eſt Pantheon; aliaque novarum rerum opera ſcripſit, quæ adhuc extant, cum quibuſdam patriæ annalibus. Ejus meminit Volaterranus lib. 22. Anthropol. Laudatur à Joan. Horn. Fuit vir ſummæ eloquentiæ, atque doctrinæ, ac diu in Aula Imperatorum verſatus, quorum beneficio Epiſcopatum obtinuit. Imperatorum Conradi III. Friderici I. Henrici VI. à ſecretis diu fuit. Deceſſit in patria nonagenarius, anno reparatæ ſalutis 1191.

X. 10. RAYNERIUS in eadem floruit dignitate anno 1192. cujus temporibus dirutarum Civitatum, quas ſupra commemoravimus cū Viterbienſi, ſub Cœleſtino III. conjunctio facta eſt, ut ex bulla Cœleſtini V. ſupra attulimus. Exceſſit Raynerius anno 1193.

XI. 11. JOANNES Lombardus presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, ad id dignitatis à Clemente III. aſſumptus Raynerio defuncto ſucceſſit anno 1193. Natione Longobardum fuiſſe refert Gregorius Abbas Paſſiniani in epiſtola ad Monachos ſuos de canonizatione S. Joannis Gualberti à Cœleſtino III. Papa celebrata eo ipſo anno 1193. apud Didacum de Franchis lib. 1 a. vitæ ejuſdem ſancti. Bullæ ab Innocentio III. Xenodochio S. Salvatoris de Senis iis verbis 1198. ſubſcribit. *Ego Joannes tit. S. Clementis presbyter Cardinalis Viterbienſis, & Tuſcanen. Epiſcopus.* Eodem anno Innocentius III Pontifex, die 1. Decembris Eccleſiam S. Marci Viterbienſis conſecravit, XV. Cardinalibus ei celebritati aſſiſtentibus, quod quidem Templum ad Abbatiam S. Salvatoris Ordinis Ciſtercien. Provinciæ Senēſis tanquam membrum ſpectat. Quæ conſecrationis celebritas in quadam tabula marmorea eidem Eccleſiæ affixa narratur, cujus tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Amen.

Iſta Eccleſia fuit conſecrata ſub annis Domini MC. XCVIII. per ſanctiſſimum D. Innocentium Pontificem III. menſe Decembris die 1. & fuerunt cum eo 15. Cardinales, & ipſe Pontifex poſuit indulgentias tribus vicibus in anno in dicta Eccleſia, ſcilicet in conſecratione ſupradicta, in feſto S. Benedicti Abbatis, & in feſto S. Marci, cujus eſt vocabulum, & in octo dies continuatos immediatè feſtivitates ipſas ſequentes 3. annos, & totidem quadragenos, & unus quiſque ipſorum Cardinaliū unum annum, & 40. dies de voluntate, & mādato ipſius ſummi Pontificis xx. anni, & xx. quatragenis ſingulis diebus, & per octavas ipſorū feſtivitatum. Hoc opus factum fuit tempore ven. Patris D. Angeli Abbatis Monaſterii S. Salvatoris de Monte Meato & prepoſiti ſer Jacobi Angeli Nicolai Muſtii de Viterbio.

Cæterùm Joannes Cardinalis cum ſe munere Viterbienſi exolviſſet, factus Epiſcopus Cardinalis Albanenſis 1199. ſub Innocentio III. vita functus eſt anno 1210.

XII. 12. RAYNERIUS hujus nominis II. Viterbienſi Eccleſiæ præfuit anno 1199. Huic Antiſtiti Viterbienſes Conſules Bagnajæ Caſtellum donarunt anno 1202. die 15. menſis Octobris, ut prodit publicum ea de re inſtrumentum. Hic item Raynerius, ut erat egregiè pius, Eccleſiam S. Franciſci Tuſcanellæ Monachis S. Salvatoris Amiatini Montis reſtituit; extatque ejuſdem memoria in dictæ Eccleſiæ monumētis, publiciſque ſcripturis, uſque ad annum 1221. *Interfuerat Raynerius ſub nomine Tuſcani Epiſcopi ſolemni dedicationi Eccleſiæ S. Mariæ à Caſtello in urbe Cornetana, cum novem aliis Epiſcopis anno 1208. ut ea in Eccleſia ad parietes marmorea proloquitur inſcriptio. *Ex App. t. 7.

† In nomine Chriſti, Amen.

Ann. Dom. MCCVIII. Indictione x. temporibus Dom. Innocentii Papæ III. Kalend. Iun. Hoc templum B. M. dicatum in cujus dedicatione decem adfuerunt Epiſcopi perſonaliter, Tuſcanenſis, Amelienſis, Balneavienſis, Caſtrenſis, Suanenſis, Orbevetanus, Ortanus, Civitonicus, Nepeſinus, Sutrinus.

Sed

Sed cum eſſent xii. invitati, duo, qui venire non poterant, Narnienſis, & Groſſetanus aſſenſum remiſſionis per litteras direxerunt; ideirco in primo anno dedicationis, xii. annos hic, qui venerant, remiſerunt, tum vero de injuncta pœnitentia iv. relaxaverunt hic, qui devotè ad hanc domum venient cum ſpiritualis lucris datione. Item huic Eccl. vocabulo unam annum condonarunt. Facta ſunt hæc ſupradicta auctore Domino per Angelum Priorem qui huic tunc præerat Eccleſiæ.

XIII. 13. N. . . . cujus nomen non exprimitur in regeſto Vaticano, ab Honorio III. anno 1223. Epiſcopus Viterbienſis conſecratus; ſic enim in fine regiſtri anni 8. legitur.

Iſtos hoc anno D. Papa Honorius conſecravit Epiſcopos; Conventienſem, Viterbienſem, Eſculanenſem, Pariſienſem, Mimaten. Foroſempronienſem, Tridentinenſem, Firmanenſem, & Lunenſem. Hunc eundem Epiſcopum fuiſſe exiſtimo, ad quem Gregorius IX. ſequentes ſcripſit epiſtola 6. Kal. Februarii an. 7. quibus confirmavit donationẽ, quam Conſules, & Populus Viterbien. pro conſtitutione dotis ipſius Eccleſiæ fecerunt. Parũ inde ſupervixit idem Epiſcopus, nam eodem ann. 7. 2. Nonas Octobris, idem Gregorius IX. Nicolaum tranſtulit ab Eccleſia Caſtellana ad Viterbienſem. At literæ Gregorii, ut diximus, ſunt iſtæ, ex regeſt. Vatic. epiſt. 506. & 507. fol. 195. deſumptæ.

GREGORIUS EPISCOPUS,
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Viterbienſi &c.

Cum à nobis petitur &c. uſque effectum. Cum igitur ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus olim Conſules, & populus Viterbienſis pro ſuarum animarum remedio, jus, quod habebant in Eccleſia S. Mariæ de Palencano, & Caſtrum Bagnariæ Viterbien. in dotem ipſius Eccleſiæ pia, & provida deliberatione duxerint concedendum, nos tuis ſupplicationibus benignum impertientes aſſenſum, præmiſſa omnia ſicut ea juſte poſſides, & quiete tibi, & per te ipſi Viterbien. Eccleſiæ authoritate Apoſtolica confirmamus &c. uſque communimus, nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani 6. Kalendas Februarii an. 7. Eidem


Et tua ſupplex devotio, & devota ſupplicatio nos inducit, ut tuis precibus, quantum cum Deo poſſumus, libenti animo annuamus. In noſtra ſiquidem propoſuiſti præſentia conſtitutus, quod Eccleſia Viterbienſis propter vacationem diutinam adeo in temporalibus ſit collapſa, quod de ipſius proventibus non vales vel tenuiter ſuſtentari. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut Eccleſiam S. Mariæ de Palencano cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Eccleſiæ prædictæ ſubjectam retinendi ad uſus menſæ Epiſcopalis facultatem tibi concedere dignaremur. Tuis igitur ſupplicationibus benignum impertientes aſſenſum, præſentium tibi authoritate concedimus poſtulata, providentes, ut eadem Eccleſia de Palencano debitis obſequiis non fraudetur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani 3. Kal. Februarii anno VII.

XIV. 14. NICOLAUS Epiſcopus Caſtellanus à IX. Gregorio Pontifice tranſlatus eſt ad hanc Eccleſiam anno 1233. cujus ſedes diuturna mora vacaverat, deſtitutaque Paſtore fuerat, ex bulla ejuſdem. Datum Anagniæ 2. Nonas Octobris anno 7.

XV. 15. MATTHÆUS anno 1235. die 14. menſis Octobris, commutatis quibuſdam Latifundiis, domibuſque alterius Xenodochii, cum alterius poſſeſſionibus, quæ propius Epiſcopatui accedebant, Palatii Epiſcopalis protulit fines, excepitque Viterbii Gregorium IX. Pontificem hoſpitio. Receſſit è vita circa 1243.

XVI. 16. RAYNERIUS Capoccius Viterbienſis diaconus Card. tit. S. Mariæ in Coſmedin ſuæ Patriæ Epiſcopatum obtinuit anno 1243. Hic ab adoleſcentia ex divino instinctu Ciſtercienſem Monachum induit Romæ in Monaſterio Triumfontium. Quem cum deinde præclaræ vitæ merita apud Innocẽtium III. commendaſſent, ab eodem Pontifice selectus eſt diaconus Card. anno 1212. Sub Gregorio vero IX. Eccleſiaſtici exercitus Legatus fuit, quo ſuccinctus mõtem Flaſconem cepit, ſanctique Petri Patrimonium, totamque Sabinam contra vim Federici Imperatoris recuperavit, Romanoſque rebelles cum Pontifice novo fœdere vinxit, cum prius Viterbium ipſum è Federici manibus illatis armorum ſignis extorſiſſet, atque ita ſuam, quam in Etruria legationem gerebat, ad immortalem laudem provexit. Iterumque Etruriæ factus legatus, cum Stephano Cardinali S. Callixti è Lugdonenſi Concilio rediens, quod contra eundem Federicum fuerat celebratum, Religionis telum, hoc eſt excommunicationis cẽſuram contra eundem Imperatorem intrepidè intorſit, illumque tum ſpiritualibus, tum temporalibus armis perſecutus eſt, tanquam rebellem Eccleſiæ. Cum autem S. Petri patrimonii Rector eſſet, Ordinem ſuum Ciſtercienſem pluribus in eundem collatis beneficiis ad invidiam exornavit, adauxit, impulitque IX. Gregorium, ut ſuis Ciſtercienſibus Septimi Monaſteriũ prope Florentiam attribueret, cum prius ipſe effuſa liberalitate cœnobium S. Martini in Ciminis Montibus pene collapſum à fundamentis reædificaſſet, atq; dotaſſet. S. Dominico Prædicatorum parente, atque inſtitutore uſus eſt familiariter, ejuſdemque gliſcentem ordinem, tanquàm univerſali Eccleſiæ ſalutarem perpetuò fovit, protexit, ſicut etiam divinitus admonitus in ſomnis, eidem extra Viterbium Templum S. Mariæ ad gradus, ut vocant, munificenter erexerit; tametſi morte præventus Monaſterium ipſum abſolvere non potuerit. Deceſſit enim 1252. 6. Kal. Junii, ſepultuſque eſt, lacbrymantibus cunctis, in Eccleſia S. Mariæ ad gradus ante majus altare, deque eo in propinquiori ſacello hoc Epitaphium penicillo expreſſum legitur.



Raynerio Capoccio Viterbien. tit. S. Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali Ædis hujus cœlitus demonſtrata Religioſiſſ. Fundatori, Familiaque Prædicatorum Piiſſimo largitori: Fratres ad Beneficii memoriam ſempiternam Ampliſſimo Benemerito ante digniorem aram condito nuncuparunt.

Hujus olim quotannis ſolemnes inferiæ per totum Ciſtercienſem Ordinem 6. Kal. Junii celebrabantur, ut in antiquo Kalendario notatur Monaſterii S. Cerbonis Lucanæ Diœceſis. Hujus meminit Bernardus Montalvus 1. parte Ciſtercienſis Hiſtoriæ, Joannes de Vitriaco de naturis rerum, Vido Clarevallen. de vitis illuſtribus ordinis Ciſtercienſis, noſter Baccetius in ſua M. S. Septimiana hiſtoria, qui Raynerium Capoccium, ſimul cum Jacobo Pecotaria Cardinali proferendi Ciſtercienſis Ordinis, his honorificis verbis Auctorem facit.

Tum impellebant, ut dicitur, currentes, duo illa lumina purpurati Senatus Raynerius Capoccius, ac Jacobus Pecoraria, ambo Ciſtercienſes, ambo Triumfontium clariſſimi monachi, quorum ille ſub Innocentio III. & Honorio III. bis legatus in Tuſcia cum trepidas res compoſuiſſet, & ex voto, ejus beneficii gratia Florentinorum animos maxime devinctos habebat. Hic inter Senenſes, Florentinoſque cum odia talentius deſævirent, internicinoque bello certarent, ex inſperato reddita pace nihil plane erat, quod à memori, grataque gente non videretur impetraturus. Hactenus ille.

Non-

Digitized by Google

Nonnulla eruditus hic Card. noſter Capoccius monumenta reliquit, in ſacriſque hymnis pangendis præfulſit, cujus ille eſt: *Cœlorum conditor*, aliique. Ejus etiam meminit Ciacon. ejuſdemque Cardinalis tempora B. Roſæ Viterbienſis viſum eſt natale nobilitaſſe anno 1240. Cæterùm Raynerius Viterbienſem rexit Eccleſiam uſque ad annum 1244. gravioribuſque pro Apoſtolica ſede implicitus negotiis eo munere libens, volenſque abivit.

* Ex App. tom. 9.

* Cæterum cum ſupra ſcripſerimus Monaſterium S. Martini in Montibus Ciminis à Raynerio fuiſſe reædificatum, de eodem hic aliqua ſubiiciemus de ejus antiquitate, cum planè omnino lateat primum ejus exordium. Antiqniſſimum fuiſſe S. Benedicti Cœnobium fert opinio, quod deinde anno 1150. redditibus, atque Monachis fere deſtitutum Eugenius III. Ord. Ciſtercienſi perpetua uoiooe connexuit, ut ibidem Monaſticus Ordo reſtitueretur. Sed cum inopia laboraſſent Monachi per annos 50., ac deſperaſſent, ut ad puritatem tunc florentis Religionis poſſet Cœnobium pene collapſum reduci, ad Capitulum Generale Ciſtercii in Gallia confugerunt. Patres ſtatuerunt, ut illud ab eo Ordine ſegregaretur, ne forte Regularis obſervaotia in deterius iret, Quod cum ad aures Innocentii III. Pontificis delatũ fuiſſet, adjutrices manus appoſuit, illudque voluit ſub eodem Ordine, & filiatione Pontiniacenſis Cœnobii permanere, additiſque pluribus bonis, ſub protectione Apoſtolicæ Sedis ſuo diplomate conſtabilivit, cujus partem refert Angelus Manriquez Epiſcopus Pacenſis tom. 3. cap. 5. num. 8. Annal. Ciſtercienſium ex Archivio Vatic. (,,et ſupra retulit Autor. n. 6.)

In redditibus, ac bonis auctum Monaſterium Raynerius Epiſcopus cœpit idem una cum Eccleſia à fundamentis reſtaurare, ut fundatoris prope laudem tulerit, qui etiam invidioſis divitiis locupletavit. Illuſtre fuit hoc Cœnobium, ac viris ſanctitate conſpicuis claruit, diuque in ea Monaſtica puritate manſit, donec ſub jugo Commendatariorum oppreſſum, in deterius ire cœpit, pulſiſque deinde Monachis, Vaticanæ Baſilicæ Canonicis unitum fuit: noſtroque ſæculo ab Innocentio X. recompenſatis Canonicis, atque ſuppreſſa Abbatiali digoitate in Principatum Pamphiliæ gentis adlectum circuodatum muris caſtrum evaſit; cujus hodie Princeps eſt Camillus ejuſdem Pontif. nepos, qui nobili munificentia Eccleſiam, & Caſtrum ipſum exornat.

XVII. 17. M. SCAMBIUS de Scambiis Viterbienſis adlectus Epiſcopus eſt ab Innocentio IV. anno 1244. In Vaticano reg. habentur Innocentii literæ ad Capitulum Viterbienſe, quibus M. Scambium electum Viterbienſem commendat. Datum 17 Kal. Junii ann. 2. epiſt. 627. fol. 201. & ad eundem electum epiſt. 643. fol. 201. ejuſdemque memoria extat uſque ad annum 1252. quo anno, eodemque Scambio Epiſcopo ſuperſtite Innocentius IV. Viterbienſem Populum ad Eccleſiæ imperium, rejecto Federico Imperatore, redeuntem ſub Apoſtolica ſuſcepit protectione, eundemque tum per ipſum Epiſcopum, tum vero diplomate, quod modo dabimus, ad pacem, veramque concordiam diſertis verbis inflammavit. Cur verò Viterbienſes Cives ubique & ſemper Romanæ Eccleſiæ fideles ad Federici Cæſaris partes deſecerint, iis verbis rationem reddit, noſter eruditus Coretinus in ſuo Catalogo.

Sub idem tempus eodem Innocentio Pontifice à Friderico Cæſare fugato cum Cardinalibus ſuis, Civitas Viterbii, quæ pro Apoſtolica ſede cuſtodiebatur, ab Imperatoris exercitu obſeſſa, hoſtiles incurſus, nefarias cædes, crebraque incommoda, auxilii omnino deſtituta, viribuſque laxata, ac bello non modo tunc imminente, verum etiam atque peſte plurimum oppreſſa, in calamitatibus ſuis, ineunte anno 1247. miſerrimè ſuccubuit. Inopia namque, morbo, & armis pleriſque confoſſis triſtes undique audiebantur ululatus, ac atræ mortis imagines videbantur. Illi vero, & quidem pauci, quibus exitialia mala pepercerunt, Civitatem ipſam deſtituerunt: quorum nonnulli in Caſtro Palenſana ad ſecundum ferme lapidem, cum Scambio Epiſcopo, qui eos
A *in tot, tantiſque miſeriis conſolabatur, tutati ſunt, ac annonam hinc inde coaquiſiverunt, reliqui autem Urbevetere adiverunt. Viterbio interim a Friderici exercitu capto, illoque a cadaveribus expiato, cives omnes extorres ad reditum coacti, derelictas ſedes eodem anno, adveniente vere, inhabitarunt.*

At diploma Innocentii talis eſt tenoris, cujus exẽplar nobis cõmunicavit Martius Mileſius Sarzanus bonæ memoriæ antiquitatis ſtudioſus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Poteſtati, Conſilio, & Communi Viterbien.

NOn eſt injuſta malorum vindice ſanguentis cenſuræ notanda mollities, ſed prudenter ſubveniſſe majorum ſanandis morborum peſtibus charitas commendanda, quotiens digno pœnitentiæ fructu redimente commiſſum, circa eos, qui ab impietate converſi deſinunt eſſe quod fuerant, miſericordia ſuperexaltans judicium, zelum exhibet diſciplinæ. Sanè licet adverſus eos, qui rupto fidei fœdere, quo ſe. Ap. tenebantur, perſecutoribus Eccleſiæ in inſtanti turbatione nequiter
B *adhæſerunt, ſic eſſe proponamus in caſtigando ſeveri, quod ad illos de miſericordi noſtrorum viſcerum lenitate, aliqua diſpendioſæ diſpenſationis gratia non procedat, quæ poſteris in ſimilibus impunitatis fiduciam præbeat, vel incentivum pariat delinquendi, utile tamen, & neceſſarium Civitatis veſtræ reformationi pacificè, ac communibus ejuſdem profectibus viſum fuerit, ut ad roborandum pacis bonum, quod inter vos, & concives veſtros hactenus exules, quos à communione Civitatis ejuſdem inimici hominis malignitas ſequeſtrarat, juxta cordis noſtri votum, & paternum noſtræ intentionis affectum domino perficiente pervenit rigor, quem in pertinacem reſiſtentiam Apoſtolica juſtitia tetenderat, pietatis conſilio molliretur. In hoc quidem formam illius, cujus vicem in terris licet immeriti gerimus, non ſolum irreprehenſibiliter, ſed etiam commendabiliter imitamur, qui ſuper malo pœnæ, quod juſtè cogitat, peccantibus infligendum, ſeveritatẽ animadverſionis in clementiam miſerationis immutat, ſi humiliter illi ad pœnitentiam recogitant malum culpæ. Nos itaque pro certo ſperantes, quod membra veſtra, quæ aliquando exhibuiſtis iniquitatis arma peccato, exhibebitis de cætero*
C *arma juſtitiæ per fidei, & fidelitatis conſtantiam Romanæ Eccleſiæ Matri veſtræ, ac potius eligentes de miſericordia, per quam reintegrationi veſtræ conſulitur, cauſationes perpeti plurimorum, quam ſeveritatis exhibere conſtantiam, quæ terrorem incuteret aliis, & perverſorum inferret impunitatis exemplum; Latam interdum exceſſibus viam parons, ecce vos expanſis recepimus lætanter amplexibus ad communionem Eccleſiæ filialiter revertentes, & in recollectionẽ veſtram amplum paternæ gratiæ ſinum pandimus claudi humiliter redeuntibus neſcientem. Ut autem ubi delictum abundaſſe dinoſcitur, ſuperabundaſſe circa ſe gratiam veniæ, redivivæ filiorum devotio gratuletur, & ad perpetuum intimæ charitatis indicium humilis ad patrem converſio, multorum apud eum remiſſionem inveniat peccatorum, veſtris ſupplicationibus inclinati, illa ferè per omnia verborum ſimplicitate, ac integritate ſervata, quibus petitiones veſtræ conceptæ, & in ſcriptis autenticis pro motu veſtro redactæ fuerunt in noſtra, & fratrum noſtrorum audientia recitatæ: ea quæ in Romanam Eccleſiam temporibus præteritis commiſiſtis, nolentes ad culpam, vel indignationem aliquam retineri*
D *indulgemus, remittimus, & relaxamus vobis communiter univerſis, & ſingulariter ſingulis, omnes, & ſingulas offenſas, culpas, pœnas, & injurias, & quæcunque alia delicta, ſeu commiſſa dicto, vel facto præſumpta uſque in hodiernum diem à temporibus retroactis contra nos, vel Romanam Eccleſiam, ſive Card. ipſius, vel quemlibet de Curia, vel familia noſtra, ſeu etiam aliquam univerſitatem, vel ſpeciales perſonas tunc Eccleſiæ adhærentes per Commune Viterbii, ſive per aliquem, vel aliquos Cives Viterbienſes, quacunque modo, vel ex cauſa quacunque, ſeu occaſione diſcordiæ habitæ dudum inter Eccleſiam, & quondam F. olim Imperatorem pro eo, quod contra Eccleſiam eidem F. vel ejus nunciis adhæſiſtis & omnia damna, & pœnas, quæ vel quas propter præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum communiter, vel ſpecialiter incurriſtis. Ad hæc omnes, & ſingulas ſententias, & præcepta, proceſſus, & omnes contractus habitos, vel celebratos in Viterbio, vel ubicunque per Viterbium hactenus plenum robur ita volumus obtinere, quod excommunicationis occaſione, qua tunc tenebamini, irritari nequeant, vel caſſari. Poſſeſſio autem, vel*

tenu-

A *tenuta,quam Petrus Bonus, & ejus filij poſſident nunc in tenimento de Fracta,& omnibus pertinentijs eius,Tenuta,quoque , ſive poſſeſſio,quam habent filij quondam Rolandi, Petri Alexandri de Domo,Palatio,Turri,quæ ſunt poſita in contrata S.Peregrini juxta viam publicam,& rivum aquæ , conſervatur eis integra & inlæſa Salvo tamen jure proprietatis cuilibet volenti ſuper ijs contra poſſeſſores ſuam intendere actionem. Omnes etiam conſuetudines,uſus , & libertates Cõmuni Viterbij , & cuilibet Civi Viterbienſi volumus integrè conſervari Volumus inſuper , atque præcipimus de poteſtate Balivis Communis,Iudicibus,& omnibus, & ſingulis officialibus eorundem , ut in ſuis officijs ſingulis uſque ad complementum ſui temporis perſeverent,& de prædictis officialibus poteſtaria,ſeu officijs,Commune Viterbij poſſit liberè in futurum per electionem diſponere,ſicut hactenus conſuevit. Præterea Caſtra,villas,& arces,eorumque,ac aliorum rerum poſſeſſiones,quæ Commune Viterbij,vel quilibet civis Viterbienſis intus,vel extra poſſident,authoritate vobis Apoſtolica confirmamus,& tam hæc,quam alia bona Communis Viterbii , vel cujuslibet privatæ perſonæ de Viterbio ſine deſtructione , atque diminutione Turrium,vel domorum,ubicunque eas* B *habeant,illæſa conſerventur eiſdem . Nullus etiam Viterbien. occaſione obſidis , vel balivis , aut officii alicujus , ſeu ſtipendij,vel alio quocunque modo invitus de Viterbio extrahatur , nec teneamini accipere maſaadam,vel aliquam militum comitivam.ſeu ſocietatem aliquorum hominum armatorum in Viterbio,niſi fortè nobilis vir Thomas de Foliano noſtræ curiæ Mareſcalcus , vel alius Nuncius noſter vellet intrare Viterbium cum decem ſocijs,vel viginti Caſſamus inſuper , & revocamus omnia,& ſingula privilegia,litteras,& ſcripta quælibet à vobis,vel ab alio quocunque authoritate noſtra, vel ſedis Apoſtolicæ conceſſa,vel facta contra Commune Viterbii, vel alios quoſcunque communiter,vel ſpecialiter de Viterbio, vel cives Civitatis ejuſdem. Et ut inter vos , & prædictos concives veſtros firma,& perpetua pax ſervetur, volumus & mandamus , ut ipſi concives univerſi, & ſinguli remittant, refutent , renuncient , & relaxent Communi Viterbii, & cuilibet ſpeciali,& privatæ perſonæ,de Viterbio,univerſa,& ſingula damna,omnes,& ſingulas culpas,injurias,& offenſas, ablata omnia,& alia,quæ contra eos,& quemlibet eorũ,ipſis, vel cuilibet ipſorum facta,vel cõmiſſa ſunt, vel fuerunt dicto* C *vel facto a Cõmuni Viterbii,vel a quacunq; ſpeciali perſona de Viterbio,tam in perſonis , quam in rebus eorum generaliter,& ſingulariter cuilibet, quocunque modo, vel ex cauſa quacumque,& quod renuncient ſimiliter omnibus,& ſingulis privilegiis,& conceſſionibus , ſeu literis datis,factis,vel conceſſis,aut etiam concedendis,ſibi,& cuilibet eorum a nobis,vel ab alia perſona quacunque , quocunque nomine cenſeantur , contra Commune Viterbii,vel quemlibet civem Viterbienſem:ipſi quoque concives,vel eorum aliquis non petierit, vel exegerit per ſe , vel per alium a Commune Viterbii,vel alia ſpeciali perſona de Viterbio aliquid nomine , vel occaſione aliquorum damnorum,redditum,fructuum, vel penſionum , vel aliquarum rerum ſuarum tempore diſcordia illatorum,& detentorum,vel etiam ſubtractorum, ſed nec tegulas repetent, vel lapides , trabes , vel lignamina , veſtes,ſeu arcas,& alia mobilia bona quæcunque ipſis à vobis,vel aliquibus veſtrum ablata.Hoc idem de fructibus & rebus Eccleſiarum, ſeu hoſpitalium de Viterbio , vel* D *de partibus Viterb. & de damnis, & injuriis illatis bonæ memoriæ R.ſancto Mariæ in Coſmedin Diac. Card. ac ſuis, & de proventibus, & domibus quondam ejus præcipimus firmiter obſervari. Nos enim vos communiter , & ſpecialiter de præmiſſis omnibus damnis,& injuriis , fructibus,& aliis ſic illatis , & ablatis , tenore præſentium duximus abſolvendos. Non obſtantibus aliquibus privilegiis,aut literis, ſeu conſtitutionibus , quæ præmiſſis,vel eorum aliquibus obviarent. Placet etiam nobis , quod dicti concives veſtri jurent ſequi mentem poteſtatis veſtræ , ac obſervare ſtatuta Civitatis Viterbii , & obedire in omnibus ſicut alii cives veſtri,& quod faciant pacem,& reddant omnibus vobis, & ſingulis,& vos eis, ac ſecundum voluntatem Communis Viterbii ad honorem Eccleſiæ , & tranquillum ſtatum civitatis veſtræ hujuſmodi pax firmetur in perpetuum obſervanda. Nulli ergo &c. noſtræ remiſſionis , confirmationis, revocationis , & abſolutionis , &c.*

Datum Peruſii,15 Kal. Maii,anno nono.

Scambii temporibus floruit B. Soldanerius Ord. Minorum,qui exactæ religionis erat,& pietate ſumma erga pauperes , atque egenos præſtabat .

18. ALFERIUS Epiſcopus Allifanus ad Viterbienſem Eccleſiam translatus an.1254. electus commendatur Capitulo ab Innocentio IV. anno Pontif. 11. 6.Kal.Februarii , ep 382. f. 47. regeſt. vatic. meminit ejuſdem in epiſt.566. fol.77. idem Pont. ad Fr. Romanum Ordinis Prædicatorum electum Allifanum in locum translati Alferii ad Viterbieñſem . Aliquot ſaluberrimas condidit conſtitutiones ad munimentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſui Clerijejuſdemque temporibus B.Roſa evolavit ad ſuperos an.1258. cujus hactenus illibatum aſſervatur cadaver , inter omnes reliquias , meo quidem judicio, ob integritatẽ temporum injuriis ſuperiorem, ſuſpiciendas. Per eadem tempora Alexander IV. Pontifex Viterbii fato functus 1261. eſt , ſublectuſque Urbanus, qui item Viterbii deceſſit an. 1268. ſepultuſque eſt in Eccleſia S.Mariæ ad gradus.Hujus etiam Epiſcopi temporibus Joannes de Tolero Anglus , ex Ordine Ciſtercienſi Epiſcopus Cardinalis Portuenſis , Monaſterium S. Mariæ de Paradiſo , ut vocant , fundavit , cum interregnum eſſet,ubi ſui ordinis Moniales divinum opus urgerent . XVIII

19. Fr. PHILIPPUS a Ordinis Prædicatorum , electus anno 1272. à Gregorio X. qui ibidem paulò ante ad Apoſtolicam ſedem evaſerat. Hic Petrum de Vico cum morte luctantem vinculo excommunicationis exſolvit,cum prius,quicquid Eccleſiæ ademerat,ſe reſtituturum juraſſet. Deceſſit Viterbii , hujus Epiſcopi temporibus,Hadrianus V.Pontifex,tumulatuſque eſt in Franciſcano templo, ut item ejuſdem ſucceſſor,qui Papa Joannes XXI. fuit , qui ex ruina Epiſcopalis thalami oppreſſus interiit , ſepultuſque eſt in Cathedrali . Philippo defuncto Capitulum Jacobum Viterbienſem Cameræ Apoſtolicæ Clericum elegit,qui dignitati renuit conſentire , tunc Honorius ſequentem delegit . XIX

a [illegible], de eo Fontana de Rom. Prov. p. 31. & in Theatro Domin. p. 314. Mand.

C 20. (1) PETRUS Capoccius,Epiſcopus Anconitanus huc translatus ab Honorio IV.an.1286.9.Kal. Septembr. Pontificatus II.ex reg. Vat ep. 106. f. 157. Hic populum,Clerumque Tuſcaneliæ coegit,ut Viterbienſis Antiſtitis Imperio parere vellet,ut videre eſt in Cœleſtini V. bulla , quam ſupra opportunè protulimus;eoque Præſule Nicolaus IV. ann. 1289. Cathedrali S. Laurentii Eccleſiæ ſequentem largitus eſt indulgentiam . XX

NICOLAUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri Epiſcopo , & dilectis filiis Archipresbytero Capitulo Viterbienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem .

INter Martyrum veneranda certamina B.Laurentii flammis exuſti martyrium recolentes in Eccleſiis in ejuſdem honorẽ fundatis per exuberans ſpiritualis gratia impendium ejus memoriam habere celebrem cupimus in labiis populorum, ut qui per manus pauperum theſauros Eccleſiæ tranſvexit in Cœlos , renatos fonte S. D *Baptiſmatis templum ejus inſignitum vocabulo viſitantes,muneribus remiſſionum allectos,ſua interceſſionis auxilio de igne Purgatorii ad refrigerii locum tranſvehat, & collegas conſtituat ſupernorum. Ut igitur Eccleſia veſtra,quæ in honorem ejuſdem B.Laurentii glorioſi Martyris eſt cõſtructa,& in qua,ut aſſeritis,BB.Protagenii , & Tranquillini Martyrum corpora requieſcunt , cum nativitatis S.Joannis Baptiſtæ,& decollationis ejuſdem feſtivitate ſolemnitas celebratur , tanto venerabilius,& devotius a plebe Dominica frequentetur , quanto in ea ſpiritualiora dona percipere ſe conſpexerit ; Ex hoc in conſpectu æterni Numinis gratioſè omnibus verè pœnitentibus,& confeſſis,qui in ſingulis eorundem ſanctorum & dedicationis ejuſdem Eccleſiæ feſtivitatibus uſque ad octavas eorundem ſanctorum eandem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim de omnipotentis Dei,B.Mariæ , & BB.*

(1) Fernandez quemdam Rugerium Viterbien. Epiſcopum facit an.1270. & Ruffinum Strettum circa an.1304. quod & Plodius affirmat . Cæterum cum Ughellus in nomenclatura Epiſcoporum hujus Eccleſiæ nullam de his mentionem faciat , fides ſit apud ipſos . *Fontana in Theatro Domin. p.324.*

& BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi unum annum, & xl. dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, idus Januarii, Pontificatus noſtri anno 1.

Extrema clauſit Petrus anno 1311. quo defuncto Capituli pars Raynerium ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyterum, alia Joannem de Saracenis Canonicum Lateranenſis Baſilicæ elegit, utraque poſtulatione à Clemente caſſata, Joannem ſequentem delegit.

XXI. 21. JOANNES Canonicus S. Petri in Vaticano, Cameræque Apoſtolicæ Clericus, à Clemente V. electus an. 1312. 6. Idus Martii, ex reg. Vat. ep. 260. f. 54. an. 7. quam Eccleſiam cum per aliquot annos prudenter rexiſſet, eo munere ſe abdicavit.



XXII 22. ANGELUS de Tineoſis Romanus à Joanne XXII. Pontifice electus ann. 1318. Univerſalem ſynodum ſuæ Diœceſis ſanctiſſimè celebravit, in qua ſaluberrimas tum ad pietatem colendam, tum ad puriores mores conſtitutiones providit. Hunc S. R. Eccleſia delegit Quæſitorem miraculorum S. Thomæ de Aquino, quo ritè deinde referretur in album Sanctorum. Romani etiam Pontificis in Urbe Vicarius fuit, quo tempore apud S. Mariam Majorem in Eſquiliis ſanctiſſimæ Deiparæ dedicatum ſacellum conſecravit, ut marmorea ibidem tabula factum enarrat. Anno 1319. Joann. XXII. reparationem Lateranenſis Eccleſiæ ei commiſit, ut ex ſequenti bulla habetur.

JOANNES EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Ven. Fratri Angelo Epiſcopo Viterbienſi, & dilectis filiis Magiſtris Ioanni Provinciali Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Petro Capocio Lateranen. Canonicis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DUm pia conſideratione revolvimus flebilem caſum Lateranenſis Eccleſiæ, permittente Domino, cujus judicia ſunt abyſſum, dudum incendio concrematæ, juſtæ ſubit turbatio mentis, quod reparatio tam præcellentis Eccleſiæ ab univerſis Chriſtifidelibus multa veneratione colendæ, ac Salvatoris noſtri vocabulo inſignitæ, in qua etiam Romano Populo ipſius Salvatoris imago primo viſibilis apparuit, fore dinoſcitur per tot annorum curricula protelata. Nos autem rem dignam, & debitam arbitramur . . . , eadem Eccleſia in tanta ſuæ neceſſitatis articulo Romanum Pontificem, cui ipſius Eccleſiæ cura ſpecialiter imminet, præcipuum habeat adjutorem, quinque millia florenorum auri redacta venditione certorum vaſorum argenti ex argento fel. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, quæ, ut dicitur, in reparatione, & refectione Eccleſiarum Urbis ordinaverat convertenda, in reparationem dumtaxat ipſius Lateranen. Eccleſiæ, & in nullos uſus alios convertenda, ſuper quo veſtras, & cujuslibet veſtrũ conſcientias oneramus, per dilectos filios Joannem Caranzenis, & Paulum Galgani de ſocietate Sobactariorum, ac Rogerium Romanutii, & Sabbam Sabbatinum de ſocietate Romanutiorum de Urbe vobis omnibus, vel duobus ex vobis ad opus dictæ fabricæ ſolvendi ſuis temporibus, prout expediens operi fuerit in Dei nomine, qui dabit incrementum, eidem operi deſtinamus. Vos autem quorum in hoc induſtriam, & fidelitatem elegimus ipſum, cujus res agitur, habentes in hac parte præ oculis ſummoperè ſtudere curetis, ut ſtructura dicti operis ferventer, & fideliter inſiſtatur. Proſpecturi perſpicuè quãtum præter quantitatem hujuſmodi poſſet aſcendere quã-

A *titas uſque ad totalem conſummationem operis opportuna, & quantum in dicto opere ſit proceſſum, quantumque reſtet agendum. Et quicquid ſuper hoc per vos ipſos veritate diſcuſſa cognoſcere, ac per fideles viros* Deum *timentes, & in hujuſmodi arte peritos poteritis edocere, nobis per veſtras literas quantocius inſinuare curetis, ut per inſinuationem veſtram plenius informati, quid ex tunc circa conſummationem dicti operis ſimus acturi, providere, ac ordinare conſultius ad laudem Divini nominis valeamus. Cæterùm volumus, & in virtute obedientiæ vobis diſtrictius inhibemus, ne ſub colore cujuſquam veſtri ſalarii ſuperintendentiæ operis, ſeu laboris quicquam pro vobis de quantitate prædicta recipere præſumatis; ſed omne veſtrum convertatis ſtudium mancipantes illud effectui, ut tota hujuſmodi quantitas, quam in præſentiarum, ut prædicitur, mittimus in ſtructuram dicti operis, & non alibi, ſicut enim cordi gerimus, convertatur. Sufficiat enim vobis aliquales labores piis operibus, & obſequiis divinis impendere, ac nobis, qui fidelem operam veſtram gratam, & acceptam habebimus,*
B *per fidelis devotionis obedientiam complacere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.*

Dat. *Avenione, Idus Martii, Pontif. noſtri an. 4.*

Anno verò 1320. Corneti Diœceſanam ſynodum celebravit, alteram Viterbii in Pentecoſten. an. 1323. in qua ad obedientiam recepit Clerum, & Populum Tuſcanellæ, & Caſtri Corneti, eundemque Clerum inſtante Priore, & Capitulo, ad antiqua jura eorum in electione Epiſcopi, in proceſſionibus, aliiſque functionibus benignè reſtituit, & ſequenti documento ſolidavit.

In nomine Domini. *Amen.*

Nos Angelus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopus. Curis ſollicitamur continuis, & aſſidua meditatione urgemur utilitatibus in illis præcipuè, per quæ animarum ſaluti conſulitur ſtatui debito earundem providetur, nunc novorum editione jurium, nunc antiquorum innovatione, ſollicitè juxta a Deo nobis datam gratiam pro ipſorum quiete, &
C *conſervatione debita intendamus. Sanè Clero, & Populo Civitatis Tuſcanenſis, & Caſtri Corneti, & ejus Diœceſi de inobedientia ſui Paſtoris, in qua diu inimico homine ſeminante zizania fuerant, divina, & Apoſtolicæ ſedis gratia cooperante ad ovile debitum, & animarum ipſorum paſtorem liberaliter redeuntibus, fuit etiam pro parte diſcretorum virorum Prioris, & Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ s. Mariæ de Tuſcana pluries expoſitum coram nobis, quod olim Eccleſia Tuſcanenſi paſtore vacante Prior dictæ Eccleſiæ S. Mariæ vocem primam cum Prælato, & Canonicis dictæ Cathedralis Eccleſiæ in poſtulationem, & electionem Antiſtitis conſuevit habere, & alia quæ ſpectant ad electionem, vel poſtulationem Paſtoris, & de jure, vel de conſuetudine pertinent liberè exercere, ipſumque Præſulem primo ſuæ promotionis tempore, cum ad ipſum præſulatum & ad Civitatem ipſam accederet, in Eccleſia ipſ. s. Mariæ cum hymnis, & canticis debitis, & conſuetis benignè recipere, ipſumque inſtallare, & in ſede ſua cathedrali ponere conſuevit, &. quod Eccleſia ipſa cathe-*
D *dralis Paſtore vacante, donec ei fuerit de Paſtore proviſum, & ipſius Epiſcopatus, & jurium, ac honorum ſuorum pacificam poſſeſſionem adeptus, jura Epiſcopalia in ſpiritualibus, & temporalibus ſub cuſtodia dicti Prioris, & adminiſtratione libera eſſe conſueverunt, & quod Prælatus, & Capitulum dictæ Eccleſiæ s. Petri ſemper conſueverunt, & debuerunt ab eo ſanctum chriſma, ac oleum infirmorum, & quod Prior dictæ Eccleſiæ s. Mariæ in ſynodo, ſeſſ. proceſſionibus, & aliis locis, ubi Tuſcanenſis Epiſcopus adeſt, in dextera parte primum locum juxta ipſum Epiſcopum habere conſuevit, & abſente Epiſcopo in proceſſionibus, & litaniis, & obſequiis mortuorum cum Prælato dictæ Eccleſiæ s. Petri ſimul, & Canonicis accedere, & in eis, & in Eccleſia s. Petri prædicta in diebus feſtivis, & ſolemnibus feſtivitatibus, prout eidem Priori placuit, prædicare licuit, & quod alia jura quamplurima in Eccleſiis, & locis Civitatis, & Diœceſis Tuſcanen. habere conſueverunt, & debent, & quod propter diſcordiam inter Clerum, & Populum Civita-*

tis Viterbienſis, & Tuſcanenſis ſuperius enarratam, & diu protractam Eccleſiæ Civitatis Tuſcanenſis Paſtoris regimine longo tempore caruerunt, & ipſa Eccleſia S. Mariæ juribus ſuis ſuperius ennarratis interim uti ad plenum non valuit, ut debuit, & convenit, & quod à certo tempore citra, Divina, & Apoſtolicæ ſedis gratia cooperante ad nos tanquam ad ipſorum proprium Antiſtitem, & animarum ipſorum Paſtorem liberaliter reducti, & in plena obedientia exiſtant; petiit idem Prior per nos in præſenti ſynodo ad jura ſupradicta reintegrari, reincorporari, manutenerì, & conſervari cum ordinationibus, & debitis clauſulis, & opportunis, ut ſcilicet ſupradicti conditio de jure, vel conſuetudine poſtulat, & requirit. Nos vero viſis, & diligenter perlectis privilegiis Apoſtolicis in ſcriptis quamplurimis, & authenticis documentis confirmationibus quam plurimorum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his loquentibus habitis, & promulgatis, & fide à Clericis, & laicis fide dignis, & diſcretis ſuper his, ac pleniori, & totius prædicti negotii ſerio ordine debito diſcuſſa cum providis viris Capituli noſtræ Viterbienſis, & Tuſcanenſis Eccleſiæ Cathedralis, & cum aliis juris peritis communicato conſilio, & deliberatione habita pleniorum conſiderantes, quod juſtis petentium deſideriis animo reſidentis conveniat libenter concurrere, & ea, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere, opportunè omnimodo, & jure, quibus poſſumus, ordinamus, firmamus, & in præſenti ſynodo definimus, quod Prior Eccleſiæ S. Mariæ Majoris de Tuſcana, quæ antiquitus cathedralis Eccleſia eſſe conſuevit, Eccleſia cathedrali Tuſcanen. & Viterbien. Paſtore carente cum Primicerio, & Canonicis ipſius Eccleſiæ poſſit, & valeat in poſtulationem, & Electionem novi Paſtoris adeſſe, & unus ex eis, & primam vocem, & habeat, & alia, quæ ſpectant de jure, vel conſuetudine ad poſtulationem & electionem Præſulis liberè valeat exercere, & cum primo ad Civitatem Tuſcanenſem ipſum Præſulem venire contigerit, cum hymnis, & canticis debitis in ipſa Eccleſia S. Mariæ primo ipſum recipere in ſua cathedrali Eccleſia in ſede ſua cum Priore, & Canonicis dictæ cathedralis Eccleſiæ inſtallare, & ponere, quod ipſa Eccleſia Tuſcanenſi Paſtore vacante Epiſcopalia jura, & bona Epiſcopatus ſpiritualiter, & temporaliter in cuſtodia dicti Prioris Eccleſiæ S. Mariæ, & adminiſtratione liberale conſiſtant, donec Epiſcopus ibidem canonicè fuerit ordinatus, & quod ipſe Prior, & ejus ſucceſſor, Epiſcopo canonicè ordinato teneatur, & debeat rationem ad ejus mandatum ponere, & reddere de habitis expenſis, geſtis, & per eum adminiſtratis vacante ſede præfata de bonis, & in bonis Epiſcopalibus Tuſcanenſis Eccleſiæ, & reliqua eidem fideliter & liberaliter aſſignare, & quod Capitulum dictæ Eccleſiæ S. Petri teneatur, & debeat, prout conſuevit, à dicto Priore recipere chriſma, & oleum ſanctum, & quod ipſe Prior in ſeſſionibus, ſynodo, proceſſionibus, vel aliis locis, ubi nos, vel ſucceſſores noſtri erimus, primum locum cum Priore ſimul, & Canonicis dictæ Eccleſiæ Cathedralis quoties Prior dictæ Eccleſiæ cum ſuis Canonicis ad dictam Eccleſiam S. Petri, vel ad exequias mortuorum, aut in proceſſionibus acceſſerint, & in ſolemnitatibus, & diebus feſtivis in dicta Eccleſia, & proceſſionibus, prout ſibi placuit, prædicare valeat, & Canonici ſui cum Canonicis Cathedralis Eccleſiæ in dicta Eccleſia, vel proceſſionibus, litaniis, & obſequiis mortuorum ſimul manere & incedere poſſint, & quod univerſa jura, juriſdictiones, immunitates, & bona dictæ Eccleſiæ S. Mariæ ſpectantia, & perſonis in ea degentibus in Eccleſia S. Andreæ de Martha, in Eccleſia S. Herculani de Ponzano in Eccleſia S. Clementis de Tuſcana, in Eccleſia SS. Cataldi, & Bartholomæi, in Eccleſia S. Laurentii, & S. Nicolai, in Eccleſia S. Pantoleonis, cum omnibus juribus, & pertinentiis earundem in hoſpitali exiſtenti juxta Eccleſiam s. Laurentii, & in molendinis exiſtentibus in flumine Marthæ, & Mothira, & in toto plano S. Martini, & in territorio s. Pelegrini, & in quibuſcumque Eccleſiis, & locis competentia contra omnes perſonas, univerſitates, & loca, & jus, quod habet dicta Eccleſia in territorio S. Chriſtinæ, confirmamus, approbamus, & dictos Priorem, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ad prædicta, & quælibet prædictorum omnimodo jure, quibus melius poſſumus, & valemus, reintegramus, reſtituimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris juribus univerſis ſpectantibus, & pertinentibus, tam ad legem Diœceſanam, quàm ad legem juriſdictionis, tam in dicta Eccleſia S. Mariæ, & perſonis eius, & bonis, & in aliis Eccleſiis, & bonis Eccleſiaſticis dictæ Civitatis, & diœceſis ſemper ſalvis, & reſervatis, quibus per hanc non intendimus in aliquo derogare. Recenſentes itaque ſupradicta ad laudem Dei, & glorioſæ Virginis Matris ſuæ, & B. Petri Apoſtoli, & ad augmentum divini cultus, & ad conſervationem jurium Eccleſiarum prædictarum, monemus ſupradictarum Eccleſiarum Prælatos, Canonicos, clericos, & omnes alios cujuſcumque dignitatis, & mandamus, quod ſupradicta omnia, & ſingula debeant inviolabiliter obſervare, ſicut canonicam cupiunt effugere ultionem. In quorum omnium teſtimonium præſentes fieri mandavimus noſtri ſigilli appoſitione muniri.

Datum Viterbii in Eccleſia B. Laurentii noſtra Cathedrali ſub anno Dom. 1323. tempore ſanctiſ. Patris, & D. noſtri Joannis Papæ XXII. 6 menſis Maii die 16.

Ejuſdem Joannis XXII. in Italia Vicarius Apoſtolicus conſtituitur Angelus eodem anno, quo tumultuante populo, cum Sylveſter Gattus nobilis Viterbienſis patriæ dominium affectaret, ex illa ejectus eſt; Angelus verò tunc Romæ agens, eundem Sylveſtrum rebellem Eccleſiæ pronunciavit. Interim Ludovicus Bavarus Eccleſiæ hoſtis à Sylveſtro Viterbii exceptus, in dominio Civitatis confirmatur, & Pandulphus Capoccius Capoccii filius, Raynerii Cardinalis pronepos ab eodem Imperat. Viterbienſem Eccleſiam obtinuit anno 1328. & per annum fere tyrannicè occupavit. Verum Civitas à Joanne Cajetano Cardinale Urſino Apoſtolicæ ſedis legato, trucidato Tyranno, recepta, Pandulphus pſeudo Epiſcopus in carceribus detruſus, mœrore confectus, miſere interiit. Angelus, extincto Pandulpho, Epiſcopalem ſedem reaſſumpſit, eamque ſumma cum ſui nominis laude rexit ad annum uſque 1343. Romæque fato functus eſt, atque ſepultus apud s. Mariam ſupra Minervam prope ſacram turrim; ubi cernitur conſtructum s. Hyacinthi Sacellum, legiturque ejuſdem Epitaphium ſub ejus gentilitiis ſtemmatibus, quæ hominem ſpatam manu tenentem exprimunt, cum ſex ſubjectis, regulis, tribus croceis, rubeis reliquis, quas iterum cum campo interſecant alba faſcia.

Hic jacet V. D. P. Angelus de Tineoſi de Urbe Viterbien ac Tuſcanenſ. Epiſcopus, qui fuit Inquiſitor miraculorum S. Thomæ de Aquino, & Vicarius Domini Papæ, qui obiit anno Domini MCCCXLIII. d. VII. Decembris cujus Anima requieſcat in pace Amen.

23. PETRUS electus fuit Epiſcopus Viterbienſis XXIII
1341. reſignante Angelo. Vix annum integrum in ea dignitate explevit, redlitque ea dignitas ad Angelum, qui eam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1343. in quo quidem anno exceſſit.

24. BERNARDUS de Lacu Gallus, ſacrorum Canonum doctor, Ruthenenſiſque Canonicus, Patrimo- XXIV
nii S. Petri Rector, Generaliſque ductator, ferox juvenis, atque magnorum ſpirituum, electus fuit Epiſcopus anno 1344. 8. Idus Februarii à Clemente VI. ex reg. vat. ep... Hunc deturbavit de Urbe Cola Rentius, ubi nomine Papæ Clementis publicam rem adminiſtrabat. Cum enim Rentius Senatoriam dignitatem ſibi uſurpaſſet, ſenſim in Tyrannum cœperat degenerare. Expiravit ex hoc ſeculo Bernardus ann. 1348.

25. JOANNES electus ex Epiſcopo Forolivienſi XXV.
Non. Martii 1348. ex reg. Vatic. epiſt. 205. fol. 122. Avenione deceſſit, antequam ſibi concreditam Eccleſiam videre potuiſſet anno eodem.

26. PETRUS Pinus nobilis Beneventanus, Epi- XXVI
ſcopus Forolivienſis, à Clemente VI. huc translatus ann. 1348. 4. Idus Decembris, ſucceſſit Joanni, ex reg. Vatic. ep. 24. fol. 115. pauciſque exactis menſibus hoc eſt 5. Kal. Julii ad Veronenſem, indeque ſequenti an. 6. Kalen. Auguſti ad Petragoricenſem Eccleſiam in Galliis, pauloque poſt translatus ad Beneventanam

Ec-

Eccleſiam 6. Kalen. Decemb. 1350. ex eodem reg.

XXVII. 27. **NICOLAUS** ex Priore S. Angeli de Spata Viterbienſis, ejuſdem Civitatis Epiſcopus effectus eſt anno 1350. 13. Kal. Decemb ex reg. Vat. ep. 23. fol. 41. ann. 9. Synodum valdè ſalutarem menſe Majo celebravit anno 1356. In oppido Montis Alti ſuæ Diœceſis, cujus conſtitutiones adhuc extant. Urbanum V. excepit in Epiſcopio, ejuſque temporibus inferior S. Joannis Baptiſtæ maxilla reperta eſt in Cathedrali, cujus inventionis memoria in eodem loco verſibus conſcripta perennat.

Denotat hoc ſignum Locum reverentia dignum.
Pluribus in annis latuit hic Teſta Joannis.
Inventa anno Domini 1367.

Hic Nicolaus anno 1387. menſe Januario Romam rediit, Urbemque ab interdicti cenſura, quam incurrerat, Clementis VII. Antipapæ partes fovens, exſolvit. Vixit Nicolaus ad annum uſque 1385. Urbani VI. partes ſecutus.

XXVIII. 28. **JACOBUS** ſublectus eſt ab Urbano VI. anno 1385. 3. die Novembris S. Eccleſiæ Romanæ Theſaurarius fuit. Obiit 1390.

XXIX 29. **JACOBUS** Raynerii Viterbienſis Phyſici filius, à Bonifacio IX anno 1391. Patriæ Epiſcopus electus ſucceſſit Jacobo, eodemque tempore Clemens VII. Pſeudopontifex Lucido de Nicoſia eandem Eccleſiam commendavit, qui eam factioſis hominibus adjutus occupavit ad annum uſque 1395. Quo expulſo Jacobus Epiſcopalem Cathedram pacificè adeptus eſt. Hic eſt ille Jacobus, qui latiſundiorum ſuorum dimidiam partem Vaticanæ Baſilicæ munificentiſſimè legavit, ut habet Menologium antiquiſſimum ejuſdem Baſilicæ. Deceſſit anno 1418.

XXX 30. **JACOBUS** de Ugozzolinis, nobilis Viterbienſis, ex alterius Eccleſiæ Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam translatus eſt ann. 1418. 16. Kal. Januarii poſt exceſſum Jacobi, cujus fuerat vicarius. Poſtremum ſuum condidit teſtamentum anno 1429. inque Cathedrali ſibi delegit ſepulturam, ubi paulo poſt decedens, honorificè conditus jacet.

XXXI 31. **JOANNES** de Cechinis de Caranzonibus Romanis ad hanc dignitatem aſcendit anno 1430. 4. Idus Februarii. Hujus temporibus Balneoregienſis Eccleſia Viterbienſi conjuncta eſt anno 1439. 4. Idus Februarii, ac paulo poſt ab eadem ſejuncta, illique proprius paſtor attributus. Deceſſit autem Joannes anno 1460.

XXXII. 32. **PETRUS FRANCISCUS** *a* Viterbienſis, Archipresbyter antea S. Sixti, Patriæ ſuæ Epiſcopus ſublectus eſt anno 1460. die 13. menſis Junii Pio II. ſedente. E vivis deinde exemptus eſt anno 1472. die 4. menſis Auguſti, ætatis vero ſuæ 70. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Hic piis hominibus poteſtatem fecit exædificandi Eccleſiam S. Mariæ ad Quercum extra Viterbium. Rerum Eccleſiaſticarum, cultuſque Divini paſtor ſtudioſiſſimus fuit, cenſuſque Epiſcopales adauxit, ſacrarium exornavit, in cujus adhuc laqueari ejuſdem gentilitia ſpectantur inſignia, in quibus cum duabus columbis pinus exurgit, altera verò pars diſtincta vaiis, ut vocant. („ *A*„ *venione præſens fuit teſtamento Dalphinæ de Caſtro*„ *novo cum Epiſcopo Eugubino.* Lucent.)

„ *In Florentino vero Archivo in Inſtrumento rogato*
„ *per Jacobum Antonii de Romena ad an.* 1438. *Pe*„ *trum ſic appellatum invenio.* D Petrus Franciſci
„ Archipresbyter S. Sixti de Viterbo, olim Magi„ ſter ſcholarum Eccleſiæ Florentinæ, nunc Capel„ lanus dictæ Eccleſiæ. *Salvinus.*)

a Laudatur à Leopoldo del Migliore in Fir. illust. p. 55. Mand.

XXXIII. 33. Fr. **FRANCISCUS MARIA** *b* de Scellonibus Mediolanenſis, Ordinis Minorum, electus anno 1472. die 30. menſis Septembris. Umbriam nomine Sixti IV. frænavit an. 1475. Fato functus eſt 1492. in Cathedrali ædificavit ſacellum, ubi hactenus ejus gentilitia inſignia ſpectantur, exornavitque Epiſcopale Palatium.

b E Familia Septala dicitur à Picenello in Athen. Liter. Mediol. p. 183. ubi plura de eo. Mand.



34. **MATTHÆUS** Cibò Genuenſis, ſubl ectus eſt anno 1492. deceſſit autem 1498. XXXIV.

35. **RAPHAEL** Riarius Diaconus Cardinalis tit. S. Gregorii hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1498. die 24. menſis Auguſti, ad ſeptem omnino annos. XXXV.

(„ *Obiit an.* 1505. *Viterbii Cardinalis Raymundus*
„ *Peraldi, quem Garimbertus perperam Viterbien*„ *ſem Epiſcopum dicit.* Lucent.)

36. **OCTAVIANUS** Vicecomes de Riariis, Savonenſis, ex ceſſione Raphaelis Cardinalis, electus fuit Epiſcopus Viterbienſis anno 1508. die 16. menſis Septembris, Lateranenſi Concilio interfuit *c*. E vita deceſſit 1523. XXXVI.

c an. 1512. & 1517.

37. Fr. **ÆGIDIUS** *d* Caninius Viterbienſis, Generalis olim Ordinis Eremitarum, à Leone X. vocatus ad purpuram in Viterbienſem Epiſcopatum ſucceſſit anno 1523. die 2. menſis Decembris. Hic honeſtis parentibus natus eſt, educatuſque in ordine fuit ſub diſciplina Mariani Genezanenſis, quem, ut ſcribit Politianus, in nobilium artium aſſecutione longè ſuperavit, ac vicit. Quamobrem jure Jovius Ægidiũ artis Theologiæ decus, ornamentumque appellat. Diſertiſſimus concionator fuit, itaut Paulina energia ad ſe traheret, configeretque animos. Sub Julio II. Pontifice in Lateranenſi Concilio luculentiſſimam orationem habuit, quam Sadoletus vir doctiſſimus veriſſimis laudibus in Cœlum tollit, auctoremque ſui ſeculi clariſſimum lumen appellat. Legatione functus eſt ad Venetos, regem Neapolitanum, Peruſinoſque, quos demum ad Eccleſiaſticum Imperium compulit. In omnibus fere enituit facultatibus, diſciplinaſque, quas aſſecutus eſt, peregrinarum linguarum peritia exornavit. Innumera propemodum reliquit monumenta ingenii; quæ adhuc in Angelica bibliotheca aſſervantur. Deniquè cum Ægidii in Univerſalem Eccleſiam inmortalia merita eſſent, à Leone X. literatorum Mæcenate inter purpuratos patres cooptatus eſt, ac Patriarcha Conſtantinopolitanus declaratus, miſſuſque in Hiſpaniam legatus, ut Carolum V. Cæſarem, Iberiæque populos in Selymum, qui toti Reipublicæ Chriſtianæ exitium minitabatur, armaret. Variarum Eccleſiarum, ut ſupra docuimus, adminiſtrator fuit, aliaque quamplura adminiſtravit cum dignitate, quæ Cardinalitiam dignitatem non dedecerent. Non modo ab iis, qui per id ſeculum vivebant, egregias tulit laudes, ſed etiam meruit, ut inter doctos viros inſignis Jovii elogio referretur. Romæ deceſſit anno 1532. pridie id. Novembris ſexagenarius, ſepultuſq; eſt in Auguſtiniano templo ante principem aram, ubi in pergrandi marmorea Tabula hæc inſculpta verba leguntur. XXXVII.

d Plura de Ægidio reperies, eaque ſcitu digna apud Gandulphum in diſſert. de Script. Auguſtinianis p. 16. Mand.

D. O. M.
Ægidio Viterbienſi Cardinali Gabriel Venetus Generalis Poſuit M. D. XXXVI.

38. **NICOLAUS** Cardinalis Rodulphus Florentinus hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1532. die 16. menſis Decembris, illamque poſt menſes ſeptem cum regreſſu reſignavit. De hoc Cardinali vide inferius in Archiepiſcopis Florentinis tom. 2. XXXVIII.

39. **JO. PETRUS** de Graſſis Bononienſis, Cardinalis Rodulphi familiaris, ex ejuſdem ceſſione Epiſcopatum obtinuit die 7. menſis Julii ann. 1533. è vivis XXXIX.

exemptus eſt circa annum 1544. regreſſaque eſt ejus Eccleſiæ adminiſtratio ad ſupradictum Cardinalem, quam deinceps adminiſtravit uſque ad annum 1548. iterumque eo munere ſe abdicavit. A

XL. 40. NICOLAUS Ugolinus *a* de Monterchio civis, ac Canonicus Florentinus, electus eſt anno 1548. die 16. menſis Maji. Deceſſit anno 1551. ejus gentilitia ſtemmata unicornium anhelans erant.

a Ugolinellus. Obiit autem an. 1550. 2. Novemb. *Salvinus*.

XLI. 41. SEBASTIANUS Gualterius *b* Archidiaconus, civiſque Urbevetanus, ad hanc dignitatem ſubvectus eſt ann. 1551 die 30. menſis Januarii, Julio III. ſedente, cujus antea à ſecretis conſiliis fuerat. Ejus Eccleſiæ poſſeſſionem ſolemniter iniit die 31. m. Junii ejuſdem anni. Vir erat doctiſſimus, interque Tridentini Concilii Patres aſſedit, ejuſdemque Concilii Acta in 13. volumina accuratiſſimè digeſſit, quæ Paulus Gualterius hactenus diligentiſſimè aſſervat, in quibus viſuntur incredibili diligentia pleraque adnotata, quæ in eo Concilio tractata ſunt, atque diſcuſſa, ita ut ne latentium quidem quæſtionum nodos, ſolutioneſque omiſerit. Viterbium indè reverſus, ſynodũ ſalutarem celebravit 1564. totamque ſuam Diœceſim ad regulam Tridentini Concilii nuper celebrati accuratè compoſuit: Pii III. apud Regem Francorum Orator fuit, cum in eo Regno civilia arma maximè exſonarent. Viterbii deceſſit die 26. menſis Septembris anno 1566. ſepultuſque eſt in Cathedrali ante altare Majus. In Urbevetana Cathedrali ejuſdem patria apud Sanctiſſ. Sacramenti ſacellum in tanti viri memoriam hoc illuſtre extat Elogium. B

b Hujus meminit Pallav cinus in hiſt. Concil. Trident. *Mand.*

D. O. M.

Sebaſtiano Gualterio Epiſcopo Viterb. viro probitate, integritate, rerum maximarum uſu, animique magnitudine, ac in ſecunda fortuna perpetua conſtantia clariſſimo, Julio III. Marcello II. Paulo IV. Pontiff. Max. quod Catholicæ Religionis defenſor acerrimus, quodque in legationibus, in Galliam ſemel, atque iterum obeundis, rebuſque in Tridentina Synodo præclare gerendis ſumma fide, ſummoque prudentia præditus eſſet. Gratiſſima ſuis, aliiſque omnibus, quod de ipſis benè merendo omnes omnium charites, beneficentiaſque ſuperavit clariſſimo. Julius Gualterius heres ex teſt. poſ. vixit ann. LIII. menſ. VIII. dies III. Obiit XXVI. Septembr. MDLXVI. C

XLII. 42. JO. FRANCISCUS Cardinalis Gambara, Brixienſis, Epiſcopus effectus eſt an. 1566. die 7. menſis Octobris. Cathedralem exornavit, eamdemq; ad meliorem architectonicæ artis formã traduxit, multaſque reliquias ſanctorum, quæ hac illacque ſine decore jacebant, in eandem intulit Cathedralem, celebrata in ea Synodo, quæ poſteritati prodiiſſet. Cumque ſe eo Epiſcopatu abdicaſſet, Romam conceſſit anno 1576. ubi uſque ad annum 1587. vitam omnibus ſuſpiciendam extendit. Deinde Non. Maji, omnium ingẽti mærore deceſſit, ætatis ſuæ anno 54. cum per ea tempora Cardinalis Prænestinam dignitatem ſuſtineret. Cujus cadaver ex teſtamẽto relatum Viterbiũ apud S. Mariam de Quercu tumulatum, eſt ubi citra ullum elogium requieſcit in ſacello majori ſubter gradus; Prælatus ſanè, qui ob exaggeratas virtutes, famam Uberti Cardinalis Patrui viſus eſt ſuperaſſe, qui ſub Paulo III. honorem Purpuræ decoravit. D

XLIII. 43 CAROLUS Montilius è Caſali Montisferrati, Archiepiſcopus Amalphitanus, Gamberæq; Cardinalis ſuffraganeus, eidem ex ceſſione ſucceſſit anno 1576. die 28. menſis Maji. Apoſtolicus viſitator fuit in Inſubria Civitatis Alexandrinæ, ejuſdemque Diœceſis, inque ſua Cathedrali ſynodum celebravit anno 1684. ſubque Gregorio XIV. apud Franciſcum Mediceum Etruriæ Ducem legatione functus eſt. Sub Clemente vero VIII. in Gallicana legatione Cardinali Seghæ attributus collega, ac particeps conſiliorum, anno 1594. die 10. menſis Aprilis fato conceſſit, cum prope Orbellum fœderatum exercitum comitaretur. Montilia familia gerit pro inſigniis gentilitiis bipartitum ſcutum.



44. HIERONYMUS Matthæuccius *c* Firmanus, Archiepiſcopus antea Raguſinus, deinde Sarnenſis Antiſtes, ad Eccleſiam hanc tranſlatus eſt die 5. menſis Decembris 1594 Hic ad multos annos tum in Italia, tum in Gallia S. Apoſtolicæ Sedi magno uſui fuit. Viterbii è vivis exemptus eſt anno 1609. 13. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali, cum hac inſcriptione. XLIV.

c De eo Bentivolus in Memoriis pag. mihi 168. *Mand.*

D. O. M.

Hieronymo Matthæuccio Firmano, Raguſinorum Archiepiſcopo primum, deinde Sarnenſi, demum Viterbienſi Epiſcopo, Legatione apud Venetos, urbis Prætura ſumma exercituum Eccleſiaſticorum adminiſtratione in Gallia, & Belgio, Pannonia, ac Ferrarienſi bello maxima cum laude probitatis, & induſtriæ perfuncto, animo in laboribus, ac rebus adverſis perferendis infracto, in ſecundis, quas tantum vix unquam aſpexit, moderato. Obiit XIII. Kal. Febr. MDCIX. ætatis vero ſuæ LXV.

45. LANFRANCUS Margottus *d* Parmenſis, vir doctrinæ, ſingulariſque eruditionis, maxime in iis, quæ ad expediendа conſilia videentur ſpectare, à Clemente VIII. Apoſtolicus Cubicularius declaratus eſt, atque ad trepida, difficillimaque negotia adhibitus, cujus etiam cum integra fide, operaque Paulus V. Pontifex diuturniori mora uſus fuiſſet, Lanfrancum purpura cohoneſtatum anno 1608. die 24. menſis Novembris, ad Viterbienſem extulit dignitatem, ann. 1609. die 36 menſis Januarii. Interea Lanfrancus aulicis diſtentus negotiis, Viterbienſem Eccleſiam nunquam præſens adminiſtravit. Romæ deceſſit anno 1611. ſepultuſque eſt apud S. Petrum ad Vincula cujus titulo cohoneſtabatur, ubi in pulchro marmoreo ſepulchro hoc legitur Epitaphium. XLV

d Videndus de eo Nicius Pinacoth. 1. imag. 71. & Bentivolus in ſuis memoriis p. mihi 148. *Mand.*

Lanfranco Margotto Parmenſi S R. E. Card. tit. S. Petri ad Vincula, qui duorum Pontificum Clem. VIII. Pauli V. negotiis cum orbis Principibus ſumma prudentia, ſtyloque optiſſimo, eruditiſſimoque pertractatis, in eoque unus omnem ætate ſua laudem promeritus, à Paulo V. in ſac. Cardd. Coll. cooptatus, prius vitæ, quam gloriæ curſum viſus eſt obiiſſe. Octavius Margottus Frater M. P. Vixit ann. 52. menſ. 11. obiit an. 1611. pridie Kal. Decembris.

46. TIBERIVS Mutus, nobilis Romanus, filius Caroli Ducis Vallis Mutiæ, Paulo V. propior affinis, S. Petri Canonicus, ac ejuſdem Pontificis Pincerna, ab eodem Pontifice Epiſcopus ſublectus eſt anno 1611. die 5. menſis Decembris, cujus Eccleſiæ poſſeſſionem ſolemniter iniit die 26. menſ. Februarii inſecuti anni. Anno vero 1614. ſaluberrimam in Cathedrali ſynodum celebravit, Eccleſiamque Viſitationis Monialium ordinis Ciſtercienſis dedicavit, quam vulgo monaſterium Duciſſæ appellant; alteramque S. Paulo ſacram Ædem Capuccinorũ Fratrũ domiciliũ conſecravit, univerſamque ſibi concreditam Diœceſim magna animorum jucunditate, & fructu perluſtravit; quibus clareſcentibus meritis, anno 1615. die 2. menſis Decembris, ab eodem Pontifice ad purpuram vocatus eſt, applaudentibus cunctis. Per multos annos Viterbienſem re- XLVI

xit Eccleſiam, itaut cum ob ſingularem prudentiam, pietatemque à cunctis cujuſcumque ordinis hominibus meritam laudem ſuiſſet aſſecutus, decedens etiam bonorum omnium lachrymas excivit. Vita functus eſt Viterbii anno 1636. ubi in Cathedrali tumulatus quievit, vel ob id Præſul æterna memoria dignus, quod ſemel ſibi concreditam ſponſam, nunquam reliquit, ſed præſentia fovit, adauxit. Hoc in Tumulo habet epitaphium.

D. O. M.

Tiberio tit. S. Priſcæ S. R. E. presbytero Cardinali Muto Romano Viterbienſis, ac Tuſcanenſis Eccleſiæ Epiſcopo, pio, munifico, juſto, Eccleſiaſticæ libertatis propugnatori, populis ſibi commiſſis non exemplo minus, quam legibus annos XXV. gubernatis, reſtauratis Epiſcoporum commoditati palatiis, communi civium luctu ex humanis erepto 18. Kal. Maii, anno ſalutis 1636. Aetat. 72.

XLVII 47. ALEXANDER Card. Cæſarinus, ab Urbano VIII. qui illum promoverat ad Purpuram, hunc Epiſcopatum obtinuit an. 1636. 26. Aprilis. Seminarium reſtituit: præfuit annos 2. & libere reſignavit. Princeps ſanè dignus majoribus, dignus doctrina, dignus fortuna ſua; cujuſque anni ab publicæ rei Chriſtianæ commodum æmulentur Neſtoreos.* Morte ſublatus eſt Romæ die 16. Jan. 1644. hora 13. ſolemni pompa in Aracœlana eccleſia in Majorum ſepulchro humatus eſt.

* Ex App. t. 1.

XLVIII 48. FRANCISCVS MARIA Cardinalis Brancaccius Neapolitanus, die 20. Septemb. 1638. Epiſcopus Viterbienſis deligitur. Urbem ſolemni pompa, omniumque lætitia ingreſſus 25. Novembris. Diœceſim ſtatim viſitavit, Synodum celebravit; Seminarium ab Anteceſſore inchoatam firmavit. Nunc Gregem ſibi commiſſum pietate, doctrina, & ſedulitate fovet, & tuetur,

A D D I T I O.

(„ *Nobiliſſimarum diſſertationum volumen edidit „ ann. 1672. jam quartò, noviſſimèque Comitiis in- „ terfuit Vaticanis, plurimumque ſuo voto in iis pro- „ fuit electioni Clementis X. dum & ipſe Apoſtolatus „ apice dignus commendaretur, cujus merita ſublimia „ proſpiciens noviter electus Pontifex, ubi hanc Infu- „ lam Franciſcus dimiſit, eam in nepotem Stephanum „ libentiſſimè tranſtulit: obiit denique Epiſcopus Cardi- „ nalis Portuenſis, ut ibi effati ſumus. Jacet, in „ Templo Nominis Jeſu cum hac Epigraphe.*

D. O. M.

„ Hic vocem Angeli reſurrectionis, & ad- „ ventum magni Dei, & Salvatoris noſtri „ Jeſu Chriſti Franciſci Mariæ Cardinalis „ Brancatii Epiſcopi Portuen. Oſſa, cine- „ reſque ejuſdem Peccatoris expectant. „ Obiit An. MDCLXXV. ætatis LXXXIII.

„ Hanc nudo Nominis nudoque in lapide non „ laudes, non ſculpturæ ornamento decora- „ tam epigraphem, Uti Teſtamento ille ri- „ goroſè præſcripſerat Sic opere religioſe in- „ ſcriptam voluit, poſuitque Stephanus Ar- „ chiepiſcopus Brancatius, Epiſcopus Viter- „ bienſis, ex Fratre Nepos, & Hæres, ne „ tanto Patruo moderationis ſibi obedientiæ „ gloriam invideret An. ſalutis MDCL „ XXVIIII. alio loco tantis virtutibus tan- „ tiſque in ſe beneficiis Monumentum di- „ gnius exſtaturus.

„ *Extant hujuſce Cardinalis Litteræ plures ad di- „ verſos, Summa elegantia, ſummaque eruditione „ conſcriptæ. Carmina quoque nonnulla. Agunt de eo „ Auctaris Ciaconii, Oldoinus in Athenæo Romano, „ Nazarius in Diariis Litteratorum, aliique multi.*

XLIX „ STEPHANUS *Brancaccius memorati Franciſci Mariæ Cardinalis nepos, ex cujus ceſſione fa- „ ctus eſt Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopus abſo- „ lutus à Vinculo Hadrianopolitanæ Eccleſiæ, quo de- „ tinebatur die 2. Junii 1670. In humanioribus, li- „ teris, clariſque diſciplinis educatus, necnon le- „ gum ſcientia excultus, inſignia Doctoratus retu- „ lit. Romanæ in Aula Prælatorum utriuſque Signaturæ „ numero adſcriptus, & unus ex duodecim votantibus; „ qui in diverſis Civitatibus, & præſertim Peruſiæ „ Gubernator extitit. Inter eos ſacræ Conſultæ, & „ Viſitationis Apoſtolicæ mox cooptatus eſt, unus de- „ inde ex Conſultoribus dictus univerſalis Inquiſitio- „ nis, Sacrarum Congregationum Concilii, & Reſi- „ dentiæ Epiſcoporum Secretarius, item unus ex Præ- „ latis ſuper ſtatu Regularium. Pro Pontificia aſſiſten- „ tia decore Adrianopolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopali „ titulo auctus fuit die 5. Maii 1660. & præcipiente „ Alexandro VII. Apoſtolicum Nuncium egit apud „ M. Etruriæ Ducem. Is in muneribus explendis il- „ libatam cum impendiſſet operam Cardinalem ſe re- „ nunciatum audivit die 1. Septemb. 1681. Erga oves „ ſibi commiſſas pietatem ſuam, & charitatem omnem „ cum explicaret, lento, & longiori morbo correptus „ interiit die 8. Septemb. 1682. in Cathedrali ſepul- „ chro traditus cum hoc epitaphio.*

A (margin letter at the top of column 1424)

B *D. O. M.*

„ Stephani Brancaccii Neapolitani in A- „ poſtolicæ ſedis obſequium variis muneribus „ annos ultra quaterdenos perfuncti Fran- „ ciſci Mariæ Cardinalis Brancaccii Viter- „ bien., & Tuſcanen. Epiſcopi, ex Fratre „ Nepotis & in utraque Cathedra Succeſ- „ ſoris, Cujus animi magnitudinem, pru- „ dentiam, & Lenitatem fama teſtatur; „ Hujus Baſilicæ ipſius munificentia nitidio- „ rem in formam tranſlata, Sacrario pre- „ tioſa ſupellectile ditato Optime meriti. „ Ab Innocentio XI. D. O. M. purpura de- „ corati. Poſtmodum ſolis curſus vix exacto „ ſpe Mundi deluſa è vivis erepti. VI. Idus „ Septembris à Partu Virginis Anno M. D. „ C. LXXXII. ab ejus natali LXIV. Anima „ cœlum poſſidet. Cineres hic urnæ conduntur.

L. „ URBANUS *Sacchettus Romanus, ex utroque „ parente nobili genere natus, ad has Sedes promotus*

C *„ 29. Martii 1683. Is Julii Cardinalis Patrui ſui ex- „ citatus exemplis ad omnem pietatem educatus poſt „ humaniores literas legalis diſciplinæ lauream a- „ deptus inter Romanæ Curiæ Prælatos cooptatus eſt, „ poſt varios laudatiſſimè emenſos gradus ex Cameræ „ Apoſtolicæ Clerico, & Generali Auditore ab In- „ nocentio XI. Diaconus Cardinalis S. Nicolai in „ Carcere Tulliano renunciatus eſt die 1. Septembris „ ann. 1681. inter Presbyteros deinde connumeratus „ Titulum obtinuit S. Bernardi ad Thermas. Pari „ vigilantia, atque prudentia Viterbienſe ovile dum „ adminiſtrat, pertinaciſſimos in morbos incidit; hinc „ nequid detrimenti ex ſua ægra valetudine, atque ab- „ ſentia, in Urbe Roma detentus, pateretur, eccleſiam „ remiſit libere in manibus Pontificis Innocentii XII. „ anno 1700. Sacris Cardinalium Congregationibus „ adſcriptus Boni. Regiminis, Conſultæ, Epiſcopo- „ rum, & Regularium, propaganda Fidei, & Rituum „ Obiit tandè Romæ 6. Apr. 1705. in templo S. Jo. Ba- „ ptiſtæ Florentinorū in majorum Sepulchro tumulatus.*

D LI. „ ANDREAS *Sanctacrucius nobilis Romanus, „ nobilioribus excultus diſciplinis, magno animi præ- „ ditus, & prudentia inſignis, inauguratus Archi- „ epiſcopus Seleucienſis primùm ad Regem Poloniæ, „ deinde ad Cæſarem Nuncius Apoſtolicus miſſus Ro- „ mana Purpura decoratus eſt die 14. Novemb. 1699. „ obtenta Eccleſia Titulari S. Mariæ de Populo, & „ ex ceſſione Cardinalis Sacchetti hac obtinuit Sedes „ die 24. Jan. 1701.* Lucent.)

(„ *Obiit Romæ X. Maii ann. 1712. ejus cadaver „ delatū fuit poſt ſolemnes inferias ad templum S. Ma- „ riæ de Publicolis ſub jure familiæ de Sanctacruce.*

LII. „ MICHAEL *Angelus Cardinalis de Comitibus „ ex Epiſcopatu Auximano tranſlatus eſt ad Viterbien. „ & Tuſcanen. 1. Auguſti 1712.)*

VOLATERRANI
EPISCOPI.



a Vulgò Volterra.

QUI VOLATERRANAM a Civitatem inter duodecim Etruriæ principes Civitates numerant, illiusque nobilis Provinciæ caput appellant, ii profectò circa ambages antiquiſſima eſſe oſtendunt. Volaterranus in Commentariis Urbanis, à Tyrrheno Lydorum Duce, qui illac præterivit ante Trojanum bellum 100. antè verò conditam Romam an. 500. vult fuiſſe fundatam, ac Volaterram appellatam, quaſi Tyrrhenorum vel Vallem, vel Arcem, vel Oppidum. Qui ei Civitati antiquiorem originem conantur adſtruere, ſanè cum Annio, cumque fictitio Catone vaticinantur, inſaniunt. Quos ſecutus Neotericus quidam, temporum eruditis ſanè excuſſum riſum commovit, cum de Volaterris ſimillima fabulis proferret ad laudem ingenii. Ejus meminit Ariſtoteles in lib. de mirandis ſub nomine Oenareæ, quam Volaterram ipſiſſimam eſſe contendit Cluverius, ſuſpicaturque vocabulum fuiſſe corruptum. Ejuſdem Civitatis ſitum graphicè lib. 5. deſcribit Strabo, cum ita inquit. *Volaterranorum ager mari alluitur. Urbs ipſa ſita eſt in valle profunda, ſuper Collem excelſum, & undequaque præcipitem, plano vertice, in quo Urbis condita ſunt mœnia. Acceſſus ad eam eſt, XV. ſtadiorum ab imo.* Eandem memorat Dionyſius Halicarnaſſeus, cum narrat Etruſcos à Latinis contra Tarquinium Superbum fuiſſe ſollicitatos. Volaterrarum meminerunt etiam pluribus in locis Livius, Cicero, Plinius, aliique quamplures. Colonia Romanorum fuit, ut affirmat Frontinus: *Colonia Volaterrana lege Triumvirali eſt aſſignata.* Fuit etiam eorumdem Municipium, ut ex Cicerone pluribus in locis perſpicuè eruitur, præcipuè autem in Oratione pro domo ſua, ubi non modò Volaterranos Cives vocat, ſed optimos Cives Romanos. Sub ſæva proſcriptione Syllæ omnium bonorum, fortunarumque ſenſere proſcriptionem, quod profugos Marianos excepiſſent hoſpitio. Conſule deinde Cæſare, ad veteres dominos rediere ademptæ fortunæ. Ab ſuo exordio Civitas potentiſſima fuit, itaut etiam ad litus maris Civitatem nomine Etruriam ſtænaret, quam deinde ut contumacem mulctavit excidio. Ex Romani Imperii ſive felici, ſive infelici fortuna pependit. Ex pluribus conjecturis narrat Volaterranus poſſe deduci, Volaterria, tanquàm totius Etrurię tutiori loco Longobardos victores ſedē fixiſſe. Conſtat autem à Pannoniis, quos Americus Volaterranus Comes contra Berengarium in Etruriam provocavit, perfidiosè fuiſſe aliquando exciſſam, deinde ab Othone Imperatore reſectam, ab eoque Othoniam vocatam, quod vocabulum imperito vulgo corrumpente, in Antoniam legimus degeneraſſe. Sed Othoniæ tunc nomen excuſſit, cum ſe aſſeruiſſet in libertatem: quam diu tutata eſt per duos Conſules, aliiſque magiſtratus, quos publicæ adminiſtrationis admovebat ad clavum. Cum autem deinde etiam Volaterris Guelphorum, ac Ghibellinorum noxioſiſſimæ factiones invaluiſſent, non modò Cives in Cives deſævierunt, ſed externorum etiam patuerunt injuriæ. Florentini ſiquidem, cum irrequietos Volaterranos obſidione cinxiſſent, denique debellatis eas ſervitutis leges ſcripſere, quibus uſque ad hanc noſtram ætatem fideliſſimè paruerunt. Adierunt tamen ſupremum propemodum excidium Volaterrani, Ferruccio impigro Florentinorum Duce impugnante, cum in obſidione Urbis Florentiæ defeciſſent ad Cæſarianos. Cæterùm cum Medicei Florentino Principatu potiti fuiſſent, Volaterranis aurea pax viſa eſt rediiſſe; hodieque ſub Ferdinādo II. æquiſſimis legibus illorum Civitas conſtituta, omni timore procul conquieſcit. Chriſtianitatis autem exordium civile Volaterranum principium viſum eſt mirum in modum cumulaſſe. Siquidem Etruſcarum Civitatum prima fuit, quæ Romulo, illuc à S. Petro Apoſtolo directo, prædicante, Chriſtiana ſacra ſuſcepit, cumque illius Civitatis primus Epiſcopus illam optimis legibus, normaque morum inſtituiſſet, Feſulis, Florentiæq; eamdem Evangelii lucē aperuit. Credere autem par eſt, S. Linū Volaterranum, qui poſt S. Petrum Apoſtolicæ præfuit Eccleſiæ, Patriæ ſuæ maximo uſui, adjumentoque fuiſſe. Itaque cum Volaterrani Catholicam veritatem uſque ad Arrianorum tempora illibata retinuiſſēt, longè, lateque deindè à ſerpente illa teterrima lue. & ipſi correpti ſunt, quam nihilominus, ſanctis Juſto, Clemente, atque Octaviano Africanis, quos Vandalorum furor compulerat in Italiam, medicinam ſecientibus feliciter diſcuſſerunt. Perantiqua Volaterris Templa viſuntur, illudque præcipuè, quod priſci D. Petro Apoſtolo dedicaverunt. Cathedralis nobili architectonicæ artis ſchemate conſtructa, Deiparæ in Cœlum aſſumptæ titulo inſignitur. In ea ſex dignitatum gradus ad ampliorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus, Canonicatus 12., Theologalis præbenda, Presbyteratus, ſimpleſque clericatus: aliqua Monaſteria Religioſorum, ad duo item Monialium: duo item Abbatiæ extra muros, altera S. Juſti ex Ordine Camaldulenſi; altera S. Andreæ Monachorum Montis Oliveti; quibus annumerari poteſt obervantia S. Franciſci. Seminarium ibi inſtitutum eſt, ubi XII. clerici aluntur in ſpem futuræ ſobolis Eccleſiaſticæ: nec ibi deeſt mons Pietatis ad ſublevandam egenorum inopiam; pluraque alia ibidem pia loca viſuntur, quæ Volaterrani populi, tum priſcam, tum modernam pietatem videntur arguere. Volaterranus Epiſcopus Romano Pontifici propemodum ab immemorabili ſubeſt, tituloque quandoque principis Romani Imperii nobilitatus eſt. Ampliſſimæ Diœceſi jus dicit, cujus juriſdictionis ſunt plura caſtella, quæ hic recenſere nimis longum exiſtimavimus. Cenſus Epiſcopatus tria millia ſcutatorum ſupra quingenta dicuntur explere, tametſi in libris Apoſtolicis ejus taxa 160. florenos non excedat. Protulit hæc Civitas viros omni virtute præſtantes, illuſtreſque, præcipue ſanctimonia vitæ; inde etenim prodiit Perſius celebris, antiquuſque poeta, illamque ad miraculum illuſtrat primus poſt divum Petrum Romanus Pontifex Linus; itaut merito doctiſſimus Jacobus Gaddius decantarit.

Perſius hanc Urbem clarat, Linuſque vetuſtam.

pluresque alii, quos infiniti propemodum operis hic commemorare cenſuimus. Conſtat hoc tempore, tum populo, tum nobilitate abundare, itaut nulli Etruſcarum Civitatum invidere poſſe videatur. De ipſa præter Volaterranum plures ſcripſere. Joannellus autem præcipuè ita de ea commemorat, ut vix caſtigatus tolerabilis evadere poſſe videatur. De ejuſdem Civitatis Præſulibus ſenior Ammiratus commentarium ſcripſit, quod poſtea, juniore Ammirato prodente, lucem aſpexit magno commodo antiquitatis ſtudioſorum. Certè nobis magnam lucem attulit, ut dum hæc ſcriberamus, ne in eaſdem errorum tænias impingaremus, ad quas narrationis alliſere ratem Joannellus, Falconcinus, & alii.

1. A S. ROMULO igitur catalogum Præſulum Volaterranorum exordiemur, qui illuc à S. Petro ad prædicandum Evangelium miſſus, Civitatemque per Herculis portum ingreſſus, Evangelii luce Volaterris latè diffuſa, Florentiam, Feſulaſque ad idem cumulatè præſtandum iter intendit. Inde Bergomū, Brixiamque eadē læti nuncii iucunditate complevit. Reverſus deinde Feſulas, nobilem ibi tulit palmam martyrii die 6. menſis Julii, de quo infra tomo 2. I.

II. 2. S. JUSTUS Africanus, Vandalorum perſecutionem declinaus, cum multis Epiſcopis illis, Clemente fratre, atque Octaviano in Italiam venit, cumque Volaterranum appuliſſet ad litus, cum S. Regulo, Cerboneque prope Civitatem in Sylva latuit. Unde eum ingentia edidiſſet miracula, populumque Volaterranum ab Arriana lue Catholicam traduxiſſet ad fidem, illorum Epiſcopus adlectus eſt; in quo quidem munere adminiſtros habuit, atque collegas, Clementem, atque Octavianum. Deceſſit autem die 5. menſis Julii, in quo die ejuſdem feſtum celebratur. Ejus ſacrum corpus diu conquievit in eccleſia, temploque, quod eidem populus conſecraverat; hodie vel externa vi depulſum, vel vetuſtate conſumptum, vix ſui tenuia reliquit ſpectatoribus veſtigia. Hic illud te moneo, Lector, ut horum Epiſcoporum non ſtatuas à Romulo uſque ad noſtram memoriam interruptam ſeriem expectandam; ſiquidem tyrannorum rabies effecit, ut integra ubique, & ſemper legentibus non poſſet occurrere. A Conſtantini autem temporibus Chriſtianiſſimi Principis, ut Chriſtiana fides altas radices egit, ſic ſedes Epiſcopalis in qualibet Civitate firmum, certumque ſtabilimentum, ac ordinem viſa eſt ſuſcepiſſe.

III. 3. ELPIDIUS Symmachi Papæ temporibus vixit, Conciliiſque ab ipſo celebratis interfuit anno 502. („ *& 501. 503. 504. qui & Empedius nuncupatur.* „ *de eo in Can. quo auſu & cauſa 23. q. 8. c. 26.* Lucent.)

IV. („LEO *Senenſis hac ſede potiebatur an. 366. ut notas* „ *Bisdominus in Chronicis Senenſibus, citatus ab U-* „*gurgerio in Pompis Senen. p. 189. tom. 1.*)

V. 4. GEMINIANUS, ſub Martino Pontifice Lateranenſi Concilio interfuit anno 652. a

a 649. VI. 5. MARTIANUS ejuſdem Civitatis Epiſcopus, illam Synodum Romanam ſub Agathone Papa ſubſcribit anno 680.

VII. 6. VIDO, ut arbitrantur nonnulli, floruit circa anno 682.

VIII. 7. PETRUS præfuit anno 698.

IX. 8. GHANGNINUS verò anno 706.

X. 9. GIPPUS autem 715.

XI. 10. ALBINUS 735.

XII. 11. PETRUS anno 800. cujus mentio extat in quodam Caroli Magni privilegio; de eo in Concilio Romano ſub Eugenio II. ann. 826. 25. Novemb. indict. 4. (1)

XIII. 12. ANDREAS floruit anno 838. Hic S. Octaviani corpus in Volaterranam Baſilicam tranſtulit, ubi etiam Canonicos S. Octaviani inſtituit. Diu ſuperſtes fuit, atq; à Ludovico Imperatore hoc ſequens privilegium ex originali extractum obtinuit an. 851. Tametſi autem hoc ipſum privilegium typis impreſſum apud Ammiratum ſit, noverit tamen qui legit, illud me accepiſſe à bon. mem. Bernardo Epiſcopo, ideoque hic ſubjiciendum ſum arbitratus.

In nomine Domini noſtri JeſuChriſti Dei æterni.

Ludovicus Gratia Dei Imperator Auguſtus inviƈtiſſimi D. N. Lotharii filius. Imperialis ſatis congruit excellentiæ, ut fidelium ſuorum, & maximè Chriſti militantium precibus libenter aures accomodet, quatenus id faciendo, & in temporalibus obſequijs eos devotiores undique reddat, & apud Dominum digna remunerationis præmia percipiat. Igitur cunƈtorum fidelium S. Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat ſolertia, qualiter Andreas Vulterrenſis ſedis Epiſcopus Celſitudinem noſtram adiens authoritatem Domini, & Genitoris noſtri Lotharij præſtantiſſimi Imperatoris, noſtris obtutibus detulit, in qua continebatur, quomodo idem Dominus noſter, & genitor glorioſus Petro ejuſdem ſedis venerabili quondam præſuli anteceſſoris illius ob animæ ſuæ remedium, ac ipſius Eccleſiæ augmentationem juxta illius petitionem concederet per ſuam Imperialem authoritatem in utilitatibus ipſius Eccleſiæ duo conſtituiſſe mercata, in quo negotio, & cunƈto populo juvamen adderet, & ipſi Eccleſia in augmentis creſceret, in locis videlicet nuncupantibus S. Sylveſtri, & S. Octaviani, ſuper quam authoritatis inſtitutionem petijt

A *ſerenitatem noſtram, & noſtra Imperialis munitionem firmamento, corroborantes perpetualiter adderemus, ſicuti & fecimus; His igitur noſtro imperiali munimine perenniter ... confirmantes, prout idem Andreas Epiſcopus clementiam noſtram manſuetudinis, ut & nos divinam recenſentes viciſſitudinem noſtra miſeratione ejuſdem Eccleſiæ incrementum augeremus, & alia duo mercata ibidem Imperiali inſtitutione noſtra ei conſtituere in præfata Eccleſia ſua neceſſitatibus dederemus. Unum videlicet in eadem Vulterrenſe Civitate in domo ad feſtivitatem B. Dei Genitricis Mariæ, ubi B. Octavianus corpore requieſcit, quod evenit medio menſe Auguſto, & alius in Caſtro ejuſdem ſedis, quod dicitur Camporſito ad Baſilicam, quæ eſt conſtruƈta in honorem B. Petri Apoſtolorum Principis, ſecundum ſuæ deliberationis conſtitutionem, cujus precibus libenter annuimus, & has noſtræ ſerenitatis literas ei fieri juſſimus, per quas ſtatuentes manſurum decrevimus, ut ab hinc in futurum præſcripta duo mercata juxta authoritatem Domini, & genitoris noſtri, ac noſtram corroborationis inſtitutionem alia duo*

B *in locis prænominatis juxta opportuna, & præſcripta tempora ad ... præfata Vulterrenſis Eccleſia pleniſſime quieto, ac perpetuali permaneat ordine, habeantq; licentiam univerſæ nationis uſum negotijs perfruendi prædiƈtæ Eccleſiæ recipientes, quidquid voluerint, ut nullus Comes, nullaque judiciaria poteſtas, vel quilibet Reipublicæ adminiſtrator nullum telentum exigere, neque ſuper his quidpiam poteſtatis accipere præſumat, ſed maneat pleniter abſque alicujus contrarietate ad præfatam Eccleſiam ſub noſtro munimine juxta noſtra confirmationis inſtitutionem. Ergo ſi alicujus perſona contra hanc noſtram authoritatem inſurgere, aut eam quomodolibet irrumpere temptaverit, ſciat ſe decem libras auri optimi compoſiturum, & ut hæc noſtra authoritas firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, de annulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari.*

Datum X. Kalend. Junii imperii D. N. Lotharii ſereniſſ. ... xxxii. & D. N. Ludovici Imperat. ... II. Ind. xiiii.

Aƈtum Colon. Palatio Regio feliciter in Domino, &c.

13. GUAGHINUS b ſucceſſit Andreæ, retulit- XIV.

C que gratioſa diplomata à Ludovico Imperatore anno ejuſdem Regni xxv. c

b Seu G... giani... e Anno ... interfu... Conc. ... ven. an ... Laurent.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti æterni.


Ludovicus Divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Dignum eſt, ut Chriſti Eccleſias ſub noſtro Imperio conſtitutas imperialis providentia in priſtinum ſtatum revocando authorem ſuum ſibi conciliet, ne forte impoſterum de negligentia pro ſui merito condemnetur. Ideoq; univerſorum S. Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium videlicet, ac futurorum induſtria noverit Guaginum reverendum S. Volaterrenſis Eccleſiæ Antiſtitem noſtram ſuppliciter adiiſſe præſentiam, ſuæque Eccleſiæ varias a nonnullis occupatoribus invaſiones atque deminorationes tam ſub occaſione libellorum, quã etiam diverſis, ſuperfluiſque violentijs in rebus, ſeu familiis Conradi, ac noſtram voluntatem illatas lachrymoſis querimonijs intimaſſe, ferentem præ manibus auguſtalia Divæ memoriæ Proavi, atque Avi, Patriſque noſtri præcepta de integritate, atque immunitate, & perenni ſua Eccleſiæ tuitione priſcis ſuis prædeceſſorib. amiſſa, quæ irrumpere nonnulli pervaſores pertinaci animo nõ timuerunt. Quapropter noſtrum ſibi ſuper hac cauſa munimentum valde opportunum ſupplex largiri poſtulavit, quo iſtiuſmodi contemptores, aut corrigantur, aut meritò puniantur. Nos igitur divino primum inflexi amore, deinde ſupranominati Epiſcopi continuum noſtrum obſequium devotionem anniverſarium diƈtæ Eccleſiæ poſſeſſiones à quibuſcunque haƈtenus occupatas, undequaque, &

D. *quomodocumque à ſuis reƈtoribus juſte, ac legaliter acquiſitas, aut in antea Deo auſpice acquirendas cum omnibus interinſecus, & extrinſecus curtis, & familiis diverſi ſexus, ac ætatis, atque conditionis, chartulariis, libellariis, ſaldionariciis, & cunƈtis rebus, tam mobilibus, quam q; & immobilibus cum pertinentiis, & adjacentiis, omnique integritate ſua in noſtrum mundaburdum, & perpetuum Imperialis providentia recipimus, confirmantes eas per hoc noſtræ munificentiæ Imperiale præceptum*

pro-

(1) Atque in eo Concilio rudiror deſcribitur, *Bullutarenſe*, & *Aulterrenſe*. Coronationi Ludovici Regis habitæ à Sergio II. interfuit 844. ut ex Baronio. Hinc error Labiani in ſerie Ughelliana ſupplendus eſt, ubi proximè ſequens adnotatur hujus Eccleſiæ Præſul an. 838. *Laurent.*

prædictoGuagino venerabili Epiſcopo,ejuſque in perpetuū ſucceſſoribus canonico ordine habendas . . . . perſolvendus omnium,qui noſtro degunt ſub Imperio,aut futuri ſunt,invaſione,deminoratione,atque violentia ab eodem ſub dicto Epiſcopo, vel ipſius adminiſtratoribus penitus abdicata. Super hæc volumus,& expreſſè ſtatuimus, ut univerſa Andreæ quondam prædeceſſoris ſui donationes, præſtationes precariorum,ſeu libellorum, atque vicariorum conſcriptiones, quas idem vir incommeditate ſui corporis prœpeditus emiſit,tanquam inutiles habeantur, & per omnia irrita ſint. Quæcumque autem veterum liberalitate Imperatorum, ac prædeceſſorum noſtrorum munimentis in ſæpe dicta Eccleſia collocata,vel ſtabilita ſunt,rata omnimodis, & perenniter manſura decrevimus. Vbicumque vero præfato Præſuli, vel ejuſdem Eccleſiæ œconomis neceſſarium viſum fuerit, ita de rebus, ſeu familiis Epiſcopi ipſius,tanquam dominicatis noſtris per idoneos, & credentes homines inquiſitionem fieri jubemus. Si quis autem, quod non putamus, ex Comitibus, Ducibus, Marchionibus,Gaſtaldionibus, vel aliquibus partis publicæ officialibus,ſeu etiam cujuſvis ex Clero, vel ex plebeis aliquam ſupratazato Epiſcopo, ac venerando loco violentiam, ſubſtractionem, vel invaſionem intulerit in rebus mobilibus,vel immobilibus, vel familiis, tanquam Imperialis præcepti temerarius violator 12. pondera auri probatiſſimi eidem Eccleſiæ, vel ipſius Rectoribus compellatur, & hoc, quod auferre conatur, evindicare non valeat; Inſuper & immunitatis pœnam triginta lib. argenti perſolvere ſæpedicto Epiſcopo cogatur. Similiter volumus, ut quicumque poſt hanc noſtram Imperialem præceptionem libellos,quos pro Dei omnipotentis amore,noſtraque pariter animæ remedio funditus extinximus,retinuerit,& ipſos præſentialiter jam ſæpedicto Reverendo Guagino Epiſcopo non reddiderit, ut nec ei,nec ſuis ſucceſſoribus aliqua maneat contrarietatis ſubſpicio, bannum pro ſe, & immunitatem pro . . . . tanquam rebellis, noſtrique præcepti tranſgreſſor componere cogatur. Et ut hæc noſtræ ſublimitatis conceſſio munimentum,atque immunitas perennet, & robur habeat, manibus propriis ſubterfirmavimus, & anulo noſtro inſigniri præcepimus.

Signum S.Domi-  *ni N.Ludovici ſereniſſ. Aug.*

Ego Helias Diac. & Abbas juſſu ſereniſſ. Auguſti Domini N.Ludovici ſcripſi. Acta Ceriano Dat.vi.id.Decemb. anno Chriſto propitio piiſſimi Auguſti D. N. Ludovici xxv.indict.viij.in Dei nomine amen.

XV. 14. (1) ALPARTUS.

XVI. 15. ALDEBRADUS.

XVII. 16. PETRUS. Adeo apud ſcriptores, hujus nominis Petri confuſa eſt narratio,ut ſi liberè dicendum eſt ad arbitrium mihi videatur inverſa; Ammiratum tamen ſequutus, qui eo nomine vocantur, illos ad illius exemplum digeſſi, donec ad eorem ſincerioris ſcripturæ poſſent expendi.

XVIII 17. GANGINUS ſecundus.

XIX. 18. ALBOINUS *a* vixit temporibus Berengarii, circa annum 880.ut ſe vidiſſe Ammiratus affirmat in quadam originaria ſcriptura hujus Epiſcopii, inque alio perantiquo monumento ejuſdem,ann.907.io quo bonorum Canonicæ S. Octaviani quædam locatio continetur.De eo item mentio an.905. in monumento Lucenſis Eccleſiæ.

a Seu Alboino.

XX. 19. ADELBRANDUS, ſeu Adelardus Epiſcopus Volaterranus anno 929.3.Kal. Septembris, Ind. 2. ab Ugone Rege Italiæ donatus fuit monte Turris prope S.Geminianum Volaterrani territorii. Teſtis memoratur cujuſdam ſententiæ Uberti Marchionis ad favorem Conradi Epiſcopi Lucenſis prolatæ ann. 941.14.Martii, in qua Adelardus vocatur. Extat monumentum in tabulario Lucenſis Eccleſiæ.

XXI. 20. BVOSUS Volaterranus Epiſcopus floruit anno 945.die 14.menſis Martii. Hic presbyterum Andream,in Eccleſia S.Quirici, ac S. Joannis Baptiſtæ confirmavit,ejuſq; rei contractum non modo à Buoſo ſubſcriptum eſt,ſed à Radberto Abbate,atque à ſex aliis Canonicis præter Andream.

XXII. 21. PETRUS Epiſcopus Volaterranus *b* an.971. Kal.Junii,quædam Epiſcopatus bona commutat cum Adelberto,cum curte montis Veltrai; eodemque anno ſimilem commutationem tranſegit cum Winchildo filio Camerini. In domo ejuſdem Petri Epiſcopi, qui & Petronus dicitur,Otho III. Imperator an.979. cum reſideret, juſſit pro Abbate S.Floræ Aretinæ ab Othoberto Comite ſententiam promulgare contra Valcherium,ubi nonnulli ſubſcripti repetiuntur Epiſcopi.Monumentum tale eſt,ex archivo ejuſdem Abbatiæ S. Floræ.

b In Concil. Raven. an.967.

Dum in Dei nomine. Locus nuncupatus prope montem Vultrajo, qui eſt in Comitatu Volaterranenſe, ubi D. Hotto Imperator Auguſtus præerat intus caſam Petroni ejuſdem S.Volaterrenſis Eccleſiæ Epiſcopi, per ejus data licentia in judicio reſideret Gotteberius Marchio,& Comes Palatii ſingulorum hominum juſtitias faciendas, ac deliberandas, reſidentibus cum eo Uberius Parmenſis,Everardus Aretinenſis,Zenobius Feſulenſis, Sichelmus Florentinenſis ſanctarum dictarum Eccleſiarum venerabilibus Epiſcopis, Rodulphus Florentinenſis, Rodulphus Volaterrenſis, Petrus Comitibus, Ariapaldus,Giſeprandus, Elmingus, Andreas, Lambertus Judicibus D. Imperatoris, Mainardus, Ildeprandus,Erſo,& Griffo filio,& Sigefredus,Naxano,Acto, Manfredus filius Lamberti,Granſulfus Archidiaconus,Franco,Petrus,qui & Rolando,Raynerius,& Gerardo germani, & reliqui pluros, ibique eorum venient præſentia Petrus Abbas Eccleſiæ, & Monaſterii B. S. Floræ,& S.Andreæ ſitam in eodem Comitatu Aretino, una cum Atripertus Judex ejus, & ipſius Abbatiæ Advocatus, necnon & ex alia parte Vualcherius filius bonæ memoriæ Vualcherii,una cum Vualcherio filio ſuo altercationes inter ſe habentes, & retulerunt ipſo Petrus Abbas una cum ſuprafcripto Atripertus judex, & ipſius Monaſterii Advocatus: habemus, & retinemus ad proprietatem ipſius Monaſterii B.Floræ, & S. Andreæ ad proprietatem caſis,& rebus illis jeris ipſius Monaſterii, quibus ſunt poſitis in locis, & fundis nuncupante Manſione,& terra Barbaritana,& Martinenſe, ut quod plus eſt, quærimus, ut dicat nobis iſte Vualcherius; & item Vualcherius Pater,& filio, qui hic ad præſens ſunt ſcilicet,& omnibus rebus ipſius cum omnibus eorum pertinentiis,& pars ipſius Monaſterii contendere,aut contradicere quærunt, vel ſui pejus Monaſterii legibus propriis eſſe debeant,ac vero cum ipſe Petrus Abbas,& ipſe Atripertus judex ejus, & ipſius Monaſterii Advocatus taliter retuliſſent: ſic ipſo Vualcherius, & item Vualcherius pater,& filio dixerunt,& profeſſi ſunt, vere caſis, & rebus illis, quibus ſunt poſitis in locis, & fundis nuncupante Manſione,& terra Barbaritana,ſeu & Martinenſe,vobis à parte ſuprafcripto Monaſterio non contradicimus, nec contradicere quærimus,quia nec legibus poſſumus, eo quod partis ipſius Monaſterii legibus eſſe debent,& vobis nihil inſtante ad habendum,nec requirendum,nec pertinere debent cum lege. His actis, & manifeſtatione ſupra facta rectum eorum omnibus coram ſupra Judice, & Auditoribus paruit eſſe,& judicaverunt,ut juxta eorum altercatione,& eorum Vualcherii, & item Vualcherii pater,& filio profeſſione,& manifeſtatione ipſe. Petrus Abbas,& Atripertus,ejus & ipſius Monaſterii Advocatus prædictis caſis, & rebus in locis,& fundis Manſione terra Barbaritana,& Martinenſe,parti ipſius Monaſterii ad proprietatem habere,& detinere,& ipſe Vualcherius, & item Vualcherio patre,& filio manerent exinde omni tempore taciti,& contempti,& in eo modo finita eſt cauſa, & hanc notitiam pro ſecuritate ſuprafcripto Monaſterio fieri juſſimus; quidem & ego Ruſinus Notarius D. Imperatoris,& juſſione ſuprafcripto Comiti Palatii, ſeu Judicum admonitionem ſcripſi. Anno Imperii D.Hottonis,gratia Dei, Imperator Auguſtus, & item Hotto filio ejus,

(1) Hi quatuor ſequentes Epiſcopi videntur gratis reſoni. Et Ganginus quidem quem 17. loco enumerat Ughellus, atque ſecundum appellat forte idem eſt cum primo, & de quo egerat Auctor 13. loco.

ejus, gratia Dei Rex Deo propitio ſexto duodecimo die menſis Junii, indict. decima.

Ottobertus Comes Palatii.
Ubertus Epiſcopus, & Miſſus ſſ.
Everardus Epiſcopus ſſ.
Zenobius Epiſcop. interfui & ſſ.
Sichelmus S. Florentina Eccleſia Epiſc. ſſ.
Helviſus Epiſc. interfui, & ſſ.
Atrapaldus Judex D. Imperatoris interfui, & ſſ.
Giſeprandus Judex D. Imperatoris interfui, & ſſ.
Lambertus . . . .

XXIII. 22. BENEDICTUS Epiſcopus Volaterranus vivebat an. 985. ut liquido ex contractorum ſcriptutis Ammiratus oſtendit. Cui certè agendæ gratiæ ſunt, quod errores à Joannello, Falconcinoque in hanc ſcribendi materiam ſędè inventos, ſua diligẽtia diſpulerit, noſque oe in eoſdẽ laberemus, prohibuerit.

XXIV. 23. PETRUS proculdubio Benedicto ſucceſſit an. 987. Hic Teuzo presbytero, temploque, atque altari S. Michaelis ad Forum, ut vocant, poſito aliquot petias terræ attribuit, ea lege, atque obligatione, ut ibidem & ſacrum perageretur, & divinum officium à Clericis perſolveretur. Iterum eundem adſtrinxit, ut quotannis die 15. menſis Auguſti, Epiſcopo Volaterrano diſſolvat 12. denarios argenteos probatæ monetæ. Anno verò 989. ſimilem donationem tranſegit cum Flurezo, Sigozioque quarundam terrarum, & Caſtareæ Tabernæ prope Volaterrarum muros. Itẽ ano. 990. cum aliis de ſimilibus rebus tranſegit. Iterum an. 990. domum quandam, ac terras, quas Vallem vocabant, Dominico presb. Iditii filio attribuit, ſeque inſtrumento hac ratione ſubſcripſit.

Petrus Sedis S. Eccleſia Volaterrenſis humilis Epiſcopus.

Cæterum parum vixiſſe Petrum oportet, quando an. 1002. ejus reperitur ſucceſſor.

XXV. 24. BENEDICTUS ejus nominis II. ejuſdem Civitatis Epiſcopus, Tegrino, Vidonique domus, terraſque ad Padulem, prope villam montis Menilii, Eccleſiamque S. Michaelis attribuit 1002. ea lege tamen, ut ibidem ſolemni cantu ſacrum perſolveretur, luminaque arderent. Anno verò 1005. 16. Kal. Julii haud abſimilem locationem tranſegit. Item an. 1007. 3. Kal. Aprilis in Volaterrarum Caſtello idem præſtitit; eodemque an. 6. idus Octob. cum prope Papinam moraretur, haud longe à S. Felicis templo in Volaterrarum territorio cum Julia Comitiſſa, filia quondam Landulphi Principis Beneventani, viduaque Rodulphi Comitis, aſſentientibus ejuſdem filiis Ildebrando, ac Mundualdo, commutavit quædam bona. Originarium ejus commutationis extabat apud Bertoldum Urſinum Pitiliani olim Comitem, indeq; exſcriptum exemplar apud me, quod tamen operæ pretium mihi viſum eſt, hic illud referre.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri J. C.

Anni ab Incarnatione ejus mille ſeptem, ſexto idus Octobris indictio quinta. Commutatio bona fidei noſcitur eſſe contractor ut vice emtionis optineant firmitatem en eodemque nexu, obligati contrajentem. Placuit itaque bona convenit voluntatem inter Dominus Benedictus S. Eccleſia Volaterrenſis humilis Epiſcopus, nec non Giulia, filia bona memoria Landolfi, qui fuit Princeps Beneventanorum, & relicta bona memoria Rodolfi, qui fuit Comes, una conſentientes Ildebrando filio, & Mundualdo ſuo, & filio de pradicto Rodulfo Comes communiter & conſentientes cum pradicto filio, & Mundualdo ſuo, ut Dei nomine dederunt, ac tradiderunt ſibi unus alterius viciſſim commutationis nomine. In primis dedit ipſe Dominus Benedictus Epiſcopus eidem Giulia, & ad pradicto filio ſuo Ildebrando in cauſa commutationis, ideſt integrum Caſalinum Donicate, in qua jam fuit Caſa, & Curte donicate, qua eſt in loco, & fundo, ubi dicitur Spugnia, qua eſt juxta fluvio Elſa, cum Eccleſia illa, qua ibi adificata eſſe videtur in honore B. S. Maria Dei Genitricis Virgo cum offertas & mortuorum, & cimiterio ſicut ad manum ſuam detinuerat, atque una inſimul cum decem, & ſeptem inter caſis, & caſinis, ſeu caſalinis & integris decem, & ſeptem fortis, & rebus illis ad eodem caſalino, & rebus donicato, & Ec-

A *cleſia ſunt pertinentibus, & ſunt in locas, & fundas quatuor ex ipſis caſis, & fortis, & rebus illis maſſaritiis in eodem pradicto loco Spagna, una qua modo recta eſt per Johane filio bona memoria Maiti, ſecunda recta eſt pro Taicio, & Petrus Gregorii. Tertia per venerandum, & Sigitio Gregorii, quarta laborata eſt per St . . . filii Maiti, Quinta forte, & res in Caterelli, qua modo laborata eſſe videtur per Petrus Clericus. In primis ſunt de ipſis caſis, & fortis ſeptem, una qua modo recta eſt per Petrus, ſecunda per Saſſo, tertia per Stefano, quarta recta fuit per Orando, quintaque recta eſt per Giſprando, ſexta laborata eſt per Urſo, ſeptima per Teutio, unam Piticiano qua modo recta eſt per Starantio, quatuor de ipſe fortis, & rebus in Sparitilo, una qua modo recta eſt per Martinum, alia per Andrea, tertia per alio Martino, quarta per Starantio, una inſimul cum ipſius aquis piſcareis & molinis, qua ſunt in eodem pradicto loco fluvio Elſa, qua de dicto donicato, & Eccleſia ſunt pertinentibus, quod eſt ipſo caſalino, & rebus donicato, & Eccleſia, & cimiterio, ſeu caſis, & fortis, & rebus illis*

B *maſaritiis juris ipſius Epiſcopatui noſtro S. Maria Volaterrenſe has pradicto Caſalino, & rebus donicato cum pradicta Eccleſia, & offertas & mortuorum, & cimiterio, & cum jam dictis decem, & ſeptem inter caſis, & caſinis, ſeu decem, & ſeptem fortis, & rebus illis maſſaritiis una cum pradictis aquis piſcareis, & molendareis ad eadem caſalino, & rebus donicate ſunt pertinentibus, ſive cum ipſis caſis, qua ſunt prope ipſa Eccleſia era ipſo fluvio Elſa, qua modo detinent Petrus, & Petrus presbytero cam omne fundamentis, & adificiis earum cum curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercetis, ſylvis, rivis, jungareis, pratis, paſculis, cultis rebus, vel incultis, movile, vel immovile, ſeu qua ſe moventibus, omnia ex omnibus quantitas ubique in qualibus locis, vel vocabulis ad ſupraſcriptis caſis, & caſinis, ſeu caſalinis, & rebus illis maſſaritiis exinde ſunt pertinentibus; & ſupraſcripte Epiſcopus, & presbyteri ſive ſupradictis hominibus ad manum ſuarum detinuerunt, & modo detinere videtur, quod ſunt inter ipſo caſalino, & rebus donicate, cum jam dictis decem, & ſeptem fortis, & rebus*

C *illis maſſaritiis, & cum jam dictis aquis, piſcareis, & molendareis, & cum pradictis caſis prope ipſa Eccleſia, & cum eodem circuitu ipſa Eccleſia inter totas inſimul adjuxta perticas menſuratas modiorum trecenta triginta, & ſex. Quidem, & ad vice recepit, ipſe D. Benedictus Epiſcopus ab eadem Giulia, & Ildebrando filio ſuo ad partem ſui Epiſcopatui S. Maria Volaterrenſe meliorata res, ſicut lex habet, ideſt medietatem ex integra de caſalino, & rebus donicato, in qua jam fuit caſa, & curte, & rebus donicata, qua eſt in loco, & fundo, ubi dicitur Stignano, qua eſt juxta fluvio Arno, inſimul cum medietate de Eccleſia illa, qua eſt in honore B. ſancta Maria, qua ibi adificata eſſe videtur, ſive cum viginti, & ſeptem integris inter caſis, & caſinis, ſeu caſalinis, ſeu integris viginti, & ſeptem fortis, & rebus illis maſſaritiis ab eodem caſalino, & rebus donicato, & Eccleſia ſunt pertinentibus, & ſunt in locas & fundas nuncupantes quod . . . . . in pradicto loco una qua modo detenet Andrea, ſecunda, & tertia qua modo detinet Teutio, quarta detinet Petrus, quinta, & ſexta à colle Sorbu-*

D *li, ſeptima, & octava à caſale longo, una qua detinet Urſo, alia Benitio, nona decima, & undecima, & duodecima in Olivicello, qua modo recta ſunt per Petrum, Lambertum, decimatertia, Aſpletiano, qua modo dicitur Martio, decima quarta Acapitini, qua detinet Martino presbytere, decima quinta Abiaſſi, qua detinet Teutio, decima ſexta, & decima ſeptima Ario Muſcioni una, qua detinet Venerando, decima nona, & vigeſima Amarcignano, una qua detinet Omilio, & alia Boniperto, vigeſima prima, & vigeſima ſecunda, vigeſima tertia, vigeſima quarta in Ecerugniano, una qua detinet Teudo, alia Teutio, tertia, & quarta Petrus, vigeſima quinta in Giuſigaiane qua detinet Allo, vigeſima ſexta, & vigeſima ſeptima in Spallos, una qua recta eſt per Atitio, & alia per Vabrico, & ſunt ipſis terris, & Eccleſia, & rebus donicato de Stilliane infra comitate, & territorio Piſtorienſe, una inſimul recepit ipſe Benedictus Epiſcopus ad partem ſui Epiſcopatui a ſuprascripta Julia, & Ildebrando filio ſuo in cauſa commutationis integra una Eccleſia*

qua

A *quæ eſt in comitatu, & territorio Volaterranenſe, & eſt in loco, & fundu ubi dicitur Allano, quæ eſt in honore B. S. Andreæ, & S. Thomæ cum terra culta ejuſdem circuito ad grano ſeminatura modiorum tres. Has prædicta medietate ex integra prædicto caſalino, & rebus donicato, & Eccleſia cum jam dictis viginti, & ſeptem fortis, & rebus illis maſſaritiis, & cum jam dicta Eccleſia in Illano, & terra ejuſdem circuitu cum fundamentis, & omnes ædificiis earum cum curtis, hortis, terris, vineis, olivetis, querceti, ſylvis, angareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, movile, vel immovile, ſeu quæ ſe moventibus omnia, & omnibus quantum ad dictam medietatem de ſopraſcripto caſalino, & rebus donicato, ſive de Eccleſia, ſeu ad jam dictis viginti, & ſeptem integris fortis, & rebus illis maſſaritiis exinde ſunt pertinentibus, & de prædicta curte de Stignano & ipſi pronominati hominibus exinde a manuum ſuarum detinuerunt, & modo detinere videtur una inſimul cum piſcareis aquis, aquarumque decurſibus de prædicto fluvio Arno, quæ ad ipſam medietatem eſt pertinentes, ſeu cum integra prædicta Eccleſia, & terna ejuſdem circuito, & ſunt ipſis*

B *prænominatis terris, & rebus, & Eccleſiis, & piſcartis juris eidem Giulia & Ildibrando filio ſuo, & ſunt ipſis prænominatis rebus inter ipſam medietatem de ipſo donicato, & de prædictis rebus maſſaritiis, & de terra ejuſdem circuito Eccleſia inter totas per æſtimum, & per menſuram ad juxta petias menſuratas modiorum trecento quinquaginta. Has denique omnibus rebus, & Eccleſiis, & aquis piſcareis, & molendareis, quæ ſuperius ſunt nominatis, vel commutatis una cum acceſſionibus, & ingreſſuras earum ſeu ſuperioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter ſuperius, & ſic omnibus rebus, & Eccleſiis, & aquis piſcareis, & molendinis ſuperius dictis in integrum ſibi unus alterius pars partis commutationis nomine dederunt, & tradiderunt faciendum exinde à præſenti die iam ipſe D. Benedictus Epiſcopus, quamque ſuos ſucceſſores, vel hæredes eidem Giulia, & Ildibrando filio, & Mundualdo ſuo legaliter jure proprietario quidquid voluerint, ac providerint, ſine omni uni alterius contradictione, quidem & ordo*

C *legis depoſuit, & ad hanc providendum commutatione acceſſerunt ſuper ipſis caſalinis, & rebus donicatis, & ad jam dictas caſas, & caſinis, ſeu caſalinis, ſeu fortis, & rebus illis maſſaritiis, & Eccleſiis, & molendinis, & aquis piſcareis, & molendareis, qualiter ſuperius &c. ad providendum idem miſſus directus de partis ipſius D. Benedicti Epiſcopi Gualberto filio bonæ memoriæ Eurardi, qui fuit Judex, atque cum idoneis homines fides admittitur extimatores, qui extimaſſent: hi ſunt Petrus Judex filii bonæ memoriæ, item Petri Judex, & Petrus filius bonæ memoriæ Ildibrandi, & Petrus filius bonæ memoriæ Roduini, quibus omnes extimantibus, qui viderunt, & extimaverunt, comparuit eorum, quod meliorata res ſuſcipere, ſicut lex habet ipſe D. Benedicto Epiſcopus ad partem ſui Epiſcopatus S. Mariæ Volaterrenſe, quam dediſſet, & legibus commotatio hæc fieri poſſet, de quibus pœnam inter ſe poſuerunt, & ſpoponderunt, ut qui ex ipſis aut ſucceſſores eidem Benedicti Epiſcopi, vel hæredes eidem Giulia, & Ildebrando filio, & Mundualdo ſuo hanc commutationem removere, & diſrumpere quæſierint, & non permanſerint in ea omnia, quæ ſuperius &c.*

D *vel ſi apud unumquemque hominem quis quod dederint in integrum, non defenſaverint, componere pars partis fidem ſervanti, pœnam dupliis ipſis caſalinis, & rebus donicatis, & maſſaritiis, & Eccleſiis, & molinis, & aquis piſcareis, & molendareis qualiter & ſuperius ſicut pro tempore melioratis fuerint, aut valuerint ſub extimatione qualiter tunc fuerint in eiſdem locus, & fundas, & hãc cartula commutationis, omnique tempore firma, & ſtabile permaneant ſemper, ſicut lex continet; & ſi aliquando tempore ab aliis hominibus de ipſa ſupraſcripta noſtra commutatione ſicut ſuperius &c. pulſati, aut dixerictis fuerimus, & nos unus alterius auctores, nec defenſores quærere, nec dare voluerimus, aut non potuerimus, licentiam habeant ipſi ſine alterius commiſſa chartula commutationis cauſa exinde agendum, reſponſum reddendum, finem ponendum, vel qualiter juxta legem melius potuerit facere, quia inter nos taliter convenit convenientiam ujira, unde duæ chartula commutationis pariter uno tenore, & pro confirmatione Gerardus nomine D. Imperator ſcribere rogavimus. Actum loco Papina prope Eccleſiam S. Felicis territorio Volaterrenſe.*

Ego Benedictus Epiſcopus in hanc chartula commutationis inter nos factæ ſſ.

Signum manus ſupraſcripta Giulia, & Ildibrandi fil. & Mundualdo ſuo, qui hanc chartula commutationis fieri rogaverunt.

Ego Gualberto Miſſus fui ut ſupra.

Petrus Judex D. Imperatoris extimator fui, ut ſupra interſui.

Ego Petrus extimator fui ut ſupra interſui.

Robertus Judex Domni Imperat. ſſ.

Gualbertus Iudex Domni Imperat. ſſ.

Giſolfo Notarius Domini Imperat. ſſ.

Uvido Notarius Domni Imperat. ſſ.

Gerardus Notar. Domini Imperat. poſt traditam complevi, & dedi.

Cum verò anno 1015. Imperator Henricus in Italia traheret moras, Benedictus Epiſcopus, ſuæ Ec-
B cleſiæ, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus, & clero Imperialem impetravit protectionem, ampliſſimo Diplomate firmatum, Ind. XII. anno ejuſdẽ Regni XII. Imperii verò 1. in Comitatu Piſano, qui dicitur Faſiana.

25. VIDO, ejus nominis II. floruit an. 1026. XXVI

26. GAUFRIDUS a vixit an. 1034. 17. Kal. Junii, indict. 2. quo ipſo tempore quædam bona commutat, cum quodam Gherardo. E gente Saxonia hunc fuiſſe contendunt nonnulli, ſanctique Juſti Abbatiam munificenter fundaſſe; alii autem nova tantum benedictione illam luſtraſſe. Ut ut res ſit, adeo in diverſa abierunt Volaterrani Scriptores, dum de illius Civitatis Epiſcopis narrant, ut citra inſtrumenta, jurataſque ſcripturas nil certi affirmari poſſe videatur. E vivis exemptus tumulum in Cathedrali accepit. XXVII.

a Gottefridus dicitus in Rom. Syn. in cauſa Andreæ Peruſini habita an. 1036.

27. EUMANCIUS Epiſcopus Volaterranus. Hujus meminit Gelaſius b in decret. p. 2. cauſ. 12. q. 2. can. 25. ejuſdemque adminiſtrationem Volaterranæ Eccleſię fuiſſe detrimentoſam oſtendit, quod quędam ejusdem Eccleſiæ latifundia alienaverit. Quam-
C diu vixerit, quove anno Præſul renunciatus fuerit, non concordant Scriptores: Alii enim ejus Præſulatum incidiſſe in anu. 1035. affirmant, alii ante, alii verò poſt. XXVIII

b Gelaſius auct hoc decretum Innocentius, ideoque Eumancium [illegible] eo ſeculo vixiſſe autumat.

28. VIDONEM ejus nominis III. Gauſrido ſucceſſiſſe contendunt. Sed cum fœdiſſimè invertant annos, illum eundem arbitror eſſe, qui Herimanno præceſſit, quem ii eidem Herimanno ſucceſſiſſe volunt an. 1058 quartumque Vidonem appellant, ſed perperam. Nam Vido an. 1059. ſynodo Romanæ ſub Nicolao II. interfuit ex ſæpè citato codice Vaticano; Herimannus verò, ut videbimus, anno 1073. Beatricis Comitiſſæ monumento ſubſcripſit. Reperitur Vido anno 1061. menſe Januario quædam bona donaſſe Monaſterio ad flumen Elſam conſtructo in loco, quẽ Pinzianum fontem appellant, in honorem B. Virginis Mariæ, ſanctique ſepulchri ab Adelmo, & Giſla conſtructo. („*Subſcripſit item privilegio Leonis IX.* „*pro Eccleſia Portuenſi an.* 1049.) XXIX

29. HERMANNUS c Epiſcopus Volaterranus,
D Ord. Vallisumbroſæ Monachus, S. Joan. Gualberti diſcipulus, vixit circa ann. 1066. anno vero 1073. devotionis ergo ſacram Camaldulenſem eremum inviſit, eidemque dono dedit Baſilicam S. Mariæ de Puliciano, olim Benedicti Cœnobium. Hujus Epiſcopi nomen Theutonem illum fuiſſe prodit, favoreque Imperatorum illius gentis ad eam dignitatem fuiſſe ſubvectum. Suſpicatus aliquando ſum ex errore Scriptorum, Eumancium poſtea commemoratum, in Hermannum tranſiiſſe, inque duos fuiſſe diviſum, qui tantum unus erat; quod ſi diverſi ſunt, ſubſequentem Vidonem, Hermannum obtinere locum decebit, cum Vido Volaterranis jus diceret 1059. Hermannus vero 1073. ſi ulla fides Camaldulenſi hiſtoriæ. Aliquot catalogi digeſſere vixiſſe illum, atque Epiſcopatum obtinuiſſe anno 1050. atque per ſeptem annos in ea dignitate protuliſſe ætatem, quod longè à vero abeſt, cum idem Hermanus anno 1073. ſexto Kal. Februarii ſubſcriptus reperiatur in quodam monu- XXX

c De eo Simius in Catalogo SS. & Vir. Illuſt. Vallisumbroſæ p. 132. Mand.

men-

mento Beatricis Comitiſſæ, & Gotifredi Ducis ad favorem Monaſterii S. Pontiani Lucenſis, quod hic libenter retulimus ab originali deſumptum ab erudito amico Franciſco Maria Florentino, ut Hermanni tempus magis eluceſcat; ſic enim ſe habet.

Dum in Dei nomine.

In Civitate Piſenſi in palatio D. Regis in judicio reſidiſſet Domina Beatrix, ac Ducatrix una cum Gottifredo Duce, & Marchione ad cauſas audiendas ac deliberandas, reſidentibus cum eis Hugo Vicecomes Piſenſis, Guido Epiſcopus Piſenſis, & Raynerius venerabilis Epiſcopus Florentinus, & Fridericus Comes nepos prædictæ Beatricis, nec non & tartſſ. Epiſcopus Ermannus Vulterrenſis, Huberto, & Gerardo, Hugo, Theodorico ſervo recto Ioanne, Lamberto, & item Hugo, Guillelmo, & item Hugo judicibus, Adegherio, Sigiſmundo, Leo Erufidici, & Thodisio Comite fil b M item Theodici, Gualfredus Comes q Ardinghi, Ildebrandus fil b M. Guidottis, Hubaldus fil b M Sigifredi, Pagano b. M. Rolandi, Gualando Bernardo germ. fil b. M Sigerii, Lamberto fil. b. M Rolandi, Lamberto fil b M Specioſi, Guido Guntelmo connotarii, Hemmo fil. b. M. Martini, Ioannes, & Pandolfo germ fil b. M. Guidonis, Ruſtico fil b M. Benedicti, Gualfredus q Gerardi, & reliquis præſentis, Bernardus Abbas de Eccleſ. & Monaſt. B S. Pontiani, quæ eſt conſtructa, & ædificata juxta muros Lucenſis Civitatis una cum Guidono Not Avocat. ſup. Eccleſia, & Monaſt præd S. Pontiani in eod: Placito, Rodulphus, & Saracinus, & Fulcardus germ fil. b. M Saracini per fuſtē, quā in ſuorū detinebant manibus reſiuctuaverunt præd. Bernardo Abb de præd. Eccl. & Monaſt præd S. Pontiani, & Guedoni Not. Advoc. ipſius Monaſt ad partem jam nominati Monaſt præd. S. Pontiani curtem illam, quæ dicitur taognana, & vocatur Motardinga cum omnibus caſis & caſinis, ſeu curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanietis, querctetis ſylvis, virgareis, pratis paſcuis, cultis rebus, vel incultis omnia ex omnibus rebus tam domuicatis, quam & maſſariciis quantas ubique in quibuslibet locis, vel vocabulis ad præd curtem ſunt pertinentes in integrum, una cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſibus ſuis prædictus Rodulphus, & Saracinus, & Fulcardus germ præd. Bernardo Abbati, & Guidoni Notario Advocatus ipſius Monaſterii ad partem prænom Monaſterii reſluctaverunt, & cum ipſa reſluctatio facta fuiſſet tunc præd Bernardus Abbas una cum præd Guidone Not. Advocat ſup Monaſterii cœperunt dicere adverſus eandem D Beatricem, & Gottefredum Ducem, & Marchionem habet, & detinet pars prædictæ Eccleſiæ, & Monaſterii S Pontiani, præd. curtem, cum ſua pertinentia, & jacentia, ſeu integritatem ad ſuam proprietatem, ut ſi eſt ullus homo, qui exinde agere, aut cauſare vult, parati ſumus cum eo in ratione ſtandum, & legitime finiendum, & quod plus eſt, quærimus, ut dicant ipſe Rodulphus, & Saracinus, & Fulcardus germ. adverſum prædictum Bernardum Abbatem, & ad prædictum Advocatum ſuum prædictam curtem ſua pertinentia propria prædicti Monaſterii S. Pontiani eſt. & nos exinde non habemus chartam, vel ſcriptum, nec firmitatem unde agere aut cauſare poſſemus; & cum hæc omnia manifeſtatio taliter facta fuiſſet Tunc prædicti Rodulfus, & Saracinus, & Fulcardus germ. ſpoponderunt, ſe ipſos adverſus præd Bernardum Abbatem, & Guidonem Not. Advocatum ſuum, quod ſi unquam in tempore ipſi germani, vel eorum hæredes, aut aliqua ab ipſis ſubmiſſa perſona per aliquod ingenium contra præd. Bernardum Abbatem, vel contra ſuos ſucceſſores, aut contra præd Monaſt. jam nominati S. Pontiani de prædicta curte, vel de eius pertinentia egiſſent, aut cauſaſſent, vel intentionaſſent, aut ſi eodem Bernardus Abbas, aut ſui ſucceſſores per placitum fatigare feciſſent, aut ſi apparuerit exinde ullum earum datum, vel factum per aliquod ingenium, aut jam nominati quidam genitores eorum per quod præd. Monaſt. ulla damnitas, aut intentionem, vel moleſtiam deveniat per aliquid ingenium, & omni tempore exinde adverſus præd. Monaſt. taciti, & tontenti non permanſiſſent, quod componere debeant ipſi germani, vel eorum hæredes ad partem tam nominati Monaſterii ad illum rectorem, qui ibi pro tempore fuerit, pœnam, argentum optimum libras quatuorcentum, unde ipſe Bernardus Abbas, & præd. Guido Not Advocat. ſuus fecerunt præd germanis Launebile meritum anulo uno de auro confirmandum juſtam legem, & cum præd. ſponſionem factam fuiſſent Tunc præd. Bernardus Abbas, una cum jam nominato Advocato ſuo poſtulaverunt ad jam nominatam D Beatricem, & ad præd Gottefredum Ducem, & Marchionem, ut ſupra ipſos, & jam dd res miſiſſet bannum D. Regis in libras auri centum propter Deum, & animæ D Regis, ſuique hæredis, & cum ipſa D Beatrix, & præd. Gottifredus Dux, & Marchio taliter audiſſent per fuſtem, quam in ſuis detinebat manibus, miſerunt bannum D Regis ſuper jam dd res, & ſuper jam nominatum Bernardum Abb. & ſuper præd. Advocatum ſuum in lib Auri centum, ut nullus quilibet homo magna, parvaque perſona pars prædicti Monaſterii ſine legale judicio diſveſtire præſumat. Quis verò fecerit præd. lib auri ſe agnoſcat compoſiturum medietatem pars Cameræ D Regis, & medietatem ad partem jam nominati Monaſterii ad illum Abbatem, qui ibi pro tempore fuerit. Unde hanc notitiam pro ſecuritate, & futura oſtentione, & de Bernardo Abb. & ſuis ſucceſſoribus oſtendenda fieri juſſimus.

Idem ego Gerardus Not. D Imp. ex juſſione ſuprascriptæ D. Beatricis, & præd Gottifredi Ducis, & Hugi Vicecomitis, ſeu prædd Epiſcoporum. atque judicum ſcripſi an. Dom Incarn. eius MLXXIII. 16 Kal Feb Indict. xi.

† † † Ego Ugo Vicecomes ſ.

† Ego Vido, gratia Dei, S Piſanæ Eccleſiæ peccatorum Epiſcopus, interfui, & ſubſcripſi.

Ego Herimannus, Dei gratia, quamvis indignus Epiſcopus ſanctæ Vulterræ interfui, & ſſ.

Ego Raynerius S Florentinæ Eccleſ. Epiſcopus ſſ.

Subſcribunt etiam plures alii Judices ſupradicti. Obiit Hermannus circa annum Domini 1077. ut ex epiſtola Gregorii VII. ad Rodulphum Senenſem, & Raynerium Florentinum Epiſcopū hoc anno ſcripta liquet.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Rodulpho Senenſi Epiſcopo, & Raynerio Florentino Epiſcopo, ſalutem & apoſt benedictionem.

NOn ignorare vos credimus quantum ſollicitudinis, quantumque fatigationis habuerimus id agentes, ut in Volaterrana Eccleſia ſecundum Dominum, & authoritatem canonum utilis, & idoneus eligeretur Epiſcopus; & quia ſecundum voluntatem Dei in perſonam Bonoſi Mantuani Archipreſbyteri, & noſtra conſilia, & voluntas eorum, qui de illa Eccleſia ſunt, convenit, Apoſtolica vos authoritate monemus, ut eandem Eccleſiam adeuntes, qualiter generalis electio fiat ab omnibus procuretis, & eam ſicut moris ex antiqua ſanctorum Patrum traditione fuiſſe cognoſcitis, noſtra vice confirmetis. Quo facto, & rem quam ordinate facta fuerit, nobis ſine dilatione certis literis veſtris indicate, & electum pro ſuſcipienda conſecratione quantocyus ad nos cum ſolemni decreto Cleri & Populi deſtinate.

Dat Romæ xvi. Kal. Octobris anno primo.

Hoc eodem anno Comitiſſa Mathilda Volaterrano Epiſcopo aliquot jura confirmat, in Plebaniis de Molle, ſanctique Juſti de Petrina, ac Dertonata in Senenſi territorio, cujus rei originarium monumentum ex archivo erutum hic curavimus exſcribendum.

Dum in Dei nomine In judicio reſideret D Matilda Dux, & Marchioniſſa intus caſa, quæ eſt iuxta Clauſtrum Plebis S Andreæ ſitæ in burgo de Martuli ad cauſas audiendas, ac legitimè definiendas. Reſidentibus cum ea Lamberto, & Ubaldo, & Guinixone. & Glandolfo, & Guillermo Ducibus, & Raynerio Comite, filioque Ildebrandi Comitis, & Pagano de Corſina, & Hugo Vicecomite, & Guidone germanis filiis bonæ memoriæ Guidonis, & Albertæ de Montegrabbo, & Gualfredo filio bonæ memoriæ Petri, & Gerardo . . . . & Talzo filio quondam Gotizi & aliis pluribus. Ildebrando, qui . . . vocatur, advocatus de Eccleſia, & Epiſcopatu S. Marke de Vultera ita dixit. Domina habeo, & teneo, & poſſideo ad partem jam dicti Epiſcopatus, terras, & res, plebes, & decimas de plebe de Molle. & de plebe de Peruma & Eccleſiam, quæ eſt ædificata in villa de Perſonata, quæ eſt de plebe S Juſti, & omnes terras, & res, Eccleſias, & decimationes poſitas in his tribus plebibus de Molle, ac Peruma, & S. Juſti pertinentes ad jura ſuprascripti Epiſcopatus. Et ſi eſt ullus homo, qui adverſus ea aliquid . . . dicere velit, paratus ſum cum eo in ratione ſtandum, & cum nullus ſe ibi repræſentaret ad res illas cauſandas, quæſivit mercedem ad prædictam Dominam, ut pro Deo, & anima Regis, & ſua mitteret bannum ſuum in centum libras auri optimi, ut ſi quis de prædictis rebus partem

pre-

A *præfati Epiſcopatus diveſtire, inquietare, moleſtare ſine legale judicio præſumpſerit, prædictam pœnam componat, medietatem parti publicæ, & medietatem prædicto Epiſcopatui. Unde hanc notitiam ego Ioannes Notarius, ex juſſione Dominæ Mathildæ, & à monitione prædictorum judicum per futuram recordationem ſcripſi anno ab Incarnatione D.N.I.C. ſeptoageſimo octavo poſt mille, 3. idus Februarii, indictione prima.*



B Cæterùm Herlmanno noſtro pietate, ac præceptis ſalutaribus refectam ſequentem exſcripſit epiſtolam S. Joan. Gualbertus Vallisumbroſani ordinis Fundator, eundemque olim in conveſſione filium ad Epiſcopalia munia ritè, ac benè obeunda iis verbis conſuluit, hortatuſque eſt eum.

Herimanno Volaterrenſi Dei nutu Epiſcopo Ioannes Abbas ſervus ſervorum Dei cum omnibus ſuis Monachis, & fratribus quicquid melius ſit apud Deum hominibus. Petitionibus veſtris conſulere dignum duximus, maximè, cum non de ſæcularibus, & mundanis, ſed de Eccleſiaſticis, & divinis, quæ in Dei cultu, & ad ſalutem animarum ſunt, quæratis. Requiſiſtis enim adiutorium in exhortatione paſtorali eu iis, quæ in veſtra cura, & ſtudio ſub Dei protectione permanere videntur.

Quæ fructum tunc boni operis geminant, cum populi obedientia, nec in minimis contra Paſtorem rebellat. Sed ſanctitas, & ſapientia Paſtoris talis debet ſemper apparere, & eſſe, ut delinquentes Dei judicio terreat, & obedientes divinis præceptis divina remuneratione demulceat. Unde oportet veſtram vigilare ſollicitudinem: ut poſtquam omnia divina præcepta ſine reprehenſione percurrerit, omnia, quæ Clero, & populo imperaverit, de ſanctarum ſcripturarum ſtudeat proferre ſententiis.

C *Scilicet ut Clerus ſecundum ſtatuta Apoſtolorum, & Canonum præcepta permaneat; & populus ſecundum mandata Sanctorum in omnibus illis obediat. In primis, quia oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, quod etiam ad omnem pertinet Clerum. Deinde ut omnem ſollicitudinem Epiſcopus Clero, & populo impendat: ut in innocentia ſua permaneant; & peccantes peccare deſinant; & pœnitentiam agentes de bono in melius creſcant: Certiſſimè credentes, ut qui in malis dies ſuos finiunt, æternam luent vindictam; & qui in bonis, æternam ſuſcipient palmam. His promiſſionibus confortentur boni; & his minis terreantur mali. Interea ſollicite ſatagendum eſt, ne alicujus hæreſis quamvis parva aliquis eorum in immunditia ſordeat: quia quamdiu quis in ea permanſerit, etiam ſi pro Chriſti nomine ſanguinem fundat, nihil ei proderit. Heu quam peſſimum nephas, & grande peccatum; quod nec in præſenti, etiam pro morte, nec in futuro pro multo tempore pœna poterit ſolvi?*

D *Ergo tam peſſimum nephas cito dimittere, & anathematizare debemus, & pœnitendo delere, ut cum Chriſto in præſenti, & in futura vita poſſimus manere; quia quamdiu quis in aliqua hæreſi manſerit, nullum ejus opus Deo placebit. Simoniaca igitur hæreſis, quæ prima, & peſſima ante omnes alias hæreſes iamdiu ante nos uſq; ad noſtra tempora viguit, quam Deus noſtro tempore ſua miſeratione detegendo deſtruxit, omni ſollicitudine à vobis abiiciatur; Et cum illa hæreſis ante omnes hæreſes in ipſo initio Eccleſiæ a Principe Apoſtolorum percuſſa palluerit; miramur quomodo à quibuſdam peſſimis indumentis palliata, vivido colore, quaſi Chriſtiana fidei cultrix operoſa monſtretur. Scimus enim quia quod Chriſtus odit, nullus, qui Chriſtianus eſt, diligit; ſi autem dilexerit, Chriſtianus eſſe non poterit. Chriſtus igitur ſimoniacam hæreſim odit: ipſe enim dixit: Qui in ſpiritum ſanctum peccaverit, neque in hoc ſæculo, neque in futuro dimittetur ei. Itaque dum tempus ordinandi clericos ad divinum cultum advenerit, non alicujus pretii datione palam, vel occultè aliquis ad Eccleſiaſticum promoveatur officium. Non aliquis indignus, vel ignarus officii, non alicujus reatus infamia tactus non niſi virgo aut monogamus, & hic, qui virginem ſecundum ſacros Canones duxerit.*

Non ſuperbus, non elatus, non alicuius honoris cupidus, ſed humilis, & manſuetus, & timens Deum. A nullo clerico aliquid commodi pro ſacro officio requiratur, neque ab Archipresbyteris, neque ab Archidiaconis, neque ab illorum ſubjectis. Dum autem parochias per Eccleſias baptiſmales (quas Plebes dicunt) Epiſcopus circuit, ne fortè aliquid mali, aut criminis, aut inimiciarum cauſas inveniat, inveſtiget. Nil quæſtus, nil pecunia exinde requirat: nec eos, qui ibi fuerint, pro ſuorum que cibo affligat: ſed quaſi pater filii miſereatur: & emendatis culpis omnes in pace relinquat; ut omnes pro ſuo Epiſcopo, & Sacerdote Dominum benedicant, & pro ejus ſalute tam corporis, quam animæ Dei miſericordiam petant. Taliter enim Epiſcopo faciente, populus cum Clero apud Deum ſalvabitur, & idem ipſe Epiſcopus à Deo remunerabitur. Si autem contra hoc fecerit, vel pecuniam requiſierit, ſimoniacus, & hæreticus judicabitur, atque damnabitur. Igitur ante omnia ſimoniacam hæreſim perſequendo abiicite: ſacerdotes cum omni Clero regula Eccleſiaſtica, ſanctè vivendo, ſubiicite. Populum tam maiores ſanctis ſuaſionibus invitate: peccatores ut reſpiciant, & pœniteant, prædicate: qui pœnitere noluerit, excommunicate: qui ad pœnitentiam reverti voluerint, ſacris Canonibus ſubjugate: viam ſalutis omnibus demonſtrate: circa omnes benignitatem oſtendite; & deus judex juſtus omnia ſecundum juſtitiam veſtram vobis reſtituet. Si enim, quæ ſupradicta ſunt in veſtro Epiſcopatu ſtuderitis obſervare; dum tempus fuerit, & facultas aderit, ad vos veniemus, ſi expedierit: & quicquid vobis neceſſarium, & nobis licitum, & poſſibile fuerit, faciemus. Valete.

30. OPILIONEM Epiſcopum Volaterranum volunt aliqui incidiſſe in annum 1080. a ſed cum conſtet anno 1081. die 16. Septembris Volaterranam ſedem fuiſſe vacuam, affirmare oportebit illum non an. 1080. ſed poſt annum 1081. ad hujuſmodi dignitatis gradum perveniſſe, ut Ammiratus notat egregiè. Meminit hujus Epiſcopi Gelaſius II. de quo parum utilem Volaterranæ Eccleſiæ fuiſſe memorat, quod plura ejuſdem Eccleſiæ bona diſtraxiſſet. XXXI

a Hunc quoque ante an[illegible] locat Laurent.

31. ROGERIUS in Volaterrana ſede reperitur fuiſſe anno 1098. 3. Non. Auguſti. Hic quædam bona commutavit cum Alberto filio quondam Vidonis, eumque Teuzo, quondam Joannis. Anno vero 1104 in quadam bulla Paſchalis II. Pontificis ejuſdem extat memoria, quam hic curavimus apponendam. XXXII

PASCHALIS EPISCOPUS Servus Servorum Dei.

Clericis, & laicis univerſis de Caſtello ſancti Geminiani, ſalutem, & Apoſt. benedictionem.

PAci, & ſtabilitati Eccleſiæ veſtræ, & nos conſtitutione noſtra, & vos obſervatione veſtra providere debemus. Idcirco vobis omnibus præſentium litterarum conſtitutione mandamus, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ſervandum præcipimus, ut oppidum veſtrum, quod S. Geminiani dicitur, cum monte Staſilii juxta poſito, & cum univerſo territorio ſuo nolle unquam modo, nulla occaſione alienari, à poſſeſſione, & proprietate Volaterrenſis Eccleſiæ patiamini, ſed ſicut hodie eſt, ſic ſemper in proprio Volaterrenſis Eccleſiæ jure permaneant. Sanè nec Epiſcopo, neque cuilibet ejuſdem Eccleſiæ miniſtro facultas ſit ipſum oppidum cum præfato monte in feudum perſonæ alicui dare, locare, vendere, commutatione, vel pignoratione contradere, neque Marchioni, neque Comiti, neque alicui poteſtati liceat idipſum oppidum, ſeu prænominatum montem capere, vel ab Eccleſiæ poteſtate ſubtrahere, vel quibuslibet occaſionibus alienare, ſed ſicut ſuperius dictum eſt, ſemper in proprio Eccleſiæ jure permaneant. Si quis vero aliter agere præſumpſerit, & qui fecerint, & qui conſenſerit, excommunicationi ſubjaceat. Noveritis autem fratrem noſtrum Rogerium Eccleſiæ Volaterrenſis Antiſtitem, ita nobis in hujus conſtitutionis Capitulo conſen-

ſiſſe,

ſiſſe, ut eum fratribus, qui eam ad nos comitati ſunt, fieri ipſe petierit, & ipſe ſubſcripſerit.

Rogerius Volaterrenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus fieri rogavi, & ipſe ſubſcripſi.

Datum Laterani, per manus Joannis S.R.E. Diaconi Cardinalis, 9 Kal. Jun. indict. 11. anno Incarn. Dominicæ 1104. Pontif. autem D. Paſchalis II. Papæ 5.

Rogerius Vaſtallenſi Concilio interfuit ſub Paſchali II. Pontif. anno 1106. anno vero 1108. in favorem ſuæ Eccleſiæ coemit à Gualando quondam Sarracini medietatem Caſtelli Mœnsi, ac medietatem oppidi Buriani. Iterum ann. 1115. 7. Kal. Februarii Ind. 8. quamplura bona Comitis quondam Ugonis ſoluto pretio Eccleſiæ ſuæ adjunxit, quamobrem & Eccleſiæ quam utiliter præfuiſſe videtur.


XXXIII. 32. EUCHARISTUS Epiſcopus Volaterranus circa annum Domini 1119. cum Eccleſiæ ſibi commiſſæ patrimonium malè adminiſtrando divexaſſet, à Gelaſio II. Pontifice honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, ut in decret. p. 2. cap. 12. q. 2. can. 25.

XXIV. 33. (1) ROGERIUS Euchariſto ſucceſſit circa annum 1119. qui an. 1120. Callixtum Romanum Pontificem è Galliis Romam petente Volaterris excepit hoſpitio, ab eodemque impetravit, ut cathedralem conſecraret, ut ex hac inſcriptione reſtaurata à Luca Alemanno Volaterrano Epiſcopo liquido apparet.

D. O. M.

Callixtus II. P. M. cum Romam è Gallia ad Pontificatus Coronam ſuſcipiendam proficiſceretur, Volaterras perveniens, templum hoc Virgini in Cœlum Aſſumptæ dicatum XII. Cardinalibus, Piſarum Archiepiſcopo, V. Epiſcopis, cum Rogerio Volaterranorum Antiſtite intervenientibus ſolemni, celebrique pompa conſecravit. Mauritani Victoris ſacri capitis auro obducti dono illuſtravit, ac omnibus idem ſingulis annis pie adeuntibus octonis diebus viginti de injunctis dies indulſit, xiii. Kal. Junii MCXX. Cujus jamjam labentem memoriam ex vetuſtiſſimis monumentis depromptam Lucas Alemannius Epiſcopus Volaterranus è tēporū faucibus abripuit, marmoreoq; hoc lapide æternavit vi. idus Martii M. DC. X.

Idem Callixtus Papa dum Volaterris moraretur, alias D. Petri veteris ſilicis, ac S. Alexandri Eccleſias dedicavit; partemque capitis S. Victoris Martyris, à Mediolanenſibus ſibi datam, Volaterranis populis impertiit, qui ſumma religione illius Martyris clientelæ ſe commiſere, ejuſque ſacra lypſana argentea theca incluſere. Continent ea calvariam, quæ cum ex octo oſſibus inter ſe commiſſis compacta eſſe debeat, aliqua tamen, una cum ſinciptis parte ſiniſtra deſiderantur, quarum reliquiarum figuram hic incidendam curavi, ut cum Volaterrani ſuperiorem capitis partem, intimam, ut ajunt, Mediolanenſes obtineant, diſcrepantes inter ſe plurimorum ſententiæ conciliari poſſint.




Harum reliquiarum tranſlatio Sancti illius vitæ adjecta eſt, quam ex antiquis monumentis Raphel Volaterranus eruditiſſimus vir olim una cum S. Martyris vita deſcripſit, quæ in Cathedrali aſſervatur. His verò verbis tranſlationis relatio deſcripta eſt. *Mox Italia Sacra Tom. I.*

A *verò quemadmodū vir alienigena Volaterranorū ſit factus patronus, audite. Anno ſiquidem vigeſimo ſupra centeſimum, ac milleſimum S. memoriæ Calliſtus II. qui ob egregias ejus virtutes abſens eſt Pontifex creatus, ex Galliis poſtmodum Romam ad officium capeſſendum proficiſcens, cum per hanc regionem iter haberet, Rogerius Præſul Urbevetanus obviam procedens honoris gratia, eū ad Urbē ſuā invitavit, hoſpitioq; pro dignitate excepit. At Paſtor mitiſſimus, ut humanitati, beneficiisq; gratias ageret, Baſilicā ſimul cū BB. Petri, & Alexādri tēplis conſecravit. Hujus inſuper Martyris caput venerādum ſingularis loco muneris Volaterris donavit. Ex illo namque die in conſervatorem cœleſtem eum ſuſceperunt: atque illius natalis celebritatem 3. Id. Majas ſolvendam ſucceſſoribus perpetuo mandaverunt, ut non ſolum ipſius Sancti, ſed etiam Pontificis optimè de hac Urbe meriti nobis in benedictione memoria foret.*

Hactenus ille. Silentio præterire non debeo inſignem caſum, quo Martyris gloria commendetur. Anno enim 1529. quo tempore Carolus V. ac Clemens VII.
B Florentiam obſidione cinxere, receptis à Florentinis Volaterris, Ferruccio Duce, Bartolus Tedaldus Florentinorum Commiſſarii nepos, cum diriperetur Civitas, S. Victoris caput rapuit, ac Ferruccio obtulit, ut argentum detraheret, qui religione tactus à ſacrilegio abſtinuit. At temerarius adoleſcens, ſequenti die ſceleris ultrices pœnas ſentit. Sub talo enim primum leviter exulcerata cute, ac dein induta cruſta tanto incendio pes ardere cœpit, ut retorridas, ac peruſtas carnes intolerabili prurigine ſibi ipſe laniaret, maloque ad crus ſerpente, intra octo dies funeſto illo ſupplicio aſſumptus eſt.

Rogerius autem ad Eccleſiam deinde Piſanam tranſlatus eſt 1125. ubi in ea dignitate deceſſit 1130. anno verò 1129. in quadam perantiqua ſcriptura ita reperitur ſubſcriptus: Rogerius, Dei gratia, Volaterranenſis Epiſcopus, ac Piſanorum Archiepiſcopus.

34. CRESCENTIUS Rogerio ſuffectus eſt, ejuſdemque primum mentio occurrit anno 1139. in quodam fœdere implicitarum litium compoſitarum XXXV.
C inter ipſum, aliosque, qui illas Epiſcopatui intentaverant. Idemque per literas, perque procuratorem quaſdam terras coemit à Raynerio appellato Pannochia quondam Ugolini item Pannochiæ anno 1134.



35. OLDIMARIUS, ſive Odimarius, qui etiam Adimarius eſt, de Adimariis nobiliſſima gente XXXVI.
D Florentina. Hic 1139. 10. Kal. Februarii, indict. 11. à Comite Raynerio Pannochia filio quondam Ugolini, ac Sybillæ ejus uxoris filiæ quondam Spalto multa bona coemit: anno verò 1147. pridie Non. Octobris, indict. 10. Comes Lutherius filius quondam Comitis Rinierii, cum Adalaſia uxore ſua, filiaque quondam Comitis Ugonis ad animarum ſuarum expiationem, plurumque affinium omnipotenti Deo obtulerunt, ſanctæque Mariæ Eccleſiæ de Volaterris, in qua Odimarius Epiſcopus, ac Rector eſſe videtur, integram partem Podii, quam S. Blaſii Rocham vocant, cum Eccleſia ipſa S. Blaſii, ac ſuis pertinentiis, quæ ad ipſos, illorumque juriſdictionem ſpectare videtur.

Obiit Odemarius poſt annum 1148. At hæc ſcribentibus in ejus laudem occurrit Italicum carmen Alexandri Ademarii Patritii Florentini, viri omnium laude digni, eruditi, lepidique noſtri ſeculi Poetæ,

(1) Cum Euchariſtium ad 2 Gelaſii tempora cenſeat transferendum Lucentius, ex duplici Rogerio unicum pariter exiſtimat ſupputandum. Verum cum clarè non conſtet Gelaſii primi eſſe laudatum illud decretum, quod alii, quos inter noſter Ughellus Gelaſio II. attribuunt, in re dubia ab Auctoris mente recedendum eſſe non duxi.

in libro, quem edidit *della Clio, overo cinquanta Sonetti ſopra più perſone della famiglia, e caſata degli Adimari*, Eum verò ſic alloquitur.

Se niun lucerna acceſa aſconde in terra,
Ma ſoura il candelier l'alza, e l'aſſetta,
E ſe meglio dal mente occhio ſaetta,
Adimare, à ragion giſti à Volterra:
Tu ſpeculator giuſto in pace, e in guerra,
Tu luce ſacroſanta, e benedetta,
Per far la Gregge tua ſana, e perfetta
T'eleggeſti un'albergo alto da terra.
Anzi per ampliar Paſcolo, e Prato,
Quanto è fra l'Elſa, e fra la Fuſcia in dono
Deſti all'Epiſcopal tuo ſeggie amato.
Hor, ſe chi pon la vita, è Paſtor buono,
Tu che l'oro, e la vita in ungli hai dato,
Merti, à giudizio mio, d'ottimo il ſuono.

Idem eodem libro inter cæteros Adimariæ familiæ præclaros viros laudavit Alemannum Cardinalem Archiepiſcopum Piſanum, Robertum hujus Volaterranæ Eccleſiæ Epiſcopum, & Philippum Præſulem Nazareuum, de quibus infra. Hujus nobiliſſimæ familiæ ſtemmata ſcutum æqualiter bipartitum aureum, & cæruleum, de qua nempe inſignis Ugolinus Varinus lib. 3. de illuſtrat. Urbis Florentiæ, ſic verſificavit.

Quin & vicini Feſulano è vertice montis
Venit ſanguineis notus bellator in armis
Adimar, unde genus clari duxere nepotes;
Cum Longobardos victor Pipinus heroes
Diruit, & noſtram majorem reddidit Urbem.
In multos ramos, mutato nomine, proles
Scinditur, & plures complexa nepotibus urbes.
Ex hac illuſtris profluxit Trotta propago,
Qua nunc attollit ſeſe Alexandria pubes;
Armipotens genus, & ſacris memorabile chartis.

XX XVII 36. GALGANUS hujus nominis I. quem è nobiliſſima Inghiramia familia fuiſſe tradunt, alii autem è Pannochieſca gente eſſe contendunt de Caſtilione Bernardi, in Volaterrana ſede floruit anno 1150. extatque ejus memoria in multis contractibus uſque ad annum 1161. ut junior Ammiratus ſcribit. Senior autem narrat 1164. hunc Galganum à Friderico I. Volaterranum Dominum fuiſſe conſtitutum Papiæ, tametſi de more ſuo non afferat privilegium.

XXX VIII. 37. (1) UGO de Saladinis ex Comitibus Caſtelli Aguiani, & Canonico Patavino, ac Volaterrano, ob ſingularem vitæ probitatem, ad Volaterranum Epiſcopatum aſſumptus eſt ann. 1174. Hic ille Epiſcopus Volaterranus eſt, qui ex Divino inſtinctu an. 1181. Ciſtercienſis ordinis Abbatibus, à Gallicanis Comitiis redeuntibus, propè Glusdinum ad montem Cerbolim in paſtorali tugurio repererunt D. Galganum Eremitam ſpiritum Deo reddidiſſe, ibidemque illum tumulaſſe narratur. Quoniam verò Abbates illi pietatis ergo, defunctum Sanctum habitu converſorum ſui Ordinis conveſtierant, arrepta Ugo occaſione auctor fuit ibi conſtruendi inſignem illam Abbatiam S. Galgani Ordinis Ciſtercienſis, cum prius ipſe ædificando cœnobio fundum liberaliſſimè attribuiſſet. Narrat Ammiratus multa Ugonem pertuliſſe à Volaterranis Civibus, quod libertatem Eccleſiaſticam mordicus retineret, defenderetque. Ejus memoria extat uſque ad annum 1183. Eodem enim anno, vel ſequenti potuit fato ceſſiſſe, die 8. menſis Septembris. Sepultus eſt in Cathedrali, cum antea populus ob creditam de eo ſanctimoniam vitæ, ſive ut deſiderium defuncti aliquantiſper leniret, extra ſepulchrum ad decem dies eundem veneratus fuiſſet.

XX XIX. 38. ILDEBRANDUS de Pannochieſchis, ſive ut alii volunt, del Pannochia, Ugoni ſucceſſit anno 1184. Hic cum ex nobilitate gentis ſuæ ingentes ſpiritus gereret, brevi Volaterranum arripuit principatum, declaratuſque eſt à Friderico Imperatore ſacri Imperii Princeps anno 1185. De hujuſmodi re privilegium attulit Ammiratus.

A



Fridericus, Dei gratia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

Inter varia Imperatoria Majeſtatis vota, & opera, officium Imperialis Excellentia à Deo nobis creditum poſtulat, & requirit, ut cum unicuique fidelium noſtrum, quod ſuum eſt debeamus obſervare, Eccleſiis quidem, & B *Eccleſiaſticis perſonis intendere tenemur, quarum obſervantia nobis commiſſa eſt ad earum proſperitatem, & ſalutem, quatenus dum per ſolertiam exteriorum viſcera pietatis, & ſpem juſtitia clementer ei aperimus, ſuffragiis, & orationibus earum vitam obtinere valeamus æternam, juxta illud Dominicum; Eleemoſyna extinguit peccatum, & charitas operit multitudinem peccatorum. Ea propter cognoſcat tam præſens ætas fidelium Imperii, quam ſucceſſura poſteritas, quod nos attendentes antiquam honeſtatem, & meram libertatem noſtra Volterrenſis Eccleſia, & animum libenter inclinantes ad ſedulas preces dilecti, & fidelis Principis noſtri Hildebrandi Pannochii ejuſdem Eccleſia Epiſcopi, cujus utique devotio plurimum nobis accepta eſt, & honeſtas ejus ſuis commendata meritis, æquum duximus, atq; neceſſarium, ut inſolentiis, & damnis, quæ præſcripta Eccleſia tum ex ignavia, tum ex prodigalitate, tum etiam & imprudentia Prælatorum ſuorum ſubſtinuit, maturius occurramus,* C *ne ſi torpore diuturno negligenter ſenuerit, in oblivionem fortè deveniat, & injuria in res ſacras graſſantium tranſeat in aliquem, quaſi juſta poſſeſſionis uſum. Habito igitur, ſapienterque deliberato Principum, & curia noſtra Judicum cõſilio, omnes oppignorationes, beneficia, tranſmutationes, & alias quaſcumque alienationes, quæ à prædeceſſoribus prædicti Epiſcopi, & ſpecialiter ab Hugone Epiſcopo proximo prædeceſſore ſuo, & à Canonica, ſive Canonicis ejuſdem Eccleſia caſſamus, & Imperiali authoritate omnino in irritum revocamus, & ut liberè abſq; omni contradictione ad ſæpe dictam Eccleſiam, & Epiſcopum revertantur, cenſemus, ac diſtrictè præcipimus, niſi evidenti ratione probari poſſit, & oculata fide declarari ad utilitatem ipſius Eccleſia, eam in ſuum rationabilem contractum acceſſiſſe. Ad augmentum quoque noſtra Imperialis ſolertia ipſi Epiſcopo plenã damus authoritatem, poteſtatem concedimus confidenter intrandi, & poſſidendi quæcunque alienata, ſive conceſſa, vel infeudata, ſeu nomine tenimenti collata, tam in caſtris, quam villis, aliis quibuſcumque rebus, & earum poſſeſſionem, atque* D *uſum liberè habendi, & pro ſua voluntatis arbitrio ſalubriter diſpenſandi ſine læſione ſui juris, & Vulterranæ Eccleſiæ. Ut autem hoc noſtra Majeſtatis edictum ratum conſiſtat, & omni ævo inconvulſum permaneat, præſentem inde paginam conſcribi juſſimus, & Excellentia noſtra ſigillo communiri; ſtatuentes, & Imperiali authoritate ſancientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nulla Civitas, nullum Commune, nullave poteſtas, ſeu aliqua prorſus perſona humilis, vel alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica huic noſtra conſtitutioni audeat contraire, vel aliquibus calumniarum injuriis præſumat noſtrum hoc præceptum attentare, quod qui fecerit in ultionem temeritatis ſuæ ſexaginta libras auri puri componat, medietatem fiſco Imperiali, & medietatem perſona injuriam patienti. Hujus rei teſtes ſunt, Conradus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Guillelmus Aſtenſis Epiſcopus, Albrigunus Rheginus Epiſcopus, Fridericus Præpoſitus S. Thomæ in Argentina,*

(1) Tabulario hujus Eccleſiæ Volaterranam ſedem occupabat Petrus an. 1181. quo ſanè deſiit eſſe. *Lucentino.*

tina, Dux Guelfus, Lupoldus Dux Auſtriæ, Gherardus Comes de Lon, Comes Symon de Spamheim, Comes Theobaldus de Lechſgenmunde, Marchio Bonifacius de Monteferrato, Vveraerus de Bonlande, Drajardus de Reſtonebare, Leo de Meaumeato, Obizo Judex de Vico, Montanellus de Monte cucari, Henricus Markalcus de Lursa, Rodulphus Camerarius, & alii quamplures.

Dat. apud Cremam *in revelatione ipſius ann. Domin. Incarn. MCLXXXV. indictione tertio, xui. Kal. Junii.*

Obtinuit etiam Ildebrandus ann. 1188. alterum privilegium datum in S. Miniato, ubi Principis titulo inſignitur, ac præter Volaterranum dominium, in plura etiam Caſtella poteſtatem accepit, totum Epiſcopatum cum argenti mineriis, Caſtelli Monterii, Regaliſque ad Imperatorem ſpectantibus. Vrbanus III. an. 1187. XI Kal. Octobris, Ind. 6. ſui Pontificatus ann. 2. Veronæ privilegium dilargitus eſt in ſavorem Ildebrandi, ejuſdemque in Epiſcopatu ſucceſſorum. In difficillimis temporibus dexteritate mirabili uſus eſt cũ à Pontificibus æque, ac Imperatoribus, omnia quæcumque vel animo deſtinaſſet, facillimè videretur impetrare. A Clemente III. obtinuit poteſtatem Collenſem creandi Plebanum, quod jam ipſum in ſuam traxerat juriſdictionem. Poteſtate procudendi denarios ab Imperatore Henrico ſingulariter donatus eſt, ut ex ſequenti privilegio perſpicitur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus VI. Divina favente elementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Excellentia noſtra benignitas ſerenitatem noſtram indicat, ut devota fidelium noſtrorum obſequia elementer attendentes liberali munificentia Majeſtatis noſtræ beneficiis ipſos ſtudeamus ſublimare. Notum igitur facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos conſiderantes fidem, & dilectionem dilecti Principis noſtri Ildebrandi Valterrani Epiſcopi, quam nobis præclaris obſequiis conſtanter oſtendit Regali Excell. ipſi, & ſucceſſoribus ſuis monetam recto ſeudo tenendam in perpetuum cõcedimus dantes ei licentiam, & plenam poteſtatem cudendi eam, in quo pondere, colore, & forma voluerint, & in omnibus prædictis eam mutandi pro ſua voluntate. Per hanc autẽ Majeſtatis noſtræ conceſſionem prædictus Epiſcopus, ejuſque ſucceſſores fiſco noſtro annuatim in penſione perſolvant ſex marchas puri argenti ad pondus Coloniense in feſto S. Martini præter illam penſionem, quam præaliis regalibus dare tenetur, ſi vero aliquis ſucceſſor prædicti Epiſcopi monetam reſignare voluerint, non teneatur ad earundem ſex marcharum perſolutionem. Datum Vicerbur, anno Dom. *Incarn. 1189. Ind. 7. 15. Kal. Sept.*

Reperitur nominatus Ildebrandus in quodam privilegio ejuſdem Henrici VI. Imp. ad ſavorem Monaſterii S. Galgani dilargito anno 1191. ſiquidem cum Monaſterium illud è Clarevallenſi colonia illuc miſſa cœpiſſet creſcere, fortunaſque augere, dignum viſum eſt, quod ad munimen Imperatoria tutela fulciretur. Ex originario hoc ſequens exemplar deduximus, curavimuſque hic exſcribendum, quod adhuc in libro membranis compacto in Bibliotheca Monaſterii Ciſtelli Florentiæ diligentiſſimè aſſervatur.

Henricus VI. Divina favente elementia, Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Apud Regem Regum ad æterni Regni præmium, & ad temporalis Imperii nobis conferri credimus incremẽtũ, ſi in perſonis, ac rebus Deo dicatis, ſicut Regia dignitatis incumbit officio, proviſionis curam, & ſollicitudinem impendamus.

Noverit itaque omnium Imperii fidelium tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod nos æternæ retributionis intuitu Monachos S. Galgani à Claravalle in Tuſciam venientes, & omnia ipſorum bona, quæ vel habent in Tuſcia, vel quæ in poſterum juſto acquiſitionis titulo ſunt habituri, pariter quoque ipſorum, ac fratrum ſuorum perſonas in nomine Majeſtatis protectionem ſuſcepimus, eoſque ab omni ſervitio, ſeu munere, ſive neceſſariis noſtris, ſive aliis præſtando, liberos, & immunes conſtituimus, ut nulli prorſus hominum reſpondere teneantur, niſi tantum Clarevallenſibus, tanqua ſpiritualibus Patribus. Quicumque etiam noſtræ iuriſdictionis homo ſub Monaſtica profeſſione Monaſterium ipſorum ingreſſus fuerit, & perſona ipſius ingredientis, & poſſeſſiones ipſius, quæ Monaſterio contulerit, ab omni exactione, & angaria liberæ ſint, & abſolutæ. In eis quoque, quæ ad vitæ temporalis pertinent neceſſitatem, eis aliquatenus conſultum eſſe cupientes, ipſis ex mera liberalitate contulimus, & Regia donavimus munificentia campum iuxta Abbatiam, quæ dicitur Ardinga ſitum, qui ſex boum paribus arari poteſt annuatim, ut eum iure poſſideant perpetuo. Præcipimus itaque, & Regio ſtatuimus edicto, ut nulla perſona humilis, vel alta contra hanc noſtræ benignitatis munificentiam præſumat venire, vel eam auſu temerario violare, qui verò contrafecerit, vel in perſonis ipſorum, aut poſſeſſiones manus violentas iniecerit, ei pœnæ, quæ Imperiali, aut Regia Maieſtas imponere volet, ſubiacebit. Quæ benevolentiæ nomine protectio, atque largitio, ut rata in eum, atque inconvulſa permaneat, præſentem inde paginam fecimus ſubſcribi, eamque nominis noſtri ſigillo iuſſimus communiri.

Datum in Caſtro ſancti Quirici anno Dominicæ Incarn. 1191. Ind. 9. 8 Id. Martii.

Idem Monaſterium ad Ildebrandi preces privilegiis exornavit, atque tutatus eſt Philippus Dux Etruriæ, fraterque Heurici Imperat. anno 1196. ut in ſequenti diplomate.

Philippus, Dei gratia Dux Tuſciæ, &c.

Si Eccleſiaſticos, & præcipuè religioſas perſonas in ſuo iure conſervare ſtudemus, & eis tranquillam pacem huius temporis ad ſerviendum Deo providemus, ſperamus in æterna retributione nos inde meritum, & animæ remedium recepturos. Ea propter notum facimus univerſis Imperii fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos intuitu Divinæ miſerationis fratres religioſos S. Galgani in monte Sepii Divinis mancipatis obſequiis, & omnia ipſorum bona, & campum iuxta Abbatiam, quæ dicitur Ardinga, ſitum, qui ſex boum paribus arari poteſt, annuatim ſub protectione ſerenitatis noſtræ ſuſcepimus, ſicut in privilegio à glorioſiſſimo Patre noſtro Friderico Romanorum Imperatore eis dato continetur, & etiam à ſereniſſimo fratre noſtro Henrico Romanorum Imperatore in alio privilegio eſt conceſſum eis, noſtra authoritate eis ſtabilimus, & confirmamus, & eos ab omni ſervitio perſonæ tam Nunciorum noſtrorum, quam aliorum abſolvimus, ut nulli omninò teneantur reſpondere, niſi tamen Vulterrano Epiſcopo tanquam ſpirituali Patri ſuo. Statuimus igitur, ut nulla perſona humilis, vel alto contra hanc noſtræ benignitatis munificentiam præſumat venire, vel auſu temerario violare. Qui vero contrafecerit, vel in perſonas ipſorum, aut poſſeſſiones manus violentas iniecerit, pœnam centum marcarum argenti ei imponimus, hæc ut rata in perpetuum, & inconvulſa permaneant, præſentem paginam conſcribi fecimus, eamque nominis noſtri ſigillo iuſſimus communiri. Datum apud Aretium, anno Dom Incarn. 1196. Ind 4 quarto Kal. Martii.

Eodem anno iterum Henricus Imperat. Eremum S. Galgani, ac Monachos hos ſequenti privilegio protegendos ſuſcepit.

Henricus VI., Divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Siciliæ Rex, &c.

Imperialis Excellentia noſtra dignitas ſicut ad conſervandum jus temporale debito legum, & juris tramite debet incedere: Ita pro æterna vita præmiis, ad religioſarum perſonarum defenſionem, & locorum Deo dicatorum augmentum, ſtudium, & operã vigilanti animo dignè iudico adhibere. Quapropter notum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos Imperiali benignitate Bonum presbyterum Priorem Eremi S. Galgani, & fratres ſuos, & univerſa bona, quæ nunc habent, vel in poſterum concedente Domino, juſte poterunt obtinere, in ſpecialem Majeſtatis noſtræ protectionem recipimus, ipſiſque pro anima noſtra remedio concedimus, & præſenti pagina confirmamus in perpetuum campũ ſitum juxta Abbatiã Ardingam, in loco, qui dicitur Velledechi, quo campus ſex paribus boum annuatim poteſt arari, eo videlicet tenere, ut prædicti fratres ipſum campum ab omni onere, & ſervitio, tam noſtræ Majeſtatis, quam etiam cujuslibet alterius, noſtrorum Nunciorum perſona, & ſpecialiter filiorum Corradi de Monte Alcino liberum ſemper habeant, & abſolutum. Statuimus igitur, & Imperiali authoritate ſancimus, ut nulla omnino perſona, humilis, vel alta, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica contra hanc Majeſtatis noſtræ conceſſionem, & præce-

ptum aliquatenus gravare audeat, vel impedire prædictos fratres, vel aliquam eis ingerere moleſtiam; quod ſi quis attentaverit xxx. libras auri pro pœna Cameræ noſtræ componat; ad cujus rei certam in poſterum evidentiam præſentem paginam inde conſcribi juſſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri.

Datum apud Aſſianum anno Dom. Incarn. 1196. indict. 15. 2. Non. Octobris.

Omnes has immuoitates ab Imperatoribus, ac Pontiſic. Monaſterio S. Galgani Ildebrandus impetravit, ut ex ſequenti ejuſdem ampliſſimo privilegio liquido conſtabit. Anno 1197. die II. menſis Novembris Ildebrandus cum cæteris Etruriæ Civitatibus fœdus percuſſit, defenditque Eccleſiaſticam ditionem interventu, auxilioque Cardinalium Legatorum Pandulphi Piſani, ac Bernardi Lucenſis. Anno 1196. Asetii in S. Petro Majori juramento interfuit, quod Verdes Rector Commuoitatis Figlinatis, ac Vallis Arni præſtitit, Acerbo Florentino Cooſuli obediendi. Innocentius III. hoc ſequens diploma ad Ilbebrandum perſcripſit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Ildebrando Vulterraoo Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QUæ ad Eccleſiarum augmentum à Principibus ſecularibus, aut viris Eccleſiaſticis indulgentur, gratanter admittimus, & gratius Apoſtolicæ ſedis præſidio communimus; quodcirca te, ac Eccleſiam Vulterranam tanto libentius adimplemus, quanto te nobis, & Eccleſiæ Romanæ fideliorem invenimus, & in pluribus tuam ſumus devotionem experti. Ea propter venerabilis in Chriſto frater tuis juſtis precibus annuentes, libertates, immunitates, dignitates, & juriſdictiones tibi, & Eccleſiæ Vulterranenſi a Principibus, ſive à quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, vel ſecularibus provida deliberatione conceſſas ratas eſſe decernimus, & mandamus in poſterum inviolabiliter obſervari. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis paginam infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 9. Kal. Aprilis, Pontif. noſtri ann. 2.

Cæterum Ildebrandum magni nomiois, magnæque exiſtimationis apud omnes fuiſſe oportet, quando in Etturia, ſive quæ ad pacem, ſive quæ ad bellum viderentur ſpectare, ad ejus ferè arbitrium componerentur. Quod ipſum planè oſtendit anno 1200. die 13. menſis Februarii, cum in palatio Epiſcopi Florētioi in ſe recipit, ſancteque jurat ſe Floreotinis, ubi cootra ipſos exarſiſſet bellum, opem pro virili laturum, impulſurumque ſuæ ditionis milites ad Semifontis contumacis Oppidi oppugnationem, ſemelque in anno per 15. dies, cum ducentis equitibus, ac mille peditibus ſub illorum ſignis militaturum ſuis impenſis; at ſi ad diuturnius tempus ſua opera uti voluiſſent, illorum ſublevatus pecunia adverſarios Floreotioorum impugnaturum, neque cum Semifonte pacem, neque cum aliis, ipſis non aſſentientibus uoquam facturum. Hoc demum Oppidum gliſceoti Florētinorum potentia pertioaciſſimum æmulum exciſum eſt 1202. Anno verò 1203. die 4. menſis Junii, hic idem Ildebrandus cum Petro Florentinorum Antiſtite, Rainerioque Epiſcopo Feſulano non modo, Lodo à Podii Bonitii Prætore, aliiſque arbitris honorariis inter Senenſes, Florentinoſque lato interfuit, cum de confiniis diſceptarent, ſed etiam Senis præſens fuit, dum illius Civitatis Conſules, coram Conſulibus Florentinis militum, ac mercatorum idem Lodum ratum haberent, confirmarentque. Vt autem Ildebrandus armis valuit, ſic in promovenda pietate fuit præcipuus. Novæ etenim S. Galgani plantationi adeo favorabilis fuit, ut effuſis propemodum opibus Monaſterium illud ditaverit: ut ex hoc ſequenti privilegio perſpicuè patet.

In nomine Domini Amen.

Anno Incarnationis ejus 1208. Idus Octobris Ind. quinta. Noverit omnium fidelium tam præſens ætas, quam futurorum poſteritas, quod nos Ildebrandus Dei gratia humilis Vulterranus Epiſcopus, æternæ retributionis intuitu, monachos converſos Eccleſiæ B. S. Galgani confeſſoris ſitæ, atque exſtructæ in ſylva montis Sepii, qui ibidem ſecundum regulam B. Benedicti, & ſecundum inſtitutionem, & formam Clarevallenſium Deo ſunt ſervituri, ipſorumque bona, quæ in præſens habent, vel quæ in poſterum juſte acquiſitionis titulo in Vulterrana Diœceſi ſunt habituri, ſub noſtra cura, & protectione ſuſcipimus, concedentes eis in omnibus plenitudinem libertatis, quæ ſibi vendicat ubique ordo Clarevallenſium, reſervato nobis jure Patronatus, ita quod non debeant intereſſe electioni, neque inſtitutioni, neque inveſtituræ, munitis privilegio Apoſtolico. Volumus inſuper eos ab omni ſervitio noſtro eos manere, noſtroſque nuncios, ſive ab aliis nobis pertinentibus præſtando, liberos eſſe, atque immunes. Volumus etiam, ut quicumque noſtræ juriſdictionis homo monaſterium ipſorum ſub monaſtica profeſſione ingreſſus fuerit, Perſona ingredientis, & ipſius poſſeſſiones, quas juſtè contulerit, vel vendiderit, ab omni excommunicatione, & angaria ſint abſoluta, & libera; in his quoque quæ ad præſentis vitæ neceſſitudinem pertinent, ipſis conſultum eſſe cupientes, quod Dei timore, & animæ noſtræ remedio, noſtrorumve ſucceſſorum, ſubſcribente Vulterrano Capitulo, concedimus, & damus eis terras noſtræ juriſdictionis ſibi perpetuo poſſidendas in terra fines iſtos poſitos, videlicet in Papera, & in Lupinare, & in Iribuano, & funaum Zaucini de Monticciano, in quod accepto cambio nobis reconſignavit, & prædia, quæ fuerunt Guidaccioni, & Ferrena, cum ſylva, & cum omnibus, quæ ad ipſam ſylvam pertinent, ſicut olim fuit conſignata, & terra riveta à flumine Merſa, uſque ad flumen Galleſia. Concedimus etiā eis, & damus terras apud Beltronem poſitas, & ita nominatas per loca, & conſignatas, terram videlicet de Paluelo, & de Monte Laci, a via antiqua, quæ vadit ad S. Geſſorem uſque ad finem Sillatis. Ab Oriente habent juxta ſe terram præpoſitæ de caſale, quæ vocatur Monte Laci; Ab occidēte tenet cum terra Rayneriı de Birmani, quæ vocatur terra Sumbrieſe, totam quoque terram ad Longareſe à via antiqua, quæ eſt de Surſum uſque ad flumen Salletis, ab Oriente habet, terram Raynerij de Bolmani, quæ dicitur Sabienſe, ab Occidente ſe dividit cum foſſato, quod vadit inter ambas ſylvas, & tenet cum terra de ſancto ad Geſſorem uſque ad aquam de Forci, terram quoque de vialata, quæ vadit a via antiqua uſque ad aquam, quæ vocatur Forci. Ab oriente cum terra ad Geſſorem, ab occidente cum terra Rayneriı prædicti, quæ vocatur alla mareſe, & terram deſuper Ficū de Petris, qui tenet ſe ad Orientē cū terra Rayneris Pannochio, ab Occidente autem terram de Corneis, & de ſubtus Madia uſque ad flumen Foſcis, & à Meridie uſque ad Campum curta. Unde obligantes nos, & noſtros ſucceſſores impoſita ſolemni ſtipulatione promittimus tibi D. Bono recipienti pro prædicta Eccleſia per omnia prædicta firma, & rata habebimus, & ab omni homine defendentes, & quietè, ac pacificè providere promittimus in perpetuum. Statuimus itaque, & authoritate nobis a Deo collata præcipimus, ut nulla perſona contra hanc noſtræ benignitatis munificentiam venire præſumat, vel etiam auſu temerario violare, qui vero contrafecerit, ſit Anathema Marantha, niſi deſecerit, de ſanta præſumtione ſatisfecerit. Vt hujus itaque noſtræ benevolentiæ largitio, atque protectio tota in eam atque inconcuſſa permaneat, publicum inde inſtrumentum Creſcentium Judicem, & Notarium noſtrum ſcribere mandavimus. Actum in quodam Orto juxta Caſtellum Montis Alcini Epiſcopatu, & Comitatu Vulterra coram D. Luca Abbate S. Pauli de Piſis, & D. Luca Priore de Diſcalſiis, Florentietto Præpoſito de Caſulis, Azzo Plebano de Forciano, mag. Ruffulo de Anisa, & presbytero Gulielmo ejuſdem D. Epiſcopi Capellano, & Canonico de Ceſena præſentibus rogatis teſtibus, ibique, & in eorum præſentia Gerardus filius Ubaldi, Galganuſque Parſcaldi, & Mons, Magnuſque Villari futuri monachi manumiſerant ſe in manibus jam dicti D. Boni Prioris Eccleſiæ S. Galgani, & ſtabilitatem loci promiſerunt, & ipſe D. Epiſcopus inveſtivit

ipſum

A *ipſum Priorem, & prædictos amodo fratres ejus de Eccleſia prædicta & de omnibus prædictis rebus.*

Hanc conceſſionem, eodem deprecante Ildebrando, Oiho IV. Imperator confirmavit, eatamque habuit, ut ſequens prodit privilegium, quod inter alios Præſules etiam Ildebrandus ipſe ſubſcripſit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otto IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Ad æternæ vitæ præmium, & temporalis Imperii incrementum, apud Creatorem omnium nobis maximè proficere non ambigimus, ſi in Eccleſia Dei, & religioſis perſonis gratiæ noſtræ ſubſidium, & Imperialis defenſionem majeſtatis ſtudeamus propenſius impertiri. Quapropter notum facimus univerſis imperii fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos intuitu Divinæ retributionis monaſterium, & totum conventum S. Galgani Ciſterſienſis ordinis, quod monaſterium ſitum eſt in Epiſcopatu Volaterrano in monte Sepio, eo quod perſonas ibi exiſtentes in eo ordine devotas, & Deo, & maximè religioſas eſſe audivimus, cum perſonis omnibus ibidem Deo famulantibus, & univerſis bonis, obedientiis, & pertinentiis ſuis, in ſpiritualem majeſtatis noſtræ protectionem recipimus ipſum monaſterium, & locum, perſonas omnes, & obedientias, & univerſa ad ipſos pertinentia, quæ nunc habent, vel in poſterum dante Domino poterunt juſtè adipiſci, ab omni data, collecta, tributis, Angaria, ſeu Pangaria munere publicæ functionis, & ab omni gravamine, vel exactione cujuſcumque perſonæ in perpetuum libera eſſe decernentes, quorum quædam certis nominibus duximus exprimenda; Montem Sepium, in quo ipſum Monaſterium eſt fundatum cum nemore, & omnibus adjacentibus, & quidquid habentur in curte, & diſtrictu de Berignone, cum ſuis pertinentiis, & quidquid . . . . in villa de Lamole, in curte de Clnſino, & de Fruoſine de Monticiano, ſicut Ildebrandus Vulterranus Epiſcopus hæc omnia ipſis dedit, & conceſſit. Adjicimus etiam quidquid habent in curtibus de Sticiano, & de Lactaria, Campum quoque de Valoroſi ſitum juxta Abbatiam Ardingam ab Anteceſſore noſtro Henrico Romanorum Sereniſſimo Imperatore ipſis datum, & conceſſum Inſuper Abbatiam de Guintono à Romano Innocentio ſummo Pontifice ipſis conceſſam, cum omnibus ſuis obedientiis, & pertinentiis. Hæc autem omnia ſicut prænotata ſunt, cum paſcuis, nemoribus, ſylvis, terris, cultis, & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, & cum omn. utilitate ſicut ipſis data ſunt, & conceſſa, Imperiali authoritate ipſis confirmamus. Concedentes, ut in cauſis forenſibus licitum eis ſit ſyndicum, vel procuratorem conſtituere. Nullæ quoque conſtitutiones locorum, vel Civitatum contra jus . . . ipſius præjudicet. Nulla quoque perſona, nullaque Civitas, vel Commune, vel locus ipſos prohibere debeat, quominus extrahant, vel exportent, quæ ipſius ad domos, & fratrum in victum, & perſonarum ſuarum ſuſtentationem ſunt neceſſaria. Statuimus quoque, & jubemus, ut ſi res aliquæ prædictæ domui, & ſuis pertinentiis ab aliqua, vel aliquibus fuerint ablatæ, & ad manus aliquorum devenerint locorum, tamdiu eas retineant, quouſq; debitum unde prædicti fratres accipiant juſtitiā. Ad hæc de ſpeciali liberalitatis noſtræ gratia ipſis indulgemus, quatenus omnes, qui ſe ad ordinem illum transferre voluerint, licitè, & liberè ipſum poſſint cum omnibus rebus ſuis mobilibus, & immobilibus, quas eis dederint, recipere, niſi ſit ſervus, volentes, & ſtatuentes, ut ab omni paſſagio, vel pedagio, quod poſſeſſionibus rebus, perſonis, & animalibus eorum ad ipſas aliquo modo pertinentibus omninò liberi ſint, & abſoluti. Sancimus itaque, & conſtituimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Civitas, nullumque Commune, nullaque omnino perſona humilis, vel alta, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica contra hanc ſerenitatis noſtræ conceſſionem venire audent, vel in aliquo prædictum Monaſterium, aut fratres aliquatenus perturbare, quod qui fecerit, in ultionem ſuæ temeritatis 60. libras auri puri pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum paſſis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam præſentem paginam inde conſcribi juſſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri.

Signum † Domini Ottonis,

Dat. apud S. Miniatum per manum Gualterii Imperialis Aulæ Protbonotarii, anno Inc. 1209. prid. Kal Nov Ind. 19.

Inde certo colligimus Ildebrandum vixiſſe uſque ad annum 1209. parumque deinceps ſuperſtitem fuiſſe, cum anno 1213. Paganus reperiatur Volaterranis jus divinum dixiſſe. Falluntur autem Joannellus, Falconcinus, Contiuſque, qui de Præſulibus Volaterranis ſcripſerunt, cum Guillelmum quendam Pannochieſcum de Travale Ordiuis Prædicatorum huic Ildebrando ſucceſſiſſe contendunt, idque accidiſſe volunt alii ann. 1200 alii 1209. Ordo verò Prædicatorum ſumpſit exordium 1207. fuitque confirmatus ab Honorio III. anno 1216. Narrat Ammiratus hunc Guillelmum in Volaterranum Epiſcopū fuiſſe electum à minore parte Clericalis Senatus, ejuſdemq; electionē nō placuiſſe Pōt. ut poſtea dicemus.

39. PAGANUS itaque Ildebrando ſucceſſit ann. 1213. Hic cum S. Geminiani Publica re fœdus percuſſit, ut ſociatis armis Volaterranis arma inferret in XL.
Ripomaranciæ Caſtellum, reſtituerent portoria ſalis, atque alia loca, quæ Volaterrano Epiſcopatui violenter diſtraxerant, unde apparet cum Ildebrandi morte, Volaterranorum etiam Præſulum concidiſſe potentiam, tametſi ex ampliſſimo Friderici II. Imperatoris privilegio fuerit inſignitus. B Cæterùm dignitas, abſque opibus, viribuſque, quæ repellendæ injuriæ ſufficiunt, parum valet. Paganus enim, ſive Paganellus, ut alii vocant, coactus aliquando fuit à ſua Eccleſia aliquandiu exulare. Anno 1235. publicationi fœderis, quod poſtrema die Junii ex auctoritate Jacobi Pecorariæ Cardinalis inter Florentinos, atque Senenſes coaluerat, interfuit Gregorio IX. Pontifice ſedente ad Clavum. Extat hujus memoria uſq; ad annum 1239. 3. Idus Julii, quo ipſo anno in feudum tradit aliquot Epiſcopatus bona in curia de monte Cerboli, ubi Paganellus reperitur ſubſcriptus, cum tamen in alio ejuſdem anni monumento appelletur Paganus. Inde errarunt nonnulli in duos partientes, qui unus revera erat, ſicut etiam haud ſatis ſapuerunt, qui Paganum deceſſiſſe narrant 1236. cum ex Aramirato diligenti ſcriptore vixiſſe reperiatur uſque ad annum 1239.

40. GALGANUS Monachus, ex Abbatia S Galgani Ordiuis Ciſtercienſis ad Volaterranum Epiſco- XLI.
C patum aſſumptus eſt anno 1244. cujus electionem Innocentius IV. ſummus Pontifex confirmavit. Hic ille Galganus eſt, qui Monaſterium S. Galgani opibus auxit, ejuſdemque Monaſterii ſanè viſendum templum cum Stephano Cardinali abſolvit, ſepulchroque S. Galgani ad Montem Cerbolim rotundam fornicationem induxit, ubi Epiſcopi Galgani, ac Cardinalis Stephani ſemiexeſæ ſpectantur effigies. Deceſſit Galganus ann. 1251. illiuſque cadaver ex teſtamento ad S. Galganum relatum in ſepulchro marmoreo jacet à Monachis illi conſtructo prope portam, quæ ad S. Spiritus ſacellum recta conducit. Nulla tamen ibi illum cohoneſtat inſcriptio. Hujus Galgani mentionem reperi in quibuſdam contractibus, qui hodie aſſervantur in archivio Monaſterii Ciſtelli Florentiæ. quos haud mihi operæpretium viſum eſt hic retuliſſe.

Galgano huic, & Ildebrando, necnon Stephano Card. de Foſſanova Eccleſiæ S. Galgani fundatorib. nos olim cum ibidem Abbatis munere fungeremur,
D quod vides cœnotaphium, appoſuimus.

D. O. M.

Stephano de Ceccano, ex Monacho Ciſterſienſi S.R.E. presbytero Cardinali piiſſimo, Ildebrando Pannochieſco, ex Comitibus Travalis, ac Galgano II. religioſiſſimis, ſanctiſſimiſque Volaterranis Epiſcopis, quorum egregiam ſanctimoniam, & venerabilem in Deum quoque, ac S. Galganum pervigilem devotionem æternum hoc, ſacrumque templum ante quadringentos annos ab ipſis fundatum, redditibuſq; innumeris ditatum laudando comprobavit. Ferdinandus Ughellus Abbas, & Monachi ob eximiam eorum erga Ciſtercien. ord. pietatem, clementiſſ. optimiſque Fundatoribus P.C. ann. MDCXXX.

41. RAYNERIUS Volaterranum Præſul reperitur electus an. 1251. ſexto Kal. Auguſti. Hic multas XLII.

terras conceſſit M. Gualfredo de Pichena filio quondam Sin.bardi, ac Mactoſelloni, Uſimbardoque dicti Gualfredi, eorundem vita durante. Anno verò eodem Raynerii etiam mentio habetur io quadam bulla Innocentii IV. Pontificis, Lugduni indulta Kal. Aprilis, ejus Pontificatus anno VIII. qua Geminianenſibus congratulatur optime fuiſſe illos animatos erga Eccleſiam, non ſecus ac dictus illi electus perſcripſerat. Eodem anno Caſtrum Monterii à Repub. Senenſi occupatum ejuſdem Innocentii fultus auxilio recuperavit, de qua re idem ſcripſit Pontifex fratri Alebrandino de Cavalcantibus Florentino, Ordinis Prædicatorum, viro ejus ævi ſanctimonia, ac rerum gerendarum inſigni, ille idem, qui ſub Gregorio X. ad Urbevetanam Eccleſiam aſſumptus fuit. Literæ verò Innocentii ex reg. vatic. deſumptæ ſunt tenoris ſequentis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Fratri Alebrandino de ordine Fratrum Prædicatorum Senis commoranti.

CUM ex injuncto nobis ſervitutis officio Eccleſiarum omnium curam, & ſollicitudinem gerere teneamur; circa defenſionem poſſeſſionum, & jurium Eccleſiæ Volaterranæ eo favorabiliores ad præſens nos convenit inveniri, quo plurimum ad occupationem eorum temerariam inſanabilis aviditatis manus, propter ejuſdem Eccleſiæ Paſtoris abſentiam temporis ingruente malitia ſunt extenta. Cum igitur ſicut ex parte dilecti filii electi Volaterrani fuit propoſitum coram nobis, nonnulli Cives Senen. Caſtrum Monterii cum redditibus, & pertinentiis ſuis, quod ad eumdem electum pleno jure ſpectare dinoſcitur, ea occaſione detineant occupatum, quod F. nate quondam F. ſe tunc, pro Imperatore gerentis, quamdam pecuniæ ſummam ſe aſſerunt mutuaſſe, nos volentes eidem electo in ſuo jure non deeſſe, qui ſumus omnibus in juſtitia debitores, mandamus quatenus ſi res ita ſe habet eoſdem cives, ut Caſtrum ipſum cum eiſdem redditibus, & pertinentiis eidem electo, ſine difficultate reſtituant, nec non & Poteſtatem, ac Commune Senen. per te, vel per alium moneas, & inducas, ut eiſdem Civibus, ſi fortè id voluerint adimplere, nullum præſtent conſilium, auxilium, vel favorem, quo minus dictus electus Caſtrum ipſum, & alia jura, & redditus ſui Epiſcopatus recuperare libere valeat, & habere. Quod ſi monitis tuis acquieſcere in hac parte contempſerint, tu eos à præſumptione hujuſmodi per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione remota, compeſcas, ſupponens nihilominus Civitatem Senen. authoritate noſtra Eccleſiaſtica interdicto, ac hujuſmodi excommunicationis, & interdicti ſententias ſingulis diebus dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter publicans, & faciens per loca, in quibus expedire videbis, publicari. Sub interminatione anathematis diſtrictius inhibeas hominibus Civitatum & locorum circumſtantium, ne cum ipſis commune, vel Civibus, quamdiu in hujuſmodi perſtiterint pertinacia, ſuper mercimoniis, vel aliis rebus aliquid exerceant commercium, colloquium, vel contractum, aut eis curent de aliquo debitore ſpondere. Non obſtante indulgentia fratribus ordinis tui ab Apoſtolica ſede conceſſa, ut de negotiis ab eadem ſede committendis eiſdem, ſe intromittere non teneantur inviti, abſque mandato ſedis ipſius faciente plenam, & expreſſam de indulgentia hujuſmodi mentionẽ.

Datum Lugduni 4 Kalend. Martii anno 8.

Anno item 1252. idem Pontifex eidem electo commendat M. Martinum Parmenſem Præpoſitum, qui olim ſibi fuerat à ſacrificiis, ut illi præſto ſit, ac adhortetur ad componendas, ſedandaſque diſcordias inter Guelphos, Ghibellinoſque Aretinos. Idem Raynerius electus aono 1253. indict. 11. quarto Kalendas Julii, Publicæ Volaterranenſi rei indulget Communia Caſtella, & homines de Ripamarantiæ, de monte Cerboli, de Leccia, de Saxo, deque Serrazano, idq; tantũ ſua vita durãte. Hoc ipſo anno Florentini, victricibus illatis armis, Volaterras ſuæ ditionis fecerunt, avertitq; populabundũ militẽ à Civitate Epiſcopus, qui progredienti exercitui, ſacris indutos feſtinus occurrit, ut narrat Villanus, quod ipſum factũ nonnulli Ciſtercienſi Galgano attribuerunt. Ærumnas, jacturaſque, quas in ea rerum converſione Epiſcopus maximas fecit, cum Alexandro IV. ſanè graviter conqueſtus eſt. Quamobrem idem Pontifex per literas Apoſtolicas Anagniæ procuſas, Reipublicæ Florentinæ electum Volaterranum impensè commendat 1255. Idemque Pontifex ex eadem Civitate ſcriptis literis Ubaldum Capellanum ſuum monet 1256. ut omnem operam adhibeat, ut Volaterrano electo omnia Caſtella, juraque eidem à Piſanis, Senenſibus, Florentinis, ipſiſque Volaterranis, ac Sangeminianenſibus violenter erepta reſtituantur. Cæterùm neceſſitas compulit hunc electum, ut aſſentiente Pontifice, qui Henrico Lucenſi Epiſcopo id demandarat negotii, multa Volaterranæ Eccleſiæ bona divenderet 1257. Anno verò 1258. idem Epiſcopus poteſtatem quibuſdam fecit procudendi numiſmata, cum ad privilegia jam olim Præſulibus Volaterranis indulta benignius reſpexiſſet. Hic itaq; Raynerius ſob nomine electi Volaterranam adminiſtravit Eccleſiam uſque ad annum 1261. deinde eo munere volens abivit, ſeſeque totum ad arbitrium Pontificis compoſuit; Sic ut parum deinceps honoris retrogradatione ſui ſucceſſoris Vicarius evaſerit. Junior Ammiratus hunc Raynerium Volaterranum electum expiſcatus eſt, eoque nomine apud temporum, hiſtoriæque peritos magnam iniit gratiam, quod hujuſmodi narratione infinitos propemodum jugularit errores.

42. ALBERTUS Scholarius nobilis Florentinus, Cardinalis Octaviani Ubaldini Conſobrinus, ex Archidiacono Bononienſi, Capellanoque Alexandri IV. Epiſcopus Volaterranus ſublectus eſt anno 1261 ex ceſſione electi Raynerii, ut ex quadam bulla ad Epiſcopum Volaterranum directa perſpici poteſt. Datum Laterani 12. Kal. Februarii, anno 7. ſui Pontificatus. Anno vero eodem, ejuſdem Raynerii quidam perſpicitur actus, cum electi Volaterrani jam gereret vices. Alberti autem extat memoria uſque ad annum 1264. me tamen latet quando deceſſerit, oportet autem deceſſiſſe illum pauló ante 1273. Interea poſt mortem electi cum Volaterranum exæſtuaſſet Comitium, ſuffragiaque abiiſſent in partes, duo ſimul, tanquam unius corporis monſtruoſa capita emerſerunt ad ſedem, Guillelmus ſcilicet Pannechieſcus, ex Ordine Prædicatorum, & Cacciacontes de Summa, Cremonenſis Epiſcopus; ſed litigãtibus Gregorius X. vir ſanctus, & prudens opportunè ſatis dicitur intereeſſiſſe, ſiquidem tertio electo, ſuſtulit litem, ſedavitque diſcordias. Is autem fuit. XLIII



43. RAYNERIUS Ubertinus Præpoſitus quondam Aretinæ Eccleſiæ anno 1273. die 28. m. Maii. In favorem autem, commendationemque electi Pontifex perſcripſit diploma ad Clerum, Populumq; Volaterranum. Datum Urbeveteri 6. Kal. Julii, ejus Pontificatus anno 2. Fuit Raynerius ingentis ſpiritus vir, adeoque prompti conſilii, ut non ſemel coegerit Volaterranum Populum ſeditiones excutere, Guelphoſque, ac Ghibellinos irrequietas factiones coire in fœdus anno 1278. die 5. menſ. Septembris. In ejus favorem omnia antea indulta Volaterranæ Eccleſiæ privilegia Imperatores per Rodulphum Imperialem Vicarium benigniſſimè confirmarunt anno 1282, ubi Principis ſacri Imperii titulo honorificè inſignitur. Gravibus litibus implicatus eſt, ob incommoda, rapinaſque, quas ejus Epiſcopatui intulere Piſani. XLIV

Ita-

Itaque ut aſſidua illa detrimenta vitaret, quampluri-mis ſuæ ditionis Florentinæ Reipublicæ traditis Caſtellis, cum eadem Publica re defenſionem, manutentionemque Rogerio Soderio ſyndinco, ac Florentinorum procuratore, paciſcitur. Eccleſiam S. Magni in Caſtello Montis Alcinelli fundavit 1290 ut hæc carmina in eadem Eccleſia affixa perſpicuè produnt.

Annis Millenis bis cum nonagenis
Ubertinorum ſtans ortus, ſorteque morum
Nobis erexit Raynerius, & benè geſſit
Pontifex ſerenus, Volteranuſque ſupremus,
Hoc opus, ut rectè viros vertat . . . .

Haud conſtat quandiu deinceps ſuperſtes fuerit Raynerius: legi illum deceſſiſſe Aretii, inque Cathedrali ejuſdem Civitatis fuiſſe tumulatum.

Volaterrani Scriptores in hunc locum reliciunt Raynerium quendam Riccium Florentinum, narrantque illum per duodecim annos Volaterranā Eccleſiam adminiſtraſſe. Sed illos putaverim abductos fuiſſe errore, ex illoque priore Raynerio Ubertino hunc alterum Riccium prodigioſa indagine elicuiſſe, vel cum ſequenti Rogerio præpoſterè cōfudiſſe. Rei, quam dico, argumēto ſit Ammiratus diligentiſſ. ſcriptor, qui in Ricciæ nobiliſſ. familiæ deſcriptione, hujus Epiſcopum ne verbo quidem memoriā ad poſteritatem traduxit.

XLV. 44. ROGERIUS Epiſcopus Volaterranus anno 1300. cum Plebaniæ de Monte cum ſuo Clero paterna ſanè cura vellet conſulere, hoc ſequens Breve procudit, cujus originarium extat in lib. privilegiorum Monaſterii S. Galgani, non ſemel à nobis citato, cujus exemplar inde diligenter deſcriptum ideo hic apponendum curavimus, quod nullum ſanè dubium relinquat, Rogerium, non Raynerium 1300. Volaterranæ Eccl. præfuiſſe.

In nomine Domini omnipotentis, & in nomine Dei noſtri Ieſu Chriſti.

Ego Rogerius Dei gratia Vulterranus humilis Eccleſiæ Epiſcopus ſedens in ipſa majore Eccleſia cum fratribus noſtris Canonicis, tractans de diverſis negotiis, & averſitatibus noſtrarum Eccleſiarum, multas tribulationes, & violentias noſtræ Plebis de Monte, quas ab hominibus iniquis ſua bona injuſtè auferentibus hactenus ſuſtinuit ad memoriā reduximus, & quod inde noſtrorum prædictorum fratrum conſilio, & hortatu diſpoſuimus, & firmamus, in hac chartula ad futuram memoriam ſcribere juſſimus. Præcepimus itaque, atque decrevimus, ut prædicta Plebs de Monte, ſicuti à ſanctis patribus de rebus Eccleſiarum ſtatutum eſt, quod ſibi iure pertinet pacificè, & quietè habeat, & poſſideat, videlicet terras, vineas, quas juxta ſe Plebs antiquitus habuit, quas volumus, ut ad ſuam manū reducat, & retineat, & ubicunque proprietates ſupraſcriptæ Plebis inventæ fuerint, nulli contra voluntatem, & conſenſum Rectorum ejuſdem Plebis deinceps contendere, vel retinere præſumant. De ſepulturis verò ita cenſuimus, ut qui ſuorum parentū corpora ibi ſepulta eſſe cognoſcunt, ſi in partibus illis moriuntur, ibi ſepeliantur, niſi in vita ſua ad Monaſterium convertantur. Alios namque non cogimus, ſed in ſua bona voluntate, & proprio arbitrio reliaquimus, ſalua tamen in omnibus juſtitia, & reverentia Plebis; Mortuorum omnium veſtimenta, quæ ſolummodo Plebibus, ubi patiantur, recipiant, ut juſtum, & rationabile eſt ibi integrè cum medietate ludici eorum reddantur. Inſuper harum terrarum decimationes, quæ hic nominantur, videlicet, Maſiæ, Malcavi, Sturbi, Lavalle, Angareccia, Caſale, Pratoruccoli, Cerreto, Capogioglioli, Cauſo ſicut tenet ſtrada, quæ vadit per Penſolinam per Serram, Villa la Serra uſque Frantem, Calcinaja, Agreſto, Terracava, Aquaviva, Lamplandoli, le Machie, Petroſo, Bratcolire, Cortin, Bilii, Piſcina nera, Monte Linari, Corbaia, Fabbricher Maſia filii Pagani de Veſparo, Maſia Lictori presbyteri, Maſia Acorſi, Maſia Parampane, & Pignani, uſq; ad ſtradam de Serra, quæ vadit ad S. Martinū, & omnes qui habitant in Serra de Veſparo ad Treſunas Eccleſiæ S. Juſti uſque ad fontem Martinellum, Clavalle ex parte Paparanno ſīt de Parochia Plebis de Mona Maligaori, arcum uſq; ſoſci, Lireto, Cerveto, Poghiali uſque Forcio, omnes qui habitant in Seria de Veſparo, ab Eccleſia S. Juſti uſque ad Malgiugnoli ſunt de parochia S. Laurentii, in ipſa Eccleſia eſt Mamalis de Monte Plebis, Maſſa ad puteum, Maſſa Fraſnelli, Maſia Brancamolla, Maſia Littoli, Maſia de Nubiano. de Solvæ, de Cavma, de Argenna. de Ripa, quæ pertinet noſtræ Plebi Canale, Decimæ terrarum, quas laborant homines, qui moriuntur in campo Fiorini infra territorium noſtræ Plebis ipſius Eccleſiæ ſunt, exceptis quæ pertinent Eccleſiæ S. Michaelis, & S. Blaſii Saluamarcoſi Corterana, & plano, quod eſt inter Fecia & Merſia, & plano Genſienti, quod eſt Nobilium de monte Arranti, Certajola, Tichiano, exceptis, quæ pertineat Eccleſiæ S. Georgii, videlicet, quæ laborant ad ſuam manum, & præter domum de Hannis filii Staricoli, Fraſſineta, Panbaneta, Fecca Puppole uſque ad molendinum veteril Gabbuggi Caſtatere ſinta, Mantinetia, & Levalle. Hæc omnia, quæ ſupra leguntur, authoritate SS. Patrum, noſtræq; & Eccleſiæ, Clero, & Populo prænominato Plebie, pro obedientia, quæ Deo, & Sanctis ejus debet, abſque indulgentia, & remiſſione peccatoram, ſaluteque animarum ſuarum, ſuorumque parentum fideliter adimplere, & per omnia obſeruare mandamus, quatenus pro hac obedientia, & aliis bonis operibus intercedente B. Joanne Baptiſta cū omnibus Sanctis à Domino retributionē æternæ vitę percipere mereantur, ſi quis denique, quod abſit, ſuadente diabolo, hoc noſtrum decretum infringere tentaverit, & noſtris monitis non obtemperaverit, ſi Clericus eſt, ſub noſtro banno ponimus, laicus autem, uſque ad ſatisfactionem à liminibus Eccleſiæ ſeparamus. Et ut hæc omnia certius credantur, noſtra manu ſubſcripſimus, noſtroque ſcripto ſignamus. Hoc factum eſt anno ab Incarn. D. N. I. C. 1300. menſe Julii, indict. 13. ex reg. vat. ep. 320. fol. 85.

Ego Rogerius Epiſcopus ſſ.
Ego R. Archipresbyter ſſ.
Ego Placidus Decanus, & Canonicus Levita ſſ.
Ego Paganus presb. & Primicerius ſſ.
Ego Albertus Canonicus, & Levita.

45. RAYNERIUS de Belſortis, nobilis Volaterranus, ex Canonico Cathedralis, poſt Rogerii exceſſum Volaterranam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1301. XI. Kal. Januarii,Boniſacio VIII. ſedente; poſteaq; in Epiſcopū fuit inauguratus, ut ex ſequenti diplomate perſpicuè eruitur. XLVI

BONIFACIUS EPISCOPUS ſervus ſeruorum Deì.

Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diœceſis Volaterranæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DUdum ex certis cauſis, quæ noſtrum ad id non indignè animum induxerunt, proviſionem Eccleſiæ Volaterranæ, ſi tunc vacabat, vel quamprimum eam quacumque modo vacare contingeret, diſpoſitionē noſtræ, ac ſedis Apoſtolicæ ea vice duxerimus reſeruandam, & decrevimus irritum, & inane, ſi ſuper hoc ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter contingeret attentare. Cumque poſtmodum Eccleſia ipſa per obitum bonæ memoriæ R. Epiſc. Volaterrani, qui nuper in partibus illis diem clauſit extremum, paſtore vacaverit, Nos conſiderantes ſtatum Thuſciæ diverſis fere turbinibus involutum, ac propterea providere volentes ne ipſa Eccleſia hujuſmodi vacationis tempore auxilio defenſoris careret, & quod ipſius bona non paterent direptionibus malignorum, ac ſperantes, quod cum dilectus filius Raynerius natus dilecti filii nobilis viri Belfortis de Belſortibus Civitatis Volaterrenſis Canonicus, & adminiſtrator Eccleſiæ Volaterranæ de domo Eccleſiaſtica, & fideli originē traxerit & ipſe, ac ſui erga Romanā Matrem Eccleſiam ſpeciali reverentia, & devotione viguiſſe, ac vigere noſcerentur, & cum ejus devotis, & fidelibus illarum partium ad ea, quæ honorem, & exaltationem ipſius reſpicerent, unanimi voluntate concurrerent, ac idem Belfortis pater ipſius Raynerii velut potens, & nobilis, ac diſcretus, & providus, & Apoſtolicæ ſedis devotus Civitatis Volaterranæ inter cæteros ejus incolas director, & conſeruator fervens in devotione dictæ ſedis exiſteret, ipſeque R. apud nos fide dignorum teſtimonio multipliciter commendaretur, prædicta Eccleſia Volaterrana per eum poterat in ſpiritualibus ſalubriter dirigi, & tueri favorabiliter, ac proſperè gubernari, de fratrum noſtrorum conſilio, curam, & adminiſtrationem ipſius Volaterranæ Eccl. eidem R. fiducialiter authoritate litterarum noſtrarum duximus imponendam, concedentes eundem Raynerium illis in adminiſtratorem, & procuratorem, ſibique tam in ſpiri-

tua-

iualibus curam, adminiſtrationem, & procurationem illius plenarie committentes; ita quod in utriuſque diſponendo, & ordinandi libere, prout ejuſdem Eccleſiæ utilitati expedire videret, & contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendi idem R. facultatem haberet, donec de ipſa Eccleſia per Apoſtolicam ſedem aliter contingeret ordinare, alienatione, ac diſtractione bonorum mobilium, & immobilium, & ejuſdem Eccleſiæ eidem R. penitus interdicat. Quo circa univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eidem Raynerio, tanquam legitimo adminiſtratori, & procuratori ejuſdem Eccleſiæ Vulterranæ ſuper præmiſſis humiliter intendatis, alioquin ſententias, quas ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles, ratas habebimus & faciemus authore Domino uſq; ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Dat. Anagniæ 4 Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno 2.

Hic conſillarius fuit Roberti Regis Siciliæ. Quamobrem à Clemente V. poteſtate ſibi facta per tres annos omninò abſens Volaterranã adminiſtravit Eccleſiam. Ob quædam ſibi à Florentinis erepta Caſtella diuturnarum litium æſtu fuit abreptus, ſuoſque ipſos Volaterranos, à quibus haud abſimilem injuriam paſſus fuerit, Eccleſiaſticis cenſuris involvit, percuſſitq; Eccleſiaſtico telo, deinde illos abſolvit, cum illatam injuriam, damnumq; repræſentata pecunia compenſaſſent an. 1318. Hic Raynerius è vivis exemptus eſt circa annum 1321. In cujus defuncti locum aliqui ſcriptores reponunt Joannem quendam del Roſſo Florentinum, ſed planè vel fallunt, vel falluntur: Raynerio enim Belforti Raynuccius de Barone ſucceſſit.

XLVII 46. RAYNUCCIUS itaq; Baroni de Allegretis Volaterranus, ex Morbæ Plebano, à Volaterrano Clericali Capitulo ad Volaterranam ſedem ſubvectus eſt, contra cenſuram Joannis XXII. qua antea caverat, ne quis Epiſcopum in quibuſdã Etruſcis Civitatibus, in quibus Volaterræ numerabantur, ſe inconſulto deligere auderet. Quamobrem Raynuccius à Pontifice tulit repulſam, mox etiam exaggeratarum in eo virtutum commendatione, in eadem ſede ab eodem Pontifice confirmatus, ab Archiepiſcopo Arelatenſi inaugurationem ſuſcepit ſub Pontificio diplomate 1321. 8. Kal. Martii. In quo ipſo anno ſolitum ſubſidium Apoſtolico Collegio diſſolvit. Etiam ipſe gravibus litibus jactatus eſt, dum Volaterrani cõtra jus, faſque quædam Epiſcopatus modicus retineret. Anno verò 1324. ad omnes ſui Epiſcopatus fideles patentes literas dedit, ut Monaſterio S. Auguſtini de Monticiano ſubſidium impenderent.

Raynuccius divina, & Apoſtolica gratia Epiſcopus Volaterranus.

Univerſis Chriſti fidelibus tam Clericis, quàm laicis per Civitatem, & diœceſim Volater. conſtitutis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto ſtudioſius ad opera charitatis vobis, quorum in hac parte ſalutem animarum quærimus, invitamur, tanto ferventius vos debetis ad ea libẽti animo reddere liberales. Cum igitur pro parte dilectorum Prioris, & Conventus Fratrum Eremitarum de Monticiano dictæ diœceſis fuerint noſtris auribus intimatum, quod ipſius Eccleſia, fabricatio, & opus ipſius, fabricatione, & reparatione, ac libris paramentis, & aliis ornamẽtis Eccleſiaſticis non modicum indigeat, nec ad prædictum effectum demandanda ipſorum Prioris, fratrum, & Conventus ſuppetant facultates, univerſitatem veſtram rogamus in Domino, & hortamur in remiſſione vobis peccaminum injungentes, quatenus, ut cooperatores efficiamini operum prædictorum tam meritorum de bonis vobis à Deo collatis in ſubſidium prædictorum grata porrigatis auxilia charitatis, ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, poſſitis ad æterna felicitatis gaudia pervenire. Nos enim ut quaſi per præmia fideles ſalubriter invitemus, adjuncta de omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis Matris ejus miſericordia, necnon de BB. Victoris, & Octaviani Patronorum noſtrorum meritis confidentes, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad prædicta tam pia Dei opera manum porrexerint adiutricem, 40. dies de injuncta eis pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas noſtri ſigilli mandavimus appenſione muniri.

Datum in Caſtro Montis Alcini noſtri Epiſcopatus, anno Incarn. Dom. 1324. indict. 7. die 20. menſis Auguſti.

Hic ille Raynuccius eſt, qui Octaviano Belforti materno Patruo tyranno egregiè dicitur reſtitiſſe, ut narrat Villanus. Sed cum deinde imparem ſe crudelitati videret, accepiſſetque duos fratres ex inſidiis crudeliſſimè cæſos, in Berignonen Caſtellum confugit, illudque ſtrenuè in invidiam tyranni excidit. Cum Athenarum Duce, cum aliis Præſulibus etiam ipſe Florentiæ commoratus eſt 1342. Abbatiam S. Andreę de Poſtierla, ut vocant, Monachis Montis Oliveti donavit, deceſſitque anno 1348. delatuſque eſt ad cœnobium S. Galgani ſepeliendus* At verò in Eccleſia S. Andreæ ejuſdem Raynuccii huiuſmodi extat memoria in marmore exarata. * Ex App. t. 1.

Reverendiſſimo Domino Raynuccio Allegretto Epiſcopo Volaterrano Congregationis Olivetanæ Devotiſſ. qui eiob ingenitam pietatem hoc ſacrum Cœnobium dandum curavit. An. Dõm. MCCCXXXIX. Die viii. Octobris.

Allegrettæ gentis nuper extinctæ ſtemmata fuere, ſcutum miniatum cruce decuſſata aurea in medio ſtella rubea exaratum.

47. PHILIPPUS de Belfortis Canonicus Cathedralis Volaterranus à Papa Clemente VI. ſuæ Patriæ adlectus Epiſcopus eſt 1348. 6. Id. Julii, illumque ego reperio eodem anno electum die 6. menſis Martii, ſolitumque ſubſidium ſacro Collegio perſolviſſe. Piſis hujuſmodi ampliſſimo privilegio à Carolo IV. Imp. honoratus eſt anno 1355. XLVIII.

Karolus, Dei gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex.

Ven. Philippo Epiſcopo Volaterrano noſtro, & Imperii ſacri Principi, & devoto dilecto gratiam regiam, & omne bonum. Tunc Romanorum exaltatur Imperium, tunc noſtra gloria ſublimatur, cum bonorum gratiæ nobis à Deo attributæ feliciter in benemeritos radios propagamus, & eos potiſſimè dignos honoribus, & donis Imperialibus arbitramur, quos grandia virtutum ſuarum merita claros reddunt. Hac itaque conſideratione Regali largitate benignius inclinati, te, cujus prædeceſſores per multa obſequia Divis Imperatoribus, ac Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus prædicta, & infraſcriptis aliis multis honoribus, & dignitatibus claverunt, qui etiam fidei, & devotionis conſtantia, & alia virtuoſa inſignia gratum reddunt; Volentes illis gratiis inſignire, quibus aliis te valeas reddere gratioſum, tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate noſtra regia committimus, atque concedimus per præſentes, ut in Civitate Vulterrana, & ejus diœceſi, at etiam in tota Tuſcia cauſas omnes criminales, & civiles, quæ inter quoſcumque vertent, necnon cauſas appellationum quarumlibet, quæ ad noſtram curiam referendæ eſſent, recipere, & audire poſſis, examinare, & fine debito terminare, eaſque, & earum quamlibet unam, & pluribus, ſicut tibi placuerit, delegare, poteſtatem etiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus, quod authoritate Imperiali poſſitis per totum Romanum Imperium, Judices, Tabelliones, & Notarios publicos conſtituere, ordinare, facere, & creare, à quibus recipere debeatis nomine noſtro, & ſacri Imperii fidelitatis, & de dicto officio exercendo fideliter conſuetum, & debitum ſacramentum, Tutores, Curatores, & Mundualdos dare in caſibus opportunis, naturales filios, etiam alios ex quocumque damnato coitu natos legitimos conſtituere, & legitimare, & ad omnia jura legitima reſtituere, prædictam genituræ maculam penitus abolentes, ut tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio nati, in bonis paternis, & maternis, propriis, & feudalibus, acquiſitis, & acquirendis, ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedant, & quod tanquam de legitimo matrimonio editi, & concepti agnatis, & cognatis parentum ſuorum, in quovis gradu conſtitutis, agnati, & cognati efficiantur, & reciproce ipſis illi, & ad omnes actus publicos, & civiles officia, & honores, ſi ſe caſus ingeſſerit, admittantur, & omnibus aliis ſuam exequi valeant actionem, objectione prolis illicitæ

quie-

queſcente, & non obſtante aliqua lege, illa potiſſimè, qua legitimare ſpurios, & naturales, niſi ex certa ſcientia non permittit, & aliis legibus, juribus, & conſtitutionibus adverſantibus prædictis, vel alicui prædictorum. Quibus ex nunc ex certa ſcientia derogamus; libertates etiam concedere, & donare: de quibus omnibus, & ſingulis te memoratum Epiſcopum Vulterranum nomine Eccleſiæ tuæ præfatæ authoritate noſtra Regia, ac Romani Imperii de novo præſentialiter inveſtimus, itaut in omnibus, & ſingulis prædictis gratiis, honoribus, & dignitatibus, tu, & ſucceſſores tui exercere, uti, & exequi valeatis per totum Rom. Imp. authoritate noſtra, & Imperii liberò, atque ſine contradictione, & moleſtia alicujus Auguſtali noſtra providentia, & edicto perpetuo decernentes, ut nullus Princeps &c. Venerabilibus Nicolao Patriarcha Aquilejenſe fratre noſtro, Arneſto Pragenſe Archiepiſcopo principibus, necnen Burgardo Burgavio Magdemburgen. Magiſtro Curiæ, Aſcone de Sueretica Magiſtro Cameræ, atq; Magiſtris Joanne de Vicecomitis de Aretio, & Cyno de Caſtellione Aretina Auditoribus cauſarum Palatii noſtri Regalis teſtibus ad præmiſſa præſentibus ſub Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio literarum.


Dat. Piſis, anno Domini 1355. *indict.* 8. *non. Kal. Martii, Regnorum noſtrorum anno nono.*

Carolum deinde Romam ad Coronam Imperii proficiſcentem Philippus ad auguſtiorem profectionis pompam proſecutus eſt, Piſaſque reverſus, duo altera ampliſſima privilegia in ſui, ſuorumque ſucceſſorum favorem obtinuit an. 1355. Altero enim Epiſcopi Volterrani eximebantur ab omni ſententia, proceſſuque, quemcumque contra Epiſcopos, Imperatores, ac præcipuè Henricus aliquando tuliſſet: altero reddebantur immunes à ſolutione pro mineriis, pedagiiſque, atque gabellis, quas quotannis Imperatores exactiſſimè exigebant.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, feliciter. Amen.

Karolus IV. Divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex. Ven. Philippo Epiſcopo Vulterrano noſtro, & Imperii ſacri Principi, & devoto dilecto gratiam noſtram, & omne bonum. Ad Imperialem Celſitudinem cognoſcimus pertinere ſubditos ſacri Imperii ab injuſtis oneribus relevare, ut ſicut dignè volumus Imperialia jura ubilibet conſervari, ſic pro eis clementia noſtra non patitur, quod quiſpiam ultra decentiam pergravetur, & in theſauris noſtris eſſe reconditum reputamus, quidquid benemeritis ſubditis elargimur. Sane tuæ Majeſtatis noſtræ porrecta, devota, & humilis ſupplicatio continebat: Quod cum Eccleſia Vulterrana nobis, & ſacro Romano Imperio teneatur ſolvere annuatim 30. *marchas argenti examinati ad pondus Cameræ noſtræ pro argenti fodinis exiſtentibus tunc in Caſtro Monteris Diœceſis Vulterranæ conceſſis à prædictis prædeceſſoribus noſtris eidem Eccleſiæ, ac Epiſcopis ipſis: Cum inſuper teneatur alias* 30. *marchas argenti puriſſimi annuatim ſolvere nobis, noſtriſque ſucceſſoribus pro fodri collectione, ut hæc appareant ex privilegiis Divorum prædeceſſorum noſtrorum, quæ coram Majeſtate noſtra tua dilectio præſentavit, dignaretur Imperialis clementia de retroactionis dictorum cenſuum, & abſolutionis à præſtatione dictarum marcarum argenti beneficio tibi, & tuæ Eccleſiæ providere, cum, prout tu aſſeris, prædictæ argenti fodinæ jamdiu defuerint, & quaſi ſteriles ſine effectu, & inſuper tam propter guerras, quam etiam mortalitatum peſtilentias diutius vigentes in partibus, quæ in . . . . omnium genera conſumpſerunt, necnon propter violentas manus vicinorum, qui terras quamplures tuas propterea occuparunt de dicto fodro per modicum ex . . Nos ergo iniquitatis ſpeciem arbitrantes inde velle cenſum exigere, ubi fructus minime reperitur, te, prædictam Eccleſiam Vulterranam, & ſucceſſores tuos à ſolutione prædictarum* 30. *marcharum argenti pro prædictis argenti fodinis conceſſis, & aliarum* 30. *marcharum argenti puriſſimi pro fodri collectione, & ab omni eo, quod tu, & prædicta tua Eccleſia nobis, & Imperio tenemini, & debetis, tam propræterito tempore, & præſenti, quo eas, & prædeceſſores tui, & tu ſolvere ceſſaviſtis, quam etiam pro futuro de Imperiali munificentia, & gratia ſpeciali abſolvimus, & totaliter liberamus ab eis omnibus te, dictamque Eccleſiam, & ſucceſſores tuos protinus quietantes, ita & taliter, quod nullus de cætero poſſit vos pro prædictis inquietare, vel modo aliquo moleſtare.*

Signum Sereniſſ. Principis, & D. *D. Karoli IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi, & glorioſiſſimi Boemiæ Regis.*



Teſtes hujus rei ſunt.

Venerabilis Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis.
Joannes Olomacenſis.
Marquardus Auguſtenſis.
Gerardus Spirenſis, & Maurus Crokarienſis Epiſcopi.
Illuſtres Nicolaus Oppaniæ.
Ballio Valchembergenſis Duces.
Joannes Marchio Montis Ferrati, & Angelus Marchio Montis ſanctæ Mariæ Princeps, necnen ſpectabiles Burchardus Magiſter Curiæ Imper. Magdemburgen. &
Joannes Nuremburgenſis Burgravii, &
Ludovicus de Otingen.
Rentius de Prato, &
Gherardus Dimcenſis *Comites fideles noſtri dilecti. Et alii quamplures præſentium ſub Imperiali Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio litterarum.*

Actum, & Datum Piſis anno D. 1355 8. *ind.* 10. *Kal. Junii, Regnorum noſtrorum anno ix. Imperii vero* 1.

Ego Joannes, Dei Gratia, Luetbemchlen. Epiſcopus S. Impe. Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris D. Guillelmi Colonienſis Archiepiſcopi S. I. per Italiam Archicancellarii recognovi ſupradicto D. meo Karolo feliciter imperante, &c.

* Obiit Philippus an. 1358. die 20. Auguſti, ſepultus in Cathedrali, ex mortuali ejuſdem Eccleſiæ. *) Ex App. t. 5.

48. AMERICUS Chiati, Gallus Lemovicenſis, S. R. E. Theſaurarius, electus Epiſcopus Volaterranus, qui an. 1359. annoque 1361. ſemper appellatur electus, in quo ipſo anno ad Bononienſem Eccleſiam translatus eſt. XLIX

49. PETRUS Corſinius a Florentinus, Americo in Epiſcopatum ſucceſſit 1361. atque à Papa Urbano V. in Germaniam Legatus eſt ad Carolum IV. Imperatorem, Ludovicum Regem Bohemiæ, Rodulphum Auſtriæ Ducem, Joannemque Marchionem Moraviæ. In qua legatione in favorem Eccleſiæ ampliſſimum privilegium obtinuit, Datum Pragæ; in quo ipſo anno ad Eccleſiam Florentinam translatus eſt, ac paulo poſt Cardinalis pronunciatus. De quo ſupra in Epiſcopis Portuenſibus. L.

a De Familia Corſina videndus Gammurrinus vol. 3. p. 34). *Mond.*



50. ANDREAS de S. Hieronymo Canonicus Bononienſis, Friderici Doctorii, cum S. Petronii Canonicus eſſet, Epiſcopus Volaterranenſis creatus eſt 1363. 3. Idus Decemb. in quo anno ſacro Collegio ſolitum impendit ſubſidium. Hanc rexit Eccleſiam uſque ad an. 1374. translatuſque deinde eſt ad Epiſ- LI.

copa-

copatum Tricaricenſem. Epiſtolam hujus Epiſcopi apud me habeo ſcriptam anno 1371. die 7. Octob. qua Publicæ rei Senenſi Joannem à S. Geminiano Capellanum ſuum commendat, cui pro ſigillo ejus gentilitia ſtemmata impreſſa ſunt, quæ continent Cervinum cranium cum cornibus, ut in Vbaldinorum ſtemmatibus ferè ſpectantur cum hujuſmodi inſcriptione. A

A. EPISCOPUS VULTERANUS,

Hujus meminit Nicolaus Alidoſius, ac Paſchalinus in lib. de Viris Illuſtribus Bononienſibus. Falluntur autem ex more Falconcinus, & alij, cum Andream hunc collocant ſupra Petrum, cumque unum Andream partiuntur in duos, atque inter Andream, Petrumque Paulum quendam Corſinium Florentinum narrant interceſſiſſe, qui nunquam eam dignitatem eſt aſſecutus.

LII. 51. LUCIUS de Callio Cæſenatium Præſul in Etruria decimarum Collector à Gregorio XI. ad Eccleſiam Volaterranam translatus eſt 1374. Idus Januarij, ut ex ſuæ electionis bulla perſpicuè eruitur, reperioque elapſo proxime anno Præſulem fuiſſe Cæſenatium, ac cum Abbate Septimi legatione functum fuiſſe introducendi Monachos Olivetanos in celebre S. Miniatis prope Florentiam Monaſterium. B

LIII. 52. SIMON Paganus in Regio Inſubriæ oppido celebris Doctor, Romæque Rotæ Auditor, Volaterranus Epiſcopus pronunciatus eſt *a*. Extatque ejus memoria anno 1378. cum quædam bona Epiſcopatus locavit ad novem annos cuidam è Saracina gente Senenſi. Hunc VI. Vrbanus Pontifex delegavit, ac Florentinos, quos XI. Gregorius ob contumaciam innodaverat, è cenſuris abſolverat. Volaterranam Eccleſiam adminiſtravit uſq; ad annum 1384. deinde translatus eſt ad Forumlivienſem Eccleſiam.

a 1376. 14. Martii.

LIV. 53. Fr. HONUFRIUS de Viſdominis, ſive de Stechutis Florentinus, ex Ordine S. Auguſtini inſignis Theologus, *b* ad ſedem hanc aſſumptus eſt anno 1384. die 28. menſis Martii, ab Vrbano V., cujus fuit Apoſtolicus Nuncius in partibus Longobardiæ, & Tuſciæ: quam Eccleſiam ad ſex omnino annos adminiſtravit, translatusque deinde eſt ad Florentinam. C

b De hoc fusè agit Gandolphus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. V. 151. Mand.

LV. 54. Fr. ANTONIUS filius Nicolai de Cipollonis Florentinus, ex Ordine Prædicatorum, ex Feſulano factus eſt Epiſcopus hujus Eccleſiæ ſub Bonifacio IX. anno 1390. pridie Kal. Februarii. Hic de Berignone Caſtello litium plerumque fomite, cum Volaterranis pactus eſt in poſterum ita fore commune utriſque, ut viciſſim quotannis eidem adminiſtros attribuendi, tam populo, quam Epiſcopo jus eſſet, atque poteſtas. Cæterùm Cipollonus ad Æginenſem poſtea Eccleſiam translatus eſt 1396. 9. Kal. Junii, ex act. conſiſtorialibus.

LVI. 55. JOANNES Riccius Florentinus, Metropolitanæ Canonicus, poſt Antonium, Epiſcopus Volaterranus adlectus eſt 1396. 9. Kal. Junii, Bonifacio IX. ſedente, atque è vivis exemptus eſt anno 1409. ut vidi in libris Vaticanis irrefragabilibus, de proviſ. Prælatorum. Ex quibus facile redarguitur error Falconcinij, & aliorum, qui volunt hunc præfuiſſe Volaterranis anno 1376. Contius citra annum collimavit ad ſcopum, ſeniorque Ammiratus timidè pronunciavit. Hunc ſibi videri filium Jacobi legum Doctoris, atque in Florentina Publica re juſtitiæ Vexilliferi 1404. D

LVII. 56. LUDOVICUS Allottus Pratenſis, filius Bartholomæi, ſacrorumq; Canonum Doctor, Athenarum antea Archiepiſcopus, Generaliſque S. Eccleſiæ Theſaurarius, ad Epiſcopatum Volaterranenſem translatus eſt anno 1409. 4. Kal. Junii; interfuit Concilio Piſano eodem anno: in Britannia ſpoliorum collectoris munere functus eſt: Deceſſitque 1411. Hic quod Athenarum antea fuiſſet Archiepiſcopus, pallio utebatur, unde poſtea nonnulli falſo exiſtimarunt Volaterranos Præſules uſum pallii habuiſſe:

LVIII 57. JACOBUS Scholari filius è Spinorum gente Florentinus, Clericalis Prior collegiatæ Eccleſiæ S. Pauli Florentiæ, à Joanne XXIII. Pontifice, cujus fuerat Theſaurarius, electus fuit Epiſcopus Volaterranus anno 1411. die 16. Aprilis. Eodem anno menſe Auguſti defunctus eſt. Conſule lib. proviſ. Prælat. fol. 202.

58. STEPHANUS Allottus Pratenſis, Civis Florentinus, Geri filius, nepoſque Ludovici prædeceſſoris, ex Apoſtolico Scriptore, Piſtorienſique Canonico, ſub Joanne XXIII. electus eſt Epiſcopus Volaterranus 1411. 6. Kal. Septemb. In ea dignitate diutiſſimè vixit, deceſſitque Volaterranorum Epiſcopus, tametſi Florentina Republica, apud quam gratioſiſſimus erat, illum, adhibitis precibus, ad ſplendidiorem dignitatis gradū promovendum curaverit 1435. LIX.

59. ROBERTUS Petri Adimarii nobilis Florentinus, electus eſt Epiſcopus Volaterranus ex Canonico Metropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ 1435. 16. menſis Novemb. Hunc reperi ſolitum ſubſidium ſolviſſe ſacro Collegio. Ex Adimara gente hunc eſſe haud mihi dubium eſt: extat enim ejuſdem epiſtola apud me ad Rempublicam Senenſem ſcripta 1437. die 21. menſis Octobris, in cujus ſigillo cum nomine Epiſcopi, gentilitia ſtemmata Adimariæ gentis perſpicuè viſuntur. Scripſerant enim ad Robertum Senatores Senenſes, ut dignaretur Epiſcopus Joanni presbytero Montis Rotundi ſacerdotium conferre, quod ad Volaterranam ditionem videretur ſpectare. Itaque excuſat ſe Robertus obſtare commendati nimis effœtam ſenectutem, atque adeò imparem oneri, quominus id promptè præſtaret, ſe enim erga illorum Rempublicam obſervantiſſimum eſſe, ac propemodum, tametſi Florentiæ natum, Civem Senenſem, qui diuturniori mora in illa Civitate nobilioribus diſciplinis ſtuduiſſet. Reſignavit Robertus anno 1440. Hunc eundem eſſe credo, qui ſub Sixto IV. Epiſcopus Feretranæ Eccleſiæ diem obiit 15. Octobr. ann. 1484. jacet in Eccl. Abbatiæ S. Anaſtaſii cum hoc epitaphio. LX.

Sepulchrum Roberti de Adimariis de Florentia Epiſcopi Feretrani, qui obiit die 21. Octob. MCCCCLXXXIII.

Supra ſepulchrum viſuntur Adimariæ familiæ inſignia. De eo vide infra to. 2. in Epiſcopis Feretranis.



60. ROBERTUS Cavalcantes nobilis Florentinus, Romanæ Rotæ Auditor, Adimario Roberto ſucceſſit 1440. 15. menſis Julii. Fato functus eſt 1450. Roberti Gentiles fuere olim illa duo illuſtrium ordinum luminaria, luminare majus Alebrandrinus nempè Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Vrbevetanus, minuſque luminare Benedictus inquam Ordinis Minorum Epiſcopus Rapollanus, ille defunctus præcipuæ ſanctitatis odore anno 1279. in patria, ubi jacet in Eccleſia S. Mariæ Novellæ apud ſuos Prædicatores, hic verò ſummæ doctrinæ exiſtimatione apud omnes, præcipuè apud Benedictum XII. & Clementem VI. claruit, receſſitque è vita & ipſe in patria, reconditus in majorum ſepulchro in Eccleſia S. Crucis ſui ordinis, ubi & epitaphium legitur, de quibus ſuis in locis. Stemmata vero Cavalcantæ nobiliſſimæ, pervetuſtæque familiæ argentea parma vermiculatis crucibus proſeminata. LXI.

61. JOANNES Neronius Florentinus, Nicolai V. Pontificis Subdiaconus, egregiæ indolis Juvenis, ab eodem Pontifice Volaterranus Epiſcopus electus eſt an. 1450. 3. Kal. Martii, ac deducentibus Gothis, cujus nobiliſſimæ gentis jus erat noviter creatos Præſules ad poſſeſſionem ejus Epiſcopatus deducere, præſens poſſeſſionem iniit. Hujus autem pompæ hujuſmodi ordo erat. Equo vectus progrediebatur Epiſco- LXII

ſcopus,Gothiæ gentis progredienti obviam ibant pri-
mores ad locum , qui dicitur le Strette , ibi de equo
deſcendenti ſuſtentabant ſtapedem,calcaria,ac ocreas
detrahebant, introducebantque in Eccleſiam S.Juſti,
ac S. Marci , ubi Pontificali cultu indutus, Gothis E-
piſcopalem pileum proferentibus , deducebatur ad ſe-
dem. Annuente Pontifice, vendidit Neronius Caſtel-
lum , quod Caſtelluccium de Cornia ulim priſci vo-
caruut. Neronium publica res Florentina ad Pontifi-
cem Pium II. legavit 1461. qui illum inſecuto anno
Gubernatorem , Romæque Vicarium declaravit, in
quo ipſo anno ad Archiepiſcopatum Florentinum
translatus eſt .

LXIII. 62. UGOLINUS de Junijs nobilis Florentinus
filius Philippi, Florentinus Canonicus , Papæ Nota-
rius,ſacrorumque Canonum Doctor,Neronio ſucceſ-
ſit anno 1461. XI. Kal. Aprilis. Volaterranæ Ec-
cleſiæ hic Præſul utiliſſimus fuit ; coemit enim
prope flumen Corniæ à Carolo Rubeo , ejuſdemque
fratribus Civibus Florentinis Caſtellum Caſtelluc-
cium ulim vocatum , quem de conſenſu Pontificis
Neronium vendidiſſe ſupra docuimus,pluraque alia
bona,unde Epiſcupales cenſus poſſent augeri.Egenis
ſubventurus inſtituit xenodochium , inque Cathe-
drali S.Hieronymi ſacellum fundavit Florentiæ,ubi
tumulatus fuit.Deceſſit an.1470.

LXIV 63. ANTONIUS de Allijs Florentinus , Feſu-
lanus antea Epiſcopus, ad Volaterranam Eccleſiam
translatus eſt anno 1470.prid Kal.Maii . *Florentiæ
deceſſit anno 1477.ſepultus in eccleſia Plebaniæ de
Impruneta octavo ab urbe lapide , ubi quondam fue-
rat plebanus , ibique in magnifico tumulo hi verſus
legi ſolent .

* Ex App. tom. 5.

D. O. M.

Antiſtes templi jacet hic Antonius urna
Allius inſignis,moribus & genere.
Nobilis hic ſibi vixit inops, & dives egenis.
Conſilioque gravis profuit, atque opera.
Damque pius Paſtor Volaterris,atque Epidauri,
Dogmate paſcit oves,non timuere lupum.
Vixit annos LXXVII.menſes x. Dies x.
Obiit anno Domini MCCCCLXXVII.
Dianora fratris filia T. P. I.

LXV. 64. FRANCISCUS Soderinus Florentinus ,
proximè Antonio ſucceſſit , Sixto IV. ita cenſente
1478.3.Kal.Maji . Natus Florentiæ eſt an. 1453. die
10 menſis Junii , habuitque ſummæ nobilitatis pa-
rentes, Thomam videlicet,ac Dianoram Tornabo-
nam.Nobilioribus diſciplinis operam dedit , evaſit-
que longè doctiſſimus, itaut etiam adhuc juvenis Pi-
ſis leges publicè profiteretur.Factus autem Vulater-
ranus Epiſcopus , à Senatoribus Florentinis ad Six-
tum IV.Legatus eſt , caputque fuit duodecim Lega-
torum, cum enixius poſtularent à cenſuris Eccleſia-
ſticis ſe abſolvi. Eorundem nomine Innocentio VIII.
noviter adeptam Pontificiam dignitatem gratulatus
eſt,detulitque publicum ſuæ patriæ obſequium 1484.
item à Publica Florentina re juſſus, Carolum VIII.
comitatus eſt honoris ergo , dum Regno Neapolita-
no recuperando , validiſſimas per italiam acies tra-
duceret 1494.Cum Nerio Capponio , apud eundem
Regem in Gallia munere legationis functus eſt , ut
ad reſtituendas Florentinis Piſas illum impelleret .
Anno verò 1498. Ludovicum Regem iterum Lega-
tus adiit,eidemque Mediolani gratulatus eſt recupe-
rationem Neapolitani Regni. Anno iterum 1502.
nomine Reipublicæ Florentinæ Urbinum profectus
eſt,ut trepida , occultaque quædam negotia expedi-
ret,promoveretque Iam Petrus frater Franciſci per-
petuus Florentiæ Dictator fuerat renunciatus, ipſe-
que adhuc in Galliis apud Regem legatus commo-
rabatur,cum ab Alexandro VI. Pontifice honore ſa-
cræ Purpuræ nobilitatus eſt ad titulum S. Suſannæ
1503.prid. Kalendas Iunii;cumque Romam reverte-
retur , omni honore cultum Florentini exceperunt .
Gratioſiſſimus erat apud Regem Gallorum , à quo
Nanetenſem Epiſcopatum obtinuit , deinde etiam
Cortonenſi , Vicentinoque opulentis ſacerdotiis eſt
auctus,cum prius Volaterrano ſe exolviſſet, transfu-

A diſſetque illum in nepotem Julianum 1509. Cæte-
rùm Franciſcus , cum ex Vexilliferatus honore fra-
ter depulſus fuiſſet , recedentis fortunæ injurias cœ-
pit experiri. Etenim cum multa prius diſſimulaſſet ,
idemque rebus aliquandiu adverſis occurriſſet felici-
ter,ad ſcopulos tandem infelicitatis ratem alliſit. Si-
quidem ambitione tortus in X. Leonem dicitur con-
ſpiraſſe ; poſt contumax primum ſilentium , crimen
faſſus eſt, pecuniaque tantum mulctatus . Secuta de-
inde morte Leonis cum Hadriano VI. rediit in gra-
tiam,à qua demum etiam excidit,cum ex interceptis
literis Epiſcopi Sanctonenſis nepotis intellexiſſet
Pontifex illum ſollicitaſſe Regem Gallorum ad
invadendum Siciliæ Regnum . Itaque tanquam pu-
blicæ pacis perturbator , in Hadriana Mole carce-
re mulctatus eſt,ſuffragioque voti privatus ; ſed cum
poſt Hadriani exceſſum ſqualorem carceris excuſſiſ-
ſet , ſuffragandique iterum fuiſſet poteſtatem ade-
ptus, Julio Mediceo proximè eligendo , quam maxi-
mè potuit , refragatus eſt , ab eodemque elato ad ſe-
B. dem,in gratiam iterata benignitate exceptus;qua il-
le diutius uti non potuit,ſiquidem morte præventus,
Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis , De-
canuſque ſacri Collegii anno 1524.die 17. menſis Ju-
lii , ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo,cum
brevi hoc ſimplici epitaphio .

Franciſci Soderini Epiſcopi Oſtienſis,
& Volaterrani Depoſitum.

Fuit Franciſcus incomparabilis exiſtimationis a-
pud omnes,quippe qui ab inveterata Aulica pruden-
tia,civiles omnes receſſus,aulicoſq; labyrinthos pro-
bè teneret . Quamobrem apud cordatos audita illa
vox eſt futurum fuiſſe , ut Franciſcus ſuæ Patriæ
Principatum,Petrus verò frater Apoſtol. ſedem adi-
piſceretur,ſi hunc ſacris initiari , illum verò ad Cla-
vum Reipub. contigiſſet ſedere . Protexit duos am-
pliſſimos ordines,Camaldulenſium videlicet, ac Ci-
ſtercienſium , coluitque ex Ciſtercienſibus Alumnis
Nicolaum Creſcium Florentinum, virum eruditione
longè clariſſimum , ut videre eſt apud Paulum Cor-
C. teſium de ſacro Senatu .

65. JULIANUS Soderinus Pauli Antonii filius LXVI
fratris Cardinalis Franciſci , ex ceſſione Patrui Vo-
laterranus, Epiſcopus adlectus eſt anno 1509.ſub Ju-
lio II. Lateranenſi Concilio interfuit 1514. Trans-
latus deinde eſt ad Eccleſiam Vicentinam , Sancto-
nenſique Epiſcopatu in Galliis ornatus , cujus occa-
ſione parum abſuit , quin Patruo Romæ extremum
crearit exitium .

66. FRANCISCUS Roboreus Vicentinum E- LX
piſcopatum cum Volaterrano,ita cenſente Pontifice VII.
commutavit an.1514.die 11.menſis Junii ; illamque
Eccleſiam adminiſtravit uſque ad an.1530. quo ipſo
an. creatus eſt Archiepiſcopus Beneventanus.

67. JOANNES Cardinalis Salviatus Florenti- LX
nus ſub Clemente V. Volaterranam Eccleſiam ad- VIII.
miniſtrandam ſuſcepit 1530.die 20.menſis Julii; an-
no verò 1532. eo munere ſe exulvit , ſervato ſibi re-
greſſu,ut tunc in moribus erat. Fuit Epiſcupus Ferra-
rienſis, ut de eo poſtea plura narrabimus .

D. 68. JOANNES Matthæus Sartorius Mutinen- LXIX.
ſis,filius Antonii,Violantæque Carandinæ,Julio II.
intimus familiaris, Archiepiſcopus antea Sanſeveri-
nas,Abbas Commendatarius S. Sylveſtri Nonantu-
lani,S.Vincentii Vulturni, S.Mariæ de Fraſſinaria,
Plebariæque Collenſis,ad Volaterranam Eccleſiam
translatus eſt anno 1532.die 22.menſis Martii. Non
modo ſub Julio II. plures Eccleſiaſtici juris Civita-
tes frænavit , ſed etiam ſub X.Leone , Cæſenatibus,
Parmenſibus, Placentinis , Regienſibuſque incorru-
ptè jus dixit . Exercitus Eccleſiaſtici in Ravennati
clade Commiſſarius fuit, quam vel ipſa fuga æque e-
luctatus eſt,Maximiliani,ac Caroli V. Imperatorum
ob rariſſimas animi dotes,ſuæve gentis eximiam no-
bilitatem amorem promeruit , à quibus tam ipſe ,
quam ejus in poſterum affines , cum pluribus Impe-
rialibus feudis,Palatini Comites declarati ſunt. Hic
ille Sertorius fuit , qui pietatis ergo è celebri Septi-
miano prope Florentiam Monaſterio,ducta Colonia

Ci-

Ciſtercienſes Monachos, in S. Sylveſtri Nonantulani cœnobium introduxit, quos ardentiſſimè ſemper tutatus fuerat. Hæc quæ modo ſcripſimus à Comite Antonio Maria Sertorio, hujus nobiliſſimi Præſulis haud degeneri germine fere accepimus, cui eo nomine ingentes habendæ gratiæ ſunt. Cæterùm Sertorius diem poſtremam Nonantulæ clauſit anno 1545. ibidemque tumulatus fuit in Eccleſia S. Sylveſtri.

LXX 69. BENEDICTUS Nerlius Florentinus electus eſt Epiſcopus Volaterranus anno 1545. die 22. menſis Julii. Deceſſit 1565.

LXXI 70. ALEXANDER Strozza *a* Canonicus, ac Præpoſitus Florentinus, Epiſcopus Volaterranus pronunciatus eſt 1565. cujus Epiſcopatus poſſeſſionem iniit 8. die menſis Septembris anno 1566. Ob dexteritatem incredibilem multis negotiis, conſiliiſque explicandis adhibitus eſt. Duciſque Coſmi I. nomine apud Pontificem legationem obivit 1537. apud quem fidem ſuam maximè probavit, eo potiſſimum tempore, cum adhuc ad libertatem populo reſpiciente, nephariæ conſpirationes in Principem tinerentur. Ejuſdem legatus fuit ad Julium III. Pontificem 1552. Florentiæ è vivis eximitur ann. 1568. ſepultuſque eſt apud S. Mariã Novellam cum hac inſcriptione.

a Laudatur à Pocciantio in Catal. Script. Florent. & in Notitiis virorum Illust. Acad. Florent. De familia Strozza Conſule Gamurrinum vol. 4. p. 77. Mand.

D. O. M.

Reverendiſs. D. Alexandro Strozzæ Matthæi F. Epiſcopo Volaterrano moribus, & doctrina inſigni, Camillus Strozza ſuaviſſ. fratri ponendum locarat. Quo extincto, ut ſibi, poſteriſque eſſet commune Alphonſus, & Laurentius Caroli, & Bernardus, & Alexander Camilli Fratrum filii optimo Patruo, ac de ſe optimè merito poſ. Ann. ſal. MDLXX. viii. id. Januarii.



LXXII. 71. LUDOVICUS Antinorius nobilis Florentinus Strozzæ ſucceſſit 1568. die 2. menſis Auguſti. Hunc Pius IV. ob ſingularem prudentiam ad Patres Concilii Tridentini legavit, illos hortaturus, ut propemodum jam ſpectans ad finem Concilium abſolverent; inſecutoque anno ab eodem Pontifice juſſus ivit in Gallias, cum Rege acturus, ut ibi decreta ad mores corrigendos, Chriſtianamque diſciplinam conſtabiliendam, publicarentur obſervanda. Tametſi autem, refragantibus Ugonottis, legationi felix exitus non reſponderit, quædam tamen ad Avenionenſem legationem ſpectantia feliciter cum Rege tranſegit. Pius igitur V. cum Antinorii ſatis perſpectas haberet virtutes, illum ad Epiſcopatum promovit, Coſmus vero Magnus Dux I. in Germaniam ad Imperatorem legavit, ut litem, quæ inter ſe, Ducemque Ferrariæ de præcedentia tunc temporis æſtuabat, apud eumdem Principem dirimeret. In Italiam reverſus, Piſtorienſi Epiſcopatu condecoratus eſt ann. 1574. propeque vitæ ſidem Piſanus Archiep. eſt renunciatus. Antinoriæ nobiliſſ. familiæ ſcutum bipartitum ſuperius ſingulatis ſemilis aureis, & cæruleis expreſſum, inferius totum aureum videtur. Ejus familiæ meminit Scipio Admiratus, Borghinius, Philibertus Campanilis, aliique plures Scriptores. Nuper Neapolim defunctus eſt Fabricius Antinorius Neapolitanus Horatii Giurani Domini, nobilitatis genere clarus, virtute clarior, Epiſcopus Syracuſanus, antea Regius Capellanus, & Archiepiſcopus Materanus, & Acheruntinus, cujus Atavus fuit An-A tonius Joannis filius, qui primus in Neapolitano Regno una cum Catharina Soderina ejus uxore, filioque Aloyſio Antinoriæ familiæ circa annum 1460. domum ibidem tranſtulit.

LXXIII. 72. MARCUS Sarracinus *b*, nobilis Aretinus, S. Mariæ in Via lata de Urbe Canonicus, Epiſcopus creatus eſt 1574. eodemque an. vita eſt functus, inque Cathedrali ſepultus ad medium pavimentum, ubi marmori inſculpta hæc memoria perſpicitur.

b De eo Gamurrinus de familiis vol. 2. p. 311. Mand.

D. O. M.

Marco Sarracino Aret. Epiſcopo Volater. iiii. Vir conſult. Gregor. xiii. qui vixit an. xxxix. M. ii. Epiſcop. fui vero menſ. vii. Joann. ac Lucas Fratres pientiſſ. P. Ann. ſalut. M. D. LXXIV. xiii. Kal. Septemb.

LXXIV. 73. VIDO Servidius *c* nobilis Volaterr. Eccleſiæ Florentinæ Præpoſitus, Patriæ ſuæ adlectus Epiſcopus eſt 1574. die 8. menſis Octob. adeptique Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 21. menſis Decembris ejuſdem anni. Duodecim Clericorum inſtituit Seminarium, exornavit Cathedralẽ, pulcherrimo ſacello adjecto, cui hanc inſcriptionem apponẽdam curavit. B

c Ejus mentio in Notitiis Vir. Illuſt. Acad. Florent. p. 11. Mand.

Guido Epiſcopus Volaterranus anno xviii. ſui Epiſcopatus, & Antonius Servidius frater, Eques D. Stephani xxxx. qui Coſmo, Franciſco, ac Ferdinando Mediceis Magnis Etrariæ Ducibus à ſecretis operam navabat, ſacellum hoc in quorundam prateritorum miraculorum unigeniti Filii Dei Jeſu Chriſti Domini noſtri memoriam ipſi Deo congruenter dotatam pie decurrunt Ann. à Deiparæ Virginis partu CIↃ. IↃ XCII.

Vido autem conſecravit Eccleſias S. Lucii 1576. S. Matthæi Capuccinorum 1597. S. Auguſtini anno 1580. ac Prioriam S. Michaelis Archangeli 1592. Poſtremam diem obiit 1598. 1. die menſis Maii. intuleruntque ejus cadaver in Volaterranã Cathedralem, in ſacellum, quod ſibi erexerat, recondendum.

LXXV. 74. LUCAS Alemannius nobilis Florentinus, Matiſconenſis antea Epiſcopus in Galliis, Jo. Baptiſtæ Alemanni Matiſconenſis Epiſcopi, Ludovici C ſelectiſſimi Poetæ filii conſanguineus, ad Eccleſiam Volaterranam translatus eſt 1598. die 7. menſis Auguſti, vir doctus, & pius, qui civili, ac diutino Franciæ bello percitus in Italiam ſe recepit anno 1591. ſpe pacis reditus, & futuræ frugis. At certè accidit, ut Clemens VIII. illectus virtute tanti Præſulis, ei impertitus fuerit moderamina, ac præfecturas, in primis Comitatus Æſini, deinde omnis Principatus Aſculanorum, tum Anconæ, ac demum eidem contulit, ut diximus, Epiſcopatum hunc Volaterranenſem, quo anno ceſſit priori Pontificatui, & loco. De Luca Jacobus SWertius in Chronulogia Lugdunenſium Archiepiſc. Joann. Chenu. & Cladius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana. At lapſus eſt, dum habet Lucæ in Epiſcopatu Volaterranenſi ſucceſſiſſe Simonem Mayolum dierum canicularium celebrem ſcriptorem. Mayolus namque non Volaterranenſis, ſed Vulturarienſis ſub Archiepiſcopo Beneventano in Neapolitano Regno Epiſcopus fuit. Monumen-D tum conſecrationis ſummę ædis, cui temporum injuria attulerat vitium, reficiendum curavit. Poſtquam autem per 19. annos Volaterranam Eccleſiam adminiſtraſſet, tranquillioris vitæ amore, Epiſcopali munere libens, volenſque abivit, Florentiæque è vita deceſſit 1625. ibidemque tumulum accepit. Conſecravit Eccleſias S. Franciſci de Paula, ac S. Marci.

LXXVI. 75. BERNARDUS Inghiramius nobilis Volaterranus Patriæ ſuæ adlectus Epiſcopus eſt an 1617. die 22. menſis Junii: Hic Auguſtino parente natus eſt die 20. menſis Auguſti Ad ſpectabilem legum cognitionem pervenit, itaut in Piſano ſtudio Inſtituta publicè profiteretur. Deinde Senis Rotæ Auditor evaſit, eodemque Auditoris munere apud Alexandrum Urſinum Cardinalem Romæ perſunctus eſt. Deinceps Volaterranus Epiſcopus factus, præbendã Theologalem inſtituir, ſicut antea ad exercitium Cleri caſuum conſcientiæ prolixos congreſſus, ac diſſertationes ſemel in hebdomada, hoc eſt feria 5. ſalu-

briter inſtituerat. In meniam Epiſcopalem beneficus A
fuit, pulcherrimumque in gratiam ſucceſſorum con-
ſtruxit palarium, ſupra cujus principem portam
hæc ioſcriptio haberur.

Bernardus Ingheramius Epiſcopus Volat ſac.
Rom. Imp. Princeps in Etr. Com. Palat. has
ædes ad antiquam Maieſt. ſedis Epiſcop. pub.
decr. reſtitutas in hanc formam exſtruere cu-
ravit, anno Domini CIↃ. IↃCXIX.
Epiſc. ſui xi.

Vita functus eſt 1633. die 5. menſis Junii, cum an-
num 53. ageret, conflictatuſque fuiſſet diururno mor-
bo podagræ. Præſul ſanè ſuaviſſimis moribus, ac præ-
claro diſciplinarum ſtudio omnibus ſuſpiciendus.

LXVII. 76. NICOLAUS Sacchettus a nobilis Florenti-
nus, ac S. Stephani Eques, duplici legatione pro Ma-
gno Etruriæ Duce, altera ad Veneros, altera ad Cæ-
ſarem clarus, Epiſcopatu Volaterranenſi nobilitatus
eſt an. 1634. vivit adhuc, nobilitatemque ſanguinis
pergit virtutibus augere. * Obiit an 1650.

a De Familia Sacchetta Gamurrinus vol. 5. p. 172.

† Lud.

* Ex App. t. 5.

LXVIII. 77. JOANNES Gerinus patritius Florentinus, B
Innocentii X. Pont. Max. à cubiculo, in ipſa florente
ætate, omnibus virtutibus eximie exornatus, Vola-
terranæ Eccleſiæ præficitur die 19. Septemb. 1650.
inauguratus à Joanne Jacobo Cardinali Panzirolo in
eccleſia Monialium S. Catharinæ, Eccleſiam ſuam
adiit, quam perbelle adminiſtrat ſummo populorum
conſenſione, ſuique nominis gloria. („*A vinculo hu-*
„*jus Eccleſiæ abſolutus 22. Sept. 1653. ad Eccleſiam*
„*Piſtorienſem translatus eſt.*)

LXIX. 78. HORATIUS de Albizis Florentinus, fami-
lia equeſtri natus, tertius ſuæ gentis Epiſcopus, nem-
pe Albertinus Piſtorienſis, Thomas Callienſis, qui-
bus addi poteſt Franciſcus Card. de Albizis, qui no-
ſtra tempeſtate purpuræ decus in nobiliſſimâ hâc fa-
miliâ invexit. Horatius vero, translato Joanne Ge-
rino ad Piſtorienſem Eccleſiam, ab Alexandro VII.
Pontif. Max. eligitur Volaterranus Epiſcopus die 5.
Julij 1655. Romæ ſacris inauguratus, Epiſcopale mu-
nus hucuſque cum dignitate perurget.

* Ex App. t. 5.

A D D I T I O.

(„*Obiit 1677.*

LXXX. „*CAROLUS PHILIPPUS Sfondratus nob. Me-*
„*diolanenſis Clericus Reg. Barnabita 12. Julii 1677.*
„*Gregi ſuo inſtaurando cum accuratius incumbit, mor-*
„*te ſubripitur 1580. menſe Majo.*

LXXXI. „*OCTAVIUS del Roſſo, Canonicus, & Patritius*
„*Florentinus, ſucceſſit 14. April. 1681.* Luc.)

(„*Obiit in Reſidentia Menſe Octobri an.* 1714.

LXXXII. „*LUDOVICUS Maria Pandolphini, Nobilis Pi-*
„*ſanus, Presbyter annorum 40. J. V. D. Vicarius Apo-*
„*ſtolicus in Civitate Corsonen. alias Canonicus Metro-*
„*politanæ Eccleſiæ Piſanæ, ac Lector extraordinarius*
„*in Univerſitate Piſana, decoratus ſede Epiſcopali*
„*Volaterrana 13. Januarii 1716.*)

VRBEVETANI

EPISCOPI



VRbs Vetus b Italiæ Etruſcorum Civitas diſtar
ab Vrbe mill. 60. à Peruſio 30. à Lacu Vulſino
6. à Tiberi fluvio 3. in ambitu habet mill. 3. ſita eſt
ſopra lapidem tuphium ſupra collem exiſtentem, ovi
ſpeciem referens. De Vrbevetanæ Civitatis ori-
gine diverſi diverſa ſenſere. Hæc in antiquis
Etruriæ Civitatibus numeratur, præaltoque in
ſidet colli, ovi figuram imitans, ex tupho

b Vulgo Orvieto.

eidem à natura circumdati muri, Paleaque flu- A
men, quo undique alluitur, illam inexpugnabilem
reddit. Arbitrantur quidam Arameos primum hanc
Civitatem incoluiſſe, atque ab ipſis Arbanum, ſive
Heraanum fuiſſe appellatam, à Pelaſgis autem Oro-
piti c nomen accepiſſe, quam poſtea recentiores Lati-
oi Vrbeveterem appellarunt, tanquam quæ emeritis,
veteraniſq; Romanis militibus ſatis commodum do-
micilium præſtaret. Annius de hujus Vrbis origine ex
ſuo ingenio mira confingit; Blondus autem, Areti-
nuſque, quod ejuſdem ſupra Milleſimum nulla me-
moria extet, Vrbeveteris incunabula in auctores Flo-
rentinos reiiciunt. Volaterranus contendit hunc il-
lum Herbanum eſſe, qui propius Hortam attingit.
Procopius, pro Vrbeveteris, ex ſuo corrupto ſeculo,
Vrbiventum appellat. Paulus Diaconus lib. 4. cap. 33.
Vrbs vetus eſt, cum Civitates Etruſcas commemorat,
quæ Longobardorum excidium paſſæ ſunt. Noſtro
huic ſeculo hujus Vrbis uſitatius nomen eſt, *Orvie-*
tum, ſive recentiorum revolvas Annales, ſive Con-
cilia ipſa perſcruteris. Si quis pleniorem cognitionem B
deſiderat, conſulat Monaldum Monaldeſchium, Cy-
prianumque Manentem in commentariis, quæ de
Vrbevetanis rebus procuderunt, tametſi nonnullis
alicubi videantur ſcatere erroribus. Hoc tempore
prægrandis, ſpectabiliſque Civitas eſt, nobilibuſque
incolis gravis, quæque fidem faciat adhuc olim pro-
fugis Romanis Pontificibus ſatis fidum præſtitiſſe
confugium. Princeps templi facies omninò viſenda
eſt, quàm mirifici artificij quamplures ſtatuæ conde-
corant. Templum, Civitatemque Pius II. lib. 4. Com-
mentariorum hiſce verbis deſcripſit.

c Vel Orobiti.

Mons lapideus in media valle conſurgit, ſex circiter
ſtadios altus, in cacumine planicies eſt tria millia ambitu
paſſuum complexa, prærupta pro muris ſtant rupes, qua-
rum altitudo nuſquam minor eſt ulnis viginti. Hic ædes
civium nobiliſſimæ fuere, & ampla ex recto lapide pala-
tia, vetuſtas multa conſumpſit, plura incendit, ac vaſta-
vit civilis diſcordia. Extant adhuc turres ſemidirutæ,
& collapſa templa. Verum B. Mariæ Virgini dicatum
Fanum in media Vrbe incorruptum viſitur templum, C
quæ ſunt in Italia, nulli cedens amplitudine, materia, ar-
tificio, forma memorabile: parietes, ac pavimentum ex
marmore diverſi coloris, frons altiſſima, & admodum
lata, plena ſtatuis, quas optimi ſculptoris artifices, maio-
ri ex parte Senenſes, nec Phidiæ, nec Praxiteli inferio-
res, vivi apparent ex candido marmore, vultus, & mem-
bra ita expreſſa hominum, atque ferarum, ut natura
æquaſſe artificium videatur: vox ſola deeſt animantibus,
reſurrectionem mortuorum, Salvatoris iudicium, da-
mnatorum pœnas, electorum præmia, quaſi res ageran-
tur, intueri licet. In hac inſigni Cathedrali, olim D.
Conſtantino Epiſcopo, & S. Mariæ Priſcæ, dicata,
duæ ſunt dignitates Archidiaconatus nempè, & Ar-
chipresbyteratus, Canonici multi, aliique Beneficiati
Presbyteri, & Clerici: Virorum Monaſteria in
Civitate octo, Monialium ſex, pluraque alia loca
ſpectantur. Altiſſimum puteum ars in ea defodit, in
cujus ima vix videtur poſſe deferri conſpectus. Cæte-
ra admiranda doctiores calami ſcribent, ſed nil ſic
æquè elucet, ac incruentæ hoſtiæ, omni ſtupore di- D
gnum miraculum. Epiſcopus loci magnæ juriſdictio-
nis eſt, Romanoque Pontifici immediate ſubjectus.
Fructus hujus Epiſcopatus taxatur in lib. Cameræ ad
florenos 300. verus valor aſcendit ad 5000. ſcutata.
Hujus Civitatis Præſulum ſeries ſequens eſt.

A D D I T I O.

(„*In Urbevetana Cathedrali ſexdecim extant Ca-*
„*nonici, 12. Beneficiati, inter quos utraque Prabenda*
„*habetur. Palatium Epiſcopale Eccleſiæ adhæret. Am-*
„*plam habet Epiſcopus Diœceſim, & plurima loca par-*
„*tim Oppida, partim villas ſub ſe continet, & hæc ani-*
„*mas enumerant circiter 20. mille. Urbs vero octo mil-*
„*le. Annuus Epiſcopatus redditus de præſenti ſupputa-*
„*tur Scutorum moneta 2500. Taxaſt. 300.* Lucent.)

1\. JOANNES Epiſcopus Vrbevetanus, cui Ma- I.
gnus Gregorius ſcribit ann. 590. ind. 9. ep. 5. lib. 2.

2\. CANALDUS Epiſcopus Vrbevetanus, Ma- II.
gni Gregorij temporibus floruit anno 591. ad quem

ſcribit idem ſanctus de Calumnia, lib. 2. cap. 5.

III. 3. GREGORIUS huic præſuit Vibi anno 743. apud Baron.

IV. 4. ALIPERTUS anno 826. in Concilio Romano ſub Eugenio II.

V. 5. PETRUS in eadem Cathedra floruit an. 853. apud eundem. (,,Interfuit Ravenneo. Concil. an. 877.)

VI. 6. RODULPHUS Gallus, hujus Civitatis ſublectus Epiſcopus anno 975. eidem Vrbevetanæ Eccleſiæ magno uſui fuit; ſiquidem non modo ſibi concreditam Eccleſiam novis, elegantibuſque ædificiis exornavit, ſed privilegiis etiam, legibuſq; ſaluberrimis ad defæcatiores mores quamplurimum illuſtravit. Hujus celebris memoria extat uſque ad annum 990.

VII. 7. ANDREAS anno 995.

VIII. 8. NICOLAUS anno 1007.

IX. * Ex App. t. 5. 9. * HILDERICUS Epiſcopus Urbevetanus ſe ſubſcripſit decreto Benedicti Papæ IX. pro Abb. Fructuarien. an. 1015. ut ſupra retulimus.

X. 10. PAULUS Romanus 1022.

XI. * Ex App. t. 5. 11. * SIGEFREDVS Urbevetanus Epiſcopus an. 1028. memoratur in ſerie hujus Eccleſiæ Præſulum ad calcem ſynodi nuper impreſſa, & ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ collecta, Non levia ibidem habetur Sigefredum pietatis erga Deum exhibuiſſe argumenta, dum primus inter ſuos clericos religionem juxta S. Auguſtini regulam inſtituiſſet, & majora liberalitatis monumenta reliquiſſet Canonicis, quibus inter cætera largitus eſt ſeptem plebes, & tres parochiales eccleſias cum omnibus juribus.

XII. 12. NICOLAUS Campanus 1040.

XIII. 13. LUCAS 1051.

XIV. * Ex App. t. 5. 14. * TEUZO. Plures conceſſiones ab eo emanatæ extant inter monumenta hujus Eccleſiæ ſub an. 1054.

XV. * Ex App. tom. 5. 15. * ALBERTINUS, de quo ſeries citata hæc refert. *Albertino certe ex iis, quos è profundioribus tenebris eruere conatus ſum, vel aliqua ex vacuis primariis ſedibus debetur, vel forte omnium ante dictorum eſt ipſe anteſignanus. In codicibus enim vetuſtiſſimis enunciatur, ne dum Epiſcopus Urbis veteris, vitaque monaſtica venerandus, ſine tamen anni circumſcriptione, ſed vixiſſe dicitur eo tempore, quo Petrus, & Tarulfus Calvos eius filius ſpontanea pecuniarum largitione Epiſcopatus dotem conſtituerunt, in cujus veteri palatio pia beneficorum hominum munificentia, depictis eorundem imaginibus, fuit ab Albertino compenſata.*

XVI. 16. JOANNES Piſanus floruit an. 1066.

XVII. 17. PHILIPPUS Civis, ac Epiſcopus, an. 1078.

XVIII. 18. ANGELUS Theatinus anno 1092.

XIX. 19. VVILLELMUS anno 1106. Is ann. 1119. menſe Junio, indict. 12. conceſſit Alberto Abbati S. Crucis Saxivivi Fulginatenſis Eccleſias S. Crucis Urbis veteris, S. Gelii, S. Nicolai, Eremi Juliani cum capellis, poſſeſſionibus, juribuſque omnibus, ex monumentis ejuſdem Monaſterii. * Willelmus reponitur *Ex App. tom. 5.* in eadem ſerie poſt Albertinum, de quo nos ipſi in noſtra ſerie anno 1106 uſque ad annum 1119. & poſt ipſum, prout ferebant diptycæ, Joannem quendam natione Florentinum enumeravimus anno 1121. cui ſucceſſiſſe narravimus Willelmum alterum. Quod quidem non implicat, ut duo fuerint Willelmi in ea ſede, intermedio Joanne, cum & ſeries illa nupera vacillet in iis quæ retulit de Willelmo, quem an. 1103. vult ad eam dignitatem vocatum, vixiſſeque ad annum uſque 1131. cum ait: *Et ipſo forte ſedente anno 1137. donatio Caſtrorum Mucaronis, Civitellorum, Rantula, Pomelli, & aliorum S. Maria Urbis veteris ſuum ſortita eſt effectum.* Sed neſcio unde habeat Vvillelmum è progenie Marrinotii fuiſſe, habuiſſeq; ex fratre nepotem gentilitio Martinotii nomine nuncupatum, & militari dignitate inſignitum: cum in monumentis eiuſdem familiæ, quæ ipſe vidi, de Guilelmo, deque Martinotio nulla habeatur mentio. Forte is cum aliis, quos aliis diverſis familiis addixere connumerandus videtur. Porro hæc ex monumentis publicis de Guillelmo habet, quæ etiam primo Villelmo aptari poſſunt. *Anno 1118. Parrani caſtrum Urbevetani diſtrictus conceſſit Comitibus Bernardino, Gualfredo, Ugolino, & Gregorio Comiti Borgarelli ex*

A *domo Borgareſca, ſeu Comitum de Marſciano. Eodem anno Guillelmus concilium celebravit in Valle locus tunc Urbevetana ditioni Epiſcopali ſubjecta cum ſuis caſtris Vulſinii, S. Laurentii, Griptarum, Gradularum, Capuaemontis, Biſentii, Inſula Urbana, ſeu Biſuntina; & in caſtro Griptarum eccleſiam S. Petri paulo ante conſtructam conſecravit. Eidem Epiſcopo anno 1115. eccleſiam S. Chriſtina cum ſuis juribus in Vulſinii ſuburbiis fuit conceſſa, & ipſomet forſe ſedente anno 1137. donatio caſtrorum Mucaronis, Civitellum, Rantula, Pomelli, & aliorũ S. Maria Urbis veteris ſuum ſortita eſt effectũ.*

20. JOANNES Florentinus anno 1121. XX

21. VVILLELMUS cuidam bullæ reperitur ſubſcriptus, quam Honorius II. Pontifex Piſanæ indulſit Eccleſiæ 1126. XXI.

22. ANTONIUS anno 1137. XXII.

23. * ILDEBRANDUS à nobis prætermiſſus poſt Antonium reponendus videtur, poſt annum 1137. ad hanc dignitatem vocatus, quem tamen ſeries nupera vult ſucceſſiſſe Guillelmo, ac familiæ Beccariæ Inſubriæ nobiliſſimæ, Urbis veteris civitatem tranſlatæ, fuiſſe alumnum. Tamen hujus non B meminit M. Hieronymus Henninges p. p. Genealog. in deſcriptione hujus vetuſtiſſimæ familiæ. Non abſimilis erit hæc Ildebrandi familiæ additio aliis gratis inſertis ſuperioribus diptycis. *Ildebrandus*, inquit ſeries, *Controverſiam compoſuit exortam inter Abbatem, monachoſque S. Sepulchri Aquependentis, & Plebanum Griptarum ob novam plebem ibi ſub S. Petri nomine erectam, ubi inſuper eccleſiam S. Joannis Ildebrandus conſecravit. Diſſidia tamen ipſe innutrivit inter ſemet, & Archipresbyterum Raynerium cum ſuis Canonicis, qui Epiſcopo lapſus carnis notam inuſſerunt, ut invicto metu compulſus eis bona Epiſcopalia largiretur. Hinc jure Epiſcopus laceſſitus voluit a clericis parochianis invitis Canonicis in majore Eccleſia divinas precationes, ſolemneſque ritus peragi uſque ad annum 1154. quo à propoſito deflectens, & Canonicos Eccleſiam reſtituens, diſſenſionis faces extinxit. At eas, quas in ſubdolo pectore fovebat, non extinxit Raynerius* C *quidam Parochialis ſacerdos, & Epiſcopi commenſalis, qui cum turbamenta fruſtranda pacificationi fruſtra adornaſſet, epiſcopalia inſtrumenta effrani rabie percitus combuſſit. Mortuo Ildebrando, vacavit ſedes Epiſcopalis uno anno, & tribus menſibus.* XXIII * Ex App. t. 5.

24. GUALFREDUM quendam ſucceſſiſſe Ildebrando refert ſeries, addens, *hoc unum de eo novit poſteritas; cæterum vetuſtas abſorbuit.* XXIV * Ex App. t. 5.

25. * GUISCARDUS Urbevetanus, juxta ſeriem, inſecutus eſt Gualfredo, de quo memoriæ eſt traditum, terras Epiſcopatus prope flumen Paleæ, quæ Cajum appellabantur, olim pignoratas anno 1157. recuperaviſſe. XXV. * Ex App. tom. 5.

26. * MILO proxime Guiſcardo, ait ſeries, acceſſit, natione Campanus de Valle Montonis. Duobus annis vixit in exedra Epiſcopali, poſt cujus obitum ſeptennio vacavit ſedes, tanto, ut refert Raynerius Epiſcopus infra deſcribendus, Eccleſiæ Urbevetanæ detrimento, ut vix per tres menſes Epiſcopalis menſa deinceps ſuſtentari poſſet. Adminiſtratio D ad Rocchum S. Conſtantii Priorem, ſeu Archipresbyterum eſt delata una cum Archidiacono, qui tunc primo, eodem Raynerio teſte, in rebus Epiſcopalibus ſe immiſcuit, cum antea nullam ſortem in Epiſcopatu haberet, ſed cum Canonicis moraretur. Ruinã hanc Roccho adſcriptam hiſce verbis Epiſcopus antecedens deplorat. *Qui deberent eſſe vacante ſede cuſtodes pariter, & paſtores, deſtructores ſunt potius, & lupi uſurpantes bona patris, & fere nullas reliquias relinquentes.* XXVI * Ex App. t. 5.

Hujus Milonis temporibus Hadrianus IV. Urbeveteri commoratus eſt ſimul cum Aula Romana. Inde in Cathedralem quamplura gratioſa diplomata dimanarunt, quæ cum olim Deiparæ Virgini dedicata eſſet, tunc temporis tanquam Divum Tutelarem S. Conſtantium venerabatur. Ex diplomatibus unum tantum referamus, quod Roccho Præpoſito Cathedralis, Fratribuſque Canonicis indulſit idem Hadrianus IV. hujus tenoris.

HADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Roccho Præpoſito S. Coſtantii de Urbe veteri, ejuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris canonicè ſubſtituendis.

Quatenus devotionis ſinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas poſtulata, vires indubitanter aſſumat; Ea propter dilecti in Domino filii . . . juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus: & præſentis ſcripturæ privilegio communimus; Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, & quæcunque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio erit . . . firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam S. Laurentii cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Bartholomæi cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Matthæi, & Hoſpitalis cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Juliani, & Hoſpitale cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Anaſtaſiæ, cum pertinentiis ſuis, villamque quoque, quæ dicitur Feroſellum, cum pertinentiis ſuis, & Mezzanam campum de ripa traſmarini, campum, qui eſt ante Eccleſiam S. Conſtantii, plebem S. Petri de . . . . cum ſuis pertinentiis, plebem S. Joannis de Vallelacus, cum ſuis pertinentiis, plebē S. Smiraldi, & S. Stephani de Montelongo, cum ſuis pertinentiis, plebem S. Terentiani cum ſuis pertinentiis, plebem S. Mariæ de Miniano cum ſuis pertinentiis, Hoſpitale de Ripa Aquapendentis cum Eccleſia, & pertinentiis ſuis. Præterea quicquid in decimis, primitiis, & oblationibus juſte, & canonice poſſidetis, vobis nihilominus confirmamus: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deliberaverint, devotione extremæ voluntatis, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Eccleſiarum, unde aſſumpti fuerint. Decernimuſque ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva nimirum Epiſcopis veſtris canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax D. N. I. C. quatenus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen. S. Petrus S. Paulus. Hadrianus Papa IV. Ad Dominum oculi mei ſemper.

Ego Joannes Diac. Card. tit. SS. Georgii, & Bacchi.
Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Manfredus card. tit. ſanctæ Sabinæ.
Ego Julius presb. card. tit. ſancti Marcelli.
Ego Ubaldus presb. card. tit. ſanctæ Luciæ.
Ego Petrus presb. card. tit. ſanctæ Cæciliæ.
Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio Monte.
Ego Henricus presb. Card. SS. Nerei, & Achillei.
Ego Joannes presb. card. SS. Sylveſtri, & Martini.

Datum in Urbeveteri per manus Rolandi S. R. E. presb. Card. & cancellarii, idibus Octobris, Ind. 5. Incarn. Dom. *anno M. C. LVI. Pontific. vero Hadriani Papæ IV. anno 2.*

XX VII. 27.* RUSTICUS, quem nos repoſuimus in ann. 1155. reſtituendus eſt ſuo in loco poſt hunc Milonem ad annum 1168. juxta ſępe citatam ſeriem: & diploma Adriani IV. referendum eſt ſub Milonis Epiſcopatu: quemadmodum & Vvillelmus, quem vixiſſe referimus anno 1156. à noſtra ſerie exulandus videtur. Cæterum *Ruſticus*, ait ſeries, *tandem Miloni ſuffectus anno exeunte 1168. illico eccleſiam S. Mariæ, quam Ildebrandus reſtituerat, Canonicis confirmavit, ſicuti Archidiaconatum, & Primiceriatum, retenta pro menſa Epiſcopali dimidia quarumlibet oblationum parte: Anno 1172. Parrani ſeudum Comiti Raynerio Borgarelli filio, & Bernardini primi acquirentis ex filio nepoti renovavit, addito annuo cenſu Epiſcopis ſolvendo, tam a Raynerio, & deſcendentibus, quam ab incolis ejuſdem caſtri. Ab Ildebrando Epiſcopo Suanenſi judiciariis moleſtiis eſt affectus; eccleſiaſtica plurium locorum ditione ſe geſſit, & die S. Benedicti anno 1175. mortalibus exutus ſpoliis evolavit ad Deū. Vacavit ſedes duobus annis.*

* Ex App. t. 5.



28. RICHARDUS de Caietanis è nobiliſſima Piſanæ Civitatis gente, adlectus fuit Urbevetanus Epiſcopus ob inſignes tum corporis, tum animi dotes. Hic anno 1169. menſe Septemb. indict. 11. confirmavit Abbati Rodulpho de Saxovivo quicquid Vvillelmus ſuus anteceſſor eidem Monaſterio in antea conceſſerat. Lateranenſi Concilio interfuit anno 1179. Anno vero 1200. Urbevetanus cum inſigni poteſtate Prætor effectus eſt, una cum Lanfranco Cluſino Epiſcopo; Adeo enim turbulentiſſimis illis temporibus civiles diſcordiæ exarſerant, ut penè uſq; ad excidium Civitas Urbevetana videretur jacere.* Richardus, quem nos è familia Caietana Piſana ex monumentis ejuſdem nobiliſſimæ familiæ aſſeruimus, juxta ſeriem in hoc throno collocandus videtur an. 1177. Revera tamen, in monumentis Saxi vivi vetuſti apud Fulginatenſes cœnobii an. 1169. videtur jam eo tempore fuiſſe Urbevetanus Epiſcopus, de quo ſeries illa hæc habet. *Richardus Patria, non cognomento Cajetanus, eadem die S. Benedicti, quo anteceſſor obierat, biennio tranſacto Urbevetana Eccleſiæ eſt adſcitus anno 1177. ita ut, cum primo ad aras mitra redimitus acceſſit, mortuale ſacrum anniverſario ritu pro Ruſtico celebraverit. Eccleſiam adminiſtravit ſpatio 24. annorum, aſperrimis ſane temporibus, quibus Manichæorum factio valde potens, pravarum opinionum virus undequaque in Urbevetana civitate diffundens in Papæ conſentaneos odio tam implacabili efferbuit, ut Petrum Parentium Romanum pro Innocentio IV.* (melius dixiſſet Tertium) *Urbis veteris Rectorem anno 1199. e medio immaniter tollere non dubitaverit. Richardus quippe exſomnis animi vigore, & intrepida turbulentorum hominum deſpicientia ſuo muneri non defuit, ut fides orthodoxa de impietate triumpharet. Annorum pondere ſatisfaciens cecidit in templo S. Chriſtinæ Vulſinii, & paulo poſt obiit anno 1201. Epiſcopali palatio prius reſtaurato, & ſepultus eſt apud S. Severum.* XX VIII. * Ex App. t. 5.

29. * MATTHÆUS Urbevetanus Petri filius, & Alberici ex filio nepos, è Canonico S. Coſtantii Prior ejuſdem Eccleſiæ effectus, eodem die, quo Richardus defecit, Epiſcopatum eſt aſſecutus, in quo novem annis, & ſex menſibus peractis, ſcalis Palatii renovatis, & ibidem ſacello ſub D. Sylveſtri nomine magnifice conſtructo 6. Kal. Octob. anno 1210. corporis ſe ſe tegumento exſolvit. Ita ſeries nupera. XXIX * Ex App. t. 5.

30. JOANNES Caſtellius Bononienſis, ut quidam ſcribunt, Urbevetana dignitate decoratus eſt ann. 1211. *Obiit an. 1212. die S. Bonifacii. XXX * Ex Append. t. 5.

31. CAPITERIUS a Urbevetanus Patriæ Epiſcopus renunciatus eſt anno * 1213. menſe Januario: quo ſedente fundatum eſt nobile cœnobium S. Dominici eo in loco, ubi priſci Gentiles Minervæ templum XXXI a Al. Capiteurus. * Ex App. t. 5.

* Ex App. tom. 5.

A erexerant. Hic functus eſt anno * 1228. 7. Kal. Martii. Porro de Capitanco Epiſcopo hæc ſeries. *Capitanus Urbevetanus prius Canonicus S. Conſtantii, poſtea Archidiaconus anno 1213. menſe Ianuarii ad Epiſcopatum aſcendit. Fuit Rapicii filius, & frater Todini, ex quo natus eſt Pepo militari ordini adſcriptus. Primo anno à conſulibus Urbis veteris declarationem obtinuit, qua caſtrum S. Viti omnium caſtrorum Epiſcopatus antiquiſſimum, ſanctitum fuit ad eundem ſpectare. Anno 1215. fuit unus ex delegatis à Papa ſuper pace inter Urbevetanos, & Tudertinos. Anno 1216. fuit in civitate Urbevetana arbiter electus in quadam controverſia inter Archipresbyterum S. Conſtantii, & Parochianos S. Laurentii de Araris ſuper hujus Eccleſiæ juribus, & præſertim electione Rectoris, quam eiſdem Parochianis confirmavit. Anno 1221. ædificari cœptum monaſterium cum eccleſia monialium S. Pauli Urbis veteris contradicente Epiſcopo, annuente tamen Pontifice. Eodem anno monachi, qui dicuntur nigri S. Benedicti, ad quos ſpectabat S. Severi monaſterium, inde Pontificis mandato urgente Epiſcopo religioſa obſervantia defectu exclusi, & monachi pariter S. Benedicti* (melius dixiſſet

B Canonicos) *Præmonſtratenſis Ordinis ſuffecti fuerunt. Anno 1227. in ſacrorum celebratione Epiſcopus à piorum communione ſegregavit Paganutium, & Joannem S. Mariæ de Mimiano ad Capitulum ſpectantis occupatores. Anno tandem 1228. 7. Kal. Martii laboribus, & vitæ terminum duxit.*

XX XII. 32. * RAYNERIUS, Urbevetanis jus Divinum dixit anno 1232. quo Abbatiſſam, & Moniales S. Laurentii extra muros Urbevetanos, ab omni juriſdictione Epiſcopali immunes fecit. Id ratum habuit Gregorius IX. ejuſdem Monaſterii Fundator, & tali diplomate confirmavit, ex reg. Vatic. ep. 159. fol. 54.

* Hinc ex App. t. 5. expuncti ſunt duo Epiſcopi Comes de Parrani, & Willelmus, in quibus recenſendis ſe deceptum faſſus eſt Ughellus.

GREGORIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei,

C Abbatiſſæ Monaſterii S. Laurentii inter vineas Urbevetan. ejuſque ſororibus incluſis tam præſentibus, quam futuris, &c.

R*Eligioſam vitam, &c. uſque enervet. Capp. &c. uſq; communimus. in primis ſiquidem ut in primo præcedenti uſque obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, &c. uſque permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, liceat quando vobis perſona, &c. uſque retinere. Prohibemus inſuper, &c. ut ſupra uſque retinere. Pro conſecrationibus vero, &c. ut in primo uſq; obtinere; quia vero interdū Diœceſani Epiſcopi, &c. uſq; valeatis. Cum autem generale interdictum, &c. uſque celebrare. Obeunte vero te, &c. uſque eligendam. Porro ſi Epiſcopi, &c. ut ſupra uſque non tenere. Paci quando, &c. uſque exercere Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monaſterio veſtro venerabilis frater noſter Urbevetanus Epiſcopus de Capituli ſui aſſenſu vobis indulſiſſe dinoſcitur,*

D *ſicut in ejus litteris plenius continetur, authoritate Apoſtolica de præſenti privilegio communimus; tenorem autem litterarum ipſius Epiſcopi ad cautelam duximus præſenti privilegio inſerendum, qui talis eſt.*

In nomine Domini amen. Anno ejus 1232. die 1. menſis Octobris intrante, temporibus D. Gregorii Papæ IX. regnante etiam Fr. Rom. Imp. II. & ſemper Aug. indict. 5. Ray. permiſſione Divina, Urbevetan. Epiſc. Dilectis ſibi in Chriſto Orabili Abbatiſſa, & ſororibus Monialibus Monaſterii Eccleſiæ S. Laurentii inter vineas Urbevetan ſalutem, &c. cum ſanctiſs. in Chriſto Pater noſter D. Greg. Papa IX. Divina gratia inſpirante Monaſterium veſtrum prænominatum in honorem B. Laurentii in memorato loco de veſtris, & aliorum eleemoſynis conſtrui fecerit, ut ibidem Domino devote famulantes pro nobis, & aliis peccatoribus poſſitis orare ad Dominum, a nobis humiliter poſtulaſtis, ut Monaſterium, & perſonas ibidem Domino ſervientes intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum noſtrorum à jure Epiſcopali, ſeu

A *alterius conditionis gravamine eximere deberemus, Capp. veſtra pia, & humili petitioni pio concurrentes aſſenſu Monaſterium, & perſonas illic manentes cum horto, clauſtro, & circuitu exteriori ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligatione liberamus, & eximimus, nihil aliud nobis, & noſtris ſucceſſoribus in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro cenſu reſervantes nobis annis ſingulis, & noſtris ſucceſſoribus perſolvendam in vigilia S. Virginis Mariæ Aſſumptionis. Decernimus ergo, &c. uſque ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, &c. ſi qua igitur &c. Datum Peruſii 10. Kal. Auguſti anno nono.*

Anno verò 1247. hic perpetuò junxit Monaſterium S. Petri de Aqua Horta Urbevetanum, Monaſterio S. Salvatoris Montis Amiati Ord. Ciſtercienſis, illud ab omni poteſtate exemptum declarans.

* Raynerius Prudentii filius, & Peponis frater 6. Id. Aprilis eodem anno 1228. Urbeveteris Epiſcopus electus, 17. Kal. Maii à Pontifice confirmatus, & Kal. Octob. Peruſii ab eodē eſt conſecratus. *Primo anno*, ait

* Ex App. t. 5.

B ſeries, *Conciliū in majori Eccleſia celebravit, in quo inter cætera ſeverioris anathematis vinculo innodavit clericos bona inconſulto Epiſcopo quoquomodo alienantes, & omnes auxilium contra Epiſcopum Abbati S. ſepulchri Aquapendentis exhibentes. Judicium enim moverat Raynerius contra illum, qui ſe jactans ab Urbevetana eccleſiaſtica ditione exemptum, Epiſcopalibus inſigniis in ejuſdem Epiſcopi contemptum utebatur, quod poſtea anno 1229. ſequente definiendum tradidit Pontifex Ægidio SS. Coſmæ, & Damiani Cardinali. Eodem fere tempore Peponem Epiſcopi Capitanei ſupranominati nepotem jurejurando adegit, ut omnia habita a Patruo ad Epiſcopatum ſpectantia, ipſius Raynerii arbitrio ſubjiceret. Anno 1232. piis civium erogationibus Raynerii que exemplo, & nutatione conſtructū fuit, empto ſitu a Cardinale Ugolino de Comitibus Innocentii III. nepote* (diu ante annum 1232. Ugolinus tunc Card. qui fuit Gregorius IX. conſtructum fuit hoc cœnobium, ut patet ex literis ejuſdem à me relatis in catalogo)

C *Eccleſia S. Laurentii inter vineas cum monaſterio monialium Ord. S. Damiani, quæ ibi numerum quadragenarium implentes, primo ſe ſe regimini ſuppoſuerunt nobiliſſimæ fœminæ ſororis Joannæ de Frangipane de Urbe, eodemque anno Epiſcopus illud prævia Pontificis auctoritate ab Epiſcopali jure exemit. Anno 1240. Raneriounà cum Gualeberino Urbevetano, Epiſcopo Suanenſi commiſſa fuit à Papa inquiſitio vitæ, & geſtorum B. Ambroſii de Maſſa Franciſcani Ordinis, tunc inter cœleſtes referendi, cujus cineres in Eccleſia S. Franciſci Urbis veteris veneratione proſequimur. Anno 1241. expunxit è fidelium cœtu Fiordevogliam, Peponem, & Petrum Comites de Roticaſtello, qui divina, & humana jura miſcentes Caſtrum S. Petri ad Epiſcopum ſpectans, non ſolum occupaverant, ſed nefaria direptione Templum combuſſerant, & incolas, Clericoſque præſertim trucidaverant. Cæterum Raynerii monumenta inſpiciuntur, uſque ad annum 1247. quo anno tamen defecerit, ex iis non liquet.*

XX XIII. 33. CONSTANTINUS *a* ſupradictæ Civitatis Epiſcopus anno 1254. donationem ſui anteceſſoris

D Monaſterii S. Petri ratam habuit, quo cœnobium S. Salvatoris de Monte Amiato mirificè fuerat auctum. * Conſtantinus, ea ſerie teſte, anno 1255. miſſus à Pontifice Legatus in Græciam, ibi cœleſtem adoream eſt aſſecutus anno 1257. mortalibus exuviis Peruſium tranſlatis. Cætera, quæ in noſtro Catalogo diximus, juxta Romana monumenta ſunt tradita, quidquid dicat nupera ſeries, quæ pluribus in locis, ut non ſemel diximus, vacillare videtur.

a Ord. Prædic. Erat jam Epiſcopus an. 1250. Vitam ſcripſit S. Dominici, ejuſque officium compoſuit. Vide Font. de Rom. Prov. 156 & Altamuram in Bibl. Domin. ubi eum dicit ex Medices familia p. 24. Mand.

XXX IV. 34. JACOBUS anno 1258. 20. Auguſti Eccleſiam S. Gregorii de Svultulo cum omnibus ſuis membris & pertinentiis dono dedit Bordeſerdo Archidiacono Urbevetano. Eo præſule in hac Civitate Urbevetana an. 1264. ab Urbano IV. ſacratiſſimi Corporis Chriſti ſolemnitas 5. feria poſt octavam Pentecoſtes futuris, perpetuiſque temporibus cum ſolemni ſupplicatione, quæ nunc etiam celebratur, inſtituta eſt. Hujus ſolemnitatis promotrix ex divina revelatione antea fuerat B. Juliana Cornelienſis Belga

Ordinis Ciſtercienſis Monialis, quæ ad cœlum evolavit anno 1247. Rem totam narrat Joannes Diſtemius Blerus Prior S. Jacobi Leodienſis in hiſtoria de revelatione inſtitutionis feſti venerabilis Sacramenti, quæ facta eſt S. Julianæ de Monte Cornelio prope Leodium Ord. Ciſtercienſis, & Evæ ſanctimonialis eeclusæ Leodii in Monaſterio S. Martini anno 1230. Joannes Molanus in naralibus SS. Belgii de B. Juliana ita ſcribit inrer cætera. A

Ad Villarè B. Mariæ ord. Ciſtercienſis cœnobium eſt tranſlata, ubi inter corpora ſacra eſt ſepulta, & vita duobus libris continetur Dicitur autem Cornelienſis, quia extra Leodium in Monte S. Cornelii, ubi nunc eſt Leproſarium, Virginibus Ciſtercienſibus præfuit Nec ambigo Virginem humilem perpetua memoria dignam eſſe, eo quod per eam inchoatum ſit ſpeciale feſtum Corporis Chriſti Siquidem Chriſtus ei revelaverat ad augmentum fidei in finem debilitandæ, necnon ad profectum electorum, Corporis, & Sanguinis ſui ſpeciale feſtum fieri curaret. Aubertus Miræus in chronicis ad ann. 1270. ait de eadem B. Juliana Cornelienſi, Virginibus inſtituti Ciſtercienſis in Cornelio monte ad muros Urbis Leodienſis præfuit, quo loco nunc eſt hoſpitale, ut vocant, Leproſorum. Hæc Virgo ſanctiſſima divina revelatione monituq, compulſa, inſtitutionem feſti venerabilis Sacramenti ad Orthodoxæ religionis augmentum in primis promovit. B Qualiter verò hoc ei fuerit revelatum narrant Jo. Golimannus, Franciſcus Bivareus, aliique, qui vitam ipſius ſcripſerunt. De ea Martyrologium Belgicum 5. Aprilis. Molanus in additionibus ad Uivardum, & in naralibus SS. Belgii, Bernardus Briro, Aubertus Miræus in faſtis Belgicis, & Burgundicis, & in chronic. Ciſtercienſi, Bzovius in Annal. Eccleſiaſt. tom. 13. ad ann. 1230. Arnoldus de Raiſſe in auctario ad Molanum, Sacrarium Leodienſe inter ſanctos illius diœceſis, Angelus Manriquez in Laurea Evangelica (Fuſiùs dabit in ſuis Annal: Ciſtercienſibus) & Chryſoſtomus Henriquez in Ciſtercienſi Menologio; nos etiam ipſius ſanctiſſimæ Virginis vitam vulgari ſermone ſcripſimus, quæ manuſcript cum aliis SS virginum geſtis inter noſtra monumenta aſſervatur, lucē, ſi Deus dabit, aliquando inſpecturam. Sacratiſſimæ C ſolemnitatis officium S. Thomas Aquinas, qui eo tempore, quo Urbanus IV. ſolemnitatem præcepit celebrandam, publicè Theologiam in Urbevetana Civitate profitebarur, compoſuit. Id vero factum fuit, ut habet Panvinius in notis ad Platinam, *propter miraculum, quod hoc tempore Vulſiniis in Diœceſi, & ditione Urbevetana in Eccleſia S. Chriſtinæ accidit. Nam dum ſacrificum quiſpiam ſacra Miſſarum ſolemnia celebraret, ſacramento jam confecto, de panis, & vini tranſubſtantiatione, & Chriſti Corpore dubitavit. Unde ſtatim (dictu, & auditu mirum) ex ſacratiſſima, quam in manibus tenebat Hoſtia, vivus ſanguis manare cœpit, & totam mappam, quam corporale vocat, tinxit. Quo miraculo attonitus Pontifex Urbanus IV. corporale primum ad ſe ab Epiſcopo loci cum proceſſione Urbeveterem transferri voluit, & illud ſolemnitate inſtituta in Eccleſia Urbevetana recondidit. Hæc omnia ex ejuſdem Pontificis bulla, quæ adhuc extat, intelliguntur. In ejus poſtea memoriam, Cives Urbevetani, tunc nobiles, ditiſſimi, & potentes, nobiliſſimum tēplum Deo,* D *& B. Virgini a fundamentis conſtruere cœperunt, tanta mole, apparatu, & impenſarum magnitudine celebre, ut nullum in toto terrarum Orbe tunc ei potuerit comparari. Cæterùm hoc non niſi 25. anno, poſt Chriſti vero 1290. factum fuit, Nicolao IV. Pont. Max. qui eodem anno 13. die Novembris primum lapidem maximi templi fundamentis, Cardinalibus cum omni Romana curia, multis peregrinis, Prælatis, Epiſcopis, Civitatis Clero, & Magiſtratibus, nobilibus, & univerſo populo Urbevetano adſtantibus, poſt celebres ſupplicationes habitas, ſolemniter poſuit, maximaſque ſingulis annis ipſo die Eccleſiam illam viſitantibus indulgentias largitus eſt, ab aliis poſtea Pontificibus confirmatas, & auctas. In quo celeberrimo templo cum perfectum penè fuiſſet, poſtea ſanctum Corporale collocatum eſt, altari, & tabernaculo, ad illud conſervandum elegantiſſimè fabrefactis, quod ſingulis annis in die Corporis Chriſti in celebri illa ſupplicatione devotiſſimè circumferunt, finitimis omnibus populis eo illa die ad id videndum confluentibus. Ejus porro templi exterior pars, tota è marmore Pario incruſtata eſt, variis elegantibus ſignis novi, & veteris teſtamenti exornata, multiſque aliis decorata ornamentis. Eo tempore excellentius in ſtatuaria opus exiſtimatum eſt omnium, quæ toto terrarum Orbe id genus eſſent.* Hucuſque Panvinius. In Eccleſia S. Chriſtinæ Vulſinii in marmore inciſa legitur hujuſce rei Hiſtoria, quam lib. 7. comment. ad verbum attulit Monaldus Monaldeſchus; publicèque utilitati exhibuit. Noſter verò Jacobus Epiſcopus, cum ad annum * 1269. perveniſſet, diem clauſit extremū, ſepultuſq; fuit in veteri Cathedrali. * Ex App. t. 5.



35. Fr. ALDOBRANDINUS, ᵃ ſive Ildebrandinus è nobiliſſima Cavalcantia familia Florentinus, Ordinis Prædicatorum, unus è primis S. Mariæ Novellæ Alumnis, vir ſanctimonia vitæ, doctrinaque percelebris, poſt optimè adminiſtratum Monaſteriū, poſtque alios ſui ordinis feliciter decurſos honores, à X. Gregorio ſanctiſſimo Pontifice ſublectus eſt Urbevetanus Epiſcopus anno 1272. Romæque, ut ad Lugdunenſe Concilium proficiſceretur, digreſſus, eundem Aldobrandinum ſuæ poteſtatis Romæ Vicarium declaravit. Quàm Cavalcantis prudentiam, conſiliumque magnifaceret, ſubjecto Brevi, atque Diplomate declaravit. XXXV. ᵃ De quo Fontana de Rom. Prov. p. 119 & Rovetius de Viris illuſt. Ord. Prædic. Mant.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ven. fratri Aldobrandino Epiſcopo Urbevetano, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

APpropinquat terminus ad celebrandum indictum generale Concilium Lugduni, & moras longiores non ſufferens, nos compellit, ut ad tempus ſpirituali Eccleſia noſtra dimiſſa, verſus Tranſmontanas partes, prout Dominus conceſſerit, properemus. Ne igitur noſtra præſentia abſentia, ipſius terræ Incolas, abſque relevationis remedio gravari contingat, perſonā idoneam, quæ in reddenda ipſis in hac parte juſtitia noſtra defectum præſentia ſuppleat, providimus deputandam. Ad quod, te, tanquam virum magna, & examinata virtutis fiducialiter eligentes, volumus quod à Rectoribus ipſius Eccleſiæ, ſive in Campania, vel in Maritima, ſeu Anconitana Marchia, vel Ducatu Spoletanenſi, aut in Patrimonio B. Petri in Thuſcia fuerint, ad te, tanquam ad noſtrum in hoc vicesgerentem liceat appellare, tibique præſentium authoritate committimus, ut perſonas de terra prædicta Eccleſiaſticas, & ſeculares ab ipſis Rectoribus appellantes audias, & ſuas appellationum cauſas ſecundum ordinem juris diſcutiens, debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

Datum apud S. Crucem 13. *Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno 2.*

Quam quidem à Pontifice ſibi demandatam Provinciam Aldodrandinus maxima cum dignitate, ingentique laude ſuſtinuit, reverſuſque ad Eccleſiam ſuam, haud ſine ſanctimoniæ laude illam rexit uſque ad annum 1279. quo tempore Florentiæ è vivis exemptus eſt die 30. menſis Auguſti, in illo ipſo à ſe tantopere dilecto Cœnobio, cujus ipſe manibus jecerat fundamenta. Tumulatus jacet in Eccleſia S. Mariæ Novellæ in marmoreo ſepulchro, procul à pavimento cum hac brevi, atque impari tanti viri meritis inſcriptione.


Sepulchrum venerab. fr. Ildebrandini de Ca-

valcantibus de Florentia Epiſcopi Urbevetani, Ordinis Prædicat. Qui obiit anno MCCLXXIX. die xxx. Auguſt. requieſcat in pace.



XX XVI. 36. FRANCISCUS de Monaldeſchis Balneoregienſis Ildebrandino ſucceſſit anno 1280. 5. Idus Maji, cum pauló ante adlectus fuiſſet Melphienſis Epiſcopus, à Nicolao III. ad hanc ſedem translatus, cum Comes Archidiaconus à Capitulo electus, juri ſuo ceſſiſſet, ut idem narrat Pontifex in litteris ad eundem Franciſcum datis Pontif. 3. ex regeſt. vatic. epiſt. 25. ſol. 242. itaque antequam inauguraretur, ad hanc Urbevetanam Eccleſiam translatus eſt. Hic iterum ſuam ſundavit Eccleſiam, Nicolao IV. ſummo Pontifice primum lapidem jacente anno 1290. die 13. menſis Novembris, ampliſſimis eidem Eccleſiæ indulgentiis dilargitis. Rexit hanc Eccleſiam ad annum uſque 1295. quo ad Florentinam Eccleſiam translatus eſt.

XX XVII 37. LEONARDUS Mancinus Civis Urbevetanus, ex Archidiacono Barienſi in Eccleſia Lingonenſi, & Papæ Capellano, à Bonifacio VIII. anno 1295. 8. Kal. Martii Epiſcopus ſuæ Patriæ creatus; quem virum nobilem idem vocat Pontifex in litteris datis eodem die ex regeſt. vat. epiſt. 145. fol. 41. translatus poſtea ad Archiepiſcopatum Sypontinum anno 1302. Leonardi temporibus, hoc eſt ann. 1297. die Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Bonifacius VIII. primum ſacrum fecit in novo Cathedralis Templo, quod Deiparæ Virgini dicatum fuit maximo populorum concurſu; ac Veſtram Baſilicam ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus auguſtiſſimum pro illius temporis ratione palatium à fundamentis in Soliano ædificavit.



XXX VIII. 38. GUITTUS de Nobilibus è Farneſio electus fuit anno 1302. 2. Kal. Februarii. Hic anno 1307. Urbis Vicarius à Clemente V conſtituitur 16. Kal. Junii epiſt. 112. ex reg. Vaticano. In Cathedrali primum ſacrum fecit 1309. eodemq; anno Apoſtolicæ ſedis nomine B. Petri Apoſtoli patrimonium adminiſtravit. Cum Dux Generalis declaratus fuiſſet à Joan. XXII. contra rebelles, compulit ad Eccleſiaſticum Imperiū plures, qui contra Romanos Pontifices auſi fuerant rebellare. Coluit D. Bernardum quàm qui maximè, cujus monachos pietatis ergo intra Urbevetanos muros introducendos curavit, ejuſdem à Publica Urbevetana re conſtructo Cœnobio, nobilique cenſu dotaro. Quod Monaſterium ne in diſciplina morum labarer, Monaſterii S. Salvatoris Montis Amiati voluerunt juriſdictionis eſſe, ut ex ſubjecto decreto perſpici poteſt, quod adhuc in Archivo Amiatini Cœnobii diligentiſſimè aſſervatur.

A *Quod fiat, & conſtituatur locus Eccleſia S. Bernardi, & dotetur ſicut placuerit Conſulibus, ad honorem, & reverentiam omnipotentis Dei, & B. Mariæ matris Dei, & B. S. Bernardi conſeſſoris, cujus feſtum Urbevetani devotè, & cum reverentia, & honore celebrare tenentur, ſtatuen. & ordinan. quod in dicta Civitate in loco decenti forma conſtrui, & ædificari debeat expenſis communis Urbevetan. certum locum, in quo ſit vocabulum, & Eccleſia ejuſdem S. Bernardi, qui locus dotari debeat de bonis ipſius communis, in tantum quod continue ſex fratres ſtare, & morari poſſint ibidem ad Dei ſervitutem, & divino officio celebrando in eo, & prædicta omnia fiant, & fieri debeant ad voluntatem, & beneplacitum dictorum dominorum, & conſilium 24. & 60. Sapient. Civitatis prædictæ, qua ſimul ſuper prædictis debeat congregari ad deliberandum, & ſicut in dicto Concilio judicatum, & reformatum fuit, executioni mandetur. Hoc factum eſt Anno 1314.*

Decrevit autem Epiſcopus, ut Abbas S. Salvatoris de Monte Amiato quotannis in die S. Bernardo
B ſacro cereum Epiſcopo Urbevetano offerret in memoriam ejus aggregati Cœnobii. Cæterùm cum ſub Commendatariis Monaſterium illud exeidium paſſum eſſet, cum juriſdictio illa Amiatinis monachis fuiſſet adempta, ceſſavit etiam illa contributio cerei. Guittus autem è vivis exceſſit anno 1328.

39. Fr. TRAMUS ex Domicellis de Monaldeſchis, filius Conradi, Ordinis Prædicatorum, ex Epiſc. Balneoregienſi ad hanc Eccleſiam translatus eſt 3. Nonas Octob. anno 1328. Hic doctrina claruit, ac probitate morum, deceſſitque è vita anno 1346. XX XIX.
* Obiit Avenione, ſepultus in Eccleſia S. Dominici. * Ex App. t. 5.

40. RAYMUNDUS Epiſcopus antea Reatinus ad Urbevetanam Eccleſiam translatus eſt ann. 1346. 2. Nonas Martii, ex reg. Varic. epiſt. 57. fol. 42. Deceſſit autem anno 1348. XL.

41. PONTIUS Perottus Vaſco Gallus, ex Archidiacono Vindocienſi in Eccleſia Carnotenſi, à VI. Clemente ſublectus fuit Epiſcopus Urbevetanus 15. Kal. Octobris 1348. ac Romæ Vicarius, jubilæique anno portam ſanctam aperuit 1349. XLI.
C

42. JOANNES in Urbevetana floruit dignitate anno 1359. obiitque anno 1364. in Urbe Vicarius & in Patrimonio B. Petri, Campania Maritima, Ducatu Spoletino, locisque adjacentibus, & Marchia Anconitana Apoſtolicæ ſedis Nuncius, & Decimarum Collector ex bulla Urbani V. executoria. Datum Avenione anno 1. die 14. Auguſti 1365. & ex lib. obligatione Prælatorum. Vgolinus Malabranca, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, inſignis doctrinæ vir, in aliquibus tabulis Epiſc. Urbevet. reperitur, tametſi nulla ejus memoria extet in lib. ſacri Collegii de obligationibus, ac ſolutionibus Prælatorum, ubi diligentiſſimè memorantur omnes Prælati, ob continuum, neceſſariumque ſubſidium, quod ſacro Collegio pendere ſoliti erant, immò poſt Joannem electum fuiſſe Petrum. XLII.

43. PETRUS Boerius Gallus Narbonenſis, Monachus, atque Abbas S Pontii Thomeriarum ex Ordine S. Benedicti, J. U. D., ob inſignem canonum
D ſcientiam, cæteramque vitæ probitatem ab Urbano V. Urbevetanus Epiſcopus renunciatus eſt an. 1364. die 17. Kal. Decembris. Rexit hanc Eccleſiam ad annum uſque 1370. quo die Nonas Octobris translatus fuit ad Eccleſiam Vaſionenſem in Gallia, ut habetur in lib. Proviſionum Prælatorum, iterumque 1376. ad Urbevetanam revocatus eſt. XLIII

Egregia quamplura ſui ingenii monumenta reliquit. Inter cætera extat ejuſdem Petri in Bibliotheca Sublacenſi doctiſſimum Commentarium in Regulam S. Benedicti, quod precibus Monachorū S. Scholaſticæ de ſpecu ſcripſit; in Codicis pede hæc carmina leguntur.

Pulſatus precibus vobis tranſmitto pudicis
O fratres clari, quod me ſuadente frequenter
Hoc opus exegi patris mea viſcera noſtri
Speleo juſta vos jam vitalia veſtris.

Cui Monachi ſic reſponderunt.

Reverendiſs. Urbevetano Epiſcopo S.

Ita

Ita ſpecus Monachi ſemper ventrabimur almi
Scriptaut relliquias, vos, & quicumque ſequuntur.
Ingenis clarus, compoſque in lumine mentis,
Canonum, & excellens ſacrorum doctor, & autbor,
Boerii Petrus Caſtri de ſede Redonte.
Porte Minerbeſis regnante Diœceſis ortus.
Narbonenſis enim, monachus exemplar honeſti.
Hactenus, o cunctis Amans Monachus almi
Thomeriarum, pradeaſque Diœceſis Abbas.
Nunc Veteris ſumme venerandus Epiſcopus Urbis
Rite ſpecu ſancti Benedicti ſe ſpeculans,
Quam vallis Sublacenſis ſudore peregit
Hoc opus ex dictis Sanctorum ſacula Patrum.
Vertice parentum jam ejus quiſcumque legentum
Septenis decies terni Ann. mille treceatis
Principio hoc operis ſcripſit qua cauſa notatur.

Cæterũ cum inter Urbanum VI. ac VII. Clementem exarſiſſet teterrimum ſchiſma, Boerius, quod Gallus eſſet, Pſeudo Pontificis partes fovit. Quamobrem cum ad dicendam cauſam coram Aula Romana ab Urbano VI. fuiſſet citatus, contempſiſſetque venire, tanquam contumax cum aliis rebellibus honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt anno 1378.

XLIV 44. JOANNES de Placentinis Parmenſis Epiſcopus Patavinus huc translatus Nonas Octobris an. 1370. ab Urbano V. Inde ad Eccleſiam Caſtellanam tranſiit ann. 1376. Antipapæ Clementis partes ſecutus factus eſt Pſeudo Cardinalis, ut dicemus in Epiſcopis Venetiarum.

45. LIGUM Chiarazellum *a* Nolanum ſuffecit Clemens Antipapa in locum Joannis ann. 1378. qui tamen nunquam Urbevetani Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, etenim in Aula Antipapæ deceſſit anno 1389. In cujus locum iterum Pſeudo Pontif.

a Ligium, ſ Chiaſel-lum.

46. THOMAM quendam intruſit, qui item apud eundem Pſeudo Pontificem deceſſit ſchiſmaticus an. 1389. quamquam autem ii tres haud vocandi ſint hujus Eccleſiæ legitimi Prælati; erant tamen narrandi, ut illius temporis ſchiſma notaretur; unde plerumque fiebat, ut una, eademque Eccleſia ſub duobus Paſtoribus litigantibus laboraret.

XLV 47. NICOLAUS de Merciariis Peruſinus, Tiphernas antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt, ſucceſſitque Petro Boerio, quem VI. Urbanus de Epiſcopali gradu deturbaverat anno 1378. Hic ad decem annos Urbevetanam rexit Eccleſiam, ac deinceps ad Callianum Epiſcopatũ evectus eſt an. 1398. Bonifacio IX. ſedente, ex lib. proviſ. Prælat.

XLVI. 48. NICOLAUS electus Epiſcopus Agrigentinus in Sicilia, Nicolao ſucceſſit Non. Junii ann. 1399. qui demum ad Imolenſem Epiſcopatum translatus eſt.

XLVII. 49. Fr. MATTHIAS Advedutus *b* Ordinis Minorum, Urbevetanus, à Bonifacio IX. electus eſt Epiſcopus ſuæ patriæ. Vita functus eſt an. 1409. ex eodem libro proviſ. Prælat.

b De eo Thomas Appar. Minor. p. 94 ubi dicitur *Mattheus. Mand.*

XLVIII. 50. CONRADUS Caracciolus, presbyter Card. tit S. Chryſogoni ab Alexãdro V. Urbevetanæ Eccleſię perpetuus adminiſtrator adſcitus eſt. Poſt cujus exceſſum, Joanne XXII. ſummo Pontifice mandante, eodem adminiſtratoris munere functus eſt,

XLIX *MONALDUS* Monaldeſchius ex Dominis Urbevetanę Civitatis uſq; ad annum 1418. qui laut deceſſit, aut eo munere ſe exſolvit, cum ex obitu Cardinalis Conradi reperiatur ſucceſſor.

L. 51. FRANCISCUS de Monaldis Monaldi filius de Ripabella ex Domicellis Urbevetanis, ſuæ patriæ Epiſc. adlectus eſt à Martino V. Columna an. 1418. 8. idus Aprilis, eidemque Pontifici in paucis charus fuit, cujus erat affinis. Diuturniori cura illam rexit Eccleſiam, adeoque ambitioni ſtudens Urbevetanos Cives traxit in partes, ut apud omnes ejus Civitatis affectati Imperii, Tyrannidiſque deflagrarit invidia. Quamobrem proclamantibus Civibus, tanquàm ſeditioſum Eugenius IV. illum deturbavit de ſede, mulctavitque exilio. Cujus aliquando ſortis idem Eugenius miſeratus ad Aprutinam anno 1443. 8. idus Septembris, mox Nicolaus V. Pontifex, ad Aſculanam illum dignitatem evexerunt. Deceſſit 1462. variantis fortunæ non ignobile exemplum.

52. JACOBUS Benedictus Lucerianus antea Epiſcopus, Urbevetanæ Eccleſiæ admotus eſt, Eugenio IV. ſedente anno 1443. die 13. menſis Septembris. („ *Cum ſequente Joanne commutavit* 1454.) LI.

53. JOANNES, quem Acta Conſiſtorialia de Palena appellant, alii de Caſtilhoneis, Mediolanenſis affinis propior Cardinalis Brandæ ejuſdem familiæ, gentiſque alumnus, celebris doctor, ſublectus fuit Epiſcopus anno 1454. 5. Kal. Septembris, cum antea Adrienſis, atque Pinnenſis Epiſcopus fuiſſet. Deceſſit autem anno 1456. Hujus Præſulis conſcripſit elogium Antonius Beſſa Negrinus in lib. Illuſtrium virorum Caſtillioneæ gentis, tametſi in ſupputatione annorum hic auctor exerret, ſive ad illam dignitatem ejus promotionem enarret, ſive ejuſdem ſupremam diem commemoret. LII.

54. ANTONIUS Cobaterius Valentinus Hiſpanus, Callixti III. familiaris, ad hanc dignitatem aſſumptus eſt anno 1456. menſis Auguſti 24. deceſſit autem 1457. LIII.

55. MARCUS Epiſcopus Alexandrinus in Inſubria anno 1457. 3. Kal. Junii ſuperſtes fuit uſque ad annum 1476. LIV.

56. GEORGIUS Roboreus Urbevetanus Epiſcopus anno 1476. plures cum futura ſucceſſione coadiutores habuit. Quorum primus fuit Henricus Brunus anno 1492. qui poſtea Tarentinus Archiepiſcopus fuit, ſecundus Cardinalis Baptiſta Urſinus anno 1498. qui eodem anno Hieronymo Maſſenſi Epiſcopo jus illud ſuccedendi conceſſit: tertius, Gentilis Baleoneus Peruſinus anno 1502. qui cum ad arma potius, quàm ad pacis artes, civiliaque negotia inclinaret, ob idque populum Peruſinum contra Romanã Eccleſiam ad arma vocaſſet, ab Alexandro VI. coadiutoris munere in publico Conſiſtorio exutus eſt anno 1503. qui tamen poſtea poſt VI. Alexandri exceſſum, Julioque II. regnante in gratiam Eccleſiæ rediit, militis potius, ſub eodem Pontifice munia implens, quam Præſulis. Demum cum adhuc non eſſet inauguratus, abjecta toga, uxoriam vitam ſecutus eſt, adeoque in armis valuit, ut verendus, invictuſque militum ductator evaſerit, uſque ad celebriorum hiſtoriarum ſcriptorum non ignobilia encomia. De Georgio panxit epigramma Antonius Mancinellus Veliternus. LV.

Cum tibi vel hodie reddam pro munere quæſo
Ad votum referat Jupiter ille pius.
Ille tibi vires, greſſum, ſimul ora juventa
Reſtituat, tribuens Pontificale decus.
Tu ſi quidem conſtans, tu prudens, tuque diſertus,
Tu clemens, equus, tu pietate gravis.
Unde velit ſuperes Numidarum ſecula regis,
Perpetuum ſalve, perpetuumque vale.

Habuit Georgius Suffraganeum in Urbevetana Eccleſia Carolum Bucconium Parmenſem Epiſcopum Veſtanum, de quo idem Mancinellus eodem epigrammaton libro cecinit, quod ſequitur Epigramma.

Carole Bucconi Parmenſis gloria cœli
Juſtitia cunctos, & pietate foves.
Inde tuo lugeat digreſſu quilibet: tidem
Lætentur redita; parcias ergo migros.
Sic voti faciant eitius te facta potentem;
Sic & Zenonis ſecula prateres.

57. ALEXANDER à ſancta Severina, Apoſtolicus Prothonotarius, dejecto Gentili in Epiſcopale munus ſucceſſit, Alexandro VI. Pontifice ita cenſente, anno 1503. die 4. menſis Auguſti. Cujus tamen ad coadiutoris munus electio ex deceſſu VI. Alexandri in irritum cecidit, retinuitque inane nomen *a* electi, re non ſecuta. Senſit tamen deinceps X. Leonis clementiam, qui eundem ad Vicanam dignitatem provexit. LVI.

a Secundum quod deſcribitur in Conci. Lateranen. 1514. *Lucent.*

58. HERCULES Baleoneus Peruſinus, *b* ex ceſſione Gentilis ſui affinis, Epiſcopus renunciatus eſt anno 1511. die 5. ineuntis Octob. ſolemni ritu Urbem ingreſſus eſt 25. Aprilis anno 1513. eodemque die poſſeſſionem Epiſcopatus ſuſcepit à nobilibus de Albericis Urbevetanæ Eccleſiæ Vicedominis, cu- LVII.

b Vide Oldoinum in Ath. Aug. & Criſpoltum in Peruſ. Aug. p. 32. *Mand.*

ſamiliæ ex privilegiorum vigore pleno jure ſpectat A
Epiſcopatus realem poſſeſſionem ante altare majus
Cathedralis Eccleſiæ novis Epiſcopis tradere, ut ex
publicis monumentis patet. Nec abs re erit hic ad-
ſcribere publicum ſuper hoc confectum documen-
tum, cum idem Hercules Baleoneus Epiſcopus,
ut diximus, ab iiſdem nobilibus de Albericis poſ-
ſeſſionem Epiſcopatus recepiſſet, cujus tenor ta-
lis eſt.

In Dei nomine Amen.

Anno Domini 1513 indictione prima tempore Pontifica-
tus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Leonis Papæ
X. die vero 25. menſis Aprilis dicti anni. Præſens publicum
inſtrumentum inſpecturis pariter, & audituris pateat evi-
denter, qualiter cum hoc fuerit, & ſit notum, notorium & ma-
nifeſtum in Civitate Urbevetana, & ejus comitatu, Diœceſi,
& diſtrictu, quod à tempore cujus hominis memoria in con-
trarium non exiſtit, quod nobiles viri domus Albericorum de
Urbeveteri de eorum propriis bonis dotaverint Epiſcopa-
tum Civitatis Urbis veteris, cujus rei gratia dicta domus
B *gaviſæ ſunt, & gaudent nulla moleſtante perſona, ac paci-*
ficè, & quietè, & inter cætera in primo introitu cujuslibet E-
piſcopi ipſius Civitatis, dicti homines de dicta domo immit-
tant anulum in digito manus dexteræ ipſius Epiſcopi, & ca-
piunt habenas equi, ſeu mulæ, ſeu jumenti, ſuper quo equitat
præfatus Epiſcopus, & ipſum ducunt ad ſcalas Eccleſiæ
Cathedralis S. Mariæ de Urbe Veteri, & poſtquam dictus E-
piſcopus intravit portam Eccleſiæ, dictus equus, mula, ſeu
jumentum, ſuper quo equitat, remanet in manibus dictorum
nobilium de dicta domo, & ad ipſos nobiles ex antiqua con-
ſuetudine, & vigore privilegiorum pleno jure ſpectat, &
pertinet, prædictuſque Epiſcopus, in dicto equo, jumento, ſeu
mula nullum jus habet. Deinde accedentes dicti nobiles
ad altare maius dictæ Eccleſiæ conſignat per cornua altaris
prædictis poſſeſſionem dicti Epiſcopatus. Et propterea no-
biles viri Hector Henrici, Marcus Guarcrii, Riccar-
dus Pirri, & Henricus Gorous, omnes de domo Alberi-
corum tam nominibus eorum propriis, quam aliorum
conſortium de dicta domo abſentium volentes continua-
re dicta eorum privilegia vigore dicti juris patronatus
dicti Epiſcopatus, conſtituti perſonaliter coram me nota-
C *rio, & teſtibus infraſcriptis ante portam majorem dictæ*
Civitatis, & ibidem ante dictam portam ſubarrave-
runt, & anulo aureo in digito manus dextera Rev. in
Chriſto Patrem D. Herculem de Balionibus de Peruſio
ibidem exiſtentem equeſtrem ſuper quadam mula, &
ipſum ſic eam dicto anulo ſubarratum introduxerunt in
dicta Civitate Urbis veteris capiendo per habenas di-
ctam mulam, ſuper quam equitabat, & ipſum duxerunt
per Civitatem uſque ad ſcalas S. Mariæ Majoris Ca-
thedralis Eccleſiæ dictæ Civitatis, & ipſum introduxe-
runt in dictam Eccleſiam, & perduxerunt ad altare ma-
jus ipſius Eccleſiæ, & per cornua dicti Altaris majoris
conſignaverunt poſſeſſionem dicti Epiſcopatus, dictamq;
mulam, ſuper qua equitabat, cum benedictione dicti
Epiſcopi receperunt, & ipſam equitaverunt per Civi-
tatem; & eam depoſuerunt ad eorum libitum, prout qui-
libet verus Dominus, & patronus diſponit de re ſua pro-
pria, & prædicta omnia, & ſingula dicti nobiles fece-
runt, geſſerunt, & continuaverunt omni, & quocumque
meliori modo, jure, via, forma, & officio, quibus magis,
D *melius, validius, & efficacius de jure potuerunt, & de-*
buerunt, rogantes me Notarium infraſcriptum, ut de
prædictis publicum conficerem inſtrumentum.

Acta, facta geſta, continuata fuerunt omnia ſupraſcri-
pta modo, & forma, quibus ſupra, non diverſando ad a-
lios actus à porta majori dictæ Civitatis, & ante dictam
perſonam, & deinde ſucceſſivè uſque ad ſcalas dictæ Ec-
cleſiæ S. Mariæ Majoris, & ad altare majus, prout ſu-
pra fit mentio in dicta Civitate, ſingula ſingulis congruè
referendo coram & præſentibus egregiis viris Jo. Ange-
lo Patriarcha, & Hieronymo Cappelletto Civibus Ur-
bevetanis teſtibus ad prædicta vocatis, adhibitis, &
rogatis &c.

Et ego ſer Petrus Gregorii Jacobi Petri Angelatii
Notarius publicus Urbevetanus de præmiſſis rogat. &c.

Deceſſit Hercules an. 1520. Hujus meminit Guic-
ciardinus in Hiſtoriis lib. 11.

LVIII 59. NICOLAUS Cardinalis Rodulphus Archie-
A piſcopus Florentinus ad 9. annos Urbevetanæ Eccle-
ſiæ fuit Adminiſtrator an. 1520. die 24. menſis Aug.

60. VINCENTIUS Durantes Florentinus, Ma- LIX.
giſter Aulæ Cardinalis Rodulphi adlectus eſt anno
1529. die 3. menſis Septemb. Deceſſit autem an. 1554. a 1548.

(„ NICOLAUS *Rodulphus*, *Nicolai ſuperioris* LX.
„ *Nepos, ex cujus ceſſione juris regreſſus, ſuffectus* 1548.
„ *Mortem oppetiit* 1554 *per incogitantiam in ſua ſerie*
„ *ab Ughello prætermiſſus.* Lucent.)

61. HIERONYMUS Simoncellus Urbeveta- LXI.
nus, Julii III. pronepos, quod Chriſtophoram filiam
Balduini de Monte Matrem habuerat, adhuc juvenis
electus Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani, e-
tiam Urbevetana Epiſcopali dignitate condecora-
tus eſt anno 1554. die 25. menſis Junii. Hanc Eccle-
ſiam rexit uſque ad annum 1562. deinde eo munere ſe
exuit. Vixit deinde Romæ ob exaggeratas animi
virtutes omnibus ſuſpiciendus uſque ad annum 1605.
deceſſit 8. Kal. Martii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum
in Monte Aureo. Conſule, quæ ſupra de ipſo ex fi-
B de narravimus.

62. SEBASTIANUS Vancius Ariminenſis ſu- LXII.
blectus eſt anno 1562. die 17. menſis Aprilis. Inter-
fuit Tridentino Concilio ſub Paulo IV. Auditoris
Cameræ Locumtenens, Referendariuſque utriuſq;
Signaturæ. In lucem edidit: *de nullitatibus proceſ-*
ſuum, ac ſententiarum, à Pio IV. Auditor deſigna-
tur, & Conſultor, & ab eodem Epiſcopus creatus,
ad Concilium miſſus, uti unus ex quatuor deffinito-
ribus interfuit. Legavit mille ſcuta ſacello S. Matiæ
in Cathedrali Urbevetana, ut perpetuò ſex juvenes
in Philoſophiæ ſtudiis ab hæredibus ſuæ familiæ ale-
rentur; diſceſſitque è vita anno 1570. jacet in Cathe-
drali cum hoc Epitaphio.

Sebaſtiano Vancio Ariminenſi hujus Eccle-
ſiæ Epiſcopo benemerito, ex pub. decreto
anno M. D. LXX.

Poſt cujus exceſſum Urbevetanæ Eccleſiæ admini-
ſtratio ad Cardinalem Simoncellum rediit, qui illam
cum regreſſu renunciaverat, eaque adminiſtratione
C uſque ad ſupremam diem poſitus eſt, anno 1605. ut
ſupra diximus.

63. JACOBUS Sanneſius b Barnabæ filius, in LXIII
Belloforti Camerinæ Diœceſis Caſtello natus in Pi- b De eo
ceno, in utroque jure peritus, cum Camerini Judicis Bentivo-
appellationum munere fungeretur, ut ſuam aliquan- lus in me-
do experiretur fortunam, Romam venit, Clemen- moriis pag.
tiſq; fratris apud Clementem Pontificem unicè gra- mihi 116.
tioſi favore adjutus, inter honoratios Aulicos Pe- Mand.
tri Aldobrandini ſupradicti Pontificis ex fratre ne-
potis, receptus eſt, qui tunc Adrianæ molis Præfe-
ctus erat. Qui cum deinde ſub patruo Pontifice pur-
puram induiſſet, ſanctæque ſedis agitaret negotia,
Sanneſium diverſis dignitatum gradibus cohoneſta-
vit. Primùm enim S. Petri Canonicus renunciatus
eſt, deinde ſacræ Conſultæ Secretarius, Prothono-
tarius Apoſtolicus de numero, ut vocant, partici-
pantium, admiſſuſque denique eſt ad trepidiora ex-
plicanda negotia, in quibus pertractandis cum maxi-
mam prudentiæ laudem tuliſſet, à Clemente tandem
D VIII. In ea poſtrema, proluſaque ad purpuram pro-
motione etiam Cardinalis creatus eſt, ſub tit. S. Ste-
phani in Monte Cœlio, mortuoque Clemente, bis
in creando Leone XI. Pauloque V. conſultiſsimè ſuf-
fragium tulit, retulitque à Paulo V. veteri amico Ur-
bevetanam dignitatem, Epiſcoporum, ac Regula-
rium cœtus etiam declaratus Senator. Quibus per-
functus muneribus, ad ſibi concreditam Eccleſiam
rediit, ibique arridentis ſibi fortunæ fructus uberri-
mos cepit, qui illum ex infimis natalibus, honeſtis
tamen, ad ſupremum dignitatis gradum evexerat.
Cæterum viſus eſt Sanneſius ſuis gentilitiis ſtemma-
tibus ſibi inſtantia fata præluſiſſe. Ut enim illa ad
Syderis ductum anhelantem continent Canem, ſic
iſte abſentia per Petri exceſſum Aldobrandina Sy-
dera moriendo viſus eſt perſecutus. Deceſſit enim
poſt tam beneficum Dominum, ampliſſimumque
Cardinalem, die 28. menſis Februarii anno 1621.
ſepultuſque eſt apud S. Sylveſtrum in Quirinali cum

hac

hac marmorea inſcriptione. A

D. O. M.
Jacobo Sanneſio S.R.E. Cardinali Epiſcop.
Urbevetano, Clemens Sanneſius Marchio
Coilis Longiori fratri op. poſuit. Obiit 28.
Februarii M. DC. XXI.

LXIV 64. PETRUS PAULUS Cardinalis Creſcentius, è primaria nobilitate Romana, Virgilium, Conſtantiamque Deaghem parentes habuit, Academiæ Peruſinæ nobilis Alumnus, primùm Abbreviator, poſtea etiam Auditor Generalis Cameræ Apoſtolicæ, à Paulo V. vocatus ad purpuram anno 1611. poſtea Epiſcopus Reatinus renunciatus, à Gregorio XV. ad Urbevetanam dignitatem translatus eſt anno 1621. die 17. menſis Martii. Adhuc floret Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, ſuam Urbevetanam ſumma cum laude prudentiæ guberoans Eccleſiam: longum vivat, impleatque curſum diuturnioris ætatis, qui noſtram hanc ſeriem Præſulum Romanæ Provinciæ in bonum omen feliciſſime clauſit. *Obiit Cardinalis Romæ die 16. Febr. 1645. ſepultus in Vallicellana Eccleſia. B

* Ex App. t. 2.

LXV. 65. FAUSTUS Card. Polus de Caſcia ab Urbano VIII à quo purpuram humaniſsime acceperat, Urbevetanam Eccleſiam ſuſcepit regendam die 23. Maji 1644. pauló poſt cum comitiis, quibus Innocentius X. Pont. Max. renunciatus eſt, interfuiſſet, ad eam adminiſtrandam profectus, ſumma vigilantia, bonique Paſtoris fungens officio nunc feliciter Urbevetanam regit Eccleſiam.

A D D I T I O.

LXVI („ FR. JOSEPHUS *de la Cornia Peruſinus Ordi-„nis Prædicatorum ex Epiſcopo Squillacenſi factus „Urbevetanus 20. Martii 1656. qui eximiam ſui ſan-„guinis nobilitatem ſummis virtutibus ubique augere „cum ſtuduiſſet, ſenio jam gravis, tranquillitati ut „æternitati conſuleret, hoc onere ſe exolvit.*

LX VII. „ BERNARDINUS *Roccius Romanus nobili „gente ſatus, qua primum Romæ, tum Mediolani, „hinc Cremonæ, & iterum Romæ florens, Antonii, & „Pulcheriæ Mapheja filius, & Cyriaci Cardinalis „Roccii nomine, & Virtutibus viri clariſſimi ex fra-„tre nepos, ingenuis, piiſque moribus imbutus Eccle-„ſiaſticam diſciplinam amplexus, primùm Romæ, in-„de Ferrariæ apud Patruum ejus Urbis Legatum, mox „Romam reverſus in Romano Collegio humanis ſacriſ-„que literis ſtuduit. Innocentio X. ſuadente Juris tum „Civilis, tum Canonici callentiſſimus ejus Doctora-„tus lauream excepit. Aſſecutus Referendarii U. S. „munus varios Apoſtolicæ Aulæ gradus incorruptè ſu-„ſtinuit, videlicet: Sacræ Rituum Congregationis à „ſecretis, nec non immunitatis, & juriſdictionis Ec-„cleſiaſticæ, Civitatis Firmanæ Præfecturam, & occa-„ſione peſtiferæ luis Apoſtolicum Commiſſariatum, ea „apud Picenos cura, ut promeruerit in Urbe Firmana* C „*pro aurea ſtatua ſibi in lapide ſculpi ad perennitatem „nobile Elogium ann. 1657. Hinc Corrector Sacræ Pœ-„nitentiariæ, Signaturæ, Gratiæ, & Juſtitiæ unus ex „Votantibus, Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ, aliiſque „Congregationibus attributus. Neapolim Nuncius miſ-„ſus in Interregno Cardinalis *Philamarini ejus Urbis „Archiepiſcopi Adminiſtrator rexit Archiepiſcopale „forum cum pleniſſima juriſdictione: Ædes Nunciatu-„ræ labantes magnificentius erexit ann. 1667. ut ibi „prologuitur memorialis inſcriptio. Romam reverſus „Pontificii Palatii Præfectus, Archiepiſcopus Dama-„ſcenus, & Sacelli Apoſtolici Aſſiſtens fuit, & Vati-„canæ Baſilicæ Canonicos ſub Clemente IX., & deinde „X. a quo inter Purpuratos Patres cooptatus eſt, Pres-„byterali titulo inſignitus S. Stephani in Monte Cœ-„lio: denique in Sede Urbevetana cedenti Joſepho de „la Cornia ſubrogatus 26. Febr. 1676. hujus Eccleſiæ „Paſtor Diœceſim omnem ſæpius perinſtravit, & coa-„dunato Clero Concilium habuit, latis in eo ad puriores „mores optimis legibus ann. 1679. Romam reverſus, „dum Tuſculi ad levandas animi, variaſque corporis „moleſtias autumnali tempore detineretur, quinquage-„nario major celeri morbo ſublatus eſt 1680. ipſa die „commemorationis omnium fidelium defunctorum. „Exuviæ Romam delatæ conquieverunt in ſepulchro „majorum apud S. Mariam de Monte ſerrato. Vatica-„nis Comitiis poſt Clementis X. obitum præſens fuit, „ſuoque Voto juvit Undecimi Innocentii electionem.*

SAVUS *Cardinalis Millinus Roccio ſucceſſor da-„tus eſt 22. Decembris 1681. generis claritate, & vir-„tutum ſplendore nemini deceſſorum poſthabendus plu-„rimis impenſis, & beneficiis quam maximis gre-„gem, & Eccleſiæ bona cum auxiſſet, ad Nepeſinam, „Sutrinamque Sedes translatus eſt 17. Maji 1694. ubi „de eo verba dictavimus.*

„ JOSEPH *ex Comitibus de Camutiis Nobilis ex „Diœceſi Aquilejenſi, J.U.D. Cardinalis Colloredi „Majoris Pœnitentiarii Auditor ob ſuaviores animi „dotes intercedente ipſo Cardinali Colloredo huic Gre-„gi attributus eſt 24. Januarii 1695. ætatis ſuæ anno 41. „ſuſtulit præpropera mors tantum virum nondum fuga-„ciſſima Dignitatis anno expleto, cujus pietas, maximè „effuſa in pauperes, egenoſque infirmos charitate, enituit, ut teſtati ſunt omnes de ejus obitu triſtes.*

„ VINCENTIUS *de Aptis Balneoregienſium E-„piſcopus ad Urbevetanam Cathedralem translatus eſt „4. Nonas Januarii 1696.* Lucent.)

(„ *Qui obiit in reſidentia menſe Novembri 1715.*

„ FERDINANDUS *Card. Nuptius Hortanus, „poſt multa, eaque graviſſima munera ſumma cum laude „Romæ obita, meritis ad majora quæque provehendus, „creatus Cardinalis à SS. D. N. Clemente Papa XI. „die 16. Decemb. 1515. fuit proviſus de Epiſcopatu Ur-„bevetano die 30. Martii 1716.*)

Admo-

Admonitio ad Lectorem.

LECTOR adverte in Elogiis Virorum Illuſtrium, quos hoc libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab iis geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, Arcanorum manifeſtationes, revelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione divinitùs; collata demum nonnullis ſanctimoniæ, vel Martyrii videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquàm ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquàm, quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quàm humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inviolatè, juxta declarationem ejuſdem Decreti à ſanctiſs. D.N.D. URBANO Papa Octavo anno 1631. factam ſervari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem ſanctitatis, aut martyrij inducere, ſeu augere, nec quicquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumquè gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunquè longiſſimi temporis curſu. Hoc tàm ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua inſcriptione, & actione dirigi.

Ego Ferdinandus Ughellus Abbas &c.

INDEX
CHRONICUS EPISCOPORUM
In primo tomo Contentorum.

VELITERNENSIUM.

An. Chr.			Column.
464	1	Adeodatus.	43
487	2	Bonifacius.	43
499	3	Bonifacius.	43
502	4	Sylvanus.	43
593	5	Joannes.	44
596	6	Gerardus.	44
602	7	Humilis.	44
652	8	Potentious.	44
679	9	Potentius.	44
721	10	Joannes.	44
742	11	Groſſus.	44
762	12	Gratianus.	44
	13	Theodorus.	44
826	14	Gregorius.	44
853	15	Joanoes.	44
871	16	Gaudentius.	44
946	17	Leo.	45
996	18	Theobaldus.	45
1000	19	Joannes.	45
1002	20	Odo.	45
1017	21	Theobaldus.	45
1036	22	Leo.	45
1050	23	Joannes Miocius.	45
1085	24	Odo.	45
1105	25	Leo.	46

OSTIENSIUM.

An. Chr.			Column.
230	1	S. Quiriacus.	48
261	2	Maximus.	49
313	3	Maximus.	49
336	4	N....	49
487	5	Bonus.	49
499	6	Bellator.	49
502	7	Ariſtus.	49
555	8	N.....	49
594	9	Glorianus.	49
649	10	Amabilis.	49
680	11	Andreas.	49
707	12	Gregorius.	49
745	13	Theodorus.	49
753	14	Georgius.	49
787	15	Gregorius.	49
804	16	Bernardus.	55
805	17	Petrus.	50
826	18	Cæſarius.	55
854	19	Megetius.	55
866	20	Donatus.	55
878	21	Eugenius.	56
904	22	Guido.	56
960	23	Sico.	56
964	24	Gregorius.	56
983	25	Leo.	56
986	26	Actius.	56
998	27	Gregorius.	56
1003	28	Petrus.	56
1005	29	Gregorius.	56
1026	30	Petrus.	57
1034	31	B. Gregorius.	57
1058	32	Petrus.	58
1058	33	S. Petrus Damianus.	58
1072	34	Gherardus.	59
1078	35	Otho Caſtillionæus.	60
1088	36	Otho Caſtillionæus.	60
1101	37	Leo.	61
1117	38	Lambertus.	61
1125	39	Joannes.	62
1134	40	Drago.	61
1134	41	Petrus:	63
1135	42	Albericus.	63
1148	43	Guido.	64

OSTIEN. & VELITERN. SIMUL.

An. Chr.			Colum.
1150	44	Hugo.	64
1181	45	Hubaldus Allucingulus.	66
1184	46	Theobaldus.	66
1189	47	Octavianus.	67
1206	48	Hugolinus.	67
1231	49	Raynaldus.	67
1263	50	Henricus de Bartholomæis.	69
1273	51	Petrus de Tarantaſia.	69
1278	52	Latinus Urſinus.	70
1288	53	Hugo Seguio.	70
1300	54	Nicolaus Bocaſinus.	70
1303	55	Nicolaus Martini.	70
1321	56	Raynaldus à Porta.	71
1325	57	Bertrandus de Pieto.	71
1352	58	Stephanus Alberti.	71
1353	59	Petrus Colombarius.	71
1361	60	Androinus Alberti.	72
1363	61	Elias de S. Heredio.	72
1367	62	Guillermus de Sudre.	72
1373	63	Petrus de Stagno.	73
1371	64	Bertrandus Logerius.	73
1378	65	Philippus de Alenconio.	74
1384	66	Angelus Acciajolus.	74
1409	67	Jo: de Brotiaco.	75
1431	68	Antonius Corrarius.	75
1446	69	Jo: Cervantes.	p. 75
1453	70	Georgius de Fliſco.	76
1461	71	Vuillelm. de Euſtoutevilla.	76
1483	72	Julianus Roboreus.	77
1503	73	Oliverius Caraffa.	77
1511	74	Raphael de Riariis.	77
1511	75	Bernardinus Carvajal.	78
1523	76	Franciſcus Soderinus.	79
1524	77	Nicolaus Fliſcus.	79
1525	78	Alexander Farneſius.	79
1535	79	Jo: Piccolomineus.	79
1537	80	Jo: Dominicus de Cupis.	79
1553	81	Io: Petrus Caraffa.	79
1555	82	Io: Bellajus.	79
1560	83	Franciſcus de Turnone.	80
1562	84	Rodulphus Pius.	80
1564	85	Franciſcus Piſanus.	81
1570	86	Io: Moronus.	81
1580	87	Alexander Farneſius.	81
1589	88	Io: Antonius Sorbellonus.	82
1591	89	Alphonſus Geſvaldus.	82
1603	90	Ptolomæus Gallius.	82
1607	91	Dominicus Pinellus.	82
1612	92	Franciſcus de Gioioſa.	82
1615	93	Antonius Maria Gallus.	82
1620	94	Antonius Saulius.	83
1623	95	Franciſcus Maria de Monte.	83
1626	96	Octavius Bandinus.	83
1629	97	Io: Baptiſta Detus.	83
1630	98	Dominicus Gymnaſius.	84
1639	99	Carolus Pius.	85
1641	100	Marcellus Lantes.	85
1652	101	Iulius Roma.	85
1652	102	Carolus Medices.	86
1666	103	Franciſcus Barberinus.	85
1680	104	Cæſar Facchenetius.	86
1683	105	Nicolaus Ludoviſius.	87
1687	106	Alderanus Cybo.	88
1700	107	Emmanuel Bullionius.	88
1715	108	Nicolaus Acciajolus.	88

SYLVÆ CANDIDÆ.

An. Chr.			Column.
501	1	Adeodatus.	90
546	2	Valentinus	90
593	3	Tiberius.	91
680	4	Urſus.	91
709	5	Nicetas.	91
725	6	Tiberius.	91
742	7	Benedictus.	91
743	8	Epiphanius.	91
761	9	Gregorius.	91
823	10	Ioannes.	91
853	11	Leo.	91
869	12	Gregorius.	91
884	13	Benedictus.	91
910	14	Hildebrandus.	91
963	15	Vuido.	93
993	16	Creſcentius.	93
1012	17	Benedictus.	93
1025	18	Gregorius.	93
1026	19	Petrus.	93
1036	20	Petrus.	107
1050	21	Creſcentius.	107
1051	22	Humbertus.	107
1063	23	Maynardus.	110
1454	24	Io Kemp.	110

PORTUENSES.

An. Chr.			Column.
229	1	S. Hippolytus.	110
314	2	Gregorius.	111
370	3	Romanus.	111
420	4	Damaſus.	111
465	5	Petrus.	111
474	6	Gulcerius.	111
487	7	Herennius.	111
501	8	Caſtus.	111
595	9	Felix.	111
649	10	Albinus.	111
680	11	Ioannes.	112
709	12	Georgius.	112
743	13	Gregorius.	112
767	14	Citonotus.	112
797	15	Ioannes.	112
826	16	Stephanus.	112
853	17	Rodualdus.	112
864	18	Formoſus.	112
877	19	Vualpertus.	113
883	20	Valentinus.	113
956	21	Conſtantinus.	114
964	22	Benedictus.	114
992	23	Gregorius.	114
998	24	Benedictus.	115
1001	25	Ioannes.	115
1019	26	Benedictus.	115
1024	27	Ioannes.	120
1049	28	Ioannes.	120
1066	29	Ioannes.	125
1097	30	Mauritius.	125
1106	31	Vincentius.	125

PORTVEN. & SYLVÆ CAND.

An. Chr.			Column.
1106	32	Petrus.	125
1133	33	Theodevinus.	126
1153	34	Cynthius.	126
1159	35	Bernardus.	126
1176	36	Guillelmus.	126

An. Chr.			Column.
680	7	Stephanus.	194
721	8	Sergius.	194
745	9	Valentius.	194
761	10	Gregorius.	194
772	11	Andreas.	194
816	12	Conſtantinus.	194
963	13	Theophylactus	194
988	14	Stephanus.	194
1012	15	Petrus.	194
1037	16	Ioannes de Papa.	194
1050	17	Ioannes.	195
1058	18	Ubertus de Podiis.	195
1059	19	Bruno.	196
1067	20	Leopertus.	196
1073	21	Ubertus.	196
1090	22	Atto.	196
1092	23	Bernardus.	196
1096	24	Milo.	196
1101	25	Berardus.	196
1107	26	Conradus.	197
1111	27	Conus.	597
1122	28	Guillermus.	198
1140	29	Stephanus.	598
1144	30	S. Guarinus Guarinius.	598
1159	31	Iulius.	199
1166	32	Manfredus.	199
1179	33	Beneredus.	199
1181	34	Paulus Sc olarius.	200
1188	35	Maynardus.	201
1189	36	Ioannes.	201
1198	37	Vvido de Parè.	201
1206	38	Vvido de Papa.	205
1211	39	Vvido Perleonus.	206
1231	40	Iacobus Pecorara.	207
1251	41	Stephanus.	209
1271	42	Vicedominus de Vicedominis.	211
1278	43	Gerardus Cupalares.	211
1281	44	Hieronymus Mascius.	212
1288	45	Berardus d. Berardis.	213
1294	46	Simon Beaulieu.	213
1299	47	Theodoricus Raynerius.	114
1306	48	Petrus de Anablay.	214
1312	49	Guillermus Mandragorus.	114
1323	50	Petrus de Prato.	215
1361	51	Raymundus de Canilaco.	215
1373	52	Simon de Langhan.	215
1376	53	Ioannes de Croſſo.	215
1389	54	Franciſcus Prægnanus;	216
1400	55	Antonius Cajetanus.	216
1409	56	Vido de Maloſicco.	216
1411	57	Angelus de Aona.	217
5431	58	Hugo Luſignanus.	217
1443	59	Io. ex Comitibus Talleacotii.	217
1449	60	Georgius de Fliſco.	218
1455	61	Io. de Turrecremata.	218
1464	62	Philippus Calandrinus.	218
1478	63	Angelus Capranica.	218
1478	64	Marcus Barbus.	218
1491	65	Io. Balves.	218
1491	66	Io Michael.	218
1492	67	Hieronymus Baſſus.	218
1503	68	Laurentius Cibo.	218
1503	69	Antoniottus Pallavicinus.	219
1507	70	Io. Ant. de S Georgio.	219
1507	71	Bernardinus Carvajal.	219
1507	72	Guillermus Briſonetta.	219
5511	73	Marcus Vigerius.	219
1516	74	Ioannes Serra.	219
1516	75	Franciſcus Soderinus.	220
1523	76	Alexander Farneſius.	220
1523	77	Antonius de Monte.	220
1524	78	Petrus Accoltus.	220
1524	79	Marcus Cornelius.	220
1524	80	Laurentius Puccius.	220
1531	81	Io. Piccolomineus.	220
1533	82	Andreas de Valle.	220
1534	83	Bonifacius Ferrerius.	220
1535	84	Laurentius Campegius	220
1537	85	Antonius Sanſeverinas.	220
1539	86	Io. Vincentius Caraffa.	220
1542	87	Alexander Cæſarinus.	220
1542	88	Franciſcus Cornelius.	220
1543	89	Io. Maria de Monte.	221
1550	90	Ludovicus Borbonius.	221
1557	91	Federicus Cæſius.	221
1561	92	Io. Moronus.	221
1564	93	Chriſtophorus Madrutius.	221
1570	94	Otho Truſches.	221
1573	95	Iulius Roboreus.	221
1578	96	Io Ant. Sorbellonus.	522
1583	97	Io. Franciſcus Gambara.	222
1587	98	M Antonius Columna.	222
1597	99	Iulius Ant. Sanctorius.	222
1602	100	Alexander Medices.	222
1605	101	Auguſtinus Valerius.	222
1606	102	Aſcanius Columna.	222
1608	103	Ant. Maria Gallus.	523
1611	104	Gregorius Petrochinus.	223
1612	105	Benedictus Iuſtinianus.	523
1615	106	Fran. Maria de Monte.	223
1621	107	Octavius Bandinus.	223
1624	108	Andreas Peretius.	223
1626	109	Dominicus Gymnaſius.	223
1629	110	Marcellus Lantes.	224
1629	111	Petrus Paul. Creſcentius.	224
1641	112	Guido Bentivolus.	224
1644	113	Alphonſus de la Queva.	224
1655	114	Bernardinus Spada.	224
1671	115	Antonius Barberinus.	224
1671	116	Raynaldus Eſtenſis.	224
1672	117	Cæſar Facchenettus.	225
1679	118	Alderanus Cybo.	225
1680	119	Laurentius Raggius.	225
1687	120	Antonius Bichius.	226
1691	121	Paulutius Alterius.	226
1698	122	Ludovicus Fernandez.	526
1710	123	Fabricius Spada.	226

TUSCULANORUM.

269	1	Marrius.	229
680	2	Vitellianus.	229
803	3	Petrus.	229
964	4	Ægidius.	229
1050	5	Petrus.	229
1059	6	Gilbertus.	229
1062	7	Petrus.	229
1090	8	Joannes.	229
1106	9	Joannes.	230
1118	10	Divitius.	230
1122	11	Ægidius.	230
1138	12	Hugo de s. Victore.	230
1142	13	Imarus.	231
1164	14	Hugo.	231
1178	15	Petrus.	231
1205	16	Nicolaus.	231
1219	17	Nicolaus de Claromonte.	231
1228	18	Jacobus de Vitriaco.	234
1248	19	Otho.	234
1273	20	Io: Petrus Juliani.	235
1278	21	Ordenneus.	235
1285	22	Jo: Boccamatius.	235
1309	23	Berengarius Fredolus.	236
1326	24	Bertrandus Augerius.	236
1327	25	Hannibal de Ceccano.	236
1350	26	Guillelmus Curti.	236
1361	27	Nicolaus Capoccius.	237
1369	28	Ægidius Arcellini.	238
1375	29	Jo: de Grangia.	238
1385	30	Pileus Prata.	238
1403	31	Henricus Minutulus.	239
1412	32	Petrus Gerardius.	239
1415	33	Angelus Corarius.	239
1419	34	Balthaſſar Coſſa.	239
1431	35	Antonius Panciarinus.	239
1436	36	Hugo Luſignanus.	239
1442	37	Ludovicus de Luxemburgo.	240

An. Chr.			Column.
1444	38	Julianus Cæſarinus.	240
1449	39	Beſſarion.	240
1473	40	Latinus Urſinus.	241
1477	41	Jacobus Ammannatus.	241
1479	42	Baptiſta Zeno.	241
1501	43	Georgius Coſta.	241
1503	44	Laurentius Cybo.	241
1503	45	Antoniott. Pallavicinus.	241
1503	46	Io: Ant. de s. Georgio.	241
1507	47	Bernardinus Carvajal.	241
1509	48	Guillelmus Briſonetta.	241
1510	49	Dominicus Grimanus.	241
1518	50	Philipp. de Lucemburgo.	241
1519	51	Alexander Farneſius.	242
1523	52	Antonius de Monte.	242
1523	53	Franciſc. de Claromonte.	242
1541	54	Marinus Grimanus.	242
1543	55	Philippus à Camera.	242
1550	16	Jo: Petrus Caraffa.	242
1553	57	Jo: Bellajus.	242
1553	58	Rodulphus Pius.	242
1555	59	Io: Alvarez.	242
1557	60	Franciſcus Piſanus.	242
1562	61	Federicus Cæſius.	242
1564	62	Io: Moronus.	242
1565	63	Alexander Sabinus.	242
1578	64	Iacobus Sabellus.	243
1583	65	Jo: Ant. Sorbellonus.	243
1587	66	Alphonſus Geſvaldus.	243
1589	67	Innicus Davolos.	243
5591	68	Ptolomæus Gallus.	243
1600	69	Ludovicus Madrutius.	243
1601	70	Hieronymus Simoncellus.	243
1603	71	Dominicus Pinellus.	243
1605	72	Ant. Maria Gallus.	243
1608	73	Marianus Perbenedictus.	243
1611	74	Evangeliſta Pallotta.	244
1620	75	Franciſcus Sfortia.	244
1624	76	Odoardus Farneſius.	244
1626	77	Io: Baptiſta Detus.	245
1626	78	Bonifacius Bevilacqua.	245
1627	79	Andreas Peretius.	245
1629	80	Jo: Garzias.	245
1629	81	Marcellus Lantes.	145
1629	82	Iulius Sabellus.	245
1644	83	Iulius Roma.	245
1645	84	Carolus Medices.	245
1652	85	Bernardinus Spada.	245
1652	86	Iulius Sacchettus.	245
1655	87	Antonius Barberinus.	246
1661	88	Hieronymus Columna.	246
1666	89	Io: Bapt. Pallotta.	246
1668	90	Franc. M. Brancatius.	246
1671	91	Uldericus Carpineus.	246
1675	92	Virginius Urſinus.	246
1676	93	Carolus Roſſettus.	246
1680	94	Alderanus Cybo.	246
1683	95	Petrus Otthobonus.	246
1687	96	Iacobus Franzonus.	246
1693	97	Nicolaus Acciajolus.	246
1701	98	Vincent. Maria Vrſinus.	246
1715	99	Sebaſtian. Ant. Tanarius.	247

ALBANENSIUM.

300	1	Dionyſius.	250
455	2	Romanus.	250
487	3	Athanaſius.	250
501	4	Chryſogonus.	250
594	5	Ioannes.	250
595	6	Homobonus.	250
649	7	Epiphanius.	250
680	8	Iuvenalis.	250
721	9	Andreas.	250
743	10	Tiberius.	250
761	11	Leo.	250
767	12	Euſtathius.	250
772	13	Conſtantius.	250
826	14	Benedictus.	250
828	15	Ioannes.	250

An. Chr.			Column.
844	16	Benedictus.	250
853	17	Petronatius.	250
871	18	Paulus.	250
963	19	Gregorius.	250
995	20	Theobaldus.	250
996	21	Ioannes.	250
1004	22	Petrus.	250
1015	23	Theobaldus.	251
1057	24	Bonifacius.	252
1073	25	Baſilius.	252
1074	20	B. Petrus Igneus.	251
1092	27	Oddo.	252
1099	28	Vvalterus.	252
1110	29	Richardus.	252
1114	30	Anaſtaſius.	253
1115	31	Richardus.	253
1116	32	Leo.	253
1124	33	Vitalis.	253
1125	34	Matthæus.	253
1140	35	Albertus.	254
1142	36	Petrus Papareſcus.	254
1145	37	Nicolaus Brekipear.	254
1154	38	Gualterus.	254
1179	39	Henricus.	254
1189	40	Albinus.	256
1199	41	Ioannes.	256
1211	42	Gerardus.	256
1211	43	Pelagius Galvanus.	257
1245	44	Petrus de Colle Medio.	258
1245	45	Rodulphus Caprarius.	261
1272	46	S. Bonaventura.	264
1278	47	Benivéga de Bêtivenghis.	264
1294	48	Bernardus Gouth.	268
1298	49	Gundeſalvus.	268
1300	50	Leonardus Patraſſo.	268
1312	51	Arnoldus de Auxio.	268
1326	52	Vitalis à Furno.	269
1346	53	Gaucellinus de Oſſa.	269
1348	54	Talayrandus	269
1364	55	Petrus.	269
1368	56	Anglicus Grimoaldus.	269
1388	57	Nicolaus Brancaccius.	209
1412	58	Iordanus Urſinus.	269
1432	59	Petrus de Fuxo.	270
1464	60	Ludovicus Media Rota.	270
1466	61	Rodericus Borgia.	270
1479	62	Oliverius Caraſſa.	270
1480	63	Ioannes Balves.	270
1491	64	Io: Michael.	271
1491	65	Gregorius Coſta	271
1491	66	Laurentius Cibo.	271
1503	67	Antoniottus Pallavicinus.	271
1503	68	Raphael Riarius.	271
1507	69	Io Ant de S Georgio.	272
1507	70	Bernardinus Carvajal.	272
1507	71	Guillelmus Briſonetta.	272
1509	72	Dominicus Grimanus.	272
1511	73	Philippus de Lucemburgh.	272
1513	74	Iacobus Serra.	272
1515	75	Franciſcus Soderinus.	272
1517	76	Franciſcus Romelioua.	272
1518	77	Nicolaus de Flisco.	272
1523	78	Petrus Accoltus.	272
1524	79	Marcus Cornelius.	272
1524	80	Laurentius Puccius.	272
1524	81	Io Piccolomineus.	272
1531	82	Io: Domin de Cupis.	272
1533	83	Andreas de Valle.	272
1533	84	Bonifacius Ferrerius.	272
1534	85	Laurentius Campegius.	272
1535	86	Matthæus Gangius.	272
1540	87	Alexander Cæſarinus.	273
1541	88	Franciſcus Cornelius.	273
1542	89	Antonius Puccius.	273
1543	90	Io. Salviatus.	273
1544	91	Io. Petrus Caraffa.	273
1546	92	Ennius Philonardus.	273
1550	93	Io Bellajus.	273
1553	94	Rodulphus Pius.	273
1553	95	Io. Alvarez.	273
1555	96	Franciſcus Piſanus.	274
1557	97	Petrus Pacecus.	274
1560	98	Io Moronus.	274
1561	99	Chriſtophor. Madrutius.	274
1562	100	Otho Truchſes.	274
1570	101	Iulius Roboreus.	274
1570	102	Ioannes Riccius.	274
1573	103	Scipio Rebiba.	274
1574	104	Fulvius Corneus.	274
1580	105	Io. Franciſcus Gambara.	274
1583	106	Alphonſus Geſvaldus.	274
1587	107	Ptolomæus Gallius.	274
1589	108	Proſper Sanctacrucius.	274
1589	109	Gabriel Paleottus.	275
1591	110	Michael Bonellus.	275
1598	111	Hieron. Ruſticuccius.	275
1600	112	Hieronym. Simoncellus.	275
1600	113	Petrus Deza.	275
1600	114	Alexander Medices.	275
1602	115	Simon Tagliavia.	275
1603	116	Dominicus Pinellus.	275
1603	117	Hieronymus Bernerius.	275
1607	118	Antonius Saulius.	276
1611	119	Paulus Sfondratus.	276
1618	120	Franciſcus Sforria.	276
1620	121	Alexander Perettus.	276
1623	122	Io. Bap. Detus.	276
1624	123	Andreas Perettus.	276
1627	124	Carolus Pius.	276
1630	125	Gaſpar Borgia.	277
1645	126	Bernardinus Spada.	277
1652	127	Federicus Cornelius.	277
1653	128	Marius Ginnetius.	277
1663	129	Io. Bapt. Pallota.	277
1671	130	Uldericus Carpineus.	277
1671	131	Virginius Urſinus.	277
1675	132	Hieronymus Grimaldus	277
1686	133	Flavius Chiſius.	278
1689	134	Emmanuel Bullionius.	278
1698	135	Cæſar Deſtreus.	278
1715	136	Ferdinandus de Abdua.	278

ÆSINORUM.

300	1	S. Septimius.	280
499	2	Martianus.	281
647	3	Calcomptosus.	281
680	4	Honeſtus.	281
743	5	Petrus.	282
826	6	Ioannes.	282
853	7	Anaſtaſius.	282
967	8	Eberardus.	282
1175	9	Raynaldus.	282
1197	10	Grimaldus.	282
1207	11	Creſcentius.	282
1237	12	Severinus.	282
1246	13	Gualterius.	282
1252	14	Creſcentius.	282
1263	15	Bonajunta.	282
1268	16	Hugo.	282
1291	17	Ioannes.	282
1295	18	Leonardus Patraſſus.	282
1312	19	Franciſcus de Alfanis.	282
1342	20	Franciſcus Iordani.	282
1349	21	Nicolaus de Piſis.	282
1380	22	Petrus Borgheſius.	282
1391	23	Bernardus.	283
1391	24	Thomas de Perleonibus.	283
1400	25	Aloyſius.	283
1405	26	Iacobus de Bontempis.	283
1418	27	Blondus de Conchis.	283
1425	28	Lazarus.	283
1425	29	Innocentius.	283
1505	30	Thomas Ghislerius.	283
1508	31	Angelus de Ripantibus.	283
1513	32	Petrus Paulus Venant.	284
1519	33	Antonius Venantius.	284
1540	34	Benedictus Converſinus.	284
1553	35	Petrus de Monte.	284
1554	36	Gabriel de Monte.	284
1597	37	Camillus Burgheſius.	285
1603	38	Marcus Dandinus.	285
1604	39	Pyrhus Imperialis	285
1617	40	Marcellus Pignatellus.	285
1621	41	Tiberius Cincius.	285
1653	42	Iacobus Corradus.	286
1656	43	Alderanus Cybo.	286
1671	44	Laurentius Cybo.	286
1681	45	Petrus Matth. Petruccius.	287
1696	46	Alexander Fidelis.	287
1716	47	Franciſc. Ant Gattini.	287

ALATRINORUM.

551	1	Paſchaſius.	288
680	2	Saturninus.	289
721	3	Vitalis.	289
743	4	Sebaſtianus.	289
869	5	Leo.	289
875	6	Ioannes.	289
963	7	N. . . .	289
1059	8	I. . . .	289
1073	9	Adam.	289
1075	10	Lambertus.	289
1093	11	Andreas.	289
1132	12	Petrus.	289
1149	13	Michael.	289
1154	14	Rodulphus.	289
1179	15	Leo.	289
1194	16	Thaddæus.	289
1200	17	Leander.	290
1222	18	Ioannes.	290
1236	19	Iacobus.	290
1249	20	Ioannes.	290
1283	21	Creſcentius.	291
1288	22	Iacobus Thomaſius.	295
1290	23	Leonardus Patraſſus.	291
1295	24	Raynaldus.	291
1297	25	Leonardus.	291
1298	26	Nicolaus.	291
1342	27	Paulus Gaufridus.	291
1344	28	Andreas.	291
1363	29	Franciſcus.	291
1365	30	Bertrandus.	291
1370	31	Franciſcus.	291
1381	32	Ioannes.	291
1386	33	Chriſtophorus.	291
1406	34	Ioannes.	291
1428	35	Io Angelus.	291
1457	36	Tuccius Anton de Fumone.	291
1479	37	Antonius.	292
1486	38	Io Rubeus.	292
1493	39	Iacobellus.	295
1516	40	Gratianus.	292
1526	41	Chriſtoph. Numalius.	292
1528	42	Philippus de Herculanis.	292
1530	43	Antonius de Monte.	293
1535	44	Auguſtinus Spinula.	293
1537	45	Bernardinus Vicecomes.	293
1540	46	Valerius Tartarinus.	293
1545	47	Zacharias Rondanus.	293
1561	48	Camillus Peruſcus.	292
1573	49	Stephanus Bonuccius.	293
1574	50	Petr. Franchus Ianouſius.	293
1583	51	Ignatius Dantes.	293
1586	52	Bonaventura Fulanis.	294
1597	53	M. Antonius Lilius.	294
1620	54	Franciſcus Campanarius.	294
1632	55	Alexander Victricius.	294
1648	56	Angelus Brancavalerius.	294
1683	57	Stephanus Gherardellus.	294

AMERINORUM.

344	1	Orthodulphus.	296
420	2	Stephanus.	296
463	3	Hilarius	296
466	4	Tiburtinus.	296
484	5	Martinianus.	296
499	6	Saluſtius.	296

An. Chr. Columno.

7 S. Himerius. 296
649 8 Adeodatus. 297
580 9 Theodorus 297
737 10 Petrus. 297
761 11 Sunalbus. 297
826 15 Benedictus. 297
853 13 Albious. 297
868 14 Paſchaſius. 297
15 Benedictus. 298
1015 16 Deus dedit. 298
1110 17 Antonius. 298
1126 18 Gersidus. 298
1179 19 Petrus. 298
1195 20 Obertus. 299
1196 21 Iacobus. 299
1206 22 Maurus. 299
1225 23 Otho. 299
1254 24 Gualterus. 299
1263 25 Bartholomæus. 299
1286 26 Maurus. 300
1321 27 Michael. 300
1322 28 Alemannus. 300
1327 29 Ioannes Goceus. 300
1329 30 Maurus de Internobilibus. 300
1363 31 Gerardus Rubeus. 300
1376 32 Franciſcus. 301
1390 33 Conradus à Cloaco. 301
1392 34 Stephanus Bordonus. 301
1399 35 Andreas de Mericonibus. 301
1426 36 Philippus Ventonclus. 301
1443 37 Hugolinus Naccius. 301
1444 38 Roterius de Mandoſiis. 301
1484 39 Cæſar Naccius. 301
1504 40 Iuſtinianus Moriconus. 301
1523 41 Io. Dom Moriconus. 301
1558 42 Baldus Ferratinus. 302
1562 43 Bartholomæus Ferratinus. 302
1571 44 Marianus Victorius. 303
1572 45 Io Ant Lazarus. 303
1592 46 Ant. Maria Gratianus. 303
1611 47 Ant. M. Franceſchinus. 304
1612 48 Franciſcus Cenninus. 304
1623 49 Dominicus Pichius. 304
1633 50 Torquatus Perottus. 304
1643 51 Gaudentius Polus. 305
1679 55 Ioſeph Saluſtius. 305
1685 53 Io. Bap. Anticius. 305
1690 54 Ioſeph Criſpinus. 305

ANAGNINORUM.

487 1 Felix. 307
500 2 Fortunatus. 307
593 3 Pelaſius. 307
396 4 Dominicus. 307
649 5 Opportunus. 307
721 6 Gregorius. 307
743 7 Ambroſius. 307
761 8 Conſtantinus. 307
826 9 Romoaldus. 307
10 Sebaſtianus. 307
755 11 Nicolaus. 307
860 12 Zacharias. 308
871 13 Albetnus. 308
896 14 Stephanus. 308
964 15 Joannes. 308
993 16 Joannes. 308
17 Luitardus. 308
1027 18 Benedictus. 308
1018 19 Grimaudus. 308
1062 20 S. Petrus. 308
1105 21 Oddo. 309
1117 22 Petrus. 309
23 Ojolinus. 309
1515 24 Lothsiius. 309
1176 25 Nocer. 309
1179 26 Aſael. 309
1196 27 Joannes. 309
1221 28 Joannes. 310
1524 29 Albertus. 310

An. Chr. Columno.

1237 30 Pandulphus. 314
1257 31 Nicolaus. 315
1258 32 Joannes. 315
1263 33 Landus. 317
1276 34 Petrus. 317
1278 35 Nicolaus. 317
1285 36 Petrus. 317
1291 37 Gerardus. 317
1261 38 Petrus. 317
1295 39 Petrus de Turrite. 317
1300 40 Leonardus. 317
1320 41 Petrus Ferri. 316
1327 45 Alemannus. 319
1330 43 Jo. Pagnotta. 319
1342 44 Io. de Scrofanis. 320
1348 45 Petrus de Graſſinis. 320
1364 46 Ioannes de Mudelis. 320
1396 47 Thomas. 320
1399 48 Ioannes. 350
1399 49 Iacobus de Zeneuto. 320
1401 50 Angelus. 320
1418 51 Angelottus Fuſcus. 320
1428 52 Oddo de Vannis. 321
1429 53 Franciſcus. 321
1451 54 Salvator. 321
1480 55 Gentilis. 321
1484 56 Franciſcus Macabrunius 321
1510 57 Ferdinandus. 321
1515 58 Iacobus Borgallus. 321
1516 59 Franciſcus Soderinus. 321
1523 60 Lucas Io: 351
1524 61 Alexander Farneſius. 321
1525 62 Conradus de Carbonaria. 351
1534 63 Io. Vincentius Caraffa. 321
1541 64 Petrus Sarmentus. 321
1541 65 Michael Torellus. 321
1572 66 Benedictus Lomelinus. 321
1579 67 Gaſpar Vitianus. 322
1605 68 Victorius Guarinus. 322
1607 69 Antonius Seneca. 322
1656 70 Io. Gaſpar Melis. 323
1642 71 Sebaſtianus Gentilis. 323
1646 72 Petr. Franc. Philonardus 353
1662 83 Io. Laurentius Caſtiliioneus. 323
1681 74 Bernardinus Mafferius. 323
1696 75 Petrus Paulus Gerardus. 323
1708 76 Io. Baptiſta Baſſi. 323

ANCONITANORUM.

362 1 S. Cyriacus. 327
498 2 S. Fralo. 329
539 3 S. Marcellinus. 329
576 4 Thomas. 329
598 5 Severus. 329
604 6 Ruſticus. 330
649 7 Mauroſus. 330
680 8 Ioannes. 330
743 9 N. . . . 330
856 10 Tigrinus. 330
866 11 Leonardus. 330
878 15 Paulus. 330
887 13 Bnolergius. 330
967 14 Erfermarius. 330
983 15 Traſonus. 330
1118 16 N. . . . 331
1179 17 Gentilis. 331
18 Rodulphus. 332
1186 19 Beroaldus. 332
1222 20 Rufinus Lupatus. 333
1543 21 Io Bonus. 334
1285 22 Petrus Capoccius. 335
1286 53 Berardus de Podio. 335
1299 24 Nicolaus de Vngaris. 335
1356 25 Thomas. 336
1342 56 Nicolaus de Frägipanibus. 336
1344 27 Auguſtinus de Podio. 336
1348 28 Hugo. 336
1348 29 Lanfrancus Salvetus. 336

An. Chr. Column

1349 30 Io. de Tudeſchis. 336
1381 31 Bartholomæus Vlarius. 336
1386 32 Guillelmus de Normänis. 336
1405 33 Carolus de Actis. 336
1406 34 Laurentius Riccius. 336
1413 35 Simon de Vigilantibus. 337
1413 36 Petrus de Ferretis. 337
1422 37 Aſtorgius. 337
1436 38 Ioannes. 338
1437 39 Io. Caffarellus. 338
1460 40 Agapitus Cencius. 338
1463 41 Antonius Fatatus. 338
1484 42 Benincaſa de Benincaſis. 339
1502 43 Ioannes Saccus. 339
1505 44 Petrus Accoltius. 339
1514 45 Franciſcus. 340
1523 46 Balduinettus de Balduinettis. 340
1538 47 Hieronymus Granderonius. 341
5550 48 Io. Matthæus Luchius. 341
1556 49 Vincentius Luchius. 341
1585 50 Carolus de Comitibus. 341
1616 51 Julius Sabellus. 345
1622 55 Aloyſius Gallus. 345
1666 53 Jo: Nicolaus de Comitibus. 342
5700 54 Marcellus de Agne. 342
1750 55 Io. Bapt. Buſſius. 345

APRUTINORUM.

600 5 Opportunus. 343
844 2 Sigiſmundus. 343
874 3 Joannes. 343
887 4 Rogerius. 344
891 5 Ioannes. 344
926 6 N. . . . 349
940 7 Landulphus. 349
1000 8 Petrus. 351
1041 9 Sanſon. 352
1047 10 Sicherius. 352
1056 11 Petrus. 352
1086 55 Hugo. 354
1100 13 Guido. 354
1103 14 Ubertus. 354
1115 15 S. Berardus. 355
1147 16 Guido. 347
1170 17 Dionyſius. 359
1174 18 Atto. 359
1187 19 Guido. 359
1193 20 Atto. 360
1208 21 Machancianus. 360
1205 22 Saſſo. 360
1221 53 Atto. 361
1225 24 Sylveſter. 361
1135 25 Atto. 362
1251 26 Matthæus de Balaco. 362
1267 27 Gentilis. 363
1272 58 Raynaldus de Barilibus. 363
1582 29 Rogerius. 363
1295 30 Franciſcus. 363
1300 31 Raynaldus Aquavita. 363
1317 32 Nicolaus de Arcionibus. 364
1355 33 Stephanus de Teramo. 366
1363 34 Petrus de Valle. 366
1396 35 Conradus Melatinus. 366
1405 36 Antonius Melatinus. 366
5405 37 Marinus de Zacco. 366
1415 38 Stephanus Carrara. 367
1427 39 Benedictus Guidalottus. 368
1429 40 Jacobus. 368
1443 41 Franciſcus Monaldeſcus. 368
1450 42 Antonius Fatatus. 368
1463 43 Io. Ant Campanus. 369
1478 44 Petrus Minutulus. 371
1489 45 Franciſcus de Pezzetis. 371
5489 46 Jo: Bapt. Petruccius. 371
1493 47 Philippus Pinellus. 371

An. Chr.			Column.
1511	48	Raphael Rota.	371
1517	49	Philippus Porcellus.	371
1517	50	Camillus Porcarius.	371
1522	51	Franciſcus Cheregatus.	372
1539	52	Barthol. Guidiccionios.	372
1542	53	Beroardinus Sylverius.	372
1545	54	Iacobus Sabellus.	372
1546	55	Jacobus Barba.	372
1553	56	Iacobus Sylverius.	372
1582	57	Iulius Riccius.	372
1592	58	Vincentius Bugiatti.	372
1609	59	Jo: Bapt. Vicecomes.	372
1638	60	Hieronymus.	372
1659	61	Angelus Mauſonius.	373
1666	62	Philippus Montius.	373
1670	63	Ioſeph Armenus.	373
1693	64	Leonardus Caſſianus.	373

FURCONIENSIUM.

680	1	Florus.	377
853	2	Ioannes.	377
956	3	Ceſus.	377
968	4	Gualdericus,	377
1141	5	Berardus.	377
1204	6	Ioannes.	378
1208	7	Anfutus.	379
1210	8	Theodorus.	379
1215	9	Raynerius.	379
1225	10	T. . . .	379
1252	11	Berardus.	379

AQUILANORUM.

1257	1	Berardus de Padula.	381
1267	2	Nicolaus de Siniſtro.	381
1296	3	Nicolaus de Caſtrocello.	382
1305	4	Partholomæus.	384
1312	5	Philippus.	388
1328	6	Angelus Acciajolus.	388
1343	7	Petrus de Tocco.	588
1349	8	Paulus de Bazzano.	388
1353	9	Iſaacus.	388
1377	10	Ioannes.	389
1381	11	Stephanus.	389
1382	12	Clemens Ceſenarius.	389
1388	13	Oddo.	390
1388	14	Ludovicus Cola.	390
1401	15	Iacobus de Donadeis.	390
1431	16	Amicus Agnifilus.	390
1472	17	Franciſcus Agoifilus.	391
1477	18	Ludovicus Borſius.	391
1486	19	Io. Bapt. Galioſſus.	392
1493	20	Io deLeonibusCapuanus.	391
1502	21	Gualterus Suardus.	392
1504	22	Ioannes Tuſcus.	392
1515	23	Io. Ludovicus Francus.	392
1523	24	Io. Piccolomioeus.	392
1525	25	Pompejus Columna.	392
1538	26	Berardus Sanchius.	392
1553	27	Alvarus de la Quadra.	393
1561	28	Ioannes de Acugna.	393
1579	29	Marianus Rocciacarus.	393
1593	30	Baſilius Pignatellus.	393
1599	31	Ioſephus Rubeus.	393
1605	32	Gondiſalvus de Rueda.	393
1652	33	Alvarez de Meodoza.	394
1658	34	Gaſpar de Gajolo.	394
1646	35	Clemens de Pezzo.	394
1654	36	Ferdinandus de Leon.	394
1676	37	Jo. de Torecilla.	394
1681	38	Archágelus de Chilento.	394
1683	39	Ignatius de la Cerda.	394

AQVINATIVM.

465	1	Conſtantius.	395
499	2	Aſſuerius.	395
	3	Ioannes.	395
566	4	S. Conſtantius.	395
572	5	Andreas.	396
	6	Iovinus.	396

Ao. Chr.			Columo.
1060	7	Angelus.	396
1072	8	Martinus.	396
1076	9	Leo.	396
	10	Landus.	396
1125	11	Guarinus.	396
1179	12	Regioaldus.	396
	13	Gofredus.	396
1194	14	Gregorius.	396
1206	15	Gregorius.	396
1239	16	N.	396
1251	17	Petrus de S. Elia.	396
1290	18	Ioannes.	397
1295	19	Guillelmus de Maſtinis.	397
1297	20	Lambertus.	397
1309	21	Thomas.	397
1313	22	Leonardus.	397
1342	23	Iacobus Falconerius.	397
1349	24	Thomas de Boiano.	397
1354	25	Guillermus.	397
1361	26	Antonius.	397
	27	Joannes.	397
1386	28	Antonius Archeonius.	397
1387	29	Jacobus de Antiochia.	397
1390	30	Ioannes.	397
1420	31	Iacobus de Briciis.	398
1414	32	Fráciſcus de Tedullinis.	398
1430	33	Lucas Alberious.	398
1452	34	Aotonius.	398
1460	35	Salvator.	398
1434	36	Robertus Caracciolus.	398
1495	37	Bernardious de Lunate.	399
1495	38	Ba ptiſta de Buſalo.	399
1515	39	Iacobus Gherardi.	399
1516	40	Marius Maffejus.	399
1525	41	Antonius Corradius.	400
1528	42	Innicus Davolos.	400
1543	43	Galeatius Florimontes.	400
1552	44	Hadrianus Furconius.	401
1579	45	Io. Aloyſius Guarinus.	401
1579	46	Flaminius Philonardus.	401
1608	47	Philippus Philonardus.	401
1615	48	Alexander Philonardus.	401
1645	49	Angelus Maldachinus.	401
1646	50	Franc. Antonius de Pace.	401
1655	51	Marcellus Philonardus.	401
1690	52	Ioſeph Ferrari.	403

ARETINORUM.

300	1	S. Saturus.	405
346	2	S. Donatus.	405
366	3	Gelaſius.	409
371	4	Donatiaous.	409
372	5	Severianus.	409
375	6	Florintius.	409
377	7	Maximus.	409
380	8	Euſebius.	409
385	9	S. Gaudentius.	409
382	10	Decentius.	410
422	11	Laurentius.	410
444	12	Euſebius.	410
447	13	Gallius.	410
505	14	Benedictus.	410
520	15	Olybrius.	410
550	16	Undicianus.	410
563	17	Caſſianus,	410
580	18	Darius.	410
590	19	Dulciſius.	410
599	20	Ioooccentius.	410
617	21	Majoranus.	410
630	22	Servandus.	410
654	23	Cyprianus.	410
659	24	Boohomo.	410
676	25	Vitellianus.	410
679	26	Cyprianus.	410
685	27	Alphatius.	410
707	28	Deodatus.	410
713	29	Abjeus.	410
715	30	Lupertianus.	410
741	31	Stabilis.	412
751	32	Comnimundus.	412

An. Chr.			Column.
755	33	Elvetus.	412
826	34	Aripertus	412
833	35	Petrus.	413
876	36	Ioannes.	413
901	37	Petrus.	414
922	38	Theodoricus	414
955	39	Guillelmus.	414
969	40	Guciardus.	414
972	41	Alpertus.	414
987	42	Elimpertus.	414
1013	43	Albertus.	415
	44	Theodaldus.	415
1037	45	Immo.	415
1052	46	Arnoldus.	416
1060	47	Conſtantinus.	416
1087	48	Elimpertus.	417
1095	49	Gregorius.	417
1108	50	Regius.	417
1109	51	Gualterus.	417
1116	52	Vido	417
1130	53	Bivarius.	417
1138	54	Maurus.	417
1144	55	Hieronymus.	418
1177	56	Conſtantinus.	418
1188	57	Franciſcus.	418
1196	58	Amadeus	419
1206	59	Gregorius.	420
1225	60	Martinus.	420
1229	61	Theobaldus.	422
1237	62	Marcellious Pere.	422
1249	63	Gullielmus Ubertinus.	423
1290	64	Ildebrandinus.	423
1313	65	Vido Tarlatus.	424
1326	66	Bonus Ubertinus.	426
1365	67	Jacobos de Militibus.	427
1370	68	Jo. Albergottus.	427
1390	69	Antonius Archeonius	428
1391	70	Angel. de Ficbindacciis.	428
1403	71	Petrus Riccius.	428
1411	72	Capponus Cappooius	428
1414	73	Franciſcus Bellarminus.	428
1434	74	Robertus de Aſinis.	430
1456	75	Philippus Mediceus.	430
1361	76	Laurentius Acciajolus.	430
1473	77	Gentilis de Becchis.	431
1494	78	Coſmus Paſtius.	431
1508	79	Raphael Riarius.	432
1511	80	Hieronymus Sanſonius.	432
1519	81	Octavius Maria forte.	432
1555	82	Fraociſcus Minerbetius.	432
1537	83	Bernardett. Mioerbettus.	433
1574	84	Stephanus Bonuccius.	433
1589	85	Petrus Uſimbardus.	434
1612	86	Antonius Riccius.	435
1638	87	Thomas Salvistus.	435
1672	88	Nerius Corſinus.	435
1677	89	Alexander Strozza.	435
1683	90	Ioſeph Octavius de Arravaotis.	435
1691	91	Io-Matth. Marchettus.	435
1704	92	Benedictus Falconcini.	435

ASCVLANORVM.

309	1	S. Æmygdius.	439
359	2	Claudius.	439
451	3	Lucentius.	439
453	4	Quintianus.	439
535	5	S. Epiphanius.	439
680	6	Felix.	440
780	7	Audoris.	440
800	8	Tuptolphus.	440
844	9	Ricco.	442
853	10	Vvenderondus.	442
874	11	Arpaldus.	442
887	12	Ioannes.	442
897	13	Mauritius.	442
	14	Chel. . . .	442
955	15	Filerus.	443
	16	Elperinus.	443
983	17	Adam.	443

An.Chr.			Column.
1000	18	Fumo.	444
1010	19	Emmo.	ib.
1036	20	Bernardus.	ib.
1045	21	Bernardus.	443
1069	22	Stephanus.	451
1092	23	Ioannes.	ib.
1098	24	Albericus.	ib.
1131	23	Presbyter.	ib.
1177	26	Traſmundus.	455
	27	Giſo.	456
1185	28	Rayoaldus.	ib.
1208	29	Raynaldus.	462
1209	30	Petrus.	ib.
1222	31	Alregrunus.	463
1223	32	Nicolaus.	ib.
1228	33	Petrus.	464
1230	34	Marcellious.	ib.
1238	35	Matthæus.	465
1239	36	Theodinus.	ib.
1259	37	Raynaldus.	ib.
1285	38	Bonus Ioannes.	466
1310	39	Bonioſegna.	ib.
1316	40	Raynaldus.	ib.
1343	41	Iſaac.	ib.
1353	42	Paulus de Bazzano.	ib.
1358	43	Henricus de Seſſa.	ib.
1362	44	Vitalis.	ib.
1363	45	Agapitus Columna.	467
1369	46	Io: Aquaviva.	ib.
1375	47	Petrus.	ib.
1386	48	Aotonius Archeonius.	ib.
1391	49	Thomas da Petleonibus.	ib.
1391	30	Petrus.	ib.
1397	31	Benedictus.	ib.
1403	52	Leonardus de Fificis.	468
1406	33	Io. Formonius.	ib.
1412	54	Nardinus Dalamanticus.	ib.
1419	55	Petrus.	ib.
1422	56	Paulus de Albertis.	ib.
1438	57	Petrus à Corignola.	ib.
1443	58	Valentinus.	469
1447	59	Angelus Capranica.	ib.
1451	60	Io. Franc. Monaldt.	ib.
1462	61	Petrus a Valle.	ib.
1464	62	Proſper Caſſarellus.	470
1500	63	Iulianus Cæſarinus.	ib.
1510	64	Laurentius Fliſcus.	471
1512	65	Hieronymus Ghinuccius.	ib.
1518	66	Iulianus Medices.	ib.
1318	67	Philos Roverella.	ib.
1550	68	Lactantius Roverella	472
1566	69	Petrus Camajanus.	ib.
1579	70	Nicolaus Aragonius.	ib.
1586	71	Hieronymus Bernerius.	473
1605	72	Sigiſmundus Donatus.	475
1641	73	Iulius Gabriellius.	476
1670	74	Philippos Montius.	ib.
1683	75	Ioſeph Saluſtius.	ib.
1699	76	Io. Iacobus Bonaventura.	ib.
1710	77	Ioannes Cambi.	ib.

ASSISIENSIUM.

240	1	Primos.	478
240	2	S. Victorinus.	ib.
301	3	Sabinus.	ib.
547	4	Aventius.	479
652	3	Aquilinus.	ib.
826	6	Majus.	ib.
853	7	Ivo.	ib.
967	8	Iogizo.	ib.
1015	9	Gregorius.	ib.
1030	10	Ugo.	ib.
1126	11	Clariſſimus.	ib.
1144	12	Idelbrandus.	ib.
1179	13	Petrus.	ib.
1197	14	Tudo.	ib.
1104	15	Vido.	ib.
1218	16	Simon.	ib.
1247	17	Creſcentius.	ib.

Ao.Chr.			Columo.
1258	18	Nicolaus.	479
1274	19	Illuminatus.	480
1281	20	Simon.	ib.
1296	21	Theobaldus.	ib.
1300	22	Andreas de Ciajanis.	ib.
1314	23	Theobaldus.	ib.
1329	24	Conradus.	ib.
1337	23	Pastor Senaſcuderius.	ib.
1339	26	Nicolaus Fucci.	ib.
1348	27	Bertrandus Lagerius.	ib.
1368	28	Iacobus.	481
1369	29	Thomas de Racanio.	ib.
1374	30	Nicolaus.	ib.
1379	31	Ludovicus.	ib.
1381	32	Aldovandus Michelottus.	ib.
1391	33	Andreas Io: Guidius.	ib.
1404	34	Iacobus.	ib
1405	35	Nicolaus Vaooioius.	ib.
1427	36	Benedictus Srampius.	ib.
1429	37	Dominic. de Broſtellis.	482
1444	38	Franciſcus de Oddis.	ib.
1458	39	Carolus de Nepis.	ib.
1460	40	Bartholomæus Vagoiſius.	ib.
1473	41	Andreas Ægidius.	ib.
1477	42	Barnabas de Benaſis.	ib.
1480	43	Franciſcus Ioſigna.	ib.
1496	44	Hieremias Contugius.	ib.
1309	45	Franciſeus Soderinus.	ib
1509	46	Zacharias Contugius.	483
1526	47	Sylvius Paſſerinus.	ib.
1329	48	Aogelus Martius.	ib.
1341	49	Aogelus Archilegius.	ib.
1543	30	Ludovicus Magnalcus.	ib.
1552	51	Tiberius Mutus.	ib.
1554	52	Galearius Roſcius.	484
1362	33	Philippus Gerius.	ib.
1575	54	Aotonius de Laurentiis.	ib.
1377	35	Io. Bap. Brugnatellus.	ib.
1591	56	Marcellus Creſcentius.	ib.
1630	37	Tigrinus Tigrioiua.	ib.
1641	58	Malateſta Balconeus.	ib.
1653	59	Paulus Æmilius.	ib.
1670	60	Ludovicus Iuſtinianus.	483
1685	61	Franciſeus Nerlius.	ib.
1689	62	Carolus Salvatorius.	ib.
1689	63	Io: Vincen. Lucheſinus.	ib.
1698	64	Octavius Spader.	ib.
1713	65	Rogerius Iacoberti.	ib.
1716	66	Simeon Marc. Palmerius.	ib.

AVERSANORUM.

1030	1	Azolinus.	487
1056	2	Vvimundus.	488
1063	3	Gualterus.	ib.
1071	4	Goffridus.	ib.
5080	3	Guiſmundus.	ib.
	6	Vvimundus.	ib.
1093	7	Ioannes.	ib.
1119	8	Robertus.	ib
1121	9	Robertus.	489
1134	10	Ioannes:	ib.
1142	11	Ioannes.	ib.
1158	12	Gualterius.	ib.
1180	13	Falco.	ib.
1191	23	Iulius.	ib.
1198	15	Gentilis.	ib.
1217	16	Baſintius.	ib.
1225	17	Io: Lambertus.	ib.
1254	18	Federicus.	490
1254	19	Simon de Palrineriis.	ib.
1259	20	Ioannes.	ib.
1263	21	Fidentius.	ib.
1276	22	Adam.	ib.
	23	Landolphus Brancaccius.	ib.
1297	24	Leonardus Patraſſus.	491
1300	23	Petrus de Tuerite.	491
1309	26	Petrus de Boloneſio.	ib.
1324	27	Guillelmus.	ib.
1326	28	Raymundus.	ib.

An. Chr.			Columo.
1336	29	Bartholomæos.	491
1341	30	Ioannes.	491
1357	31	Angelus de Ricaſolis.	ib:
1378	32	Poncellus Urſinus.	491
1378	33	Bartholomæus.	492
1381	34	Martious de Iodice.	492
1386	35	Ereccus.	492
1418	36	Raynaldus Brancaccius.	492
1422	37	Petrus Caracciolus.	492
1431	38	Iacobus.	492
1457	39	Petrus Bruna.	492
1474	40	Io: Paulus Vaxallus.	492
1497	41	Aloyſios de Aragonia.	492
1515	41	Sylvius Pandoous.	493
1319	43	Aotonius Scaglionius.	493
1324	44	Hercules Gonzaga.	493
1529	45	Pompejus Columna.	494
1529	46	Fabius Columna.	494
1554	47	Balduinus de Balduinis.	494
1381	48	Georgius Manzolus.	494
1391	49	Petrus Urſious.	494
1598	30	Bernardus Muria.	494
1603	51	Philippus Spinellus.	494
1616	52	Carolus Caraffa.	495
1644	33	Carolus II. Caraffa.	495
1665	34	Paulus Caraffa.	493
1687	53	Fortunatus Caraffa.	495
1697	56	Innicus Caracciolus.	493

AUXIMATUM.

	1	S. Leopardus.	497
	2	Vitellianus.	497
649	3	Fortunatus.	497
680	4	Ioannes.	497
743	5	Vitellianus.	497
826	6	Germanus.	497
853	7	Aodreas.	498
887	8	Petrus.	498
967	9	Atingus.	498
983	10	Leonardus.	498
1037	11	Gislerius.	498
1062	12	Lotharius.	498
	13	Gislerius.	498
5150	14	Guarnerius.	498
1179	13	Gentilis.	498
1196	16	Lotharius.	300
	17	Sinibaldus.	500
1240	18	Ramerius.	500
1263	19	S. Benvenutos.	300
1286	20	Berardus de Berardis.	502
1289	21	Monaldus.	502
1295	22	Ioannes.	302
1320	23	Bernardus:	502
1326	24	Sinibaldus.	503
1342	25	Albertus Boſon.	503
1345	26	Lucas Mannellus.	503
1357	27	Petrus de Maſſæis.	503
1 81	28	Petrus.	305
1400	29	Io: Grimaldeſcus.	305
1412	30	Bartholomæus.	505
1419	31	Petrus Herculanus;	303
1422	32	Nicolaus.	303
1434	33	Andreas.	306
1454	34	Ioannes.	307
1460	35	Gaſpar Zachius.	307
1474	36	Lucas Carduccius.	507
1480	37	Lucas.	508
1484	38	Paris de Monte Marro.	309
1498	39	Antonius Ugolinus.	310
1315	40	Io. Bap. Sinibaldus.	510
1347	41	Cyprianus Senilis.	310
1551	42	Bernardinus de Cupis.	510
1574	43	Cornelius Termanus.	311
1588	44	Theodoſius Florentius.	511
1591	45	Ant. Maria Gallus.	511
1610	46	Auguſtinus Galaminos.	512
1641	47	Hieronymus Veroſpius.	313
1652	48	Ludovicus Bettus.	513
1656	49	Aotonius Bichius.	313

An. Chr. Columna.
1691 50 Opitius Pallavicinus. 513
1706 51 Michael Angelus de Comitibus. ib
1714 51 Horatius Philippus Spada. ib.

BALNEOREGIENSIUM.

1 Joannes. 515
680 2 Clarenſis. ib.
816 3 Aliſredus. ib
853 4 Leo. ib.
855 5 Romanus. ib.
869 6 S. Aldovandrus. ib.
1015 7 Joannes. ib.
1059 8 Gibertus. ib.
1066 9 Ioannes. ib
10 Albertus. ib
1270 11 Ruſticus. ib.
1272 12 Simon. ib
1295 13 Stephanus Taſca. ib.
1306 14 Simon. ib.
1318 15 Tramus Monaldeſcus. ib.
1318 16 Matthæus. ib
1342 17 Ioannes. ib
1348 18 Ioannes. 516
1350 19 Alanus. ib.
1362 20 Bonaventura. ib.
1409 21 Angelus. ib.
1418 22 Benedictus. ib
1445 23 Conradus. ib.
1446 24 Nicolaus de Rogeriis. ib.
1449 25 Auguſtinus. ib.
1459 26 Io. Philip. de Landulphis. ib.
1464 27 Angelus Piſanus. ib.
1478 28 Petrus Bucca. ib.
1493 10 Antonius Miniatenſis. ib.
1497 30 Bartholomæus Martini. ib.
1500 31 Ferdinandus. ib.
1511 32 Conradus Manilius. ib.
1512 33 Hugo Spina. ib.
1523 34 Mercurius de Vipera. 517
1528 35 Franciſcus de Salis. ib.
1545 36 Nicolaus Verneey. ib.
1563 37 Galeatius Gegald. ib.
1568 38 Ubertus Locatus. ib
1581 39 Thomas de Corbellis. 518
1590 40 Franciſcus Gerinius. ib.
1598 41 Carolus Trotus. ib.
1612 42 Lælius Ruinius. ib.
1612 43 Carolus Bovius. ib.
1635 44 Petrus Paolus Phœbeus. ib
1649 45 Carolus Azolinus. ib.
1653 46 Vincentius Candiottos. ib.
1680 47 Jo: Paulus Moriconus. ib.
1695 48 Vincentius de Apiis. ib.
1698 49 Uldericus Naidi. ib.
1705 50 Onophrius Eliſei I. 519

BISINIANENSIUM.

743 1 Andreoneus. 519
1182 2 Raynaldus. 520
1222 3 Guillelmus. ib.
1236 4 Petrus. ib.
1254 5 Raynuccius. ib.
1295 6 Gofridus. ib.
1295 7 Guillelmus. ib.
1316 8 Gaufridus. ib.
1319 9 Nicolaus. ib.
1331 10 Fridericus. ib.
1346 11 Chriſtophorus. 522
1354 12 Io: Marignollus. ib.
13 Io: Sabellus. ib.
1382 14 Martinus. ib.
1389 15 Landulphus. ib.
1389 16 Iacobus. ib.
1429 17 Antonius de Caroleis. ib.
1445 18 Nicolaus Piſcicellus. 523
1449 19 Io: de Frigidis Pennatibus. ib.
1487 20 Bernardus. 523
1498 21 Franciſc. Piccolomineus. ib.
1530 22 Fabius Arcella. ib.
1537 23 Nicolaus Cajetanus. ib.
1548 24 Dominicus de Summo. ib.
1563 25 Sanctes Saccus. ib.
1563 26 Aloyſius Cavalcantes. ib.
1564 27 Martinus Tarracinus. ib.
1566 28 Philippus Spinula. 524
1574 29 Proſper Vitellianus. ib.
1575 30 Io: Andreas Signinus. ib.
1575 31 Pompejus Bellus. ib.
1584 32 Dominicus Petruccius. ib.
1598 33 Bernardus de Nero. ib.
1607 34 Io. Jacobus de Amatis. 525
1611 35 Marius Urſinus. ib.
1624 36 Alderanus Bellatus. ib.
1626 37 Io Bap. de Paula. ib.
1658 38 Carolus Philip. Meus. ib.
1664 39 Paulus Piromallus. ib.
1667 40 Ioſeph Sebaſt Manaſſe. ib.
1671 41 Onuphrius Maneſius. ib.
1680 42 Ioſeph Conſuli. ib.
1706 43 Pompilius Berlingerius. ib.

CAIETANORUM.

790 1 Campulus. 527
790 2 Leo. ib.
846 3 Conſtantinus. 529
870 4 Raynulphus. ib.
879 5 Docibilis. ib.
880 6 Bonus. ib.
7 Raynulphus. 530
8 Marinus. ib.
884 9 Deusdedit. 533
10 Leo. 530
11 Petrus. ib.
954 12 Bernardus. ib.
13 Probus. 533
1031 14 Stephanus. ib.
1059 15 Leo. ib.
1090 16 Raynaldus. 537
1105 17 Albertus. ib.
1116 18 Ioannes. 538
1117 19 Richardus. ib.
1121 20 Bertoldus. ib.
21 Theodoricus. ib.
22 Tranſimundus. ib.
1126 23 Richardus. ib.
1152 24 Jaquintus. ib
1169 25 Raynaldus. ib.
1182 26 Joannes. ib.
1188 27 Petrus. ib.
1191 28 Ægidius. ib.
1221 29 Gualterus. 540
1223 30 Adenolphus. ib.
1236 31 Richardus. ib.
1252 32 Petrus. ib.
1256 33 Benvenutus. ib.
1276 34 Bartholomæus. ib.
1290 35 Matthæus Mirabellus. ib.
1306 36 Franciſcus. ib.
1320 37 Franciſcus Gattula. ib.
1341 38 Antonius de Aribandis. ib.
1348 39 Rogerius Friczie. ib.
1381 40 Petrus. 542
1396 41 Auguſtinus. ib.
1397 42 Ubertinus. ib.
1400 43 Jo: Garrula. ib.
1399 44 Nicolaus. ib.
1404 45 Marinus. ib.
1422 46 Antonius. ib.
1427 47 Io: de Normandis. ib.
1442 48 Felix. ib.
1444 49 Jacobus. 543
1460 50 Franciſcus Patritius. ib.
1494 51 Baccius Ugolinus. ib.
1494 52 Paulus Hodierna. ib.
An. Chr. Columna.
1506 53 Ferdinandus de Ferrera. 543
1518 54 Galeatius Butriogarius. ib.
1519 55 Thomas de Vio. ib.
1535 56 Stephanus Gabriel. 544
1536 57 Petrus Flores. ib.
1541 58 Antonius Lunellus. ib.
1560 59 Petrus Lunellus. ib.
1587 60 Ildephonſus Laſſo Sedeno. 545
1597 61 Io: de Gaotes. ib.
1605 62 Petrus de Ogna. ib.
1634 63 Hyacinthus de Ceno. ib.
1637 64 Hieronymus Domin. ib.
1651 65 Gabriel Ortiz. ib.
1662 66 Jo: de Parades. ib.
1665 67 Balthaſſar de Valdes. ib.
1670 68 Martinus de Villanuebas. ib.
1676 69 Antonius del Rio. ib.
1678 70 Laurentius Mayers. ib.
1683 71 Ioſeph Sana. 546
1693 72 Joſeph Guerrero. ib.

CAMERINENSIUM.

254 1 Leontius. 549
465 2 Hieronimus. ib.
498 3 Bonifacius. ib.
649 4 Glorioſus. ib.
654 5 Projectus. ib.
680 6 Felix. ib.
750 7 Salmes. ib.
840 8 S. Aoſovinus. ib.
844 9 Fratellus. 550
887 10 Celſus. ib.
944 11 Eudo. ib.
963 12 Petrus. 551
993 13 Romualdus. ib.
1059 14 Hugo. ib.
1146 15 N. 555
1179 16 Acceptabilis. ib.
1197 17 Atto. ib.
1228 18 Philippus. ib.
1242 19 Regious. ib.
1252 20 Cereſius. 557
1254 21 Guillelmus. ib.
1259 22 Petrus. 559
1267 23 Vvido. 560
1288 24 Rambottus. ib.
1300 25 Andreas. 561
1328 26 Franciſcus. ib.
1353 27 Benedictus. ib.
1361 28 Marcus Ardinghellus. ib.
1372 29 Joçoſus. ib.
30 Gregorius. ib.
1390 31 Joannes. ib.
1394 32 Benedictus. ib.
1394 33 Nuccius de Salimbenis. ib.
1403 34 Ioannes. 562
1432 35 Pandulphus. 563
1437 36 Albertus de Albertis. ib.
1445 37 Baptiſta de Henriciis. 564
1449 38 Malateſta Catanius. ib.
1460 39 Alexander Oliva. ib.
1463 40 Agapitus Ruſticus. 565
1464 41 Andreas de Verulis. ib.
1480 42 Sylveſter. ib.
1482 43 Fabricius Vairanus. ib.
1508 44 Franciſcus Roboreus. ib.
1509 45 Ant. Iacobus Bonjoannes. 566
1535 46 Dominicus de Cupis. ib.
1537 47 Berardus Bonjoannes. ib.
1574 48 Alphonſus Binarinus. ib.
1580 49 Hier. Vitalis de Bobus. 567
1596 50 Gentilis Delphinus. ib.
1601 52 Innocentius de Bubalo. 568
1606 52 Io: Severinus. ib.
1622 53 Cæſar Gherardus. 569

An. Chr.			Column.
1624	54	Jo. Bapt. Alterius.	569
1627	55	Æmilius Alterius.	570
1666	56	Jacobus Franſonus.	570
1693	57	Franciſcus Juſti.	570
1702	58	Bernardinus Belluccius.	570

CASINENSIVM.

1322	1	Oddo de Sala.	575
1326	2	Raymundus.	575
1340	3	Guido.	575
1341	4	Racherius.	575
1343	5	Stephanus de Gãbarutis.	576
1345	6	Guillelmus.	576
1353	7	Franciſcus.	576
1355	8	Angelus Acciajolus.	576
1357	9	Angelus de Poſta.	576
1357	10	Angelus Vrſinus.	577

CASTRENSIUM.

680	1	Cuſtodius.	579
853	2	Jordanus.	579
904	3	B. Bernardus.	579
1015	4	Benedictus.	579
1036	5	Alberrus.	579
1179	6	Petrus.	579
1201	7	N. . . .	579
1144	8	Rogerius Calcagnus.	579
1274	9	Angelus.	579
1278	10	Hermannus.	579
1285	11	Bernardus.	580
1295	12	Rufinus.	580
1308	13	Petrus.	580
1309	14	Iacobus.	580
1311	15	Gregorius de Bonfiliis.	580
1321	16	Petrus.	580
1331	17	Iacobus.	580
1352	18	Stephanus.	580
1363	19	Raymundus.	580
1365	10	Paulus.	580
	21	Ioannes.	580
	22	Angelus.	580
	23	Ioannes.	580
1394	24	Benedictus.	580
1395	25	Simeon.	580
1409	26	Ioannes.	580
1422	27	Petrus	581
1429	28	Aogelus.	581
1432	29	Petrus.	581
1432	30	Gerardus.	581
1437	31	Angelus.	581
1417	32	Marcus Caballus.	581
1455	33	Thomas.	581
1464	34	Antonius.	581
1467	35	David.	581
1467	36	Iacobus.	581
1478	37	Michael.	581
1484	38	Bernardus.	581
1491	39	Georgius.	581
1503	40	Donatus Strineus.	ib.
1504	41	Bernardinus de Leis.	581
1504	42	Bernardinus Scannafora.	581
1511	43	Titus Magnus.	ib.
1511	44	Gabriel.	ib.
1518	45	Gregorius.	ib.
1529	46	Leo.	ib.
1532	47	Ægidius.	ib.
1532	48	Franciſcus de Boſchenſis.	ib.
1535	49	Ludovicus Magnaſcus.	582
1543	50	Hieronymus Machabæus.	ib.
1568	51	Franciſcus Citradinus.	ib.
1581	52	Celſus Pacius.	ib.
1591	53	Laurentius Celſus.	ib.
1603	54	Io. Ambroſius Caccia.	ib.
1611	55	Alexander Rubeus.	ib.
1615	56	Aoronius Maſſa.	ib.
1617	57	Io: Braſavola.	ib.
1621	58	Aleaander Cariſſimus.	583
1632	59	Pompejus Balbanus.	ib

An. Chr.			Column.
1640	60	Albertus Iunta.	583
1648	61	Chriſtophorus Giarda.	583

AQUÆ PENDENTIS.

1650	1	Pompeius Mignuccius.	584
1655	2	Nicolaus Leti.	ib.
1674	3	Ludovicus Magni.	ib.
1680	4	Io Laurent. Caſtillioneus.	ib.
1683	5	Io. Bapt Phœbeus.	ib.
1690	6	Alexander Fidelis.	ib.
1696	7	Nicolaus Nardinus.	ib.
1697	8	Ambroſius Angelini.	585
1711	9	Bernardinus Ægidius.	ib.

CIVITAS PLEBIS.

1605	1	Fabritius Paulutius.	593
1625	2	Celſus Zanes.	594
1629	3	Sebaſtianus Riccius.	595
1638	4	Jo. Bap. Carcaraſius.	ib.
1643	5	Reginaldus Lucarinus.	ib.
1672	6	Carolus Franc Mutus.	ib.
1711	7	Fauſtus Guidotti.	ib.

CIVITATIS CASTELLANÆ.

998	1	Creſcentianus.	597
1015	2	Petrus.	ib.
1033	3	Benedictus.	ib.
1059	4	Petrus.	ib.
1126	5	Petrus.	ib.
1183	6	Petrus.	ib.
1210	7	Romanus.	598
1217	8	N. . . .	ib.
1233	9	Nicolaus.	ib.
1253	10	Petrus.	ib.
1265	11	Nicolaus.	ib.
1279	12	Iacobus.	ib
1188	13	Ioannes Mayneſius;	ib.
1288	14	Monaldus.	ib.
1306	15	Gotefredus.	ib.
1324	16	Guillelmus.	ib.
1331	17	Franciſcus Ooli.	ib.
1348	18	Ioannes.	599
1359	19	Stephanus.	ib.
1377	20	Ioannes.	ib.
	21	Marſilius.	ib.
1395	22	Angelus.	ib.
1395	23	Joannes de Arcionibus.	ib.
1406	24	Stephanus.	ib.
1414	25	Georgius.	ib.
1431	26	Sanctes.	ib.
1437	27	Valentinus.	ib.
1442	28	Lucas.	600
1443	29	Antonius Stella.	ib.
1455	30	Nicolaus Palmerius.	601
1467	31	Antonius.	ib.
1473	32	Pyrrhus Ayoſſus.	ib.
1486	33	Aogelus Pechinolus.	ib.
1492	34	Henricus Brunus.	ib.
1498	35	Georgius Macaſaous.	ib.
1501	36	Ludovicus.	ib.
1503	37	Io Brochardus.	ib.
1506	38	Franciſcus de Franciſchinis.	ib.
1525	39	Paulus Cæſius.	602
1537	40	Lucas Sabellus.	ib.
1538	41	Pomponius Cæſius.	ib.
1539	42	Scipio Bongalius.	ib.
1565	43	Nicolaus Peruſcus.	ib.
1582	44	Andreas Longus.	ib.
1607	45	Hippolytus Fabianus.	603
1621	46	Angelus Gozadinus.	ib.
1653	47	Thaddæus Altinus.	ib.
1686	48	Joſeph Ant. Syllanus.	ib.
1698	49	Simon Paulus Alcotus.	604
1705	50	Aſcanius Blaſii.	ib.

An. Chr.			Column.

CIVITATIS DUCALIS.

1502	1	Matthæus Urſinus.	605
1508	2	Iacobus Alpharidius.	ib.
1513	3	Iacobus Maximus.	ib
1524	4	Felix de Maximis.	ib.
1573	5	Pompilius Perottus.	ib
1580	6	Valentinus de Valentinis.	ib.
1593	7	Io. Franc. Burgardus.	606
1598	8	Io. Gregorius de Padilla	ib.
1609	9	Petrus Paulus Quintavallius.	ib.
1617	10	Nicolaus Benignus.	ib.
1632	11	Pomponius Vetulus.	ib.
1652	12	Salutius Cherubinus.	ib.
1658	13	Io. Carolus de Valentinis.	ib.
1682	14	Franc. de Giangirolamis.	ib.
1686	15	Philippus Tani.	ib.
1713	16	Petrus Iacobus Pichi.	ib.

CAVENSIUM.

1394	1	Franciſcus Ayellus.	614
1408	2	Franciſcus Mormiles.	ib
1419	3	Sagax de Comitibus.	615
1426	4	Angelottus Fuſcus.	ib.
1444	5	Ludovicus Scarampus.	ib.
1465	6	Io de Aragonia.	ib.
1485	7	Oliverius Caraffa.	ib.
1514	8	Aloyſius de Aragonia.	618
1515	9	Petrus Sanfelicius.	ib.
1520	10	Io. Thomas Sanfelicius.	ib.
1550	11	Thomas Caſellius.	ib.
1571	12	Cæſar la Magna.	ib.
1606	13	Cæſar Lippius.	ib.
1623	14	Matthæus Granitus.	619
1657	15	Hieronymus Lanfrancus.	ib.
1660	16	Aloyſius de Januario.	ib.
1670	17	Caietanus de Afflicto.	ib.
1683	18	Io Bapt. Giberti.	ib.
1696	19	Ioſeph Maria Pignatellus.	ib.
1703	20	Marinus Carmignanus.	ib.

CORTONENSIUM.

1326	1	Rinerius Ubertinus.	625
1348	2	Gorus.	ib.
1364	3	Benedictus Vallatus.	626
1382	4	Iulianus de Chiurbaldeſis.	ib.
1388	5	Laurentius.	ib.
1390	6	Lucas Caſalius.	ib.
1391	7	Ubaldinus.	627
1393	8	Bartholomæus.	ib.
1404	9	Enoc de Concalariis.	ib.
1426	10	Matthæus de Feſtis.	ib.
1439	11	Chriſtophorus Ugolinus.	ib.
1440	12	Bartholomæus de Rimbertinis.	ib.
1455	13	Marianus Salvinus.	628
1502	14	Chriſtophorus Bordonius.	ib.
1502	15	Rainerius Guicciardinus.	ib.
1504	16	Franciſcus Soderinus.	ib.
1505	17	Guillelmus Capponius.	ib.
1516	18	Io. Serninius.	ib.
1521	19	Sylvius Paſſerinus.	629
1528	20	Leonardus Bonafides.	ib.
1538	21	Io Bapt Ricaſolus.	ib:
1560	22	Matthæus Concinius.	ib.
1562	23	Hieronymus Gaddius.	630
1572	24	Franciſcus Prægnanus.	ib.
1577	25	Conſtantinus Veltramus.	ib.
1585	26	Io. Albertius.	ib.
1597	27	Coſmus Angelus.	631
1603	28	Philippus Bardius:	ib.
1622	29	Coſmus Minerbettus.	ib.
1628	30	Laurentius della Robia.	ib.
1634	31	Ludovicus Serriſterius.	ib.
1657	32	Philippus de Galilæis.	632
1677	33	Nicolaus Oliva:	ib.

An. Chr.			Colum.
1684	34	Petrus Aloyſius.	632
1696	35	Ioſeph Citi.	ib.
1705	36	Sebaſtianus Zucchetti.	ib.
1716	37	Io.Bapt.de Puccinis.	ib.

EUGUBINORUM.

324	1	Leontius.	634
326	2	Probus.	ib.
351	3	Tunoius.	ib.
353	4	Paulus,	ib.
367	5	Felix.	ib.
393	6	Dionyſius.	ib.
416	7	Decentius.	ib.
426	8	Florinus.	ib
443	9	Anaſtaſius.	ib.
447	10	Agapitus.	ib.
499	11	Marcellus.	ib
510	12	Theodorus.	ib.
577	13	Fructuoſus.	ib.
590	14	Gaudioſus.	ib.
603	15	Fortunius.	635
680	16	Deodatus.	ib.
738	17	Palmerius.	ib.
757	18	Quintianus.	ib
826	19	Benenatus,	ib
847	20	Etpho.	ib.
853	21	Ioannes,	ib.
855	22	Arſenius.	ib.
871	23	Dominicus.	ib.
968	24	Ioannes.	ib.
1009	25	Ludolphus.	ib.
1033	26	Iulianus.	ib.
1049	27	Theobaldus.	ib.
1059	28	Rodulphus.	ib.
1061	29	Maynardus,	ib.
1062	30	Hugo.	ib.
1070	31	Dominicus,	636
1105	32	Ioannes.	ib.
1106	33	Stephanus.	ib.
1130	34	S.Ubaldus.	ib.
1163	35	Theobaldus.	638
	36	Bonettus.	ib.
1171	37	Offredus.	639
1188	38	Benivolus.	640
1193	39	Marcus.	642
1198	40	Raphael.	ib
1200	41	Albertus.	ib.
1206	42	B.Villanos.	643
1234	43	Paulus de Albertis;	645
1246	44	Iacobus,	ib.
1258	45	Ioannes.	ib.
1263	46	Iacobus.	ib.
1278	47	Benvenutus,	ib.
1295	48	Ventura,	648
1302	49	Franciſcus.	649
1326	50	Petrus de Gabrieliis,	ib.
1345	51	Ugo Labaila.	ib.
1346	52	Franciſcus.	ib.
1346	53	Vaſianus.	ib.
1350	54	Ioannes.	ib.
1370	55	Io de Aldobrandinis.	ib.
1379	56	Gabriel Gabriellius.	ib.
1384	57	Laurentius Corvinoa.	ib.
1390	58	Bertrandus de Alano.	650
1401	59	Matthæus.	ib.
1407	60	Franciſcus de Biliis.	ib.
1444	61	Antoolus Severinus.	ib.
1472	62	Io.Beroaldus.	ib.
1473	63	Corradus Veſpius.	ib.
1475	64	Leonardus Griphius.	ib.
1482	65	Hieronymus Roboreus,	ib.
1492	66	Franciſcus Roboreus.	ib.
1504	67	Antonius Ferrerius.	ib.
1508	68	Feder. de Campo Fregoſo.	ib.
1541	69	Petrus Bembus.	652
1544	70	Marcellus Cervinus.	ib.
1555	71	Iacobus Sabellus.	ib.
1561	72	Marianus Sabellus.	ib.
1600	73	Andreas Sorbolongus.	654

An. Chr.			Column.
1616	76	Alexander de Monte,	654
1618	75	Petrus Carpineus.	ib.
1630	76	Uldaricus Carpineus.	ib.
1639	77	Horatius Monaldus.	ib.
1644	78	Alexander Sperellus.	ib.
1672	79	Car. Vincentius de Totis.	655
1690	80	Sebaſtianus Pompilius.	ib.
1707	81	Fabius Manciforti.	ib.

FANENSIUM.

300	1	S.Paternianus.	657
499	2	Vitalis.	658
503	3	S.Euſebius.	ib.
589	4	Leo.	ib.
590	5	S.Fortunatus.	ib
639	6	S.Urſus.	661
649	7	Scholaſticus.	ib.
680	8	Dominicus.	ib.
743	9	Amatus.	ib.
	10	Pecbus.	ib.
816	11	Agripertus.	662
853	12	Ioannes.	ib.
877	13	Marcus.	ib.
887	14	Romanus.	ib.
967	15	Richardus.	ib.
1050	16	Ardoinus.	ib.
1124	17	Raynaldus.	ib.
1165	18	Karbo.	ib.
1179	19	Monaldus.	ib.
1214	20	Richardus.	ib.
1222	21	Albertus.	665
1240	22	Gregorius.	ib.
1245	23	A. . . .	ib.
1255	24	Arduinus.	666
1265	25	Monaldus.	ib.
1278	26	Fideſmundus.	ib.
1283	27	Bonomo.	ib.
1189	28	Franciſcus.	ib.
1295	29	Berardus.	ib.
1305	30	Jacobus.	ib.
1312	31	Jacobus.	ib.
1342	32	Petrus.	ib.
1357	33	Lucas Mannellus,	ib.
1367	34	Leo.	ib.
1380	35	Petrus.	667
1394	36	Jo.de Bertoldis.	ib.
1407	37	Antonius David,	ib.
1418	38	Ioannes.	ib
1417	39	Ioannes,	ib.
1445	40	Io: Henricus de Tonſis,	ib.
1481	41	Antonius Carbonus.	ib.
1499	42	Io. Bapt. Bertucciolus.	ib.
1518	43	Gorus Gherius.	668
1528	44	Hercules Gonzaga.	ib.
1530	45	Coſmus Gherius.	ib.
1537	46	Petrus Bertanus.	ib.
1560	47	Hippolytus Capilupus.	669
1567	48	Franciſcus Ruſticuccius.	ib.
1587	49	Iulius Othinellus.	ib.
1603	50	Thomas Lapius.	ib.
1622	51	Franciſc.Boncompagnus.	670
1626	52	Iulius Sachetius.	ib.
1635	53	Hector Diotalievius.	ib.
1642	54	Alexander Caſtracanus,	ib.
1649	55	Io.Bapt.Alferius.	671
1678	56	Angelus Ranutius.	ib.
1688	57	Thaddæus Aloyſius del Verme.	ib.
1697	58	Io.Bapt.Giberti.	675

FERENTINORUM.

487	1	N. . . .	673
	2	Baſſus.	ib.
501	3	Innocentius;	ib.
555	4	Bonus.	ib.
	5	S.Redemptus.	674
591	6	Luminoſus.	ib.
649	7	Bonitus.	ib.
721	8	Agnellus.	ib.

An Chr.			Column.
761	9	Stephanus.	674
853	10	Hadrianus.	ib.
871	11	Ioannes.	ib.
879	12	Stephanus.	ib.
963	13	Romanus.	ib.
993	14	Dominicus.	ib.
998	15	Arfridus.	ib.
1015	16	Benedictus.	ib
1106	17	Auguſtinus.	ib.
1110	18	Placidus.	ib.
1138	19	S. Syro,	ib.
1138	20	Traſmundus.	ib.
1158	21	Ubaldus.	675
1161	22	Rodulphus.	ib.
1191	23	Berardus.	ib.
1203	24	Albertus Longus.	677
1176	25	Iacobus.	ib.
1297	26	Landulphus Rubeus.	678
1318	27	Philippus.	ib.
1344	28	Matthæus.	ib.
1350	29	Philippus,	ib.
1350	30	Petrus.	ib.
1372	31	Dionyſius.	ib.
1389	31	Albertus.	ib.
1392	33	Ioannes Panella.	ib.
1395	34	Nicolaus.	ib.
1409	35	Angelus.	ib.
	36	Gregorius,	ib.
1409	37	Sixtus.	ib.
1436	38	Antonius Buccabellus.	ib.
1445	39	Ioannes,	679
1453	40	Andreas.	ib.
1498	41	Petrus de Fineſtroſa.	ib.
1499	42	Franciſcus Philipperius.	ib
1510	43	Tranquill.de Macharatus.	ib.
1548	44	Sebaſtianus Pighius.	ib.
1550	45	Dionyſius de Roberiis.	ib.
1554	46	Aurel. de Theobaldeſchis.	ib.
1584	47	Sylvius Galaſſus.	ib.
1591	48	Horatius Cicceronus.	ib.
1603	49	Fabritius Campius.	ib.
1605	50	Domitius Morellus.	ib
1612	51	Eonius Philonardus.	ib.
1644	52	Æneas Spanocchius.	680
1658	53	Octavius Roncionus.	ib.
1677	54	Io. Carolus Antonellus.	ib.
1694	55	Valerianus Chierichellus.	ib.

FULGINATIUM.

58	1	S.Chryſpoldus.	682
95	2	Britius.	683
174	3	N. . . .	684
189	4	S.Felicianus.	ib.
254	5	N. . . .	685
296	6	Felicianus.	ib.
350	7	Paulus.	686
475	8	Urbanus.	ib.
498	9	Fortunatus.	ib.
516	10	S.Vincentius;	ib.
590	11	Candidus.	687
602	12	Iacobus.	ib.
676	13	Florus.	ib.
740	14	Euſebius.	ib.
830	15	Dorotheus.	688
850	16	Dominicus.	ib.
870	17	Honuphrius.	ib.
967	18	Benedictus.	ib.
995	19	Longinus.	ib.
1031	20	Henricus.	ib.
1047	21	Sigemannus.	689
1059	22	Actius.	ib.
1078	23	Bonfilius de Bonfiliis,	ib.
1099	24	Andreas.	692
1123	25	Marcus.	ib.
1138	26	Benedictus.	ib.
1155	27	Anſelmus.	696
1210	28	Ægidius.	697
1265	29	Paparonus.	699
1285	30	Bernardus.	700

An. Chr.			Column.
1296	31	Bartholomæus.	700
1307	32	Bartholomæus Guintoncini.	701
1326	33	Paulus Nalli.	ib.
1363	34	Raynaldus.	702
1364	35	Io. Angelettus.	ib.
1384	36	Io. è Popula.	ib.
1397	37	Honuphrius Trincius.	ib.
1403	38	Federicus Frezzius.	ib.
1417	39	Nicolaus Ferragatius.	703
1421	40	Gaſpar.	ib.
1423	41	Iacobus Berti.	ib
1438	42	Chriſtophor. Buſcharius.	704
1444	43	Antonius de Bologninis.	ib.
1461	44	Antonius Bettinus.	705
1486	45	Franciſcus Rota.	710
1489	46	Lucas Borſianus.	ib.
1522	47	Bernardinus Caravajal.	711
1523	48	Rodericus Caravajal.	ib.
1539	49	Fabius Vigil.	712
1540	50	Blaſius Palladius.	ib.
1547	51	Iſidorus Clarius.	ib.
1555	52	Sebaſtianus Porticus.	713
1556	53	Io. Angelus Mediceus.	ib.
1559	54	Io. Sorbellonus.	714
1560	55	Clemens Dolera.	ib.
1568	56	Thomas Orſinus.	ib.
1576	57	Hippolytus Boſcus.	715
1582	58	Troilus Boncompagnus.	ib.
1584	59	Conſtātinus Bargellinus.	716
1586	60	M. Ant. Biazonius.	ib.
1606	61	Franc. Simonetta.	ib
1612	62	Porphyrius Felicianus.	717
1634	63	Chriſtophorus Cajetanus.	ib.
1643	64	Ant. Montecatinus.	ib.
1669	65	M. Ant. Vicentinus.	718
1684	66	Io. Bapt. Pallotta.	ib.
1698	67	Iulius Troilus.	ib.
1712	68	Dondatius Alexius.	ib.

FUNDANORUM.

An. Chr.			Column.
	1	N. . . .	720
487	2	Vitalis.	ib
539	3	N . . .	ib.
585	4	S. Andreas.	ib
	5	Agnellus.	721
	6	Marſanus.	ib.
649	7	Palumbus.	ib.
680	8	Agnelius.	ib.
853	9	Aliperius.	ib
862	10	Ioannes.	ib
879	11	Simeon.	ib.
998	12	Rainerius.	723
1000	13	Oliverius.	ib.
1015	14	Ioannes.	ib.
1059	15	Marinus.	ib
1099	16	Guntardus.	ib
1100	17	Benedictus.	ib.
1136	18	Petrus.	ib.
1179	19	Ioannes.	ib.
1180	20	Daniel.	724
1199	21	Benedictus.	ib.
	22	Ioannes.	ib.
1210	23	Robertus.	ib
1289	24	Albertus.	727
1300	25	Leo.	ib.
1306	26	Iacobus.	ib.
1317	27	Blaſius.	ib.
1336	28	Petrus.	ib.
1342	29	Franciſcus.	ib.
1343	30	Franciſcus.	ib.
1343	31	Lambardus.	ib
1348	32	Leonardus Tacconius.	ib.
1363	33	Iacobus.	728
1368	34	Raymundus.	ib.
1391	35	Stephanus de Sardis.	ib
1399	36	Dominicus de Aſtallis.	ib.
1418	37	Benedictus.	731
1412	38	Marinus de Cayvano.	ib.
1445	39	Nicolaus de Fatiis.	731
1476	40	Petrus Cajetanus.	ib.
1500	41	Nicolaus Pellegrinus.	ib.
1520	42	Franciſcus.	ib.
1534	43	Iacobus Pellegrinus.	ib.
1537	44	Io. Angelus Pellegrinus	732
1555	45	Jo-Andreas Caffarellus.	ib.
1555	46	Fauſtus Caffarellus.	ib.
1567	47	Matthæus Guerra.	ib
1576	48	Pius Lotherius.	ib.
1592	49	Jo. Bapt. Comparinus.	ib.
1616	50	Lælius Veteranus.	ib.
1619	51	Auguſtinus Gandulphus.	ib.
1636	52	Mauritius Raganus.	ib.
1640	53	Jo: Petrus de Theano.	ib.
1662	54	Simon Oliverius.	ib.
1669	55	Philippus Alferius.	ib.
1693	56	Matthæus Gagliani.	ib.
1703	57	Victor Felix Couci.	733

HORTANORUM.

An. Chr.			Column.
330	1	Jo: Montanus.	734
363	2	S. Caſſianus.	ib.
	3	Leo.	ib.
502	4	Martianus.	735
592	5	Hubaldus.	ib.
	6	Blandus.	ib.
649	7	Julianus.	ib.
743	8	Maurinus.	ib.
761	9	Adam.	ib
826	10	Stephanus.	ib.
860	11	Arſenius.	ib.
	12	Zacharias.	ib.
897	13	Stephanus.	ib.
916	14	Petrus.	ib.
963	15	N. . . .	ib.
1005	16	Lambertus.	ib.
1027	17	Ioannes.	ib.
1036	18	Laudovinus.	ib.
1126	19	Rodulphus.	736
1179	20	Paulus.	ib.
1200	21	Paulus.	737
1222	22	N. . . .	ib.
1239	23	Tranſmundus.	ib.
1248	24	Joannes.	ib.
1254	25	Petrus.	ib.
1284	26	Conradus.	ib.
1296	27	Bartholomæus.	738
1298	28	Laurentius.	ib.
1334	29	Nicolaus Zabareſchius.	ib.
1362	30	Ioannes.	ib.
1365	31	Petrus.	ib.
1366	32	Ioannes.	ib.
1413	33	Paulus Albertius.	ib.
1420	34	Sancius.	ib.
1432	35	Valentinus.	ib.
1442	36	Lucas.	740
1443	37	Antonius Stella.	ib.
1445	38	Nicolaus Palmerius.	ib.
1467	39	Antonius.	741
1473	40	Pyrrhus Ajoſſa.	ib.
1486	41	Angelus Perhinolius.	ib.
1493	42	Henricus Brunus.	ib.
1498	43	Georgius Maccafanus.	ib.
1499	44	Ludovicus.	ib.
1503	45	Io. Brochardus.	ib.
1506	46	Franc. de Franciſchinis.	ib.
1525	47	Paulus Cæſius.	742
1537	48	Lucas Sabellus.	ib.
1538	49	Pomponius Cæſius.	ib.
1539	50	Scipio Bongallus.	ib.
1565	51	Nicolaus Perúſcus.	ib.
1582	52	Andreas Longus.	Ib.
1607	53	Hippolytus Fabianus.	743
1622	54	Angelus Gozadinus.	ib.
1653	55	Thaddæus Altinus.	ib

Reliquos vide in Caſtellanorum ſerie.

HUMANATENSIUM.

An. Chr.			Column.
465	1	Philippus.	743
553	2	Quodvultdeus.	ib.
598	3	Hadrianus.	ib
853	4	Sergius.	ib.
887	5	Robertus.	ib.
967	6	Benedictus.	ib.
1056	7	Guillelmus.	ib.
1059	8	Vido.	744
1169	9	Iordanus.	ib.
1233	10	N . . .	ib.
1247	11	N. . . .	745
1252	12	G. . . .	ib.
1254	13	Arnulphus.	ib.
1280	14	Bernardus.	ib.
1289	15	Gerardus.	ib.
1323	16	Petrus.	ib.
1338	17	Bonincontrus Thomæus.	ib
1343	18	Simeon Marcellinus.	ib.
1363	19	Sylveſter.	ib.
1386	20	Ioannes.	ib
1393	21	Antonius.	746
1393	22	Antonius.	ib.
1400	23	Hugo.	ib.

INTERAMNENSIUM.

An. Chr.			Column.
138	1	S. Peregrinus.	748
176	2	S. Anthimus.	ib.
203	3	S. Valentinus.	ib.
310	4	S. Proculus.	749
310	5	S Voluſianus.	ib.
342	6	S Syrus.	750
430	7	Anthemius.	ib.
436	8	Ælonius.	ib.
465	9	Prætextatus.	ib.
487	10	Conſtantinus.	ib.
490	11	Petrus.	ib.
499	12	S. Felix.	ib.
523	13	S. Valentinus.	ib.
542	14	S. Proculus:	ib.
554	15	Syrus.	751
558	16	Valentinus.	ib.
	17	S Caſſius.	ib.
565	18	S. Iuvenalis:	ib.
	19	Ioannes.	ib.
595	20	Projectitius.	ib.
605	21	Conſtantius.	ib.
606	22	Anaſtaſius.	ib.
653	23	Conſtantinus:	752
714	24	N. . . .	ib.
1217	25	Raynerius.	757
1254	26	Philippus.	760
1276	27	Petrus Saracinus.	ib.
1296	28	Raynaldus.	ib.
1297	29	Maſſæus.	ib.
1316	30	Andreas.	ib.
1319	31	Ægidius.	ib.
1323	32	Thomas.	ib.
1334	33	Gregorius.	ib.
1355	34	Thomas.	ib.
1359	35	Matthæus.	ib.
1389	36	Franciſcus.	ib.
1406	37	Ludovicus Mazzancollus.	ib.
1459	38	Franciſcus de Cuppinis.	762
1463	39	Ludovicus.	ib.
1472	40	Franciſcus Maria.	ib.
1474	41	Thomas.	762
1474	42	Barnabas.	ib.
1494	43	Io. de Fonſalida.	ib.
1498	44	Franciſcus.	ib.
1499	45	Ventura Bufalinus.	ib.
1504	46	Franciſcus Hiloris.	ib.
1506	47	Petrus de Bordonis.	ib.
1509	48	Aloyſios de Apera.	ib.
1520	49	Pompejus Columna.	ib.
1520	50	Sebaſtianus de Valentibus	ib.
1553	51	Io. Iacobus Barba.	ib

An. Chr.			Colum.
1565	52	Thomas Scotus.	764
1567	53	Mutius Calinus.	764
1570	54	Bartholomæus Ferrus.	764
1581	55	Hieronymus Perronus.	764
1591	56	Jo: Ant. Honoratus.	764
1606	57	Ludovicus Ripa.	764
1613	58	Clemens Gera.	764
1625	59	Coſmus Manuccius.	764
1633	60	Franciſcus Vitellius.	764
1636	61	Hippolytus Andreaſſus.	765
1646	62	Franciſcus Rapacciolus.	765
1656	63	Sebaſtianus Gentilis.	765
1667	64	Petrus Lanfranconus.	765
1675	65	Carolus Bonafaccia.	765
1684	66	Sperellus de Sperellis.	765
1698	67	Cæſar Sperellus.	765

LAURETANORUM.

1586	1	Franciſcus Cantuccius.	770
1586	2	Rutilius Benzonius.	770
1611	3	Auguſtinus Calaminus.	771
1621	4	Julius Roma.	771
1634	5	Amicus Panichius.	771

De cęteris conſule ſeriem Recanatenſiũ

LIPARENSIUM.

254	1	S Agatho.	773
530	2	Auguſtinus.	774
585	3	Agatho.	774
592	4	Paulinus.	774
595	5	N. . . .	774
660	6	Peregrinus.	774
700	7	N. . . .	774
787	8	Baſilius.	775
879	9	Samuel.	775
1157	10	Gilibertus.	778
1180	11	Stephanus.	778
1208	12	Anſelmus.	778
1220	13	Jacobus.	778
1229	14	Paganus.	778
1148	15	Raynaldus.	778
1250	16	Philippus.	778
1252	17	Bartholomæus Varellus.	778
1286	18	Pandulphus.	779
1304	19	Joannes.	779
1343	20	Vincentius.	779
1346	21	Petrus de Pernis.	779
1354	22	Petrus Thomaſius.	779
1358	23	Jo: Graſſeus.	780
1364	24	Franciſcus.	780
1372	25	Ubertinus Corleonenſis.	780
1392	26	Io: de Cauſſa.	780
1397	27	Franciſcus Gattulus.	780
1400	28	Antonius.	782
	29	Thomas.	782
1419	30	Antonius de Comite.	782
1432	31	Bartholomæus.	782
1476	32	Franciſcus de Stylo.	782
1489	33	Jacobus Carduinus.	782
1506	34	Franciſcus.	782
1514	35	Antonius Genonius.	782
1524	36	Petrus.	782
1532	37	Gregorius Magalottus.	782
1534	38	Baldus Ferratinus.	783
1554	39	Annibal Spatafora.	783
1554	40	Philippus Lancia.	783
1564	41	Antonius Juſtinianus.	783
1571	42	Petrus de Cancellariis.	783
1580	43	Paulus Bellarditus.	783
1585	44	Martinus.	784
1593	45	Io. Gonzales.	784
1599	46	Alphonſus Vitalis.	784
1618	47	Albertus Caccamo.	784
1627	48	Ioſeph Candidus.	784
1645	49	Auguſtinus Candidus.	787
1650	50	Benedictus Hieraceus.	787
1660	51	Adam Gentilis.	788
1663	52	Franciſcus Arata.	788
1691	53	Cajetanus de Caſtillo.	788
1694	54	Hieronym. Vintimiglia.	788
1710	55	Nicol. Maria Tedeſchi.	789

LUCENSIUM.

46	1	S. Paulinus.	791
69	2	S Valerius.	792
324	3	S. Theodorus.	793
346	4	Maximus.	793
359	5	Paulinus.	793
	6	Fullanus.	793
465	7	Felix.	794
546	8	Obſequentius.	794
	9	Geminianus.	794
560	10	S. Frigidianus.	794
588	11	Valerianus.	795
	12	Paternus.	795
	13	Piſanus.	795
	14	Vindicius.	795
	15	Probinus.	795
	16	Maximus.	795
	17	Aurelianus.	795
	18	Nurmoſus.	795
	19	Dicentius.	795
	20	Aventius.	795
	21	Abundantius.	795
	22	Laurentius.	795
649	23	Lætus.	795
680	24	Eleutherius.	795
685	25	Felix.	795
700	26	Balſarius.	795
714	27	Tapotperianus.	795
732	28	Vvalprandus.	795
780	29	Peredeus.	796
781	30	B Ioannes.	796
800	31	Iacobus.	797
819	32	Petrus.	ibid.
843	33	Berengarius.	ibid.
844	34	Ambroſius.	ibid.
852	35	Hieronymus.	ibid.
869	36	Gherardus.	798
896	37	Petrus.	799
934	38	Iacobus.	803
935	39	Conradus.	ibid.
967	40	Aghinus.	ibid.
968	41	Adalongus.	ibid.
981	42	Vido.	804
982	43	Theudigrimus.	ibid.
987	44	Iſalfredus.	ibid.
990	45	Gherardus.	805
1005	46	Rodilandus.	ibid.
1014	47	Grimiszus.	ibid.
1023	48	Ioannes.	ibid.
1056	49	Anſelmus Badagius.	807
1073	50	S Anſelmus.	813
1089	51	Gothifredus.	816
1098	52	Ringerius.	ibid.
1112	53	Rodulphus.	818
1118	54	Benedictus.	ibid.
1128	55	Ubertus.	820
1140	56	Otho.	ibid.
1146	57	Gregorius.	ibid.
1164	58	Plebanus.	ibid.
1166	59	Henricus.	ibid.
1875	60	Landus.	ibid.
1175	61	Guillelmus.	ibid
1196	62	Vvido.	821
1201	63	Robertus.	ibid.
1225	64	M.R.	ibid.
1227	65	Opizo.	823
1236	66	Guercius Teſta.	ibid.
1257	67	Henricus.	ibid.
1271	68	Paganellus.	ibid.
1272	69	Petrus Angelellius.	ibid.
1275	70	Paganellus.	ibid.
1300	71	Henricus.	ibid.
1330	72	Guillelmus Dulcinus.	ibid.
1349	73	Berengarius.	ibid.
1368	74	Guillelmus.	ibid.
1374	75	Paulus Gabriellius.	ibid.
1381	76	Antonius de Riparia.	ibid.
1383	77	Io Salvutius.	824
1394	78	Nicolaus Lazari.	ibid.
1436	79	Ludovicus de Maurinis.	825
1441	80	Balthaſar Mannus.	ibid.
1448	81	Stephanus de Trentis.	816
1477	82	Iacobus Ammannatus.	ibid.
1479	83	Nicol ex Com S Donnini.	ib.
1495	84	Felinus Maria Sandæus.	827
1503	85	Galeottus Franciottus.	828
1508	86	Sixtus Gara Roboreus.	829
1517	87	Leonardus Roboreus.	ibid.
1517	88	Raphael Riarius.	ibid.
1517	89	Franc. Sfortia Riarius.	ibid.
1546	90	Barthol. Guidiccionius.	ibid.
1549	91	Alex. Guidiccionius.	830
1600	92	Alex. Guidiccionius.	831
1637	93	M. Ant. Franciottus.	ibid.
1640	94	Io. Bapt. Raynoldus.	832
1650	95	Petrus Rota.	ibid.
1657	96	Hieronymus Bonviſius.	ibid.
1677	97	Iulius Spinula.	ibid.
1690	98	Franciſcus Bonviſius.	ibid.
1704	99	Horatius Philippus Spada	ib.
1714	100	Gioneſius Calchi.	ibid.

LUNENSIUM & SARZANENSIUM.

	1	S. Haberdeus.	834
	2	S. Terentius.	ibid.
501	3	Victor.	ibid.
553	4	Verecundus.	ibid.
690	5	S. Cechardus.	ibid.
	6	S. Venantius.	ibid.
	7	S. Baſilius.	ibid.
	8	S. Salarius.	ibid.
	9	Lucius.	ibid.
640	10	Lazarus.	ibid.
649	11	Thomas.	ibid.
680	12	Severus.	ibid.
	13	Lenthecorius.	ibid.
	14	Apollonius.	ibid.
826	15	Petroaldus.	835
867	16	Teudolaſius.	ibid.
	17	Gualcherius.	ibid.
900	18	Odelbertus.	ibid.
960	19	Anſelmus.	836
967	20	Adelbertus.	ibid.
981	21	Gotofredius.	837
1028	22	Vvido.	839
1059	23	Anſelmus.	840
	24	Guido.	ibid.
1089	25	Lazarus.	841
1095	26	Philippus.	ibid.
1124	27	Andreas.	ibid.
1130	28	Philippus.	844
1137	29	Gotifredus.	ibid.
1160	30	Andreas.	846
1168	31	Raynerius.	ibid.
1170	32	Pipinus de Arrighis.	ibid.
1179	33	Alexander.	ibid.
1183	34	Petrus.	ibid.
1193	35	Rolandus.	850
1196	36	Philippus.	ibid.
1198	37	Gualterus.	ibid.
1213	38	Marzucchus.	851
1221	39	Norandinus.	852
1224	40	Buttafava.	ibid.
1228	41	Guillelmus.	853
1241	42	Gotifredus.	ibid.
1273	43	Henricus de Fucechio.	ibid.
1296	44	Antonius.	ibid.
1312	45	Gerardinus Maleſpina.	854
1321	46	Barnabas Maleſpina.	ibid.
1338	47	Antonius de Fliſco.	ibid.
1344	48	Agapitus Columna.	ibid.
1344	49	Jordanus Columna.	ibid.
1351	50	Gabriel Maleſpina.	ibid.

An. Chr.			Columo.
1365	51	Antonius.	854
1378	52	Iacobus Campana.	855
1386	53	Franc de Lanus.	855
1390	54	Martinus Ferrarius.	855
1396	55	Io. Montunius.	855
1406	56	Iacobus de Rubeiſ.	855
1415	57	Franciſcus.	855
1465	58	Ant. Mar. Parentucellus.	855
1486	59	Thomas Bennetius.	855
1497	60	Sylveſter Benetius.	856
1537	61	Io. Franc. Paliaria.	856
1561	62	Simon Paſqus.	856
1565	63	Benedictus Lomellinus.	856
1572	64	Io Bapt. Biacellus.	856
1590	65	Io Bapt Salvagus.	856
1626	66	Io. Domin Spinula.	856
1637	67	Proſper Spinula.	856
1665	68	Io Bapt Spinula.	856
1695	69	Io Hieronymus Naſelli.	856
1710	70	Ambroſius Spinula.	856

MANTUANORUM.

808	1	Gregorius.	860
813	2	Erſulſus.	860
859	3	Io. Eginulphus.	861
933	4	Manaſſes.	861
945	5	Petrus.	861
951	6	Gulielmus.	861
997	7	Petrus.	861
685	8	Ioannes.	862
1017	9	Ifidrius.	862
1045	10	Martianus.	862
1054	11	Conon.	862
1056	12	Elifeus.	863
1078	13	Saphodomus.	863
1082	14	Ubaldus.	863
1106	15	Ugo.	863
1109	16	Manfredus.	863
1148	17	Hilaricus.	863
1148	18	Garſiodorus.	863
1170	19	Vido.	863
1176	20	Ioannes.	864
1182	21	Sigefredus.	864
1194	22	Henricus.	864
1220	23	Hugo.	864
1227	24	Pelizarius.	864
1231	25	Guidottus Corregius.	864
1238	26	Iacobus de Porta.	866
1252	27	B Martin de Caſaloldis.	867
1303	28	Philippus de Caſaloldis.	867
1303	29	Philippus deBonaccolsis.	868
1304	30	Iacobus.	868
1307	31	Sacramozus Gonzaga.	868
1310	32	Iacobus de Benefactis.	868
1338	33	Gothifredus.	868
1348	34	Rufinus.	868
1365	35	Guido Gonzaga.	868
1385	36	Sacramozus Gonzaga.	868
1390	37	Antonius de Ubertis.	868
1417	38	Io. de Ubertis.	869
1428	39	Matthæus Bonimpertus	869
1444	40	Galeatius Caurianus.	869
1466	41	Robertus Bonimpertus.	870
1466	42	Franc. Gonazga.	870
1483	43	Ludovicus Gonzaga.	870
1511	44	Sigiſmundus Gonzaga.	870
1520	45	Hercules Gonzaga.	872
1563	46	Fridericus Gonzaga.	873
1566	47	Franciſcus Gonzaga.	873
1566	48	Gregorius Boldrinus.	873
1578	49	Marcus Gonzaga.	874
1583	50	Alexander Andreaſſus.	874
1593	51	Franciſcus Gonzaga.	874
1620	52	Vincentius Agnellus.	875
1646	53	Maſſæus Vitalis.	875
1671	54	Ferdinandus Tiburtius.	875
1674	55	Io. Ludov. Cataneus.	875
1687	56	Henricus Vialardus.	875
1713	57	Alexander Arigonus.	875

An. Chr.			Column.

MARCI.

1156	1	Hunfridus.	876
1216	2	Andreas.	ibid.
1256	3	Marcus.	877
1256	4	Fabianus.	ibid.
1272	5	Mirabellus.	ibid.
1275	6	Petrus.	ibid.
	7	Franciſcus.	ibid.
1281	8	Marcus Mirabellus.	ibid.
1286	9	Manfredus.	878
1311	10	Thomas.	ibid.
1348	11	Bertuccius.	ibid.
1349	12	Ioannes.	ibid.
1380	13	Philippus.	ibid.
1399	14	Thomas.	979
1399	15	Dominicus.	ibid.
1400	16	Manerius.	ibid.
1404	17	Ludovicus Imbriacus.	ibid.
1435	17	Antonius.	ibid.
1473	19	Gotefredus.	ibid.
1484	20	Quintilius.	ibid.
1518	21	Aloyſius de Amato.	ibid.
1530	22	Aloyſius Alferius.	ibid.
1530	23	Coriolanus de Martyranis.	ib.
1557	24	Io Ant. de la Tolfa.	ibid.
1562	25	Petrus de la Tolfa.	ibid.
1562	26	Fabritius Landrianus.	ibid.
1566	27	Guillelmus Sirleius.	ibid.
1569	28	Organtious Scarola.	880
1572	29	Hyppolitus Boſchus.	ibid.
1576	30	Matthæus Guerra.	ibid.
1578	31	Io. Ant. Grinitus.	ibid.
1585	32	M. Antonius de Fuſo.	ibid.
1585	33	Io. Maria de Alexandris.	ibid.
1585	34	Franc. Ant. de Afflicto.	ibid.
1586	35	Antonius Meliorius.	881
1591	36	Ludovicus Alferius.	ibid.
1594	37	Io. Hieron. Piſanus.	ibid.
1602	38	Aurelius Novarinus.	ibid.
1607	39	Io. Vincentius Cantaccus.	ib.
1613	40	Gabriel Narius.	ibid.
1624	41	Io. Bapt. Indellius.	ibid.
1630	42	Consalvus Caputus.	ibid.
1633	43	Defendens Bruſarus.	ibid.
1648	44	Hyacinthus Cevolus.	ibid.
1652	45	Theodorus Fantonius.	882
1685	46	Antonius Papi.	ibid.
1688	47	Ferrus Ant. de Alexandro.	ib.
1694	48	Franc Maria Caraffa.	ibid.
1704	49	Matthæus Sibilla.	ibid.

MARSORUM.

	1	S. Marcus.	
240	2	S. Rufinus.	885
555	3	Ioannes.	888
649	4	Luminoſus.	ibid.
	5	Liduerſtus.	ibid.
968	6	Rotaris.	ibid.
970	7	Albericus.	ibid.
994	8	Quinſius.	889
1056	9	Actius.	ibid.
1056	10	Pandulphus.	ibid.
1096	11	Andreas.	891
1110.	12	S. Berardus.	892
1155	13	Bernardus.	902
1178	14	Benedictus.	904
1179	15	Zacharias.	905
	16	Thomas.	907
1198	17	Ingeamus.	ibid.
1230	18	Ioannes.	908
1236	29	N....	ibid.
1254	20	Cæſarius.	910
1254	21	Nicolaus.	ibid.
1275	22	S....	ibid
1276	23	Iacobus.	ibid.
1295	24	Iacobus Buſca.	911
1327	25	Petrus Ferrus.	911
1336	26	Thomas Cyprianus.	911
1348	27	Thomas.	ibid.
1353	28	Iacobus Puccius.	912
1363	29	Iacobus de Militibus.	ibid.
1365	30	Bernardus.	ibid
1380	31	Petrus.	ibid.
	32	Iacobus.	ibid.
1387	33	Gentilis.	ibid.
1398	34	Philippus.	ibid.
1418	35	Salvatus.	ibid.
1430	36	Thomas.	ibid.
1430	37	Sabas de Carbonibus.	ibid.
1446	38	Angelus Maccafanus.	ibid.
1477	39	Franc Maccafanus.	913
1471	40	Gabr Iacob. Maccafanus.	ib.
1498	41	Jacobus Maccafanus.	ibid.
1510	42	Jo. Dionyſius Maccafanus.	ib.
1533	43	Marcellus Creſcentius.	ibid.
1546	44	Franzinus Michaelius.	914
1548	45	Nicolaus de Vigiliis.	ibid.
1562	46	Jo Bapt. Milaneſius.	ibid.
1579	47	Matthæus Colles.	ibid.
1596	48	Barthol. Perettus.	915
1628	49	Balleonus Carradorus.	ibid.
1630	50	Mutius Columna.	ibid.
1632	51	Laurentius de Maximis.	ibid.
1648	52	Jo. Paulus Caccia.	ibid.
1650	53	Antonius de Gaſparis.	ibid.
1664	54	Didacus Petra.	ibid.
1680	55	Franc. Bernardinus Corradinus.	ibid.

MELPHITENSIUM.

1179	1	Joannes.	917
1208	2	N....	ibid.
	3	N....	ibid.
1271	4	Riccardus.	ibid.
1295	5	Paulus.	ib.
1316	6	Paſchalis.	ib.
1325	7	Alexander.	ib.
1336	8	Iacobus.	ib.
1344	9	Leo.	ib.
1375	10	Nicolaus.	ib.
1388	11	Simon Lopa.	918
1401	12	Io. Brancia.	ib.
1421	13	Petrus Piezius.	ib.
1427	14	Gentilis de Monte.	ib.
1433	15	Andreas de Rocca.	ib.
1473	16	Leonardus de Palmeriis.	ib.
1473	17	Io Bapt. Cybo.	ib.
1484	18	Angelus de Lacertis.	ib.
1508	19	Alexius Cæladoins.	ib.
1517	20	Ferdinandus Ponzettus.	ib.
1518	21	Iacobus Ponzettus.	919
1553	22	Nicolaus Majoranus.	ib.
1566	23	Majoranus de Majoranis.	ib.
1598	24	Offredus de Offredis.	ib.
1606	25	Io. Ant. Bovius.	ib.
1622	26	Hyacinthus Perronius.	ib.
1648	27	Io. Thomas Pinellus.	ib.
1670.	28	Franc. de Marinis.	ib.
1670	29	Carolus Loffredus.	920
1691	30	Petrus Vecchia.	ib.
1696	31	Domin Beliſarius de Bellis.	ib.
1701	32	Io. de Effectibus.	ib.
1714	33	Fabritius Salerno.	ib.

MELPHIENSIUM.

1059	1	Balduinus.	922
1097	2	Vvillelmus.	923
1155	3	Rogerus.	925
1179	4	Rodulphus.	ib.
1193	5	Guglielmus.	ib.
1202	6	Iacobus.	926
	7	R....	ib.
1213	8	Richerius.	929
1251	9	Rogerius.	ib.
1261	10	Guillelmus.	ib.
1266	11	Garverus.	ib.

An. Chr. Column.
1278 12 Franc. de Monaldis. 919
1280 13 Sinibaldus. ib.
1295 14 Saracenus. 930
1319 15 Conſtantinus. 931
1324 16 Guillelmus. ib.
1325 17 Alexander. 932
1328 18 Monaldus de Monaldis. ib.
1332 19 Iacobus. 933
1347 20 Petrus. ib.
1348 21 Jo. de Naſo. ib.
1349 22 Nicolaus. ib.
1349 23 Nicolaus Caracciolus. ib.
1363 24 Antonius. 934
1366 25 Pandulphus. ib.
1369 16 Franc. Sconditus. ib.
1381 27 Iacobus. ib.
1384 28 Antonius. 935
1403 29 Antonius. ib.
1412 30 Franc. Caroſius. 937
1418 31 Aſtorgius. ib.
1419 32 Jacobus Iniulanus. ib.
1425 33 Nicolaus Georgius. ib.
1431 34 Ciccius Palumbus. ib.
1437 35 Honuphrius Franciſcus. ib.
1450 36 Alphonſus Cola. 938
1472 37 Gaſpar Loffredus. ib
1481 38 Octavianus Bentivolus. ib.
1486 39 Franc Caracciolus. ib.
1498 40 Io. Borgia. ib.
1498 41 Io. Ferrerius. ib.
1499 42 Raphael Pedemontanus. 939
1519 43 Laurentius Puccius. ib.
1521 44 Iannotius Puccius. ib.
1537 45 Antonius Puccius. ib.
1537 46 Io. Vincentius Aquaviva. ib.
1546 47 Robertus Puccius. ib.
1547 48 Marinus Ruffinus. ib.
1550 49 Alexander Ruffinus. ib
1574 50 Gaſpar Cincius. 940
1590 51 Horatius Celſus. ib
1591 52 M. Ant. Amidanus. ib.
1591 53 Matthæus Bumanus. 940
1594 54 Placidus de Marra. ib.
1621 55 Deſiderius Scalia. 941
1622 56 Lazarus Caraffinus. ib.
1626 57 Deodatus Scalia. ib.
1644 58 Iacobus Raymundus. ib.
1645 59 Hieronymus Peregrinus. ib.
1648 60 Aloyſius Brancifortius. ib.
1666 61 Iulius Caracciolus. 941
1671 62 Thomas de Franchis. ib.
1696 63 Franciſcus Ant Triven. ib.
1697 64 Antonius Spinellus. ib.

MILITENSIUM.

1073 1 Arnulphus. 951
1077 2 Hioſphorus. ib.
1094 3 Gaufridus. ib.
1099 4 Eberardus. ib.
1100 5 G . . . . ib.
1119 6 Gaufridus. ib.
1123 7 Raynaldus. 852
1139 8 Stephanus. ib.
1168 9 Ard. . . 954
1175 10 Anſelmus. ib.
11 N . . . . ib.
1200 12 Petrus. ib.
1222 13 Rogerius. ib.
14 Rivibardus. ib.
1252 15 N . . . . ib.
1279 16 Dominicus. 955
1282 17 Deodatus. 955
1286 18 Saba. ib.
1298 19 Andreas. ib.
1311 20 Manfredus Gifonus. 956
1328 21 Gottofredus Fazarus. ib.
1348 22 Petrus de Valerianis. 957
1376 23 Thomas de Buccamungellis. ib.
1396 24 Henricus. 957
1398 25 Andreas d'Alagni. ib
1402 26 Conradus Caracciolus. ib.
1411 27 Aſtorgius Agnenſis. ib.
1413 28 Jacobus. ib.
1420 29 Antonius Strada. ib.
1421 30 Iacobus. 958
1435 31 Dominicus. ib.
1435 32 Antonius Sorbillus. ib.
1464 33 Cæſar Caietanus. ib.
1474 34 Narciſus. ib.
1478 35 Antonius. ib.
1480 36 Iacobus de Ruvere. ib.
1504 37 Franc. Alidoſius. ib.
1505 38 Franc Roboreus. ib.
1508 39 Andreas de Valle. ib.
1523 40 Quintius de Ruſticis. 959
1566 41 Innicus Davolus. ib.
1573 42 Io M de Alexandris. ib.
1585 43 M Ant. de Tufo. ib.
1608 44 Io. Bapt. Lenius. ib.
1611 45 Felix Centinus. ib.
1613 46 Virgilius Capponius. ib.
1631 47 Mauritius Centinus. ib.
1640 48 Gregorius Panzianus. 960
1662 49 Didacus Maurellus. ib
1681 50 Octavius Paravicinus. ib.
1696 51 Dom. Antonius de Bernardinis. 961

MONOPOLITANORUM.

1059 1 Deodatus. 961
1065 2 Smaragdus. ib.
1071 3 Petrus. ib.
1073 4 Romoaldus. ib.
1118 5 Nicolaus. 963
1144 6 Michael. 964
1176 7 Stephanus. 965
1187 8 Paganus. 967
1202 9 Guillelmus. ib.
1218 10 Matthæus. ib.
1227 11 Ioannes. ib.
1238 12 Guillelmus. 968
1255 13 Iulius. ib.
1282 14 Paſchalis. ib.
1286 15 Petrus. ib.
1288 16 Robertus. ib.
1309 17 Nicolaus. ib.
1312 18 Franciſcus. ibid.
1319 19 Paſchalis. ibid.
1336 20 Dionyſius. ibid.
1342 21 Marcus. ibid.
1347 22 Petrus. 969
1373 23 Joannes. ibid.
1382 24 Franciſcus Carbonus. ibid.
1385 25 Petrus. ibid.
1391 26 Jacobus. ibid.
1400 27 Marcus. ibid.
1404 28 Viſus de Afflicto. ibid.
1405 29 Otho Mormilius. ibid.
1413 30 Ioſue. ibid.
1431 31 Petrus. ibid.
1437 32 Antonius de Pede. ibid.
1456 33 Alexander Manfredus. ibid.
1485 34 Urbanus Caragnous. 973
1508 35 Michael Claudius. ibid.
1515 36 Theodorus Pius. ibid.
1546 37 Octavianus Præconius. ibid.
1561 38 Fabius Pignattellus. 974
1572 39 Alphonſus Alvarez. ibid.
1577 40 Antonius Portius. ibid.
1598 41 Joannes Lopez. ibid.
1608 42 Jacobus Macedoneus. ibid.
1627 43 Julius Maſius. ib.
1640 44 Franciſcus Surgentius. ib.
1654 45 Benedictus de Herrera. ib.
1664 46 Joſeph Cavallerius. ib.
1697 47 Carolus Tilli. ib.
1698 48 Cajetanus Andrea. ib.
1704 49 Alphonſus Franciſcus. 974
Dominguez. ib.
1707 50 Nicolaus Centomani. ib.

MONTEFLASCONENSIU ET CORNETANORUM

1376 1 Petrus de Arzenſis. 985
1381 2 Nicolaus. 985
1398 3 Antonius. 986
1404 4 Andreas Goidius. 986
1412 5 Antonius. 986
1429 6 Dominicus. 986
1432 7 Petrus Antonius. 986
1436 8 Petrus de Otto. 986
1438 9 Valentinus. 986
1438 10 Barthol. Vitelleſchus. 986
1441 11 Franciſcus de Materio. 987
1463 12 Angelus Vitelleſchus. 987
1470 13 Gisbertus Ptolomæus. 987
1477 14 Albertus Ptolomæus 987
15 Dominicus de Ruvere. 987
1496 16 Seraphinus Panulpharius. 987
1499 17 Io. Ptolomæus. 987
1499 18 Alexander Farneſius. 987
1519 19 Laurentius Puccius. 987
1519 20 Raynuccius Farneſius. 987
1548 21 Vido Sfortia. 988
1548 22 Vbaldinus Bandinellus. 988
1551 23 Achilles Graſſius. 988
1555 24 Carolus Graſſius. 988
25 Alexander Farneſius. 989
1572 26 Ferrantes Farneſius. 989
1573 27 Franciſcus Guiniſius. 989
1578 28 Vincentius Fucherius. 989
1580 29 Hieronymus Bentivolus. 989
1601 30 Paulus Æmilius Zachias. 989
1605 31 Laudivius Zachias. 989
1630 32 Gaſpar Cechinellus. 990
1666 33 Paulutius Paulutius. 990
1671 34 Dominicus de Maximis. 990
1687 35 M. Ant. Barbadicus. 990
1706 36 Sebaſtianus Bonaventura. 990

MONTIS ILCINENSIVM.

1461 1 Jo. Chinugius. 995
1470 2 Thomas Piccolomineus. 996
1483 3 Auguſtinus Patritius. 996
1496 4 Franc. Piccolomineus. 996
1498 5 Hieron. Piccolomineus. 996
1510 6 Hieron. Piccolomineus. ib.
1535 7 Alexander Piccolomineus. ib.
1554 8 Fran. Mar. Piccolomineus. ib.
1600 9 Camillus Burgheſius. ib.
1607 10 Marius Coſſus. ib.
1619 11 Hippolytus Burgheſius. 997
1637 12 Scipio Tancredus. ib.
1641 13 Alexander Sergardus. ib.
1652 14 Antonius Bichius. ib.
1656 15 Laurentius Martinozzus. 998
1664 16 Fabius de Vecchiis. ib.
1688 17 Romualdus Tancredi. ib.
1695 18 Ioſeph Maria Borgognini. ib.

MONTIS PELUSII.

1123 1 Leo. 999
1451 2 Antonellus. ib.
1460 3 Antonius de Joannetto. ib.
1463 4 Rogerus. ib.
1477 5 Martinus Sotomaior. ib.
1480 6 Donatus. ib.
1480 7 Antonius. ib.
1482 8 Iulius Cantelmus. ib.
1495 9 Berardus de Carninis. ib.
1498 10 Marcus Coppola. ib.
1528 11 Auguſtinus Landulphus. ib.
1532 12 Jo. Dominicus de Cupis 1000

An. Chr.			Column.
1537	13	Bernard. Tempeſtinus.	1000
1540	14	Petrus Martinus.	ib.
1546	15	Paulus de Cupis.	ib.
1548	16	Aſcanius Ferrerius.	ib.
1550	17	Vincentius Ferrerius.	ib.
1561	18	Aloyſius de Coperia.	ib.
1578	19	Lucius Marania.	ib.
1592	20	Gioja Dragomannus.	ib
1596	21	Camillus Scribonius.	ib.
1600	22	Hippolytus Maſſarinus.	ib.
1605	23	Franciſcus Peruſcus.	1001
1615	24	Thomas Sanfelicius.	ib.
1621	25	Honufrius Griſarius.	ib.
1623	26	Didacus Merious.	ib.
1626	27	Theodoricus Pelleonius.	ib.
1637	28	Gaudius Caſtelli.	ib.
1638	29	Attilius Urſinus.	ib.
1654	30	Philippus Cæſarini.	ib.
1674	31	Raphael Riarius.	ib.
1684	32	Fabritius Suſanna.	ib.
1706	33	Antonius Ayello.	1002

MONTIS POLITIANI.

1561	1	Joannes Riccius.	1003
1562	2	Spinellus Bencius.	1004
1597	3	Synulphus Bencius.	5005
1600	4	Saluſtius Taruſius.	ib.
1607	5	Robertus Ubaldinus.	ib.
1622	6	Alexander Stupha.	1006
1640	7	Talentus de Talentis.	ib.
1652	8	Leonardus Datus.	ib.
1652	9	Marcellus Cerrinus.	ib.
1663	10	Aoronius Cerrinus.	ib.
1707	11	Callixtus Lodigeri.	ib.
1710	12	Franc.Mar.Arrighi.	ib.

NARNIENSIUM.

369	1	S. Juvenalis.	5008
376	2	Maximus.	1010
425	3	Pancratius.	ib.
470	4	Hercules.	ib.
493	5	Pancratius.	ib.
500	6	Vitellianus.	ib.
545	7	S.Proculus:	ib.
587	8	S.Caſſius.	1011
558	9	S.Juvenalis.	1012
	10	Joanes.	ib.
565	11	Projectitius.	ib.
595	12	Conſtantius.	ib.
606	13	S.Anaſtaſius.	2013
680	14	Deuſdedit.	ib.
721	55	Vilaris.	ib.
813	16	Stephanus.	ib.
871	17	Martinus.	ib.
940	18	Joannes.	ib.
960	19	Sergius.	ib.
1015	20	Stephaous.	ib.
1028	21	Dodonus.	ib.
1050	22	Martinus.	1014
1092	23	Rodulphus.	ib.
1101	24	Auguſtinus.	ib.
1146	25	N	ib.
1158	26	Petrus.	ib.
1179	27	Mazzius.	1016
5180	28	Bonifacius.	ib.
1220	29	Joannes.	ib.
1222	30	Gregorius.	1017
1242	31	Iacobus Manſuetus.	1018
	35	Florentius.	ib.
1278	33	Orlandus.	ib.
1315	34	Petrus.	ib.
1324	35	Amantius.	ib.
1337	36	Linus.	ib.
1343	37	Auguſtinus Finaccius.	ib.
1367	38	Guillelmus.	ib.
1371	39	Lucas Bertinus.	ib.
1378	40	Iacobus Ptolomæus.	ib.

An. Chr.			Column.
1387	41	Franc.de Bellantibus.	1019
1407	42	Iacobus.	ib
1408	43	Angelus.	ib.
1414	44	Donadeus.	ib.
1418	45	Iacobus.	ib.
1455	46	Lælius.	ib.
1471	47	Conſtantius.	ib.
1471	48	Carolus de Buccardis.	ib.
1498	49	Petrus Gormaz.	1020
1517	50	Franciſcus Soderinus.	ib.
1517	51	Ugolinus Martellus.	ib.
1523	52	Carolus Soderious.	ib.
1554	53	Paulus Cæſius.	ib.
1554	54	Barthol.Cæſius.	ib.
1537	55	Alesander Sfortia.	ib.
1538	56	Ioannes Raynaldus.	ib.
1546	57	Petrus Donatus Cæſius.	ib.
5566	58	Romulus Cæſius.	1021
5578	59	Herulus de Herulis.	ib.
1601	60	Io.Bapt.Tuſcus.	ib.
1606	61	Io.Beroſus.	ib.
1632	62	Laurentius Azzolinus.	ib.
1634	63	Paulus Buccerellus.	1022
1656	64	Raymundus Caſtelli.	ib.
1670	65	Octavius Avius.	ib.
1682	66	Ioſeph Felix Barloccius.	ib.
1690	67	Franc.Picharellus.	ib.
5709	68	Franciſcus Xaverius Guicciardi.	ib.

NEPESINORUM.

46	1	S.Romanus.	1024
	2	S.Milionus.	ib.
421	3	S.Eulalius.	ib.
465	4	Projectitius.	ib.
501	5	S.Felix.	ib.
595	6	Paulus.	1025
	7	Gratioſus.	ib.
680	8	Theodorus.	ib.
721	9	Georgius.	ib.
743	10	Ioannes.	ib.
816	11	Gratioſus.	ib.
853	12	Benedictus.	ib.
868	13	Stephanus.	ib.
945	14	Sergius.	ib.
963	15	Ioannes.	1028
989	16	Ioannes.	ib.
1015	17	Creſcentius.	ib.
1160	18	Otho.	ib.
1126	19	Benedictus.	ib.
1150	20	Humbertus.	ib.
1179	21	Martinus.	1029
1186	22	Bernardus.	ib.
1210	23	Gerardus.	ib.
1218	24	N. . . .	ib.
1256	25	Amatus:	ib.
1278	26	Laurentius.	ib.
1578	27	Thomas.	ib.
1285	28	Luitardus.	ib.
1597	29	Angelus.	ib.
1302	30	Paulus.	ib.
1317	31	Ioannes.	ib.
1322	32	Gentilis Bentivenga.	ib.
1338	33	Iacobus de Cancellariis.	ib.
1358	34	Bonifacius de Cetto.	1030
1374	35	Petrus Seinus.	ib.
1378	36	Lucas.	ib.
1391	37	Petrus.	ib.
1391	38	Bonifacius Cepti.	ib.
1393	39	Sanctes.	ib.
1396	40	Petrus.	ib.
1400	41	Iacobus Palviſi.	ib.
1400	42	Franciſcus.	ib.
1433	43	Petrus de Orto.	ib.
1436	44	Lucas Tartarus.	1031
1447	45	Iacobus.	1032
1453	46	Angelus Alterius.	ib.
5472	47	Baptiſta Pontinus.	ib.
1484	48	Andreas.	ib.

An. Chr.			Column.
1489	49	Barthol Flores.	1032
1495	50	Franciſcus à Caſſia.	ib.
1497	51	Antonius Torres.	ib.
1497	52	Zanardus Bagarottus.	ib.
1503	53	Antonius de Alberiis.	ib.
1506	54	Io.Iacobus Brunus.	ib.
1507	55	Paulus Æmilius Brunus.	ib.
1517	56	Iacobus Bongallus.	ib.
1538	57	Iacobus Simonetta.	1033
1539	58	Pomponius Cæſius.	ib.
1542	59	Petrus Ant.de Angelis.	ib.
1553	60	Ant Simeonius.	ib.
1556	61	Michael Gislerius.	ib.
1560	62	Hieron.Galeratus.	ib.
1565	63	Tiberius Criſpus.	ib.
1566	64	Ægidius de Valentibus.	ib.
1568	65	Camillus Campegius.	1034
1569	66	Donatus Stampa.	ib.
1575	67	Alexius Stradella.	ib.
1580	68	Horatius Mo[illegible]us.	ib.
1604	69	Thaddæus Sa[illegible]us.	ib.
1616	70	Dionyſius de Martinis.	ib.
1627	71	Sebaſtianus de Paulis.	ib.
1643	72	Barthol Vanninus.	ib.
1654	73	Marcellus Anania.	1035
1670	74	Iulius Spinula.	ib.
1678	75	Iacobus Bona.	ib.
1681	76	Stephanus Ricciardus.	ib.
1685	77	Franciſcus Iuſti.	ib.
1694	78	Savus Millinus.	ib.
1701	79	Ioſeph Ciantes.	ib.
1709	80	Vincentius Vecchiarelli.	ib.

NERITONENSIUM.

1413	1	Io. de Epiphaniis.	1047
1453	2	Io. Barella.	1048
1436	3	Stephanus Pendinellus.	ib.
1451	4	Ludovicus de Pennis.	1049
1484	5	Ludovicus Iuſtinus.	ib.
1491	6	Gabriel Setarius.	ib.
1507	7	Antonius de Laris.	1051
1517	8	Aloyſius de Aragonia.	ib.
1518	9	Nicolaus Melchinius.	1052
1515	10	Marcus Cornelius.	ib.
1521	11	Jac Ant Acquaviva.	1052
1532	12	Jo Dom.de Cupis.	1053
1536	13	Io.Bapt.Aquaviva.	ib.
1569	14	Ambroſius Salvius.	1054
1577	15	Cæſar Bovius.	ib.
1583	16	Fabius Fornarius.	1055
1627	17	Lælius Landus.	ib.
1611	18	Aloyſius de Franchis.	1056
1617	19	Hieron Franchus.	1057
1635	20	Fabius Ghiſius.	1058
1652	21	Calaninus à Caja.	1059
1656	25	Hieron.de Choris.	1060
1669	23	Thomas [illegible].	ib.
1678	24	Horatius Fortunatus.	1061
1707	25	Antonius Sanfelicius.	1062

NUCERINORUM.

402	1	Felix.	5065
498	2	Cęlius Laurentius;	ib.
501	3	Aprilis.	ib
599	4	S.Facundious.	ib
816	5	Luitardus.	ib
844	6	Rampertus.	ib
887	7	Severinus.	ib
900	8	Benedictus.	106[illegible]
967	9	Julianus.	i.
986	10	Gilbertus;	i.
1007	11	Albertus.	ib
1012	12	Romanus.	ib
1059	13	Ludovicus.	ib
1110	14	Auguſtinus.	ib
1155	15	Locharius.	ib
1144	16	Monaldus.	ib
1164	17	Offredus.	ib

An.Chr.			Column
1161	18	Anſelmus.	1066
1196	19	Ugo.	ib.
1218	20	B.Raynaldus.	ib.
1223	21	Pelagius.	1067
1228	22	Conſtanſius.	ib.
1230	23	Bevegnates.	ib.
1243	24	N. . . .	ib.
1252	25	Guido Neguſaotius.	ib.
1252	26	Bernardus.	ib.
1254	27	B.Philippus ;	ib.
1285	28	Fidemundus.	1068
1288	29	Ioannes.	ib.
1327	30	Alexander Vinciolus.	ib.
1363	31	Lucas Rodulphuccius.	ib.
1397	32	Sentius.	1069
1404	33	Andreas à Monte Falco.	ib.
1416	36	Io Th de Margantibus.	1070
1438	35	Antonius Bologninus.	ib.
1444	36	Io Marcolinus.	ib.
1465	37	Antonius Viminalis.	ib.
1471	38	Iacobus Minutulus.	ib.
1481	39	Io.Cerretanus.	1071
1492	40	Iacobus de Breuſqueth.	ib.
1498	41	Matthæus Baldeicus.	ib.
1508	42	Ludovicus Clodius.	ib
1514	43	Varinus Favorinus.	ib.
1521	44	Angelus Coloccius.	1072
1545	45	Hieron. Mancllius.	1073
1592	46	Robertus Perbenedictus	ib.
1605	47	Virgilius Florentius.	1074
1645	48	Horatius Iuſtinianus.	ib.
1646	49	Mutius Montanus.	ib.
1669	50	Io. Bapt de Amatis.	ib.
1690	51	Marcus Battaglini.	ib.
1690	52	Alexander Borgia.	ib.

PAPIENSIUM

46	1	S. Syrus.	1076
96	2	S.Pompeius.	1077
100	3	S.Iuventius.	.b
144	4	S. Profuturus.	ib.
158	5	S Obedianus.	ib.
180	6	Leontius.	ib.
183	7	S.Urſicinus.	ib.
216	8	S Criſpinus.	1078
253	9	S.Felix.	ib.
256	10	Maximus.	ib.
270	11	S. Epiphanius.	ib.
275	12	S Criſpinus.	ib.
306	13	S.Dalmatius.	ib
310	14	S.Anaſtaſius.	ib.
333	15	Thomas.	ib.
354	16	Albachius.	ib.
358	17	Hilarius.	ib.
377	18	S.Invensius.	1079
405	19	Tibaldus.	ib.
424	20	Marcellinus.	ib.
432	21	S Criſpinus.	ib.
466	22	s. Epiphanius.	ib
498	23	s. Maximus.	1080
511	24	s. Ennodius.	ib.
521	25	Paulus.	1081
548	26	Pompejus.	ib.
580	27	Severus.	ib.
615	28	Bonifacius.	ib
628	29	Laurentius.	ib.
633	30	Magnus.	ib.
668	31	s. Anaſtaſius.	1082
680	35	s. Damianus.	ib.
712	33	s. Armentarius.	1083
730	34	Mauritius.	ib.
734	35	Anaſtaſius.	ib.
737	36	Theodorus.	ib.
751	37	s. Petrus.	ib.
766	38	S.Theodorus.	1084
778	39	Auguſtinus.	ib.
778	40	S.Hieronymus.	ib.
791	41	Ubaldus.	ib.
795	42	Petrus.	ib.
801	43	s.Ioannes.	1084
814	44	Sebaſtianus.	ib.
817	45	Deodatus.	ib.
830	46	Lnitardus.	ib.
864	47	s.Luitfredus.	ib.
874	48	Ioannes.	1085
879	49	Guido.	1087
884	50	Ioannes.	ib.
925	51	Leo.	1088
929	52	Innocentius.	ib.
939	53	Litefredus.	ib.
966	54	Petrus Canepanova.	ib.
984	55	Guido Currius.	ib.
1008	56	Ubertus Saccherius.	ib.
1015	57	Raynaldus.	ib.
1024	58	Euſebius.	1089
1026	59	Guido.	ib.
1028	60	Raynaldus Caſatius.	ib.
1057	61	Henricus Aſtatius.	ib.
1060	62	Aldaricus.	ib.
1073	6	Guillelmus.	ib.
1103	64	Guido.	1090
1110	65	Bernardus Lunatus.	ib.
1133	66	Petrus.	1091
1140	67	Alphonſus.	ib.
1146	68	Conradus.	ib.
1148	69	Petrus Toſcanus.	ib.
1178	70	s Lanfrancus Beccarius.	1092
1198	71	s.Bernardus Balbus.	1097
1213	72	Rodobaldus Sangregorius.	ib.
1215	73	Gregorius Creſcentius.	ib
1229	74	s.Fulco Scotus.	1098
1230	75	Rodobaldus Cipolla.	1099
1256	76	Gullielmus Canetus.	1100
1272	77	Guido Taccius.	ib.
1294	78	Otho Beccaria.	ib.
1295	79	Guido Langaſchius.	ib.
1311	80	Iinardus Tacconius.	1101
1320	81	Io.Beccaria.	ib
1323	82	Carantes Sannazārius.	ib.
1329	83	Io.de Fulgoſiis.	ib.
1342	84	Matthæus de Riboldis.	ib.
1343	85	Petrus Spelta.	ib.
1358	86	Alcherius de Alcheriis.	ib.
1363	87	Franciſcus Subripa.	ib.
1386	88	Guillelmus Centautia.	ib.
1402	89	Petrus Graſſius.	1102
1427	90	Franciſcus Piccolpaſſus.	ib.
1435	91	Henricus Rampinus.	ib.
1443	95	Bernardus Candianus.	ib.
1446	93	Iacobus Borromæus.	1102
1454	94	Io.Caſtillioneus.	ib.
1460	95	Iacobus Ammannatus.	1103
1479	96	Aſcanius Maria Sforria.	1104
1505	97	Franc. Alidoſius.	1105
1511	98	Ant. Maria de Monte.	1106
1520	99	Jo: Maria à Monte.	1106
1530	100	Jo: Hieron Rubeus.	1106
1564	101	Hippolytus Rubeus.	1107
1591	102	Alexandes Saulius.	1109
1593	103	Franc Gonzaga.	ib.
1593	104	Guillelmus Baſtonus.	ib.
1609	105	Io.Bapt.Bilius.	ib.
1617	106	Fabritius Landrianus.	ib.
1639	107	Io Bapt Sfondratus.	1110
1648	108	Franciſcus Bilius.	ib.
1659	109	Hieron. Melitius.	ib.
1672	110	Laurentius Trotti.	ib.
1695	111	Jacobus Antonius Morigia.	ib.
1711	112	Auguſtinus Cuſanus.	ib.

PENNENSIUM & HADRIENSIUM.

	1	S.Patras.	1112
499	2	Romanus.	ib.
817	3	Amideus.	ib.
844	4	Iacobus.	1113
868	5	Giraldus.	1113
872	6	Helmanrius.	ib.
962	7	Gadulfus.	ib
963	8	Joannes.	1114
1055	9	Berardus.	1115
1057	10	Joannes.	ib.
1061	11	Pampus.	1116
1112	12	Guibertus.	1117
1415	13	Grimaldus.	1118
1170	14	Odoriſius.	1120
1190	15	Otto.	1112
1200	16	Gualdericus.	1130
1215	17	Anaſtaſius de Venantiis.	1132
1227	18	Gualterius.	1133
1252	19	Beraldus.	1138
1264	20	Gualderius.	1146
1268	21	Berallus.	1147
1285	22	Leonardus Cajus.	ib.
1302	23	Bernardus.	1147
1321	24	Raymundus.	ib.
1354	25	Guilelmus de S. Victore.	ib.
1326	26	Nicolaus.	ib.
1352	27	Marcus Ardinghellus.	1149
1361	28	Joſoſus.	ib.
1370	29	Bernabo Maleſpina.	ib.
1390	30	Auguſtinus.	ib.
1391	31	Petrus Scala.	ib.
1393	32	Antonius.	ib.
1413	33	Petrus.	ib.
1413	34	Jacobus de Turdis.	ib
1420	35	Delphinus Gozadinus.	1149
1433	36	Io.de Polena.	1150
1454	37	Iacobus Benedictus.	ib.
1456	38	Amicus de Bonamicitia.	ib
1482	39	Antonius Probus.	ib
1482	40	Troylus Agneſius.	ib.
1495	41	Matthæus de Iudicibus.	ib
1495	42	Felinus Sandæus.	ib.
1502	43	Nicolaus Piccolomineus.	ib.
1503	44	Bapt. Cantalicius.	ib.
1514	45	Valentinus Cantalicius.	ib.
1551	46	Leonellus Cibo.	ib.
1564	47	Thomas Conſuberius.	1151
1561	48	Iacobus Guidius.	ib.
1568	49	Paulus Odeſcalcus.	ib.
1572	50	Io.Bapt.de Benedictis.	ib.
1591	51	Horatius Montanus.	1152
1599	52	Thomas Balbanus.	ib
1621	53	Sylveſter Andreottius.	ib.
1648	54	Franciſcus Maſſucci.	ib.
1657	55	Gaſpar Bargus.	ib
1661	56	Exuperantius Raffaellus.	ib.
1668	57	Ioſeph Spinuccius.	ib.
1696	58	Vincentius Maria de Rubeis.	ib.
1698	59	Fabritius Maſſæjus.	1153

PERUSINORUM.

57	1	s Herculanus.	1156
245	2	s.Conſtantius.	1156
253	3	Decentius.	ib
304	4	Iulianus.	ib
499	5	Maximilianus.	ib
534	6	Herculanus.	ib.
555	7	Joannes.	1157
576	8	Habentius.	ib.
593	9	Venantius.	ib.
648	10	Laurentius.	ib.
680	11	Benedictus.	ib.
700	12	s. Aſclepiadorus.	ib.
743	13	Gaudentius.	ib.
761	14	Epiphanius.	1159
826	15	Theodoricus.	ib.
853	16	Benedictus.	ib.
887	17	Deobaldus.	ib.
936	18	Rogerius.	ib.
965	19	Honeſtus.	ib.
964	20	Inannes.	ib.

An. Chr.			Column.
999	21	Conon.	1158
1032	25	Andieas.	1159
1048	23	Leo.	1160
1052	24	Oiicharius.	ib.
1059	25	Gothifredus.	ib.
	26	Petius.	ib
1120	27	Ianuarius.	ib.
1127	28	Rodulphus;	ib.
1140	29	Andreas,	ib.
1146	30	Ioannes.	Ib.
1154	31	Rodulphus,	ib.
1179	32	Vivianus.	ib.
1208	33	Ioannes.	1161
1231	34	Salvus de Salvis,	ib
1244	35	Benedictus.	ib.
1146	36	Frigerius.	ib.
1254	37	Bernardus Carius.	ib.
1288	38	Ioannes.	1162
1290	39	Bulgarus Montemellinius.	ib.
1312	40	Franc Poggius,	ib.
1311	41	Ugolinus.	ib.
1338	42	Franc. Grananus.	1163
1353	41	Andreas Bontempus.	ib.
1390	44	Auguſtinus.	ib.
1404	45	Adoardus Michelottus.	ib.
1413	46	Antonius Michelottus.	ib
1435	47	Io. And Balconius.	ib.
1449	48	Iacobus Vannuccius.	1164
1482	49	Dionyſius Vannuccius.	ib.
1491	50	Hieronymus Balbanus.	ib.
1492	51	Ioannes Lopes.	ib.
1499	52	Franc. Gazzetta.	ib.
1501	53	Troylus Balconius.	ib.
1506	54	Antonius Ferrerius.	1165
1508	55	Matthæus Ubaldus.	ib.
1506	56	Auguſtinus Spinola.	ib.
1518	57	Carolus Spinola.	1169
1535	58	Iacobus Simonetta.	ib.
1539	59	Franc Bernardinus Simonetta.	1170
1550	60	Fulvius Cornæus.	ib.
1553	61	Hippolytus Cornæus.	ib.
1554	62	Iulius Oradinus.	ib.
1574	63	Franc. Boſſius.	1171
1579	64	Vincentius Herculanus.	ib.
1586	65	Ant. Mar Gallus.	ib.
1591	66	Napoleo Comitulus.	1172
1624	67	Coſmus Torres.	ib.
1634	68	Benedictus Ubaldus.	ib.
1644	69	Horatius Moualdus.	1173
1659	70	M. Ant. de Oddis.	ib.
1669	71	Lucas Albertus.	ib.
1701	72	Ant. Felix de Maniliis.	ib.
1711	73	Vitalis de Bobus.	ib.

PIENTINORUM.

1462	1	Io. Chinugius.	1177
14 0	2	Thomas de Teſta.	1178
1483	3	Auguſtinus Patritius.	ib.
1496	4	Franc. Piccolomineus.	ib.
1498	5	Hieron. Piccolomineus.	ib.
1510	6	Hieron Piccolomineus.	1179
1528	7	Alexander Piccolomineus	ib.
1554	8	Franc Mar Piccolomineus.	ib.
1599	9	Giojas Disgomanus.	ib.
1631	10	Scipio Elcius.	ib.
1636	11	Hippolytus Burgheſius.	ib.
1637	12	Io. Spennatius.	ib.
1664	13	Iucundes Turaminus.	1180
1665	14	Io. Checconus.	ib.
1668	15	Hieron. Burgheſius.	ib.
1698	16	Antonius Forteguerra.	ib.
1714	17	Alcanius Sylveſtil.	ib.

RAVELLENSIUM.

1086	1	Urſus Papicius.	1182
1094	2	Conſtantinus Rogadeus.	1183
1150	3	Io. Ruffulus.	1184
1210	4	Pantaleus Pironti.	1187
1220	5	Leo Rogadeus.	ib.
1237	6	N	1188
1284	7	Petrus.	ib
1286	8	Ptolomæus.	ib.
1291	9	Otho Ioannes.	ib.
1313	10	Franc. Caſtaldus.	ib.
1363	11	Sergius Griſonus.	ib.
1397	12	Robertus Ruffius.	1189
1397	13	Andreas.	ib.
1400	14	Peregrinus Rofulus.	ib
1401	15	Ludovicus Apendiranus.	ib.
1409	16	Nicolaus de Doncellis.	ib.
1413	17	Aſtorgius.	ib.
1413	18	Martinus.	ib.
1418	19	Bened de Pradoxis.	ib.
1427	20	Ioannes.	ib.
1429	21	Gaufridus de Porteriis.	1191
1435	22	Laurentius.	ib.
1439	23	Laurent. de Ricciis.	ib
1455	24	Nicolaus Campanile.	ib.
1456	25	Domin Mercarius.	ib.
1489	26	Coſmus Serarius.	ib.
1506	27	Franc. Lavellus.	ib.
1509	28	Nicolaus.	ib.
1509	29	Godeſcalchus.	ib.
1518	30	Serenus de Aſtoriis	ib
1529	31	Bernardinus Soranus.	ib.
1536	32	Franc. Quignonus.	ib.
1537	33	Antonius Lunellus.	ib
1541	34	Io. Mohedanus.	ib.
1549	35	Ludovicus Beccatellus.	ib.
1555	36	Hercules Tambuſius.	1192
1570	37	Paulus Fuſchus.	ib.
1578	38	Æmilius Scatareticus.	ib
1591	39	Paulus de Curtis.	ib.
1600	40	Ant. de Franchis.	ib.
1603	41	Franc. Bennius.	1193
1617	42	Michael Bonius.	ib.
1624	43	Honuphrius Verme.	ib.
1637	44	Cœleſtinus Puccitellus.	ib.
1643	45	Bernardinus Pannicola.	ib.
1667	46	Ioſeph Sagetius.	1194
1694	47	Aloyſius de Capua.	ib.
1706	48	Nicolaus Rocco.	ib
1707	49	Ioſeph Maria Perrimezzi.	ib.

REATINORUM.

	1	S. Proſdocimus.	1196
380	2	s. Probus.	ib.
494	3	Probianus.	ib.
502	4	Urſus.	ib.
550	5	Albinus.	ib.
593	6	Probinus.	ib.
642	7	Gaudioſus.	ib.
680	8	Hadrianus.	ib.
773	9	Ilermundus.	ib.
853	10	Colus	1197
887	11	Richardus.	ib
945	12	Thebroldus.	ib.
948	13	Anaſtaſius.	ib
969	14	Albericus.	ib.
975	15	Heldebaldus.	ib.
982	16	Ioannes.	ib.
1059	17	Atho.	ib.
1075	18	Raynerius.	ib.
1113	19	Benincaſa.	ib.
1114	20	Teuzzo.	1198
1122	21	Colus.	ib.
1135	22	Gentilis.	ib.
1137	23	Dodo.	ib.
1182	24	Septimius Quarinius.	1201
1182	25	Benedictus.	ib.
1188	26	Adenulphus de Secenariis.	ib.
1215	27	Raynaldus.	1202
1227	28	Odo.	1203
1233	29	Raynerius.	ib.
1249	30	Raynerius.	ib.
1250	31	Dominicus.	1204
1250	32	Raynaldus.	ib.
1252	33	Thomas.	ib.
1265	34	Gothifredus.	1205
1266	35	Petrus Gerra.	ib.
1286	36	Andreas.	ib.
1296	37	Nicolaus.	1207
1296	38	Berardus.	ib.
1299	39	Jacobus Paganus.	ib.
1302	40	Angelus.	ib.
1302	41	Io Mutus de Papazuris.	ib.
1326	42	Raymundus.	1208
1339	43	Ioannes.	ib.
1339	44	Thomas.	Ib.
1342	45	Raymundus.	ib.
1347	46	Blaſius.	ib.
1376	47	Barth. Mezzavacca.	1210
1380	48	Ludovicus de Alfanis.	1211
1399	49	Ludovicus de Bonaventura.	ib.
1403	50	Ludovicus de Theodenariis.	ib.
1436	51	Joannes.	ib.
1438	52	Matthias de Fuſcis.	ib.
1450	53	Angelus Capranica.	ib.
1468	54	Dom. Luthanus.	1212
1480	55	Jo. Columna.	ib.
1508	56	Pompejus Columna.	ib.
1512	57	Robertus de Prie.	1213
1520	58	Scipio Columna.	ib.
1529	59	Marius Aligerius.	ib.
1555	60	Jo. Bapt. Oſius.	ib.
1561	61	M. Ant. Æmulius.	ib.
1577	62	Marianus Victorius.	ib.
1572	63	Alphonſus Binarinus.	1214
1574	64	Conſtantius Bargellinus.	ib.
1583	65	Julius Cæſar Segnius.	ib.
1603	66	Io. Contes.	ib.
1604	67	Gaſpar Paſchalius.	ib.
1612	68	Petr Paulus Creſcentius	ib.
1621	69	Io Bap. Tuleus.	1215
1634	70	Gregorius Narus.	ib.
1635	71	Jo Franc. à Balneo.	ib.
1639	72	Georgius Bolognetius.	1216
1660	73	Odoard. Vecchiarellus.	ib.
1668	74	Julius Gabriellus.	ib.
1670	75	Hippolytus	ib
1707	76	Franc M Abbati.	ib.
1711	77	Bernardinus Guinigi.	1217

RECANATENSIUM.

1240	1	Raynerius.	1219
1244	2	Petrus.	ib.
1249	3	Matthæus.	ib.
1256	4	Bonavita.	ib.
1289	5	Salvius.	ib.
1300	6	Fridericus.	1220
1357	7	Nicolaus.	ib.
1367	8	Oliverius.	1221
1383	9	Nicolaus.	ib.
1386	10	Angelus Cinus.	ib.
1409	11	Iaquellus.	ib.
1409	12	Angelus Balconius.	ib.
1412	13	Nicolaus.	ib.
1417	14	Angelus Corarius.	ib.
	15	Marinus Tocco.	1222
1429	16	Bened Guidalottus.	ib.
1419	17	Io. de Tucario.	ib.
1431	18	Io de Vitelleſchis.	ib.
1435	19	Thomas Thomaſinus.	ib.
1440	20	Nicolaus.	ib.
1484	21	Petrus Georgius.	ib.
1470	22	Franc Maurocenus.	1223
1471	23	Andreas Pellius.	ib.
1477	24	Hieron. Baſſus.	ib.
1507	25	Theſeus de Cupis.	ib.
1516	26	Aloyſius Alex. Taſſus.	ib.
1519	27	Domin. de Cupis.	ib.
1548	28	Paulus de Cupis.	ib.

Ao. Chr.			Culumn.
1570	29	Philippus Riccabella.	1223
1571	30	Hieron.Melchiorius.	ib.
1583	31	Galeatius Moronus.	ib.
1613	32	Rutilius Benzonius.	1224
1617	33	Auguſt.Galaminus.	ib.
1621	34	Julius Roma.	ib.
1635	35	Amicus Panichius.	ib.
1666	36	Hyacinthus Cordella;	ib.
1678	37	Alexan.Creſcentius.	ib.
1682	38	Guarner.de Guarneriis.	1225
1690	39	Raymundus Ferrettus.	ib.
1692	40	Laurentius Gherardus.	ib.

SALUTIENSIUM.

1511	1	Jo.Aut.Roboreus.	1228
1512	2	Sixtus Roboreus.	1229
1516	3	Julianus Tornabonus.	ib.
1530	4	Alphonſus Tornabonus.	ib.
1546	5	Philippus Archintus.	ib.
1556	6	Chriſtoph.Archintus.	ib
1556	7	Gabriel Cæſanus.	ib.
1568	8	Jo M.Tapparellus.	1530
1581	9	Aloyſius Pallavicinus.	ib.
1583	10	Ant.Picoth.	ib.
1602	11	Jo.Juvenalis Ancinas.	1230
1608	12	Octavius Vialius.	1232
1625	13	Agaſſinus Solarius.	ib
1629	14	Iacobinus Marenchus.	ib.
1636	15	Petrus Bellinus.	ib.
1642	16	Franc.Aug.Eccleſia.	ib.
1664	17	Carolus Piſcina.	1233
1668	18	Nicolaus Lepori.	ib.
1688	19	Michael Ludovicus de Tevenardis.	ib.
1698	20	Carol.Ioſeph Morozza.	1534

SIGNINORUM.

499	1	Santulus.	1235
501	2	Iuſtus.	ib.
551	3	Iulianus.	ib.
649	4	Albinus.	ib.
680	5	Gaudioſus.	ib.
745	6	Ioannes	ib.
770	7	Iordanus.	ib.
816	8	Hadrianus.	ib.
830	9	Theodorus.	ib.
853	10	Bonipertus.	ib.
871	11	Ioannes.	ib.
963	12	Stephanus.	ib.
1015	13	Rorbertus.	ib.
1059	14	Eraſmus.	ib.
1100	15	S.Bruno.	1236
1114	16	Tranſmundus.	ib.
1130	17	Ioannes.	1237
1173	18	Ioannes.	ib.
1179	19	Petrus.	ib.
	20	Bernardus.	1238
1254	21	Bartholomæus.	1239
1270	22	Ioannes.	ib.
1281	23	Petrus.	ib.
1289	24	Bartholomæus.	ib.
1291	25	Petrus.	ib.
1291	26	Iacobus.	ib.
1303	27	Petrus.	ib.
1309	28	Petrus.	ib.
1321	29	Bartholomæus.	ib.
1333	30	Arnoldus.	ib.
1345	31	Guillelmus.	ib.
1346	32	Petrus.	ib
1348	33	Guillelmus.	ib.
1349	34	Michael.	ib.
	35	Sixtus.	ib.
1396	36	Thomas.	ib.
1396	37	Antonius.	ib.
1402	38	Nicolaus.	ib.
1418	39	Gregorius.	ib.
1421	40	Nicolaus.	ib.
1427	41	Gregorius.	ib.

Au. Chr.			Column.
1430	42	Garganus.	1239
1453	43	Iacobus Zancatus.	ib.
1443	44	Andreas.	1240
1445	45	Petrus Ant.Petruccius.	ib.
1456	46	Sylveſter de Piancha.	ib.
1468	47	Panutius de Comitibus.	ib.
1682	48	Lucius Fazinius.	ib
1503	49	Vincentius Mazza.	ib.
1507	50	Ludovicus.	ib.
1513	51	Iacobus.	ib
1513	52	Vincentius de Fanzis.	ib.
1528	53	Laurentius Grana.	ib.
1539	54	Sebaſtianus Bonfilius.	1241
1541	55	Bernardinus Callinius.	ib.
1549	56	Carolus Traverſarius.	ib.
1550	57	Ambroſius Monticula.	ib.
1570	58	Ioſephus Pamphilus.	ib.
1581	59	Iacobus Maſinus.	ib.
1603	60	Ant.Guerreſchus.	ib.
1606	61	Io Lud.Paſolinius.	1242
1625	62	Ludovicus de Aptis.	ib
1632	63	Octavius Urſinus.	Ib.
1640	64	Franc. Romulus de Miletis.	ib
1643	65	Andreas Borgia.	ib.
1655	66	Guarnerius de Guarneriis.	ib.
1684	67	Franc.M.Giannotti.	ib.
1699	68	Horatius Minini.	ib.
1701	69	Petrus Corbelli.	ib.
1708	70	Philip.Michael Ellis.	ib.

SORANORUM.

275	1	Amaſius.	1144
494	2	Ioannes.	ib.
501	3	Sebaſtianus.	ib.
680	4	Valerianus.	ib.
978	5	Leo.	ib
996	6	Ioannes.	ib.
1071	7	Petrus.	ib.
1073	8	Ioannes.	ib.
1073	9	Roffredus.	1545
1130	10	Gaffridus.	ib.
1162	11	Landulphus.	ib.
1167	12	Conradus.	ib
1221	13	N	ib.
1238	14	Vvido.	1547
1252	15	Petrus Caietanus.	ib.
1254	16	Lucas.	ib.
1267	17	Petrus Gerra.	ib.
1278	18	Andreas.	ib.
1295	19	Nicolaus.	ib.
1295	20	Andreas Maſaronus.	ib.
1324	21	Iacobus.	ib.
1348	22	Franciſcus.	ib.
1355	23	Angelus de Ricaſolis.	ib.
1358	24	Andreas.	ib.
1364	25	Martinus.	ib.
1397	26	Petrus.	ib.
1397	27	Cola.	ib.
1399	28	Iacobus.	ib.
1404	29	Antonius de Portiano.	ib.
1406	30	Jacobus.	ib.
1420	31	Io. de Montenigro.	1147
1456	32	Petrus de Cacciautibus.	ib.
1457	33	Ant. Navellus.	ib.
1465	34	Angelus.	ib.
1467	35	Ant.de Lavis.	ib.
1475	36	Petrus de Lavis.	ib.
1481	37	Petrus Lupus.	Ib.
1503	38	Matthæus Mancinus.	ib.
1505	39	Iacobus Maximus.	ib.
1511	40	Bern. Rogerius.	ib.
1530	41	Ferdinandus Ulmo.	ib.
1530	42	Hadrianus.	ib.
1531	43	Barthol. Ferratinus.	Ib.
1533	44	Alexander Farneſius.	ib.
1534	45	Eliſæus Theodinus.	1248
1561	46	Alex.Fareſius.	ib.
1561	47	Thomas Lilius.	ib.

An.Chr.			Column.
1577	48	Io Bapriſta.	1248
1578	49	Horatius Ferrerius.	ib.
1585	50	Philippus Spinola.	ib.
1585	51	Fabritius Gallus.	ib.
1590	52	Horatius Ciceronius.	ib.
1591	53	M. Aur.Salomonius.	ib.
1608	54	Iulius Calvus.	ib.
1609	55	Michael de Conſulibus.	ib.
1609	56	Hieron.Ioannellus.	1249
1632	57	Paulus Benzonius.	ib.
1638	58	Felix Tamburellus.	ib
1657	59	Auguſtinus de Bellis.	ib.
1660	60	Maurinus Piccardi.	ib.
1675	61	M.Aur.Piſanellus.	ib.
1681	62	Thomas Guzonius.	ib.
1703	63	Matthæus Gagliani.	ib.

SPOLETANORUM.

50	1	S.Britius.	1251
	2	Joannes.	1252
170	3	s. Anthimus.	ib.
230	4	s Saturninus.	1253
296	5	s. Sabinus.	ib.
303	6	s.Joannes.	1255
318	7	s.Martialis.	ib.
	8	Cæcilianus.	ib.
405	9	Achilleus.	ib.
453	10	s Speo.	ib.
476	11	Amaſius.	1256
490	12	s. Meletius.	ib.
500	13	s. Joannes.	ib.
541	14	Ioannes.	1257
552	15	s. Petrus.	ib.
590	16	Griſantus.	ib
640	17	Adeodatus.	ib.
680	18	Felix.	ib.
780	19	Adeodatus.	ib.
814	20	Sigualdus.	ib.
840	21	Luitardus.	ib.
849	22	Petrus.	1258
879	23	N.	ib.
887	24	Amaricus.	ib.
961	25	Romanus.	ib.
1002	26	Lupus.	ib.
1016	27	Heribertus.	ib.
1032	28	Joannes.	ib.
1059	29	Henricus.	ib.
1067	30	Andreas.	ib.
1102	31	Salomon.	1260
1114	32	Henricus.	1261
1135	33	Manualdus.	ib.
1150	34	Lotharius.	ib.
1178	35	Tranſaricus.	ib.
1190	36	Matthæus.	1262
1198	37	Benedictus.	ib.
1235	38	Nicolaus.	1263
1250	39	Bartholomæus.	ib.
1271	40	Thomas Angelus.	ib.
1278	41	Rotlandus Taberna.	ib.
1285	42	Paperonus Paperonus.	ib.
1291	43	Gerardus.	1264
1295	44	Franciſcus.	ib.
1299	45	Nicolaus Albertinus.	ib.
1303	46	Ioannes.	1265
1306	47	Petrus Paulus Trincius.	ib.
1310	48	Barthol.Bardus.	Ib.
1349	49	Ioannes.	ib.
1371	50	Bernardus.	1266
1372	51	Iacobus Mutus.	ib.
1374	52	Gallardus.	ib.
1380	53	Laurentius Corvinus.	ib.
1404	54	Auguſtinus.	1267
1410	55	Iacobus Palladinus.	ib.
1417	56	Nicolaus Vivarius.	ib
1419	57	Iacobus de Turcis.	ib.
1424	58	Iacobus de Camplo.	1268
1427	59	Lottbus de Sardis.	ib.
1446	60	Sagaz de Comitibus.	ib.
1448	61	Berardus Herulus.	ib.

1474 62

An. Chr.			Column.
1474	62	Conſtantius Herulus.	1268
1500	63	Franciſcus Herulus.	1268
1540	64	Fabius Vigil.	1269
1553	65	Fulvius Cornæus.	1269
1562	66	Fulvius Urſinus.	1269
1580	67	Petrus Urſinus.	1269
1591	68	Paulus Sanvitalis.	1269
1601	69	Alphonſus Vicecomes.	1269
1608	70	Maphæus Barberinus.	1270
1617	71	Laurentius Caſtruccius.	1271
1655	72	Cæſar Fachinettus.	1271
1675	73	Ludovicus Sciamana.	1272
1689	74	Opitius Pallavicinus.	1272
1691	75	Marcellus Duratius.	1272
1695	76	Petrus Gadolus.	1272
1721	77	Carolus Hyacinthus Laſcaris.	1272

SUTRINORUM.

An. Chr.			Column.
	1	S. Euſebius.	1274
487	2	Conſtantius.	1274
499	3	Mercurius.	1274
	4	Joannes.	1274
649	5	Barbatus.	1274
680	6	Gratioſus.	1274
721	7	Agnellus.	1274
743	8	Gratioſus.	1274
816	9	Valerianus.	1274
853	10	Joannes.	1274
	11	Bonifacius.	1274
963	12	Martinus.	1274
975	13	Benedictus.	1274
1025	14	Dominicus.	1274
1017	15	Petrus.	1274
1046	16	Kilianus.	1274
1059	17	Rolandus.	1274
1062	18	Mainardus.	1274
1066	19	Joannes.	1275
1078	20	Bonizzus.	1275
1090	21	Janua rius de Ianuariis.	1275
1126	22	Otho.	1275
	23	Adalbertus.	1275
1179	24	Joannes.	1275
1200	25	N. . . .	1275
1202	26	Petrus Hiſmael.	1275
1253	27	Mencus.	1275
1275	28	Marucius.	1275
1275	29	Franciſcus.	1275
1282	30	Floraſius.	1275
1283	31	Aldobrandus.	1275
1290	32	Jacobus.	1275
1325	33	Thomas.	1275
1333	34	Ugucciotius.	1276
1340	35	Joannes.	1276
1342	36	Io. de Vergonis.	1276
1348	37	Hugolinus de Petra Longa.	1276
1353	38	Nicolaus.	1276
1363	39	Petrus.	1276
1364	40	Angelus.	1276
1377	41	Dominicus.	1276
1391	42	Bonifacius Barcigroſſus	1276
1406	43	Bernardus.	1276
1406	44	Andreas.	1276
1410	45	Domin. de Anglona.	1276
1429	46	Andreas.	1276
1431	47	Lucas de Tartaris.	1276
1447	48	Iacobus.	1276
1453	49	Angelus Alterius.	1276
1472	50	Baptiſta.	1277
1484	51	Andreas.	1277
1489	52	Barthol. Flores.	1277
1495	53	Franc. è Caſcia.	1277
1497	54	Antonius Toſres.	1277
1497	55	Zanardus Bagarottus.	1277
1503	56	Antonius de Albertis.	1277
1506	57	Io. Iacobus Brunus.	1277
1507	58	Paulus Æmilius Brunus.	1277
1526	59	Iacobus Bongallus.	1277
1538	60	Iacobus Simonetta.	1277
1539	61	Pomponius Cæſius.	1277
1553	62	Petrus Ant. de Angelis.	1277
1553	63	Antonius Simeonius.	1277
1556	64	Michael Ghiſlerius.	1277
1560	65	Hieron Galeatius.	1277
1565	66	Tiberius Criſpus.	1277
1566	67	Ægidius de Valentibus.	1277
1568	68	Camillus Campegius.	1277
1569	69	Donatus Stampa.	1277
1580	70	Alexius Stradella.	1277
1580	71	Horatius Moronus.	1278
1604	72	Thaddæus Sarrius.	1278
1616	73	Domin. de Martinis.	1278
1627	74	Sebaſt. de Paulis.	1278
1643	75	Barthol. Vanninus.	1278

TERRACINENSIUM.

An. Chr.			Column.
50	1	S. Epaphroditus.	1283
318	2	Sabinus.	1284
320	3	Avitus.	1284
326	4	S. Valentinus.	1284
	5	Felix.	1289
	6	Ioannes.	1290
443	7	Silvianus.	1290
	8	S. Eleutherius.	1290
495	9	Martyrius.	1290
539	10	N. . . .	1290
590	11	Petrus.	1290
595	12	Agnellus.	1291
	13	Conſtantius.	1291
649	14	Felix.	1291
680	15	Agnellus.	1291
853	16	Iordanus.	1291
879	17	Leo.	1291
963	18	Sabbatinus.	1291
969	19	Benedictus.	1291
987	20	Ioannes.	1291
1015	21	Adeodatus.	1291
1033	22	Theobaldus.	1291
1036	23	Ioannes.	1291
1071	24	Ambroſius.	1291
1093	25	Petrus.	1291
1100	26	Benedictus.	1291
1106	27	Gregorius.	1291
1166	28	Berardus.	1292
1179	29	Hugo.	1292
1196	30	Fidelgarius.	1292
1203	31	Simon.	1292
1238	32	Gregorius.	1295
1248	33	Docibilis.	1296
1259	34	Petrus.	1296
1262	35	Franciſcus.	1296
1274	36	Franciſcus.	1297
1295	37	Theobaldus.	1297
1299	38	Albertus.	1297
1300	39	Ioannes.	1297
1319	40	Andreas.	1297
1326	41	Sergius Perſuntus.	1297
1348	42	Petrus.	1297
1352	43	Iacobus.	1297
1362	44	Io: Ferrerius.	1297
1372	45	Stephanus.	1297
1390	46	Rogerius.	1297
1402	47	Nicolaus.	1298
1402	48	Marinus.	1298
1404	49	Antonius.	1298
1411	50	Antonius.	1298
1422	51	Andreas Gaccius.	1298
1425	52	Io: de Normannis.	1298
1427	53	Nicolaus de Aſpera.	1298
1448	54	Alexander.	1298
1448	55	Alexander Cajetanus.	1298
1458	56	Conradus Marcellinus.	1298
1490	57	Antonius Roſa.	1298
1493	58	Gundeſalvus.	1298
1500	59	Antonius Roſa.	1298
1500	60	Io. de Galves.	1298
1507	61	Oliverius Caraſſa.	1299
1510	62	Zacharias de Moris.	1299
	63	Andreas Cibo.	1299
1522	64	Io. de Cupis.	1299
1528	65	Antonius Bonſius.	1299
1533	66	Cinthius Filonardus.	1300
1534	67	Cyprianus de Caris.	1300
1534	68	Alexander Argolus.	1300
1540	69	Octavianus M. Sfortia.	1300
1545	70	Octavianus Rovera.	1300
1564	71	Franc. Beltraminus.	1300
1575	72	Beltraminus de Beltraminis.	1300
1582	73	Lucas Cardius.	1300
1595	74	Fabritius.	1300
1608	75	Pomponius de Magiſtris.	1300
1615	76	Cæſar Ventimillia.	1300
1646	77	Alexander de Taſſis.	1301
1648	78	Franc. M. Ghiſlerius.	1301
1664	79	Pompejus Angelottus.	1301
1667	80	Hercules Dom. de Monanni.	1301
1710	81	Bernardinus Maria de Comitibus.	1301

TIBURTINORUM.

An. Chr.			Column.
366	1	Paulus.	1304
402	2	Florentius.	1304
465	3	Candidus.	1304
545	4	N. . . .	1304
594	5	Anaſtaſius.	1304
649	6	Decoratus.	1304
680	7	Mauritius.	1304
721	8	Anaſtaſius.	1304
761	9	Ioannes.	1304
772	10	Theodoricus.	1304
826	11	Paulus.	1304
853	12	Urſus.	1304
945	13	Hucbertus.	1304
947	14	Ioannes.	1305
971	15	Arvizo.	1306
1001	16	Gualterus.	1306
1023	17	Gerardus.	1307
1023	18	Boſſus.	1307
1029	19	Benedictus.	1307
1039	20	Ioannes.	1308
1049	21	Benedictus.	1308
	22	Gregorius.	1308
1059	23	Ioannes.	1308
1071	24	Adamus.	1308
1110	25	Manfredus.	1308
1134	26	Vido.	1308
1157	27	Otho.	1308
1179	28	Milo.	1308
1209	29	N. . . .	1308
1253	30	Berardus.	1309
1265	31	Gottifredus.	1309
1265	32	Iacobus.	1309
1281	33	Sabatinus.	1309
1318	34	Iacobus.	1309
1320	35	Ioannes.	1309
1337	36	Bianca.	1309
1337	37	Ioannes.	1309
1343	38	Nicolaus.	1309
1350	39	Daniel.	1309
1367	40	Philippus de Ruffinis.	1309
1380	41	Petrus Cincius.	1309
1389	42	Petrus Stalius.	1309
1398	43	Domin. Valerinus.	1310
1418	44	Sanctes de Cavis.	1310
1427	45	Nicolaus de Cæſaribus.	1310
1450	46	Laurentius.	1310
1471	47	Angelus Lupus.	1311
1486	48	Antonius de Graſſis.	1311
1491	49	Evangel. de Mariſtellis.	1311
1499	50	Angelus Leoninus.	1311
1509	51	Camillus Leoninus.	1312
1528	52	M. Ant. de Cruce.	1312
1594	53	Io. And. de Cruce.	1312
1595	54	Domin. Tuſchus.	1312
1606	55	Io. Bap. Tuſchus.	1314

An.Chr.			Colum.
1611	56	Barthol. Cæſius.	1314
1612	57	M. Ant. Gozadinus.	1314
1624	58	Marius Urſinus.	1314
16	59	Iulius Roma.	1314
1658	60	Marcellus Sāctacrucius.	1314
1675	61	Federicus Sforcia.	1315
1676	62	Marius Albritius.	1315
1679	63	Galeatius Mariſcottus.	1315
1690	64	Antonius Fonſeca.	1315

TIPHERNATIUM

465	1	Eubodius.	1318
498	2	Marius.	1318
502	3	Innocentius.	1318
607	4	S. Florius.	1318
649	5	Luminoſus.	1318
730	6	Albertus.	1318
761	7	Bonifacius.	1318
825	8	Stabilis.	1319
877	9	Marinus.	1319
920	10	Petrus.	1319
998	11	Ingizo.	1319
1048	12	Petrus.	1319
1059	13	Hermazonga.	1319
1070	14	Folchus.	1319
1086	15	Theobaldus.	1319
1100	16	Radulphus.	1319
1110	17	Joannes.	1319
1124	18	Rayncrius.	1319
1129	19	Vido.	1319
1142	20	Davizzo.	1319
1145	21	Joannes.	1321
1152	22	Petrus.	1321
1179	23	Raynerius.	1321
1206	24	Rotlandus.	1321
1210	25	Joannes.	1321
1215	26	Corteſanus.	1321
1234	27	Matthæus.	1321
1237	28	Azzo.	1321
1256	29	Petrus.	1321
1270	30	Nicolaus.	1321
1271	31	Jacobus.	1321
1301	32	Vgolinus Gualterottus.	1321
1325	33	Guillelmus.	1321
1331	34	Franciſcus.	1322
1342	35	Vgolinus.	1322
1347	36	Petrus Riccardus.	1322
1353	37	Butius.	1322
1375	38	Nicol. de Merciariis.	1322.
1378	39	Hector Vitinus.	1322
1388	40	Bandellus de Bandellis.	1322
1407	41	Jo. à Putco.	1323
1409	42	Bern. de Bartholomæis.	1323
1424	43	Sinibaldus de Vbaldis.	1323
1441	44	Rodulphus.	1323
1460	45	Io. de Ianderouia.	1323
1474	46	Barthol Moranus.	1324
1487	47	Jo. Bap Lagnus.	1324
1493	48	Nicol. de Hippolytis.	1324
1498	49	Ventura Buſalinus.	1324
1499	50	Iulius Vitellius.	1324
1503	51	Ant. de Monte.	1324
1506	52	Achilles de Graſſis.	1324
1516	53	Iulius Medices.	1324
1516	54	Lucas.	1325
1518	55	Balthaſſar de Graſſis.	1325
1539	56	Marinus Grimanus.	1325
1539	57	Aleaxoder Filodorus.	1325.
1554	58	Vitellotius Vitellius.	1325
1560	59	Conſtantinus Bonellus.	1325
1572	60	Antonius Marcheſanus.	1325
1582	61	Ludovicus Bentivolus.	1325
1602	62	Valerius Mutus.	1325
1610	63	Lucas Sempronius.	1325
1616	64	Evangeliſta Torgniolus.	1325
1632	65	Cæſar Rachagous.	1326
1647	66	Franc. Buccapadulius.	1326
1672	67	Ioſeph Sebaſt. Manaſſe.	1326
1690	68	Ioſeph Muſotti.	1326

An. Chr.			Column.
1693	69	Luc. Ant. de Euſtachiis.	1326
1716	70	Alex. Franc. de Cobedo.	1326

TRIVENTINORUM.

	1	S. Caſtus.	1328
390	2	N. . . .	1328
879	3	Dominicus.	1328
946	4	Leo.	1328
1015	5	Lintulphus.	1328
	6	Alpherius.	1328
1109	7	Ioannes.	1328
1178	8	Rao.	1328
1179	9	Pontius.	1328
1237	10	N. . . .	1328
1240	11	Richardus.	1329
1256	12	Nicolaus.	1329
1265	13	Odorius.	1329
1266	14	Lucas.	1329
1295	15	Iacobus.	1329
1334	16	Natimbene.	1329
1344	17	Iordanus Curti.	1329
1348	18	Petrus.	1329
1379	19	Franc. Marchiſius.	1329
1379	20	Rogerius de Carcaſiis.	1329
1391	21	Petrus.	1329
1413	22	Iacobus.	1329
1421	23	Ioannes Maſius.	1330
1451	24	Iacobus de Terſiis.	1330
1472	25	Thomas Caraffa.	1330
1499	26	Leonardus Corbaria.	1331
1531	27	Thomas Caracciolus.	1331
1540	28	Matthæus Griſonius.	1331
1560	29	Io Fabr Severinus.	1332
1582	30	Iulius Cæſar Moriconus.	1332
1606	31	Paulus de Lago.	1333
1613	32	Hier. Conſtantius.	1333
1630	33	Martinus de Leon.	1333
1631	34	Carolus Scalia.	1333
1646	35	Io: Bap. Capaccius.	1333
1653	36	Io: à Cruce.	1333
1655	37	Io Bap Ferruzza:	1333
1660	38	Vinc Lanfrancus.	1333
1666	39	Amb M. Piccolomineus.	1333
1679	40	Didacus Ybanez.	1333
1684	41	Ant. Tortorelli.	1333

TROIANORUM

1028	1	Angelus.	1343
1028	2	Arduinus.	1344
1071	3	Stephanus.	1344
1092	4	Gerardus.	1345
1100	5	Herbertus.	1345
1106	6	Guillelmus.	1346
1177	7	Elius.	1346
1195	8	Gualterus de Palena.	1346
1212	9	Philippus.	1346
1253	10	Petrus de Barbuco.	1346
1260	11	Matthæus	1346
1278	12	Hugo.	1346
1280	13	Raynerius.	1346
1302	14	Rogerius.	1346
1302	15	Petrus	1346
1309	16	Guillelmus de Blanco.	1347
1310	17	Berardus.	1347
1322	18	Arnoldus.	1347
1332	19	Bilantius.	1347
1341	20	Henricus.	1347
1385	21	Guido.	1347
1391	22	Richardus.	1347
1398	23	Bartholomæus.	1347
1409	24	Nicolaus.	1347
1411	25	Angelus.	1347
1438	26	Iacobus de Lombardis.	1347
1469	27	Io: Paulus.	1347
1475	28	Stephanus.	1347
1480	29	Scipio Piſcicellus.	1347
1484	30	Iannot. Pandolphinus.	1347

An.Chr.			Column.
1514	31	Ferdinan. Pandolphinus.	1347
1560	32	Io: Rebiba.	1347
1560	33	Proſper Rebiba.	1348
1593	34	Iacobus Aldobrandinus.	1348
1607	35	Petrus Ant. de Ponte.	1348
1622	36	Io: Bapt. Roviglionus.	1348
1626	37	Sylveſter.	1348
1626	38	Io: Bap. Aſtallius:	1348
1645	39	Io: Thom. de Venetianis.	1348
1648	40	Antonius Sacchettus.	1348
1663	41	Sebaſtianus Surrentinus.	1348
1675	42	Ant. de Sangro.	1348
1694	43	Æmilius Iacobus de Cavalerius.	1348

TUDERTINORUM.

138	1	S. Terentianus.	2349
302	2	S. Pontianus.	1350
304	3	S. Caſſianus.	1350
451	4	Agatho.	1350
497	5	Creſconius.	1350
515	6	Fortunatus.	1350
528	7	S. Calliſtus.	1350
528	8	S Fortunatus.	1351
	9	Floridus.	1351
595	10	Sabinianus.	1351
649	11	Laurentius.	1351
656	12	Ioannes.	1351
680	13	Bonifacius.	1351
743	14	N. . . .	1351
787	15	Theophylactus.	1351
826	16	Ioannes.	1351
853	17	Agatho.	1351
871	18	Hildericus.	1351
963	19	Gregorius.	1351
970	20	Atho.	1351
1015	21	Ioannes.	1351
1033	22	Gregorius.	2351
1059	23	Martinus:	1351
1068	24	Rodulphus.	1352
1074	25	Garodulphus.	1352
1093	26	Guittardus.	1352
1117	27	Laurentius.	1352
1126	28	Otho.	1352
1179	29	Gratianus.	1352
1210	30	Ruſticus.	1352
1219	31	Bonifacius.	1352
1250	32	Iacobus.	1352
1252	33	Petrus Cajetanus.	1352
1276	34	Bentivenga de Bentivenghis.	1353
1278	35	Angelarius Bentivenga.	1353
1286	36	Nicolaus.	1353
1297	37	Nicolaus Armatus.	1353
1326	38	Rayoutius de Aptis.	1353
1356	39	Andreas de Aptis.	1354
1374	40	Stephanus Paloſius.	1354
1396	41	Antonius de Calvis.	1354
1405	42	Guillel. Normannus.	2354
1408	43	Franc de Ayello.	1354
1425	44	Angelus Scardeonus.	1355
1429	45	Antonius.	1355
1434	46	Germanicus.	1355
1436	47	Barth. de Alconibus.	1355
1472	48	Conſtantinus Herulus.	1355
1474	49	Franc. Maſcardus.	1355
1499	50	Baſilius Maſcardus.	1355
1515	51	Alterius Biliottus.	1356
1523	52	Paulus Cæſius.	2356
1534	53	Federicus Cæſius.	1356
1545	54	Io. Andr. Cæſius.	1356
1566	55	Angelus Cæſius.	1356
1606	56	Marcellus Lantes.	1357
1625	57	Ludovicus Ciocius.	1357
1638	58	Oldericus Carpigna.	1357
1641	59	Io. Bap Altierius.	1357
1650	60	Petrus M. Bichius.	1357
1673	61	Ioſeph Planetius.	1357
1709	62	Phil. Ant. Gualterius.	1357

VAL-

VALVENSIUM, ET SULMONENSIUM.

An. Chr.			Column.
499	1	Palladius.	1359
503	2	Fortunarus.	1360
680	3	Benedictus.	1360
706	4	S Pamphilus.	1360
	5	Gradeſcus.	1360
	6	Vvadepertus.	1360
	7	Ravennus.	1360
843	8	Arnulphus.	1360
	9	Opiarmus.	1360
968	10	Grimoaldus.	1360
1015	11	Theodulphus.	1360
1030	12	Tranſaricus.	1360
	13	Susvillus.	1360
1054	14	Dominicus.	1360
1071	15	Ioaones.	1363
1074	16	Tranſmundus.	1363
1081	17	Ioannes.	1364
1102	18	Ioannes.	1364
1104	19	Vvalterus.	1364
1104	20	Gualterius.	1364
1138	21	Oddo.	1365
1140	22	Giraldus.	1365
1144	23	Siginulphus.	1366
1168	24	Odariſſus.	1368
1200	25	Guillelmus.	1369
1207	26	Oddo.	1370
1232	27	Nicolaus.	1371
1250	28	Iacobus.	1373
1251	29	Iacobus.	1374
1252	30	Iacobus.	1374
1263	31	Iacobus.	1378
1279	32	Ægidius.	1378
	33	Guillelmus.	1378
1294	34	Petrus.	1378
1295	35	Fridericus de Lecto.	1379
1307	36	Landulphus.	1379
1319	37	Andreas Capograſſus.	1379
1330	38	Petrus.	1379
1335	39	Nicolaus.	1379
1343	40	Franc. de Sangro.	1379
1348	41	Landulphus.	1379
1349	42	Franc. de Silanis.	1379
1365	43	Martinus de Martiois.	1380
	44	Paulus.	1380
1384	45	Bartholomæus.	1380
1402	46	Bartholomæus de Tocco.	1380
1420	47	Lotrus de Sardis.	1381
1427	48	Bened. de Guidaloſsis.	1381
1442	49	Barth. de Vincin.	1381
1443	50	Franciſcus.	1381
1446	51	Petruccius Ariſtoteles.	1381
1448	52	Donatus Bottinius.	1381
1463	53	Barthol. de Scalis.	1382
1491	54	In. Galiardus.	1382
1499	55	In. Acutus.	1382
1512	56	Alexander Farneſius.	1382
1512	57	Proſper de Ruſticis.	1382
1514	58	In. Bap. Cadichius.	1382
1519	59	Andreas de Valle.	1382
1529	60	Bernardus de Militibus.	1382
1532	61	Beroardinus Fumarellus.	1382
1547	62	Pompejus Zambeccarius.	1383
1571	63	Vinceotius Donzellus.	1383
1585	64	Fraoc. Caruſius.	1383
1593	65	Cæſar Petrus.	1383
1611	66	Franc. Cavalerius.	1383
1638	67	Fraoc. Buccapadulius.	1385
1647	68	Alex. Maſius.	1385
1649	69	Franc. Carducius.	1386
1655	70	Georgius Carducius.	1386
1701	71	Bonaventura Martinellus.	1386
1717	72	Franc. Honuphrius.	1386

VERULANENSIUM.

An. Chr.			Column.
743	1	Martinus.	1388
853	2	Arinaldus.	1388
871	3	Hildeprandus.	1388
959	4	Ioannes.	1388
1005	5	N. . . .	1389
1014	6	Sergius.	1389
1036	7	Giraldus.	1390
1061	8	Placidus.	1390
1070	9	Honeſtus.	1390
1074	10	Albertus.	1390
1106	11	Auguſtious.	1391
1111	12	Lætus.	1391
1134	13	Stephanus.	1391
1140	14	Leo.	1391
1145	15	Oddo.	1391
1147	16	Leo.	1391
1160	17	Framundus.	1392
1181	18	Ambroſius.	1394
1188	18	Robertus.	1394
1190	20	Oddo.	1394
1217	21	Lætus.	1394
1223	22	Ioannes.	1395
1250	23	Ioannes.	1395
1253	24	Ioannes.	1396
1259	25	Andreas.	1396
1261	26	Gregorius.	1396
1280	27	Lotherius.	1396
1282	28	Thomas	1396
1285	29	Lotherius.	1396
1317	30	Thomas.	1396
1331	31	Adjutorius.	1396
1355	32	Vvido.	1396
1383	33	Ioannes.	1396
	34	Ioannes.	1396
1396	35	Bartholomæus.	1397
1422	36	Benedictus.	1397
1427	37	Clemens.	1397
1457	38	Angelus de Caccis.	1397
1468	39	Urbanus.	1397
1471	40	Io. Paulus Pontianus.	1397
1503	41	Ennius Filonardus.	1397
1538	42	Antonius Filonardus.	1398
1560	43	Bened. Salinus.	1398
1587	44	Horteſius Bapriſte.	1398
1594	45	Eugenius Fuccius.	1398
1608	46	Hieron. Haiteni.	1399
1616	47	Baleoncus Carradonus.	1400
1628	48	Vincentius Lanterus.	1400
1651	49	Alexander Argolus.	1400
1655	50	Franc Lambardus.	1400
1660	51	Franc. Angeluccius.	1400
1675	52	Riccardus Hannibaldenſis de la Molaria.	1400
1690	53	Domin. de Zaulis.	1400
1708	54	Ludov. Anſel. Gualterius.	1401
1715	55	Laurentius Tartagni.	1401

VITERBIENSIUM.

An. Chr.			Column.
1015	1	B. . . .	1403
1030	2	G. . . .	1403
	3	N. . . .	1403
1096	4	N. . . .	1403
1106	5	Rodulphus Gattus.	1403
1128	6	Petrus.	1403
1149	7	Genſonus.	1405
1179	8	Gentilis.	1406
1184	9	Gothifredus Tineoſus.	1407
1192	10	Raynerius.	1408
1193	11	Io. Lambardus.	1408
1199	12	Rayoerius.	1408
1223	13	N. . . .	1409
1233	14	Nicolaus.	1409
1235	15	Matthæus.	1409
1243	16	Raynerius Capoccius.	1409
1244	17	Scambius de Scambiis.	
1254	18	Alferius.	1414
1272	19	Philippus.	1414
1286	20	Petrus Capoccius.	1414
1312	21	Ioannes.	1415
1318	22	Angelus de Tineoſſis.	1415
1341	23	Petrus.	1418
1344	24	Bernardus de Lacu.	1418
1348	25	Ioannes.	1418
1348	26	Petrus Pinus.	1418
1350	27	Nicolaus.	1419
1385	28	Iacobus.	1419
1391	29	Iacobus.	1419
1418	30	Iacobus de Ugozzolinis.	1419
1430	31	Io de Cechinis.	1419
1460	32	Petrus Franciſcus.	1419
1472	33	Franc. M. de Scellonibus.	1419
1492	34	Matthæus Cibo.	1420
1498	35	Raphael Riarius.	1420
1508	36	Octavianus Vicecomes.	1420
1513	37	Ægidius Canioius.	1420
1532	38	Nicolaus Rodulphus.	1420
1533	39	In. Petrus de Graſſis.	1420
1548	40	Nicolaus Ugolinus.	1421
1551	41	Sebaſtianus Gualterius.	1421
1566	42	Franc. Gambara.	1421
1576	43	Carolus Montilius.	1421
1594	44	Hieron. Matthæuccius.	1422
1608	45	Lanfrancus Margottus.	1422
1612	46	Tiberius Mutus.	1422
1656	47	Alexander Cæſarinus.	1423
1638	48	Franc. M Brancaccius.	1423
1670	49	Stephanus Brancaccius.	1423
1683	50	Vrbanus Sacchettus.	1424
1699	51	Andreas Sanctacrucius	1424
1712	52	Michael Angelus de Comitibus.	1424

VOLATERRANORVM.

An. Chr.			Column.
	1	S. Romulus.	1416
	2	S. Iuſtus.	1417
501	3	Elpidius.	1417
566	4	Leo.	1417
649	5	Gemioisous.	1427
680	6	Martianus.	1417
682	7	Vvido.	1417
698	8	Petrus.	1417
706	9	Changninus.	1417
715	10	Gippus.	1417
735	11	Albinus.	1417
800	12	Petrus.	1417
838	13	Andreas.	1417
874	14	Guaghinus.	1418
	15	Alparius.	1419
	16	Aldebradus.	1419
	17	Petrus.	1419
	18	Ganginus.	1419
880	19	Alboinus.	1419
929	20	Adelbrandus.	1419
945	21	Buſſus.	1430
971	22	Petrus.	1430
985	23	Benedictus.	1431
987	24	Petrus.	1431
1002	25	Benedictus.	1431
1016	26	Vido.	1434
1034	27	Gaufridus.	1434
	28	Eumancius.	1434
1058	29	Vido.	1434
1066	30	Normannus.	1434
1080	31	Opilio.	1438
1098	32	Rogerius.	1438
1119	33	Euchariſtus.	1439
1119	34	Rogerius.	1439
1139	35	Creſcentius.	1440
1139	36	Oldimarios.	1440
1150	37	Galganus.	1441
1174	38	Ugo de Saladinis.	1441
1184	39	Ildebrandus.	1441
1213	40	Paganus.	1448
1244	41	Galgsous.	1448
1151	42	Raynerius.	1448

An Chr. Column.
1261 43 Albertus Scholarius. 1450
1273 44 Raynerius Vbertinus. 1450
1300 45 Rogerius. 1451
1301 46 Raynerius de Belfortis. 1452
1321 47 Raynuc. de Allegrettis. 1453
1348 48 Philippus de Belfortis. 1454
1359 49 Americus Chiari. 1456
1361 50 Petrus Corſinius. 1456
1363 51 Andreas de S Hieron. 1456
1374 52 Lucius. 1457
1378 53 Simon Paganus. 1457
1384 54 Onuphrius de Visdominis. 1457
1390 55 Ant de Cipollonis. 1457
1396 56 Jo. Riccius. 1457
1409 57 Ludovicus Aliottus. 1457
1411 58 Jacobus Scholari. 1457
1411 59 Stephanus Aliottus. 1458
1435 60 Robertus Adimarius. 1458
1440 61 Robertus Cavalcantes. 1458
1450 62 Jo: Neronius. 1458
1461 63 Ugolinus de Juniis. 1459
1470 64 Antonius de Allis. 1459
1478 65 Franc. Soderious. 1459
1509 66 Julianus Soderinus. 1450
1514 67 Franc. Roboreus. 1460
1530 68 Jo. Salviatus. 1460
1532 69 Io. Marth Sartorius. 1460
1545 70 Benedictus Nerlius. 1461
1565 71 Alexaoder Strozza. 1461
1568 72 Ludovicus Antinorius. 1461
1574 73 Marcus Sarracinus. 1462
1574 74 Vido Servidius. 1462
1598 75 Lucas Alemannius. 1461
1617 76 Bern. Inghiramius. 1462
1634 77 Nicolaus Sacchettus. 1463
1640 78 Ioannes Gerinus. 1463
1655 79 Horatius de Albizis. 1463
1677 80 Carolus Philippus Sfoodrali. 1463
1681 81 Octarius de Roſſo. 1463
1716 82 Lud M. Pandolphini. 1463

URBEVETANORUM.

590 1 Ioannes. 1464
591 2 Canadus. 1464
743 3 Gregorius. 1465
826 4 Alipertus. 1465
853 5 Petrus. 1465
975 6 Rodulphus. 1465
993 7 Andreas. 1465
1007 8 Nicolaus. 1465
1015 9 [illegible]ldericus. 1465
1021 10 Paulus. 1465
11 Sigefredus. 1465
1040 12 Nicolaus. 1465
[illegible] 13 Lucas. 1465
14 Tenzo. 1465
11 Albertinus. 1465
1066 16 Inannes. 5465
1078 17 Philippus. 1465
1092 18 Angelus. 5465
1106 19 Vuillelmus. 1465
1121 20 Ioannes. 2466
1126 21 Vuillelmus. 1466
1137 22 Antonius. 1465
1138 23 Ildebrandus. 1466
24 Gualfredus. 1466
1157 25 Guiſcardus. 1466
26 Milo. 1466
1168 27 Rusticus. 1467
1177 28 Richardus. 1468
1210 29 Matthæus. 1468
1211 30 Io. Caſtellius. 1468
1213 31 Capiterius. 5468
1232 32 Rayocrius. 1469
1254 33 Conſtaotinus. 1470
1258 34 Iacobus. 1470
1272 35 Aldobrandious Cavalcantes. 1472
1280 36 Franc. de Monaldeſchis. 1473
1295 37 Leonardus Mancious. 1478
1302 38 Guittus de Nobilibus. 1473
1328 39 Tramus de Monaldeſchis. 1474
1346 40 Raymundus. 1474
1348 41 Ponrius Perottus. 1474
1359 42 Ioaones. 1474
1364 43 Petrus Boerius. 1474
1370 44 Io. de Placentinis. 1475
1378 45 Nicolaus de Merciariis. 1475
1399 46 Nicolaus. 1475
1409 47 Matthias Advedutus. 1475
1418 48 Conradus Caracciolus. 1475
1418 49 Monald. Monaldeſchius. 1475
1418 50 Franc. de Monaldis. 1475
1443 51 Iac. Bened. Lucerianus. 1476
1454 52 Ioanoes de Palena. 1476
1456 53 Aot. Cobaterius. 1476
1457 54 Marcus. 1476
1476 55 Georgius Roboreus. 1476
1503 56 Alex. à S. Severina. 1476
1511 57 Hercules Balconeus. 1476
1520 58 Nicolaus Rodulphus. 1477
1529 59 Viocentius Durantes. 1478
1548 60 Nicolaus Rodulphus. 1478
1554 61 Hieron. Simoncellus. 1478
1562 62 Sebaſt. Vancius. 1478
1605 63 Iacobus Sanneſius. 1478
1611 64 Pet. Paul. Creſcentius. 1479
1644 65 Fauſtus Polus. 1479
1656 66 Ioſephus de la Cornia. 1479
1676 67 Bern. Roccius. 1479
1681 68 Savus Millinus. 1480
1695 69 Ioſeph Camutius. 1480
1696 70 Vincentius de Aptis. 1480
1715 71 Ferdinaodus Nuptius. 1480

IN-

INDEX

Nominum omnium Epiſcoporum, qui in hoc primo tomo Italiæ ſacræ continentur, ordine alphabetico diſpoſitus.

Prior num. columnam, poſterior numerum marginalem notat.

A

Abieus. *Aret.* 410.29 A
Abundantius. *Lucen.* 795.21
Acceptabilis. *Camer.* 755.16
Achilles. *Tiphern.* 1324.52
de Graſſis. *M. Flaſ.* 998.23
Achilleus. *Spolet.* 1255. 9
Actius. *Fulgin.* 689.22
Marſ. 889. 9
Oſtien. 56.24
Adalbertus. *Lunen.* 836.20
Sutrin. 1270.23
Adalongus. *Lucen.* 803.41
Adam. *Alatr.* 289. 9
Aſcul. 443.27
Averſ. 490.22
Hort. 735. 9
Tiburt. 1308.24
Gentilis. *Lipar.* 788.51
Adelbrandus. *Volater.* 1429.22 B
Adenolphus. *Cajet.* 540.30
Adenulphus de Secenariis. *Reat.* 1201.26
Adeodatus. *Amer.* 297. 8
Sylv. Cand. 90. 1
Spolet. 1257.17.19
Terracin. 1291.21.
Veliterń. 43. 1
Adjutorius. *Verul.* 1396 31
Adjutus. *Fanen.* 665.23
Adoardos Michelottus. *Perus.* 1163.45
Ægidius. *Cajet.* 538.28
Caſtren. 381.47
Fulgin. 697.28
Interam. 760.31
Nucer. 1067.24
Tuſcul. 229.4. 230.11
Valv. 1378.32
Aracœlini. *Tuſcul.* 238.28
Caoinius. *Viterb.* 1420.37
Carilini. *Sabin.* 175.53 C
de Valentibus. *Nepeſ.* 1033.64
Ælonios. *Interam.* 750. 8
Æmilius Alterius. *Camer.* 570.55
Jacob. de Cavaleriis. *Trojan.* 1348.43
Scatareticus. *Ravel.* 1192.38
Æneas Spannocchius. *Ferent.* 680.52
Æribertus. *Pennen.* 1117.12
Agaffinus Solarius. *Salut.* 1232.13
Agapitus. *Engub.* 634.10
Cencius. *Ancon.* 338.40
Columna. *Aſcul.* 467.45
Columna. *Lunen.* 854.48
Ruſticus. *Camer.* 565.40
Agatho. *Lipar.* 773.5. 774. 3
Tudert. 1350.4. 1351.17
Aghious. *Lucen.* 803.40
Agnellus. *Ferent.* 674. 8
Fund. 721.5.8
Sutrin. 1274. 7
Tarrac. 1291.12.15
Agripertus. *Fanen.* 662.11 D
Alaous. *Balneor.* 516.19
Cætinus. *Sabin* 180.70
Albachius. *Papien.* 1078.16
Albericus. *Aſcul.* 451.24
Marſor. 888. 7
Oſtien. 63.42
Ravel. 1197.14
Albertinus. *Urbevet.* 1465.15
Albertus. *Alban.* 254.35
Anagn. 310.29
Aret. 415.43
Balneoreg. 515.10
Cajet. 537.17
Caſtren. 579. 5
Engub. 642.41
Fanen. 665.21
Ferent. 678.32
Fundanus. 727.24
Nucer. 1066.51
Tarracin. 1297.38
Tiphern. 1318. 6
Verul. 1390.10
de Albertis. *Camer.* 563.36
Boſoo. *Auxim.* 503.25
Juncta. *Caſtr.* 583.60
Longus. *Ferent.* 677.24
Ptolomæus. *M. Flaſc.* 987.14
Scholarius. *Volater.* 1450.43
Albinus. *Alban.* 256.40
Amerin. 297.13
Portuen. 111.10
Reat. 1196. 5
Sign. 1235. 4
Volater. 1427.11
Alboious. *Anagn.* 308.13
Volater. 1429.19
Alcherius de Alcheriis *Papien.* 1101.86
Aldaricus. *Papien.* 1089.62
Aldebradus. *Volaterr.* 1429.16
Alderanus Bellatus. *Biſin.* 525.36
Cybo. *Oſtien.* 88. 106.
Aldobrandinus Cavalcantes. *Urbev.* 1472.35
Aldobrandus. *Sutr.* 1275.31
Aldovandrus. *Balneor.* 515. 6
Aldovandus Michelottus. *Aſſis.* 481.32
Aldebrandus Cajetanus. *Sabin.* 567.34
Alemannus. *Amer.* 300.28
Anagn. 319.42
Alexander. *Lunen.* 846.33
Melphien. 932.17
Melphit. 917. 7
Terracin. 1298.54
Aodreaſius. *Mant.* 874.50
Argolus. *Terracinen.* 1300.68
Arigonus. *Mant.* 875.57
Borgia. *Nucer.* 1074.52
Cæſarinos *Preneſt.* 220.87
Cæſarinus *Viterb.* 1423.47
Alexander Cajetanus. *Tarrac.* 1298.55
Cariſsimus *Caſtren.* 583.58
Caſtracanus. *Fanen.* 670.54
de Cobebo. *Tiphern.* 1326.70
Creſcentius. *Recan.* 1224.37
Farneſius. *Oſtien.* 79.78
Farneſius. *Oſtien.* 81.87
Farneſius. *Anagn.* 321.61
Farneſius. *M. Flaſc.* 989.25
Farneſios. *Soran.* 1247.44
Farneſius. *Soran.* 1248.46
Fidelis. *Æſin.* 287.46
Fidelis. *Aquapend.* 584. 6
Guidiccionius. *Lucen.* 830.91

Alexander Guidiccionius. *Lucen.* 831.92 A
Maſius. *Valven.* 1385.68
Medices. *Praneſt.* 222.100
Monfredus. *Monopol.* 969.33
de Monte. *Eugub.* 654.74
Oliva. *Camer.* 564.39
Perettus. *Alban.* 276.12
Philodorus. *Tiphern.* 1325.57
Philonardus. *Aquin.* 401.48
Piccolomineus. *M. Ilcin.* 996.7
Piccolomineus. *Pient.* 1179.7
Rubeus. *Caſtren.* 582.55
Ruffinus. *Melphien.* 939.49
Sabinus *Tuſcul.* 242.63
Saulius. *Papien.* 1109.102
Sergardus. *M. Ilcin.* 997.13
à S. Severina. *Viterb.* 1476.56
Sfortia. *Narnien.* 1020.55
Sperellus. *Eugub.* 654.78
Strozza. *Aret.* 435.89
Strozza. *Volater.* 1461.71 B
Stupha. *M. Polit.* 1006.6
de Taſſis. *Terrac.* 1301.77
Victricius. *Alatr.* 294.54
Vinciolus. *Nucer.* 1068.30
Alexius Celadonius. *Melphit.* 918.19
Stradella. *Nepes.* 1034.67
Alferius. *Travent.* 1328.6
Viterb. 1414.18
Alifredos. *Balneor.* 515.3
Alipertus. *Fund.* 721.9
Urbevet. 1465.4
Aloyſius. *Æſin.* 283.25
Avers. 492.41
Ravel. 1194.47
Alferius. *S. Marci.* 879.22
de Amato. *S. Marci.* 879.21
de Apera. *Interamn.* 762.48
de Aragonia *Caven.* 618.8
de Aragonia. *Nerit.* 1051.8
Brancifortius. *Melphien.* 941.60 C
Cavalcantes *Biſin.* 523.26
Coperia. *M. Peluſii* 1000.18
de Franchis. *Nerit.* 1056.18
Gallus. *Ancon.* 341.52
de Januario. *Caven.* 619.16
Pallavicinus. *Salut.* 1230.9
Taſſius. *Recanat.* 1223.26
Alpartus. *Volater.* 1429.15
Alpertus. *Aret.* 414.41
Alphatius. *Aret.* 410.27
Alphonſus. *Papien.* 1091.67
Alvarez. *Monop.* 974.39
Binarinus. *Camer.* 566.48
Coſta. *Melphit.* 938.36
Dominquez. *Monop.* 974.49
Geſualdus. *Oſtien.* 82.89
de la Queva. *Praneſt.* 224.113
Tornabonus. *Salut.* 1229.4
Vicecomes. *Spolet.* 1269.69
Vitalis. *Lipar.* 784.46 D
Altegranus. *Aſcul.* 463.31
Alterius Biliottus. *Tudert.* 1356.51
Alvarez de Mendoza. *Aquil.* 394.33
Alvarus de la Quadra. *Aquil.* 393.27
Amabilis. *Oſtien.* 49.10
Amadeus. *Aret.* 419.58
Sabin. 179.66
Amantius. *Narnien.* 1018.35
Amaricus. *Spolet.* 1258.24
Amaſius. *Soran.* 1244.1
Spolet. 1256.11
Amatus. *Fanen.* 661.9
Nepes. 1029.25
Ambroſius. *Anagn.* 307.7
Lucen. 397.34
Tarrac. 1291.24
Verul. 1394.18
Angelini. *Aquapend.* 585.8
Ambroſius Monticula *Sign.* 1241.57
Piccolomineus. *Triven.* 1333.40
Salvius. *Nerit.* 1054.14
Spinula. *Lunen.* 856.70
Americus Chiuti. *Volaterr.* 1456.49
Amicus Agnifilus. *Aquil.* 390.16
de Bonamicitia. *Pennen.* 1150.38
Panichius. *Lucen.* 771.5
Amideus. *Pennen.* 1112.3
Anaſtaſius. *Æſin.* 282.7
Alban. 253.30
Eugub. 634.9
Interamn. 751.22
Narnien. 1013.13
Papien. 1078.14.1082.31.1083.35
Pennen. 1132.17
Reat. 1197.13
Tiburt. 1304.5.8
Andreas. *Alban.* 250.9
Alatr. 289.11.291.28
Aquin. 396.5
Auximan. 498.7.506.33
Camer. 561.25.565.41
Ferent. 679.40
Fulg. 692.24
Fund. 720.4
Interamn. 760.30
Lucen. 841.27.846.30
S. Marci. 876.2
Marſorum. 891.11
Melphit. 918.15
Milit. 955.19
Nepes. 1032.48
Nucer. 1069.93
Oſtien. 49.11
Perus. 1159.22.1160.29
Praneſt. 194.21
Ravel. 1189.13
Reat. 1205.36
Sign. 1240.44
Soran. 1246.18
Spolet. 1258.30
Sutrin. 1276.44.46.1277.51
Tarrac. 1297.40
Verul. 1396.25
Volater. 1427.13
Urbevet. 1465.7
Ægidius. *Aſſis.* 482.41
de Alagni. *Milit.* 957.25
de Aptis. *Tuder.* 1354.39
Bontempus. *Perus.* 1163.43
Borgia. *Sign.* 1242.65
Capograſſus. *Valven.* 1379.37
de Ciajanis. *Aſſis.* 480.22
Cybo. *Terrac.* 1299.63
Gaccius. *Terrac.* 1298.51
Guidius. *Aſſis.* 481.33
Guidius. *M. Flaſc.* 986.4
de S. Hieronymo. *Volater.* 1456.51
Longus. *C. Caſtel.* 602.44
Marſonus. *Soran.* 1246.20.24
de Mericonibus. *Amer.* 301.35
Pellius *Recanat.* 1223.23
Perettus. *Praneſt.* 223.108
Sanctacrucius. *Viterb.* 1414.58
Sorbolongus. *Eugub.* 654.73
de Valle. *Praneſt.* 220.82
de Valle. *Milit.* 958.39
de Valle. *Valven.* 1382.59
Andreoneus *Biſin.* 519.1
Androinos Alberti. *Oſtien.* 72.60
Anſutus. *Furcon* 379.7
Angelarius Bentivenga. *Tudert.* 1353.35
Angelottus Fuſcus. *Anagn.* 320.51
Caven. 615.4
Angelus. *Anagn.* 320.50
Aquin. 396.7
Balneor. 516.21
Caſtren. 579.9.580.22.581.28.31
C. Caſtel. 599.22

Angelus. *Ferens.* 678.35 A
Narn. 1019.43
Nepes. 1029.29
Reat. 1207.40
Soran. 1247.34
Sutrinus. 1276.40
Trojan. 1347.25.1343.1
Urbevet. 1465.18
de Anna. *Præneſt.* 217.57
Acciajolus *Aquil.* 388.6
Acciajolus. *Caſin.* 576.8
Acciajolus. *Oſtien.* 74.66
Alterius. *Nepeſ.* 1032.46
Archilegius. *Aſſis* 483.49
Baleonius. *Recan.* 1221.12
Brancavalerius. *Alatr.* 249.56
de Caccis. *Verul.* 1397.38
Cæſius. *Tudert.* 1356.55 B
Capranica. *Aſcul.* 469.59
Capranica. *Reat.* 1211.53
Capranica *Præneſt.* 218.63
Cinus. *Recanat.* 1221.10
Colocius *Nucer.* 1072.44
Corarius. *Recan.* 1221.54
Corarius. *Tuſcul.* 239.33
de Fiebindacciis. *Aret.* 428.70
Gozadinus. *C.Caſtel.* 603.46
de Lacertis. *Melphit.* 918.18
Leonius. *Tiburt.* 1311.50
Lupus. *Tiburt.* 1315.47
de Maccaſanis. *Mars.* 912.38
Maldachinus. *Aquin.* 401.49
Martius. *Aſſis.* 483.48
Mauſonius. *Aprut.* 373.61
Pecchinolus. *C.Caſtel* 601.33
Piſanus. *Balneor.* 516.27
de Poſte. *Caſinen.* 576.9
Ranutius. *Fan.* 671.56
de Ricaſolis *Averſ.* 491.31 C
de Ricaſolis. *Soran.* 1246.23
de Ripantibus *Æſin.* 283.31
Scardeonius. *Tudert.* 1355.44
de Tineolis *Viterb.* 1415.22
Vitelleſchus *M.Flaſc.* 987.12
Urſinus. *Caſin.* 577.10
Anglicus Grimoaldus. *Alban.* 269.56
Annibal Spataſora. *Lipar.* 783.39
Anſelmus. *Fulgin.* 696.27
Lipar. 778.12
Lucen. 813.50
Lucen. 836.19.840.23
Milit. 954.10
Nucer. 1066.18
Badagius. *Lucen.* 807.49
Anſovinus. *Camer.* 549.8
Anthemius. *Interam.* 750.7
Anthimus. *Interamn.* 748.2
Spolet. 1252.3
Antonellus. *M.Pelus.* 999.3
Antoniottus Pallavicinus. *Præneſt.* 219.69
Antonius. *Alatr.* 292.37
Amerin. 298.17 D
Aquin. 397.26.398.34
Cajet. 542.46
Caſtren. 581.34
C.Caſtel. 601.31
Hortan. 741.39
Human. 746.21.22
Lipar. 782.28
Lunen. 853.44.854.51
S.Marci. 879.18.
Melphien. 934.24.935.28.19
Milit. 958.35
M.Flaſcon. 986.3.5
M.Pelus. 997.7
Pennen. 1149.32
Sign. 1239.37
Terrac. 1298.49.50
Tudert. 1355.45

A Antonius. *Urbevet.* 1466.22
de Albericis. *Nepeſ.* 1032.53
de Alljis. *Volater.* 1459.64
Archeonius. *Aprut.* 397.28
Archeonius. *Aret.* 428.69
Archeonius. *Aſcul.* 467.48
de Aribandis. *Cajet.* 541.38
Ayello. *M.Pelus.* 1002.33
Barberinus. *Præneſt.* 224.115
Bettinius. *Fulg.* 705.44
Bichius. *Auxim.* 513.49
Bichius. *M.Ilc.* 997.14
Bichius. *Præneſt.* 226.120
Bologninus. *Fulg.* 704.43
Bologninus. *Nucer.* 1070.35
Bonjoannes. *Camer.* 566.45
Bonſius. *Terrac.* 1299.65
B Buccabellus. *Ferent.* 678.38
Cajetanus. *Portuen.* 149.102
e Calvis. *Tudert.* 1354.41
Carbonus. *Fan.* 667.41
Carolus. *Biſinian.* 522.17
Cervinus. *M.Polit.* 1006.10
Cipollonius. *Volater.* 1457.55
Cobaterius. *Vrbevet.* 1476.53
de Comite. *Lipar.* 782.30
Corarius. *Oſtien.* 75.68
Corradius. *Aquin.* 400.41
David. *Fan.* 667.37
Fatatus. *Ancon.* 338.41
Ferrerius. *Eugub.* 650.67
Ferrerius. *Perus.* 1165.54
de Fliſco. *Lunen.* 854.47
Fonſeca. *Tiburt.* 1315.64
Forteguerra. *Pien.* 1180.16
de Franchis. *Ravel.* 1191.33
Franciſchinus. *Amer.* 304.47
Gallus. *Oſtien.* 82.93
C Gallus. *Peruſ.* 1171.65
de Gaſparis. *Mars.* 915.53
Genonius. *Lipar.* 782.35
de Graſſis. *Tibur.* 1311.48
Grarianus *Amer.* 303.46
Guerreſchus. *Sign.* 1241.60
de Joannetto. *M.Peluſ.* 999.3
Juſtinianus. *Lipar.* 783.41
de Laris. *Nerit.* 1055.7
de Laris. *Soran.* 1247.35
de Laurentiis. *Aſſis.* 484.54
Lunellus. *Cajet.* 544.58
Lunellus. *Ravel.* 1191.33
Marcheſonus. *Tiph.* 1325.60
de Marſiliis. *Perus.* 1173.72
Maſſa. *Caſtren.* 582.56
Melatinus. *Aprut.* 366.36
Meliorius. *S.Marci.* 881.35
Michelottus. *Peruſ.* 1163.46
Miniatenſis. *Balneor.* 516.29
de Monte. *Alatr.* 293.43
de Monte. *Papien.* 1106.98
D de Monte. *Portuen.* 146.77
de Monte *Tipher.* 1324.51
Montecatinus. *Fulg.* 717.64
Novellus. *Soran.* 1247.33
Panciarinus. *Tuſcul.* 239.35
Papi. *S.Marci.* 882.46
Parenticellus. *Lunen.* 855.58
de Pede. *Monopol.* 969.32
Pernottus. *Sabin.* 185.103
Philonardus. *Verul.* 1398.42
Pichot. *Salut.* 1230.10
de Portiano. *Soran.* 1246.29
Portius. *Monopol.* 974.40
Probus. *Pennen.* 1150.39
Puccius. *Melphien.* 939.45
Puccius. *Sabin.* 183.86
Riccius. *Aret.* 435.86
del Rio. *Cajet.* 545.69
de Riparia. *Lucen.* 823.76

Roſa.

Roſa. *Terrac.* 1298.57 A
Roſa. *Terrac.* 1298.59
Sacchettus. *Trojan.* 1348.40
Sanfelicius. *Nerit.* 1062.25
de Sangro. *Trojan.* 1348.42
Sanſeverinus. *Portuen.* 147.81
Saulus. *Oſtien.* 83.94
Scagilionus. *Averſ.* 493.43
Seneca. *Anagn.* 322.69
Severus. *Eugub.* 650.61
Simeonius, *Nepeſ.* 1033.60
Simeonius. *Sutr.* 1277.63
Sorbillus. *Milit.* 958.32
Spinellus. *Melphien.* 942.64
Stella. c. *Caſtel.* 600.29
Strada. *Milit.* 957.29
Torres. *Nepeſ.* 1032.51
Tortorelli. *Triven.* 1333.41
de Ubertis. *Mant.* 868.37
Venantius. *Æſin.* 284.33
Ugolious. *Auxim.* 510.39 B
Viminalis. *Nucern.* 1070.37
Apollonius. *Lunen.* 835.14
Aprilis. *Nucer.* 1065.3
Aquilinus. *Aſſis.* 479.5
Archangelus de Chilento. *Aquil.* 394.38
Ardunus. *Fanen.* 662.16.666.24
Trojan. 1344.2
Arfridus. *Feren.* 674.15
Aripertus. *Aret.* 412.34
Ariſtus *Oſtien.* 49.7
Armentarius. *Papien.* 1083.83
Arnaldus Filguerius. *Sabin.* 573.47
Arnoldus. *Aret.* 416.46
Sign. 1239.30
Trojan. 1347.18
de Auxilio. *Alban.* 268.51
Arnulphus. *Human.* 745.13
Milit. 951.1
Valven. 1360.8
Arpaldus. *Aſcul.* 442.11 C
Arenaldus *Verul.* 1388.2
Arſenius. *Eugub.* 635.22
Hortan. 735.11
Arvizzo. *Tiburt.* 1306.15
Aſael. *Anagn.* 309.26
Aſcanius Blaſii C. *Caſtel.* 604.50
Colmmna. *Preneſt.* 222.102
Fererius. *M. Pelus.* 1000.16
Sforza *Papien.* 1104.96
Sylveſtri. *Pien.* 1180.17
Aſclepiadorus. *Perus.* 1157.12
Aſtorgius. *Ancon.* 337.37
Melphien. 937.31
Ravell. 2189.17
Agnenſis. *Milit.* 957.27
Aſſuerius. *Aquin.* 395.2
Athanaſius. *Alban.* 250.3
Attilius Urſinus *M. Pelus.* 1001.29
Attingus. *Auxim.* 498.9
Atto. *Aprut.* 359.18.360.20.361.23.362.25 D
Camer. 555.17
Reat. 1197.17
Sabin. 196.22
Tudert. 1351.20
Audoris. *Aſcul.* 440.7
Aventius. *Aſſis.* 479.4
Lucen. 795.20
Auguſtinus. *Ancon.* 336.27
Balneor. 516.25
Cajet. 542.41
Ferent. 674.17
Lipar. 774.2
Narnien. 1014.24
Nucer. 1066.14
Papien. 1084.39
Pennen. 1149.30
Peruſ. 1163.44
Spolet. 1267.54
Verul. 1391.11
de Bellis *Soran.* 1249.59
Calaminus *Lauret.* 771.3
Candidus. *Lipar.* 787.49
Cuſanus. *Papien.* 1110.112
Finaccius. *Narnien.* 1018.37
Galaminus. *Auxim.* 512.46
Gandulphus. *Fund.* 732.51
Landulphus. *M. Pelus.* 999.11
Patritius. *M. Ilc.* 996.3.
Spinula. *Alatr.* 293.44
Spinula. *Peruſ.* 1165.56
Valerius. *Praneſt.* 222.101
Aritus. *Terrac.* 128.3
Aurelianus. *Lucen.* 795.17
Aurelius S. *Marci* 881.38
de Theobaldeſchis. *Ferent.* 679.46
Azolinus. *Averſ.* 487.1
Azzo. *Tiphern.* 1325.28

B

BAccius Ugolinus. *Cajet.* 543.51
Balduinettus de Balduinettis. *Ancon.* 340.46
Balduinus. *Melphien.* 922.1
de Balduinis. *Averſ.* 494.47
Baldus Ferratinus. *Amer.* 302.42
Balleonus Carradorus. *Marſ.* 915.49
Balſarius *Lucen.* 795.26
Balthaſſar. Coſſa. *Tuſcul.* 239.34
de Graſſis *Tiphern.* 1335.55
Mannus. *Lucen.* 825.80
de Valdes *Cajet.* 545.67
Bandellus de Bandellis. *Tipher.* 1322.40
Baptiſta. *Sutrin.* 1177.50
de Bufalo. *Aquin.* 399.38
Cantalicius. *Penn.* 1150.44
de Henricis. *Camer.* 564.37
Pontinus. *Nepeſ.* 1032.47.
Zeno *Tuſcul.* 241.42
Barbatus. *Sutr.* 1274.5
Barnabas. *Interam.* 762.42
de Benaſis. *Aſſis.* 482.42
Maleſpina. *Lunen.* 854.46
Bartholomæus. *Amer.* 299.25
Averſ. 491.29.492.33
Auxim. 505.30
Cajet. 541.34
Fulgi. 700.31
Hortan. 738.27
Lipar. 782.31
Sign. 1239.21.24.29
Spolet. 1263.39
Trojan. 1347.23
Verul. 1397.35
de Aleonibus. *Tudert.* 1355.47
de Bardis *Spolet.* 1265.48
Cæſius. *Narn.* 1020.54
Cæſius. *Tiburt.* 1314.56
Cajetanus *Fulg.* 700.31
Clarius. *Ancon.* 336.31
é Comitibus Monopellis. *Aquil.* 384.4
Ferratinus. *Amer.* 302.43
Ferratinus. *Soran.* 1247.43
Ferrus. *Interam.* 764.54
Flores. *Nepeſ.* 1032.49
Flores. *Sutr.* 1277.52
de Gaſpare. *Sulmon.* 1380.45
Guidiccionus. *Aprut.* 372.52
Guidiccionus. *Lucen.* 829.90
Cuintoncinus *Fulg.* 101.32
Martini. *Balneor.* 516.30
Mediavacca. *Reat.* 1210.47
Moranus. *Tipher.* 1324.46
de Rimbertinis. *Corton.* 627.12
de Scalis. *Sulmon.* 1382.53
Tocco. *Valven.* 1380.46
de Troja. *Corton.* 627.8

Vagni-

Bartholomæus Vagniſius. *Aſſis.* 482.40
  Vanninus. *Nepeſ.* 1034.12
  Vanninus. *Sutrin.* 1278.75
  Varellus. *Lipar.* 778.17
 de Vincio. *Valven.* 1381.49
  Vitelleſchus. *M. Flaſc.* 986.10
Baſilius. *Alban.* 251.25
  Lipar. 775.8
  Luaen. 834.7
  Maſcardus. *Tudert.* 1355.50
  Pignattellus *Aquil.* 393.30
Baſinus. *Averſ.* 489.16.
Batius *Ferent.* 673.2
Bellator. *Oſtien.* 49.6
Beltraminus de Beltraminis. *Tarrac.* 1300.72
Benedictus. *Alban.* 250.14.16
  Amer. 297.12.298.15
  Anagn. 308.18
  Aret. 410.14
  Aſcal. 467.51
  Balneor. 516.22
  Camer. 561.27.32
  C. Caſtel. 597.3
  Caſtren. 580.24.579.4
  Ferent. 674.16
  Fulg. 688.18.692.26
  Fund. 723.17.724.21.731.37
  Humaa. 743.6
  Lucen. 818.54
  Marſorum. 904.14
  Nepeſ. 1025.12.1028.19
  Nucer. 1066.8
  Peruſ. 1157.11.1158.16.1161.35
  Portuen. 114.22.115.24.26.127.40
  Reatinus. 1201.25
  Sabin. 157.16
  Spolet. 1162.37
  Sutrin. 1274.13
  Sylvæ Candidæ. 91.7.93.17
  Tarracin. 1291.19.26
  Tiburt. 1307.19.1308.21
  Valven. 1360.3
  Verul. 1397.36
  Volater. 1431.23.25
  Converſinus. *Æſin.* 284.34
  Falconcini. *Aret.* 435.92
  Guidalottus *Aprut.* 368.39
  Guidalottus. *Recan.* 1222.16
 de Herrera. *Monop.* 974.45
  Hieraceus. *Lipar.* 787.50
  Juſtinianus. *Portuen.* 150.105
  Lomellinus. *Anagn.* 321.66
  Lomellinus. *Lunen.* 856.63
  Nerlius *Volater.* 1461.70
 de Pradoxis. *Ravel.* 1189.19
  Salinus. *Verul.* 1398.43
  Stampius. *Aſſis..* 481.36
  Vallatus. *Cirton.* 626.3
  Ubaldus. *Peruſ.* 1172.68
Benenatus. *Eugub.* 635.19
Beneredus. *Praneſt.* 199.33
Benincaſa. *Reat.* 1197.19
 de Benincaſis. *Ancon.* 339.42
Benivenga de Beniveghis. *Alban.* 264.47
Bentivolus. *Eugub.* 640.38
Benvenutus. *Cajet.* 540.33
  Eugub. 645.47
 de Scotivolis. *Auxim.* 500.19
Berallus. *Pennen.* 1147.21
Berardus. *Aprut.* 355.15
  Fanen. 666.29
  Ferent. 675.23
  Furcon. 377.5.379.11
  Marſorum. 892.12
  Pennen. 1115.9.1138.19
  Praneſt. 196.25
  Reat. 1207.38
  Terracin. 1292.28
  Tibur. 1309.30
Berardus. *Trajan.* 1347.17
  de Berardis. *Auxim.* 213.15
  Bonjoranus. *Camer.* 566.47
  de Carninis *M. Pelus* 999.9
 e Comitibus Antignani. *Fulg.* 700.30
  Herulus. *Sabin.* 181.71
  Herulus. *Spolet.* 1268.61
 de Padula. *Aquil.* 381.1
 de Podio. *Ancon.* 335.23
  Sanctius. *Aquil.* 392.26
Berengarius. *Lucen.* 797.33.823.73
  Freduli. *Portuen.* 140.53
Bernabo Maleſpina. *Penn.* 1149.29
Bernardettus Minerbettus. *Aret.* 433.83
Bernardinus Ægidius *Aquapend.* 585.9
  Belluccius. *Camer.* 578.58
  Callinius. *Sign.* 1241.55
  Caravajal. *Oſtien.* 78.75
 de Comitibus. *Terrac.* 1301.81
 de Cupis. *Auxim.* 510.42
  Fumarellus. *Valv.* 1382.61
  Guinigi. *Reat.* 1217.77
 de Leis *Caſtren.* 581.41
  Lunate *Aquil.* 399.37
  Maſſerius. *Anagn.* 323.74
  Pannicola. *Ravel.* 1193.45
  Piccolomineus. *Aprapt.* 372.53
  Scannaſora. *Caſtren.* 581.42
  Soranus. *Ravel.* 1191.31
  Spada. *Sabin.* 188.123
  Tempeſtinus. *M. Pelus.* 1000.13
  Vicecomes. *Alatr.* 295.45
Bernardus. *Æſin.* 283.23
  Aſcul. 444.20.445.21
  Auxim. 502.23
  Biſinian. 523.20
  Cajet. 530.12
  Caſtren. 579.3.581.38.580.11
  Human. 745.14
  Marſorum. 902.13.912.30
  Nepes.. 1029.22
  Nucer. 1067.26
  Oſtien. 55.16
  Pennen. 1147.23
  Portuen. 126.35
  Praneſt. 196.23
  Sign. 1238.20
  Spolet. 1266.50
  Sutrin. 1276.43
 de Allia. *Perusin.* 140.56
  Balbus. *Papien.* 1097.71
 de Bartholomæis. *Tiphern.* 1323.42
  Candianus. *Papien.* 1102.92
  Carius. *Perus.* 1161.37
  Caſtaneto. *Portuen.* 139.52
 de Gouth. *Alban.* 268.48
  Inghiramius. *Volater.* 1462.76
 de Lacu. *Viterb.* 1418.24
 de Langniſello *Portuen.* 138.48
  Lunatus. *Papien.* 1090.65
  Militius. *Sulm.* 1382.60
  Morra. *Averſ.* 494.50
  Nero. *Biſin.* 524.33
  Roccius. *Urbev.* 1479.67
  Rogerius. *Soran.* 1247.40
Beroaldus. *Ancon.* 332.19
Bertoldus. *Cajet.* 538.20
Bertrandus. *Alatr.* 291.30
 de Alano. *Eugub.* 650.58
  Augerius. *Tuſc.* 236.24
  Deucins. *Sabin.* 172.43
  Lagerius. *Aſſis.* 480.27
  Lagerius. *Oſtien.* 73.64
 de Pieto. *Oſtien.* 71.57
Bertuccius. *S. Marci.* 878.11
Beſſarion. *Sabin.* 179.65
Bevegnates de Caputils. *Nucer.* 1067.23
Biſantius.. *Trojan.* 1347.19
Bivarius *Aret.* 417.53

Blan-

Blandus. *Hort.* 735. 6 A
Blaſius. *Fund.* 727.27
Palladius. *Fulg.* 712.50
Blondus de Conchis. *Æſin.* 283.57
Bloſius. *Reat.* 1208.46
Bnolergius. *Ancon.* 330.13
Bobo Urſinus. *Portuen.* 127.38
Bonajunta. *Æſin.* 282.15
Bonatus. *Eugub.* 638.36
Bonaventura. *Alban.* 264.46
Balneor. 516.20
Fulanus. *Alatr.* 294.52
Martinellus. *Valven.* 1376.71
Bonavita. *Recan.* 1219.4
Bonfilius de Bonfiliis. *Fulg.* 689.23
Bonhomo. *Aret.* 410.24
Fanen. 666.57
Bonifacius. *Alban.* 251.54
Camer. 549.3
Narn. 1016.28
Nepes. 1030.34 B
Papien. 1081.18
Sutrin. 1274.11
Tiphern. 1318.7
Tudert. 1351.13. 1352.31
Velner. 43.2.3
Barcigroſſus. *Sutr.* 1276.42
Bevilaqua. *Sabin.* 187.116
Cepti. *Nepes.* 1030.38
Ferrerius. *Portuen.* 147 80
Bonincontrus Thomæus. *Human.* 745.17
Boninſegna. *Aſcul.* 460.39
Bonipertus. *Sign.* 1235.10
Bonitus. *Ferent.* 674.7
Bonizzus. *Sutr.* 1275.20
Bonus. *Aſcul.* 466.38
Cajet. 529.6
Ferent. 673.4
Oſtien. 49.5
Boſſus. *Sabin.* 157.5
Tibur. 1307.18 C
Boſus Ubertinus. *Aret.* 426.16
Brancha. *Tiburt.* 1309.36
Branda Caſtillioneus. *Port.* 143.62
Britius. *Fulg.* 683.5
Spolet. 1251.1
Bruno. *Praneſt.* 196.19
Sign. 1236.15
Bulgarus Monte-mellinus. *Peruſ.* 1162.39
Buoſus *Volater.* 1430.51
Butius de Butiis. *Tiph.* 1322.37
Buttafava. *Lunen.* 852.40

C

CÆcilianus. *Spolet.* 1255. 8
Cælius. *Nucer.* 1065. 2
Cæſar Bovius. *Nerit.* 1054.15
Cajetanus. *Milit.* 958. 33
Deſtræus. *Alban.* 278.135 D
Facchenettus. *Oſtien.* 86.104
Facchenettus. *Spolet.* 1271 72
Gherardus. *Camer.* 569.53
Lamagna. *Caven.* 618.12
Lippius. *Caven.* 618.13
Naccius. *Amer.* 301.39
Petius. *Valv.* 1383.65
Rachagnus. *Tiph.* 1326.65
Sperellus. *Interam.* 765.67
Ventimilia. *Tarrac.* 1300.76
Cæſarius. *Marſorum.* 910.20
Oſtien. 55.18
Cajetanus de Afflicto. *Caven.* 619.17
Andrea. *Monopol.* 974.48
de Caſtillo. *Lipar.* 788.53
Calanius à Ciaja. *Nerit.* 1059.21
Calcompioſus. *Æſin.* 281. 3
Callixtus. *Tudert.* 1350. 7
Callixtus. Lodigeri. *M.Polit.* 1006.11
Camillus Burgheſius. *Æſin.* 285.37
Burgheſius. *M.Ilc.* 996. 9
Campegius. *Nepeſ.* 1034.65
Leoninus. *Tibur.* 1312.52
Peruſcus. *Alatr.* 293.48
Porcarius. *Aprut.* 371.50
Scribonius. *M.Peluſ.* 1000.51
Campolus. *Cajet.* 527. 1
Camadus. *Urbevet.* 1464. 2
Candidus. *Fulg.* 687.12
Tibur. 1304. 3
Capiterius. *Urbevet.* 1468.31
Capponus Capponius. *Aret.* 428.72
Carantes Sannazarius. *Papien.* 1101.82
Carbo. *Fanen.* 662.18
Carolus de Actis. *Ancon.* 336.33
Azzolinus. *Balneor.* 518.45
Bonafaccia. *Interam.* 765.65
Bovius. *Balneor.* 518.43
de Buccardis. *Narn.* 1019.48
Caraffa. *Averſ.* 495.52.53
de Comitibus. *Ancon.* 341.50
Graſſius. *M.Flaſc.* 988.24
Laſcaris. *Spolet.* 1272.78
Loffredus. *Melphit.* 920.29
Madrutius. *Sabin.* 187.117
Medices. *Oſtien.* 86.102
Meus. *Biſin.* 525.38
Montilius. *Viterb.* 1421.43
Morozza. *Salut.* 1234.80
Mutus. *C.Plebis.* 595.6
de Nepis. *Aſſis.* 482.39
Pini. *Sabin.* 189.130
Piſcina. *Salut.* 1233.27
Pius. *Oſtien.* 85.99
Roſſettus. *Portuen.* 152.155
Salvatorius. *Aſſis.* 485.62
Scalia. *Triven.* 1333.34
Sfondratus. *Volater.* 1463.80
Soderinus. *Narn.* 1020.32
Spinula. *Peruſ.* 1169.57
Tilli. *Monopol.* 974 47
de Totis. *Eugub.* 655.79
Traverſarius. *Sign.* 1241.56
Trottus. *Balneor.* 518.41
Caſſianus. *Aret.* 410.17
Hort. 734. 2
Tuder. 1350. 3
Caſſius. *Interamn.* 751.17
Narn. 1011. 8
Caſtus. *Portuen.* 111. 8
Triven. 1328. 1
Cechardus. *Lunen.* 834. 5
Celſus. *Camer.* 550.10
Pacius. *Caſtr.* 582.52
Zanes. *C.Plebis.* 594. 2
Centius Sabelius. *Port.* 127.41
Ceſus. *Furcon.* 377. 3
Ceteſius. *Camer.* 557.20
Changinus. *Volater.* 1427. 9
Chriſtophorus. *Alatr.* 291.33
Biſin. 525.11
Archintus. *Salut.* 1229. 6
Bordonius. *Corton.* 628.14
Buſcharius. *Fulg.* 704.42
Cajetanus. *Fulg.* 717.63
Giarda. *Caſtr.* 583.61
Madrutius. *Portuen.* 147.90
Numalius. *Alatr.* 292.41
Ugolinus. *Corton.* 627.11
Chryſogonus. *Alb.* 250. 4
Chryſpoldus. *Fulg.* 682. 2
Ciecius Palumbus. *Melphien.* 937.34
Cinthius. *Portuen.* 126.34
Sabin. 161.57
Philonardus. *Tarrac.* 1300.66
Citonatus. *Portuen.* 112.14
Clarenſis. *Balneor.* 515. 2

Cla-

Clariſſimus. *Aſſis.* 479.12 A
Claudius *Aſcul.* 439.2
Clemens. *Verul.* 1397.37
Dolera. *Fulg.* 714.55
Gera. *Interamn.* 764.58
del Pezzo. *Aquil.* 394.35
Secenarius. *Aquil.* 389.12
Cliel. *Aſcul.* 442.14
Cęleſtinus Puccitellus *Ravel.* 1193.44
Cola. *Soran.* 1246.27
Colus. *Reat.* 1197,10,1198.21
Comnimundus. *Aret.* 412.32
Conon, *Mant.* 863.11
Peruſ. 1158,21
Præneſt. 197.27
Conradus. *Aſſis.* 480.24
Balneor. 516.23
Hortan. 737.26
Lucen. 803.39
Papien. 1091.68
Portuen. 127.42 B
Præneſt. 197.26
Soran. 1245.12
Caracciolus. *Milit.* 957.26
Caracciolus *Urbevet.* 1475.48
de Carbonaria. *Anagn.* 321.62
Cloaco. *Amer.* 301.33
Manilius *Balneor.* 516.32
Melatinus. *Aprut.* 366.35
Monellinus. *Terrac.* 1298.56
de Suhurra. *Sabin.* 161.29
Veſpius. *Eugub.* 650.63
Vittelesboch. *Sabin.* 161.31
Conſalvus Caputus. *S. Marc.* 881.42
Conſtantinus. *Alban.* 250.13
Anagn. 307.8
Aquin. 395.1.4.
Aret. 416.47.418.56
Cajet. 527.9
Interam. 750.10.752.23
Melphien. 931.15 C
Portuen. 114.21
Præneſt. 194.12
Urbevet. 1470.33
Conſtantinus Bargellinus. *Fulg.* 716.59
Bonellus. *Tipher.* 1325.59
Herulus. *Spolet.* 1268.62
Herulus *Tudert.* 1355.48
Rogadeus. *Ravel.* 1183.2
Veltramus. *Corton.* 630.25
Conſtantius. *Interam.* 751.21
Narn. 1012.12.1019.47
Nucer. 1067.22
Peruſ. 1156.2
Sutr. 1274.2
Terrac. 1291.13
Bargellinus. *Reat.* 1214.64
Coriolanus de Martiranis. *S. Marc.* 879.23
Cornelius Termanus. *Auxim.* 511.43
Corteſanus. *Tipher.* 1321.26
Coſmus de Angelis *Cort.* 631.27 D
Gherius. *Fanen.* 668.45
Manuccius. *Interam.* 764.59
Minerbettus. *Cort.* 631.29
Paſtius. *Aret.* 431.78
Serarius. *Ravel.* 1191.26
Torres *Peruſ.* 1172.67
Creſcentianus. *C. Caſtel.* 597.1
Creſcentius. *Æſin.* 282.11,14.
Aſſiſ. 479.17
Nepeſ. 1028.17
Sabin. 160.16.161.28
Sylva Candida 93.16.107.2
Volater. 1440.35
de Cava. *Alatr.* 291.21
Creſconius. *Tudert.* 1350.5
Criſpinus. *Papien.* 1078.8.12.1709.21
Cuſtodirus. *Caſtr.* 579.1
Cyprianus. *Aret.* 410.23.26
A Cyprianus de Caris. *Terrac.* 1300.6
Senilis. *Auxim.* 510.4
Cyriacus *Ancon.* 327.

D

DAlmatius. *Papien.* 1078.1
Damaſus. *Portuen.* 111.
Damianus Biſcoſſia *Papien.* 1082.3
Daniel. *Fund.* 724.2
Tiburt. 1039.3
Dalius, *Aret.* 410.1
David *Caſtr.* 581.3
Davizzo. *Tipher.* 1319.2
Decentius. *Aret.* 410.1
Eugub. 634.
Peruſ. 1156.
Decoratus *Tibur.* 1304.
Defendens Burſatus *S. Mar.* 881.4
B Delphinus Gozadinus. *Penn.* 1149.3
Deobaldus. *Peruſ.* 1158.1
Deodatus. *Aret.* 410.2
Eugub. 635.1
Milit. 955.1
Monopol. 961.1
Papien. 1084.4
Scalia. *Melphien.* 941.5
Deſiderius Scalia. *Melphien.* 941.5.
Deusdedit. *Amer.* 298.1
Cajet. 533.5
Narn. 1013.1
Dicentius. *Lucen.* 795.15
Didacus *Banez.* *Triv.* 1333.40
Marinus. *M. Pelus.* 1001.26
Marcellus. *Milit.* 960.45
Petra. *Mars.* 915.54
Dionyſius. *Alban.* 250.1
Aprut. 359.17
Eugub. 634.6
C *Ferent.* 678.31
de Martinis. *Nepes.* 1034.70
de Robertis. *Ferent.* 679.45
Tuſcuſ. *Monopol.* 968.20
Vannuccius. *Perus.* 1164.49
Divitius. *Tuſcul.* 230.10
Docibilis. *Cajet.* 529.5
Terrac. 1296.33
Dodo. *Narn.* 1013.21
Reat. 1198.23
Dominicus. *Anagn.* 307.4
Eugub. 635.23.636.31
Fanen. 661.8
Ferent. 674.14
Fulgin. 688.16
S. Mar. 879.15
Milit. 955.16,958.31
M. Flaſc. 986.6
Reat. 1204.31
Sutrin. 1274.14.1276.41
D *Triven.* 1328.3
Valven. 1360.14
de Anglona *Sutr.* 1276.45
Aſtallus. *Fund.* 728.36
Beliſarius. *Melphit.* 920.31
de Bernardinis. *Milit.* 961.51
de Broſtellis. Aſſis. 482.37
de Cupis. *Camer.* 566.46
Grimanus *Portuen.* 146.73
Gymnaſius. *Oſtien.* 84.98
Luthanus. *Reat.* 1212.54
de Marcinis. *Sutr.* 1278.73
de Maximis. *M. Flaſc.* 990.34
Mercarius. *Ravel.* 1191.25
Petruccius. *Biſin.* 524.32
Pichius. *Amer.* 304.49
Pinellus. *Oſtien.* 82.91
Ram. *Portuen.* 143.63
de Ruvere. *M. Flaſc.* 987.15

de Sum-

Dominicus de Summo, *Biſin.* 523.24 A
Tuſchus. *Tibur.* 1312.54
Valerinus. *Tibur.* 1310.43
de Zaulis. *Verul.* 1400.53
Domitius Morellus. *Ferent.* 679.50
Domnizo. *Sabin.* 160.24
Donadeus. *Narn.* 1019.44
Donatianus. *Aret.* 409.4
Donatus. *Aret.* 405.2
M. Pelus. 999.6
Oſtien. 55.20
Boctinus. *Valv.* 1382.52
Stampa. *Nepes.* 1034.66
Strineus. *Caſtren.* 581.40
Dondatius Alexius. *Fulg.* 718.68
Dorotheus. *Fulg.* 668.15
Drago. *Oſtien.* 62.40
Dulciſius. *Aret.* 410.19
Dulcitius. *Sabin.* 156.2

E

E Berardus. *Æſin.* 282.8 B
Milit. 951.4
Eleutherius. Lucen. 795.24
Terrac. 1290.8
Elias de Heredio *Oſtien.* 72.60
Elimpertus. *Aret.* 414.42.417.48
Eliſeus. *Mant.* 863.2
Theodinus. *Soran.* 1248.45
Elius. *Trojan.* 1346.7
Elperinus. *Aſcul.* 443.16
Elpidius. *Volater.* 1427.3
Elvetus. *Aret.* 412.33
Emmanuel Bullionius. *Oſtien.* 88.107
Emmo. *Aſcul.* 444.19
Emygidius. *Aſcul.* 439.5
Ennius Philonardus. *Alb.* 273.92
Philonardus. *Ferent.* 679.51
Philonardus. *Verul.* 1397.41 C
Ennodius. *Papien.* 1080.24
Enoc de Cancellariis. *Corton.* 627.9
Epaphroditus. *Terrac.* 1283.1
Epiphanius. *Alban.* 250.7
Aſcul. 439.5
Papien. 1078.11.1079.22
Perus. 1158.14
Syl. Cand. 91.8
Eraſmus *Sign.* 1235.14
Ereccus. *Avers.* 492.35
Erfermarius. *Ancon.* 330.14
Erfulſus. *Mant.* 860.2
Erpho. *Eugub.* 635.20
Evangeliſta de Mariſtellis. *Tibur.* 1311.49
Pallotta. *Portuen.* 149.104
Torgniolus. *Tipher.* 1325.64
Eubodius. *Tipher.* 1318.1
Euchariſtus. *Volater.* 1439.33
Eudo. *Camer.* 550.11 D
Everardus. *Aret.* 414.40
Eugenius. *Oſtien.* 56.21
Fuccius *Verul.* 1398.45
Eulalius. *Nepet.* 1024.3
Eumantius. *Volater.* 1434.28
Euſebius. *Aret.* 409.8.410.12
Fanen. 658.3
Fulg. 687.14
Papien. 1089.58
Sutrin. 1274.1
Euſthacius. *Alban.* 250.12
Exuperantius Raffaellus. *Pennen.* 1152.56

F

F Abianus *S. Marci.* 877.4
Fabius Arcella. *Biſin.* 523.22
Chiſius. *Nerit.* 1058.20
Fabius Columna. *Avers.* 494.46
Fornarius. *Nerit.* 1055.16
Manciforti. *Eugub.* 655.81
Pignattellus. *Monop.* 974.38
de Vecchiis. *M. Ilc.* 998.16
Vigil. *Fulg.* 712.49
Fabritius Campius. *Ferent.* 679.49
Gallus. *Soran.* 1248.51
Landrianus. *S. Mar.* 879.26
Landrianus. *Papien.* 1109.106
Maſſæjus. *Pennen.* 1153.59
Paulutius. *C. Plebis.* 593.1
Peruſinus. *Tarrac.* 1300.54
Salerno. *Melphit.* 920.33
Spada *Praneſt.* 226.123
Suſanna. *M. Pelus.* 2001.32
Varanus. *Camer.* 565.43
Facundinus. *Nucer.* 1065.4
Falco. *Avers.* 489.13
Fauſtus Caffarellus. *Fund.* 732.46
Guidotti. *C. Plebis.* 595.7
Polus *Urbev.* 1479.65
Felicianus. *Fulg.* 684.4.685.6
Felinus Maria Sandeus. *Lucen.* 827.84
Sandeus. *Pennen.* 1150.42
Felix. *Anagn.* 307.1
Aſcul. 440.6
Cajet. 542.48
Camer. 549.6
Eugub. 634.5
Interam. 750.12
Lucen. 794.7.795.25
Nepes. 1024.5
Nucer. 1065.1
Portuen. 111.9
Papien. 1078.9
Praneſt. 193.1
Spolet. 1257.18
Tarracin. 1289.5.1291.14
Centinus. *Milit.* 959.45
Centinus. *Sabin.* 187.119
de Maximis. *C. Ducalis.* 605.4
Tamburellus. *Soran.* 1249.58
Ferdinandus. *Anagn.* 321.57.
Balneor. 516.31
de Abdua. *Alban.* 278.136
de Ferrera. *Cajet.* 543.53
de Leon. *Aquil.* 394.36
Nuptius. *Urbev.* 1480.71
Pandolphinus *Trojan.* 1347.31
Ponzettus. *Melphit.* 918.20
Tiburtius. *Mant.* 875.54
Ulmo *Soran.* 1247.41
Ferrantes Farneſius. *M. Flaſc.* 989.26
Fidelgarius. *Tarracin.* 1292.30
Fidemundns. *Fanen.* 666.26
Nucer. 1068.28
Fidentius. *Avers.* 490.21
Filerus. *Aſcul.* 443.15
Flaminius Philonardus. *Aquin.* 401.46
Flavius Chiſius. *Port.* 152.125.
Alban. 278.33
Floraſius. *Sutr.* 1275.30
Florentius. *Narnien.* 1018.32
Tiburt. 1304.2
Floridus. *Tudert.* 1391.9
Florentius. *Aret.* 409.6
Florinus. *Eugub.* 634.8
Florius. *Tiphern.* 1318.4
Florus. *Fulg.* 687.13
Fureon. 377.1
Folchus. *Tipher.* 1319.14
Formoſus. *Portuen.* 112.18
Fortunatus. *Anagn.* 307.2. *Auxim.* 497.3
Fanen. 658.5
Fulgin. 686.9
Tudert. 1350.6.1351.8
Valven. 1360.2

Car aſſa.

Fortunatus Caraſſa. Avers. 495.55
Fortunius. Eugub. 635.15
Franciſcus. Alatr. 291.29.31
Amer. 301.32
Anagn. 321.53. Ancon. 340.45
Aprut. 363.30
Aret. 418.51
Cajet. 541.36
Camer. 561.26
Caſin. 576.7
Caſtren. 581.48
C. Caſtel. 598.17
Eugub. 649.49.52
Fanen. 666.28
Fundan. 727.29.30.731.42
Interam. 760.36.762.44
Lipar. 780.24.782.34
Lunen. 855.57
S. Marci. 877.7
Monop. 968.18
Nepeſ. 1030.42.1032.50
Soran. 1246.22
Spolet. 1264.44
Sutrin. 1277.53
Tarracin. 1296.35.1297.36
Tipher. 1322.34
Valven. 1381.50
Abbati. Reat. 1216.76
Sutrin. 1275.29
de Afflicto. S. Mar. 880.34
Agnifilus. Aquil. 391.17
Ayellus. Caven. 614.1
Tuder. 1354.43
Alidoſius. Milit. 958.37
Alidoſius. Papien. 1105.97
de Alphanis. Æſin. 282.19
Angeluccius. Verul. 1400.51
Arata. Lipar. 788.52
Arrighi. M. Polit. 1006.12
Barberinus. Oſt. 86.103
Port. 151.116
de Bellantibus. Narn. 1019.41
Bellarmiuus Aret. 428.73
Beltraminus. Terrac. 1300.71
Bennius. Ravel. 1193.41
Bernardinus. Marſ. 915.55
de Biliis. Eugub. 650.60
Bilius Papien. 1110.108
Boncompagnus. Fanen. 670.51
Bonviſius. Lucen. 832.98
Boſſius. Penn. 1171.63
Brancatius. Portuen. 152.118
Buccapadulius. Valven. 1385.67
Campanarius. Alatr. 294.54
Cantucius. Lauret. 770.1
Caracciolus. Melphien. 938.39
Caraſſa. S. Mar. 882.48
Carbonus. Monop. 969.24
Sabin. 177.59
Carduccius Valv. 1386.69
Caroſius. Melphien. 937.30
Caruſius. Valv. 1383.64
Caſtaldus. Ravel. 1188.10
Cavalerius. Sulm. 1383.66
Cenninus. Amer. 304.48
Portuen. 151.113
Cheregattus. Aprut. 371.51
Citiadinus. Caſtr. 382.51
de Claromonte. Tuſcul. 242.53
Condulmerius. Portuen. 143.64
Cornelius. Praneſt. 220.88
de Cuppinis Interam. 761.38
ab Eccleſia. Salut. 1232.16
de Franceſchinis. C. Caſtel. 601.38
Gallus. Sabin. 184.69
Gambara Viterb. 1421.42
Gattula Cajet. 541.37
Lipar. 780.27

A Franciſcus Gazzetta. Peruſ. 1164.52
Gerini. Balneor. 518.40
Ghiſlerius. Tarrac. 1301.78
de Giangirolamis. C. Ducal. 606.14
Giannotti. Sign. 1242.67
Giattini. Æſin. 287.47
Giojoſa. Oſtien. 82.92
Gonzaga. Mant. 870.42.873.47.874.51
Gonzaga. Papien. 1109.103
Gratianus. Peruſ. 1163.42
Guicciardi. Narn. 1022.68
Guiniſius. M. Flaſc. 989.27
Herulus. Spolet. 1628.63
Honuphrius. Valv. 1386.72
Hiloris. Interam. 762.46
Inſigia. Aſſis. 482.43
Jordani. Æſin. 282.20
Juſti. Camer. 570.57. Nepeſ. 2035.77
Lambardus. Verul. 1400.50
Landus. Sabin. 178.62
Lantes. Lunen. 855.53
B Lavellus. Ravel. 1191.27
Macabrunus. Anagn. 321.59
Macaſanus. Marſ. 913.39
Marchiſius. Triv. 1329.19
de Marinis. Melphit. 919.28
Maſcardus. Tudert. 1355.49
Maſſuci. Pennen. 1152.54
de Materio. M. Flaſc. 987.11
Maurocenus. Recan. 1223.22
Minerbettus. Aret. 432.82
de Monaldeſchis. Urbev. 1473.36
Monaldeſchus. Aprut. 368.41
de Monaldis. Melphien. 929.12
Urbev. 1475.50
de Monte. Oſtien 83.95
Mormiles. Caven. 614.2
Nerlius, Aſſis. 485.61
de Oddis Aſſis. 482.38
de Pace. Aquin. 401.50
Patritius Cajet. 545.50
C Peruſcus. M. Pelus. 1001.23
de Pozzetis. Aprut. 371.45
Philipperius. Feren. 679.42
Picharellus. Narn. 1022.67
Piccolomineus. Biſin. 523.21
Piccolomineus. M. Ilc. 996.4.8
Piccolpaſſus. Papien. 1102.90
Piſanus. Oſtien. 81.85
Poggius. Peruſ. 1162.40
Prægnanus. Cort. 630.24
Prægnanus. Praneſt. 216.54
Quignonus. Ravel. 1191.32
Rapacciolus. Interam. 765.62
Roboreus Camer. 565.44
Eugub. 650.66 Milit. 958.38
Volater. 1460.66
Romelinus. Alban. 272.76
Romulus. Sign. 1242.64
Roſa. Fulg. 710.45
Ruſticuccius. Fanen. 669.48
D de Salis. Balneor. 517.35
de Sangro. Sulm. 1379.40
de Scellonibus. Viterb. 1419.33
Sconditus. Melphien. 934.26
Sfortia Lucen. 829.89
Sfortia. Tuſcul. 244.75
de Silanis. Valv. 1379.42
Simoncta. Fulg. 716.61.
Peruſ. 1170.59
Soderinus. Anagn. 321.59
Aſſis. 482.45. Cort. 628.16
Narn. 1020.50 Oſtien. 79.76
Volater. 1459.65
de Stylo Lipar. 782.32
Subripa. Papien. 1101.87
Surgentinus. Monopol. 974.44
Tedullinus. Aquin. 398.33

Franciſcus Triven. *Melphien.* 942.63
Turnonius. *Oſtien.* 80.83
Vitellius. *Interam.* 764.60
Frantellus. *Camer.* 550 9
Franzinus Miehaelius. *Marſor.* 914.44
Fridericus. *Averſ.* 490.18
Biſin. 520.10
Recanat. 1220.6
Cæſius. *Tudert.* 1356.53
Port. 147.88
de Campo Fregoſo. *Eugub.* 650.68
Cornelius. *Alban.* 277.127
Frezzius. *Fulg.* 702.38
Gonzaga. *Mant.* 873.46
de Lecto *Valv.* 1379.35
Sfortia. *Tibur.* 1315.61
Frigerius. *Peruſ.* 1161.36
Frigidianus. *Lucen.* 794.10
Fromundus. *Verul.* 1392.17
Fructuoſus. *Eugub.* 634.13
Fulco Scotoi. *Papien.* 1098.74
Fullanus. *Lucen.* 793.6
Fumo. *Aſcul.* 444.18
Fulvius Aſtallius. *Sabin.* 190.134
Cornæus. *Peruſ.* 1170.60
Port. 148.92
Spolet. 1269.65
Urſinus. *Spolet.* 1269.66

G

Gabriel. *Caſtr.* 581.44
Cæſaous. *Salut.* 1229.7
Gabriellius. *Eugub.* 640.56
Maccafaous. *Mars.* 913.40
Maleſpina. *Lunen.* 854.50
de Monte. *Æſin.* 284.36
Narius. *S. Marci.* 881.40
Ortia. *Cajet.* 545.65
Paleottus. *Sabin.* 186.107
Setarius. *Nerit.* 1050.6
Gaidolphus. *Pennen.* 1113.7
Galearius Butringarius. *Cajet.* 543.54
Caurianus. *Mant.* 869.40
Florimontes. *Aquin.* 400.43
Gegald. *Balneor.* 517.37
Mariſcottus. *Tibur.* 1315.63
Moronus. *Recan.* 1223.31
Roſcius. *Aſſis.* 484.52
Galeotus Franeiottus. *Luc.* 828.85
Galganus. *Volater.* 1441.31.1448.41
Gallardus de Pallairaco. *Spolet.* 1266.52
Gallius. *Aret.* 410.13
Ganginus. *Volater.* 1429.18
Garganus. *Sign.* 1239.42
Garodulphus. *Tuder.* 1352.25
Garſiodorus. *Mant.* 863.18
Garverus. *Melphien.* 920.11
Gaſpar. *Fulg.* 703.40
Borgia *Alban.* 277.125
Burgus *Pennen.* 1152.55
Carpineus. *Sabin.* 190.133
Cecchinellus. *M. Flaſc.* 990.32
Cincius. *Melphien.* 940.50
Gajoſo. *Aquil.* 394.34
Loffredus. *Melphien.* 938.37
Paſchalius. *Reat.* 1214.67
Virianius. *Anagn.* 322.67
Zachius. *Auxim.* 507.35
Gaucelinus de Oſſa. *Alban.* 269.53
Gaudentius. *Aret.* 409.9
Peruſ. 1157.13
Veletren. 44.16
Polut. *Amer.* 305.51
Gaudioſus. *Eugub.* 634.14
Reat. 1196.7 *Sign.* 1235.5
Gaudius Caſtellus. *M. Pelus.* 1001.28
Gaufridus *Biſin.* 520.8
A Gaufridus *Milit.* 951.3.6
Volater. 1434.27
Caſtiliioneus. *Sabin.* 169.37
de Porteriis. *Ravel.* 1191.21
Gelaſius. *Aret.* 409.3
Geminianus. *Lucen.* 794.9
Volater. 1427.5
Gerſonus. *Viterb.* 1403.7
Gentilis. *Anagn.* 321.55
Ancon. 331.17
Aprut. 363.27
Averſ. 489.15
Auxim. 498.15
Marſ. 912.33
Reat. 1198.22
Viterb. 1406.8
de Bechis. *Aret.* 431.77
B Beutivenga. *Nepeſ.* 1029.32
Delphinus. *Camer.* 567.50
de Monte. *Melphit.* 918.14
Georgius. *Caſtr.* 581.39
C. Caſtel. 599.25
Nepeſ. 1025.9
Oſtien. 49.14
Portuen. 111.12
Bolognettus. *Reat.* 1216.72
Carduccius. *Valv.* 1386.70
Coſta. *Portuen.* 145.71
de Fliſco. *Oſtien.* 76.70
Maccafanus. *C. Caſtel.* 601.35
Manzolus. *Averſ.* 494.48
Roboreus. *Urbevet.* 1476.55
Gerardinus Maleſpina. *Lunen.* 854.45
Gerardus. *Alban.* 256.42
Amer. 298.18
Anagn. 317.37
Human. 745.15
Lucen. 798.36.805.45
C *Nepeſ.* 1029.23
Oſtien. 59.34
Spolet. 1264.43
Tibur. 1307.17
Trojan. 1345.4
Velit. 44.6
Blanchus. *Sabin.* 172.45
Cupalates. *Præneſt.* 211.43
Norehettus. *Caſtren.* 581.30
Rubeus. *Amer.* 300.31
Germanieus. *Tudert.* 1355.46
Germanus. *Auxim.* 497.6
Gilbertus. *Balneor.* 515.8.
Nucer. 1066.10
Tuſcul. 229.6
Lipar. 778.10
Ginoeſlus Calehl. *Lucen.* 832.100
Giojas Dragomanus. *M. Pelus.* 1000.20
Gippus. *Volater.* 1427.10
Giraldus. *Penn.* 1113.5
Valv. 1365.22
Verul. 1390.7
D Giſbertus Piolomæus. *M. Flaſc.* 987.13
Giſlerius. *Auxim.* 498.11.13
Giſo. *Aſcul* 456.27
Glorianus. *Oſtien.* 49.9
Glorioſus. *Camer.* 549.4
Godeſealehus. *Ravel.* 1191.29
Gofredus. *Aquin.* 396.13
Goffridus. *Averſ.* 488.4
Biſin. 520.6
Soran. 1245.10
Gondiſalvus de Rueda. *Aquil.* 393.32
Gorus. *Corton.* 625.2
Gorus Gerius. *Fanen.* 668.43
Gotfredus. *C. Caſtel.* 598.15
S. Mar. 879.19
Gotifredus. *Luc.* 816.51
Lunen. 837.21
Lunen. 844.29.853.42
Mant. 864.33

Gotl-

Gothifredus. *Reat.* 1105.34 A
Tibur. 1309.31
Fazarus. *Milit.* 956.21
Tineoſus. *Viterb.* 1407.9
Gradeſcus. *Valv.* 1360.3
Gratianns. *Alatr.* 292.40
Tudert. 1352.29
Veliitern. 44.12
Gratioſus. *Nepeſ.* 1025.7.11
Sutrin. 1274.6.8
Gregorius. *Anagn.* 307.6
Aquin. 396.14.15
Aret. 417.49.420.59
Aſſis. 479.9
Camer. 561.30
Fanen. 665.22
Ferent. 678.36
Lucen. 820.57
Mant. 860.1
Narn. 1017.30
Oſtien. 49.12 B
Oſtien. 49.25.56.24.27.29.57.31
Port. 111.2.112.13.114.23
Praneſ. 194.10
Sabin 157.11.14.160.23.161.30
Sylva Cand. 91.9.12.93.18
Signin. 1239.39.41
Terrac. 1291.27.1295.32
Tibur. 1308.22
Tudert. 1351.19.22
Veletr. 44.14
Verul. 1396.26
Urbevet. 1465.3
Boldrinus. *Mant.* 873.48
de Bonfiliis. *Caſtr.* 580.15
Creſcentius. *Papien.* 1097.73
de Gregoriis. *Interam.* 760.33
Magalottus. *Lipar.* 782.37
Narius. *Reat.* 1215.70
Panzanus. Milit. 960.48
Petrochinus. *Praneſt.* 223.104 C
Ubertus. *Caſtr.* 581.45
Grimaldus. *Æſin.* 282.10
Pennen. 118.13
Grimandus. *Anagn.* 1118.19
Grimizzus. *Lucen.* 805.47
Grimoaldus. *Valv.* 1360.10
Griſantus. *Spolet.* 1257.16
Groſſus. *Veliter.* 44.12
Guaghinus. *Volater.* 1428.14
Gualcherius. *Lunen.* 835.17
Gualdericus. *Furcon.* 377.4
Pennen. 1130.16
Gualderius. *Pennen.* 1146.20
Gualfredus. *Urbev.* 1466.24
Gualterius. *Æſin.* 282.13
Aret. 417.51
Pennen. 1133.18
Valv. 1364.20
Gualterus. *Alban.* 254.38
Averſ. 488.3.489.12 D
Cajet. 540.29
Lunen. 850.37
Tiburt. 306.16
Trojan. 1346.8
Suardus. *Aquil.* 392.21
Guarinus. *Aquin.* 396.11
Praneſ. 198.30
Guarnerius. *Auxim.* 498.14
de Guarneriis. *Recan.* 1225.28
Guercius Teſta. *Lucen.* 823.66
Guido. *Aprut.* 354.13.357.16.359.19
Caſin. 575.3
Lunen. 840.24
Oſtien. 56.22.64.43
Papien. 1084.49.1089.59.1090.64
Trojan. 1347.21
Bentivolus. *Praneſt.* 224.112
Guido de Bolonia. *Portuen.* 141.57
Curtius. *Papien.* 1088.55
Gonzaga. *Mant.* 868.35
Laugaſchius. *Papien.* 1100.79
Neguſautius. *Nucer.* 1067.25
Taczius. *Papien.* 1100.77
Guidottus Corregius. *Mant.* 864.25
Guielmus de Blanco. *Trojan.* 1347.16
Guglielmus. *Melph.* 925.5
Guillelmus. *Aquin.* 397.25
Aret. 414.39
Averſ. 491.27
Biſin. 520.37
Camer. 557.21
Caſin. 576.6
Caſtel. 598.16
Human. 743.7
Lucen. 820.61.823.74
Lunen. 853.41
Mant. 861.6
Melphien. 929.10.931.16
Monopol. 967.9.968.12
Narn. 1018.38
Papien. 1089.63
Portuen. 126.36
Pennen. 1147.25
Praneſtin. 198.28
Sabin. 171.39
Signin. 1239.31.33
Tipher. 1321.33
Trojan. 1346.6
Valven. 1369.25.1378.33
Baſtonus. *Papien.* 1109.104
Briſoneta. *Praneſt.* 219.72
Canetus. *Papien.* 1100.76
Capponius. *Corton.* 628.17
Centaurio. *Papien.* 1101.78
Curti. *Tuſcul.* 236.26
Dulcinus. *Lucen.* 823.72
de Eſtoutevilla. *Oſtien.* 76.71
Mandagorus. *Praneſt.* 214.49
de Maſtinis. *Aquin.* 397.19
de Normandis. *Anton.* 336.32
Normannus. *Tudert.* 1354.42
Sirletus. *S. Marci.* 879.27
de Sudre. *Oſtien.* 72.62
Ubertinus. *Aret.* 423.63
Griſmundus. *Averſ.* 488.5
Guittardus. *Tudert.* 1352.26
Guittus Farneſius. *Urbevet.* 1473.38
Gulierius. *Portuen.* 111.6
Gundesalvus. *Terrac.* 1298.58
Alban. 268.49
Guntardus. *Fundan.* 723.16

H

HAbetdeus. *Lunen.* 834.1
Habentius. *Perus.* 1157.8
Hadrianus. *Ferent.* 674.10
Human. 743.3
Reat. 1113.6
Sign.
Soran. 1247.42
Furconius. *Aquin.* 401.44
Hannibal de Ceccano. *Tuſcul.* 236.25
Hector Diotalevius. *Fanen.* 670.53
Urſinus. *Tipher.* 1322.39
Heldebaldus. *Reat.* 1197.15
Helmannius. *Pennen.* 111.36
Henricus. *Alban.* 254.39
Fulgin. 688.20
Lucen. 820.59.823.67.71
Lunen. 853.43
Mantuan. 863.17.864.22
Milit. 957.24
Spolet. 1258.29.

Jacobus *Ferent.* 677.25
Fulg. 687.12
Fund. 727.26.728.33
Lipar. 778.13
Lucen. 797.31.803.38
Mant. 868.30
Marſ. 910.23 912.32
Melphit. 917.8
Melphien. 926.6.933.19.934.27
Milit. 957.28.958.30
Monopol. 969.26
Narnien. 1019.42.45
Nepeſ. 1032.45
Pennen. 1113.4
Sign. 1239.26.1240.51
Soran. 1246.21.28.30
Sutrin. 1275.32.1276.48
Tarracin. 1297.43
Tiburt. 1309.32.34
Triven. 1329.15.22
Tudert. 1352.32
Valv. 1373.28.1374.29.30.1378.31
Viterb. 1419.28.29
Urbevet. 1470.34
Aldobrandinus. *Trojan.* 1348.34
Alpharidius. C. *Ducal.* 605.2
Ammannatus. *Lucen.* 826.82
Ammanatus. *Papien.* 1103.95
Tuſcul. 241.41
Aquaviva. *Nerit.* 1052.11
Barba. *Aprut.* 372.55
de Benedictis. *Pennen.* 1150.37
de Benefactis. *Mant.* 868.32
Berti. *Fulg.* 703.41
Bona. *Nepeſ.* 1035.75
Bongallus. *Anagn.* 321.58
Bongallus. *Nepes.* 1031.56
de Bontempis. *Æſin.* 283.26
Borromæus. *Papien.* 1102.93
Breuſqueth. *Nucer.* 1071.40
de Briciis *Aquin.* 398.31
Buſce. *Marſ.* 911.24
de Camplo. *Spolet.* 1268.58
Campana. *Lunen.* 855.52
de Cancellariis. *Nepeſ.* 1029.33
Carduinus. *Lipar.* 782.33
Cavalcantes. *Tiphern.* 1321.31
Corradus *Æſin.* 286.42
de Donadeis. *Aquil.* 390.15
Falconerius. *Aquin.* 397.23
Franzonus. *Portuen.* 153.126
Gherardi. *Aquin.* 399.39
Guidius. *Pennen.* 1151.48
Inſularius. *Melphien.* 937.32
de Lombardis. *Trojan.* 1347.26
Luccrianus. *Urbev.* 1476.51
Maccaſauus. *Mar.* 913.41
Macedoneus. *Monopol.* 974.42
Manſuetus. *Narnien.* 1018.31
Maſinus. *Sign.* 1241.59
de Maximis. *C. Ducal.* 605.3
Maximus. *Soran.* 1247.39
de Militibus. *Aret.* 427.67
de militibus. *Marſ.* 912.29
Minutulus. *Nucer.* 1070.38
Morigia. *Papien.* 1110.111
Mutus. *Spolet.* 1266.51
de Oſſa. *Portuen.* 139.51
Paganus. *Reat.* 1207.39
Palladinus. *Spolet.* 1267.55
Palviſſi. *Nepeſ.* 1030.41
Pecoraria. *Praneſt.* 207.40
Pellegrinus. *Fundan.* 731.43
Piccolomineus. *Aprut.* 372.56
Ponzetus. *Melphit.* 319.21
de Porta. *Mant.* 866.26
de Porta. *Portuen.* 133.45
Ptolomæus. *Narnien.* 1018.40
Puccius. *Marſ.* 912.28

A Jacobus Raymundus. *Melphien.* 941.58
de Rubeis. *Lunen.* 855.56
de Ruvere. *Milit.* 958.36
Sabellus. *Aprut.* 368.40
Sabellus. *Eugub.* 652.61
Sanneſius. *Volater.* 1478.73
Scholari. *Volater.* 1457.58
Serra. *Alban.* 274.74
Simonetta. *Nepeſ.* 1033.57
Simonetta. *Peruſ.* 1169.58
de Terſiis. *Triven.* 1330.24
Thomaſius. *Alatr.* 291.22
de Turdis. *Pennen.* 1149.34
de Turcis. *Spolet.* 1267.57
Vannuccius *Peruſ.* 1164.48
Ugozzolinus. *Viterb.* 1419.30
de Vitriaco. *Tuſcul.* 234.18
B Zancatus. *Anagn.* 320.49
Zancatus. *Sign.* 1239.43
Jannotus Pandolphinus. *Trojan.* 1347.30
Puccius. *Melphien.* 939.44
Januarius. *Peruſ.* 1160.27
Praneſt. 193.2
de Januariis. *Sutr.* 1275.21
Jaquellus. *Recanat.* 1221.11
Jaquintus. *Cajet.* 538.24
Ibo *Aſſiſien.* 479.7
Ignatius de la Cerda. *Aquil.* 394.39
Dantes. *Alatr.* 493.51
Ildebrandinus. *Aret.* 423.64
Ildebrandus *Aſſis.* 479.12
Volater. 1441.39
Urbevet. 1466.23
Ildephonſus Laſo Sedeno. *Cajet.* 545.60
Illuminatus. *Aſſis.* 480.19
Imarus. *Tuſcul.* 231.13
Immo. *Aret.* 415.45
Ingeamus. *Marſ.* 907.17
C Ingizo. *Aſſis.* 479.8
Tiphern. 1319.11
Innicus Avolos. *Aquin.* 400.42
Milit. 959.41 *Portuen.* 148.96
Caracciolus. *Averſ.* 495.56
Innocentius. *Æſin.* 283.29
Aret. 410.20
Ferent. 673.3
Papien. 1088.52
Tipher. 1318.3
de Bubalo *Camer.* 568.51
Joannes. *Æſin.* 282.6.17
Alatr. 289.6.290.18.20.291.32.34
Alban. 250.5.15.21.256.41.
Anagn. 308.15.10.309.27.310.28.315.32 320.48.
Ancon. 330.8.338.38
Aprut. 343.3.344.5
Furcon. 377.2.378.6
Aquil. 389.10
Aquin. 395.3.397.18.27.30
Aret. 413.36
Aſcul. 442.12.451.23
D *Averſ.* 488.7.489.10.11.490.20.491.30
Auxim. 497.4.502.22
Balneor. 515.1.7.9.17.516.18
Cajet. 538.18.26
Camer. 561.31.562.34
Caſtren. 580.21.23.26
C. Caſtel. 599.18.20
Eugub. 635.21.24.636.32.645.45.649.54
Fanen. 662.12.667.38.39.
Ferent. 674.11.679.39
Fulg. 702.36
Fund. 722.10.723.14.19.724.22
Hortan. 731.17.737.24.738 30.32.
Human. 745.20
Interam. 751.19
Lipar. 779.19
Lucen. 796.30.805.48

Joaones. *Mantuan.* 862.8. 864. 20 A
S.Mar. 878. 12
Marſor. 888.3.908.28
Melphit. 917.1
Monopol. .967.11.969.23
Narnien. 1012. 10.1013.18.1016.29
Nepeſ. 1025.10.1028.15.16.1029.31
Nucer. 1068.29
Oſtien. 62.39
Papien. 1084.43.1085.48.1087.50
Pennen. 1114.8.1115.10
Peruſ. 1157.7.1158.20.1160.30
1163.33.1162.38
Portuen. 111.11.112.25.115.25.120.27.28
125.29.
Praneſt. 195.27.201.36
Ravel. 1188.9. 1189. 20
Reat. 1197.16.1208.43.1211.51 B
Sabin. 157.6.15.18.159.19.20.169.36.172.
41.44.
Signi. 1235.6.11.1237.17.18.1239.22
Soran. 1244.2.6.8
Spolet. 1252.2.1255.6.1257.14.1258.28.
1265.46.49
Sutr. 1274.4.10.1275.19.24.1276.35
Silva Cand. 91.10
Terrac. 1290.6.1291.20.23.1297.39
Tibur. 1304.9.1305.14.1308.20.23.1309
35.37..
Trivent. 1318.7
Tipher. 1319.17.1321.21.25
Tudert. 1351.12.16.21
Tuſcul. 229.8.230.19
Valven. 1363.15.1364.17.18
Veliter. 44.5.10.15.45.19
Verul. 1388. 4. 1395. 22. 23. 24. 1396.
33.34
Viterb. 1415.21.1418.25
Urbevet. 1464.1.1463.16.20.1474.42 C
Acutus *Sulmon.* 1382.55
Acugna. *Aquil.* 393.28
Albergottus. *Aret.* 427.68
de Albertis. *Corton.* 630.26
de Aldrobrandinis. *Eugub.* 649.55
Alvarez *Tuſcul.* 241.59
Angelus. *Alatr.* 291.35
Angelottus. *Fulg.* 702.35
Aquaviva. *Aſcul.* 467.48
Aragonia. *Caven.* 615.6
de Arcionibus. *C. Caſtel.* 599 23
Balves. *Praneſt.* 218.65
Borrella. *Nerit.* 1048.2
Beccarius. *Papien.* 1101.81
Bellajus *Oſtien.* 79.82
Beroaldus. *Eugub.* 650.62
Beroſus. *Narn.* 1021.61
de Bertoldis. *Fanen.* 667.36
Boccamatius. *Tuſcul* 235.22
Bonus. *Ancon.* 334.21
Borgia. *Melphien.* 938.40
Brancia. *Melphit.* 918.12 D
Braſavola. *Caſtren.* 582.57
Brochardus. *C. Caſtel.* 601.37
de Broniaco. *Oſtien.* 75.67
de Bronſaco. *Sabin.* 176.56
Caffarellius. *Ancon.* 338.39
Cambi. *Aſcul.* 476.77
Caravajal. *Portuen.* 144.66
Caſtellius. *Urbev.* 1468.30
Caſtillioneus. *Papien.* 1102.94
de Cauſſa. *Lipar.* 780.26
de Cecchinis. *Viterb.* 1419.31
Cerretanus. *Nucer.* 1071.39
Cervantes. *Oſtien.* 75.69
Cecconus. *Pien.* 1180.14
Chinugius. *Ilcin.* 995.1
de Colergiis. *Trojan.* 1347.27
Columna. *Reat.* 1212.55
de Comitibus. *Sabin.* 190.132
Joaones ex Comitibus Taliacotii. *Praneſt.* 417.59
Contes. *Reat.* 1214.68
de Copia. *Tarrac* 1299.64
Convenarum. *Portuen.* 140.55
de Croſſo. *Praneſt.* 215.53
de Cruce. *Triven.* 1333.36
de Effectibus. *Melphit.* 920.32
de Epiphaniis. *Nerit.* 1047.1
Ferrerius. *Melphien.* 938.41
Ferrerius. *Tarrac.* 1297.44
de Fonſalida. *Interam.* 762.43
Formonius *Aſcul.* 468.53
Franchus. *Aquil.* 392.23
de Frigidis. *Biſin.* 523.19
de Fulgoſiis. *Papien.* 1101.83
Gaſiardus. *Valv.* 1382.54
Galves. *Terrac.* 1298.70
Gaotes. *Cajet.* 545.61
Garzias. *Tuſcul.* 245.80
Gaitola. *Cajet.* 542.43
Gerioioius. *Volater.* 1463.78
Goceus. *Amer.* 300.29
Gonzalez. *Lipar.* 784.45
de Græcis. *Spolet.* 1256.13
Graſſeus. *Lipar.* 780.23
Grimaldeſcus. *Auxim.* 505.29
de Grangia. *Tuſcul.* 238.29
de Ianderonis. *Tiphern.* 1323.45
Kemp. *Sylvæ Cand.* 110.24
Lamberius *Avers.* 489.17
de Leonibus. *Aquil.* 392.20
Lombardus. *Veterb.* 1408.11
Lopez. *Peruſ.* 1164.51
de Lucciatis. *Corton.* 628.18
Mayneſius. *C. Caſtel.* 598.13
Marcolious. *Nucer.* 1070.36
Marignolus. *Biſin.* 522.12
Maſius *Triven.* 1330.23
Michaelius. *Portuen.* 145.70
Minius *Portuen.* 139.50
Mohedanus. *Ravel.* 1191.34
Montanus *Hortan.* 734.1
de Monte nigro. *Soran.* 1147.31
Montorius. *Lunen.* 855.55
Moronus *Oſtien.* 81.86
de Mudeiis. *Anagn.* 320.46
Muius. *Reat.* 1207.41
de Naſo *Melphien.* 933.21
Neronius *Volater.* 1458.62
de Normandis. *Cajet.* 541.47
de Normandis. *Tarrac.* 1298.52
Pagnotta. *Anagn.* 319.43
de Palma. *Vrbev.* 1476.52
Panella. *Ferent.* 678.33
de Papa. *Praneſt.* 694.16
de Parades. *Cajet.* 545.66
Paſolinus. *Sign.* 1242.61
de S. Paulo. *Sabin.* 163.32
Piccolomineus. *Aquil.* 392.24
Piccolomineus. *Oſtien.* 79.79
de Placentinis *Vrbev.* 1474.44
de Poiena. *Pennen.* 1150.36
Præfectus. *Auxim.* 507.34
Ptolomæus. *Flaſcon.* 987.17
à Puteo. *Tiphern.* 1323.41
Rebiba. *Trojan.* 1347.32
Riccius. *Polit.* 100.3.1
Sabin. 185.100
Riccius. *Volater.* 1457.56
Ruffulus. *Ravel.* 1184.3
Rubeus. *Alatr.* 291.38
Sabellus. *Biſin.* 522.13
Saccus. *Ancon.* 339.43
Salviatus. *Portuen.* 147.83
Salviatus. *Volater.* 1460.68
Salvutius. *Lucen.* 814.77
de Scroſanis. *Anagn.* 320.44
Serevallenſis. *Fanen.* 667.38.39
Serra. *Praneſt.* 219.74

Joannes

Joannes Severinus. *Camer.* 568.52 A
Spennatius. *Pien.* 1179.12
Sorbellonus. *Fulg.* 714.54
de Toledo. *Tuſcul.* 135.46
Torrecilla. *Aquil.* 394.37
de Tricario. *Recan.* 1222.17
de Tudeſchis. *Ancon.* 336.30
de Turre Cremata. *Sabin.* 180.68
Tuſchus. *Aquil.* 392.22
de Ubettis. *Mant.* 869.38
de Vergonis. *Sutr.* 1276.36
Vitelleſchus. *Recan.* 1222.18
Joannes Aloyſius. Gravinus. *Aquin.* 401.45
Joannes Ambroſius. Caccia. *Caſtr.* 582.54
Joannes Andreas. *Sign.* 524.30
Baileonius. *Peruſ.* 1163.47
Cæſius. *Tudert.* 1356.54
Caſſarellus. *Fund.* 732.45
de Cruce. *Tiburt.* 1312.53
Signatius. *Biſin.* 524.30
Joannes Angelus Medices. *Fulgin.* 713.53 B
Pellegrinus. *Fund.* 732.44
Ioannes Antonius Bovius. *Melphit.* 919.25
Campaous. *Aprut.* 369.43
de S.Georgio. *Sabin.* 183.75
Grioitus. *S.Marci.* 880.31
Honoratus. *Interam.* 764.56
Lazzarus. *Amer.* 303.45
Roboreus. *Salut.* 1228.1
Sorbellonus. *Oſtien.* 82.88
de la Tolfa. *S.Mar.* 879.24
Joannes Baptiſta. *Soran.* 1248.48
Alferius. *Fanen.* 671.55
Alterius. *Camer.* 569.54
Alterius. *Tuder.* 1357.59
de Amatis. *Nucer.* 1074.50
Aoricius. *Amer.* 305.53
Aquaviva. *Neret.* 1053.13
Altallus. *Trojan.* 1348.38
Baſſi. *Anagn.* 323.76
de Benedictis. *Pennen.* 1151.50 C
Bertucciolus. *Fanen.* 667.42
Biacellus. *Lunen.* 856.64
Bilius. *Papien.* 1109.105
Brugnatellus. *Aſſis.* 484.55
Buſſius. *Ancon.* 342.55
Cadichius. *Valv.* 1382.58
Capaccius. *Triven.* 1333.35
Carcaraſius. *C.Pleb.* 595.4
Cibo. *Melphit.* 918.17
Cicada. *Sabin.* 185.97
Comparinus. *Fund.* 732.49
Detus. *Oſtien.* 83.97
Ferruzza. *Triven.* 1333.37
Galioſſus. *Aquil.* 392.19
Giberti. *Caven.* 619.18
Giberti. *Fanen.* 672.58
Indellius. *S.Mar.* 881.41
Lagnius. *Tiphern.* 1324.47
Lenius. *Milit.* 954.44
Milaneſius. *Marſ.* 914.46 D.
Oſius. *Reat.* 1213.60
de Paula. *Biſin.* 525.37
Pallotta. *Fulg.* 718.66
Pallotta. *Tuſcul.* 246.89
Phœbæus. *Aquap.* 584.5
Petruccius. *Aprut.* 371.46
de Puccinis. *Cort.* 632.37
Raynaldus. *Lucen.* 832.94
Ricaſolus. *Corton.* 629.25
Roviglionus. *Trojan.* 1348.36
Salvagus. *Lunen.* 856.65
Sfondratus. *Papien.* 1110.107
Sinibaldus. *Auxim.* 510.40
Spinula. *Lunen.* 856.68
Tuſcus. *Narn.* 1021.60
Tuſcus. *Reat.* 1215.69
Vicecomes. *Aprut.* 372.59
Ioannes Carolus Antonellus. *Ferent.* 680.54

Ioannes Carolus de Valentinis. *C. Pleb.* 606.13
Ioanoes Dionyſius Maccaſanus. *Marſ.* 913.42
Ioannes Dominicus de Cupis. *Nerit.* 1053.12
de Cupis. *Oſt.* 79.80
de Cupis. *M.Pelus.* 1000.12
Moriconus. *Amer.* 301.41
Spioola. *Lunen.* 856.66
Joannes Eginulphus de Triviſanis. *Mant.* 861.3
Joannes Fabritius Severinus. *Triven.* 1332.29
Joannes Franciſcus à Balneo. *Reat.* 1215.71
Burgardus. *C.Duc.* 606.7
Gambara. *Praneſt.* 222.97
Monaldi. *Aſcul.* 469.60
Paliaria. *Lunen.* 856.61
Joannes Gaſpar Melis. *Anagn.* 323.70
Joannes Gregorius Padilla. *C. Duc.* 606.8
Joannes Henricus de Tonſis. *Fanen.* 667.40
Joannes Hieronymus Naſelli. *Lunen.* 856.69
Piſanus. *S.Marc.* 881.37
Rubeus. *Papien.* 1106.100
Joannes Jacobus Barba *Interam.* 762.51
Bonaventura *Aſcul.* 476.76
Brunus. *Sutr.* 1277.17
Ioannes Juvenalis Ancina. *Salut.* 1230.11
Ioannes Laurentius Caſtillioneus. *Anagn.* 323.73
Caſtillioneus. *Aquap.* 584.4
Ioannes Ludovicus Cataneus. *Mant.* 875.55
Ioannes Maria de Alexandris. *S. Mar.* 880.33
de Alexandris. *Milit.* 959.42
de Monte. *Papien.* 1106.99
de Monte. *Praneſ.* 221.89
Tapparellus. *Salut.* 1230.8
Ioaones Matthæus Luchius. *Ancon.* 341.48
Marchettus. *Aret.* 435.91
Sertorius. *Volater.* 1460.69
Ioannes Michael Saracenus. *Sabin.* 184.96
Ioannes Nicolaus de Comitibus. *Ancon.* 342.53
Joannes Paulus Caccia. *Marſ.* 915.52
Mericonus. *Balneor.* 518.47
Pontianus. *Verul.* 1397.40
Vaxallus. *Averſ.* 492.40
Ioannes Petsos. *Fund.* 732.53
Caraffa. *Oſtien.* 79.81
de Graſſis. *Viterb.* 1420.39
Iuliani. *Tuſcul.* 235.20
Joannes Philippus de Landulphis. *Balneor.* 516.26
Ioannes Raynaldus de Montorio. *Narn.* 1020.56
Ioannes Vincentius Aquaviva. *Melphien.* 939.46
Canſaccus. *S.Mar.* 881.39
Caraffa. *Praneſt.* 220.86
Lucheſinus. *Aſſis.* 485.63
de Margantibus. *Nucer.* 1070.34
Pinellus. *Melphit.* 919.27
Sanfelicius. *Faven.* 618.10
de Venetianis. *Trojan.* 1348.39
Iocoſus. *Camer.* 561.29
Jojoſus. *Pennen.* 1149.28
Iordanes. *Caſtren.* 579.2
Jordanus. *Human.* 744.9
Sign.1235. *Tarrac.* 1291.56
Columna. *Lunen.* 854.49
Curti. *Triven.* 1329.57
Vrſinus. *Sabin.* 178.63
Ioſeph de Actavantis. *Aret.* 435.90
Armenus. *Aprut.* 373.63
Barloccius. *Narn.* 1022.66
Borgognini. *Ilcin.* 998.18
Camutius. *Urbev.* 1480.69
Candidus. *Lipar.* 784.48
Cavallerus. *Monopol.* 974.46
Ciantes. *Nepeſ.* 1035.79
Ioſeph Ciei. *Corton.* 632.35
Conſuli. *Biſin.* 525.42
Cotnia. *Urbev.* 1479.66.
Criſpinus. *Amer.* 305.54
Ferrari. *Aquin.* 403.52
Guertero. *Cajet.* 546.72
Manaſſe. *Biſin.* 525.40
Muſotti. *Tiphern.* 1326.68

Ioſe-

Ioſeph Perimezzi. *Ravel.* 1194.49
Pignattellus. *Caven.* 619.19
Plancttus. *Tudert.* 1357.61
Rubeus. *Aquil.* 393.31
Saluſtius. *Amer.* 305.52
Sang. *Cajet.* 546.71
Sillanus. *Caſtel.* 603.48
Spinuccius. *Pennen.* 1152.57
Sugerius. *Ravel.* 1194.46
Joſue. *Monopol.* 969.30
Jovinus. *Aquin.* 396.6
Iſaac Blodius. *Aſcul.* 466.41
Iſaccus. *Aquiſan.* 388.9
Iſalfredus. *Lucen.* 804.44
Iſermundus. *Reat.* 1196.9
Iſidorus. *Sabin.* 179.67
Clarius. *Fulgin.* 712.51
Iſnardus Tacconius. *Papien.* 1101.80
Iſolphus. *Mant.* 862.9
Iſſa. *Sabin.* 157.9
Iucundus Turraminus. *Pien.* 1180.13
Iulianus. *Eugub.635.26.Hor.* 735.7
Nucer.1066.9.Perus. 1156.4
Sabin.156.3.Sign. 1235.3
Cæſarinus. *Aſcul.470.63.Tuſc.* 240.38
Chinibaldeſchus. *Corton.* 626.4
Roboreus. *Oſtien.* 77.72
Tornabonus. *Salut.* 1229.3
Soderinus. *Volater.* 1460.66
Iulius. Averſ.489.14. *Monop.* 968.13
Præneſt. 199.31
Cæſar Moriconus. *Triven.* 1332.30
Calvus. *Soran.* 1248.54
Cantelmus. *Pelus.* 999.8
Caracciolus. *Melphien.* 941.61
Gabriellius. *Aſcul.* 476.73
Gabriellius. *Reat.* 1216.74
Maſius. *Monopol.* 974.43
Medices. *Aſcul.471.66.Tipher.* 324.33
Oradinus. *Perus.* 1170.62
Othinellus. *Fanen.* 669.49
Riccius. *Aprut.* 372.52
Roboreus. *Sabin.* 185.99
Roma. *Oſtien.85.101.Recan.* 1224.34
Tiburt. 1314.59
Sabellus. *Ancon.341.51.Tuſcul.* 245.82
Saccherius. *Sabin.* 189.124
Sanctorius. *Præneſt.* 222.99
Segnius. *Reat.* 1214.65
Spinula. *Lucen 832.97.Nepeſ.* 1034.14
Troilus. *Fulg.* 718.67
Vitellius. *Tiphern.* 1324.50
Iuſtinianus Moriconus. *Amer.* 301.40
Iuſtus *Sign.1235.2.Volater.* 1427.2
Iuvenalis *Alban.250.8.Interam.* 751.18
Narn. 1008.1.1012.9.
Iuventius. *Papien.* 1077.3.1079.18

K

Kilinus. *Sutr.* 1274.16

L

Lactantius. Roverella. *Aſcul.* 472.68
Lælius. *Narn.* 1019.46
Landus. *Nerit.* 1055.17
Ruinius. *Balneor.* 518.42
Veteranus. *Fundan.* 732.50
Lætus. *Lucen.795.23.Verul.* 1391.12.1394.21
Lambardus. *Fund.* 727.31
Lambertus. *Alatr.289.10.Aquinaten.* 397.20
Hort.735.16.Oſtien. 61.38
Landulphus. *Aprut.349.7.Biſin.* 522.15
Soran. 1245.11.Valv. 1379.36.41
Brancaccius. *Averſ.* 490.23
Rubeus. *Ferent.* 678.26
A Landus. *Aquin.396.10.Lucen.* 820.60
Lanfrancus Beccarius. *Papien.* 1092.70
Margottus. *Viterb.* 1422.45
Salvettus. *Ancon.* 336.20
Latinus Urſinus *Oſt.70.52.Sabin.* 180.69
Laudivius Zachias. *M.Flaſc.* 989.31
Laudovinus. *Hort.* 736.18
Laurentius. *Aret.410.11.* *Corton.* 626.5.
Hortan. 738.28
Lucen.795.22.Nepes. 1029.26
Papien.1081.29. *Peruſ.* 1157.10
Ravel.1191.22. *Sabin.* 156.4
Tibur.1310.46. *Tuder.* 1351.11
Tudert. 1352.27
Acciajolus. *Aret.* 430.76
Azzolinus. *Narn.* 1021.62
Campeggius. *Præneſt.* 220.84
Caſtruccius. *Spolet.* 1271.71
Celſus. *Caſtren.* 582.53
Cibo *Præneſt.* 218.68
B Corvinus. *Eugub.649.57.Spolet.* 1266.53
Fliſcus. *Aſcul.* 471.64
Gerardus. *Recan.* 1225.40
Grana. *Sign.* 1240.53
Mayers. *Cajet.* 545.70
Martinozius. *Ilcin.* 998.15
de Maximis. *Mars.* 915.51
Puccius. *Flaſc.* 987.19
Melphien. 939.43
Puccius. *Præneſt.* 220.80
Raggius. *Præneſt.* 225.119
Riccius. *Ancon.* 336.34
Riccius. *Ravel.* 1191.23
della Robbia. *Corton.* 631.30
Tartagni. *Verul.* 1401.55
Trotti. *Papien.* 1110.110
Lazarus *Æſin.283.28.Lun.* 834.10.841.25
Lazarus Caraſſinus. *Melphien.* 941.56
Leander *Alatrin.* 290.17
Leothecorius. *Lunen.* 834.13
C Leo. *Alatr.* 289.5.15.253.32
Alban.250.11.Aquin. 396.9
Balneor. 515.4
Cajet. 527.2.530.10.533.15
Fanen. 658.4.666.34
Fund.727.25.Hort. 734.3
Melphit.917.9.Oſtien.56.25.61.37.Pelus. 999.1
Papien.1088.51.Perus. 1160.23
Sabin.157.43.Sylva Cand. 91.11
Sonan.1244.5.Tarrac. 1291.17
Triven.1328.4.Verul. 1391.14.16
Volater.1427.4.Velit. 45.17.22.46.25
Leonius. *Caſtren.* 581.46
Rogadeus. *Ravel.* 1187.5
Leonardus *Alatr.291.25.Anag.* 317.40
Aquin.397.22.Auxim. 498.10
Bonafides. *Corton.* 629.20
Cajus. *Pennen.* 1147.22
Caſſianus. *Aprut.* 373.64
Corbaria. *Triven.* 331.26
D Datus *M.Polit.* 1006.8
de Fiſicis. *Aſcul.* 462.52
Griphius. *Eugub.* 650.64
Mancinus. *Urbev.* 1473.37
Palmerius. *Melphit.* 918.16
Patraſſus. *Alb.268.50.Alatr.* 291.23
Æſin.282.28.Averſ. 490.24
Roboreus. *Lucen.* 829.87
Tacconius. *Fund.* 727.32
Leonellus Cibo. *Pennen.* 1150.46
Leontius. *Eugub.634.1.Camer.549.1 Papien.* 1077.6
Leopardus. *Ancon.330.11.* *Auxim.* 497.1.
Leopertus. *Præneſt.* 196.20
Lidueritus. *Marſ.* 888.5
Lintulphus. *Triven.* 1328.5
Linus. *Narn.* 1018.36
Litefredus. *Papien.* 1088.53
Longinus. *Fulg.* 688.19
Lotharius *Anagn.* 309.24

Lo-

Lotharius. *Auxim.* 498. 12. 500. 16 A
Nucer. 1066. 15
Spolet. 1261. 34
Lotherius. *Verul.* 1396. 27. 29
Lotthus de Sardis. *Spolet.* 1268. 59
Lucas. *Anagn.* 321. 60. *Auxim.* 508. 37
C. Caſtel. 600. 28. *Hort.* 740. 36
Nepeſ. 1030. 36. *Soran.* 1246. 16
Tiphern. 1325. 54. *Triven.* 1319. 14
Urbev. 1465. 13
Alberinus. *Aquin.* 398. 33
Albertus. *Peruſ.* 1173. 71
Alemanius. *Volater.* 1461. 75
Bertinus. *Narn.* 1018. 39
Borſianus. *Fulg.* 710. 46
Lucas Carolus. *Terrac.* 1300. 73
Carduccius. *Auxim.* 507. 36
Caſalius. *Corton.* 626. 6
de Euſtachiis. *Tiphern.* 1316. 69
Mannellus. *Auxim.* 503. 26
Mannellus. *Fanen.* 666. 33 B
Rodulphuccius. *Nucer.* 1068. 31
Sabelius. *Hort.* 742. 48
Sempronius. *Tiphern.* 1325. 63
Tartarus. *Nepeſ.* 1031. 44
Lucentius. *Aſcul.* 439. 3
Lucius. *Lunen.* 834. 9. *Volater.* 1457. 52
Fazinius. *Signin.* 1240. 48
Maranta. *M. Peluſ.* 1000. 19
Ludolphus. *Eugub.* 635. 25
Ludovicus. *Aſſis.* 481. 31. *C. Caſtel.* 601. 36
Hort. 741. 44. *Interam.* 761. 39
Nucer. 1066. 13
Signin. 1240. 50.
Port. 143. 60
Aleottus. *Volater.* 1457. 57
de Alphanis. *Reat.* 1211. 48
Alferius. *S. Mar.* 881. 36
Antinorius. *Volater.* 1461. 72
Apenditanus. *Ravel.* 1189. 15
de Aptis. *Sign.* 1242. 62 C
Beccatellus. *Ravel.* 1191. 35
Bentivolus. *Tiphern.* 1325. 61
Bettus. *Auxim.* 513. 48
Bonaventura. *Reat.* 1211. 49
Borbonius. *Praneſt.* 221. 90
Borſius. *Aquil.* 391. 18
Cincius. *Tudert.* 1357. 57
Clodius. *Nucer.* 1071. 42
Cola. *Aquil.* 390. 14
Fernandez. *Praneſt.* 226. 122
Gonzaga. *Mant.* 870. 43
Gualterius. *Verul.* 1401. 55
Imbriacus. *S. Mar.* 879. 17
de Juſtinis. *Nerit.* 1050. 5
Juſtinianus. *Aſſis.* 485. 60
de Luxemburgo. *Tuſcul.* 240. 37
Madrutius. *Sabin.* 186. 108
Magnaſcus. *Aſſis.* 483. 50
Caſtr. 582. 49
Magni. *Aquapen.* 584. 3 D
Maurious. *Lucen.* 825. 79
Mazzancolus. *Interam.* 760. 37
Mediarota. *Alban.* 270. 60
Pandolphini. *Volater.* 1463. 82
de Pennis. *Nerit.* 1049. 4
Ripa. *Interam.* 764. 57
Scarampus. *Caven.* 615. 5
Sciamana. *Spolet.* 1272. 73
Serriſtorius. *Caven.* 631. 31
de Theodenariis. *Reat.* 1211. 50
Luitardus. *Anagn.* 308. 17. *Nucer.* 1065. 5
Papien. 1084. 46. *Spol.* 1257. 21
Cervatus. *Nepeſ.* 1029. 28
Luitfredus. *Papien.* 1084. 47
Luminoſius. *Ferent.* 674. 6. *Marſ.* 888. 4
Tiphern. 1318. 5
Lupertianus. *Aret.* 410. 30
Lupus. *Spolet.* 1258. 26

M

MAgnus. *Papien.* 1081. 30
Mainardus. *Sutrin.* 1274. 18
Majoranus. *Aretin.* 410. 21
de Majoranis. *Melphit.* 919. 23
Majurinus. *Praneſt.* 194. 6
Majus. *Aſſiſien.* 479. 6.
Malateſta Baleoneus. *Aſſis.* 484. 58
Catanius. *Camerin.* 564. 38
Manaſſes. *Mantuan.* 861. 4
Manerius. *S. Marci.* 879. 16
Manfredus. *Praneſt.* 199. 32. *Mant.* 863. 16
S. Mar. 878. 9. *Tiburt.* 1308. 25
Giſonus. *Milit.* 956. 20
Manualdus. *Spolet.* 1261. 33
Maphæus Barberinus. *Spolet.* 1270. 70
Marcellinus. *Ancon.* 329. 3. *Aſcul.* 464. 34
Papien. 1079. 10
Pete. *Aretin.* 422. 62
Marcellus. *Eugub.* 634. 11
Anania. *Nepeſ.* 1035. 73
de Aſte. *Ancon.* 342. 54
Cervinus. *Eugub.* 652. 70. *Polit.* 1006. 9
Creſcentius. *Aſſis.* 484. 56
Aſſis. 913. 43
Durallus. *Spolet.* 1272. 75
Lantes. *Oſt.* 85. 100. *Tuder.* 1357. 56
Philonardus. *Aquin.* 401. 51
Pignattellus. *Æſin.* 285. 40
Sanctacrucius. *Tiburt.* 1314. 61
Marcus. *Eugub.* 642. 39. *Fanen.* 662. 13
Fulg. 692. 25. *S. Mar.* 877. 3
Marſ. 884. 1. *Monop.* 968. 21. 969. 27
Urbevet. 1476. 54
Amidanus. *Melphien.* 940. 52
Ardinghellus. *Camer.* 561. 28
Penn. 1149. 27
Barbadicus. M. *Flaſc.* 990. 35
Barbus *Praneſt.* 218. 63
Battaglini *Nucer.* 1074. 51
Bizzonius. *Fulg.* 716. 60
Caballus. *Caſtron.* 581. 32
Columna. *Praneſt.* 222. 98
Coppola. *Peluſ.* 999. 10
Cornelius. *Praneſt.* 220. 79.
Nerit. 1052. 10
de Cruce. *Tiburt.* 1312. 52
Dandinus. *Æſin.* 285. 38
Æmulius. *Reat.* 1213. 61
Franciottus. *Lucen.* 831. 93
Gonzaga. *Mant.* 874. 49
Gozadinus. *Tiburt.* 1314. 57
Lilius. *Alatr.* 294. 53
Fuſo. *S. Mar.* 880. 32
Mirabellus. *S. Mar.* 877. 8
de Oddia. *Peruſ.* 1173. 70
Piſanellus. *Soran.* 1249. 61
Salamonius. *Soran.* 1248. 53
Sarracinus. *Volater.* 1462. 73
de Tuſo. *Milit.* 959. 43
Vicentinus. *Fulgin.* 718. 65
Vigerius. *Praneſt.* 219. 73
Marianus Perbenedictus. *Tuſcul.* 243. 73
Rocciacarus. *Aquil.* 393. 29
Sabellus. *Eugub.* 652. 72
Salvinus. *Corton.* 628. 13
Victorius. *Amer.* 303. 44. *Reat.* 1213. 62
Marinus. *Cajet.* 530. 8. 542. 45
Fund. 723. 15. *Tarrac.* 1298. 48
Tipher. 1319. 9
Carmignanus. *Caven.* 619. 20
de Gayvano. *Fund.* 731. 38
Grimanus. *Portuen.* 147. 82
Tipher. 1325. 56
de Judice. *Averſ.* 492. 34
de Tocco. *Recanat.* 1222. 15

Ma-

Marinus de Zucco. *Aprut.* 366.37 A
Marius. *Tipbern.* 1318. 2
Albritius. *Tiburt.* 1315.62
Aligerius. *Reat.* 1213. 59
Coſſus. *Ilcin.* 996.10
Maffæjus. *Aquin.* 399 40
Ruffious. *Melphien.* 939. 48
Urſious. *Tiburt.* 1314.58
Marſanus. *Fund.* 721. 6
Marſilius. *C.Caſtel.* 599.21
Martialis. *Spolet.* 1255. 7
Martianus. *Æſin.* 281. 2. *Hortan.* 735. 4
Mant. 862.10. *Sabin.* 157. 7
Volater. 1427. 6
Martioianus. *Amerin.* 296. 5
Martiuus. *Aquin.* 396.8. *Aret.* 420. 60
Biſin. 522.14. *Lipar.* 784.44
Narnien. 1013.17. 1014.22
Nepeſ. 1029.21. *Soran.* 1246.25
Sutrin. 1274.13
Tudert. 1351.23. *Verul.* 1388. 1 B
è Caſaloldis. *Mantuan.* 867.27
de Ferrariis. *Lunen.* 855.54
de Groniano. *Ravel.* 1189. 18
Leon. *Trivent.* 1333.33
de Martinis. *Valven.* 1380. 43
Sotomajor. *Pelnſ.* 999. 5
Tarracious. *Biſin.* 523.27
Villanuebas. *Cajet.* 545.68
Martius. *Tuſculan.* 229. 1
Ginettus. *Portuen.* 151.117
Martyrius. *Terracin.* 1290. 9
Marucciua. *Sutrin.* 1175.28
Marzucchus. *Lunen.* 851.38
Maſsæus. *Interam.* 760.29
Vitalis: *Mant.* 875.53
Matthancianus. *Aprut.* 360.21
Matthæus. *Alban.* 253.34 *Aſcul.* 465.35
Balneor. 513.16 *Engub.* 650.59
Ferent. 678.28. *Interam.* 760.35
Monop. 967.10 C
Recanat. 1219.3. *Spolet.* 1262.36
Tipher. 1321.27. *Trojan.* 1346.11
Viterb. 1409.15. *Urbev.* 1468.29
de Aquaſparta. *Portuen.* 139.49
de Balato. *Aprut.* 362.26
Baldeſcus. *Nucer.* 1071.41
Booimpertus. *Mant.* 869.39
Brumanus. *Melphien.* 940.53
Cibo. *Viterb.* 1420.34
Colles. *Marſor.* 914.47
Concinius. *Corton.* 629.22
Gagliani. *Fund.* 732.56
Granitus. *Caven.* 619.14
Griffonius. *Triven.* 1332.28
Guerra. *Fund.* 732.47 *S.Marc.* 880.30
de Judicibus. *Pennen.* 1150.41
Langius. *Alban.* 272.86
Manciona. *Soran.* 1247.38
Mirabellus. *Cajet.* 541.35
de Riboldis. *Papien.* 1101.84 D
Sibilla. *S. Marci.* 882.49
de Teſtis. *Corton.* 627.10
Ubaldus. *Peruſ.* 1165.55
Urſinus. *Sabin.* 174.49. *C.Duc.* 605.1
Matthias Adveducus. *Urbevet.* 1475.47
de Fuſcia. *Reat.* 1211.52
Maurltius. *Aſenl.* 442.13. *Hort.* 735.8
Papien. 1083.34. *Portuen.* 125.30
Tiburt. 1304. 7
Centinus. *Milit.* 959.47
Riccardi. *Soran.* 1249.60
Raganus. *Fundan.* 732.52
Mauroſus. *Anconit.* 330. 7
Maurus. *Amer.* 299.22. 300. 26
Aret. 417.54. *Praneſt.* 193. 4
de Internobilibus. *Amerin.* 330. 30
Maximilianus. *Peruſ.* 1156. 5
Maximus. *Aret.* 409. 7. *Lucen.* 793.4. 795. 16
Maximus *Narn.* 1010. 2. *Oſtien.* 49.2.3
Papien. 1078.10. 1080.23
Maynardus. *Engub.* 635.29. *Praneſ.* 201. 35
Sylva Candida. 110.23
Mazzius. *Narnien.* 1016.27
Megetius. *Oſtien.* 55.19
Meletius. *Spolet.* 1256.12
Meocus. *Sutrin.* 1275. 27
Mercurius. *Sutrin.* 1274. 3
de Vipera. *Balneor.* 517.34
Michael. *Alatr.* 289.13 *Amer.* 300. 27
Caſtren. 581.37. *Monop.* 964. 6
Sign. 1239.34
Bonellus. *Alban.* 275.110
Bonſius. *Ravel.* 1193.42
Claudius. *Monopol.* 973.35
Auxim. 513.51
Comitibus. *Viterb.* 1424.52
de Conſulibus. *Soran.* 1248. 55
Giſlerius. *Nepeſ.* 1033.61
Torellus. *Anagn.* 321.65
Tevenardi. *Salut.* 1233.19
Millonus. *Nepeſ.* 1024.2
Milo. *Praneſ.* 196.24. *Tibur.* 1308.28
Urbevet. 1466.26
Mirabellus. *S. Marci.* 877. 5
Monaldus. *Auxim.* 502. 21. *C. Caſtel.* 598.14
Fanen. 662. 19
de Monaldis. *Melphien.* 932.18
de Monaldeſchis. *Nucer.* 1066.16
Morandus. *Fanen.* 666. 25
Mutius Calinus. *Interam.* 764.53
Columna. *Marſor.* 915.50
Montanus. *Nucer.* 1074.49

N

NApoleo Comitulus. *Peruſ.* 1172.66
Narciſus. *Milit.* 958. 34
Nardious Dalamanticus. *Aſcul.* 468.54
Natimbene. *Trivent.* 1329.16
Nerius Corſinus. *Aret.* 435.88
Nicetas. *Sylva Cand.* 91. 5
Nicolaus. *Alatr.* 291.26
Anagn. 307.21.315.32. 317.35
Aſcul. 463.32. *Aſſis.* 479.18 481.30
Auxim. 502.32. *Biſin.* 520. 9
Cajet. 524.44 *C.Caſtel.* 598.9.21
Ferent. 678.34. *Lucen.* 826.83
Melphit. 917.10. *Melphien.* 933.22
Monop. 963.5. 968.17
M. Flaſc. 985.2. *Penn.* 1147.26
Ravel. 1191.28. *Reat.* 1207.37
Recan. 1220.7. 1221.9.13. 1222.20
Sabin. 171.38. *Signin.* 1239.38.40
Soran. 1246.19. *Spolet.* 1263. 38
Sutrin. 1276.38. *Tuſcul.* 231.16
Tarrac. 1298.47.53. *Tibur.* 1309.38
Tipher. 1321.30. *Triven.* 1329.12
Tudert. 1353.36. *Trojan.* 1347.24
Valven. 1372.27. *Valu.* 1379.39
Viterb. 1409.14 *Viterb.* 1419.27
Vrbevet. 1465.8. 1475.46
Acciajolus. *Portuen.* 153.129
de Albertinis. *Spolet.* 1264.45
de Albertis. *Oſtien.* 70.55
de Albergatis. *Sabin.* 189.128
Aragonius. *Aſcul.* 472.70.
de Arcionibus. *Aprut.* 364.32
Armatus. *Tudert.* 1353.37
Benignlnus. *C. Ducal.* 606.10
Boccaſious. *Oſtien.* 70.54
Brancaccius. *Alban.* 269.57
Brekſpear. *Alban.* 254.37.
Cajetanus. *Biſin.* 523.23
Campanile. *Ravel.* 1191.24
Campanus. *Urbev.* 1465.12
Capoccius. *Tuſcul.* 237.27

Ca-

Nicolans Caracciolus. *Melphien.* 933.83
de Caſtrocello. *Aquil.* 382.3
de Cæſaribus. *Tiburt.* 1310.45
Centomani. *Monopol.* 974.50
de Claromonte. *Tuſcul.* 231.17
Doncellus *Ravel.* 1189.16
de Faciis. *Fund.* 731.39
Ferragattus. *Fulg.* 703.39
Fliſcus. *Oſtien.* 79.79
de Frangipanibus. *Ancon.* 336.26
Fucci. *Aſſis.* 480.86
Griviſius *Lucen.* 824.78
de Hippolytis. *Tiphern.* 1324.48
Lepori. *Salut.* 1233.18
Leti *Aquapen.* 584.8
Ludovicus. *Oſtien.* 87.105
Majoranus. *Melphit.* 919.22
de Matilino. Melphit. 937.33
Melchiorius. *Nerrit.* 1052.9
de Merciariis. *Tiphern.* 1322.38
Nardinus. *Aquapend.* 584.7
Oliva. *Corton.* 632.33
Palmerius *C. Caſtel.* 601.30
Pellegrinus. *Fund.* 731.41
Peruſcus. *Hort.* 742.51
Piccolomineus *Penn.* 1150.43
Piſcicelius. *Biſin.* 523.18
de Piſis. *Æſin.* 282.21
Rocco. *Ravel.* 1194.48
Rodulphus. *Viterb.* 1480.38
Rodulphus. *Urbevet.* 1477.58. 1478.60
de Rogeriis. *Balneor.* 516.84
Sacchetus. *Volater.* 1463.77
de Siniſtro. *Aquil.* 381.2
Tedeſchi. *Lipar.* 789.55
Vanninius. *Aſſis.* 481.35
Verney. *Balneor.* 517.36
Ugolinus. *Viterb.* 1481.40
de Vigiliis. *Marſ.* 914.45
de Ungaris. *Ancon.* 335.24
Vivarius. *Spolet.* 1867.56
Zabareſchus. *Hortan.* 738.89
Nocer. *Anagn.* 309.25
Norandinus. *Lunen.* 852.39
Nuccius de Salimbenis. *Camer.* 561.33
Normoſus. *Lucen.* 795.18

O

OBedianus. *Papien.* 1077.5
Obertus. *Amer.* 299.20
Obſequentius. *Lucen.* 794.8
Octavianus. *Oſtien.* 67.47
Bentivolus. *Melphien.* 938.38
Præconius. *Monopol.* 973.37
Roverra. *Tarrac.* 1300.70
Sfortia. *Ferrac.* 1300.69
Vicecomes. *Viterb.* 1420.36
Octavius. Avius. *Narn.* 1028.65
Bandinus. *Oſtien.* 83.96
Paravicinus. *Milit.* 960.50
Rancionus. *Ferent.* 680.53
del Roſſo. *Volater.* 1463.81
Spader. *Aſſis.* 485.64
Sfortia. *Aret.* 432.81
Vialis. *Salut.* 1238.12
Urſinus. *Sign.* 1842.63
Odariſius. Valven. 1368.24
Oddo. *Alban.* 252.27. *Anagn.* 309.21
Aquil. 390.13. *Reat.* 1203.28
Valven. 1365.21.1370.26
Velit. 45.25. *Verul.* 1392.15.1394.20
de Sala. *Caſin.* 575.1
de Vannis. *Anagn.* 321.52
Odelbertus. *Lunen.* 835.28
Odoardus Farneſius. *Sabin.* 187.115
Vecchiarellus. *Reat.* 1213.73

A Odoriſius. *Pennen.* 1120.14
Triven. 1329.13
Offredus. *Eugub.* 639.37. *Nucer.* 1066.17
de Offredis. *Melphit.* 919.24
Ojolinus *Anagn.* 309.83
Oldericus Carpigna. *Tudert.* 1357.58
Oldimarius. *Volater.* 1440.36
Oliverius. *Fund.* 783.13. *Recan.* 1221.8
Sabin. 168.35
Caraffa. *Oſtien.* 77.73
Olybrius. *Aret.* 410.15
Onuphrius. Eliſel. *Balneor.* 519.50
Maneſius. *Biſin.* 525.41
de Viſdominis. *Volater.* 1457.54
Opilio. *Volater.* 1438.31
Opitarmus. *Valven.* 1360.9
Opitius Pallavicinus. *Auxim.* 513.50
Opizo. *Lucen.* 821.65
Opportunus *Anagn.* 307.5. *Aprut.* 343.1
Ordeoneus. *Tuſcul.* 835.21
B Organtinus Scatola. *S. Marci.* 880.28
Orlandus. *Narnien.* 1018.33
Orthodulphus. *Amerin.* 296.1
Otho *Amer.* 299.83. *Lucen.* 820.56
Nepeſ. 1028.18. *Penn.* 1122.15
Suer. 1275.22. *Tibur.* 1308.27
Tuder. 1352.28. *Tuſcul.* 834.19
Beccaria. *Papien.* 1100.78
Candidus. *Portuen.* 132.44
Caſtillioneus. *Oſtien.* 60.35.36
Mormilius. *Monop.* 969.29
Truſches. *Sabin.* 185.98
Ottcharius. *Peruſ.* 1160.24

P

PAganellus. *Lucen.* 853.60.70
Paganus. *Lipar.* 778.14. *Monop.* 967.8
Volater. 1448.40
C Palladius. *Valven.* 1359.1
Palmerius. *Eugub.* 635.17
Palumbus. *Fund.* 721.7
Pamphilus. *Valven.* 1360.4
Pampus. *Pennen.* 1116.11
Pameratius. *Narnien.* 1010.3.5
Pandulphus. *Anagn.* 314.30. *Camer.* 563.35
Lipar. 779.18. *Marſ.* 889.10.
Melphien. 934.85
Pantaleus Pironti. *Ravel.* 1187.4
Pannutius de Comitibus. *Sign.* 1240.47
Paparonus de Paparonis. *Fulg.* 699.29
Paris. *Auxim.* 509.38
Paſchalis. *Melphit* 917.6. *Monop.* 968.14.19
Paſchaſius. *Alatr.* 288.1. *Amer.* 297.14
Paſtor Senaſcuderius. *Aſſis.* 480.85
Paternianus. *Fanen.* 657.1
Paternus. *Lucen.* 795.12
Patraſ. *Pennen* 1118.1
Paulinus. *Lipar.* 774.4. *Lucen.* 791.1.793.5
D Paulus. *Alban.* 250.18. *Ancon.* 330.12.
Caſtren. 580.80. *Eugub.* 634.4
Fulg. 686.7. *Hort.* 736.80.737.81
Paulus *Melphit.* 917.5. *Nepeſ.* 1025.6.1029.30
Papien. 1081.25. *Tiburt.* 1304.1.11
Valven. 1380.44. *Urbev.* 1465.10
Æmilius. *Aſſis.* 484.59
de Albertis. *Aſcul.* 466.42. *Eugub.* 645.43
Albertus. *Hortan.* 738.33
de Bazzano. *Aquil.* 388.8
Bellarditus. *Lipar.* 783.43
Benzonius. *Soran.* 1249.57
Brunus. *Nepeſ.* 1032.55
Buccerellus. *Narnien.* 1022.63
Cæſius. *Narnien.* 1020.53
Cæſius. *C. Caſtel:* 602.39
Caraffa. *Averſ.* 495.54
de Cupis. *Peſuſ.* 1000.15. *Recan.* 1223.28
de Curtis. *Ravel.* 1192.39

Paulus Gabriellius. *Lucen.* 823.75 A
Gaufridus. *Alatr.* 291.27
Hodierna. *Cajet.* 543.52
de Lago. *Triven.* 1333.31
Odeſcalchus. *Pennen.* 2151.49
Piromalus. *Biſin.* 525.39
Sanvitalis. *Spolet.* 2269.68
Scholarius. *Praneſt.* 200.34
Sfondratus. *Alban.* 276.119
Trincius. *Fulg.* 701.33
Tuſchus. *Ravel.* 1192.37
Zachias. *M. Flaſc.* 989 30
Paulutius Alterius. *Portuen.* 153.127
Paulutius. *M.Flaſc.* 990.33
Pechus. *Fanen.* 661.10
Pelagius. Anagn. 307.3. *Nucer.* 1067.21
Galvanus. *Alban.* 257.43
Pelizarius. *Mantuan.* 864.24
Peredeus. *Lucen.* 796.29
Peregrinus. *Interam.* 748.1. *Lipar.* 774.6
Ruffulus. *Ravel.* 1189.14 B
Petroaldus. *Lunen.* 835.15
Petronatius. *Alban.* 250.17
Petruccius. *Valven.* 1381.51
Petrus. *Æſin.* 282.5. *Alatr.* 289.12
Alban. 250.22. 269.55
Amer. 297.10 298.19
Anagn. 308.20. 309.22.317.34.36.38
Aprut. 331.8. 352.11
Aquin. 396.57 *Aret.* 413.35. 414.37
Aſcul. 462.30. 464.33. 467.47.50. 468.55.
Aſſis. 479.13. *Auxim.* 498.8.505.28
Biſin. 530.4
Cajet. 530.18. 538.27. 540.32. 542.40
Camer. 551.12 559.22
Caſtren. 579.6. 580.13.16 581.27.29
C.Caſtel. 597.2.4.5.6. 598.10
Fanen. 666.32. 667.35
Ferent. 678.30. *Fund.* 723.18.727.28
Hortan. 735.14. 737.25. 738.31 C
Human. 745.16. *Interam.* 750.11
Lipar. 782.36 *Lucen.* 797.32.799.37
Lunen. 846.34
Mantuan. 861.5.7. *S. Mar.* 877.6
Marſ. 911.25. *Melphien.* 933.20
Monopol. 954.12. 961.3. 968.15.969 22.25.31.
M *Flaſc.* 986.7. *Narn.* 1014.26. 1018.34
Nepeſ. 1030.37.40
Oſtien. 50.17.56.28.57.30.58.32.63.41
Papien. 1083.37. 1084.42.1091.66.69
Pennen. 1149.33. *Peruſ.* 1160.26
Portuen. 111.5. 125.32
Praneſt. 194.15. *Ravel.* 1188.7.
Recan. 1219.2. *Sabin.* 163.33.173.46
Signin. 1237.19. 1239.23.25.27.28.32
Soran. 1244.7. 1246.26
Spolet. 1257.15.1258.22
Sutr. 1276.39. 1274.15
Sylv. Cand. 93.19.107.20 D
Tarrac. 1290.31. 1291.25. 1296.34. 1297.42.
Tiphern. 1319.10.12. 1321.22.29. 1322.36.
Triven. 1309.18.21
Trojan. 1436.15
Tuſcul. 229.3.5.7.231.15
Valven. 1378.34. 1379.38
Viterb. 1403.6. 1418.23
Volater. 1427.8.12. 1429.17. 1430.22
Urbevet. 1465.5
Accoltius. *Ancon.* 339.44
Accoltius. *Sabin.* 183.81
Aloyſius. *Corton.* 632.34
Anablay. *Praneſt.* 214.48
Aldobrandinus. *Sabin.* 187.114
de Alexandro. *S. Marci.* 882.47
de Angelis. *Nepeſ.* 1033.59
A Petrus Angelellius. *Lucen.* 823.69
de Arzeni. *M.Flaſc.* 985.1
de Barbuco. *Trojan.* 1346.10
de Bar. *Sabin.* 172.40
de Barroſſo. *Sabin.* 174.51
Bellinus. *Salut.* 1232.15
Bellarditus. *Lipar.*
Bembus. *Eugub.* 652.69
Bertanus. *Fanen.* 668.46
Bichius. *Tudert.* 1357.60
Bordonus. *Interam.* 762.42
Boerius. *Urbevet.* 1474.43
Boloneſio. *Averſ.* 491.26
Borgheſius. *Æſin.* 282.22
Bruna. *Averſ.* 492.39
Bucca. *Balneor.* 516.28
de Cacciantibus. *Sign.* 1247.32
Cajetanus. *Fund.* 731.40
Cajetanus. *Soran.* 1246.15. *Tudert.* 1352.33
Camajanus. *Aſcul.* 472.69
B de Cancellariis. *Lipar.* 783.42
Canepanova. *Papien.* 1088.54
Capoccius. *Ancon.* 335.22. *Viterb.* 1414.20
Caracciolus. *Averſ.* 492.37
Carpineus. *Eugub.* 659.65
Cælius. *Narn.* 1020.57
Cincius. *Tiburt.* 1309.41
de Collemedio. *Alban.* 258.44
de Columbariis. *Oſtien.* 71.59
Corbelli. *Signin.* 1242.69
Corſinus. *Portuen.* 142.58.
Volater. 1456.50
à Cotignola. *Aſcul.* 468.57.
Creſcentius. *Portuen.* 151.112
Ravel. 1214.68 *Urbev.* 1479.64
Damianus. *Oſtien.* 58.33
Deza. *Alban.* 275.113
Ferretus. *Ancon.* 337.36
Ferrus. *Anagn.* 319.41. *Marſ.* 911.25
Fineſtroſa. *Ferent.* 679.41
C Flores. *Cajet.* 544.57
Franchus Iannuſius. *Æſin.* 293.50
Franciſcus. *Viterb.* 1419.32
Frias. *Sabin.* 178.61
de Fuxo. *Alban.* 270.59
de Gabrielliis. *Eugub.* 649.50
Gadolus. *Spolet.* 1272.76
Gallocia. *Portuen.* 127.39
Georgius. *Recan.* 1222.21
Gerardius. *Tuſcul.* 239.32
Gerardus. *Anagn.* 323.75
Gerra. *Reat.* 1205.35
Gormaz. *Narn.* 1020.49
de Graſſinis. *Anagn.* 320.45
Graſſius. *Papien.* 1102.89
Herculanus. *Auxim.* 505.31
Hiſmael. *Sutr.* 1275.26
Igneus. *Alban.* 251.26
Lanfranconus. *Interam.* 765.4
Lavis. *Soran.* 1247.36
D Lunellus. *Cajet.* 544.59
Lupus. *Soran.* 1247.37
Martinus. *M. Peluſ.* 1000.14
de Maſſæis. *Auxim.* 503.27
Minutulus. *Aprut.* 371.44
de Monte *Æſin.* 284.35
de Mortuomari. *Sabin.* 174.50
de Ogna. *Cajet.* 545.62
de Orto. *M.Flaſc.* 986.8. *Nepeſ.* 1030.43
Otthobonus. *Portuen.* 152.124
Pacceccus. *Alban.* 274.97
Papareſcus. *Alban.* 254.36
de Pernis. *Lipar.* 779.21
Petrucclus. *Æſin.* 287.45
Petruccius. *Signin.* 1240.45
Phœbeus. *Balneor.* 518.44
Philonardus. *Anagn.* 323.72
Piccius. *Melphit.* 918.13
Pichi. *C. Ducal.* 606.16

Petrus

Petrus, Pinus. *Viterb.* 1418.26
de Ponte. *Trojan.* 1348.35
de Prato. *Praneſt.* 215.50
Quintavallus. C. *Ducal.* 606. 9
Reblayo. *Portuen.* 140.54
Riccius. *Aret.* 428.71
Petrus Rota. *Lucen.* 832.95
Sanctacrucius. *Pelus.* 1000.12
Sanfelicius. *Caven.* 618. 9
Saracinus. *Interam.* 760.27
Sarmentus. *Anagn.* 321.64
Scala. *Pennen.* 1149.31
Seinus. *Nepeſ.* 1030.35
Spelta. *Papien.* 1101.85
Stagno. *Oſtien.* 73.63
Stalia. *Tiburt.* 1309.42
Tarantaſia. *Oſtien.* 69.51
Thomaſius. *Lipar.* 779.22
Tocco. *Aquil.* 388. 7
Tolſa. *S. Marci.* 879.25
Trincius. *Spolet.* 1265.47
Turriſelle. *Aſcul.* 467.47
Turrite. *Anagn.* 357.39 *Averſ.* 491.25
de Valerianis. *Milit.* 957. 22
de Valle. *Aſcul.* 469.61. *Aprut.* 366. 34
Vecchia. *Melphit.* 920.30
Venantius. *Æſin.* 284.32
Urſinus. *Averſ.* 494.49.
Spolet. 1269.67
Vſimbardus. *Spolet.* 434.85
Philippus. *Aquil.* 388.5. *Camer.* 555.18
Ferent. 678.27.29
Human. 743.1. *Interam.* 760.26
Lipar. 778.16. *Lunen.* 841.26.844.28.850.36
S. Mar. 878.13 *Marſ.* 912.34 *Nucer.* 1067.27
Trojan. 1346.9 *Viter.* 1414.19. *Urb.* 1465.17
de Alenconio. *Oſtien.* 74.65
Alferius. *Fund.* 732.55
Archintus. *Salut.* 1229. 5
Bardius. *Corton.* 631.28
de Belfortibus. *Volater.* 1454.48
de Bonaccoltis. *Mant.* 868.20
Cabaſole. *Sabin.* 176. 55
Calandrinus. *Port.* 145.68
Camera. *Tuſcul.* 242. 55
de Caſoioidis. *Mant.* 867. 28
Cæſarini. *Pelus.* 1001. 30
Ellis. *Sign.* 1242. 70
de Galilæis. *Corton.* 632. 32
Gerius *Aſſis.* 484. 53
Geza de Ruffinis. *Tiburt.* 1309. 40
Gualterius. *Tudert.* 1357.62
de Herculanis. *Alatr.* 292. 42
Lancea. *Lipar.* 783. 40
de Luxemburgo. *Tuſcul.* 241.50
Montius. *Aprut.* 373.72. *Averſ.* 476.47
Medices. *Aret.* 430.75
Philonardus. *Aquin.* 401.47
Pinellus. *Aprut.* 371.47
Porcellus. *Aprut.* 371.49
Riccabella. *Recanat.* 1223.29
Sabaudia. *Camer.* 555.19
Spinellus. *Averſ.* 494.51
Spinula. *Biſin.* 524.28. *Soran.* 1248.50
Taui. *C. Ducal.* 606.15
Venturellus. *Amer.* 301.36
Philos Roverella. *Aſcul.* 471.67
Pileus Prata. *Tuſcul.* 238.30
Pipinus de Arrighis. *Lunen.* 846.32
Piſanus. *Lucen.* 795.13
Pius Lotherius. *Fund.* 732.48
Placidus. *Ferent.* 674.18. *Verul.* 1390.8
de Marra. *Melphien.* 940.54
Plebanus. *Lucen.* 820.58
Pompejus. *Papien.* 1077.2.1001.26
Angelottus. *Terracin.* 1301.79
Balbanus. *Caſtren.* 583.59
Bellus. *Biſin.* 524.31
Columna. *Aquil.* 392.25. *Averſ.* 494.45
Pompejus Mignuccius. *Aquapend.* 584. 1
Zambeccarius. *Valven.* 1383.62
Pompilius Berlingerius. *Biſin.* 525.43
Perottus. *C. Ducalis.* 605. 5
Pomponius. *Nepeſ.* 1033.58.
Cæſius. *C. Caſtelli.* 602.41
Caſſius. *Sutrin.* 1277.61
de Magiſtris. *Tarrac.* 1300.75
Vetulus. *C. Ducal.* 606.11
Poncellus Urſinus. *Averſ.* 491.32
Pontianus. *Tudert.* 1350. 2
Pontius. *Triven.* 1328. 9
Perottus. *Urbev.* 1474.41
Porphyrius Felicianus. *Fulg.* 717.62
Pontinus. *Velitern.* 44.8.9
Presbyter. *Aſcul.* 451.25
Prætextatus. *Interam.* 750.9
Primus. *Aſſiſ.* 478. 1
Probianus. *Reat.* 1196.3
Probinus. *Lucen.* 795.16. *Reat.* 1196.6.
Probus. *Cajet.* 533.13. *Eugub.* 634. 2
Reat. 1196. 2
Proculus. *Interam.* 749.4.750.14
Narn. 1010.7. *Praneſt.* 194.5
Profuturus. *Papien.* 1077.4
Projectitius. *Camer.* 549.5. *Interam.* 751.20
Narn. 1012.18. *Nepeſ.* 1024. 4
Proſdocimus. *Reat.* 1196.1
Proſper Caſarellus. *Aſcul.* 470.62
Rebiba. *Trojan.* 1348.33
de Ruſticis. *Valven.* 1382.57
Sanctacrucius. *Alban.* 274.108
Spinula. *Lunen.* 856.67
Vitellianus. *Biſin.* 524.29
Ptolomæus. *Ravel.* 1188. 8
Gallius. *Oſtien.* 82.90
Pyrrhus Ayoſa. *C. Caſtel.* 601.32
Imperialis. *Æſin.* 285.39

Q

Quinſius. *Marſ.* 889. 8
Quintianus. *Aſcul.* 439.4. *Eugub.* 635.18
Quintilius. *S. Marci.* 879.20
Quintius de Ruſticis. *Milit.* 959.40
Quiriacus. *Oſtien.* 48.1
Quodvultdeus. *Human.* 743.2

R

Racherius. *Caſin.* 575. 4
Radulphus. *Tipher.* 1319.16
Rambottus Vicomanus. *Camer.* 260.24
Ramerius. *Auxim.* 500.18
Rampertus. *Nucer.* 1065. 6
Rab. *Triven.* 1328. 8
Raphael. *Melphien.* 939.42
Riarius. *M. Peluſ.* 1001.31. *Oſtien.* 77.73
Rota. *Aprut.* 371.48
de Salutiis. *Eugub.* 642.40
Ravennus. *Valven.* 1360. 7
Raymundus. *Averſ.* 491.28. *Caſin.* 575.2.
Caſtren. 580.19. *Fund.* 728.34
Pennen. 1147.24 *Reat.* 1208.42.45
Urbevet. 1474.40
de Canilaco. *Praneſt.* 215. 51
Caſtelli. *Narn.* 1022.64
Ferrettus. *Recan.* 1225.39
Raynaldus. *Æſin.* 282.9. *Alatr.* 291.24
Aſcul. 456.28.462.29. 465.37.466.40
Biſin. 520.2. *Cajet.* 537.16.538.25
Fanen. 662.17. *Fulg.* 702.34
Interam. 760.28. *Lipar.* 778.15
Milit. 952.7. *Nucer.* 1066.20
Oſtien. 67.49
Papien. 1088.57. *Reat.* 1202.27.1204.32
Aquaviva. *Aprut.* 363.31

Raynaldus de Barilibus, *Aprut.* 363.28
Brancaccius. *Averſ.* 492. 36
Caſatius. *Papien.* 1089.60
Eſtenſis. *Praneſt.* 224.116
à Porta. *Oſtien.* 71.56
Raynerius. *Fund.* 723.12 *Furcon.* 379.9
Interam. 757.25 *Lunen.* 846.31
Reat, 1197.18. 1203.29.30.
Recan. 1219.5. *Sabin.* 157.17
Tiphern. 1319.18. 1321.23.
Trojan. 1346.13 *Viterb.* 1408.10.12
Volater. 1448.42. *Urbev.* 1469.32
de Belfortibus. *Volater.* 1452.46
Capoccius. *Viterb.* 1409.16
Guicciardinus. *Corton.* 618.15
Ubertinus. *Corton.* 625.1. *Volater.* 1450.44
Raynuccius. *Biſinian.* 520.5
de Allegrettis. *Volater.* 1453.47
de Aptis. *Tudert.* 1353.38
Farneſius. *Sabin.* 184.93
Raynulphus. *Cajet.* 529.4. 530.7
Redemptus. *Ferent.* 674.5
Reginaldus. *Aquinat,* 396.12
Lucarinus, *C. Plebis,* 595. 5
Reginus. *Camer.* 555.19
Regius Viſdominus. *Aret,* 417.50
Regizo. *Sabinen.* 160.22
Riccardus. *Alban.* 252.29. 253.31
Cajet. 538.19.23.540.31
Fanen. 661.15.20 *Melphit.* 917.4
Reat. 1197.11. *Triven.* 1329.11
Trojan. 1347.12
Riccardus Cajetanus. *Urbevet.* 1468.28
Hannibaldenſis. *Verul.* 1400.52
Oliverius. *Portuen.* 144.67
Ricco. *Aſcul.* 441. 9
Richerius. *Melphien.* 919.8
Ringerius. *Lucen.* 816.52
Rivibardus. *Milit.* 954.14
Robertus. *Averſ.* 488.8.9. *Fund.* 724. 23
Human. 743.5. *Lucen.* 821.63
Monopol. 968.16. *Sign.* 1235.13
Verul. 1394.19
De Adimariis. *Volater.* 1458.60
De Aſinis. *Aret.* 430.74
Bonimpertus. *Mant.* 870.41
Cavalcantes. *Volater.* 1458.61
Hilvardeus. *Portuen.* 138.47
Lenencourt. Sabin. 184.90
De Licio. *Aquin.* 398. 36
Perbenedictus. *Nucer.* 1073.46
De Prie. *Reat.* 1213.57
Puccius. *Melphien.* 939.47
Ruffus. *Ravel.* 1189.12
Ubaldinus. *M. Polit.* 1005. 5
Rodericus Borgia. *Portuen.* 145.69
Caravajal. *Fulgin.* 711.48
Rodilandus. *Lucen.* 805.46
Rodoaldus. *Portuen.* 112.17
Rodobaldus Cipolla. *Papien.* 1099.75
Sangregorius. *Papien.* 1097.72
Rodulphus. *Alatr.* 289.14 *Ancon.* 332.18
Eugub. 635.28. *Ferent.* 675.22.
Hortan. 736.29. *Lucen.* 818. 53
Melphien. 925.4. *Narn.* 1014.23
Peruſ. 1160.28.31. *Tiphern.* 1323.44
Tudert. 1352.24. *Urbevet.* 1465. 6
Caprarius. *Alban.* 261.45
Gatius. *Viterb.* 1403. 5
Pius. *Oſtien.* 80.84. *Portuen.* 147.86
Roffredus. *Soran.* 1245. 9
Rogerius. *Aprut.* 344. 4. 363.29
Melphien. 925.3. 929.9
Milit. 954.13. *Peluſ.* 999.4
Peruſ. 1158.18. *Tarrac.* 1297.46
Trojan. 1346.14. *Volater.* 1438.32
1439.34. 1451.45.
de Carcaſiis. *Trivent.* 1329.20
Calcagnus. *Caſtren.* 579. 8
Rogerius Friczie. *Cajet.* 541.39.
Jaçobeil. *Aſſis.* 485.65.
de Mandoſiis. *Amer.* 301.38
Rolandus. *Lunen.* 850.35. *Sutrin.* 1274.17
Romanus. *Alban.* 250.2. *Balneor.* 515. 5
C. Caſtel. 598. 7. *Fanen.* 662.14
Ferent. 674.13. *Nepeſ.* 1024. 1
Nucer. 1066.12. *Pennen.* 1112. 2
Portuen, 111.3. *Praneſt.* 193. 3
Spolet. 1258.25
Bonaventura. *Portuen.* 130.43
Romualdus. *Anagn.* 307.9. *Camer.* 551.13
Monopol. 961. 4
Tancredi. *M. Ilcin.* 998.17
Romulus. *Volater.* 1426. 1
Cæſius. *Narnien.* 1021. 58
Rotlandus. *Tiphern.* 1321.24
Taberna. *Spolet.* 1263.41
Rottaris. *Marſorum.* 888.6
Rufinus. *Caſtr.* 580.12. *Mant.* 868. 34. *Marſ.* 885. 2
Lupatus. *Ancon.* 333.20
Ruſticus. *Ancon.* 330. 6. *Balneor.* 515.11
Tudert. 1352.30. *Urbevet.* 1467.27
Rutilius Benzonius. *Lauret.* 770. 2

S

SAba. *Militen.* 955.18
de Carbonibus. *Marſorum.* 912.37
Sabatinus. *Tiburt.* 1309.33
Sabinianus. *Tudert.* 1351.10
Sabinus. *Aſſis.* 478.3. *Spol.* 1253.5. *Tarrac.* 1284. 2
Sacramozus Gonzaga. *Mant.* 868.31.36
Sagax de Comitibus. *Caven.* 615.3
Salarius. *Lunen.* 834. 8
Salibatinus. *Terracin.* 1291.18
Salmes. *Camer.* 549.7
Salomon. *Spolet.* 1260.31
Salvator. *Anagn.* 321, 54. *Aquin.* 398. 35.
Salvatus. *Marſor.* 912.35
Salvinus. *Recan.* 1219. 5
Saluſtius. *Amerin.* 296.6.
Cherubinus. *C. Ducalis.* 606.12
Turuſius. *M. Polit.* 1005. 4
Salvus de Salvis. *Peruſ.* 1161.34
Samuel. *Lipar.* 775. 9
Sanctes. *C. Caſtel.* 599.26. *Nepeſ.* 1030.39
de Cariſ. *Tiburt.* 1310. 44
Saccus. *Biſin.* 523.25
Sanſon. *Aprut.* 352. 9
Santulus. *Signin.* 1235. 1
Saphodomus. *Mant.* 863.13
Saracenus. *Melphien.* 930.14
Saſſo. *Aprut.* 360.22
Saturninus. *Alatr.* 289.2 *Spolet.* 1253. 4
Saturus. *Aret.* 405.1
Savus Millinus. *Nepeſ.* 1035.77
Scambius de Scambiis. *Viterb.* 1411. 17
Scipio Bongallus. *C. Caſtel.* 602.42
Burgheſius. *Sabin.* 287.118
Columna. *Reat.* 1213.58
Elcius. *Pient.* 1179.10
Piſcicellus. *Trojan.* 1347.29
Rebiba. *Sabin.* 285.101
Tancredus. *Ilcin.* 997.12
Scolaſticus. *Fanen.* 661.7
Sebaſtianus. *Alatr.* 289.4. *Anagn.* 307.10
Papien. 1084.44. *Soran.* 1244.3
Bonfilius. *Signin.* 1341.54
Bonaventura. *M. Flaſc.* 992.36
Gentilis. *Anagn.* 323.71. *Interam.* 765.63
Gualterius. *Viterb.* 1421.41
de Paulis. *Nepeſ.* 1034.71
Pighius. *Ferent.* 679. 4
Pompilius Bonaventura. *Eugub.* 655.82
Porticus. *Fulg.* 713. 52
Riccius. *C. Pleb.* 595. 3
Surrentinus. *Trojan.* 1348.41

Sebaſtianus Tanarius. *Tuſcul.* 247. 99
de Valentibus. *Interam.* 762. 50
Vancius. *Urbev.* 1478. 62
Zucchetti. *Corton.* 632. 36
Sentius. *Nucer.* 1069. 31
Septimius. *Æſin.* 280. 1
Quarioius. *Reat.* 1201. 24
Seraphinus Panulphatius. *M. Flaſc.* 987. 16
Serenus de Aſtorgiis. *Ravel.* 1191. 30
Sergius. *Human.* 743. 4. *Narnien.* 1013. 19
Nepeſ. 1025. 14. *Praeneſt.* 194. 8
Sabin. 157. 12. *Verul.* 1389. 6
Griſonus. *Ravel.* 1188. 11.
Peruntus. *Tarrac.* 1297. 41
Servandus. *Aret.* 410. 22
Severianus. *Aret.* 409. 5
Severinus. *Æſin.* 282. 12. *Nucer.* 1065. 7
Severus. *Ancon.* 329. 5. *Lunen.* 834. 12. *Pap.* 1081. 27
Sicherius. *Aprut.* 352. 10
Sico. *Oſtien.* 56. 23
Sigfredus. *Mant.* 864. 28. *Urbev.* 1465. 11
Sigemannus. *Falg.* 689. 21
Siginulphus. *Valven.* 1366. 23
Sigiſmundus. *Aprut.* 343. 2
Donatus. *Aſcul.* 475. 72
Gonzaga. *Mant.* 870. 44
Sigualdus. *Spolet.* 1257. 20
Simeon. *Aſſis.* 479. 16. 480. 20
Balneor. 515. 12. 14. *Caſtr.* 580. 25
Fund. 721. 18. *Tarrac.* 1292. 31
Aleottus. *Caſtr.* 604. 49
Beaulieu. *Praeſt.* 213. 46
Langhao. *Praeneſt.* 215. 52
Lopa. *Melphit.* 918. 11
Marcellinus. *Human.* 745. 18
Oliverius. *Fund.* 732. 54
Paganus. *Volater.* 1457. 53
Palmerius. *Aſſis.* 485. 66
de Paltineriis. *Averſ.* 490. 19.
Paſqua. Lunen. 856. 62
Talliavia *Sabin.* 186. 110
de Vigilantibus. *Ancon.* 337. 35
Sinibaldus. *Auxim.* 500. 18. 503. 24
Melphien. 929. 13
de Ubaldis *Tiphern.* 1323. 43
Sinulphus Benejus. *M. Polit.* 1005. 3
Sixtus. *Ferent.* 678. 37. *Sign.* 1239. 25
Gara. *Lucen.* 829. 86
Roboreus. *Salut.* 1229. 2
Smaragdus. *Monopol.* 961. 2
Speo. *Spolet.* 1255. 20.
Sperellus de Sperellis. *Interam.* 765. 66
Spinellus Bencius. *M. Polit.* 1004. 2
Stabilis. Tiphern. 1319. 8. *Aret.* 412. 31
Stephaous *Amer.* 296. 2. *Anagn.* 308. 14
Aquil. 389. 11. *Aſcul.* 451. 22 *Cajet.* 533. 14. *Caſtren.* 580. 18. *C. Caſtel.* 599. 19. 24. *Eugub.* 636. 33. *Ferent.* 674. 9. 12. *Hort.* 735. 10. 13 *Lipar.* 778. 31. *Milit.* 952. 8. *Monopol.* 965. 7. *Narnien.* 1013. 16. 20. *Nepeſ.* 1025. 13. *Portuen.* 112. 16. *Praeneſt.* 194. 7. 14. 198. 29. 209. 41. *Siga.* 1235. 12. *Tarrac.* 1297. 45. *Trojan.* 1344. 3. 1347. 28. *Verul.* 1391. 13
Aleottus. *Volater.* 1458. 59
Alberti. *Oſtien.* 71. 58
Bonuccius. *Alatr.* 293. 49
Bordonus. *Amer.* 301. 34
Brancaccius. *Viterb.* 1423. 49
Carrara. *Aprut.* 367. 38
Gabriel. *Cajet.* 544. 56
de Gambarutiis *Caſin.* 576. 5
Gherardellus. *Alat.* 294. 57
Paloſius. *Tudert.* 1354. 40
Pendinellus. *Nerit.* 1048. 3
Ricciardus *Nepeſ.* 1035. 76
de Sardis *Fund.* 728. 35
Taſca. *Balneor.* 515. 13
Teramo. *Aprut.* 366. 33

A Stephanus de Trentis. *Lunen.* 826. 81
Suavillus. *Valven.* 1360. 13
Sunalbus. *Amer.* 297. 11
Sylvaous. *Velet.* 43. 4
Sylveſter. *Aprut.* 361. 24. *Camer.* 565. 42
Human. 745. 19. *Trojan.* 1348. 37
Andreotius *Pennen.* 1152. 53
Benettus. *Lunen.* 856. 60
de Piancha. *Sigain.* 1240. 46
Sylvianus. *Terrac.* 1290. 7
Sylvius Gallus. *Ferent.* 679. 47
Pandonus. *Averſ.* 493. 42
Paſſarinus. *Aſſis* 483. 87
Syrus. *Feren.* 674. 19. *Interam.* 750. 6. 751. 15
Papien. 1076. 1

T

B TAlayrandus. *Alban.* 296. 54
Talentus de Taleotis: *M. Polit.* 1006. 7
Taperperianus. *Lucen.* 795. 27
Terentianus. *Tudert.* 1349. 1
Terentius. *Lunen.* 834. 2
Teuzzo. *Reat.* 1198. 20. *Urbev.* 1465. 14
Thaddæus. Alatr. 289. 16
Altinus. *C. Caſtel.* 603. 47
del Verme. *Fanea.* 671. 57
Sartius. *Nepeſ.* 1034. 69
Thebroldus. *Reat.* 1197. 12
Theobaldus. *Alban.* 250. 20. 251. 23
Aret. 415. 24. 422. 61
Aſſis. 480. 21. 23
Eugub. 635. 27. 638. 35
Oſtien. 66. 46. *Tarrac.* 1291. 22. 1297. 37
Tiphern. 1319. 15. *Velit.* 45. 18. 21
Theoderinus. *Portuen.* 126. 33
Theodinus. *Aſcul.* 465. 36. *Portuen.* 127. 37
Theodoricus *Aret.* 414. 38. *Cajet.* 538. 21. *Peruſ.*
C 1158. 15. *Tiburt.* 1304. 10.
Pelleonius. *M. Peluſ.* 1001. 27
Raynerius. *Praeneſt.* 214. 47
Theodorus. *Amer.* 297. 9. *Eugub.* 634. 12.
Furcon. 379. 8. *Lucea.* 793. 3
Nepeſ. 1025. 8. *Oſtien.* 49. 13. *Papien.* 1083. 36. 1084. 38. *Sabin.* 157. 10. *Sign.* 1235. 9. *Velit.* 44. 13.
Fantonus. *S. Marci.* 882. 45
Pius *Monopol.* 973. 36
Theodoſius. *Auxim.* 511. 44
Theodulphus. *Valven.* 1360. 11
Theophylactus. *Praeneſ.* 194. 13. *Tudert.* 1351. 15
Theſeus de Cupis *Recan.* 1223. 25.
Theodigrimus. *Lucen.* 804. 43
Theudolaſius. *Lunen.* 835. 16
Thomas. *Anagn.* 320. 47. *Ancon.* 329. 4. 336. 25 *Aquin.* 397. 21. *Caſtrea.* 581. 33. *Interam.* 760 32. 34. 762. 41. *Lipar.* 782. 29. *Lunen.* 834. 11. *S. Mar.* 878. 10. *Marſ.* 907. 16. 911. 27.
D 912. 36. *Nepeſ.* 1029. 27. *Papien.* 1078. 14 *Reat.* 1204. 33. 1208. 44. *Siga.* 1239. 36. *Sutr.* 1275. 73. *Verul.* 1396. 28. 30.
Angelus. *Spolet.* 1263. 40
Balbanus. *Pennen.* 1152. 52
Beoettus. *Lunen.* 855. 59
Bojano. *Aquin.* 397. 24
Brancaccius *Nerit.* 1060. 23
de Buccamungellis. *Milit.* 957. 23
Caracciolus. *Trivent.* 1331. 27
Caraffa. *Triven.* 1330. 25
Caſellius. *Caven.* 618. 11
Conſuberius. *Pennen.* 1151. 47
de Cortellis *Balneor.* 518. 39
Cyprianus *Marſ.* 911. 26
de Franchis *Melphien.* 942. 62
Ghislerius *Æſin.* 283. 30
Guzzonus *Soran.* 1249. 62
Lilius *Soran.* 1248. 47

Thomas Lapius. *Fanen.* 669.50 A
de Maris *S.Mar.* 879.14
Orſinus. *Fulg.* 714.56
de Perleonibus. *Æſin.* 283.24
Piccolomineus *M.Ilc.* 995.7
de Raccania *Aſſis.* 481.29
Salviatus *Aret.* 435.87
Sanfelicius. *Pelus.* 1001.24
Scotus, *Interam.* 764.52
Teſta *Pient.* 1178.2
Thomaſinus. *Recan.* 1222.19
de Vio. *Cajet.* 543.55
Tibaldus. *Papien.* 1079.19
Tiberius *Alban.* 250.10. *Sabin.* 156.1. *Syl. Cand.* 91.3.6
Cincius. *Æſin.* 285.41
Criſpus *Nep.* 1033.63. *Sabin.* 184.95
Mutus *Aſſis.* 483.51. *Viterb.* 1422.46
Tiburtinus. *Amerin.* 296.4
Tigrinus *Ancon.* 330.10
Tigrinius. *Aſſis.* 484.57
Titus Magnus. *Caſtron.* 581.43 B
Tonſo *Sabin.* 157.8
Torquatus Perottus. *Amer.* 304.50
Tramus Monaldeſcus. *Balneor.* 515.15. *Urbe.* 1474.39
Tranquillus de Macharatiis. *Ferent.* 679.43
Tranſaricus. *Spolet.* 1261.35. *Valven.* 1360.12
Tranſmuodus. *Aſcul* 445.26. *Cajet.* 538.22. *Ferent* 674.20. *Interam.* 737.23 *Sign.* 1236.16 *Valven.* 1363.16
Traſo. *Ancon.* 329.2. 330.15
Troilus Agneſius. *Pennen.* 1150.40
Baleoneus. *Perus.* 1164.53
Boncompagnus. *Fulg.* 715.58
Tuccius Antonius de Fumone. *Alatr.* 291.36
Tudo. *Aſſis.* 479.14
Tuptolphus. *Aſcul.* 440.8
Turnius. *Eugub.* 634.3
C

V

V Adapertus. *Valven.* 1360.6
Valentinus. *Aſcul.* 469.58. *C.Caſt.* 599.27. *Interam.* 748.3. 750.13. 751.16. *M.Flaſc.* 986.9. *Port.* 113.20. *Syl.Can.* 90.3. *Terr.* 1284.4
Cantallicius. *Pennen.* 1150.45
de Valentinis. *C. Ducalis.* 605.6
Valentius. *Praneſt.* 194.9
Valerianus. *Lucen.* 795.11. *Soran.* 1244.4. *Sutr.* 1274.9
Chierichellus. *Ferent.* 680.55
Valerius. *Lucen.* 792.2
Mutus. *Tiphern.* 1325.62
Tartarinus. *Alatr.* 293.46
Varinus Favorinus. *Nucer.* 1071.43
Vaſianus. *Eugub.* 649.53
Ubaldus. *Eugub.* 636.34. *Fer.* 675.21. *Mant.* 863.14 D *Papien.* 1084.41. *Sabin.* 160.21.25
Ubaldinus. *Corton.* 627.7
Bandinellus. M. *Flaſcon.* 988.22
Ubertinus. *Caiet.* 542.42
Corleonenſis. *Lipar.* 780.25
Ubertus. *Aprut.* 354.14. *Lucen.* 820.55. *Praneſt.* 196.21
Locatus. *Balneor.* 517.38
de Podiis. *Praneſt.* 195.18
Sacchettus. *Papien.* 1088.56
Venantius. *Peruſ.* 1157.9. *Lunen.* 834.6
Ventura. *Eugub.* 648.48
Bufalinus. *Interamn.* 762.45
Verecundus. *Lunen.* 834.4
Ugo. *Aſſis.* 479.10. *Mant.* 863.15. *Nucer.* 1066.19
La Baila. *Eugub.* 649.51
de Saladinis. *Volater.* 1441.38
Ugolinus. *Peruſ.* 1162.41. *Tipher.* 1322.35
Gualterottus. *Tipher.* 1321.32
Martellus. *Narnien.* 1020.51
Uguccionus. *Sutr.* 1276.34
Vicedominus de Vicedominis. *Praneſt.* 211.42

A Victor. *Lunen.* 834.3
Felix Couci. *Fund.* 733.57
Victorinus. *Aſſiſ.* 478.2
Victorius Guarinus. *Anagn.* 322.68
Villanus. *Eugub.* 643.42
Villaria. *Narnien.* 1013.15
Vincentius. *Fulg.* 686.10. *Lipar.* 779.20. *Port.* 125.31
Agnellus. *Mant.* 875.22. *Balneor.* 518.48
de Apiis. *Urbev.* 1480.70
Bugiatti. *Aprut.* 372.58
Candiottus. *Balneor.* 518.46
Donzelius. *Valven.* 1383.63
Durantes. *Urbev.* 1478.59
de Fanzis. *Sign.* 1240.49
Ferrerius. *Peluſ.* 1000.17
Fucherius. *M. Flaſc.* 989.28
Herculanus. *Peruſ.* 1171.64
Laufrancus. *Trivan.* 1333.38
Lanterus. *Verul.* 1400.48
Lucchius. *Ancon.* 341.49
Mazza. *Signin.* 1240.49
B de Rubeis. *Pennen.* 1152.58
Vecchiarelli. *Nepeſ.* 1035.80
Urſinus. *Port.* 154.130. *Tuſcul.* 246.98
Vindicianus. *Aret.* 410.16
Vindicius. *Lucen.* 795.14
Virgilius Capponius. *Milit.* 959.46
Florentius. *Nucer.* 1074.47
Virginius Urſinus. *Tuſcul.* 246.92
Vitalis. *Alban.* 253.23. *Alatr.* 289.3. *Aſcul.* 466.44. *Fanen.* 658.2. *Fundan.* 720.2.
de Bobus. *Peruſ.* 1173.73
à Furno. *Alban.* 269.52
Vitellianus. *Aret.* 410.25. *Auxim.* 497.2.5. *Narn.* 1010.6. *Tuſcul.* 229.2
Vitellotius Vitellius. *Tipher.* 1325.58
Vivianus. *Peruſ.* 1160.32
Uldaricus Carpineus. *Eugub.* 654.76. *Port.* 152.119
C Nardi. *Balneor.* 518.49
Voluſianus. *Interam.* 749.5
Urbanus. *Fulg.* 686.8. *Verul.* 1397.39
Caragianus. *Monopol.* 973.34
Sacchettus. *Viterb.* 1424.50
Urſicinus. *Papien.* 1077.7
Urſus. *Fanen.* 661.6. *Reat.* 1196.4. *Sylv.Cand.* 92.4 *Tiburt.* 1304.12
de Afflicto. *Monopol.* 969.28
Papicius. *Ravel.* 1182.1
Vvalpertus. *Portuen.* 113.19
Vvalprandus. *Lucen.* 795.28
Vvalterus. *Alban.* 252.28. *Valv.* 1364.19
Vvenderondus. *Aſcul.* 442.10
Vvido. *Aret.* 417.52. *Aſſis.* 479.15. *Cam.* 560.23. *Human.* 744.8. *Lucen.* 804.42. 821.62. *Lunen.* 839.22. *Mant.* 863.19. *Soran.* 1246.14. *Sylv. Cand.* 93.15. *Tibur.* 1308.26. *Tipher.* 1319.19. *Verul.* 1396.32. *Volater.* 1427.7. 1434.26.29
D Groſſus. *Sabin.* 172.42
de Maloſicco. *Praneſt.* 216.56
de Papa. *Praneſt.* 205.38
de Parè. *Praneſt.* 201.37
Perleonus. *Praneſt.* 206.39
Servidius. *Volater.* 1462.74
Sfortia. *M. Flaſc.* 988.21
Tarlatus. *Aret.* 424.65
Vvillelmus. *Melphien.* 923.2. *Urbev.* 1465.19. 1466.21
de Agrifolio. *Sabin.* 175.54
de Eſtoutevilla. *Portuen.* 144.65
de Godino. *Sabin.* 173.48
Vvimundus. *Averſ.* 488.2.6.

Z

Z Acharias. *Anag.* 308.12. *Her.* 735.12. *Mar.* 905.15
Bugarottus. *Nepeſ.* 1032.52
Contuglius. *Aſſis.* 483.46
de Moris. *Terrac.* 1299.62
Rondarius. *Alatr.* 293.47

INDEX

Cognominum omnium Epiſcoporum, qui in hoc primo tomo continentur, ordine alphabetico deſcriptus.

Primus numerus Columnam, ſecundus numerum marginalem indicat.

A

ABbati Franciſcus. *Reat.* 1516.76
Acciajolus Angelus. *Oſtien.* 74. 6
Angelus. *Aquin.* 388. 6
Laurentins. *Aret.* 430.76
Nicolaus. *Portuen.* 153.129
Accoltus Franciſcus. *Ancon.* 340.45
Petrus. *Sabin.* 183. 1
Petrus. *Ancon.* 339.44
Actavantes Joſeph. *Aret.* 435.90
Actis Carolus. *Ancon.* 336.33
Actus Anſelmus. *Fulgin.* 696.17
Acugna Joannes. *Aquilan.* 393.28
Acuti Joannes. *Salmon.* 1382.55
Adimarius Oldimarius. *Volater.* 1440.36
Robertus. *Volater.* 1458.60
Adveduttus Matthæus. *Urbev.* 1475.47
Ægidius Bernardinus. *Aquapend.* 585. 9
Andreas. *Aſſiſ.* 482.41
Æmilius Paulus. *Aſſiſ.* 484.59
Afflicto Angelus. *Anagn.* 320.50
Cajetanus. *Caven.* 619.17
Franciſcus. *S. Marci.* 880.34
Urſus. *Monopol.* 969.28
Franciſcus. *S. Marci.* 880.34
Agnellus Vincentius. *Mant.* 875.12
Agnenſis Aſtorgius. *Melphien.* 937.31
Aſtorgius. *Milit.* 957.17
Agneſius Troilus. *Pennen.* 1150.40
Agnifilus Amicus. *Aquilan.* 390.16
Franciſcus. *Aquilan.* 391. 17
Agrifolio Guillelmus. *Sabin.* 175.54
Ajellus Franciſcus. *Caven.* 614. 5
Alano Bertrandus. *Eugub.* 650.58
Alagni Andreas. *Militen.* 957.25
Alamannus Lucas. *Volater.* 1461.75
de Albergatis Nicolaus. *Sabin.* 189.128
Albergottus Joannes. *Aret.* 427.68
Albericus Antonius. *Nepeſ.* 1032.53
Alberinus Lucas. *Aquin.* 398.3
Albertus Stephanus. *Oſtien.* 71.58
Androinus. *Oſtien.* 72.60
Nicolaus. *Oſtien.* 70.55
Albertus. *Oſtien.* 70.55
Albertus. *Camer.* 563.36
Paulus. *Aſculan.* 466.42
Joannes. *Cortonen.* 630.26
Paulus. *Eugubin.* 645.43
Paulus. *Hortan.* 738.33
Lucas. *Peruſ.* 1173.71
Albertinus Nicolaus. *Spolet.* 1264.45
de Albizis Horatius. *Volater.* 1463.79
Albritius Marius. *Tiburt.* 1315.61
Alcherius Alcherius. *Papien.* 1101.86
Aldobrandinus Petrus. *Sabin.* 187.114
Joannes. *Eugub.* 649.55
Jacobus. *Trojan.* 1348.34
Alemanius Lucas. *Volater.* 1461.75
Alenconio Philippus. *Oſtien.* 74.65

A Aleonibus Bartholomæus. *Tudert.* 1355.47
Aleottus Simon. *Caſtren.* 604.49
Ludovicus. *Volater.* 1457.57
Stephanus. *Volater.* 1458.59
de Alexandris Jo. Maria. *Militen.* 959.41
Io: Maria S. *Marci.* 880.33
de Alexandro Petrus *S. Marci.* 881.47
Alſaridius Jacobus. *C. Ducal.* 605. 1
Alfetius Io: Baptiſta. *Fanen.* 671.55
Ludovicus. *S. Marci.* 881.36
Philippus. *Fundan.* 731.55
Aloyſius. *S. Marci.* 879.22
Alidoſius Franciſcus. *Milit.* 958.37
Franciſcus. *Papien.* 1105.97
Aligerius Marius. *Reat.* 1213.59
Allegrettus Raynuccius. *Volater.* 1453.47
Allegri Joannes. *Ravel.* 1188. 9
Allia Bernardus. *Portuen.* 140.56
Alphani Franciſcus. *Æſin.* 282.19
Alterius Angelus. *Nepeſ.* 1031.46
B Æmilius. *Camer.* 570.75
Jo. Baptiſta *Camer.* 569.64
Jo. Baptiſta. *Tudert.* 1357.59
Paulutius. *Portuen.* 153.127
Altinus Thaddæus. *C. Caſtel.* 603.47
Alvarez Joannes. *Tuſcul.* 242.59
Alphonſus. *Monopol.* 974.39
Allucingulus Ubaldus. *Oſtien.* 66.45
Amatus Aloyſius. *S. Marci.* 879.21
Jo. Baptiſ. *Nucer.* 1074.50
Jacobus. *Biſinian.* 521.16
Amidanus M. Antonius. *Melphien.* 940.52
Ammannatus Jacobus. *Papien.* 1103.95
Jacobus. *Lucen.* 826.81
Anablay Petrus. *Praneſt.* 214. 48
Anania Marcellus *Nepeſ.* 1035.73
Ancina Juvenalis. *Salut.* 1230.11
de Andrea Cajetanus. *Monopol.* 974.48
Andreaſſius Alexander. *Mantuan.* 874.50
Hippolytus. *Interam.* 765.61
C Andreotius Sylveſter. *Pennen.* 1152.53
Angelellius Petrus. *Lucen.* 823.69
Angelini Ambroſius. *Aquapend.* 585. 8
de Angelis Coſmus. *Corton.* 631.17
Theodoricus. *Spolet.* 1263.40
Petrus. *Nepeſ.* 1033.59
Joannes. *Alatr.* 291.35
de Angelo Alexander. *Terracin.* 1298.54
Angelottus Joannes. *Fulgin.* 702.35
Pompejus. *Terrac.* 1301.79
Angelucclus Franciſcus. *Verul.* 1400. 51
Anieius Junius. *Eugub.* 634. 3
de Anna Angelus. *Praneſt.* 217.57
Anticius Jo. Baptiſ. *Amer.* 305. 53
Antignani Joannes. *Nucer.* 1068.28.
Antiochia Jacobus. *Aquin.* 397.29
Antinorius Ludovicus. *Volater.* 1461.72
Antonellus Jo. Carolus. *Ferent.* 680.54
Apenditanus Ludovicus. *Ravel.* 1189.15
Apera Aloyſius. *Interam.* 761.48
D Aptis ſeu Actis Actius. *Fulg.* 689.22

De AptisCarolus. *Ancon*, 336.33
Anſelmus. *Fulg.* 696.17
Ludovicus. *Signin*, 1242.61
Anſelmus. *Nucer*, 1066.18
Otho. *Tudert.* 1351.20
Raynucius. *Tudert*, 1313.38
Andreas. *Tudert*, 1354.39
Vincentius. *Balneor*. 518.48
Vincentius. *Urbevet*. 1480.70
Aquaſparta Matthæus. *Portuen*. 139.49
Aquaviva Joannes. *Aſcul*. 467.48
Jo. Baptiſta. *Nerit*. 1053.13
Jacobus. *Nerit*. 1052.11
Jo. Vincentius. *Melphien*. 939.46
Raynaldus. *Aprut*. 363.31
Aracelini Ægidius. *Taſcul*. 238.28
Aragonia Aloyſius. *Caven*. 618.8
Aloyſius. *Nerit*. 1051.8
Joannes. *Caven*. 615.6
Nicolaus. *Aſcalan*. 472.70
Arata Franciſcus. *Lipar.* 788.52
Arcelia Fabius. *Biſin*. 523.25
Arberinus Lucas. *Aquin*. 398.33
Archeonius Antonius. *Aſcul*. 467.48
Archilegius Angelus. *Aſſis*. 483.49
Archintus Chriſtophorus. *Salut*. 1229.6
Philippus. *Salut*. 1229.5
De Arcionibus Jo. *Civit. Caſtel.* 599.23
Nicolaus. *Aprut*. 364.32
Ardinghellus Marcus. *Camer*. 561.28
Marcus. *Pennen*. 1149.27
Arcbandis Antonius. *Cajet*. 541.38
de Aredio Elias. *Oſtien*. 72.60
Argolus Alexander. *Terrac*. 1300.68
Arigonus Alexander. *Mantuan*. 875.57
Armatus Nicolaus. *Tudert*. 1353.37
Armenus Joſeph. *Aprut*. 373.63
Arrighi Franciſcus. *M. Polit*. 1006.12
Pipinus. *Lunen*. 846.32
Arzenſis Petrus. *Flaſconen*. 985.1
de Aſinis Robertus. *Aret*. 430.74
Aſtallus Joannes. *Trojan*. 1348.38
Dominicus. *Fundan*. 728.36
Fulvius. *Sabin*. 190.134
Aſtarius Henricus *Papien*. 1089.61
de Aſte Marcellus. *Ancon*. 342.54
de Aſtorgiis Serenus. *Ravel*. 1191.30
Augerius Bertrandus. *Tuſcul*. 236.24
Avius Octavius. *Narnien*. 1022.65
Avolus Innicus. *Portuen*. 148.96
de Auxilio Arnaldus. *Alban*. 268.51
Ayello Franciſcus. *Tudert*. 1354.43
Antonius. *M. Peluſ*. 1008.33
Ayoſſa Pyrrhus. *Caſtel*. 601.35
Azzolinus Carolus. *Balneor*. 518.45
Laurentius. *Narnien*. 1022.62

B

BAdaglos Anſelmus *Lucen*. 807.49
Bagarottus Zacharias *Nepeſ*. 1032.52
La Baila Ugo. *Eugub*. 649.51
Balato Matthæus *Aprut*. 362.26
Balbanus Hieronymus *Peruſ*. 1164.50
Pompejus *Caſtren*. 583.59
Thomas *Pennen*. 1152.52
Balbus Bartholomæus. *Papien*. 1097.71
Baldeſcus Matthæus *Nucer*. 1071.41
de Balduinettis Balduinettus *Ancon*. 340.46
de Balduinis Balduinus. *Averſ*. 494.47
Baleoneus Jo: Andreas *Peruſ*. 1163.47
Malateſta *Aſſis*. 484.58
Troylus *Peruſ*. 1164.53
Angelus *Recanat*. 1251.12
Hercules *Urbevet*. 1476.57
Balneo Io. Franciſcus *Reat*. 1215.71
Balues Ioannes *Albanen*. 218.65
Bandellus de Bandellis *Tipher*. 1382.40
A
Bandinellus Ubaldinus. *Flaſcon*. 988.12
Bandinus Octavius *Oſtien*. 83.96
Baptiſta Hortenſius *Verul*. 1398.44
Barba Iacobus *Aprut*. 372.75
Io. Iacobus *Interam*. 762.51
Barbadicus M. Antonius. *Flaſcon*. 590.93
Barberinus Franciſcus. *Oſtien*. 86.103
Antonius. *Praeneſt*. 224.111
Matthæus. *Spolet*. 1270.70
Barbus Marcus. *Praeneſt*. 218.63
Barcigroſſus Bonifacius. *Sutrin*. 1276.42
Bardus Philippus. *Corton*. 631.28
Bartholomæus. *Spolet*. 1265.48
Bargellinus Conſtantinus. *Fulg*. 716.59
de Barilibus Raynaldus. *Aprut*. 363.28
Barloccius Ioſeph. *Narnien*. 1022.66
de Bar Ludovicus. *Portuen*. 143.60
Petrus. *Sabinen*. 172.40
de Barbuco Petrus. *Trojan*. 1346.10
Barroſſo Petrus. *Sabin*. 174.51
de Bartholomæis Henricus. *Oſtien*. 69.50
B
Bernardinus. *Tiphern*. 1323.42
Barula Ioannes. *Nerit*. 1048.2
Baſſus Hieronymus. *Recan*. 1253.24
Io. Baptiſta. *Anagn*. 323.76
Baſtonus Guilielmus. *Papien*. 1109.104
Battaglini Marcus. *Nucer*. 1074.51
Beaulieu Simon. *Praeneſt*. 213.46
Bazzano Paulus. *Aquil*. 388.8.
Beccarius Ioannes. *Papien*. 1101.41
Lanfrancus. *Papien*. 1098.70
Otho. *Papien*. 1078.
Beccatellus Ludovicus. *Ravel*. 1191.35
de Bechis Gentilis. *Aret*. 431.77
Bellatus Alderanus. *Biſin*. 525.36
Belfortis Raynerius. *Volater*. 1452.46
Philippus. *Volater*. 1454.48
Bellaſius Ioannes. *Oſtien*. 79.81
de Bellantibus Franciſcus. *Narn*. 1019.41
Bellarminus Franciſcus. *Aret*. 428.73
Bellinus Petrus. *Salut*. 1232.15
C
Belliſarius Dominicus. *Melphit*. 920.31
Bellorditus Paulus. *Lipar*. 783.43
Belluccius Bernardinus. *Camer*. 578.58
Bellus Pompejus. *Biſin*. 524.31
Auguſtinus. *Soran*. 1249.59
Beltraminus Franciſcus. *Terrac*. 1300.71
Beltraminus. *Terrac*. 1300.72
Bembus Petrus. *Eugub*. 652.69
de Benaſis Barnabas. *Aſſis*. 482.42
Bencius Spinellus. *Polit*. 1004.1
Sinniphus. *Polit*. 1005.3
de Benedictis Iacobus. *Pennen*. 1150.37
Ioannes Bapt. *Pennen*. 1151.50
de Benefactis Iacobus. *Mant*. 868.32
Benettus Sylveſter. *Lunen*. 856.60
Thomas. *Lunen*. 855.59
Benigninus Nicolaus. *C. Ducal*. 606.10
de Benincaſis Benincaſa. *Ancon*. 339.45
Bennius Franciſcus. *Ravel*. 1193.41
de Bentivenghis Bentivenga. *Alban*. 264.47
D
Bentivenga Gentilis. *Nepeſ*. 1029.38
Angelarius. *Tudert*. 1353.35
Bentivolus Guido. *Praeneſt*. 224.112
Hieronymus. *Flaſcon*. 989.29
Octavianus. *Melphien*. 938.38
Ludovicus. *Tiphern*. 1325.61
Benzonius Rutilius. *Lauret*. 770.2
Paulus *Soran*. 1249.57
de Berardis Berardus *Auxim*. 213.45
Berlingerius Pompilius. *Biſin*. 525.43
de Bernardinis Dominicus. *Milit*. 961.51
Bernardinius Franciſcus. *Marſor*. 915.55
Bernerius Hieronymus. *Portuen*. 149.101
Hieronymus. *Aſcul*. 473.71
Beroaldus Ioannes. *Eugubinus*. 650.62
Beroſus Ioannes. *Narnien*. 1021.61
Bertanus Petrus. *Fanen*. 668.46
Berti Iacobus. *Fulgin*. 703.41

Ber-

Bertinus Lucas. *Narnien.* 1018.39
de Bertoldis Ioannes. *Fanen.* 667.36
Bertucciolus Io. Bapt. *Fanen.* 667.42
Bettinius Antonius. *Fulgin.* 705.44
Bettus Ludovicus. *Auxim.* 513.48
Bevilacqua Boniſacius. *Sabin.* 187.116
Biacellus Io. Bapt. *Lunen.* 856.64
Bichius Antonius. *Praneſt.* 226.120
Antonius. *Auxim.* 513.49
Antonius. *Ilcin.* 997.19
Petrus. *Tudert.* 1357.60
Biliottus Alterius. *Tudert.* 1356.51
Bilius Io. Bapt. *Papien.* 1109.105
Franciſcus. *Papien.* 1110.108
Franciſcus. *Eugub.* 650.60
Binarinus Alphonſus. *Camer.* 566.48
Bindius Iſaac. *Aſcul.* 461.41
Biſcoſſia Damianus. *Papien.* 1082.32
Bizzonius M. Anton. *Fulgin.* 716.60
Blancus Gerardus. *Sabin.* 172.45
Blaſii Aſcanius. *C. Caſtel.* 604.50
de Blanco Guielmus. *Trojan.* 1347.16
Blodius Iſaac. *Aſcul.* 466.41
de Bobus Hieronymus. *Camer.* 567.49
Vitalis *Perus.* 2173.73
Boccamaſius Ioannes. *Tuſcul.* 235.22
Boccaſinus Nicolaus. *Oſtien.* 70.54
Boerius Petrus. *Urbevet.* 1474.43
Boiano Thomas. *Aquin.* 397.24
Boldrinus Gregorius. *Mant.* 873.48
Bolognettus Georgius. *Reat.* 1216.72
Bologninus Antonius. *Fulg.* 704.43
Antonius. *Nucerin.* 1070.35
de Boloneſio Petrus. *Averſ.* 491.26
de Bolonia Guido. *Portuen.* 141.47
Bona Iacobus. *Nepeſ.* 1035.75
Bonaccoltis Philippus. *Mantuan.* [illegible]
Bonafaccia Carolus. *Interam.* 765.65
Bonafides Leonardus. *Corton.* 629.20
Bonamicitia Amicus. *Pennen.* 1150.38
Bonaventura Sebaſtianus. *Flaſc.* 992.36
Io. Jacobus. *Aſcul.* 476.76
Romanus. *Portuen.* 130.43
Ludovicus. *Reat.* 1211.49
Boncompagnus Troylus. *Fulgin.* 715.58
Franciſcus. *Fanen.* 670.51
Bonellus Michael. *Alban.* 275.110
Conſtantinus. *Tiphern.* 1325.59
de Bonfiliis Gregorius. *Caſtren.* 580.13
Bonfilius. *Fulgin.* 689.23
Sebaſtianus. *Signin.* 1241.54
Bongallus Jacobus *Anagn.* 321.58
Jacobus *Nepes.* 1032.56
Scipio *C. Caſtel.* 602.42
Bonimpertus Matthæus *Mant.* 869.39
Robertus *Mant.* 870.41
Bonjoannes Antonius *Camer.* 566.45
Berardus *Camer.* 566.47
Bonſius Antonius *Terrac.* 1299.65
Michael. *Ravel.* 1293.42
Bontempus Andreas *Perus.* 2163.43
Iacobus *Æſin.* 283.26
Bonuccius Stephanus *Alatr.* 293.49
Bonviſius Hieronymus *Lucen.* 832.96
Franciſcus. *Lucen.* 832.98
Bonus Joannes *Ancon.* 334.21
Borbonius Chriſtophorus *Corton.* 628.14
Ludovicus *Praneſt.* 221.90
Bordonus Petrus *Interam.* 762.42
Stephanus *Amer.* 301.34
Borromæus Jacobus *Papien.* 1102.93
Borſianus Lucas *Fulgin.* 710.46
Borſius Ludovicus *Aquil.* 391.18
Boſchenſis Franciſcus. *Caſtren.* 581.48
Boſchus Hippolytus. *Fulg.* 715.67
Hippolytus *S. Marc.* 880.29
Boſon. Albertus *Auximan.* 503.25
Boſſius Franciſcus *Peruſ.* 1171.63
Bottinus Donatus. *Valven.* 1382.52

A Bovius Carolus. *Balneor.* 518.4
Bovius Cæſar. *Nerit.* 1054.1
Antonius. *Melphit.* 919.2
Brancaccius Franciſcus. *Portuen.* 152.11
Erecus. *Averſ.* 492.3
Nicolaus. *Alban.* 269.5
Raynaldus. *Averſ.* 492.3
Stephanus. *Viterb.* 2423.4
Thomas. *Nerit.* 1060.2
Landulphus. *Augrs.* 490.2
Branca Joannes. *Melphit.* 918.1
Brancaleo Franciſcus. *Æſin.* 282.2
Brancavaleriis Michael. *Alatr.* 249.5
Brancifortius Aloyſius. *Melphien.* 941.6
Braſavola Joannes. *Caſtren.* 582.5
Brekſpear, Nicolaus. *Alban.* 254.3
Breuſquet Jacobus. *Nucer.* 1071.4
Bricius Jacobus. *Aquin.* 398.1
Briſonetta Gvillelmus. *Praneſt.* 219.7
Brocardus Joannes. *C. Caſtel.* 601.3
B Broniaco Joannes. *Oſtien.* 75.6
de Broniaco Joannes. *Sabin.* 176.5
Broſtellis Dominicus. *Aſſis.* 482.3
Brugnatellus Jo: Bapt. *Aſſis.* 484.5
Brumanus Matthæus. Melphien. 940.5
Bruna Petrus. *Averſ.* 492.39
Brunus Henricus. *C. Caſtel.* 601.3
Jo: Jacobus. *Sutrin.* 1277.5
Paulus. *Nepes.* 1032.5
Bruſattus Defendens. *S. Marci* 881.4
Bubalus Innocentius. *Camer.* 568.5
Bucca Petrus. *Balneor.* 516.2
Buccabellus Antonius. *Ferent.* 678.3
Buccamangellus Thomas *Milit.* 957.2
Buccapadulius Franciſcus *Sulm.* 1385.6
Borgia Joannes *Melphien.* 938.4
Andreas *Signin.* 1242.6
Alexander *Nucer.* 1074.5
Rodericus *Portuen.* 145.69
Gaſpar. *Alban.* 277.12
C Borgognini Joſeph. *Ilcin.* 998.1
Buccardus Carolus *Narnien.* 1019.4
Bucciarellus Jo: Paulus. *Narn.* 1022.0
Bufalinus Ventura. *Tiphern.* 762.4
Bufalo Baptiſta *Aquin.* 399.3
Bugiatti Vincentius *Aprut.* 372.2
Buſſionius Emmanuel. *Oſtien.* 88.10
Burgardus Jo: Franc. *C. Ducal.* 606.
Burgheſius Camillus *Æſin.* 285.3
Camillus *Ilesnen.* 996.
Hyeronimus. *Pient.* 1180.1
Hippolytus *Ilcin.* 997.1
Scipio. *Sabin.* 187.11
Petrus. *Æſin.* 282.2
Burgus Gaſpar *Pennen.* 1152.5
Buſca Iacobus *Marſor.* 911.2
Buſcharius Chriſtophorus *Fulg.* 704.4
Buſſius Jo: Baptiſta *Ancon.* 342.5
Butteringarius Galeatius *Cajet.* 543.5
D Butius Butius *Tiphern.* 1322.3

C

CAballus Marcus *Caſtren.* 581.3
Cabasole Philippus *Sabin.* 176.5
Caccia Jo: Ambroſius. *Caſtren.* 582.5
Jo: Paulus *Marſor.* 915.5
de Cacciantibus Petrus *Sign.* 1247.3
de Cacciis Angelus *Verul.* 1397.3
Cadichius Joannes *Valven.* 1382.5
Caffarellus Jo: Andreas *Fundan.* 732.4
Fauſtus *Fundan.* 732.4
Joannes *Ancon.* 338.3
Proſper *Aſcul.* 470.6
Cajetanus Antonius *Portuen.* 149.10
Bartholomæus *Fulgin.* 700.3
Chriſtophorus. *Fulgin.* 717.6
Nicolaus *Biſin.* 523.2
Petrus *Fundan.* 731.4

Cajetanus Riccardus *Urbevet.* 1468.28 A
Aldebrandus *Sabinen.* 167.34
Alexander. *Terrac.* 1298.55
Cæſar. *Milit.* 958.33
Cajus Leonardus. *Pennen.* 1147.28
Calaminus Auguſtinus *Lauret.* 771.3
Calaudrinus Philippus *Portuen.* 545.68
Calcagnus Rogerius *Caſtren.* 579.8
Calinius Mutius. *Interam.* 764.53
Bernardinus. *Sign.* 1241.55
de Calvis Antonius *Tudert.* 1354.41
Calvus Julius *Soran.* 1248.54
Camajanus Petrus *Aſcul.* 472.69
Cambi Joannes *Aſcul.* 476.77
Camera Philipus. *Tuſcul.* 242.55
De Camiladro Raymundus *Praeneſt.* 215.55
Campanarius Franciſcus *Alatr.* 294.54
Campanile Nicolaus *Ravel.* 1191.24
Campanus Jo: Antonius. *Aprut.* 369.43
Nicolaus *Urbev.* 1415.12
Campeggius Camillus *Nepeſ.* 1034.35 B
Laurentius *Sabin.* 220.84
Campius Fabritius. *Ferent.* 679.49
de Camplo Jacobus *Spolet.* 1268.58
Campofregoſo Federicus *Eugub.* 650.68
Camutius Joſeph. *Urbevet.* 1480.69
de Cancellariis Jacobus *Nepeſ.* 1029.33
Petrus *Lipar.* 783.42
Enoc. *Corton.* 627.9
Candianus Bernardus *Papien.* 1502.92
Candidus Auguſtinus *Lipar.* 782.49
Joſeph. *Lipar.* 784.48
Otho *Portuen.* 132.44
Candiotus Vincentius *Balneor.* 518.46
Canepanova Petrus *Papien.* 1088.54
Canetus Guillelmus *Papien.* 1100.76
Caninius Ægidius *Viterb.* 1420.37
Canſacchus Jo: Vinc. *S. Marci.* 881.39
Cantaliccius Baptiſta *Pennen.* 1150.44
Valentinus *Pennen.* 1150.45
Cantelmus Julius *Pelus.* 999.8 C
Cantutius Franciſcus *Lauret.* 770.1
Capilupus Hippolytus *Fanen.* 669.47
de Capitaneis Hieronymus *Aprut.* 372.60
Capaccius Joannes *Triven.* 1333.35
Cappoccius Nicolaus *Tuſcul.* 237.27
Raynerius. Viterb. 1409.16
Petrus *Ancon.* 335.22
Petrus. *Viterb.* 1414.20
Capograſſus Andreas *Sulmi* 1379.37
Capponius Capponus *Aret.* 428.72
Gvillelmus *Corton.* 628.17
Virgilius *Milit.* 959.46
Capranica Angelus *Aſcul.* 469.59
Angelus *Praeneſt.* 218.63
Angelus *Reat.* 1211.53
Capranicus Rodulphus *Alban.* 261.45
Caputus Conſalvus. *S. Marci.* 881.42
de Caputiis Bevegnates. *Nucer.* 1067.23
Caracciolus Conradus. *Milit.* 957.20
Franciſcus *Melphien.* 938.39 D
Julius *Melphien.* 941.65
Petrus *Averſ.* 492.37
Nicolaus *Melphien.* 933.23
Conradus *Viterb.* 1475.48
Caraffa Carolus. *Averſ.* 495.52.53
Franciſcus. *S. Marci.* 882.48
Fortunatus *Averſ.* 493.53
Thomas *Triven.* 1330.25
Jo: Petrus *Oſtien.* 79.85
Oliverius. *Oſtien.* 77.73
Paulus *Averſ.* 495.54
Vincentius *Praeneſt.* 220.86
Caragianus Urbanus *Monopol.* 973.34
Cavaſſinus Lazarus *Melphien.* 941.56
Caravajal Bernardinus *Oſtien.* 78.75
Rodericus *Fulgin.* 711.48
Joannes *Portuen.* 144.66
De Carbonaria Conradus *Anagn.* 321.62
A Carbonus Franciſcus *Sabin.* 177.59
Franciſcus *Monopol.* 969.24
De Carbonibus Sabbas *Marſor.* 912.37
Carcaraſius Io. Bapt. C. *Plebis.* 595.4
De Carcaſiis Rogerius. *Triven.* 1329.20
Carduccius Lucas *Auxim.* 507.36
Franciſcus *Sulmon.* 1386.64
Georgius *Valven.* 1386.70
Carduinus Iacobus *Lipar.* 782.33
Carilinus Ægidius *Sabin.* 175.53
De Caris Antonius *Nerit.* 1051.7
Cyprianus. *Terrac.* 1300.67
Cariſſimus Alexander *Caſtren.* 583.58
Carius Bernardus *Peruſ.* 1161.37
Carmignanus Marinus. *Caven.* 619.20
Carneolenſis Ubertinus *Lipar.* 780.25
De Carninis Berardus. M. *Pelus.* 999.9
Carolus Antonius *Biſin.* 522.17
Lucas *Terracin.* 1300.37
Caroſius Franciſcus *Melphien.* 937.30
B Caruſius Franciſcus *Valv.* 1383.64
Carpineus Petrus *Eugub.* 659.65
Uldericus *Portuen.* 152.119.
Gaſpar. *Sabin.* 190.133
Carradorus Bal leoneus *Marſ.* 915.49
Carrara Stephanus *Aprut.* 367.38
Caſalius Lucas *Corton.* 626.6
Caſatius Raynaldus *Papien.* 1089.60.
Caſellinus Thomas *Caven.* 618.11
De Caſaloldis Philippus *Mantuan.* 767.28
Martinus *Mant.* 867.27
Caſſianus Leonardus *Aprut.* 373.64
Caſſius Pomponius *Sutrin.* 1277.61
Caſtaldus Franciſcus *Ravel.* 1188.10
De Caſtaneto Bernardus *Portuen.* 139.52
De Caſteliis Raymundus *Narnien.* 1022.64
Caſtellius Ioannes *Urbev.* 1468.30
Gaudius M. *Polus.* 1001.28
De Caſtillioneis Branda *Portuen.* 143.62
Gaufridus *Sabin.* 169.37
C Ioannes *Papien.* 1502.94
Io: Laurentius *Anagn.* 323.73
Io. Lauren. *Aquapend.* 584.4
Otho *Oſtien.* 60.35.36
Caſtillo Cajetanus *Lipar.* 788.53
Caſtracanus Alexander *Fanen.* 670.54
De Caſtrocello Nicolaus *Aquil.* 382.3
Caſtruccius Laurent. *Spolet.* 1271.71
Cataneus Io. Ludovicus *Mant.* 875.55
Catanius Malateſta *Camer.* 564.38
Cava Creſcentius *Alatr.* 291.21
Cavalcantes *Balneoreg.* 523.26
Iacobus *Tiphern.* 1321.31
Robertus *Volater.* 1458.61
Aldobrandinus *Urbevet.* 1472.25
Cavalerus Ioſeph. *Monopol.* 974.46
Franciſcus *Sulmon.* 1383.66
Æmilius *Trojan.* 1348.43
De Cavis Sanctes *Tiburt.* 1310.44
Caurianus Galeatius *Mant.* 869.40
D Cauſſa Ioannes *Lipar.* 780.26
De Ceccano Annibal *Tuſcul.* 236.25
Cecchinellus Gaſpar M. *Flaſc.* 990.32
De Cecchinis Ioannes *Viterb.* 1419.31
Celadonius Alexius *Melphien.* 918.19
Celſus Horatius *Melphien.* 940.51
Laurentius *Caſtren.* 582.53
Cencius Agapitus *Ancon.* 338.40
Cynthius *Sabin.* 161.27
Cenninus Franciſcus *Portuen.* 151.513
De Ceno Hyacinthus *Cajet.* 545.63
Centinus Felix *Milit.* 959.45
Felix *Sabin.* 187.519
Mauritius *Milit.* 959.47
Centaurio Guillelmus *Papien.* 1101.78
Cepti Boniſacius *Nepes.* 1030.38
Centomani Nicolaus *Monopol.* 974.50
Cerda Ignatius *Aquil.* 394.39
Cerretanus Io. *Nucer.* 1071.39

Cervan-

Cervantes Ioannes *Oſtien.* 75.69.
Cervutus Luitardus *Nepes.* 1029.58
Cervinus Antonius *Politian.* 1006.10
Marcellus *Politian.* 1006.9
Marcellus *Eugub.* 652.70
Cæſanus Gabriel *Salut.* 1229.7
Cæſarinus Alexander *Præneſt.* 220.87
Iulianus *Tuſcul.* 540.38
Iulianus *Aſcul.* 470.63
Philippus *Pelus.* 1001.30
Alexander *Viterb.* 1423.4
De Cæſaribus Nicolaus *Tiburt.* 1310.45
Cæſius Bartbolomæus *Narn.* 1020.54
Angelus *Tudert.* 1356.55
Bartholom. *Tiburt.* 1314.56
Federicus *Tudert.* 1356.53
Paulus *Narnien.* 1020.53
Petrus. *Narnien.* 1050.57
Romulus. *Narnien.* 1021.58
Paulus. *C.Caſtel.* 602.39
Pomponius. *C.Caſtel.* 602.41
Cætinus Alanus. *Sabin.* 180.70
Ceva Raphael. *Melphien.* 939.42
Couci Victor. *Fund.* 733.57
Cevoius Hyacinthus. *S. Marci.* 881.44
Checconus Joannes. *Pien.* 1180.14
Cherubinus Saluſtius. *C.Ducalis.* 606.12
Chierichellus Valerianus. *Ferent.* 680.55
de Chilento Archangelus. *Aquil.* 394.38
de Chinibaldeſiis Julianus. *Corton.* 626.4
Chinngius Joannes. *Ilcin.* 995.1
Chiſius Fabius. *Nerit.* 1058.50
Flavius. *Portuen.* 152.125
Chiutl Americus. *Volater.* 1546.49
Chorius Hieronymus. *Nerit.* 1060.22
Chrigattus Franciſcus. *Aprut.* 371.57
Ciaja Calanius. *Nerit.* 1059.21
Andreas. *Aſſis.* 480.22
Ciattes Joſeph. *Nepeſ.* 1037.35
Cibo Alderanus. *Oſtien.* 88.106
Andreas. *Terrac.* 1299.63
Io. Bapt. *Melphit.* 918.17
Laurentius. *Præneſt.* 518.48
Leonellus. *Pennen.* 1150.46
Matthæus. *Viterb.* 1420.34
Cicada Io. Bapt. *Sabin.* 185.97
Ciceronus Horatius. *Ferent.* 679.48
Ciei Joſeph. *Corton.* 632.35
Cincius Gaſpar. *Melphien.* 940.50
Tiberius. *Æſin.* 285.41
Petrus. *Tiburt.* 1309.41
Ludovicus. *Tudert.* 1357.57
Cinus Angelus. *Recan.* 1221.10
Cipolla Rodobaldus. *Papien.* 1099.75
Cipollonius Antonius. *Volater.* 1457.55
Cittadinus Franciſcus. *Caſtren.* 582.51
Clarius Bartholomæus. *Ancon.* 336.31
Iſidorus. *Fulgin.* 712.51
Claromonte Franciſcus. *Tuſcul.* 242.53
Nicolaus. *Tuſcul.* 231.17
Claudius Michael. *Monop.* 973.35
Cloaco Conradus. *Amer.* 301.33
Clodius Ludovicus. *Nucer.* 1071.45
Cobaterius Antonius. *Urbevet.* 1476.53
Cobebo Alexander. *Tiphern.* 1326.70
Cola Ludovicus. *Aquil.* 390.14
de Collemedio Petrus. *Alban.* 258.44
Colles Matthæus. *Marſor.* 914.47
de Colergiis Ioannes. *Trojan.* 1347.57
Coloccius Angelus. *Nucer.* 1072.44
de Columbariis Petrus. *Oſtien.* 71.59
Columna Agapitus. *Aſcul.* 467.45
Agapitus. *Lunen.* 854.48
Aſcanius. *Præneſt.* 225.105
Fabius. *Averſ.* 494.46
Jordanus. *Lunen.* 854.49
Joannes. *Reat.* 1212.55
Marcus. *Præneſt.* 222.98
Mutius. *Marſor.* 915.50

A Columna Pompejus. *Averſ.* 494.45
Hieronymus. *Tuſcul.* 246.88
Pompejus. *Aquilan.* 392.55
Scipio. *Reat.* 1213.58
de Comite Antonius. *Lipar.* 782.30
de Comitibus Bernardinus. *Terrac.* 1301.81
Io. Nicolaus. *Ancon.* 342.53
Carolus. *Ancon.* 341.50
Ioannes. *Sabin.* 190.132
Panuntius. *Sign.* 1240.47
Sagax. *Caven.* 615.3
Michael. *Viterb.* 1424.55
de Comitibus Anagniæ Hugolinus. *Oſtien.* 67.48.
de Comitibus Antignani Berardus. *Fulgin.* 703.30
de Comitibus S.Donnini Nicolaus. *Lucen.* 826.83
de Comitibus Laureti Otho. *Pennen.* 1122.15
de Comitibus Monopelii Barth. *Aquil.* 384.4
de Comitibus de Prata Pileus. *Tuſcul.* 238.30
de Comitibus Petragoricen. Talairandus. *Alban.* 269.54
B de Comitibus de Taliacotio Ioannes. *Præneſt* 417.59
Comitolus Neapoleo. *Peruſ.* 1172.76
Comparinus Jo. Bapt. *Fund.* 732.49
de Conchis Blondus. *Æſin.* 283.27
Concinius Mattheus. *Corton.* 629.22
Condulmerius Franciſcus. *Portuen.* 143.64
Conſtantius Hieronymus. *Triven.* 1333.32
Conſuberius Thomas. *Pennen.* 1151.47
de Conſulibus Michael. *Soran.* 1248.55
Conſuli Joſeph. *Biſin.* 525.42
Contes Joannes. *Reat.* 1214.68
Contugius Hieremias. *Aſſis.* 482.44
Zacharias. *Aſſis.* 483.46
Convennarum Comes Joannes. *Portuen.* 140.55
Converſinus Benedictus. *Æſin.* 284.34
Coperia Alexander. *Peluſ.* 1000.18
de Copis Ioannes. *Tarrac.* 1299.64
Coppuleus Marcus. *Peluſ.* 999.10
Corarius Angelus *Tuſcul.* 539.33
Antonius. *Oſtien.* 75.68
C Corbaria Leonardus. *Triven.* 331.26
Corbelli Thomas. *Balneor.* 518.39
Petrus *Signin.* 1242.69
Cornelius Federicus *Alban.* 277.127
Marcus. *Nerit.* 1055.10
Marcus. *Præneſt.* 520.79
Franciſcus *Præneſt.* 220.88
Cornæus Fulvius. *Peruſ.* 1170.60
Hyppolitus. *Peruſ.* 1170.61.
Cornia Joſeph. *Urbev.* 1479.66
Corradus Jacobus *Æſin.* 286.45
Corradus Antonius. *Aquin.* 400.41
Corregius Guidottus. *Mant.* 864.25
Corſinus Nerius. *Aret.* 435.88
Petrus. *Portuen.* 142.48
Corvinus Laurentius. *Eugub.* 649.57. *Spolet.* 1266.53
Coſta Balthaſſar. *Tuſcul.* 239.34
Coſſus Marius. *Ilcin.* 996.10
Coſta Alphonſus. *Melphit.* 938.36
Georgius. *Tuſcul.* 145.71
D A Corignola Petrus. *Aſcul.* 468.57
Creſcentius Gregorius. *Papien.* 1097.73
Marcellus. *Aſſis.* 484.56. 913.43
Petrus. *Portuen.* 151.112
Alexander. *Recanat.* 1554.37
Criſpinus Joſeph. *Amer.* 305.54
Criſpus Tiberius. *Sabin.* 184.95
Croſſo Joannes. *Præneſt.* 215.53
de Cruce Joannes. *Triven.* 1333.36
Marcus. *Tiburt.* 1312.58
Jo: Andreas. *Tiburt.* 1312.53
Cupalates Gerardus. *Præneſt.* 211.43
de Cupis Bernardinus. *Auxim.* 510.42
Dominicus. *Camer.* 566.46
Jo. Dominicus. *Nerit.* 1053.12
Paulus. *Peluſ.* 1000.15
Theſeus. *Recanat.* 1223.55
de Cuppinis Franciſcus. *Interamn.* 761.38
Curtis Guillelmus. *Tuſcul.* 236.26

Cur-

Curtis Jordanus. *Trivent.* 1329.17
de Curtis Paulus. *Ravel.* 1192.39
Curtius Guido. *Papien.* 1088.55
Cuſanus Anguſtinus. *Papien.* 1110.112
Cyprianus Thomas. *Marſor.* 911.26

D

D Alamantiea Nardinus. *Aſcul.* 468.54
Damianus Petrus. *Oſtien.* 58.33
Dandinus Marcus. *Æſin.* 285.38
Dantes Ignatius. *Alatr.* 493.51
Datus Leonardus. *Polit.* 1006.8
David Antonius. *Fanen.* 667.37
Delphinus Gentilis. *Camer.* 567.50
Deſtræus Cæſar. *Alban.* 278.135
Detus Jo: Bapt. *Oſtien.* 83.97
Deucius Bertrandus. *Sabin.* 172.43
Deza Petrus. *Alban.* 275.113
Diotalevius Hector. *Fanen.* 670.53
Doiera Clemens. *Fulgin.* 7ᵗ4.55
Domin Hieronymus. *Cajet.* 544.64
Dominquez Alphonſus. *Monopol.* 974.49
de Donadeis Jacobus. *Aquil.* 390.15
Donatus Sigiſmundus. *Aſcul.* 475.72
de Donzellis Nicolaus. *Ravel.* 1189.16
Vincentius. *Valven.* 1383.63
Dragomannus Giojas. *Peluſ.* 1000.20
Dulcinus Gnillelmus. *Lucen.* 823.72
Durantes Vincentins. *Urbevet.* 1478.59
Durattus Marcellus. *Spolet.* 1272.75

E

A B Eccleſia Franciſcus. *Salut.* 1232.16
de Effectibus Jo: *Melphiten.* 920.32
Elcius Scipio. *Pien.* 1179.10
Ellis Philippns. *Sign.* 1242.70
Æmnlius Marcus. *Reat.* 1213.61
de Epiphaniis Joannes. *Nerit.* 1047.t
Eſtenſis Raynaldus. *Praneſt.* 224.116
Eſtouteville Guillelmus. *Oſtien.* 71.77
de Euſtachiis Lucas *Tipherti.* 1326.69

F

F Abianus Hippolytus. *Caſtel.* 603.45
Facchenettus Cæſar. *Oſtien.* 86.104
Cæſar. *Spolet.* 1271.72.
Facius Nicolans. *Fund.* 731.39.
Fagnano Lambertus. *Oſtien.* 61.38.
Falconcini Benedictus. *Aret.* 435.92
Falconerius Iacobus. *Aquin.* 397.23
Fantonus Theodorus. *S. Marci.* 882.45
de Fanzis Vincentius. *Signin.* 1240.49
Farneſius Alexander. *Oſtien.* 79.78
Alexander. *Oſtien.* 81.87
Alexander. *Ancon.* 321.61
Ferrantes. *M. Flaſcon.* 989.26
Odoardns. *Sabinen.* 187.115
Raynuccius. *Sabin.* 184.93
Alexander. *M. Flaſc.* 989.25
Guittus. *Urbevet.* 1473.38
Fatatus Antonius. *Ancon.* 338.4t
Favorinus Varinus. *Nucer.* 1071.43
Fazarus Gotifredus. *Militen.* 956.2t
Fazinus Lucius. *Signin.* 1240.48
Felicianus Porphyrius. *Fulgin.* 7t7.62
Fernandes Ludovicus. *Praneſt.* 226.22
Ferragattus Nicolaus. *Fulgin.* 703.39
Ferrari Ioſeph. *Aquin.* 403.52
Martinus. *Lunen.* 855.54
Ferratinus Baldus. *Amer.* 302.42
Bartholomæus. *Amer.* 302.43
de Ferrera Ferdinandus. *Cajet.* 543.53
Ferrerius Antonius. *Eugub.* 650.67
Antonius. *Peruſ.* 1165.54
A Ferrerius Ioannes. *Melphien.* 938.41
Ioannes. *Terrac.* 1297.44
Aſcanius. M. *Peluſ.* 1000.16
Bonifacius. *Portuen.* 147.80
Vincentius. *M. Peluſ.* 1000.17
Horatius. *Soran.* 1248.49
Ferrettus Petrus. *Ancon.* 337.36
Raymundus. *Recanat.* 1225.39
Ferrus Bartholomæus. *Interam.* 764.54
Petrus. *Anagn.* 319.4t. *Marſ.* 911.25
Ferruzza Io: Baptiſt. *Triven.* 1333.37
Fidelis Alexander. *Æſin.* 287.46
Alexander. *Aquapend.* 584.6
de Fiebindaccliis Angelus. *Aret.* 428.70
Filguerius Arnaldus. *Sabin.* 173.47
Finaccius Auguſtinus. *Narnien.* 1018.37
Fineſtroſa Petrus. *Ferent.* 679.41
B de Fiſicis Leonardus. *Aſcul.* 462.52
Fliſcus Antonius. *Lunen.* 854.47
Georgius. *Oſtien.* 76.70
Laurentius. *Aſcul.* 471.64
Nicolaus. *Oſtien.* 79.79
Florentius Theodoſius. *Auxim.* 5t1.44
Virgilius. *Nucer.* 1074.47
Flores Bartholomæus. *Nepeſ.* 1032.49
Petrus. *Cajet.* 544.57
Florimontes Galeatius. *Aquin.* 400.43
Fonſalida Joannes. *Interam.* 762.43
Fonſeca Antonius. *Tiburt.* 1315.64
Fontana Dondatius Alexius. *Fulgin.* 718.66
Formonius Joannes. *Aſcul.* 468.53
Fornarius Fabius. *Nerit.* 1055.16
Fortebrachio David. *Caſtren.* 581.35
Forteguerra Antonius. *Pien.* 1180.16
Fortunatus Horatius. *Nerit.* 1061.24
de Franciſchinis Franciſcus. *C. Caſtel.* 601.38
Franciſchinus Antonius. *Amer.* 304.47
de Franchis Aloyſius. *Nerit.* 1056.28
C Hicronymus. *Nerit.* 1057.19
Io. Franciſc. *Aquil.* 392.23
Thomas. *Melphien.* 942.62
Antonius. *Ravel.* 1191.33
Franchus Petrus Iannuſius. *Æſin.* 293.50
Franciottus M. Anton. *Lunen.* 831.93
Galeottus. *Lucen.* 828.85
Franciſcus Petrus. *Viterb.* 1419.32
Honuphrius. *Melphien.* 937 35
Frangipanus Nicolaus. *Ancon.* 336.26
Franſonus Iacobus. *Portuen.* 153.t26
Freduli Berengarius. *Portuen.* 140.53
Frezzius Federicns. *Fulg.* 702.38
Frias Petrus. *Sabin.* 178.61
de Frigidis Joannes. *Biſin.* 523.19
Frizia Rogerius. *Cajet.* 54t.39
Fucherius Vincentius. *M. Flaſc.* 989.28
Fucci Nicolaus. *Aſſis.* 480.26
Eugenius. *Verul.* 1398.45
Fulanus Bonaventura. *Alatr.* 294.52
de Fulgoſiis Joannes. *Papien.* 1102.83
Fumarellus Bernardinus. *Valven.* 1382.61
D de Fumone Antonius Tuccius. *Alatr.* 291.36
de Furno Vitalis. *Alban.* 269.52
Furconius Adrianus. *Aquin.* 402.44
Fuſcus Angelottus. *Anagn.* 320.51
Fuſo Marcus *S. Mar.* 880.32
de Fuxo Petrus. *Alban.* 270.59

G

G Abriellius Gabriel. *Eugub.* 640.56
Iulius. *Aſcul.* 476.73. *Reat.* 1216.74
Paulus. *Lucen.* 823.75
Petrus. *Eugub.* 649.50
Stephanns. *Cajet.* 544.56
Gaccius Andreas. *Terrac.* 1298.51
Gaddius Hieronymus. *Corton.* 630.23
Gadolus Petrus. *Spolet.* 1271.76
Gagliani Matthæus. *Fund.* 732.56

Gajoſo Gaſpar *Aquil.* 394.34 A
Galaminus Auguſtinus. *Auxim.* 512.46
Galaſſus Sylvius. *Ferent.* 679.7
Galeratus Hieronymus. *Nepeſ.* 2033.62
Galiardus Joannes. *Valven.* 1382.54
de Galilæis Philippus. *Corton.* 632.32
Galioſſus Jo. Bapt. *Aquil.* 392.19
Gallocia Petrus. *Portuen.* 127.39
Galvanus Pelagius. *Alban.* 257.43
Galves Joannes. *Terrac.* 1298.70
Gallus Antonius. *Peruſ.* 1171.65
Antonius. *Oſtien.* 82.93
Aloyſius. *Ancon.* 341.52
Franciſcus. *Sabin.* 184.69
Ptolomæus. *Oſtien.* 82.90
Fabritius. *Soran.* 1248.51.
Gambara Jo: Franciſcus *Viterb.* 1421.42
de Gambarutis Stephanus. *Caſin.* 576.5
Gandulphus Auguſtinus. *Fund.* 732.51
Gantes Joannes. *Cajet.* 545.61
de Gaſperis Antonius *Marſorum.* 915.53 B
Bartholomæus. *Sulm.* 1380.45
Gattola Franciſcus. *Cajet.* 541.37. *Lipar.* 780.27
Joannes *Cajet.* 541.43
Gattus Rodulphus. *Viterb.* 1403.4
Gara Sixtus. *Lucen.* 829.86
Garzias Joannes. *Tuſcul.* 245.80
Gaufridus Paulus. *Alatr.* 291.27
de Gayvano Marinus. *Fund.* 731.38
Gazzeta Franciſcus. *Peruſ.* 1164.52
Gegald Galeatius. *Balneor.* 517.37
Gentilis Adam. *Lipar.* 788.51
Sebaſtianus. *Interam.* 765.63. *Anagn.* 323.71
Genonius Antonius. *Lipar.* 782.35
de S.Georgio Io: Anton. *Sabin.* 183.15
Georgius Petrus. *Recan.* 1222.21
Gera Clemens. *Interam.* 764.48
Petrus. *Reat.* 1105.35
Gerini Franciſcus *Balneor.* 518.40
Joannes. *Volater.* 1463.78
Gerius Philippus. *Aſſis.* 484.53 C
Coſmus. *Fanen.* 668.45
Gorus. *Fanen.* 598.15
Geſvaldus Alphonſus. *Oſtien.* 82.89
Geza Philippus. *Tiburt.* 1309.40
Gherardellus Stephanus. *Alatr.* 294.57
Gherardus Cæſar. *Camer.* 569.53
Laurentius. *Recan.* 1155.40
Iacobus. *Aquin.* 399.39
Petrus. *Tuſcul.* 239.32. *Anagn.* 323.75
Ghinuccius Hieronymus. *Aſcul.* 471.65
Ghiſlerius Michael. *Nepeſ.* 1033.61
Thomas. *Æſin.* 283.30
Franciſcus. *Tarrac.* 1301.78
Giangirolamis Franciſcus. *C.Ducalis.* 606.14
Giarda Chriſtophorus. *Caſtren.* 583.61
Giannotti Franciſcus. *Sign.* 1242.67
Giattini Franciſcus. *Æſin.* 278.47
Giberti Io. Bapt. *Caven.* 619.18. *Fan.* 672.58
Giſonus Manfredus. *Milit.* 956.20
Gymnaſius Dominicus. *Oſtien.* 84.98 D
Ginnettus Martius. *Portuen.* 151.117
Giojoſa Franciſcus. *Oſtien.* 82.92
Guiniſius Franciſcus. *M. Flaſc.* 989.27
Nicolaus. *Lucen.* 824.78
Bernardinus. *Reat.* 1217.77
Gnintoncinus Bartholomæus. *Fulgin.* 701.32
Guzzonus Thomas. *Soran.* 1249.62

H

HAnnibaldenſis Riccardus. *Verul.* 1400.55
Haſtæus Hieronymus. *Verul.* 1399.46
de Henricis Baptiſta. *Camer.* 564.37
Herculanus Philippus. *Alatr.* 292.42
Vincentius. *Peruſ.* 1171.64
Petrus. *Auxim.* 505.31
de Heredio Elias. *Oſtien.* 72.60
de Herrera Benedictus. *Monopol.* 974.45
Herulus Herulus. *Narnien.* 1021.59
Conſtantius. *Spolet.* 1268.62.
Tudert. 1355.48
Berardus. *Sabin.* 181.71. *Spolet.* 1268.61
Franciſcus. *Spolet.* 1268.63
Hieraceus Benedictus. *Lipar.* 787.50
A S.Hieronymo Andreas. *Volater.* 2456.51
Hiloris Franciſcus. *Interam.* 762.46
Hilverdey Robertus. *Portuen.* 138.47
de Hippolytis Nicolaus. *Tiphern.* 1324.48
Hiſmael Petrus. *Sutrin.* 1275.26
Hodierna Paulus. Cajet. 543.52
Honoratus Io: Anton. *Interam.* 764.56
Honuphrius Franciſcus. *Valven.* 1386.71

I

IAcobeti Rogerius. *Aſſis.* 485.65
de Janderonis Joannes. *Tipher.* 1323.45
de Januario Aloyſius. *Caven.* 619.16
de Januariis Januarius. *Sutr.* 1275.21
Igneus Petrus. *Alban.* 251.26
Imbriacus Ludovicus. *S.Marci.* 879.17
Imperialis Pyrrhus. *Æſin.* 285.39
Indellius Io. Baptiſta *S.Marci.* 881.41
Inghiramius Galganus. *Volater.* 1441.37
Bernardus. *Volater.* 1462.76
Inſigna Franciſcus. *Aſſis.* 482.43
Inſulanus Iacobus. *Melphien.* 937.32
de Internobilibus Maurus. *Amer.* 330.50
Ioannellus Hieronymus. *Soran.* 1249.56
Ioannettus Antonius. *M. Peluſii.* 999.3
Iordani Franciſcus. *Æſin.* 282.20
de Iudice Marinus. *Averſ.* 492.34
de judicibus Matthæus. *Penn.* 2150.41
Iuncta Albertus. *Caſtren.* 583.60
Iuſti Franciſcus. *Camer.* 570.57. *Nepeſ.* 1035.77
de Inſtinis Ludovicus *Nerit.* 1050.5
Iuſtinianus Benedictus *Portuen.* 150.105
Ludovicus *Aſſis.* 485.60
Antonius *Lipar.* 783.41
Horatius. *Nucer.* 1074.48

K

KEmp Ioannes. *Sylv.Cand.* 110.24

L

LAbaila Ugo. *Eugub.* 649.51
de Lacertis Angelus. *Melphit.* 918.18
de Lacu Bernardus. *Viterb.* 1418.24
Lagerius Bertrandus. *Aſſis.* 480.27
Oſtien. 73.64
Lagnius Io. Baptiſt. *Tiphern.* 1324.47
de Lago Paulus. *Triven.* 1333.31
Lamagna Cæſar. *Caven.* 618.12
Lambartus Franciſcus. *Verul.* 1400.50
Lambertus Joannes. *Averſ.* 489.17
Lancea Philippus. *Lipar.* 783.40.
Landus Franciſcus. *Sabin.* 178.65
Lælius. *Nerit.* 1055.17
Landrianus Fabritius. *Papien.* 1109.106.
S.Mar. 879.26.
Landulphus Auguſtinus *Peluſ.* 999.11
Jo: Philippus. *Balneor.* 516.26
Lanfranconus Petrus. *Interam.* 765.4
Lanfrancus Hieronymus. *Caven.* 619.15
Vincentius. *Triven.* 1333.38
Langaſchius Guido. *Papien.* 1100.79
Langham Simeon. *Praneſt.* 215.52
Langius Matthæus. *Alban.* 272.86
de Languiſello Bernardus. *Portuen.* 138.48
Lanterus Philippus. *Verul.* 1400.48
Lantes Franciſcus. *Lunen.* 855.53

Lan-

Lantes Marcellus. *Oſtien.* 85.100
Lapius Thomas. *Fanen.* 669.50
de Laris Antonius. *Neriſ.* 1n51.7. *Soran.* 1247.35
Laſcaris Carolus. *Spolet.* 1272.77
Lavellus Franciſcus. *Ravel.* 1191.27
Lavis Petrus. *Soran.* 1247.36
de Laurentiis Antonius. *Aſſis.* 484.54
Lazzarus Jo: Antonius. *Amer.* 303.45
de Lecto Fridericus. *Valven.* 1379.35
de Leis Bernardinus. *Caſtren.* 581.41
Lenencourt Robertus. *Sabin.* 184.90
Lenius Jo: Baptiſta. *Milit.* 954.44
de Leoo Ferdinandus. *Aquil.* 394.36
Martinus. *Triven.* 1333.33
de Leonibus Joannes. *Aquil.* 392.20
Leonius Leo. *Caſtren.* 581.46
Camillus. *Tiburt.* 1312.51
Leonius Angelus. *Tiburt.* 1311.50
Lepori Nicolaus. *Salut.* 1233.18
Letus Nicolaus, *Aquapend.* 584.2
de Licio Robertus. *Aquin.* 398.36
Lilius Thomas *Soran.* 1248.47
Marcus Anton. *Alatr.* 294.53
Lippius Cæſar. *Caven.* 618.13
Locatus Umbertus. *Balneor.* 517.38
Loffredus Carolus. *Melphit.* 920.29
Gaſpar *Melphien.* 938.37
de Lombardis Iacobus. *Trojan.* 1347.26
Lombardus Joannes. *Viterb.* 1408.11
Lomellinus Benedictus. *Anagn.* 321.66
Longus Albertus. *Ferent.* 677.24
Andreas. *C.Caſtel.* 602.44
Lopa Simeon *Melphit.* 918.11
Lopez Joannes. *Peruſ.* 1164.51
Lotherius Pius. *Fund.* 732.48
Lucatinus Reginaldus. *C.Pleb.* 595.5
Lucerianus Jacobus. *Urbev.* 1476.51
Luchesinus Jo: Vincent. *Aſſis.* 485.63
Luchius Jo: Matthæus. *Ancon.* 341.48
Vincentius. *Ancon.* 341.49
de Luciatis Joannes. *Corton.* 628.18
Ludoviſius Nicolaus. *Oſtien.* 87.105
Lunatus Bernardinus. *Aquil.* 399.37
Bernardus *Papien.* 1090.65
Lunellus Antonius. *Ravel.* 1191.33
Petrus. *Cajet.* 544.59
Lupatus Rufinus. *Ancon.* 333.20
Lupius Thomas. *Fanen.* 669.50
Lupus Angelus. *Tiburt.* 1311.47
Petrus. *Soran.* 1247.37
Luſignanus Hugo. *Preneſt.* 217.58
Luſitanus Ordeoneus. *Tuſcul.* 880.28
Luthanus Dominicus. *Reat.* 1212.54
de Lucemburgo Philippus. *Tuſcul.* 242.50
Ludovicus. *Tuſcul.* 240.37

M

MAcabrunus Franciſcus. *Anagn.* 321.59
Maccaſanus Angelus. *Marſor.* 912.38
Jacobus. *Marſor.* 913.41
Franciſcus. *Marſor.* 913.39
Gabriel. *Marſor.* 913.40
Georgius. *C.Caſtel.* 601.35
Jo: Dionyſius. *Marſ.* 913.42
Macedoneus Jacobus. *Monopol.* 974.42
Machabejus Hieronymus. *Caſtren.* 582.50
de Macheratiis Tranquillus. *Ferent.* 679.43
Madrutius Carolus. *Sabin.* 187.117
Chriſtophorus. *Portuen.* 147.90
Ludovicus. *Sabin.* 186.108
Maffæus Fabritius. *Pennen.* 1153.59
Marius. *Aquin.* 399.40
Magalottus Gregorius. *Lipar.* 782.37
de Magiſtris Pomponius. *Terrac.* 1300.75
Magnuſcus Ludovicus. *Aſſis.* 483.50
Magni Ludovicus. *Aquapend.* 584.3
A Magnus Titus. *Caſtren.* 581.43
Majers Laurentius. *Cajet.* 545.70
Maineſius Joannes. *C.Caſtel.* 598.13
Majoranus Nicolaus. *Melphit.* 919.22
Majoranus, *Melphit.* 910.23
Maldachinus Angelus. *Aquin.* 401.49
Maleſicco Guido *Preneſt.* 216.56
Maleſpina Barnabas. *Lunen.* 854.46
Gabriel *Lunen.* 854.50
Barnabas. *Pennen.* 1149.29
Gerardinus. *Lunen.* 1476.55
Manaſſe Joſeph. *Biſin.* 525.40
Manciforti Fabius. *Eugub.* 655.81
Mancinus Matthæus. *Soran.* 1247.48
Leonardus. *Urbevet* 1473.37
Mandoſius Rogerius. *Amer.* 301.38
Mandragorus Guillelmus. *Preneſt.* 214.49
Manellus Hieronymus. *Nucer.* 1073.45
Lucas *Auxim.* 503.26. *Fanen.* 666.33
Maneſius Honuphrius. *Biſin.* 525.41
B Manilius Conradus. *Balneor.* 516.32
Manzolus Georgius. *Averſ.* 494.48
Manuccius Coſmus. *Interam.* 764.59
Mannus Balthaſſar. *Lucen.* 825.80
Manſuetus Jacobus. *Narn.* 1018.31
Maranta Lucius. *Peluſ.* 1000.19
Marcellinus Simon. *Human.* 745.18
Marcellus Didacus. *Milit.* 960.49
Marcheſanus Antonius. *Tipher.* 1325.60
Marchettus Matthæus. *Arer.* 435.91
Marchiſius Franciſcus. *Triven.* 1329.19
Marcolinus Joannes. *Nucer.* 1070.36
Marenchus Jacobinus. *Salut.* 1232.14
de Margantibus Io. Thomas. *Nucer.* 1070.34
Margottus Lanfrancus. *Viterb.* 1422.95
Marignollus Joannea. *Biſin.* 522.12
de Marinis Didacus. *Peluſ.* 1001.26
Franciſcus. *Melphit.* 919.28
de Mariſtellis Evangeliſta. *Tibur.* 1311.49
de Maris Thomas. *S. Marci.* 879.14
C Marra Placidus. *Melphien.* 940.54
de Marſiliis Antonius. *Peruſ.* 1173.72
Marſonus Andreas. *Soran.* 1246.20.24
Martellus Ugolinus. *Narn.* 1020.51
de Martiis Angelus. *Aſſis.* 483.48
Martinellus Bonaventura. *Valven.* 1376.71
de Martinis Bartholom. *Balneor.* 516.30
Dionyſius. *Nepeſ.* 1034.70
Martinus. *Sulmon.* 1380.43
Petrus. *M.Peluſ.* 1000.14
Dominicus. *Sutrin.* 1278.73
Martinozzius Laurentius. *Ilcin.* 998.15
de Martyranis Coriolanus. *S.Mar.* 879.23
Maſcardus Baſilius. *Tudert.* 1355.50
Franciſcus. *Tudert.* 1355.49
Maſcius Hieronymus. *Praneſt.* 214.44
Maſinus Jacobus. *Signin.* 1241.59
Maſius Julius. *Monopol.* 974.43
Alexander. *Valven.* 1385.68
Joannes. *Triven.* 1330.23
D Maſſa Antonius. *Caſtren.* 582.56
Maſſarinus Hippolytus. *Peluſ.* 1000.22
de Maſſæis Petrus. *Auxim.* 503.27
Maſſerius Bernardious. *Anagn.* 323.74
Maſſuccius Franciſcus. *Pennen.* 1152.54
de Maſtinia Guillelmus. *Aquin.* 397.19
Materia Franciſcus. *M Flaſc.* 987.11
Matilino Nicolaus. *Melphit.* 937.33
Matthæuccius Hieronymus. *Viterb.* 1422.44
Maurinus Ludovicus. *Lucen.* 825.79
Maurocenus Franciſcus. *Recanat.* 1223.22
Mauſonius Angelus. *Aprut.* 373.61
de Maximis Dominicus. *M. Flaſc.* 990.34
Jacobus. *C. Ducal.* 605.3.
Soran. 1247.39
Laurentius. *Marſor.* 915.51
Felix. *C. Ducalis.* 605.4
Mazza Vincentius. *Signin.* 1240.49
Mazzancollus Ludovicus. *Interam.* 760.37

Me-

Mediarota Ludovicus. *Alban.* 270.60
Mediavacea Barrholom. *Reat.* 1210.47
Medicea Alexander. *Praneſt.* 222.100
Carolus. *Oſtien.* 86.102
Jo. Angelus. *Fulgin.* 713.53
Julius. *Aſcul.* 471.66
Philippus. *Aret.* 430.75
Melatinus Antonius. *Aprut.* 366.36
Conradus. *Aprut.* 366.35
Melchiorius Hieronymus. *Recanat.* 1223.30
Nicolaus. *Nerit.* 1052.9
Melis Jo: Gaſpar. *Anagn.* 323.70
Meliorius Antonius. *S. Mar.* 881.35
Melrius Hieronym. *Papien.* 1110.109
Mendoza Alvarez. *Aquil.* 394.33
Merciarius Dominicus. *Ravel.* 1191.25
Nicolaus. *Tiphern.* 1322.38
Mericonus Jo. Paulus. *Balneor.* 518.47
Andreas. *Amer.* 301.35
Meua Carolus. *Biſin.* 525.38
Michaelius Franzinus. *Marſor.* 914.44
Jo. *Portuen.* 145.70
Michelottus Aldovandus. *Aſſis.* 481.32
Adoardus. *Peruſ.* 1163.45
Antonius. *Peruſ.* 1163.46
Mignuccius Pompejus. *Aquapend.* 584.1
Milaneſius Jo. Bapt. *Marſor.* 914.46
Millinus Savus *Nepeſ.* 1035.77
de Militibus Jacobus. *Aret.* 427.67. *Marſ.* 912.29
Militius Bernardus. *Sulm.* 1382.60
Minerbettus Bernardettus. *Aret.* 433.83
Franciſcus. *Aret.* 432.82
Coſmus. *Corton.* 631.29
Minlatenſis Antonius. *Balneor.* 516.29
Minini Horatius. *Signin.* 1242.68
Minius Joannes. *Portuen.* 139.50
Minutulus Henricus. *Sabin.* 178.60
Jacobus. *Nucer.* 1070.38
Petrus. *Aprut.* 371.44
Mirabellus Marcus. *S. Mar.* 877.8
Matthæus. *Cajet.* 541.35
Mnhedanus Joannes. *Ravel.* 1191.34
Monaldeſchus Jo: Franciſcus. *Aprut.* 368.41
Tramus. *Baln.* 515.15 *Urbev.* 1474.39
Monaldus. *Nucer.* 1066.16
Monaldus Franciſcus. *Melphien.* 929.12
Horatius. *Engub.* 654.77
Jo: Franciſcus. *Aſcul.* 1469.60
Monaldus. *Melphien.* 932.18
de Monannis Hercules. *Terrac.* 1301.80
Monellinus Conradus. *Terrac.* 1298.56
Manfredus Alexander. *Monopol.* 969.33
Montanus Mutius. *Nucer.* 1074.49
Joannes. *Hortan.* 734.1
Horatius. *Pennen.* 1152.51
de Monte Alexander. *Engub.* 654.74
Antonius. *Portuen.* 146.77. *Alatr.* 293.43
Franciſcus. *Oſtien.* 83.95
Gabriel. *Æſin.* 284.36
Gentilia. *Melphit.* 918.14
Jo. Maria. *Papien.* 1106.99. *Præn.* 221.89
Petrus *Æſin.* 284.35
Montecatinus Antonius. *Fulg.* 717.64
de Montelaix Hugo. *Sabin.* 176.57
Montemellinus Bulgarus. *Peruſ.* 1162.39
de Montenigro Joannes. *Soran.* 1247.31
Monticula Ambroſius. *Signin.* 1241.57
Montilius Carolus. *Viterb.* 1421.43
de Montorio Joannes. *Lunen.* 855.55
Jo. Raynaldus. *Narnien.* 1020.56
Montius Philippus. *Aprut.* 373.72
Moranus Bartholomæus. *Tiphern.* 1324.46
Morellus Domitius. *Ferent.* 679.50
Moriconus Io. Dominicus. *Amer.* 301.41
Juſtinianus. *Amer.* 301.40
Morigia Jacobus Antonius. *Papien.* 1110.111
de Moria Zacharias. *Terrac.* 1299.62
Mormilius Otho. *Monopol.* 969.29
Franciſcus. *Caven.* 614.2

A Moronus Horatius. *Nepeſ.* 1034.68
Ioannes. *Oſtien.* 81.86
Galearius. *Recan.* 1223.31
Morra Bernardus. *Averſ.* 474.50
Morozza Carolus. *Salut.* 1234.20
de Mortuomari Petrus. *Sabin.* 184.50
Mudelius Io. *Anagn.* 320.46
Muſoti Ioſeph. *Tiphern.* 1326.58
Mutus Carolus. *C. Plebis.* 595.6
Tiberius *Aſſis.* 483.51. *Viterb.* 1422.46
Valerius. *Tiphern.* 1325.62
Iacob. *Spolet.* 1266.51
Ioannes. *Reat.* 1207.41

N

B NAccius Ugolinus. *Amer.* 301.37
Cæſar. *Amer.* 301.39
Nardi Uldaricus. *Balneor.* 518.49
Nardinus Nicolaus. *Aquapend.* 584.7
Narius Gabriel. *S. Marci.* 881.40
Gregorius. *Reat.* 1215.70
Naſelli Hieronymus. *Lunen.* 856.69
Naſo Joannes. *Melphien.* 933.21
Neguſantius Guido. *Nucer.* 1067.25
de Nepis Carolus. *Aſſis.* 482.39
Nerlius Franciſcus. *Aſſiſ.* 485.61
Benedictus. *Volater.* 1461.70
del Nero Bernardus. *Biſin.* 524.33
Neronius Joannes. *Volater.* 1468.52
Norchettus Gerardus. *Caſtren.* 581.30
Normandus Guillelmus. *Aaeon.* 336.31
Joannes. *Cajet.* 542.47. *Tarrac.* 1298.52
Novellus Antonius. *Soran.* 1247.33
Numalius Chriſtophorus. *Alatr.* 292.41
Nuptius Ferdinandus. *Urbevet.* 1480.71

C

O

de ODdis Franciſcus. *Aſſiſ.* 482.38
Marcus. *Peruſ.* 1173.70
Odeſcalcus Paulus *Pen.* 1151.49
de Offredis Offredus *Melphiten.* 919.24
Oliva Nicolaus *Corton.* 632.33
Alexander *Camer.* 564.39
Oliverius Riccardus *Portuen.* 244.67
Simon. *Fund.* 732.54
de Onna Petrus *Cajet.* 545.62
Oradinus Julius. *Peruſ.* 1170.62
Orſinus Thomas *Fulg.* 714.56
Ortix Gabriel. *Cajet.* 545.65
de Ortn Petrus M. *Flaſc.* 986.8
Oſius Jo. Bapt. *Reat.* 1213.60
Oſſa Gaucellinus *Alban.* 269.53
Jacobus *Portuen.* 139.51
Othinellus Julius *Fan.* 669.49
Othobonus Petrus. *Portuen.* 152.124

D

P

de PAce Franc. Ant. *Aquin.* 401.50
Paceeus Petrus. *Alban.* 274.97
Pacius Celſus. *Caſtren.* 582.52
Padilla Jo. Gregorius. *C. Ducal.* 606.8
Padula Berardus. *Aquil.* 381.1
Paganus Simeon. *Volater.* 1457.53
Jacobus. *Reat.* 1207.39
Pagnotta Joannes. *Anagn.* 319.43
Paleottus Gabriel. *Sabin.* 186.107
Paliaria Io. Franc. *Lunen.* 856.61
Palladinus Jacobus. *Spolet.* 1267.55
Palladius Blaſius. *Fulg.* 712.50
Pallairaco Gallardus. *Spolet.* 1266.52
Pallavicinus Antoniottus. *Praneſt.* 219.69
Opitius. *Auxim.* 513.50
Aloyſius. *Salut.* 1230.9

Pal-

Pallotta Io: Bapt. *Fulg.* 718.66. *Tuſcul.* 246. 89 A
Evangeliſta *Portuen.* 149. 104
De Palma Joannes *Urbev.* 1476.52
Palmerius Nicolaus *Melphit.* 918.16
Simon. *Aſſis.* 485.66
Paloſius Stephanus *Tudert.* 1354.40
De Paltineriis Simon *Averſ.* 490.19
Palviſi Jacobus *Nepes.* 1030.41
Palumbus Ciccius *Melphien.* 937.34
Panciarinus Antonius *Tuſcul.* 239.35
Pandolphiuus Ferdinandus *Trojan.* 1347.31
Jannotius *Trojan.* 1347.30
Ludovicus *Volater.* 1463.82
Pandonus Sylvius *Averſ.* 493.92
Panella Joannes. *Ferent.* 678.33
Panichius Amicus. *Lucan.* 771.5
Panicola Bernardinus. *Ravel.* 1193.45
Panulphatius Seraphinus. *Flaſc.* 987.16
Panzanus Gregorius. *Milit.* 960.48
de Paps Joannes. *Præneſt.* 694.16
Vvido. *Præneſt.* 205.38 B
Papareſcus Petrus. *Alban.* 254.36
Paparonus Paparonus. *Fulg.* 699.29
Papi Antonius. *S. Marci.* 882.46
Papicius Urſus. *Ravel.* 1182.1.
de Parades Ioannes. *Cajet.* 545.66
Paravicinus Octavius. *Milit.* 960.50
de Paré Vvido. *Præneſt.* 201.37
Parentucellus Antonius. *Lunen.* 855.58
Paſchalius Gaſpar. *Reat.* 1214.67
Paſolinus Ioannes *Sign.* 1241.61
Paſqua Simon. *Lunen.* 856.62
Paſtius Coſmus. *Aret.* 431.78
Paſſerinus Sylvius. *Aſſiſ.* 483.87
Patraſſus Leonardus. *Alban.* 268. 50. *Æſin.* 282. 18
Patritius Auguſtinus. *Ilcin.* 996.3
Franciſcus. *Cajet.* 543.50
de Paula Io. Bapt. *Biſin.* 525.37
de Paulis Sebaſtianus. *Nepeſ.* 1034.71
de S. Paulo Joannes. *Sabin.* 163.32
Paulutius Paulutius C. *Plebis.* 593. 1 C
Pechinolus Angelus. C. *Caſtel.* 601.33
Pecoraria Iacobus. *Præneſt.* 207.40
Pede Antonius. *Monopol.* 969.32
Pellegrinus Iacobus. *Fund.* 731.43
Nicolaus. *Fund.* 731.41
Io. Angelus. *Fund.* 732.44
Pelleonius Theodoricus. *Peluſ.* 1001.27
Pellius Andreas. *Recan.* 1223.23
Pendinellus Stephanus. *Nerit.* 1048. 3
de Pennis Ludovicus. *Nerit.* 1049. 4
Perbenedictus Marianus. *Tuſcul.* 243.73
Robertus. *Nucer.* 1073.46
Peregrinus Hieronymus. *Melphien.* 941.59
Perettus Andreas. *Præneſt.* 223.108
Alexander. *Alban.* 276.12
Perimezzi Ioſeph. *Ravel.* 1194.49
de Perleonibus Thomas. *Fulg.* 714.56
Vvido. *Præneſt.* 206.39
de Peruis Petrus. *Lipar.* 779.21
Pernottus Antonius. *Sabin.* 185.103 D
Perottus Pompilius. C. *Ducal.* 605. 5
Torquatus. *Amer.* 304.50
Pontius. *Urbevet.* 1474.41
Peruntus Sergius. *Tarrac.* 1297. 41
Peruſcus Franciſcus. *Peluſ.* 1001.23
Nicolaus. *Hort.* 742.51
Camillus. *Alatr.* 293.48
Peruſinus Fabritius. *Tarrac.* 1300.54
Pete Marcellinus. *Aret.* 422.62
Petius Cæſar. *Valven.* 1383.65
Petra Didaeus. *Marſor.* 915.54.
Petrochinus Gregorius. *Præneſt.* 223.104
Petronius Hyacinthus. *Melphit.* 919.26
Hieronymus. *Interam.* 764.55
Petruccius Dominicus. *Biſin.* 524. 32
Io. Bapt. *Aprut.* 371.46
Petrus Matthæus. *Æſin.* 287.45
Petrus. *Signin.* 1240.45
de Pezzettis Franciſcus. *Aprut.* 371.45
del Pezze Clemens. *Aquil.* 394.35
Phœbæus Jo: Bapt. *Aquapend.* 584.5
Petrus Paulus. *Balneor.* 518.44
Philipperius Franciſcus. *Ferent.* 679.42
Philodorus Alexander. *Tipher.* 1325.57
Philonardus Alexander. *Aquin.* 401.48
Flaminius. *Aquin.* 401.46
Philippus. *Aquin.* 401.47
Petrus. *Anagn.* 323.72
Marcellus. *Aquin.* 401.51
Ennius. *Ferent.* 679.51. *Alb.* 273.92
Philonardus Antonius. *Verul.* 1398.42
Cynthius. *Tarracin.* 1300.66
de Pianca Sylveſter. *Signin.* 1240.46
Piccius Petrus. *Melphit.* 918.13
Picharellus Franciſcus. *Narn.* 1022.67
Pichius Dominicus. *Amer.* 304.49
Petrus. C. *Ducal.* 606.16
Piccolomineus Alexander. *Ilcin.* 996.7
Franciſcus. *Ilcen.* 996.4. *Biſin.* 523.21
Hieronymos. *Ilcen.* 996.5.6
Thomas. *Ilcin.* 995. 2
Bernardinus. *Aprut.* 372.53
Iacobus. *Aprut.* 372. 56
Ioannes. *Oſtien.* 79.79. *Aquil.* 392.24
Ambroſius. *Triven.* 1333. 40
Nicolaus. *Pennen.* 1150.43
Piccolpaſſus Franciſcus. *Papien.* 1102.90
de Pieto Bertrandus. *Oſtien.* 71.57
Pignattellus Baſilius. *Aquil.* 393. 30
Fabius. *Monopol.* 974. 38
Joſeph. *Caven.* 619.19
Marcellus. *Æſin.* 285.40
Pighius Sebaſtianus. *Ferent.* 679. 4
Pinellus Dominicus *Oſtien.* 82. 91
Philippus. *Aprut.* 371.47
Jo. Vincentius. *Melphit.* 919.27
Pini Carolus. *Sabin.* 189.130
Pinus Petrus. *Viterb.* 1418.26
Pirontius Pantaleo. *Ravel.* 1187. 4
Piromallus Paulus. *Biſin.* 525.39
Piſanus Franciſcus. *Portuen.* 81.85
Hieronymus. *S. Marci.* 881. 37
Angelus. *Balneoreg.* 516.27
Piſanellus Marcus. *Soran.* 1249.61
Piſcicellus Nicolaus. *Biſin.* 523.18
Scipio. *Trojan.* 1347.29
Piſcina Carolus. *Salut.* 1233.17
de Piſis Nicolaus. *Æſin.* 282. 21
Pius Rodulphus. *Oſtien.* 80. 84
Theodorus. *Monopol.* 973.36
Carolus. *Oſtien.* 85.99
de Placentinis Joannes. *Urbev.* 1474. 44
de Podiis Planettus Joſeph. *Tuder.* 1357.61
Bernardus. *Ancon.* 335.23
Ubertus. *Præneſt.* 195.18
Poggius Franciſcus. *Peruſ.* 1162.40
de Polena Joannes *Pennen.* 1150.36
Polus Gaudentius. *Amer.* 305.5
Fauſtus. *Urbevet.* 1479.65
de Ponte Petrus. *Trojan.* 1348.35
Pontianus Jo. Paulus. *Verul.* 1397.40
Pontinus Baptiſta. *Nepeſ.* 1032.47
Ponzettus Ferdinandus. *Melphit.* 918.20
Jacobus. *Melphit.* 919.21
Porcarius Camillus. *Aprut.* 371.50
Porcellus Philippus. *Aprut.* 371. 49
Potta Jacobus. *Portuen.* 133.45. *Mant.* 866.26
Raynaldus. *Oſtien.* 71.56
de Porteriis Gaufridus. *Ravel.* 1191.21
de Portiano Antonius. *Soran.* 1246.29
Porticus Sebaſtianus. *Fulg.* 713. 52
Portius Antonius. *Monopol.* 974.40
de Poſte Angelus *Caſinen.* 576.9
de Pradoxis Benedictus. *Ravel.* 1189.19
Prata Pileus. *Tuſcul.* 238.30
Prato Petrus. *Præneſt.* 215.50
Præconius Octavianus. *Monopol.* 973.37

Præ-

Præfectus Joannes. *Auxim.* 507.34
Prægnauus Franciſcus. *Corton.* 630.24.
Preneſt. 216.54
de Pric Robertus. *Reat.* 1213.57
Probus Antonius. *Pennen.* 1150.39
Proſenius Hubaldus. *Hortan.* 735.5
Ptolomæus Jacobus. *Narn.* 1018.40
Joannes *Flaſcon.* 987.17
Albertus *M. Flaſcon.* 987.14
Gisbertus. *Flaſcon.* 987.13
de Puccinis Jo.Bapt. *Cort.* 632.37
Puccitellus Cęleſtinus. *Ravel.* 1193.44
Puccius Antonius. *Melphien.* 939.45
Laurentius. *Melphien.* 939.43
Robertus. *Melphien.* 939.47
Antonius. *Salen.* 183.86
Iacobus. *Marſor.* 912.28
Iacobus *Melphien.* 939.44
à Puteo Joannes *Tiphern.* 1323.41

Q

QVadra Alvarez *Aquil.* 393.27
Quarinius Septimius *Reat.* 1201.24
De la Guerra Alphouſus *Praneſt.* 224.113
Quignonus Franciſcus *Ravel.* 1191.32
Quintavallius P.Paulus C.*Ducal.* 609.9

R

RAccagnus Cæſar. *Tipher.* 1326.65
Racanus Thomas. *Aſſiſ.* 481.29
Roganus Mauritius. *Fund.* 732.52
Raffaellus Exuperantius. *Pennen.* 1152.56
Raggius Laurentius. *Praneſt.* 225.119
Raymundus Iacobus. *Melphien.* 941.58
Raynaldus Io.Bapt.*Lucen.* 832.94
Ram Dominicus. *Portuen.* 143.63
Rampinus Henricus. *Papien.* 1102.91
Ranciauus Octavianus. *Ferent.* 680.53
Ranutius Angelus. *Fanen.* 671.56
Rapacciolus Franciscus. *Interamn.* 765.62
Rebiba Scipio *Sab.* 185.101
Ioannes *Trojan.* 1347.32
Proſper *Trojan.* 1348.33
Reblayo Petrus. *Portuen.* 140.54
Riarius Raphael. *Oſtien.* 77.74
Riboldus Matthæus. *Papien.* 1101.84
Ricaſolus Angelus. *Averſ.* 491.31
Io. Baptiſta. *Corton.* 629.21
Angelus. *Soran.* 1246.13
Ricciardus Stephanus. *Nepeſ.* 1035.76
Mauritius. *Soran.* 1249.60
Riccius Ioan. *Sab.* 185.100
Laurentius *Ancon.* 336.34. *Ravel.* 1191.23
Petrus *Aret.* 428.71
Antonius. *Aret.* 435.86
Ioannes. *Volater.* 1457.56
Sebaſtianus. *C. Plebis.* 595.3
Iulius. *Aprut.* 372.52
Riccabella Philippus. *Recan.* 1223.29
de Rimbertinis Bartholom. *Certon.* 627.12
del Rio Cajetanus. *Aret.* 545.69
de Ripantibus Angelus *Æſin.* 283.81
Ripa Ludovicus. *Interamn.* 764.57
Riparia Antonius. *Lucen.* 823.76
della Robia Laurentius. *Cortonen.* 631.30
Roboreus Iulianus. *Oſtien.* 77.72
Leonardus. *Lucen.* 829.87
Hieronymus. *Eugub.* 650.65
Georgius. *Urbevet.* 1476.55
Iulius. *Sabin.* 185.99
Sixtus. *Salut.* 1229.2
Franciſcus. *Eugub.* 650.66.
Camer. 565.44
Io. Antonius. *Salut.* 1228.1
de Robertis Dionyſius. *Ferent.* 679.45
A Rocciacarus Marianus. *Aquil.* 303.29
Roccius Bernardus. *Urbevet.* 1479.67
Rocco Nicolaus. *Ravel.* 1194.48
Rodulphuccius Lucas. *Nucer.* 1068.31
Rodulphus Nicolaus. *Urbev.* 1477.58.1478.60
Rogadeus Conſtantinus. *Ravel.* 1183.2
Leo. *Ravel.* 1187.5
Rogerius Bernardus. *Soran.* 1247.40
Nicolaus. *Balneor.* 516.24
Roma Iulius. *Oſtien.* 85.101
Romelinus Franciſcus. *Alban.* 272.76
Romulus Franciſcus. *Sign.* 1242.64
Rondarius Zacharias. *Alat.* 293.47
Roſa Franciſcus. *Fulg.* 710.45
Antonius. *Terrac.* 1298.57.59
Roſcius Galeatius. *Aſſiſ.* 484.52
Roſſettus Carolus. *Portuen.* 552.121
del Roſſo Octavius. *Volater.* 1463.81
Rota Raphael. *Aprut.* 371.48
Petrus. *Lucen.* 832.95
B Roverella Lactantius. *Aſcul.* 472.68
Philos. *Aſcul.* 471.67
Roverra Octavianus. *Tarracin.* 1300.70
Roviglionus Io. Bapt. *Trojan.* 1348.36
Rubeus Hippolytus. *Papien.* 1107.101
Ioſeph. *Aquilan.* 393.31
Iacobus. *Lunen.* 855.56
Alexander. *Caſtren.* 582.55
Landulphus. *Ferent.* 678.26
Gerardus. *Amer.* 300.31
Ioannes. *Alatr.* 292.38
Io. Hieronymus. *Papien.* 1106.100
Vincentius. *Pennen.* 1152.58
Rueda Gundiſalvus. *Aquil.* 393.32
Ruffinus Marius. *Melphien.* 939.48
Alexander. *Melphien.* 939.49
Ruffulus Io. *Ravel.* 1184.3
Peregrinus. *Ravel.* 1189.14
Ruffus Robertus. *Ravel.* 1189.12
Ruinius Lælius *Balneoreg.* 518.42
C Ruſticuccius Franciſcus. *Fanen.* 669.48
Hieronymus. *Port.* 149.98
de Ruſticis Quintius. *Militen.* 959.40
Agapitus. *Camer.* 565.40
Proſper. *Sulmon.* 1382.57
de Ruvere Dominicus. *Flaſcon.* 987.15
Jacobus. *Milit.* 958.36

S

de SAbaudia Philippus. *Camer.* 555.19
Sabellus Cynthius. *Port.* 127.41
Iacobus. *Aprut.* 368.40. *Eugub.* 652.61
Joan. *Biſin.* 522.13
Julius. *Tuſcul.* 245.82
Lucas. *Hortan.* 742.48
Marianus. *Eugub.* 652.72
Sabinus Alexander. *Tuſcul.* 242.63
D Sachettus Ubertus. *Papien.* 1688.56
Antonius *Trojan.* 1348.40
Nicolaus. *Volater.* 1463.77
Julius. *Sabin.* 189.124
Urbanus. *Urbevet.* 1424.50
Saccus Joannes. *Ancon.* 334.13
Sanctes. *Biſin.* 523.25
de Sala Oddo. *Valven.* 1309.21
de Saladinis Ugo. *Volater.* 1442.38
Salamonius Marcus. *Soran.* 1248.53
Salerno Fabritius. *Melphit.* 920.33
de Salimbenis Nicolaus. *Camer.* 561.33
Salinus Benedictus. *Verul.* 1398.43
de Salis Franciſcus. *Balneor.* 517.35
Salvagua Jo. Bapt. *Lunen.* 856.65
Salvatorius Carolus. *Aſſis.* 485.62
Salvettus Lanfrancus. *Ancon.* 336.20
Salviattus Jo: *Portuen.* 147.83. *Volat.* 1460.68
Thomas. *Aret.* 435.87

Salvinus Marianus. *Carton.* 628.13
de Salvis Salvus. *Peruſ.* 1161.34
Salvius Ambroſius. *Nerit.* 1054.14
Saluſtius Joſeph. *Amer.* 305.52
de Salutiis Raphael. *Eugub.* 642.40
Salvutius Joannes. *Lunen.* 824.67
Sanctacrucius Petrus. *Peluſ.* 1000.12
Proſpet. *Alban.* 274.108
Andreas. *Viterb.* 1424.52
Marcellus. *Tiburt.* 1314.61
Sanctius Berardus. *Aquil.* 392.36
Sanctorius Julius. *Praneſt.* 222.99
Sandeus Felinus; *Lucen.* 827.84 *Pen.* 1150.42
Sanfelicius Jo: Thomas. *Caven.* 618.10
Petrus. *Caven.* 618.9
Thomas. *Peluſ.* 1001.24
Antonius. *Nerit.* 1062.25
Sang Joſeph. *Cajet.* 546.71
Sangregorius Rodobaldus. *Papien.* 1097.72
de Sangro Antonius. *Trojan.* 1348.42
Franciſcus. *Sulmon.* 1379.40
Sannazarius Carantes. *Papien.* 1101.82
Sanneſius Jacobus. *Volater.* 1478.73
Sanſeverinus Antonius. *Portuen.* 147.81
Sanſonius Hieronymus. *Aret.* 432.80
Sanvitalis Paulus. *Spolet.* 1269.68
Saracenus Marcus. *Volater.* 1462.73
Petrus. *Interam.* 760.27
de Sardis Stephanus. *Fund.* 728.35
Lotthus. *Spolet.* 1268.59
Sarmentus Petrus. *Anagn.* 321.64
Sartius Thaddæus. *Nepeſ.* 1034.69
Saulius Alexander. *Papien.* 1109.102
Antonius. *Oſtien.* 83.94
Seala. Petrus. *Pennen.* 1149.31
Scalia Deſiderius *Melphien.* 941.57
Deodatus. *Melphien.* 941.55
Carolus. *Triven.* 1333.34
Scalionus Antonius. *Averſ.* 493 43
de Scalis Bartholomæus. *Sulm.* 1382.53
de Scambiis Scambius. *Viterb.* 1411.17
Scannafora Bernardinus. *Caſtren.* 581.42
Scarampus Ludovicus. *Caven.* 615.5
Scardeonius Angelus. *Tudert.* 1355.44
Scatola Organtinus. *S. Marci.* 880.28
Scatareticus Æmilius. *Ravel.* 1192.38
de Scellonibus Franciſcus. *Viterb.* 1419.33
Scholarius Petrus. *Praneſt.* 200.34
Albertus. *Volater.* 1450.43
Jacobus. *Volater.* 1457.58
Sciamana Ludovicus. *Spolet.* 1272.73
Sconditus Franciſcus. *Melphien.* 934.26
de Scotivolis Benvenutus. *Auxim.* 500.19
Scottus Thomas. *Interam.* 764.52
Scribonius Camillus. *Peluſ.* 1000.21
de Scroſanis Joannes. *Anagn.* 320.44
Secenarius Clemens. *Aquil.* 389.12
Adenulphus. *Reat.* 1201.26
Sedeno Ildephonſus. *Cajet.* 545.60
Segnius Julius. *Reat.* 1214.65
Seguin Hugo. *Oſtien.* 70.53
Seinus Petrus. *Nepeſ.* 1030.35
Sempronius Lucas. *Tiphern.* 1325.63
Senaſcuderius Paſtor. *Aſſis.* 480.25
Seneca Antonius. *Anagn.* 322.69
Senilis Cyprianus. *Auxim.* 510.41
Serevallenſis Joannes. *Fanen.* 667.38.39
Sergardus Aleaander. *Ilcin.* 997.13
Serra Joannes. *Praneſt.* 219.74
Jacobus. *Alban.* 274.74
Serritorius Ludovicus. *Carton.* 631.31
Sertorius Jo: Matthæus. *Volater.* 1460.69
Servidius Vvido. *Volater.* 1462.74
de Seſſa Henticus. *Aſcul.* 466.43
Setarius Coſmus. *Ravel.* 1191.26
Gabriel. *Nerit.* 1050.6
Severinus Joannes. *Camer.* 568.52
Jo: Fabritius. *Triven.* 1332.29
Severus Antonius. *Eugub.* 650.61

A Sfondratus Jo: Bapt. *Papien.* 1110.107
Carolus. *Volater.* 1463.80
Paulus. *Alban.* 276.119
Sfortia Alexander *Narnien.* 1020 55
Franciſcus. *Tuſcul.* 244.75
Guido. *Flaſcon.* 988.21
Octavianus. *Terrac.* 1300.69
Octavius. *Aret.* 432.81
Aſcanius. *Papien.* 1104.96
Fridericus. *Tiburt.* 1315.61
Sibilla Matthæus S. *Marci.* 882.49
Signatius Jo. Andreas. *Biſin.* 524.30
de Sillanis Franciſcus. *Valven.* 1379.42
Sillanus Joſeph. *Caſtel.* 603.48
Simeonius Antonius. *Nepes.* 1033.60
Simoncellus Hieronymus. *Portuen.* 149.99
Simonetta Franciſcus. *Fulg.* 716.61
Jacobus. *Nepeſ.* 1033.57 *Peruſ.* 1169.58
de Sinibaldis Jo: Bapt. *Auxim.* 510.40
de Siniſtro Nicolaus. *Aquil.* 381.2
B Sirletus Guillelmus. *S. Marci.* 879.27
Soderinus Carolus. *Narn.* 1020 52
Franciſcus. *Anagn.* 321.59. *Aſſis.* 482.45
Julianus. *Volater.* 1460.66
Solarius Agaſſinus. *Salut.* 1232.13
Soranus Bernardinus. *Ravel.* 1191.31
Sorbellonus Jo: Antonius. *Oſtien.* 82.88
Joannes. *Fulgin.* 714.54
Sorbillus Antonius. *Militr.* 958.32
Sorbolongus Andreas. *Eugub.* 654.73
Sotomajor Martinus. *Peluſ.* 999.5
Spada Bernardinus. *Sabin.* 188.123
Fabritius. *Praneſt.* 226.123
Horatius. *Auxim.* 513.52
Spader Octavius. *Aſſis.* 485.64
Spannochius Æneas. *Ferent.* 680.52
Spatafora Annibal. *Lipar.* 783.39
Speita Petrus. *Papien.* 1101.85
Spennatius Joannes. *Pien.* 1179.12
Sperellus Alexander. *Eugub.* 654.68
C Cæſar. *Interam.* 765.67
Sperellus. *Interam.* 765.66
Spina Hugo. *Balneor.* 516.33
Spinellus Antonius. *Melphien.* 942.64
Philippua. *Averſ.* 494.51
Spinuccius Joſeph. *Pennen.* 1152.57
Spinula Anguſtinus. *Alatr.* 203.44. *Peruſ.* 1165.56
Carolus. *Peruſ.* 1169.67
Julius. *Lucen.* 832.97. *Nepeſ.* 1034.14
Philippus. *Biſin.* 524.28. *Soran.* 1248.50
Jo. Baptiſta. *Lunen.* 856.68
Jo. Dominicus. *Lunen.* 856.66
Proſper. *Lunen.* 856.67
Ambroſius. *Lunen.* 856.70
Stagno Petrus. *Oſtien.* 73.63
Stalia Petrus. *Tiburt.* 1309.42
de Stampis Donatus. *Nepeſ.* 1034.66
Stampius Benedictua. *Aſſiſ.* 481.36
Stella Antonius. *Caſtel.* 600.29
Strada Antonius. *Milit.* 957.29
D Stradella Alexius. *Nepeſ.* 1034.67
Strineus Donatus. *Caſtren.* 581.40
Strozza Alexander. *Volater.* 1461.71. *Aret.* 435.89
Stuſa Alexander. *Polit.* 1006.6
Stylo Franciſcus. *Lipar.* 782.32
Suardus Gualterus. *Aquil.* 392.21
Subripa Franciſcus. *Papien.* 1181.87
de Suburra Conradus. *Sabin.* 161.29
Sudre Guillelmus. *Oſtien.* 72.62
Sugetius Joſeph. *Ravel.* 1194.46
de Summo Dominicus. *Biſin.* 523.24
Surgentinus Franciſcus. *Trojan.* 1348.41
Suſanna Fabritius Pelus. 1001.32
Sylveſtri Aſcanius. *Pien.* 1180.17

Ta-

T

TAberna Rotlandus. *Spolet.* 1263.41
Tacconius Leonardus. *Fund.* 727.32
Iſnardus. *Papien.* 1101.80
de Taſentus. *M. Polit.* 1006.7
Talliavia Simon. *Sabin.* 186.110
Tamburellus Felix. *Soran.* 1249.58
Tambuſius Hercules. *Ravel.* 1192.36
Tanarius Sebaſtianus. *Tuſcul.* 247.99
Tancredus Scipio. *Ilcin.* 997.17
Tani Philippus. *C. Ducal.* 606.15
Tapparellus Io. Maria. *Salut.* 1230. 8
Tarracinus Martinus. *Biſin.* 523.27
Tarantaſia Petrus. *Oſtien.* 69.51
Tarlatus Vido. *Aret.* 424.65
Tartagni Laurentius. *Verul.* 1401.55
Tartarus Lucas. *Nepeſ.* 1031.44
Tartarinus Valerius. *Alatr.* 293.46
Taruſius Salnſtius. *M. Polit.* 1005. 4
Taſſias Aloyſius. *Recan.* 1223.26
Alexander. *Terrac.* 1301.77
Taſſinus Guido. *Papien.* 1100.77
Tedeſchi Nicolaus. *Lipar.* 789.55
Tedullinus Franciſcus. *Aquin.* 398.33
Tempeſtinus Bernardinus. *M. Poluſii.* 1000.13
de Teramo Sebaſtianus. *Aprut.* 366. 33
Termannus Cornelius. *Anxim.* 511.43
de Terſiis Jacobus. *Triven.* 1330.24
Teſta Guercius. *Lucen.* 823.66
Thomas. *Pien.* 1178.2
de Teſtis Marrhæus. *Corton.* 627.10
Tevenardus Michael. *Salut.* 1233.19
Theobaldeſchus Aurelius. *Ferent.* 679.46
Theodinarius Ludovicus. *Reat.* 1211.50
Theodinus Eliſeus. *Soran.* 1248.45
Thomaſius Petrus. *Lipar.* 779.22
Jacobus. *Alatr.* 291.22
Thomaſinus Thomas. *Recan.* 1222.19
Thomæus Bonincontrus. *Human.* 745.17
Tiburtius Ferdinandus. *Mant.* 875.54
Tigrinus Tigrinus. *Aſſiſ.* 484. 57
Tilli Carolus. *Monopol.* 974.47
Tineoſus Angelus. *Viterb.* 1415. 22
Gotifredus. *Viterb.* 1407. 9
Tocco Bartholomæus. *Sulmon.* 1380.46
Marinus. *Recan.* 1222.15
Petrus. *Aquilan.* 388. 7
de Toledo Joan. *Tuſcul.* 135.46
Tolſa Petrus S. *Marci.* 879.25
Jo. Antonius *S. Marci.* 879.24
de Tonſis Jo. Henricus. *Fanen.* 667.40
Torgniolus Evangeliſta. *Tiphern.* 1325.64
Tornabonus Alphonſus. *Salut.* 1229. 4
Julianus. *Salut.* 1229.3.
Torrecilla Joannes. *Aquil.* 394.37
Torres Antonius. *Nepeſ.* 1032.51
Coſmus. *Peruſ.* 1172.67
Torellus Michael. *Anag.* 321.65
Tortorelli Antonius. *Triven.* 1333.41
de Totia Carolus Vin. *Eugub.* 655.79
Traverſarius Carolus. *Sign.* 1241.56
de Trentis Stephanus. *Lucen.* 826.81
Treviſanus Joannes. *Mant.* 861. 3
de Tricario Joannes. *Recan.* 1222.17
Trincius Honuphrius. *Fulg.* 702.37
Paulus. *Fulg.* 701.33
P. Paulus. *Spolet.* 1265.47
Triveri Franciſcus. *Melphien.* 942.63
Troilus Julius. *Fulg.* 718.67
Trottus Laurentius. *Papien.* 1110.110
Carolus. *Balneoreg.* 518.41
Truſches Otho. *Praneſt.* 185.98
de Tudeſchis Joan. *Ancon.* 336.30
Tuſo Antonius. *Milit.* 959.43
Turaminus Jucundus. *Pien.* 1180.13
de Turcis Jacobus. *Spolet.* 1267.57

A de Turdia Jacobus. *Penn.* 1149.34
Turnonius Franciſcus. *Oſtien.* 80.83
Turraminus Jucundus. *Pien.* 1180.13
Turrecremata Joannes. *Sabin.* 180.68
Turriſelle Petrus. *Aſcul.* 467.47
Turrite Petrus. *Anagn.* 317.39. *Averſ.* 491.25
Tuſcus Dominicus. *Tiburt.* 1312.54
Joan. *Aquilan.* 392.22
Jo. Baptiſta. *Narnien.* 1021.60
Paulus. *Ravel.* 1192.37
Dionyſius. *Monopol.* 968.20

V

VAgniſius Bartholomæus. *Aſſis.* 482.40
Valdes Balthaſſar. *Cajet.* 545.67
de Valentibus Sebaſtianus. *Interam.* 762. 50
Ægidius. *Nepeſ.* 1033.64
de Valentinis Carolus. *C. Plebis.* 606.13
B Valentlnus. *C. Ducalis.* 605.6
Valerianus Petrus. *Milit.* 957.22
Valerinus Dominicus. *Tibur.* 1310.43
Valerius Auguſtinus. *Praneſt.* 222.101
Vailatus Benedictus. *Corton.* 626.3
de Valle Andreas *Praneſt.* 220.82. *Milit.* 958.39
Andreas. *Valv.* 1382.59
Petrus. *Aſcul.* 469.62. *Aprut.* 366.34
Vancius Sebaſtianus. *Urbevet.* 1478.62
Vanninus Bartholomæus. *Nepeſ.* 1034.12
Nicolaus. *Aſſis.* 481.35
de Vannis Oddo. *Anagn.* 321.52
Vannuccius Dionyſius. *Peruſ.* 1164.49
Jacobus. *Peruſ.* 1164.48
Varanus Fabritius. *Camer.* 565.43
Varollus Bartholomæus. *Lipar.* 778.17
Vaſſallus Jo: Paulus. *Averſ.* 492.40
Ubaldinus Robertus. *Polit.* 1005.5
Ubaldus Benedictus. *Peruſ.* 1172.68
Matthæus. *Peruſ.* 1165.55
C Simeon. *Tiphern.* 1323.43
de Ubertinis Boſius. *Aret.* 426.66
Gnilleimus. *Aret.* 423.63
Raynerius. *Corton.* 625.1. *Volat.* 1450.44
de Ubertis Joannes. *Mant.* 868.37.869.38
Gregorius. *Caſtren.* 581.45
Vecchia Petrus. *Melphie.* 920.30
Vecchiarelli Vincentius. *Nepeſ.* 1035.80
Odoardus. *Reat.* 1213.73
de Vecchiis Fabius. *Ilcin.* 998.16
Veltranus Conſtantinus. *Corton.* 630.25
Venantius Antonius. *Æſin.* 284.33
Petrus. *Æſin.* 284.32
Venturellus Philippus. *Amer.* 301.36
Verme Thaddæus Aloyſius. *Fanen.* 671.57
Honuphrius. *Ravel.* 1193.43
Verney Nicolaus. *Balneor.* 517.36
Veroſpius Hieronymus. *Aret.* 513.47
Veſpius Conradus. *Eugub.* 650.33
Veteranus Lælius. *Fund.* 732.50
D Vetulus Pomponius. *C. Ducal.* 606.11
Ugolinus Beccius. *Cajet.* 543.51
Antonius. *Auxim.* 510.39
Nicolaus. *Viterb.* 1421.40
Chriſtophorus. *Corton.* 627.11
Ugozzolinus Jacobus. *Viterb.* 1419.30
Vialardus Henricus. *Mantuan.* 875.56
Viaiis Octavius. *Salut.* 1232.12
Vicecomes Octavianus. *Viterb.* 1420.36
Jo: Baptiſta. *Aprut.* 372.59
Bernardinus. *Alatr.* 295.45
Alphonſus. *Spolet.* 1269.69
de Vicedominis Vicedominus. *Praneſt.* 211.42
Vicentinus M. Antonius *Fulg.* 718.65
Vicomanus Rambottus. *Camer.* 560.24
de S. Victore Hugo. *Tuſcul.* 230.12
Victorius Marianus. *Amer.* 303.44. *Reat.* 1213.62
Victricius Alexander. *Alatr.* 294.54
Vigerius Marcus. *Praneſt.* 219.73

Vigil Fabius. *Fulgin.* 712.49
de Vigilantibus Simeon. *Ancon.* 337.35
de Vigiliis Nicolaus. *Marſ.* 914.45
Villanuebas Martinus. *Cajet.* 545.68
Viminalius Antonius. *Nucer.* 1070.37
de Vincio Bartholomæus. *Valven.* 1381.49
Vinciolus Alexander. *Nucer.* 1068.30
Vintimiglia Hieronymus. *Lipar.* 788.54
Cæſar. *Terracin.* 1300.76
de Vio Thomas. *Cajet.* 543.55
Vipera Joannes. *Balneor.* 517.34
Vivianius Gaſpar. *Anagn.* 322.67
Viſdominus Regius. *Aret.* 417.50
Onuphrius. *Volater.* 1457.54
Vitalis Alphonſus. *Lipar.* 784.46
Maſſæus. *Mant.* 875.53
Vitallianus Proſper. *Biſin.* 524.29
Viteilesboch Conradus. *Sabin.* 161.31
Vitelleſchus Barthol. *M. Flaſc.* 986.10
Joannes. *Recan.* 1222.18
Vitellius Franciſcus. *Interam.* 764.60
Julius. *Tiphern.* 1324.50
Vitellottius Vitellius. *Tiphern.* 1325.58
de Vitriaco Jacobus. *Tuſcul.* 234.18
Vivarius Nicolaus. *Spolet.* 1267.56
Ulmo Ferdinandus. *Soran.* 1247.41
de Ungaris Nicolaus. *Ancon.* 335.24
Urſinus Angelus. *Caſinen.* 577.10

A Urſinus Attilius. *Peluſ.* 1001.29
Bobo. *Portuen.* 127.38
Fulvius. *Spolet.* 1269.66
Hector. *Tiphern.* 1322.39
Latious. *Oſtien.* 70.52
Marius. *Tiburt.* 1314.58
Matthæus. *Sabin.* 174.49
Octavius. *Signin.* 1242.63
Petrus. *Averſ.* 494.49. *Spolet.* 1269.67
Vincentius. *Portuen.* 154.130. *Tuſcul.* 246.92
Virginius. *Tuſcul.* 246.92
Poncellus. *Averſ.* 491.32
Uſimbardus Petrus. *Aret.* 434.85

Z

Zabareſchis Nicolaus. *Hort.* 738.29
de Zachias Laudivius. *M. Flaſc.* 989.31
B Paulus Æmilius. *M. Flaſc.* 989.30
Zachius Gaſpar. *Auxim.* 507.35
Zambeccarius Pompejus. *Sulmon.* 1383.62
Zancatus Jacobus. *Signin.* 1239.43. *Anagn.* 320.49
Zanes Celſus. *C. Plebis.* 594.2
de Zaulis Dominicus. *Verul.* 1400.53
Zeno Baptiſta. *Tuſcul.* 241.42
Zucchetti Sebaſtianus. *Corton.* 632.36
de Zucco Marinus. *Aprut.* 366.37

I N D E X
M A T E R I A R U M,
ET RERUM NOTABILIUM,
De quibus in hoc Opere fit mentio.

A

ABBATIÆ Monaſterii Vallis Starciæ primum Cluſin. nunc Montis Ilcinii diœc. privilegia, & dona Caroli Magni, & Henrici Impp. 991. D
Abbatia trium Fontium SS. Vincentii, & Anaſtaſii privilegio, & dono decoratur à Carolo Magno largitione plurium oppidorum. 50. A
Confirmatio eorundem. 52. D
Abbatiæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii unitur Abbatia de Palezzolo. 259. B
Abbatia Foſſæ novæ ſita ubi forum Appii deſcribitur. 1280. D
Abbatiæ Solemnlacenſis privilegium. 113. C
Abſolutionis à cenſuris antiqua formula. 1372. D
Acta Concilii Tridentini à Sebaſtiano Gualterio Epiſcopo Viterbien. deſcripta. 1421. A
Adenulphus Epiſcopus Reatinus poſt multa benefacta abdicato Epiſcopatu Monachum Ciſtercien. induit. 1201. D
Æſium Civitas antiqua Colonia Romanorum Umbriæ Senonēſis olim, nūc provinciæ Piceni. 279. B
S. Agapitus Papa Conſtantinopolim deceſſit, ubi plura edidit miracula. 14. D
Agnifii Cardinalis virtus enarratur. 390. C
Alatrum civitas in Hernicis antiqua Colonia Romanorum. 288. B
Alatrini Epiſcopi deſcribuntur. 288. D
Albanum civitas Cardinalitio Epiſcopatu decorata, quæ eſt ex ſeptem aſſiſtentibus Pontifici. 249. C
Albanenſis Epiſcopatus privilegium, & patrimonium conceſſum ab Honorio Papa III. 257. C
Albani civitas an ſit illa Alba longa, quæ ædificata fuit an. 300. ante Romam. 247. A. B. C
Alba longa diruta à Romanis, & præcipue ab Horatio, qui certavit cum Curiatiis. 248. B
Albanum ædificatum in villa Pompeii, & antiquitus dicebatur Albanum Prætorium. 248. B
Albericus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis Legatus Apoſtolicus in Oriente ſynodum Antiochenam coegit, Rodulphum è ſede deturbavit, templum in Hieruſalem ædificavit. 63. B C
Albericus Cardinalis Epiſcopus à S. Bernardo uti ſanctus habitus. 63. D
Alberica familia poſſeſſionem tradit Epiſcopo Urbevetano. 1477. A
Albigenſes Hæretici à Conrado Epiſcopo Portuen. deleti. 128. A
Alexander Papa Primus Miſſæ canon auxit, & mandavit azimo ſacrificare. 6. D
Alexander Farneſius Epiſcopus Cardinalis Oſtien. eligitur Pontifex nomine Pauli III. 79. B.
Alexander II. Papa fuit Epiſcopus Lucen. ſanctitate inſignis; plura eccleſiæ, & Canonicis privilegia conceſſit. 807. D
Alexander Medices ex Epiſcopo Præneſtino efficitur Papa ſub nomine Leonis XI. 222. C
Alienatio caſtri Acuti Eccleſiæ Anagninæ revocata. 315. C
Alienatio rerum Aſculanæ Eccleſiæ à Card. Capoccio revocata. 465. B. C
A Alidoſius Card. cæſus à Duce Urbini. 1105. D
Ameriæ ædificatio diſcutitur. 295. B
Ameria antiquior civitas Umbriæ. 295. A laudata à pluribus ſcriptoribus. 295. C
Ameriæ reædificatio 380. ann. ante Romam. 295. B
Ameria patria plurium virorum Illuſtrium. 295. C. D
Ameria hauſit fidem temporibus Apoſtolorum plurium SS. Martyrum ſanguine conſperſa. 295. D
Ameriæ inventio corporum SS. MM. Firminæ, & Olympiadis. 297. D
Amerinæ Cathedrali præfixus numerus duodecim Canonicorum à Clemente Papa IV. 299. C. D
Amerina privilegia, vide privilegium.
Amerini eiiciunt Epiſcopum Stephanum ob malam adminiſtrationem. 301. A
Amiternum civitas deſtructa prope Aquilam. 374. C
Anagnina civitas antiqua municipium, & colonia Romanorum. 306. A
Anagnia patria quatuor Pontificum Rom. 306. B
B Anagnini infeliciter pugnant cum Romanis. 305. D
Anagninæ Eccleſiæ menſa, & numerus Canonicorum ab Innoc. Papa IV. auctus. 314. A
Eadem aucta à Gregorio Papa IX. 312. C
Anagnini ab ira Divina plectuntur ob ejectionem Bonifacii VIII. Papæ eorum civis. 306. B
Anaſtaſius Papa II. ſuſpectus ob communicationem cum Photino, & Acatio Hæreticis. 13. A
Ancona civitas olim Galliorum Senonum, poſtea caput Piceni. 524. B
Ancona colonia Romanorum, habet portum celeberrimum à Trajano reſtauratum. 325. A
Anconæ ſitus, denominatio, & fundatio. 324. C
Ancunitani rebellant ab Eccleſia 333. C. iterum ſub ditione Pontificia reſtituuntur. 534. D
Ancona civitas plures SS. Martyres, & Confeſſores obtinet. 325. D
Ancunæ Epiſcopatui unitus Epiſcopatus Humanus. 326. A
C Anconæ plures depopulationes, & reſtitutiones. 325. B. C
Anconitani capituli privilegia plura a fol. 331. B. uſque ad. 335.
Angeli Cæſii Tudertini nobile elogium. 1356. D
Angelus Roccha Umber bibliothecæ inſignis S. Auguſtini cœnobii in Vrbe fundator. 568. D
Angelottus Fuſchus Card. occiſus à famulo. 320. D
Antonius Maria Gratianus Epiſcopus Amerinus doctiſſimus hiſtoricus. 303. C. D
Antonius Bertinus Epiſcopus Fulginaten. vir ſanctitate, & legationibus inſignis apud Mediolanenſes reſtitutor Ciſtercienſis ordinis. 705. D
Aprutinæ civitatis, & Epiſcopatus deſcriptio. 342. C
Aprutinus Epiſcopus reædificavit civitatem; eſt ejus Princeps. 343. A
Aprutinus Epiſcopus incedit armatus, cur. 343. B
Aprutinæ Eccleſiæ diœceſis Apoſt. diplomate confirmatur. 362. B
Aquila crevit ex ruinis Furconis, & Amiterni. 373. C. D
D Aquila Urbs an antiqua? 373. D
Aquila habuit Epiſcopum ab Alexandro Papa IV. 374. B
Aquilanæ Cathedralis fundator Philippus Luceuſis. 388. C

Aquila tyrannis paruit, donec fuerunt extincti. 373. D
Aquilana Eccleſia ſucceſſit in locum Furconenſis: in nomine aliquando confunduntur. 375. A.B
Aquini deſcriprio antiquitas, & ruina. 394. D
Aquinum patria plurium virorum Illuſtrium, præſertim S. Thomæ. 395. A
Aquinum colonia Romanorum. 394. D
nunc parvum caſtrum.
Aretium civitas Etruriæ nobiliſſima, & antiquiſſima colonia Romanorum. 402. B.C
Laudantur à pluribus auctoribus. C.D
Aretium dominatus varios, & excidia paſſum. 403. A
Aretium ſemper protulit viros clarus. 403. B
Aretina diœceſis olim ampliſſima. 403. D
Aretina monumenta diſcuſſa. 408. C
Aretina privilegia. Vide Privilegia.
Aretinus Tyrannus evaſit Epiſcopus Guliermus. 423. B. C.
Arrius crepuit medius tempore Sancti Marci papæ. 10. D
Armeni ab Alberico Epiſcopo Oſtienſi ad Eccleſiam Romanam reducti. 63. B
Aſculum Piceni civitas antiquiſſima, & nobiliſſima à Romanis flammis conſumitur, & diruitur. 436. B
Aſculum factionibus premitur. 436. D
Aſculum redit ſub Pontifice, ibid.
Aſculum habuit Epiſcopum à primis Apoſtolorum temporibus: protulit etiam viros illuſtres. 437. B
Aſculanæ civitatis Epiſcopus habet ampliſſima diœceſim, & jus infeudandi caſtra. ibid.
Aſculanæ cathedralis cleri, & monaſteriorum deſcriptio. 437. D
Aſculani devaſtarunt civitatem Aprutinam. 362. A
Aſculana monaſteria Federicus Secundus Imperator recepit in ſua protectione. 463. D
Aſculanam Eccleſiam à fundamentis reſtituit Proſper Caffarellus. 470. B
Aſculana privilegia. 440. vide privilegia.
Aſſiſium civitas antiqua patria Sancti Franciſci. 477. A
Aſſiſium &c. à Romanis capitur, & diruitur deinde à Longobardis. 477. B
Aſſiſium abundat ſacris Ædificiis: fidem hauſit cum reliqua Umbria ab ipſis primis temporibus Apoſtolorum. 477. B.C.
Attila a S. Leone Papa à Romana devaſtatione arcetur. 12. B
Atellanus Epiſcopatus ad Averſanam civitatem translatus. 486. B
Averſa ædificata in ruinis veteris Atellæ. 485. D
Averſa deſtructa à Carolo Neapolitano Rege. 486. A
Auximanæ Eccleſiæ Cingulana unita. 497. A
Auximum colonia Romanorum gravi obſidione à Belliſario oppugnata. 496. B
Auximana civitas quo tempore Chriſti fidem ſuſcepit. 496. D
Auximana civitas ſubjecta fuit olim Epiſcopo Humano. 745. A

B

B. BAlduini Marſorum comitis obitus. 1199. C
Balneoregii antiquitas ſitus, & denominatio deſcribitur. 514. B
Balneoregium patria S. Bonaventuræ. 514. B
Balneoregienſium Epiſcoporum ſeries. 515. A
S. Benedictus Abbas Caſinenſe cœnobium fundat. 14. B
Benedictus PP. II. libertatem electionis Pontificis reſtituit. 17. D
Benedictus Papa V. è Pontificatu dejectus Amburgi vitam finivit. 23. C
Benedictus Papa VI. obiit in carcere ſtrangulatus à Bonifacio Antipapa. 23. D
Benedictus Papa IX. adhuc puer electus poſt decem annos pontificatu ceſſit. 25. B.
Benedictus Papa XI. ſedit annos ſeptem: nullas divitias è pontificatu in paternam domum invexit. 32. A
beneficiorum pluralitas graviter deteſtata. 1395. A
Bello ſacro proficiſcitur Epiſc. Fulginas. 691. A
S. Bernardus tollit ſchiſma Eccleſiæ. 27. D
Bernardus Epiſcopus Portuen. plures legationes optimè obiit. 126. C
Bernardinus Caravajal Epiſcopus Oſtien. cum aliis quinque Cardinalibus congregat Conciliabulum Piſanum contra Julium Secundum Pontificem. 78. C
Berengarius confutatus ab Uberto Epiſcopo Sylvæ Candidæ. 108. B
Beſſario Cardinalis Græcus vir magnus effecit, ut Græci convenirent cum Latinis. 240. C
Beſſario conciliat Cæſarem, & Federicum. 240. C
Beſſario male habitus à Ludovico XI. Gallorum Rege. 240. D
Bibliothecarii perpetui ſedis Apoſtolicæ fuerunt Epiſcopi Sylvæ Candidæ, ſeu S. Rufinæ. 109. A
Biſiniani antiquitas, & ſitus deſcribitur. 519. B C
Biſiniani adhuc Presbyteri uxorati Græci ritus manent. 519. C
Biſinianenſis Epiſcopi Federici crudelis occiſio. 520 C.
Bonifacio Papa III. ſedente à Phoca Imperatore Romanæ Eccleſiæ primatum iterum decernitur. 16. A
Bonifacius Papa IV. Pantheon in Urbe SS. Martyribus conſecravit. 16. B
Bonifacius Papa VIII. prius Canonicus Tudertinus. 1353. A
Bullæ erectionis in cathedralem Pientinæ Eccleſiæ. 1175. B.
Aliæ ſimiles vide in Verb. erectio, & Civitas plebis.

C

S. CAii Papæ Templum ab Urbano Papa VIII. reſtitutum. 10. A
Cajeta civitas antiquiſſima deſcribitur; ejus portus, & conditor profertur. 526 B.C.
Cajetæ Domini referuntur. 526. C
Cajeta patria Gelaſii Papæ II. & Cardinalis Cajetani, ac aliorum virorum Illuſtrium. 526. D
S. Callixtus Papa ædificavit Eccleſiam S. Mariæ Tranſtiberim. 8. C
Chalcedonenſe Concilium ſub Leone Papa. 12. B
Campanæ pulſatio ad miſſam quis introduxerit. 201. D
Campani hiſtorici, & poetæ mira hiſtoria. 369. D
Camerinæ civitatis Umbriæ deſcriptio, antiquitas, ſitus & ſocietas cum Romanis. 546. C.D
Camertium virtus. 547. A
Camertium devotio erga ſedem Romanam. 556. D
Camerini ducatus permutatio. 547. C.D
Camerini obſidio à Principalle, & Varani ducatus initium. 557. B
Canonum collectio Gratiani, prius incepta à S. Anſelmo Lucen. Epiſcopo. 814. A
Canonum collectio ab Albino Epiſcopo Albanen. 256. C
Canonici Lucenſes redacti ad communem victum. 805. B
Canonici Pinnen. carcerant Epiſcopum, & à Papa cauſa committitur. 1147. D
Canonicorum Sulmonen. numerus reformatus. 1371. B
Canonicorum Amerinorum numerus præfixus à Clemente IV. 299. D
Capuccini apud Camerinum reformati. 548. C
Capituli S. Mariæ Majoris, & Fratrum S. Auguſtini tumultus in Urbe ob funeralia Card. de Eſtouteviila. 76. C

Capitulis cognitio cauſarum antiquitus ſpectabat. 1378. C A
Cardinalis Balves carcerem duodedim annorum perpeſſus ſua induſtria ab eo evadit, & Romam confugit. 270. D
Cardinalitia dignitas renunciata, reſtituta Stephano Strigonienſi, tanquam magno viro. 210. D.
Cardinalis Mezzavacca dignitate exutus reſtituitur. 1210. D
Carrara gens domina olim Patavii. 367. A
Carceratio Cyuthii Epiſcopi ab Henrico Imperatore. 161. A
Caroli Magni privilegium, & donum Abbatiæ trium fontium. 50. A
Carolus IV. Imperator fuit coronatus à Petro Columbario Card. Epiſ. Oſtien. Italiæ legato. 72. A.
Carolus Rex Neapolitanus confirmat privilegia Eccleſiæ Aprutinæ. 364. B
Caſtri deſcriptio, & antiquitas. 578. B.C.
Caſtri Epiſcopus translatus fuit ex antiqua Volſcia. 578. C B
Caſtrum Patria inſignis doctoris Pauli de Caſtro. 578. C
S. Catherinæ devotio quid effecerit apud Card. Ulyſſiponen. 145. C
B. Catherinæ Cortonenſis converſio. 624. D
S. Catherina Senenſis fuit cauſa reductionis ſedis Apoſtolicæ Romam, cum per 70. annos Avenione ſtetiſſet. 34. D
Cavenſis Civitas ex ruinis Marcinæ ædificata. 607. B
Cavenſis Civitas ædificatur à Petro Abb. ibid.
Cavenſi in civitate miraculum editum in Othonem Imperatorem. 607. C
Cavenſis Abbatia ditatur privilegiis. Vide privilegiũ
Cavenſis Epiſcopatus erectio, & diviſio ab Abbatia, & monaſterio. 611. C 616. A
S. Cœleſtinus P. V. Pontificatu ſe abdicavit. 31 C
Cere habuit Epiſcopum. 100. A
Cicero prope Cajetatem occiſus. 526. C
Cinguli deſcriptio antiquitas, & ſtatus. 497. A
Civitas Caſtelli, ſeu Tiphernum à Vidone Epiſcopo Aretino invaditur. 424. C C
Civitas caſtelli, vide Tiphernum.
Civitas Plebis à clemente P. VIII. erigitur in civitatem. 585. C
Civitati Plebis Paulus V. dat primum Epiſc. 586. A
Bulla erectionis Epiſcopatus. 586. B
Civitas Caſtellana quomodo antiquitus vocaretur. 596. B
Civitatis caſtellanæ deſcriptio. 596. B C
Civitas Caſtella fidem hauſit à S. Lino Papa. 596. C
Civitatis Caſtellanæ Epiſcopatui uniti fuerunt Epiſcopatus Fallaritani, & Galleſini. 596. C.D
Civitatis Ducalis fundatio, erectio Epiſcopatus, ſuppreſſio, & reſtitutio. 604. D
S. Ciriaci Epiſcopi, & Martyris diſcutitur Epiſcopatus, an fuerit Epiſcopus Ancoultanus, vel Patriarcha Hieroſolymitanus. 327. per totum
Ciſtercienſis ordinis initium. 26. D
Ciſtercienſis ordo in Monaſterio Septimi. 29. D.
Claſſis navalis Genuenſium onuſta Eccleſiaſticis perſonis, qui ad Concilium proficiſcebantur, à Piſanis vincitur. 133. A D
B. Claræ à Monte Falco mira reperta in corpore poſt mortem. 1250. D
Clemens III. Palatium Præneſtini Epiſcopi in Urbe ædificat. 200. B
Clemens V. ſedem Apoſtolicam Avenione tranſtulit. 31. D
Clodoveus Franciæ Rex Chriſtianus efficitur. 13. C
Commiſſio Apoſtolica antiqua ſuper differentiis Eccleſiarum Valven. & Sulmonen. 371. D
Concordia inita iter Valven. & Sulmonen. Capitula. 1375. B
Eadem confirmata ab Urbano VIII. 1383. C
Concilium Romæ contra Donatiſtas tempore Melchiadis Papæ. 10. C
Conſilium in Baſilica S. Petri ſub Siricio Papa. 11. B
Conſilium Epheſinum ſub S. Cœleſtino Papa. 11. D
Concilia Nicænum, Chalcedonenſe, & Epheſinum confirmata à S. Hilario Papa. 12. C
Concilium Conſtantinopolitanum ſub Agathone Papa. 17. C
Concilia, in quibus Imperator excommunicatur. 197. B.C
Concilium Florentinum ſub Eugenio IV. in quo unio Græcorum. 36. B.
Conon Germanus Præneſtinus Epiſcopus plura concilia celebrat; ubi excommunicat Imperatorem, qui Paſchalem II. Papam in carceribus detinebat. 197. B.C
Conon magnus vir legatus in Germania reſpuit Pontificatum. ibid.
Confirmatio conceſſionis Gregorii IX. ad favorem Eccleſiæ Anagninæ. 311. A
Conradus Epiſcopus Portuen. vir magnus 127. D hæreticos confutat. 128. A Colonien. Archiepiſcopi morte ulciſcitur. 128. B
Conradus Epiſcopus Portuen. electionem Gregorii IX. abſentis in Terram ſanctam procurat. 128. C miraculis claruit. 128. A
Conradus de Suburra Epiſcopus Sabinen. eligitur Pontifex ſub nomine Anaſtaſii IV. 161. B
Conradus de Vvitteslesbac Comes Palatinus Epiſcopus Sabinen. & Archiepiſcopus Moguntinus fovet partes Alex. Papæ III. optime meritus de ſede Apoſtolica, ideo primus plures Epiſcopatus ob merita retinuit. 161. C.D
Coronatio Henrici Imperatoris facta à Legato. 173. C
Coronatio Caroli Siciliæ Regis Romæ facta. 261. B
Coronatio Caroli Andegavenſis. 262. A
Conſules Romani virtute eximia fines protulere. 3. B
Corſorum Colonia Oſtia appellata. 48. A
Cortona civitas antiquiſſima. 620. B. Giganteum opus creditur B. de ejus nomine diſcutitur C. ſubjugata ab Aretinis 621. A. paruit pluribus tyrrannis. 621. B.C
Cortona ab ipſis temporibus Apoſtolorum fidem hauſit 621. C. erigitur in Epiſcopatum. 622. A
Sanctiſs. Corporis Chriſti ſolemnitas inſtituta ab Urbano IV. 1471. A
Sanctiſs. Corporis Chriſti ſolemnitatis inſtituendæ revelatio. 1471. A. B
Cruciata adverſus infideles indicta ab Innocentio IV. per Othonem de Caſtro Tuſculanum Epiſcopum Card. 235. A

D

DAmaſcena obſidio decreta in conventu Ptolemaidis. 126. B
Damiata expugnatur ab exercitu miſſo ab Honorio tertio ductu Pelagii Galvanii Albanen. Epiſcopi Cardinalis. 257 A
S. Damaſus à Valentiniano Imperatore obtinet hortum pro ædificanda eccleſia S. Laurentii, cujus fabrica impeditur à Galla Placidia filia Imperatoris, & à dæmone invaditur. 1289. D
S. Damaſi particula vitæ. ibid.
Dedicatio templi antiquitus profanis numinibus epulo celebrabatur. 1316. C
Dedicationis eccleſiæ antiqua formula. 675. B
Diaria Alexandri Sexti & Julii Secundi, à quo ſcripta. 601. D
Diœceſis Portuen. deſignatio. 116. A
Diœceſis Spoletanæ ampla deſcriptio. 1250. C
Diœceſeon diviſio; vide Epiſcopatuum diviſio.
Diſputationes Huberti Epiſcopi Sylvæ Candidæ in Conc. Romano. 108. A
Dominicis diebus ſacrum fiebat coram Pontifice per unum ex ſeptem Epiſcopis Cardinalibus. 48. C
Dominicus Gymnaſius Epiſcopus Cardin. Oſtien. fundator Hoſpitalis Oſtien. Monaſterii, in Urbe, & Collegii Studentium. 84. C
Donatio caſtri Mazzani Nepeſinæ diœceſis, facta Abbatiæ S. Andreæ. 1025. D

Donatio antiqua Privernatum ſacta eccleſiæ S. Salvatoris. 1281. C
Donatns Epiſc. Card. Oſtien. male in legatione Nicolai I. habitus. 55. D
Donatus Epiſ. Oſtien. Legatus Hadriani II. in VIII. Synodo Conſtantinopolitana. 56. A
Donatio ſacta à Bernardo Marſorum Comite Eccleſiæ S. Cæſidii. 891. B
Donatio altera ſacta à Comite Creſcentio 976. C
Item. 901. B
Donatio eccleſiæ S. Angeli in campo, ſacta Abbatiæ Foſſæ novæ à Simone Epiſcopo Terracinen. 1292. C
Donatio eccleſiæ S. Joannis in pede montis, ſacta ab Epiſcopo Terracioen. eccleſiæ, ſeu Abbatiæ S. Mariæ de Gloria, confirmata à Gregorio Papa IX. 1295. B
Donatio ſacta ab Ardemanno, & Dragone Sulmonen. eccl. 1362. B
Donatio ſacta Valven. Eccl. ab Abbate S. Vincentii de Vulturno. 1365. B
Donatio ſacta à Bernardo eccleſiæ Valven. 1366. D
Donatio Gemmæ, item Mallerii, ſactæ eccleſiæ Valven. 1368. A
Donatio ſacta Munaſterio Caſæ oovæ ab Epiſcopo Valven. & Sulmonen. 1372. D
Donationis Viterbienſis confirmatio ſacta à Gregorio X. 1409. B
Donatio caſtri Bagnariæ, ſacta Epiſcopo Viterbien. à Conſnlibus Civitatis. 1408. D
Draco Card. Epiſc. Oſtien. auctor additamenti ad chronicon Sigeberti. 62. D

E

Eccleſia catholica una, eſt licet Apoſtoli plures eccleſias fundaverint. 4. A
Eccleſiæ ubivis fundatæ Romanæ Eccleſiæ nomine nobilitantur. ibid.
Eccleſiæ Rom. prærogativæ. 4. B
Eccleſia B. Mariæ Tranſtiberim conſecrata monitu Angeli ab Innocentio III. 206. A
Eccleſiæ Eugubinæ reformatio. 646. A
Eccleſiæ inſignes Spoletanæ diœceſis 1250. D
Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ conſecratio apud Trojam 1343. C
Eccleſiæ parochiali conſulitur à Rogerio Epiſcopo Volaterrano cum Canonicis. 1451. C
Eccleſiæ Ædificatio dum impeditur à Galla, ipſa à dæmone obſidetur. 1290. A
Eccleſiaſticum Regnum Chriſtianorum ſanguine fundatum fuit. 3. B
Ægidius Card. Albernotius Italiæ Legatus vir magnus è Viterbio, ubi deceſſit, Toletum uſque in Hiſpaniam ſuper humeros hominum deſertur. 175. C
Electionis Romani Pontificis libertas ſub Benedicto II. reſtituta. 17. D
Electionis Epiſcopi Marſorum nullitas à Gregorio IX. cognitioni de mandatur, & ad ſavorem electi cauſa expeditur 910. C
Electionis Militen. Epiſcopi diſcuſſio 955. D
Electionis Epiſcopi Reatinis controverſia excluſione omninm electorũ à Pontifice dirimitur. 1205. A
Electionis nullitas epiſtola Innoc. III. declarata. 1370. B
Electionis antiquæ à S. Sede Apoſtolica formula. 1375. A
S. Eleutherii corpus Reate inventnm. 1202. A
S. Emygdius Epiſcopus Aſculanus amputatus capite per 300. paſſus illud in manibus geſtat. 439. B
S. Epaphroditus unus ex 72. Diſcipulis Domini Veliternenſibus prædicat. 42. B
Epiſcopi Romanæ provinciæ primitus fuerunt. 72. ad inſtar diſcipulorum Chriſti 4. D
Epiſcoporum conſecratio à tribus Epiſcopis facienda eſt ex decreto S. Anacleti Papæ. 6. C
Epiſcopi à populis non recipiendi, niſi litteras Apoſtolicas deſerant. 7. A
Epiſcoporum nominatio Francorum Regibus conceſſa à Zacharia Papa. 19. A
Epiſcopi primitus Pontifices Romani non eligebantur 21. D
Epiſcopus Oſtien. præcedit omnes Epiſc. 48. C
Epiſcopus S. Rufinæ, vide Sylva Candid.
Epiſcopus Portuenſis, & S. Rufinæ ſuam reſidentiam in Urbe in inſula Lycaonia habebat. 90. B
Epiſcopi antiquitus habebant à Clero tertiam omnium reſponſium beneficiorum. 99. B
Epiſcoporum translationis materia diſcutitur. 121. A
Epiſcopus electus ideo reprobatus fuit, quia nunquam ad charitatem cum amicis devenerat 330. A
Epiſcopi Bizonii erga panperes mira pietas. 716. C
Epiſcopi obtento, vel dimiſſo Epiſcopatu, nullum gradnm dignitatis aſſequi poſſunt 763. A
Epiſcopi Mantuani trucidatio. 864. D
Epiſcopi Melphien. depoſitio ob vitia. 926. A
Epiſcopi correctio ſacta à Pontifice 1130. D
Epiſcopus Joannes Pinneo. relicto Epiſcopatu ad monaſterium confugit. 1116. C
Epiſcopi Reatini interfectores pœnas luunt per manus offenſi, auxiliante Pontifice. 1211. B
Epiſcopus Valven. abſolvitur ab excommunicatione, & cenſuris ob alienationem molendini ſpectan. ad menſam Epiſcopalem. 1380. A
Epiſcopi Volaterrani proviſio Bonifacii PP. VIII. 1452. C
Epiſtola Innocentii Papæ III. de Card. Præneſtino. 203. B
Epiſtola Gregorii Papæ IX. de ejectione Epiſcopi Sulmonenſis. 1363. B
Epiſtola S. Joannis Gualberti pulchra, & pia ſcripta Epiſcopo Volaterrano. 1437. B
Erectio in Cathedralem Eccleſiæ Montis Politiani 1002. C
Erectiones epiſcopatuum, vide in verbo bulla erectionis, ac in verbo fundatio, Civitas Plebis, Mons Ilcinum, Aprutin. & Caveo.
S. Evariſtus Papa Primus titulos Urbis presbyteris diſtribuit. 6. D
S. Euchariſtia in Paſchate ex decreto S. Zephyrini Papæ inſtituta. 8. B
Eugubii denominatio. 633. A. Antiqnitas, origo, & reædificatio. 632. D 633. A B
Eugubium aliquando Ducibus Spoletanis paruit. 633. B
Eugubium an ſubſit Archiepiſcopo Urbinati. 633. B C
Eugubinæ Eccleſiæ privilegia, vide verb. privilegium.
Eugubini Canonicatus debentur civibus Eugubinis. 652. C
Exemptio Monialium S. Laurentii extra muros Urbevet. ab Epiſcopo. 1469. C

F

S. Fabianus Papa columba demonſtrante eligitur. 9. A
S. Fabianus Papa baptizavit Imperatores Philippos. 9. A
Familiarum de Ocra, Foſſa alba, & Barilibus privilegia. 429. B
Fani aotiquitas, ſitus, exciſores, atque inſtauratores. 656. B
Fanum habuit tyrannos. ibid. D
Fanenſis Apoſtolus S. Patermanus Epiſcopus. ib. C
Faneſium civium, & Poteſtatis ſacinora, adverſus Epiſcopum, cui Honorius III. ſua epiſtola opitulatur. 663. A
Farfenſe monaſterinm conditum à Laurentio Epiſcopo Sabinen. qui relicta inſula Epiſcopali efficitur monachus. 557. C
Farſenſis monaſterii excidium. 443. A
Federicus Æneobardus pedes Alexandri Papæ III. & faſces adorat. 28. D

S. Felix Papa II. ſuos legaros ad cognoſcen. cauſam deſtinatos in Græcia pecunia corruptos anathemate ferit. 12. D
Felinus in ætate 20. annorum decretalia Piſis publica interpretatur. 828. A
Ferraria Urbs à Petro de Stagno Card. Epiſcopo Oſtien. Italiæ Legato fuit conceſſa in feudum Nicolao, & Alberto Ateſtinis Principibus 73. A
Ferentinum Civitas antiquiſſima, cujus principium ignoratur. 672. B
Ferrerii Epiſcopi ingratitudo compenſata. 650. D
Feſcennia quæ olim fuerit. 596. B
Ferentinum capitur à Tullo Hoſtilio Romanorum Rege. 672. C
Ferentinum reſpuit Romanas leges, & ideo diruitur. ibid.
Ferentinum hauſit fidem tempore Conſtantini Magni Imperatoris. 673. A
Florentiam interdicit ob factiones Guelſas, & Ghibellinas Marthæus de Aquaſparta Epiſcopus Portuen. 139. B
S. Floriani Martyris Æſini Inventio corporis. 283. B
Formoſus Papa Epiſcopus Portuen. primus ordinis Epiſcopalis eligitur Papa. 21. D
Formoſus Epiſcopus Portuen. vir ſanctus poſt plures perſecutiones ad Pontificatum evaſit. 132. B
Francorum Reges à Gregorio Papa III. titulo Chriſtianiſſimi inſigniuntur. 18. D
Francorum Rex Philippus coactus reducere ad thorum Uxorem repudiatam opera Joan. Card. Epiſc. Sabinen. 161. C
Franci opem ferunt Hiſpaniæ contra Sarracenos. 164. B C.
Franciſcus de Turnone Cardinalis Epiſc. Oſtien. auctor pacis inter Imperatorem, & Regem Galliæ. 80. B C
Franciſcus Cardinalis de Turnone dictus flagellum hæreticorum. 80. C
Franciſci Petrarchæ fautor Card. Philippus de Cabaſoie. 176. A
Franciſci Sfortiæ Legati Æmiliæ memoranda facinora. 244. B
Franciſcus Minerbettus Epiſcopus Aretin. Monaſterium puellis dote carentibus Florentiæ ædificavit. 433. B
Franciſcus de Ragazziis Epiſcopus Aretin. bis mortuus creditus propter intima negotia Reginæ Joannæ. 428. D
S. Franciſcus à Vidone Epiſcopo Aſſiſien. ſacco induitur. 479. C
Franciſcus Patritius Epiſcopus Cajetan. edidit plura monumenta ingenii. 543. A
Franciſcus Cardinalis Barberinus nobile templum cathedralis Spoletanæ conſtruit. 1250. B
Fulginei antiquitas, ſitus, & denominatio. 680. D
Fulginei excidium, & reſtitutio, ac Dominatus varii. 681. A
Fulginates inſtruit S. Paulus Apoſtolus, & certę genti largitur facultas impertiendi ſanitatem. 681. C
Fulginatenſi Eccleſiæ donatur à Bonfilio amplum patrimonium. 689. D
Fulginatenſis Eccleſiæ privilegia, vide privilegia.
Fulginatenſis Eccleſiæ ſolemnis dedicatio. 694. C
Fulginatenſes deficiunt ab Eccleſia ad Federicum Imperatorem. 639. A
Fundi antiquiſſima Latii civitas Romanorũ Municipium, & colonia à Romanorum ira, & parato exercitu ſe ſubducit. 719. A
Fundi patria matris Tiberii Imperatoris, & S. Soteris Papæ. 719. B
Fundi deſtruitur ab Hariadeno. 719. C
Furconium erat forum Conii: fuit reædificatum, & iterum dirutum. 375. A
Furconenſes, & S. Maximi Epiſcopi idem ſunt. ibid.
Furconenſis Epiſcopatus ad Aquilanum tranſlatus. 380. A

G

GAlliæ, Hiſpaniæ, & Germaniæ legationes obitæ pro reformatione morum à Gerardo Oſtienſi Epiſcopo. 59. C
Galli tentant, & curant, ne Pontifex in Italiam revertatur. 140. C
Galeria oppidum Portuen. diœceſis habebat numeroſum clerum, quod cum Epiſcopo proficiſcitur Romam ad agendam cauſam in Concilio. 98. D
Gaſpar de Simeonibus vir ſumme laudandus. 377. C
Gaufridus Caſtillioneus Epiſcopus Sabinen. eligitur Pont. ſub nomine Cęleſtini IV. 170. A
S Gelaſius Papa Urbe expulit Manichæos Hæreticos, & plura Concilia fecit. 13. A
Geradinæ familiæ Amerinæ deſcriptio. 295. C
Ghibellinorum, & Guelforum diſcordias Pontifex Innocentius extinguere curat. 1450. A
Gottifredus Epiſcopus Viterbien. ſcriptor inſignis hiſtoriarum. 1407. D
Gottifredi Cardinalis controvertitur exiſtentia. 170. B
Gradenſis Patriarchatus unitus Aquilejenſi, deinde Veneto. 86. A
Græcorum ſchiſma ſublatum in Concilio Florentino. 36 B
S. Gregorius Magnus vir doctiſſimus, & ſanctiſſimus. 15. D
Gregorius Papa III. titulo Chriſtianiſſimi Carolum Martellum Francorum Regem inſignivit. 18. D
Gregorius VI. in Sutrina Synodo ultro Pontificatum deponit. 25. C
Gregorius VIII. proficiſcitur in terram ſanctam pro recuperatione S. Sepulchri D. N. Jeſu Chriſti. 29. B
Gregorius IX. Regularis diſciplinæ reparator. 29. D
Gregorius X. etiam nondum Cardinalis, & abſens eligitur Pontifex. 30. D
Gregorius XI. è Gallia adnitente, & ſuadente S. Catharina Senenſi ſedem Apoſtolicam Romam reducit. 34. D
Gregorius XII. ſedit annos 2. poſtea ad tollendum ſchiſma depoſito Pontificatu deceſſit Cardinalis. 35. C
Gregorii Epiſcopi Oſtien controverſia inter Abb. Cajetanum, & auctorem. 57. A B
S. Gregorius Papa reprobat electionem Florentii Epiſcopi Anconitani ob naturam tenacem, & quod nemo unquam amicus ab eo fuerit invitatus ad faciendam charitatem ad ejus domum. 330. A
Gregorius XII. Recanaten. eccleſiam, ubi obiit, ditat argenteis vaſis. 1222. A
Gregorii IX. literæ ad Epiſcopum Marſorum de Abbaria Caſemarii. 908. B
Gulielmus de Eſtoutevil Card. Epiſcopus Oſtien. vir inſignis fundator eccleſiæ S. Auguſtini de Urbe. 76. C
Gregorius X. eligitur Pontifex opera Joann. Epiſcopi Portuen. 137. D
Gulielmus Epiſcopus Camerinen. invenit corpus S. Venantii, & ideo carminibus laudatur. 558. B
Gulielmus Epiſcopus Papien. Fr. Comitiſſæ Mathildis. 1089. D
Guido de Bolonia Patavii interfuit translationi corporis S. Antonii, cum eſſet Legatus Apoſtolicus. 141. D
Guido Cardinalis Legatus Apoſtolicus ad Regem Poloniæ pro eo invitando ad Cruciatam. 264. A
Guido Epiſcopus Aprutin. reædificat civitatem, & illam in feudum pro ſe, & ſucceſſoribus obtinet. 357. A
Guido Epiſcopus Papien. obtinet confirmationem uſus pallii à Paſchali II. 1090. A

H

S. HAdrianus Papa P. dilectus à Carolo Magno Imp. tumulo & funere ab eo decoratur. 19. D.
Hadrianus Papa VI. nomen poſt electionem ad Pontificatum non motavit. 37. B
Hadria patria Hadriani Imperatoris unita Epiſcopatui Pennen. 48. B
Hadrienſis Epiſcopatus erectio. 59. B
Hæreſis Manichæorum tempore S. Eutychiani Papæ. 9. D
Hæreticus eſt qui à Romana Eccleſia deſcivit. 4. B.
Henricus IV. Imperator ſimoniacus eiicit Gherardum Card. Epiſcopum Oſtien. Legatum Apoſtolicum. 59. C.D.
Henricus de Bartholomæis Epiſcopus Oſtien. & Veliternen. Canoniſta inſignis. 69. C.
Henricus de Caſtro Epiſcopus Card. Albanen. Legatus ad omnes Principes Chriſtianos magna fecit, & deceſſit cum fama ſanctitatis. 254. D.
Henricus Rex malo exemplo Conſtantiam Monialem profeſſam filiam Rogerii Siciliæ Regis recipit in uxorem. 1205. C.
Hieroſolymitana expeditio Bulionis. 26. D.
Hieroſolymitano Regi legatus mittitur ab Urbano II. Mauritius Epiſcopus Portuen. qui inſigne miraculum ignis patravit. 125. C.
S. Hyginus Papa Cardinales inſtituit. 7. B.
S. Hilarius Papa confirmavit tria Concilia. 52. B.
S. Himerii Epiſcopi Amerini narratio vitæ, & memoria translationis corporis. 296. D.
S. Hippolytus Epiſcopus Portuen. occaſione viſitationis liminum Apoſtolorum, ex Arabia, ubi erat Primas, Romam venit factus Epiſcopus Portuen. evaſit Doctor, & Martyr inſignis. 110. D
Hiſpani cum cruce ſignatis maximam victoriam reportant è Sarracenis, & Miramolino Rege opera legati Apoſtolici. 164. B.C.
Horta civitas antiqua in Tuſcia: diſcutitur fundator, & reſtaurator. 733. B.C.
Horta olim habuit Epiſc. Card. 734. A.
Hortæ Epiſcopatus unitus cum Eccleſia Civitatis Caſtellanæ. ibid.
Hortanæ unionis bulla. 738. D.
S. Hormiſda Papa Legatos Conſtantinopolim mittit ad evertendam Eutychianam hæreſim, & male habentur, ſed res poſtea ulciſcente Deo proſperè ſuccedunt. 13. D.
Hubaldus Allucingolus Card. Epiſc. Oſtien. & Veliternen. eligitur Papa ſub nomine Lucii. 66. C.
Hugolinus de Comitibus Epiſcopus Oſtien. & Veliternen. creatur Pontifex ſub nomine Gregorii IX. 67. C.
Hubertus Epiſcopus Sylvæ Candidæ Legatus Apoſtolicus pluribus in locis confutat hæreticos; præſertim Conſtantinopoli diſputat de azimo, & fermentato. 108. A.
Humana Eccleſia Anconitanæ unita. 338. A.
Humana civitas deſtructa: Epiſcopatus Anconitano unitus. 743. C.
Humanæ Eccleſiæ olim Eccleſia Auximana privata Epiſcopo ſubjecta fuit. 744. A.

I

JAcobus Arnoldus de Oſſa Epiſc. Portuen. eligitur Pontifex ſub nomine Joannis XXII. 139. D.
S. Jacobus Apoſtolus ordinatus ab Apoſtolis primus Epiſc. Hieroſolymitanus in princ. de divis. Epiſc.
Jacobus Epiſc. Mantuan. extinxit bellum inter Bononienſes, & Mutinenſes. 867. A.
Idem Jacobus B. Agnetem S. Claræ ſororem ad fundandum monaſterium Mantoanum advocat ibid.
Jacobus Pecoraria Card. Epiſc. Prænestin. vir magnus, & pluribus legationibus Apoſtolicis clarus. 207. C.
Jacobus Card. Pecoraria, vir ita conſtans animo, ut cum fuiſſet detentus in carcere à Federico Imperatore, ipſe Imperator dum eum dimittit, petit ejus amicitiam, & Cardinalis replicat ſe futurum illi amicum, ſi ipſe Eccleſiæ Romanæ amicus eſſe velit, alias non. ibid.
Jacobus Porta Cardin. Epiſc. Portuen. reſtitutus Placentiæ patriæ, & Italiæ. 133. B.C.
Jejunium Quadrageſimale à S. Teleſphoro Papa renovatum. 7. B.
Jejunium quatuor temporum ex decreto S. Callixti reſtitutum. 8. C.
S. Joannes Papa coronavit Imperatorem Conſtantinopolitanum. Arrianos ab Eccleſia eiici fecit, ideo à Theodorico Rege Gothorum martyrio coronatur. 14. A. B.
Joannes Papa IV. magnam pecuniam captivis redimendis erogavit. 16. D.
Joannes Papa VI. ſacerdotibus aggreditur caſtra Exarchorum, & Urbem liberat. 18. B.C.
Joannæ Papiſſæ fabula ab hæreticis ficta. 20. C.
Joannes VIII. coronavit Carolum Craſſum. 21. B.
Joannes Papa X. male intruſus peſſime periit. 22. D.
Joannes XI. imberbis Pontificatum adeptus in carcere vitam finivit. 23. A.
Joannes Papa XII., nomen Primus mutavit; Pontificatu dejectus poſtea illum recuperat. 23. C.
Joannes Papa XIII. Umber. 23. D
Joannes Papa XIV. detruſus in carcerem in arce Hadriani ab Antipapa ibi vitam finivit. 24. B.
Joannes Cervantes fundator Hoſpitalis Hiſpalen. fuit Epiſc. Oſtien. 75. D.
Joannes Papa XXII. dictus XXIII. à Concilio depoſitus deceſſit Cardinalis. 35. D.
Joannes Mincius Epiſcopus Veliternen. excitat ſchiſma, & ſe inthronizat. 45. C.
Joannes de Broniaco primum pſeudo Card. Epiſc. Oſtien. accedens ad veram Eccleſiam iterum Card. efficitur. 75. B.
Joannes de Broniaco Cardinalis fundator Collegii Avenionen. 75. C.
Joannes Bellajus Cardinalis Epiſc. Oſtien. vir eruditiſſimus. 79. D.
Joannes Petrus Caraſa ex Epiſc. Cardin. Oſtien. eligitur Pontifex ſub nomine Pauli IV. 79. C.
Joannes Moronus Card. Epiſc. Oſtien. præfuit Legatus Conc. Trid. 81. C.
Joannes Epiſc. Portuen. Legatus Apoſtolicus in Conſtantinopolitana ſynodo. 111. D
Joannes Epiſc. Portuen. efficitur Pontifex ſub nomine Benedicti VIII. 135. D.
Joannes Epiſc. Portuen. vidit animam Benedicti Octavi in Purgatorio cruciari. 115. D.
Joannes Epiſc. Portuen. in electione Gregorii VII. & Victoris III. intrepide adverſus Imperatorem laboravit. 125. B.
Joannes Portuen. Epiſc. Anglus fundavit plura monaſteria Viterbii, & Peruſii. 137. A.
Joannes Convenarum Comes electionem Pontificatus in ejus perſonam dum eſſet Epiſc. Card. Portuen. recuſat ſtante conditione adjecta de non accedendo ad Urbem. 140. C.
Joannes Epiſcopus Sabinen. Antipapa ſub nomine Benedicti IX. 159. C.
Joannes de Abbatis villa Epiſc. Sabinen. Legatus pro cruciata ad Federicum Imperatorem illum conciliat. 169. C D.
Joannes de Turrecremata Card. Epiſc. Sabinus ſocietatis ſanctiſſ. Annunciatæ in Urbe ad dotandas pauperes puellas inſtitutæ fundator. 180. C.
Joannes Maria de Monte ex Epiſc. Præneſtino ad Pontificatum aſcendit ſub nomine Iulii III. 521. A.
Joannes Cardinalis Epiſc. Tuſculanus ſuadet Romanis, ut ſumant arma contra Henricum IV. Imperatorem, qui Paſchalem Pontificem in carcere detinebat. 230. A.
Joannes Aldobrandinus abdicato Epiſcopatu ad mo-

naſte-

naſterium revertitur. 649. A.
Joannes Iuvenalis Ancina Epiſc. Salutiarum, ex primis ſociis S. Chilippi Nerii. 1231. A.
Joannes Papa XI. Verulis, dum ad altare celebrat captus, & durocarcere detentus, Romam miſſus in arce Hadriani ſupplicio inuſitata morte mulctatur. 1388. D.
Joannes Papa XXI. Viterbii obiit ex ruina palatii Epiſcopalis. 1414 B.C.
Imperatorum coronationi Portuenſis Epiſc. primus vocatur. 90. B.
Imperator à quo coronetur. 48. B.
Infeudatio bonorum Epiſc. S. Pamphili Valven. 1366. C.
Infeudatio bonorum facta ab Epiſcopo Sulmonen. 1369. C.
Indulgentiæ Epiſcopalis formula. 729 C.
Indulgentia Nicolai IV. conceſſa Eccleſiæ Viterbien. 1414. C.
Indulgentia conceſſa à Bonifacio Papa IX. Spoletanæ Cathedrali. 1266. D.
Innocentius II. habuit ſchiſma, quod fuit ſublatum opera S. Bernardi. 27. D.
Innocentii Papæ III. tempore cœperunt luceſcere SS. Dominicus, & Franciſcus. 29. C.
Innocentius V. fuit ex Ordine Prædicatorum 30. D.
Innocentius III. epiſtolæ ad Epiſcopum Anconitan. 335. A.
Innocentius III. Reate ſe transfert ad inventionem corporum SS. Eleutherii, & Antiæ. 1201. D.
Interamnæ civitates in Italia tres ſunt, & quales. 342. C.
Interamnæ conditæ tempus, & diverſitas plurium hujus nominis. 746 B.D.
Interamnæ qui dominarint. 747. A.
Interamna deſtruitur. ibid.
Interamna per 500. ann. dum Epiſc. caruit, ſubjecta fuit Epiſc. Spoletanis, & Narnienſibus. 753. D.
Interamnæ reſtauratæ privilegium Benedicti Papæ III. 753. A.
Interamnæ privilegia, vide ſub verb. privilegium.
Iſidorus Græcus Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis capta Conſtantinopoli mortuum ſe ſimulat; caput alterius cadaveris à Turcis truncatur, & per Urbem defertur ejus nomine. 179. D.
Italia præſervatur ab Attila Gothorum Rege, & ab Hunnis opera S. Leonis Magni. 12. B.
Italorum conſuetudine civitas nec appellatur, qui non habet Epiſc. antiſtitem ſacrorum. 1401. C.
Julius Epiſc. Præneſtinus plures legationes obiit pro conciliando Federico Rege Siciliæ; demum fuit Vicarius Vrbis. 199. A.
Julianus à Ruvere Card. Epiſc. Oſtien. per 20. annos, poſtea eligitur Pontifex ſub nomine Julii II. 77. C
Julianus Cæſarinus Card. Epiſc. Tuſculanus occiſus cum Rege Poloniæ in prælio contra Turcas. 240. B
Juramenti perperam præſtiti à Sutrino Epiſc. Miraculum. 1274 D

L

LAmbertus de Fagnano Epiſc. Oſtien. ad Pontificatum evectus nuncupatur Honorius II. 61. D
Latii habitatores primi. 1. BC
Latii nomina, unde. 1. BC.
Latinus Urſinus Cardinalis Epiſc. Oſtien. & Veliternen. Æmiliam frænat, & pacem inter Guelphos, & Ghibellinos facit. 70. B
Laurentius Antipapa Nucerinæ Eccleſiæ præficitur, poſtea damnatur. 13. C
Lauretanæ civitatis, & almæ domus deſcriptio. 766. C D
Lauretanæ hiſtoriæ plura memoratu digna. ibid.
Lauretani Epiſcopatus fundatio à Sixto V. 767. D
Lavicanus Epiſc. 228. D
Legati S. Hormiſdæ Papæ Conſtantinopolim ab hæreticis male habentur. 13. D
Legatio quatuor Cardinalium deſtinata à Papa Imperatori. 268. C
S. Leo Papa primus doctor egregius congregat S. Chalcedonenſe Concilium. 12. A
S. Leo Papa M. Salus Romę, & Italiæ, reſtitutor, Divini cultus. 12. B
S. Leo II. Ravennatem præſulem ad obedientiam reducit. 17. D
Leo III. Carolo Magno inſignia Imperii Occidentis dedit. 19. D
Leo V. Papa poſt dies 40. ab electione Papatui cedit. 22. B
Leo VI. in carcere obiit. 220. D
Leo Epiſc. Card. Oſtien. arguitur à Paſchale II. quod carcere detentus Imperatori indulſerit. 46. A
Leo Card. Epiſc. Oſtienſis concitat populum in Imperatorem Hen·icum. 61. C
Leo Card. Epiſc. Oſtien. vir inſignis hiſtoriæ Caſinen. ſcriptor. ibid.
Leonina Urbs Portuenſi, & Sylvæ candidæ Epiſc. ſubeſt uti diœceſano. 90. B
Limina Apoſtolorum Epiſc. viſitantes habebant Xenodochium in civitate Portuenſi. 89. B
Liminum viſitatione cauſa ex Arabia Romam venit S. Hippolytus Primas, poſtea Epiſcopus, & Martyr Portuen. 110. D
Liberius Papa à Pontificatu dejectus reſtituitur. 10. D
S. Linus II. Papa à clero eligitur. 5. D
Litteræ Ugonis Hoſtien. de obitu Eugenii III. 65. A
S. Liberii confeſſoris inventio corporis. 325. B
Longobardis illata clades. 15. C
Longobardorum devaſtationes prædictæ à S. Redempto Ferentino Epiſcopo. 674. A
Lotharingæ, & Barri Ducatus unio. 543. A
Ludovicus Gallorum Rex à Romano Epiſcopo Portuen crucem recipit in expeditione terræ ſanctæ. 130. C
Ludovicus Borbonius Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus baptizavit Franciſcum II. Regem Galliæ, & coronavit Catherinam Reginam. 221. A
S. Ludovicus deceſſit in obſidione Tunetana præſente Rodulpho Cardinali Epiſcopo Albanen legato Apoſtolico. 261. B
S. Ludovici Regis Galliæ proceſſus pro canonizatione conficitur à Rotlando Epiſcopo Spoletino legato Apoſtolico. 1263. C
Lucenſis civitatis deſcriptio, item diſcurſus de fundatore, & tempore. 789. C
Lucam delata imago ſanctiſſimi Crucifixi. 790. C
Luca colonia Romanorum. 789. D
Luca libertatem bis pecunia redimit. 790. B
Lucæ domini, & tyranni. ibid.
Luca poſt tyrannidem Guiniſii, qui infeliciter obiit. Reſpublica extitit. 790. C
Luca hauſit fidem ab ipſis Apoſtolis, & diſcipulis, Domini. 790. D
Lucæ epiſcopus eſt Princeps Imperii, & utitur pallio. 791. A
Lucenſes Canonici habent uſum mitræ. 791. B
Lucenſium canonicorum reductio ad communem victum. 805. B
Lucenſiũ Canonicorum privilegia. Vide privilegiũ.
Lucenſes privati Epiſcopo, & dignitate canonicali à Gregorio IX. 821. C
Lunen-Sarzanen. Civitatum, & Epiſcopatus deſcriptio, item ruina, & dominium. 833. B.C
Lunenſis Epiſcopus Princeps dicebatur. 833. D.
Lunenſis Catedralis translatio ad Civitatem Sarzanen. 850. D.
Lunenſis Epiſcopatus privilegia. Vide privilegium.

M

MAinardus Epiſcopus Sylvæ Candidæ plures legationes obiit. 110. C

Mainar-

Mainardus perperam poſitus Prænestinus Epiſcopus apud Ciaconium. 801. B A
Malleanum ſedes Epiſcoporum Sabinenſium. 553. B
Malleanum quo tempore factum fuerit ſedes Epiſcoporum Sabinenſium. 181. B
Malleanum conceſſum Epiſcopo Portuen. 118. B
Mantua civitas antiquiſſima Virgilii patria. 857. B
Mantuæ conditorum diſceptatio. ibid.
Mantua hauſit fidem à S. Longino, qui ipſi ſpongiam JESU CHRISTI detulit. 858. A
Mantuæ Domini, & tyranni pluribus temporibus qui fuerint. 858. A
Mantuæ Domina Comitiſſa Mithildes. ibid.
Mantuanus Epiſcopus pluribus Metropolitis ſubjectus, tandem immediate ſubjectus S. ſedi Apoſtolicæ. 858. D
Mantuæ obiit Carolus Calvus Imp. 861. B
Mantuæ excipitur S. Franciſcus ad fundandum monaſterium. 864. B B
Mantuanus Epiſcopus trucidatur à ſceleratis, & Pontifex dat litteras pro luitione pœnæ, & cauſæ cognitione. 864. D
Mantuam Pius II. proficiſcitur pro Concilio, & ibi ſanguis D. N. JESU CHRISTI in cjus perſonam patrat miraculum, ac liberat eum à podagra. 869. D.
Mantuanus Epiſcopatus habet Indultum delegandi cauſas in ſecundis, & tertiis inſtantiis. 870. D
Mantuani Epiſcopi electio facta à Papa ob negligentiam capituli. 867. B
S. Marci civitas deſcribitur, & de nomine, & antiquitate diſcutitur. 876. B
S. Margaritæ corporis translatio. 979. C
Marræ familiæ monumentum. 940 D
S. Mariæ Majoris capellæ conſecratio ab Epiſc. Viterbien. 1415. C
Marinus Epiſc. Aprut. fovet partes Gregorii XII. & publicat ſententiã contra Alexandrũ V. 366. D
S. Martinus Papa exilio mulctatur ab Imperatore Conſtantinopolitano. 17. A C
Martinus Papa V. eligitur à Concilio Conſtantien. 35. D
S. Marcellini Papæ tempore Zeno cum decem millibus ſoc. martyrio coronatur. 10. A
SS. Martyres Anagnini. 306. C
Marſorum regio deſcribitur. 882. D
Marſi in Romanos cõjurant vincunt, & vincũtur. ib.
Marſis qui nomen dederit. ibid.
Marſorum regio continet quatuor civitates deſtructas, & quæ. 883. A
Marſorum Epiſc. eſt regionis, & non civitatis. 883. C
Marſorum privilegia. Vide privileg.
Mathilda Comitiſſa Volaterrano Epiſc. confirmat nonnulla jura. 1436. C
Mathilda Comitiſſa, Domina Mantuæ. 854. A
Mathilda Comitiſſa ejecta à Mantua ab Henrico Imperatore ibi à Manſredo Epiſcopo revocatur, & recipitur. 863. C
Mathildæ Comitiſſæ plures donationes, & privilegia conceſſa eccleſiæ Lucenſi.
Vide privilegia. D
Matthæus Epiſc. Albanen Legatus in Gallia continet provincias in obedientiã S. ſedis Apoſtolicę. 253 C
Matthæus Card. Epiſc. Albanen. vir ſanctus ab Urbe expulſus ab Antipapa. ibid.
Matthæus Epiſ. Albanen. Legatus Apoſtolicus, concedit privilegia Templaribus. ibid.
Maximus Epiſc. Oſtien. numeratur inter primos, qui reperiantur inauguraſſe Pontificem. 49. A
Mediolanenſis, & Ravennatis Eccleſiarum reductio ad obedientiam S. ſedis Apoſtolicæ factæ à S. Petro Damiano Epiſc. Card. Oſtienſi. 58. D
Melphien. civitatis, & ſitus deſcriptio 920. D
Melphien. civitatis antiquitas, dominia, & fundator. ibid.
Melphis plura concilia celebrantur. 921. D
Melphien. Eccleſia habet plura privilegia.
Vide verbum privilegia.
Miraculum ignis Hieruſalem à Portuenſi Epiſc. factum. 125. C
Miraculum B. Petri Ignei Epiſc. Albanen. pertranſitionis per ignem. 251. C
Miramolinus Sarracenorũ Rex profligatus. 164. B. C
Miletum civitas antiqua Calabriæ. 942. C
mileti conditores referuntur. ibid.
Miletum opera Rogerii Guiſcardi in Cathedralem erigitur. 942. D
Miletum transferuntur Epiſcopatus Taurianenſis, & Bibonenſis. ibid.
Miletũ ampliſſimo templo Epiſcopali exornatur. ib.
Mileti privilegia. Vide privilegium.
Mitram Pontificiam dono datam eccleſiæ S. Pamphili ab Innocentio VII. 1381. A
Molfettæ civitatis deſcriptio. 916. B
Monaſterium repetit poſt Cardinalatum S. Petrus Damiani. 58. D. & 45. in notis
Monaſterii S. Galgani plurimæ donationes, & privilegia in Epiſc. Volaterranis.
Monaſterii de Carpineto Pinnen. & Hadrien. diœceſis fundatio, & dotatio. 1113. D.
Monaſterii prædicti confirmatio donationis. 1118. D.
Monaſterii de Caſa nova Pinnen. diœceſis fundatio, dotatio, & confirmatio. 1125. B.
Monaſterii Caſæ Marii monumentum fundationis. 1389. A.
Monaſterii Caſæ Marii privilegium, ac receptio ſub protectione S. ſedis Apoſtolicæ. 1392. D.
Monaſterii S. Mariæ ad gradus Viterb. fũdatio facta à Raynerio Card. Capoccio, viro illuſtri. 1410. B.
Moniales Capuccinæ Peruſiæ introductæ. 1170. C.
Monopolitanæ civitatis deſcriptio, & ſtatus Eccleſiæ. 961. B.
Monopolitana privilegia. Uide Privilegia.
Monopolitanæ Iconis Sanctiſs. Virg. invẽtio. 961. D
Montis Flaſconis deſcriptio, & erectio in civitatem Epiſcopalem. 975. B.
Montis Ilcini deſcriptio, & erectio in civitatem Cathedralem. 991. B.
Montis Peluſii deſcriptio. 998. D.
Mõs Politianus Urbs antiqua deſcribitur. 1002. B.
Mons Politianus patria plurĩũ virorũ illuſtr. 1002. C.
Mõtis Politiani erectio in civitatem Cathedralẽ. ib.
Montis Ilcin. & Abbatiæ SS. Sebaſtiani, & Antimi privilegia. Vide verb. privileg.
Monumenta ſententiæ Volaterran. Othonis Tertii Imp. 1430. A.
Monumentũ Monaſterii S. Pontiani Lucenſis, Beatricis Comitiſſæ, & Gotheſredi Ducis. 1435. A.
Mortulana civitas Umbriæ, nunc ibi adeſt eccleſia S. Mariæ in Pantano, recepit fidem à S. Britio Epiſcopo. 1252. B.
Mortis prædictio facta à Card. de Colle medio Fr. Minoritæ. 258. C.
Muſicitoni moderni uſus inventor. 415. C.

N

NArnia civitas Umbriæ antiquiſſima colonia Romanorum. 1007. B.
Narniæ ſitus, & pontis deſcriptio. ibid.
Narnia cur Nequinum dicta. 1007. D.
Narnia ab exercitu Borbonio Caroli V. Imp. deſtructa. 1008. A.
Narniæ tutelaris S. Juvenalis ſervat civitatem ab exercitu Adalberti Etrurię Marchionis. 1010. C.
Narnia duos Ss. Juvenales Epiſcopos habuit. 1009. B
Narnien. Canonici recipiuntur in protectionem ab Henrico Imperatore. 1013. C.
Narnien. Eccleſia habuit plura privilegia ſummor. Pontificum. 1014. A.
Et vide privilegia.
Navariæ Regnum à locuſtis infeſtatũ liberatur à B. Gregorio Oſtienſi Epiſc. ibi à Põtifice miſſo. 57. D
Nepes civitas Etruriæ antiquiſſima; de ejus nomine diſceptatur. 1023. B.
Nepetis ſitus, & ſtatus antiqui diſcurſus. ibid.
Nepeſina in civit. invẽta ſunt corpora Ss. Martyrum cũ recẽti sãguine millenis ante ann. ſepulta. 1024. A

Nepes hauſit fidem à S.Ptolomæo diſcipulo S.Petri. 1023. D
Nepes una ex 12.primis coloniis Romanor. 1023.C
Neritum, ſeu Nardum civitas antiqua erecta in civitatem ſuppreſſo amplo monaſterio. 1036. A
Neritonenſis Eccleſiæ nobilis diſcurſus. 1036. B
Nicolaus Papa I.vir modeſtiſſimus, & magnæ laudis. 20.D
Nicolaus Boccaſinus Epiſc.Oſtien.& Veliternen. ad Pontificatum evadit ſub nomine Benedicti XII. 70. D
Nicolaus Martini Epiſc.Oſtien.& Veliternen.interdicit Florentiam,& opera ſua effecit,ut eligeretur in Pontificem Max.Clemens V. 71. A
Nicolaus Brekſpear Epiſcopus Albanen. Regnum Svetiæ convertit ad fidem, deinde efficitur Pontifex ſub nomine Hadriani IV. 154. C
Nicolaus Epiſcopus Anagninus cauſa ſchiſmatis contra Benedictum III. 307.C
Numentano Epiſc.Sabin.olim ſubjecta. 154.A
Numento deſtructo Epiſcopatus ejus Sabinenſi unitus fuit. ibid.
Numalius Cardinalis, vir ſummæ paupertatis amator, in Urbis direptione nihil ei reperitur in bonis præter nudum lectulum, ideò carceratur, 293.D
Novatus fuit primus Antipapa. 9.B
Nurſini monaſterii S. Benedicti pluries facta invaſio à fratribus Minoribus, 1263.D
Nurſinum monaſterium S. Benedicti eſt ſubjectum immediate Sedi Apoſtolicæ. ibid.
Nuceria civitas Umbriæ antiquiſſima. 1063.D
Nuceriæ primi martyres pro Chriſto in Umbria extitere. 1064.B
Nuceriæ diœceſis ampla ex ruina quinque civitatum ſedium Epiſcopalium Umbriæ. 1064. C

O

OBlationes factæ altari, & confeſſioni S. Petri certis diebus debentur Epiſc.Sylvæ Candidæ, & Portuenſi. 109.D
Oblationes factæ S.Petri in ejus feſtivitate, & chirotecæ, cum quibus Pontifex illa die celebravit, debentur Epiſc.Portuen.& Sylvæ Candidæ. 108.D
S. Obediens Epiſcopus Papien. plura miracula patrat. 1077.D
Octavianus de Polo Epiſc. Card. Oſtien. & Veliternen.Urbis Præfectus proficiſcitur ad coronandum Regem Joannem uti Apoſtolicus Legatus in Apulia. 67.B
Oculos eruere facit Abbati Montis Caſini Epiſcopus Marſorum, & ipſe eadem die deceſſit, ſic apparuit vindicta Divina. 888.C
Odoardus Farneſius Cardin. Tuſculanus fundator plurium piorum locorum. 244.D
Olivetanus ordo in diœceſi Aretina fundatus,& privilegiis munitus. 424. D
Oliverii Cardinalis Caraſæ virtus. 181.B
Oliva Card. vir undequaque conſpicuus Umber. 564. D
Optandi Epiſcopatus Cardinalitios jus primus induxit Jordanus Card.Urſinus, vir magnus, & pluribus legationibus clarus. 178.D
Orbetellum conceſſum cum aliis oppidis ab Alexandro Papa Abbatiæ S. Anaſtaſii trium fontium Urbis. 54.B
Ordinationes clericorum, & presbyterorum Baſilicæ S.Petri, & totius Civitatis Leoninæ ſpectant ad Epiſcopum S.Rufinæ,& Portuen. 106.B
Ordini S. Gulielmi conceditur ab Honorio IV. monaſterium Albani. 264. D
Oſtien. Epiſcopus in ordine Epiſcopali poſt Romanum Pontificem eſt primus. 47.B
Oſtia floruit magnitudine,& ædificiis. ibid.
Oſtia condita ab Anco Martio Romanorum Rege. 47. C
Oſtia Romanorum colonia. ibid.
Oſtiæ magnitudo viguit, & crevit uſque ad Claudium Imperatorem, qui ædificavit nobiliſſimum omnium Europæ portum, & civitatem Portuenſem. 47. D
Oſtia floruit quandiu res Romana ſtetit. ibid.
Oſtiæ excidium factum à Saracenis. 48. A
Oſtia inſtauratur à Gregorio Papa IV. ibid.
Oſtia pulcherrima, & forti arce munita à Martino V.& Julio II.Pont.Max. ibid.
Oſtienſis Epiſc. Pontificem Max.conſecrat. 48.B
Oſtien. Epiſc. eſt dominus etiam temporalis civitatum Veliternen.& Oſtien. ibid.
Oſtien.& Veliternen. Epiſcopatuum unio. 64.C
Oſtiæ miſerabilis præſens ſtatus. 48.A.C
Oſtia colonia Corſorum deducta. 48.A
Oſtiæ reparatio pluries tentata. ibid.
Otho Candidus Cardinalis Epiſcopus Portuen.capitur à Piſanis, qui favebant contra Eccleſiam Federico Imperatori, & in carcerem per biennium detinetur. 132.D
Otho Candidus Epiſcopus Portuen. author magnarum rerum. ibid.
Otho Imperator Furconenſi Epiſcopatui totum integrum comitatum dono dedit. 375. B
Otho Imperator Volaterram reſtituit, Othoniam vocat. 1425.D

P

PAlliani monaſterii privilegium. 238.D
Papæ inthronizatio ſpectat ad Epiſcopum Portuen. 106. A
Papia à quo fuerit condita diſceptatur. 1075. A
Papiæ civitatis Regiæ, & antiquæ ampliſſima deſcriptio incipit. 1074. D
Papienſis Academia nobilis,& eruditiſſima. 1076.A
Papia viros in omni genere illuſtres protulit. 1075.B
Papia fidem hauſit primo ipſo tempore naſcentis Eccleſiæ. 1075. C
Papia exciſa ab Attila, & Odoacre Regibus Gothorum. ibid.
Papien. Epiſcopus utitur cruce, & pallio ex privilegio Apoſtolico. 1075. D
Papien. Eccleſia habet inumerabilia privilegia. ibid.
Papiæ delatum S. Auguſtini corpus. 1076.B
Papien. Epiſc. poteſt vocare ad ſynodum Archiepiſcopos Mediolanenſem,& Ravennatenſem. 1079. A
Papiæ laudes plurimæ. 1074. D & ſeqq.
Papien. Eccleſia habet plura privilegia. Vide privilegium.
Parochiarum fines à ſancto Evariſto Papa deſignatur. 6.D
Paſcha ex decreto ſancti Victoris Papæ celebranda poſt 14. Lunæ. 8. B
Paſtius Epiſc. Aretinus de Republica Florentina optime meritus. 431. D
S. Paulo Papa primo defuncto longum Interregnum conſecutum eſt, in quo duo Antipapæ creantur 19. B
Paulus Scholaris Præneſtinus Epiſc. creatur Pont. ſub nomine Clementis III. 200. B
S. Petrus fundata Antiochena Eccleſia, Romam venit. 3. C
S. Petri geſta recenſentur. ibid.
S. Petrus Romæ conſtituit ſummum thronum Pontificium. ibid.
S. Petrus Princeps Apoſtolorum à Chriſto Domino conſtitutus. 5. C
S. Petrus à Domino conſtitutus caput eccleſiaſtic. Hierarchici ordinis. ibid.
S. Petrus martyrio crucis coronatus. ibid.
S. Petrus in Pontificatu Romano ſedit annos vigintiquatuor. ibid.
S. Petrus Damiani Legatus Apoſtolicus in Germania, & Gallia. 58. D
Petrus à Tarantaſia Epiſc.Oſtien. & Velitern.eligitur Papa ſub nomine Innocentii V. 70. A

S.Pe-

A S.Petri ſtatuam, quæ extat in Baſilica S. Petri ex ære fieri mandavit Riccardus Oliverius Longolius Epiſc. Portuen. 144.D
Petrus Aragoniæ Rex excommunicatus ob expulſioſinem Epiſc. 141.A
Petrus Epiſc. Sabinen. Legatus Apoſtolicus convocat Chriſtianos in Concilio Montis Peſſulani, in Gallia pro auxilio Hiſpaniæ, unde victoria magna apud Chriſtianos ſtetit ex hoſte Saraceno. 562.D
Petrus Epiſc. Albanen. dictus Bocca di Porco, ad Pontificatum aſcendit ſub nomine Sergii IV. 251. A
Petrus de Collemedio Epiſc. Card. Alban. pluribus legationibus claruit. 258.C
Petrus de Collemedio Epiſc. Albanen. vir doctiſſimus, & magnæ eruditionis, ibid.
Petrus de Monte eligitur Epiſcopus Æſinus, & nondum conſecratus renunciat, ac efficitur miles Hieroſolymitanus, deinde magnus Magiſter. 284.B
B Petri à Valle longiuqua peregrinatio, & uxoris Armenæ funebris laudatio. 469.D
Petri Tartari Abbatis Caſinenſis diſceptatio optima de non Cardinalatu, & Epiſcopatu Reatin. 1208.D
Pennen. Epiſcopatus unitus cum Adrien. 1111.B
Peruſia civitas antiquiſſima habet prænobilem Legalem Academiam in Europa celebrem. 1153.C
Peruſiæ conditores varii referuntur. ibid.
Peruſiam Antonius in diſcordia Imperii ſibi pro confugio, & ſede elegit. 1154.A
Peruſiæ victus Antonius deditionem facit. ibid.
Peruſinum incendium. ibid.
Peruſia à Totila Rege Gothorum iterum devaſtata. 1154.B
Peruſia, una cum aliis Etruriæ civitatibus recuperatis è manu Longobardorum à Carolo Magno Imperatore, & Ludovico Pio Romanæ Eccleſiæ dono datur. 1154.C
Peruſia patria plurium virorum illuſtrium. ibid.
C Peruſia hauſit fidem Chriſtianam à S. Britio diſcipulo S. Petri. 1154.D
Peruſini concitati contra Romanam Eccleſiam à Gentile Balleoneo. 1476.C
Peruſinum cœnobium, & monaſterium fundavit Nicolaus Card. Capoccius. 237. D
Peruſinum Collegium nuncupatum Sapientia vecchia pro ſtudentibus fundavit Nicolaus Cardinalis Capoccius. ibid.
S. Pelagius II. Papa, vir miſericors domum paternam commutat in Xenodochium pauperum. 15. C
Photii Epiſc. Conſtantinopolitani cauſa indigne tractata à Zacharia Epiſc. Anagnino Legato, qui cum ſociis depoſitus fuit. 308.A
S. Pius Papa I. mandavit celebrari Paſcha die Dominico. 7.C
Pius II. deceſſit Anconæ in domo de Fatatis. 339.B
Pientia de nomine Pij Papæ II. ſic dicta. 1174.B
D Pientia aucta, & erecta in Cathedralem à Pio Papa Secundo. ibid.
Pientia unita Epiſcopatui Montis Ilcin. ibid.
Pientinæ Eccleſiæ erectionis in Catehedralem bulla. 1175 B
Pientia locus, ubi natus eſt Pius Papa II. è gente Piccolominea Senenſi, ab eo dilecta plurimum. 1174.B
S. Polycarpus Epiſcopus Romam venit tempore S. Aniceti. 7.D
Poloniæ Regnum prædicatione Ægidij Epiſc. Tuſculani in fide eruditur. 229.C
Poloniæ Regno ſubvenitur per Cruciatam, & Legatum Apoſtolicum. 264.A
Pontificis Maximi thronus Roma eſt. 3.D
S. Pontianus Papa fuit Calphurnii filius. 8.D
S. Pontiani Papæ reliquiæ ad Urbem transferuntur à S. Fabiano Papa. ibid.
Portuenſis Epiſc. primus extitit, qui ex ordine Epiſcoporum electus fuerit ſummus Pontifex. 21.D
A Portuenſis civitas habet ſecundam ſedem Epiſcopalem poſt Pontificem Max. & eſt Epiſcopatus Cardinalitius ex 6. Epiſcopis Papæ aſſiſtentibus. 87.A
Portuenſis civitas, ſeu magis portus percelebris in ea ædificatur à Claudio Imperatore. ibid.
Portus Claudii fuit tantæ molis, & magnitudinis, ut reputatus fuerit ex majoribus operibus ab Imperatoribus factis. 88.A
Portuenſibus in fundamentis demerſa fuit navis oneraria, quæ ex Ægypto obeliſcum detulerat miræ magnitudinis, & Romanæ potentiæ index. ibid.
Portuen. civitas varie appellata. ibid.
Portus, qui è miſerabili reliquia ſupereſt, ædificatus fuit à Trajano Imperatore. 89.A
Portuenſis civitas plures martyres protulit. ibid.
Portuenſi in civitate fides originem habuit cum ipſis Urbis fundamentis. 89.B
Portuenſis primus Epiſc. fuit S. Hippolytus martyr, & Doctor inſignis. ibid.
B Portuenſis civitas habebat xenodochium pro recipiendis Epiſcopis, & fidelibus proficiſcentibus ad limina SS. Apoſtolorum. ibid.
Portuenſis Epiſcopus unus ex ſeptem Epiſc. Cardinalibus aſſiſtentibus ſummo Pontifici. 89.C
Portuenſis Epiſc. celebrabat feria tertia in Laterano. ibid.
Portuenſi Epiſcopatui facta eſt unio Epiſcopatus Sylvæ candidæ, & S. Rufinæ, ex qua magno privilegiorum cumulo ditatus fuit. 89.C
Portuen. & Sylvæ candidæ Epiſc. in inſula Lycaonia Urbis palatium Epiſcopale, & reſidentiam habebat. 90.A
Portuen. Epiſc. habebat reſidentiam tam in inſula Lycaonia, quam in Eccleſia S. Joannis ad duos pontes. 104.C
Portuenſis Epiſc. regebat Eccleſias Urbis Leoninæ. 90.B
Portuen. Epiſc. prærogativæ. 90.AB
C Portuenſi Eccleſiæ, & Epiſcopatui adjudicata fuit Eccleſia S. Adalberti nunc S. Bartholomæi in Inſula. 107.D
Portuenſis Epiſc. inthronizat Papam, 106.A
Portuenſis Epiſcopi juriſdictio. 117.BC. & 121 AB.
Portuenſi diœceſi Transtiberina Regio Urbis ſubeſt. 117.D
Portuenſis diœceſis, & Epiſcopatus fines deſcribuntur. 118.B
Portuenſi Eccleſiæ Gregorius Papa IX. confirmavit privilegia. 130.D
Portuen. diœceſis continebat etiam Caſtra Formelli, & Scrofani. ibid.
Portuen. Epiſc. privilegia. Vide verb. privilegium.
Portuenſem Eccleſiam, & palatium Epiſcopale Fulvius Cardinalis Corneus inſtaurat. 148.B
portuenſis Eccleſiæ amplum patrimonium deſcribitur. 116. A
Portuenſis Epiſcopo conceſſæ fuerunt Salinæ. 119.C
Portuenſis Epiſcopus erat Dominus caſtri Cæſani. ibid.
D Præneſtina Eccleſia eſt quarta ſedes Epiſcopalis antiquiſſima. 191.A
Præneſtinæ civitatis fundatores referuntur. 191.AB
Præneſtinæ civitatis exordia varia apud plures authores. 191.B
Præneſte dicta, quia montibus præſtat. ibid.
Præneſte extabat 500. annos ante Chriſtum natum. 191.C
Præneſte Romanorum Colonia. ibid.
Præneſte aderat celebre Templum Fortunæ. 192.A
Præneſtinæ ruinæ Templi Fortunæ. ibid.
Præneſtina civitas ex præcipuis urbibus Latii, ac Italiæ. ibid.
Præneſte muſivi operis picturæ, ſeu, ut vocant, muſaici, cœpit origo. 192.A
Præneſtinæ divitiæ. ibid.
Præneſte à Bonif. Papa VIII. deſtructa, & aliis. 192.B
Præneſte à Columnenſibus reſtituta. 192.C
Præneſte vendita Principibus Barberinis. 193.A

Præne-

Præneſtinu Epiſcopo, qui Antipapam ordinaverat, manus aruerunt. 194. B
Præneſte dicta civitas Papæ. 192. B
Præneſte Aboriginum ſedes rutiſſima. 191. A
Præneſtina civitas cur antiquitus ſacra dicta. 195. A
Præneſtina civitas obſeſſa ob receptionem Poncellotti, & Fortebracii, & ſub Eugenio Papa IV. iterum exciſa. 195. C
Præneſte quando Chriſtiana fides plantata fuerit. 193. A
Præneſtinus Tutelaris Divus Agapitus Martyr. ib.
Præneſte floruit donec Romanum ſtetit Imperium. 192. B
Præneſtinus Epiſcopus celebrat in Laterano coram Pontifice. 193. B
Præneſtinus Epiſcopus Ubertus legatione Apoſtolica fungitur in Germania pro redarguendo Henrico Imperatore ſimoniacæ labis. 196. B
Præneſtinus Epiſcopus Conon Germanus in pluribus Conciliis anathemate ferit Henricum Imperatorem, qui violentas manus in Pontificem Paſchalem II. injecerat, & carceri mancipaverat. 197. B
Præneſtinus Epiſcopus à Papa Gelaſio proponitur eligendus in Pontificem Maxim. poſt ſe. 197. C
Præneſtinus Epiſc. Conon. oblatum Pontificatum reſpuit. ibid.
Præneſte altare, & cryptam S. Agapiti ædificat Epiſc. Conon. 197. D
Præneſt. Epiſc. S. Guarinus ſupellectile à Pontifice ſibi dono data devendita, illam pie in pauperes diſtribuit. 198. D
Præneſtinæ Urbis auctor dicitur Caccolus filius Vulcani. 191. B
Præneſtinæ Urbi nomen unde dictum. ibid.
Præneſtina Urbs Aboriginum, & Pelaſgorum antiquorum habitatio. ibid.
Præneſte confugiebant, qui bello tutari vellent. 195. A
Præneſtinorum Canonicorum duodecimus numerus. 193. B
Præneſte Sanctimonialium cœnobium ædificarunt Principes Barberini. 192. C
Præneſtinum Epiſcopatum invadit Hugo Candidus, qui in Cardinalatu vixit annos 50. vir nigerrimæ mentis, ſchiſmatis, & Antipapæ Clementis impudens ſectator. 196. B
Præneſtinus Epiſcopus Conon legatus Orientis, vir ſanctimonia, & rebus geſtis clarus. 197. B. C
Præneſtinus Epiſcopus Conon electionem de ſe factam in Pontificem mox reſpuit, ac vota Cardinalium transvertit in Callixtum II. 197. C
Præneſtinæ cryptæ dedicationis Epitaphium. 197. D
Præneſtinus Epiſc. Iulius Ungariæ gentes reducit ad partes, & obedientiam Pontificis; abſente Alexandro III. vicariam Urbis regimini operam ita ſedulam dedit, ut vix factioſis illis temporibus amplius deſiderari pro quiete poſſet. 190. A. B
Præneſtinus Epiſcopus Manfredus adſtat cum ſeptem cardinalibus abjurationi factæ à Federico Imperatore teterrimi ſchiſmatis. 199. C
Præneſtinis Epiſcopis palatium condit propè S. Mariam Majorem Card. Paulus Scholarius. 200. B
Præneſtinis Epiſcopis, & Eccleſiæ confirmat conceſſionem palatii, & oblationis unciam Cœleſtinus Papa. 200. C
Præneſtini Epiſcopi Vidonis magna facinora. 201. D
Præneſtinus Epiſcopus fundat monaſterium S. Petri pro monialibus in oppido Palliani Præneſtinæ Diœceſis. 208. D
Præneſtinum Epiſcopatum ob aeris intemperiem cum Cardinalatu dimittit Stephanus Epiſcopus Strigonienſis. 209. C
Præneſtinus Epiſcopus, quando dictus fuerit Epiſcopus, Civitatis Papalis. 214. B
Præneſte carceri mancipatus Bonifacius VIII. ib.
Præneſtini Epiſcopi opera utitur Bonifacius VIII. pro condendo VI. decretalium libro. 214. D
Præneſtinum Epiſcopatum ultro deponit Antonius Cardinalis Cajetanus in Concilio Piſano pro pace Eccleſiæ, & concordia facienda. 216. C
Privernum Volſcorum caput civitas antiquiſſima deſcribitur. 1279. B
Priverni creditur prædicaſſe Evangelium S. Petrus Apoſtolus. 1279. D
Privernum civitas olim Epiſcopalis. 1280. A. B
Priverni reſtitutio. ibid.
Privernum devaſtatur à Theutonibus. 1279. C
Privernum plures illuſtres viros protulit. 1280. D
Privernatium civium illuſtrium nobilis ſeries, & exacta enarratio. ibid.
Privilegia Eccleſiæ Oſtien. 48. B. C
Privilegium Gregorii IX. conceſſum Veliternenſibus civibus. 68. A
Privilegia, & dos Abbatiæ trium fontium SS. Vincentii, & Anaſtaſii Urbis. 50. A
Privilegiorum confirmatio facta prædictæ Abbatiæ à Gregorio Papa IX. 53. A
Privilegia Aretinæ Eccleſiæ. 410. D
 Luitprandi Regis. ibid.
 Ejuſdem alterum. 411. D
 Caroli Magni. 415. C
 Lotharii Imperatoris. 413. C
 Othonis Imperatoris. 414. B
 Stephani IX. Papæ. 416. B
 Alexandri II. Papæ. 146. D
 Philippi Feder. Imp. filii, Ducis Etrur. 418. B
 Federici Imperatoris. 420. D
 Henrici VI. Imperatoris. 421. A
 Sigiſmundi Imperatoris. 429. A
 Privilegia confirmata Furconienſibus Epiſcopis. 375. B
Privilegia Aſculanæ Eccleſiæ. 440. B
 Othonis Imperatoris. 443. D
 Conradi Imperatoris. 444. C
 Henrici Imperatoris. 447. A
 Ejuſdem alterum. 447. D
 Leonis IX. Papæ. 449. C
 Henrici Imperatoris ſententia. 450. D
 Lundigeri Urbis comitis. 440. B
 Idem diſcutitur. 441. B
Privilegium Alexandri Papæ III. conceſſum Abbatiæ novi portus Anconæ. 331. C
Privilegia Aſculanæ Eccleſiæ confirmantur à Lothario Imperatore. 451. D
 Federici Ænobardi. 456. C
 Henrici Sexti Imperatoris. 458. B
 Ejuſdem aliud. 459. B
 Aliud ejuſdem. 460. A
Plura alia ejuſdem Imperatoris privilegia ad favorem dictæ Eccleſiæ Aſculanæ. Vide à col. 461. uſque ad. 465.
 Conſtantiæ Imperatricis. 461. B
 Legati miſſi ab Imperatore. 461. C
 Othonis Imperatoris. 462. C
 Federici Regis Siciliæ. 463. A
 Alexandri IV. Papæ. 465. C
Privilegium Camerinenſis Eccleſiæ conceſſum à Federico II. Imperatore. 655. D
Privilegium Abbatiæ Cavenſis Urbani Papæ II. 607. D
Privilegia Eugubinæ Eccleſiæ, & Civitatis. 636. D
 Innocentii II. Papæ. 636. D
 Cœleſtini II. Papæ. 637. C
 Alexandri III. Papæ. 638 C
 Cœleſtini III. Papæ. 641. C
 Innocentii III. Papæ circa electionem canonicorum. 642. C
 Nicolai IX. Papæ. 646. A
 Henrici VI. Imperatoris 640. C
 Othonis IV Imperatoris 643. D
 Federici II. Imperatoris. 645. B
 Gregorii XIII. Papæ. 651. D
Privilegia Fulginatenſis Eccleſiæ à col. 691. D. ad 711
 Henrici IV. Imperatoris. 691. D
 Innocentii II. Papæ. 693. A
 Innocentii III. Papæ. 697. D

Iulii Cardinalis S. Marcelli legati Apoſtolici. 694.D
Privilegia Fundanæ Eccleſiæ, 751.D
Riccardi Comitis. 753.D
Confirmatio ejuſdem. 754.D
Privilegia Interamnenſis Civitatis, & Eccleſiæ 753.A
Othonis IV. Imperatoris, 754.A
Aliud Honorii Papæ. 754.C
Reſtitutio bonorum Eccleſiæ Interamnenſis. 757.A
Privilegia Lucenſis Eccleſiæ. 798.A
Ludovici Imperatoris. ibid.
Caroli Mani. 798.D
Item judicium Papæ, & Imperatoris. 799.C
Adalberti Marchionis. 800.D
Lotharii Regis, & ejus uxoris. 803.C
Conradi Imperatoris. 806.A
Bonifacii Marchionis Etruriæ. 806.D
Alexandri Papæ. 809.A
Ejuſdem aliud. 811.B
Aliud ejuſdem. 812.C
Gregorij VII. Papæ. 813.C
Comitiſſæ Mathildis, 814.B
Ejuſdem aliud. 815.B
Item aliud ejuſdem cum duobus aliis ſequentibus à col. 816.D uſque ad 818.
Gelaſii II. Papæ, 818.D
Alia aliorum Pontif. à col. 819.D ad 822.A
Privilegia Lunenſis Sarzanenſis Eccleſiæ, 835.B.
Berangarii Regis. 835.B
Othonis Magni Imperatoris. 836.D
Othonis II. Imperatoris. 837.D
Alberti Marchionis, 840.D
Privilegiorum occaſione facta pax cum Marchionibus Maleſpinis. 841.D
Donationes factæ ab Epiſcopis. 844.D
Juramentum hominum Civitatis Sarzanenſis factum in manibus Epiſcopi ſuper fidelitate. 845.C
Eugenii Papæ III. 845.D
Alexandri III. Papæ. 847.A
Federici Æneobarbi Imperatoris, 848.B
Aliud ejuſdem, 848.D
Honorii III. Papæ, 852.A
Rodulphi I. Imperatoris. 853.C
Privilegia Melphienſis Eccleſiæ, 953.A
Paſchalis II. Papæ. 954.C
Cœleſtini III. Papæ. 925.B
Nicolai Papæ. 929.D
Caroli II. Neapolitani Regis, 930.B
Roberti Neapolitani Regis, 931.A
Eorumdem confirmatio. 931.D
Sententiæ, & privilegiorum intimatio comiti Montorii. 934.D
Ladislai Regis Neapolitani, 935.C
Nicolai V. Papæ, 937.D
Pii II. Papæ. 938.B
Privilegia Militenſis Eccleſiæ. 943.B
Rogerii Guiſcardi. ibid.
Callixti II. Papæ. 951.C
Eugenii III. Papæ. 952.C
Privilegia Papienſis Eccleſiæ. 1085.B
Joannis VIII. Papæ uſus pallii, & crucis. ibid.
Paſchalis II. Papæ. 1090.A
Honorii Papæ III. 1098.B
Sixti Papæ III. 1108.B
Privilegia Pennen. Eccleſiæ, & Abbatiæ à col. 1112.D
Berardi comitis donatio. ibid.
Gregorii IX. Papæ. 1123.B
Urbani IV. Papæ. 1146.D
Innocentii IV. Papæ. 1130.D
Benedicti XII. Papæ. 1147.D
Privilegia Epiſcoporum Portuenſium, & S. Rufinæ, ſeu Sylvæ Candidæ. 91.D
Sergii III. Papæ, una cum donatione. ibid.
Joannis Papæ XIX. una cum conceſſione totius civitatis Leoninæ in ſpiritualibus. 93.C

A Ejuſdem quod primus ad coronandum Imperatorem vocetur. 98.B
Benedicti IX. Papæ, 100.B
Joannis XIII. confirmatorium aliarum gratiarum hactenus conceſſarum, ac deducendi aquam Tiberis. 114.D
Benedicti VIII. Papæ conceſſionis patrimonii, & diœceſis, 116.A
Joannis XIX. conceſſionis Salinarum. 119.C
Joannis XIX. Papæ confirmatio conceſſionis Benedicti Papæ VIII. 120.B
Leonis IX. Papæ. 150.D
Gregorij IX. Papæ confirmatio privilegiorum. 130.D
Ejuſdem ampliatio diœceſis Formelli, & Scrofani. ibid.
Privilegia Reatinæ Eccleſiæ, & Epiſcopatus, 1196.C
Anaſtaſii III. Papæ. 1198.B
Federici I. Imperatoris. 1200.D
B Privilegia Spoletanæ Eccleſiæ, & Epiſcopatus. 1278.C
Alexandri II. Papæ. 1260.B
Urbani III. Papæ. 1261.B
Urbani VIII. Papæ conceſſionis Roſæ aureæ. 1250.A
Andreæ Epiſcopi, 1258.C
Bonifacii IX. Papæ. 1266.D
Privilegium Verulanæ Eccleſiæ, & Epiſcopatus. à col. 1390.B ad 1393.
Urbani II. Papæ, ibid.
Privilegia Volaterranæ Eccleſiæ, & Epiſcopatus, 1427.C
Ludovici Imperatoris, ibid.
Aliud ejuſdem. 1428.C
Mathildis Comitiſſæ, 1436 C
Paſchalis II. Papæ. 1438.D
Philippi Ducis Tuſciæ. 1444.B
Henrici VI. Imperatoris tria alia. 1443.B
Innocentii III. Papæ, 1445.B
C Othonis IV. Imperatoris. 1447.A
Innocentii Papæ III. literæ, 1449.B
Caroli IV. Imperatoris, 1454.B
Ejuſdem aliud exemptionis à pedagiis, 1455.C
Privilegia Abbatiæ Montis Ilcini Vallis Stareiæ, olim Cluſinæ Diœceſis. 992.A
Henrici Imperatoris, ibid.
Anaſtaſii Papæ. 993.C
Privilegia Amerinæ Eccl. & Epiſcopatus. 299.D
Urbani V. Papæ. 300.C
Clementis IV. Papæ. 299.D
Privilegia Monopolitanæ Eccleſiæ, & Epiſcopatus. à col. 993.A
Urbani Papæ II. ibid.
Callixti II. Papæ. 963.D
Eugenii Papæ III. 964.C
Ferdinandi I. Regis Neapolitani. 969.D
Alexandri III. Papæ. 965.C
Privilegium inungendorum Regum Franciæ Rhemenſibus Archiepiſcopis conceſſum confirmatur
D ab Apoſtolico Legato, 205.A
Privilegia Eccleſiæ Præneſtinæ. 200.B
Cœleſtini Papæ III. conceſſionis Palatii. ibid.
Confirmationis erectionis, & donationis Monaſterii Pailiani Præneſtinæ diœceſis Innocentii Papæ III. 209.C.
Provinciarum Geographiam ſuis ſcriptoribus particularibus author remittit, 1.A
Provinciæ gentilium an conveniant cum regimine ecclesiastico. In princ.
Provincia gubernatur ab Archiepiſcopis, non ab Epiſcopis ibidem.
Provincialia concilia, Vide concilium.
Purpuræ uſus Cardinalibus Regularib. non dabatur, & ideo Philippus de Camera Monachus Card. ea uſus eſt ex privilegio. 242.C

Qua.

Q

QUalitas, & denominatio civitatis in Italia non non competit oppidis, niſi habeant proprium Epiſcopum. 1401. C
Qualitas laborum pro Apoſtolica ſede ſuſceptorum à Jacobo Cardinali Pecoraria. 207. C
Quare fuerit introducta campanæ pulſatio ad miſſam. 201. D
Quanta fuerit conſtantia Jacobi Card. Pecorariæ dignoſcitur ex reſponſione data Imp. petenti ejus amicitiam poſt carcerationem, in qua eum detinuerat. 208. C
Quatuor unciæ ſtagni Portuenſis ſpectant ad Epiſc. Card. d. Civitatis. 117. C
Quæſtio inter Epiſcopos Reatinos dirimitur à Pontifice excluſione omnium electorum. 1205. A
Quæſtio inter canonicos S. Pamphili, & Sulmonenſes terminatur ab Urbano Papa VIII. 1383. D
Quomodo habiti fuerint Cardinales capti à Piſanis, & Imperatore. 208. B
Quomodo Papa correxerit Epiſcopum aſſumptum ex ordine regulari, nimis laxe in Epiſcopatu viventem. 1130. D
Quot legationes Apoſtolicas obiecit Stephanus Epiſcopus Strigonienſis. 211. A

R

RAphael Riarius Epiſcopus Oſtien. & Veliternen. conjurat in Leonem Papam X. 78. A
Ravellæ Urbis deſcriptio. 1181. B
Ravellatum civium, eorumque geſtorum narratio. 1182. C.
Ravellenſes cives ex fundatoribus religionis S. Ioannis Hieroſolymitani. 1181. D
Ravellæ Urbis ædificatio. 1181. C
Ravellum ob benemerita in Robertum Epiſcopatu ornatur. 1181. D
Ravellenſi Epiſcopatui Scalen. unitus. 1182. C
Ravellenſis Eccleſia ditatur privilegio à Paſchali Papa II. 1184. A
Ravennates Præſules ad obedientiam Romani Pontificis reducti. 17. D
Rapollæ Epiſcopatus Melphien. unitus. 925. A
Reate civitas Antiquiſſima deſcribitur. 1194. C
Reate ſitus, ac qualitas morum. ibid.
Reate templum Veſtæ celebre exiſtebat. ibid.
Reatini à quo fidem Chriſti habuerint. 1194. D
Reatinæ reliquiæ nobiles. 1195. B
Reatino Epiſcopo Anaſtaſius Papa IV. amplum patrimonium concedit. 1198. B
Reate à Rogerio Rege deſtructa, & opera Adenulphi Epiſcopi reædificata. 1201. D
Reate dignitate Epiſcopatus, & nomine civitatis exuta ob interfectionem Epiſcopi. 1211. B
Recinetum, ſeu Recanati civitas ædificatur ex ruinis Helviæ Recinetæ. 1217. B
Recinetum erigitur in civitatem, & Epiſcopali dignitate decoratur à Gregorio Papa IX. ibid.
Recineti Epiſcopatus erectionis literæ Gregorii IX. & translatio ad eum Epiſcopatus Auximani. ibid.
Recinetenſes cives laudati à Gregorio IX. quod fideles Eccleſiæ fuerint contra Federicum Imperatorem. 1217. D
Recinetum civitas factioſiſſima. 1218. A
Recineti civitas varie ob factiones plectitur. 1218. B
Recineti, ſeu Recanaten. civitas privatur Epiſcopatu, & Maceratenſi Epiſcopo ſubiicitur. ibid.
Recinaten. Epiſcopatus unitur Lauretano noviter erecto. 1218. C
Recinatenſis civitatis, & Epiſcopatus reſtitutio. 1218. B
A Redimendis captivis e manu infidelium magnam opem adhibet Ioannes IV. Pont. Max. 16. D
Reformationis norma præſcripta à Pontifice facienda regularibus. 707. B
Reges Primi Romanorum. 2. D
Regum Romanorum naturales propenſiones, & genia. ibid.
Regum Galliæ inunctio Rhemenſi Archiepiſcopo conceſſa à S. Sede Apoſtolica. 202. A
Regem Belam anathemate perculit Stephanus Cardinalis Strigonienſis. 211. A
Regina Catherina Pariſiis coronatur ab Epiſcopo Cardinali Præneſtino. 281. A
S. Reguli Archiepiſcopi inventio corporis facta ab Epiſcopo Lucenſi. 796 C
Religio Hieroſolymitanorum Equitum S. Joannis fundata ab Amalphitanis, Scalenſibus, & Ravellenſibus civibus. 1181. D
Reliquiæ S. Victoris conceſſæ Volaterranæ Eccleſiæ à Calliſto Papa II. 1439. C
B Rhemenſem Archiepiſcopatum datur Vidoni Epiſc. Præneſtino ob nullitatem electionis ab Innocentio Papa III. 203. A
Remenſis Archiepiſcopi nullitas electi cauſæ recenſentur in epiſtola Innocentii Papæ III. 203. B C
Renunciatio Epiſcopatus callide facta à familiari Epiſcopi Marſorum. 914. B
Renunciatio facta invito Epiſcopo ob ampliſſimas facultates, & mandatum, ob quæ caruit Epiſc. ſuo Epiſcopatu cauſa fraudis familiaris ſui. ibid.
Repudium Reginæ Francorum à Joanne Epiſcopo Sabinenſi Legato Apoſtolico prudenter vetitum. 162. C
Riccardus Epiſcopus Albanen. Legatus Apoſtolicus in pluribus locis mira fecit, ſed ſuſpectus de ſchiſmate, & ambitu Pontificatus. 252. D
Riccardus Rex Britanniæ Lucenſi in civitate deceſſit. 795. D
C Robertus Guiſcardus Melphiæ præſtat juramentum fidelitatis ſummo Pontifici. 922. D
Robertus Epiſcopus Aquinas concionator inſignis. 399. A
Rodoaldus Epiſc. Portuen. male ſe geſſit in legationibus, & præcipue Conſtantinopolitana; ideò à Nicolao Papa depoſitus. 112. C
Rodericus Borgia Epiſc. Portuen. eligitur Pontifex ſub nomine Alexandri VI. 145. B
Rodulphus Caprarius Epiſcopus Albanenſis coronat Carolum Siciliæ Regem, eumque juvat pro recuperatione Regni adverſus Manfredum. 261. B
Rodulphus Caprarius Epiſcopus Albanen. Legatus Apoſtolicus in bello ſacro præſens fuit obitui S. Ludovici Regis Galliæ. ibid.
Romana ſedes in Lario poſita. 1. A
Romuli artes ad efficiendum, ut urbs incoleretur. 2. B
D Romuli bella, & pax cum Sabinis. ibid.
Romuli geſta, qui & vi ſublatus dicitur. 2. C
Romanæ Urbis tempus ædificationis refertur, 2. B
Romana Eccl. eſt mater omnium Eccleſiarum. 4. B
Romanæ Eccleſiæ ut ſplendor luceſceret, S. Petrus Epiſc. illi immediate ſubjectos creavit. 4. D
Romanæ ſedis laudes. 4. A
Romanorum manus multo ſanguine Chriſtianorum maduere. 3. B
Romana ſedes Apoſtolici culmen honoris. 1. A
Romanus Bonaventura Epiſc. Portuenſis Legatus Apoſtolicus, vir magnus. 130. B. C
Roma ſtabit, donec erunt homines. 2. C
S. Rufini Marſorum, & Aſſiſienſis Epiſc. vita copioſe deſcripta. 885. A

S

SAbinianus Papa annonæ copiâ recreavit populum Romanum. 16. A
Sabina provincia à Sabo dicta. 154. B

Sabioæ deſcriptio, & fines. 154.B
Sabina unde dicta. ibid.
Sabo idem quod Deus Fidius. 155.A
Sabina patria Tatii, & Numæ Pompilii Regum Romanorum. 155.B
Sabinorum incremento Urbs Romana crevit. ibid.
Sabinenſis Epiſcopatus deſcriptio. 153.A.B
Sabini fidem Chriſti hauſere ab ipſis primis temporibus Apoſtolorum. 155.D
Sabini Martyres habuere ipſa tum naſcente Eccleſia. ibid.
Sabinus Epiſcopus unus ex 7. antiquis aſſiſtentibus Epiſcopis Romano Pontifici. 156.A
Sabinus Epiſc.& S.Euthimii idem eſt. 156.C
Sabini Epiſcopi attentatum contra Abbatiam Farfenſem. 159.C
Sabinenſis Epiſc & capituli concordia. 162.D
Sabinen. Epiſcopatus translatio ad oppidum Malleani. 181.B
Sabinorum Epiſcoporum ſeries. 156.C
Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti Mantuæ ſervatur. 862.C
Sanguis s. Pantaleonis in civitate Ravelli ſingulis annis in ejus feſtivitate ebullit. 1182.A
Salutiarũ civitas Pedemontana deſcribitur. 1225.C
Salutiarum civitas cur ſic dicta referuntur plures opiniones. 1125.D
Salutiæ eriguntur in civitatem cathedralem Epiſcopatus à Julio II. Pont.Max. 1226.A
Salutinæ Eccleſiæ erectionis in cathedralem bulla. 1226.C
Salutiarum Marchioniſſæ ſcribit Julius Papa Secundus. 1229.A
Salutiarum Marchionatus commutatio cum provincia Briſſa. 1230.C
Schiſma primum in Eccleſia Dei, 9.B
Schiſma teterrimum abjuratur à Federico Imp. coram ſeptem Cardinalibus. 199.C
Scriptores vitatum ſummorum Pontificum recenſentur, 5.A
Secularizatio Eccleſiæ Eugubinæ. 651.A
Secularizatio Eccleſiæ cathedralis Peruſinæ, 1166.A
Sententia lata ſuper differentiis Anagninis. 313.A
Sepultus fuit vivus Cardinalis Romelinus. 272.B
Sergii Epiſcopi Nepeſini, & fratrum donationes. 1026.A
Sergius Tertius per triennium ſedem Pontificalem uſurpat. 22.C
Setia, ſive Setinum pervetuſtum oppidum, olim fuit ſedes Epiſcopalis. 1282.C
Sexto decretalium condendo Bonifacius Papa Octavus utitur opera Gulielmi Mondragoni. 414.D.
Sextum decretalium Bonif. Papa VIII. in concilio Lugdunen. molitur, & publicat. ibid.
Siciliæ Legatus Card. Berardus de Berardis de Callio in Umbria. 313.A
Sico Epiſcopus Oſtien. Antipapa ſub nomine Leonis Octavi. 56.B
Signia civitas antiqua Romanorum colonia. 1234.C
Signia cur ſic dicta. ibid
Signia patria S. Vitelliani Papæ. 1233.A
Signiæ Dominus Antonius Cardinalis Barberinus, ibid.
Signinæ Eccleſiæ Epiſcoporum ſeries. 1235.C
Signia quo tempore fidem hauſerit, 1235.A
Signini Vini virtus. 1234.D
Silvæ Candidæ deſtructio. 89.D
Silvæ Candidæ deſcriptio. 89.C.D.
Silva Candida locus, ubi martyrio coronatæ fuerunt SS. Rufina, & Secunda, ibid.
Silvæ Candidæ Epiſc. unus ex ſeptem Aſſiſtentibus Epiſcopis Cardinalibus Rom. Pontifici. ibid.
Silvæ Candidæ Epiſcopatus unitus Portuen. ibid.
Silvæ Candidæ Epiſc. plura donantur à Sergio Papa Tertio, 91.D
Silvæ Candidæ cauſa pro tertiis menſæ in oppido Galeriæ agitatur in Concilio Romano. 98.C.
Silvæ Candidæ Epiſcopo datur decretum favorabile in cauſa tertiarum. 99.C
Silvæ Candidæ Epiſcopus ſuccedit decedentibus abſque teſtamento. 103.D
Silvæ Candidæ Epiſcopus plura annua ex confeſſione S. Petri in Vaticano percipiebat vi privilegii. 108.D
Silvæ candidæ Epiſc dabantur chirotecæ, cum quibus Pontifex illa die celebrarat ad altare Sancti Petri, ibid.
Silvæ Candidæ Epiſc. erant perpetui S.R.E. Bibliothecarii. 109.A
Silvæ Candidæ Epiſc. Victor II. Papa confirmat privilegia. ibid.
Silvæ Candidæ Eccleſ. quando ſeparata à Portuen. Epiſcopatu, 544.A
s. Silveſter Papa vir magnus multa peregit cum Conſtantino Imperatore pro eccleſia; vixit in Pontificatu annos xxij. 10.C
s. Silverius Papa martyr relegatur in Inſula Palmaria, ubi deceſſit, 54.D
Symmachus Papa exagitatus à Laurentio Antipapa, & à Theodorico Rege ei Papatum adjudicatur. 13.D.C
s. Simplicius Papa Petrum Alexandrinum Epiſcopum hæreſi Euthychetis infectum anathemate ferit. 32.C
s. Siricius Papa celebrat concilium in baſilica s. Petri. 11.B
s. Sixtus Primus Papa addit canoni miſſæ verba: Sanctus Sanctus. 7.A
s. Sixtus II. Papa ſolatur S. Laurentium, ac diem martyrii prædicit. 9.C
Sixtus V. Papa fundavit, & dotavit Canonicatus Tuſculanos. 227.D
Societates laicorum quale antiquum ſimbolum habuerint. 1302.C
Soderini Cardinalis frater Vexilliferatu patriæ deiicitur. 1460.A
Sora civitas antiqua colonia primum Samnitum, poſtea Romar. colonia, & municipium. 1243.B.C
Soræ ſitus, & ædificatores deſcribuntur. ibid.
Sora paſſa eſt incendium tempore Federici Imperatoris. 1243.C
Sora patria Card. Baronii. ibid.
Sora tempore naſcentis Eccleſiæ martyres inſignes habuit. ibid.
Sora fidem Chriſti recepit temporibus Apoſtolorum. ibid.
Spoletum civitas Umbriæ antiquiſſima, Ducatus Spoletani caput. 1250.B
Spoleti primi incolæ, & ædificatores. 1250.B.
Spoleti denominatio, & ſitus. 1250.C
Spoletum conſtitutum pro ſede Longobardorum, & erectum in Ducatum. 1250.C
Spoletum à Gothis captum, ac exciſum à Narſete refectum, & inſtauratum. 1250.C
Spoletum habet ampliſſimam diœceſim. 1250.C
Spoletinum Ducatum extincto Deſiderio Romanæ Eccleſiæ donatur à Carolo Magno. 1250.C
Spoletini ſe dederunt Eccleſiæ, & barbam, ac caput in ſignum odii Longobardorum raſerunt. 1250.D
Spoletinorum Ducum ſeries. 1250.C.D
Spoletum patria plurium virorum Illuſtr. 1249.B
Spoletinis S. Britius diſcipulus S. Petri prædicat. 1249.B
Spoletinæ Eccl. & Martyrum deſcriptio. 1249.C
Spoletina Eccleſia decoratur à Summo Pontifice Urbano VIII. dono aureæ Roſæ. 1250.A
Spoletanæ Eccleſiæ privilegia ſuppleta. Vide in verb. privilegia.
Spoletanæ Eccleſiæ indulgentia perpetua. 1266.D
Spoleti moratur Gregorius Papa Nonus, & pacem pertractat legatione Jacobi Pecorariæ Cardinalis. 207.C
Spoletani Ducis donatio facta Monachis Camerinen. 552.A
Stagni Portuen, quatuor unciæ ſpectant ad Epiſc. Portuen, 117.C

Stephanus Papa VII. violenter Pontificatum invadit; poſtea in carceribus ſtrangulatur. 22. A — A
Stephanus Alberti Epiſc. Oſtien. & Veliternen. eligitur Papa ſub nomine Innoc. V. 71. D
Strigonienſis Epiſc. dimittit Cardinalatum, & Præneſtinum Epiſcopatum, & redit ad primam Eccleſiam. 209. C
Sulmo civitas antiqua ædificata ex ruinis Corſinii. 1358. C
Sulmonenſis, Valvenſis, & Corſinii unitæ Eccleſiæ. Ibid.
Sulmone S. Petrus Cœleſtinus ſui ordinis fundamenta jecit. 1359. B
Sulmonenſis Eccleſiæ donationes, vide verb. donatio.
Sutrium colonia, & municipium Romanorum. 1273. B
Sutrinæ civitatis nomina excutiuntur. Ibid.
Sutrii duo concilia celebrata fuere. 1273. C
Sutrinæ Eccleſiæ Nepeſina unita ſub Eugenio Papa IV. 1276. D — B

T

TErami, ſeu Aprutin. Epiſcopatus privilegia, ſtatus, & alia, vide in verb. Aprutin.
Terracina civitas Latii antiquiſſima varié appellata. 1278. 1
Terracina colonia, & municipium Romanorum. ibid.
Terracinæ plures Ss. martyrii palmam obtinuere. 1278. D
Terracinenſi Eccleſiæ unitæ fuerunt Privernas, & Setinæ. ibid.
S. Theleſphorus Papa Jejunium quadrageſimale renovat. 7. B
Theodorus Papa tantæ liberalitatis fuit, ut creditum ſit nullas ei opes ſufficere. 16. D
Theodinus Epiſcopus Portuenſis Legatus in Anglia pro cauſa S. Thomæ Cantuarienſis Epiſc. 127. A
Thebaldus patruus Comitiſſæ Mathildis Epiſcopus Aret. 415. A
S. Thomas Cantuarien. Epiſc. Signiæ inter Sanctos relatus. 127. A
Tibur civitas antiquiſſima, à quibus condita. 1301. C. D
Tiburtina villa Hadriani Imp. nunc Eſtenſes horti. 1302. A
Tiburis erat celebre templum Herculis, ad quod profecturi, ac venientes ab expeditionibus accedebant. ibid.
Tiburtinæ lapidum inſcriptiones nuper inventæ. 1302. C
Tiburtinæ Eccleſiæ regimen ex præſcripto Nicolai V. 1310. D
Tipherni deſcriptio, item diſceptatio de conditore. 1316. B.
Tiphernina Villa Plinii junioris. 1316. B
Tipherni varii Domini, & excidium. ibid. — D
Tiphernum poſt varios dominatus tyrannicos, contemptus cenſurarum, & affectionem in rempublicam à Sixto IV. armis ſub ditione ſedis Apoſtolicæ reducitur. 1316. D
tituli Cardinalium S. Evariſtus Papa Primus diſtribuit. 6. C
Tranſtiberina Regio Urbis juriſdictionis Epiſcopi Portuenſis. 123. D
Tranſtiberina Regio Privernatibus aſſignata à Romanis. 1279. C
Trojæ civitatis Apuliæ conditor, quis fuerit, & ejus antiquitas. 1334. B
Trojanæ Eccleſiæ, & Epiſcoporum deſcriptio. 1336. A. B
Trojæ habuit concilium Epiſcoporum Urbanus Papa II. 1335. D
Tudertum civitas Umbriæ antiquiſſima, varie dilacerata ruinis, Templum Martis prænobile habuit. 1349. B
A — Tudertum hauſit fidem Chriſtianam à primis patribus Eccleſiæ. 1349. C
Tudertum patria S. Martini Papæ, & aliorum virorum illuſtrium. ibid.
Tudertini ejiciunt Raynutium de Apriſeorum Epiſcopum è civitate, & Archivium igni daur. 1353. D.
Tudertinæ Eccleſiæ conſtitutiones conficiuntur ab Andrea de Aptis Epiſcopo. 1354. A
Tumulus S. Thomæ Aquinatis. 1297. B
Tuſchi Card. Dominici vita, ortus, & res geſtæ. 1313. A
Tuſcanenſis cleri reſtitutio ad ſua jura. 1416. B
Tuſcanen. Eccleſia Viterbienſi unita. Vide Viterbium.
Tuſculanæ civitatis origo, & antiquitas. 225. A
Tuſculani certant cum Romanis. 226. B
Tuſculum à Romanis everſum. 227. A
Tuſculum nunc appellatur Fraſcati ob diſperſionem habitatorum, qui tentoria incolebant. 227. B
B — Tuſculanus Epiſcopus unus ex ſeptem Apoſtolicis aſſiſtentibus Romano Pontifici, ubi nunc ſedem habeat. 227. C. D
Tuſculanæ Cathedralis erectio, dos, & canonicatuum fundatio. 227. D
Tuſculanæ Eccleſiæ Lavicana ſubjecta. 228. D
Tuſculano Epiſcopo pro ſua ſede in Urbe fuit conceſſa eccl. S. Mariæ de Monaſterio. 231. D

V

VAlentinus Silvæ Candidæ Epiſc. in portu à Gothis manibus truncatur, & in concilio per alium ſubſcribit. 91. A
Valentinianus Imperator S. Damaſo Papæ obſequens. 1289. D
Valentiniani Imperatoris filia à dęmone obſidetur eo quia ædificationem Eccleſiæ impediebat, pœnitens miraculoſe liberatur. ibid.
Valven. & Sulmonen. Epiſcopatus unio antiqua. 1358. D
Valven. Provincia quare ſic dicta. 1358. B. C
Valven. Epiſcoporum antiqua ſeries ex codice Vaticano. 1359. D
Varanorum diſcordia ab Epiſcopo Camerinen. ſedata. 562. B
Varanæ gentis Umbræ laudes. 557. D
Velinus lacus, & paludes mira edentes prope Reate. 1194. D
Velitræ Volſcorum civitas colonia Romanorum rebellat à Romanis. 41. B
Velitræ gentis Octaviæ origo. 41. A
Velitræ fidem receperunt ab ipſis Apoſt. 42. A
Veliternen. Epiſcopatus unus ex ſeptem aſſiſtentibus Pontifici eſt unitus Oſtienſi ab Eugenio III. 42. B
Veliternenſibus S. Petrus delegat S. Epaphroditum Chriſti diſcipulum ad inſtruendos in fide. 42. A
D — Veliternen. privilegia Paſchalis II. & Gregorii IX. Pontificum. 46. A. 68. A
Veneti eiiciunt gentem Carariam, & Stephanum Epiſc. à Patavio ab ipſis occupato. 367. D
Verulana civitas antiquiſſima. 1386. D
Verulis adeſt corpus S. Mariæ Jacobi, & plurium aliorum martyrum 1387. B.
Verulani clerici ſevere moniti ob pluritatem beneficiorum. 1395. A
Verulanæ Eccleſiæ Urbanus II. concedit privilegium. 1390. B
Vido Cardinalis Epiſc. Præneſtinus Legatus Apoſtolicus Galliæ, & Angliæ Reges in pace continet comminatione anathematis. 201. D
Vido legatus pro confirmatione facienda à Pontifice electionis Othonis Imp. ibid.
Vido Card. primus qui invenit pulſationem campanæ in elevatione ſanctiſs. Oſtiæ. ibid.
Vido Graſſus ad Pontificatum evadit ſub nomine Clementis IV. 172. B
Vidonia de Pare, & de Papa diverſitas. 202. D

Vigi-

Vigilius Antipapa perturbationes, quas excitavit ipſe perpeſſus extorris obiit. 15. A — A
Vita S. Berardi Epiſc. Marſorum Card. 893. D
Virginibus puellis Fulginium delatis opitulatur Epiſcopus divino monitu. 700. B
Vita S. Lanfranchi Epiſc. Papien. 1093. A
Vita S. Britii Umbrorum Apoſtoli. 1251. C
Vita S. Sabini Epiſc. Spoletani. 1253. C
Vinci in amore turpiſſimum eſt. 1316. C
Viterbii antiquitas diſcutitur. 1401. B. C
Viterbium protulit plures viros illuſtres, & præcipue nuper Scipionem Card. Cobellutium. 1401. D
Viterbii plures Pontifices Romani deceſſerunt. 1402. C
Viterbienſi Eccleſiæ unitæ fuerunt plurea ſedes Epiſcopales civitatum dirutar. Tuſcanen. Ferentinæ, Bledanæ, & Centumcellen. ibid.
Viterbienſes vincunt Ferentanos. 1404. A
Viterbienſes deficiunt à Pontifice ad Fedcricum Imp. 1411. C
Viterbienſibus ſcribit Innocentius Papa IV. ſuper def. 1412. A — B
Viterbien. factiones, & tyrannides extinctæ. 1411. D
Vmbri Romanis ſemper amici. 546. D
Vnio Civitatis Caſtellanæ cum Epiſcopatu Hortano. 399. C
Vnionis Eccleſiarum Terracinen. Privernat. & Setinæ confirmatio. 1195. D
Vnio Epiſcopat. Silvæ Cand. Portuen. 89. C
Vngariæ, & Pannoniæ populi reducti ad obedientiam Rom. Pontif. 199. B
Volaterra civitas antiquiſſima deſcribitur. 1425. B
Volaterra Romanorum colonia, nobiliſſima, & potentiſſima exciſa à Pannoniis. ibid.
Volaterra prima civitas Etruriæ, quæ receperit fidem Chriſtianam. 1426. A
Volaterra patria S. Lini Papæ, & aliorum virorum illuſtrium. ibid. — A
Volateıcani Præſulis privilegium, datum à Ludov. co Imp. 1427. D
Volaterranum monumentum ſententiæ Othonis Imp. 1430. B
Volaterranæ Eccleſiæ conſecratio. 1459. B
Vrbanus II. aſcendit ad Pontificatum ex Epiſcopatu Oſtienſi. 60. A
Vrbanus Papa IV. adhuc non Cardinalis eligitur Pontifex. 30. C
Vrbanus item V. Papa adhuc non Cardinalis pariter eligitur Pontifex. 34. C
Vrbanus VI. ſedit in teterrimo ſchiſmate. 305. A
Vrbani IV. monita circa vitam, & formam Capituli Ciſtercien. 263. A
Vrbanus VIII. ante Pontificatum Epiſcopus Spoletanus plurima contulit beneficia Epiſcopatui, & diœceſi. 1270. D
Vrbani VIII. Pontif. Max. Spoletina monumenta 1271. B. C — B
Vrbis veteris antiqua denominatio varia traditur. 1464. A
Vrbis veteris templum Epiſcopale laudatur à Pio Secundo. 1464. B
Vrbs vetus habet arcem, & puteum altiſe. 1464. A
Vrbe veteri commorans Hadrianus Papa IV. dat privileg. Canonicis. 1467. A
Vrbeveteri ſolemnitas ſanctiſs. Corporis Chriſti inſtituta. 1470. D
Vrbevetanum templum è conſpicuis totius orbis Chriſtiani. 1471. D
Wilelmus Epiſcopus Portuen. præſens Venetiis cum Alexandro Papa III. dum eum Federicus veneratur. 127. A

Digitized by Google

INDEX
SANCTORUM EPISCOPORUM.
De quibus in hoc primo tomo agitur.

S. Agatho Liparen. 773.5
S. B. Albericus Oſtien. 63.42
s. Albertus Epiſc. Tiphernas. 1318.6
s. Aldovandrus Balneoreg. 515.6
B. Alexander Nucerin. 1068.30
s. Andreas Fund. 720.4
s. Anaſtaſius Interamn. 751.22
s. Anaſtaſius Narnien. 1013.13
B. Anaſtaſius Pennen. 1132.17
s. Anaſtaſius Papien. 1078.14
s. Anaſtaſius II. Papien. 1082.31
s. Aſclepiadorus Peruſin. 1157.12
s. Anſelmus Lucen. 813.50
s. Anſovinus Camerin. 549.8
s. Anthimus Interamn. 748.2
s. Armentarius Papien. 1083.33
s. Baſilius Lunen. 834.7
s. Benvenutus Auximan. 500.19
B. Bernardus Caſtreo. 579.3
B. Bernardus Papien. 1097.70
s. Bernardus Marſorum. 892.15
s. Bernardus Aprutin. 355.15
s. Bonaventura Albanen. 264.46
s. Bonfilius Fulgin. 689.23
s. Britius Fulgin. & Spolet. 1251.1
s. Bruno Signin. 1263.85
s. Calliſtus Tudert. 1350.7
s. Caſſianus Hortanus 734.2
s. Caſſianus Tudert. 1350.3
s. Caſſianus Narnien. 1011.8. idem Inter. 751.17
s. Cectardus Lunen. 834.5
s. Chriſpoldus Fulgin. 682.1
s. Ciriacus Ancon. 327.1
s. Claudius Aſcul. 439.2
B. Conradus Portuen. 127.42
s. Conſtantius Aquin. 395.4
s. Conſtantius Peruſin. 1156.2
s. Criſpinus Papien. 1078.8
s. Criſpinus II. Papien. 1078.12
s. Criſpinus III. Papien. 1079.21
s. Dalmaſius Papien. 1078.13
s. Damianus Papien. 1082.32
s. Donatus Aretin. 405.2
s. Eleutherius Terrac. 1290.8
s. Emygdius Aſculanus. 439.1
s. Ennodius Papien. 1080.24
s. Epaphroditus Tarracin. 1283.5
s. Epiphanius Aſculan. 439.5
s. Epiphanius Papien. 1078.11
s. Epiphanius II. Papien. 1079.22
s. Euſebius Fanen. 658.3
s. Euſebius Sutrin. 1274.1
s. Facundinus Nucerin. 1065.4
s. Felicianus Fulgin. 684.4
s. Felix Interamn. 750.12
s. Felix Papien. 1078.9
s. Florius Tiphernas. 1318.4
s. Fortunatus Fanenſis. 658.5
s. Fortunatus Tudertinus. 1355.8
s. Frigidianus Lucen. 794.10
s. Fulco Papienſis. 1098.74
s. Gaudentius Aretin. 409.9
s. Gerardus Velitern. 44.6
s. Gregorius Oſtienſis. 57.31
s. Guerinus Præneſt. 198.30
s. Habet Deus Lucen. 834.1
A B. Henricus Albanenſis. 254.39
s. Herculanus Peruſin. 1156.1
s. Herculanus II. Peruſin. 1155.6
s. Hieronymus Papienſis. 1084.40
s. Hilarius Papien. 1078.17
s. Himerius Amerinus. 296.7
s. Hippolytus Portuenſis. 110.1
B. Jacobus Tuſculanus. 234.18
B. Joannes Oſtienſis. 62.39
B. Joannes Lucenſis. 796.30
s. Joannes Papien. 1084.43
s. Joannes Spolet. 1255.6
s. Joannes II. Spolet. 1256.13
s. Juſtus Volater. 1427.2
s. Juvenalis Interamn. 751.18
s. Juvenalis Narnien. 1008.1
s. Juvenalis II. Narnien. 1012.9
s. Juventius Papien. 1077.3
s. Juventius II. Papien. 1079.18
s. Lanfrancus Papien. 1092.70
B s. Leopardus Auximan. 497.5
s. Luitfredus Papien. 1084.47
s. Marcellinus Ancon. 329.3
s. Marcus Marſor. 884.1
s. Martialis Spolet. 1255.7
B. Martinus Mantuan. 867.27
s. Maximus Papien. 1080.23
s. Meletius Spoletan. 1256.12
s. Mileonus Nepeſin. 1024.2
s. Obedianus Papien. 1077.9
s. Pamphilus Valven. 1360.4
s. Paternianus Fanen. 657.1
s. Patroas Pennen. 1112.1
s. Paulinus Lucen. 791.1
s. Peregrinus Interamn. 748.1
s. Petrus Anagn. 308.20
s. Petrus Damiani Oſtien. 58.33
s. Petrus Igneus Alban. 251.20
s. Petrus Papien. 1083.37
s. Petrus Spoletan. 1257.15
C B. Philippus Nucerin. 1067.27
s. Pompejus Papien. 1077.2
s. Pontianus Tudertinus. 1350.2
s. Probus Reat. 1296.2
s. Proculus Interamn. 749.4
s. Proculus II. Interamn. 750.14
s. Proculus Narnien. 1010.7
s. Profuturus Papien. 1077.4
s. Proſdocimus Reatin. 1196.1
s. Quiriacus Oſtien. 48.1
s. Raynaldus Nucerin. 1066.20
s. Redemptus Ferentin. 674.5
s. Romanus Nepeſin. 1024.1
s. Romulus Volaterran. 1426.1
s. Ruffinus Aſsiſien. 478.1
s. Ruffinus Marſor. 885.2
s. Sabinus Aſsiſien. 478.3
s. Sabinus Spoletan. 1253.5
s. Saturus Aretin. 405.1
s. Septimius Æſin. 280.1
D s. Silvanus Velitern. 43.4
s. Solarius Lunen. 834.8
s. Speo Spoletan. 1255.10
s. Syrus Interamn. 750.6
s. Syrus Papien. 1076.1
s. Terentianus Tudert. 1349.1

s. Te-

s. Terentius Lunen. 834. 2
s. Theodinus Lucen. 793. 3
s. Theodorus Papien. 1084. 38
s. Thraſo Anconitan. 329. 2
s. Valentinus Interamn. 748. 3
s. Valentinus II. Interamn. 750.13
s. Valerius Lucen. 792. 8
s. Ubaldus Eugubin. 636.34
s. Venantius Lunen. 834.6
s. Victorinus Aſsis. 478. 2
s. Victorius Aſsiſien. 478. 2
s. Villanus Eugub. 643.42
s. Vincentius Fulginas. 686. 10
S Voluſianus Interamn. 749.5
s. Urſicinus Papien. 1077.7
s. Urſus Fanen. 661.6

F I N I S.

REGESTUM.

*. **. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK L Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſs Ttt Vvu Xxx Yyy.

Omnes ſunt Terniones, exceptis *. **, & Yyy Duerniones & Qqq; & Vvv Quaterniones.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google